A
6
12 A
1118460045

Al Collegio de la Comp.a de Jesus de Granada
R-5495

D. DIONYSII CARTHVSIANI ENARRATIONES PIAE AC ERVDITAE IN QVATVOR PROPHETAS (QVOS VOCANT) MAIORES:

Iſaiam,
Ieremiam, eiusq; Threnos & Baruch,
Ezechielem,
Danielem.

Recens ad Archetypa ipſa, quantum fieri potuit, recognitæ: id quod ſtudioſus lector facilè animaduertet.

2. PETRI I.
Non voluntate humana allata eſt aliquandò prophetia, ſed Spirituſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti DEI homines.

Coloniæ ex Officina hæredum Iohannis Quentel, menſe Martio,
M. D. LVII.

Cum Gratia & Priuilegio Imperiali.

Ad Picturæ iſtius ſpectatorem Elegidion, commendatorium Carthuſiæ Colonienſis, & D. Dionyſii à Rikel, Carthuſiæ Ruræmondenſis in Geldria, dum vixit, alumni: authore Bartholomæo (Laurentij Laurentis, vulgò Poin *dicti, filio) Nouimagenſi.*

NE tibi ſit mirum, Spectator imaginis huius,
Hic depictorum quid ſibi ſingla velint,
Neû ridere queas non intellecta: parumpèr
Expecta, breuis hic rem tibi ſermo dabit.
Qui geniclatur humi, Doctor Dionyſius ille eſt,
Carthuſum amplexus nomine req́; ſtatum:
Doctor, ab ecſtaſibus, quas pertulit ipſe frequentes,
Haud ſanè immeritò dictus & Ecſtaticus.
Hunc prope quæ cernis congeſta volumina multa,
Multa & magna eius ſunt monumenta viri,
Immenſis Crœſi tanto præſtantia gazis,
Exuperat quanto flaua moneta cuprum.
Nam Virgo, cuius ſinui tener inſidet Infans,
Qui librum oblatum captat vtraque manu,
Notior atque magis clara eſt, Spectator acute,
Quàm tibi, quæ ſiet hęc, dicier vt ſit opùs.
Sed quæ virgo ſuis geniclantem amplectitur vlnis,
A dextris & cui myſtica turris adeſt,
Quæque volumen, vti medians, obtendit IESV:
Eſt Carthuſiacæ ſumma patrona domûs,
Agrippinatûm celebri notiſſimæ in vrbe:
Cui domui, primùm quòd datus Author hic eſt
In lucem, acceptum ſoli referatur oportet.
Hæc niſi enim egiſſet, fortè lateret adhuc.
Fortè lateret adhuc? immò hæc certiſſima res eſt,
Nunquàm emerſurum tève tuóſve libros
Ricle fuiſſe, Agrippinâs Carthuſia ni illud
Principiò obnixè ſuſtinuiſſet onus.
Hoc igitur voluit pręſentis imaginis Author,
Vt ſcires, quorum ſedulitate Virûm
Venerit in lucem primùm hic Dionyſius, vtq́us
Ingratus nè tu Spector amice fores,

REVERENDISS. IN CHRISTO

PATRI, EIDEMQVE CLARISS. PRINCIPI AC DOMINO, D. ADOLPHO ARchiepiſcopo Colonienſi, Sacri Rom. imperij per Italiam Archicancellario, Principi Electori, Legatoq́ nato, Vueſtphaliæ & Angariæ Duci, Domino ſuo clementiſſimo, F. Theodoricus Loher à Stratis, Carthuſiæ Buxianæ Prior. S. P. D.

CVM ante hos aliquot menſes luctus ingẽs & triſtis quędam deſpatio pios oĩes in celebri & antiqua Diœceſi Colonieñ, Præſul Ampliſſ. miſerandum in modũ occuparet, eo ꝙ tum prohdolor tota quaſi libertate gregis Dñici, q̃ eſt plebs fideliũ, improbi ꝑturbatores, hęretici lupi rapaces, adeoq́; horum duces & ſigniferi monachi deſertores, lõgè lateq́; virus ſuũ oĩi peſte exitioſiꝰ ſpargerẽt nõ abſq; graui iactura aĩarum: en ꝑ̃ter oĩem ſpem ſubitò gratiſſ. ad nos rumor aduolat, celſitudinẽ Tuam Archiepiſcopũ iam collapſę ꝓpemodùm Eccleſię Colonieñ & Apoſtolica & Imperiali eſſe Authoritate ꝑ̃fectum. Tum verò, ità vt ſolet eiuſcemodi fermè deploratis in rebꝰ, quotquot genua ſua nondũ curuauerãt ante Baal, neq; cognouerãt altitudinẽ ſatanę, tanta ſibi oblata, quã nec ſpare q̃dem poterãt, materia gaudiorũ, è graui deſpatione cœpunt ad ſpem integrã reuocari: ità iam de Cel. Tua nihil nõ dignum honore tuo ac munere, q̃ iam tum feliciſſimè benè meritus obibas, nihil nõ accõmodum rebꝰ ſuis, nihil nõ deniquè iamiã ruiturę, ni DEVS tuliſſet opẽ, Reip. Colonieñ denuò inſtaurãdæ, maximè idoneũ pollicebant̃. Contrà verò, quod nulli ſanæ mẽtis eſſe poteſt ambiguũ, ad tantã, tã inopinatã rerũ viciſſitudinẽ ac mutationẽ dolor vehemens ac metus incredibilis (vt ſemꝑ timet, teſte Sapiẽte, ſæua ꝑturbata cõſcientia) erectos atq; ſublatos ꝓſpero nefandorũ conatuũ ſuorũ ſucceſſu aĩos hæreticorũ inceſſit, q̃ iam in ipſo ſuæ nauigationis feruore & lætiſſ. curſu, aduerſis flatibus ad infelicẽ atq; calamitoſam ꝓrſus conditionẽ reijcerent̃. Nõ eñ poterant non vehemẽter ſuſpectã habere Celſitudinẽ tuã, quã vel eo potiſſimùm noĩe in alterius, heu malè ſeducti, locum ſubrogari nouerãt, ꝙ fides in te eſſet integra, vita irreꝑ̃henſibilis, iuſtitiæ & ęq̃tatis amor, cultus deniq; virtutũ oĩm: vndè nihil æquè illis poterat certũ eſſe atq; ꝑſuaſum, quàm eum, in quem tot ſua dona Deus Opt. Max. abundãtiſſimè cõtuliſſet, ſuis eſſe conatibꝰ maximè obluctaturũ. Ità ergò ex vna eadẽq́; re ad alios lętitia immẽſa, ad alios dolor incredibilis redijt: dum & pij veniſſe ſibi ſeruatorẽ ꝓpugnatoremq́;, impij verò hoſtẽ acerrimũ oppugnatorẽque certis capent indicijs, nec dubijs colligerẽt argumẽtis. Pſallebat tũ Eccleſia fideliũ gratulabunda & ouãs: Niſi q̃a Dñs erat in nobis. Cùm exurgerẽt hoĩes in nos, fortè viuos deglutîſſent nos. Torrentẽ ꝑtranſiuit aĩa noſtra: forſitã ꝑtranſiſſet aĩa noſtra aquã intolerabilẽ. Bñdictus Dñs, q̃ nõ dedit nos in captionẽ dentibus eorum. Laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſumꝰ. Quid verò Eccleſia impiorũ? Quid illi, niſi ꝙ olim Palęſtini, cũ Arcã Dñi ad caſtra plebis Iſraelitice adductã ex illorũ inſolito clamore didiciſſent? videlicet, Vę nobis, væ nobis, Venit DEVS in caſtra. Reuerà nanq; venit DEVS in caſtra Eccleſię ſuę Colonieñ, quã penè

deſeruiſſe videbaẽ,quãdo te illi nimiũ pturbatæ & afflictę paſtorẽ & Epiſcopum dedit,cui & ingenij affatim ac eruditiõis ſuppeteret ad pſpiciẽdos reuincendosq; errores, & anim⁹ itidẽm atq; facultas nõ deeſſet ad reprimendos coercẽdosq; auſus temerarios ac inſult⁹ impotẽtes hoĩm ſeditioſorũ. Hĩc iam ampliſſ. nobis pateret cãpus laudũ tuarũ, ornatiſſ. Antiſtes, in quo & aliâs verſati ſum⁹ pro modulo noſtro:ſed nulla poteſt verior laus eſſe, q̃ ea q̃,licèt ſileãt oẽs,ipſa ſe pdicat,ipſa ſe cernẽtium oculis pectorib⁹q; inſinuat,qua te abũdè diuitẽ gratulamur,dum tot tãtisq; & fortunę & corporis & animi bonis,oĩbus admirabilis occurris,vt tametſi non deſint q tuas celebrare laudes appetant,oẽs tñ ſe huic ꝓuinciæ impares fateanẽ,vincatq; meritorum ac fortunarum tuarum materia diues, ditiſſimã licèt quãlibet felicis ingenij facultatẽ.Quod vt citra aſſentationẽ dicim⁹, ità Deũ obnixè precamur,vtì hæc in te bona nõ cõſeruet modò ac tueaẽ,ſed augeat etiã & amplificet ad laudẽ ſuã,ac populi ſui gregis tibi crediti ac oĩm noſtrûm ꝓfectum & vtilitatẽ.Nihil eñ æquè optãdum, nihil ꝑ indè precib⁹ à Chriſto Opt.Max.contendendum eſſe videẽ,quàm vt ea,qua cœpiſti,fide,integritate,zelo,cõſtãtia,ab errorib⁹ vindices Eccleſiã tuã:hoſtes ſanæ fidei,maximè monſtroſum atq; deterrimum illud hoĩm gen⁹, apoſtatas monachos, ſeruos libidinum ſuarum & voluptatũ mãcipia, totis virib⁹ arceas ab ouili tuo:atq; eos demùm,quoàd ei⁹ fieri poterit,verbi Dei ſacramẽtorumq; adminiſtrationi pficias,ad eos ſacrorũ curationẽ deferas,qui & pſuaſione ſint catholici,& morib⁹ incorrupti.Ità nimirùm fiet,&quidẽ haud grãdi negocio,vt ſi q etiãnùm à veritate diſſentiãt,citiùs reſipiſcãt,&abſterſa ac ꝓfligata qñq; ab interiorib⁹ mẽtis ſuę obtutibus vaſtiſſima peſtiferi dogmatis caligine,ad lucẽ redeãt,tãto eã fideliùs feruẽtiusq; amplectẽtes, quãto ſe hucuſq; ab ea lõgiùs aberrâſſe pſpexerint.Nã qs neſciat pleroſq; non tã malitia, quàm quodã humanæ mentis errore ac cæcitate ꝓlapſos, vtpotè callidiſſimorũ hoĩm fallaciſſimis abductos ſermonibus,vt q ſimplices ſint rudesq; ſcripturarũ:qbus ꝓfectò eo maior eſt impẽdenda miſeratio,quo ſe ipſi miſeros eſſe neſciunt.Hac verò in parte q̃ te fidũ,q̃ ſyncerũ,q̃ ſtrenuum pbueris,nouit totus pariter orbis Chriſtianus,nouit potiſſimũ tuæ Ditionis ꝓuincia,q̃ ſe è luporũ faucibus ereptã cumprimis gratulaẽ benignitate ac ꝓuidẽtia Dei,zelo ac ſolicitudine tua.Nec te patrẽ patriæ appellare dubitat,q̃ poſt Devm Opt.Max.atq; Cæſareã Maieſt.vni tibi debere ſe nouit ſalutem ſuã:vni tibi acceptã fert eã,qua fruiẽ,pacẽ & reſtitutę fidei ſynceritatẽ. Itaq; laudent in te alij generis nobilitatẽ,q̃ certè illuſtris eſt & pclara admodùm: alij dignitates,honores,eruditionẽ ſuſpicenẽ:nos paternã in te fidem,pietatem verè Chriſtianã, pect⁹ inuiolatũ ac ſolidũ chariùs amplectimur, ſuauiùs exoſculamur,libẽtiùs pdicamus: ꝙ illa quidẽ etiã impijs adeſſe poſſint, vtì & inſunt q̃plurimis:his aũt non niſi bonus pditus eſſe queat. Vide nũc colendiſſ.Pater,quid nobis de Celſ.Tua expectare liceat,pter ea q̃ iam ſumma laude tua,vtilitate publica, cõmuni oĩm gratulatione experti ſumus. Vide quãtum nobis de Eccleſiæ Catholicæ vnitate, eiusq; caſtiſſimis ritib⁹ ac

inſti

inſtitutis,(qbus nec ipſi Apoſtoli,ſi adeſſent,puriora traderẽt) quod quidẽ in te eſt,inſtaurãdis,cõſeruandis,tuendisq; nobis haud temerè ꝓmittamus.Atq; vt interìm pijſſimis conatib⁹ tuis & nos qualẽcunq; cõmodemus operã, iam antè dedicatũ nomini tuo Dionyſij noſtri in IIII.Prophetas maiores explanationũ Opus piũ iuxtà ac eruditũ,denuò Tuæ pſtantiæ nuncupamus: vtpotè q̃ nulla re æquè ac munere Literario oblectari ferẽ, cuiq; ſapientia auro charior & antiquior eſt.Et quidem quod ad Dionyſiũ attinet,ſcripſit is in vtrũq; Teſtamentũ luculẽter & doctè.Verũ vbi ſcriptura eſt obſcurior,aut ſenſus abſtruſior,id quod in Prophetis maxĩè vſuuenit,ibi etiã explicatior ac fuſior eſt adhibita elucidatio.Enimuerò familiare hoc illi vbiquè eſt, quo intellectu difficiliora occurrant,eadẽ accuratiori ſtudio reddere clariora illuſtrioraq;:nec vbi trepidant alij,in pleriſq; ſcripturæ locis hærere.Nec tñ ſolum,quẽ vocant,literalem ſenſum explicuiſſe ſat habet:quin & myſticũ ac recõditum illum ꝓ materiæ ratione vel fuſiùs vel cõtractiùs adijcit.Eſt ptereà & hoc illi in oĩbus ſcriptis ſuis frequens & aſſiduum, vt vbicunquè vel parua ſeſe offert occaſio,nõ modò ad vitæ correctionẽ Lectorem ſtimulet,ſed affectũ quoquè illi⁹,in Dei Opt. Max.ſyncerum amorem verbis ad pietatẽ maxĩè accommodis,id quod ꝑpaucis contigit,erigat,inuitet,inflãmet.Quod vnũ facilè argumento eſſe poteſt,illum,tametſi ingenio ac memoria polleret incredibili,magis tñ diuinitùs illuſtratũ & vnctum,q̃ ab hoĩe doctũ fuiſſe. Poſteaq̃ eñ viceſimũ ætatis exegerat annum,mox poſt Magiſterij titulum ac Diuinarũ ſtudium literarũ nouus ſeſe tyro obtulit in excubias Dñi,factus Eremita Carthuſian⁹.Vndè nimirùm colligere eſt,eorũ q̃ poſteà ſuopte(quod diciẽ)Marte compoſuit, aut nihil aut parùm certè ab hoĩe eum pcepiſſe,ſed partìm ex ſupni illuſtratiõe numinis,partìm naturalis ingenij dexteritate.Enimuerò tãtæ ille puritatis, tam inuiolatę innocẽtiæ fuit,vt nihil abſurdũ ſit dicere,à ſpiritu potiùs Diuino, q̃ hoĩe doctore,eum fuiſſe inſtitutũ.Ad hæc ſanctę ac irreprehenſibilis vitę erat,& ꝓ contemplationis feruore,aſſiduitate,excellẽtia haud rarò totus ad ſupna extra ſeſe rapiebaẽ,& nonnunq̃ etiã cæleſtes habere Reuelationes meruit.Cæterùm ꝙ philoſophorũ oĩm,maxĩè veterũ,ꝙ ptereà ſacrę Theologiæ nulla eum ſecreta fugerunt,cõtulit id ei & lectionis aſſiduitas,& ingenij fertiliſſima vbertas. Maximè verò id in eo admirandum,immò & ſtupendũ eſt,vndè tẽpus illi ſuppetere potuerit tot exarãdi libros,tamq; immenſa volumina,q̃ citra oẽm dubitationẽ cuiuſuis etiã Eccleſiaſtici ſcriptoris,atq; adeò ipſius etiã Auguſtini,quis numeroſam operũ multitudinẽ facilè numero vincant, ipſiusq; inſup ſacræ ſcripturæ,theologorũ itẽ philoſophorumq; ſententijs(quos illũ anteà legiſſe neceſsè eſt)fortiſſimè ſint cõmunita,corroborataq;.Quę niſi manu illi⁹,quod character ꝓpri⁹ teſtaẽ,hodieq; cõſcripta, reuiſa identidẽ atq; correcta extarẽt, qs vnq̃ crederet monachũ vnũ ſatìs ſupq; precibus Horarijs aliisq; ſuæ ꝓfeſſionis debitis abſoluẽdis pgrauatũ,tot tã inſigniũ ſolidorũq; voluminũ monimenta,poſteritati donare potuiſſe?Eſt ea,ppter miraculi ei loco tribuendũ,(ſi legendi,ſcribendi,orãdi in eo exercitia ſingulatìm ſpectenẽ) tantũ cuius horũ vacâſſe,vt impoſſibile videaẽ operã dare potuiſſe reliqs:immò nõ poteſt non

 ma

maximã habere admirationẽ, vt vel vni horum tñ ſeſe accõmodare potuerit, qui in tribus ſimul, id eſt, quolibet horũ, multò fuit copioſiſſimus. Neq; eñ rarũ id illi fuit, vt integras noctes precibus incũberet: neq; itidèm inuſitatũ, vt cõplures horas à ſenſibus abſtractꝰ, corporeq; rigidus ac immobilis ꝑdurans, in cæleſtibus commoraret. Adde ꝙ adeò ſacræ ſcripturæ aĩm applicuerat, vt ſæpenumerò etiã cibũ capere obliuiſceret. Vndè & doctiſſ. ille Cardinalis Nicolaus de Cuſa, eruditionẽ illũ cũ pietate cõiunxiſſe aĩaduertens, à monaſterio abſtractum, ſocium ſibi aliquãdiù adhibuit. Toto verò hoc tẽpore, quo illi vir DEI aderat, nihil neq; lectioni ſcripturarũ, neq; cultui ſpiritûs detraxit, nec minùs in eius curia, quàm in monaſterio ſolitus eſſet, DEO diuiniſq; operã dabat. Hoc vnũ iſthæc ei libertas contulit, vt quod aliâs neutiquàm licuiſſet, vetuſtas librorum officinas cœnobiaq; inuiſeret. Et eſt hoc in illo ꝓrſus admirabile, ꝙ qcqd vſpiã alienis ijſdemq; raris ex codicibꝰ lectiõe collegerat, nõ aliter atq; ad tabulã ſignâſſet, tenaci memoria retineret. Porrò quod ad ſtylũ eius attinet, is minimè eſt affectatꝰ, ſed ſimplex, planus & ſcholaſticꝰ. Verba eius, tametſi minùs interim Latina ac polita, vehemẽtia tñ & efficacia ſunt, vim quandã legẽti adferẽtia. Ea tẽpeſtate vixit, qua genus oñe ſtudiorũ ſola barbaries occuparet. Itaq; ſeculo illi ſtylũ quoq; accommodauit, multo haud dubiè latiniùs elaboratiuſq;, quod ad dictionẽ ꝑtinet, ſcripturꝰ, ſi in hæc noſtra tẽpora incidiſſet. Atq eruditionẽ illiꝰ nihil opinor Celſitudini tuæ commẽdare attinet, quã lectio ipſa, ſi modò ſedula ſit, cuiuis poterit vel maximè teſtatã exploratamq; reddere. Neq; verò adduci poſſum, vt credã Celſ. T. minùs eſſe ꝑſpectum, q ſacræ ſcripturæ, librorũq; oĩm & authorũ ſoles eſſe longè ſtudioſiſſimꝰ. Quarè iudiciũ tuũ magìs ipſi ſeqmur, tuã de illo ſententiã, quãtiq; illũ feceris, nôſſe cupiẽtes. Scimꝰ certè à multis grauibꝰ alioquì & doctis viris hũc non abſq; laude multa & legi & efferri: at tuã nos maximè oĩm ęſtimationẽ ꝓbamus, qui non eruditione modò, verũ etiã authoritate vales. Cæterũ ex huiꝰ in Prophetas exegeſeos, quã T. Celſ. dedicamꝰ, lectiõe facilè cõiectura aſſequi poteris, qd itẽ in cæteris ſcripturis poſſit. Eñuerò cũ Prophetæ iſti admodũ obſcuri ſint, ęquiùs hinc, ꝑſpicuã ne an ſecùs eiꝰ ſit explanatio, æſtimari poteſt. Tuæ itaq; ad altiora euectioni gratulabũdi occurrentes, quid deceat Epiſcopũ, quid tibi placeat, ipſo hoc munere declaramꝰ. Neq; iã cõditionis noſtrę certè viliſſimę, neq; ꝓſtantiſſimæ Dignitatis tuæ, cui nihil à nobis idoneũ, nihil dignũ offerri poſſit, immemores ſumꝰ. Verũ eñ, vt Cel. T. haud dubitãter compellare auderemus, Tua nos inuitauit nota oĩbꝰ modeſtia atq; humanitas, qua freti, haudquaquàm metuimꝰ hoc, licet exiguũ, munꝰ, licèt ab infimis oblatum homuncionibꝰ, cõtemptum iri. Sed nè longior ſim, & hunc Dionyſiũ noſtrũ, & me meoſq; fratres Carthuſianos Colonieñ filios tuos, T. C. humilimè commẽdo, precorq; Deũ Opt. Max. vt diù te nobis ſanũ & incolumẽ ſeruet, atq; poſt fallaciſſ. huiꝰ miſeræq; vitæ labores & ærũnas, ad quietiſſimum beatæ vitæ penniſq; beatitudinis portum ſua clementiſſ. miſericordia ac pietate ꝑducat. Valeat colẽdiſſime Præſul & Princeps clariſſime Celſitudo tua felix ſemp & inclyta. Datũ in Carthuſia noſtra Buxiana, altera Iunij, Anno ſalutis M. D. XLVIII.

INDEX

RERVM AC VERBORVM,

NON QVIDEM OMNIVM SED MAximè inſignium, ſuper D. Dionyſij Carthuſiani in Quatuor Prophetas maiores cõmentaria, Bartholomæi Laurentis Nouimagenſis opera ſedulò cõgeſtus, & iuxta Literarum ſeu Caſuum ordinem ſtudioſè digeſtus.

¶ Meminerit Lector cordatus, literam A, ciſris poſtpoſitã, indicare priorem columnæ partem: B, poſteriorẽ: ſi neutra harum ponatur, tum vtrobiq; indifferẽter hoc quod quæritur, inuentum iri.

ABacuk miraculoſo in Chaldęã tranſlatio 813 b
abbreuiatam non eſſe Dñi manum 246 a
abies 82 a 185 b 237 a
abominatio 800 a
abram & Abraam, quid 257 b
abraham cur dilectus Dei dictus 717 a
abraham quî ſuos neſciat 264 a
abſcindi de terra viuentium, quid 229 b
abſcondi in foſſa humo 20 b
abſinthium 495 a
abſinthio potarî 489 b
abyſſi 723 a
Acedia quibus vitijs ſuccedat 29 b
achaz an de nõ tẽtãdo Dño excuſandꝰ 42 a
achaz ne Manaſſe peior fuerit, an cõtrà 3 a
accipere quõ Propheta quid poſſit 750 a
Adamas quid 537 a
adhærere cutem oſſibus, quid 503 a
admirabilis cur vocetur CHRISTVS 54 b
adoleſcentula 43 a
adonis 548 b
adorare manuum ſuarum opus 20 a
adoratio quid 710 b
aduena 81 b
aduentus CHRISTI prior, qualis 354 b
aduerſa quî nobis accidant omnia 310 a
adultera, quæ anima meritò vocetur 300 b
adulteri ſpiritales qui 336 b
adulterij ſcelus quantum 317 a
Aedificare in gyro, quid 497 b
ædifitium 646 b
ægyptus 100 b 291 b 329 a 442 b 338 b 506 b 573 a 588 a
ægypti ſubiugatio 94 b
ægyptó ne pręſtet Iudæa, an Aegyptus Iudææ 583 b
ægyptũ pluuia frequenti ſterileſcere 113 a
ægyptiorum apoſtoli qui 192 a
ænigma 575 a
æs 218 a 574 a
æſtas 727 a
ætas vltima quæ 320 a
æternitas 161 b
æternitas creata aut increata quid 798 a
æternitatẽ purè intelligi non poſſe 276 a
æternitatem quî habitet Deus 241 b
ęthiopẽ ſuã mutare pellem, quale 352 a 353 b
æthiopum apoſtolus quis 192 a
Affectiones hominis an & quomodò ſciri poſſint 368 b
affectus mundani quales 449 b
afferri panem in animabus, quid 506 b
Agareni 104 a 336 a
agendę DEO ſemper gratiæ, etiam in aduerſis 484 b
agnitionem vultûs reſpondere 23 a
agnus, aut agni 30 b 85 b 88 a
agnos iuxta ordinẽ paſci, quid 33 b 34 a
aggerem fundi 322 b
aggrauata via maris quid 57 b 58 a
aggrauatã non eſſe DEI aurem 246 a
agrippineñ Coloniæ ſitus 693 a
agrum agro copulare 29 a
Ala ſeu alæ 35 b 531 a 575 a 759 a
alæ ſex, quid 35 b 36 a 37 a
alarum ſonus fortis 531 a
alexandri magni quanta in victorijs felicitas 760 a
alexandri mors & ætas 768 b 788 b
alexandria 616 a 617 a
alexandriæ laus 96 b
alma Hebræis quid 43 a
altare 251 b 655 a 672 a
altare DEI myſticum quod 487 a
altitudo bona aut mala quæ 18 b
Amaritudo 479 a
amatoribus quot qs cõfornicetur 300 b
ambitio bona quæ 512 b
ambitionis malum 709 a
ambitioſorum increpatio 544 b
ambulare in igne 192 a
ambulare in lumine Domini, quid 17 a
amen 119 b
amicitiæ veræ raritas 59 a
ammon 70 a 454 a 603 b
amorrhæus quid ſonet 570 b
amplexari ſtercora 499 b
Anathoth 278 a 346 a
an Chriſtus percutientẽ ſe increpando, aliter àc docuerĩt fecerit 495 b
an & quõ futura munciẽt per idola 186 a
angelus 522 a 724 b
angelus CLXXXV millia Aſſyriorũ occidẽs, quis 61 a
angeli inter ſe an certent 785
angeli Iſaiæ viſi, cur Seraphim dicti 35 b
angeli miniſtrare vel aſſiſtere DEO quî dicãtur 762 a
angelí ne oñes ſciuerint incarnandũ Chriſtum 261 b 262 a
angeli qua de re quõ tabeſcere dicanẽ 159
angeli quale contra quos teſtimonium ferant 3 b
angelorum bonorum quid ſit 786 b
angelis an ſint alæ 36 b
angelos aſſumpta corpora huic & illi oſtẽdere aut nõ oſtendere poſſe 784 b
angelos ex ſe nec agere quidquam, nec audere 36 b
angelos ſingulis regionibus ꝓſidere 609 b
anguli porta 418 a
animalia 551 a
animalia quatuor myſticè quid 529 b
aĩaliũ Ezechieli oſtenſorũ deſcriptio 527
anima ad quę per Spiritum ſanctum moueatur 65 a
anima & ſpiritus an quid differant 731 b
anima felix aut miſera quæ 490 a
anima immortalis quî moriatur 579 b
anima inferni quid 30 a
animá ne DEO inſit 7 a
anima qui DEO tribuatur 187 b
anima quæ meretrix appellanda 574 a
animæ pedes quid 353 a
animę omnes, DEI quî ſint 578 a
animarum cura quantum ſit onus 538 a
animarum curam deſiderare, quale 22 b
animas à DEO, non ex traduce, eſſe 264 a
animas eſſe immortales 576 b
aĩas ſeparatas, quæ hîc gerant, nôſſe 264 a
an luti & figuli, hominiſq; & DEI, æqua ſit ſimilitudo 371 b
annꝰ Lunaris quãtulo breuior ſolari 777 b
annus mercenarij quid 104 b
an præterita per modum futuri conueniat recitari 183 a
an ꝓ peccatis quibuſuis liceat orare 362 b
antemurale 127 a 487 a
antichriſtus vtrùm diabolus an homo futurus 760 b
antichriſti ſuperbia quanta 766 a
antiochi & Antichriſti comparatio 795 a
antonij ab Auguſto clades 94 a
antonij S. apophthegma 491 a 786 b
Apadno quid 796 a
apertio tumulorum 637 b
apis 44 b 46 a
Aqua 48 b 85 a
aqua breuis 142 b
aqua viua 287 a
aquam in menſura aut pecunia bibere, qd 506 a 541 b
aqua vinum miſceri, quid 9 a
aquæ 94 b 153 a 184 b 575 a 618 b 725 a
aquila 154 b 532 b 575 a 759 a
aquilæ cœli quid 503 b
aquilo 83 a 283 b 302 a 443 a 651 a
aquilonis terra 412 a
Ar 83 a 84 b 454 b
arabia quid ſonet 106 b
arabiæ diuiſio 104 a
aranearum telæ quid 246 b
arbitrium liberum nũquàm, dum viuat homo, penitùs tolli 563 a
arbor ſublimis & robuſta, quid 740 a
arboribus qbus q qua de re cõferanẽ 11 b
arcus 486 b
arcus CHRISTI 182 b
ardor 761 b
argentum 8 b 13 b 143 a 252 a
argentum panibus apponi, quid 234 b
ariel 135 b 139 a
aries, ſeu arietes 684 b 767 b 476 a 539 b
arioli 700 b
armillæ 572 a
arnon 86 a 88 a
aroër 91 a
arrogans 20 b
artaba 810 a
artes ſeu leges iniquæ 332 b
arua quî & quandò taceant 398 b
Aſcẽſor (rectiꝰ aſſcenſor vel adſcẽſor) aſini aut cameli, myſticè quid 103 106 a
aſcia 338 b
aſinus 152 a
aſinorum libido 293 b 598 a
aſſentior 804 b
aſtrorum conditorem, non aſtra, venerandum 338 b
aſſur 63 145 a 148 b 460 b 619 a
aſſyrius 100 b 506 b 573 b
aſtyages cur Cyrum filiæ ſuæ filium occidere conatus 202 b
aſtyagẽ Danieli contẽporaneũ fuiſſe 809 a
Atria ſancta quæ 259 a
atria templi quot 549 b
atriola 686 a
attenuatio 174 a

Auariſſimi quondàm omnium qui 17 b
auaritia 20 a 29 a
auaritia Iudaica 9 b 239 b
auaritiam ex calumnia proijcere, qd 155 b
auaros hydropicis ſimiles eſſe 515 a
auerſio contentioſa 330 b
augurium quid 17 a
auguſti de Antonio victoria 94 a
auguſti quantum imperium 16 b
auguſtini laus 362 a
auium rex quis 759 a
aurum 143 a 252 a 501 b 749 a 783
aurum primum 499 b
auro ornari 572 a
auſitis 397 b
auſter 603 a
auſteritás ne eadē ſenectuti & iuuentuti ſeruanda 783 a
Azariæ ſeu Oziæ temeritas quomodò punita 34 a
BAal ſeu Baalim 325 b 335 a
babylon cuius figura 74 b
babylon 104 b 206 b 442 b 459 b 767 a 801 b
babylō reſpectu Iudeę quorſum vergat 32 a
babylonis deſcriptio & magnitudo 73 b 467 a 752 a
baculus furoris DOMINI 60 a 63 a
baculus glorioſus 447 a
baculus impiorum 76 b 82 a
baculus panis 541 b
balaam qualis propheta 556 b
balbi 150 a
balnea an religioſis licita 804 a
balthaſar ſeu Baltazar quid ſonet 698 b
baptiſmi fructus 26 b
baptiſmum eſſe portam ECCLESIÆ 259 a
barachias quid ſonet 51 b
barba 45 a 46 a
barbæ raſura quid 83 b 85 b
baruch quis fuerit 508 b
baſan 18 b 154 b 384 b 386 a
baſiliſcus 81 a
batus 678 b
Beatitudo noſtra quæ 303 a
benedicere DEVM, quid qualéve ſit 732 a
benedicere & laudare q differant 724
benedictio duplex 724 a 808 b
beneficium DEI pręcipuum quod 809 a
beneficij obliuio quid 775 a
beneficia plura habere, quid p̄ ſe ferat 323 b
beniamin 318 b 321 b 371 a
beel, BEL, BELUS &c. 203 a 450 b 466 b 809 b
beſtiæ 76 a 640 730 b
beſtiarum quarundam gentibus adoratarū quanta vilitas 812
beſtiarū nominibus hoīes deſignari 66 b
bethacarem 318 b 322 a
Bonum quodcunq; opus ſuo præmio non fruſtrandum 615 a 369 a
bona omnia DEO aſſcribenda 419 a
bona opera doctrinæ præſtare 186 b
bona temporalia cur Iudæis promiſſa 8 a
borith 288 b
bos 152 a
boſra aut BOZRA 160 a 260 a 455 a
Braccæ ſeu brachæ quid 713 a 735 a
brachiū 178 a 219 b 225 b 227 a 401 b 526 b
brachium DEI 258 b 283 a
brachia 783 b
Butyrum cur ederit CHRISTVS 44 a
buxum ſeu buxus 185 b 140 b
Byſſus 565 a 571 b 606 b
CAecus myſticè quis 190
cæci 412 a
cælum myſticè quid 3 b
cælum quî & cur ſedes DEI dicatur 270 b
cæli 221 b 268 311 a
cæli quomodò dicantur aperti 526 a
cæli quomodò liqueſcendi 219 b
calamus 94 b 98 b 321 a 324 b 651 b
calamus quaſſatus 188 a 191 b
calathi 395 a
calceamenta 294 b
calceati 70 a
calculus quid 38 a
calculo os Iſaiæ tangi, quid 38 a
calendæ quid 7 a
calix aureus 465 b
calicem de manu DOMINI accipere 397 a
caluitium 25 a 445 a
cambyſes quis fuerit 788 a
cameli 251 a
caminus 149 a
caminū DNI eſſe in Hieruſalem, quid 149 a
canes muti quid 239 a
cantari dilecto canticum 27 a
capilli 761 b
captiuitas myſtica 482 a
caput 761 b
caput & cauda 57 a
caput & cor ſynagogæ qualia 4 b 5 a
caput gentium 411 b
caput omne languere, quid 12 a
caput radere 45 a
carbones igniti 530 b
carbunculus quid 38 a
carmelus 61 a 87 a 162 b 285 a 291 b 306 a 311 a 441 b
carnis eſus cur om̄ibus adeò gratus 782 b
carrucæ 276 a
cartallum 319 b
carthago 113 b 607 a
carthaginis incēdium quot durauerit dies 160 b 519 b
carthuſienſium commendatio 490 b
caſtum plùs coniugato mereri 238 a
caſûs angelici & mortis humanæ cōparatio 581 a
catholicæ fidei certitudo quanta 315 b
cauda & caudæ 57 a 390 b
cauendum cuiq; à quo 334 a
cauerna laci. 218 b 223 a
cauerna reguli 69 b
cauernæ petrarum 365 b
caulæ 602 b
cauſa per accidens, quid 754 a
cauſæ vniuerſales quot 725 b
Cedar 104 b 107 a 189 251 b 450 a 607 b
cedron 418 a
cedrus 18 b 21 a 56 b 185 a
cedri medulla 577 a
cedri Libani 76 b 82 a
cedri literaliter ac myſticè quid 18 b
celeuma 398 a 447 b 462 b
centuriones 21 b
cerethi quid 712 a
ceruicalia 558 b
ceruicibus minari 506 b
cete quanti ſint piſces 729 b
cethæa quid ſonet 570 b
cethim aut ſetim qd 112 b 114 b 285 b
Chamos 446 a 448 b 450 a 451 b
chaldæa quid 575 a
chaldæorum auaritia 330 a
chanaan quid 573 b 575 a
charmel 137 b
cherubim ſeu cherub 167 b 550 a 551 a 552 a 610 a
chobar 526 a
chriſtus 199 a
chriſtus an ſpem habuiſſe dicatur 495 b
chriſtus quî regnet 388 a
chriſtus quomodò fuerit vir vagus 354 b
chriſtus quomodò & cōcipiatur myſticè & pariatur 43 b
chriſtus quoto Auguſti anno natus 16 b
chriſti iudiciū in hūilitate ſublatū, qd 229 a
chriſti natiuitas duplex 229 a
chriſti nomina quàm ſint varia 43 b
chriſti paſſio in quibus perierit 495 a
chriſti paupertas 494 a
chriſto ſapientia quî approprietur 388 a
chr̄iana religio nunq̄ oīnò interitura 117 a
chriſtianæ legis dignitas 291 a
chriſtiani vndè dicamur 355 a
chriſtianorū principū admonitio 680 b
chriſtianorum auaritia quanta 20 a
chriſtianorū peccata quāto ſint quàm aliorum grauiora 574 b
chr̄ianis cur aqua & panis auferatur 541 b
chryſolithus 551 b 783 b
Cibo cur vſus CHRISTVS 44 a
cilicio accingi 321 a
cinctorium renum 66 a
cineris aſperſio quid 773 b
cinere cibari 489 b
cinere conſpergi 321 a
cingulum lumborum 66 a
circuli aut circulus 552 a 565 b 572 a
circuncidi aut non circuncidi, ad quæ referatur 674 a
circuncidi & gentibus quibuſdam familiare fuiſſe 336 a
circuncidio cur data 231 b 584 a
circuncidio quotuplex 319 b
ciſternæ 287 a 292 b
cithara 29 b
ciuitas 474 a
ciuitas fortis 120 a
ciuitas ſolis quæ 96 b
ciuitates munitæ 308 b
ciuitates myſticè quid 12 b
Claudere ſermones, quid 800 a
clauis domûs Iudæ 111 b
clauſtralium tepor 135 a
clericorum deſidum obiurgatio, deploratio, deterritio 346 b 507 b 627 b
clericorum ſcandala quanta 329 b
celericis fœdiſſimum quid 317 a
Coccinea ſi fuerint peccata, quomodò niuea fiant 8 a
coccino veſtiri 311 b
coęquæua quatuor quæ 516 a
cœnacula templi quid 658 b
cogitare 80 b
cogitationes DEO q aſſcribantur 404 a
cogitationes humanæ quales ſint, an ſcirī poſſit 368 b
cogitationum malitia quæ 308 b
cogitationibus etiam peccari 236 a
cognitionem DEI nudam, nō ſufficere 12 a
colles 16 a 18 b 177 a 184 b 236 b 311 a 365 b 728 b
coloniæ cuius ſitus quis 693 a
colonus 354 b
columba 398 b 442 b 457 b
coluber 82 b
columna 284 a
columna nubis & ignis 26 b
columnæ 655 b
comedere panē in fimo boūm, quid 541 b
comedere volumen 536 a
cōminationes ꝓpheticæ quales 742 b
comminutio ſpiritualis 184 b
compes ſeu compedes 497 b
compitum 485 a
cōplicatio cælorum quî intelligatur 159 b
conditoribus legum iniquarum quid euenturum 63 a
confeſſio cui neceſſaria 309 b
confeſſione omnia lauari 13 a
confidere ſanctis quî debeamus 367 b
confidendum de homine quî ſit 368 a
confitendum quî ſit 581 a
conflari gladios in vomeres 20 a
confuſio laudāda aut vituperanda, q̄ 190 a
confuſio quid aut quotuplex 320 a 718 b
confuſionē quantā primitiua Eccleſia ſuſtinuerit 256 a
confutatio Iudæorum 44
coniugum inter ſe quæ debeat eſſe temperantia 578 b
conſcientiæ bonæ quid ſit 805 b
conſcientiam bonam quis habeat 787 b
conſentior 804 b
conſilium quid ſit 80 b 394 a
cōſilia Chriſti cōpendioſiùs quem ducere, quàm præcepta 15 a
conſiliarius cur dicatur Chriſtus 55 a
conſolari de hoſtibus, quid 9 b
conſolatio DEI qua ſemet conſolatur, qualis 9 b
conſtuprari vſq; ad verticem, quid 293 a
conſuēre puluillos 558 a
conſuetudo peccandi quātum mali ſecum trahat 563 a
conſumi quid quomodò dicatur 584 b
conſummationem facere 314 a
conſummationē quî fecerit CHRISTVS 61 b
contemplari propriè quid 804 a
contendere cum equis 348 a
contentio quid 805 a
contentioſorum mos quis ibidē
contrà 411 b 412 a
contraria contrarijs quî curanda 333 a
cōtributionis eleemoſynariæ forma 509 b
contritio 492 b
contritio ſup contritionem, quid 310 a
contritio vera quantùm poſſit 580 a
contritione duplici quoſdam eſſe conterēdos 573 a
contriſtare quem, quale quid ſit 578 b
conualles 520 b
conuerſio mala quæ 537 a
cōuerti & viuere noſtrū q velit DEUS 581 a
conuerti retrorſum 471 b
conuiuium pinguium 120 b
conternans ſeu cōſternans vitula 83 b
cor 478 b
cor Hieruſalem 176 a
cor hominis an, quale ſit, ſciri poſſit 368 b
cordis officium quod 5 a
corda ſaxis duriora quæ 395 a
cornu 27 b 32 b 486 a
cornua 760 b 767 b
cor omne mœrere, quid 12 b
corona 565 b 572 a
corona capitis quid 507 b
corona gloriæ 257 b
corona ſuperbiæ 134 b
coronam pro cinere dari, quid 255 a
corpus DN̄I cui non ſumendum 787
corpus ECCLESIÆ quid 15 b
corporis humani quàm ſit mirabilis diſpoſitio 730 b
corpora cæleſtia ſint ne aīata, an nō 516 b
correptio fraterna an ſit p̄ceptum 449 b
corus quid menſuræ ſit 678 b
coruus 162 a
Creagræ 468 a
credi in hoīem mortuū, quale qd ſit 229 b
crepido 669 b 672 b
cryſtallinum cælum 528 a
cryſtallus 528 b
Cuiq; ſecundū opera ſua reddendū 369 a
culpa quidnam ſit, & quò ordinetur 10 a
curioſitas quid ſit 755 b
currere non miſſos 394 b
currus myſticè quid 106 a
cuſtos 104 a
Cymbala alarum 92 a 93 a
cyri præconium ac vituperium 199 200
DAemones quæ à quibus ſumant nomina 362 b
dæmones quid mediantibus naturalibus cauſis poſſint 524 a
dæmonum natura 610 b
dæmonum virtus quandò infirmata 265 a
dæmonia 162 a
damaſcus 89 b 91 a 450 a
damnatorum affectus quis 622 a
dan 309 b 331 a
danielis in precando efficacia 562
danielis oratio quàm diù aliquādò durauerit 776 b
danielis præconium ac priuilegium ſingulare 694 695
danielē bis leonibus obiectum eſſe 813 b
darii in conſpectu Chriſti gentes, quid 182 a
dauid 427 b
Deambulatio 802 b 665 b
deambulationis vtilitas quæ 802 b 803 a
decani 21 b
decaluari verticem 24 b
decē iugera lagunculā vnā facere, qd 29 a
decē ſolos de Sennacheribis 185 milliū exercitu euaſiſſe 61 a
deceptis ab ANTICHRISTO quot pœnitētię dies dandi. 642 b
decipula 314 b
declinare ad dexterā aut ſiniſtrā, quid 59 a
decrepiti 320 a
dedan 455 a 604 a
delicatis cibis quandò potiſſimùm ſit abſtinendum 783 a
delicta quis ſua ſingulatìm intelligat? 574 a
dentes 759 a
dentes ad numerum confringere 495 a
deſcendere in pūcto ad infernum qui dicātur 29 b
deſertores 145 b
deſertum 290 b 582 b
deſertum mare 101 b
deſiderij vis quanta 813 b
detractio 594 b
deus in idolum an & quî mutetur 286 a
deus per ſeipſum cur iuret 202 a
deus quî potiſſimū ſciatur eſſe DN̄S 547 a
deus quomodò & puniat aliquos, & ijſdem tamen condoleat 10 a
dei, ſeu filij DEI, appellatione quid intelligatur 734 c
deo proprium quid 188 b
deo quotiès viliſſima q̄q; præponam⁹ 358 a
deum an quiſquam in hac viderit vita 35 a
deum eſſe operum bonorū cauſam 125 a
deum qui haud negādo verbis, operib⁹ negent 317 b
deum ſanctificari, quid 30 a
deū ſeu DN̄M qui viderint ꝓphetæ 34 b
deorum ſtatuæ quinam gentibus olim æſtimatæ 747 b
dextera 482 b 799 a
dextera DEI 258 b
dexterum 371 a
Diabolo reſiſtere, quid 233 b
diadema regni 257 b
dibon 83 b 85 b
dies 727 b
dies artificialis quid ſit 171 b
dies Ezechiæ ꝓlongatus quantus 171 a
dies natiuitatis quid 378 b
dies nouiſſimus 140 b
dierum adoleſcentiæ recordari 572 b
dij qui quibus etiamnum ſint 11 a
dij quomodò qui vocentur 733 a
dilectiſſima quæque exequutu haud difficilia eſſe 303 b
dilectus DOMINO quis 785 a
dilectus meus myſticè quid 32 b
diligere quid ſit 208 b
dimittere ſeu ignoſcere quomodò quid debeamus 302 b
dionyſius noſter Carthuſ. quandò commentarios hos ſcripſerit 800 b
diplois 520 a
diſciplina 289 b
diſplicentia bona quæ 544 a
diſplicentiam vitiorū quantam meritò haberemus 633 a
diſputare cum DEO, quale 182 a
diſtributiones logicę quî in ſacra ſcriptura ſumendæ 12 a
diuidere pedes om̄i tranſeunti, quid 573 a
diuinatio licita aut illicita quæ 17 b
diuiſio inter DEUM & nos, vndè 246 a
diuites quo timore ſubuertantur 712 a
diuitiæ ſalutis 154 a
Doctrinā ſine vita non ſufficere 559 b
docere mendacium qui dicantur 337 a
docti, inſtàr firmamenti fulſuri, qui 797 b
dodanim 104 b 106 b
doloris laudabilis cauſæ quot 364 a
dolendum de peccatis quî ſit 315 b
domina gentium 470 a 474 b
dominium Chriſti 178 b
dominus cur Iſaiæ ſedere viſus 34 b
dominus quos quō decipere dicatur 561 b
dominum in nobis eſſe, quid 355 a
domus 393 b 506 a
domus DEI Iacob, quid 15
domus DEI magna quid 515 b 516 a
domus Iacob 17 a 81 b 291 a
domus Iſrael 28 b
domus Iuda 111 b
domum domui coniungere 29 a
domos erigere quid 405 a
donec 108 b 188 a
donorum ſpirituſſancti ordo 65
dormire in latus dextrum aut ſiniſtrum, qd 539 b 540 a
dormitio mala quæ 82 a

dorſum ad altare vertere 549 a
Drachmæ 541 a
draco 161 b 620 a 812 a
draconis natura 812 b
draconi occidendo quid cibi Daniel quomodò parârit ibidē
dromedarij 251 a
Duma 103 b 106 b
duodecim cubiti 672 b
duplicia de manu DOMINI ſuſcipi 176 b
duplicia poſſidenda quæ 256 a
dupliciter aliquid vitari 732 a
duritia bona quæ 554 a
Ebrietas quàm cur ità clericis prohibita 33 b
ebrietate rationem obſcurari 130 b
Eccleſia Chriſti quibus hodiè ſcandalis afficiatur 13
eccleſia cur ab hæreticis & paganis ità vexetur 33 a
eccleſia primitiua quî, obſeſſa Hieruſalem, ſeruata 30 b
eccleſia quàm diuerſis appelletur nominibus 497 a
eccleſia quæ qñ ſcortum appellanda 574 a
eccleſia ſe cur ſponſo aut ſponſæ comparet 256 b
eccleſiæ æſtas quæ 333 b authoritas 252 b lingua 362 a maieſtas 16 a militãtis porta 259 a muri 317 a perſecutores cõfuſum iri 184 a ſponſus 298 b ſtatus 253 triũphantis porta 259 a vnitatē reſpuētes, illuminationē non mereri 15 b
eccleſiam demoliri 24 b eſſe tandē aliquãdò reformandã 14 a eſſe DEI vineã 294 a
Edictum 756 a
edom 160 a 260 a 504 a 604 a
Effectus peccati quid 545 b
effœminati 22 a
Elã 102 a 105 a 450 a 454 a 621 b 622 b 767 a
elamitæ 105 a 110 b
eleale 85 a
electi oēs quõ ſint & docti 797 b 798 a
electio boni in Chriſto, vndè 44 a
electrum 526 b 530 a 532 a
elementa quatuor, quatuor animalibus quî deſignentur 530 a
eleos quid 185 b
eleuari ſuper colles, quid 16 a 20 a
eleuati colles 18 b
eliachim quid ſonet 111 b
elim 85 b
Emanuel (aliâs Emmanuel) quid, & cur ità dictus Chriſtus 42 b 518 b
Ennon 328 a 329 b 375 b
engaddi & Engallim quid 688 a
Ephraim (aliâs Effraim) quid 59 a 69 b 91 a 134 b 309 b 325 a 326 a 411 b 412 b 420 a
Equi 275 b
equorũ libidini q cur aſſimilent 317 a 598 a
Error Origeni aſſcriptus, qualis 253 b
erubeſcentia quotuplex 320 a
erubeſcentia quid 633 b
eruditus quid ſonet 697 b
Eſau quid ſonet 455 a
eſebon ſeu Heſebon 85 a 88 b
eſſe DEI, quid 732 b
Euangeliſtarum quatuor, ad quatuor animalia collatio 532 & deinceps
euellere 280 a
eugè 602 b
eunuchus 696 b
eunuchi laudabiles qui 238 a
eunuchi quomodò qui fiant 698 b
euphrates 442 b
Exactores 23 b 82
expectatio Iſraelis, quid 354 b
exaudiendus DEO facilè, quis 410 a
excæcatio Iudæorum quî facta 39 a
extra eccleſiam, & eam catholicam, nemini ſalus ſperanda 252 b
Ezechiæ vulnus & zelus 173 a 60 b
ezechiel cur includi iuſſus 538 b
FAber 233 b
fabulari in templis, quid 328 b
facere concluſionem 546 b
facere pactum cum inferno 131 b
faciem auertere 546 b
facies quatuor 531 a 532 a
factores dictoribus præſtare 186 b
fæx Iſraelis, quid 211 b
falſum an ſciatur 325 b
fames 33 b 185 a
fames Hieroſolymitarum 511 b
famis anguſtia quanta 472 a
faſcia pectoralis 25 a
Fellis aqua 333 a 337 b
feminalia 676 a
femur animæ 353 b
feneſtræ 337 b 653 a 660 b 561 a
ferrum 218 a 363 b
feſtiuitates aliæ, Iſaiæ quid 7 a
Fides 66 a
fides ſeu fœdera quantoperè ſeruãda 576 a
fides, ſine qua nemo ſaluandus, quæ 312 a
fidei per charitatem operãtis, p̄ coniũ 12 a
fidei vis & laus 315 b
fidelibus quanta ſubindè obueniant aduerſa 478 a
figuli domus quid 373 b
filia 356 a
filia Sion 485 b
filia vaga 414 b
filiæ aut ſororis noīe quid ſignetur 297 b
filiæ nomen quid 5 b 6 a 321 a
filiæ 150 b 250 b 495 b 567 a
filiæ quomodò inſtituendę 802 a
filius olei 27 b 32 b
filijs an parentum peccata ferenda 579 b
filijs quid debeant parentes 802 a
filios procreare 405 b
fi[illegible] 771 a
finis an CHRISTO ſuus periêrit 495 a
finis hominis quotuplex 65 a
finis hominis vltimus quis 338 a
finiri à manè vſque ad veſperam, quid 174 a
fiſtula 712 b
Flagella quatuor peſſima, quæ 562 a
flendum quid maximè ſit 336 b
fletum ſuper montes aſſumi, quid 357 a
flos decidens, quid 134 b
flos Moab 446 a
flos radicis Ieſſæ, quid 64 b
flumen aſſcendere 443 a
flumina 185 a 198 b 441 a 618 b 729 a
fluuius 94 b
fluxui aſinorum cur quorũdam fluxus conferatur 293 b
Fodi vineam 28 a
fœdifragos Sedechiam referre 576 a
fœdus cum morte percutere, quid 131 b
fœminarum filia quid 791 a
fœnum 177 b
fœtuum monſtroſorum cauſa 578 b
folium defluere, quid 332 b
folijs quæ verba conferantur 11 b
fons vndè dictus 729 a
fontes ſaluatoris 71 a
foramina ſpiritûs angelici, quid 610 a
fornicariæ deſcriptio 564 & deincèps
fornicatio Iudæorum quanta 544 a
fornicatio quotuplex 8 b
fornicatio ſpiritalis 301 b
fortis armatus 230 a
fortis prædator quis 215 a
fortiſſimus gentium, quid 619 b
fortitudo 705 b
fortitudo Damaſci 51 b
fortitudinem gentium qui cõederint 255 b
Fragmen panis 558 b
frãciſcus S. quî ſolem habuerit fratrē 726 a
franciſci viſio quædam 710 b
fratruelis 27 b
frenum maxillis imponere 612 b
frequentia peccatorum num peccata excuſentur 374 a
frigi in igne, quid 809 a
frigus 727 a
fructus ſpiritûs qui 245 a
fructus terræ ſublimis 25 b 26 a
frumentum 258 b 681 a
Fugere quandò non liceat 400 b
fulgura 728 b
fumo impletum eſſe templum, quid 37 a
funiculi laxati 157 a
fundamentum fundamentorum, quis 15 b
fundamentũ & fundamēta, quid 132 a 417 a
furioſi Nabuchodonoſoris deſcriptio 74[illegible]
furioſos aliquandò plùs poſſe ſanis 746 a
furor 159 a
furor DEI quid 775 a
furore DOMINI plenum eſſe, quid 319 b
furum ſocij qui 9 a
futurum quid dupliciter prædici 372 a
futura prenunciare, cuius ſit p̄prium 186 a
GAbriel quid ſonet 770 b
galaad 331 b 333 b 383 a 385 b 443 b
galeę 442 b
galilæa quæ cur gentium dicta 53 b
galilæa quid ſonet 58 a
gallim 85 b
gareb quid ſonet 418 a
gaudere ad ſonitum organi 29 b
gaudia beatorum effari non poſſe 145 a
gazophylacia 648 a 654 a 685
Gelu vndè fiat 727 a
gemmarum mirabilitas quanta 728 b
generatio CHRISTI quotuplex 229 a
generationem filij DEI, nec angelis quidem ſatìs compræhenſibilem fuiſſe 36 a
gentes quî à CHRISTO iudicatæ ſint & iudicentur 16 a
gentiles quid DEVM putârint 810 b
germen delectabile 28 b
germen iuſtitiæ 426 b
Gigantes myſticè qui 125 a
Glacies 727 a
gladius acutus 210 b
gladius Antichriſti qualis 598
gladius CHRISTI quid 182
gladius deſerti 507 a
gladius myſticè quid 8 a
gloria quid 36 b 714 b 719 b
gloria DOMINI 177 a
gloria DEI quî plena ſit terra 36 b
gloriandum in quo cuique ſit 335 b 338 a
Gog quid ſonet 638 b
Gradiēdi vis quonã in mēbro cõſiſtat 785 b
grandinis lapis 145 a
Gula cur væ mereatur 27 b
guttur 294 b
HAbitare cum igne deuorante 157 b
habitare cum ſcorpionibus 535 b
habitare iuuenē cũ virgine, quid 258 a
hæreditas 506 a
hæreſi hypocriſin familiarem eſſe 59 a
hæreticorum ſtatua 712 a
hanes 140 a
hannibal vndè victus 791 b
haruſpex 707 a
hazor 450 a
Hebdomada ſeu hebdomas Danieli quid, 777 b 782 b
hebenus 607 a
hecthecæ ſeu ecthecæ quid 659 b 660 a
heliæ & Enoch aduentus 797 a
heliæ qualis in cælum raptus 275 b
hericius 80 a 82 b 161 b
hermetis triſmegiſti error quis 339 a
heſebon vel Eſebon 454 b
Hieronymi defenſio 74 b
hieronymi modeſta notatio 36 a 38 a
hieroſolymæ deſtructio quantæ nobis meritò formidini foret 328 b
hieroſolymę ſeu HIERUſalē deſcriptio 120 a
hieruſalem quid 10 b 26 a 33 a 177 b 181 b 186 b 253 b 258 a 290 b 299 b 309 b 315 a 322 a 337 b 479 b 484 a
hin 541 a
hinnire 231 a 411 b
hinnire ad vxorem proximi 313 a
hircus 768 a
hiſtoria Suſannæ à calumnijs quorundam defenditur 801 a
Hœdus 66 b
holocauſtum quid 6 b 238 b
homo 311 a 317 b 532 b
homo ſolus quid ſit 490 b
hominis non eſſe viam ſuam, quî intelligēdum 342 a
homines 415 b
hominum maximi qui 729 b
homines pro aliquo dari, quid 192 b
homicida myſticè quis 13 b
homicidijs quàm & quãdò potiſſimùm deditì Iudæi 8 b
honor quid ſit 192 b
hordeum 681 a
hoſtes DEI qui cur dicantur 9 b
hoſtia ſeu hoſtiæ 238 b 677 a
hoſtiæ Chriſtianorum quę 97 b
humana in ſpecie cur DÑS Iſaiæ viſus 35 a
humani generis fragilitas 342 a
humilitas quî ſeruanda 400
humilitatis præconium 619 b
hus 501 a 504 a
Hyacinthina calceamenta 565 a
hyacinthus 528 a
hydraulia 812 a
hydriæ 468 a
IAcob 196 b 419 b 444 a 478 b
iacob & Iſrael quî differant 58 b
iaſpis 233 a
iaſub quid ſonet 40 b
iazer aut Iaſer quid 89 a
Ibis, aut ibex 162 a
Idololatria quandò ceſſatura 21 a
idololatria quî cœperit 197 b
idololatriæ depictio 566 567
idolum vndè dicatur 810 a
idola gentibus quî aut quid habita 811 b
idola quę qui templo Hieroſolymitano intulerint 11 a
idola ſeu imagines q ethnicis culta 338 b
idolorum aliquot catalogus 566 a
idolorum impugnatio 586 a
idolorum reſponſa quãdò & per quos ceſſârint 186 a
idolis quàm olim dediti Iudæi 17 b
idumæa 70 a 159 b 622 b
Ieiuuij tempore quibus vtendum potibus aut cibis 783 a
ieremias cuias fuerit 278 a
ieremias inſcitiæ falſò inſimulatus 279 a
ieremias quid ſonet 290 b
ieremias quî occiſus 509 a
ieremias quorum figura 328 a
ieremiæ captio 432 b
ieremiæ exemplo quid doceamur 282 a
ieremię in carcerem lutoſum cõiectio 433 a
ieremiæ qualis de pueritia excuſatio 279 a
ieremiæ virginitas 364 b
Ignis 317 b 405 a 529 b 641 b
ignis cur in tēplo perpetuᵒ fieri iuſſus 149 a
ignis pœna quanta 720 b
ignem DOMINI eſſe in Sion, quid 149 a
ignorans ignorandus quis 29 b
Ilex 808 b
Imagines maſculinæ 566 a 572 b
imber 28 b 726 b
imprecari quę quibus liceat 343 b
impudentia quorundam quanta 301 b
Inaures 565 b 572 a
incenſum quid 6 b
incircunciſus 224 a
incircunciſum corde eſſe, quid 338 b
infans ab vbere 67 a
infernus quid, & quomodò os & animã habeat 30 a 732 a
ingratitudo quàm nobis vitanda 11 b
ingredi in petram, quid 17 b
iniquitas 537 b
iniquitatum pœnitentia deletarum quî fiat aut non fiat recordatio 580 a
indignatio 159 a
indurati ſupra petram qui 316 a
innocentia quantum ſit boni 809 a
inſaturabilia quæ 30 a
inſipiens propheta quis 556 b
inſulæ 181 b 182 b 210 b 251 b
intellectus quid 514 b
Iob in precando efficacia 562
ionadab 429 b
iordanis 455 b
Ira DEI maxima quæ 443 a
ira DEI quid 775 a
iræ DEI quî reſiſtatur 329 a
irriſio amara literaliũ ſcripturæ expoſitorum 270 b
Iſaias quibus ſub regibus p̄phetârit 3 a
iſaias vbi EUangeliſta potiùs quàm propheta dicendus 230 b
iſaiæ laus & excellentia 1 a
iſaiæ prõptitudo quibus ſolis imitãda 38 b
iſmaelitarum deſcriptio 104 b
iſrael quid 4 a 12 a 207 a 291 a
iſrael quotuplex 195 b
iſraelis & Iudæ populus quî differãt 28 b
Iubileus 545 b
iuda ſeu Iudas 3 a 33 a 59 b 122 b 388 b 475 a
iudæa 357 a
iudææ ſitus quis 789 a
iudæi cur vſq; hodiè ſint captiui 497 a
iudæi quotiès quotidiè maledicãt Chriſtianis 224 b
iudæi ſeu Iſraelitæ veri, qui 10 b
iudæorum cæcitas 66 b
iudæorum cauillus quidam retuſus 16 b
iudęorum in Chriſtianos maledicētia 230 b
iudæorum iniuſtitia 315 a
iudęorum libido quanta 313 a
iudæorum manus cur etiamnum ſanguine plenæ 7 b
iudicum quid maximè interſit 8 a
iudicium Chriſti quale 65 b
iudicium quale quęrēdum aut vitandũ 7 b
iudicium quotuplex 10 b
iudicium ſine miſericordia, quî intelligatur futurum 547 a
iudicium temerarium 237 a
iudicia 715 a
iudicia DEI an & quõ angeli ſciant 785 b
iudicia hominum temnenda quæ 24 a
iugis ſacrificij aſſertio 685 b
iugerum quid ſit 29 a
iugum 478 a
iugum DÑI quandò portandum 490 b
iugum oneris 54 a
iumenta 415 b 426 b
iumenta auſtri quid 140 146 a
iuncus 98 b
iuramentum quotuplex 316 b
iuramēti comites q̃ & quot 207 a 303 b 308 a
iurandi conſuetudo qualis 315 b
iurandum quî ſit 349 a
iurare an licitum 307 b 308 a
iurare DEVM multiplicìter 258 b
iuratio licita quæ 96 b
ius prophanum 267 a
iuſtificare pro muneribus impium 31 b
iuſtificatio impij quanto ſit miraculo 637 b
iuſtitia quid pariat 805 b
iuſtitiarum noſtrarũ quandò obliuiſcatur DEVS 12 b
iuſtus ab oriente ſuſcitatus, quis 182 183 a
iuuenes 338 a
LAborantinm vt iniquè agant, multitudo quanta 337 a
laborare cum peditibus 348 a
laborare quî dicatur DEVS 142 b
laborare vt malè agas, quid 334 a
labruſca 27 b 90 a
lac 234 b
laciniæ 500 b
lacunæ 95 a
laguncula ſeu lagunculæ 64 b 450 a
lagunculam ſumere quid 375 b
lamentatrices 337 b
lamia ſeu lamiæ 162 a 499 b 502 a
laminæ 143 a
lanceæ 442 b
lanceas in falces mutari 20 a
languor quid ſit 4 b 227 b 228 a
lapis 478 b
lapis de monte ſine manibus abſciſſus 710 a
lapides 27 b 32 b 497 b
lapides igniti quid 610 a
laqueos carnis & mũdi paucos admodùm euadere 488 b
latera 658 a
latera aquilonis 78 b
lateres 56 b 267 a
latria 522 a 732 b

latus dextrum 540 a
latus ſiniſtrum 537 b
laudare hominem qñ & quî liceat 23 b 24 a
laus cui debeatur, & quid ſit 721 b
laudes Ieremiæ 277 b
Leæna 146 a 581 b
lebes & lebetes 468 a 552 b
lecticæ 275 b
legati Romani quãta coram Antiocho alioquî ſuperbo, maieſtas 793 a
legiſlatores iniuſti 63 a
lentiſcus 808 a
leo 146 a 160 163 b 304 b 307 a 309 a 312 b 316 b 532 b 620 a
leui 655 a
leuiathan 127 b
leunculi 581 b
lex 756 a
Libanus 18 b 137 b 138 a 154 b 252 b 374 a 384 b 386 a 575 a
libanum in Charmel conuerti, quid 139 b
libare Baalim 325 b
libatio 281 b
libellus repudij quid 216 a
liber 137 a
liber grandis myſticè quid 51 b
liber intùs & forìs ſcriptus, quid 536 a
libero arbitrio quid homo poſſit 371 b
liberũ arbitrium quî potiſſimùm infirmetur 563 a
libri 761 b 763 a
libido fœminea in quo maximè vigeat mẽbro 570 b
libidinis virilis locus quis 570 b
ligare teſtimonium 50 a 52 b
ligaturæ & gratiæ DEI collatio 5 a
lignum 507 a 628 b
lignum ſaltûs quid 63 b
lignum in panem mitti 347 a
ligna frondoſa 294 a
ligna viridia & arida quid 587 a
ligna precio comparari 506 a
limbus 72 a
limen 686 a
lingua erudita 218 a
lingua maris 69 a
linguæ Hebraicæ & Chaldaicę quanta affinitas 698 a
linguæ lapſus quàm ſit procliuis 37 b
linguæ mobilitas quanta 730 b
linguæ nocumentum quantum 337 a
linire abſque temperamento 557 b
linum 99 a
linum fumigans 188 a 191 b
liuor myſticè quid 5 a
Locorum ſacrorum quanta olim fuerit reuerentia 14 b
locuſtæ 180 a
loquela grandis quæ 345 a
loquendi modus optimus quis 2 a
loqui angelorum ad homines, quid 769 b
lotionem (ſeu lauationem) qualem Iudæis ſuaſerit Iſaias 7 b
Lubricare 500 b
lucifer 77 b 619 b
luciferi quale peccatum 78 a
lucretia Romana an Suſannę Hebręę comparanda 805 a
ludere 409 a
lugentes 242 a
lugentes conſolandi qui 255 a
luith 85 a
lumbare 352 b
lumbi 66 a
lumbi quibus ſui accingendi 284 a
lumen 761 b
luminaria cęli quî mœrere dicantur 620 b
luna 684 a 726 a
lunulæ 25 a
lupanar ædificare, quid 573 a
lupus 313 a 316 b
lupus cum agno quî habitet 66 b
lutum contra figulum nil poſſe 200 b
luxuriam ſeu libidinem qui ſuam ſibi prouocent 29 b
Lyra 29 b
MAceria 28 a 33 a
magi 700 b
magog quid ſonet 638 b
maieſtas DEI quanta 537 b
mala quî facere dicatur DEVS 44 b
mala in ECCLESIA ferenda quæ 596 b
maledicere diei natali 378 b
maledictio 771 b
malitiæ quę peculiariter dicendæ 566 b
maliciæ quid 296 b
mali nihil impune futurum 369 a
malleoli 720 a
málus naualis 158 a
málus quid ligni ſit 606 a
mamilla regum quid 253 a
manaſſes 59 a 362 b
manaſſis (ſeu Manaſſæ) regis ſanguinolentia quanta 8 b
manè 78 b 104 a 326 a
mane, thecel, phares 751 a
manſueti 254 b
manſuetorum commendatio 138 a
manus 485 a 526 b 530 a 547 a
manus DEI aut DOMINI 283 a 537 b
manu ſuſpendi, quid 507 a
man⁹ ſanguine plenas eſſe, quid ſibi velit 7 b
maozim 795 a
mare 53 b 104 b 421 a 464 a 680 b 729 a 758 b
mare vnum aut plura quæ 729 a
margaritæ cur porcis nõ obijciendę 798 b
marathiæ (alibi Mattathię aut Mathathiæ) & filiorum eius commendatio 793 b
mater ECCLESIARUM quæ 570 a
matres 487 b
matthæus quam à Porphyrio calumniam paſſus 346 a
mauſoleum quid 767 a
maxilla percutienti quî danda 491 a
Medaba aut Medeba 84 b
medicus ſpiritualis quis 333 b
medium camporum quid 185 a
medium ſcindi, quid 808
medium terræ vbi & quid 542 b
medulla cedri 575 a
medus 75 b 105 a
melchiſedech 183 b
melchon 450 a 454
melior verè quis ſit 798 a
mel & lac vbi ſint parabiliora pane 45 b
melle cur vſus Chriſtus 44 a
memoria memorem eſſe 495 a
memphis 99 b 287 a
mendacij ſermonibus qui confidant 328 b
menſa aut menſæ 675 b 655 b
menſem ex menſe futurum eſſe, quid ſibi velit 276 a
menſtruorum ratio quæ 578
mentis lux aut caligo quæ 31 a
merces DOMINI 178 a
meretricatio Iudęorum olim quanta 8 b
meretricis impudentis depictio 573 b
meridies 322 b
meritum Chriſti quantum 121 b
merum 127 b
MICHAEL ANTICHRISTũ quõ interfectur⁹ 796 b
michcel quorum princeps 787 a
migma 143 b 804 a
militans modò ECCLESIA, quandò futura triumphans 253 b
militia cæli 118 b
miluus 162 a
mirabilia circa pueros in fornacem iactos, quanta & quot 733 b
miracula qui cur fingant 813 a
miſach 698 b
miſerationes DEI quid 262 b
miſericordiam DEI, iuſtitiæ ſuę vbiquè miſceri 10 a
mitium lætitia 138 a
Moab 70 a 83 a 84 a 122 b 449 a 604 a
mœror bonus quis 507 b
molam tollere 206 b
moleſtum qui aliquid ſit DEO 42 b
moloch 240 b 566 a
monachorum quid ſit 798 a
monetarum diuerſitas quanta 679 a
mons 110 b 411 b 463 a 466 a 710 a 775
mons DEI ſanctus quid 276 a
mons domûs DOMINI 19 b
mons & montes myſticè quid 15
mons filiæ Sion 62 b 86 a 88 a
mons teſtamenti 78 b
montium aliquot inſigniũ mirabilia 14
montes 20 a 177 a 184 b 236 b 265 a 300 a 311 a 337 a 365 b 520 b 728 b
montes excelſi 18 b
mors animæ quid 578 a 804 b
mors morientis quid 581 a
mors olim & nunc quàm diuerſa 171 b
mors optanda quæ 804 b
mors quarum ſpecierum ſit genus 360 a
mortis & inferi portæ 507 a
mortis expectationem grauiorẽ eſſe quàm illationem 321 a 428 a
mortem timere, cuius ſit 805 a
morticinum quid ſit 541 b
mortui quî dormiant 797 a
mos Iudęorũ interrogandi DEũ quis 582 b
moſis in orando vehementia 359 b
moſoch quid ſonet 622 b
Mucro 592 b
muli 275
mulieres 23 b 507 a
mulieres miſericordes quid 503 a
mulieres opulentæ 152 b
mulierũ aut virginũ hũilitas vitioſa q̃ 507 a
mulierum natura 500 a
mulieres exteris dari, quid 332 b
multus ſeu multi quid 797 a
mundi proſperitas quî habenda 349 b
munera q̃ quibus quàm vitanda 9 b
munitiones 539 a
murus 19 a 84 b 110 b 127 a 284 a 487 a 641 a 667 b
muri 258 a 655 b
murmurare 492 a
murmuratorib⁹ etſi in deſerto occiſis, quî parſum 584 b
muſca 44 b 46 a
Myrica 368 a
myrtus 185 b
NAbo 84 b 203 a 449 a
nabuchodonoſor vtrùm ſaluatus, an damnatus 77 a
naphtha 720 a
natiuitati ſuæ quomodò Ieremias maledixerit 378 b
natura DEI quid 732 b
naturalium rerum peritiſſimi inter Græcos qui 369 a
nazaræus 500 a 502 b 503 a
Nebulæ 342 b
neceſſitatem multa diſpenſare 429 b
nechao 440 b
negociatio bona quæ 506 b
nemrim 85 a
neomeniæ feſtiuitas qualis 7 a
nepotes ſeu filij apoſtolorum qui 270 a
neptalim quid ſonet 57 b
nequitiæ quid ſit 805 b
Nil abſq; cauſa fieri 277 a
nitrum & herba fullonum 294 a
nix ſeu niues quid 374 a 727 a
No, quid ſit aut ſonet 617 a
noæ in orando efficacia 562
nobiles interire fame, q d p̃ ſe ferat 29 b 30 a
nobilitas quid ſit 697 a
nocturnum tempus cui rei aptius quàm diurnum 396
nomen Chriſti quàm ſit excellens 71 b
nomen nouum 257
nominis ſeu nominum DEI ratio 722 a
nomina rerum qui mutentur 417 b
nomina ex rebus imponi 257 b
non permanſuros ſeu nõ intellecturos, qui non credunt 41 b
nôſſe DEUM qui potiſſimè dicantur 12 a
nouacula conducta quid 45 a
nouẽ lapidũ ad ix. choros collatio 609 b
nouiſſimus qui dicatur DEUS 182 b
nouiſſima domus quæ 271 a
nouiſſimi dies qui 16 b 17 a
nouũ cor & ſpiritũ qui ſibi qs faciat 581 a
nox 104 a 322 b 717 b 782 b
Nubes 26 b 27 a 28 78 b 79 a 94 a 200 a 342 b 526 b 529 b 551 a 727 b 763 b
nubes quouſquè ſuſtollantur 218 a
nundinæ 685 b
nutriri in croceis, quid 499 b
OBlatio 717 b
obliuio DEI qualis 210 b
obliuio DEI, quorũ vitiorũ origo 853 b
obrizum 783 b
obſecratio quid 755 b
obſcurari aurum 499 a
obtenebratio ſolis quid 73 a
obſtupeſcere qui aliquid dicatur 733 a
Occatio 754 a
oculus animæ quid 554 b
oculi in quo potiſſimũ refrenandi 803 b
oculorum offenſiones quid 583 b
Offa draconi à Daniele parata, q̃lis 812 b
offendicula ECCLESIÆ quæ 329 b
Oleum 9 a 255 a 413 a 804 a
oliua 185 b 345 a
olla ſuccenſa 281 a 283 b
Onagri natura quæ 288 b 289 a
onagri 151 a
onocentaurus 161 a 162 a
onocrotalus 161 b
onus 54 a 392 a
onus Babylonis 74 b
onera bona quæ 370 b
Ooliba 597 b
oolla quid ſonet 597 b
Opera bona, peccato mortali mortificata, quî reuiuiſcant 538 b
opera ſanctorum in patria, quæ 269 b
opponere murum 556 b
opprobrijs ſaturari 495 b
opus alicui⁹ cur operãti dicat̃ ſcintilla 11 b
opus DOMINI non reſpicere, quid 29 b
Orandum pro quibus non ſit 485 a
orare an quis vetandus 356 b
oratio Chriſti quî ſemper exaudita 494 b
oratio cuius execrabilis 487 a
oratio, quæ quam vim habeat 705 a
oratio quid 755 b 773 b
oratio q vel exaudiat̃, vel nõ exaudiat̃ 13 a
orationes placitæ quæ 419 b
orationes quorũ in veteri TESTAMẽTO maximè efficaces 562 b
ordinatus aut inordinatus animus ſibi quid 287 b
ordiri telam 145 b
orientalis porta 667 b 683 b
oriens 182 a 186 b 187 a 519 b
origeni adſcriptus error, qualis 253 b
ornamentorũ muliebrium catalogus 565
ornari tympanis 411 a 419 a
Os quis cuius dicatur 362 a
oſſa 635 b oſſa animæ 245 a 377 a
oſſa CHRISTI quæ 494 a
oſſa nr̃a quî inſtàr herbę germinatura 274
Oues 426 b
PAlea 394 b
paliurus 163 a
pallium animæ 155 b
pallium laudis 255 a
palmæ 653 a palmites 582 a
palmus 178 b
palus 767 b
paludes 82 b
panis arctùs 142 b
panis 33 b 143 b 155 b 436 a 569 a 777 b 782 b
panis & aqua 21 b
panem in pondere edere, quid 541 b
parabola 575 a
parabolicarum loquutionum ſenſus quis ſit 177 a
pardus 66 b 85 a 313 a 316 760 a
parentum delicta an filij portent 579 b
paries 110 b 559 b
parietis perfoſſio 548 a
parturientium mos 407 b
paruuli 338 a 476 a
paſci ſcientia & doctrina 299 a
paſcuæ 627 a
paſſionis CHRISTI fructum cur non oẽs aſſequantur 388 b
paſſionem CHRISTI quis prophetarum ꝓpriiſſimè deſcripſerit 230 b
paſtoris quid ſit 539 a
paſtorem bonum aſſequi, quanti ſit beneficij 393 a
paſtorum malorum exibilatio 13 b
pater futuri ſeculi quis 55 a
pati pro CHRISTO, beneficium aut donum magnum DEI eſſe 220 a
patientia in paruis cur ſeruanda 349 b
patres 487 b patruelis 27 b 32 b
paupertas laudabilis quæ 271 a
pauus ſeu pauo 348 b
pax nato CHRISTO quanta 16 b
pax quàm & quæ neceſſaria 309 a
pax quotuplex 210 736 a
paxillus 563 b
Peccare, & in peccatis perſeuerare, quàm differant 331 b
peccare, iniquitatẽ facere, impiè agere, quî differant 774 a
peccare quot modis contingat 699 a
peccatum animæ quid 699 a
peccatum qui comburatur 54 b
peccati deteſtabilitas quæ 316 b
peccati enormitas quanta 286 a
peccati frequẽtia an peccatũ excuſet 374 a
peccatum peccare, quid 471 b 476 b
peccatum peccato addere 140 a
peccatum ſuccendi, quid 11 b
peccatum ſuum prædicare, bifariàm intelligi 23 a
peccatum vnum aliud trahere 30 b
peccata an & quî reuelanda ſint oĩa 23 a
peccata quî tollantur 8 a
peccata hominum ad certam vſq; menſuram ſuſtineri 598 b
peccata hominum quî inflammentur 61 a
peccata in proximum quæ 325 b
peccata maiorũ quõ poſtori ferant 580 a
peccata non intelligere, quale 324 a
peccata oĩm quî tulerit Chriſtus 230 b
peccator qui peccando erudiatur 287 b
peccatoribus applaudentes, quàm grauiter peccent 358 b
pecora 337 b 426 b 370 b
pedes ECCLESIÆ 476 b
pedicæ 314 b
pellis animæ 507 a
penna 532 a pennæ aquilinæ 181 a
perdicis natura quæ 369 a
perdici qui cur aſſimilentur 369 a
perditione quali aut quorum DEVS lętetur aut non letetur 10 a
peribolus 663 a 712 a
pericula quî cauenda 755 b
perpendiculum 161 a
perſonarum mutandarum mos prophetis quis 788 a
perſonis qbus potiſſimè ſuccurrẽdũ 8 a 9 a
peſtis grauiſſima quæ 334 b
petra 189 b 210 a 218 b 222 b
petra agri 374 a
petra deſerti 85 b 88 a
petram ingredi 20 b
Pharao 614 b 622 a
pharao quid nominis ſit 140 a 440 b
phares 751 b
pharetra 211 a
phaſſur 376 a 379 b
phatures 617 a
phereti 712 a
phialæ 468 a
philiſtijm ſeu Philiſtæi qd 70 a 445 a 573 a
philoſophiæ diuiſio 697 b
Pilorum & cogitationum cõparatio 571 a
pilos inſumptos nõ digeri, ſed euomi 812 b
pilos radere 45 a
piloſus ſeu piloſi quid 74 a 161 a 162 a
pinguedo 413 b
piſcatores 365 b
piſces 217 b 640 b
piſcium genera quot 688 a
piſcium maximi quî 729 b

piſcinæ in Hieruſalem quot 40 b
plaga tumens quid 5 a
planctas alimentis non vti 810 b
plangendi apud Iudæos mos quis 335 a
plantare 280 a
plantare cuius potiſſimùm ſit 32 b
plantare vineas 419 b
plantatio DOMINI 255 a
plorantem plorare, quid 470 b
pluralitatis beneficiorum deteſtatio ac damnatio 323 b 374 a
pluuia ſeu pluuiæ 143 a 575 a
Pœna culpæ quî reſpondeat 10 a
pœna quotuplex 63 a
pœnam dupliciter conſiderari 579 b
pœnam peccatis reſpondere 23 a
pœnam quorundam hîc inchoari, nũquàm terminandam 573 a
pœnitentia an in DEVM cadat 306 b 372 a
pœnitentia quanta pſtare queat 580 b 581 a
pœnitentiæ vſus 259 a
pœnitentiam non dimidiari 580 a
pœnitens de nouo, quid 787 b
pœnitentium verè deſcriptio 545 a
polymitus 565 b
ponere in puluere os 491 a
pontificis ſummi, eiuſq; Romani, poteſtas & authoritas quanta 572 a
populi ſeducti aut ſeducendi cauſa 561 b
porphyrij mendacia & calumniæ 339 b 340 a 346 a 696 a 710 a 770 b 801 a
porphyrij in Danielem calumnias qui potiſſimùm refellerint 801 a
porta 676 b porta orientalis 673 b
portæ 127 a 487 a
portæ animæ 480 b
portæ eccleſiæ 357 a
portæ inferni aut cæli quæ 173 b 286 b
portas lugere 25 b
porticus 665 b
poſticum 804 b
potentibus ad bibendum vinum, quid tandèm futurum 31 a
poteſtas CHRISTI quæ 764 b
Præbendæ qui haberi debeant 701 a
præcepta diuina qui dicanť non bona 585
prædicare quibus fructificet 70 a
prægnantes 412 a
prælati aut prælatorum quid interſit 559 a
prælati qui quantis eccleſiã ſcandalis contriſtent 13 b
prælatorum increpatio 626 a
prælatorum quid ſit 612 a
prælatis quid maximè timendum 343 a
præparatum eſſe montem, quid 15 b
præputium habere, quid 338 b
præſumptionis repreſſio 386 b
præſumptuoſorum terror 610 b
prætoriola 606 b
praua in directa quî ponantur 190 a
preces piorũ cur nõ ſemp exaudianť 329 a
precioſum à vili ſeparare 364 b
presbyter quid ſonet 805 b
primitiæ cordis quæ 718 a
primitias DOMINO ſeparare 680 a
primitiua Eccleſia qui in vaſtatione Iudeæ ſeruata 40 a
princeps 685 a
princeps pacis 55 a
principatus an quærendus 22 b
principum quid ſit 22 a 736 a
prinos 808 b
probator iuſtorum 378 a
probatio per ſacram ſcripturã valida, q̃ 6 a
profectus populi, quorum ſint epulę 255 b
prõptitudo & tergiuerſatio eiuſdem in diuerſis, qui laudandæ 38 b
propagines 317 a
prophetá ne potiùs fuerit Iſaias, an Euangeliſta 1 b
prophetam cur ſe non vocet Iſaias 3 a
prophetæ propriè qui 324 a 556 b
prophetarum omnium quis potiſſimùm à CHRISTO & apoſtolis citatus 2 a
prophetalis cognitio quid 444 b
prophetia 525 a 629 a 700
prophetia quæ reſpiciat 1 a
prophetia quænã impleatur aut nõ impleatur 742 b
prophetiam cõminationis non ſemper impleri 170 a
prophetiæ quæ cur non impleantur 403 a
prophetiæ quæ ſemper impleantur 372 a
prophetiſſa quã Iſaias acceſſerit, q̃ 48 a 51 b
proprium DEO quid 732 b
prouidentię DEI negatores 348 a
prouinciarum princeps 470 474 b
proximorum defectus & ærumnæ quomodò ferendæ 544 a
pruina 727 a
Pſeudoprophetæ an quicquã videre dicẽdi 556 b
Ptolemæorum catalogus 789
Pueritia quotuplex 21 b 22 a
pueri 512 b
pueris adhærere, quid 17 b 20 a
pueros in ligno corruiſſe, quid 507 a
puerum tripliciter aliquem dici 269 b
pugillus 178 b
pugillus hordei 558 b
pulchritudo corporis in quot & qbus cõſiſtat 801 b
puluilli 558 a
puluis 86 b 270 b
puniri aliquos ſine culpa ſua, & cur 580 a
purgatorio quæ purganda 580 a
putare 28 a 80 b
Pygmæi 606 b 607 a
python & pythonici 51 a
pythones non conſulendi 53 a
QVa de re hodiè maxiè triſtandũ 310 a
quadriga 275 b 530
quadri lapides 497 b
quadripartitio anni 727 a
quæſtuoſorum increpatio 560 a
quaſi 504 b
quatuor animalia, facies ac rotæ, qd 531 a
quatuor animalium ad vires quatuor relatio 529 b 530 a
quatuor coæquæua quæ 516 a
quatuor Ezechielis aĩaliũ myſticatio 530
Quercus qualẽ aut qbus fructũ ferat 18 b
quercui decidua folia habenti, qui cur cõparentur 11 b
Quid ethnici putârĩt aut vocârĩt DEũ 810 b
quinquagenarij ſignificatio 21 b 720 a
quinq; ciuitates myſticè quid 100 a
quis difficulter corrigatur 294 a
quis iuſtè cũ DEO ad iudiciũ ꝓpĩquet 186 b
qui tres veteris Teſtamẽti peccatores vehementiſſimi 562
Quo peccatũ quodque grauius fiat 298 a
quorũ in pedib⁹ nõ appareat ſemita 186 b
quorum pedes calceandi 294 b
quoto CHRISTI anno Dionyſi⁹ noſter hæc ſcripſerit 800 b
RAbath aut Rabbath 454 b 604 a
rabſaces quis fuerit 40 b 164 b
rachelẽ plorare filios ſuos, qd ſignet 413 b
radix 564 a
radix Ieſſæ 67 b
ramum naribus applicare 549 a
raphael quid 771 a
raphaim 90 a
Rechabitæ quos & hodiè confundant [illegible] 430 a
recordatio DEI qualis 210 b
redire ad DEVM qui debeamus 301 a
regina cæli ethnicis quid 326 b
reginæ cæli placentas offerre 329 a
regionum aut regnorum quantæ viciſſitudines 101 b
regnum DEI quid 736 b
regnum quotuplex 55 b
regulæ quædam notatu dignæ 1 b 84 a 278 a 508 b 608 b
regulus 81 a 82 b 146 a 333
relatiuum EIVS, & reciprocum SVVS, alicubi negocium faceſſere 36 a
religio quid, & vndè dicatur 732 b
religioſorum cupiditas 29 a
reliquiarum deportatio cur fiat 521 b
remanere gladio 410 b
renes 66 a 783 b
reprobatio mali in Chriſto, vndè 44 a
reprobi quomodò dicantur filij DEI 3 b
reptilia 640 b
reſina 331 b 333 b
reſiduum populi DEI, quid 68 a
reſiſti DEO qui & an poſſit 329 a
retrorſum abire 363 a
reuelatio quid 786 b
rex animæ quis 486 b
rex ac pater deorum quis 339 b
rex beſtiarum quis 759 a
rex gentium 339 a
rex ſine iuſtitia, quid 373 a
Rhama 413 b
Ridicula quædam Iudęorum de Meſſia relatio 273 a
ripæ 687 b
riſus laudabilis quis 812 a
riui 94 b
Roma & eius imperium quàm Iudęis inuiſa 120 a 160 a
romani Iudęis vaſtandis quàm dediti fuerint 32 a
rorare cælos deſupèr, quid 200 a
ros 727 a
rota in rota, quid 530 b
rotæ 530 a 551 b 552 a 761 b
Rua ſiue ruah 529 b
rubrum mare 26 b
ruinæ alienæ collætari, quàm ſit damnabile crimen 604 a
rupes 520 b
ruræmunda vbì ſita 693 a
SAba 192 a 252 b
ſabama 88 b
ſabaoth 341 a 345 b
ſabbatum 370 b
ſabbatum cur datum 584 a
ſabbati feſtiuitas qualis 7 a
ſabellij hæreticum dogma 202 b
ſaccus 85 a 166 a
ſacerdotum honor ac periculum 677 b

ſacerdotum quid ſit 5 a 731 b
ſacramenti circunlatio cur fiat 521 b
ſacrificium 717 b
ſacrificiũ altaris quouſq; duraturũ 427 a
ſacrificia cur offerri iuſſa 327 a
ſacrificia exteriora qui fiant grata 13 a
ſacrificia legis qñ DEO diſplicere cœpta 6 b
ſacrificia quæ quandò mortifera 271 b
ſacrificia quî DEO placuerint 321 a 355 b
ſadoch 655 a 673 a
ſaducæorum de animæ mortalitate confutatio 576 b
ſaga cilicina 655 a
ſagitta electa 215 b
ſagittæ 275 a eæq; acutæ 66 a
ſal 571 a ſale ſalitum non eſſe 564 b
ſalices 84 a 196 a ſaliuncula 237 a
ſalſuginis terra 368 a
ſaltare 76 a ſaltus 138 a 442 a
ſaluator 193 b
ſalutare DEI 490 b
ſalutes non fieri in terra, quid 126 a
ſamaria 411 b 574 b
ſamariæ reſtitutio quid 574 b
ſambuca quid, & vndè dicta 712 b
ſamſon an ſit ſanctus 81 a
ſamuelis in orando efficacia 359 b
ſamuelis doctoris Iudaici cõmẽdatio 230 b
ſamuelem mortuũ, Sauli apparuiſſe 42 a
ſanctũ canibus cur non dandum 798 b
ſanctum quid ſit 36 b
ſanctum ſanctorum 680 a
ſanctus DEI quid aut quis 258 b
ſanct⁹ Iſrael, qd: & cur ità dicať ne⁹ 430 b
ſancti qñ ſe potiſſimũ humiliare ſoliti 37 a
ſanctificare ſanctum, quid 138 b
ſanctificare bellum, quid 322 b
ſanctificati 72 a 74 a
ſanctuarium 603 b 675 b
ſanctuarij lapides 499 b 502 a
ſanguis, & ſanguis innocẽs qd 571 b 809 a
ſanguine plenas eſſe manus, quid 13 a
ſapientia 697 b 705 b
ſapientia mala quæ 310 b
ſapientia quæ cui non proſit 800 a
ſapientia ſtulta quæ 306 a
ſapientiæ locus quis 514 b
ſapphirus 232 b
ſaraballa quid 713 b 735 a
ſaron 154 b 162 b
ſaraceni aut Sarraceni qui 336 a
ſaracenorũ origo & leges q̃les 104 a 342 b
ſartago ferrea 537 b
ſatrapæ 712 a
ſaturnus quid dei fuerit 810 b
Scabellum verbi quid 486 a
ſceptrum 591 a
ſchinos 807 b 808 a
ſchiſmaticorum ſtatua 712 a
ſcientia 697 b
ſcientia quę bonis & malis communis, quę non communis 800 a
ſcientia populo habenda, quæ 29 b
ſcipiones q quos reges debellârint 791 b
ſcire quid ſit 695 a
ſcoria 8 b 10 a 13 b 595 b
ſcribẽda ſeu ſcribilia oĩa, ſcripta nõ eẽ 584 a
ſcribi in terra, quid 369 b
ſcriptura ſacra quo ſpũ intelligenda 749 a
ſcriptura veritatis, quid 786 b 787 a
ſcripturæ diuiſio 694 b
ſcripturæ eiuſdem ſenſus diuerſos eſſe 15 a
ſcripturæ mos 413 a
ſcutum 497 a
Securis 283 a 395 a
ſecuritatis vanæ remotio 386 b
ſedechias qualis fuerit 432 a 433 b
ſedechiæ cæcatio 434 b
ſedechiæ miſeranda mors 428 a
ſedere 333 a 470 a 547 b
ſedere ſuper ſolium Dauid 55 b
ſeditio Hieroſolymitarum 22 a
ſeductio quotuplex 376 b
ſeductores quî ſeducere dicantur 561 b
ſegor 85 a ſellum 383 b
ſemen Iacob myſticè qui 267 b
ſeminare triticũ & metere ſpinas 350 a
ſemitæ aut ſemita 15 a 163 b
ſemitã in pedibus non apparere, quid 182 b
ſempiternum 370 a
ſenarius 652 b
ſenectus an ſit ætas vltima 320 a
ſennaar 699 a
ſennacheribis ſuperbia 60
ſepeliendi apud Iudęos cõſuetudo q̃ 330 a
ſepes aut ſeps 28 a 33 a
ſepire vineam 27 b
ſeptenarius 25 b 521 b 550 a 642 b
ſeptenarij myſterium 115 b
ſepulcrum CHRISTI cur glorioſum 67 b
ſequi CHRISTVM, quid 290 b
ſeraph 610 a ſeraphim 35 b 155
ſeraphim cur ſex cum alis viſi 31 b
ſeraphim duo myſticè quid 37 a
ſerotinus imber 301 b
ſerpens, aut ſerpentes 270 a 333 a
ſerpens æneus 67 b
ſerpentum quid ſit 522 b
ſeruatij erga Tungrenſes amor 356 b
ſerui, aut ſeruus 506 b 287 a
ſeruire DEO cur iubeamur 327 a
ſeruitutis filialis ac ſeruilis differẽtia 184 a
ſeruitus quæ Chriſtianis non obſit 293 a
ſeſach 397 b 466 b
Siclus 541 a 678 b
ſicut 79 b 426 a
ſiderũ influẽtia an & quid poſſit 338 b
ſidon quid ſonet 114 b 612 a
ſidrach quid ſonet 698 b
ſignum in profundum inferni, ſeu in excelſum ſuprà 42 a
ſignum quotuplex ſit 43
ſigna de cælo aut terra 42 a
ſigna & mirabilia quî differant 736 b 757 b
ſignare legem 52 b
ſilentium quò conferat 490 b
ſilẽtij obſeruatio quãtopè neceſſaria 146 b
ſiloa aut Siloe 48 b 52 a
ſilo 326 a 328 b ſimila 810 a
ſimilitudo firmamenti quid 530 a
ſimulacra CHRISTO veniẽte cecidiſſe 94 a
ſimulacra quàm variè gẽtilib⁹ habita 521 b
ſiniſtrum latus 539 b ſinopis 384 a
ſinus terræ 672 a
ſion quid 10 b 11 a 14 a 15 a 26 a 71 b 156 b 177 b 186 b 223 b 298 b 299 a 307 a 311 b 333 b 337 b 359 a 411 b 419 b
ſirenes 74 a 76 a ſitis 185 a 294 b
Smerdes 788 a ſmigma 804 a
Sobna 108 b
ſodomam & Samariam quomodò Hieroſolyma iuſtificârit 569 b
ſodomam quid perdiderit 569 a
ſodomæ qui cur ſimilentur 12 b
ſodomæ ſimiles myſticè qui 6 b
ſodomis ne melior Hieruſalem 499 b
ſol quid ſignet 684 a 726 a
ſol quid conferat ad maieſtatem DEI 725 b
ſolis & lunę quanta aliqñ lux futura 144 a
ſolis retroceſſio quantum fuerit ſigni 175 a
ſolitarius 490 b
ſolitudinis commoda quæ 538 b
ſolium DEI quid 508 a
ſomnium 700 a ſomniorũ cauſa 708 a
ſomniorũ interpretãdorũ ars, q̃lis 738 a
ſomnijs qui quãdò multũ tribuerint 737 b
ſomnus cõtra triſtitiã quid poſſit 756 b
ſordes 26 a
ſorores Hieruſalem quæ 568 b
Specioſa deſerti quid 337 b
ſpecioſitas CHRISTI 227 a
ſpecula 410 b ſpeculator 103 a
ſpeculatoris tacentis periculũ quantũ 538
ſpeculatori futuro quid antè agendũ 538 a
ſpeculatores 320 b 324 b
ſpelunca qui fiat eccleſia 328 b
ſpeluncæ 152 b
ſperandum in DEO qui ſit 368 a
ſperandum in ſanctis qui 367 b
ſperantes in ſe dñs qui ſaluet 808 b
ſpes an CHRISTO ſua periêrit 495 a
ſpes qui & quibus decoranda 368 a
ſpinæ 152 b 158 b 185 b 308 a
ſpiritus 726 b
ſpiritus DEI ſeu DOMINI 263 b
ſpiritus iudicij & ardoris 26
ſpiritusſanctus qui detur 26 b
ſpolia Samariæ 51 b
Stagna 185 a
ſtannum myſticum, quid 10 a
ſtare ſuper pedes 534 b
ſtater 541 a
ſtibio pingi 311 b
ſtruthionum proprietas 499 b
ſtultiſſimum omnium quid 310 b 332 b
Subtilia 565 a 572 a
ſubtilibus indui 572 a
ſubtilitas vana quæ ibidèm
ſucciſi 238 b
ſuffocatum 677 b
ſulfuris torrens 145 b
ſupabundãtia & vſura an differant 579 a
ſuperbia qui & quandò germinet 545 b
ſupbia vñ ſeu vbi potiſſimũ appareat 60 b
ſuperbus 20 b
ſurdus myſticè quis 190
ſuſanna quid ſonet 801 b
ſuſannæ deſcriptio 805 b
ſuſannam Lucretia fortiorem fuiſſe 805 a
ſuſis vel Suſa quid 767 a
ſuſpicio quid 754 a
Sycomori 56 b
ſylua 316 b ſymphonia quid 712 b
ſynagoga cuius vxor 296 b
ſynagoga hodiè qualis 4 b
ſyrophœniſſa cuius typus 478 b
TAbula poſt naufragiũ ſecũda q̃ 259 a
tacere quandò noceat 805 a
tanis 95 a 99 a 140 a 145 b 287 a
tartarorum leges quales 342 b
Temperatura myſticè quid 557 b
templum 680 a
templum DEI verum, quod 328 b
templo mordicùs adhærere ibid.
templum ingeminare ſæpiùs 325 a
tempora quî diſtinguantur 741 a

temporalis proſperitas multorũ malorum anſa 446 b
tẽporis differentia quandò ceſſatura 276 a
temporis diuiſio 727 a
tenebræ in lucem quî ponantur 31 a 190 a
tenebræ ſeu tenebra 727 a
tentationem præuenire aut concire, quale quid ſit 301 a
tepor 149 a
ter idem dicere, quid 279 a 304 b 309 a 325 b 385 a
ter Sanctus cur angeli clamârint 36 b 37 a
tergũ, non faciẽ, ad aliquẽ vertere, qd 289 a
terra 3 b 310 b 342 b 561 b
terra cymbalum alarum 93 a
terra quî atterenda 219 b
terra inuia quid 185 a 582 b
terra quî contaminetur 285 a
terra ſitiens 227 a
terræ deſcriptio 728 a
terræmotus cur fiant 340 a
terrã apiri, & germĩare ſaluatorẽ, qd 200 a
terram iniquitate replere, quid 549 a
terrã q pcuſſerit ore ſuo Chriſtus 66 a
terram ſanctã cur occupent Sarraceni 33 a
Thalami 652 a
tharſis 339 b 528 a
thau myſticè quid 550 a
thecel 751 b
thecua 318 b 322 a
theman 454 b
theſaurus 154 a
thomas Aquinas an in Iſaiã ſcripſerit 46 b
threni quid 469 b
thronus DEI quid 722 b
throni ſimilitudo 534 a
throni 723 761 a
Tiara 714
tigris 783 a
timere quàm ſibi quiſque habeat 364 a
timor an & quî in patria maneat 64 b 65 a
timor filialis quid 801 b
timor quàm ſit neceſſarius 624 a
tîmor quid aut q̃ corpori inferat 546 a
timore veſicam laxari 590 a
titiones fumigantes 41 a
Tondere capillos 329 b
tonitrui filij qui cur dicti 257 b
tophet 145 a 327 b 328 a 329 a 566 b
tophi 328 a
torcular 27 a 260 b 473 a 478 a
tormenta quibus parata 75 a
tormenta quæ quibus vtilia 125 b
tortuoſus ſerpens 127 b
torques 25 a 565 b
torrentes aquarum 412 b
torſiones 73 a
Tranſtra quid 606 a
tremere ſermones DEI, quid 271 b
tributum 82 a
trieres quid 793 a
triginta modios, tres tantũ facere, qd 29 a
trinitatis ſanctæ demonſtratio 36 b 38
tripartita pilorum diuiſio quid 543 a
triremes 793 a
triſtitia bona maláve quæ 118 a 507 b 512 a 578 b
triticum 258 b 487 b
triturare 184 b
Tuba 129 b
tuba canere 368 b
tubal 621 b 622 b
tugurium quid 5 b
turbo 184 b
turris 19 a 21 a 27 b 33 a 144 a
Tympanum 29 b
tyranni 697
tyrus 606 a
tyrus quorũ colonia & figura 113 b 114 b
tyri deſcriptio 112 b
VAe 28 b 30 b 59 b 92 a 153 a 363 b 445 b 505 a 573 a 616 b
væ quibus debeatur 31 449 a
vallis pinguiſſima 130 a
vallis viſionis 110 a
valles electę 110 b
vas 72 b 371 a 549 b
vaſa 109 b 402 a 701 a
vaſa craterarum 112 a
furoris ſeu iræ 72 b
papyri 92 a
Vbera 131 a
vbera duo 273 b
Venatores 365 b
venter 87 a
ventrem alicui dolere, quid 305 b
ventus 184 b 304 b 726 b
ventus procellæ 557 b
ventus vrens 309 a
venuſtas naturalis q fiat laudabilior 801 b
vepres 152 b
verbum 14 a
verbum DEI quàm diuerſè ab vno aliquo tractetur 538 b
verbum DEI irreuerẽter audire, quale 395 a
verbum DEI non reuerti vacuũ, quid 236 b
verba cur folijs comparentur 11 b
verba DEI qualia 391 b
verba DEI q bus rebus cõferẽda 394 b 395 a
verecundia quotuplex 537 a
vermis 184 a 276 b
vernaculi & ſerui diſcrimen 287 a
veſtibulum 655 b
veſtigium quid ſonet 812 a
veſtigia pedum DEI quid 668 b
veſtigiorum diuerſitas 812 a
veſtimentum DEI candidum, quid 761 b
veſtimenta ſalutis 256 b
veſtium ſcindendarum mos quis 166 a
veteratio bona quæ 269 b
Via 163 b 393 b
via DOMINI quæ 316 a
viam DEI parare, quid 176 b
via regia incedere, quid 59 a
viæ 570 a
viæ hominum quid 545 a
vias Sion lugere, quid 471 a 473 b
viciſſitudo dierũ ac noctium quouſq; duratura 253 b
videns 130 b
vidua ſacerdoti ducenda quæ 676 b
vidua ſacerdotis quid 676 b
viduæ ſpiritaliter quid 59 a
viduarũ tuitio quibus p̃cipuè incũbat 8 a
vigiles myſticè qui 740 b
vigilia quid 797 a
vigiliæ noctis quot 484 b
vindicari DEUM de ſuis inimicis, quid 9 b
vinea 27 a 28 b 32 b 332 b 563 a 582 a
vinea meri 127 a
vinum 9 a 13 b 234 b 258 b 487 b
vinum an ieiunij tempore bibendũ 783 a
vino quæ duo inſint 9 a
vipera 146 a
vir vndè dicatur 75 a 291 b 497 a
virga dominantium 76 b
virga percuſſoris 80 b
virga & virgæ 497 a 545 b 582
virga fortis 447 a
virga furoris DOMINI, quæ 60 a 63 a
virga vigilans 280 b
virga radicis Ieſſæ, quid 64 b
virga percuti, quid 63 a
virginitas MARIAE 227 a
virginem eſſe quã oporteat 295 b
virgines 475 b 482 a
virgo 356 a 372 b 441 a
virtus ad quid diſcenda 7 b
virtutes 725
virtutum regina quæ 572 a
viſcera DEI quid 414 b
viſio 784 a 700 b
viſio quotuplex 739 a
viſione quali vſus Iſaias 3 a
viſiones magnæ quid corpori inferãt 534 a
viſiones prophetales quàm multifariè fieri ſolitę 34 b
viſitatio 84 a 119 a 319 a
viſitatio DEI extrema, quæ 421 a
viſitatio DEI quotuplex 63 a
viſus cur & quàm ſedulò cuſtodiẽdus 583 b
vita corporea qualis 171 a
vita hæc noſtra quid 553 a
vitia omnia, etiam occulta, quî tandèm publicanda 574 a
vitis 28 a 332 b 563
vittæ lineæ 676 a
vitulus 66 b 533 b
vituli combuſtio quid 673 a
vituli inter partes tranſire 429 a
viuificare animam quis ſuam poſſit 580 b
viuificare aĩas aut non viuificare, qd 558 b
Vltra 16 b 501 b 542 b
vlulæ 74 a
vlulatus 616 b
vlmus 185 b
Vmbilicus non præciſus, quid 564 a
vmbilicum præcidere 570 b
vmbraculum quid 5 b
Vnguis adamantinus 567 a
vnici amiſſio quanto ſit dolori 321 b
vnicornis 160
vnius iuſti reſpectu an multitudini etiã magnæ parcendum 312 a
vnum præceptum tranſgredientes, nullum aliud ſeruare 343 b
vnus ſeu vnum quid 620 a
Volatile 311 a
volucres cæli 329 b 337 b
volucrum maximæ quæ 729 b
voluntas DEI q̃, & quî ſemper aut nõ ſemper impleatur 204 a
vomeres ex gladijs fieri 20 a
vomitu qui duplici laborent 135 a
vota Chriſtiana 97 b
vox magna quibus competat 814 b
Vrias quid ſonet 51 b
vrſus 66 b 313 a
vrtica 237 a
Vſuræ prohibitio 579 a
vſus ſacci quid 773 b
Vterus DEI 203 b
Vua acerba 416 a 577 b
vuæ 27 b
vulgi ruentis cauſa 387 a
vulnus myſticè quid 5 a
vulua DEI 203 b
Vxores accipere quid 405 b
ZAbulon quid ſonet 57 b
zacharias quid 51 b
Zelus animarũ quàm DEO acceptus 276 a
Zona 25 a

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN ISAIAM PROPHETAM ENARRATIO.

PROOEMIVM.

ISAIAS Propheta magnus & fidelis in conſpectu DEI: in diebus ipſius
retrò redijt ſol, & addidit regi vitam: ſpiritu magno vidit vltima, & con-
ſolatus eſt lugentes in Sion vſque in ſempiternum. In verbis his, Ec-
cleſiaſtici 48. ſcriptis, glorioſus propheta beatiſſ. Iſaias excellenter lau-
datur. Recommendatur enim ab eminentia ſapientiæ in hoc, quòd di-
citur propheta magnus, id eſt, diuinitùs magnificè illuſtratus. Laudatur
quoquè à ſanctimonia vitæ, atque ſermonum veritate, dum ſubditur: Et
fidelis in conſpectu Dei. Cauſa verò prophetalium veritatum ſibi deſu-
pèr reuelatarum reſeratur, cùm ſubinfertur: Spiritu magno, per quem
intelligi poteſt Spiritusſanctus, qui ſolus propheticæ cognitionis pri-
ma principaliſque cauſa exiſtit, quemadmodùm in ſecunda ſua Canonica digniſſimus ille Apo- 2. Pet. 1.
ſtolici ordinis princeps teſtatur: Non voluntate humana allata eſt aliquandò prophetia, ſed ſpiri-
tuſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines. Prophetia nanque propriè reſpicit futura con-
tingentia, quorum vtiq; certa cognitio, ſupernaturalis eſt & propria DEO, prout infrà ſcribitur:
Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis vos. Hoc itaq; ſpiritu Iſaias con- Iſaiæ 41.
templatus eſt vltima, hoc eſt, Chriſti myſteria, quæ (ſicut inferiùs dicitur) in nouiſſimis diebus im-
plentur. Fructus autem ſapientiæ ſancto Iſaiæ à DEO infũſæ aperitur, cùm additur: Conſolatus eſt
lugentes in Sion vſq; in ſempiternum. Magnificè equidem cõſolatus eſt lugentes in Sion, hoc eſt,
habitatores Hieruſalem, dum eis deiectionem ſuperbiſſimi regis Aſſyriorum Sennacherib præ-
nunciauit. Pijſſimum quoquè regem Ezechiam doloroſiſſimè flentem, conſolatus eſt ſacer Iſaias, Iſaiæ 38.
dum ei quindecim annorum vitæ prolongationem prædixit. Deniquè nos omnes, & vniuerſam
Chriſti militantem Eccleſiam mirabiliter conſolatur in hac valle lachrymarum, vſque in ſempiter-
num, ſeu ſeculi finem: quia de Chriſto & eius myſterijs, ac ſtatu Eccleſię euidenter atq; diffuſè per-
tractat, fidem catholicam vehementer corroborat, ſpem fidelium inconcuſſè certificat, dum impi-
orum tormenta, iuſtorumque gaudia ſempiterna tam vbertìm deſcribit. Omnium inſupèr Chriſti- Iſaiæ 26.
anorum corda diuini amoris flamma ſuccendit, dum tam affectuoſè ac dulciter canit: Nomen tu-
um & memoriale tuum DOMINE in deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpi-
ritu meo in præcordijs meis, de manè vigilabo ad te. Huius igitur tam præclari Prophetæ librum
exponere, ſoli gratiæ Saluatoris innitens, intendo: maiorum noſtrorum ſequens veſtigia, præſertim
Hieronymi, qui hunc librum diligenter expoſuit.

¶ *De laudibus Iſaiæ prophetæ.* *Articulus* 1.

DE multis autem laudatur author libri præſentis ſanctiſſ. Iſaias: Primò, de generis
dignitate. Erat nanque de regia genitus ſtirpe, quoniam pater eius Amos, ſecun-
dùm Hebræorum doctores, frater extitit Amaſiæ regis Iudæ, & ità Iſaias conſan- Iſaiæ 2.
guineus erat Ezechiæ regis. Secundò, de patris ſui ſanctitate. Nam pater eius
Amos erat propheta, ſicut inferiùs ſcriptum eſt: Factum eſt verbum Domini ad Iſa-
iam filium Amos Prophetæ. Secundùm regulam quoq; Hebręorum, quandocunq; Iſaiæ 2. Regula
in titulis prophetarum nominatur pater prophetę, vel auus, ſeu proauus: datur intelligi, q̃ quilibet Hebręo-
horum propheta erat. Cùm ergò in huius libri titulo ſiue exordio dictum ſit, Viſio Iſaię filij Amos, rum.
conſtat quòd Amos iſte fuit propheta. Non tamen putandum eſt, quòd Amos pater Iſaiæ, ſit idem
Amos, qui eſt vnus duodecim prophetarum, præſertim cùm ille fuerit ruſticanus armentarius, ſe-
quens gregem in agro, & vellicans ſycomoros. Tertiò commendatur Iſaias ab excellẽtia & eui-
dentia gratiæ prophetalis atq; propheticæ denunciatiõis. Vndè B. Hieronymus in epiſtola de omi- Hieron.
bus ſacræ ſcripturæ libris diſſeruit: Iſaias nõ mihi videtur prophetiam, ſed hiſtoriam texere. In pro-
logo quoq; tranſlationis libri Iſaiæ fatetur, q̃ non tam propheta, quàm euangeliſta dicendus eſt. Ità
enim vniuerſa Chriſti atq; Eccleſiæ myſteria ad liquidum proſecutus eſt, vt non putes eum de futu-
ro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere. Inſupèr in prologo expoſitionis Iſaiæ affirmat idẽ
S. Hieronymus: Sic exponã Iſaiam, vt illum non ſolùm prophetam, ſed & euangeliſtam & apoſto-
lum eſſe doceam. Ad ipſum enim quaſi ad apoſtolum loquitur Deus: Quem mittam? Et ille reſpon- Iſaiæ 6.
det: Eccè ego, mitte me. Rurſusq; Hieronymus: Vniuerſa, inquit, DOMINI ſacramẽta continet præ-
ſens ſcriptura. Quid loquar de phyſica, ethica, theologia? Quicquid ſanctarũ eſt ſcripturarum, quic-
quid poteſt humana lingua proferre, & mortalium ſenſus accipere, iſto volumine cõtinetur. De il-
luminatione autem præcipua Iſaiæ, ſcriptum eſt: Hæc dixit Iſaias, quandò vidit gloriam eius, ſci- Ioan. 12.

licet Chriſti,& locutus eſt de eo. Si enim diligenter penſemus,nullus prophetarum tam frequenter
allegari videt̃ à Chriſto & euangeliſtis ac Paulo,vt Iſaias.Propter quod meritò ſtuderẽt Chriſtiani
hunc librũ intelligere. Quartò laudat̃ Iſaias à gratia eloquentiæ.Optimus enĩ modus loquendi eſt,
mentis conceptũ ornatè & clarè exprimere.ſic aũt efficit Iſaias. vndè Hieronymus profitet̃:Primò
de Iſaia ſciendum, ꝙ in ſermone ſuo diſertus ſit, quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec
quicquã habens in eloquio ruſticitatis admixtũ.Vndè accidit, vt præ cæteris florem ſermonis eius
tranſlatio non potuerit cõſeruare.potuitq́; de ſe dicere illud Eccĩ 51. Dedit mihi dñs linguam mer-
cedem meam,& in ipſa laudabo eum.Verè enim in hoc feliciſſimo Propheta impletum eſt, i. Iſaiæ
Luc.21. conceſſum eſt,quod Chrs promiſit apoſtolis:Ego,inquiens,dabo vobis os & ſapientiã,cui non po-
terunt reſiſtere & contradicere oẽs aduerſarij veſtri. Quintò laudat̃ à venerabili ſenectute,eo vi-
delicet ſenio,quod morum grauitate atq; prudentia decorat̃,quod vtiq; honorãdum eſt,iuxta illud
Leu.19.Corã cano capite conſurge,& honora perſonã ſenis:Et iuxta illud Apoſtoli:Seniorẽ,inquit,
1.Ti.5. nè increpaueris,ſed obſecra vt patrẽ.Quòd aũt Iſaias ætatis plurimos habuerit annos, patet ex hoc,
ꝙ ſicut primo capitulo ipſemet tangit,ſub Ozia rege Iuda vaticinari exorſus eſt, & vſq; ad tempora
Ezechiæ,immò vſq; ad tempus Manaſſæ prophetauit,&ità ſub quinq; regibus ſibi inuicèm ſucce-
dẽtibus ꝓphetâſſe probat̃.Senex ergò & venerabilis extitit pater,dum carnis debitũ ſoluit. Sextò
laudat̃ ratione ſanctiſſimæ vitæ.nam cùm eſſet ex regia genealogia deſcendens, tñ ſacco erat indu-
tus,fuitq́; dño valdè obediens,intantùm vt eo iubente,nudus ac diſcalceatus incederet.Vndè infe-
Iſaiæ 20. riùs ſcribit̃:Locutus eſt dñs ad Iſaiã:Vade,& tolle ſaccum de lumbis tuis,& calceamẽta tua tolle de
pedibus tuis.& fecit ſic,vadens nudus & diſcalceatus.Quòd aũt humilimus fuerit, patet ex eo quod
Iſaiæ 64. alibì loquit̃:Quaſi pannus menſtruatæ,vniuerſæ iuſtitiæ nr̃æ.Nihil enim perfectionis ꝓprijs virib⁹,
Iſaiæ 26. ſed Deo totum adſcripſit,quemadmodùm faſſus eſt:Dñe,oĩa opera noſtra operatus es in nobis.tã-
Ibidèm tùm in te recordemur noĩs tui.Et iterùm:A facie tua dñe cõcepimus,& quaſi parturiuimus,& pepe-
rimus ſpiritum ſalutis. Erat quoq; gratiſſimus Deo de vniuerſis beneficijs eius, tam ſibi quàm alijs
Iſaiæ 63. p̄ſtitis.ideoq́; ait:Miſerationũ dñi recordabor,laudem dñi ſuper oĩbus bonis q̃ reddidit nobis, & q̃
largitus eſt nobis ſecũdùm indulgẽtiã ſuã.Quàm cordialiter aũt ac intimè Deũ amauerit,ĩmò amo-
Iſaiæ 26. ris diuini flagrauerit calore,ex verbo iam memorato eluceſcit,quo ait:Aĩa mea deſiderauit te in no-
cte &c.Nec dubiũ quin cæteris fulſerit,immò & excellẽter ſplenduerit vniuerſis donis atq; virtuti-
bus ſpiritûs ſancti,cui Deus incerta & occulta ſapiẽtiæ ſuæ tam ſingulariter manifeſtauit. Septimò
cõmendat̃ ratione efficaciſſimæ & conſtantiſſimæ p̄dicationis,qua & reges Iuda, & populũ eis ſub-
iectum,fortiter rep̄hẽdit,inſtruxit,perfecit. Vndè 1.cap.Audite,ait,verbum dñi principes Sodomo-
rum,percipite auribus legẽ Dei populus Gomorrhæ.Et Eccĩ 48.habet̃: Fortiter iuit Ezechias in via
Dauid patris ſui, quam mandauit illi Iſaias ꝓpheta magnus.Et denuò:Deus purgauit illos in manu
Iſaiæ ſancti prophetæ. Octauò laudat̃ à gloria miraculorũ,nam ad eius inſtantiã percuſſit angelus
Iſaiæ 38. Dei in caſtris Aſſyriorũ CLXXXV.millia hoĩm, & ſol reuerſus eſt decẽ lineis quibus deſcenderat.
4.Reg. 20. Ezechiæ quoq; additi ſunt XV.anni vitæ.Propter quod Eccĩ 48. legit̃:In diebus ipſius retrò redijt
ſol,& addidit regi vitã. Nonò laudat̃ ratione martyrij.Sicut enim refert Hieronymus, Iudæi pro-
pter duas cauſas aſſerunt Iſaiã occiſum.Primò,quia principes Sodomorũ & populũ Gomorrhę ap-
Iſaiæ 1. pellauit eos.Secundò,qm̃ auſus eſt dicere:Vidi dñm ſedentem ſuper ſoliũ excelſum & eleuatũ,cùm
Iſaiæ 6.
Exod.33. tñ dñs dicat ad Moſen:Non poteris videre faciẽ meam.Et iterùm:Non videbit me homo, & viuet.
Huic aũt partìm concordat,quod alius quidam recitat,aſſerens in quodã libro Hebraico ſcriptum,
ꝙ Manaſſes rex Iuda,Iſaiam occidit,& ad palliandã ſuam nequitiam,obiecit ei duo, quorum vnum
nunc dictum eſt,videlicet ꝙ contra Moſis teſtimoniũ dixit ſe Deum vidiſſe.Secũdò, ꝙ dixit,Inuo-
cate Deum dum propè eſt,quaſi Deus aliquandò longè eſſet à nobis, cuius contrarium Moſes ait:
Deu.4. Non eſt,inquiens,alia natio tam grandis,q̃ habeat deos appropinquantes ſibi,ſicut Deus noſter ad-
eſt cunctis obſecrationibus noſtris.Hinc ergò adiudicauit eum morti,faciens eum ſerra ſecari.Vn-
dè quod ait Apoſtolus ad Heb.11.de veteris teſtamenti ſanctis,Secti ſunt, cõmuniter dicunt docto-
res de Iſaia & ſibi ſimilibus dici.Hæc de tanti Prophetæ p̄conijs breuiter ad gloriã creatoris p̄ſtrin-
xi,vt meritis huius ſancti ꝓphetæ,gr̃a mihi p̄ſtetur librũ eius dignè ac veraciter exponendi,ad glo-
riã Dei ſublimis ac benedicti. Poſtremò, alia multa p̄mitti poſſent expoſitioni ſequenti, videlicet
quid ſit ꝓphetia,de ſpeciebus ac gradibus prophetiæ,& qualis ꝓphetia ſit dignior,de ſeptem quoq;
regulis intelligendi ſcripturas,& de quadruplici expoſitione ſacræ ſcripturæ: quæ, quia in exordio
explanationis libri Pſalmorum diffuſiùs introduxi,nunc repetenda non reor.

¶ *Explanatio primi capituli libri Iſaiæ.* *Articulus* 2.

VIſio Iſaiæ filij Amos,quam vidit ſuper Iudam & Hieruſalem,in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz
& Ezechiæ regum Iuda.] Hucuſq; titulus, prologus,ſeu præfatio libri præſentis. Et eſt ſen-
ſus:Liber iſte eſt continens viſionem Iſaiæ filij Amos, quam viſionem ipſe Iſaias vidit, & ve-

raciter intellexit.intelligentia enĩ eſt opùs in viſione,vt dicit̃ Danie.X. Vidit ergò viſione imagina-
ria ac intellectuali hanc viſionẽ ſuper Iudam & Hieruſalẽ,i. de habitatoribus vrbiũ Iudæ atq; Hie-
ruſalẽ,quia de hoc populo principaliter ꝓphetauit,quia in eis permãſit cultus diuinus. Aliæ enĩ de-
cem tribus adorauerunt vitulos aureos,quos fecit Hieroboã rex Iſrael.Secũdò, quia tẽporibus Iſa-
iæ propè erat captiuitas decẽ tribuũ. Per Iudam verò, non ſolùm intelligit̃ tribus Iudæ, ſed etiã tri-
bus Beniamin,qm̃ tribus Beniamin propter loci vicinitatẽ & cohabitationẽ ſemper adhæſit tribui 3.Reg.12.
Iudæ ab eo tẽpore,quo reliquæ tribus tẽpore Roboam filij Salomonis receſſerunt à domo Dauid.
Simili modo per Iudã intelligit̃ Leuitica tribus,q̃ tñ non numerat̃ inter cęteras tribus filiorũ Iſrael, Deu.16.
eò ꝙ dñs ſeparauit ſibi tribum Leui à cęteris tribub⁹,quatenùs ſibi in miniſterio tẽpli ſeruiret.Cùm
enĩ Hieroboam,quẽ decem tribus ſibi in regẽ elegerant,feciſſet vitulos aureos, conſtituit ſacerdo-
tes de extremis populorũ,videlicet alios à filijs Aaron. Propter quod filij Leui dereliquerunt vrbes
& loca ſua,habitaueruntq́; inter filios Iudæ & Beniamin,quia in ſorte eorũ erat tẽplum Dei,in quo
ſacrificia fieri licuit.Sicq́; per Iudã intelligit̃ etiam populus Leuitarũ ac ſacerdotũ.Tempus aũt viſi-
onis deſcribit̃ cùm infert,In diebus Oziæ: qui alio noĩe dictus eſt Azarias, eratq́; pater Ioathan,de
quo natus eſt Achaz,qui genuit Ezechiã.Horum regũ temporibus factæ ac reuelatæ ſunt Iſaiæ viſi- 2. Par. 26.
ones propheticæ,quarũ aliquas vidit tẽpore Oziæ,aliquas tẽpore aliorum regũ iam p̄fatorum. Sed 27. 28.
cùm tẽporibus quoq; Manaſſæ ꝓphetauerit Iſaias,cur eũ cæteris non cõnumerat regibus?Reſpon-
det quidam,quia Manaſſes peſſimus erat.Verùm ſi hæc ratio foret idonea,non feciſſet mentionem
de Achaz,qui & ipſe peſſimus erat, immò peior Manaſſe, p̄ſertim cùm ipſe Manaſſes pœnitentiam
egerit,non Achaz.Melius ergò dici poteſt,ideò nõ poni Manaſſen,qm̃ tempore eius nihil noui re-
uelatũ eſt Iſaiæ,quod in hoc libro conſcriptũ ſit,ſicut Hieronymus dicit. Ponit̃ aũt hoc loco viſio
indeterminatè,ſ.pro plurali.Multas nanq; & diſtinctas viſiones vidit ſub regibus iſtis. Cur aũt non
dixit,Viſio Iſaiæ ꝓphetæ,quemadmodùm Aggæus, Abdias, & alij quidã in principio ſuæ narratio-
nis ſe ꝓphetas appellant?Reſponderi poteſt,ꝙ ex humilitate hoc fecit, ſicut & Paulus interdùm in
ſuarũ epiſtolarum exordijs non ſcribit,Paulus apoſtolus:ſed,Paulus,& Siluanus,& Timotheus fra-
ter:vel Paulus ſeruus Ieſu Chr̃i.[Audite cæli,& auribus percipe terra.] Poſtq̃ Propheta in exordio
dixit,Viſio Iſaiæ quã vidit, nõ ſtatìm ſubiungit quid viderit,ſed ad diligentẽ aduertentiã prouocat
cælum & terrã,i.habitatores cæli & terræ,videlicet angelos ſanctos & hoĩes.Non autẽ ꝓpter eandẽ
cauſam vtrãq; naturã ad audiendũ inuitat.Angelos nanq; inuitat ad audiendũ,nõ qa indigeãt,vel vt
inſtruant̃, ſed vt ſibi teſtes exiſtãt.In diuino enĩ examine teſtimoniũ perhibẽt angeli pro bonis, ꝙ
iniunctũ ſibi officiũ atq; mandatũ dignè impleuerint:& contrà iniuſtos, ꝙ ſactam ſibi exhortationẽ
ſeu iuſſionem omiſerint.Hoĩes verò inuitauit Propheta,p̄ſertim Iudæos, ad audiendũ, qm̃ indige-
bant vt informarent̃.Et ſimili modo Moſes locutus eſt:Audite cæli q̃ loquar,audiat terra verba oris Deu.32.
mei.Et alibì:Teſtes,inquit,inuoco cælũ & terram.Vndè nunc dici poteſt,ꝙ cęlum & terram, i. tri- Deu.4.
umphantẽ & militantẽ Eccleſiam inuocat ad audiendũ, quatenùs vtraq; natura, ſ. homo & angelus,
ſibi ſint teſtes.potiùs tñ puto hoc dici,vt faciat auditores ſibi intentos.Itaq; ait, Audite aure cordis,
i.mente aduertite cæli,i.ciues cæleſtes, ſeu angeli ſancti, qui aures corporis non habetis, immò nec
in corporibus aſſumptis per aures corporales auditis,cùm non ſitis formæ,ſed motores corporũ ta-
lium.& auribus mentis & corporis percipe terra,i.homo quicunq; in terra viuens.[qm̃ dñs locutus
eſt.] cuius ſermo cum omni eſt diligentia audiendus.Qui enĩ ex Deo eſt,verba Dei audit,ſicut ver-
bum Dei teſtat̃.& in Deuter.Moſes loquit̃: Nè obliuiſcaris verborum dñi, & nè excidant de corde Ioan.8.
tuo cunctis diebus vitæ tuæ.Conſequenter pandit,quid dñs per Iſaiam & alios ſanctos de populo Deu.4.
Iudæorum locutus ſit.[Filios enutriui & exaltaui,] i.Iſraeliticum populum cibo mentis & corporis
paui,mittendo ad eos p̄dicatores verbi Dei,ſeu ꝓphetas & alios iuſtos, vt cibarent corda eorũ pa-
ne vitæ & intellectûs,& aqua ſapientiæ ſalutaris mentes eorũ potarent, dando etiã eis cibum cor-
poralem,videlicet terrã lacte & melle manantẽ.Exaltaui inſupèr eos,quia p̄ cæteris nationibus de-
di eis legẽ & ꝓphetas,& interfeci inimicos eorũ in terra ꝓmiſſionis, & ex ſemine eorum p̄dixi me
incarnandum.Hinc enĩ Moſes ait ad populum iſtũ:Te elegit dñs, vt ſis ei populus peculiaris,de cũ- Deu.7.
ctis populis q ſunt ſuper terrã.[Ipſi aũt ſpreuerunt me,] i.inobediẽtes & rebelles mihi fuerunt,idola
adorando,& cultũ ac legem veri Dei derelinquẽdo,vt patet in lib.Reg.ac Iudicũ.Sed quæri poteſt,
quõ reprobi iſti Deum ſpernentes,dici poſſint filij eius.Et reſpondendum,ꝙ ſunt filij vocatione &
noĩe,non aũt p̄deſtinatione & gr̃a perſeuerante.Deus enĩ paternaliter vocauit eos ad gr̃am,& miſe-
ricordiam ſuã obtulit eis,ipſi verò ingrati fuerunt gr̃ę creatoris:& hoc modo in euangelio Chrs ap-
pellauit Iudęos filios regni,dicẽdo:Filij regni eijcient̃ in tenebras exteriores.Deindè oſtendit Pro- Matt.8.
pheta cęcitatẽ & ingratitudinẽ Iudęorũ ex cõparatione irrationaliũ aĩalium.[Cognouit bos poſſeſ-
ſorẽ ſuum,] i.dñm ſuum,ſ.hoĩem,cuius eſt ipſe bos. hunc enĩ cognoſcit cognitione ſenſitiua, quia
ab eo cibat̃ & cuſtodit̃,eiq́; miniſtrat eundo in aratro,& ità beneficio ſuſtentationis ſuæ eſt gratus.

[& aſinus pſepe dñi ſui] cognoſcit, quia iſtud accedit, & miniſtrando dño ſuo, oſtēdit ſe recogno-
ſcere dñm ſuum, eiusq; beneficio, quod in pſepi recipit, ſ. nutritioni, gratum eſſe. [Iſrael aūt me non
cognouit] p fidē formatam. [& populus meus nō intellexit] me, & beneficia q̃ contuli eis. Per Iſrael
aūt & populum ſuum deſignat Iudæos, q erant populus Dei vocatione, nō pdeſtinatione, quorum
aliq nec fide, nec opere Deū & eius beneficia recognouerunt, videlicet idolorū cultores: aliq verò
per fidē informē, ſeu rationē naturalē Deum cognoſcētes, factis eum negabāt: ſicut qui viā iuſtitiæ
nouerunt, nō tñ ſeruauerunt. Hęc aūt moraliter dici poſſunt de ingratis & impijs Chrianis, de qbus
Tit. 1. ait Apoſtolus: Inquinatę ſunt eorū & mēs & conſciētia: confitent̃ ſe nôſſe Deū, factis aūt negāt.
Vñ quod dictum eſt, Iſrael me nō cognouit, q̃uis intelligi valeat dictum ex parte totius ſupbeatiſſ.
Trinitatis, ſeu cuiuſlibet diuinæ pſonę, de oībus puerſis Iudæis, pcipuè tñ dicit̃ ex pſona filij, quem
incarnatum, & in mundo cōuerſantē Iudæi nō cognouerunt: qa ſi cognouiſſent, nunq̃ Dñm gloriæ
1. Cor. 2. crucifixiſſent. Ideò nanq; Ioan. 9. dixerunt: Nos ſcimus qm̃ Moſi locutus eſt Deus, hunc aūt neſci-
mus vndè ſit. Propter quod Chrs ait ad Hieruſalē: Ad terrā proſternēt te, eô q non cognoueris tē-
Luc. 19. pus viſitationis tuæ. Huic quoq; ſimilitudini, quā induxit ppheta de boue & aſino, ſimile eſt quod
Iere. 8. habet̃: Miluus in cælo cognouit tēpus ſuum, turtur & hirundo & ciconia cuſtodiêrunt tēpus
aduentûs ſui, populus aūt meus nō cognouit iudiciū Dñi. Deindè ppheta minat̃ populo huic pœnā
æternam, dicendo: [Vę genti peccatrici,] i. in peccatis aſſiduè cōuerſanti. [populo graui iniquitate,]
i. per iniquitatē ad iſta terrena & inferiora inclinato, non contēplanti cæleſtia, quibus in Pſal. 4. di-
Ioan. 8. cit: Filij hoīm, vſquequò graui corde? [ſemini nequā,] quia peccando facti ſunt ſemen diaboli, qui-
bus ait Saluator: Vos ex patre diabolo eſtis. [filijs ſceleratis.] i. puerſis & impijs: oīa hæc eundē po-
pulum ſignant, videlicet filios Iſrael, de qbus ſubiungit̃: [Dereliquerunt Dñm,] ei nō obediēdo, iu-
xta illud Oſe. 4. Dereliquerunt Dñm in nō cūſtodiendo. [blaſphemauerunt ſanctū Iſrael,] i. Deum
eſſentialiter ſanctū, ſanctificatorē Iſraelis, qui dicit̃ ſanctus Iſrael, i. Iſraeliticæ plebis, qm̃ plebē illā
Iſaiæ 47. elegit & ſanctificauit, quatenùs coleret̃ ab ea. Propter quod infrà ſcribit̃: Redēptor noſter Dñs exer-
cituum, ſanctus Iſrael nomen eius. Hunc ſanctum blaſphemauerunt Iudæi frequēter, deos alienos
colendo, atq; diuinæ maieſtati derogando. Idcircò [abalienati ſunt retrorſum,] i. à Deo & via iuſti-
tiæ receſſerunt, adhærētes ppriæ voluntati & puerſitati, quemadmodùm Iere. 2. Dñs proteſtat̃: Duo
mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontē aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas.
Mat. 12. Hęc aūt de Iudæis dicunt̃, qui Chr̃m in carne pſecuti ſunt, quibus ipſe ait: Generatio praua & adul-
& 23. tera. Et alibi: Væ vobis ſcribę & phariſæi. Hi itaq; blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, i. Chr̃m, verum
Ioan. 9. Deum, dicētes: Nos ſcimus qa hic homo peccator eſt. Et in paſſione: Si non eſſet hic malefactor, nō
& 18. tibi tradidiſſemus eum. Et ſicut Lucas inducit, alia multa blaſphemantes dicebāt in eum. Deincèps
Luc. 22. oſtendit Dñs incorrigibilitatē Iudęorū dum ait: [Super quo pcutiam vos vltrà addentes puaricatio-
nē?] i. quam plagam, correctionē, ſeu pœnā addam prioribus plagis, quibus percuſſi vos, qui additis
puaricationē puaricationi, veterib' vitijs noua iungētes, quēadmodùm ſcriptū eſt: Peccator adijciet
Eccl 3. ad peccandū? Tanq̃ dicat: Non inuenio aliquā pœnam temporalem, per quā poſſit veſtra iniquitas
emendari: quo em̃ magìs flagellamini, eo peruerſiores & magìs impatientes ac indurati redditnini:
vndè nil reſtat, niſi vt oīnò vos deſeram. Et hæc eſt grauiſſima vltio Dei, dum hoīem in ſua volun-
tate puerſa relinquit, non caſtigādo eum paternaliter in pſenti, ſicut in Pſal. 80. ipſe de reprobis di-
Iere. 5. cit: Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorū, ibunt in adinuentionib' ſuis. De talibus ait Ieremi-
Oſeæ 4. as Dño: Percuſſiſti eos, & nō doluerunt: renuerunt accipere diſciplinā. Hinc quoq; per Oſeā locutus
Ezec. 16. eſt Dñs: Non viſitabo ſuper filias veſtras cùm fuerint fornicatæ. Et p Ezechielē: Zelus meus recedet
à te, & nō iraſcar tibi ampliùs. Quia ergò ô Dñe eum quē amas, arguis & caſtigas, obſecro nè electo-
rum flagella tollas à me, ſed paternaliter corrigas me in pſenti, nè puniar in futuro. Ex iſto pateſcit,
idcircò Dñm percutere peccatores, vt emēdent̃: cùm & eius correctio medicina potiùs extet, q̃ pœ-
na. Qm̃ ergò Iudæi, qui Chr̃m occiderunt, vel eius morti conſenſerunt, nulla temporali percuſſio-
ne correcti ſeu emendati ſunt, pro maiori igitur parte torquentur, finaliterq; relicti ſunt. [Om̃e ca-
put languidum,] i. om̃is princeps in populo Iudæorum incurabili iniquitate, vel obſtinata malitia
fuit repletus. Languor em̃ eſt incurabilis morbus. [& omne cor mœrens.] i. omnis ſacerdos & do-
ctor, ſeu ſcriba Iudæorum, ſpiritualiter debilis fuit & ægrotus propter cæcitatē atq; groſſitiem mē-
tis. [A planta pedis vſq; ad verticem] capitis, i. à minori populi huius vſq; ad maiorē, ab infimo vſq;
ad ſummum. [non eſt in eo ſanitas] ſpiritûs, videlicet perfectio interioris hominis, reformatio mē-
Ephe. 4. tis, virtus & gratia, atq; cōuerſatio iuſta. Ad quam ſanitatem hortatur nos Paulus: Renouamini ſpi-
ritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt. Porrò ſciendum,
q ſicut electi ac iuſti vnum ſunt myſticum corpus Chriſti, ſic peruerſi ſunt vnum myſticum cor-
pus diaboli. Synagoga ergò hæc Iudæorum, quæ vtiq; erat ſynagoga ſatanæ, fuit vnum diaboli my-
ſticum corpus, cuius caput ſunt principes eius ſeculares, cor autem ipſius ſunt doctores & ſacer-
dotes,

dotes quorū eſt inter verum & falſum, bonum & malum diſcernere, aliosq; dirigere: ſicut officium
cordis, mētis ſeu ratiōis eſt, cęteras vires aīæ, mēbraq; corporis regulare. Meritò ergò p caput prin-
cipes, p cor autē ſacerdotes & ſcribæ Iudęorum intelligunt̃: de quorum languore & impietate ſcri- Iere. 7.
ptum eſt: Sacerdotes nō dixerunt, vbì eſt Dñs? & tenētes legem, neſciêrunt me, & paſtores puaricati Oſeę 4.
ſunt in me. Et apud Oſeā: Qm̃ ſcientiā (pietatis) repuliſti, & ego te repellam, nè ſacerdotio fungaris Oſeæ 9.
mihi, ſ. ad cōplacitum, licèt tibi ad gaudia voluptatum. Et itē ppheta: Oēs principes eorum recedē-
tes. Oīa hęc pcipuè verificant̃ de Iudæis, qui Chr̃m occiderunt. Quòd autē in populo iſto non fuerit
ſanitas ſpiritualis, declarat ſubiungēs: [Vulnus & liuor & plaga tumens] Per vulnus intelligit interi-
orem aīæ læſionē, videlicet peccatum cordis: p liuorem autē, peccatum oris. Liuor nanq; ex quadā
occulta lęſione cauſat̃. Per plagā verò tumentem, peccatum operis deſignat̃, quod ad inſtar manife-
ſti vulneris foràs erumpit atq; conſpicit̃. Alij p vulnus intelligunt patentē nequitiam: p liuorem, la-
tentem inuidiā: per plagam tumentem, elationem inflantē. His itaq; vitijs ait ppheta Iudęos eſſe re-
pletos. Et certè euidenter videmus vſq; in hodiernū diem, his plenos eſſe Iudęos ſceleribus, qm̃ (te-
ſte Apoſtolo) puenit in eos ira Dei vſq; in finem. Ideò ſubdit̃: [non eſt circunligata.] i. pdicta huius 1. Theſ. 2.
populi plaga nō eſt reſtricta à fluxu peccati, ſeu cōtinuatiōe piaculi: ſed ex vna plaga ſeu culpa orit̃
alia, quia nō pœnitent. Quēadmodùm nanq; ligatura corporalis vulnerum corporis, reſtringit ſan-
guinis fluxum, ſic infuſio gr̃æ Dei retrahit à peccato, facitq; ſtare fluxum ſeu continuationem faci-
noris. Per hoc ergò quod ait, Nō eſt circunligata, oſtēdit Iudæis gr̃am Dei eſſe ſubtractam. [nec cu-
rata medicamine.] i. plaga pdicta non eſt intùs ſanata, quantùm ad extirpationem vſûs ſeu habitûs
vitioſi, per infuſionem virtutis ac pdicationem verbi cæleſtis, quod eſt medicamen hoīs interioris.
Nam & pphetas noluerūt audire, & ſcribæ ac ſacerdotes, quorum erat interiora populi vulnera ſeu
peccata pdicando ſanare, nec ſeipſos, nec alios curauerunt. Vndè in Euangelio ait Saluator: Vę vo-
bis legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi nō introîſtis, & eos qui introibant, phibuiſtis. [nec Luc. 11.
fota oleo.] i. pfata duritia Iudęorum non eſt curata per opera miſericordię, nec emollita per lachry-
mas pœnitentiæ. Propter quod ſcriptum eſt: Indurauerunt facies ſuas ſupra petrā, & noluerunt re- Iere. 5.
uerti. Per deſcriptionem itaq; horum irremediabilium vulnerum, exprimit ppheta, ſecundùm Hi-
eronymum, ęternā captiuitatem Iudęorum. Cōſequenter deſcribit̃ debita pœna p iſtis peccatis in-
flicta. [Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ *ſunt igni, regionem veſtrā corā vobis alieni *] ſunt [
deuorant.] Quidā dicunt pphetam iſta dixiſſe de deſtructione ac deſolatione terræ ac vrbium de-
cem tribuum, q̃ ſecundùm eos, tempore huius pphetiæ captæ atq; trāſlatæ erant in Aſſyrios, & à re-
ge Aſſyriorum alieni ſiue gentiles poſiti erant in terra decem tribuum. Hoc autem non videt̃ con-
gruè dictum, qm̃ terra ſeu regio & vrbes decem tribuum, nō erant terra & vrbes duarum tribuum, ſ.
Iudæ & Beniamin, quibus Iſaias hîc loquit̃. Si autem dicat̃, ſicut & iſti dicūt, q aſſerunt̃ pertinere ad
regnum Iudæ, quia de iure pertinebant ad ipſum, qm̃ pertinebant ad regnum Dauid & Salomonis:
nec hoc valere videt̃, qm̃ 3. Reg. manifeſtè habet̃, quemadmodùm pter peccata Salomonis Dñs di- 3. Reg. 11.
xit ad eum, q ſcinderet regnum eius, auferendo ei decem tribus. Et per Ahiam ppheram Dñs dixit
ad Ieroboam, q daret ei decem tribus. Vndè conſtat, q propter peccata Salomonis, iuſtè ablatum Ibidèm.
eſt regno Iudæ regnum Iſrael. Meliùs igit̃ dicit̃ cum S. Hieronymo, q iſta dicunt̃ de terra, regione,
& vrbibus Iudæ ac Beniamin, q̃ tempore captiuitatis Babylonicæ deſolatę ſunt, Hieruſalem & tem-
plo combuſtis, cęteriſq; vrbibus Iudæę ſuccenſis, qñ fructus terræ Iudęorum venerunt in vſum ex-
traneorum. Pręcipuè tñ impleta ſunt iſta tempore captiuitatis Iudęorum à Tito & eius exercitu. His
ergò temporibus terra Iudæorum deſerta eſt, i. à ſuis habitatoribus derelicta: Tunc quoq; terræna-
ſcentia Iudęorum ab alienis conſumpta ſunt, & nunc vſq; conſumunt̃, ſecundùm quod ait ppheta:
Regionem veſtrā in conſpectu veſtro alieni deuorāt. Deindè oſtendit̃ modus deſtructionis iſtius:
[& deſolabit̃] terra veſtra iam dicta. [ſicut in vaſtitate hoſtili,] i. ſicut deſolari ſolet terra tēpore ma-
gnæ & capitalis deſolationis, ità q penitùs deſtruet̃. Propter quod ſubdit̃: [Et derelinquet̃ filia Sion]
i. vrbs & populus Hieruſalem ac vrbium Iudæ deſeret̃ à Deo, hoſtibusq; tradet̃. [vt vmbraculum in
vinea,] i. ſicut relinquit̃ domuncula iuxta vineam facta à cuſtodibus vineæ, vuis collectis. Talis au-
tem domuncula nuncupatur vmbraculum. [& ſicut tugurium in cucumerario.] i. ſicut relinquitur
domus, ſeu caſula parua, facta in loco vbì naſcunt̃ cucumeres. Tale enim tugurium fit propter ardo-
rem ſolis declinandum, & ſedent in eo cuſtodes cucumerum, nè homo aut beſtia cucumeres rapi-
at: collectis verò fructibus, relinquit̃ caſula iſta à cuſtodibus. [& ſicut ciuitas q̃ vaſtatur] intantùm, vt
ciues expellant̃, & ipſa comburat̃. Hoc itaq; modo reliquit Deus templum & Hieruſalē, vrbesq; Iu-
dæ ac populum Iudęorum, tradens eos in manus Romanorū, & vſq; in pſens à Deo derelicti ſunt.
Propterea Dñs ait: Reliqui domum meā, & facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua, ideò odi- Iere. 12.
ui eam. Et apud Oſeam: Exoſos habui eos pter malitiā adinuētionum eorum, de domo mea eijciā Oſeæ 9.
eos, non addam vt diligam eos. Solet autem communiter in prophetis noīe filiæ, totus populus de-

 ſignari,

ſignari,& per hoc Deus oſtendit ſuæ paternę pietatis affectum circa oẽs:diligit nanq; cuncta quę fe-
cit,ſicut Sap.11.ſcribiť.Oẽs quoq; natura filij Dei ſum⁹,ſed proprio vitio alieni efficimur.Vndè ſcri-
Soph.3. ptum eſt:Lauda filia Sion, exulta in omni corde tuo filia Hieruſalẽ.Et Zach.9.Exulta ſatis filia Si-
on.[Niſi dñs exercituum reliquiſſet nobis ſemẽ,quaſi Sodoma fuiſſemus,& quaſi Gomorrha ſimi-
Rom.9. les eſſemus.] Hæc verba allégat Apoſtolus ad Rom.ad oſtendendum quoſdã Iudæorum fuiſſe cre-
dituros in Chr̃m,& ſaluandos in ipſo per p̃dicationem apoſtolorum. Nam pauloantè p̃miſit:Si fue-
rit numerus filiorum Iſrael tanq̃ arena maris,reliquię ſaluæ fient.Quod 11.capitulo pleniùs proſecu-
tus eſt,dicens:Nunquid Deus repulit plebem ſuã?Abſit.Non repulit Deus plebem ſuã, quam p̃ſci-
uit.Et poſt pauca:Sic ergò & in hoc tempore reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ Dei,ſaluę factę
ſunt.Ex quo certiſſimè conſtat,ea q̃ ſuperiùs Iſaias contra Iudam Hieruſalemq; minatus eſt,non ad
Babylonicã captiuitatem eſſe referenda,ſed ad vltimã à Romanis inductam,qñ per prędicationem
apoſtolorum reliquiæ Iudæorum ſaluatæ ſunt,credentibus vna die ad p̃dicatiõem Petri tribus mil-
Actu.2. libus,& alio die quinq; millibus, vt ſcribitur in Actis apoſtolorum: qñ etiam in alijs locis ac terris
Actu.4. quidam Iudæorum conuerſi ſunt.Igiť quidam, qui oĩa iſta exponunt & referunt ad Babyloniæ ca-
ptiuitatem,magis ſequunť excæcatos Iudæorũ doctores, q̃ ſanctos doctores catholicos. Immò Hi-
eronymus aſſerit,prædicta nullo modo eſſe referenda ad captiuitatem Babylonicã. Et hoc vtiquè
ex verbis Apoſtoli ſequitur.Probatio enim per ſacram ſcripturam nõ valet,niſi ex ſenſu literali,ſe-
cundùm Auguſtinum in epiſtola contra Vincentium Donatiſtam. Eſt igitur ſenſus: Niſi dñs exer-
cituum,i.virtutum cæleſtium ſeu angelorum,reliquiſſet nobis,i.populo Iudæorum ſemen,i.poſte-
ros filioſq; fideles in Chriſtum credentes,cæteris obſtinatis,quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Go-
morrha ſimiles eſſemus,i.penitùs vſq; internecionem periſſemus,quantùm ad eſſe ſpirituale, & oẽs
pro nihilo reputaremur,nullo ex genere noſtro in Chriſtum credente,quemadmodùm Sodoma &
Gomorrha cum alijs tribus vrbibus omninò deſtructæ ſunt,vt dicitur Gen.19.

¶ *Proſecutio expoſitionis huius primi capituli.* *Articulus* 3.

POſtq̃ Iſaias peccata Iudæorum deſcripſit,nunc eos ad meliora hortatur,& nè in ſacrificijs legis
cõfidant,teſtatur:[Audite verbum dñi] quod prædico vobis [principes Sodomorum,] i.ô vos
ſacerdotes,phariſæi ac ſcribæ, qui in vitijs ſimiles eſtis principibus Sodomorum,manifeſtè & inue-
Iſaiæ 3. recundè peſſima atq; turpiſſima opera perpetrando. Vndè inferiùs ſcriptum eſt:Peccatum ſuum
quaſi Sodoma prædicauerunt.[percipite] i.diligenter aduertite auribus mentis & corporis [legem
Dei veſtri populus Gomorrhæ.] i.ſimiles populo illi.Huic ſimile eſt, quod dñs per Ezechielem ait
Ezech.16. populo Iudæorũ:Pater tuus Amorrhæus,& mater tua Cethęa.Immò deindè ſubdit,maiora eſſe ſce-
Ibidèm lera Hieruſalẽ,q̃ Sodomæ.Viuo ego,dicit Dñs deus,qa nõ fecit Sodoma ſoror tua ipſa & filiæ eius,
ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. [Quò] i. ad quid [mihi multitudinem victimarum veſtrarum] offertis,
[dicit dñs?] quaſi dicat,nullatenùs mihi placent, neq; propter eas veſtra vobis peccata indulgeo,
[plenus ſum.] i. non indigeo eis,cùm ſim in meipſo ſuperdiues, omnibus bonis abundans,& omi-
nò perfectus. [Holocauſta arietum & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum &
hircorum nolui.] i.omnia ſacrificia legalia reprobo & contemno. Dicebatur autem holocauſtum,
quod ad diuinæ maieſtatis honorem totaliter incendebatur:in ſignum, quòd homo debet ſeipſum
Deo totaliter offerre,diuinoq; cultui mancipare. Hoc autem ſacrificium fieri potuit de arietibus,
vitulis,agnis, & hircis:in nullo tamen ſacrificio licitus erat eſus adipis aut ſanguinis. [Cùm venire-
tis ante conſpectum meum,] ingrediendo templum, vel alibì repræſentando vos meo conſpectui.
[quis quæſiuit hæc de manibus veſtris?] tanquàm dicat:Ego non requiſiui iſta à vobis.[vt ambula-
retis in atrijs meis.] i.ad hoc,ꝙ digni eſſetis intrare loca ſacra & atria templi.Idcircò [nè offeratis vl-
trà ſacrificium] legale & figuratiuum [fruſtrà:] quia non acceptatur à me. [incẽſum] i. oblatio thy-
miamatis,vel holocauſtũ, quod alio nomine appellatur incenſum, [abominatio eſt mihi.] Sed nõ-
nè Deus per Moſen iuſſit ſibi ſacrificia legalia immolari pro remiſſione peccati, & alijs pijs cauſis?
Leu.16. Nonnè in Leuitico ſæpiſſimè dicitur, Oblatio eſt ſuauiſſimi odoris dño? Ad iſta dupliciter reſpon-
& 19. detur:Qui enim hæc verba referunt ad populum Iudæorum,pręcedentem Babylonicam captiuita-
tem,vel tunc exiſtẽtem,dicunt Deum pro tunc reprobâſſe ſacrificia Iudæorum propter peccata eo-
Ecci 34. rum,non propter ceſſationem ſacrificiorum.Vndè Eccleſiaſticus affirmat: Non reſpicit dñs in ob-
lationes iniquorum.Et Pro.15.Victimę impiorum abominabiles domino.Qui verò hęc referunt ad
tempus euangelicæ legis & vltimæ captiuitatis Iudæorum, aſſerunt Deum hoc loco finaliter atq;
ſimpliciter ſacrificia legis reprobare.Cùm enim non fuerint per ſe accepta,ſed figuratiua veri ſacri-
ficij,ſcilicet Chriſti,ceſſare debebant poſt Chriſti paſſionem & euangelij diuulgationem.Et iſta re-
2. Par. 26. ſponſio melior eſt,textuiq; conformior. Poſt Babylonicam captiuitatem rurſus ædificatum eſt tẽ-
2. Eſd. 2. plum,& offerebantur in eo ſacrificia legis,placueruntq; domino:ſed poſtq̃ Iudęi Chriſtum occide-
Mala.1. runt & negauerunt,diſplicuerunt Deo oĩa ſacrificia eorum legalia, ſicut per Malachiã prædixit: Nõ
eſt mi-

eſt mihi voluntas in vobis,dicit dñs,& munus non ſuſcipiã de manu veſtra. Deniq; ſacrificia illa le-
galia nunq̃ p ſe placita erant Deo,ſed ꝓpter offerentium deuotionẽ.Iuſſit tñ dñs ea ſibi offerri: pri-
mò,nè idolis offerrenť: ſecundò,vt Chriſti paſſionẽ & immolationẽ in cruce p̃figurarẽt:tertiò,vt de
carnalibus hoſtijs quaſi p typũ & imaginẽ ad ſpiritales hoſtias tenderemus.His aũt q̃ nunc de repro-
batione ſacrificiorũ legaliũ dicta ſunt,conſonãt q̃ in Pſalmis legunť:Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti,
aures aũt p̃feciſti mihi:holocauſtũ & pro peccato non poſtulâſti.In alio quoq; Pſalmo: Non accipiã Pſal. 39.
de domo tua vitulos,neq; de gregibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt oẽs feræ ſyluarum &c. Hinc & 49.
etiam Micheas ait:Quid dignum offerã Dño?nunquid offeram ei holocauſtomata?nunquid placa- Mich.6.
ri poteſt dñs in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorum pinguium? Quæ autem ſequuntur
de reprobatione ſolennitatũ legalium,eodem modo intelligenda ſunt, ſicut quæ de reprobatione
ſacrificiorum inducta ſunt. Ait em̃:[Neomeniã & ſabbatum & feſtiuitates alias non feram.] Neome-
nia erat ſolennitas in nouilunio celebranda,propter beneficium gubernationis diuinæ. Sabbatum Leuit. 23.
verò erat feſtiuitas ſeptimæ diei,in memoriã creatiõis mũdi. Per alias aũt feſtiuitates,intelligit feſta
tubarũ & expiationis,Paſchæ,Pẽtecoſtes,ac Tabernaculorũ.Hæc ergò dicit dñs ſe nõ ferre,hoc eſt,
nõ approbare,p̃ſertim tẽpore nouæ legis,ea ratione,qua ſeruabantur in veteri teſtamẽto,quoniã fi-
guralia erant,& ad cæremonialia pertinebant.[Iniqui ſunt cœtus veſtri.] quia à planta pedis vſq; ad
verticem capitis,non eſt in vobis ſanitas ſpiritualis. Iniqui erant cœtus Iudæorum, de quibus Matt.
26.habetur:Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum & ſeniores populi, & conſilium fecerunt,
vt Ieſum dolo tenerent & occiderent.[Calẽdas veſtras] i. exordia menſium, ſ. neomenias apud vos
celebres.[& ſolennitates veſtras] cæteras [odiuit] i.reprobauit [anima mea:] non ꝙ in Deo,ſecundũ
propriã ſuã naturam, ſit anima,ſed loquitur Deus more humano, intelligendo per animam mẽtem
diuinam.Et ità ſcriptum eſt Amos 6.Iurauit dñs Deus in aĩa ſua, Deteſtor ego ſuperbiã. [Facta ſunt
mihi moleſta] prædicta feſta legalia.Loquiť Deus more hominis fatigati & tædio affecti de aliquo
facto,ad inſinuandum,quàm vehementer diſplicuerunt ſibi obſeruantiæ iſtæ,Chriſti euangelio di-
uulgato.[Laboraui ſuſtinens] i.adeò grauiter me offendiſtis,ꝙ ſuſtinendo veſtra peccata,per modũ
laborantis me habui,qui laborando tandèm compellitur propter fatigationem à labore ceſſare: ſic
ego tandèm ceſſaui vobis miſereri propter homicidium filij mei dilecti. Vndè Symmachus trãſtu-
lit:Defeci miſerans.Et Oſe.9.dñs proteſtať:Non addam vt diligã eos.Propter Chriſti enim occiſio-
nem Deus eos finaliter dereliquit.[& cùm extenderitis manus veſtras] corporales ſeu ſpirituales,vi-
delicet deſideria cordis in cælũ ad me exorandũ, [auertã oculos meos] i. pietatis meæ reſpectum [à
vobis:] non dando quod poſtulâſtis.[& cùm multiplicaueritis orationẽ,nõ exaudiã vos.] Cuius ra-
tio eſt:[Manus em̃ veſtræ] i.affectiones & opera.[plenæ ſunt ſanguine.] i.magnis exceſſibus. Quàm
diù ergò manet homo in peccato,vel potiùs in volũtate vel ꝓpoſito malè agẽdi, nõ exaudiť ei⁹ ora-
tio.Propter quod ſcriptũ eſt:Qui declinat aurẽ ſuã nè audiat legẽ,oratio eius erit execrabilis.Et,Sci-
mus qa peccatores nõ audit De⁹,ſed ſi qs cultor eſt Dei,hunc exaudit.Deniq; iſta cõtra Iudæos qui Pro.28.
Chr̃m occiderunt,filioſq; eorũ dicunť,q clamauerunt:Sanguis eius ſup nos, & ſuper filios noſtros. Ioan.9.
Hinc nanq; vſq; in hodiernũ diem,man⁹ eorũ plenæ ſunt ſanguine agni immaculati, quia tanq̃ peſ- Matht.27.
ſimi coloni,hæredem ad ſe miſſum interfecerunt,nec pœnitẽt.Conſequẽter Propheta hortatur Iu-
dæos ad gratiam baptiſmatis Chriſti,quia vt Ioan.3.dicitur,Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiri-
tuſancto,non poteſt introire in regnum Dei.[Lauamini,] i.pro prædictis feſtis, ſacrificijſq; legalib⁹
à me reprobatis,baptizamini fonte baptiſmatis.[mundi eſtote,] quoniam in baptiſmo omnia pec-
cata condonantur.Mundi ergò eſtote,ô Iudæi,à peccato in Chriſtum commiſſo. Poteſt autẽ latiùs
exponi,& de omnibus Iudæis,immò peccatorib⁹ vniuerſis,intelligi,quibus ait Propheta:Lauamini,
lachrymis pœnitentiæ,ſeu cordis cõtritione,ab impuritate ac fœditate vitiorũ veſtrorum,ſicut Ie-
remię 4.habeť:Laua à malitia cor tuum,vt ſalua fias.[Mundi eſtote,] perſeuerando in puritate p lo-
tionẽ iſtã adepta,[auferte malum cogitationum veſtrarum] i.cogitationes vr̃as malas & impias. [ab
oculis meis,] i.ab adſpectu ſapientiæ meæ oĩa intuẽtis. Vndè Micheas: Væ q cogitatis inutile,qm̃ cõ-
tra dñm eſt man⁹ eorũ.Et Iere.4.Dñs loquiť:Vſquequò morabunť in te cogitationes noxiæ?[Qui- Mich. 2.
eſcite] i.ceſſate [agere puerſè,diſcite bñ facere.] audiendo libẽter informationes & increpationes, &
cætera qbus homo inſtruiť ad benè viuendũ. Virt⁹ nanq; diſcẽda eſt,vt exerceať. Vndè dñs ait:Eru-
dire,nè fortè recedat anima mea à te.[quærite iudicium] diſcretionis,i.Deũ orate,vt conferat vobis Iere. 6.
gr̃am atq; prudentiam iuſtè iudicandi voſipſos,ſeu alios quibus pręeſtis, quemadmodùm apud Za-
chariam dicitur:Iudicium verum iudicate.Eſt em̃ maximè neceſſarium,prout Iob 34.habeť: Nunqd Zacha.7.
qui non amat iudicium,poteſt ſanari?Et Apoſtolus:Si noſmetipſos,inquit,iudicaremus,non vtiquè
iudicaremur. Sed cõtrariari videť quod ait Saluator:Nolite iudicare, vt nõ iudicemini. Illud quoq; 1.Cor.11.
Apoſtoli,Sed neq; meipſum iudico.Et reſpondendũ,ꝙ Chr̃s ꝓhibet nos iudicare in dubijs cauſis, Matth.7.
p̃ſertim nè ea dãnem⁹,q̃ bono aĩo fieri poſſunt.Apoſtol⁹ autẽ loquiť de iudicio ſuę ap̃pbationis ſeu 1.Cor. 11.

propriç laudis.[ſubuenite oppreſſo] per violentiã,eũ conſolãdo aut eruendo.[iudicate pupillo,]eũ
in iudicio,ſi iuſtè fieri valet,ſaluãdo.[defendite viduã.]Iſtis pſonis pcipit Dñs ſpecialiter eſſe ſubue-
niendũ,quia humano auxilio atq; ſolatio plùs cęteris caret.[& venite,&arguite me,dicit Dñs.]Si iſta
feceritis,poteritis meritò cõqueri,niſi reddidero vobis vicẽ,iuſtũq; pmiũ.Oĩa iſta impleuit S Iob,q
Iob 29. aſſerit:Cùm ſederẽ quaſi rex circunſtante exercitu, erã tñ mœrentiũ cõſolator: oculus fui cæco, &
pes claudo,pater erã pauperũ: & cauſam quã neſciebã,diligentiſſimè inueſtigabã.Hæc quippe ad p-
latos,principes & iudices maximè pertinent. [Si fuerint peccata veſtra vt coccinum,] i. ſi tã tenaci-
ter vobis inhæſerint vt color coccineus,vel ſi p modũ coccini ſanguinea fuerint ac deformia.[quaſi
nix dealbabunt:]i.quantùm ad maculã penitùs dimittent.[& ſi fuerint rubra quaſi vermiculus,] i.
ſi fuerint vehementer inordinata,& à decore virtutis multùm aut ſummè diſtantia. [velut lana alba
erunt,]i.omninò purgabunt & expellent,non q peccata fient alba,i.pulchra aut ſplendida.Vnũ eñ
cõtrariorum nõ mutat in reliquũ:ſed ideò iſta dicunt, qa turpitudo peccati totaliter tollitur ab eis,
Lucæ 11. qui pfata virtuoſa efficiunt opera,ſicut & Chrs in Euangelio dicit:Quod ſupereſt,date eleemoſynã:
Iere. 2. & eccè oĩa munda ſunt vobis.Et per Ieremiam Dñs: Conuertimini,inqt,ad me,& ſanabo auerſio-
nes veſtras. [Si volueritis & audièritis me,] obediendo meis pceptis.[bona terræ comedetis.]i. in
pſenti vita temporalium rerum,videlicet victualiũ,ſufficientiã dabo vobis, ſicut per Moſen ſum lo-
cutus Leuitic.26.Comedetis vetuſtiſſima veterum,& nouis ſuperuenietibus,vetera proijcietis. So-
lebat eñ Deus rudi populo Iudęorum temporalia bona promittere,quia cæleſtia necdùm poterant
capere.Comedetis itaq; bona,i.fructus terræ huius in hac vita: in futuro aũt ſeculo comedetis ſpi-
rituali comeſtione bona Dñi in terra viuentium, ſcilicet panem cæleſtem, de quo Luc.14. dicitur:
Cant.5. Beatus qui manducabit panem in regno Dei.De qbus bonis Sapientia ait:Comedite amici & bibi-
te,& inebriamini chariſſimi.[Quòd ſi nolueritis] acquieſcere mihi,[& me ad iracundiam]i. ad iu-
ſtam vltionem [prouocaueritis,]præuaricando mea mandata. [gladius deuorabit]i.occidet [vos.]
Hoc in peruerſis rebellibusq; Iudæis impletum eſt,quos primò deuorauit gladius Chaldęorũ, de-
indè gladius Romanorũ.Poteſt quoq; per gladium accipi impugnatio ſeu tentatio diaboli, de quo
Iob 40.ſcribitur: Qui fecit eum,applicabit gladium eius.Hoc gladio ſpiritualiter deuorantur & oc-
ciduntur iniqui,dum eius tentamentis conſentientes, Deum non audiunt. In præſenti enim amit-
tunt vitam gratiæ,in futuro vitam gloriæ, inciduntq; finaliter in æterna tormenta gehennæ. Hæc
autem fient,[quia os Domini locutum eſt.]i.Deus,cuius ſermo impletur,iſta prædixit.

¶ *Proſecutio explanationis huius capituli primi.* *Articulus* 4.

MIratur Propheta ſpiritu pphetico plenus, q ciuitas Hieruſalẽ, q̃ olim erat fidelis, nunc facta
eſt meretrix.Ait eñ: [Quomodò facta eſt] per ppriam culpã [meretrix] tam ſpiritualiter, q̃
corporaliter fornicãdo.[ciuitas]Hieruſalẽ,i.populus huius ciuitatis,olim [fidelis] per grãm Dei,vi-
delicet tẽpore Dauid & aliorũ bonorũ regũ,quãdò filij Iſrael fortiter in via Dñi ambulabãt.Duplex
eſt fornicatio,ſ.ſpiritualis,qua aĩa recedit à Deo, cui deſponſat per fidẽ & charitatẽ, & à quo impræ-
gnatur ſeu fœcundat per grãm: ſecũdùm hanc fornicationẽ facta eſt meretrix ciuitas iſta,idola co-
lendo,& cor ſuũ à Deo auertendo.Propter quod ſcriptũ eſt Oſeę 2.Noli lætari Iſrael, & noli exul-
tare ſicut populi,qa fornicatus es à Deo tuo. Alia verò eſt fornicatio carnis, q̃ in ciuitate hac viguit,
vt habet Ieremiæ 5.Vnuſquiſq; ad vxorẽ proximi ſui hinniebat.Immò in vtroq; meretricio abunda
Ezech.16. uit hæc ciuitas, quẽadmodùm apud Ezechielẽ aſſerit: Nõ es facta quaſi meretrix faſtidioſa, augens
preciũ,ſed quaſi mulier adultera: oĩbus meretricibus dant mercedes,tu aũt dediſti mercedẽ ama-
toribus tuis.[plena iudicij] iuſti. Tempore eñ Dauid & aliorũ ſanctorũ regũ,fiebat oĩ populo iu-
2.Para.19. ſtum iudiciũ. ideò tunc erat ciuitas iſta plena iudicio. Vndè Ioſaphat rex Iuda pcepit iudicibus à ſe
cõſtitutis:Videte qd faciatis.non eñ hoĩm iudiciũ exercetis,ſed Dei.ſit timor Dei vobiſcũ, & cum
diligentia cuncta facite.[Iuſtitia habitauit in ea,] i.in populo huius vrbis tempore regũ iſtorum iu-
4. Reg. 21. ſtorũ.[nunc aũt homicidæ.] Quanuis iſta intelligi poſſent de populo Iudęorũ tẽpore Iſaiæ,pſertìm
tempore Manaſſæ,qui repleuit Hieruſalẽ ſanguine innocentũ vſq; ad os,tñ ſecundùm B. Hierony-
mũ,veriùs & rectiùs exponunt de Iudęis pro tẽpore Chri.Tota nanq; cõminatio & repromiſſio vi-
ſionis huius primi cap.ad Dñicæ paſſionis pertinet tẽpus,ſecundùm Hieronymũ,quod etiã Apoſto-
lica authoritate pauloantè pbatum eſt.Vndè qui totũ cap. exponũt pro tẽpore captiuitatis Babylo
nicæ,vel circiter,plùs iuſto iudaizare vident. Tempore igit Chri habitabãt in Hieruſalẽ homicidæ,
qui tandèm Dñm prophetarum & eius diſcipulos occiderunt. [Argentum tuum verſum eſt in ſco-
Pſal. 11. riam.] Per argentum deſignatur ſacræ ſcripturæ doctrina,iuxta illud Pſal.Eloquia Domini, eloquia
Prou.10. caſta,argentum igne examinatum. vel lingua doctorũ,ſecundùm quod in Prouerb.dicitur: Argen-
Prou. 21. tum electũ lingua iuſti.Et alibì:Theſaurus deſiderabilis in ore ſapientis. Scoria verò vocatur rubigo
metalli. Eſt igitur ſenſus: Argentum tuum, i. ſapientia veſtra ſcribæ, phariſæi, ſacerdotes, atq; do-
ctores Hieruſalem, verſa eſt in ſcoriam, i. carnalis effecta eſt. & lingua veſtra verſa eſt à veritate in
fal-

ſitatem:qm legẽ non ſpiritualiter,ſed carnaliter &literaliter intellexiſtis,nec populũ veraciter de
Chriſti aduentu informâſtis.Hinc eñ Chriſtus ait ad eos:Quarè irritum feciſtis mãdatum Dei pro- Matth. 15.
pter traditionẽ veſtrã?Et ibidẽ:Cęci ſunt,& duces cæcorum.[vinum tuũ mixtum eſt aqua.]In vino
ſunt duo,videlicet liquoris ſynceritas,& ſaporis quędã auſteritas.Pungit eñ aliqualiter vinum,quẽ-
admodùm ſcriptum eſt:Blandè ingredit,& in nouiſſimo mordebit vt coluber.Ratione primi, p vi- Pro.23.
num intelligit lex diuina,ad inſtàr vini ſyncera & ſplẽdida.eritq; ſenſus:Vinum tuum,i.lex Dei vo-
bis p Moſen tradita,mixtum,i.vitiata atq; infecta eſt aqua,i.traditionib' veſtris & inſipidis expoſi-
tionibus,ô ſcribæ & phariſæi ac ſacerdotes. Vndè Chriſtus ait ad eos: Quarè & vos tranſgredimini
mãdata Dei propter traditionem veſtrã?Et rurſus,In vanum colunt me,docentes doctrinas & man- Matth.15.
data hoĩm.Ratione ſecundi,p vinum intelligit fraterna ſeu paterna correctio. vt ſit ſenſus: Vinum
mixtum eſt aqua,i.correctio veſtra ô principes Iudæorũ, qua delinquentes & inferiores debuiſtis
arguere,relaxata eſt à debito rigore iuſtitiæ,& propter reprobã vitam veſtrã,inefficax eſt effecta, dũ
peccantes palpâſtis, & impijs complacere & adulari optâſtis. Hinc nanq; Dñs de talibus loquitur
Oſe.9.Peccata populi mei comedent,& ad iniquitatẽ ſubleuabunt animas eorum.Quòd autem per
vinum intelligatur iuſta correctio,conſtat ex eo,q Chriſtus aſſerit Samaritanum infudiſſe vulneri- Lucæ 10.
bus ſauciati vinum & oleum,i.peccatis eius adhibuit iuſtam correctionem piamq; conſolationem.
[Principes tui]ô Iudæa[infideles]fuerunt Deo Saluatori:noluerunt enim credere Chriſto, quem-
admodùm ipſe ait ad eos:Si dixero vobis,non credetis.Et,Quomodò poteſtis vos credere,qui glo- Lucæ 22.
riam ab inuicèm accipitis:& gloriã,quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Sed contrariari videtur illud: Ioan.5.
Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum. Et reſpondendum, q Ioannes loquitur
ibì de credulitate ſeu fide informi & inſufficienti. Propter quod ſubditur: Propter phariſæos non Ioan.12.
confitebantur,dilexerunt enim gloriam hoĩm magis,q̃ gloriam Dei.Vel loquitur nunc propheta de
ſummis principibus Iudæorum, videlicet pontificibus, quorum nullus Chriſto adhæſit, iuxta illud
Oſe.9.Oẽs principes eorum recedentes.Hi principes Iudæorum fuerũt[ſocij furum,] videlicet Iu-
dæ proditoris ac furis,& eorum,qui primitiuæ Eccleſiæ in Hieruſalem & Iudæa ſua bona violenter
abſtulerunt.Cui vtiq; Eccleſiæ Paulus ſcribit:Vinctis compaſſi eſtis,& rapinã bonorum veſtrorum Heb.10.
cum gaudio ſuſcepiſtis.Deniq; principes iſti[oẽs diligunt]inordinato amore[munera,] non ſolùm
illa,quæ pura intentione & liberaliter conferunt, ſed etiã ea, q̃ dantur vt peruertat iudicium & re-
linquat iuſtitia.[ſequunt retributiones.]qa ſi alijs aliquid præſtant,ideò faciunt, vt maius recipiant.
Erant eñ Iudæi principeſq; eorum,auari. Vndè Chriſto contra auaritiam pdicante, deridebant eũ
phariſæi,prout Euangeliſta inducit.Et Ieremias:A minori,inquit,vſq; ad maximum,oẽs auaritiæ ſtu- Lucæ 16.
dent.Hæc aũt cunctis,pſertim iudicibus,omninò vitanda ſunt,ſecundùm quod ſcribit Exo.23.Nõ Iere. 6.
accipies munera,quæ excæcant etiã prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum.Hinc & Paulus diſſe-
ruit:Oportet reminiſci verbi Dñi Ieſu,quia beatius eſt magìs dare,q̃ accipere.]pupillo non iudicãt,] Act. 20.
dando pro eo iuſtam ſententiam,ſed opprimunt eum.[& cauſa viduæ non ingreditur ad eos,]vt eã
piè admittant,diligenter diſcutiant,& iuſtè determinent: quin potiùs viduam cum ſua cauſa repel-
lunt,niſi fortè munera dare poſſit: iſtud impletum fuit in principibus ſacerdotum, quantùm ad Iu-
dæos ad Chriſtum conuerſos, quorum parentes occiderunt Iudæi increduli: & in viduis, quarum
occiderunt maritos:iſtud erat omninò contra legem.Dñs enim per Moſen ſpecialiter iuſſit iuſtum
iudicium fieri,pietatemq; impendi aduenis,pupillis,peregrinis,& viduis,eò q tales perſonæ cõmu-
niter præ alijs humano ſolatio ſubſidioq; careant: ideoq; Moſes loquit Deut.10. Deus magnus atq;
terribilis perſonam non accipit,nec munera: facit iudicium pupillo & viduæ, amatq; peregrinum.
Conſequenter deſcribitur tantorum facinorum debita pœna. [Propter hoc] i. propter tam graues
exceſſus populi huius,[ait Dñs exercituum,]i.cæleſtium agminum ſeu angelorum ſanctorum.[for-
tis Iſrael:]i.fortitudo & cauſa fortitudinis Iſraelitice plebis,cui ait Oſe.13.Iſrael,in me tantummodò
auxilium tuum.[Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis,]i.iniuriã mihi illatã, tã diſtrictè & iuſtè
vlciſcar,ſicut ppter offenſam contriſtati,ſolent ſuam vindicare iniuriã. Cùm eñ Deus noſtrã ſalu-
tem deſideret,videtur quodammodò contriſtari,dum eũ offendim',atq; noſipſos negligimus.Vn-
dè Apoſtolus:Nolite,inqt,contriſtare ſpiritũſanctũ.Et Baruch 4.Exacerbâſtis eũ,q fecit vos, Deũ
æternum.Cõtriſtatus autem,itemq; iratus propter alterius culpam,conſolatur & gaudet in iuſta vl- Eph. 4.
tione peccati.Idcircò itaq; perhibet ſe Dominus conſolandum de hoſtibus ſuis,i. peruerſis Iudæis,
ipſum odientibus.De quibus Chriſtus proteſtatur: Oderunt & me & patrem meum &c. Dicuntur
quoq; hoſtes Dei,quoniam Deus odit eos,quantùm ad culpam,ſeu ratione voluntatis peruerſæ,iu- Ioan.15.
xta illud Pſalmiſtę:Odiſti omnes qui operantur iniquitatem.Et in Sapien.libro:Odio ſunt Deo im- Pſal. 5.
pius & impietas eius.[& vindicabor de inimicis meis.] Hìc quaſi exponit quid ſit conſolari de ho- Sap. 1.
ſtibus,ſcilicet vindictam iuſtam inferre inimicis.Conſolatio enim Dei eſt,vt qui nõ emendant be-
neficijs,corrigantur ſupplicijs.Ait ergò: [Et vindicabor]i. meipſum vindicabo per iuſta tormenta
[de

[de inimicis meis] obſtinatis Iudęis.Hoc fecit dñs, tradendo eos in manus Romanorũ, ſubtrahẽ-
doq́; eis grãm in p̃ſenti,& gloriã in futuro,immò inferni ſupplicia eis infligendo.Huic quoq; eſt ſi-
Ezech. 5. mile quod Ezechiel ait:Cõplebo furorẽ meũ,& requieſcere faciã indignationẽ meã, & cõſolabor,
Prou. 1. ait dñs. Et Sapiẽtia loquẽs iniquis:Ego quoq;,inqt,in interitu veſtro ridebo,& ſubſannabo cùm vo
bis id quod timebatis,euenerit.Sed cùm hæc ità ſe habeát, qd eſt ꝙ dñs qui ſe conſolandũ teſtatur,
p̃mittit,Heu,quod eſt ſignũ animi dolentis aut cõdolentis?Et reſpondendũ,ꝙ ſicut Deus clemen-
tiſſimus pater odit iniquos ꝓpter culpam, eosq́; diligit quo ad naturã: ſic phibet ſe conſolandũ de
eorũ punitione,inquãtùm iniuſti ſunt,cõdolet tñ eis quodammodò,inquãtùm ad Dei imaginẽ fa-
cti ſunt,& naturam bonã ſortiti ſunt.Et ideò Tobiæ 3.dicitur:Non delectaris Dñe in perditionibus
noſtris.Et Sapient.1.Deus mortẽ non fecit,nec lætať in perditione viuorũ: non,inquã, lætatur in p-
ditione viuorũ,prout pditio eſt q̃dam boni priuatio,ſed prout eſt effectus iuſtitię.Cùm em̃ culpa ſit
inordinatio q̃dam, oportet vt ordineť ad pœnã, p̃ſertim cùm diuina ſapientia nil inordinatũ relin-
Lucæ 19. quat.Hinc etiam Chr̃s,qui ſe erat de Iudæis vindicaturus,videns ciuitatẽ,fleuit ſuper illã.Deus itaq;
his quos iuſtè damnat atq; flagellat,miſericorditer condolet, qa in omni ſuo effectu miſericordiam
iuſtitiæ miſcet,immò in inferno reprobos citra condignũ affligit.Deindè ait dñs ad populũ iſtum:
[& conuertã] i.extendã [manũ] i.poteſtatẽ [meam ad te] vt te iuſtè caſtigẽ. [& excoquã] i. munda-
bo atq; conſumã per ignẽ debitæ tribulationis.[ad purũ ſcoriam tuã,] i.peccatorũ tuorum rubigi-
nẽ & fœditatem.[& auferã om̃e ſtannum tuũ,] i.peruerſas tuas traditiones,cõmixtionesq́; malas,q-
bus legem Dei puram maculâſti,& itẽ tranſgreſſus es,miſcendo vinũ tuum aquá. Hoc fecit dñs pu-
niendo Iudęos ꝓpter peccata in Chr̃m commiſſa:ex qua punitione qdam ex Iudæis electi, emen-
dati ſunt,alij verò effectu ſuæ peruerſitatis priuati ſunt: & ità in eis excocta eſt ſcoria, i. conſumpta
malitia,eo modo,quo cantamus in Pſalmo 1.Iter impiorũ peribit. Et 9. Quæreť peccatum eius, &
non inuenietur.Loquiť autẽ Deus de ſeipſo per modũ aurifabri,qui in calore ignis cõſumit & pur-
Malac. 3. gat quicqd alienæ naturę mixtũ fuerit argento ſeu auro.Et ità loquiť Malachias de Chriſto:Ipſe,in-
quiens,quaſi ignis conflans,& quaſi herba fullonũ:& ſedebit cõflans & emundãs, & purgabit filios
Leui.Deniq; hoc eſt quod Matthæi 3.ait Ioãnes baptiſta de Chriſto: Cuius ventilabrũ in manu ſua,
& permundabit aream ſuã,& cõgregabit triticum ſuũ in horreum ſuũ,paleas aũt comburet igni in-
extinguibili.[Et reſtituam iudices tuos vt fuerunt priùs,& conſiliarios tuos ſicut antiquitùs.] i. poſt
p̃dictam tuam purgationẽ ſeu excoctionẽ dabo tibi iudices & conſiliarios tales, videlicet iuſtos ac
ſanctos,purà apoſtolos & ſucceſſores eorũ,quales antè ſeu antiquitùs habuiſti,vtpotè quales fuerũt
Matth. 12. Moſẽs,Ioſue,Samuel,Dauid,& cæteri principes virtuoſi.De apoſtolis nempe loquiť ad Iudęos ſal-
Lucæ 11. uator:Ipſi iudices veſtrî erunt. Et iterùm: Eccè ego mitto ad vos ſapientes & ſcribas. Quidã iudai-
Matth. 23. zantes exponunt hæc de populo Iudęorũ pro tẽpore captiuitatis Babylonicæ,in qua per tribulatio-
nẽ Chaldęorũ caſtigati fuerunt Iudæi,qua caſtigatione finita,regreſſi à captiuitate Babylonica,ha-
buerunt iudices & cõſiliarios ſanctos,videlicet Eſdrã,Nehemiã,Zorobabel,Ieſum filium Ioſedech,
Zachariam,Aggęũ,& cęteros vſq; ad Ioannẽ Hyrcanum,cui ſucceſſit immediatè in regno Hero-
des. Sed ſicut oſtenſum eſt,iſta expoſitio non conſonat Apoſtolo, nec placet Hieronymo. [Poſt
hæc vocaberis ciuitas iuſti,vrbs fidelis.] i. cùm reſtituti fuerint tibi ô Ieruſalem & Iudęa,conſiliarij
& iudices tales,quales olim habueras,tunc dicéris & eris ciuitas iuſti,i.Chriſti,de quo Act.6. ſcriptũ
eſt:Prophetæ annunciauerũt de aduentu iuſti.Vocaberis etiã vrbs fidelis,i.credẽs in Chr̃m,quẽad-
Ioan. 8. modùm ipſem et Chriſtus p̃dixit:Cùm exaltaueritis filiũ hoĩs,tunc cognoſcetis qa ego ſum. Poteſt
aũt per Ieruſalẽ intelligi,vel ipſa vrbs ſic dicta,q̃ tandèm poſt ſuã euerſionẽ & reparationẽ ad Chr̃m
cõuerſa,ei fideliter multo tẽpore deſeruiuit: vel certè ipſa Eccleſia ex Iudæis gentibusq́; collecta,de
Pſal. 86. qua ait ſaluator Matth.5.Nõ poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita.De qua ait Pſalmiſta:Glori-
oſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Ioannes quoq; Apoc.21. Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem nouam,
deſcendentem de cælo,à Deo paratam.Verè em̃ per Hieruſalem & Iudęam intelligi poſſunt Chri-
Apoc. 2. ſtiani,qui ſunt veri Iſraelitæ atq; Eccleſia,præſertim cùm de infidelibus Iudęis dicat in Apocalypſi
& 3. Ioannes:Dicunt ſe Iudęos eſſe,& non ſunt,ſed mentiuntur.Et rurſus, Synagoga ſunt ſatanæ.

Proſecutio expoſitionis huius primi capituli. *Articulus* 5.

Ioan. 12. SIon in iudicio redimetur.] Iudicium duplex eſt, ſ.diſcretionis, de quo Chriſtus: Nunc, inquit,
iudicium eſt mundi. Aliud eſt iudicium remunerationis,de quo ad Hebręos 10.ſcriptũ eſt:Ter-
ribilis eſt expectatio iudicij.Ait ergò:Sion,i.populus Iudęorũ,qui deſignatur per Sion,qui erat mõs
in quo conſtructum fuerat templum.In iudicio diſcretionis redimetur à morte æterna per mortem
& ſanguinẽ Chriſti,gratiamq́; diuinã.Non em̃ omnes ſaluati ſunt,ſed ſicut teſtať Apoſtolus Rom.11.
Reliquiæ per electionẽ ſaluæ factæ ſunt.Ipſa electio Dei,qua pauci Iudęorũ ex multis electi atq; re-
dempti ſunt,eſt iudiciũ diſcretionis,in quo aliqui Iudęorũ facti ſunt ſalui,cæteris iuſtè relictis.Pro-
Ioan. 13. pterea namq; Chriſtus dixit:Nõ de om̃ibus vobis dico,ego ſcio quos elegerim.In Actis quoq; habe-
tur:

tur:Crediderunt quotquot p̃ordinati erant ad vitã æternã.[Et reducent eã in iuſtitia,] hoc eſt, apo- Acto. 13.
ſtoli,quos Deus cõſtituit principes,rectores, iudices ac cõſiliarios primitiuæ Eccleſiæ, per ſuã p̃di-
cationẽ & ſigna reducẽt,i.cõuertent ad Chr̃m:Sion,i.reliquias Iudęorũ: in iuſtitia, i.ſicut Deus ꝓ-
miſit per ſanctos ꝓphetas: vel in iuſtitia,i.in fide ſancta & in vita bona.Per hoc em̃,ꝙ eos docuerũt
rectã fidẽ & conuerſationẽ laudabilẽ, reduxerũt eos ad Chr̃m per viã iuſtitiæ. [Et cõteret ſceleſtos
& peccatores ſimul.] i.Deus ad nihilũ rediget ſceleratos increduloſq́; Iudęos.[& qui dereliquerũt
Dñm,conſumenť:] i.Iudæi,qui Chr̃m filiũ Dei,regẽ regum,& Dñm dominantiũ recipere noluerũt,
dãnationi tradenť.Hoc totum impletũ eſt in Iudæis per exercitũ Romanum, prout Chriſtus p̃dixit: Lucæ 19.
Venient dies in te,& circundabũt te inimici tui vallo,& coanguſtabunt te.Vndè pauloantè dñs ait:
Heu ego cõſolabor ſuper hoſtibus meis.[Cõfundenť em̃ ab idolis,qbus ſacrificauerunt.] i. de ido-
lolatria ſua erubeſcent. Nõ leguntur Iudæi poſt reditũ de Babylone idola coluiſſe, niſi tẽpore An-
tiochi ſeu Machabęorũ,quãdò p̃cepit Antiochus,vt Iudæi deos eius adorarẽt, poſuitq́; in tẽplo ido- 2.Mac.6.
lum Iouis: vel dicere poſſumus,ſicut Apoſtolus ait,quia quorundã deus venter eſt, quorundã pecu-
nia,quorundam fœmina aliqua. Et hi nõ Deo, ſed ſuo ventri & auro ſeu mulieri deſeruiunt. Vndè Philip.3.
poſtq̃ ad Chr̃ianæ religionis puritatẽ conuerſi fuerunt Iudæi,olim guloſi, luxurioſi atq; auari, eru-
buerunt de ſua priſtina cõuerſatione, idololatriæ aſſimilata: nã & Apoſtolus auaritiã nominat ido- Ephe. 5.
lorum ſeruitutẽ.Qui autẽ conuerſi nõ fuerunt,æternã confuſionẽ adepti ſunt.[Et erubeſcetis ſuper Col. 3.
hortis quos elegeratis,] i. de peccatis gulæ atq; luxuriæ,q̃ in locis delicioſis,ſeu hortis virentibus p-
petrâſtis.[cùm fueritis velut quercus defluentibus folijs,] i.cùm ſimiles facti fueritis quercui,ſeu al-
teri cuilibet arbori areſcẽti, cuius defluunt ſeu décidunt folia, eô ꝙ corruptioni ꝓpinquet, ſcilicet
cùm expoſiti fueritis grauibus pœnis & periculis mortis. [& velut hortus abſq; aqua] i. cùm ſimiles
facti fueritis horto aquarũ irrigatione carenti,q citò ſterilis reddiť,qa humorẽ nõ habet: ſic vos cùm
morti appropinquaueritis, & in pœnis mortis fueritis, erubeſcetis de veſtris peccatis. Hæc & q̃ im-
mediatè ſequunť,dicunť de obſtinatis Iudęis, de qbus ſubiungiť: [Et erit fortitudo veſtra vt fauilla
ſtupæ,] i.penitùs cõteretur,ità ꝙ om̃is veſtra p̃ſumptio,elatio,& fortitudo ad malũ,peribit.[& opus
veſtrum] peruerſum,ſeu impia vita [quaſi ſcintilla,] i. voſipſos veſtramq́; fortitudinẽ inflammabit,
tradendo vos debitę pœnæ.Dicitur ergò opus eſſe quaſi ſcintilla, qa eſt cauſa propter quam impius
datur incendio p̃ſentis tribulationis,infernaliſq́; ignis.Ideò ſubditur:[& ſuccendeť vtrunq; ſimul.]
i.fortitudo veſtra & opus malum ſimul damnabitur,atq; in inferno cremabitur.Dicitur autem pec-
catum ſuccendi,qm̃ propter ipſum peccator incenditur. [Et non erit qui extinguat] ignem,vtrunq;
horum incendentem: ignis enim inferni,inextinguibilis eſt. Vndè apud Ezechielem dñs terribili- Ezech. 22.
ter comminatur:Cõflabo vos, & ſuccendam in igne furoris mei,& conflabimini in medio eius,ſic-
ut cõflatur argentum in medio fornacis,& requieſcã.Poſſent quoq; hæc accipi de incendio Iudęo-
rum à Romanis.Meritò autẽ comparantur infideles Iudæi quercui,cuius décidunt folia,& horto ſi-
ne aqua. Omnis em̃ ſpiritualis ornatus,honorq́; legis,& gratiæ humores, ablati ſunt eis, & ipſi ſunt
quercus ſine fructu,cui Chriſtus æternaliter maledixit,& aſſimilantur ligno plantato in loco deſer-
to & arido,ſicut de eo,qui cõfidit in Dño,aſſerit Ieremias:Erit,inquiẽs,quaſi myricę in deſerto,& nõ Iere. 17.
videbit cùm venerit bonũ,ſed habitabit in ſiccitate, in terra ſalſuginis. Porrò quẽadmodùm homo
dicitur arbor ſeu lignum, ſic verba eius dicuntur folia,& opera fructus. Folia itaq; iuſti non deflu-
unt, qm̃ ſermo eius operi veritatiq́; conſonat, nec habet verba vana & vacua, ſed bonæ operationi
cõiuncta. Vndè de iuſto Ieremias teſtatur:Et erit folium eius viride. Folia verò impiorum ſunt ari- Ibidèm.
da & defluentia, quoniam ſermo eorum inanis eſt. Ideò Iudæi ſunt arbores,quarum præ ariditate
décidunt folia.Nam prophetas & legem legunt,ſed neq; intelligunt,neq; obſeruant.

Explanatio moralis eorum, quæ in iſto primo capit. dicta ſunt. *Articulus* 6.

QVod autem dñs,quãtùm ad literam,de Iudęis ait,Filios enutriui & exaltaui,ipſi aũt ſpreuerũt
me: moraliter ſeu tropologicè intelligi poteſt de ingratis & reprobis Chriſtianis,qui dicũ-
tur filij,qa in fonte baptiſmi in Chr̃o renati ſunt,& ſpirituale eſſe ſortiti,ſicut Apoſtolus ꝑ-
teſtatur:Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.Hos filios Chriſtus alit precioſiſſi- Galat. 3.
mo cibo corporis ſui ac ſanguinis,prout ipſe ait:Panis, quẽ ego dabo, caro mea eſt. Et rurſus: Caro Ioan. 6.
mea verè eſt cibus,& ſanguis meus verè eſt potus.Hos quoq; filios Chriſtus exaltauit,quia præ cæ-
teris gentibus fidem, ſpem, charitatem, & alia ſpiritualia dona eis largitus eſt, ſaltem in baptiſmo.
Sed proh dolor,ipſi reddunt malum pro bono,& Dñm ſpernunt, quoniam honorem ei non defe-
runt,neq; obediunt:& hoc de indignis prælatis, de malis ſacerdotibus, cæteriſq́; iniuſtis princi-
pibus præcipuè dici poteſt.Omninò igitur caueamus,nè tam ineffabilibus ac innumerabilibus bene-
ficijs Chriſti inueniamur ingrati, ſed toto affectu totiſq́; viribus Domino ſeruiamus, cum in omni-
bus glorificemus ac diligamus,nè nobis cõueniat illud Prouerb.26. quod Petrus in 2.ſua Canonica
introducit:Canis reuerſus ad ſuum vomitum,& ſus lota in volutabro luti. Deniq; huic populo im- 2.Pet. 2.
pro-

properando Dñs ait:Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ,&c.Iſrael aũt,i. populus me per fidem informẽ
contemplans,me nõ cognouit per ſapientiã,q̃ eſt donũ ſancti ſpiritûs, neq; per fidẽ formatã.In ma-
Sap. 1. léuolam em̃ aĩam non introibit ſapientia.Et populus meus nõ intellexit Deũ,& ea q̃ Dei ſunt. Mali
ſiquidẽ Chriſtiani,etſi ſe Deũ agnoſcere dicant, factis tñ negant: immò nec verè atq; ſalubriter eũ
1.Ioan. 2. intelligunt,quẽ nec verentur,nec venerantur, nec diligunt. Vndè in prima Ioan. epiſtola habeť:In
hoc ſcimus qm̃ cognouimus Deũ,ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe nôſſe Deũ, & mandata
eius nõ cuſtodit,mendax eſt.Hos reprobos vocat Deus populũ ſuũ,quia ſunt populus eius per fidẽ,
Matth. 22. nõ per charitatẽ.Et ſimili modo vocat amicũ eum,cui ait:Amice, quomodò huc intrâſti, nõ habens
Mich. 8. veſtem nuptialẽ?Sic quoq; vocat ingratos Iudęos populũ ſuũ Dñs:Popule meus,qd feci tibi? aut qd
moleſtus fui tibi?Nõ ergò ſufficiat nobis nuda cognitio Dei,ſed fides per dilectionẽ operãs,& obe
dientia Deũ in oĩbus reuerenter honorans.Chrs nanq; Matth.7.ait: Nõ oĩs qui dicit mihi, Dñe
Dñe, intrabit in regnũ cælorũ, ſed qui facit voluntatẽ patris mei. Væ genti peccatrici, populo graui
iniqtate,ſemini nequã,filijs ſceleratis.Dereliquerũt Dñm,blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael,abalienati
ſunt retrorſum. Hæc oĩa iuxta ſenſum inductũ tam benè intelligi poſſunt de induratis & impijs
Chriſtianis,ſicut de obſtinatis Iudæis.Oĩe caput languidũ,& oĩe cor mœrẽs.Hoc heu nimìs im-
pleri videmus in populo Chriſtiano,cuius omne caput,i.oẽs principes ſpiritualiter languent ex de-
fectu ſapientiæ atq; iuſtitiæ: & omne cor mœrens, i. oĩs doctor, ſacerdos, prælatus ſeu paſtor, eſt
mœrens inordinato mœrore,potiùs dolens de amiſſione temporalium,q̃ æternorũ.Diſtributio iſta
accipienda eſt pro generibus ſingulorũ.A planta pedis vſq; ad verticẽ capitis nõ ęſt in eo ſanitas: qa
in omni gradu & genere populi Chriſtiani inueniuntur diuerſa peccata,hominẽ interiorem læden-
tia:multi quoq; omnia membra ſua exhibent arma iniquitatis peccato.In iſtis ergò nulla eſt ſanitas
gratiæ & virtutis,ſed ſunt in eis vulnus & liuor & plaga tumens, ſecundùm ſenſum præhabitũ. Iſtis
clamat Apoſtolus ad Rom.6. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad
iniquitatẽ,ità nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. O quanta eſt vili-
tas carnis eorum,qui ità totum corpus ſuum peccati obſequio tradunt. Terra veſtra deſerta, i. cor-
pora veſtra,ô iniuſti, ab oĩi ſpiritali bono relicta ſunt, & à Deo abiecta,vitijſq; repleta. Non enim
poſſident impij terrã corporis ſui,ſed poſſidentur ab ea: boni verò & mites poſſident eã,iuxta illud
Matth.5. Beati mites,qm̃ ipſi poſſidebunt terram. Ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni. Sicut per terram,
ità per ciuitates intelliguntur corpora,in qbus animæ firmiter habitant.Et hæ ciuitates impiorũ in-
flammantur igne libidinis atq; furoris.Regionem veſtram in cõſpectu veſtro alieni deuorãt,i. præ-
dictam terrã & ciuitates veſtras dæmones poſſident,quorũ voluntati ſeruitis,qui oĩa opera veſtra
bona corrumpunt.Itaq; Deus oĩm iuſtitiarũ veſtrarũ obliuiſcit̃,ſicut Ezech. 18. locutus eſt:Si auer-
terit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatem ſecundùm oĩes abominationes,quas operari ſolet
impius,nũquid viuet? Oĩes iuſtitiæ eius quas fecit,nõ recordabuntur. Et derelinquetur filia Sion,
i.Eccleſia peccans,ſeu anima à Deo recedens, q̃ eſt filia Sion fide informi & nomine, nõ charitate &
veritate. ſicut vmbraculum in vinea.Non em̃ permanet Dñs cum talibus per gratiam ſuam,quemad-
Gene. 6. modùm teſtatur:Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternũ,quia caro eſt.Deindè Eccleſia
videns multitudinem eorũ,qui ſolo nomine Chriſtiani ſunt,dicere poteſt: Niſi Dñs exercituũ reli-
quiſſet nobis ſemẽ,i.filios ſpiritales,qui nõ ex ſanguinibus,ſed ex Deo nati ſunt,& verè filij ſunt ſan
ctæ matris Eccleſiæ,quaſi Sodoma eſſemus,i. totaliter perijſſemus: niſi em̃ Deus per gratiã ſuã con-
ſeruaret electos in charitate & eſſe ſpiritali,Eccleſia Chriſti prorſus deficeret.Audite verbũ Dñi prin
cipes Sodomorũ,percipite auribus legẽ Dei veſtri populus Gomorrhæ. Eadẽ ratione, qua ſuperiùs
dictũ eſt,iniuſtos principes Iudęorũ,vocari principes Sodomorũ,ipſoſq; rebelles Iudęos,appellari
populũ Gomorrhæ:mali quoq; p̃lati ac principes Chriſtianorũ dici poſſunt principes Sodomorũ,
& peruerſi Chr̃iani populus Gomorrhæ,videlicet ꝓpter imitationẽ & ſimilitudinẽ vitiorũ.Hos er-
gò hortat̃ Eccleſia ad audiendũ verbũ Dei,legemq; Chr̃i.Quò mihi multitudinẽ victimarũ veſtra-
rũ,dicit Dñs? Plenus ſum.Hoc Dñs ait ad eos,qui cùm diuina p̃cepta adimplere nõ curent,arbitran-
tur ſe donis varijs,ſeu oblationibus ac victimis Deũ poſſe redimere ac placare.Cõtra quos dicit Iob:
Iob 15. Nõ credat impiùs fruſtrà errore deceptus,ꝙ aliquo precio redimendus ſit. Dicitur quoq; hoc cõtra
eos qui per violentiã,rapinã, vſuram, ſeu aliâs iniuſtè adepta, altari ſeu pauperibus offerunt,contra
Iſaiæ 61. quos inferiùs ſcriptũ eſt:Ego Dñs diligens iudiciũ,& odio habens rapinã in holocauſtum. Talia em̃
iſtorum facta nõ ſunt meritoria.Hinc etiam Gene.4.de Abel inducitur:Reſpexit Dñs ad Abel,& ad
munera eius.Primò itaq; reſpexit ad Abel,deindè ad munera eius.Vndè certiſſimè conſtat, eius vi-
ctimas non placere,cuius diſplicet vita: immò victima illa ſanctiſſima,ſacra hoſtia altaris, per ſe ac-
ceptiſſima Deo,non placet ex parte offerentis,nec ꝓficit ei,ſi ipſe non placet Deo per vitam lauda-
Ecci 34. bilem. Hinc & in Eccõ ait ſcriptura: Immolantis ex iniquo oblatio, eſt maculata, nec reſpicit Dñs
in oblationes iniuſtorum.Deniq; omnis exterior cultus Deo exhibitus,inacceptus eſt ei,niſi fuerit
cultus

cultus interior ex vera charitate & gr̃a gratũ faciente ꝓcedens.Qui em̃ non diligit,teſte Ioanne,ma- 1.Ioan. 3.
net in morte.Proptereà ſicut Deus reprobat immolationes & ſolennitates inobedientiũ Iudæorũ,
ſic intelligendum eſt ei nequaq̃ placere dona & exteriora ſacrificia,ſolennitates & feſta Chriſtiano-
rum ſceleratè viuentium,qui in diebus feſtis gulæ, loquacitati, & alijs vanitatibus vacant. Talibus
ait Dñs:Nè offeratis vltrà ſacrificium fruſtrà.feſtiuitates vr̃as non feram, ſolennitates vr̃as odiuit aĩa
mea,facta ſunt mihi moleſta:& cùm extẽderitis manus vr̃as,auertam oculos meos: & cùm multipli-
caueritis orationẽ,non exaudiã:manus em̃ veſtræ plenæ ſunt ſanguine,i.peccatis. Quãdiù em̃ ꝑma-
net homo in affectu peccandi & cõplacentia ꝓpriæ culpæ,non ꝓpõnens firmiter emẽdare ſeipſum,
non exaudit̃ de condigno.Propter quod ſcriptum eſt:Clamabunt ad Dñm,& non exaudiet eos,ſic- Mich. 3.
ut nequiter egérunt.Prouerbiorũ quoq; 1.Dñs ait:Tunc inuocabunt me,& non exaudiã: manè cõ-
ſurgent ad me,& non inuenient me,eô ꝙ exoſam habuerint diſciplinam,& timorẽ Dñi nõ ſuſcepe-
rint.Si ergò deſideramus dona & ſacrificia noſtra exteriora Deo placere, ſi obſeruantiam feſtiuita-
tũ noſtrarũ optamus ab eo acceptari,preceſq; noſtras ab ipſo exaudiri:conemur inprimis obſeruare
diuina præcepta,& mentem noſtrã purgare ab omni culpa, faciẽtes illud quod monet Apoſtolus:
Mundem⁹,inquiens,nos ab oĩi inquinamento carnis & ſpiritûs,perficientes ſanctificationẽ in ti- 2.Cor.7.
more Dei.Vndè Iob 8.legitur:Si omnipotentẽ fueris deprecat⁹, ſi mund⁹ & rectus inceſſeris, ſtatìm
euigilabit ad te.Sed videt̃ huic quod dictũ eſt, Cùm multiplicaueritis or̃onem,non exaudiã,contra-
riari quod Chr̃s ait apud Mat.Oĩs q petit,accipit:& q quærit, inuenit. Et reſpondendũ ꝙ hoc verũ Matth.7.
eſt de his,q petunt ſicut petendũ eſt,ſ.corde contrito & humiliato. Or̃o em̃ humiliãtis ſe penetrat
nubes.Cõſequenter Dñs ait ad populũ Chr̃ianum:Lauamini à ſordibus vitiorum,lachrymis pœni-
tẽtiæ & ſacr̃o confeſſionis:oĩa nanq; in cõfeſſione lauant̃.mundi eſtote,vitãdo negligentias quoti-
dianas & minuta peccata.Qui em̃ negligit modica,paulatìm décidit.Deindè qlibet iuſtus conſide- Ecci 19.
rãs quãta fuerit olim ſanctitas in Eccleſia,& quãta modò reperiat̃ in ea iniqtas,admirãdo dicere po-
teſt:Quõ facta eſt meretrix ciuitas fidelis,plena iudicij?i.qualiter ipſa Eccleſia Chr̃i,q̃ eſt ciuitas Dei,
nunc facta eſt meretrix, quantùm ad multos ſpũaliter fornicando p auerſionẽ mentis ſuæ à Deo, q̃
olim erat fidelis vita & verbis,& plena iudicij diſcretionis,ſeu iuſtæ retributionis. Iuſtitia habitauit
in ea,p̃cipuè tẽpore apoſtolorũ,atq; temporib⁹ ſanctorum epiſcoporũ.ſancti em̃ paſtores populum
ſanctũ habebãt.nunc autẽ homicidæ habitãt in ea.Qui nanq; alios ædificare, & ſpiritualiter viuifi-
care verbo moribuſq; deberent,è cõtrario(teſte Hieronymo)ſua peſtifera vita,prauo exẽplo,& im-
pijs verbis,ſubiectos ſuos inficiunt,immò occídunt.Vndè Ieremiæ 4.ſcribit̃:Quia ſtultè egérũt pa-
ſtores,& Dñm nõ exquiſiérunt,ꝓptereà oĩs grex eorũ diſſipat⁹ eſt.Et in Eccõ: Secũdùm iudicẽ po- Ecci 10.
puli,ſic & miniſtri eius.Et:Qualis eſt rector ciuitatis,tales & habitãtes in ea. Heu heu heu, ad quan-
tũ lapſum venit hodierna die Eccleſia, propter reprobã vitã p̃latorum, ad quos pertinet quod Eze-
chielis 33.Dñs loquit̃:Væ paſtorib⁹ q paſcebãt ſemetipſos, nõnè greges à paſtorib⁹ paſcunt̃? Lac co-
medebatis,& lana operiebamini,& quod craſſum erat,occidebatis, gregẽ aũt meũ non paſcebatis:
& diſp̃ſæ ſunt oues meæ,eô ꝙ non eſſet paſtor.Deniq; oĩs q odit fratrẽ ſuũ, homicida eſt, ſecun-
dùm Ioannẽ.Et proh dolor,q̃ multi huiuſcemodi homicidæ habitãt in Eccleſia, etiã inter religioſos 1.Ioan. 2.
& clericos.Iſtis indignis p̃latis,p̃dicatoribus,atq; doctorib⁹ dici poteſt quod ſequit̃: Argentum tuũ
verſum eſt in ſcoriã,i.doctrina ſeu p̃dicatio vr̃a infatuata eſt,repręhenſibiliſq; effecta,qa aut nõ do-
cetis gregẽ vobis cõmiſſum,aut ſi docetis,voſipſi non facitis quod alijs prædicatis. Vinum tuũ mi-
xtum eſt aqua,i.increpatio,qua delinquentes debuiſtis iuſtè & ſtrenuè increpare, diſſoluta & laxa
eſt facta.Quocõtrà ait Apoſtolus:Prædica verbũ,inſta opportunè,importunè,argue,obſecra,incre- 2.Ti. 4.
pa in oĩi patientia & doctrina. Qui ergò vigorem ſacrę ſcripturę cõuertit ad gr̃am,& loquendo po-
tiùs quærit delectare,q̃ corrigere audientes, huius vinũ mixtũ eſt aqua, facitq; cõtrariũ ſaluatori, q
conuertit aquã in vinũ.Principes tui infideles,ſocij furum. Hoc de malignis principibus, iudicibus Ioan. 2.
& p̃latis dici poteſt, qui raptoribus & oppreſſoribus pauperum cõmunicant,cõſentiunt, ſiue auxi-
lium p̃bent.Oẽs diligunt munera,cùm ſint auari.Porrò quod Dñs ait, Heu ego cõſolabor ſuper ho-
ſtibus meis,& vindicabor de inimicis meis: timore & exhortatione magìs indiget, q̃ expoſitione &
diſputatione.Quid em̃ tam metuendum,vt oĩpotentis Dei hoſtẽ & inimicum exiſtere,ſicut in ma
nus Dei viuentis incidere,ſicut in diuino furore redargui, itẽq; audire Deum in noſtris tormentis
cõſolari?quẽadmodùm Pſal.2.de iniuſtis cãtat̃:Qui habitat in cælis,irridebit eos,& Dñs ſubſannabit
eos: tunc loquet̃ ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.Enitamur ergò creatori altiſſi-
mo obedire in oĩbus,opus Dei reuerenter peragere: corã eo ſolicitè ambulare, noſtrãq; ſalutẽ cum
metu,timore,ac tremore operari,ꝓut Apoſtolus exhortat̃.Sic nanq; cõſtituemur amici & filij Dei, Philip. 2.
& lætabitur Dñs benefaciens nobis, ſicut apud Ieremiam fatet̃: Lætabor ſuper eis cùm benè eis fe- Iere.32.
cero.Et cõuertam manum meã ad te,ô Eccleſia militans,& excoquã ad purum ſcoriam tuã,i. pecca-
torũ tuorum rubiginẽ penitùs emundabo. Et reſtituã iudices tuos ſicut fuerãt priùs, & conſiliarios

tuos ſicut antiquitùs;i.tales paſtores,tales epiſcopos & rectores ac conſules daturus ſum tibi,quales
erant ſucceſſores apoſtolorum in primitiua Eccleſia.Adhuc em̃ ſperatur Deus reformaturus eſſe Ec-
cleſiã militantem,& ad priſtinã ſanctitatem reducturus eſſe eandem, de quo multę reuelationes fa-
ctæ creduntᷣ.Poſt hæc vocaberis ô Eccleſia,ciuitas iuſti,ſ.Dei,ꝓpter concordiã filiorum tuorũ.Sion,
Ioan. 10. i.Eccleſia cæleſtia ſpeculás,in iudicio iuſto redimetᷣ ſanguine & grã ſaluatoris,q ait: Aĩam meã ponǫ
pro ouibus meis. & reducent eam in iuſtitia,i.vicarij Chr̃i,videlicet ſancti paſtores, reducent popu-
lum Chr̃ianum ad Deum in vita iuſta.Ipſi quippe ſunt diſpenſatores,cooperatoresq́; Dei. ſceleſtos
autem ſeu ſceleratos & impœnitentes,Chr̃s æternaliter cõteret & cõfundet,qui ſunt & erunt quaſi
quercus defluentibus folijs,quorum fortitudo erit quaſi fauilla ſtupæ,& opus quaſi ſcintilla, & ſuc-
cendetᷣ vtrunq; ſimul,ſecundùm ſenſum in p̃cedenti articulo poſitum,quãdò Chr̃s dicturus eſt eis:
Matth. 25. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Quomodò autem cætera nunc omiſſa, moraliter in-
telligi poſſint de populo noui teſtamenti,ſeu Chriſtianis,ex nunc præhabitis faciliter innoteſcit.

¶*Expoſitio ſecundi capituli.* *Articulus* 7.

VErbum quod vidit Iſaias filius Amos,ſup Iudã & Hieruſalẽ.] Iſte eſt ꝓlogus ſequentis viſio-
nis,q penè idẽ eſt cũ ꝓlogo p̃cedentis.Sicut em̃ in p̃cedenti cap.p̃dixit ceſſationẽ legis anti-
quæ,& deiectionẽ ſynagogæ:ità in iſto capitulo deſcribit inſtitutionẽ legis euangelicę,ac ꝓmotio-
Ioan. 1. nẽ Eccleſię.Meritò aũt dixit ibì,Viſio:hîc, Verbum: qm̃ p̃ſentis cap. prophetia manifeſtè ſpectat ad
Chr̃m,de quo ſcriptũ eſt:In principio erat verbũ.Itaq; ait,Verbũ, i. ſermo, ſeu res ſignificata p ver-
bũ,quod vidit in ſpiritu viſione ꝓphetali, Iſaias filius Amos, ſup Iudã & Hieruſalẽ,i.de habitatoribꝰ
Iudææ,ſeu tribu Iuda,& habitatoribus Hieruſalẽ: ità ꝙ verbũ iſtud cõcernit populũ iſtum, p̃ſertim
Rom. 11. quãtùm ad reliqas eius,q̃ per electionẽ ſalurę factæ ſunt in Chr̃o, ſecundùm Apoſtolũ. Quod verò
fuerit verbũ iſtud Iſaiæ oſtẽſum,ſubiungitᷣ:[Et erit in nouiſſimis diebus] i.tẽpore grãe, tẽpore noui
teſtamenti,tẽpore aduentûs Chr̃i in vltima ætate mundi,[p̃paratus mõs domûs Dñi in vertice mon-
tium.] Hoc qdam exponunt ad literã de mõte Sion,in quo erant tẽplum Hieruſalẽ atq; cœnaculũ,in
Matth. 26. quo Chr̃s cũ diſcipulis nouiſſimã cœnã celebrauit,& dicunt ꝙ iſte mõs domûs Dñi, i. templi, dicitᷣ
p̃paratus,i.factus,ſeu exaltatus & collocatus in vertice mõtium,i.in ſummitate mõtis Sinai, montis
quoq; Carmeli,mõtiſq́; Thabor,non quãtùm ad corporalẽ atq; localẽ eleuationem, ſed quãtùm ad
excellentiã operũ diuinorũ ſeu eminentiã miraculorum,ſic ꝙ mõs Sion dicitᷣ altior illis, ſeu in ver-
tice eorum,ꝓpter opera in ipſo pacta,q̃ vtiq; p̃ſtantiora, mirabiliora,ac diuiniora fuerũt opibus Dei
factis in alijs tribus mõtibus nunc p̃dictis.In mõte em̃ Sinai data eſt Moſi lex miniſterio angelorũ,
Exod. 19. ꝓcedentibus de mõte tonitruis,fulgoribus,& tubæ ſonitibus,immò toto mõte ardente ac fumigã-
te,ſicut in Exodo legitᷣ.In monte aũt Carmeli fecit Helias ignẽ de cælo deſcendere tribus vicibus,
3. Reg. 18. qui & bouem cõſumpſit,& duos quadragenarios interfecit,ꝓut 4.Regum 1.recolitᷣ. His aũt atq; ſi-
milibus multo maius ac mirabilius fuit,quod Chr̃s in monte Sion operatus eſt,qm̃ in cœnaculo ſa-
cramentũ corporis & ſanguinis ſui inſtituit,ad diſcipulos oſtijs clauſis ingreſſus eſt,diſcipulorũ cor-
da ſpiritu ſancto repleuit,quem in hoc cœnaculo miſit in viſibili ſpecie,oĩm linguarum ac diuinarũ
ſcripturarum eis notitiã tradens,in templo quoq; frequenter maxima egit miracula,cordiumq́; Iu-
dęorum patefecit ſecreta,p̃dicauit,futura p̃dixit, ſeq́; Iudæis inuiſibilem reddidit, quandò abſcõdit
ſe,& exiuit de templo. q̃ om̃ia euangeliſtæ teſtantᷣ.Præterea maxima erãt miracula,q̃ apoſtoli in tẽ-
plo iſto operabantᷣ in die Pentecoſtes,& poſtmodùm om̃ium gentium linguis loquẽtes, quãdò ad
Actu. 2. & 4. p̃dicationem Petri tot millia conuertebantᷣ, & homo à natiuitate claudus ſanatus eſt, ſicut in Actis
Apoſtolorum pleniùs docetᷣ.Et breuiter hoc ſolum,ꝙ Chr̃s verus Deus & homo perfectus, in pro-
pria perſona dignatus eſt in mõte Sion,videlicet in templo atq; cœnaculo apparere,docere, & ope-
Agg. 1. rari,poſuit montem iſtum in vertice montium p̃dictorum.Ob hanc etem̃ cauſam Aggęus prophe-
ta dixit,maiorem eſſe futuram gloriam huius ſecundi templi,à Zorobabel ædificati, q̃ fuerat gloria
templi à Salomone conſtructi.Deindè de monte iſto ſeu domo Dei ſubiungitur: [& eleuabitur ſu-
per colles,] i.ſuper homines in ſublimitate conſtitutos, quoniã principes terræ & homines ſancti
Eccleſiæ Chriſti obediunt, quæ deſignatur per domum Dei. Dicitur em̃ mons Sion, mons domûs
Dei,i. Eccleſiæ,quia per prædicationem & ſigna Chriſti diſcipulorumq́;, primò ſundata eſt Eccle-
ſia ſeu plebs Chriſtiana in monte Sion. De his collibus ait ſponſa Cantic. 2. Eccè iſte venit ſaliens
in montibus,tranſiliens colles.[& fluent ad eum om̃es gentes.] i. quidã de omni genere gentiũ, eo
Gene. 12. modo quo Abrahæ dictum eſt:In te,i.in Chriſto ex te naſcituro, benedicentur om̃es cognationes
terræ.Eſt itaq; hîc diſtributio pro generibus ſingulorum,nõ pro ſingulis generum.Oẽs igitur gen-
tes fluentᷣ ad montem Sion,vel greſſibus corporis,vel piæ deuotionis affectibus, ſ. oẽs Chriſtifide-
les,hunc locum amantes ex deuotione ad Chr̃m.Certum eſt em̃, ꝙ in primitiua Eccleſia gentes ad
Chriſtum conuerſæ,cum magno deſiderio viſitabant loca ſancta,in quibus Chriſtus p̃dicauit, paſ-
ſusq́; fuit. [& ibunt populi multi] i. non ſolùm gentiles conuerſi, ſed etiam ex Iudæis in Chriſtum
cre-

credentes.[& dicẽt] tam oẽs gentes,q̃ populi multi,ſe mutuò exhortando:[Venite,aſſcendamus ad
montẽ Dñi,] ſ.montẽ Sion.[& ad domũ Dei Iacob:] i.Eccleſiã, q̃ eſt domus Dei Iacob patriarchę.Ad
Eccleſiã quippe primitiuã,in Hieruſalẽ congregatã, cui p̃erat Iacobus apoſtolus,primus Chr̃ianorũ
epiſcopus in Hieruſalẽ,venerunt ex diuerſis locis & partibꝰ mundi hoĩes ad Chr̃m cõuerſi, ſicut &
S.Ignatius in epiſtola ad Ioannẽ apoſtolum ſcribit,ſe velle Iacobum viſitare.[& docebit nos] Deus
Iacob,videlicet Chr̃s,ſeu Deus Trinitas,p apoſtolos ſeu ſucceſſores eorum.[vias ſuas,] i. diuina p̃-
cepta:ad hoc em̃ aſſcẽderunt in montẽ Sion & domum eius,quatenùs ab apoſtolis informarẽtur p-
fectè de lege Chr̃i.Vndè & Dionyſius ſcribit,quẽadmodùm Petro & Paulo Romæ morantibꝰ Chri
ſtiani ex oĩbus finibus mundi dixerunt adinuicèm: Eamus Romã,& videamus magiſtros ac princi-
pes noſtros,& inſtruẽt nos de his q̃ pertinẽt ad ſalutẽ.[& ambulabimus in ſemitis eius.] i. euangeli-
ca cõſilia cuſtodiemus.Semitę em̃ vocantᷣ viæ cõpendioſę & arctæ. Cõſilia verò Chr̃i cõpendioſiùs
ducũt ad vitã æternã,q̃ p̃cepta:idcircò ſemitę nuncupantᷣ cõſilia.Deindè ſequuntᷣ verba ꝓphetę,ra-
tionẽ reddẽtis,cur gẽtes & populi iſta dicturi atq; facturi ſint,ſ.[qa de Sion exibit lex.] de Sion em̃,i.
de tẽplo & cœnaculo in mõte Sion cõſtructis, in qbus Chr̃s & apoſtoli vbertìm p̃dicauerũt, exiuit
lex euangelica ad oẽs terminos mundi.[& verbum Dñi] i. p̃dicatio euangelij exiuit [de Hieruſalẽ.]
Apoſtoli em̃ primò p̃dicauerunt Euangelium Chr̃i in Hieruſalẽ,& indè à Chr̃o miſſi ſunt in cæteras
partes mundi.Propter quod Chr̃s Act.1.dixit ad eos:Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ, & in om̃i Iudæa
& Samaria,& vſq; ad vltimũ terrę.Et Lu.24.Oportebat pati Chr̃m, & reſurgere à mortuis tertia die,
& p̃dicari in noĩe eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatorũ in oẽs gentes, incipiẽtibus ab Hieruſalẽ.
Secundò exponitᷣ magìs ſpiritaliter,literaliter tamẽ: non em̃ incõueniens eſt,eandẽ ſcripturã habe-
re diuerſos ſenſus literales,ſecundùm Auguſtinum.[Et erit in nouiſſimis diebus p̃paratus] i. mani-
feſtus, ſeu om̃ibus notificatus atq; exhibitus. [mons domûs Dñi,] i. Chriſtus, qui eſt mons domûs
Dñi,putà Eccleſiæ in Chriſto fundatæ.[in vertice montiũ,] i. ſummitate apoſtolorũ,qui ſunt mon-
tes qdam,propter grãe excellentiam,ità ꝙ Chriſtus agnoſcetur eſſę caput & Dñs apoſtolorum,immò
& ꝓphetarum & angelorum ſanctorum,qui oẽs in diuinis ſcripturis frequẽter mõtes dicuntur. Per
p̃dicationẽ em̃ & opera Chriſti diſcipulorumq́; eius,innotuit mundo, ꝙ Chriſtus ſit mũdi ſaluator,
& oĩm electorum caput,tanq̃ in vertice oĩm poſitus:immò ipſe eſt oĩm vertex.De hoc mõte, ſ.Chri
ſto,ſcriptum eſt:Lapis qui abſciſſus eſt de monte ſine manibus,creuit in montẽ magnum, & reple- Dani. 2.
uit totam terrã.ipſe eſt,qui iuxta Ezechielẽ vulnerauit principẽ Tyri,ſtatuamq́; percuſſit,in quo fun Ezech. 26.
datur Eccleſia,ſicut Apoſtolus recolit:Fundamentum aliud nemo poteſt ponere,præter id quod po 1. Cor. 2.
ſitum eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus:ipſe eſt mons montium,& fundamentum fundamentorum. Nam
quanuìs apoſtoli & ꝓphetę dicantᷣ montes ac fundamenta Eccleſię,hoc tamẽ non eſt,niſi inquãtùm
in Chr̃o fundantᷣ.[& eleuabitᷣ] mons iſte,ſ. Chr̃s,dignitate & gratia ſuper colles,i. cæteros oẽs quo-
cunq; modo eminentes:om̃ibus nanq; anteferᷣ Chr̃s,iuxta illud: Qui de cælo venit,ſuper om̃es eſt.
Itemq́;:Pater diligit filium,& om̃ia dedit in manu eius. Vndè Ioannes Baptiſta dicebat: Illum opor- Ioan. 3.
tet creſcere,me autẽ minui.Oẽs em̃ de plenitudine eius accepimus.[& fluent ad eum oẽs gentes.] i. Ibidèm.
per fidẽ,ſpem & charitatẽ accedent ad Chriſtum,tanq̃ ad caput & ſaluatorẽ: immò multi acceſſerũt
ad eum adhuc in mundo cõuerſantem. Propterea phariſæi dixerunt: Eccè mundus totus poſt eum Ioan. 11.
abijt. magìs tamẽ intelligendum eſt de ſpiritali cõcurſu credẽtium ad Chr̃m,ꝓut Daniel.7.teſtatᷣ:
Oẽs populi,tribus & linguæ ſeruiẽt ei.De quo cõfluxu Dñs ait per Sopho.Erit iudicium meũ,vt cõ- Soph. 3.
gregẽ gentes,& colligã regna.[& ibunt populi multi] greſſibus mentis ſeu corporis.[& dicent: Ve-
nite] credendo,& corde deuoto dicendo,[& aſſcendamus] cõtemplando cęleſtia, ſpiritaliterq́; vi-
uendo. [ad montẽ Dñi,] i.ad Chr̃m,quia Dñs pater,ſeu Trinitas Deus dedit nobis montẽ ſeu funda-
mentum,vt ædificemur,figamur,& pſeueremus in eo.Dicitᷣ itaq; Chr̃s mons Dñi, quẽadmodùm di-
citᷣ ſalutare Dei.Aſſcendamus quoq; [& ad domum Dei Iacob,] i.Eccleſiã,ſeu cõgregationẽ fideliũ, Gene. 49.
p̃manendo in Eccleſiaſtica vnitate,& obediendo p̃ceptis Eccleſię.Ad hanc domũ aſſcendit ꝓpheta,
qui dixit:Vnã petij à Dño,hanc requirã,vt inhabitẽ in domo Dñi.In hac domo eſt Chr̃s, & hæc do- Pſal. 26.
mus nos ſumus,ꝓut ad Hebręos 3.dicit Apoſtolꝰ:Chr̃s tanq̃ filius in domo ſua,q̃ domus ſumus nos.
Et per Matth.ipſe Chr̃s teſtatᷣ: Eccè ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus vſq; ad cõſummationem ſeculi. Matth. 28.
Debemus ergò ad domũ iſtã accedere,obliuiſcendo q̃ retrò ſunt,& in anteriora extendendo noſ-
ipſos.[& docebit nos vias ſuas] p doctores & paſtores Eccleſiæ,immò p ſpiritûſſancti inſtinctũ.Non
em̃ merentᷣ illuminari à Deo, q in vnitate Eccleſiæ nõ pſiſtunt, nec eius p̃ceptis obtẽperant, vt ſunt
hæretici,ſchiſmatici,& alij impœnitentes,de qbus ſcribitᷣ:Ipſi fuerunt rebelles lumini. Secundò ità Iob 24.
exponitur: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domûs Domini,i. ipſa Eccleſia, quæ propter
altitudinem gratiarũ,ſibi diuinitùs cõceſſarum,mons dicitur:ſicq́; mons domûs Dñi,eſt ipſa domus
Dñi,ſicut corpus Eccleſiæ eſt ipſa Eccleſia,& corpus carnis eſt ipſa caro.Vndè de Chr̃o loquens Apo-
ſtolus:Ipſe,inquit,eſt caput corporis Eccleſiæ.Itaq; erit præparatꝰ,i. per gratiã exaltatus atq; diſpoſi- Col. 1.

tus mons domûs,i.Eccleſia in vertice mōtium,i.in apice oīm aliarum cōgregationum fidelium, quæ
à principio mundi fuerunt.Eccleſia em̄ altior eſt ſynagoga & cōgregatione eorum,q ante legē ſcri-
ptā extiterāt:& eleuabiť poteſtate & gr̄a ſup colles,i.hæreticorū cōuenticula ſeu cōuentus:nō em̄ po
tuerunt hæretici ꝓualere Eccleſiæ Chr̄i,immò cōfuſi ſunt & victi ab ea.Vndè Apoſtolus profitetur:
2.Ti. 3. Quēadmodùm Iannes & Mambres reſtiterunt Moſi, ità & hi reſiſtunt veritati, hoīes mentē corru-
pti,reprobi circa fidē,ſed vltrà nō ꝓficient. Inſipientia em̄ eorum manifeſta erit oībus, ſicut & illo-
Lucæ 21. rum fuit.Chr̄s quoq; in Euāgelio huic monti,i.Eccleſiæ hāc eleuationē ſpopondit: Ego,inquens, da-
bo vobis os & ſapientiā,cui nō poterunt reſiſtere & cōtradicere oēs aduerſarij veſtri.&fluent ad eū,
Ioan. 12. i.ad Eccleſiā oēs gentes.Ideò nāq; Chr̄s:Ego, ait, ſi exaltatus fuero à terra,oīa trahā ad meipſum. Et
Sopho.3.Vltra flumina Aethiopiæ indè ſupplices mei.Hinc quoq; Zachar. 2.inducitur:Applicabunť
Ephe. 2. gentes multę ad Dn̄m in die illa.Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus: Reuelatum eſt ſanctis apoſtolis &
ꝓphetis in ſpiritu,eſſe gentes cohęredes & cōcorporales & cōparticipes ꝓmiſſionis in Chr̄o Ieſu.&
ibunt populi multi, videlicet ex Iudaiſmo cōuerſi. Vtraq; em̄ gens in Chr̄i Eccleſia adunať, atq; ex
Ioan. 10. vtriſq; vnū ouile efficiť.Propterea Chr̄s aſſerit:Alias oues habeo q̄ nō ſunt ex hoc ouili, videlicet ex
ſynagoga, & illas oportet me adducere:& fiet vnus paſtor,& vnū ouile. Quod etiā Zacharias ità ꝑ-
Zach. 6. dixit:Conſilium pacis erit inter duos illos,i.inter vtrunq; populū iſtum. In Chr̄o equidē Iudæi atq;
pagani in vna fide collecti ſunt,vnā cōſtituentes Eccleſiā.[& iudicabit gentes]i.Chr̄s inter gentiles
diſcernet,quoſdā vocando ad fidem, & quoſdā relinquendo, ſua occulta iuſtitia:& hoc certum eſt
ꝑtinere ad iudicium diſcretionis,de quo diciť Ioan.12.Nunc iudicium eſt mundi.Hoc nanq; iudiciū
tempore euangelicę p̄dicationis ꝑſertim incepit atq; innotuit,quādò videlicet Chr̄s per ſeipſum &
ſuos apoſtolos,alios miſericorditer vocauit ad gr̄am,& alios iuſtè reliq̄t ſecundùm ſuā ſecretā & in-
2.Ti. 2. comꝑhenſibilem æquitatē.Idcircò Apoſtolus faſſus eſt:Firmū fundamentū Dei ſtat, habens ſigna-
culum hoc,Cognouit Dn̄s qui ſunt eius.Deniq; Chr̄s iudicabit gentes,dando ſingulis quod meren-
tur:quod ad remunerationis iudicium ꝑtinet,quo ſeparat loco & p̄mio agnos ab hœdis.Hoc iudiciū
Chr̄s nō fecit in primo ſuo aduentu,ſed quotidiè facit illud in morientibus, & maximè facturus eſt
Ioan.3. ipſum in die nouiſſimo.Vndè ipſe loquiť:Nō miſit Deus filiū ſuum in mundū, vt iudicet mundum,
Ioan. 8. ſed vt ſalueť mundus per ipſum.Et Lucæ 9.Filius hoīs non venit animas p̄dere, ſed ſaluare.Propter
*ꝑſertim quod iterùm ait:Ego nō iudico quenquā. [& arguet multos populos,] * putà Iudęos, de increduli-
tate,auaritia,elatione, cæteriſq; peccatis. Ideò ait: Me odit mundus, quia ego teſtimonium ꝑhibeo
Ioan.7. de illo,quia opera eius mala ſunt.Et Matth.23.Væ vobis ſcribę & phariſæi,quia intùs pleni eſtis hy-
pocriſi & iniquitate.Arguet aūt Chriſtus in die iudicij oēs iniquos & reprobos.[& cōflabunt gladi-
os ſuos in vomeres,& lanceas ſuas in falces.]i.tempore aduentûs Chriſti & circiter,tanta erit pax in
toto orbe terrarum,ꝙ homines arma bellica conuertent in inſtrumenta agriculturæ proficua, poti-
uſq; vacabunt agriculturæ,q̄ pugnę.Iſtud planè in Chriſti aduentu impletum eſt: qm̄ ſicut ex anti-
quis hiſtorijs ꝓbat Hieronymus, ante Chriſti aduentum in toto orbe erant bella atq; diſcordiæ, &
vnaquæq; gens cōtra gentem ſibi vicinam præliabatur,videlicet vſq; ad 28.annum Octauiani, cui-
us 42.anno natus eſt Chriſtus.Durauit quoq; pax iſta tempore longo poſt paſſionē Chriſti in Iu-
dæa,videlicet vſq; ad deuaſtationem Iudęorum ab exercitu Romanorum,q̄ completa eſt 42.anno à
paſſione Chriſti. In terris aūt, vbì tam longa pax eſt, ſolent frequenter arma bellica in agriculturæ
Iere.23. inſtrumenta conuerti. Hinc apud Ieremiā ſcribiť: In diebus illis ſaluabitur Iuda,& Iſrael habitabit
cōfidenter.Tanta quippe erat pax iſta,vt ad vnius imperium hoīs,ſ.Auguſti,deſcribereť totus orbis:
Lucæ 2. q̄ deſcriptio primò facta eſt à p̄ſide Syriæ Cyrino,Chriſti natiuitate iam proxima.Et quia pax iſta vl
tra ſolitum tam diù durauit,idcircò ſubiungiť: [Nō leuabit gens cōtra gentem gladiū, nec exerce-
buntur vltrà ad prælium.] Iſte eſt enim modus loquendi de aliqua re, vltra cōſuetum tempus du-
rante,vt dicamus: Iſtud nunq̄ terminabitur. vel,iſtud non fiet vltrà, quanuis interdùm in breui tē-
pore terminetur.Vndè & 4.Regum 6. habetur, ꝙ non appoſuerunt vltrà Syri venire in terram Iſ-
rael. & immediatè tamen adiungitur,qualiter rex Syriæ congregauit exercitum, & venit in terram
Iſrael,immò ſæpiùs poſteà venit in eam. De hac pace habetur in pſalmo 71.Orieť in diebus eius iu-
ſtitia & abundantia pacis.Et Micheæ 5.Pax erit in terra noſtra cùm venerit, & quandò calcauerit in
domibus noſtris. Quanuis ergò Hebræi obijciant nobis hunc locum, dicentes quòd tempore
Chriſti non fuit pax tanta,ſicut hîc pronunciatur, hæc tamen obiectio nullius momenti eſt, eſtque
potiùs contra eos,quàm pro eis: quia vt ipſi opinantur,Meſſias in ſuo aduentu occídet gentes plu-
rimas,deſtruetq; Romanum imperium præliando.Sed quæri poteſt, quomodò tempus Chriſti di-
catur nouiſſimi dies, cùm iam tot fluxerint anni à Chriſti aduentu, & ignoremus quot reſtent. Et
reſpondendum quòd dies nouiſſimi appellentur vel ſimpliciter,vel reſpectiuè. Dies autem nouiſ-
Iob 19. ſimi ſimpliciter ſunt tempus ſecundi aduentûs Chriſti, vel circiter, de quo Iob: Scio, inquit,
quòd redemptor meus viuit,& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Dies verò nouiſſimi re-
ſpe-

ſpectiuè vocantur tempus primi aduentûs Chriſti, quia lex Chriſti eſt vltima, nec ei ſuccedit aliud
teſtamentum.Poteſt etiam dici,ꝙ ideò dicuntur dies iſti nouiſſimi,qm̄ pertinent ad vltimam mun-
di ætatem. Et ſicut interdùm vltima ætas vnius perſonæ diuturnior eſt, q̄ omnes eius præcedentes
ætates:ſic vltima ætas mundi diutiùs poteſt perdurare,q̄ omnes ſeu plures ætates præcedentes.Hinc
nanq; ait patriarcha Iacob:Congregamini filij Iacob,vt annunciem vobis quæ ventura ſunt nouiſ- Gene.49.
ſimis diebus. Et certè quæ ibì prædixit, iamdudùm impleta ſunt. Ideò & Ioannes dicit: Filioli, no- 1.Ioan. 2.
uiſſima hora eſt.Paulus quoq;: Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. 1.Cor.10.

¶ *Proſecutio expoſitionis huius ſecundi capituli.* *Articulus* 8.

DOmus Iacob venite,& ambulemus in lumine † Dn̄i.] Poſtq̄ Propheta deſcripſit gentium con-
uerſionē ad fidē catholicā, nunc populū ſuum,quē pro maiori parte agnouerat obſtinatū,hor
tatur vt conuertať ad Chr̄m, loquēſq; ſanctus Propheta in perſona credentiū ſeu Chr̄ianorum p̄di-
catorum,ait:[Domus Iacob] i. populus ſeu familia orta ex ſemine Iacob.[venite] credēdo, [& am-
bulemus] benè viuendo [in lumine Dn̄i,]i.in Chr̄o,qui eſt lux vera,illuminās oēm hoīem venien-
tē in hunc mundum.Qui ait:Ego ſum lux mundi.Qui ſequiť me,nō ambulat in tenebris.Vel in lu- Ioan. 8.
mine Dn̄i,hoc eſt,in fide doctrinaq; Chr̄i.Cur aūt ità horteť Iudęos, cōſequenter oſtendit, mutans
ꝑſonā,& loquēs ad Dn̄m.[Proiecisti em̄ populum tuū,domū Iacob.]i.ideò eos moneo reuerti ad te,
qm̄ propter peccata ſua proiecti ſeu derelicti ſunt à te.Quidā aūt opinanť literā iſtā ſolùm eſſe intel-
ligendā de Iudæis ante captiuitatē Babylonicam exiſtentibus, qm̄ poſt illā captiuitatē non erāt Iu-
dæi idololatrię dediti,nunc aūt dicuntur p̄cipuè à Deo ꝓiecti ꝓpter idololatrię vitium:ſed qm̄ pri-
mo Machabæorum habeť, quēadmodùm Antiochus nō ſolùm in Hieruſalē, ſed in alijs quoq; vr- 1. Mach. 1. & 2.
bibus Iuda aras & idola ædificauit,ipſoſq; Iudęos pro magna parte ad idololatriā cōpulit,poteſt di- 2.Mach.6.
ci,ꝙ etiā de Iudęis,q erant poſt reditū à Babylone,loquať Propheta: magiſq; arbitror ꝙ non ſolùm
loquatur de populo vnius temporis,ſed diuerſorū.Deſcribendo igitur vitia Iudęorū, propter q̄ ab-
iecti ſunt,ſubdit:[qa repleti ſunt] vitijs [vt olim] fuerunt,i.ſicut tempore Iudicum peccauerunt pa-
tres eorum,ità & ipſi iam prauitatibus pleni ſunt.[& augures habuerūt vt Philiſtijm.] i. augurijs in-
tenderunt quēadmodùm Philiſtæi.Dicitur aūt augurium ꝓpriè, diuinatio q̄ fit per motum,garritū,
volatumq; auium,q̄ omninò illicita eſt,nō inquātùm naturalis ratio ſe ad eā extendit.Aues nanq; &
piſces,& cætera bruta, ex influentia quadam cæleſti p̄ſentiunt ſæpè futurā aëris immutationē, quia
natura prouidet eis de neceſſarijs vitę & conſeruationi ipſorum. ſicq; ex motu & actu ipſorum,quę-
dam futura conſiderantur ab hominibus,ſicut ex motu piſcium in ſuperficie aquę, ſcitur vel conij-
citur futura tempeſtas, & ex crocitatione coruorum pluuia ventura cognoſcitur. ſed iſta diuinatio
ſuperſtitioſa eſt, quandò ad humanos actus extenditur, ità vt homo talibus ſubiacere ſe putet. [&
pueris alienis adhęſerunt.] i. cum iuuenibus peccatum contra naturam cōmiſerunt. De hoc 2.Ma-
chabęorum multa narrantur, qualiter Menelaus fecit gymnaſium in Hieruſalē, ponens in eis opti- 2.Mach.4.
mos epheborum.[Repleta eſt terra] Iudææ,de qua ad literam Propheta nunc loquitur. [argento &
auro,& non eſt finis theſaurorum eius.] Iudæi enim auariſſimi erant,& quanto plura collegerant,
tanto plura omni diligentia adipiſci conati ſunt. Ideò dicitur, Non eſt finis theſaurorum eius: non
ꝙ theſauri fuerint infiniti,ſed quia eorū auiditas ſatiari nequibat theſauris. Semper enim eget aua-
rus.Et ſicut teſtatur Hieronymus,ſecundùm Græcas & Latinas hiſtorias,nihil auarius eſt gente Iu-
dęorum ac Romanorum.Quocontrà Chriſtus ait:Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbì Matth.6.
ærugo & tinea demolítur: theſaurizate autem vobis theſauros in cælo. Apoſtolus quoq;: Qui vo- 1.Ti.6.
lunt,inquit,diuites fieri,incidunt in tentationē & laqueum diaboli. [Et repleta eſt terra eius equis,
& innumerabiles quadrigæ eius.] In hoc patet ſuperfluitas diuitiarum ipſorum, & talia non ad ne-
ceſſitatem,ſed ad voluptatem habebant,vel certè in eis magìs quàm in diuino confidebant auxilio.
[& repleta eſt terra eius idolis.] Vndè Ieremias & Ezechiel ſæpè ſcribunt, quomodò populus Iu- Iere.2.
dęorum ſub omni ligno frondoſo, & in omni colle ſublimi idola ſtatuerunt: immò & Salomon Ezech.6.
vnicuiq; fœminarum ſuarum regiarum proprium idolum fecit. [Opus manuum ſuarum adoraue- 3.Reg.11.
runt,quod fecerūt digiti eorum,] videlicet idolum ab artifice factum.[Et incuruauit ſe homo,] ge-
nua flectens coram idolo. [& humiliatus eſt vir] idolum inuocando. [nè ergò dimittas eis.] Hoc
dupliciter poteſt intelligi: Primò,per modum propheticæ denunciationis. vt ſit ſenſus:Nè ergò di-
mittas eis, i. non dimittas eis tanta piacula ſine debita pœna. Secundò, per modum orantis non
ex zelo vindictæ, ſed amore iuſtitiæ, iuxta quem modum ſcriptum eſt Iere. 18. Nè propicieris ini-
quitati eorum,& peccatum eorū à facie tua non deleatur. Conſequenter loquitur Propheta ad po-
pulum tam facinoroſum ac peſſimum: [Ingredere in petram,] i. in loca petroſa, firma & abdita. [&
abſcondere] i.teipſum abſconde.[in foſſa humo] i.in ſubterraneis locis,ſpeluncis,ſeu antris. [à fa-
cie timoris Dn̄i,]i.propter terribilem iram tibi diuinitùs imminentem,qua tibi Deus iraſcitur. [& à
gloria maieſtatis eius.]i.propter magnificam vltionē & pœnam tibi à diuina maieſtate paratā. Hæc
 au-

aũt ait propheta ad populũ Iudęorũ,vel à Chaldęis,vel à Romanis vaſtatũ, & ipſa vaſtitas atq; occi-
ſio Iudęorum vocaẽ timor,i.res timẽda,& gloria, i.glorioſus effectus diuinæ iuſtitię,cuius erãt Chal
dæi & Romani executores atq; miniſtri.Inſtantibus deniq; obſidionibus iſtis,multi Iudęorũ timo-
re aduerſariorũ ſuorũ ingreſſi ſunt loca petroſa,& in antris ſe abſcõderunt. Et huic ſimile eſt,quòd
Lucæ 23. Chr̃s dixit:Filiæ Hieruſalẽ,nolite flere ſup me,ſed ſup voſipſas flete,& ſup filios veſtros.Et poſt pau
ca:Tunc incipient dicere mõtibus,cadite ſup nos: & collibus, operite nos. Hoc eñi impletum erat
in obſidione Hieruſalẽ à Romanis,& eadẽ verba Oſeę 10.inducunẽ.[Oculi ſublimis hoĩs humilia-
ti ſunt] i.quilibet princeps ſeu nobilis in populo Iudæorũ ab hoſtibus iam p̃dictis deiectus eſt: non
eñi pepercerunt Chaldęi & Romani principibus,aut regi,aut ſacerdoti Iudęorũ.[& incuruabiẽ alti-
tudo virorũ.] i.p̃ſumptio ſiue elatio cæterorum Iudęorũ deprimeẽ & extingueẽ, ſicut & factum eſt.
[Exaltabiẽ autem dñs ſolus in die illa,] i.tẽpore huius punitionis Iudęorũ, ſolus Deus ſublimis ap-
parebit,qm̃ poteſtate diuina hæc oĩa fient, tuncq; apparebit ꝙ ipſe ſolus ſit verus Deus, quãdo ido-
la Iudęorum nõ poterunt eos defenſare, & idola penitùs cõterentur. Si aũt accipiamus hæc ſpecia-
liter de vaſtatione Iudęorum à Romanis,dicere poſſumus, ꝙ tunc ſolus dñs exaltatus eſt, qa ex tũc
cœpit totus mundus magìs clarè,q̃ antè cognoſcere, ꝙ Chr̃s eſſet verus mundi Saluator, omneſq;
dij gentium eſſent dęmonia.Porrò hæc fient,[qa dies dñi exercituum] i. p̃dictum tẽpus diuinæ vl-
tionis,erit [ſuper oẽm ſuperbum] cõtra proximum,[& excelſum] hoc eſt,in poteſtate cõſtitutum,
ſeu in proprijs oculis magnũ.[& ſuper oẽm arrogantẽ] i. contra Deũ tumentem: [& humiliabitur]
i.iuſtas pœnas experietur,& opprimetur.Hoc in Iudæis impletũ eſt p̃dictis temporibus. Vndè dñs
Mich. 2. loquitur:Eccè ego cogito ſuper familiã iſtam malũ, vndè non auferetis colla veſtra:& nõ ambula-
Iob 20. bitis ſuperbi,qm̃ tempus peſſimum eſt. Et in Iob quoq; legitur: Si aſſcenderit vſq; ad cælũ ſuperbia
impij,& caput eius nubes tetigerit,quaſi ſterquiliniũ in fine perdeẽ,tranſiet quaſi viſio nocturna.Erit
inſupèr dies dñi [& ſuper om̃es cedros Libani ſublimes & erectas,& ſuper om̃es quercus Baſan, &
ſuper om̃es montes excelſos,& ſuper om̃es colles eleuatos,& ſuper om̃em turrim excelſam, & ſu-
per om̃em murum munitum, & ſuper om̃es naues Tharſis, & ſuper om̃e quod viſu pulchrum eſt.]
Quidam exponunt om̃ia iſta omninò materialiter de ipſis inanimatis rebus hîc nominatis.Itaq; di-
es dñi dicitur eſſe ſuper om̃es cedros Libani ſublimes & erectas, qm̃ Babylonij machinamenta Iu-
4.Reg. 25. dęorum facta de lignis cedrinis ſublimibus deſtruxerunt. & ſuper om̃es montes excelſos, qm̃ for-
talitia in montibus ædificata deiecerunt.Et ſimili ratione ſuper quercus Baſan, & ſuper om̃em tur-
rim excelſam,& ſuper om̃es naues Tharſis,quia per Chaldęos prohibitæ ſunt naues Tharſis afferre
alimenta Iudæis obſeſſis. [& ſuper om̃e quod viſu pulchrum eſt. Aduerſarij nanq; Iudęorum tam
Chaldęi,q̃ Romani,contaminauerunt,& in nihilum redegerunt ſancta & ornamenta eorum, ciui-
tates Iudææ & templum cõburendo, & homines occidendo. Sed melius eſt iſta ſpiritualiùs expla-
nari.Itaq; dies dñi erit ſuper om̃es cedros Libani ſublimes & erectas,i. ſuper om̃es tumidos princi-
1.Pet. 5. peſq; pompoſos, de q̃bus habetur in Pſal.28.Vox dñi confringentis cedros, & confringet dñs ce-
Lucæ 14. dros Libani.Deus eñi ſuperbis reſiſtit,& om̃is qui ſe exaltat, humiliabitur. Libanus verò candida-
tio interpretaẽ,vndè per cedros Libani deſignanẽ ſuperbi,de ſeculari eminentia,i.nobilitate,fama,
robore corporis,ingenio mentis,prælatione ſeu pulchritudine gloriantes:hos om̃es, tanq̃ vanos &
fatuos,deſtruit dñs. Veruntamẽ aduertendum, ꝙ cedrus in ſacra ſcriptura nõ ſemper in malo, ſed
Ecci 24. viciſſim in bono accipitur,ſicut cùm Sapiens ait:Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano.Et Ezechiel.
31.ſcriptum eſt:Cedri nõ fuerunt altiores illo in paradiſo Dei,i. angeli cæteri non fuerunt Lucife-
ro eminentiores.Item in Pſal.91.Iuſtus vt palma florebit,ſicut cedrus Libani multiplicabiẽ. Cedrus
nempe eſt arbor alta & odorifera. Altitudo aũt quædã eſt laudabilis, & q̃dam culpabilis: vndè qui
2.Cor.2. cæleſtia contemplanẽ,corda ſurſum habentes, quiq; cũ Apoſtolo dicere poſſunt, Chr̃i bonus odor
ſumus in omni loco,ſunt bona cedrus.Erit quoq; dies dñi ſuper quercus Baſan,i. ſuper luxurioſos,
& opera ignominioſa perpetrãtes: quercus eñi non profert fructum, niſi porcorum ſuſtentationi
conuenientem. Baſan verò interpretatur ignominia. Qui ergò in cœno voluptatis merguntur, de-
ſignantur per quercus,& opera horum ſunt ignominioſa, ideò dicti ſunt quercus Baſan: fuitq; Ba-
ſan quædam Arabiæ regio,in qua dominatus eſt Og. & ſuper oẽs montes excelſos,i. principes ma-
iores.& ſuper oẽs colles eleuatos,i. principes minores. Quẽadmodùm eñi quædã ſublimitas bona
eſt,& quædã mala:ità per diuerſam ſignificationẽ,interdùm per montes intelliguntur ſancti maio-
res,per colles verò qui minoris perfectionis exiſtunt. In bono enim accipitur mons, dum dicitur:
Pſal. 23. Quis aſſcendet in montem dñi?Et iterùm:Mons Dei,mons pinguis. Interdùm verò penès qualita-
Pſal. 67. tem vitiorum,p̃ſertim iuxta diuerſitatem ſuperbiæ,per montes intelliguntẽ,qui ſeipſos extollunt, &
contra iuſtitiã intumeſcunt.Per colles verò,qui non adeò magni ſunt in oculis ſuis, tamen plùs de-
bito putant ſe aliq̃d eſſe,cùm nihil ſint:ſuper hos montes & colles erit dies dñi,ſicut per Ezech.cõ-
Ezech. 6. minaẽ:Hęc dicit dñs montibus & collibus,eccè ego inducã ſuper vos gladiũ.In malo quoq; accipit
mon-

montẽ,qui ait:Quõ dicitis aĩæ meę,trãſmigra in montẽ ſicut paſſer? & ſup oẽm turrim excelſam, & Pſal.10.
ſup oẽm murum munitũ.Per turrim intelliguntẽ capita populi, p murum aũt paſtores ſeu doctores,
quorum eſt alios ab aduerſariorũ inuaſiõe defendere, Deumq; placare, mediãdo inter Deũ & pec-
catores.Hinc eñi dñs ait:Quæſiui de eis virum,q interponeret ſepẽ,& ſtaret oppoſitus cõtra me pro Ezec.22.
terra,nè diſperderẽ eã.Qm̃ ergò dies dñi erat ſup principes Iudęorũ, & ſup ſcribas & phariſæos eo-
rum,aptè dictum eſt,ꝙ dies dñi eſſet ſup oẽm turrim excelſam,& ſup oẽm murum munitum.Poteſt
quoq; p murum munitum intelligi om̃e obſtaculũ,hoĩem à Deo elongãs.de quo ait Pſalmographꝰ: Pſal. 17.
In Deo meo trãſgrediar murũ.Quòd aũt paſtores ſiue doctores,muri appellenẽ,conſtat ex eo,quod
dñs ait ad Ieremiã:Ego q̃ppe dedi te in ciuitatẽ munitã,& in columnã ferreã, & in murum æneum Iere.1.
regibꝰ Iuda,& om̃i populo terrę.& ſup oẽs naues Tharſis,i.ſup oĩa auaritię inſtrumẽta.In nauibꝰ eñi
Tharſis afferri ſolebat aurũ de Ophir,vt habeẽ 3.Re.22.& ſup om̃e quod viſu pulchrũ eſt, i. ſup cõ-
cupiſcibilia oculorum.Pręterit eñi figura huius mundi, & Deꝰ diſſipauit oſſa eorum q hoĩbus pla- 1. Cor.7.
cẽt:ſed & mundus trãſit,& concupiſcẽtia eius.Vñ Iob 4.induciẽ:Vidi iniquos dño flante periſſe.[& Pſal. 52.
incuruabiẽ oĩs ſublimitas hoĩm.] i.p̃ſumptio hoĩm deprimeẽ.[& humiliabiẽ] i. deijcieẽ & iuſtè tor- 1. Ioan. 2.
quebiẽ [altitudo] i.põpa [virorum,] ſicut Abdias teſtaẽ:Si exaltatus fueris vt aquila,& ſi inter ſidera Abdi.1.
poſueris nidum tuum,indè detrahã te,dicit dñs.Ieremię quoq; 12.dñs:Cõputreſcere,inquit,faciam
ſuperbiã populi huius peſſimi,q nolunt audire verba mea.[Et eleuabiẽ dñs ſolus in die illa.] Hoc iã
expoſitum eſt.In deiectione ſuperborũ p̃cipuè eleuaẽ dñs,& ſolus eſſe Deꝰ cognoſciẽ.Propter quod
ad S.Iob ait:Si habes brachium vt Deus,& ſi ſimili voce tonas,diſperge ſupbos in furore tuo,& re- Iob 40.
ſpiciens oẽm arrogantẽ humilia, reſpice cunctos ſuperbos,& cõfunde eos, & abſconde eos in pul-
uere ſimul,& faciẽ eorũ demerge in foueã,& ego cõfitebor ꝙ ſaluare te poſſit dextera tua.[Et ido-
la penitùs contereneẽ.] Hoc quidã exponunt,quia Chaldæi confregerunt ſimulacra Iudęorum.Sed
meliùs ità exponiẽ,quia dum vaſtabanẽ Iudæi ab exercitu Romanorum, tempore Titi, tunc in toto
mundo coruſcante Euangelio Chr̃i,vbiq; idola gentium conterebanẽ.Vndè Zach.13.ſcribiẽ:In die
illa,dicit dñs,diſperdam noĩa idolorum de terra.Et Soph.ait:Horribilis dñs,& attenuabit oẽs deos Soph.3.
terrę.Sed quæri poteſt,quõ hoc verum ſit:nunq̃ eñi tempore euangelicę legis fuit idololatria peni-
tùs extirpata.Et reſpondendum, ꝙ eo ſenſu, quo oẽs gentes dicunẽ conuerſæ ad Chr̃m, oĩa quoq;
idola ſunt contrita,videlicet quãtùm ad genus ſeu ſpeciẽ idolorum.[& introibunt in ſpeluncas pe-
trarum,& in voragines terræ] ipſi Iudęi tèmpore deuaſtationis ſuę à Babylonijs & Romanis. [à fa-
cie formidinis dñi,& à gloria maieſtatis eius] ſicut nunc dictum atq; expoſitum eſt.[cùm ſurrexerit
percutere terram.] i.cùm ipſe dñs in actum iuſtitię proceſſerit,percutiendo Iudęos per Chaldæorũ
& Romanorum exercitus.[In die illa] ſ.tẽpore deiectionis Iudææ à Chaldęis.[proijciet homo ido-
la argenti ſui,] i.de argento facta.[& ſimulacra auri ſui,] i.aurea [q̃ fecerat ſibi,vt adoraret talpas &
veſpertiliones.] qñ enim Iudęi videbãt ſe capiendos,nec aliquid ſibi prodeſſe idola q̃ colebant,ab-
iecerunt ea à ſe.Quõ aũt populus iſte adorauerit talpas & veſpertiliones, ſeu figuras eorũ, & cætera
quæq; viliſſima aĩalia,in Ezechiele pleniùs cõtinetur.[& ingredienẽ fiſſuras petrarũ, & in cauernas Ezech.8.
ſaxorum.] In talibꝰ quippe latibulis abſconderunt ſe Iudæi [à facie formidinis dñi, & à gloria ma-
ieſtatis eius,cùm ſurrexerit p̃cutere terram.] ſicut expoſitum eſt.ſæpè eñi propheta eandem ſentẽ-
tiam repetit,quatenùs ampliorẽ populo timorem incuteret.[Quieſcite ergò ab hoĩe, cuius ſpũs in
naribus eius eſt,quia excelſus reputatus eſt ipſe.] Circa hunc locum S.Hieronymus ait: Tacita me-
cum mente p̃tractans,nõ poſſum inuenire,cur LXX. interpretes tã perſpicuã de Chr̃o prophetiã in
Gręcum noluerunt vertere.Conſtat ergò,ꝙ ſermo iſte à Septuaginta omiſſus,ſit ꝓphetia de Chr̃o.
Ponit eñi Propheta hoc loco cõſilium euadendi diuinã vindictam, ſeu remedium contra mala p̃di-
cta,& dicit:Quieſcite ergò,i.cùm tanta tormenta infligenda ſint impijs,ſicut iam patuit,idcircò qui-
eſcite,i. ceſſate ab hoĩe,ſ.Chr̃o,cuius ſpũs,i.anhelitus,in naribus eius,i. qui ità viuit, q̃tùm ad naturã
humanam,vt cæteri hoĩes,vtpotè anhelitum attrahendo,ſpirando, & reſpirando: quia excelſus re-
putatus eſt ipſe, i. ideò ceſſate eum offendere, qm̃ ipſe ab omnibus verè ſapientibus reputaẽ excel-
ſus,quantùm ad naturam diuinam.Sic enim altiſſimus eſt,ſicut in Pſal.86.cãtamus de eo: Nunquid
Sion dicet,homo,& homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus? Et in Luca: Tu puer pro- Luc.1.
pheta altiſſimi vocaberis.Cùm ergò ſit altiſſimus ipſe, meritò eum venerari debemus, atq; ceſſare
ab eius offenſa.Quidam exponunt ſolùm de Deo,quo ad naturam diuinam, ità ꝙ Iſaias vocat eum
hominem,eo modo,quo Exod.15.ſcribitur:Dñs quaſi vir pugnator,omnipotens nomen eius.

¶ *Expoſitio moralis ſeu myſtica huius ſecundi capituli.* *Articulus* 9.

ERit in nouiſſimis diebus præparatus mons domûs dñi in vertice montium. Spiritualiter mons
domûs dñi,i.Chriſtus,in quo fundatur Eccleſia,preparatur,i.deuotè ſuſcipiẽ, ac clementer in-
habitatur.in vertice montium,i.in ſuprema potentia hoĩm perfectorum,ſ.in mente oĩm verè Chri-
ſtianorum,in quibus per charitatẽ & gratiã Chriſtus moratur. Propter quod ait:Ego ſto ad oſtiũ, & Apoc.3.

pulſo,

pulſo.ſi qs audiêrit vocẽ meã,& aperuerit mihi ianuã,intrabo ad illũ,& cœnabo cum eo,& ipſe me-
Ioan.14. cum.Itemq́;:Ad eum veniemus,& manſionẽ apud eũ faciemus.& eleuabit̃ ſuper colles,i.in cordib⁹
deuotorũ Chr̃s prę oĩbus honorat̃ atq; diligit̃.Si igit̃ Chr̃m in nobis habere optam⁹, ſtudeamus eſ-
ſe montes,non p mentis elationẽ,ſed per cæleſtium cõtemplationẽ.Excutiamur de puluere, & ſen-
Phil.3. ſualitatẽ in oĩbus ratiõis imperio ſubſternamus,quatenùs cum Apoſtolo cõuerſatio nr̃a ſit in cælis,
& reuelata facie,i.illuminato intellectũ gloriam dñi ſpeculemur. Hinc eñ ſcriptũ eſt Amos 4.Præ-
parare in occurſum dñi tui Iſrael.Porrò cùm Chr̃s ità fuerit pparatus,ac habitans in vertice montiũ,
ſeu cordibus deuotorum,tunc conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, i.tunc
ſpũalis ac interna cõcordia erit ipſis,quia tunc oĩs cordis noſtri duritia,Chr̃i vomere frangit̃,i. pdi-
catione verbi cęleſtis emollit̃,ſpinęq́; vitiorũ & aculei paſſionũ eradicant̃,& parata ac ordinata ſunt
oĩa noſtra interiora:tunc ceſſat verborũ contentio,& proprij ſenſûs defenſio, ad quod hortat̃ nos
Col.3. Paulus:Pax Chr̃i exultet ſemper in cordibus veſtris.Et ad Phil.2.Nihil per contentionẽ aut p inanẽ
gloriã.& pueris alienis adhęſerũt.Hoc nos quoq; vitare debem⁹,nè ad aliquẽ adoleſcentẽ in natura-
libus decoratum,inordinatum ſiue carnalẽ habeam⁹ affectum,nè (quod abſit) grauiora incidamus
pericula,eô q amor carnalis maximè obtenebret rationis iudiciũ.Repleta eſt terra argento &auro,
& nõ eſt finis theſaurorum eius.Quæcunq; hîc ad literam ſcripta ſunt de abundantia & auaritia Iu-
dæorum,moraliter dici poſſunt de populo Chr̃iano,cuius proh dolor nõ ſolùm vulgus & principes
ſeculares,ſed etiam ſpũales plati,paſtores Eccleſiæ,immò & q religioſi vident̃, totis viribus auaritiæ
ſtudent,equos atq; quadrigas multiplicant,&Chr̃i patrimonium carnaliter infideliterq́; expendũt.
Mat.6. Hi tales nequaq̃ audiunt Chr̃m,nec eius diuiniſſimis acquieſcunt ſententijs,quib⁹ ait:Nolite ſoliciti
Luc.12. eſſe in craſtinum.Et,Non poteſtis Deo ſeruire & mãmonæ.Rurſusq́;:Primùm q̃rite regnum Dei &
1. Tim. 6. iuſtitiã eius,& hæc oĩa adijcient̃ vobis.Acquieſcamus ergò Chr̃o, eiusq́; Apoſtolo admonenti, Ha-
Eccl 10. bentes victũ & qbus tegamur,his contenti ſimus.Quàm graue eñ ſit auaritię vitiũ,patet ex eo,quod
Baruch 3. Eccl.dicit:Nil eſt iniquius,q̃ amare pecuniã.Vñ & Baruch ait: Vbi ſunt principes gentiũ,q argentũ
theſaurizãt,& aurum in quo cõfidunt hoĩes,& nõ eſt finis acqſitionis eorũ? exterminati ſunt, & ad
inferos deſcẽderunt.Et repleta eſt terra eius idolis,opus manuũ ſuarũ adorauerunt. Tunc terra nr̃a
idolis plena efficit̃,qñ vanis phãtaſmatib⁹ atq; inutilib⁹ phãtaſijs occupamur:tuncq́; opus manuum
nr̃arum adoramus ſeu colim⁹,dum pprio ſenſui oĩnò innitimur,& pprijs viribus meritisq́; cõfidi-
mus:vñ hæretici & rebelles quaſi idola colunt & opera manuũ ſuarũ adorãt, dum ſua pverſa docu-
1.Ioan.5. mẽta magìs q̃ Euangelium Chr̃i aſſequunt̃.Ad hæc euitãda monet nos S.Ioã.Filioli,cuſtodite vos à
ſimulacris.Ingredere in petram,abſcõdere in foſſa humo à facie timoris, & à gloria maieſtatis eius.
Petra erat Chr̃s,cui⁹ caro ppter nos clauis cõfoſſa eſt, quẽadmodùm loquit̃ Pſal.21. Foderũt manus
meas & pedes meos.Debem⁹ ergò à facie timoris dñi,i.ex timore diuini iudicij,&ad euadendũ ęter-
na tormẽta,ingredi petrã,i.Chr̃m,demorãdo in ſacratiſſimis eius vulnerib⁹,totã ſpem nr̃am conſti-
Rom.13. tuẽtes in ipſo.Vñ Apoſtol⁹ exhortat̃:Induimini dñm Ieſum. Et ità abſcõdi debemus à tẽtationibus
cũctis atq; vniuerſis periculis.in foſſa humo,i.in corpore Chr̃i ppter nos vulnerato, intuẽdo vide-
licet Chr̃m ppter nos cruci affixũ.Sic nẽpe eripiemur à morſibus vitiorum,quẽadmodùm Hebræi
ſanabant̃ à morſibus ſerpentũ,adſpiciendo æneum ſerpentẽ à Moſe p ſigno eleuatum.Ingreditur
quoq; petrã,& abſcondit̃ in foſſa humo,q redit ad pprium cor,& intrat cubiculũ cordis ſeu domûs
ſuæ,clauſoq́; oſtio ſup ſe,orat patrẽ in abſcõdito,ſecundùm quod Chr̃s docet. Oculi ſublimis hoĩs
humiliati ſunt, & incuruabit̃ altitudo virorũ. Hæc gñaliter accipi poſſunt de vniuerſis ſupbis, quos
Deus vel in pſenti,vel in futuro,& pſertim in die iudicij humiliabit,&incuruabit vſq; in pfundũ in-
Heb.2. ferni:tuncq́;,putà in die iudicij,exaltabit̃ dñs ſolus.Tunc eñ,ſicut Apoſtolus aſſerit,oĩa erunt ſubie-
cta ſub pedib⁹ eius,& in noĩe eius om̃e genu flectet̃,cæleſtium,terreſtrium & infernorũ, nec erit q
ei reſiſtere poteſt.Dies eñ dñi exercituũ,i.dies extremi iudicij erit ſup oẽm ſuperbum,i.dæmones,
Iſaiæ 14. quorũ primus dixit:In cælũ aſſcendam,ſimilis ero altiſſimo.& ſup oẽm arrogantẽ, i. hoĩes elatos, q
ſunt imitatores ac filij dæmonis,de quo Iob vlt.ſcribit̃:Ipſe eſt rex ſup oẽs filios ſuperbię.& humili-
Mat.25. abit̃.Tunc eñ Chr̃s dicturus eſt eis:Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum,q paratus eſt diabolo
Mala.4. & angelis eius.Vñ Malac.dicit:Eccè dies veniet ſucceñſa quaſi caminus,& erunt oẽs ſuperbi,& oẽs
faciẽtes impietatẽ ſtipula,& inflãmabit eos dies veniens,dicit dñs.Quó aũt dies dñi veniet ſup ce-
dros Libani ſublimes & erectas,& ſup quercus Baſan,& ſup oẽs montes excelſos,iã ſatìs expoſitum
reor.Ex quo monemur eſſe bona cedrus,creſcẽdo in ſublimitatẽ veræ ac ſanctæ pfectionis, pgre-
diendo videlicet de virtute in virtutẽ, quemadmodùm Gen.26.de patre nr̃o Iſaac legit̃:Ibat homo
pficiens atq; ſuccreſcens,donec vehemẽter magnus effectus eſt:taliterq́; viuẽdo,vt odor famę nr̃æ
1. Theſ. 4. cunctos puocet ad meliora, prout pcipit Apoſtolus:Honeſtè ambuletis ad eos qui forìs ſunt.Hinc
Ecceſ 7. etiã Eccẽs dicit:Melius eſt nomen bonum,q̃ vnguenta precioſa.Et Chriſtus Mat.5. hortatur:Sic lu-
ceat lux veſtra coram hoĩbus,vt videant opera veſtra bona,& glorificẽt patrem veſtrum qui in cæ-
lis

lis eſt.Quicunq; terrena tranſcendẽdo,contemplat̃ & amat diuina, & cuius cõuerſatio exẽplaris eſt
alijs,iſte eſt bona,immò optima cedrus.Deniq; dies dñi erit ſuper oẽm turrim excelſam.Propterea
ſi turrim pfectionis in corde noſtro cõſtruere cupimus,ab humilitatis fundamento ſumamus exor-
diũ,penſemusq́; diligenti puidentia, qbus medijs valeamus eam pficere,reminiſcẽtes eius quod ait Lucæ 14.
Saluator:Quis ex vobis volẽs turrim ædificare,nõ priùs cõputat ſumptus, q̃ neceſſarij ſunt,ſi habeat
ad pficiendum?Sic ergò,q profeſſi ſumus obſeruantiã ordinis,& morũ noſtrorũ conuerſionẽ,per-
pendamus qualiter idipſum implere poſſimus,nè oẽs,qui viderint nos nõ impléſſe quod cœpimus,
incipiãt nobis illudere,dicentes:qa hic homo cœpit ædificare,& nõ potuit cõſummare.Eſt igit̃ bo-
na firmaq́; turris,q̃ ſtabili humilitate ſubnixa, & ad ſpiritualis ædificij ſummitatẽ, i. veræ charitatis
perfectionẽ pertingit.De bonis eñ turrib⁹ ſcriptum eſt:Fiat pax in virtute tua,&abundãtia in turri- Pſal.121.
bus tuis.Et Cant.7.ſponſus cæleſtis ait ad ſponſam:Collũ tuũ ſicut turris eburnea.Erit inſupèr dies
dñi ſuper oẽs naues Tharſis,i.ſup huius ſeculi ornamẽta, q̃ conuertent̃ in opprobriũ ſempiternum.
ſuper om̃e quod viſu pulchrũ eſt,i.ſuper ſimulatã ſanctitatẽ hypocritarum, ſup apparentẽ ſapientiã
hæreticorum,& ſup eloquentiã amatorum huius mundi.In his equidẽ nihil aliud eſt niſi eloquẽtię
fulgor,& ſenſus *dialectica arte cõſtructus. Propter quod ſcriptum eſt: Laus impiorũ breuis eſt,& *diabolica
gaudiũ hypocritæ ad inſtar puncti.Et idola penitùs conterent̃. Certum eſt, q ante ſecundum Chr̃i Iob 10.
aduentũ idololatria in toto mundo ceſſabit.Antichriſto nãq; occiſo,oẽs,perpaucis exceptis, credẽt
in Chr̃m.& ingredient̃ fiſſuras petrarũ,& cauernas ſaxorũ à facie dñi,& à gloria maieſtatis eius, cùm
ſurrexerit pcutere terram,i.dum ad iudiciũ venturus de proximò cognoſcet̃.Tanta eñ erit hoĩm in
mundo viuentium formido & pauor ante diẽ iudicij,dum cœperint ſigna iudicij apparere,q ſi poſ-
ſibile eſſet,in petris abſconderẽt ſe:areſcent eñ prę timore & expectatione eorum, q̃ ſuperuentura
ſunt vniuerſo mũdo,vt dicit̃ Luc.21.Ideò quoq; Apoc.6.habet̃:Reges terræ,& principes,& tribuni,
diuites & fortes,abſconderũt ſe in ſpeluncis & petris montiũ,dicẽtes montib⁹ & petris: Cadite ſup
nos,& abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum,& ab ira agni. Cætera ex p̃habitis eluceſcunt.

¶ *Expoſitio capituli tertij.* *Articulus* 10.

DEniq; S.Iſaias in iſto cap. magìs determinatè deſcribit pœnã Iudæorum. Et quidã exponunt
oĩa hæc de tribulatione Iudęorum pro tẽpore captiuitatis Babylonicæ,quos ſequit̃ Lyra.Ve-
runtñ Hieronymus aſſerit ea aptiùs explanari de captiuitate Iudęorũ à Romanis,oĩa ſ.referendo ad
tempus Dñicæ paſſionis,& pœnas Iudæis illatas,eô q Chr̃m occiderunt.Litera aũt faciliter applica-
ri poteſt ad vtranq; captiuitatẽ,ſicq́; exponet̃,vt vtriq; poſſit cõpetere:cõuenientiùs tñ intelligit̃ pro
tempore Chr̃i,vt Hieronymo placet.Sic eñ congruenter ordinat̃ hæc litera ad verbum pręcedens.
Hortatus quippe eſt eos,vt ceſſarent offendere,perſequi,occídere Chr̃m,dicens:Quieſcite ab hoĩe, Iſaiæ 2.
cuius ſpiritus in naribus eius,ſicut expoſitum eſt:ſed quia noluerunt,& ſanguinem iuſti effuderunt,
ideò ponit̃ pœna debita tanto peccato,dum ait:[Eccè eñ dñator Dñs exercituum,auferet ab Hieru-
ſalem & à Iuda] i.à cæteris vrbibus tribûs Iudæ,intelligendo p tribum Iudę, tribum Leui ac Benia-
min,ſicut ſuperiùs pleniùs dictum eſt.[validum & fortẽ,] i.viros robuſtos fœminasq́; potentes,qñ
Chaldæi & Romani viros & fœminas Iudæorum vel occiderunt,vel tranſtulerunt, vel vendiderũt,
aut ſimili modo diſperſerunt.[& om̃e robur panis,& om̃e robur aquæ,] i.oĩa alimenta.Per panẽ eñ
& aquã,ſcriptura intelligit quẽcunq; cibũ & potũ. Dum verò Iudæi à Chaldęis ac Romanis obſeſſi
fuerunt,in ſumma egeſtate fuerũt,& multi moriebant̃ ex fame:immò ſicut Ieremias ait in Threnis, Thre.4.
Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos.[& iudicem,& prophetam, & ariolum,& ſe-
nẽ.] ponit hîc ſingulare pro plurali,qa prędicti aduerſarij Iudęorum,abſtulerunt à Iudæa iudices,&
filios Iudęorum ,pphetas,qui populũ ſeducebãt, dicentes q non traderent̃ in manus hoſtium p̃di-
ctorum.& ariolum,i.diuinos in aris diuinantes,qualis fuerat Balaã,quales etiã erant ſacerdotes Phi- 1.Reg.6.
liſtinorum,dantes conſilium qualiter remittẽda eſſet arca Dei ad terram Iſraelitarum:talia eñ futu-
ra interdùm & p reprobos p̃dicuntur.Tales etiã erant inter Iudæos.[*principes ſup quinquaginta,]
i.quinquagenarios.Qui eñ apud Iudęos quinquaginta militibus p̃erant,quinquagenarij dicebant̃: *principẽ
qui decẽ,decani:qui centum,centuriones:tales aũt Iudęorum quinquagenarios abſtulerunt Baby-
lonij & Romani.[& honorabilẽ vultu,] i.eos,q ex ipſo adſpectu venerabiles apparebant,vel ex na-
turali forma faciei,vel propter relucentiã interioris prudentię relucentis in facie.[& conſiliarium,]
i.eos,q in agendis ſeu omittẽdis p̃ſtabant conſilia.[& ſapientẽ de architectis,] i. principes artificũ,
ſeu principales in mechanicis actib⁹.[& prudentẽ eloquij myſtici,] i.qui ſpiritualia capiebant, & ea
q̃ literaliter dicunt̃,ſpiritualiter atq; ſubtiliter diſſerere potuerũt, ſeu parabolica & ænigmatica ex-
planare,aut certè q̃ in ſe facilia ſunt,obſcurè proponere. [Et dabo pueros principes eorum.] Pueri-
tia duplex,vel potiùs triplex eſt:Eſt eñ pueritia ſenſûs,de qua Apoſtolus: Nolite, inquit, pueri effici
ſenſibus.Et infrà 62.habetur:Puer centum annorum morietur.Eſt quoq; pueritia innocentię,vndè 1. Cor. 14.
Apoſtolus ſubdit:Malitia paruuli eſtote.Et Chriſtus:Niſi conuerſi fueritis,& efficiamini ſicut par- Matt.28.
uuli,

uuli,non intrabitis in regnũ cælorum: quã habebant apoſtoli, qbus poſt reſurrectionẽ locutus eſt
Ioan. vlt.Pueri,nunquid pulmentariũ habetis? Eſt em̃ pueritia ætatis. Principes aũt Iudæorum tẽ-
pore captiuitatis Babylonicę parui erant ætate & ſenſu,videlicet filij Ioachim,in qbus nec ſapientia
vera erat,nec ætas virilis,vt patet 3.Reg.14.erantq́; effœminati,i.molles, inſtabiles, luxurioſi. Ideò
ſequit̃:[& effœminati dñabunt̃ eis.] Dicit̃ aũt Deus dare principes pueriles & effœminatos,vel ef-
fectiuè,vel permiſſiuè, quia videlicet propter demerita populi concedit inidoneos dñatores. Pro-
Iob 34. pter quod Oſeæ13.ait:Dabo tibi regem in furore meo.Et Iob ait:Regnare facit hoĩem hypocritam
Eccẽs 10. propter peccata populi.Huiuſcemodi aũt principes multùm nociui ſunt populo. Vndè ait Eccl.Væ
tibi terra,cuius rex puer eſt,& cuius principes manè comedũt.Beata terra,cuius rex nobilis, & cuius
Deu.1. principes veſcunt̃ tempore ſuo,ad reficiendum,& nõ ad luxuriam.Quales enim eſſe debeant prin-
cipes,patet ex eo quod Moſes loquit̃:Date ex vobis viros ſapientes & gnaros,quorum cõuerſatio ſit
Ibidem probata in tribubus veſtris,& ponã eos vobis principes.Hinc etiam Sap.6.inducit̃:Rex ſapiens po-
puli ſtabilimentum eſt.Et rurſus: Diligite lumen ſapientiæ oẽs qui p̃eſtis populis. Et heu iam vide-
mus in populo Chriſtiano impleri,exigentibus eorum peccatis, quod Deus cõminatur populo Iu-
dæorum.Videmus indoctos & iuuenes ad ſummas p̃lationes & aĩarum curas promoueri.Propterea
oĩbus verè prudentibus ſemper orandum eſt,quatenùs Deus dignet̃ eis de bono paſtore ac princi-
Nume. 27. pe p̃uidere, quemadmodùm Moſes deprecabat̃ Deum: Prouideat Dñs Deus ſpirituum oĩs carnis,
hoĩem qui ſit ſuper multitudinẽ hanc,& poſſit exire & intrare ante eos.[Et corruet populus]Iudę-
orum,i. occidet̃.[vir ad virum,] i.vnus iuxta alium. [vnuſquiſq; ad proximum ſuum,] quia Chaldęi
& Romani multos Iudęorum inſimùl occiderunt.[Tumultuabit̃ puer contra ſenẽ,& ignobilis cõ-
tra nobilem,] i. in obſidionibus Iudęorum hoſtibus iam p̃fatis pueri murmurabunt, turbabunt̃, &
conſurgent contra ſenes,quaſi eorũ conſilio decepti:pariq́; modo vulgus inſurget contra ſuperio-
4.bel.Iu.5. res.Refert enim Ioſephus,ꝙ cum Hieruſalẽ à Tito & eius exercitu expugnaret̃, erat populus in Hi-
eruſalẽ congregatus,in tres partes diuiſus ex ſeditione & diſcordia: ità ꝙ vna pars populi tenuit ar-
cem ac tẽplum,alia ſuperiorẽ,alia verò inferiorẽ vrbis partẽ.[Apprehendet em̃ vir fratrẽ ſuum,do-
meſticum patris ſui,& dicet:Veſtimentum tibi eſt,princeps noſter eſto.] Tanq̃ dicat:Non mirum
erit,ſi puer contra ſenẽ,&ignobilis contra nobilẽ tempore harum deuaſtationũ tumultuet̃:qm̃ iſtis
temporibus tanta erit penuria victûs atq; veſtitûs, ac cæterorum humanæ vitæ neceſſariorũ in po-
pulo Iudæorũ,ꝙ ille,qui cibũ & veſtẽ habuerit,reputabit̃ potens & inclytus,ad aliorumq́; regimen
aptus.Idcircò vir Iudęus veſte & cibo indigẽs,[apprehendet fratrẽ] hoc eſt,proximũ[ſuum,dome-
ſticũ patris ſui] habentẽ neceſſaria ad vitæ ſuſtẽtationẽ.[& dicet] ei: [Veſtimentũ tibi eſt,] i.tu ali-
quid habes,ideò [princeps noſter eſto.] i.ſub tuo regimine ſuſcipe nos, quatenùs nos oĩbus bonis
priuatos operias & refrigeres.[Ruina aũt hæc] i.iſta miſeria,deiectio,& calamitas noſtra.[ſub manu
tua,] i.à te reformet̃ ac protegat̃,nè penitùs pereamus. [Reſpondebit] requiſitus in principem, [in
die illa,dicens:Non ſum medicus,] i. veſtras infirmitates & neceſſitudines reparare nõ valeo. [& in
domo mea non eſt panis,neq; veſtimentũ,] i.ego ipſe adeò pauper & indigens ſum, ꝙ vos nutrire
veſtireq́; nequeo.Propterea [nolite me conſtituere principẽ populi.] p̃dictis enim tẽporibus vnuſ-
quiſq; pro ſeipſo ſolicitus erat,& vix ſua ſibi ſoli ſuffecerant.Circa hunc locum Hieronymus dicit:
Ergò non ſtatim multitudinis acquieſcamus iudicio,ſed electi in principatũ,nouerimus menſuram
noſtram,&humiliemur ſub potenti manu Dei.Quanti ſpiritualem panem non habentes,nec veſti-
mentum,i.tunicam Chriſti integram reſeruantes,alijs alimoniam & veſtimenta promittunt,pleniq́;
vulneribus,medicos ſe eſſe iactant?Non ergò quærat aliorũ effici princeps ſeu paſtor,qui nondùm
ſeipſum regere,frangere,reformareq́; didicit,qui de plenitudine ſua alijs cõmunicare nõ valet.Sed
Sap.6. heu multorum corda excæcauit ambitio,q non aduertunt iſtud: Iudicium duriſſimum in his qui p̃-
ſunt,fiet:exiguo enim conceditur miſericordia,potentes aũt potenter tormenta patient̃, & fortio-
ribus fortior inſtat cruciatus.Benè igit̃ ait Chryſoſtomus:Quis eſt,qui prælationem aut curam ani-
marum deſiderat,niſi qui non timet iudicium Dei? [Ruit em̃ Hieruſalem,] quia tam vrbs,q̃ habita-
tores ipſius deſtructi ſunt à Chaldæis & Romanis.[& Iudas concidit,] i.tribus Iudæ & cæterę vrbes
vaſtatę ſunt.[quia lingua eorum] i.ſermo blaſphemus.[& adinuentiones eorum] i. excogitatæ ma-
Luc.23. litiæ fuerunt [contra Dñm] Ieſum Chriſtum,contra quem dicebant:Hunc inuenimus ſubuertentẽ
Ioan.19. Matt.26. gentem noſtrã.Et alibì:Tolle tolle,crucifige eum.Et,Reus eſt mortis. Tempore quoq; Chaldæorũ
Iudæi blaſphemi fuerunt,idola venerando,ſeu prouidentiã Dei negando: peccabantq́; non ſolùm
Oſeæ 7. ex paſſione,ignorantia & infirmitate,ſed ex propoſito.Vndè per Oſeam Dñs ait: Circundederunt
eos adinuentiones ſuæ.Et,In me cogitauerunt malitiã. Itaq; lingua eorũ & conſilia fuerunt contra
Dñm,[vt prouocarẽt oculos maieſtatis eius.] i. vt Deum oĩa conſpicientẽ contra ſe incitarent.Hoc
autẽ non ✶ cauſaliter,ſed conſecutiuè intelligendum eſt. Non em̃ impij ideò peccant,vt prouocent
Dñm,ſed ad culpam eorum conſequitur prouocatio Dei:nõ quòd Dñs iritetur ſeu perturbetur, ſed
dici-

dicit̃ prouocari,quia in iuſtam vltionem propter noſtra peccata inducitur ſeu procedit. Propterea
apud Ieremiam legit̃:Nunquìd me ad iracundiam prouocant,dicit Dñs?Nonnè ſemetipſos in cõfu- Iere.7.
ſione vultûs ſui?Et tñ idem Ieremias,immò Dñs per Ieremiam,teſtat̃: Erãt filij Iſrael iugiter facien-
tes malum in conſpectu Dñi,vt eum ad iracundiã prouocarent,& vt irritarent eum in operibus ma-
nuum ſuarum.[Agnitio vultûs eorum reſpõdebit eis.] Hoc Hieronymus ità exponit, i.ſua recepe-
runt peccata.Alij ſic:Ità erunt exercitati in vitijs, ꝙ prauitas cordis relucebit in facie. Poteſt quoq;
exponi hoc modo: Agnitio vultûs eorum reſpondebit eis,i.quia non ex ignorantia, ſed ex cõtem-
ptu peccauerunt,idcircò agnitio vultûs,i.intellectûs eorũ reſpondebit eis,i.debitæ pœnæ eos ſub-
ijciet,ſicut in Ieremia aſſerit Dñs:Viæ tuæ & cogitationes tuę fecerunt tibi hæc.Et alibì:Peccata no- Iere.4.
ſtra reſponderunt nobis,i.ſicut fecimus,ità factum eſt nobis. Hoc eſt quod per Ioelem Dñs conte-
ſtatur:Citò velociter reddam viciſſitudinem ſuper caput veſtrum.Et Chriſtus in euangelio:Eadem Ioel.3.
menſura,qua menſi fueritis,remetietur vobis.Pœna nanq; correſpondet & proportionatur pecca- Matt.7.
tò.[Et peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt.] i. impudenter & liberè
peccauerunt,quemadmodùm Sodomitæ,apud quos intantùm p̃ualuit impijſſima conſuetudo pec-
candi,vt iam impietas reputaretur iuſtitia,nec verecundarent̃ de culpa. Tales erãt & ſunt Iudæi, qui
Chriſtum occiderunt:illi quoq;,qui erant tempore captiuitatis Babylonicę.Quamobrem apud Ie- Iere.6.
remiam habet̃:Confuſione non ſunt confuſi,& erubeſcere neſcierunt. Tales ſunt oẽs habituati in
vitijs,qui lætantur cùm malefecerint,& exultant in rebus peſſimis,quibus cõpetit illud:Frons mu-
lieris meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere.Sciendum verò,ꝙ peccatum proprium prædicare Iere.3.
ſeu reuelare,& non abſcondere,aliqñ bonum eſt,qñ videlicet ex humilitate fit, ſeu in confeſſione,
& cauſa correctionis:dum autem ex vana gloriatione & præſumptione audaci talis prædicatio orit̃,
peſſimum vitium eſt.Hinc enim Salomon ait: Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem Prou.28.
confeſſus fuerit,& reliquerit ea,miſericordiam conſequet̃. Debemus itaq; vitia noſtra abſcondere,
nè Deus inhonoretur,& proximus ſcandalizetur.Debemus tñ ea humiliter confiteri perſonæ de-
bitæ,loco & tempore congruis.Præterea ſicut ſunt quędã ſingularia bona, ſeu eminẽtes virtutes &
grãæ,quæ (quantùm fieri poteſt)oĩbus abſcondi debent:ità ſunt quædã enormia mala,quę publicã-
da non ſunt niſi in confeſſione,vel propter neceſſariam aut rationabilẽ cauſam.[Væ aĩæ eorum,] i.
væ ſeu perpetua damnatio ipſis obſtinatis Iudæis.[qm̃ reddita ſunt eis mala.] i. iuſta tormenta pro
peccatis ipſorum,[Dicite iuſto,] i.homini virtuoſo.[quoniam benè,] i.ꝙ laudabiliter egit,& benè
habebit.[qm̃ fructum adinuentionum ſuarum comedet.] i.pro opere ſuo veram mercedem,videli-
cet gratiam in præſenti,& gloriam in futuro recipiet:quę vtiq; merces,eſt ſpiritualis alimonia hoĩs,
de qua habetur:Comedite amici & bibite,& inebriamini chariſſimi.Item Pro.13. De fructu oris ſui Cant.5.
homo ſaturabit̃ bonis.[Væ impio in malum] ſuum,i.propter malum culpæ,quod fecit:& malũ pœ-
næ,quod ſuſtinebit. [Retributio enim manuum eius] i.operum ſuorum malorum [fiet ei.] qm̃ pœ-
nas luet condignas,niſi pœniteat. Vndè ſcriptum eſt:Impij ſecundùm q̃ cogitauerunt, correptionẽ Sap.3.
habebunt.Et Iob:Deus inultum abire non patit̃.[Populum meum] Iſraeliticum [exactores ſui] i. Iob 24.
principes auari atq; tyrannici [ſpoliauerunt] bonis temporalibus ac diuinis, exquirẽndo ab eis de-
cimas atq; primitias plùs debito,& ſuo prauo exẽplo pertrahendo eos ad vitia.Hi exactores fuerunt
ſacerdotes,ſcribæ ac phariſæi,quorum conſilio cæteri Iudæorum Chriſtum occidi petiẽrunt, ſicq́;
omnibus bonis eos ſpoliauerunt.Idcircò per Ezechielem Dñs ait principibus talibus:Cum auſteri- Ezech.34.
tate imperabatis eis & cum potentia.Hoc moraliter de omnibus malis prælatis accipi poteſt,domi-
niſq́; auaris,qui ab inuitis aliqua exigunt cõtra iuſtitiam.De quibus Dñs loquit̃:Carnem populi mei Mich.3.
comedunt,& pellẽ deſupèr excoriauerunt.Qui etiam deuorant domos viduarum.[& mulieres do- Mar.12.
minatæ ſunt eis.] i.viri adeò molles fuerũt,ꝙ magìs ſecuti ſunt mulierum ſuggeſtiõẽs inanes,q̃ ra-
tionis iudicium.Quocontrà in Eccõ dicitur:Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ. Vel per muli- Ecci 9.
eres intelliguntur principes effœminati,de quibus pauloantè inductum eſt:effœminati dominabũ-
tur eis.[Popule meus,qui beatũ te dicunt,] i.qui te collaudant,& tibi blandiunt̃.[ipſi te decipiunt,]
quia faciunt te æſtimare ꝙ diues ſis,nulliuſq́; egeas:cùm ità nõ ſit,ſed ſis miſer & miſerabilis,paup,
cæcus & nudus. [& viam greſſuum tuorum diſſipant.] i. proceſſum conuerſationis tuæ inficiunt &
peruertunt.Quamuìs iſta ad literam accipi valeant de Iudæis,quos falſi prophetæ adulãdo fallebãt,
tempore obſidionis à Chaldæis ſiue Romanis,tamen vniuerſaliter verum eſt,ꝙ illi,qui beatificant
vitioſos,imperfectos,& ad vanam gloriam pronos,decipiunt eos:quoniam parant eis laqueum,fo-
ueamq́; magnæ ruinæ.Idcircò ait Apoſtolus:Neq; aliquandò in ſermone adulationis fuimus.In Ec- 1.Theſ.2.
cleſiaſtico quoq; ſcribitur:Ante mortem non laudes hoĩem quenquam. Veruntñ non videtur in- Ecci 11.
cõgruum beatificare ſiue laudare hominẽ,maximè in virtutibus ſtabilitum, ſeu cõmunitatem pro-
pter aliquod euidens beneficium Dei,quatenùs prouocentur ad meliora. Vndè Baruch: Beati ſu- Baruc.4.
mus nos,quoniam quæ Deo ſunt placita,manifeſta ſunt nobis.Et Petrus:Vos,inquit, genus electũ, 1.Pet.2.
regale

regale ſacerdotium,gens ſancta. Non igitur proni ſimus ad laudem alterius, niſi de eius conſtantia
certi ſimus.Melius quippe eſt obiurgari à iuſto,q̃ à peccatore laudari: ideoq́; humana irrationabili-
ter prolata iudicia contemnentes,nec laudibus hominum extollamur,nec vituperijs contriſtemur,
Iob 16. dicentes cum ſancto Iob:Eccè in cælo teſtis meus,& cõſcius meus in excelſis.Atq; cum Paulo:Mi-
1.Cor.4. hi pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die. [Stat ad iudicandum dñs,] hoc eſt, ad iu-
dicandum paratus eſt.[& ſtat ad iudicandos populos] bonos & malos, vt ſingulis inferat quod me-
rentur.[Dñs ad iudicium veniet] i.ad actum iudicandi procedet.[cum ſenibus populi ſui,& princi-
pibus eius.] i.contra ſeniores & principes Iudæorum,vt eos iuſtè cõdemnet, propter indignum re-
gimen ſubditorum.Propter quod ſubdit loquens ad eos:[Vos enim depaſti eſtis]i.deſtruxiſtis.[vi-
Iere. 12. neam meam] i.populum Iſrael,de quo legitur:Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam.[& rapi-
na pauperis in domo veſtra.] i.pauperibus ſua violenter abſtuliſtis.[Quarè atteritis populum meũ,]
i.cur eum opprimitis? [& facies pauperum commolitis?] i. fame ac macie cruciatis. Hoc eſt quod
Amos 4.ait:Audite verbum hoc vaccę pingues,qui calumniam facitis egenis,& confringitis paupe-
res.Porrò quod dictum eſt,Dñs ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui & principibus eius,ex-
Acto.10. poni poteſt de extremo iudicio,hoc modo:[Dñs] ſ.Chriſtus,de quo Petrus:Hic eſt,ait,omniũ Do-
Apo.22. minus.[ad iudicium] finale [veniet] in die nouiſſimo,ſicut in Apocalypſi profitetur:Eccè venio ci-
tò,& merces mea mecum eſt, dare vnicuiq; ſecundùm opera ſua. [cum ſenibus populi ſui,] i. cum
ſanctis apoſtolis,& eorum ſucceſſoribus,qui iudicabunt cum Chriſto.[& principibus eius.] i. cum
angelorũ agminibus,qui omnes deſcendent cum Chriſto.Huic autem expoſitioni conſonat,quod
Iudas in ſua Canonica loquitur: Eccè veniet dñs in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra
omnes,& arguere omnes impios.Quod verò ſubiungitur, [Vos enim depaſti eſtis vineam meam,]
de Eccleſia eiusq́; falſis prælatis,atq; indignis principibus moraliter explanatur.Eccleſiam nanq;, i.
plebem Chriſti,quotidiè demoliuntur,perdunt & negligunt,pauperes ſpoliãt, ſubditos opprimũt,
& de eleemoſynis pauperum,de patrimonio Chriſti,de bonis Eccleſiæ paſcunt equos &cõcubinas,
induuntur veſtibus precioſis,epulanturq́; ſplendidè.Contra hos peſſimos diſpenſatores ſubſtantię
Sap. 6. dñi ſui,ſpecialiter ad iudicium venturus eſt dñs,quemadmodùm Sapiẽs aſſerit: Altiſſimus interro-
gabit opera veſtra,& cogitationes veſtras ſcrutabitur:citò & horrẽdè apparebit vobis,quia cùm eſ-
ſetis miniſtri regni eius,non rectè iudicâſtis,nec cuſtodîſtis legem iuſtitiæ. Conſequenter deſcri-
bitur pœna,mulieribus Iudęorum inflicta temporibus deuaſtationis earum à Babylonijs ac Roma-
nis:[Et dixit dñs:Pro eo ꝙ] hoc eſt,quia [eleuatæ] i.per elationem inflatę [ſunt filię Sion,] hoc eſt,
mulieres Hieruſalẽ ac Iudææ.[& ambulauerunt collo extento] ex ſuperbia cordis,[& nutibus ocu-
lorum ibant] impudènter & curioſè circunſpiciendo.[& plaudebant] ludendo, ſeu manus iactan-
do. [& ambulabant] hincindè vagantes, & quietis impatientes. [& pedibus ſuis compoſito gradu
incedebant] ex nimia vanitate, & vt ad ſuum amorem viros allicerent. Propterea [decaluabit dñs
verticem filiarum Sion,] i.capillos capitis earum abradi faciet.[& dñs crinem earum nudabit.] hoc
eſt, ornamẽtis ſuis priuabit.In tãta enim preſſura fuerunt,quòd vel ex deſolatione proprios crines
euellebant,vel inedia famis pili cadebant,vel ab hoſtibus extrahebãtur. [In die illa] i.tempore quo
Hiero. à Babylonijs,vel potiùs à Romanis vaſtati ſunt,ſecundùm Hieronymum. [auferet] i. auferri faciet
à filiabus Sion [dñs ornamentum calceamentorum,] quo fœminæ calceos ſuos ornabant, [& lu-
nulas,] hoc eſt,bullulas ad ſimilitudinem lunæ factas,circa collum pendentes.[& torques] i.circu-
los quibus & ipſæ colla ornabant.[& monilia] i.quæcunq; ornamẽta hîc in ſpeciali non poſita.Mo-
nile enim cõmune eſt nomen ad oĩa iſta.[& armillas] quibus brachia circa ſcapulas adornantur.[&
mitras,& diſcriminalia,] hoc eſt,pectines. [& periſcelides] i. ornamenta brachiorum circa manus.
[& murænulas] i.ornamenta in finibus veſtium facta,ex coloribus diuerſis contexta. [& olfactori-
ola] i.vaſcula,in quibus ponebantur redolentia.[& inaures]in auribus dependentes.[& annulos &
gemmas,] hoc eſt,lapides precioſos.[& mutatoria] hoc eſt,veſtium diuerſa paria.[& pallia,& linte-
amina,& acus,& ſpecula,& ſindones,& vittas.] hæc plana ac nota ſunt.[& theriſtra.] hoc eſt,lineas
veſtes ſeu pallia,quibus in æſtate fœminæ vtebantur.Omnibus his ſpoliabuntur fœminæ ac virgi-
Ioſuę 13. nes Iudæorum.Poſſunt quoq; per filias Sion,intelligi vrbes minores & villæ,ſicut in libro Ioſuę ſę-
14. 15. piùs habetur,talis aut talis vrbs cum filiabus ſuis.Quoniam reliquæ ergò vrbes ac villę Iudęę paſſu-
ræ erant,quod ipſa Iudææ metropolis,putà Hieruſalem,ideò dicit filias Sion omnia iſta paſſuras:in-
telligendo tñ per filias,vrbium atq; villarum habitatores.Myſticè autem per filias Sion,intelligunt
animæ Chriſtifideles,quę cùm Chriſtum ſponſum reliquerint, vanis quoq; rebus ſpiritualiter for-
nicando inhæſerint,omnium gratiarum decore,virtutum ſplendore,ac donis ſpiritûs ſancti, per p̄-
dicta ornamẽta ſignatis,priuantur.Decaluaturq́; vertex earum,hoc eſt, quod foris pulchrum videt,
Luc.8. oſtenditur intùs plenum fore ſordibus vitiorũ.Nihil enim occultum,quod nõ reuelet:nec abſcon-
ditum,quod nõ manifeſtet.[Et erit pro ſuaui odore fœtor,& pro zona funiculus,& ꝓ criſpãti crine

caluitium,& pro faſcia pectorali cilicium.] Ad literam, p̄dictæ ꝑſonæ ſeu vrbes Iudæorũ, pro ſuaui Thre.4.
odore vnguentorum,fœtore carcerisq́; ſqualore afflictæ ſunt:& q̃ nutriebant in croceis, amplexatę
ſunt ſtercora.Pro zona quoq;,i.pro cingulis curioſis,ligabant funiculis tanq̃ captiuæ.Et ꝓ criſpanti
crine,i.pilis ornatis,caluitium ſunt adeptę:quia vt dictum eſt,decaluauit dñs verticem earum.& pro
faſcia pectorali,i.pro vitta tenui,qua vbera cõſtringunt,nè ſua magnitudine indecentiã corpori fa-
ciant,fuit mulieribus iſtis cilicium.Solebant eñ ſe viri ac fœĩæ Iudæorum tempore magnæ afflicti-
onis veſtire cilicijs.Spũaliter verò & nobis,ſi à grã excidamus, erit pro bono ac dulci odore virtutũ
& bonæ famæ,fœtor peccati atq; diffamię.De quo ſcribit Pſal.37.Putruerunt & corruptæ ſunt cica- Luc.12.
trices meæ.Porrò ꝓ zona continentiæ,de qua ait ſaluator,Sint lumbi veſtri p̄cincti:Et Paulus,State Ephe. 6.
ſuccincti lumbos veſtros in veritate:erit vobis funiculus,i.propriæ iniquitatis conſtrictio & iugum
diaboli.De quibus aſſerit Salomon: Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuo- Pro.5.&11.
rum conſtringetur.Et alibì:In inſidijs ſuis capientur iniqui.De peccatoribus etiam dicit Apoſtolus
2.Tim.2.Reſipiſcant à laqueis diaboli,à quo captiui tenent ad ipſius voluntatẽ.Sed & pro criſpanti
crine,i.cogitationibus ordinatis, q̃ oriuntur ex mente, quemadmodùm pili ex capite,de quibus in
Cãticis legitur:Caput meum plenum eſt rore,& cincinni mei guttis noctium. erit vobis caluitium, Cant.5.
i.imaginatio nuda & infructuoſa,quemadmodùm ait ſcriptura:Sicut parturientis,cor tuum phanta- Ecci 34.
ſias patiet,niſi fuerit ab altiſſimo viſitatio emiſſa.Poſtremò,pro faſcia pectorali,i.pro dulci ac amo-
roſa vnione mentis cum ſponſo cæleſti,erit vobis cilicium,i.amara diſtractio, ſpinæ & tribuli, atq;
ſolicitudo ſuperflua,de quibus dicit:Aerumnæ ſeculi & deceptio diuitiarum,& circa reliqua cõcu- Mar.4.
piſcentiæ introeuntes,ſuffocant verbum Dei,& ſine fructu efficitur. ſicq́; aĩa veſte nuptiali ſpolia-
tur,& eius ignominia denudat.Eccè quanta mala,quanta damna,tormenta atq; pericula ingerit no-
bis peccatum.Vndè veraciter dictum eſt: Qui in vno peccauerit, multa bona perdet. Vt igit anima Ecci 9.
noſtra cæleſti pulchritudine adornet,quaſi à facie colubri fugiamus peccata,ſpiritualium quoq; cal-
ceamentorum ornamenta habere conemur,i.operum bonorum diligentem cuſtodiam, ſeu imita-
tionem exemplorum præcedentium patrum,& item celerem curſum ad prædicationem verbi cæ-
leſtis.De his nanq; ſpiritualibus calceamentis habetur Can.7.Quàm pulchri ſunt greſſus tui in cal- Ephe.6.
ceamentis filia principis?Et Paulus:Calceati,inquit,pedes in præparationem euangelij pacis.Vide-
amus nè auferantur nobis lunulæ,i.illuminationes à Chriſto ſole iuſtitiæ:& torques, i.ſapientia ha-
bitualis,guttur mentis perficiens ad proferendũ verbũ prudentię& ſalutis.[Pulcherrimi quoq; viri
tui gladio cadent,& fortes tui in prælio.] Chaldæi eñ & Romani, mulierũ ac vrbiũ Sion viros de-
coros ac validos occiderunt.[Et mœrebunt atq; lugebunt portę eius,] i.portæ Hieruſalẽ & filiarum
ſeu vrbium ei ſubiectarũ,triſtes erunt ac flentes.Dicunt aũt portæ lugere per metaphoram,quõ di-
cimus pratum ridere.Lugent igit portę propter occiſionẽ tranſeuntium olim p eam, & ciuitatis de-
ſtructionem.Pariq́; ſenſu Ieremias ait Thre.1.Viæ Sion lugent,eò ꝙ non ſint qui veniant ad ſolen-
nitatem.[& deſolata] videlicet ipſa vrbs Hieruſalẽ. [in terra ſedit.] ſicut cõquerit ibidèm Ieremias:
Quõ ſedet ſola ciuitas plena populo?Et rurſum:Sederũt,inqt,in terra,cõticuerunt ſenes Hieruſalẽ. Thre.1.

¶ Explanatio capit. quarti. *Articulus* II.

DVm pulcherrimi atq; potentes Iudæorum fuerunt interfecti à Romanis ſiue Chaldæis, pro-
ut in præcedenti dicebatur capitulo, tunc propter defectum & paucitatem virorum, [ſeptem
mulieres] proprijs viris orbatæ,[appræhendent virum vnum,] vt fiat maritus earum.In veteri enim
teſtamento licuit vni viro plures vxores habere, & nè vir vnus renuat tot coniuges ſumere, quaſi
non potens omnibus prouidere,ipſæ mulieres erunt [dicentes] ad virum:[Panem noſtrum come-
demus,& veſtimentis noſtris operiemur.] i. noſipſæ prouidebimus nobis,ſufficientiamq́; victûs &
amictûs habemus.[tantummodò inuocetur nomen tuum ſuper nos,] i. hoc ſolum precamur,vt ſis
noſter maritus, teq́; protectorem habeamus. [aufer opprobrium noſtrum.] i. à maledicto legis nos
libera,auferendo à nobis ſterilitatem,imprægnandoq́; nos. Moſes enim ſcripſit: Maledicta in Iſra- Exod.23.
el,quæ non reliquerit ſemen ſuper terram. Iſtud ad literam factum eſt, quandò Iudæis pro maiori iuxta lxx.
parte occiſis,quidam remanſerunt,ad quos fœminæ confluxerunt,vt deſponſarentur ab eis.Per ſe-
ptem autem,intelligi poteſt quæcunq; fœminarum iſtarum multitudo,eò quòd ſeptenarius ſit nu-
merus perfectionis.[In die illa] i. tempore quo iſta euenient.[erit germen Domini] i.Chriſtus fili-
us Dei.[in magnificẽtia & gloria,] i.in magna operatione miraculorum, & in fama ſublimi, atq; in
præclaro honore & maxima ſublimitate.De iſto germine Dominus ait: Eccè dies veniunt, & ſuſci- Iere.23.
tabo Dauid germen iuſtum.Tempore enim quo à Romanis vaſtati ſunt Iudæi,videlicet poſt paſſi-
onem dominicam, & etiam quandò Chriſti euangelium prædicabatur vbiq;, fiebantq́; in nomine
Chriſti innumerabilia ſigna,ſicut & ipſe prædixit:Qui credit in me,opera quæ ego facio, & ipſe fa- Ioan.14.
ciet,& maiora horum faciet,quia ego ad patrem vado:Et colebatur Chriſtus à mundo,tanquàm ve-
rus Deus.Ideò ſubditur:[Et fructus terræ ſublimis.] Tunc enim fructus terræ, i.filius virginis glo-

rioſæ,de qua cantamus in Pſal.84. Terra noſtra dabit fructum ſuum:& Iſaiæ 45. **Aperiatur terra, &**
germinet ſaluatorem:fuit in cordibus Chriſtianorum ſublimis,immò ſublimatus erat ad dexteram
Luc.24. patris,iuxta illud Act.1.Videntibus illis,eleuatus eſt,& ferebatur in cælũ,vt Lucas ait.De huius fru-
Luc.1. ctu terræ dicitur:Benedictus fructus ventris tui.Porrò ex his euidenter innoteſcit, ꝙ ea q̃ ſuperiùs
dicta ſunt de vaſtitate & deiectione Iudęorum,non ſint intelligenda ꝓ tempore captiuitatis Baby-
lonicæ.tunc nanq; nondùm Chriſtus erat incarnatus,& mundo euangelizatus,aut per miracula ex-
altatus.[Et exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael,] i.tempore iſto poſt Chriſti paſſionem & glo-
rificationem erit ſpũalis lætitia Iudæis ad Chriſtum conuerſis,videlicet ſanctis apoſtolis cæteriſq;
Actu.7. & 2. diſcipulis,de quibus dicitur:Diſcipuli replebantur gaudio & ſpirituſancto.Item, Sumebant cibum
cum exultatione & ſimplicitate cordis,& collaudabant Deum,habentes gratiam ad omnem plebẽ.
Ioan.16. Vndè & Chriſtus eis ꝓdixit:Et vos nunc quidem triſtitiam habetis,ſ.tempore paſſionis:iterùm aũt
videbo vos,ſ.poſt reſurrectionem,& gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vo-
bis.[Et erit:Omnis,qui relictus fuerit in Sion,& reſiduus in Hieruſalem,] i. reliquiæ populi Iſrael,
qui manebunt in vita grãe & in eſſe ſpirituali,cæteris propter infidelitatem ſpiritualiter aut etiã cor-
poraliter mortuis.[ſanctus vocabitur.] i.re & noĩe Chriſtianus:non enim oẽs ſancti vocabunt̃,quia
Rom.11. non omnes crediderunt in Chriſtum:ſed illi,de quibus Paulus ait: Non repulit Deus plebem ſuam
quam ꝓſciuit.Et rurſus:Tempore iſto reliquiæ ſecũdùm electionem gratię Dei ſaluæ factæ ſunt.De
Roman.9. quibus iterùm loquit̃:Niſi dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma fuiſſemus.Ideò ſub-
Iſaiæ 1. ditur:[Omnis qui ſcriptus eſt in vita,] i.in libro vitæ ſeu prædeſtinationis æternæ.[in Hieruſalem,]
i.de habitatoribus Hieruſalẽ.Talibus quippe ait Saluator:Gaudete,quia nomina veſtra ſcripta ſunt
Lucæ 10. in cælis.Poſſumus aũt per Sion & Hieruſalem,intelligere vel ipſam vrbem Hieruſalem, monteműq;
Sion,vbì habitauit primitiua æcclesia:vel ipſam æccleſiam,quæ appellatur Sion atq; Hieruſalem,per
rationem ſuperiùs traditam.[Si abluerit dñs ſordes filiarum Sion,& ſanguinem Hieruſalem de me-
dio eius.] Hîc ratio aſſignatur,cur prędicti,ſancti vocabuntur:Si abluerit,i.quia abluet,vel cùm ab-
luerit dñs ſordes,i.peccata.filiarum Sion,i.reliquiarùm iſtarum,ſeu populi Sion, ac filiorũ æccleſiæ.
& ſanguinem Hieruſalem,i.opera ſanguinea ſeu iniqua habitatorum Hieruſalem.[in ſpiritu iudicij
& ſpiritu ardoris,] i.ſpirituſancto,ſiue per operationem & gratiam ſpiritûſſancti,qui eſt ſpiritus iu-
dicij,quoniam ipſe inter reprobos & electos diſcernit,atq; in omnibus verum iudicium facit ac do-
Ioan.16. cet,quemadmodùm Chriſtus profitetur,dicẽdo:Cùm aũt venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos
omnem veritatem.Dicitur quoq; ſpiritus ardoris,qm̃ ipſe eſt amor & ignis diuinus, corda electorũ
Acto.2. inflammans,vitiaq; conſumẽs. Abluit verò dñs ſordes & ſanguinem populi ſui in fonte baptiſma-
tis.Vndè quum Petro prædicante compuncti fuiſſent Iũdæi,dicentes: Viri fratres, quid faciemus?
Petrus reſpondit:Baptizetur vnuſquiſq; veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, & accipietis donum ſpiri-
tûs ſancti.Baptiſmus autem purgat virtute & gratia ſpiritûs ſancti,immò totius ſuperſanctę Trinita-
Matt.3. tis,quæ tñ purgatio attribuitur ſpirituiſancto.Propter quod Ioannes Baptiſta dixit:Ille (ſ.Chriſtus)
Zach.13. baptizabit vos ſpirituſancto & igni.De hac ablutione & fonte baptiſmi,in Zacharia ſcriptum eſt:In
die illa erit fons patens domui Dauid & habitatoribus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris &
menſtruatæ.Ioelis quoq; 3.Fons de domo Domini egredietur,& irrigabit torrentem ſpinarum.[Et
creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbì inuocatus eſt, nubem per diem,& fumũ
& ſplendorem ignis flammantis in nocte.] Hîc beatiſſimus Iſaias oſtendit effectum baptiſmi. In
baptiſmo enim datur ſpirituſſanctus,in cuius ſignum, Chriſto baptizato, deſcendit ſpiritusſanctus
1.Cor. 10. in ipſum,vt habetur Luc.3.Dicitur autem ſpiritusſanctus dari,quia gratia eius infunditur.Apoſtolus
quoq; ait:Quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt,& omnes mare tranſiêrunt, & omnes in
Moſe baptizati ſunt,in nube & in mari.Quemadmodùm itaq; mare rubrũ erat figura baptiſmi, ſic
columna nubis & ignis,quæ præceſſit Iudęos,erat figura gratiæ ſpiritûs ſancti,quæ in baptiſmo cõ-
fertur. Nam ſicut columna illa oſtendebat Iudæis viam in nocte,in die autem protexit eos à ſolis
feruore:ſic gratia ſpiritûs ſancti ducit ac dirigit nos ad patriam paradiſi cæleſtis, oſtendens nobis
viam ſalutis in nocte ſeculi huius,defenditq; nos contra concupiſcentiæ ignem, omniumq; tenta-
tionum feruorem.Itaq; ait:[Et creauit dñs] i.tempore euangelicæ ꝓdicationis creabit: ponit enim
more prophetico præteritum pro futuro,quod tñ modò impletũ eſt. [ſuper oẽm locum montis Si-
on,] i.ſuper oẽs æccleſias,vel ſuper ipſum locum montis Sion in Hieruſalẽ conſtituti. [& vbì inuo-
catus eſt,] i.vbicunq; fuerint fideles ipſum ſuppliciter inuocãtes.[nubẽ] i.grãm ſpiritûs ſancti,q̃ di-
citur nubes,ꝓpter cauſas ꝓtactas.[per diem] i.toto tempore,quo in fide Chriſti ꝑmanſerint. Vndè
Zach.12. per Zachariã ait dñs:Effundã,inquit,ſuper domum Dauid,i.æccleſiã, ſpiritum gratiæ & precum.Et
Matt.18. Chriſtus in euãgelio loquit̃:Vbì fuerint duo vel tres congregati in nomine meo,ibì in medio eorũ
ſum.Creabit quoq;,hoc eſt,cordibus electorum infundet [& ſplendorem ignis] i.claritatem gratię
cæleſtis,ſeu diuinę dilectionis. [flãmantis] i. corda fidelium illuſtrantis [in nocte] ignorantiæ atq;
peccati,

peccati,ſeu aduerſitatis,ità vt neq; aduerſis,nec proſperis elidantur,& impleatur in eis illud Pſal.Per Pſal.120.
diem ſol non vret te,neq; luna per noctem.De huius ignis ſplendore ait ſaluator: Ignem veni mit- Luc.12.
tere in terram,& quid volo niſi vt ardeat?Hæc autem priùs copioſiuſq; creauit Dominus ſuper mõ-
tem Sion in Hieruſalem,quia in eo miſit apoſtolis ſpiritumſanctum in ſpecie ignis.[Super omnem
enim gloriam] i. vltra omnem excellentiam columnæ nubis & ignis, filijs Iſrael olim apparentis.
[protectio] gratiæ Dei.[& tabernaculum] i. æccleſia, de qua dicitur, Eccè tabernaculum Dei cum Apo.21.
hominibus. [erit] fidelibus [in vmbraculum diei] id eſt, in refrigerium vitæ [ab æſtu] libidinis, [&
in ſecuritatem & abſconſionem] i.in tutelam & euaſionem [à turbine] aduerſitatis,[& à pluuia] tẽ-
poralis proſperitatis.Hoc eſt quod ſanctus rex canit in Pſal.Quoniam abſcondit me in tabernacu- Pſal.26.
lo ſuo,in die malorum protexit me in abſcõdito tabernaculi ſui.Gratia igitur Dei, & protectio ſpi-
ritûs ſancti,eſt omni fideli vmbraculum,ſecuritas, atq; abſconſio ab vniuerſis periculis. Quantùm
præthereà veritas excedit figurã,& anima carnem,tantùm hæc nubes,hæcq; protectio tranſcendunt
columnam nubis ac protectionem,Iudæis olim in deſerto conceſſas. Illa nubes corporea, corpora
ab exteriori calore defendit:iſta nubes ſpiritualis,animas Chriſtianorum ab interiori læſione præ-
ſeruat.Ideoq; in Pſalmo cantatur:Obumbrâſti ſuper caput meum in die belli. Pſal.139.

¶ *Expoſitio quinti capituli.* *Articulus* 12.

BEatiſſimus inſupèr Propheta in præſenti capitulo redit ad deſcribẽdum mala populi ſui,i. cul-
pas Iudæorum,& pœnas pro culpis inflictas:agitq; hoc, vtens quadam parabola, comparando
ſynagogã vineæ diligenter excultæ,ſed infructuoſæ,& ait:[Cantabo dilecto meo] i. Deo omnipo-
tenti,ſuper omnia diligendo, de quo ſponſa ait in Canticis: Eccè tu pulcher dilecte mi & decorus. Cant.1.
Cantat autem Propheta canticum ſequens dilecto ſuo,hoc eſt, pro dilecto ſuo, quia in perſona Dei
hæc dicit:vel dilecto meo,i.ad laudem & gloriam eius.[canticum patruelis mei,] i. carmen lugubre
Chriſti, de eadem mecum ſtirpe procreandi,i. de tribu Iuda. [vineæ ſuæ.] hoc eſt, quod ipſe canit
de vinea ſua ſynagoga.Cognouit enim Iſaias in ſpiritu, ꝙ Chriſtus cantaturus erat canticum iſtud
de populo Iudæorum,qui nunc vinea appellatur.Nam ſicut ſcriptum eſt,Chriſtus videns ciuitatem
Hieruſalem,fleuit ſuper eam,dicens:Quia ſi cognouiſſes & tu.Et denuò:Quotiès,inquit,volui con- Luc.19. Mat.23.
gregare filios tuos,quemadmodùm congregat gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Nec mirũ,ſi
Iſaias Chriſtum nominet patruelem,cùm ſponſa in Canticis eum nuncupet fratrem,dicendo:Quis Cant.8.
mihi det te fratrem meum?Secundùm aliam quoq; tranſlationem, quam allegat Hieronymus, ap-
pellat eum & fratruelem.Patruelis autem propriè dicitur filius patrui: fratruelis verò, filius fratris.
Parabolam quoq;,quam Iſaias hîc ponit de vinea,Chriſtus in euangelio eiſdem penè verbis expreſ-
ſit,dum ait:Homo quidam erat paterfamiliâs,qui plãtauit vineam,& maceriam circundedit ei,& fo- Mat.21.
dit in ea torcular,& ędificauit turrim,& locauit eam agricolis.Hoc igitur canticum canens Prophe-
ta, ſubiungit:[Vinea facta eſt dilecto meo] i. ſynagoga conſecrata eſt Deo, & populus Iudæorũ ad
diuinum cultum electus eſt.[in cornu] i.in regno.[filio olei] i.diuinam miſericordiam percipienti.
Hæc enim vinea,regia poteſtate firmata erat,& habuit reges ac regnum,quibus Deus miſericordiã
magnam largitus eſt.Ideò regnum eius dicitur filius olei,hoc eſt,repletum miſericordia Dei:quem-
admodùm aliquis appellatur inconſtantiæ filius,i.inconſtantia plenus.Vel, in cornu,i. in loco alto
& forti,filio olei,i.oliuis repleto,ex quibus oleum oritur:ſicq; vocatur locus iſte filius olei,quaſi ple-
nus eo,vndè oleum generat̃:ſicut latro dicitur filius mortis,quia ſceleribus plenus,pro quibus mors
infertur.Fuit ergò hæc vinea in alto loco locata. Hieruſalem nanq;, quę erat principalis vrbs eius,
ſita erat in loco eminenti,quãtùm ad eam partem,vbì erat templum atq; regis palatium.Fuitq; pro-
pe Hieruſalem mons olìueti,ſic dictus propter copiam oliuarum in eo naſcentium.[& ſepiuit eam]
i.Deus hanc vineam angelorum auxilio,& lege atq; mandatis muniuit. Sepiuit quoq; eam patriar-
chis & prophetis,qui erant muri ſeu ſepes populi huius, nè dęmones eam vorarent. [& lapides] i.
impedimenta cultûs diuini,videlicet aras & idola ac populum Chananæorum. [elegit] i.collegit &
iecit [ex ea.] purgans eam à talibus. Vel ſic:Lapides,i.homines ſanctos,ex quibus conſtruerent̃ mu-
ri ſupernæ Hieruſalem,elegit ex ea, præſeruando eos à morte æterna.[& plantauit vineam electã,]
i.præ cæteris gentibus prælegit hunc populum,ſicut teſtatur:Ego te plantaui vineam electam.Hi-
eremiæ quoq; 13.Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri,ſic adglutinaui mihi domum Iſrael,vt eſſet Iere.2.
mihi in populum,& in nomen,& laudem,& gloriam.[& turrim,] i.templum ſublime.[ędificauit in
medio eius,] videlicet in Hieruſalem. [& torcular] i. altare. [extruxit in ea.] Dicitur autem altare
torcular,quia ad ipſum portabantur victimæ,ſicut ad torcular vuæ. In ipſo etiam effundebatur ſan-
guis holocauſtorum,ſicut in torculari exprimitur liquor vuarum. [Et expectauit] Deus [vt] vinea
hæc [faceret vuas,] i.opera fructuoſa & ſancta.[fecit autem labruſcas.] i. opera praua ac peſſima, ad
idololatriam declinando.Hinc per Ieremiam dñs ait:Quomodò, inquit, conuerſa es mihi in prauũ Iere.2.
vinea aliena?Et alibì:Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? [Nũc ergò ha- Iere.11.

 bitato-

bitatores Hieruſalem & viri Iuda,iudicate] i.rectum iudicium ꝓnunciate [inter me & vineam me-
am:Quid eſt quod vltrà debui facere vineæ meæ,& non feci?] quaſi dicat: Tanta beneficia contuli
populo huic,ꝙ ſatis eſt,nec mihi imputari poteſt eius malitia.[An ꝙ expectaui vt faceret vuas,& fe-
cit labruſcas?] i. an hoc defuit beneficijs ei collatis,ꝙ non longanimiter ꝑſtolabar emendationem
ipſius?quaſi dicat:Hoc ità non eſt,qm̃ diù & multùm clementer expectaui pœnitentiam eius.Vndè
Iere. 7. 22. 44. per Ieremiam dn̄s ſæpiùs ait Iudæis:Miſi ad vos oẽs ſeruos meos prophetas, de nocte conſurgens,
& dicens:Reuertimini à vitijs veſtris peſſimis,& non audiſtis.[Et nunc oſtendam vobis] ô filij Iſra-
el & viri Iuda,[quid ego faciã vineæ meæ:] i.quam pœnam inducã populo huic propter tanta pec-
cata.[Auferam ſepem eius,] i.angelicam defenſionẽ.[& erit in direptionem:] i. ab inimicis ſuis de-
ſtruet.[diruam maceriam eius,] i.ſanctos viros ei vltrà non dabo,qui tanq̃ muri eam defendẽt,quia
poſt Chriſti occiſionẽ nullum habuerunt ꝓphetam in Iudaiſmo manentẽ cum ipſis.[& erit in con-
culcationem,] i.ab exercitu aduerſariorũ ſuorum calcabitur.Conſtat ergò ꝙ viſibilibus atq; inui-
ſibilibus hoſtibus populus Iudæorum ſubiectus ſit,ità ꝙ dæmonum iugo ſubdanẽ,& Romanis de-
ſeruiant. Ideò ſequiẽ.[& ponam eam deſertã.] i.à gratia Dei relictã,& ab hoſtibus deſolatã.Roma-
Mat.23. ni nanq; tulerunt ab eis locum & gentem.Hoc eſt quod Chriſtus in euangelio dicit:Eccè relinque-
Luc.21. tur vobis domus veſtra deſerta.Itemq́;:Hieruſalem calcabitur à gentibus,donec impleãtur tempo-
ra nationum.[Non putabitur] i. vinea iſta ſpiritualiter vltrà nõ adornabitur,ità ꝙ ſuperfluitates vi-
tiorum abſcindantur ab ea.[& non fodietur,] i.impinguabitur alimento gratiæ Dei, ſed erit incul-
ta & ſterilis.[& aſſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ,] i. paſſiones & vitia, tribulationes atq; miſe-
riæ:nam populus Iudęorum malis pœnæ ac culpæ repletus eſt ꝓpter peccata in Chriſtum commiſ-
Dan.9. ſa.Omnia hæc in Daniele clariſſimè continentur his verbis: Ciuitatem & ſanctuariũ diſſipabit po-
pulus cum dùce venturo,& finis eius vaſtitas:& vſq; ad conſummationẽ & finem perſeuerabit de-
Iere.29. ſolatio.Et in Ieremia quoq; ſcriptum eſt:Dabo eos in vexationem,& maledictionem, & ſtuporem,
& ſibilum,& opprobrium,eô ꝙ non audiêrunt verba mea,dicit dn̄s.Ezechiel autem comparat do-
Ezec.17. mum ſeu populum Iſrael viti arefactæ,quæ ad aliud nihil vtilis eſt, niſi vt comburatur. [& nubibus
mandabo,nè pluant ſuper eam imbrem.] Lyra exponit hoc de nubibus aëris, ità ꝙ prædictam Iu-
dæorum captiuitatem ſecuta ſit ſiccitas terræ.Melius verò exponiẽ de nubibus illis,de quib⁹ Pſal.35.
cantatur: Et veritas tua vſq; ad nubes.Ait igiẽ dn̄s:Et nubibus,i. apoſtolis & eorum ſucceſſoribus,
Iſaiæ 60. de quibus infrà habetur:Qui ſunt iſti,qui vt nubes volant?mandabo nè pluant ſuper eam imbrem,
i.nè corda eorum irrigent & compluant verbo ꝑdicationis,ſeu aqua ſapientiæ ſalutaris. Cùm enim
Iudæi poſt Chriſti aſſcenſionem contempſiſſent prædicationem apoſtolorum, tandèm Deo iubẽ-
te reliquerunt Iudæam apoſtoli,& per totum mundum diſſeminauerunt euangelium Chriſti. Vn-
Act.13. dè Paulus loquiẽ ad Iudæos:Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quia repuliſtis illud,
& indignos vos iudicâſtis vitæ ęternæ,eccè cõuertimur ad gentes:ſic enim præcepit nobis dn̄s.De-
indè Propheta exponit parabolam vineæ iam aſſumptam:[Vinea enim dn̄i exercituum, domus Iſ-
rael eſt.] i.familia ſeu populus Iudæorum:quoniam ſicut vitem plantat,colit,impinguat agricola,ſic
Deus plebem Iudæorum in terram promiſſionis locauit,beneficijs coluit,gratia fœcundauit. Pro-
Oſeæ 10. ptereà apud Oſeam legitur:Vitis frondoſa domus Iſrael, fructus adæquatus eſt ei. In libro quoq;
Pſal. 79. Pſalmorum:Vineam de Aegypto tranſtuliſti,eieciſti gentes,& plantâſti eam.[& vir Iuda germẽ de-
lectabile eius,] i.perſona quęcunq; de tribu Iuda,eſt germen delectabile eius,hoc eſt,filius adopti-
uus,ſeu ſpecialiter Deo gratus,ad gratiámve vocatus.Præcipuè tamen per virum Iuda,intelligẽdus
eſt Chriſtus,de tribu Iuda natus. Aduertendum verò, ꝙ Iſrael & Iudas ſic differunt, ꝙ populus ſu-
per quem nõ regnauit rex de tribu Dauid,vocatus eſt populus Iſrael, videlicet decem tribus: ſuper
quos verò regnauit rex de ſtirpe Dauid,dicebantur Iuda, ſeu populus Iudæ, vtpotè tribus Iuda, &
Beniamin,ac ſacerdotalis.Et quia in populo iſto vt cõmuniter permanſit cultus diuinus,cęteris tri-
bubus aureos vitulos adorantibus:ideò iam vir Iuda dicitur germẽ delectabile eius, qui proteſtatus
eſt Pro.8.Delicię meę eſſe cum filijs hoĩm.Nunc tamẽ per domum Iſrael,intelligitur totus populus
Hebræorum.[Et expectaui vt] vinea iſta [faceret iudicium,] inter bonum & malum, verum ac fal-
ſum diſcernendo,propria vitia dijudicando,atq; pro alijs iuſtam ſentẽtiam proferendo.[& eccè in-
iquitas] in ea inuenta eſt,non verum iudicium.expectaui quoq; vt faceret [iuſtitiam] i.opera iuſta,
quia hæc duo ſpecialiter complacent mihi.[& eccè clamor] i. contentio in ea reperta eſt. Quocon-
Ephe.4. trà Paulus præcipit:Omnis amaritudo,& ira,& indignatio,& clamor tollatur à vobis.Magna fuit in-
Matt.12. iquitas,magnusq́; clamor populi huius contra Chriſtum, quia dixerunt:In Beelzebub principe dæ-
Ioan.9. moniorum eijcit dæmonia.Et, Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.Et, Sanguis eius ſuper nos
Matt.27. & ſuper filios noſtros.Conſequenter Propheta redarguit peccata populi Iudæorum: tamen incre-
pationes hîc poſitæ,generaliter intelligi poſſunt de omnibus, in quibus peccata nunc commemo-
randa reperiuntur. De auaritia igitur arguens eos, ait: [Væ] id eſt, æterna damnatio debetur &
im-

iminet vobis:[qui coniungitis domum ad domũ,& agrum agro copulatis,] non propter neceſſi-
tatem aut rationabilem vtilitatẽ,ſed ex cupiditate peruerſa.[vſq; ad terminum loci.] i. non ceſſatis
temporalia iſta colligere,q̃diù aliquid reſtat quod poſſit acquiri,ſeu donec ad finẽ terræ veniatis, &
oĩa acquiratis.Quàm iniqua ſit iſta cupiditas,patet ex eo quod legiẽ Eccĩ 10.Auaro nihil eſt ſceleſti-
us.hic enim aĩam ſuam venalem habet. Cùm em̃ temporalia ad ſpiritualia ſint referenda quaſi ad fi-
nem,intantùm quærenda,amanda ſeu congreganda ſunt, quantùm neceſſè vel vtile eſt ad ſpiritua-
lium bonorum profectum,non vltrà:qm̃ auaritia appellaẽ inordinatus appetitus ad temporalia bo-
na.Cùm verò hoc in oĩbus ità ſit,quantùm reprobandi ſunt religioſi,qui cùm ſufficientiã habeant,
non ceſſant ſe in exterioribus occupare,emendo,vendendo,alienãdo? Longè ſunt iſti ab obſerua-
tione ſermonis Chriſti, qui ait:Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Sed nec illud ſaluatoris perpẽdunt: Mat.6.
Poſſibilius eſt camelum per foramen acûs tranſire,q̃ diuitem intrare in regnum cælorum.Idcircò in & 19.
Iob ſcribiẽ:Diues cùm dormiêrit,nihil ſecum auferet:aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet:appræ- Iob 27.
hendet eum quaſi aqua inopia. [Nunquìd habitabitis vos ſoli in medio terræ?] i. tam auidè domos
& agros colligitis,àc ſi nullus pręter vos habitaturus eſſet in terra:quod cùm ità non ſit,meritò ceſ-
ſaretis ab auaritia veſtra.[In auribus meis ſunt hæc,dicit dn̄s exercituum.] i.iſta veſtra peccata,à me
audita,mihiq́; nota ſunt,qui ſum dn̄s exercituum:ſed & verba ſequentia q̃ Propheta dicturus eſt,in
auribus meis ſunt,i.me volente,ꝑcipiente, & attendẽte, dicuntur. Subditur nanq; debita pœna pro
auaritia iam ꝑdicta. [Niſi dom⁹ multæ deſertę fuerint,] i. domus à vobis per auaritiam acquiſitæ,de-
ſerentur ab habitatoribus,& deſtruentur.ideò additur:[grandes & pulchræ abſq; habitatore] i. do-
mus veſtræ magnæ & ſpecioſæ,à proprijs habitatoribus relinquentur. Babylonij nanq; & Romani
populum occiderunt,& habitacula cõbuſſerunt. [decem enim iugera vinearum, facient laguncula
vnam:& triginta modij ſementis,facient modios tres.] i.quemadmodùm domus veſtrę peribunt,ſic
terra vr̃a per auaritiã dilatata,ſterilis penè erit & infructuoſa:intantùm, vt decem iûgera vinearum,
non ꝓducant niſi vinum vnius lagenæ.Porrò iugerum vocaẽ menſura terræ, q̃ vno die arari poteſt
à bobus duobus.In hòc notaẽ ſterilitas terræ,quæ Babylonicam captiuitatem ſecuta eſt.Quod enim
triginta modij ſementis ſeu ſeminis in terrã proiecti,non niſi tres modios pro fructu protulerunt,
magna erat ſterilitas.Vndè apud Aggęum habetur:Seminâſtis multùm,& intuliſtis parùm:comedi- Agg 1.
ſtis,& non eſtis ſatiati:reſpexiſtis ad amplius,& factum eſt minus. Conſequenter Iſaias guloſos re-
darguit:[Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectãdam,] i.ad hoc, vt copioſè potetis,veſtramq́;
conſuetudinem immoderatè bibendo continuetis.ideò ſequitur:[& potandum vſq; ad veſperam,]
ſicut ꝑcedenti die feciſtis.[vt vino æſtuetis.] i.ad hoc,vt vini calore corpora veſtra accendanẽ, ſicq́;
ad luxuriam apti ac validi ſitis.Quidam nempe adeò vitioſi ac lubrici ſunt,vt ex propoſito edant ac
bibant,quę luxuriandi materiam ꝑbent:& quantùm ad hos,hæc dictio,vt, tenetur cauſaliter: quan-
tùm verò ad alios,qui ex abundanti poculo vini,ſine ſuo propoſito ęſtuant,& incontinentiam inci-
dunt,vt,tenetur concomitanter.Iſtis Ioël ait:Expergiſcimini ebrij & flete,& vlulate oẽs qui bibitis
vinum in dulcedine.Tales fuerunt multi Iudęorum,ſed plures iam tales ſunt Chriſtianorũ,quibus Ioel.1.
conuenit illud Oſeæ:Oẽs adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Iſti nequaq̃ obediũt Oſeæ 7.
Chriſto,qui ait:Videte nè grauentur corda veſtra crapula vel ebrietate.Ideò demùm gula meretur Luc.21.
Væ pœnæ ęternę,qm̃ actum impedit rationis,iuxta illud: Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt Oſeæ 4.
cor.Iſti igitur cruciabuntur cum diuite in igne gehennę,deſiderabuntq́; guttam aquæ,qua refrige-
rentur,nec poterunt adipiſci.[Cithara & lyra,& tympanum, & tibia,& vinum in conuiuijs veſtris,]
i.non ſolùm delectationẽ guſtûs,ſed oblectationẽ quoq; auditûs reqritis,habẽtes muſica inſtrumẽ-
ta hîc nominata,quorum ſonitu inaniter exultatis,quẽadmodùm in Iob de quibuſdam narraẽ: Te- Iob 21.
nent tympanum & citharam,& gaudẽt ad ſonitũ organi: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad
inferna deſcendunt.[& opus dn̄i non reſpicitis.] i.diuino cultui nõ vacatis,neq; diuina officia fre-
quentatis,qm̃ gulam atq; luxuriam acedia comitaẽ,immò & oĩs boni negligẽtia. propter quod ſub-
ditur:[nec opera manuum eius conſideratis,] i.effectus horrendos diuinæ iuſtitiæ nõ penſatis,quõ
ſ.iniquos in æternum condemnat,neq; beneficia Dei attenditis,ſed nec ipſas creaturas ſapiẽter cõ-
ſideratis:oĩa em̃ fecit Deus vt timeaẽ,prout in Eccleſiaſte ſcribitur.Vos aũt ex contemplatione cre- Eccés 3.
aturarũ non mouemini ad timorẽ ac reuerẽtiam creatoris.[Propterea captiuus ductus eſt populus
meus,qa nõ habuit ſcientiã.] Ad literam populus Iudęorũ vaſtatus & captus eſt, primò à Chaldęis,
poſteà à Romanis,qm̃ non habebat ſcientiã,illam videlicet,q̃ eſt vnum ſeptẽ donorum ſpũs ſancti,
q̃ ſine charitate & gratia gratificante haberi non valet. De qua dicitur: Dedit illi ſcientiam ſancto- Sap. 10.
rum.hæc em̃ eſt habitus,per quem aĩa de creaturis veraciter ſentit atq; ſalubriter iudicat, ſciens vi-
delicet in eis non eſſe ſtatuendum vltimum finem.Vndè Apoſtolus loquiẽ:Si quis ignorat, ignora-
bitur.Et per Oſeam dn̄s proteſtatur: Conticuit populus meus, eô ꝙ non habuerit ſcientiam Dei. 1.Cor.14.
[& nobiles eius] i.principales in populo Iudæorũ. [interiêrunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit.] Oſeæ 4.

Tanta equidem erat victualium penuria, ꝙ tam vulgus, q̃ nobiles fame ac ſiti periêrunt. Vndè ꝑ Ie-
Iere. 5. remiam dñs ſæpè ꝓdixit: Inducam ſuper eos gladium, & famẽ, & peſtem. Propter quod Threnorum
vltimo conqueritur Ieremias: Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tẽpeſtatum famis. [Pro-
pterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſq; vllo termino.] Infernus eſt locus
ac carcer miſerorum, qui dicit̃ os animamq́; habere, non propriè, cùm non ſit aliquod animatũ, ſed
Nume. 16. ſimilitudinariè, prout in Numeris legitur terra aperuiſſe os ſuum, & abſorbuiſſe Dathan & Abiron.
Anima ergò inferni, eſt virtus eius receptiua, qua impios poteſt recipere. Os verò inferni, eſt inſati-
abilis eius capacitas. Ait itaq;: Propterea, i. quia tã impiè vixit populus meus, dilatauit infernus aĩam
ſuam, i. ad recipiendum animas eorum ſe ꝑparauit, & aperuit os ſuum, i. capacitatem ſuam, abſq; vllo
termino, i. inſatiabiliter. Tria nãq; ſunt inſaturabilia, & quartum quod nunq̃ dicit, ſufficit: infernus,
Prou. 30. os vuluæ, & terra, q̃ non ſatiatur aqua: ignis autem nunq̃ dicit, ſufficit, ſicut in Prouerbijs Salomon
aſſerit. [Et deſcendent fortes eius & populus eius, & ſublimes glorioſiq́; eius ad eum.] Omnes em̃,
qui prædicta cõmiſerunt flagitia, in æternum damnati & in infernum prolapſi ſunt, cuiuſcunq; cõ-
ditionis fuerint, videlicet fortes in corpore, & populus vulgaris, ſublimes in poteſtate, glorioſi in fa-
ma: quod vtiq; generaliter accipi poteſt de omni genere peccatorum, iuxta illud Baruch 3. Extermi-
nati ſunt, & ad inferos deſcenderũt. Et Iob 21. In diem iudicij ſeruatur malus, & ad diem furoris du-
cetur, & de furore oĩpotentis bibet. [& incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium
deprimentur.] i. cùm impij fuerint iuſtè puniti in præſenti ſeu in futuro, & maximè cùm fuerint in
lacum gehennæ proiecti, tunc incuruabitur homo ità damnatus ab altitudine ſuæ elationis, & hu-
miliabitur vir ſuperbus in infernum retruſus, & oculi ſublimium, i. præſumptuoſorum deprimen̄t,
Soph. 1. nè ampliùs ad alta ac vana adſpirent. Vndè Sophonias inquit: Ruinæ impiorum erunt, & diſpergam
eos à facie dñi. Et Sap. 5. Quid nobis profuit ſuperbia? &c. Et ſubditur: Talia dixerunt hi, qui in in-
ferno damnati ſunt. [Et exaltabitur] i. ſublimis eſſe cognoſcetur, & ſummus eſſe apparebit [Do-
minus exercituum in iudicio] remunerationis, i. per hoc quòd de impijs iuſtum iudicium faciet. [&
Deus ſanctus ſanctificabitur] i. ab omnibus ſanctus, verus ac iuſtus eſſe ſcietur. [in iuſtitia.] i. in
iuſta retributione, qua ſingulis ſine perſonarum acceptione retribuet quod merentur. Ideò nanq;
permiſit Deus reprobos impia agere, quatenùs in eorum iuſta damnatione ſemper reluceat diuinæ
Exo. 9. iuſtitia. Vndè dñs ait ad Pharaonem: Idcircò poſui te, vt oſtenderem in te fortitudinem meam, &
narretur nomen meum in omni terra. [& paſcentur agni iuxta ordinem ſuum:] hoc eſt, quum iniu-
ſti in populo Iudæorum periêrint, ſecundùm modum prædictum, tunc agni, i. homines innocentes,
Mat. 10. de qualibus ait Saluator, Eccè ego mitto vos ſicut agnos inter lupos: paſcentur corporali ſpiritua-
liq́; cibo iuxta ordinem ſuum, hoc eſt, ordinatè, ſecundùm quod meruerunt, ſicut ſuperiùs dictum
Iſaiæ 1. eſt: Si volueritis & audiêritis me, bona terræ comedetis. Nam Iudæis à Romano exercitu deuaſtatis,
Chriſtiani qui erant in terra ſancta, ſufficientiam habuerunt. Præmoniti quippe erant ab angelo
egredi Iudæam, regnumq́; Agrippæ intrare. Similiter accidit in captiuitate Babylonica Ieremiæ &
Baruch. [& deſerta in vbertatem verſa] i. terræ naſcentia terræ Iudæorũ, quę antè ſterilis fuit tempo-
re captiuitatis ſeu obſidionis, & poſteà facta eſt fructuoſa. [aduenæ comedẽt,] i. aduerſarij Iudæorũ,
videlicet gentes, quas Romani poſuerunt in terra Iudæorum, expulſis ſeu interfectis ipſis Iudæis.

¶ *Proſecutio explanationis huius capituli.* *Articulus* 13.

VAE qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.] His
verbis redarguit S. propheta impœnitentiam Iudæorum, perſeuerantiamq́; in malo, & ait: Væ
maledictionis æternæ vobis debetur, qui trahitis, i. continuatis, iniquitatem in funiculis vanitatis, i.
colligatione ſeu connexione operationum inanium. Vnum enim peccatum ſuo pondere trahit in
aliud: ſicq́; Iudæi ex vno facinore in aliud incidunt, & vſq; in hodiernam diem trahunt iniquitatem
atq; blaſphemiam contra Chriſtum * in funiculis, quippe ꝓpriæ vanitatis ſeu præſumptionis, vndè
Iere. 8. in Ieremia habetur: Quarè auerſus eſt populus iſte auerſione cõtentioſa? Et per Ezechielem ait dñs
Ezech. 24. plebi Iudæorum: Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus
tuis. & quaſi vinculum plauſtri peccatum, i. væ vobis, qui ex minoribus vitijs ad maiora proceditis,
& propriorum criminũ vinculis voſipſos durè grauiterq́; ligatis, quemadmodùm plauſtrum groſſa
chorda circunligat̃. [Qui dicitis: Feſtinet, & citò veniat opus eius vt videamus.] i. ex prædictis malis
inciditis in culpam diffidentiæ, obſtinationem perfidiæ, ſeu abnegationem diuinæ prouidẽtię. Qui
dicitis ad prophetas ſeu apoſtolos, futura ſupplicia vobis prænunciãtes: Feſtinet, & citò veniat opus
eius, i. vindicta Dei quam nobis comminamini, citò accedat. quaſi dicant: Non timemus eam, quia
nec credimus eam venturam. vndè deriſoriè dicunt: Feſtinet, & citò veniat opus eius, vt videamus ſi
vera ſint quæ vaticinamini nobis. [& appropiet, & veniat conſilium ſancti Iſrael.] i. quod Deus fa-
cere nobis cogitauit, nunc impleatur. [& ſciemus illud] verum eſſe per experientiam. aliter enim
non credimus. Dicitur autẽ Deus ſanctus Iſrael, i. ſanctificator plebis Iſraeliticæ. Tanta itaq; fuit ex-
cæca-

cæcatio Iudæorum quorundã temporibus captiuitatis Babylonicę atq; Romanę, vt vel Chriſtũ, vel
ꝓuidentiam Dei negarẽt, atq; cõminationes ꝓphetarum cõfictas atq; fabuloſas putarẽt. Propterea
Ezechiel ait: Dixerunt, reliquit dñs terrã, & non videt nos dñs. Et Sophonias: Non faciet dñs benè, Ezech. 9.
& nõ faciet malè. [Væ qui dicitis malum bonũ, & bonum malũ,] i. opera virtuoſa dicitis eſſe vitio- Soph. 1.
ſa, & ecõtrariò, ſicq́; mẽdaciter iudicatis, impium iuſtificãdo, & iuſtum dãnando. [ponẽtes tenebras
lucẽ, & lucem tenebras,] i. verum dicitis eſſe falſum, & vice verſa. Veritas nãq; eſt lux mentis, & fal-
ſitas mentis caligo eſt. Qui ergò inter verum & falſum nõ diſcernit, ponit lucẽ tenebras, & tenebras
lucẽ. [ponentes amarũ in dulce, & dulce in amarum] i. famulatum Dei ex ſua natura ſuauem, cõuer-
titis in obſequium mundi, & opera in ſe tortuoſa, punctiua, atq; acerba, ſicut ſunt actus auaritiæ, irę,
ſuperbiæ, ꝓfertis operibus verè dulciſſimis, ſ. orationi, cõtemplationi, dilectioni, cæteriſq́; Dei obſe-
quijs. Talibus ait dñs Ezech. 13. Mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter, quẽ ego nõ contriſtaui, & con
fortâſtis manus impij. Rurſusq́;: Interfecerunt animas q̃ non moriuntur, & viuificabãt animas q̃ nõ
viuunt. Quocõtrà dñs ait Iere. 15. Si ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris. [Væ q̃ ſapientes
eſtis in oculis veſtris, & corã vobiſmetipſis prudentes.] i. qui ꝓprio ſenſui nimìs cõfiditis, & alijs vos
ꝓfertis, atq; voſipſos in diuinis rebus ac humanis eruditos putatis, nõ qualitercunq;, ſed eminẽter.
Hinc etiam Paulus Rom. 12. admonet: Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Et alibì: Si quis pu- 1. Cor. 8.
tat ſe aliquid ſcire, nondùm ſcit quẽadmodùm oporteat eum ſcire. Sed & Salomon ait: Vidiſti ho- Prou. 26.
minem ſapientẽ ſibi videri? magìs illo ſpem habebit inſipiens. [Væ qui potentes eſtis ad bibendum
vinum, & viri potentes ad miſcendam ebrietatem.] id eſt, potentia naturali vobis à Deo conceſſa,
quatenùs in bonis operibus eã exerceatis, abutimini ad vitia gulę, miſcentes veſtris cõuiuijs ebrie-
tatem, & vini pocula magìs q̃ fluenta ſapientiæ diligitis. Vndè in Eccõ legitur: Vinum & mulieres Eccĩ 19.
apoſtatare faciunt etiam ſapientes. Et alibì: Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum. & 31.
Hinc Prouerb. 20. legitur: Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: qui delectatur his, non erit
ſapiens. Et alibì Salomon loquit̃: Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulne- Prou. 23.
ra? cui ſuffoſſio oculorum? Nonnè his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?
Nè intuearis vinum quandò flaueſcit, cùm ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blandè, & in
nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. [Qui iuſtificatis impium pro mu
neribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.] His ergò Væ mortis æternę incumbit atq; debetur, qui ex
auaritia impium excuſant: ſaluant, iuſtificant, peruertentes iudicium amore donorũ: & qui iuſtum
condemnant, cauſam eius peruertendo, eiusq́; opera ſiniſtrè interpretando. Quocontrà Moſes: Non Exod. 23.
accipies, inquit, munera, quę excæcant oculos ſapientum, & peruertunt verba iuſtorum. Itemq́;: In-
nocentem & iuſtum non condemnabis. Vndè & Moſes Num. 16. & Samuel 1. Regum 12. glorian-
tur ſe à nemine munus accepiſſe. [Propter hoc] i. propter tanta flagitia, [ſicut deuorat] i. ſuccendẽ-
do conſumit [ſtipulam lingua] i. flamma [ignis, & ſicut calor flammæ exurit] combuſtibile ſibi ap-
plicatum: [ſic radix eorum] i. fundamentum ſeu cogitatio, ſeu ſubſtantia impiorum nunc ꝓdicto-
rum, [quaſi fauilla erit.] i. funditùs deſtruetur. [& germen] i. proles, poſteritas, ſeu opus [eorum vt
puluis aſſcendet,] i. penitùs diſſipabitur & diſpergetur. Hoc eſt quod canit Pſalmiſta: Ad nihilum Pſal. 37.
deuenient tanq̃ aqua decurrens, intendit arcum ſuum donec infirmẽtur: ſicut cera quę fluit, aufe-
rentur. Et denuò: Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani: & tranſiui, & eccè Pſal. 36.
non erat. Iſtud ad literam in Iudęis impletum eſt, quandò à Babylonijs & Romanis deſtructi ſunt,
tam patres, q̃ filij, perijtq́; conſilium eorum ac opus. [Abiecerunt em̃ legem dñi exercituum,] i. pręce-
pta legis per Moſen datæ contempſerunt implere. [& eloquium ſancti Iſrael,] i. ſanctificatorẽ po Ioan. 7.
puli Iſraelitici, ſ. Deum [blaſphemauerunt.] Hoc maximè fecerunt Iudæi Chriſto, dicentes: Sedu- Lucæ 23.
cit turbas. &, Hunc inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtrã. &, Inſanit, quid eum auditis? Vndè Chri-
ſtus ad eos: Quarè, ait, loquelam meam non cognoſcitis? Rurſusq́;: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: Ioan. 8.
propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. [Ideò iratus eſt furor Domini in populum ſuum,]
i. diuina iuſtitia vehementer deteſtata ac vlta eſt peccata Iſraeliticæ ſtirpis. [& extendit] dñs [manũ
ſuam,] i. poteſtatem ſuam vltricem [ſuper eum, & percuſſit eum,] ſcilicet populum ſuum, tradendo
eos manibus hoſtium. [& conturbati ſunt montes,] i. principes Iudęorum, ſeu alij habitantes in
montibus Iudææ, vel certè occiſi in locis montanis. [& facta ſunt morticina eorum quaſi ſtercus
in medio platearum.] i. cadauera Iudęorum à prædictis inimicis extincta, inſepulta manſerunt, & be
ſtijs auibuſq́; ad deuorandum ſunt tradita. Hoc accidiſſe Iudęis tempore captiuitatis Romanæ, te-
ſtantur certæ hiſtoriæ. [In omnibus his non eſt auerſus furor eius,] i. poſtq̃ Deus tanta flagella ſu-
per populum Iudęorum induxit, non eſt placatus, nec ceſſauit affligere populum iſtum. [ſed adhuc
manus eius extenta.] i. virtus eius ad vindicandum parata. Peruenit enim in eos ira Dei vſque in fi-
nem, & ſecundùm Danielem vſq; in finem perſeuerabit deſolatio. Vndè dñs: Non addam, inquit, 1. Theſ. 2.
vt diligam eos. Ideò ſubditur: [Et eleuabit ſignum in nationibus procùl,] id eſt, Dominus leuari fa- Dani. 9. Oſeę 9.

 ciet

ciet ſignũ pugnãdi,videlicet vexillũ exercitûs in gẽtibus à Iudęa remotis,videlicet in Chaldæis,ꝓut
Lyra ſequẽs Iudęos exponit. Sed hoc S. Hieronymus,cui in expoſitione ꝓphetarũ potiſſimùm re-
or credendũ,ex intentione redarguit,aſſerens ꝑ nationes has intelligẽdos eſſe Romanos,& oẽs Ita-
liæ,Galliæ,atq; Hiſpaniæ populos,q ſub Veſpaſiano & Tito ac Adriano,Romano ſubiacebant im-
perio,& ab his imperatoribꝰ in Iudęã adducti ſunt ad deuaſtandũ vrbes & populũ eius. Ait nempe
Hieronymus:Si de Babylonijs eſſet ſermo,iuxta conſuetudinẽ ꝓphetalem dixiſſet:Vocabo eũ q ab
aquilone eſt,vel certè Babylonios Aſſyriosq́; apertiùs deſcriberet. Nũc aũt dicendo, leuabit ſignũ
in nationibus ꝓcùl,[& ſibilabit] i.venire & cõfluere faciet [ad eũ] i. populũ Iudęorũ gentes [de fi-
nibus terræ,] ſignificat gẽtes lõgè & in finibus terræ morantes: Babylonij verò & Aſſyrij iuxta ſitũ
Iudææ,in ſeptentrionali plaga cõſiſtunt. De Romanorũ igitˀ duce atq; exercitu loquẽs ꝓpheta,adie-
cit:[Et eccè feſtinus velociter veniet.] Cũ magna eñ auiditate & iracundia cõtra Iudęos venerunt.
[Nõ eſt deficiẽs neq; laborãs in eo.] i.in exercitu iſto nemo eſt à ꝓpoſito ceſſans, aut q ex itinere fa
tigetˀ: qm̃ ex nimio deſiderio occidendi Iudæos,laborem pro nihilo reputauit. Trahit eñ quẽq; ſua
voluptas,& amor om̃ia etiã dura & aſpera efficit ꝓpè nulla. [Nõ dormitabit neq; dormiet] extra-
ordinariè ſeu quietè,donec affectum ſuum ꝑducat ad opus. [neq; ſoluetˀ cingulum renum eius, nec
rumpetur corrigia calceamenti eius.] i. tam fortiter ſe armabunt, ꝑcingent ac veſtient ad deijcien-
dum Iudęos, ꝙ non habebunt obſtaculum hoc agendi ex diſſigatione ac corruptione indumen-
torum atq;ligaminum,qbus arma ſtringuntur. [Sagittæ eius acutæ,& om̃es arcus eius extenti.] hoc
eſt, ad iaciẽdum iacula ꝑparati. [Vngulæ equorum eius vt ſilex,] i.duræ velut lapides, quę lædi non
poterunt ab aſperitate itineris. [& rotę eius] i.rotę quadrigarum. [quaſi impetus tempeſtatis,] i.tam
impetuoſè ac terribiliter current,quẽadmodùm ſonat ingens tempeſtas. [rugitus eius vt leonis,ru-
giet vt catuli leonum,& frendet.] Per hæc deſignatur,ꝙ exercitus Romanorum cum magno furo-
re animiq́; feruore, ac oris clamore Iudęos inuaſit. [& tenebit ꝑdam] populo Iudęorum ablatam.
[& amplexabitur] affectuoſè eã ſeruando. [& nõ erit qui eruat,] quia Iudæi eis reſiſtere nõ valebãt.
[& ſonabit] i.rugiet & clamabit exercitus Romanorũ. [ſup eum] videlicet populum Iudęorum. [in
die illa ſicut ſonitus maris,] i.cũ magno fragore ac vlulatu, ſicut in ꝑlijs fieri ſolitũ eſt, & ſicut mare
tempore ſuæ commotionis ac fluctuum ſonat. Deindè ꝓpheta ex compaſſione ſe populo ſuo con-
numerans,vel in eorum ꝑſona loquens, ꝓfitetur: [Adſpiciemus in terram] ex deſolatione magnĩ
mœroris,& præ confuſione noſtræ calamitatis. [& eccè tenebrę tribulationis] i. aduerſitates teter-
rimæ & horrendæ erunt in nobis. [& lux] i.proſperitas noſtra & gloria olim ſeu pauloantè ꝑhabi-
ta [obtenebrata eſt,] i.extincta atq; ablata, & in anguſtias verſa eſt nobis. [in caligine eius] i. in te-
nebris prædictę tribulationis. Vnum enim contrariorum, expellit ac deſtruit reliquum.

¶ *Elucidatio moralis iam explanati capituli.* *Articulus* 14.

PORrò ꝑſens cap. pro magna parte,quãtùm ad literã,morale eſt. Vndè q̃ in ea de ſynagoga lite-
raliter dicta ſunt,facile eſt de Eccleſia tropologicè interpretari. Quilibet eñ veraciter Chr̃ianus
Matth. 12. dicere poteſt:Cantabo dilecto meo,videlicet Deo altiſſimo,vni,ac trino,de quo ſcribitˀ:Diliges Do-
minũ Deũ tuum ex toto corde tuo,& ex tota aĩa tua,& ex tota mente tua,& ex tota virtute tua. can-
ticum patruelis mei,ſ. Chr̃i,q ſecundùm carnẽ aſſumptã mihi ꝓpinquus eſt,& ex eodẽ primo parẽ-
te mecum ꝓgenitus. vineæ meę,i.cãticum tale cantabo, quod ſpectat ad vineã Chr̃i. Vinea facta eſt
dilecto meo,i.Eccleſia collecta & cõſecrata eſt Deo,in cornu,i.in regno populi Chr̃iani. filio olei,i.
filio vnctionis & gr̃æ ſpiritûsſancti. Regnũ eñ populi Chr̃iani,gr̃a Dei copioſè ꝑfuſum eſt. Propter
1. Pet. 2. quod Petrꝰ:Vos,inqt,genꝰ electũ,regale ſacerdotiũ.& Ioã. in 1. Canon. Vos vnctionẽ habetis à Deo,
1. Ioan. 2. & vnctio eius docebit vos de oĩbus. Poteſt quoq; ꝑ cornu Chr̃s rex noſter intelligi, q eſt filius olei,
Pſal. 44. ſicut in Pſalmo cantatˀ:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Et Ioan. 1. Vidimus eum plenum gr̃ę &
veritatis. In Chr̃o itaq; tanq̃ in fundamẽto ac lapide angulari, facta eſt vinea iſta Deo. Vndè de Chr̃o
Zacha. 6. in Zacharia habetˀ:Ipſe ædificabit tẽplum Dño. Per cornu aũt & cornua reges ſignificantur Daniel.
7. vbì etiam Antichriſtus cornu vocatur. & ſepiuit eam, i. Chriſtus muniuit Eccleſiam euangelicis
Pſal. 90. conſilijs ac mandatis,& angelorum cuſtodijs,prout in Pſalmo decantatˀ:Angelis ſuis mãdauit de te,
vt cuſtodiant te in oĩbus vijs tuis. Et lapides elegit ex ea,i. duros ac reprobos reiecit de Eccleſia, quĩ
1. Ioan. 2. licèt in ea ſint,non tñ ſunt ex ea,quẽadmodùm de quibuſdã ait Ioannes:Ex nobis ꝓdiẽrunt, ſed nõ
erant ex nobis. Eum quoq;,qui ſine veſte nuptiali ingreditur, proijcit in tenebras exteriores.& plã-
tauit per fidẽ,charitatẽ & gratiã,vineã electã,i. Eccleſiã præ cæteris nationibus Deo dilectam,atq; ad
Ioan. 13. æternam beatitudinẽ ꝑordinatam. Propter quod Chriſtus ꝓteſtatur: Non vos me elegiſtis, ſed ego
elegi vos. Rurſusq́;:Sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos. Verùm ſi Deus plantauit Eccleſiã, cur ait
1. Cor. 3. Apoſtolus:Neq; qui plantat,eſt aliquid,neq; qui rigat,ſed q incremẽtum dat, Deus? Vbì inſinuare vi-
detur,ꝙ Deus non plantat. Propter quod iterùm dicit:Ego plantaui. Et reſpondendum,ꝙ Deus eſt
plantator principalis atque intrinſecùs operans, homo verò eſt plantator inſtrumentalis, extrin-
ſecusq́;

ſecusq́; diſponens. & ædificauit turrim,i. templum in medio eius, & expectauit vt vinea iſta faceret
vuas,& fecit labruſcas. Hoc de malis Chriſtianis dici poteſt, quos Deus ad fidẽ & baptiſmum per-
duxit,& in Eccleſia collocauit, quatenùs operibus fructuoſis ac pijs eſſent intenti: ipſi verò ingrati
ſunt gratiæ Dei,& perpetrant opera mala atq; maligna,ideò ab Eccleſia ſeparantur ac pereunt, quẽ-
admodùm ait Saluator:Omnem palmitẽ in me non ferentem fructum, tollet eum. & nunc habita- Ioan. 15.
tores Hieruſalem,i.filiæ Eccleſiæ,ſpeculatores pacis æternę. & viri Iuda,i.veri cõfeſſores, qui corde
creditis ad iuſtitiam,ore autẽ confitemini ad ſalutẽ. Hieruſalem quippe interpretatur viſio pacis,Iu-
da verò cõfeſſio. iudicate,i.diſcernite inter me & vineam meã, i. populum ſolo noĩe & fide informi
Chriſtianum. qd eſt quod debui vltrà facere vineę meæ,& nõ feci? Eccè eñ pro eius ſalute incarna-
ri,in mundo cõuerſari ac crucifigi dignatus ſum,alia quoq; infinita beneficia obtuli aut cõtuli ei. &
nunc oſtendam vobis quid faciã vineę meę. Auferam ſepem eius,i.auxilium gr̃æ tollam ab ea.& erit
in direptionem inuiſibilium hoſtium,ſ. dæmonum. diruam maceriam eius, i. bonorum paſtorũ cu-
ſtodiam ſubtraham ei,vt impleatur illud Oſeę 6. Erit ſicut populus,ſic ſacerdos.& erit in conculca-
tionem,i.à cõcupiſcentijs carnis & mundi vanitatibus ſuperabuntur. Vndè Prouerb. 11. legitur:Vbi
non eſt gubernator,populus corruet. Videmus quoq; ad oculum,quomodò Eccleſię Chriſti ab hę-
reticis & paganis ac tyrannis vaſtantur & conculcantur,eô ꝙ Chriſti mandata non impleant. Hinc
enim terra ſancta in manus data eſt Sarracenorum. Vinea enim Domini exercituum, domus Iſrael
eſt: i. Eccleſia militans Deum atq; cæleſtia per fidem contemplans, de qua Timotheo dicit Apoſto- 1. Tim. 3.
lus:Scias quomodò te oporteat conuerſari in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & fir-
mamentũ veritatis. Hæc autem vinea ſumus nos,iuxta illud Hebr. 3. Chriſtus tanq̃ filius fidelis erat
in domo ſua,quę domus ſumus nos,ſi fiduciam & gloriam ſpei vſq; in finem firmã retineamus. Hãc
vineam colit,purgat,fœcundatq́; Deus. Propter quod Chriſtus loquitur: Pater meus agricola eſt. Et Ioan. 15.
Paulus:Dei,inquit,agricultura eſtis,Dei ædificatio eſtis. & vir Iuda,i.homo mente,ore,& opere cõ- 1. Cor. 3.
fitens Dño. eſt germen delectabile eius,i.filius Dei adoptiuus ac placens,quemadmodùm 1. Ioan. vl-
timo habetur:Chariſſimi,nunc filij Dei ſumus. Deindè Chriſtus ait de vinea iſta:Et expectaui vt fa-
ceret iudicium. De quo Ioan. 7. dixit: Nolite ſecundùm faciem iudicare, ſed iuſtum iudicium iudi-
cate. Et eccè iniquitas facta eſt ab ea. expectaui quoq; vt faceret iuſtitiam, de qua dixi:Si vis ingredi Matth. 19.
ad vitam,ſerua mandata. Eccè qualiter de Eccleſia ſua Chriſtus cõqueritur,de qua in Pſalmo 25. te-
ſtatur:Odiui Eccleſiam malignantium. Quę autẽ ſequuntur de reprobatione auaritiæ,gulę,impœni-
tentiæ,ꝑſumptionis,ex dictis faciliter innoteſcunt,qualiter om̃ibus poſſint applicari ac obijci:om̃i-
nò eñ vitanda ſunt Chriſtianis, ꝑſertim religioſis ac clericis, vitia iſta. Inceſſabiliter deplorandum
eſt,ꝙ heu multi miniſtri Eccleſiæ,ſacerdotes,clerici,cæteriq́; Saluatoris vicarij,his peccatis tã enor-
miter inuoluuntur,q̃ tamen ſacerdotibus veteris teſtamenti tam diſtrictè prohibebantur, & maxi-
mè gula. Propter quod Dñs ait ad Aaron:Vinum & omne quod inebriare poteſt, nõ bibes tu & filij Leuit. 10.
tui, quãdò intrabitis in tabernaculũ teſtimonij, nè moriamini, vt habeatis ſcientiã diſcernẽdi inter
ſanctum & ꝓphanum,inter pollutum & mundum. Quid igitur fiet de ſacerdotibus & clericis nouæ
legis,gulę ſiue luxurię ſuę vacantibus? Porrò quod ſequitur,Niſi domus multæ deſertæ fuerint,&c.
de congregationibus hæreticorum poteſt intelligi,quę à gratia Dei derelinquuntur, & omni bono
gloriæ priuantur. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. Capitur
homo iugo diaboli,vinculiſq́; peccati circumligatur,qui ſacræ ſcripturę non habet notitiã. Propter
quod ait ſcriptura Prou. 10. Qui indocti fuerint,in cordis egeſtate morientur. Et in Oſea Dñs loquitˀ: Oſeæ 4.
Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te,nè ſacerdotio fungaris mihi. Multùm igitur appetenda &
exquirenda eſt nobis ſcientia ſalutaris. Vndè ſcribitur Prou. 7. Dic ſapientię,ſoror mea es,& prudẽ-
tiam voca amicam. Et Apoſtolus: Poſtulamus, inquit, vt impleamini agnitione voluntatis Dei in Col. 1.
om̃i ſapientia & intellectu ſpirituali,vt ambuletis dignè Deo per omnia,creſcentes in ſcientia Dei.
Et nobiles eius interiẽrunt fame,i.prælati Chriſtiani ꝓpter ſpiritualis alimenti inopiã,ſpiritualiter
mortui ſunt,vtpotè ex defectu panis vitę & intellectûs. Propter quod ait Saluator:Niſi manducaue- Ioan. 6.
ritis carnem filij hoĩs,& biberitis eius ſanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis. Eſt quoq; panis obe-
dientiæ,ſine quo nemo ſpiritualiter viuit. De quo Chriſtus fatetur:Meus cibus eſt, vt faciam volun- Ioan. 4.
tatem patris. & multitudo eius ſiti exaruit,i.cõmunis populus ex ſpiritualis potûs carentia,priuatus
eſt cæleſtis gratię humore atq; fomento. Eſt eñ aqua ſapientię ſalutaris, qua iuſtus potatˀ,de qua ait
Dñs Ieſus:Qui biberit ex hac aqua,quã ego dabo ei,nõ ſitiet in æternũ: ſed fiet in eo fons aquę ſa- Ibidẽm.
lientis in vitam æternã. Qui ergò donis gratuitis nõ potatur,ſpiritualiter aret,& ſterilis redditur,po
teſtq́; dicere illud Pſalmiſtæ:Percuſſus ſum vt fœnum,& aruit cor meum,qa oblítus ſum comedere Pſal. 101.
panem meum. Quo cõtrà de iuſto cãtatur:Erit tanq̃ lignũ,quod plantatum eſt ſecus decurſus aqua- Pſal. 1.
rum. Propterea dilatauit infernus animam ſuam,qm̃ omnes iſti ad inferos proijcientur.& paſcentur
agni iuxta ordinem ſuum,i.cùm impij ità periẽrint,tunc electi, innocentes & ſimplices in Eccleſia
Chriſti

Chriſti ordinatè paſcentẽ ſacramento altaris,grã Saluatoris,& cæteris ſpiritûsſancti ſacratiſſimis do-
Pſal. 22. nis,dicentes cũ S.Propheta:Dñs regit me,& nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibì me collocauit. Et
deſerta in vbertatẽ verſa aduenæ comedẽt,i.legẽ atq; ꝓphetas,à Iudęis non ſpiritualiter, ſed carna-
liter intellectos,& ꝑdicationem apoſtolorum,cætera quoq; dona diuina populo Iudæorũ exhibi-
ta,ſed cõtempta ac derelicta ab eis,gentiles ad fidem cõuerſi ſpiritualiter manducauerunt,legem &
ꝓphetas non ſuperficialiter, ſed myſticè intelligendo, euangelicã ꝑdicationem auidè aduertendo,
Ioan. 4. gratiãq; Chriſti à Iudęis contemptã humiliter recipiendo.Hinc Dñs in Euangelio loquĩ: Alij labo-
rauerunt,& vos in laborem eorũ intrâſtis.Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. Videtur huic con
2.Cor.11. trarium illud Apoſtoli:Et ſi imperitus ſum ſermone,ſed nõ ſcientia.Et rurſus:Docentes,inqt, oẽm
Col. 1. hoĩem in omni ſapientia.Et reſpondendũ,ꝙ nec Paulus, nec aliquis iuſtus, dato ꝙ ſciat ſibi à Dño
ſapientiã datam, eſt ſapiens in oculis ſuis, qa non in ſe,ſed in Dño gloriaĩ: nec ſibi,ſed Dño ſapien-
tiã ſuã aſſcribit,nec alios tanq̃ inſipientes cõtemnit: immò ſe in ſe, & cõparatione ſuî ad Deum, ſe-
ipſum inſipientem arbitraĩ.Ideò,i. propter mala ꝑdicta,iratus eſt furor Dñi in populum ſuũ Chria-
num.Et percuſſit eum, tradendo ipſum manibus aduerſariorum ſuorũ, & leuabit ſignum in natio-
nibus procùl,& ſibilabit ad eum de finibus terræ.Sicut Hieronymus tangit quidam exponunt hoc
de vocatione gentium ad fidem, quæ vtiq; ad fidem Chriſti velociter de omnibus finibus mundi
acceſſerunt, eleuato per apoſtolorum doctrinã atq; miracula ſigno crucis in omnibus partibus ter-
ræ. Verùm quomodò huic ſenſui conſonent quæ ſequuntur,Hieronymus aſſerit ſe neſcire.

¶ *Elucidatio ſexti capituli,ſcilicet:In anno &c.* *Articulus* 15.

IN anno quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dñm ſedentẽ ſup ſoliũ excelſum & eleuatũ.] In primo
huius libri capitulo,dixit ſe Iſaias viſionẽ Dei vidiſſe ſub quatuor regibus,ſ.Ozia,Ioathan,Achaz,
& Ezechia. Oĩa autẽ hucuſq; expoſita,vidit in dieb⁹ Oziæ: quo mortuo, atq; regnãte filio eius, iuſto
4.Reg.15. videlicet Ioathan, vidit q̃ in iſto deſcribunĩ cap. Ait eñ:In anno quo mortuus eſt Ozias rex Iuda, q
2.Par.27. alio noĩe dictus eſt Azarias,regnauitq; 52.annis in Hieruſalẽ,q cùm thurificare in tẽplo ꝑſumpſiſſet,
ſtatìm ꝑcuſſus eſt lepra,& habitauit in domo ſeorſum.Ioathan verò filius eius rexit palatiũ, & iudi-
cauit populũ.Dicunt quoq; nõnulli,ꝙ annus iſte,quo mortuus ferĩ Ozias,& Dñs ab Iſaia viſus,non
ſit intelligẽdus de anno mortis, qua ſeparaĩ aĩa à corpore, ſed de anno ꝑcuſſionis ſuæ, q̃ diciĩ mors,
qa ex tunc ſeparatus erat à populo,& quaſi mortuus mundo. Vidi viſione imaginaria ac intellectua-
li. Multis etenĩ modis fit viſio ꝓphetalis,videlicet ꝑ infuſionẽ intelligibiliũ ſpecierũ, ſicut in Dauid
Dani. 5. & Salomone. Per impreſſionẽ ſenſibiliũ formarũ,mediãte ſenſu exteriori,quẽadmodùm Daniel vi-
dit ſcripturã parietis,quã Balthazar viderat. Per infuſionẽ quoq; luminis intellectualis, ſicut in Io-
Gene.41. ſeph,q ſomniũ Pharaonis expoſuit. Quartò verò fit ꝑ imaginarias formas à Deo impreſſas,vel à ſen
ſu receptas diuinitùs,tñ ad aliud,q̃ ad ea q̃ foris ſunt,ordinatas:ꝓpter quod neceſſe eſt,taliũ forma-
rũ ſignificationẽ intellectualẽ cognoſcere: aliter nõ eſſet ꝓphetica viſio: qm̃ intelligẽtia eſt opùs in
viſione. Hinc quoq; in tali viſione oportet fieri alienationẽ ſeu abſtractionẽ à ſenſibilib⁹, nè appa-
Iere. 1. ritio referaĩ ad ea q̃ exteriùs repſentanĩ,ſed ad ea q̃ ꝑ talia ſignificanĩ: quẽadmodùm Ieremias vidit
ollã ſuccenſam,ꝑ quã intellexit ſignificari incendiũ tẽpli atq; Hieruſalẽ. Et hoc modo vidit Iſaias iã
Dñm,i.angelum, in pſona Dñi:nõ eñ erat ipſe Dñs,ſed angelus appárẽs in eius pſona, ſecundùm
Dionyſi⁹. Dionyſiũ ſecundo cæleſtis Hierarchiæ cap.ꝓpter quod Dñs appellaĩ, ſicut & angelus loquẽs cum
Exod. 23. Moſe,interdùm angelus,interdùm Dñs diciĩ,vt patet in Exodo.[ſedentẽ ſup ſoliũ excelſum & ele-
uatũ,] i.in throno ſublimi,ſeu alto quodã ſedili. Apparuit eñ in forma ſeu ſpecie magni hoĩs,,cuius
Iſaiæ 66. ſolium videbaĩ eſſe in cælo,ſcabellũq; eius erat in tẽplo. Vndè inferiùs ait: Cælũ mihi ſedes eſt, ter-
ra aũt ſcabellũ pedũ meorũ. Et Pſal.10. Dñs in tẽplo ſancto ſuo,Dñs in cælo ſedes eius. Idcircò Hie-
ronymus dicit,ꝙ Dñs videbaĩ ab Iſaia in tẽplo,quod Ozias polluerat,vſurpando ſ.officiũ ſacerdo-
tale,videlicet in tẽplo à Salomone ædificato,de quo ſubdiĩ:[& plena erat domus à maieſtate eius,]
i.effectu diuinę maieſtatis,qa ab ea refulſit claritas magna,domũ implẽs atq; illuſtrans. [& ea q̃ ſub
ipſo erãt,replebãt templũ.] i.veſtimenta dependentia,qbus Dñs videbaĩ indutus, templũ ꝑdictum
impleuerũt. Apparuit nẽpe in habitu regis lõgo ac dependẽte. Vndè Theodotio ac Symmachus ità
tranſtulerũt:Et q̃ ſub pedibus eius erãt,implebãt tẽplum. In Hebręo aũt ſic diciĩ: Et oræ eius reple-
bãt templũ,i.fimbriæ veſtiũ eius vſq; ad tẽpli pauimentũ deſcenderãt. Apparuit aũt Dñs in forma
hoĩs ſedentis,ſecũdùm quoſdã,qm̃ ſedere ſpectat ad iudicantẽ. Hæc aũt apparitio facta fuit ad pu-
niendũ peccatũ Oziæ,ꝓferendo cõtra eum ſententiã: ſecundùm hæc verò dicere oportet, ꝙ tem-
pore huius viſionis Ozias necdùm defunctus fuiſſet, niſi ſecundùm ſenſum ꝑtactum. Certiùs ergò
dici poteſt,ꝙ in forma ſedentis apparuit,ad deſignandã regiam dignitatem, ac iudiciariam poteſta-
tem ipſius,& etiã qa in hac viſione iudicauit ac cõdemnauit populum Iudæorum futurum. Deniq;
ſæpè legitur Dñs apparuiſſe ſanctis ꝓphetis in ſpecie hoĩs & forma ſedentis. Daniel eñ 7.cap. Ad-
Ezech.8. ſpiciebam, inquit, donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Ezechiel quoq; vidit Dñm
in

in ſpecie hominis ſedentis ſuper Cherubim, & à lumbis eius ac deorſum erat quaſi ignis: à lumbis
verò eius & ſurſum, quaſi adſpectus ſplendoris, vt viſio electri, ſicut Ezechielis 8.innuitur. Sed &
Micheas propheta,filius Iemla,ait: Vidi Dñm ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitũ cæli 3.Reg.22.
aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris. Apparuit autem Dñs Iſaiæ in humana effigie,ad inſinuandum ꝙ
aſſumpturus erat naturam humanam. Et quia incarnatio facta eſt in perſona filij,nõ patris, aut ſpiri-
tûsſancti,idcircò hoc loco per Dñm daĩ intelligi filius Dei,ſ.Chriſtus. Propter quod Ioannes Euan-
geliſta,cùm allegâſſet verba huius capituli,addidit: Hæc dixit Iſaias,quãdò vidit gloriã eius,& locu- Ioan. 12.
tus eſt de eo. nec dubiũ, quin Chriſtum ſignificet. Sed obuiare videtur, quod Paulus ait obſtinatis
perfidiſq; Iudæis,allegãs eñ verba Iſaiæ hoc loco cõtenta,ſic orſus eſt: Vndè locutus eſt ſpiritusſan Act. vlt.
ctus per Iſaiam prophetã ad patres noſtros,dicẽs: Vade ad populum iſtũ,& dic: Aure audietis, & nõ
intelligetis. Et reſpondendum,ꝙ filius viſus eſt in habitu regnãtis,& ſpiritusſanctus locutus eſt,ꝓ-
pter cõſortium maieſtatis, vnitatemq; ſubſtãtiæ. Quemadmodùm verò hoc loco angelus apparuit
Iſaiæ in perſona filij Dei, ità in Apocalypſi is qui Ioanni apparére dicitur in ſimilitudine filij hoĩs, Apoc.1.
eſt angelus in Chriſti perſona appárens,loquenſq;. Propter quod Ioannes ſubtiliter loquiĩ: Vidi ſi-
milem filio hoĩs. Sed quæri poteſt,quomodò Iſaias ſe Dñm vidiſſe perhibeat,cùm Ioãnis primo di-
catur: Deum nemo vidit vnq̃. Et Dñs ait ad Moſen: Non videbit me homo, & viuet. Et Chriſtus in Exod.33.
Euãgelio proteſtaĩ,Nõ ꝙ patrẽ vidit quiſquã,niſi is qui eſt à Deo,&c. Et reſpondẽdum ꝙ nemo,in- Ioan. 6.
quãtùm viator,vidit Deum per ſpeciem,i.diuinam eſſentiam in ꝓpria puritate, ſeu in ſeipſa,ſed per
creaturam ſubiectã,ſiue per imaginariam viſionem ſæpè à ſanctis viſus eſt Dñs. Vndè in Geneſi Ia- Gene. 28.
cob; Vidi,inquit,Dñm facie ad faciem. Vidit quoq; Dñm innixum ſcalæ vſq; ad cælos extenſæ. Sic
etiam Iob loquitur Dño: Auditu auris audiui te, nunc oculus meus vidit te. In libro Iudicum in ſu- Iob vlt.
pèr Manue dixit vxori: Morte moriemur, quia vidimus Dñm, i. angelum Dñi. Hinc Chriſtus dixit Iudic. 13. Ioan. 5.
Iudæis,loquens de Deo: Neq; vocem eius vnq̃ audiſtis,neq; ſpeciem eius vidiſtis aliqñ. Poſtq̃ Iſaias
deſcripſit apparitionem diuinam,nunc deſcribit apparitionem angelicam:[Seraphim ſtabant ſuper
illud.] i.ſuper templum,quod erat quaſi ſcabellum Dñi,in ſolio eleuato ſedentis. Trãſlatio Septua-
ginta interpretum talis eſt: Seraphim ſtabant in circuitu eius,i. iuxta Dñm, tanq̃ ad eius obſequium
parati,quemadmodùm apud Danielem dicitur: Millia millium miniſtrabant ei,& deciès milliès cen Dani. 7.
tena millia aſſiſtebant ei. Ex quo ſequi videtur, ꝙ non erãt duntaxàt duo Seraphim: duo enim non
circundant ſedentem. Lyra tamen dicit,ꝙ erant duo Seraphim,quorum vnus ſtetit ad dexterã Do-
mini,alius ad ſiniſtrã. Aſſerit quoq; ꝙ in Hebręo habetur, non Super illud, ſed Deſuper ei, ſcilicet
Domino. Sed verius reor quod ait Hieronymus, dicens in Hebręo haberi, Super illud. Et dato, ꝙ
in Hebręo habeatur,Deſuper ei,non tamen eſt hoc intelligendum ſicut quidam exponit. Non eñ
angeli iſti eminebant Domino in throno ſedenti,ſed ſicut dignitate naturæ, ità apparentis corpo-
ris mole videbantur inferiores. Si igitur Hebraica veritas habet, Deſuper ei, intelligendum eſt, ei
ſcilicet templo,deſuper quod ſtabant. ſicq; redit in idem,ſiue dicatur, Super illud, ſiue Deſuper ei.
Itaq; Seraphim,i.angeli Seraphim dicti,non quia erant de ordine Seraphim, ſcilicet ſummo choro
angelorum,immò nec erant de prima hierarchia,ſed de numero eorum,qui ad exteriora miniſteria
tranſmittuntur,quemadmodùm diuinus Dionyſius à Paulo apoſtoliciſq; viris edoctus,teſtatur. Ve
runtamen Seraphim appellantur,vel quia ab angelo de ordine Seraphim miſſi,atq; in eius perſona
apparentes,ſicut nunc dictum eſt,angelum Domini nuncupari: Vel propter conuenientiam, quam
habebant cum Seraphim,ſcilicet propter effectum. Seraphim nanque incaleſcens ſiue incendẽs in-
terpretatur. Horum autem angelorum vnus tulit carbonem ignitum de altari, quo incendit atque
purgauit peccatum labiorum Iſaiæ, ſicut dicetur.†[ſtabant ſuper illud],templum, quod erat reple-
tum à maieſtate Domini in ſolio reſidentis.[ſex alæ vni,& ſex alæ alteri.] i.quilibet ipſorum habuit
ſex alas. Cur autem ſex alas præciſè vnuſquiſq; eorum habuerit, variæ cauſæ aſſignantur. Prima ſu-
mitur ex congruentia ſui officij. ad hoc equidem apparebant,vt vultum ac pedes ſedentis velarent,
vel certè proprios vultus ac pedes velare debebant, ſicut patebit, & vt volarent celeriter exequen-
do imperium Domini ſui. Ad volatum autem duæ alæ concurrunt, ſimiliter ad operiendum vultũ,
maximè ex tranſuerſo duæ alæ requiruntur,duæ quoq; exiguntur ad pedum velamen. Alij dicunt
ꝙ per alam cõtemplatio figuratur. Angeli aũt contẽplantur diuina, q̃ ſunt ſuper ſe, inferiora quoq;,
quæ ſunt ſub ſe,& ꝓprias naturas & ordines. Per duas ergò alas erectas,intelligitur contemplatio di
uinorum: Per duas verò demiſſas,quibus pedes operiebãtur,contemplatio inferiorum: Per duas au
tem,quibus volabant,ſpeculatio ꝓpriarum naturarum ac ordinum. Sed ſecundùm hanc rationem
viderentur ſuffeciſſe tres alæ, ſecundùm triplex genus contemplationis. Hieronymus quoquè aſ-
ſerit, ideò vnumquenq; habuiſſe ſex alas, quia non habemus notitiam niſi de operibus ſex die-
rum,videlicet de fabricatione mundi ſenſibilis præſentiſq; ſeculi, quam etiam notitiam miniſte-
rio angelorum accepimus, quoniam ipſi Moſen inſtruxerunt de productione iſtorum. Ad inſi-
nuan-

nuandũ ergò, ꝙ per angelicã illuminationem edocti ſumus de operibus ſex dierum, ſex alas habe-
bant. Per alas itaq; angelorum, ſignificatur promptiſſima virtus eorum, ad proſequendum quæ Deo
creatori ſunt placita, ſeu ipſa eorũ velociſſima motio ad ea, ad q̃ diuinitùs emittuntur. [Duabus vela-
bant faciẽ eius, & duabus velabant pedes eius.] Secundùm quendã, in Hebręo habetur: Duabus ve-
labant faciem ſuam, & duabus velabant pedes ſuos: vt ſit ſenſus, Duabus alis velabant ſeu operie-
bant hi Seraphim faciem ſuã, i. proprios vultus, nõ à parte anteriori, quaſi alæ fuerint ante facies eo-
rũ extenſæ, ſed tranſuerſaliter operiebãt caput ipſorum, & per conſequẽs faciem, q̃ pars capitis eſt.
Et ſimili modo duabus alis pedes ſuos velabant, propter decentiam quandã ac honeſtatem, qm̃ ap-
parebant in figura humana, q̃ videtur honeſtior, ſi ſit operta, q̃ nuda. Sed non appáret veriſimile, ꝙ
propter hãc cauſam velauerint pedes ſuos, pręſertim cùm angeli apparere ſoleant in habitu longo,
ſplendido & honeſto, quo pedes tegunt. Verius igitur credo, quod ait Hieronymus, dicens ſermo-
nem Hebraicũ talem eſſe, vt per eum ſignificetur, & eius, & ſuam, ſeu eius, & ſuos, ità ꝙ ſermo He-
bręus ambiguus ſit atq; æquiuocus. Porrò cùm noſtra trãſlatio, q̃ vtiq; vera eſt, habeat: Duabus ve-
labant faciem eius, & duabus velabant pedes eius: primò videndum eſt, quomodò hoc intelligatur.
Sãctus ergò Hieronymus ità exponi: Faciem dñi & pedes eius Seraphim alis ſuis operiunt, qa p̃teri-
ta ante mũdum, & futura poſt mundũ, ſcire nõ poſſumus, ſed media tantũ, q̃ in ſex diebus facta ſunt,
cõtemplamur. Quid aũt Hieronymus innuat per ea, q̃ facta ſunt ante mundũ, ignoro, niſi fortè ſub-
ſtantias ſeparatas, quas angelos dicimus, & ea q̃ in ipſis fuerunt, quos Hieronymus, inſtructorẽ ſuũ
Gregorium Nazianzenum, ac cæteros Gręcorũ ſequens doctores, affirmat ante hunc mundũ ſen-
ſibilem fuiſſe creatos. Per ea verò q̃ poſt mundum futura dicit, ſtatũ ſeculi futuri (ni fallor) intelli-
git. Secundùm hãc itaq; rationẽ facies Dei ac pedes eius velantur, ad inſinuandam incõpræhenſibi-
litatem operum diuinorũ. Sed qm̃ dictum eſt, hoc loco per dñm in ſolio eleuato ſedentẽ, perſonam
filij deſignari, in quo eſt duplex generatio atq; natura, videlicet diuina atq; humana, quarũ genera-
Iſaiæ 53. tionum vtraq; incõpræhenſibilis eſt, ſicut inferiùs dicitur: Generationẽ eius quis enarrabit? immò
nec angeli ſancti incarnationẽ filij Dei plenè cõpræhendere valent: idcircò per velationẽ faciei dñi,
deſignari poteſt incõpræhenſibilitas diuinę naturę, ac generationis æternæ in Chro: per velationẽ
verò pedum ipſius, inſinuatur incõpræhenſibilitas humanę generationis ſeu incarnationis in dño
Saluatore. Deniq; ſi textus talis eſſe dicatur, Duabus velabant faciem ſuam, & duabus velabant pe-
des ſuos: dicere poſſumus ꝙ Seraphim facies ſuas velant, quaſi non audentes Deũ reſpicere: ad de-
ſignandum, ꝙ nec volunt, nec valent diuinæ maieſtatis profunditatem ſcrutari. Velant quoq; & pe-
des ſuos, qm̃ ſecundùm diuiniſſimum ac ſanctiſſimum Dionyſium, angeli ſancti nequaq̃ p̃ſumunt
aliquid agere, vel in aliqd ſe mouere, niſi ſicut diuinitùs eis p̃fixum eſt atq; oſtẽſum. pedes ſuos itaq;
velant, i. ſeipſos à greſſu ac opere ꝓhibent, niſi prout Deus eis p̃ſtiterit. [Et duabus volabant,] i. per
duas medias alas ad oĩa diuina obſequia promptiſſimè ferebantur, aſſcendẽdo ad ſuperiora, & de-
ſcendendo ad noſtra ſolatia, inferioraq; iſta iuxta Dei imperiũ, nõ ꝙ angeli in propria natura habe-
ant alas, aut eis indigeant. [Et clamabant alter ad alterũ,] i. vnus ad alium, ſe inuicèm ad laudem Dei
hortantes. [& dicebant: Sanctus ſanctus ſanctus, dñs Deus exercituum,] i. angelorum, cæleſtiumq́ue
virtutum & oĩum agminũ. Deus eñ ſublimis & benedictus, eſſentialiter ſanctus eſt, & eſſentia ei-
us eſt ſanctitas ſuperſubſtantialis, pura ac infinita, oĩs puritatis, æquitatis ac ſanctitatis origo, cau-
Quid ſit ſanctum ſa, vigor atq; menſura. Sanctum nanq; vocatur, quod omni macula caret, omniq́; perfectione relu-
cet: quod certum eſt Deo p̃fectiſſimè conuenire. Clamant aũt ter ſanctus, ad inſinuandum ſummę
Trinitatis myſterium, ſ. ꝙ in Deo ſit Trinitas perſonarũ. Singulariter verò adijciũt, dñs Deus exer-
cituũ: ad innuendum ꝙ in hac Trinitate perſeueret vnitas identitasq́; eſſentię. Iudæi tamẽ affirmãt
ideò ter dici ſanctus, vt ſanctitas Dei euidentiùs exprimatur & collaudetur, ſicut propter maiorem
Iere. 7. expreſſionem Ieremias ait: Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum dñi, templum
Iere. 22. dñi, templum dñi eſt. Itemq́;: Terra, terra, terra, audi verbum dñi. Quanuìs aũt replicatio talis ali-
quandò fiat propter expreſſionem ſeu exhortationem maiorẽ, credendum eſt tamẽ, in ſcripturis ve-
teris teſtamenti per huiuſmodi trinam replicationẽ nominum diuinorum, inſinuari Trinitatẽ per-
Pſal. 66. ſonarum in Deo, ſicut dum ait Pſalmiſta: Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.
Zacha. 3. Zacharias quoq; ait: Dixit dñs ad ſatan: Increpet dñs in te ſatan, & increpet dñs in te. Quòd autem
Apoc. 4. iſtud ſit carmen angelicũ ac beatorũ, patet ex eo, quod in Apocalyſi ait Ioannes: Requiem non ha-
bebant, die ac nocte dicentia: Sanctus ſanctus ſanctus, dñs Deus oĩpotens. [plena eſt oĩs terra
gloria eius.] Hoc tripliciter intelligi poteſt. Primò ſic: Plena eſt oĩs terra, i. habitantes in terra, glo-
Iſaiæ 11. ria eius, i. clara Dei notitia cũ laude ipſius. Vndè inferiùs ſcribitur: Repleta eſt terra ſcientia dñi, ſic-
ut aqua maris operientis. Poſt Chriſti quippè aduentum, repletus eſt totus mundus euangelica apo
ſtolicaq́; doctrina. Secundò ſic: Plęna eſt omnis terra gloria eius, i. maieſtate diuina omnia implen-
Iere. 23. te, quemadmodùm in Ieremia legitur: Nunquìd non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?
Ter-

Tertiò ſic: Plena eſt omnis terra gloria eius, i. participatione diuinę perfectionis, & glorioſis & excel
lentibus Dei effectibus, ſ. magnis prodigijs, præclaris miraculis, varijs donis, immò in vniuerſis ali-
quid diuinæ perfectionis ac bonitatis reſplendet. Hinc dñs ad Moſen loquitur: Viuo ego, quia im- Num. 14.
plebitur gloria dñi omnis terra. Et hunc ſenſum puto nunc magìs ad propoſitum. Myſticè per duo
Seraphim, duo teſtamenta ſignantur, videlicet vetus ac nouum teſtamentum, quę nos in Dei amo-
ris ardore incendunt. Dicuntur ſex alas habere, qm̃ ad cõtemplationem operum ſex dierũ nos ele-
uant. Stant quoq; iuxta dñm, quia in ipſum reſpiciunt, & de ipſo loquuntur. Velant etiam vultum ac
pedes Domini, quoniam multa ſub tegumento & obſcuritate de Deitatis natura & Chriſti incarna-
tione deſcribunt. Clamant inſupèr, Sanctus ſanctus ſanctus, quoniã Trinitatis myſterium demon-
ſtrare conantur, & complectuntur. Elucescit autem ex his, eum vehemẽter errâſſe, qui hoc loco per
duo Seraphim, filium & ſpiritumſanctum intelligit, præcipuè cùm euangeliſta Ioãnes filium dicat Apoc. 4.
viſum in maieſtate regnantem, & Paulus ſpiritumſanctum dicat eſſe locutum. [& commota ſunt ſu- Act. vlt.
perliminaria cardinum ad vocem clamantis.] Ad literam, mouebantur, hoc eſt, videbantur moueri
parietes templi, & per conſequens ſuperliminaria ipſorũ, à voce clamantis, videlicet Seraphim Deũ
laudantis, vel proferentis ſententiam cõtra Oziam ſeu populum Iudęorum: quæ cómotio ſignifica-
uit indignationem Dei contra iniquos, vel fortitudinem vocis diuinæ ſiue angelicæ. Quidam verò
exponunt hanc commotionem de terræmotu ſub Ozia facto, de quo in Zacharia ſcriptũ eſt: Et fu- Zacha. 14.
gietis ſicut fugiſtis à facie terræmotûs in diebus Oziæ regis Iuda. Quandò eñ ille percuſſus eſt, fa-
ctus eſt terræmotus magnus in templo, ex quo moti ſunt parietes templi, & ſuperliminaria cardinũ
circa terram. [& domus repleta eſt fumo,] i. templum in quo viſio iſta oſtenſa eſt Iſaiæ, fumo imple
batur: per quod Iudæi intelligunt, templum fuiſſe impletum thymiamate ſeu incenſo, propter ad-
uentum diuinæ p̃ſentiæ. Alij dicunt, per hoc ſignificatũ fuiſſe incendiũ templi ac Hieruſalem à Chal
dæis. Hieronymus verò dicit templum fumo impletũ, ad deſignandum tenebras ignorãtiæ Iudęo-
rum: qui, cùm tota terra impleta eſſet gloria Chriſti, in errore perfidiæ permanſerunt. Spiritualiter
quoq; locus iſte exponitur: Et cõmota ſunt ſuperliminaria cardinũ à voce clamantis, qm̃ Seraphim
ter Sanctus clamantibus, & Chriſti apoſtolis in toto orbe myſteriũ beatiſſimę Trinitatis p̃dicanti-
bus, quãdò paſſionẽ ſaluatoris, & gloriã reſurgentis totus iam mundus cognoſcere cœpit, mox mo-
ta, ſublata, atq; deſtructa ſunt ſuperliminaria templi. Secundò, oẽs cardines conciderunt, quẽadmo-
dùm Chrs p̃dixit: Relinquetur vobis domus vr̃a deſerta. Nã & Romani 42. anno poſt Chriſti paſſi- Matth. 23.
onem, templũ atq; Hieruſalem incenderunt. Itaq; poſtq̃ terra repleta eſt gloria ſaluatoris, domus &
ſynagoga Iudęorũ impleta eſt fumo caliginoſæ cæcitatis. [Et dixi: Væ mihi, qa tacui, quia vir pollu-
tis labijs ego ſum.] Cõſuetudo ſanctorũ eſt, tunc ſe potiſſimè humiliare, quandò diuinę ſanctitatis,
maieſtatis ſeu perfectionis magnitudinẽ intuentur ſeu experiuntur, & quaſi p̃ſentialiter dñm vidẽt:
tunc eñ comparatione Dei ſe nihil eſſe perpendunt: cumq́; diuinam ſapientiam ac ſanctitatẽ con-
ſiderant, ſeipſos immundos & inſipientes eſſe fatentur. Vndè Abraham: Loquar, inqt, ad dñm, cùm Gene. 18.
ſim puluis & cinis. Iob quoq; loquens cum dño: Inſipienter, ait, locutus ſum: idcircò me repræhen- Iob 42.
do, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Et tamen Iob antè teſtatus eſt: Neq; repræhendit me cor Iob 27.
meum in omni vita mea. Sed nondùm viderat dñm, quemadmodùm poſteà Ieremias etiam, cùm au Iere. 1.
diſſet dñm ſibi loquentem, clamauit: A, A, A, dñe Deus, eccè neſcio loqui. Simili modo Iſaias dñm
contemplatus, atq; angelico cantico delectatus, imperfectionem ſuam deplangit, dicendo: Væ mihi,
quia tacui ab his quę dicere debui. ſicq́; incurrit peccatum omiſſionis, quantùm ad linguam, nõ ob-
ſeruans illud Eccl. Tempus loquendi, & tempus tacendi. Tacuit aũt Iſaias inordinatè, quãdò regem Ecclés 3.
Oziam de ſua præſumptione non ſatìs audacter corripuit. Vel tacuiſſe ſe dicit, quia non iugiter lau-
dibus Dei ſe intendiſſe conſiderauit: quia vir pollutis labijs ego ſum, i. non ideò ſolùm Væ mihi eſt,
quoniam tacui peccando per omiſſionem, ſed etiam quia vir pollutis labijs ego ſum, i. per linguam
peccaui, loquendo quæ erant tacenda, vel non ſatìs deuotè atq; intentè Deum laudando labijs me-
is: quoniam in medio populi polluta labia habentis habitauit, ſicut ſubiungit: [& in medio populi
polluta labia habentis] videlicet Iudęorũ, qui erant præſumptuoſi, mendaces, ſiue blaſphemi, [ego
habito.] Ideò malè cauere poterat, quin interdùm loquendo exceſſerit. In multis eñ offendimus
omnes, & linguam nemo domare poteſt, prout Iacobus loquitur. Si autem ità non fuit in Iſaia, tunc Iacob. 3.
dicit ſe labijs pollutum, ſolùm propter peccatum omiſſionis. Ideoq́; indignum ſe profitetur viſiõe
diuina, quam modò deſcripſit. propter quod ſubditur: & regem Dominum exercituum] in ſolio ele
uato ſedentem, videlicet angelum in eius perſona, [vidi] viſione imaginaria [oculis meis] interio-
ribus ac intellectualibus. Quod enim per ſimilitudines in virtute imaginatiua formatas vidit, intel-
lectualiter recognouit. tanq̃ dicat: Cùm ſim peccato obnoxius, tam ſublimi viſione dignus non fui.
Et ſimili modo Gedeon dixit: Heu mi Domine Deus, quia vidi angelum Domini facie ad faciem. Iudic. 6.

¶ *Proſecutio elucidationis præſentis capituli.* *Articulus* 16.

COnſequenter ſanctus Iſaias ſuam purgationem deſcribit: [Et volauit] i. feſtinanter Deo iubēte acceſſit [ad me vnus de Seraphim,] ſtantibus ſuper templum iuxta dñm. Videtur aūt Hieronymus hoc loco potiùs ſentire, ꝙ non erant duntaxàt duo Seraphim, ſed plures angeli ſic vocati, quia hoc conuenit multitudini angelorum, quę ad Dei obſequiū ſemper parata eſt. [& in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.] qm̄ viſio iſta in templo oſtenſa eſt, ideò Iſaias aſſerit, Seraphim ad ſe volantem abſtuliſſe de altari holocauſtorum, in quo erat ignis perpetuus, habēs ſemp in ſe prunas ſeu carbones ignitos, calculum, i. prunam ardentem, forcipe, i. cum quodā inſtrumento ſacerdotali, quo circa altare vtebantur ſacerdotes. Hunc itaq; calculum forcipe de altari ablatū, portauit vnus de Seraphim ad Iſaiam, tangens os eius, ſicut ſubiungit: [& tetigit os meum] cum calculo illo, ad deſignandum conſumptionem & expurgationem peccati labiorum meorum. [& dixit: Eccè tetigi hoc] calculo [labia tua, & auferetur iniquitas tua,] nō à me, ſed à dño, qui ſolus poteſt peccata dimittere. Ego aūt non purgo te, niſi inſtrumentaliter. [& peccatum tuū mundabitur.] i. tu per gratię infuſionem ſeu perfectionem à peccato tuo mundaberis. Veruntñ aduertendū, ꝙ calculus multa ſignificat, poteſtq́; loco pręſenti non ſolùm carbonē ignitum, ſed & carbunculum importare, qui eſt lapis flammei coloris, propter quod igneus appellatur. Vndè Septuaginta interpretes tranſtulerunt: Et in manu eius carbunculus, per quē gratia Dei, ſeu donum ꝓphetię figuratur. Per hoc ergò, ꝙ Iſaias imaginaria viſione cōſpexit angelum ſumere calculum de altari templi, illumq́; manu ſua portare ad ſe, & tangere labia ſua, eaq́; mundare: ſignificabatur, ꝙ angelus portauit ad Iſaiā donum cæleſte, ſeu gratiam ꝓphetalem, quam Deo præſtante tulit de altari illo cæleſti, de quo in Apocaly-
Apoc. 6. pſi inducitur: Vidi ſubtus altare animas interfectorum ꝓpter verbum Dei. Hoc ſublime altare carbunculis, i. igneis donis ſpiritûsſancti peccata purgātibus, plenum eſt. Vndè quę hîc de altari ac calculo & forcipe introducuntur, nō materialiter, ſed ſpiritualiter intelligenda ſunt: fiebant em̄ ſecundùm imaginariæ viſionis apparitionem. [Et audiui vocem dñi, dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis?] Dñs, qui ſedebat in ſede excelſa, iuxta quem Seraphim ſtabant, audiente Iſaia interiori auditu, quaſi cum angelis loquens ſciſcitabaẽ non ex ignorantia, ſed vt Iſaiæ officium legationis conuenienter iniungeret. Quem mittam, videlicet ad populum Iudę atq; Hieruſalem? & quis ibit nobis? Per hoc quòd dñs pluraliter ait, Nobis, innuitur myſterium Trinitatis, cuius opera adextrà ſunt indiuiſa. Vndè dño præcipiente, imperat Trinitas. Et quāuìs perſona filij loquatur, tñ propter ſum-
Gene. 1. mę ac ſanctę Trinitatis inſeparabilitatem, dicit pluraliter, Nobis. Et ſimili modo ſcriptum eſt: Dixit dñs Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Conſequenter deſcribitur, quomodò Iſaias ſe obtulit ad obſequium Dei. [Et dixi:] i. dño reſpondi: [Eccè ego] præſtò ſum. [mitte me.] Hæc promptitudo beatiſſimi Iſaiæ, qua ſe mox obtulit ad officium prædicationis legationiſq́; diuinæ, immò ad actum paſtoralem, non ex præſumptione, ſed diſcretione: non ex vanitate, ſed charitate: non ex ſuperbia, ſed ex vera obedientia emanauit, p̃ſertim quoniam vidit ſe purga-
Iere. 1. tum à vitio, & diſpoſitum ad tantum obſequium. Ieremias tamen tale miniſterium humiliter recuſauit, dicendo: A, a, a, Dñe Deus, neſcio loqui. Moſes quoq; multas rationes adduxit, nè mitteretur
Exod. 3. & 4. ad regem Aegypti ac filios Iſrael, ſicut in Exodo legitur. Itaq; tam Iſaiæ promptitudo, q̄ Ieremiæ ac Moſis abnegatio, laudabilis extitit: quoniam ex bono fonte, ſeu vera virtute, quanuìs diuerſa, pro-
Matth. 8. ceſſit. Et ſimile aliquid in euangelio recitatur. Centurio nanq; Chriſtum domo recipere non aude-
Lucæ 19. bat ex humilitate, quem Zachęus gaudens ſuſcepit ex magna dilectione. Non igitur Iſaiæ promptitudo trahenda eſt in imitationis exemplum, niſi à perfectis, qui piè p̃ſumere poſſunt ſe purgatos eſſe à Dño. [Et dixit] Dñs ad me: [Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere.] Hoc quod Dñs per Iſaiam annunciat populo Iudęorum, vt non intelligant neq; cognoſcant quę eis dicuntur, intelligendum eſt per modum ꝓphetice denunciationis, qua prædicuntur mala futura: non per modum præcepti ſeu exhortationis, vt ità ſe habeant. Ait ergò: Audite audientes, hoc eſt, ô Iudæi qui aures corporis ad audiendū habetis, audite quæ dico, & nolite intelligere, i. ea non intelligetis, & videte viſionem, i. prophetiam adſpicite, & dicta ꝓphetarum perlegite, & nolite cognoſcere, i. ea non cognoſcetis per ſanum intellectum. Quòd au-
Act. 28. tem iſte ſit ſenſus, patet ex tranſlatione LXX. interpretum, qua vtitur Lucas, quæ talis eſt: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perſpicietis. Quæ aūt ſequuntur, Excæca cor populi huius &c. vno modo poſſunt eſſe verba Dei ad Iſaiam, eritq́; ſenſus: [Excæca] i. excæcandum prænuncia. [cor] i. intellectum [populi huius, & aures eius] præſertim interiores. [aggraua,] i. aggrauandas præloquere, ità quòd verbum Dei neque libenter, neque ſalubriter audient. [& oculos eius] mentales [claude,] i. claudendos ediſſere, ità quòd lumen gratiæ eos introire non poterit. [nè fortè videat] ſcilicet veritatem [oculis ſuis] intellectualibus. [& auribus ſuis] videlicet auribus cordis. [audiat] id eſt, audiendo obediat. [& corde ſuo intelligat] ſpiritualiter prophetas ac legem. [& conuertatur] ad me, [& ſanem eum,] auferendo peccata ipſorum. Hoc quod dicitur, Nè fortè, non

non tenetur hoc loco cauſaliter, ſed cōſecutiuè: quia nō ideò iuſſit dñs Iſaiæ, vt eos excæcandos p̃diceret, quatenùs intellectualiter non viderēt, ſed ex denunciatione ꝓphetica conſecuta eſt per modum ſequelæ obcæcatio Iudęorum. Et ſimili modo alibì legitur: Dedit eis ſpiritum cōpunctionis: Rom. 11.
oculos, vt nō videant: & aures, vt nō audiant. Vel præcipit dñs Iſaiæ, vt cor populi huius excæcet, & aures eius aggrauet, nō directè & effectiuè, ſed occaſionaliter & indirectè. Ex eo nanq; ꝙ populus Iudęorum verba ꝓphetarum audiuit & ſciuit, nec tamē eis obedire, & verum eorū intellectum diſcere curauit, magìs q̄ aliæ gentes excæcari meruerunt: ſicq́; Iſaias propheta, fuit Iudæis maioris cæcitatis occaſio. Alio modo intelliguntur hæc, vt ſint verba ſeu oratio Iſaiæ ad dñm. eritq́; ſenſus: O dñe, excæca, i. excæcabis cor populi huius, & aures eius aggraua, i. aggrauabis, gratiam tuam eis iuſtè ſubtrahendo. Vel orat Propheta Deum, vt faciat iſta ſaltem permiſſiuè. Oratq́; hoc nō ex zelo inuidiæ, aut inordinato affectu vindictæ, ſed conformando ſeipſum diuinę iuſtitiæ, cuius dictante cenſura, p̃cognouit hunc populum excæcandum. Deniq; iſta ad literam prædicuntur de populo Iudęorum pro regno Chriſti, fueruntq́; impleta, quandò nec Chriſto, nec apoſtolis crediderunt Iudęi. Et dñs, qui nunc ait ad Iſaiam de Iudęis, Nè fortè conuertantur, & ſanē eos: intelligitur perſona filij, ſ. Chriſtus.
Vndè Ioannes loquitur: Cùm autem tanta ſigna feciſſet Ieſus coram eis, non crediderunt in eum, vt Ioan. 12.
ſermo Iſaiæ impleretur, quem dixit: dñe, quis credidit auditui noſtro? Et poſt pauca: Propterea, in- Iſaiæ 53.
quit, nō potuerunt credere, quia iterùm dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū, Iſaiæ 6.
vt non videant oculis, & nō intelligant corde, & cōuertantur, & ſanē eos, ſubditq́; euangeliſta: Hæc dixit Iſaias quandò vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo. Tunc em̄ Iſaias cognouit filiū Dei incarnandum, eiuſq́; gloriam, hoc eſt, diuinam maieſtatem, ac veram Deitatem, immò & ſummam Trinitatem per fidem intuitus eſt. Allegat aūt Ioannes potiùs ſenſum, q̄ verba Iſaiæ: quia & Chriſtus & cęteri euangeliſtę, atq; apoſtoli allegando veteris teſtamenti ſcripturas, frequenter magìs commemorant ſenſum, q̄ verba. Prætereà Paulus in Actib. oſtendit, hæc verba ſuo tempore impleta in Iudæis, qui eius p̃dicationem Romę ſpreuerunt, & ibi Paulus allegat p̃ſentem Iſaiæ ſcripturam alijs verbis, q̄ Ioannes: aliter etiam, q̄ noſtra tranſlatio cōtinet, vtpotè ſecundùm tranſlationem LXX. interpre-
tum. Sic em̄ recitat Lucas: Cùm aūt non eſſent conſentientes Iudæi, diſcedebant, dicente Paulo vnū Act. 28.
verbum: Quia benè locutus eſt ſpiritusſanctus per Iſaiam prophetam ad patres noſtros, dicens: Vade ad populum iſtum, & dic: Aure audietis, & cætera iam p̃tacta. Atq; poſt modica: Incraſſatum eſt, ait, cor populi huius, & auribus grauiter audiêrunt, & oculos ſuos cōpreſſerunt, nè fortè videāt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanē eos. Eluceſcit ergò, quia per hoc, quod dñs nunc ait ad Iſaiam: Vade, & dices populo huic: non intelligitur principaliter aut finaliter populus Iudęorū, tempore Iſaiæ exiſtens, ſed populus qui erat tempore Chriſti & poſtmodùm, qui penitùs excæcatus eſt, ad quem miſſus eſt Iſaias, non loco, ſed obſequio: iuitq́; ad eos corde per cōtemplationem, nō corpore per inceſſum. Nihilominùs q̄ nunc dicta ſunt de Iudęorū excæcatione, & ſtatìm de eorū deſolatione dicentur, intelligi poſſunt de Iudęis tempore Iſaiæ, vſq; ad captiuitatem Babylonicā: inquantùm cæcitas atq; captiuitas Iudęorum illorū, erat figura excęcationis ac deiectionis Iudęorum tempore Chriſti ac Romanorum. Talis tñ expoſitio non eſt literalis aut principalis. Cùm aūt Iſaias tanta mala audiſſet de populo ſuo, cōpaſſus eſt eis, atq; de eorū ſalute ſolicitus, ſciſcitatus eſt dñm, ſicut ſubiungit: [Et dixi: Vſq; quò dñe?] i. q̄ diù durabit hæc excæcatio Iudęorū? [& dixit] dñs mihi: [Donec deſolentur ciuitates] Iudææ [abſq; habitatore, & domus ſine hoīe: & terra relinquetur deſerta, & longè faciet Dñs homines.] Iſtud impletū eſt, quandò à Veſpaſiano ac Tito expugnati ſunt Iudęi. Tunc em̄ vrbes eorū deſolatę ſunt habitatoribus interfectis: tunc quoq; factę ſunt domus ſine homine, qm̄ nemo habitauit in domibus eorum, qm̄ deſtruebantur à Romanis. & longè fecit dñs homines, i. Iudęos à propria terra, quia in omnem ventum diſperſi ſunt, ſeu in
captiuitatem ducti, qui mortem euaſerunt. Vndè in Pſalmo habeẽ: Fiat habitatio eorum deſerta, & Pſal. 68.
in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Et Oſeas: Abijciet eos Dñs Deus, quia non audiêrunt Oſeæ 9.
vocem eius, & erunt vagi in nationibus. Per hoc autem quod dicitur, Donec &c. non datur intelligi, ꝙ excæcatio Iudęorum fuerit finienda, ciuitatibus deſolatis, hominibuſq́; expulſis: ſicut nec in
Pſalmo, cùm dicitur, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, Pſal. 109.
datur intelligi, ꝙ Chriſtus deſinet ſedere ad dexteram patris, cùm fuerint inimici ſui ſibi omninò ſubiecti. [Et multiplicabitur quę derelicta fuerat in medio terrę.] Medium terrę hoc loco accipi poteſt, vel pro medio terræ Iudææ, in qua morabanẽ Hebręi: vel pro medio vniuerſæ terrę, in qua diſperſi iam ſunt: & iuxta hoc verba iſta exponunẽ, Quæ derelicta fuerat, i. Iudęa ſeu populus eius, q̄ fuit deſerta, habitatoribus eius occiſis tempore Titi, multiplicabitur numero hominum, in medio terrę, quia poſt captiuitatem & occiſionem Iudęorum ſub Tito reſidui, qui gladium effugerunt, genuerunt filios & filias in terris oībus, quas inhabitauerūt. Terra quoq; ꝓmiſſionis iterùm inhabitabatur à Iudæis, vſq; ad tempora Adriani imperatoris: ſicq́; Iudæi pro tunc multiplicabantur in me-

 dio

dio terræ patrum ſuorum. [& adhuc in ea] i. in medio terræ, quam inhabitabãt Iudęi, erit [decimatio,] i. quanuis multiplicabuntur, tamen comparatione eorũ qui erant ante tempora Titi, erunt tam pauci, vt vix decima pars videatur remanſiſſe. Quidam exponunt ſic: Adhuc in ea decimatio, i. decimæ dabuntur à fidelibus miniſtris Eccleſiæ. Porrò quod dictũ eſt, Et multiplicabitur q̃ derelicta fuerat: exponunt de Eccleſia Chriſti, ſeu cõgregatione Chriſtianorũ, qui ante aduentum Romanorũ ex admonitione angelica introiêrunt regnum Agrippæ, & poſtmodùm multiplicati ſunt numero & merito per totum mundũ. [Et cõuertetur, & erit in oſtenſionẽ ſicut terebynthus,] i. p̃dicta cõgregatio fidelium à ſuis perſecutionibus eruetur, eritq́; in honore & gloria, & velut terebynthus vireſcens, oſtendetur ſublimitas eius. Quod maximè impletum eſt ab eo tempore, quo imperatores Romani ad fidem cõuerſi ſunt. Litera quã exponit Hieronymus, talis eſt: Et rurſum erit in deprædationem ſicut terebynthus, i. cùm plebs Iudaica poſt tempora Titi ad terram ſuam rediêrit, rurſus vaſtabitur, capietur, & occidetur. Hoc poſt captiuitatẽ à Tito factam impletũ eſt per Adrianũ, anno circiter † quinquageſimo, qui etiam diſtrictè p̃cepit, nè Iudæi ad terram illam redire p̃ſumerẽt. Veruntamen noſtræ tranſlationi q̃ habet, Et erit in oſtenſionẽ, magìs concordare videtur quod ſubditur: [& ſicut quercus quæ expandit ramos ſuos:] quo ſignificatur populus Chriſtianus ſeu ipſa Eccleſia debere vndiq; dilatari ac ſublimari, extinctis perſecutoribus eius. Sed litera qua Hieronymus vtitur, hæc eſt: & ſicut quercus quæ proiecit fructus ſuos: quo ſignificatur populus Iudęorum deprædari debere, quemadmodùm dictum eſt. [Semen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea.] i. ex Iudaiſmo ad Chriſtum conuerſi, qui in terra Iudææ manere permiſſi ſunt, Iudęis expulſis, ſancti ac verè fideles fuerunt, immò vniuerſi qui fide & opere in Eccleſia p̃manent, ſancti vocant̃. Poſt captiuitates eñ p̃fatas ſemen Chriſti, i. filij ſanctę matris Eccleſiæ qui ſunt veri Iſraelitæ, terram p̃miſſionis poſſedit.

¶ Explanatio capituli ſeptimi, ſ. Et factum eſt. *Articulus* 17.

4.Reg.15. ET factũ eſt in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, aſcẽdit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael, in Hierũſalẽ, ad p̃liandum contra eã, & non potuerunt debellare

2.Par.28. eã.] In primo ſciendũ, q̃ ſicut 2. Paralipomenon legit̃, Raſin rex Syrię & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael, ſemèl aſcenderunt ſeorſum in Iudęam & cõtra Hieruſalẽ, & victus eſt Achaz cũ populo ſuo à quolibet regũ iſtorum ſeorſum, intantùm q̃ Raſin rex Syrię multos de regno Iudę trãſtulit in Damaſcum. Et alio quodã tempore Phacee rex Iſrael, ſ. X. tribuũ, interfecit vno die centũ viginti millia hoĩm bellatorũ de Iuda. De iſto aũt p̃lio Iſaias nõ loquit̃, ſed de illo quod accidit, quandò hi duo reges propter triumphũ p̃habitùm animati ſunt rurſus intrare Iudęã: & inito pacto, ſimul venerunt in Hieruſalẽ, i. cõtra Hieruſalẽ. De iſto Iſaias nunc tractat, quatenùs ex occaſione deſcriptionis miſericordiſſimę liberationis à Deo exhibitę impio regi Achaz & populo eius, deſcribat myſterium redemptionis humanę factę per Chr̃m, de cuius aduentu ac neceſſitate in iſto capitulo loquit̃. [Et nunciauerunt] q̃dam, ad quos rumor iſte deuenit, [domui Dauid,] i. regi Achaz, eiuſq́; cognatis de ſtirpe Dauid p̃genitis. [dicentes: Requieuit Syria] i. Raſin rex Syriæ innixus eſt [ſuper Ephraim,]

3.Reg.12. i. ſuper regẽ Iſrael, cuius regnum dicit̃ Ephraim, qm̃ primus rex Iſrael, putà Ieroboam filius Nabad, & cõmuniter alij reges Iſrael, erãt de tribu Ephraim filij Ioſeph. tanq̃ dicerẽt: Rex Syrię cõfœderatus eſt regi Iſrael, atq; de eius adiutorio ſperat. [Et cõmotum eſt cor eius] ſ. Achaz. [& cor populi eius] magno timore. [ſicut mouentur ligna ſyluarum à facie] i. ab impetu atq; p̃ſentia [venti.] qui li-

Prou.28. gna hincindè impellit & iactat. Qui eñ non ſperat in dño, citò terretur, & arundini vento agitatæ aſſimilatur. Iuſtus verò quaſi leo cõfidens abſq; terrore erit. Achaz itaq; & populus eius, qm̃ à quolibet horum regum per ſe, victi fuerunt, deſperabãt ſe poſſe ambobus adunatis reſiſtere: ideò vehementer territi erant. [Et dixit Dñs ad Iſaiam: Egredere in occurſum Achaz, tu & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus, ad extremum aquęductûs piſcinę ſuperioris in via agri fullonis.] Miſertus Dñs populo Iudę, mittit ad regẽ Achaz, Iſaiam & filium eius Iaſub, aſſerẽs q̃ inuenturus ſit eum, ſ. Achaz regem, iuxta extremum (i. ſuperiorem ſeu vltimum) locum aquęductûs piſcinę ſuperioris in via agri fullonis, i. in itinere illo, quo itur ad agrum, in quo fullones pannos in piſcina lotos ſiccabant. Erãt autem in Hieruſalem duæ piſcinę, in quibus aquæ colligebantur, videlicet ſuperior atque inferior. Fluxitq́; aqua de vna in aliam, vt aliqui aſſerunt. Porrò ex hoc quod Dominus ait ad Iſaiam, Egredere tu, & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus, quidam affirmant Iſaiam duos filios habuiſſe, quorum vnus, quia minùs, quàm concupiuit, à rege Iuda honorabatur, cùm tamen eſſet conſanguineus eius, quoniam Iſaias de regia fuerat ſtirpe, idcircò à patre ſuo Iſaia ac populo Iudęorum recedens,

4.Reg.18. Iſaiæ 36. regi Aſſyriorum adhæſit: & dicunt quòd filius iſte fuerat Rabſaces, quem tempore Ezechiæ optimi regis, Sennacherib rex Aſſyriorum miſit in Hieruſalem, ſicut inferiùs ſcribitur. Hieronymus verò aliam, & quaſi myſticam rationem aſſignat, cur Iaſub cum patre ſuo Iſaia ire præcipitur. Iaſub equidem interpretatur reliquus, ſeu conuertens, vel reuerſus, vt alij dicunt. Per hoc ergò q̃ Iaſub cum Iſaia proficiſcitur, deſignatur q̃ populus Iudę de manibus prædictorum regum eruendus, vel

ex

ex admonitione Iſaiæ ad DEVM per pœnitentiam reuerſurus, deberet eſſe ſecurus cum Iſaia, & ei tanquã patri adhærere. [& dices] tu Iſaia [ad eum,] ſ. regem Achaz: [Vide vt ſileas,] i. quietus eſto, neq; prorumpas in deſperationis aut diffidentiæ verba. [noli timere, & cor tuum nè formidet à duabus caudis] i. turbis ſeu exercitibus, p̃dictos duos reges ſequentibus. caudis, inquam [titionum fumigantium iſtorũ,] hoc eſt, regum iam p̃ſatorum, qui titiones fumigãtes dicuntur, qm̃ ſicut flamma 4.Reg.16.
extincta titiones modico tempore fumigant, moxq́; deficiunt: ſic gloria, poteſtas & regnũ iſtorum, in breui exterminanda fuerunt. Nam Teglathphalaſar rex Aſſyriorum, adhuc viuente Achaz, intrauit Damaſcũ, & Raſin regem Syriæ interfecit, populũ ipſius tranſtulit Cyrenen. Oſee etiã filius Ela, inſidioſè interfecit Phacee filium Romeliæ, & regnauit pro eo, qui nono regni ſui anno vinctus & incarceratus eſt à Salmanaſar rege Aſſyriorũ, qui & filios Iſrael tranſtulit in terram Medorum, vt habetur 4. Regum 17. Itaq; nè timeas à caudis iſtorum titionum, [in ira furoris,] hoc eſt, propter iram furibundam [Raſin regis Syriæ &] Phacee [filij Romeliæ.] Quaſi dicat: Non terrearis propter impetum iræ, quo diſponunt venire aduerſùs te. [eô q̃ conſilium iniêrit contra te Syria.] i. Raſin rex Syriæ, eiuſq́; populus [* malum] i. iniuſtũ & aſperũ. [& Ephraim] i. populus Iſrael. [& filius Rome- *in malum
liæ] rex eius, [dicentes: Aſcendamus ad Iudam,] i. contra vrbes ac populum Iudęorum. [& ſuſcitemus eum] à quiete & pace, quam habet, ipſum turbãdo. [& auellamus eũ] de proprio loco [ad nos,] ſubdendo eum noſtro imperio. [& ponamus regem in medio eius] i. in terra ac populo eius. [filium Tabeel:] vt nobis deſeruiat ſub tributo, aut alio modo. [Hęc dicit Dñs Deus, non ſtabit, & non erit iſtud,] i. tale conſiliũ non ſortietur effectũ. [ſed caput Syriæ Damaſcus] i. interìm, ſcilicet vſq; deuaſtationem Syrię, Damaſcus erit caput atq; metropolis vrbium Syrię. [& caput] i. princeps ſeu rex [Damaſci] erit interìm [Raſin. Et adhuc ſexaginta & quinq; anni, & deſinet Ephraim] i. decem tribus, q̃ Ephraim appellantur, propter cauſam iam p̃habitam. [eſſe populus] i. poſt tot annos vel occidetur, vel de p̃pria terra transferetur, & regnũ eius ceſſabit. Quomodò aũt cõputandi ſint hi anni, vidẽdũ eſt. Nõ eñ numerari poſſunt ab eo tẽpore, quo Iſaias iſta locutus eſt regi Achaz. Quartodecimo nanq; anno regis Achaz regnauit Oſee ſuper Iſrael nouem annis. Achaz aũt regnauit ſedecim annis, poſt cuius mortẽ regnauit Oſee ſeptem annis, q̃bus expletis captus eſt ipſe, & Ephraim partìm occiſus, partimq́; tranſlatus eſt. Aduertendum ergò, ſicut Hieronymus recitat, q̃ Hebræi hos annos cõputare incipiunt à tempore Amos prophetę, qui primò prophetauit contra Iſrael, dicens: Amos 7.
Iſrael captiuus ducetur de terra ſua. Amos verò, vt dicunt, prophetare incepit in diebus Oziæ regis 2.Par.26.
Iuda, qui erat auus Achaz, viceſimotertio anno Oziæ, qui poſt duos annos p̃cuſſus eſt lepra, & poſtmodùm vixit 27. annis. Poſt quem regnauit filius eius Ioathan ſedecim annis. Poſt hunc quoq; filius eius Achaz totidem annis regnauit. Poſt quem regnauit Ezechias, cuius 7. anno capta eſt Samaria: ſicq́; efficiuntur anni 65. [Et caput Ephraim Samaria,] i. vrbs regia ſiue metropolis in terra decẽ tribuum, erit ciuitas quę appellatur Samaria, vſq; dum cõpleantur anni iam dicti. [& caput] i. rex [Samariæ] erit [filius Romeliæ] putà Phacee. quaſi dicat: Nõ regnabit in terra Iuda, ſed ſolùm in Iſrael. ſed quia propheta adſpexit Achaz & populum eius nõ credere verbis p̃dictis, ideò ſubdit: [Si non crediderítis] verbis Dñi à me prolatis, [nõ permanebitis] in terra veſtra & regno. Trãſlatio Septuaginta habet, Non intelligetis. addiſcentem eñ oportet credere. & qm̃ iuſtus ex fide viuit, conſtat q̃ à Deo illuminari, ſeu intelligentiam propheticorũ aut apoſtolicorum verborum ſortiri non valet, Abac.2.
qui non humiliter credit. Deniq; iuxta ſenſum moralem, regnum Iudę tenet figuram Eccleſiæ Dño Rom. 1.
confitentis, qm̃ Iudas interpretatur confeſſio. Rex verò Syrię, qui interpretatur excelſus, eſt typus ſecularis ſapientię, philoſophicæq́; doctrinæ, contra fidei humilitatem tumentis. Phacee autem rex Iſrael, hæreticorum figura eſt. Dum ergò in Eccleſia regnat ſeu præſidet Achaz, i. impius princeps ſeu indignus prælatus, rex Syriæ & filius Romeliæ, i. gentiles atq; hæretici, armantur & confœderantur aduerſùs Eccleſiam, quęrentes fidem catholicam per naturalem rationem, vanam eloquentiam, ſeu falſam ſcripturę expoſitionem extinguere, alium, q̃ verũ Chriſtum in terra Chriſtianorum p̃ficere: ſed Chriſtus Eccleſiã ſuam, quã proprio ſanguine emit, nõ deſerit, ſed defendit. Atq; p Iſaiã, qui interpretatur Saluator Dñi, i. per aliquem virum iuſtum Eccleſiæ propugnatorẽ, conſolatur fideles, promittens eis cæleſte auxiliũ, & ſi nõ propter eorũ virtutes ac merita, tñ propter ſeipſum, videlicet propter nominis ſui honorẽ & bonitatẽ, quemadmodùm in Ezechiele teſtat̃: Non propter vos Ezech.36.
ego faciam, ait Dñs Deus, ſed propter nomen ſanctũ meum. Annunciat quoq; Deus Eccleſiæ, q̃ oẽs aduerſarij eius in breui peribunt. [Et adiecit Dñs loqui ad Achaz] per Iſaiam, [dicens] ad eum: [Pete tibi ſignum] i. quia tu incredulus es verbis Dei, & impoſſibile arbitraris te poſſe euadere manum regum iſtorum, & regna ipſorum terminanda infra tempus tam breue: idcircò quatenùs hoc tibi credibile fiat, pete ſignum non ab idolis quibus deſeruis, ſed [à Domino Deo tuo,] qui ſolus eſt tuus & omnium verus Deus, [in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra.] id eſt, pete ſignum, ſi optas, quantumcunquè magnum ſit illud, quatenùs viſo ſigno difficiliori, credas faciliora: ita-

d 3 que

que pete ſignum [à Dño in profundum inferni,] i. aliquem ſupernaturalem effectum, ſeu immuta-
tionem pete fieri & apparére circa inferiora terræ ſeu inferni, vt ꝙ terra ſcindatur, & grandi hiatu
inferi pateant, ſeu defunctus reſurgat. [ſiue in excelſum ſuprà,] i. aliquem miraculoſum effectum pe
te fieri atq; oſtendi tibi in cælo, vt ꝙ ſolitus curſus ſolis & lunę mutetur, vel cæli aperiantur. Tale ſi-
Ioſuæ 10. Iſaiæ 38. gnum acceperunt Ioſue & Ezechias, quandò Ioſue nõ tam orante, q̃ imperante, ſol & luna ſteterũt
4 Reg. 20. in cælo immobiles ſpatio diei vnius: & quandò ad preces Ezechiæ ſol redijt decẽ lineis, quibus de-
Exod. 8. ſcenderat in horologio Achaz. Signa de cælo, erant tonitrua, grando, ignis, ac tenebræ trium dierũ,
& 10. quæ per Moſen Deus miſit in terrã Aegypti. Signa verò de terra, fuerunt locuſtę, ranæ, & cyniphes.
1. Reg. 28. Quòd aũt Samuel Sauli apparuit, aliqui aſſerunt eſſe ſignum de profundo inferni. Porrò ꝙ Chriſto
Matth. 17. Matth. 3. in mõte ſancto coram apoſtolis transfigurato, vel à Ioanne baptizato, cæli aperti ſunt, vox patris in-
Lucæ 3. tonuit, ſpiritus ſanctus corporali ſpecie deſcẽdit, nubes lucida obumbrauit, ſigna fuerunt de cælo: ꝙ
& 9. aũt Helias apparuit, ſignum fuit de terra: ꝙ verò Moſes apparebat, ſignum fuit de profundo inferni
ſeu limbi. [Et dixit Achaz] ad Iſaiam: [Non petam] ſignum quodcũq;. & nè verſipellis videatur re-
præhenſibilis, non obediendo ipſi Dño, qui præcepit vt quæreret ſignum, palliat inobedientiam ſu
am, dicendo: [& non tentabo Dñm.] quaſi dicat: Si quærerem ſignum, Dñm tentare viderer. Cùm
ergò legatur Deut. 6. Non tentabis Dñm Deum tuum, nolo petere ſignũ. Sed aduertendũ ꝙ Achaz
per hoc non excuſatur: Primò, quoniam non ex humilitate, ſed elatione factum fuit, ꝙ ſignum non
poſtulauit. Secundò, quoniam Deus eſt ſupra legem, tanq̃ dator & prima cauſa, atq; menſura omnis
iuſtitiæ: ideò ipſi in omnibus obediendum eſt, etiam quãuìs ſit contra legem communem & ratio-
Gene. 22. nem. Nam eo ipſo, quo Deus hoc iubet, iuſtum eſt fieri. ſicq; Abraham Deo obedire volebat, inno-
Oſeæ 1. centem filium occidendo: Et Oſee, vxorem fornicariam ducendo. Veruntamen, ſicut Hieronymus
ait, nomen hebraicum, loco cuius hîc ponitur, Non tentabo Dñm: tale eſt, vt ſignificet, Non ſolùm
non petam, ſed etiam non exaltabo. Vndè litera talis eſſe poſſit: [Nõ petam, & non exaltabo Dñm.]
2. Par. 28. ſciebat etenim Achaz, ꝙ vtiq; accepturus eſſet ſignũ, ſi peteret. Si autem acciperet ſignum, Dñs glo-
rificaretur per illud. Cùm ergò eſſet idololatra peſſimus, vt patet 4. Regũ 16, noluit petere ſignũ, nè
Dñs honorificaretur in ſuo effectu. [Et dixit] haud dubiũ quin Iſaias: [Audite ergò domus Dauid:
Nunquìd parùm vobis eſt moleſtos eſſe hoĩbus, quia moleſti eſtis & Deo meo?] Cernens eñ Iſaias
ipſum Achaz obſtinatũ atq; incredulum, & zelo accenſus pro Deo, quem vidit à rege ac populo ei-
us contemni, redarguit prauitatẽ domûs Dauid, i. regis ac cæterorũ de familia Dauid deſcendentiũ,
dicens: Nunquìd parùm vobis eſt moleſtos eſſe hoĩbus? i. pro nihilo reputatis ꝙ moleſti eſtis mihi,
cæteriſq; prophetis & iuſtis, vobis in nomine Dei loquentibus, & veſtra peccatà increpantibus. Hos
eñ perſequimini, nõ credentes. Quòd aũt iſtud pro nihilo reputetis, hinc liquet, quia moleſti eſtis
& Deo meo, i. Deum verum & omnipotentem offendere non timetis, & oĩa ei diſplicentia facitis.
Quomodò autem poſſit homo moleſtus eſſe Deo, explanatum eſt primo capitulo, quo Dñs loquit:
Laboraui ſuſtinens. Nõ ꝙ in diuina natura ſit labor, paſſio, ſiue moleſtia: ſed propter ſimilitudinem
quandam dicuntur peccata Deo moleſta, i. diſplicentia, vel potiùs non placentia: quia nec diſplicẽ-
tia propriè locum habet in Deo, cuius tanta eſt beatitudo, vt ſua in omnibus impleatur voluntas: ta-
men ſecundùm ſenſum prædictum, aliquid Deo moleſtum vocatur. Propter quod legitur Malac. 3.
Ephe. 4. Si affigit homo Deum, quia vos cõfigitis me, dicit Dñs? Apoſtolus quoq; inquit: Nolite contriſtare
ſpiritum ſanctum Dei. [Propter hoc dabit Dñs ipſe vobis ſignum.] Iſtud non eſt referendum ad ver
ba immediatè præhabita. non enim propter hoc, ꝙ hominibus bonis & Deo moleſti fuerunt, datur
eis ſignum ſequens, ſed ad id quod dictum eſt ſuprà: Adiecit Dñs loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi
ſignum à Dño Deo tuo. Quia igitur Dñs dixit Achaz, vt peteret ſignum liberationis ſuæ à duobus
regibus prædictis, proptereà Iſaias nunc aſſerit, quòd Dominus ipſe dabit vobis ſignum. Et non di-
xit, Tibi Achaz, ſed, Vobis: quia Propheta videns Achaz incorrigibilem, vertit ſermonem ſuum ad
populum: [Eccè virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.] Secundùm
euangelicam veritatem, apoſtolicamq; doctrinam, locus iſte difficultatem non habet: quia vt eſt in
Matth. 1. Matthęo, iſta prophetia de Chriſti conceptione in virgine glorioſa, ſacroſancta, & in æternum inte-
merata ac benedicta Maria, impleta eſt, quandò videlicet (vt habetur apud Lucam) miſſus eſt Ga-
Luc. 1. briel angelus à Deo ad virginem, cuius nomen Maria, dicens ad eam: Eccè concipies in vtero & pa-
ries filium. Tunc nanq; completum eſt illud nouum, de quo Ieremiæ 31. legitur: Nouum creauit Do-
Zach. 3. minus ſuper terram, Fœmina circundabit virum. Tuncq; impleuit Dominus quod per Zachariam
prædixit: Eccè ego adducam ſeruum meum Orientem, videlicet Chriſtum, & cælabo ſculptu-
ram eius, id eſt, corpus eius in vtero virgineæ genitricis ſupernaturali modo formabo. Vocatus eſt
autem Chriſtus à cunctis fidelibus Emanuel, i. nobiſcum Deus. Ipſe nanq; in vna perſona eſt Deus
& homo. Sed quia Iudæi contra nos in iſto capitulo multipliciter agunt, immorari oportet pauliſpèr
loco præſenti. Primò ergò obijciunt nobis, quòd noſtra tranſlatio vitioſa ſit, & Euangeliſta Mat-
thæ-

thæus falsò alleget: qm̃ in Hebræo non habetur, Eccè virgo concipiet: ſed, Eccè adoleſcentula cõ-
cipiet. Adoleſcentula autẽ eſt nomen cõmune virgini & corruptæ. Prætereà ſignũ præcedit ſigna-
tum. Cùm ergò cõceptio Chriſti poſt multos annos ſecuta eſt liberationẽ regni Iudæ à regibus Sy-
riæ atq; Samariæ, non potuit eſſe ſignum ab Iſaia p̃dictum pro liberatione regni Iudę iam dicta. In-
ſupèr in Hebræo habet, Et vocabit, videlicet adoleſcentula, nomen eius Emanuel. Maria autẽ non
vocauit filium ſuum Emanuel, ſed Ieſum. Deniq; de puero iſto ſubiungit: [Butyrum & mel come-
det, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum:] Chriſtus aũt ab exordio ſuæ cõceptionis, plenus
fuit ſcientia diſcernendi inter bonum & malum. Nõ ergò comedit butyrum & mel, vt ſciret repro-
bare malum, & eligere bonum. Et rurſus de filio iſto ſubijcitur: Anteq̃ ſciat vocare patrem & ma-
trem. Talis & tanta ignorantia non erat in Chriſto, qui vtiquè à principio ſuæ conceptionis, plenus
fuit non ſolùm oĩ ſcientia, ſed omniũ quoq; linguarum notitia: habuit nanq; gratias gratìs datas.
Sed ad iſta atq; ſimilia ſancti doctores diligenter, immò pleniſſimè reſponderunt. Ad primum ergò
dicendum, ꝙ euangeliſta Matthęus magìs allegat ſenſum, q̃ verba, & noſtra tranſlatio hoc loco po-
tiùs tranſtulit ſenſum è ſenſu, q̃ verbum è verbo. Vt enim B. Hieronymus docet, vbì nos habemus, Alma non ſolũ puella vel virgo, ſed per Epithaſim virgo abſcõdita dicitur.
Eccè virgo: in Hebræo habetur, Eccè alma, quod nomẽ apud Iudęos ęquiuocum eſt, duo ſignificãs,
ſ. adoleſcentulam & abſconditam, adſpectibuſq; virorum ſubtractam: quod maximè conuenit Ma-
riæ. Nunc verò deſignat abſcõditam, i. puellam diligenter cuſtoditam, quæ vſq; ad tempus deſpon-
ſationis ſuæ manſit & Deo miniſtrauit in templo, in quo à parentibus fuerat Deo oblata. Euangeli-
ſta ergò Matthæus ſpiritu ſancto plenior, q̃ Iſaias, ſciẽs quid propheta hoc loco per alma intellexit,
poſuit ſenſum magìs, q̃ verbum: quemadmodùm etiam pro eo quod Iſaias ait, Cõcipiet: ipſe ponit, Gen. 24.
In vtero habebit. Dicunt quoq; nonnulli, ꝙ in toto veteri teſtamento, non vocentur aliquæ hoc
nomine cõmuni, niſi Rebecca & Maria ſoror Moſis, & in hoc præſenti capitulo: vndè ſicut illę duæ
virgines erant quandò hoc nomine ſignificabãtur, ſic iſta, quę nunc alma vocatur, virgo eſſe innuit.
Huic aũt dicto concordat Hieronymus, aſſerẽs ſe nõ recordari nec opinari, ꝙ vnq̃ legerit alma pro
muliere nupta, ſed virgine: vt non ſolùm ſit virgo, ſed etiam virgo iunioris ætatis, ſeu adoleſcentula,
qualis vtiq; erat felix ac dulcis Maria, dum Chriſtum (tota Trinitate operante) concepit. Ad ſecun-
dum reſpõſio eſt, ꝙ in ſacra ſcriptura ponit duplex ſignum, reſpectu alicuius effectûs, videlicet pro-
gnoſticum futuri, & rememoratiuum præteriti. De ſigno prognoſtico Dñs ait ad Ezechielem: Signũ Ezec. 4.
erit domui Iſrael id, quod tu facis, & tale ſignum petijt Gedeon dari ſibi in vellere. De ſigno autem Iudic. 6.
rememoratiuo ait Samuel ad Saul: Hoc tibi ſignum, quòd vnxit te Dñs in principẽ: cùm abîeris ho- 1. Reg. 10.
diè à me, inuenies duos viros iuxta ſepulcrum Rachel. De huiuſcemodi etiam Dominus loquitur
Moſi: Hoc habebis ſignum, quòd miſerim te: Cùm eduxeris populum meum de Aegypto, immo- Exod. 3.
labis Domino ſuper montem iſtum. Itaq; de tali ſigno loquitur iam propheta. Et vtiq; iſtud ſignum
adeò magnum eſt, vt Achaz & populus eius meritò crediſſent ſe liberandos diuinitùs à regibus
Raſin & Phacee, audito ꝙ per diuinam potentiam eſſet virgo conceptura, pariturаq; filium. Ad ter-
tium reſpondendum, ſecundùm Hieronymum, ꝙ nomen Hebraicum, pro quo nos habemus, Vo-
cabis: tale eſt, vt ſignificet, & Vocabis, & Vocabit. Siue autem dicatur, Vocabis, ſiue Vocabit, redit in
idem: quia innuitur ꝙ puer dicetur Emanuel. Cumq; obijcitur, quia Maria filium appellauit Ieſum,
non autem Emanuel: reſpondendum, ꝙ Maria proprio nomine vocauit eum Ieſum, quẽadmodùm
angelus ei inſinuauit. Sed nomine communi, ſeu nomine ſignificante perſonam Chriſti in ordine
ad aliquam proprietatem: ſic verò Maria & cæteri ſancti multis Chriſtum nominibus vocauerunt,
inter quæ vnum erat Emanuel. Hinc enim inferiùs de Chriſto inducitur: Et vocabitur nomẽ eius,
Admirabilis, Conſiliarius, Deꝰ, Fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis. In Ieremia quoq; ſcriptũ
eſt: Hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dñs iuſtus noſter. Et apud Zachariam Chriſtus appella- Iere. 23.
tus eſt Oriens. Amos verò atq; Ezechiel eum Dauid appellant. Daniel autem vocat eum ſanctum Zach. 3.
ſanctorum, & lapidem de monte præciſum. Emanuel verò nullus tam propriè nuncupatur vt Chri-
ſtus, qui eſt Deus & homo in identitate perſonæ, non in vnitate naturæ. De quo habetur: Verbum Ioan. 1.
caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et Baruch: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus con- Baruc. 3.
uerſatus eſt. Myſticè verò concipit paritq; filium, dum anima à peccati corruptione aliena, concipit
& gignit Dei verbum. Propter quod Chriſtus ait: Mater mea & fratres mei ſunt hi, qui audiunt ver- Luc 8.
bum Dei, & cuſtodiunt illud. Qui aũt Deum contemplatur ſeu Chriſtum, gignit eum intra ſe, quan-
tùm ad eſſe intelligibile, quod habet cognitum in cognoſcente. Poſtremò, quia duarum ſequentiũ
inſtantiarum ſolutio dependet ex ſano intellectu textûs in ſequenti articulo declarandi: idcircò
nunc differatur, & in ſequenti articulo requiratur.

¶ *Elucidatio reſiduæ partis huius capituli.* *Articulus* 18.

NOn videtur ignorâſſe ſacratiſſ. Iſaias futuros fuiſſe hæreticos, qui Chriſti incarnationem non
veram, ſed phantaſmaticam aſſirmarent. contra hos ergò nunc ait: [Butyrum & mel come-

det,]

det,] i.filius iſte virginis benedictæ veraciter infans erit,veruſq; homo,& cibo infantũ veſcetur,videlicet butyro & melle. [vt ſciat reprobare malũ,] i. condemnare hæreticorũ errorem, dicentium eum non verè aſſumpſiſſe corpus humanum.[& eligere bonũ.] i.approbare catholicę fidei veritatẽ,
Heb.2. quia butyrum & lac manducando,oſtendit ſe hoĩem verum.debuit nanq; ſecundùm Apoſtolum ꝑ oĩa fratribus aſſimilari. Vel quod dicit̃, reprobare malũ, & eligere bonũ, intelligi poteſt cõmuniter de cuiuſcunq; mali ſeu vitij reprobatione,& boni oppoſiti electione. Comedit ergò puer iſte butyrum & mel,vt ſciret reprobare malũ,& eligere bonũ:quia ad hoc vſus eſt cibo,quatenùs ad ꝑfectam ętatem & quantitatem ꝑueniens,publicè ꝑdicaret,vitia increpando, & bona laudando ac operãdo. Sed qualitercunq; exponat̃ hęc reprobatio atq; electio,hoc quod dicit̃,Vt ſciat, non tenet̃ cauſaliter,ſed cõcomitanter. Non enim ꝓpter hoc cauſaliter Chr̃s ità comedit,vt ſciret reprobare malum, &c. cùm ipſe ab initio ſuę conceptiõis,oĩ fuerit ſcientia plenus. Sed iſta reprobatio mali & electio
Pſal.50. boni,cõſecutę ſunt comeſtionẽ butyri melliſq;.Et hoc modo cantamus in Pſalmo: Tibi ſoli peccaui,& malũ coram te feci,vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Per hoc itaq; ſoluta eſt quarta obiectio. [Quia anteq̃ ſciat puer reprobare malum & eligere bonum,derelinquet̃] i.deſolabitur,& ſuis habitatoribus deſtituet̃ ſiue priuabitur [terra,] i.Syria atq; Samaria.[quã tu] ô Achaz [deteſtaris,] i.odis & abhorres.[à facie] i.à ꝑſentia [duorum regum ſuorum] videlicet Raſin & Phacee, ſeu Oſee. Anteq̃ enim Chr̃s de virgine natus eſt,& anteq̃ ſciuit ꝑ ſcientiam infuſam atq; creatam,inter bonum &
4.Reg.16. malũ diſcernere,rex Aſſyriæ Raſin regẽ Syriæ interfecit,eiuſq; populum tranſtulit in Cyrenen. Et Oſee filius Ela,occidit Phacee filium Romeliæ, ipſumq; Oſee rex Aſſyriorũ cepit & incarcerauit, & filios Iſrael tranſtulit in terram Medorum,quẽadmodùm dictũ eſt. Ex hoc loco euidenter oſtẽditur falſitas quorundam Hebręorũ,dicentiũ ꝙ filius iſte ſeu puer,de quo loquit̃ Iſaias,fuerit Eze-
Ibidèm chias filius Achaz. Achaz aũt ſedecim annis regnauit,poſt quẽ regnauit Ezechias viginti & nouẽ annis,eratq; vigintiquinq; annorũ cùm cœpiſſet regnare, quæ oĩa 4.Regum conſcripta ſunt. Samaria aũt capta eſt ſexto anno regni Ezechiæ, vt patuit. Cùm ergò caperet̃ Samaria, habuit Ezechias triginta & vnũ annos:& tunc vtiq; ſciuit reprobare malũ,& eligere bouum. Non ergò de eo nunc dicitur,anteq̃ ſciat puer reprobare malum. Prætereà qm̃ Achaz ſedecim annis regnauit, & Ezechias vigintiquinq;,conſtat ꝙ Ezechias ad minùs nouem annorum erat, anteq̃ Iſaias loqueret̃ ad Achaz ſeu populum eius,de natiuitate pueri huius,in ſignum ꝑdictę liberationis, immò tredecim annorũ extiterat:quia ſecũdùm doctores,Iſaias iſta vaticinatus eſt quarto anno regni Achaz. Quidam igitur Iudæorũ aſſerunt,ꝙ quæ hîc dicunt̃ de puero iſto,ſint intelligenda de filio Iſaiæ,quem dicunt eum genuiſſe de vxore ſua adoleſcentula. horum opinio poſt pauca deſtruetur. Conſequenter ꝓpheta oſtendit regi Achaz,ꝙ alios quoſdam magìs formidare haberet,q̃ regem Syriæ atq; Samarię. [Adducet D̃ns ſuꝑ te & ſuꝑ populum tuum,& ſuꝑ domum patris tui] i. ſuper filium tuum Ezechiam, & filium eius Manaſſen,& ſuper poſteritatem ipſorum,qui magìs dicuntur domus patris Achaz,videlicet Ioathan,q̃ domus Achaz:qm̃ Ezechias iuſtiſſimus erat,Manaſſes quoq; pœnituit,Achaz verò totus ꝑuerſus in ſua idololatria ꝑmanſit. Itaq; ſuper hos adducet D̃ns vel effectiuè, vel permiſſiuè [dies,qui non venerunt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda,] i. tempora tam amara & afflictiua, vel etiam tam iucunda diuerſis de cauſis atq; reſpectibus, qualia non venerunt in regno Iudæ,à tẽ-
3.Reg.12. pore quo ſub Ieroboam filio Nabad Ephratæo,receſſerunt decẽ tribus,quæ Ephraim nominantur,
2.Para.10. à regno Iudę,videlicet à Roboam filio Salomonis. Adducet verò D̃ns dies hos [cum rege Aſſyriorum,] i.in aduentu eius contra Iudęam. Ipſe enim principium fuit tã dirę afflictionis Iudęorum. Et poſt eum afflixit ac vicit eos rex Aegypti,tandèm Nabuchodonoſor rex Babylonis penitùs eos oppreſſit. Vndè Ieremias ait: PRimus rex Aſſur comedit eũ,ſ.populum Iudę. Iſte nouiſſimus Nabucho-
4.Reg.24. donoſor exoſſauit eum. Primò q̃ppe Salmanaſar rex Aſſyriorũ vehemẽter afflixit Achaz & populũ
Ibidèm 17. eius:deindè filius eius Sennacherib aſſcendit contra Ezechiã,prout 4.Reg.& 2.Paralipo.recitat̃.[Et
Ibidèm 18. erit in die illa] i.tẽpore illo cõtinget & fiet quod ſequit̃:[ſibilabit D̃ns] i.inſpirabit efficiẽter ſeu ꝑmiſ-
Pſal. 77. ſiuè,ſicut in Pſal.cãtatur: MIſit in eos iram indignatiõis ſuæ,immiſſiões per angelos malos. Et 2.Reg.
2. Reg. 12. ait (Deus) ad Dauid: Dabo vxores tuas proximo tuo,videlicet Abſaloni filio tuo,dormietq; cum eis. Talia nanq; Deus facere dicitur, inquantùm ea iuſtè ꝑmittit. Sic itaq; ſibilabit,i. voluntatẽ pugnanꝑi immittet [muſcæ,quæ eſt in extremo fluminum Aegypti,] i. populo Aegyptiorũ habitanti apud fines fluuiorum ſuorum,videlicet Nili:& dicitur exercitus populi huius muſca, vel propter ſordes idololatriæ ſuæ, vel propter multitudinẽ ſuam. Quidam verò per muſcam intelligunt populum Libyæ,qui ſubditus erat Aſſyriorum imperio, & iuxta fines Aegypti morabatur. Poteſt autem de vtroq; populo intelligi,præcipuè ſi referatur ad tempora diuerſa. Sibilabit quoq; DOminus [& api, quæ eſt in terra Aſſur,] i.genti Aſſyriorum,quæ apis vocatur, eô quòd cæteras gentes pungebant, impugnabant,& ſagittarum aculeis perforabant.[& venient] vel pariter,vel diuiſìm,temporibuſq; diuerſis [& requieſcent omnes in torrentibus vallium & cauernis petrarũ,& in omnibus frutetis,& in

in vniuerſis foraminibus.] i.quemadmodùm apes & muſcæ in vallibus, cauernis, frutetis atq; foraminibus ſolent demorari:ſic gẽtes iſtæ terrã Iudææ occupabunt,& in vrbibus eius quieſcẽt.[In die illa radet D̃ns in nouacula *cõducta in his qui ſunt trans flumẽ,in rege Aſſyriorũ, caput & pilos pe- *acuta
dũ & barbam vniuerſam.] Litera hæc à diuerſis varijs modis exponit̃, tangamq; duos modos. Qui-
dam igit̃ per nouaculam *conductam intelligunt regẽ Aſſyrioru,qui erat flagellum Dei contra Iu- *acutam
dæos & alias nationes.aptiùs tñ per nouaculam acutam vel conductã,intelligi arbitror gladiũ. Vndè D̃ns ait ad Ezechielẽ: Fili hoĩs,ſume tibi gladium radentẽ pilos, i. nouaculam benè ſcindentem. Ezec.5.
Eſt igit̃ ſenſus:[In die illa] hoc eſt,tempore illo,quo rex Aſſyriorum cum populo ſuo ingrediet̃ regnum Iudæ,[radet] i.affliget & ſpoliabit [D̃ns in nouacula conducta] i. per gladium [in his q̃ ſunt] i. habitant [trans flumen,] Euphraten videlicet.[in rege Aſſyriorum] & populo eius,i.per gladium regis huius & ſui exercitûs.[caput] i.regem Iudę [& pilos,] i.populum eius,[& barbam vniuerſam.] i.omne robur virorum ſuorum:cùm em̃ barba ſit ſignum virilitatis, per eam intelliguntur robuſti, qui circa regem fuerunt. Eſt itaq; ſenſus,ꝙ per regem Sennacherib & eius exercitum affligebantur, ſpoliabantur,ſeu occidebantur multi dè regno Ezechiæ. Oẽs enim penè vrbes Iudææ vaſtauerunt Aſſyrij,& Ezechias perterritus,theſauros,quos repperit, miſit ad regem Aſſyriorum,vt abiret. Secũ-
dò exponitur ſic:[In die illa radet D̃ns] i.interficiet [in nouacula *conducta] i. per manum angeli, *acuta
ſeu diuinam ſapientiam,oĩa ordinantem,atq; ſuperflua reſecantem:[in his qui ſunt trans flumen,in rege Aſſyriorum caput] i.ipſum regem Sennacherib.[& pilos pedum & barbam vniuerſam,] i.populum eius ac principes,equites & pedeſtres. ſicut em̃ infrà habetur,angelus D̃ni percuſſit vna nocte Infra 37.
in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinq; millia:quo viſo,rex fugit,& paulopòſt à proprijs filijs eſt occiſus. Porrò Hieronymus per eos,qui ſunt trans flumẽ,intelligit Babylonios, qui in Iudæa caput & pilos & barbam raſerunt,i.oẽm decorem & fortitudinem Iudæorum in nihilũ redegerunt, templo incenſo,Hieruſalemq; euerſa,& habitatoribus vel occiſis,vel trãſlatis:& iuxta hunc ſenſum exponit literam ſequentem:[Et erit in die illa] i.ſtatìm poſt hanc captiuitatem [nutriet homo vaccam boum & duas oues,] i.illi quos Chaldæi relinquent in terra Iudææ ſub manu Godoliæ,vt terram colant,in tanta penuria erunt,vt qui antè habebant boues vaccaſq; plurimas & ouium greges, iam vnam vaccam de numero boum relictam,& duas oues paſcent,eô ꝙ cętera oĩa Chaldei cõſumpſerint.[& præ vbertate lactis comedet butyrum.] i.panibus indigebit,ſed lacte abundabit, intantùm ꝙ butyrum manducet. Terra nanq; inculta,paſcua copioſa profert pro vaccis & ouibus. Vndè conſtat,ꝙ reprobatio,qua quidam hanc expoſitionẽ Hieronymi redarguit,nulla ſit.[Butyrum em̃ & mel manducabit omnis qui relictus fuerit] cũ Godolia & Chaldæis [in medio terræ] Iudæę. Meliùs enim habere poterant butyrum propter abundantiam lactis, & mel,qm̃ terra illa apibus abundabat,q̃ frumentum,propter nimiam terræ depopulationem.[& erit in die illa omnis locus,in quo fuerint mille vites, mille argenteis:] i. propter hominum vineas colentium paucitatem tanta erit penuria vini,vt ſingulæ vites ſingulis argenteis ſiclis vix valeant emi. Nam & vites deſtructæ fuerũt, ſicq; mille vites vænerunt mille argenteis,i.mille argenteos erant valẽtes.[& in ſpinas & in vepres erunt.] i.in locis vinearum,ſpinæ vepreſq; creuerunt,quemadmodùm fieri ſolet in terris debellatis.[Cum ſagittis & arcu ingredientur illuc.] i.homines loca vinearum intrabunt cũ armis,vel propter formidinem beſtiarum,quæ eſſe ſolent in locis vaſtatis, vel propter aduerſariorũ timorem, nè fortè hoſtes in locis huiuſmodi lateant.[Vepres enim & ſpinæ erunt in vniuerſa terra] Iudęæ in ca-
ptiuitate Babylonica propter habitatorum defectum. Sabbatizauit enim terra ſabbata ſua, ſicut Ie- Iere. 17.
remias ꝑdixit.[& oẽs montes] i.loca montana [qui in ſarculo ſarrientur,] i.in manu cum pala à ſpinis & vepribus mundabuntur, vt valeãt ſeminari. Non enim habebant iſti in terra relicti boues ad
arandum,& vomeres *ad aratra:propterea propria manu cum ſarculo terram montanam purgabãt, *ac
ſcindebant,& ſeminabant.[Non veniet illuc terror ſpinarum & veprium.] i.ſpinæ & vepres nõ creſcent in montibus iſtis,eô ꝙ homines ſecuriùs habitabunt in montibus, q̃ vallibus propter locorũ difficultatem.[Et erit in paſcua bouis,& in conculcationem pecoris.] hoc eſt, cætera pars terræ inculta manebit,& erit in pabulum boum,& à pecoribus calcabitur. Secundùm hanc itaq; expoſitionem loquitur hîc propheta de ſterilitate atq; inopia terræ Iudææ poſt captiuitatem Babylonicam. Quidam exponunt oppoſito modo,de fœcunditate terræ,& ſufficiẽtia victûs, quam Deus Ezechię & populo eius conceſſit,durante obſidione Aſſyriorum in terra Iudææ,eritq; ſenſus:[In die illa] videlicet tempore impugnationis Aſſyriorum [nutriet homo] Iudæus de regno Ezechiæ, [vaccam boum & duas oues] i. non omnibus ſuis pecoribus ſpoliabitur, ſed de numero boum ab Aſſyrijs abſtractarum,retinebit & alet ſaltem vnam vaccam,duaſq; oues.[Butyrum & mel comedet] i.temporalibus rebus ac alimentis abundabit [omnis qui relictus fuerit in medio terræ.] i. qui ab Aſſyrijs non fuerit interfectus. Poſt occiſionem quippe exercitûs Aſſyriorum,multa erat in Iudæa fertilitas.[Et in ſpinas & vepres,] quoniam propter impugnationem Aſſyriorum,multi Iudæorũ vineas ſuas

ſuas ac terras reliquerunt,in q̃bus ſtatim ſpinæ & vepres exortæ ſunt.[Et oẽs montes qui in ſarculo
ſarrient̃,non veniet illuc terror ſpinarũ ac veprium:] i.fertiles erunt, & Deo ꝓtegente cuſtodiẽtur,
atq; ſecurè poſſidebunt̃. [& erit] fructus ac locus montiũ horũ [in paſcua bouis, & in conculcatio-
nẽ pecoris.] i.iumentis ſufficiet ad alimentũ,& habitationẽ,& nõ ſolùm hoĩbus.Inſupèr iuxta tro-
pologiã,per muſcã demorantẽ in extremis fluminum Aegypti, intelligunt̃ amatores voluptatis car-
Iob 40. nis,q̃ mundi huius cæcitate ac fluxu libidinis inuoluunt̃,imitatores & filij eius, de quo ſcribit̃: Sub
vmbra dormit in ſecreto calami,in locis humẽtibus. Per apem verò q̃ eſt in terra Aſſur, intelligunt̃
tyrãni,hoĩesq; crudeles ac impij,q̃ pios innocẽtesq; pungũt & opprimũt. His interdũ, exigentibus
peccatis fideliũ,ſibilat dñs vt veniãt,& cuncta Eccleſiæ loca occupent,radẽtes, ſpoliãtes & puniẽtes
caput,pilos & barbã,i.ꝓlatos Eccleſiæ cũ religioſis, qui ſignificant̃ per barbam, tanq̃ cæteris virilio-
res & plebe cõmuni.Cùm autem Eccleſiam raſerint atq; vaſtauerint,tunc purgatis fidelibus,ipſi ra-
duntur atq; diuinitùs percutiuntur:quemadmodùm virga,puero caſtigato,iactatur in ignem.

¶ *Explanatio octaui capituli.* *Articulus* 19.

ET dixit dñs ad me:Sume tibi librum grãdem,& ſcribe in eo ſtylo hoĩs, Velociter ſpolia detra-
he,citò ꝓdare.[Et adhibui mihi teſtes fideles,Vriam ſacerdotẽ, & Zachariam filium Barachiæ:
*accelera & acceſſi ad prophetiſſam,& concepit & peperit filium.Et dixit dñs ad me: Voca nomen eius, *ac-
ſpolia de- celera,ſpolia detrahe,feſtina ꝓdari:quia anteq̃ ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam,aufe-
trahere. retur fortitudo Damaſci,& ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum.] Hucuſq; poſui textum,quate-
nùs clariùs intelligantur dicenda:eſt enim hic locus difficultatibus plenus, vndè à diuerſis diuerſi-
modè explanatur.Primò enim difficultas occurrit,an puer,de quo nunc loquitur Iſaias, & prophe-
tiſſa,q̃ puerum iſtum concepit,ſint puer ille & virgo illa,de quibus in ꝓcedenti capitulo dictum eſt.
Iterùm dubium eſt,in cuius perſona nunc dicitur:Acceſſi ad prophetiſſam,& cõcepit.Sed quia tota
expoſitio literæ huius dependet ex hoc,vt ſciatur,quis ſit puer,de quo modò tractatur: idcircò hæc
difficultas primò expendenda videtur.Quidam igit̃ aſſerunt,ꝙ puer iſte fuerit filius Iſaiæ,quem pe-
perit ſibi vxor ſua, q̃ hîc prophetiſſa vocatur. Secundùm hos ergò iſte eſt ſenſus literæ ꝓſentis:[Et
dixit dñs ad me] ſeruum ſuum Iſaiam:[Sume tibi librum grandem,] i.magnum volumen,ſeu codi-
cem iſtum,qui dicit̃ liber grandis,qm̃ de magnis loquit̃ reb᷒.[& ſcribe in eo ſtylo hoĩs,] i. Chr̃i my-
ſteria ꝓphetice tibi reuelata,deſcribe verbis apertis ac ſolitis.quid aũt ſcribere debeat,ſubdit̃:[Ve-
lociter ſpolia detrahe,] i.tu ô rex Aſſyriorũ,velociter detrahes ſpolia regis Syriæ, diripiendo bona
illius.[citò prędare,] i. etiam citò regem Iſrael ſpoliabis. Sic ergò per verba hæc, q̃ Iſaias deſcripſit,
ſignificatur captiuitas & ſpoliatio duorum regnorum, de quibus præcedenti capitulo dictum eſt.
[Et adhibui mihi teſtes fideles,] id eſt, Deo obediens fui, executioniq; actûs mihi iniuncti adhibui
duos teſtes fide dignos, videlicet [Vriam ſacerdotem] qui tempore Achaz erat ſacerdos templi: &
quanuìs idololatra eſſet ac impius, dicitur tamen teſtis fidelis propter dignitatem ſacerdotij. [&
Zachariam Barachiæ filium] non illum Zachariam,qui in numero duodecim prophetarum vnde-
Matt. 23. cimus eſt:nec illum,quem Ioas rex Iuda occìdit,de quo Zacharia loquitur Chriſtus apud Matthæ-
um,ſed Zachariam quendam,qui erat tempore Achaz,de quo quidam intelligunt illud 2.Paralipo-
menon,ꝙ Ezechias quęſiuit dñm in diebus Zacharię eruditi in timore Dei.Hos teſtes adhibuit Iſa-
ias ad actum ſuæ ſcripturæ,non ad concubitum,de quo ſequitur.[Et acceſſi ad prophetiſſam,] ſ.ad
coniugem meam,affectu maritali,cauſa prolis procreãdæ ad cultum diuinum.[& concepit & pepe-
rit filium.Et dixit dñs ad me:Voca nomen eius, accelera,ſpolia detrahe, feſtina prædari.] i. tale no-
men ei impone,quo iſta ſignificẽtur,ità ꝙ nomen pueri ab hac proprietate imponatur. [quia anteq̃
ſciat puer] iſte tibi naſciturus,[vocare patrem ſuum & matrem ſuam,] i.adhuc durãte eius infantia,
[auferetur fortitudo Damaſci] i.Raſin rex Syriæ,in qua Damaſcus erat metropolis, occidet̃,eiuſq;
populus capietur:auferentur quoq; [& ſpolia Samariæ] hoc eſt, opes Samariæ prædabuntur. [corã
rege Aſſyriorum.] i.in præſentia eius,vel potiùs ab eo.Contra hanc expoſitionẽ doctores alij mul-
tipliciter arguunt,quorum quædam argumenta ex dictis ſoluta ſunt.Porrò Nicolaus de Lyra, dicit
beatum Thomam de Aquino hanc expoſitionem ſecutum,prout videtur ex quadam poſtilla,quæ
Thomæ aſſcribitur.Verùm ſi Thomas ſic ſenſerit,neſcio.In vita aũt ipſius beatiſſimi Thomæ ſcri-
ptum eſt,ꝙ fecerit cõmentum ſuper Iſaiã prophetã,in quo etiam opere cùm circa quendam paſſum
Iſaiæ anguſtiaret̃,neſciẽs eum intelligere,multis dieb᷒ in ieiunijs & orationib᷒ affligẽs ſemetipſum,
deprecatus eſt dñm,quatenùs dignaretur ſibi oſtendere verum intellectũ paſſûs illius:tandemq; pi-
us dñs miſertus ſancti doctoris,miſit ad eum ſacroſanctos apoſtolos Petrũ & Paulum, qui cùm ve-
nerandum doctorem pleniſſimè inſtruxiſſent,ad eum,qui ipſos miſit,reuerſi ſunt.Vndè & ego,an-
teq̃ ꝓſens opus aggrederer,diù multumq; conatus ſum adipiſci cõmentum tanti doctoris ſup Iſaiã:
ſed nihil profeci,qm̃ neminẽ reperi,qui vel vidiſſe ſe diceret cõmentum huiuſmodi.Veruntñ quę-
dam ſunt,q̃ apparentiam magnam præbent expoſitioni prædictæ. Nam prima facie litera videtur eis
fauo-

fauere & conſonare.Cùm enim Iſaias dixiſſet, [Dixit dñs ad me, ſume tibi librum grandem:] mox
quaſi de ſeipſo loquens,adiecit: [Et adhibui mihi teſtes fideles,& acceſſi ad prophetiſſam.] Deniq;
Oſeæ 1.aliquid ſanè legitur,quod tñ ad literam de S.propheta Oſea exponitur.Ait enim, de ſeipſo *Debe-
loquens:Abijt,& accepit Gomer filiam *Deblaim,& concepit, & peperit ei filium. Et dixit dñs ad laim.
eum:Voca nomen eius Iezrael,quoniam adhuc modicum,& viſitabo ſanguinem Iezrael ſuper do-
mum Iehu,& quieſcere faciam regnum Iſrael.Et concepit adhuc, & peperit filiam, & dixit ei: Voca
nomen eius,Abſq; miſericordia,quia non addam vltrà miſereri domui Iſrael. Inſupèr, ꝙ quædam
inſtantiæ arguentium contra expoſitionem hanc faciliter diſſoluantur,hinc conſtat. Primò eñ ar-
guunt,ꝙ Iſaias cùm eſſet honeſtus,nequaq̃ adhibuit teſtes ad ſuum concubitum.Hoc ſoluitur,quia
nũc dictum eſt, ꝙ adhibuit teſtes nõ ad copulam carnalem,ſed ad ſuam ſcripturam,ſicut notarij fa-
cere ſolent.Secundò arguunt de Vria ſacerdote,ꝙ cùm eſſet peſſimæ vitę,non poterat eſſe teſtis fi-
delis.Iam dictum eſt,ꝙ appellatur teſtis fidelis,non propter vitæ ſanctitatem, ſed propter ſacerdo-
tij dignitatem.Et nonnè multi gentilium ſunt teſtes fideles in foro iudiciali? Tertiò arguunt,ꝙ Za-
charias filius Barachiæ,non potuit eſſe teſtis ab Iſaia adhibitus. Si enim intelligatur de Zacharia fi-
lio Ioiadæ,quem Ioas occìdit,hoc ſtare non valet:qm̃ longo tempore ante Iſaiam mortuus fuit.Nec
poteſt intelligi de Zacharia,qui eſt vnus duodecim prophetarum,quoniã tempore lõgo poſt mor-
tem Iſaiæ eſt natus:quæ oĩa ex 4.Regum pateſcunt. Hoc quoq; iam ſolutum eſt, quiã ſecũdùm iſtos
expoſitores,Zacharias,de quo nunc agitur,neuter erat illorum, ſed alius quidam tempore Iſaiæ vi-
uens:& q̃uis Lyra ſecundùm modum ſuæ audaciæ,aſſerat hanc ſolutionem eſſe confictam ſeuficti-
tiam,faciliter tñ hoc dictum Lyræ ab alijs reprobaretur. Multa enim ſunt vera, q̃ non habentur in
ſcriptura canonica.Sed nec veriſimile eſt,ꝙ tam ſanctus doctor, vt extitit Thomas, in expoſitione
prophetarum vteretur fictitijs. Item nunc tactum eſt, & ex 2.Paralipomenon declaratum, tempore
Ezechiæ fuiſſe quendam Zachariam eruditum,de quo etiam B.Hieronymus hoc loco efficit men-
tionem.Ezechias aũt non diù poſt tempus huius ꝓphetiæ cœpit regnare,vndè probabile eſt, illum
Zachariam vixiſſe tempore Achaz & Iſaiæ.Quartò arguunt, quia de iſto puero dicitur: [Anteq̃ ſciat
puer vocare patrem ſuum & matrem ſuã,auferetur fortitudo Damaſci.] Hæc aũt ſpoliatio facta eſt
ſexto anno regni Ezechiæ.Puer verò,de quo nunc agitur,ſi fuit filius Iſaiæ, cõceptus eſt quarto an-
no regni Achaz:tunc enim ſecũdùm doctores,locutus eſt Iſaias iſta ad Achaz & populum eius.Se-
cundùm hoc itaq; puer iſte vixiſſet circiter duodecim annos ſub imperio Achaz, annoſque ſex ſub
Ezechia ante deſolationem Samariæ.Sed ante tantam ætatem ſcit puer vocare patrem ſuum ac ma-
trem:immò cõceſſo ꝙ puer iſte natus fuiſſet in principio regni Ezechiæ,tñ ante prędictam ſpolia-
tionem ſciuiſſet patrem matremq; exprimere.Videmus enim pueros ante ſextum annum hoc face-
re poſſe.Hæc obiectio videtur fortior cæteris,quæ tñ ab alijs ſoluitur, dicẽtibus ꝙ ſpoliatio Sama-
riæ,de qua nunc tractatur,non erat illa,quæ facta eſt nono anno Oſeæ regis Iſrael,& ſexto anno re-
gis Ezechiæ,ab ipſo Salmanaſar rege Aſſyriorum:ſed alia præcedens, tẽpore Phacee filij Romeliæ,
à Teglathphalaſar rege Aſſyriorum,de qua 4.Regum legitur.Sed quicquid ſit de argumentationi- 4.Reg. 16.
bus iſtis,ego pro meliori eligo, atq; ſecurius æſtimo ſequi Hieronymum, quantùm ad principale,
videlicet ꝙ puer,de quo nunc ſermo eſt, ſit Chriſtus filius virginis, & hoc tenent doctores cõmu-
niter.Erit itaq; ſenſus:[Et dixit dñs ad me:Sume tibi librum grandem,& deſcribe in eo ſtylo homi-
nis,Velociter ſpolia detrahe,citò prædare.] i. ſacramentum ſeu proprietatem nominis huius pueri,
& myſterium reſurrectionis eius comprehende in iſto volumine,appellando videlicet puerum,qui
in præcedenti capitulo vocabatur Emanuel, nomine quo ſignificetur, ꝙ ipſe in ſua reſurrectione
velociter ſpoliauit infernum,& prædam à diabolo raptam abſtulit,ſicut ait:De manu mortis libera-
bo eos,de morte redimam eos.Ero mors tua,ô mors:ero morſus tuus inferne. Et apud Ioannem: Oſeæ 3.
Ego,inquit,cùm exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipſum. Ipſe enim fortem armatum li- Ioan. 12.
gauit,vaſaq; eius diripuit.[Et adhibui mihi teſtes fideles.] Aliqui dicunt,iſtud & quæ ſequunt̃, non
dici in perſona Iſaiæ,ſed Dei patris ęterni:veruntamen S.Hieronymus exponit ea in perſona Iſaiæ,
hoc modo:[Et adhibui] ad opus iniunctum mihi [teſtes fideles] videlicet [Vriam ſacerdotem, &
Zachariam filium Barachiæ.] Videtur autem Hieronymus per teſtes iſtos intelligere, Vriam ſacer-
dotem,& Zachariam virum eruditum,qui vſq; ad tempora Ezechiæ permanſit, ſicut prætactum eſt.
Argumenta verò,quæ contra hoc fieri poſſunt,ſoluta ſunt.Deindè Iſaias in propria perſona profa-
tur:[Et acceſſi ad prophetiſſam,] i.ſpiritumſanctum,ſecũdùm Hieronymum: deſignatur enim ſpi-
ritusſanctus nomine prophetiſſæ,qm̃ in lingua Hebræa ſignificatur ꝑ nomẽ fœminini generis. Vn-
dè in ſermone de Aſſumptione Hieronymus dicit,per Rebeccam ſignificari ſpiritumſanctum pro-
pter rationem prædictam. Acceſſit itaq; Iſaias ad ſpiritumſanctum,exhibendo ſe dignum & aptum
dono ſeu gratiæ prophetali.Dicitur enim in Pſalmo:Accedite ad eum,& illuminamini.Accedimus Pſal. 33.
quippe ad dñm,diſponẽdo nos ad gratiam eius,& amando contemplandoq; ipſum. Hoc modo ac-
ceſſit

Mar.12. ceſſit ad eum, cui in euangelio loquitur Chriſtus: Non es longè à regno Dei. Sed quō huic prophe-
tiſſæ, i. ſpirituiſancto, conueniat quod ſubditur, [& concepit,] non video. Nō enim ſpiritusſanctus
aliquo modo mater eſt Chriſti, niſi exponatur, concepit, i. concipere fecit virginem, de qua ſuperiùs
Iſaiæ 7. dictum eſt: Eccè virgo concipiet. Veruntamen quanuìs ſpiritusſanctus Latino ſermone maſculino
genere deſignatur, nec tamen propriè propheta vocatur: ſic quanuìs in Hebræo fœminino genere
exprimatur, non tamen videtur prophetiſſa propriè nuncupari. Propter quod conuenientiùs arbi-
tror, per prophetiſſam ſignificari Mariam, oīm prophetiſſarum ſummam ac principē, ſicut Prophe-
ta, ſignificat Dauid, prophetarum eximium. Ad hanc prophetiſſam Iſaias acceſſit, cōtemplando ex-
cellentiſſimam dignitatem ipſius, eamq́; mirando, immò de ea prophetando: & concepit ipſa nō de
Luc. 1. me, ſed de ſpirituſancto, quemadmodùm angelus ait ad eā: Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & vir-
Matt. 1. tus altiſſimi obumbrabit tibi. Et, quod in ea natum eſt, de ſpirituſancto eſt. [Et dixit Dn̄s ad me: Vo-
ca nomen eius] i. filium huius prophetiſſæ. [accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari,] i. hanc propri-
etatem ſeu actum, qui eſt, celeriter ſpolia auferre, ac feſtinanter prædari, attribue Chriſto, de quo
cantatur in Pſal. 67. Aſſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem. De quo ait Apoſtolus: Aſſcendens in
Ephe 4. Zach. 9. altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hoībus. De quo Zacharias ait: Tu quoq; in ſanguine
teſtamenti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo nō eſt aqua, i. de limbo inferni. [Quia anteq̄ ſciat
puer] i. Chriſtus [vocare patrem ſuum & matrem ſuam] ore humano & creata ſcientia, videlicet an-
te ipſius incarnationem, [auferetur fortitudo Damaſci, &c.] ſicut expoſitum eſt. Per quod datur in-
telligi, ꝙ ſpoliatio inferni facta à Chriſto, erat ſignum memoratiuum ſpoliationis Syriæ atq; Sama-
riæ à rege Aſſyriorum: decuitq́; oīnò, regi Achaz & populo eius incredulis dari ſignum ità remotū.
Poſtremò quidam volunt, quod nunc dicit̄, [Et adhibui mihi teſtes fideles.] dici in perſona Dei, nō
Iſaiæ, adducentes ad hoc tranſlationem Chaldaicam apud Hebræos authenticam, immò Hebraicę
veritatis expoſitiuā in locis obſcuris, in qua ſic dicit̄: Et conteſtatus ſum ex parte mea teſtificationes
malas, quas dixi futuras in prophetia Vriæ ſacerdotis. Eccè futurum eſt quoq;, ſic oēm conſolatio-
nem, quā dixi venturam in ꝓphetiā Zachariæ filij Barachiæ: Eccè adducturus ſum, & acceſſi ad pro-
phetiſſam. Itaq; iuxta iſtam tranſlationem ꝑdicta verba dicunt̄ in perſona Dei, per Prophetā loquē-
tis. Et Vrias, de quo nunc agit̄, nō erat ille, qui tēpore Achaz erat ſacerdos atq; idololatra: ſed Vrias
propheta, qui prophetauit tempore Ioachim filij Ioſiæ: & per hunc Vriam ꝑdixit Dn̄s mala pœnalia
Iere. 26. ſuperuentura populo Iudæ, q̄ hîc nominant̄ teſtificationes malæ. Vndè Ieremias ait: Fuit quoq; vir
prophetans in nomine Dn̄i, Vrias filius Semei: & prophetauit aduerſùs ciuitatem iſtam & terram
hanc. Similiter Zacharias, de quo nunc ſermo eſt, non erat tēpore Achaz & Iſaiæ, ſed erat Zacharias,
filius Barachiæ, filij Addo, propheta, qui eſt inter duodecim ꝓphetas vndecimus, per quē Dn̄s multa
Zach. 2. bona ꝑdixit de populo ſuo, q̄ hîc appellantur conſolationes, ſicut eſt illud Zachariæ: Lauda & læta-
re filia Sion, quia eccè ego venio, & habitabo in medio tuī, ait Dn̄s. Illud quoq; 9. cap. Exulta ſatìs fi-
lia Sion, iubila filia Hieruſalem, eccè rex tuus veniet tibi, iuſtus & Saluator: Ipſe pauper, & aſſcendēs
Luc. 1. ſuper aſinam. Pari modo quod ſequit̄, [Et acceſſi ad prophetiſſam:] eſt verbum Dei accedentis ad
Mariam, quemadmodùm dictum eſt: Sp̄us ſanctus ſuperueniet in te. Deus em̄ ſupernaturali ordine
fecit eam fœcundam. Patet ergò, ꝙ horum teſtium adhibitio ſiue adductio, non erat corporalis &
de ꝑſenti, ſed ſpiritualis & de futuro: & dicit̄ Deus eos ſibi adhibuiſſe in teſtes, inquantùm per eos ꝑ-
dixit, q̄ facere ordinauit. Impletio quoq; prophetię Vrię de deſtructione Hieruſalē, erat euidens ſi-
gnum impletionis prophetię ipſius Zachariæ, de conſolatione futura per Chr̄m. Conſequenter po-
nitur cauſa captiuitatis ac deuaſtatiōis decem tribuum, ſeu regni Iſrael. [Et adiecit Dn̄s loqui ad me
adhuc, dicens: Pro eo ꝙ abiecit populus iſte] videlicet decem tribus. [aquas Siloæ q̄ vadunt cum ſi-
lentio,] i. reges & principes de genere Dauid, qui cum manſuetudine & obſeruātia legis diuinę po-
pulum ſuum gubernauerunt. Pro maiori em̄ parte boni ac iuſti fuerunt. Per aquam em̄ ſignificatur
Eccés 11. populus, iuxta illud Apoc. 17. Aquę multæ, populi multi ſunt. Et Eccleſiaſtes: Mitte panem tuum ſu-
per tranſeuntes aquas. Siloë verò eſt fons, qui orit̄ ad radices mōtis Sion. Vndè per aquas Siloę in-
telligunt̄ poſteri Dauid, cum quiete ꝑſidentes. [& aſſumpſit magìs Raſin & filiū Romeliæ,] hoc eſt,
ſubeſſe obedireq́; maluit Raſin regi Syriæ, & Phacee filio Romeliæ, regi Iſrael, regibus impijs atq;
idololatris, q̄ regibus Iuda, apud quos permanſit cultus diuinus. [propter hoc eccè Dn̄s adducet ſu-
per eos] ſ. populum Iſrael, [aquas fluminis fortes & multas] Quid aūt per aquas has intelligat̄ adiun-
xit, videlicet [regē Aſſyriorum, & oēm gloriam eius,] hoc eſt, oēm exercitū & poteſtatem eius. Quē-
4. Reg. 13. admodùm nanq; 4. Regum habet̄, primò cœpit Phul rex Aſſyriorū affligere decem tribus, deindè
Teglatphalaſar, poſtremò Salmanaſar tranſtulit eos in Medos. [Et aſſcendet] rex iſte cum exercitu
ſuo [ſuper oēs riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius.] hoc eſt, oīa loca regni Iſrael occupabit,
& vndiq; diffundetur exercitus eius operiens ſuperficiē terræ. [& ibit per Iudam inundans] i. regnū
Iudę ingrediet̄ cum impetu & exercitu magno, ſicut fluuius magnus decurrit, terramq́; operit. Iſtud
præ-

præcipuè impletum fuit tempore Ezechiæ, qn̄ Sennacherib Iudæam intrauit, omnes vrbes Iudæ ac
Beniamin vaſtans, & ad Hieruſalem venire diſponens. Propter quod ſubditur: [& tranſiens vſq; ad 4. Reg. 18.
collum veniet.] i. regnum Iudę quaſi totaliter obtinebit & vincet: quemadmodùm aqua vſq; ad col-
lum pertingens, hoīem penè ſubmergit. [Et erit extenſio alarum] i. magnitudo exercituū [eius, im-
plens latitudinem terræ tuæ] putà Iudææ, [ô Emanuel:] quem virgo concepit & peperit, ô Chriſte
nobiſcum Deus. Tantus enim fuit exercitus Aſſyriorum, ꝙ terram Iudææ vehemēter impleuit. Ex
iſto apparet, ꝙ ea quę dicta ſunt anteà de puero naſcituro in ſignum liberationis regni Iudæ, non
poſſunt de filio Iſaiæ intelligi: ille enim non fuit Dn̄s terræ huius: vndè de eo diceretur, ꝙ extenſio
alarum regis Aſſyriorum, impleret latitudinem terræ ſuæ, niſi dicatur terra ſua, quia natus fuit in ea:
ſicut de compatriota dicimus, Iſte eſt de patria mea. Conſequēter deſcribit Propheta deiectionem
regis atq; exercitûs regis Aſſyriorū, vel ſecundùm alios, Raſin regis Syriæ, & Phacee filij Romeliæ,
qui ſuprà locuti ſunt: Aſſcēdemus ad Iudam, & ſuſcitemus eum, & euellamus eum ad nos. [Congre-
gamini populi, & vincemini.] i. quanuìs collegeritis & adunaueritis vos cum rege Aſſyriorum, ſeu
alijs regibus, & in robore exercitûs veſtri ſperaueritis, tn̄ Deo pugnante pro populo ſuo, vincemi-
ni atq; cadetis. Quod verò ait Propheta, Congregamini populi, ſ. contra Iudam, nō exhortando, ſed
deridendo dicit, quemadmodùm ait Pſalmiſta: Dn̄s regnauit, iraſcantur populi. Talis tn̄ deriſio ſeu Pſal. 98.
ironia procedit ex zelo iuſtitiæ, non ex affectu inuidiæ: poteſtq́; intelligi per modum prænunciati-
onis futuri. Et ſimili modo ſcriptum eſt: Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. [Et audite vniuerſæ Apoc. 22.
procùl terræ.] i. omnes gentes longè habitantes aduertite, qualiter Dn̄s aduerſarios populi ſui deie-
cit. [cōfortamini] i. cōcurrendo adinuicèm roborate vos mutuò. [& vincemini] i. diuina virtute ſu-
perabimini. [accingite] i. armate [vos, & vincemini,] i. nil proderit vobis iſta accinctio, ſed cadetis.
[Inite conſilium] cum rege Aſſyriorum, ſeu alijs regibus iam prędictis, contra regnum Iudę. [& diſ-
ſipabitur.] i. conſilium veſtrum effectu priuabitur. [Loquimini verbum,] præſumendo de certa vi-
ctoria. [& non fiet,] quia voſipſi peribitis. [quia nobiſcū Deus:] cuius poteſtati nullus reſiſtere po-
teſt. De quo aſſeritur: Equus paratur ad diem belli, Dn̄s autem ſalutē tribuet. Si igitur Deus pro no- Prou. 21.
bis, quis contra nos? Vndè S. Iob: Pone me, inq̄t, iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. [Hęc Iob 17.
enim ait Dn̄s ad me] clementer & gratioſè: [Sicut in manu forti] i. potenter & glorioſè, ſeu ſuperna-
turaliter [erudiuit me,] i. eadem pietate qua me docuit, [nè irem in via populi huius,] i. nè me ità ha-
berem vt ipſi, videlicet timendo aduentum regum iſtorum, & de diuino auxilio diffidendo, eadem
pietate locutus eſt mihi, dicens: [Non dicatis, coniuratio.] i. coniurationem Raſin & Phacee contra
vos, nolite pro aliquo reputare. & meritò ità exhortor: [Omnia enim quæ loquitur populus iſte, cō-
iuratio eſt.] i. populus Iudæ tantùm formidat impugnationem iſtorum duorum regum, ꝙ neſciunt
loqui aliquid aut cogitare, niſi de coniuratione regum horum contra ſe facta: nō enim erigunt cor-
da ſua ad Deum, nec eius ſubſidio innituntur, dicētes cum S. Dauid: Leuaui oculos meos in montes, Pſal. 120.
vndè veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Dn̄o, qui fecit cælum & terram. Patet ergò ex his, ꝙ
homo diuinitùs eruditus atq; perfectus, timere non debet hoſtilem incurſum hoīm, quantumcunq;
multorum. Propter quod Dauid: Non timebo, inquit, millia populi circundantis me. Et Iob de ſe-
ipſo teſtatur: Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me. [Et timorē Pſal. 3.
eius nè timeatis, neq; paueatis.] i. coniurationis iſtius contra vos factę, grauitatem ſeu terribilitatem Iob 31.
nolite metuere. [Dn̄m exercituum ipſum ſanctificate.] i. in ſanctitate & iuſtitia ipſi ſeruite, eum ho-
norate, & non ſolùm verbis, ſed operibus quoq; confitemini, atq; oſtendite eum ſanctum eſſe. Hoc
eſt quod Chriſtus edocuit: Sic, inquiens, orabitis: Pater noſter qui es in cælis, ſanctificet̄ nomen tuū. Matt. 6.
[& ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter] i. Dn̄m exercituum primò, ſummè, immò duntaxàt, paue- Luc. 11.
te & formidate filiali & caſto timore. Hoc eſt quod ait ſaluator. Nolite timere eos qui corpus occí- Mat. 10.
dunt, aīam autem non poſſunt occídere: ſed potiùs timete illum, qui habet poteſtatem & corpus &
aīam perdere in gehenna ignis. Vndè apud Eccleſiaſticum inducitur: Cor ſenſati in omni tempore Ecci 22.
metu non deprauabitur. Deum ergò in oībus formidare debemus, qm̄ timor ad omne bonum diſ-
ponit. Scriptum eſt enim: Timor Dn̄i retrahit à malo. Et iterùm: Timor Dn̄i principium ſapientiæ. Prou. 1.
Itemq́;: Timor Dn̄i initium dilectionis eius. Et, Beatus cui datum eſt habere timorē Dn̄i. Illud quoq; Ecci 25.
Eccleſiaſtici ſemper nos reminiſci oportet, ſi vel proficere, vel ſaltem non deficere volumus: Si nō
in timore Dn̄i tenueris te inſtāter, citò ſubuertet̄ domus tua. Idcircò B. Iob ait: Semper quaſi tumē- Ecci 27.
tes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Et alibì: Deus ſolus eſt, & cogita- Iob 31. & 25.
tionē eius nemo auertere poteſt: idcircò à facie eius turbatus ſum, & conſiderās eum, timore ſolici-
tor. Dicit̄ aūt De' timor & pauor noſter, nō eſſētialiter, ſed obiectaliter ſiue cauſaliter. [& erit vobis in
ſanctificationē.] i. ſi Deum hoc modo timueritis, ipſe erit cauſa ſanctificationis veſtræ, & ſanctifica-
bitis eū, & ipſe ſanctificabit vos. [in lapidē aūt offenſionis & in petrā ſcandali] erit Dn̄s [duabus do-
mib' Iſrael.] i. regno ſeu populo Iudę, & populo Ephraim: vel, vt alij dicunt, domui Phacee filij Ro-
me-

meliæ, quem occidit Oſee filius Ela: & domui huius Oſee, quē captiuauit rex Aſſyriorum. Nazaræi
verò p̄ has duas domus, intelligunt duas familias, putà ſcribarum ac phariſęorum. [in laqueum & in
ruinam habitantibus Hieruſalē] i. dñs ſpecialiter erit habitatoribus Hieruſalē in ruinam & laqueū,
ità q̄ faciet eos capi ac ruere, quemadmodùm ſubinfertur: [Et offendent ex eis plurimi] in hunc la-
pidē offenſionis, i. Deum ſuis peccatis contra ſe prouocabunt, vt eos deijciat & occidat. [& cadent]
à ſtatu virtutum. [& conterentur,] omne ſpiritale eſſe p̄dendo. [& irretientur] i. peccatorum ſuorū
vinculis ligabuntur, iuxta illud Iob 23. Propter malitiam tuam circundatus es laqueis, & conturbat
te formido ſubita. [& capientur] ab hoſtibus ſuis, tam viſibilibus q̄ inuiſibilibus. Quemadmodùm
Pſal. 26. autē dñs bonis atq; electis eſt lapis refugij, & petra ſtabilitatis in bono, iuxta illud: In petra exaltauit
me: ſic obſtinatis & p̄fidis eſt lapis offenſionis, petraq́; ſcandali, quia peccando impingunt in eum,
propter quod cadunt retrorſum, & pereunt. Iudæis ergò non metuētibus Deum, nec admonitioni
Iſaiæ acquieſcētibus, factus eſt Deus lapis offenſionis, qm̄ iuſtè p̄miſit, vel etiam fecit eos cadere: ce-
Amos 6. ciderunt enim ſpiritualiter Deo permittēte, & corporaliter eo agente. Vndè ſcriptum eſt: Domus
Iſrael cecidit, non adijciet vt reſurgat. Quod aūt iam dictum eſt, In laqueum & in ruinam habitanti-
bus Hieruſalē, quidam exponunt de habitatoribus Hieruſalē pro tempore Ezechiæ: ſed hoc nō vi-
detur congruere hiſtoriæ 4. Regum, & his quæ infrà dicuntur: quia tēporibus Ezechiæ Sēnacherib
rex Aſſyriorum non oppugnauit Hieruſalē. Meliùs ergò refertur ad tēpus Chriſti, præſertim cùm
Rom. 9. Paulus ad Romanos ex iſta ſcriptura teſtimonium ſumat, dicēdo: Iſrael peccando contra iuſtitiam,
1. Cor. 1. in legē iuſtitiæ non peruenit: offenderunt enim in lapidē offenſionis. Et alibì: Nos, inquit, prædica-
mus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidē ſcandalū, gentibus aūt ſtultitiā. Primæ quoq; Pet. 2. habet:
Vobis honor credētibus, non credētibus aūt lapis, quē reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in
caput anguli, & lapis offenſionis & petra ſcandali. Deindè dñs ait ad Iſaiam: [Liga teſtimoniū,] i. p̄-
phetiam de Chriſto tibi nunc reuelatam, diligēter cuſtodi, vt ad poſteros deducatur. [ſigna legē in
diſcipulis meis,] i. euangelicam legē prænuncia dandā apoſtolis, cæteriſq́; ex Iudaiſmo conuerſis.
Vel ſic: Liga teſtimonium, i. myſterium Chriſti, de quo nunc p̄tractāſti, occulta indignis, inuoluēdo
ſcripturam iſtam propheticam obſcuritatibus varijs, propter incredulos, quibꝰ ſecreta fidei ſunt ce-
Matt. 7. landa, quēadmodùm Chriſtus teſtatur: Nolite ſanctum dare canibus, neq; margaritas veſtras pona-
tis ante porcos, nè fortè conculcēt eas pedibus ſuis. Sed hæc ſecreta & Iudæis incognita, cōmittun-
tur diſcipulis ſaluatoris. Per apoſtolos nanq; reſerata ſunt eloquia p̄phetarum, ad quod p̄tinet illud
Pſal. 17. in Pſal. Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamēta orbis terrarum. Vndè & Danielī
Dan. 12. dictum eſt: Vade Daniel, quia clauſi ſignatiq́; ſunt ſermones vſq; ad tempus præfinitum. Qm̄ ergò
Iſaias ſpiritu prophetali proſpexit iſta in Chriſti aduentu aperienda, idcircò reſpondet: [Expectabo
dñm] putà Emanuelē regem Chriſtum, [qui abſcondit faciē ſuam à domo Iacob] i. ſuam cognitio-
nē iuſtè ſubtraxit populo Iudæorum, & in tenebris infidelitatis eos reliquit. [& p̄ſtolabor eū.] Ex-
pectauit enim eum Iſaias in vita p̄ſenti, & demùm in limbo inferni p̄ſtolatus eſt eum. [Eccè ego &
pueri mei, quos mihi dedit dñs in ſignum & in portētum Iſraelis.] Quidam exponunt iſtud de Iſaia
& filijs eius carnalibus: ſed hoc cōmuniter non tenetur. Alij igit̄, quos ſequitur Lyra, exponunt de
ſp̄ūalibus filijs ſeu diſcipulis Iſaiæ. Erant aūt filij tales ab alijs ſpreti atq; inſani reputati: ideò dicunt̄
dari in ſignum & portētum Iſraelis, i. Iſraeliticę plebis, à qua deridebantur. Vndè 4. Reg. 9. principes
dixerūt ad Iehu, quē vnxit vnus de filijs prophetarum, miſſus ab Heliſeo: Quid venit inſanus iſte ad
te? Ezechiel quoq; frequēter locutus eſt filijs Iſrael: Ego portētum veſtrum. Veruntn̄ expoſitio iſta
Heb. 2. non videtur concordare Apoſtolo, qui ad Heb. docet hæc verba dici in p̄ſona ſaluatoris, & de eius
Ibidèm diſcipulis. ait em̄: Propter quod non confundit̄ eos fratres vocare, dicens: Nunciabo nomē tuū fra-
tribus meis. Et iterùm: Eccè ego & pueri mei, quos dedit mihi dñs. Chriſtꝰ igit̄ ait: Eccè ego & pueri
mei, i. ſp̄ūales fratres ac filij, q̄bus poſt reſurrectionē dixi: Pueri, nūquid pulmētariū habetis? Quos
Ioan. 21. & 6. dedit mihi dñs pater, ſeu Trinitas Deus, ſicut profeſſus ſum: Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit eī
datum à patre meo. In ſignum & in portētum Iſraelis. Iudæi enim contēpſerunt & deriſerunt diſci-
1. Cor. 4. pulos Chriſti. Propter quod Paulus dicit: Spectaculū facti ſumus Deo & angelis & hoībus. Chriſtus
Ioan. 16. quoq; loquit̄: Venit hora, vt oīs qui interficit vos, arbitret̄ obſequium ſe p̄ſtare Deo. Et alibì: Odio
Luc. 21. eritis oībus hoībus propter nomē meū. Erunt itaq; in ſignū & portentū Iſraelis, intantùm vt digito
demonſtrentur, tanq̄ derelicti ſeu reprobati. [à dño exercituum, qui habitat] per fidē & gratiam [in
monte Sion.] i. in Eccleſia militante, diuina & inuiſibilia fideliter ſpeculāte. De quo monte Sion ait
ad Heb. 12. Apoſtolus: Acceſſiſtis ad montē Sion, & ciuitatem Dei viuentis, & Hieruſalem cæleſtē.
Quoniam itaq; Emanuel Chriſtus pauloantè dixit ad Iſaiam, Signo legem in diſcipulis meis: nunc
eoſdem diſcipulos ex charitatis affectu pueros nominat, & de eis pleniùs tractat, dicendo: Eccè
ego & pueri mei, ſicut iam patuit. Apoſtolis ergò & cæteris euāgelicæ legis prædicatoribus Chriſtus
conſequenter ait: [Et cùm dixerint ad vos] infideles, quibus euangeliū p̄dicatis, [quęrite] i. de fu-
tu-

turis interrogate, & de ſecretis conſulite [à pythonibus] i. ab hoībus habentibus ſpiritum pythoni-
cum, ſeu diuinantibus per apparentē alicuius defuncti ſuſcitationē ac reſponſionem. Python nanq; Pythonici ſunt per quos reſponſa dāt dæmones.
quandam ſpecialē artem magicam adinuenit diuinandi, i. de futuris aut ſecrétis notitiā acquirendi
per fallacem apparitionē mortuorum. Idcircò hac arte vtentes, appellantur pythones. Vndè Act. 16.
puella pythoniſſa, q̄ quæſtum magnū faciebat dominis ſuis, multa videlicet lucrando per diuinati-
onem pythonicam, clamauit poſt tergum Pauli & Silæ: Iſti hoīes ſunt ſerui Dei excelſi, qui annun-
ciant vobis viam ſalutis. Saul quoq; dixit mulieri pythoniſſæ: Diuina mihi in pythone. Et mulier: 1. Re. 28.
Quē, inquit, ſuſcitabo tibi? [& à diuinis] i. cùm dixerint vobis, quærite ab alijs quocunq; modo di-
uinantibus. [qui ſtrident in incantationibus ſuis,] i. ad inſtar barbarorum verbis inſolitis & ignotis
vtunt̄, reſpondebitis eis: [Nunquìd nō populus à deo ſuo requiret viſionem pro viuis * à mortuis?] *ac
q. d. immò. nam & pagani atq; idololatræ à dijs ſuis ſciſcitant̄ reſponſa. nam per locum à maiori, nos
fideles quęrere debemus non à pythonibus & diuinis, neq; à mortuis, ſed à Deo noſtro, eiuſq́; pro-
phetis ac ſanctis reſponſa, pro om̄i negocio occurrente, tam p̄ viuis, q̄ mortuis. Ideò ſubditur: [Ad
legem magis & ad teſtimonium.] i. ad legem diuinam, in qua ſuperſtitiones diuinorum damnantur,
& ad loca ſcripturarum potiùs recurrendum eſt, quatenùs interrogemus eo modo, quo docet diui-
na ſcriptura. [Quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc,] i. ſi iſti increduli & ſuperſtitioſi non acqe-
uerint veſtræ reſponſioni, ſed in ſuo errore permāſerint, [non erit eis matutina lux] i. grãæ ſplendor
& ſalubris cognitio veritatis. [& trāſibit p̄ eam] i. matutina hæc lux tranſiliet cōgregationē infidelē,
non demorando in ea. [& corruet, & eſuriet:] i. congregatio ſuperſtitioſa peccando labetur, & eſu-
riem patietur vel cibi corporalis, quia frequenter decipiuntur hoīes per diuinos, & ſic incidunt ma-
gna pericula: vel cibi ſpiritualis, eſuriendo ac ſitiendo iuſtitiam, poſtq̄ priores ſuos errores cogno-
uerit, & ad Chr̄m pœnitendo redierit. [& cùm eſurierit] aliquo horum modorum, [iraſcet̄] ſibijpſi
q̄ ſe taliter falli p̄miſit: vel alijs, à quibus viderit ſe eſſe deceptum. [& maledicet] ex impatientia ſeu
zelo iuſtitię, [regi ſuo] i. principi tēporali cui adhæſit, ſeu dęmoni cui ſeruiuit: [& deo ſuo] falſo, aut
idolo quod inaniter coluit: qm̄ ſuum cultorē tempore neceſſitatis non potuit ſaluare. [& ſuſpiciet]
ſ. congregatio iſta [ſurſum, & ad terram intuebit̄] i. vndiq; adiutoriū quæret tempore ſuæ famis atq;
anguſtiæ. [& eccè tribulatio, & tenebræ, & diſſolutio, & anguſtię, & caligo perſequens.] i. omnia ma-
la hæc appræhendent congregationem perfidorum, in pythonibus atq; diuinis ſperantium. [& non
poterit auolare.] i. euadere [de anguſtia ſua] virtute propria, neq; poteſtate deorum ſuorum.

¶ *Expoſitio tropologica eiuſdem capituli.* *Articulus* 20.

PRæthereà iuxta ſenſum moralē vnuſquiſq; dicere poteſt: Et dixit dñs ad me per inſpirationem
internam, ſeu ſacræ ſcripturæ admonitionē. Sume tibi librum grandē, i. virginē glorioſam ſan-
ctam Mariā, verbum Dei, per quod facta ſunt oīa, in ſuis caſtis viſceribus cōtinentē, in qua oīm do-
cumenta virtutum legunt̄ & addiſcunt̄. & ſcribe in eo ſtylo hoīs, i. in hac virginea matre euidenter
ſcriptum p̄fitere: Velociter ſpolia detrahe, citò p̄dare, i. Chr̄m inferos ſpoliantē, & iſtis noībus my-
ſticè appellatum, ſicut in p̄cedenti habetur articulo. Et adhibui mihi teſtes fideles, i. confeſſionē fi-
dei meę efficaciter roboraui per teſtimonia ſancta ac certa, videlicet Vriam ſacerdotem. i. lucem ve-
ritatis diuinæ, & Zachariam filium Barachiæ, i. memoriā diuinorum ac benedictionē gratiarum cæ-
leſtium. Vrias em̄ interpretatur lux dñi: Zacharias, memoria dñi: Barachias, benedictio dñi: & his te-
ſtibus natiuitas Chr̄i fideſq́; probatur. Non em̄ naturali rationi, ſed lumini increâto ac veritati ęter-
næ fides noſtra innititur: quā veram eſſe perpendimus, dum verba & opera Chr̄i ad memoriam re-
uocamus, eiuſq́; beneficia ſeu benedictiones Eccleſiæ præſtitas, ſagaci mente reuoluimus. & acceſſi
ad prophetiſſam, i. Deo me dirigente, conuerſus ſum ad aīam meam, de futurorū euentibus, ſ. futu-
ro iudicio, pœnis inferni, & gloria beatorum, diuinitùs illuminatam. & concepit bonum p̄poſitum
ſeu grãm Dei, ac pacem, ſicut in Pſalmo de dño dicitur: Qm̄ loquetur pacem in plebē ſuam, & ſuper Pſal. 84.
ſanctos ſuos, & in eos qui conuertunt̄ ad cor. & peperit filiū, i. opus bonū. Et dixit dñs ad me: Voca
nomen eius, i. opus tuum virtuoſum appella: Accelera, ſpolia detrahe, feſtina p̄dari, i. ſcito quia per
opus tuum bonum, hoſtibus tuæ ſalutis p̄ualebis, & dæmonibus auferes quod fallaciter rapuerunt,
videlicet temetipſum & p̄ximos tuos, quos benè viuendo ſaluabis. Quia anteq̄ ſciat puer vocare pa-
trem ſuū & matrem ſuam, i. priuſq̄ ad plenam perfectionē operatio tua pertingat, ità vt Deū meritò
patrē, & Eccleſiam matrē poſſis vocare, qñ videlicet fueris adhuc conſtitutus in ſtatu incipientiū ſeu
proficientiū. auferet̄ fortitudo Damaſci, i. apparentia ſapiētiæ ſecularis. & ſpolia Samariæ, i. arma hę-
reticorum, ità q̄ nullum iſtorum tibi nocebit. Vndè ait Apoſtolus: Quēadmodùm Iannes & Mā- 2. Ti. 3.
bres reſtiterunt Moſi, ità & hi reſiſtunt veritati: ſed vltrà non p̄ficient. inſipientia em̄ illorum mani-
feſta erit. Dñs ergò ſeruos ſuos ad p̄fectionē tēdētes, clemēter ac fortiter p̄tegit. Auferunt̄ aūt p̄dicta
corā rege Aſſyriorū, i. diabolo, quo p̄ſente ac renitēte, grã Dei cōſeruat electos, & deijcit reprobos.
Pro eo q̄ abiecit populus iſte, videlicet mali Chr̄iani, infideles atq; hęretici, aquas Siloę q̄ vadūt cum

 ſilen-

ſilentio,i.doctrinam Chrĩ miſſam de cælis,tranquillam,ſalientemq́; in vitam æternam.Siloa em̃ in-
Ioan.7. terpretat̃ miſſus.Et Chr̃s loquit̃:Mea doctrina non eſt mea,ſed eius qui miſit me.Poſſunt quoq; per
aquas Siloæ intelligi dona & gr̃æ ſpũsſancti,de quibus ait ſaluator:Qui credit in me, ſicut dicit ſcri-
ptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.In q̃bus vtiq; aquis lauamur à ſordibus culpæ,& te-
Ioan.9. nebris ignorantiæ.In cuius ſignificationẽ ſaluator cæco à natiuitate,à ſe illuminato, dixit: Vade,&
lauare in natatoria Siloe.& aſſumpſit magìs Raſin & filium Romeliæ,i. potiùs intendit carnali pru-
dentiæ & vitijs ſeculi.Propter hoc adducet Dñs ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regẽ Aſ-
ſyriorum & oẽm gloriam eius,i.principem tenebrarũ & angelos eius cum vitijs vniuerſis. Tradidit
em̃ Deus illos in reprobum ſenſum.& aſſcendet ſuper oẽs riuos eius,i.prælatos & ſuperiores,quo-
Rom.1. rum eſt alios fluentis ſapientiæ irrigare.& fluet ſuper oẽs ripas eius,i. ſubditos occupabit, ſuæq́; ſer-
uitutis iugo eos ſubijciet,ità vt captiui teneant̃ funibus peccatorum ſuorum ad ipſius voluntatẽ. &
ibit per Iudã inundans,i.rex ſuperbiæ,ſ.dæmon,etiam iuſtos Dño veraciter confitentes, tentare ac
1.Pet.5. tribulare audebit,quẽadmodùm Petrus fatet̃:Aduerſarius veſter diabolus,tanq̃ leo rugiens circuit,
quærens quem deuoret.& tranſiens vſq; ad collum veniet,i.tam grauiter eos affliget, vt quaſi vide-
antur abſorberi ab eo,non tñ abſorbebuntur,nec demergentur,qm̃ non pertinget niſi vſq; ad col-
Rom.16. lum.tuncq́; implebitur illud Apoſtoli:Deus cõteret ſatanã ſub pedibus veſtris velociter.Et erit ex-
tenſio alarum eius,i.ſpirituum immundorum, qui ſunt velut alæ principis ſui. implens latitudinem
terræ tuæ,i. oĩa loca Eccleſiæ,ô Emanuel,i.Chr̃e.vndiq; em̃ aduerſant̃ dæmones populo Chrĩ.Cõ-
gregamini populi,& vincemini:accingite vos,& vincemini &c.Hæc em̃ poſſunt eſſe verba Eccleſię,
ſeu cuiuſcunq; fidelis contra aduerſarios ſuos,ſecundùm ſenſum in p̃cedenti articulo poſitum.Quĩ
Pſal.26, & 17. enim in Deo tam immobiliter ſperat &confortatus eſt,vt dicere valeat cum beatiſſimo Dauid:Dñs
illuminatio mea & ſalus mea:quem timebo?Et,ſi conſiſtant ante me caſtra,non timebit cor meum:
Et,In Deo meo tranſgrediar murũ:ſecurè dicit hæc verba,inſtante pſecutione quantumcunq; gra-
uiſſima.Nam etſi aduerſarij Eccleſię atq; iuſtorũ ad tempus p̃ualeant,&corporaliter bonos perſequi
permittant̃,ipſi tñ finaliter pereunt,& ſpũaliter moriunt̃.Porrò quilibet Chriſtianus, videns ſe per
gr̃am Dei illuſtratum,vitia deteſtantẽ, mundi vanitates intelligentẽ, & ad vitam religioſam ſeu me-
liorem conuerſum,Deo oĩa bona gratanter aſſcribat,dicatq́;:Sicut in manu forti erudiuit me,nè irẽ
in via populi huius,i.nè incederẽ per viam ſpatioſam ac latam,q́ ducit ad mortẽ,ità vt cum viro iuſto
Pſal.61. dicere queam:Protexiſti me à conuentu malignantium,à multitudine operãtium iniquitatẽ.Quan-
tùm em̃ diſtant abinuicèm via impiorũ,& ſemita virtuoſorum,innoteſcit ex teſtimonio Salomõis:
Prou.4. Via impiorũ tenebroſa,neſciunt vbì corruunt.Iuſtorũ ſemita quaſi lux ſplendens p̃cedit, & creſcit
vſq; ad pfectam diem.Conſequẽter Eccleſia ait filijs ſuis: Nõ dicatis,cõiuratio,i. dum cõſurrexerint
aduerſùm vos hęretici & peruerſi,nolitè inordinatè metuere,nec hoſtiũ veſtrorũ coniurationẽ cõ-
tra vos factam,immoderatè pauere:ſed Dñm exercituum ſanctificate,toto corde cõfidentes in ipſo:
& ipſe ſit pauor veſter,& erit vobis in ſanctificationẽ.Erit aũt in lapidẽ offenſionis,& in petrã ſcan-
dali duabus domibus Iſraelis,i.duobus generibus hoĩm Chriſtianorum,videlicet clericorum & la-
icorum,qui fidem ſine operibus habent:vel clauſtralium & ſecularium,quorũ corda extant cõuer-
ſa ad mundum,non ad bonũ diuinum.Erit quoq; Dñs & in ruinam habitantibus Hieruſalẽ,i.ſacer-
1.Pet.4. dotibus atq; p̃latis,in atrijs Eccleſiæ demorantibus.Tẽpus em̃ eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei.
Ezec.9. Propter quod per Ezechielem Dñs iuſſit:A ſanctuario meo incipite percutere. Et Oſeę V.Attendi-
te,inquit,hoc ſacerdotes,quia vobiſcum iudicium eſt,qm̃ laqueus facti eſtis ſpeculationi,& ſicut re-
te expanſum ſuper montem.Conſequenter Dñs ait vicario ſuo,vel ſanctæ Eccleſiæ:Liga teſtimoniũ,
i.myſteria ſcripturarũ claude indignis:qui em̃ erudit deriſorem, facit ſibijpſi iniuriam. ſigna legem
* eiſq́; in diſcipulis meis,i.in corde humilium euangelicã legem abſconde, *eiuſq́; veritatẽ expone. Præ-
Luc.10. latus ac doctor ſic faciens,imitat̃ patrem cæleſtem,cui Chr̃s ait:Confiteor tibi pater,Dñe cæli & ter-
ræ,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus,& reuelâſti ea paruulis. Poteſt quoq; vtrunq;
verbum,ſ.Liga & Signa,ad eoſdem referri,qm̃ teſtimonia ſcripturarum & lex liganda, i. fortiter in-
Deu.6. nectenda,ſeu imprimẽda atq; ſignanda ſunt in mẽtibus Chriſtianorũ, ſecundùm illud Pro.7.Serua
mandata & legem quaſi pupillam oculi tui:liga eam in digitis tuis,& in tabulis cordis tui ſcribe eam.
Et Moſes loquitur:Erunt verba Dñi in corde tuo,& ligabis ea quaſi ſignum in manu tua , eruntq́ue
& mouebuntur inter oculos tuos.Prætereà vir fidelis omne temporale præmiũ ſpernens, ſolamq́;
æternam remunerationẽ exquirens,& Dñm lõganimiter præſtolãs,dicat: Expectabo Dñm, qui abſ-
condit faciem ſuam à domo Iacob.Domus Iacob, eſt Eccleſia ſupplantantium vitia, à quibus Dñs
faciem ſuam abſcondit,dum gratiam ſuam ad horam ſuſpendit, conſolationemq́; ſubtrahit, & eos
diuerſis perſecutionibus & tentamentis exponit,iuxta illud Sap.7.Tanq̃ aurum in fornace proba-
uit electos Dñs,& quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos.Quæ autem ſequũtur vſq; ad finem capitu-
li,exponi poſſunt in perſona Eccleſiæ,ſeu boni pręlati,aut hominis iuſti,ac ſpiritualium filiorũ eius,
ſecun-

ſecundùm eundẽ ſenſum,quo in p̃cedenti capitulo elucidata ſunt in perſona Chrĩ, diſcipulorumq́;
eius.Cùm ergò Eccleſia filios ſuos ſpirituales,deuotos &innocẽtes,ab amatorib⁹ ſuis cõſpicit deri-
deri, aduerſaq́; perpeti, cum om̃i gaudio & patientia dicat:Eccè ego & pueri mei, quos dedit mihi
Dñs in portentum.Prohibet demùm Eccleſia cunctis fidelibus, nè pythones conſulãt, aut diuinos
interrogent:ſed ad Deum & ſacram ſcripturã fidutialiter conuertantur:his verò, qui ità non agunt,
plurima mala minat̃.Sed heu, q̃ multi fidelium diuinis intendunt, & magicis artibus ſe inuoluunt,
quibus vtiq; ſuperuenient tribulatio ſempiterna,tenebræ infernales,anguſtia deſperata.

¶ *Explanatio noni capituli.* *Articulus* 21.

DErelictis expoſitionibus varijs atq; ſupfluis,ipſe beatiſſ.Euangeliſta Matthęus in expoſitione Matt.4.
huius cap.tanq̃ ſapiens architectus iaciat fundamentũ. Primò tñ verba textûs ponenda ſunt:
[Primo tẽpore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouiſſimo aggrauata eſt via maris
trans Iordanẽ Galilææ gentium.Populus q ambulabat in tenebris,vidit lucẽ magnam: habitãtibus
in regione vmbræ mortis,lux orta eſt eis.] Porrò ad cognoſcendũ qualiter iſta in Chrĩ aduentu im-
pleta ſint, cõmemoranda ſunt euãgelicæ veritatis eloq̃a. Ait ergò Mat.4.cap.Cùm audîſſet Ieſus q
Ioãnes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilęã:& relicta ciuitate ſua Nazareth,venit & habitauit in ciuitatẽ
Capharnaũ maritima,in finibus Zabulon & Neptalim.vt adimpleret̃ quod dictũ eſt per Iſaiam pro-
phetã,dicentem:Terra Zabulon & terra Neptalim,via maris trans Iordanẽ Galilęæ gentiũ.Populus
qui ſedebat in tenebris,vidit lucem magnã:& ſedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.
Ex his euidentiſſimè eluceſcit,p̃dictam prophetiã in primo Chriſti aduẽtu fuiſſe impletã. Eſt igitur
ſenſus:Primo tempore,i.in principio p̃dicationis euangelicę ab ipſo Chr̃o,alleuiata eſt terra Zabu-
lon & terra Neptalim,i.habitatores harũ terrarum, videlicet nati de tribu Zabulon & Neptalim,ſeu
alij.Iam em̃ hæ tribus, q́ pro maiori parte fuerant captę,exoneratæ ac releuatę ſunt à iugo diaboli ac
ſeruitute peccati:qm̃ multi earum ad Chriſti p̃dicationem pœnituerunt. Cœpitq́; Ieſus in his locis
prædicare atq; miracula facere.propter quod p̃allegatis verbis adiecit S. Matthæus: Exindè cœpit Ibidẽm
Ieſus prædicare ac dicere:Pœnitentiam agite,appropinquabit enim regnũ cælorũ. Deniq; ſicut Io-
an.2.habet̃,primum ſignũ Chrĩ,videlicet conuerſio aquæ in vinum,factũ eſt in Chana Galilæę,ſ.in
terra prædicta,& crediderunt in eum diſcipuli eius.& nouiſſimo,i. circa finem prędicationis Chrĩ,
aggrauata eſt via maris,i.populus in p̃dicta habitans terra,induratus eſt corde, & fidem atq; doctri-
nam Chrĩ grauiter,immò infideliter audiêrunt, redeuntes ad vomitũ, dicentes ad inuicèm: Durus Ioan.6.
eſt hic ſermo,quis poteſt eum audire?Mare appellat̃ hoc loco mare Genezareth,in cuius littore ſitę
erant Capharnaũ,Tiberias,Bethſaida,Corozaim,ciuitates pertinentes ad fines Zabulon & Nepta-
lim,de cuius tribu erat Tobias.Harũ itaq; ciuitatũ hoĩes,primùm pro magna parte intenderunt do-
ctrinę Saluatoris,poſteà tñ auerſi ſunt.Vndè Chr̃s exprobrâſſe legitur ciuitatibus iſtis,quemadmo-
dùm ſcriptum eſt: Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus,in quibus factæ ſunt plurimæ virtutes eius,q̃a
non egiſſent pœnitentiam:Væ tibi Corozaim,væ tibi Bethſaida,& tu Capharnaũ, nunquìd vſq; ad Mat.11.
cælum exaltaberis?vſq; in infernum deſcendes.Dicitur aũt terra hæc via maris,quia in ea eſt via cõ-
munis,qua deferuntur merces à Iordane ad mare mediterraneum. Propter quod ſubditur: Trans
Iordanem Galilææ gentium,i.per quam itur vltra Iordanem, iuxta quem eſt Galilæa gentium. Le-
gitur aũt,quemadmodùm Salomon dedit Hiram regi Tyri viginti oppida in Galilæa:qm̃ ergò rex
Hiram erat gentilis,illa pars Galilæę appellata eſt Galilæa gentiũ.populus qui*ſedebat in tenebris, 3.Reg.9.
i.hoĩes terræ Zabulon & Neptalim,qui verſabantur in obſcuritate ignorantiæ & vitiorum caligine,
vidit lucem magnam,i.Chr̃m,eiuſq́; doctrinã,de quo ſcriptũ eſt: Erat lux vera,quæ illuminat oẽm Ioan.1.
hoĩem venientem in hunc mundũ.[habitantibus in regione vmbræ mortis] i. in prædicta regione
ſeu terra,peccatis,q́ ſunt vmbræ mortis,repleta, [lux orta eſt eis,] videlicet Chr̃s, qui ait:Ego ſum Ioan.8.
lux mundi.Inter hos enim Chr̃s viſus eſt,atq; cum eis conuerſari dignatus eſt.Allegoricè aũt intel-
ligi poſſunt hęc non ſolùm de populo iam prædicto,ſed de vniuerſis gentib⁹ ad fidem conuerſis,q
olim ambulabant in tenebris,ſed Chr̃o eis annunciato,viderũt oculo fidei lucem magnã.habitãti-
bus quoq; in regione vmbræ mortis,i.ſanctis in limbo inferni detentis,lux orta eſt eis,Chr̃o ad in-
feros deſcendente,ac eos illuminãte ac educẽte.Deindè,p̃pheta conuertit ſermonẽ ad Dñm,dicẽs:
[Multiplicâſti gentem,] i.populũ iſtũ,ſeu genus ac plebẽ Iudæorũ numero vehemẽter auxiſti.[nõ
magnificâſti lætitiam]ſpũalem in cordib⁹ prophetarũ,apoſtolorũ,ac cæterorũ p̃dicatorũ, q̃a Iudæi
pro maiori parte infideles manſerũt & perditi,de quo multi cõtriſtati ſunt hoĩes ſancti.Vndè dicit
Apoſtol⁹:Triſtitia mihi magna eſt,& dolor continuus cordi meo pro fratrib⁹ meis Iudæis.Micheas Rom.9.
quoq; clamat:Vtinã nõ eſſem vir habẽs ſpũm,& mẽdaciũ poti⁹ loquerer.[Lætabunt̃ corã te] ſpũa- Mic.2.
li iucũditate ſancti apoſtoli,& cæteri tui diſcipuli.[ſicut q lætant̃ in meſſe,ſicut exultãt victores ca-
pta præda,qñ diuidũt ſpolia.] i.valdè exuberanter gaudebũt,quẽadmodùm meſſores tẽpore meſ-
ſis,& poſſeſſores agrorum ſegetib⁹ congregatis lętant̃, & ſicut triũphatores lætant̃ poſt bellũ, ſeu

raptores poſt ṗdam, dum ſpolia inter ſe partiunť: ſic primi paſtores Eccleſiæ vehementiſſimè exul-
tabant, qñ horreum Chriſti frugibus, i. Eccleſiã impleuerunt fidelibus à ſe cõuerſis, quos vtiq; peſſi-
mis raptoribus, i. dęmonibus abſtulerunt, ſpoliãtes eos pręda hoĩm, quam varijs tentamẽtis ſuo im-
Ioan. 12. perio ſubiecerunt. Vndè Chr̃s dixit: Nunc princeps huius mundi eijcieť foràs. Cauſa aũt tantæ læti-
tiæ ſubdiť: [Iugum eñ oneris eius] i. iugum miſeræ ſubiectionis, quod dæmon hoĩbus ſuperinduit,
eosq́; grauauit. A quo eñ quis victus eſt, huius & ſeruus eſt. [& virgã humeri eius] i. flagellum quo
dæmones humanũ genus afflixerunt, varijs modis eos vexando. [& ſceptrum] i. dñium [exactoris
eius] i. diaboli, qui ab hoĩbus debitã pœnam exigit pro peccatis, ad q̃ eos induxit. [ſuperâſti,] liberã-
do hoĩes ab oĩbus malis his, ſubijciendoq́; eos tuo obſequio, tuo iugo, & tuo imperio: hoc aũt feci-
ſti [ſicut in die Madian,] i. ſine humano ſubſidio, ſ. propria poteſtate, & ſine interitu hoĩm, quemad-
modùm olim præſtitiſti victoriam Gedeoni contra Madianitas, vt legiť Iudicum VII. Vndè ait Sal-
Luc 10. uator diſcipulis: Eccè dedi vobis poteſtatẽ ſupra oẽm virtutem inimici. Et rurſus: Vidi, inquit, ſata-
1. Cor. 15. nam ſicut fulgur de cęlo cadentẽ. Et Apoſtolus ait: Deo gr̃as, q dedit nobis victoriã per Ieſum Chri-
ſtum. Quidã verò ità exponunt: Iugum oneris eius, i. iugum obſeruantiarum legalium, de quo diciť
Act. 15. in Actis: Quarè tẽtatis imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; patres noſtri, neq;
nos portare potuimus? & virgam humeri eius, i. ordinationes moleſtas ſcribarum ac phariſæorum,
Matt. 23. quas alijs imponebant, prout Chr̃s teſtatur: Alligant, inquit, onera grauia & importabilia, & impo-
nunt ea ſup humeros hoĩm, digito aũt ſuo nolunt ea mouere. & ſceptrũ exactoris eius, i. dñium cru-
delium principum, ab inferioribus multa exigentium. ſuperâſti ſicut in die Madian, tradendo vide-
licet principes Iudæorum, primitiuã Eccleſiam perſequẽtium, in manus Romanorum, qui eos occi-
derunt, ſicut Gedeon Madianitas: & ad hoc referuntur q̃ ſequunť: [Quia oĩs violenta prædatio cum
Heb. 10. tumultu.] i. bona fidelibus iniuſtè ablata à principibus Iudæorum, iuxta illud Apoſtoli: Rapinã bo-
norum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Et illud Iaco. 2. Ipſi ſunt qui per potentiã opprimunt vos.
[& veſtimẽtum] tuum [mixtum] i. intinctum [ſanguine] occiſorum ab iſtis principibus, ſ. veſtes fi-
delibus interfectis abſtractæ. Melius tñ per veſtimentum mixtum ſanguine, intelligiť opus ſangui-
nolentum ſeu vitioſum: qm̃ ſicut iuſti induunť virtutibus, iuxta illud Iob 29. Iuſtitia indutus ſum, &
*cibus veſtiui me ſicut veſtimẽto: ſic impij vitijs velut veſtib⁹ operiunť. [erit in cõbuſtionẽ & *cibũ ignis:]
quia Romani vrbes & bona ac populum Iudæorum ꝓ parte cõbuſſerunt. Vel ſic: Quia oĩs violenta
ṗdatio cum tumultu, i. actio ṗdatoris iniurioſa, atq; cum impetu facta, ſeu cum multitudine dæmo-
num perpetrata. & veſtimentum mixtum ſanguine, ſicut expoſitum eſt, erit in combuſtionẽ gehen-
næ, & cibum ignis infernalis, ità ꝙ ipſe ṗdator diabolus cum ſuis ſatellitibus, ſeu homo raptor cum
ſuis conſortibus, in inferno cremabitur ꝓ ſuis ſceleribus. Diciť enim ṗdatio ſiue peccatum cõbu-
ri, qm̃ propter ipſum iniquus incendiť. Diciť etiam cibus ignis, quia eſt cauſa, ob quam ignis cõtinuò
cruciat peccatorẽ. Prætereà, qa de puero dicto Emanuel, & eius noĩbus multa dixit ſuperiùs obſcu-
rè ac myſticè, nunc de eodẽ puero ac eius noĩbus loquiť euidenter: & ꝓpter certitudinẽ prophetiæ,
loquebať Iſaias de futuro per modum pręteriti. Ait igiť illuſtriſſimus Iſaias: [Paruulus eñ natus eſt
nobis,] paruulus vtiq; ætate & corporis paruitate, non ſenſu aut hebetudine. ſic eñ vir erat & gigas,
quemadmodùm Ieremias & Dauid teſtanť, dicentes: Nouum faciet Dñs ſuper terram, Mulier circũ-
Iere. 31. Pſal. 18. dabit virum. Et, Exultabit vt gigas ad currendã viam. Itaq; puer dulciſſimus natus eſt nobis. Vndè,
niſi de benedicta illa virginea genitrice, de qua dictum eſt pauloantè: Eccè virgo cõcipiet & pariet
Luc. 2. filium? De cuius pueri natiuitate angelus ait paſtoribus: Annuncio vobis gaudium magnum quod
erit om̃i populo, qa natus eſt vobis hodiè ſaluator, qui eſt Chr̃s Dñs, in ciuitate Dauid. [& filius datus
eſt nobis.] i. is q eſt naturalis ęternusq́; filius Dei patris, datus eſt nobis, i. ad noſtram ſalutẽ deſcen-
dit, atq; ſeipſum pro nobis expoſuit. Vndè Ioan. 3. ſcribiť: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum
vnigenitum daret, vt oĩs qui credit in ipſum, nõ pereat, ſed habeat vitã ęternã. Et Apoſtolus: In fide
Gal. 2. viuo filij Dei, q dilexit me, & tradidit ſeipſum ꝓ me. [& factus eſt principatus ſup humerum eius,] i.
ſuper fortitudinem brachij ſeu poteſtatis pueri huius fundauit & ſtatuit Deus dñationem, qua puer
iſte oĩm conſtitutus eſt Dñs, ſicut Ioan. 3. legiť: Pater diligit filium, & oĩa dedit in manu eius. In pſal.
Pſal. 2. quoq; de ſeipſo teſtať: Ego aũt cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctum eius. Oĩa nanq;
Ephe. 1. ſecundùm Apoſtolũ, ſubiecit ſub pedibus eius. Vel ſic: Factus eſt principatus, i. cauſa ſeu ratio prin-
cipandi ſuper humerum eius corporalem. Chr̃s eñ baiulans ſibi crucem, exiuit ad mortẽ: hoc verò
agendo, principẽ huius mundi deiecit, deindè mundi gloriã ſtrauit, ac vniuerſorũ iudex & Dñs cõ-
ſtitui meruit. [& vocabiť nomẽ eius, admirabilis, cõſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps
pacis.] Noĩa iſta, ſecundùm Hieronymum, nõ combinando, ſed diuiſim legenda ſunt. Sex eñ noĩ-
bus aſſerit Propheta vocandum hunc puerum. Vocabiť ergò Admirabilis, ratione miraculorum q̃
fecit, vel potiùs propter incomṗhenſibilitatem ſuæ diuinæ naturæ, propter inæſtimabilem quoquè
gratiam humanitatis ſuæ, & propter ineffabilem vnionem vtriuſq; naturę in ipſo. Dicitur autẽ Con-
ſi-

ſiliarius, quia mandatis decalogi Euangelica cõſilia addidit, vel quia cõſiliũ ſanctę Trinitatis de no-
ſtrę redemptionis modo atq; myſterio nobis patefecit. De quo nunc conſilio Paulus ait: Nihil ſub- Actu. 20.
traxi vobis vtiliũ, quo minùs annunciarẽ vobis om̃e conſiliũ Dei. Vndè tranſlatio Septuaginta in-
terpretũ ſic habet: Vocabitur nomẽ eius, magni cõſilij * Deus. Vocať inſupèr Deus, ſecũdùm quod *angelus.
legiť: Hoc eſt nomẽ, quod vocabunt eũ, Deus iuſtus noſter. In Hebręo habeť nomẽ Dñi tetragram- Iere. 23.
maton, quod ſoli vero Deo cõuenit. Ex quo ſequiť, ꝙ Chr̃s ſit verus Deus, ſicut de eo ſcriptum eſt
1. Ioan. 3. Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Appellatur & Fortis, iuxta illud in Pſalmo 23. Quis eſt iſte
rex gloriæ? Dñs fortis & potens. &, Dñs virtutũ, ipſe eſt rex gloriæ. Propter quod virgo electa de fi-
lio ſuo ꝓfeſſa eſt: Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Vocatur quoq; & Pater futuri ſeculi, qa per Lucæ 1.
gr̃am eius oẽs electi ad ſtatũ ac æternitatẽ cæleſtis patriæ perducunť, & ipſe oĩm beatorũ caput eſt.
Deniq; Princeps pacis, i. dator, conſeruator, ac Dñs om̃is internæ tranquillitatis & ſanctæ cõcordię,
nuncupať. Propter quod ipſemet loquiť Ioan. 14. Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meã do vobis. Et alibi: Matth. 10.
In quãcunq; domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui. Apoſtolus quoq;: Ipſe, inquit, eſt Ephe. 2.
pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ. per Chr̃m quippe in Eccleſiaſticę pacis vnitate, atq; in vera charitate
cõiuncti ſunt Iudæi & gentiles, queãdmodùm Zachariæ 9. legitur ꝓpheratum: Conſilium pacis erit
inter duos illos. Et in Pſal. 71. cantamus: Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Sed con
trariari videtur quod Chr̃s diſſeruit: Nõ veni pacẽ mittere in terram, ſed gladium. Et reſpondendũ, Matth. 10.
ꝙ hoc intelligendũ ſit de pace carnali & ſeculari, de qua ad Hieruſalẽ loquiť: Et quidem in hac die Lucæ 19.
tua, q̃ ad pacẽ tibi. Pacẽ verò, cuius Chr̃s princeps vocatur, iniuſti nõ habent, ſicut inferiùs ſcribitur:
Non eſt pax impijs, dicit Dñs. Idcircò cùm Chr̃s dixiſſet, Pacẽ meam do vobis: adiecit, Nõ quomodò Iſaiæ 57.
mundus dat, ego do vobis. [Multiplicabitur eius imperium,] i. dñium Chriſti paulatìm creſcet, do- Ioan. 14.
nec per totum mundum diffundať. Chriſtus nanq; dñatur ſeu imperat in Eccleſia militanti, q̃ in Hie-
ruſalẽ initiata eſt, & in vniuerſo orbe multipliciter aucta eſt. Vndè ſecundùm multiplicationem fi-
delium, multiplicatum eſt extenſiuè imperium Chriſti. Propter quod pater ait ad Chr̃m in Pſal. 2.
Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Et Za-
char. 9. Poteſtas eius à mari vſq; ad mare, & à fluminibus vſq; ad fines terræ. Porrò ſecundùm vatici-
nia Danielis, antiquus dierum, i. Deus æternus, dedit ei poteſtatẽ & honorẽ & regnum, & oẽs popu- Dani. 7.
li, tribus & linguæ ſeruient ei. Poteſtas eius, poteſtas æterna, q̃ non auferetur, & regnum eius, quod
non corrumpetur. [& pacis nõ erit finis.] i. pacis Chriſtianę, q̃ confertur à Chr̃o, de qua angeli ceci-
nerunt: Et in terra pax hominibus bonę voluntatis, terminus nullus erit. In via eñ ṗſentis exilij in- Luc. 2.
choatur, & in patria perpetuatur. [Super ſolium Dauid, & ſup regnum eius ſedebit.] Scimus Chr̃m
in primo ſuo aduentu non aduenisse vt iudicaret, nõ vt regnaret, nõ vt ei miniſtrareť: ſed vt iudica-
retur, vt patri obediret, vt miniſtraret. Quomodò ergò de eo ṗdictum eſt, Super ſolium Dauid & ſu-
per regnum eius ſedebit, præſertim cùm ipſe locutus ſit, Regnum meum non eſt de hoc mundo? Ioan. 18.
Primus enim Chriſti aduentus in om̃i abiectione, paupertate & humilitate eſſe debuerat, ſecundùm
illud Zachariæ 8. Ipſe pauper, & aſſcendens ſuper aſinam. Et Iere. 14. Quarè quaſi colonus venturus
es in terram, & quaſi viator declinans ad manendum? Hoc nempe eſt, quod Chriſtus de ſe in Euan-
gelio proteſtatur: Filius hominis non habet vbì caput ſuum reclinet. Veruntñ ꝙ Chriſtus ſuper ſo- Matth. 8.
lium Dauid & regnum ſedere debeat, angelus virgini matri ṗnunciauit, dicendo: Dabit illi Dñs De- Lucæ 1.
us ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Ieremias quoq; dicit: Regnabit Iere. 13.
rex, & ſapiens erit. Et per Ezechielem Dñs ait de Chriſto: Seruus meus Dauid erit princeps eorum. Ezech. 34.
quomodò ergò iſta concordabuntur? Et reſpondendum, ꝙ duplex eſt regnũ, videlicet corporale,
quo homo homini in exterioribus actibus humanis ſubijcitur: tale regnũ Chriſtus in primo ſuo
aduentu non habuit. Aliud verò eſt regnũ ſpirituale, quo Deus per fidẽ & gr̃am in Eccleſia, ſeu cor-
dibus fidelium dñatur, quantùm ad cultum diuinũ: & de iſto regno nunc agitur. Chr̃s nanq; in ſuo
aduentu cœpit in mẽtibus electorũ, quos cõuertit, regnare. Eſt igitur ſenſus: Sup ſoliũ Dauid & ſup
regnũ eius ſedebit, i. in regia ac iudiciaria poteſtate erit, & ipſi Eccleſiæ ṗſidebit, dominãdo ſuis fi-
delibus. Et Zacharias inducit: Ipſe ædificabit templum Dño, & portabit gloriã, & ſedebit, & dñabi- Zach. 6.
tur in ſolio ſuo. Dicitur itaq; Chriſtus ſup ſolium Dauid & ſup regnũ eius ſedere, qm̃ in regno Ec-
cleſiæ ſeu populo Chriſtiano, cuius figura erat regnũ Dauid, dominiũ tenet. Vndè nec ſolium, nec
ſeſſio corporaliter ſunt ſumenda. [vt confirmet illud] in iudicio & iuſtitia, i. Chriſtus ad hoc ſede-
bit, & dominabiť in regno ſeu populo ſuo militantis Eccleſiæ, quatenùs regnũ ſuum ſtabiliat in cõ-
uerſatione iuſta, dando fidelibus ſuis gr̃am veraciter iudicandi, ac iuſtè viuendi. Hoc eſt quod ad
Epheſios dicit Apoſtolus: Chr̃s dilexit Eccleſiã, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt illã ſanctificaret, Ephe. 5.
mundans illam lauacro aquę in verbo vitę, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem
maculam neq; rugam. [amodò, & vſq; in ſempiternum:] i. ex hoc nunc & vſq; in finem ſeculi, con-
ſeruando ſuos in iudicio & iuſtitia per gratiam: poſt præſentem verò incolatum, confirmando

Matth.28. eos in patria per gloriã cõſummatã.Hinc em̃ Chr̃s loquit̃: Eccè ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus, vſq;
ad cõſummationẽ ſeculi.Et cur hoc, niſi vt Eccleſiã in iudicio iuſtitiaq́; cõfirmet? Vndè Apoſtolus:
Philip.1. Cõfidimus,inq̃t,quia q̃ cœpit bonũ opus in vobis, pficiet vſq; ad diẽ dñi noſtri Ieſu Chr̃i. Hæc aũt
idcircò de Chr̃o dicunt̃,quia in ipſo duntaxàt regnũ Dauid veraciter perpetuat̃: qm̃ nemo ex ſemi-
ne Dauid,perpetuũ regnũ in mundo ſortitus eſt, niſi Chr̃s. Vndè de perpetuitate regni Dauid dñs
Pſal. 88. ait in Pſal.Thronus eius ſicut ſol in cõſpectu meo, & ſicut luna pfecta in æternũ. Et in Ieremia dñs
Iere. 33. ait:Si irritũ fieri poteſt pactũ meũ cũ die ac nocte, vt nõ ſit dies & nox in tẽpore ſuo: & pactũ meum
irritũ eſſe poterit cũ Dauid ſeruo meo, vt nõ ſit ex eo filius qui regnet in throno eius. Nihilominùs
regnũ Dauid,quantùm ad regale,tẽporale,ac mundiale dñium, in Ioachim rege Iuda,quodãmodò
finẽ accepit,quo ad legitimæ ,plis ſucceſſionẽ in regno.Propter quod dñs dixit de eo ad Ieremiam:
Iere. 22. Scribe virũ iſtum ſterilẽ,vt nõ ſit de ſemine eius,qui ſedeat ſup thronũ Dauid.[Zelus dñi exercitu-
um] i. magna dilectio Dei om̃ipotentis ad genus humanũ. [faciet hoc,] vt Chr̃s tam gratioſè ac piè
Rom. 5. pſideat regno ſuo.Ideò nanq; Paulus teſtat̃: Propter nimiã charitatẽ ſuã,qua dilexit nos pater, filiũ
1. Ioan. 5. ſuum miſit.Et Ioannes ait:In hoc apparuit charitas Dei in nobis,qm̃ filium ſuũ vnigenitum miſit in
mundum,vt viuamus per ipſum. Poteſt quoq; per dñm exercituum ipſemet Chr̃s intelligi, de quo
Apoc.1.habetur: Qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Secundùm Hiero-
nymum,Emanuelis naſcentiſq́; pueri de virgine prophetia,7.capite inchoata,hoc loco finitur.

¶*Explanatio ſequentis partis capitis,ſ. Verbum miſit.* *Articulus* 22.

IN ſuperioribus capituli 7. dñs per Iſaiam annunciauit impijſſimo regi Achaz, liberandũ fore re-
gnum ſuum,videlicet regnum Iuda,à rege Syriæ ac rege Samariæ, eò q̃ reges iſti cum regnis ſuis
in breui exiſterent deſtruendi.Et quia Achaz non credidit,datũ eſt ei ſignum virginalis conceptûs,
ſeu natiuitatis Chriſti de virgine.Multis ergò myſterijs de Chriſto in medium introductis, nũc re-
dit propheta ad deſcribendum deſtructionem regnorum,regno Iudę inſidiantium.Itaq; ait: [Ver-
bum miſit dñs in Iacob,] i.per Iacob prædixit, q̃ reges eſſe deberent de tribu Iuda, iuxta illud Ge-
Gene. 49 neſis:Non auferetur ſceptrũ de Iuda.[& cecidit in Iſrael,] i.decem tribus regnũ Iudæ cõtempſerũt,
Oſeæ 8. & reges ſibi conſtituerunt iniquos,nõ deſcendentes de genere Dauid,de quibus loquitur dñs: Ipſi
Pſal. 77. regnauerunt,& nõ ex me: principes extiterunt,& nõ cognoui. Vndè in Pſal.habetur: Et repulit ta-
bernaculum Ioſeph,& tribum Ephraim nõ elegit,ſed elegit tribum Iuda.Alij per Iacob & Iſrael in-
telligunt eundem populum,ſcilicet decẽ tribus,ad quas miſit Deus verbum,i.prophetiam cõmina-
toriam Iſaiæ,Oſeæ,& aliorum ,pphetarum de deſtructione ipſarum.Idcircò verbũ iſtud tanq̃ graue
onus cecidit in Iſrael, i. in populum iſtum. [Et ſciet] per experientiam pœnę, q̃ verum ſit verbum
iſtud,[oĩs populus Ephraim,] i.regni Iſrael, cuius primus rex, putà Ieroboã, erat de ,pgenie Ephra-
im.[& habitantes Samariam,] quę erat vrbs regia atq; metropolis in regno decem tribuũ, i. iſti eti-
am experimentaliter ſcient quod dictum eſt.[in ſuperbia & magnitudine] i. pręſumptione [cordis
dicentes:Lateres ceciderunt,] i.domus noſtrę,q̃ debiles erant & de lateribus factę,ab hoſtibus no-
ſtris deſtructę ſunt.[ſed quadris lapidibus ædificabimus:] i.domos fortiores,q̃ antè habuimus,faci-
emus.[Sycomoros ſucciderunt,] i. ædificia noſtra de vilibus lignis compacta deiecerunt. [ſed ce-
dros immutabimus:] i.ædificia prioribus fortiora erigemus: cedrus quippe vocatur imputribile li-
gnum.Quidam verò per lateres & ſycomoros intelligunt reges Iſrael impotentes, ſub q̃bus regnũ
Iſrael opprimebatur:per lapides verò quadros ac cedros,reges robuſtiores,quos decẽ tribus elege-
runt,vt regnum reformaretur.Hieronymus ità exponit:Lateres ceciderunt,i.domus ac populus re-
gni Iudę velut lateres periêrunt,ſed quadris lapidibus ædificabimus,i. cùm regnũ iſtud noſtro im-
perio ſubiecimus,faciemus in eo domos firmiores.[Et eleuabit dñs hoſtes Raſin ſuper eum,] i. re-
gem Aſſyriorum & eius exercitum adducet ſup Raſin regẽ Syrię, & populum eius. [& inimicos ei-
us] i. Aſſyrios iſtos hoſtes Raſin,[in tumultum vertet,] i.cum tumultu & impetu venire faciet con
tra eum.Sæpè enim pdictum eſt,quemadmodùm rex Aſſyriorum, Raſin regem Syriæ interfecit, &
populum eius cepit.Eleuabit etiam dñs [Syriam ab oriente, & Philiſtijm ab occidente.] i. cum re-
ge Aſſyriorum venire faciet multos Syrorum, qui morantur ad orientalem plagam reſpectu terræ
Iſrael:multos quoq; Palæſtinorum cõmorantiũ in plaga occidentali reſpectu regni Iſrael.Hos nãq;
rex Aſſyriorum aſſumpſit in auxiliũ contra Iſrael.[& deuorabũt Iſrael toto ore,] i.copioſè,latè,atq;
pro libitu occident ſeu capient populum Iſrael,regẽq́; eius.[In oĩbus his nõ eſt auerſus furor eius,]
i.poſt tantarũ pœnarũ inflictionem nõ eſt Deus placat⁹ populo Iſrael. [ſed adhuc manus eius extẽ-
ta.] i.virtus eius adhuc parata eſt ad eos grauiùs puniendos: cur aũt hoc contigit, ſubditur: [Et po-
pulus] Iſrael [non eſt reuerſus] per pœnitentiam & vitę meliorationem [ad percutientem ſe,] i. ad
Deum, qui eos per aduerſarios prædictos caſtigauit.[& Dominum exercituum non exquiſiêrunt,]
eius miſericordiam inuocando,ſed vitulos aureos coluerunt. Cõſtat ergò,quòd Dominus non pla-
catur, neq; peccatum dimittitur propter percuſſionem prauorum, niſi ipſi pœniteant, Dominumq́;
requi-

requirãt.Neq; his obuiat illud Nahum:Non conſurget duplex tribulatio. Vel ſecundùm aliã literã: Nahũ 1.
Nõ vindicabit dñs bis in idipſum. Hoc em̃ dictũ eſt de punitione ſufficienti ac plena.[Et diſperdet
dñs ab Iſrael caput & caudã incuruantẽ & deprauantẽ in die vna,] i.per regẽ Aſſyriorũ occidi ſeu ca-
ptiuari permittet, aut faciet in populo Iſrael capitaneos & ſeductores ipſorũ. Quid em̃ per caput &
caudã deſignet̃,ſubiecit:[Lõgæuus & honorabilis ipſe eſt caput,] i.ſeniores & nobiles capita populi
nuncupantur.[& propheta docens mendacium,ipſe eſt cauda,] i.pſeudoprophetæ,qui cõmodi cor-
poralis intuitu principibus proſpera promittebant,eoſq́; fallebant, caudę vocantur: quia per modũ
caudæ ſequebantur potentes, vaticinando eis mendacia. Vndè talem prophetam nominat caudam
incuruantem & deprauantem,i.à rectitudine iuſtitiæ auertentem, & alios ad peccata mouentẽ. Hos
igitur dñs diſperſit vno die,quandò regem Aſſyriorum ſuper eos induxit.[Et erunt,qui beatificant
populum iſtum,] i. pſeudoprophetæ populum Iſrael laudantes. [ſeducentes:] quia ſeipſos & alios
decipiunt. [& qui beatificantur] ab eis,erunt [pręcipitati.] i. deiecti: om̃es em̃ ſimul periêrunt.Huic
ſimile eſt,quod ait ſuperiùs:Populi meus,qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. [Propter hoc ſu- Iſaiæ 3.
per adoleſcentulis eius] videlicet populi Iſrael,[non lætabitur dñs,] i.non oſtendet ſe ſuper eis læ-
tari,dando eis beneficia ſua, ſicut de q̃buſdã locutus eſt: Lætabor ſuper eis,cùm benefecero eis. Et
Nehemiæ 8. habetur: Gaudiũ dñi eſt fortitudo veſtra.Qm̃ igitur permiſit dñs adoleſcẽtulos populi Iere. 32.
Iſrael trucidari & capi,dicitur ſuper eos non lætari.[& pupillorum eius & viduarum nõ miſerebit̃:]
ſed oẽs tradet manibus hoſtium.[quia om̃is] homo in populo Iſrael,i.quidam ex om̃i genere eorũ:
vel om̃is,i.tam multi, q̃ alij quaſi nulli videbãtur. [hypocrita eſt] ſimulando opera religioſa forin-
ſecùs,[& nequã] interiùs,quia ſub veſte ouina gerit mentem lupinam. [& vniuerſum os locutũ eſt
ſtultitiam.] i.oẽs verba vana,blaſphema, ſiue inania protulerunt.[In om̃ibus his non eſt auerſus fu-
ror eius &c.] ſicut expoſitũ eſt.[ſuccenſa eſt em̃ quaſi ignis impietas] i.peccatũ populi Iſrael ex cor-
de in vitijs inflammato proceſſit,ità q̃ cum magno atq; ardenti affectu peccauerunt.[veprem & ſpi-
nam vorabit,] i.peccatores vitiorum ac paſſionum aculeis plenos conſumet: propter iniquitatem
etem̃ ſuam damnantur. [& ſuccendetur in denſitate ſaltûs,] i.vindicta hęc in toto populo deſæuiet,
ſicut in denſitate lignorum ignis feruēſcit. [& conuoluetur ſuperbia fumi.] i. ſuperbi aërem fumo
verborum inanium adimplentes,his pœnis inuoluentur. [In ira dñi exercituũ cõturbata eſt terra,]
i.populus terrę Iſrael in tantis percuſſionib⁹ diſſenſionibuſq́; turbabitur. [& erit populus iſte quaſi
eſca ignis.] i.igni tribulationis tradetur,atq; ab eo cõſumetur,ſicut eſca à comedente.[Vir fratri ſuo
nõ parcet,] i. populus Iſrael non ſolùm ab extraneis affligetur, ſed inter ſe diſſenſionẽ habebit, &
vnus alteri nocere ſtudebit,ſecùndùm illud Micheæ: Vir fratrem ſuum venatur ad mortem. [& de- Mich. 7.
clinabit ad dexteram,& eſuriet:] i.vir ab aduerſario ſuo recedet, vt poſſit refici: ſed cibum inuenire
non poterit,quantùm ad ſaturitatem.[& comedet ad ſiniſtrã,& nõ ſaturabitur.] i. quôcunq; ſe ver-
terit,eſuriem patietur: ſic ergò propheta pdicit eis famem futuram. [Vnuſquiſq; carnem brachij ſui
vorabit.] i.contra proximum ſuum, cui meritò inniteretur vt firmamento, conſurget, & ſi poterit,
occidet.[Manaſſes Ephraim,& Ephraim Manaſſen,] i. tribus Manaſſæ vorabit tribum Ephraim, &
econtrà: quia ſe mutuò occiderunt,nõ obſtante,q̃ ex eodem patre, videlicet Ioſeph, nati fuerunt,
quemadmodùm patet ex 4.Regum,diſſenſio populi Iſrael inter ſe,præcipuè orta eſt propter reges,
quos ſinguli eorum nitebantur promouere contra voluntatem aliorum.[ſimul ipſi contra Iudam.]
i.tribus Manaſſæ & Ephraim ſimul pugnabunt contra populum Iudæ: hoc ſæpiùs accidiſſe teſtan-
tur hiſtoriæ.[in omnibus his non eſt auerſus furor eius,ſed adhuc manus eius extenta.]

¶*Elucidatio moralis præſentis capituli.* *Articulus* 23.

DEniquè Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis, Neptalim verò dilatatio. Morali-
ter ergò:Primo tempore,id eſt,tempore viſitationis ſupernæ,infuſioniſq́; gratiæ. alleuiata,id
eſt, ab oneribus peccatorum,quæ ſicut onus graue grauant iniuſtum, erepta & ad cæleſtium con-
templationem eleuata eſt terra Zabulon, hoc eſt, congregatio fortium atque conſtantium homi-
num,qui cum Apoſtolo ad Rom.dicere poſſunt:Quis nos ſeparabit à charitate Dei?Et,Omnia poſ- Rom. 8.
ſumus in eo qui nos confortat.Qui implent illud Iacobi 4.Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Qui- Philip.4.
bus conuenit illud Pſal.17.Perſequar inimicos meos,& compræhendam illos, & non cõuertar do-
nec deficiant. & terra Neptalim,id eſt,congregatio veram charitatem,ſeu charitatis latitudinem vſ-
que ad inimicorum amorem ſe extendentis,habentium. Charitas em̃ operit multitudinẽ peccato- 1. Pet. 4.
rũ.Et Mariæ Magdalenæ remiſſa ſunt peccata multa, q̃a dilexit multùm.Et quanto Deũ ardentiori Lucæ 7.
affectu diligimus,tanto cæleſtia puriùs atq; frequentiùs contemplamur. Siquidem vbi fuerit theſau
rus tuus,ibi erit & cor tuũ,vt veritas ait Matth.6.& nouiſſimo,i.poſtremo poſt alleuiationẽ gratię,
aggrauata eſt pſentis exilij pœnis atq; miſerijs,venialibuſq́; peccatis. via maris,i.pdicta congregatio
electorum,in via huius maris magni ſeu ſeculi peregrinantium,& ad æterna ſuſpirantium. Per mul-
tas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Apoſtolus quoq;: Supra modum, Act. 14.
inquit, 2. Cor. 1.

inquit,grauati ſumus.Sed iuſtus ſeptiès in die cadit.Et ſi dixerimus quia peccatũ non habemus,noſ-
ipſos ſeducimus.Sic ergò aggrauata eſt via maris trans Iordanẽ, i. poſt baptiſmatis vndã & lauacrũ.
Galilææ,i.tranſmigrationis ſeu trãſitûs gentiũ baptizatarum,ad ſuperiora tendentium.Electi nanq;
in ſeculo iſto poſt conſolationes internas,poſt contemplationes ſupernas,poſt occupationes cæle-
ſtes,multùm (vt dictum eſt) afficiuntur ærumnis,diſtractionibus,tentationibus,atq; doloribus. Po
pulus,qui * ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam,&c. Hoc ſicut ꝑtactum eſt, cunctis conuenit
peccatoribus,qui poſt conuerſationem ſecularem,poſt vitam carnalem,poſt vitiorũ excæcationem
irradiantur ſplendore gratiarum cæleſtium,donis ſapientiæ,ſcientiæ, intellectûs, itemq́; conſilij, &
Ephe. 2. conuertuntur ad Chriſtum ac ſplendidã vitam,lucentes (vt inqt Apoſtolus) in medio nationis per-
Matth. 5. uerſæ ſicut luminaria mundi,verbum vitæ continentes,quibus conuenit illud Matth. Vos eſtis lux
mundi. ¶Deindè ſequitur vox paſtoris & ꝑdicatoris ad Dñm:Multiplicâſti gentem,qm̃ multi ſunt
vocati:non magnificâſti lætitiam, quoniam pauci ſunt electi. Cùm ergò multi perueniant ad fidem
Chriſtianam,pauci verò ad conuerſationẽ Chriſtiformem,querulosa voce ait Deo Eccleſia:Multi-
plicâſti gentem. De conuerſatione tamẽ benè viuentium lætabuntur boni ꝑlati & doctores coram
te Dñe,tibi gratias referendo,ſicut qui lætantur in meſſe. Vndè Ioannes in tertia ſua Canonica ꝓfi-
1.Theſ. 2. tetur: Maiorem horum gratiam nõ habeo, q̃ vt audiam filios meos in veritate ambulare. Et Paulus
2.Cor.7. ſcribens diſcipulis:Gloria,inquit,noſtra vos eſtis. Et, Multa mihi gloriatio pro vobis, repletus ſum
*noſtra conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione * veſtra.Eccè quomodò bonus paſtor de
ſpiritualiũ filiorum ſuorũ ꝓfectu gauiſus eſt.Tales eſſe debent oẽs boni ꝑlati.Verbum,i. Chriſti do
Ioan. 1. ctrinã ſeu Chriſtũ,de quo ſcriptũ eſt,In principio erat verbũ. miſit Dñs in Iacob, i. in Eccleſiã & po-
pulum Chriſtianũ. & cecidit,i.benè ac fructuoſè receptũ eſt,in Iſrael, i. in fidelibus & electis Deum
Matht.13. ſyncerè cõtemplantibus,qui ſunt terra bona.De qua ſcriptum eſt:Semen cecidit in terram bonam:
& ortũ,fecit fructum centuplũ.Vndè Luc.8.ait Saluator: Quod aũt in terram bonã cecidit, hi ſunt,
qui corde bono & optimo audientes verbum Dei retinent,& fructum afferunt in patientia.Vel ſic:
Verbum miſit Dñs in Iacob,i.ad populum Iudęorũ,de qbus locutus eſt Chriſtus Matth.15. Nõ ſum
miſſus niſi ad oues perditas domûs Iſrael.& cecidit in Iſrael,i.nõ fructificauit, ſed cõfractũ eſt in po
pulo iſto,quẽadmodùm Act.13.ait Paulus ad eos:Repuliſtis verbum Dei,& indignos vos iudicâſtis
Actu. 13. vitæ æternæ.Vel cecidit in Iſrael,i.in plebem gentilium conuerſam ad Chriſtũ, quã Apoſtolus no-
minat Iſrãel,de qbus ad ꝑallegata verba adiecit:Eccè conuertimur ad gentes.Vel,verbum miſit Dñs
in Iacob,i.in homines ſimplices,cõtra peccata luctantes,& cecidit in Iſrael,i.in hoĩbus literatis,& vi
ris magnę ſcientię atq; ꝑlatis,diſſipatum eſt,qui quod ſciunt & alios docent,nõ faciunt, quos inflat
1.Eſd.9. ſcientia,qui ſe reputant ſapientes.Vndè ſcriptum eſt: Manus principum & magiſtratuũ fuit in trãſ-
greſſione hac prima.Et Daniel.13.Iniquitas egreſſa eſt de Babylone à ſenioribus,qui videbantur re-
gere populum.Et Ieremiæ 5.Ibo ad optimates, & loquar eis: ipſi em̃ cognouerunt viam Dñi, & eccè
hi magis confregerunt iugum, ruperunt vincula. Vel, verbum miſit Dñs in Iacob,i. in populum ca-
tholicum vitia conculcantem. & cecidit,i.deſtructum eſt,in Iſrael,i. in conuenticulis hæreticorum,
ſcripturam diuinam peſſimè exponentium,qui ſe Deum cognoſcere iactãt, atq; à regno Chriſti de-
cedunt. quemadmodùm decem tribus,quę dictæ ſunt Iſrael,à regno Dauid ſe retraxerunt. Et ſciet
omnis populus Ephraim,i.in temporalibus excreſcentes & cupidi.Ephraim nanq; fertilitas,ſeu cre-
mentum interpretatur. & habitantes Samariam, i. legem ſe obſeruare ſimulantes, ſeu cuſtodiam
prælationis habentes. Samaria quippe interpretatur cuſtodia. in ſuperbia cordis dicentes: Lateres
ceciderunt,i.Chriſtiani catholici, quos lateres, i. viles ac debiles reputamus, corruerunt & errore
decepti ſunt.ſed quadris lapidibus ædificabimus,i.noſtras doctrinas & Eccleſias firmiter ſtabiliem°
naturalibus rationibus & ſeculari potentia. Et eleuabit Dominus hoſtes Raſin,i. populum Chriſti-
anum,qui eſt inimicus Raſin,i.ſecularis ſapientiæ Deo contrariantis.ſuper eum,ità ꝙ ſapientia Chri
2.Cor. 10. ſtiana ſeculari ſapientiæ præualebit,iuxta illud Apoſtoli:In captiuitatem redigentes omnem intel-
lectum,in obſequium Chriſti.Sed quia hæreticos Dñs aliquandò expugnat, & pereunt per infide-
les ſeu reprobos,ideò eleuabit Syriam ab oriente,i.ſuperbos:& Philiſtijm, i. potione cadentes, ſiue
carnales. & deuorabunt Iſrael, i. hæreticos toto ore cum ingenti auiditate. In omnibus his non eſt
auerſus furor eius ab iſtis hæreticis, ſed adhuc manus eius, ſcilicet Dei, extenta, vt penitùs conte-
rantur. & populus hæreticus non eſt reuerſus, hæreſim deſerendo,ad percutiẽtem ſe, ſcilicet Chri-
ſtum. & diſperdet Dominus ab Iſrael,iam prædicto,ſeu populo ſola fide Chriſtiano. caput, i. hære-
ſiarchas,indignos prælatos, & impios principes. & caudam, i. eorum imitatores, falſoſq́; doctores,
ſicut conſequenter exponitur.Longæuus & honorabilis ipſe eſt caput, &c. Et erunt qui beatificant
populum iſtum,videlicet hæreticos & indignos prælatos, ac impios atque ſuperbos, & ad inanem
gloriam pronos, ſeducentes, quia fallunt quos laudant: & qui beatificantur, erunt præcipitati,
quoniam incident mala culpæ & pœnæ. Iſtis nempè maximè nocet laudatio hominum. Pro-
pter

pter hoc ſuper adoleſcentulos ſuos non lætabitur Dñs, & pupillorum eius & viduarũ non miſere-
bitur. oẽs em̃ perire permittit ac damnat,qui ad hæreticorũ ſpectant conſortia.Spiritualiter aũt vi-
duæ nominantur animæ hæreticorum ac peruerſorũ,quibus propter peccata ſpõſus cæleſtis, & vir,
cuius Oriens nomẽ eius,ablatus eſt:pupilli verò,qbus Deus deſijt eſſe pater per gratiam. quia om̃is
hypocrita eſt & nequã.Vniuerſi nanq; hæretici, & hypocritę ſunt, immò & cæteris religioſiores ſe
ſimulant:idcircò miſericordiam cõſequi non merentur,quẽadmodùm apud Iob legitur: Nunquid Iob 27.
Deus audiet vocem hypocritę,quandò venerit ſuper eum anguſtia?In ira Dñi exercituum cõturba-
ta erit terra. Dum em̃ Deus offenſus eſt, & gratiam ab hoĩbus tollit, turbantur habitantes in terra,
ĩnordinatè viuendo,lites & contentiones ſectando,& pœnas debitas incidẽdò. Vndè inferiùs ſcri-
ptum eſt:Et tu iratus es,& peccauimus.Vir fratri ſuo nõ parcet.Propterea Ieremię IX.habet: Vnuſ- Iſaiæ 64.
quiſq; à proximo ſuo ſe cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fidutiam: quia om̃is frater ſup-
plantans ſupplantabit,& om̃is amicus fraudulenter incedet.Non ergò credamus omni ſpiritui, neq;
cor noſtrum aperiamus cuilibet homini,præſertim cùm Chriſtus dicat: Inimici hominis, domeſti- Matth. 10.
ci eius.Hæc autem intelligẽda ſunt,vt in pluribus. raró enim inuenitur verus, fidelis,integerq́; ami-
cus.Et ideò ait ſcriptura Ecci 25. Beatus vir qui inuenit amicum * fidelem.Et declinabit ad dexte- *verum.
ram,& eſuriet: & comedet ad ſiniſtram,& non ſaturabitur. Frequenter em̃ iubemur regia via ince-
dere,i.virtutis medium obſeruare, & non declinare ad dexteram, i. vltra vires nil attentare, quate-
nùs rationabile ſit obſequium noſtrum.Scriptum eſt enim:Quia plùs fecit, q̃ potuit, idcircò perijt. Iere. 48.
Et Eccẽs 7.Noli eſſe iuſtus multùm,neq; plùs ſapias,q̃ oportet,nè fortè obſtupeſcas.Hoc tamen in-
diget ſano intellectu, quia exemplo Apoſtoli, debemus nos indeſinenter in anteriora extendere,
atq; ad veræ perfectionis altitudinem adſpirare. Qui ergò hoc modo declinat ad dexteram,eſuriet,
i.ſpirituali refectione carebit.Nec debemus declinare ad ſiniſtram, manifeſta vitia perpetrando: ſic
verò declinans, comedet, quoniam aquę furtiuę dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior: nam
& via ſtulti recta eſt in oculis eius. & non ſaturabitur alimonia ſpiritali, videlicet pane vitę & aqua
ſapientiæ.Vnuſquiſq; carnem brachij ſui vorabit: videlicet Manaſſes,i.diuina mãdata obliuioni tra-
dentes:Ephraim,i.temporalia congregantes,ſeu cupidos,quorum poſſeſſio creſcit in terra:vnus em̃
iniuſtus ſæpè perſequitur alium,iuxta quod Oſeæ 4.habetur: Sanguis ſanguinem tetigit. Quocon-
trà monet nos ſanctus Apoſtolus: Si inuicèm mordetis & comeditis, videte nè ab inuicèm conſu- Galat. 5.
mamini Et Iacobi 3.ſcriptum eſt:Si zelum amarum habetis, & contentiones ſunt inter vos, nolite
gloriari & mendaces eſſe contra veritatem. Hinc rurſus hortatur Apoſtolus: Eſtote inuicèm beni- Ephe. 4.
gni,miſericordes,donantes inuicèm, ſicut & Deus in Chriſto vobis donauit. Simul ipſi contra Iu-
dam,i.prædicti iniuſti per Manaſſen & Ephraim deſignati, ſimul inſurgent contra Eccleſiam, con-
feſſoresq́; Chriſti,quibus ipſe ait:Si me perſecuti ſunt,& vos perſequentur, quia non eſt ſeruus ma- Ioan. 15.
ior Domino ſuo.Cætera ex præcedenti articulo facilè eluceſcunt.

¶*Expoſitio decimi capituli,ſcilicet: Væ qui condunt.* *Articulus* 24.

IN ſuperiori capitulo redarguit Iſaias peccata regni Iſrael, ſcilicet decem tribuum: nunc increpat
vitia regni Iuda,videlicet duarũ tribuum. Quidã tamen exponunt hæc de populo decem tribuũ,
quos ſequit̃ Lyra: ſed Hieronymo potiùs placet,vt exponat̃ de iudicibus Iudę atq; Hieruſalẽ,ſ.ſcri-
bis & phariſæis,qui (ſicut in Euangelio Matthęi dicitur) irritũ fecerũt mandatum Dei ꝓpter tradi- Matt. 15.
tiones ſuas.Veruntñ litera cõuenienter intelligi poteſt de vniuerſis iniuſtis legiſlatoribus,atq; per-
uerſis iudicibus.Ait em̃:[Væ] i.æternę mortis damnatio imminet eis [qui cõdunt] i. inſtituunt [le-
ges iniquas,& ſcribentes iniuſtitiã ſcripſerunt,] i.libros peruerſi iuris ad poſteros trãſmiſerunt. [vt
opprimerẽt in iudicio pauperes,] eò ꝙ munera dare nõ valeant,neq; reſiſtere. [& vim facerẽt cauſę
humiliũ populi mei,] i.cauſas iuſtas humilium hoĩm violenter ſubuerterunt,vt velut iniuſtas dãna-
rent.[vt eſſent viduæ ꝑda eorũ,& pupillos diriperent,] i.quatenùs viduis atq; pupillis bona ſua abſ-
traherent.Hæc em̃ ad literam fecerunt iudices Iudęorum primitiuę Eccleſiæ,in qua mulieres & fili-
os,quorũ maritos & patres occiderunt, bonis cunctis ſeu poſſeſſionibus priuauerunt. Vndè ſcribit
Apoſtolus:Rapinam bonorũ veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.De phariſęis quoq; Chriſtus in Eu- Hebr. 10.
angelio dicit,ꝙ ſub obtentu ꝓlixæ orationis deuorauerunt domos viduarũ.[Quid facietis in die vi-
ſitationis] i. tempore iuſtæ punitionis,[& calamitatis delongè venientis?] i.miſeriæ vobis ab æter-
no paratæ. [ad cuius confugietis auxilium? & vbì relinquetis gloriam veſtram?] i. poteſtatem ve-
ſtram,pompam,ſiue honorem,[nè incuruemini ſub vinculo,] i. nè per flagella & captiuitatem hu-
miliemini, [& cum interfectis cadatis?] i. nè ſicut cæteri occidamini. quaſi dicat: tunc nullus po-
terit vos liberare. Huic increpationi ſimile eſt illud Ioannis Baptiſtæ: Progenies viperarum, quis Matth. 3.
oſtendit vobis fugere à ventura ira?Vndè & Chriſtus phariſæis ac ſcribis ait: Genimina viperarum,
quomodò fugietis à iudicio gehennæ?Talibus quoq; dicitur:Vlulate paſtores & clamate,& adſper- Matt. 23.
gite vos cinere optimates gregis, quia completi ſunt dies veſtri, vt occidamini, * & cadetis qua- Iere. 25.
ſi va-

ſi vaſa precioſa. Deniq; propter prædicta peccata capti & interfecti ſunt Iudei ab exercitu Romanorum. Conſequenter deſcribit propheta deiectionem Sennacherib regis Aſſyriorũ & populi ſui, de qua vtiq; re in libro iſto multotiès prophetia inducitur. [Væ Aſſur,] i. regi Aſſyriorum. [Virga furoris mei & baculus ipſe eſt,] i. per eum tanq̃ per inſtrumentum corripio peccatores. Et ſicut virga ſeu baculo pater percutit filium delinquentem, ità per eum caſtigaui populum meum Iuda. [In ma-
* eius nu * eorum indignatio mea] i. per poteſtatem regis huius & ſui exercitûs, effundo indignationẽ meam ſuper iniquos, eos iuſtè puniendo. [Ad gentem fallacem] i. populum doloſum, ſ. regnum Iuda, ſeu alios fraudulentos, [mittam eum, & contra populum furoris mei,] i. cui multùm iraſcor. [mãdabo] i. voluntatem impugnandi inſpirabo [ei] ſaltem permiſſiuè, [vt auferat ſpolia] hominũ iniquorum, [& ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum,] i. populum impium om̃inò opprimat atq; ſuppeditet, ſicut calcatur pedibus tranſeuntium lutum viarum communium. [Ipſe autem non ſic arbitrabitur, & cor eius non ità exiſtimabit,] i. victorias ſuas proprijs viribus, nõ diuinæ virtuti, aſſcribet: potentia diuinitùs ſibi cõceſſa, propter crudelitatem nimiam abutetur. Propter quod ſubditur: [ſed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium plurimarum.] i. intentio mentis ſuę erit non corrigere, ſed omninò deſtruere gentes om̃es, quas poterit. [Dicet em̃] ex magna ſuperbia: [Nunquìd non principes mei ſimul reges ſunt?] i. ſerui mei, quos poſui principes populi mei, æquales ſunt regibus. ideò omnia regna mihi ſubijcere potero. [Nunquìd non vt Charcamis, ſic Chalanno? & vt Arphad, ſic Hemath? nunquìd non vt Damaſcus, ſic Samaria?] Iſta ſunt nomina ciuitatum magnarum atq; regalium, quas ſibi ſubiecit rex Aſſyriorum. àcſi dicat: Sicut obtinui Charcamim, ſic & Chalanno: & ſicut obtinui Arphad, ità & Hemath. [Quomodò inuenit manus mea regna idoli,] i. benè ac promptè poteſtas mea debellauit regna idololatriæ dedita. [ſic & ſimulacra eorum de Hieruſalem & Samaria.] i. ſimili modo idola habitantium in Hieruſalem atque Samaria, ad manum meam deuenient cum ſuis cultoribus. [Nunquìd non ſicut feci Samariæ] i. populo Samariæ, [& idolis,] quæ ſub meam ditionem redegi, [ſic faciam in Hieruſalem & ſimulacris eius?] Putauit Sennacherib ꝙ tempore Ezechię fuiſſent in Hieruſalẽ idola, ſicut in alijs regnis: quoniam inter verum Deum falſoſq́; deos nullam diſtinctionem agnouit: ſecundùm veritatem tamen in Hieruſalem non erant idola, Ezechia regnante, niſi modico tempore in exordio regni ſui, donec ea contriuit: immò præ nimio zelo legis confregit ſerpentem æneum à Moſe factum, vt legitur 4. Reg. 18. Quòd autem ait ſe capturum idola Samariæ atq; Hieruſalem, ſtatimq́; ſubiungit: quia ſicut feci Samariæ & ſimulacris eius, ſic faciam Hieruſalem, intelligi poteſt, ꝙ non vna vice totam ſibi Samariam ſubiugauit. [Et erit, cùm impleuerit Dñs cuncta opera ſua in monte Sion & in Hieruſalem,] i. cùm habitatores Hieruſalem pauore regis Aſſyriorum, & comminatione Rabſacis ſatis afflixerit, [viſitabo] Hîc propheta mutat ſermonem, loquenſq́; in perſona Dñi, ait: [viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis regis Aſſur,] i. opera elati cordis regis Aſſyriorum vlciſcar, interficiendo in caſtris ei-
4. Reg. 19. us per angelum vna nocte 185. millia hominum. [& ſuper gloriam altitudinis oculorum eius.] i. præſumptionem ſuperbię ſuæ in oculis corporis apparentis deijciam. Superbia nanq; præcipuè appare-
Iob 15. re ſolet in oculis, iuxta illud Iob: Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans attonitos habes oculos? [Dixit em̃] rex Aſſur: [in fortitudine manûs meę feci,] i. propria poteſtate regna atq; idola populorum deuici. [& ſapientia mea intellexi,] i. propria induſtria & meo conſilio modum pugnæ atq; victorię excogitaui. [& abſtuli terminos populorum,] i. terras populorum, addẽdo eas meo imperio. [& principes eorum deprædatus ſum,] rapiendo bona ipſorum. [& detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes,] i. reges in alto throno ſedentes ſuperaui, regio honore deſtitui, tanq̃ potẽs præ cæteris. [& inuenit quaſi nidum manus mea fortitudinem populorum,] i. populos fortes, ſeu reges eorum: rex enim ſapiens, ſtabilimentum ſeu fortitudo eſt populi ſui. Ità faciliter poteſtas mea obtinuit & ſubiecit, ſicut nidus auium ſeu pulli exiſtentes in nido, à tranſeuntibus capiuntur. [& ſicut colliguntur oua quæ derelicta ſunt] ab aue fouente, quę vtiq; ſine labore tolluntur. [ſic vniuerſam terram] non ſimpliciter vniuerſam, ſed tam magnam & multam, quòd videbatur quaſi tota exiſtere terra. [ego congregaui,] i. ſub mea poteſtate collegi. Et quia de nido & ouis auium orſus eſt loqui, ſeruat metaphoram, dicens: [& nõ fuit qui moueret pennam.] i. qui auderet ſe ad reſiſtendum diſponere. [& aperiret os] ad contradicendum mihi. [& ganniret.] i. fletum aut gemitum euidenter effunderet. Tantùm em̃ oppreſſit eos timor potẽtię ſuę. Deindè declaratur magnitudo atq; peruerſitas regis Aſſyriorum: [Nunquìd gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea?] i. nunquid attribuet ſibi actum ſecandi, & non potiùs homini per eam ſecanti? [aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur?] ità vt ſibi magìs, quàm eam trahenti, ſerrationem aſſcribat. [quomodò ſi eleuetur virga contra leuantem ſe,] dicens ſe propria virtute leuatam. [& exaltetur baculus, qui vtiq; lignũ eſt,] aduerſùs eũ, qui percutit baculo aliquẽ, actum percuſſionis ſibi magìs, q̃ homini baculo vtenti, attribuendo: ſic rex Aſſyriorum gloriatus & eleuatus eſt contra Dñm. erat enim inſtrumentũ diuinæ

iuſtitię, ipſe tamẽ actus, quos fecerat, ſibijpſi tanq̃ principali aſſcripſit agenti. [Propter hoc mittet dñator Dñs exercituum in pinguibus eius] i. in principibus eius atq; maioribus. [tenuitatẽ] i. incinerationẽ ſeu corruptionem, cõburendo eorũ corpora igne occulto. [& ſubtus gloriã eius] i. infra ornamenta & arma, ſeu veſtes ſui exercitûs. [ſuccenſa ardebit quaſi cõbuſtio ignis.] Nã corpora ſui exercitûs incinerata fuerunt, armis veſtibuſq́; illęſis. [Et erit lumen Iſrael in igne,] i. angelus Dei populum Iſrael illuminans atq; cuſtodiens, igne diuino occidet Aſſyrios. [& ſanctus eius] i. angelus ſanctificans ſaltẽ inſtrumentaliter Iſraelẽ, erit [in flamma] i. ardore latenter ardẽte in puluerẽ redi-
get corpora Aſſyriorũ. Et qm̃ Michael princeps extitit ſynagogę, vt dicit Daniel, ideò per angelum Dani. 12.
iſtum, Michaelem qdam intelligunt. Veruntñ, quia percuſſio hæc principaliter facta eſt à Deo, qui etiã in ſcripturis frequenter vocatur ſanctus Iſrael & lumen eius: meliùs arbitror, per ſanctũ lumẽq́;
Iſrael, intelligi Deum, q̃ angelum, p̄ſertim cùm hic ipſe Iſaias infrà dicat de Deo: Redemptor noſter Iſaiæ 43.
Dñs, ſanctus Iſrael nomen eius. [Et ſuccendetur & deuorabitur ſpina] i. crudelitas [eius, & vepres] i. peccata exercitûs Sennacherib. Dicuntur em̃ opera & peccata hoĩm inflammari, dum propter ea hoĩes incenduntur. Hæc aũt ſuccenſio facta eſt nõ longo tẽpore, ſed [in die vna,] i. quadã hora diei naturalis, videlicet breui horula noctis, immò quaſi in momento cõpleta eſt, ſicut & percuſſio pri-
mogenitorum Aegypti, q̃ facta eſt hora media noctis. [& gloria ſaltûs eius, & Carmeli eius,] i. exer- Exod. 12.
citus regis Aſſyriorũ, qui propter ſuam multitudinem & decorem, ſaltui & Carmelo, qui eſt mons nemoribus cõſitus, cõparat̃. [ab anima vſq; ad carnẽ conſumet̃,] i. penitùs vorabit̃: animæ nanq; eorũ deſcenderunt in ignẽ inferni, corpora verò conſumpta ſunt igne temporali. [& erit terrore ꝓfugus,] i. ipſe Sennacherib videns populum ſuũ ità percuſſum, territus fugiet. [& reliquiæ ligni ſaltûs eius] i. reliqui de ſuo exercitu, qui ligno ſaltûs cõparantur, nõ percuſſi ab angelo. [præ paucitate numerabunt̃:] quia vt tradunt Hebræi, de tãto exercitu decẽ duntaxàt euaſerũt. [& puer ſcribet eos.] qm̃ litera apud Iudęos decẽ ſignificans, nõ habet niſi ſimplicẽ tractum, quẽ vtiq; trahere poteſt puer. [Et erit in die illa] i. ſtatìm poſt hanc Aſſyriorũ percuſſionem. [non adijciet reſiduum Iſrael,] i. populus Iudęorũ non occiſus ab Aſſyrijs, [& hi qui fugerint de domo Iacob,] i. qui timore Aſſyriorum ꝓpria habitacula dimiſerunt, [inniti ſup eo qui percutit eos,] i. in rege Aſſyriorũ confidere, in quo cõſidebant tẽpore Achaz, qui miſit munera regi Aſſyriorũ, dicẽs: Seruus tuus & filius tuus ego ſum. veni, & libera me. tẽpore aũt Ezechię eos percuſſit. Hæc verò intelligenda nõ ſunt de eodẽ rege in numero, ſed ſpecie. Primus em̃ erat Salmanaſar, ſecundus Sennacherib. [ſed innitetur ſup Dominũ ſanctũ Iſrael in veritate.] i. in Deo toto corde ſperabunt: viſo em̃ tanto miraculo, mente deuota ad Deũ conuerſi ſunt. Qm̃ verò Iſaias iam dixit, reliquias eſſe ſaluandas tẽpore Ezechię, oculũ ꝓphetalẽ conuertit ad tẽpora poſteriora, plenãq́; ſaluationẽ reliquiarũ dicit tẽpore Chriſti venturã.
Ad hunc em̃ ſenſum allegat Apoſtolus ſcripturam ſequentẽ, dicens: Iſaias aũt clamat pro Iſrael: Si Rom. 9.
fuerit numerus filiorũ Iſrael tanq̃ arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Verbũ em̃ cõſummãs & abbreuians in æquitate, quia verbum breuiatũ faciet Dñs ſuper terrã. Hoc eſt ergò quod nunc loquitur Iſaias, qui alijs verbis ſuis frequenter interponit myſteriũ Chr̃i. In veritate [reliquiæ cõuertent̃: reliquiæ, inquã, Iacob] i. cæteris Iudæis pro maiori parte tẽpore Chriſti obſtinatis, qdam eorũ credẽt in Chr̃m, & cõuertentur [ad Deum fortẽ Iacob.] i. ad Deum om̃ipotentem, qui eſt Deus Iacob patriarchæ, ſeu populi ex ſemine eius ꝓgeniti. [Si em̃ fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris,] i.
ſi multi & penè innumerabiles fuerint, ſicut fuerunt in primo aduentu Chr̃i, vt patet ex libris Ioſe- Ioſeph. lib.
phi. [reliquiæ cõuertentur ex eo.] i. apoſtoli & cæteri ex iudaiſmo Chriſtiani effecti, de qbus ſupe- 10. cap. 2.
riùs dictũ eſt. Quod & Paulus ad Romanos allegat, dicens: Niſi Dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, Rom. 9.
quaſi Sodoma eſſemus. [Cõſummatio abbreuiata] i. Chriſti doctrina ſub modicis verbis totius vitę ſpiritualis plenitudinem cõpræhendens, [inundabit iuſtitiã.] i. iuſtam conuerſationẽ tribuet ſuis obſeruatoribus. [Cõſummationẽ em̃ & abbreuiationẽ faciet Dñs Deus exercituũ] i. Chr̃s pro om̃ibus illis longiſſimis veteris teſtamẽti iudicialibus cæremonialibuſq́; p̄ceptis, dabit breuiſſimũ atq;
perfectiſſimum documẽtum dilectionis Dei & proximi, in quo (ſicut ipſe teſtatur) tota lex pẽdet & Mat. 22.
ꝓphetæ. [in medio om̃is terræ.] i. in Iudęa, in qua inter hoĩes cõuerſari ac p̄dicare dignatus eſt. Deniq; ſermo Chriſti, quẽ fecit in monte † olíueti, qui Matth. 5. 6. & 7. pleniſſimè ſcriptus eſt, veriſſimè dici poteſt cõſummatio & abbreuiatio. in ipſo em̃ plenè ac breuiter continetur, quicquid ad veram perfectionem requiritur, aut in veteri teſtamento & lege docetur. Conſtat quoq; ex his, ꝙ quidam exponens hæc verba de populo Iudęorum ſeu Aſſyriorum pro tempore Ezechiæ, non eſt, quo ad hoc, Apoſtoli intellectum ſecutus. Vbì igitur tãti Apoſtoli occurrerit authoritas, om̃is alia interpretatio ceſſat. Conſequenter redit Propheta ad conſolandũ regem ac populum Iudæ: [Propter hoc] i. quia p̄dixi regem Aſſyriorum cum ſuis deijciendum. [hæc dicit Dñs Deus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion] i. in Hieruſalem, in qua eſt mons Sion, habitans. [ab Aſſur.] i. propter aduentum & minas regis Aſſyriorũ. [In virga em̃ percutiet te.] i. exigentibus tuis peccatis caſti-

gabit te ex mea ordinatione flagello filiorũ,videlicet perterrendo, nõ occidendo. [& baculum ſuũ
leuabit ſup te] i. grauẽ percuſſionẽ tibi minabiť. [in via Aegypti.] i. cùm per terrã ſeu viã Aegypti
tranſierit ad pugnandũ cõtra Tarachã regẽ Aethiopiæ.Cùm eñ Sennacherib anno 14.Ezechiæ in-
trâſſet Iudęã,& omnes vrbes Iuda cepiſſet,velletq́; verſus Hieruſalẽ tendere, audiuit ꝙ Taracha rex
Aethiopiæ egreſſus eſſet de terra ſua, vt pugnaret contra eum: quo audito,abijt à Iudęa obuiàm illi,
miſſis tñ primò legatis cũ literis ad Ezechiã,in qbus minabať ſe reuerſurum cõtra Hieruſalẽ, ꝓut 4.
Reg.19.legiť.[Adhuc eñ paululum modicumq́;] i.breue tẽpus.[& cõſummabiť] i.ad effectum ꝑdu-
ceť [indignatio mea & furor meus,] i.zelus iuſtitiæ meæ [ſup ſcelus eorũ] i. peccata Aſſyriorũ. [&
ſuſcitabit] i.inducet. [ſup eum] i. exercitũ Aſſyriorum.[Dñs exercituũ flagellum] i.angeli ꝑcuſſio-
Iudic. 7. nẽ.[iuxta plagã Madian in petra Oreb,] i.ſimilẽ ꝑcuſſioni,qua Gedeon ꝑcuſſit Madianitas apud pe-
trã,ſupra quam occiſus eſt Oreb,vnus de principibus Madian, de qua ꝑcuſſione ſcribiť Iudicum 7.
Quẽadmodùm eñ illa plaga erat miraculoſa,ità occiſio Aſſyriorum ab angelo. [& virgã ſuam ſupra
Exod. 14. mare,] i.iuxta ꝑcuſſionẽ,qua Pharaonẽ eiuſq́; populum ſubmerſit in mari rubro,percutiente Moſe
aquã cum virga.[& leuabit eã in via Aegypti.] hoc eſt,Deus virgã ſuã leuabit cõtra Aſſyrios,ſecun-
dùm operationẽ,qua eã leuauit cõtra Aegyptios,quorum primogenita ꝑcuſſerat angelus: per quod
datť intelligi,ꝙ ab angelo interficiendi erãt Aſſyrij.[Et erit in die illa] qua ꝑcutietur exercitus Aſſy-
riorum.[auferet onus eius] i.tribulatio qua te afflixi,[de humero tuo,] i. de teipſo ô popule meus.
[& iugum eius] i.grauamen quo te oppreſſit,aufereť [de collo tuo,] nè humilieris & incurueris ſub
manu eius.[& cõputreſcet iugum] i.crudelitas & poteſtas,qua te rex Aſſyriorum afflixit,deſtrueť &
peribit [à facie olei,] i.ab adſpectu miſerationis diuinę,q̃ religioſiſſimum ac ſanctiſſimum regẽ Eze-
chiã cum populo ſuo de manu crudeliſſimi tyranni miſericorditer liberauit.Præterea Iſaias deſcri-
bit ordinẽ reuerſionis Sennacherib in Iudęã.[Veniet in Aioth,] ciuitatẽ quandã Iudææ,& illic prę
feſtinatione nolens ſubſiſtere, [tranſibit in Magron] vrbem,[apud Machmas commendabit vaſa
ſua.] i.illic reponet ſarcinas ſuas,ſeu partẽ ſupellectilis ſuæ,vt expeditiùs poſſit ꝓcedere. [Tranſiê-
* Gabaa runt curſum.] i.illic vaſis repoſitis,ſerui ſui celeriter incedebant contra Hieruſalẽ. [* Gabee ſedes
noſtra] Hæc ſunt verba Sennacherib, exhortantis populum ſuum, vt feſtinanter ꝓficiſcantur, quia
in vrbe Gabee paululùm requieſcent,ſeu tentoria figent. [Obſtupuit Rama,] i. habitatores huius
* Gabaath vrbis,q̃ erat vicina * Gabaæ,cognito regis aduentu, præ timore velut inſenſibiles facti ſunt. [* Ga-
baa Saulis] i. in qua Saul habitauit, & ſedem regiam habuit.[fugit] qm̃ habitatores eius aduentum
Aſſyriorum nequaq̃ præſtolari audebant.[Hinni] i.geme & vlula [voce tua filia Gallim,] i. popu-
lus ciuitatis,q̃ dicitur filia Gallim,quia in monte Gallim erat conſtructa.[attende Laiſa] i.habitato-
res ciuitatis ſic dictæ, aduentum Sennacherib conſiderate, quatenùs tempeſtiuè fugiatis. attende
quoq; [paupercula Anathoth] i.modica egenaq́; ciuitas Anathoth dicta,de qua ortus eſt Ieremias.
[Migrauit Medemena.] i.incolæ huius vrbis fugerunt.[habitatores Gabim confortamini] i. nolite
diffidere,ſed arma arripite,quoniam propter locorum, in quibus habitatis, altitudinem, cæteris ſe-
curiores eſſe videmini. Quidam verò hoc verbum, confortamini, addunt verbis ſequentibus, vt ſit
ſenſus:Habitatores Gabim migrauerunt,ſicut Medemena præ pauore Aſſyriorũ. Quæ aũt ſequun-
tur,ſunt verba Sennacherib, incitantis populum ſuum ad indefeſſum proceſſum: & ſiue his verbis
addatur,confortamini,ſiue non,idem eſt ſenſus.Sennacherib enim confortans exercitum ſuum, ait
ad eum:[Adhuc dies eſt,vt in Nobe ſtetur,] i.adhuc tempus eſt procedẽdi aduerſus Hieruſalem, vt
ſtemus in Nobe,oppidulo quodam circa Hieruſalem ſito. [Agitabit manum ſuam ſupra mõtem fi-
liæ Sion collem Hieruſalem,] i.mox cùm à remoto viderit vrbem Hieruſalem,manibus plaudet prę
lætitia,quaſi certus de victoria,& tanq̃ videns locum quò feſtinat. Per montem aũt filiæ Sion, intel-
* filiæ liguntur ciuitas & templum populi Hieruſalem: quia vt dictum eſt,nomine * filij,totus populus de-
ſignatur:veruntamen quia Aſſyrij percuſſi ſunt anteq̃ obſiderent Hieruſalẽ,ſubditur:[Eccè dñator
Dñs exercituum confringet lagunculam in terrore,] i.teſtea vaſa, ſeu corpora Aſſyriorum per mo-
dum laguncularum terrena atq; fragilia.[in terrore] i.in plaga horribili,per angelum ea incineran-
do,vt dictum eſt.[& excelſi ſtatura] i.magni in exercitu Aſſyriorum velut gigantes. [ſuccidentur.]
i. velut arbores infructuoſæ radicitùs euellentur, occidentur, & in ignem æternum mittentur. [&
ſublimes] i.ſuperbi ſeu nobiles,[humiliabuntur] per pœnas.[& ſubuertentur condenſa ſaltûs eius
ferro,] i.copioſa multitudo exercitûs Aſſyriorum deſtruetur gladio ſeu potentia angeli, quæ dici-
tur ferrum, eô quòd nihil terrenum ei reſiſtere queat, ſicut nec aliquod metallum præualet ferro.
[& Libanus] i.ipſe rex Sennacherib,ſeculari potentia altus & candidus, [cum excelſis] i. cum prin-
cipibus ſuis [cadet.] nam rediens Niniuen,à proprijs filijs eſt occiſus,vt infrà dicetur.

¶ *Tropologica declaratio præſentis cap. ſcilicet decimi.* *Articulus* 25.

PORrò exordium huius capituli,quo dicitur:Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribẽtes iniuſti-
tiã ſcripſerunt:dę omñibus tyrannis,hæreticis, malis prælatis,& falſis legiſlatoribus dici poteſt.
Hi

Hi eñ condunt aut ſeruant leges iniquas,i.mandata iniuſta, ſeu traditiones peruerſas, qbus eſt pro
ratione voluntas,& qui illud Sapiẽtię dicunt: Sit aũt fortitudo noſtra lex iuſtitiæ.Talibus Dñs ait in Sap. 2.
Ezechiele:Mœrere feciſtis cor iuſti mendaciter,quẽ ego nõ contriſtaui, & cõfortâſtis manus impij. Ezech. 13.
Obſeruandũ eſt itaq; nobis,quod in Leuitico ꝑcipit Dñs:Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio,in Leuit. 19.
regula,in pondere,in mẽſura. Cõditoribus aũt ſeu obſeruatoribus legum iniuſtarum, ait ſcriptura:
Cùm eſſetis miniſtri regni Dei, nõ rectè iudicâſtis, nec cuſtodiſtis legẽ iuſtitię, neq; ſecundùm vo- Sap. 6.
luntatẽ Dei ambulâſtis. citò & horrẽdè apparebit vobis. Quid facietis in die viſitationis & calami-
tatis de longè venientis? i.in die iudicij veſtri particularis,quãdò mox à corporibus ſeparati,iudicã-
di eſtis à Deo,& item in die iudicij vniuerſalis atq; extremi.Viſitatio aũt Dei, aliquandò ſumitur in
bono,aliquãdò in malo.Dum eñ Deus indulgentiã,grãm,aut gloriã tribuit aut infundit, diciť viſi-
tare in bono,ſicut in Pſalmo oramus:Viſita nos Dñe in ſalutari tuo.Dum aũt peccata noſtra vlciſciť, Pſal. 105.
dicitur viſitare in malo.Pœna quoq; eſt duplex,ſ.tẽporalis & medicinalis: & cùm hanc pœnã Deus
infligit,viſitat vt iudex benignus. Alia eſt pœna æterna & dãnatoria, quã cùm Deus infligit, dicitur
viſitare vt iudex diſtrictus.Væ Aſſur,virga furoris mei & baculus ipſe eſt. Iſtud de omñi principe ſu-
perbo,crudeli ꝑlato,& hoĩe violento intelligi poteſt. Hi quippe ſunt virga & baculus, quo corrigit
Deus electos:ſed qm̃ ipſi conceſſa ſibi potentia abutuntur, potiuſq́; intendunt extirpare atq; occĩ-
dere,q̃ modeſtè caſtigare, idcircò peracto eorũ miniſterio, proijciuntur in ignẽ æternum. Interìm
tamen mittuntur ad gentẽ fallacẽ ſeu peccatricẽ, cui iratus eſt furor Dñi. Et erit cùm cõpleuerit Dñs
opera ſua in monte Sion, i. cùm Eccleſiam gratioſè ſtabiliuerit, & donis ſpiritûs ſancti eã repleuerit.
Viſitabo ſup fructum magnifici cordis regis Aſſur, i. ꝑdictorum impiorum ac perſecutorũ Eccleſiæ
opera deſtruet,peccata dãnabit,& eos ſuccumbere faciet. Dixit eñ Aſſur rex,i. quilibet ꝑfiguratus
per regẽ Aſſyriorũ: In fortitudine manûs meæ ego feci,& in ſapiẽtia mea intellexi. Hoc dicũt Pela-
giani,& oẽs qui ſe ſine diuinæ grãæ adiutorio aliqd poſſe ꝓmereri arbitranť,aut ꝓprijs viribus quod
faciunt largiunť:nec in Dño, ſed in ſeipſis glorianť. Iſti aũt nõ credunt, aut certè nõ aduertunt illud
Saluatoris: Sine me nihil poteſtis facere.Secundùm Apoſtolũ quoq;:Nõ ſumus ſufficientes cogita- Ioan. 15.
re aliqd ex nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.Nõ ergò ſufficit nobis virtus no- 2.Cor. 3.
ſtra ad benè viuendũ,neq; ingeniũ noſtrum aut humana ſciẽtia ad rectè diſcernendũ, ſed grã & il-
luminatione ſpiritûs ſancti in oĩbus indigemus.Quæ aũt in iſto capitulo ſcripta ſunt de ꝑſumptione
regis Aſſyriorum cõtra Iudęos ac cæteras gẽtes, intelligi poſſunt de iactãtia hæreticorũ & cæterorũ
ꝑſecutorum Eccleſię: & qualiter ad hoc litera valeat applicari, ex ꝑcedentis expoſitione articuli fa-
cilè innoteſcit. Propter hoc mittet dñator Dñs in pinguib⁹ eius tenuitatẽ,i.hæreticorũ magiſtros &
principes in malitia incraſſatos cõſumet. & ſubtus gloriã eius,i.infra ſimulatã ſanctitatẽ hæreticorũ,
infra apparentẽ felicitatẽ hoĩm mundanorũ. ſuccenſa ardebit quaſi cõbuſtio ignis,i. interiora eorũ,
immò & corpus & aiam inflãmabit ignis inferni,nec aliqd ꝓderit eis gloria vana impiorũ. Sic ergò
Dñs,qui ſuos electos ad tẽpus tribulari ꝑmittit,tandèm liberat ipſos,ꝓut in Threnis diciť:Quia non Thre. 3.
repellet in ſempiternũ Dñs: qa & ſi abiecit, miſerebiť ſecundùm multitudinẽ miſericordiarũ ſuarũ.
Et erit lumen Iſrael,i.Chrs,de quo pauloantè dictum eſt:Populus qui * ſedebat in tenebris, vidit lu- Iſaiæ 9.
cem magnã.Et,Erat lux vera,q̃ illuminat oẽm hoĩem.In ignẽ, quia per ignẽ materialẽ, vel ignẽ ma- Ioan. 1.
gnæ tribulationis frequẽter interficit ꝑfidos & ꝑuerſos in ꝑſenti.Eccleſia quippe virtute & nomine
Chri cõburit hæreticos.Vndè Sophonias ait: In igne zeli Dei deuorabiť omñis terra.& ſanctus Iſrael Soph. 1.
in flãma,i.Chrs,qui eſt ſanctus ſanctificãs Iſraelẽ, ſeu populum Chrianum, erit in flãma in die iudi-
cij, quãdò venturus eſt iudicare viuos & mortuos,ſeculumq́; per ignẽ.Propter quod ſcriptũ eſt Na-
hum 1.Dñs,in tẽpeſtate & turbine viæ eius.Atq; in Pſalm. Ignis ante ipſum ꝑcedet, & inflãmabit in Pſal. 96.
circuitu inimicos eius.& ſuccendeť,& deuorabiť ſpina eius & vepres,i.fraudulẽta inſidiatio,& cæte-
ra impiorum peccata ignis ardore punienť. & erit terrore ꝓfugus,i.inimicus Eccleſiæ videns plagam
Dei cõſortibus ſuis inflictã,territus fugere cupiet, nè patiať ſimilia. & reliquiæ ligni ſaltûs eius præ
paucitate numerabunť.hoc impleť,quãdò collectio inimicorum Eccleſiæ vſq;adeò trucidať, vt vix
pauci permaneãt.Multitudo aũt ſiue exercitus impiorum, lignum ſaltûs vocať, ꝓpter rationẽ ꝑha-
bitam.Et erit in die illa: Non adijciet reſiduum Iſrael inniti ſup eo qui ꝑcutit eos, ſed innitẽtur ſup
ſanctum Iſrael in veritate,i.cùm ità percuſſi fuerint hoſtes iuſtorum,tunc Chriſtiani qui perſecuti-
onem eorum euaſerunt,non ampliùs ſperabunt in potentibus huius mundi, à quibus vbertìm op-
primuntur,ſed confident in Domino verè & perſeueranter. Reliquiæ conuertentur, quia pauci de
populis ſaluabuntur.Hæc dicit Dominus:Nolite timere populus meus habitator.O Chriſtiani, qui
opere & fide perſeueratis in Eccleſiaſtica vnitate,& qui iam per contemplationem & ſpem habitatis
in cæleſti Sion,quorum videlicet conuerſatio eſt in cælis,quorum theſaurus & cor in Deo repoſita
ſunt. nè formidetis inordinatè ab Aſſur, i. à diabolo, ſeu huius mundi principibus, qui iuſtos affli-
gunt.In virga enim percutiet te, i. ad tempus tentabit te, & aliqualem moleſtiam inferet, & ad ve-

 nialia

nialia peccata te pertrahet. Quum reſpexerit te ſibi reſiſtere, nec velle illicitis aſſentire, tunc & bacu-
lum ſuum leuabit ſuper te, i. duriùs tibi inſtabit, grauiora minabitur, & ad peccata mortalia labora-
bit te inducere. in via Aegypti, i. ſecundùm operationem huius mundi, proponendo videlicet diui-
tias & delicias ſeculi. ꝙ ſi ità non profecerit, proponet torméta & aſpera mundi, quatenùs vel pro-
ſperis, vel aduerſis te frangat. Ideò autem timere non debes. Adhuc enim modicum, & cõſummabi-
tur indignatio mea ſuper ſcelus eorum, i. citò tibi ſuccurram, nec patiar te tentari & impugnari ſu-
prà quàm valeas ferre, & inimicos tuos deijciam, atq; peccata eorum iuſtè vlciſcar. Hæc eſt conſola-
tio bona omnium in tentatione diabolica, aut perſecutione humana exiſtentium, quoniam his De-
us auxilium pollicetur. Vndè 2. Paralip. dicitur: State confidenter, & videbitis auxilium Domini ſu-
2. Par. 20. per vos. In pſalmo quoq; Dominus clementiſſimè ait de homine iuſto & tribulato: Clamauit ad me,
Pſal. 90. & ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Cur ergò tri-
bulationem expaueſcimus, & non potiùs cordialiter deſideramus, cùm Dominus dicat ſe eſſe no-
biſcum in tempore tribulationis, vel potiùs in ipſa tribulatione? Et ſuſcitabit ſuper eum, i. tentato-
rem ſeu perſecutorem. Dñs flagellum iuxta plagam Madian, i. non humana, ſed diuina virtute faciet
eum ſuperari & cadere, quéadmodùm victi ſunt Madianitæ à Gedeone. Vndè Matth. 10. legiẽ: De-
Iudic. 7. dit Ieſus diſcipulis ſuis poteſtatem ſpirituum immundorum. In die illa auferetur onus eius, i. tenta-
tio ſeu peccatum. de humero tuo, quia per grãm Dei pugnantis pro te, à peccato cõmiſſo purgabe-
ris: & malũ, ad quod te inducere eſt molitus, nõ incides, & gaudens cantabis: Benedictus Dñs qui nõ
Pſal. 123. dedit nos in captionẽ dentibus eorũ. Et iugũ eius de collo tuo, i. à miſera ſeruitute, qua peccatis atq;
Lucæ 19. dæmonibus ſeruiebas, per grãm Chriſti ſaluaberis. Venit eñ filius hoĩs quærere & ſaluũ facere quod
perierat. & cõputreſcet iugum à facie olei, i. obligatio culpæ, & oĩs miſeria atq; afflictio noſtra diſ-
ſoluetur, & fugiet à diuinæ pietatis adſpectu, immò ab oĩbus malis pœnæ & culpæ tãdèm eruen-
tur electi virtute & merito Chriſti. De hoc iugo ſcriptum eſt: Iugum graue ſuper filios Adam, à die
exitũs de ventre matris eorum, vſq; in diem ſepulturæ in matrem oĩum. Propter hoc clamat apo-
Eccl 40. ſtolus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et reſpondet: Gratia Dei per
Rom. 7. Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum. Veniet in Aioth, trãſibit in Magron. Sicut hoc loco deſcribitur or-
do acceſſũs regis Aſſyriorum contra Hieruſalẽ, ſic dæmon accedit ad animam quodam ordine im-
pugnationis, proponendo inprimis aliqua apparenter bona, ſeu minùs mala, ſicq; paulatìm progre-
ditur ad deteriora. Longum verò & forſitan legenti faſtidioſum foret, ſingula verba hæc moraliza-
re: properteà de ſenſu morali intendo me pro viribus expedire. Eccè dominator Dñs confringet la-
gunculam in terrore. Hoc quidam exponunt de paſſione corporis Chriſti, quod appellatur lagun-
cula, quoniã erat de terra, fuitq; in ea fons aquæ viuæ, & habitauit in ipſo plenitudo diuinitatis cor-
poraliter. Porrò quæ ſequuntur, Et excelſi ſtatura ſuccidentur &c. exponunt de Iudæorum deſtru-
ctione: quæ tamen generaliter intelligi poſſunt de finali ſuperborum omnium deiectione.

¶ *Elucidatio 11. capituli, ſcilicet: Egredietur virga.* *Articulus* 26.

RVrſus reuertiẽ ſacratiſſimus Iſaias ad conſcribenda Chriſti myſteria, quod vtiq; eſt principale
ſuum intentũ in toto hoc libro. Ait ergò: [Egredieẽ virga de radice Ieſſe,] i. virgo Maria na-
ſcetur de ſemine Iſai, qui dictus eſt Ieſſe, eratq; pater Dauid. Dicitur aũt virgo Maria virga, qm̃ erat in
oĩ virtute erecta, per cõtemplationem ad cæleſtia eleuata, gracilis, fructuoſa. Vndè de ea in Canti-
Cant. 3. cis diciẽ: Quæ eſt iſta quæ aſſcendit per deſertum ſicut virgula fumi? [& flos de radice eius aſſcẽdet,]
i. Chriſtus de ſemine Ieſſe gignetur. Cùm eñ, ſecundùm Apoſtolũ, Chriſtus factus ſit ei, ſ. Deo, ex ſe-
Rom. 1. mine Dauid ſecundùm carnẽ, palàm eſt ꝙ natus ſit ex ſemine Ieſſe patris Dauid. Vel flos de radice
eius aſſcendet, i. Chr̃s ex puriſſimis ſanguinibus virgæ huius ſeu virginis Mariæ naſceẽ, quéadmo-
Lucæ 1. dùm Gabriel ait ad eam: Quod naſceẽ ex te ſanctum, vocabiẽ filius Dei. Dicitur aũt Chr̃s flos, ꝓpter
immunitatem ab oĩ peccato, ꝓpter pulchritudinẽ ſuã, & ꝓpter ſuauiſſimum oĩm virtutum odorẽ
in eo conſiſtentem. Propter quod ait in Canticis: Ego flos campi & lilium cõuallium. [Et requieſcet
Cant. 2. ſuper eum ſpiritus Dñi,] i. ſpiritusſanctus ſemp immobiliter à ſuæ natiuitatis exordio in ipſo mane-
bit, qa vt diciẽ Ioan. 3. Nõ ad menſurã dat Deus ſpiritum, haud dubium quin homini Chr̃o. & in ſi-
gnum huius, Chr̃o baptizato, deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, vt
Ioan. 1. habeẽ Luc. 3. Hinc quoq; Dñs dixit Ioanni Baptiſtæ de Chr̃o: Super quẽ videris ſpiritum deſcendẽ-
tem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritusſancto. Deindè Propheta ſpiritumſan-
ctum multis nominibus nominat, videlicet ſeptem, ſecundùm ſeptem dona ab ipſo manantia. De-
us eñ, qui in ſe vnus & ſimplex eſt, nomina multa ſortitur ſecundùm diuerſitatem ſuorum effectuũ.
Itaq; ſubdit: [Spiritus ſapientiæ & intellectũs, ſpiritus cõſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pie-
tatis.] i. ſpiritusſanctus, qui eſt largitor & fons ſapientiæ, & cæterorum q̃ ſequuntur, quæ etiã ſpeciali-
ter dona ſpiritũsſancti appellãtur. [& replebit eũ ſpiritus timoris Dñi.] i. Chriſtus homo plenus erat
dono timoris ſeu filiali & caſto timore Dei, quantùm ad actum timoris, qui eſt reuereri. nam quan-
tùm

tùm ad hunc actum, permanet timor iſte in patria. non tñ fuit in Chr̃o, quantùm ad formidinẽ mali
culpæ, qm̃ Chr̃s ſciuit ſe nõ poſſe peccare: nec quantùm ad formidinem mali pœnæ, ſ. ſeparationis à
Deo, vel cõdemnationis, aut ſimilis mali, quod pro ꝓpria culpa infligiẽ. Deniq; in verbis his tangũ-
tur dona ſpiritũsſancti, nõ ſolùm quantùm ad certũ numerũ, ſed etiã quo ad debitum ordinẽ, ità ꝙ
digniora ꝑponuntur, & ea q̃ magìs adinuicèm cõueniunt, cõbinantur. Sciendũ ergò, ꝙ dona ſpiri-
tũsſancti ſunt habitus qdam ſeu habituales diſpoſitiones in aĩa, à ſpiritusſancto per creationẽ infuſæ,
in adiutoriũ ſeu expeditionẽ virtutũ cõceſſæ, per quas reddiẽ aĩa benè mobilis à ſpiritusſancto in or-
dine ad finẽ ſupernaturalẽ. Quéadmodùm eñ duplex poniẽ finis hoĩs, ſ. naturalis, de quo loquuntur
philoſophi: & ſupernaturalis, de quo tractant theologi: ſic duplex eſt motor ac regula actuũ huma-
norũ, videlicet ratio naturalis, & ſpiritusſanctus. Et ſicut virtutes ꝑficiunt vires aĩæ, quatenùs ratio-
nis dictamẽ ſequanẽ: ſic dona ꝑficiunt ipſas virtutes, quatenùs aĩa à ſpiritusſancto in oĩbus promptè
ſit mobilis: qa vt ait Apoſtolus, Quicunq; ſpiritu Dei aguntẽ, hi filij ſunt Dei. Cùm eñ motio aĩæ, quæ Rom. 8.
eſt à ſpiritusſancto, ſit ſupernaturalis, atq; ad ſupernaturalẽ beatitudinẽ ordinata, indiget aĩa qbuſdã
ſupnaturalibus habitibus, qbus diſponaẽ ad recipiendũ influxum inſpirationis diuinæ, ſeu motio-
nẽ ſpiritũsſancti: & hi habitus ſunt dona ſpiritũsſancti, q̃ non habenẽ ſine charitate & grã gratifican-
te. Et qui charitatẽ habet, etiã ſeptẽ dona ſpiritũsſancti habet ſecundùm aliquẽ gradũ. Porrò anima
moueẽ à ſpiritusſancto ad duo, videlicet ad cognitionẽ veri, & ad dilectionẽ operationẽq; boni. Cir-
ca veritatis quoq; notitiã ꝑficitur aĩa dupliciter: primò, vt eã percipiat: ſecũdò, vt ꝑcepta rectè iudi-
cet. Similiter circa amorẽ operationẽq; boni dupliciter perficitur aĩa: primò, vt impedimentis boni
efficaciter reſiſtat: ſecundò, vt ipſi bono dignè inhæreat. Oĩa aũt dona ſunt in ratione vel volun-
tate, qm̃ hæ duæ potentiæ directè mouentur à ſpiritusſancto. Ratio verò eſt duplex, videlicet ſpecu-
latiua & practica. Ad hoc itaq; ꝙ ratio ſpeculatiua faciliter mobilis ſit à ſpiritusſancto, quo ad appræ-
henſionẽ ſeu perceptionẽ, vel acquiſitionẽ veritatis diuinorũ ac neceſſariorũ, de qbus eſt fides, in-
diget dono intellectũs, per quẽ aĩa illuſtraẽ, vt ea q̃ fidei ſunt, quodãmodò penetret, & clarè cogno-
ſcat, ità vt ſciat eis firmiter eſſe aſſentiendum. Vt aũt de his rectũ ſortiatur iudiciũ, indiget dono ſa-
pientiæ, per quã ſapit, guſtat, atq; diſcernit veritatẽ diuinorũ ſub fide cadentium. Deniq; donũ cõſi-
lij perficit rationẽ practicam circa appræhenſionẽ veritatis in rebus actibusq; humanis, ità vt anima
hoc dono ornata, capax ſit inſpirationis ſpiritũsſancti in cõſiliando de rebus agendis ac negocijs du
bioſis. Quantùm verò ad rectũ iudicium de huiuſcemodi veritate, perficiẽ anima dono ſciẽtiæ. Alia
tria dona, videlicet fortitudo, pietas, timor, perficiunt voluntatẽ. Fortitudo, vt inuictè exequaẽ quæ
bona ſunt, nõ cedens periculis. Pietas, vt ad alios benè ſe habeat. Timor, nè ꝓpter blandimenta cõ-
cupiſcentiarũ à bono recedat. His donis anima Chr̃i pleniſſima fuit & eſt, & de plenitudine eius oẽs
accipimus. [Nõ ſecundùm viſionẽ oculorũ iudicabit,] i. Chr̃s in primo ſuo aduentu & deincèps, nõ
iudicabit de aliquo ſecundùm ea q̃ foris appárent, vel ſecundùm corporalium oculorũ intuitũ. vn-
dè ipſe: Nolite, inqt, ſecundùm faciem iudicare. [neq; ſecundùm auditũ aurium arguet,] i. ſecũdùm Ioan. 7.
humanas accuſationes ſeu exteriores ſermones nõ repræhendet, neq; ab aliquo de iudicandis edo-
ceri egebit, quéadmodùm Ioan. 2. habeẽ: Opùs ei nõ erat, vt quis teſtimoniũ ꝓhiberet de hoĩe. ipſe
eñ ſciebat qd eſſet in hoĩe. Quòd aũt Chr̃s ſecũdùm exteriùs viſa atq; audita nõ iudicauit, frequẽ-
ter patet in Euangelio. Vndè cùm ſibi dixiſſent Iudæi, Magiſter, ſcimus qa verax es, & viã Dei in ve- Mat. 22.
ritate doces, & nõ eſt tibi cura de aliquo: non eñ reſpicis ꝑſonam hoĩs: reſpondit, Quid me tentatis
hypocritæ? Chr̃s eñ de oĩbus iudicat ſecundùm infallibilẽ ſcientiã in ipſo exiſtentẽ. Eſt aũt in Chri-
ſto ſcientia increata, per quã de oĩbus iudicat authoritatiuè, quéadmodùm pater & ſpiritusſanctus:
& quantùm ad iſtam ſcientiã, conuenit ei non ſecundùm viſionẽ oculorum iudicare, iuxta illud: Nõ 1. Reg. 16.
iuxta intuitum hoĩs ego iudico. homo eñ videt q̃ párent, Deus aũt intueẽ cor. Eſt quoq; in Chriſto
ſcientia creata, per quã vniuerſa cognoſcit q̃ vnq̃ fuerunt, erunt, vel ſunt: & per hãc ſcientiã iudicat
Chriſtus vt homo inſtrumentaliter, tanq̃ totius Trinitatis miniſter in ꝓferendo iudicium: & quan-
tùm ad iſtam ſcientiã, cõuenit etiã ei nõ ſecundùm viſionẽ oculorum iudicare, nec ſecundùm audi-
tũ auriũ. ꝓpter quod ait in Euangelio: Sicut docuit me pater, ſic loquor. Qm̃ verò iã dixit, quomodò Ioan. 8.
Chr̃s nõ iudicat, cõſequenter oſtẽdit quomodò iudicet. [ſed iudicabit in iuſtitia pauperes,] i. ſpõta-
neè pauperes ſeu humiles, iuſtè iudicabit, dãdo ꝓ eis ſententiã ſicut locutus eſt: Beati pauperes ſpi- Matth. 5.
ritu, &c. Hinc & in Pſal. de Chr̃o induciẽ: Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum. Pſal. 71.
[& arguet in æquitate ꝓ mãſuetis terræ.] i. mites defendet ab accuſatione prauorũ, prauoſq; redar-
guet. Hoc fecit Chr̃s, quãdò (vt Matt. 15. legiẽ) phariſæis ſuos diſcipulos increpantibus, eò ꝙ mãdu-
carent manibus nõ lotis, reſpõdit: Quarè & vos tranſgredimini mandatũ Dei ꝓpter traditiones ve-
ſtras? Propter quod ait Pſalmiſta: Quia liberauit pauperẽ à potente. Vel arguet in æquitate ꝓ man- Ibidèm.
ſuetis terræ, i. ipſos manſuetos, cùm errauerint, iuſtè repræhendet. Vndè ad Petrum ait: Vade poſt Matth. 16.
me ſatana, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt. Et Marc. 8. dicit apoſtolis: Adhuc cæcatum habetis cor ve-

 ſtrum?

Marc.10. ſtrum? Ioanniq; & Iacobo: Neſcitis, inqt, qd petatis. Et iterùm: Neſcitis cuius ſpiritûs eſtis. [Et ꝑcu-
Lucæ 9. tiet terrã virga oris ſui.] i. hoĩes in terra habitantes, p̄ſertim terrenos atq; carnales, ſuis ſermonibus
increpabit, & corda eorũ terrebit. Hi Chr̃i ſermones erant ſagittæ acutæ, & iſta ꝑcuſſio eſt deiectio
populorũ, de q̃bus fert̃ in Pſal. 44. Sagittę tuę acutę, populi ſub te cadent. Vndè in Euangelio loquit̃
Matt. 10. Nõ veni pacẽ mittere, ſed gladium. Nõ mediocriter ꝑcuſſit Chr̃s terrã, quãdò ſcribis & pha
Matth. 23. riſæis ambitioſis & cupidis dixit: Væ vobis ſcribę & phariſæi hypocritæ, q mundatis quod deforis
eſt calicis & parapſidis, intùs aũt pleni eſtis rapina & immunditia. Væ vobis q ſimiles eſtis ſepulcris
dealbatis &c. [& ſpiritu labiorũ ſuorũ] i. oris ſui imperio, ſeu virtute ſui ſermonis [interficiet] ante
finale iudicium [impiũ] ſ. Antichr̃m, de quo fert̃ in Pſal. 9. Cadet cùm dñatus fuerit pauperũ. Et rur-
ſus ibidèm: Increpâſti gentes, & perijt impius. Huic ſermoni ꝓphetico concordat illud Apoſtoli 2.
Theſſ. 2. Reuelabit̃ ille iniquus, quẽ Dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. [Et erit iuſtitia cingulũ lum-
Lucæ 12. borũ eius.] i. ſpirituales lumbi Chr̃i erunt p̄cincti iuſtitia, ſicut ipſe hortatus eſt alios: Sint lumbi ve-
ſtri p̄cincti. Et Paulus ad Epheſios 6. State ſuccincti lumbos veſtros in veritate, induti loricã iuſtitię.
Pſal. 44. Hoc eſt quod de Chr̃o ait Pſalmiſta: Accingere gladio tuo ſup femur tuũ potentiſſime. Poſſumus
aũt per lũbos intelligere appetitum ſenſitiuũ, qui tunc iuſtitia cingit̃, quãdò in oĩbus rationis impe-
rio ſubiugat̃, quod maximè erat in Chr̃o. [& fides] ꝓut eſt virtus theologica, qa nõ erat purus viator,
ſed verus cõpræhenſor. Sumitur aũt hoc loco fides ꝓ fidelitate, ſeu certitudine fidei, & iſta eſt [cin-
Pſal. 32. ctorium renum eius.] qm̃ ſicut in Pſalmo cantat̃, Rectum eſt verbum Dñi, & om̃ia opera eius in fide.
& 144. Itemq;: Fidelis Dñs in verbis ſuis. Poſſumus verò per renes Chriſti intelligere ſpiritualem fœcundi-
tatem ipſius, qua ſecundùm Apoſtolũ multos filios adduxit in gloriã. Per hoc ergò, ꝙ iuſtitia dicit̃
cingulum lumborum Chriſti, & fides cinctoriũ renum eius, deſignat̃ ꝙ ipſe intùs & foris, mente &
corpore, æquitate ac fidelitate fuerit plenus. Quidã verò exponunt ſic: Et erit iuſtitia cingulum lum-
borum eius, & fides cinctorium renum eius, i. iuſti & fideles Chriſto cõiungent̃ & adhærebunt, quẽ-
Iere. 13. admodùm zona & lumbare adhærent homini eis vtenti. Vndè per Ieremiã Dñs ꝓteſtatur: Sicut ad-
hæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi domũ Iſrael & domũ Iuda, vt eſſent mihi in po-
pulum. Huicq; expoſitioni conſonat tranſlatio Chaldaica, q̃ eſt: Et erunt iuſti circa eum, & agentes
fideliter, appropinquantes ei. [Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit.] Iſta &
quæ ſequuntur, excæcati Iudæi literaliter putant intelligenda in primo Chriſti aduentu, ità ꝙ tunc
omnia bruta quantumcunq; ſæua & indomabilia, propriam feritatem deponent, manſueſcent, atq;
domeſtica erunt, intãtùm vt nec ſibi inuicèm noceant, neq; hominibus. Et quia in aduentu Ieſu Na-
zareni iſta impleta non ſunt, credere nolunt eum exiſtere Chr̃m. ſed iſtud faciliter reprobatur. Aut
enim omnia quæ in iſto dicuntur capitulo, literaliter accipienda ſunt, aut quædam ſpiritualiter ac-
cipi oportet. Si primum, ergò ad literam Chriſtus erit flos, & lumbi eius corporei iuſtitia præcin-
gentur: ſi ſecundum, tunc qua ratione virga, flos, lumbi & renes ſpiritualiter exponuntur, etiam lu
Act. 9. pus, agnus, pardus, hœdus, & reliqua ſpiritualiter accipiuntur. Deniq; ſacra ſcriptura frequenter me-
Matth. 10. taphoricè loquitur, atq; nominibus beſtiarum homines deſignantur, quemadmodùm Gene. 49.
Iudas vocatur catulus leonis, Iſachar aſinus fortis, Dan coluber in via, Beniamin lupus rapax. Eſt
igitur ſenſus: Habitabit in Chriſti Eccleſia lupus, i. homo quondàm perſecutor & raptor cum agno,
i. cum homine innocente. Hoc in Paulo qui deuaſtauit Eccleſiam, ſpiritualiter eſt impletum, quandò
veniens Damaſcum, moratus eſt cum Anania, viro manſueto ac innocente. Deniq; Chriſtus ait apo
ſtolis: Eccè mitto vos ſicut oues in medio luporum. Cùm autem lupi illi ad Chriſtum cõuerſi ſunt,
tunc habitauerunt lupi cũ agnis, & pardus cũ hœdo. Pardus eſt animal varios habẽs colores, iuxta il
lud Iere. 13. Si mutare poteſt æthiops pellem ſuã, & pardus varietates ſuas. Vndè per pardũ ſignificã-
Matth. 25. tur, q olim diuerſorũ vitiorum maculis infecti fuerunt. Hœdus quãdoq; in malo accipit̃, ſicut cũ in
Exod. 12. Euãgelio legit̃: Statuet agnos à dextris, & hœdos à ſiniſtris: quãdoq; verò in bono, vt cùm Moſes ait:
Immolabit hœdũ multitudo filiorũ Iſrael. Per hœdũ ergò nunc deſignant̃, qui ſeipſos ſanctificãt
Deo, quẽadmodùm Romanos monet Apoſtolus: Obſecro vos fratres per miſericordiã Dei, vt ex-
Rom. 12. hibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentẽ, ſanctã, Deo placentẽ. Itaq; pardus, i. qui erat varijs vitijs im-
plicatus. cũ hœdo, i. cũ eo qui ꝓpter Deũ mortificabat̃ tota die. accubabit, i. viuet & habitabit poſt
ſuã conuerſionẽ ad Chr̃m. Hoc in gẽtilibus ad fidẽ cõuerſis impletũ eſt. [Vitulus] i. q erat inquietus
& petulans. [& leo] i. homo ferox. [& ouis] i. pius ac humilis. [ſimul morabunt̃,] i. cõcorditer ſerui-
ent Dño, qui habitare facit vnius moris in domo. [& puer paruulus minabit eos.] i. humilis paſtor ad
puerorũ innocentiam conuerſus, diriget eos, & obedient ei. Talis puer erat Timotheus, ad quẽ lo-
1. Ti. 4. quitur Paulus: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat. [Vitulus] de quo nunc dictum eſt. [& vrſus]
id eſt, carnalis, ſiue in propria fortitudine ſua glorians. [paſcent̃] precioſiſſimo edulio corporis &
ſanguinis Chriſti, & gratia Dei, ſeu alimonia corporali inter fideles, cùm fuerint conuerſi ad ſal-
uatorem. [ſimul requieſcent catuli eorum] id eſt, filij eorum ſpirituales ſiue carnales atq; familiæ in
do-

domo Dei ſtabiliter cõmanebunt, ſequẽtes patrũ ſuorũ veſtigia. [& leo quaſi bos paleas comedet,]
i. nobilis, potẽs & delicatus, ruſtico cibo erit cõtentus, intãtùm vt cùm infirmus fuerit, olera mãdu-
cet. [& delectabit̃ infans ab vbere,] i. innocẽs, & malitia nõ ſenſibus puer, ſeu in Chr̃o renatus, qui 1. Pet. 2.
implet illud Petri: Quaſi modò geniti infantes, ratiõabiles, ſine dolo, lac cõcupiſcite. [ſup foramina
aſpidis,] i. ſup eos, quos ingreſſus eſt & obſedit diabolus, eijciẽdo de eorum corporibus dæmones.
[& in cauernam reguli] i. in corpus à venenoſo & peſſimo dæmone obſeſſum. [q ablactatus fuerit,]
i. homo ꝑfectus, q ſolidum cibũ capere valet, nec indiget lacte paruulorum. [mittet manum ſuam] i.
poteſtatem ſuam extendet, non ſolùm orando, ſed etiam imperando extrahens dæmonẽ ab obſeſ-
ſo. non enim oĩa dæmonia æquè faciliter eijciuntur. Vndè cùm apoſtoli ante Chr̃i paſſionem quẽ-
dam à dæmone liberare non potuiſſent, ſciſcitati ſunt Dñm: Quarè nos non potuimus eijcere eum? Mat. 17.
Tãdèm reſpondit: Hoc genus dæmoniorum in nullo poteſt exire, niſi in or̃one & ieiunio. Hæc oĩa
in ipſis apoſtolis ſucceſſoribusq; ipſorum impleta ſunt, quibus Luc. 10. ait ſaluator: Eccè dedi vobis
poteſtatem calcandi ſup ſerpentes & ſcorpiões, & ſuper oẽm virtutem inimici, & nihil vobis noce-
bit. Et alibì: Signa eos qui crediderint, hæc ſequent̃: In noĩe meo dæmonia eijciẽt. Quòd aũt de hac Mar. 16.
poteſtate delectati ſunt diſcipuli, patet ex eo quod Lucas diſſeruit: Reuerſi ſunt, inquit, ſeptuaginta-
duo cum gaudio, dicentes: Dñe, in noĩe tuo etiã dæmonia ſubijciunt̃ nobis. [Non nocebunt, & non Luc. 10.
occidẽt in vniuerſo monte ſancto meo,] i. oẽs verè fideles, videlicet re & noĩe Chr̃iani, ſibi inuicèm
nocumentum non inferent in tota Eccleſia, q̃ eſt mons Dei, ſicut ſuperiùs dictum eſt: Erit in nouiſ- Iſaiæ 2.
ſimis diebus p̄paratus mons domûs Dñi. Vndè de primitiua Eccleſia in monte Sion congregata ſcri-
bit̃ Act. 4. Multitudinis credentiũ erat cor vnum & aĩa vna. quod vtiq; Chr̃s oĩbus ſuis iubet fideli-
bus: Mãdatum, inqens, nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos. Et oĩbus nobis Paulus ait: Ioan. 13. Rom. 12.
Nulli malum ꝓ malo reddẽtes. &, non q̃ ſua ſunt ſinguli q̃rentes, ſed q̃ aliorum. Et, Noli vinci à ma- Phil. 2.
lo, ſed vince in bono malũ. Qui tales ſunt, nõ nocent, neq; occidunt in vniuerſo monte Dei. Cõſe- Rom. 12.
quenter ponit Propheta cauſam p̄dictorum, videlicet mutuæ cohabitationis hoĩm tam diuerſorũ.
[qa repleta eſt terra] i. habitãtes in terra ſeu ipſa Eccleſia. [ſcientia Dñi,] i. doctrina euangelica Chr̃i,
quã per vniuerſum mundum p̄dicauerunt apoſtoli, ad quorum p̄dicationẽ conuerſi ſunt multi ſe-
nes, iuuenes, nobiles, & ignobiles, immò de om̃i gñe hoĩm aliqui, qui propter euangelica præcepta
atq; conſilia priſtinos mores deſeruerunt, & in Eccleſia cõcorditer conuerſari cœperunt. repleta eſt
ergò terra ſciẽtia Dñi, [ſicut aquę maris operiẽtes,] i. multùm copioſè & effluenter, quemadmodùm
aquæ maris, q̃ terrã operiunt, vehemẽter abundant. Vndè Act. 17. Paulus teſtat̃: Tẽpora prioris igno-
rantię deſpiciens Deus, nunc annunciat hoĩbus, vt oẽs vbiq; pœnitentiã agant. Et ad Epheſ. 3. Alijs
generationibus nõ eſt agnitũ, ſicut nũc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis. De hac plenitudine ſcientiæ
Dei tẽpore gr̃æ, ſcriptũ eſt: Nõ docebit vir vltrà proximũ ſuum, dicens, Cognoſce Dñm: oẽs em̃ co- Iere 31.
gnoſcent me, à minore eorũ vſq; ad maximum, dicit Dñs. Sed cõtrariari videt̃ illud Oſeę: Nõ eſt ſci- Oſeæ 4.
entia Dei in terra. Et reſpondẽdum, ꝙ hoc accipi poteſt de terra Iſrael, in qua tũc viguit idololatria.
Vel p terrã intelligunt̃ carnales atq; terreni, quorum prudẽtia mors eſt. Et reuerà nunq̃ ſciẽtia diui-
norũ intantùm abundauit in mundo, ſicut ab eo tẽpore, quo ipſemet Dñs in terris viſus eſt, & inter
hoĩes conuerſatus. Vndè Ioan 6. Chr̃s dicebat: Eſt ſcriptũ in ꝓphetis, Erunt oẽs docibiles Dei. Hoc
em̃ Iſaias & Ieremias, quãtùm ad ſenſum dixerunt, & hoc tẽpore euangelicæ legis extat impletum.
Porrò ex his conſtat, ꝙ ea q̃ dicta ſunt, non ſint de aĩalibus irrationalibus & eorum domeſticatione
intelligẽda: qd em̃ ad domeſticationẽ eorum ꝑtineret aut conferret, ꝙ terra repleta eſt ſciẽtia Dñi?
[In die illa,] i. cùm terra fuerit, ſicut nunc dictũ eſt, impleta ſciẽtia Dñi, ſ. poſt Chr̃i paſſionẽ & euã-
gelij p̄dicationẽ. [radix Ieſſe] i. Chr̃s de ſemine Ieſſe deſcendens. [q ſtat in ſignum populorũ] i. ad
quem tanq̃ ad ſaluatorẽ, oĩm populorum oculi dirigunt̃ atq; reſpiciunt. Vndè Simeon ait: Viderunt Luc. 2.
oculi mei ſalutare tuũ, quod parâſti &c. Stetit quoq; in ſignũ populorum, qñ eleuatus erat in cruce, Ioan. 3.
ꝓut dixit: Sicut Moſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto, ità exaltari oportet filium hoĩs, vt oĩs &c. Serpẽs Nume. 21.
ille æneus, de quo Dñs Moſi dixit, Fac ſerpentẽ æneũ, & pone pro ſigno &c. erat figura Chr̃i crucifi-
xi, quẽ cùm peccator læſus vulnere culpæ, fideliter intuet̃, ſanat̃ & reuiuiſcit. Poteſt aũt dici, ꝙ Chr̃s
dicitur radix Ieſſe, qm̃ licèt ſecundùm naturam aſſumptam ſit eo poſterior, & natus ex eo, tñ ſecũ-
dùm diuinitatẽ eſt eo anterior, & creator & fundamentum ipſius. [Ipſum gentes deprecabunt̃.] oẽs
videlicet Chriſtiani ex gentibus orti. [& erit ſepulcrum eius glorioſum.] i. famoſum & honorandũ:
ex omnibus enim finibus mundi viſitatur à Chriſtianis, & cum ſumma deuotiõe honoratur. Vel di-
citur ſepulcrum Chriſti glorioſum, quia honeſtè ſepultus eſt. Vt enim Ioan. 19. legitur, Ioſeph ab
Arimathia, nobilis vtiq; decurio, tulit corpus Ieſu de cruce. venit autem & Nicodemus ferens mi-
xturam myrrhę & aloẽs quaſi libras centum. Acceperunt ergò corpus, & ligauerunt illud linteis cũ
aromatibꝰ &c. Erat verò in loco vbì crucifixus eſt, hortus: & in horto monumẽtum nouum, in quo
nõdùm quiſquã poſitus erat: & ibì poſuerũt Ieſum. Secundùm Hieronymũ, vbì nos habemus, Erit
 ſe-

ſepulcrum eius glorioſum, Septuaginta tranſtulerunt, Et erit requies eius honor: ad deſignandum,
ꝙ mors Chriſti honorabilis eſſet, immò ipſa fuit mors mortis, & vita ſalusq; mundi.

¶ *Expoſitio ſequentis partis huius capituli.* *Articulus* 27.

FEcit aũt in ſuperiorib⁹ Iſaias mentionẽ de multis myſterijs Chr̃i, videlicet de natiuitate eius ex
virgine, de efficacia eius in reprobãdo malũ, eligendoq; bonum, de myſticis eius noĩbus, de di-
uina maieſtate ipſius, & alijs multis: nunc in huius cap. principio pleniùs deſcripſit myſteriũ incar-
nationis Chr̃i, & ſeptiformẽ gr̃am ſpũs ſancti in eo, rectitudinẽ quoq; iudiciorũ ſuorum, tandemq;
deuenit ad paſſionẽ eius, & dixit glorioſum eſſe debere eius ſepulcrũ. Reſtabat aũt vt pãderet, quõ
Chr̃m oẽs gentes deprecarent̃, & qualiter eius ſepulcrum oĩbus fieret honorãdum. Hoc ergò nunc
agit: [Et erit in die illa] i. eo tẽpore, cùm radix Ieſſæ ſeu Chr̃s ſteterit in ſignum populorũ, videlicet
exaltatus à terra in cruce, vel certè in cælo ad dexterã patris. [adijciet Dñs ſecundò manum ſuã] i. De-
us poteſtatẽ ſuam altera vice extendet. [ad poſſidẽdum reſiduũ populi ſui.] i. ad cõuertendum ele-
Rom.11. ctos ex populo Iudæorũ, de quo reſiduo dictum eſt: Reliquiæ conuertent̃. De quo ait Apoſtol⁹: Sic
ergò & hoc tẽpore reliquiæ ꝑ electionẽ gr̃æ ſaluę factę ſunt. Dicunt̃ aũt Iudæi ad fidẽ electi, reſiduũ
populi Dei, q̃m cõparatione aliorum pauciſſimi erant. De quo reſiduo ſubdit̃: [quod relinquet̃ ab
Aſſyrijs & ab Aegypto, & à Phetros, & ab Aethiopia, & ab Elam, & à Sẽnaar, & ab Hemath, & ab in-
ſulis maris] i. quod in harũ terrarum regionib⁹ habitabit, neq; à populo horum regnorum occidet̃.
Multi nanq; Iudæorum habitãtium in terris his, ad p̄dicationẽ apoſtolorum crediderunt in Chr̃m.
Deniq; Act. 2. habet̃: Erant in Hieruſalẽ habitãtes Iudęi, viri religioſi ex om̃i natione, q̃ ſub cælo eſt:
Parthi & Medi & Elamitę, & qui habitant Meſopotamiã, Iudęam & Cappadociã, Pontum & Aſiam,
Phrygiam & Pamphyliam, Aegyptum & partes Libyæ, q̃ eſt circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iu-
dæi quoq; & proſelyti, Cretes & Arabes. De iſtis autem ſubiungit̃, ꝙ dixerunt adinuicèm: Audiui-
mus eos (putà apoſtolos) noſtris linguis loquentes magnalia Dei. vndè patet, ꝙ multi iſtorum tunc
crediderunt. Act. quoq; 21. Iacobus & alij dixerunt ad Paulum: Vides frater quot millia hoĩm ſunt in
Iudæis, qui crediderunt? De iſto ergò reſiduo loquit̃ nunc ꝓpheta: Adijciet verò Dñs manum ſuam
ſecundò, ad poſſidendum hunc populum: q̃m primò miſit filium ſuum ad oues ꝑditas domûs Iſra-
el: deindè miſit apoſtolos, per quorum doctrinam & ſigna conuertit electos populi Iudæorum. [Et
leuabit] Dñs [ſignum in nationes,] i. crucis vexillum faciet manifeſtari ac p̄dicari in terris gentili-
um. [& congregabit] ſpirituali congregatione per fidem & charitatem in vnitate Eccleſiæ. [profu-
gos Iſrael] i. multos ex decem tribubus Iſrael, qui longè antè fuerunt à propria terra expulſi, & in p̄-
dictis regionibus morabant̃. [& diſperſos Iuda colliget,] i. ex tribu Iuda natos ſpiritualiter, ſicut iam
dictum eſt, colliget in Eccleſiaſtica vnitate. [à quatuor plagis terræ.] i. ab oriente & occidente, aqui-
lone & meridie, immò ab oĩbus finibus mundi, in quibus multi eorum diſperſi fuerũt, q ab apoſto-
lis ſunt conuerſi. De hac autẽ Iudæorum ſpirituali congregatione, in primo Chr̃i aduentu & poſt-
modùm, frequenter loquunt̃ ſancti ꝓphetæ, Ezechiel, Zacharias, & alij, q̃ excæcati Iudæi corporali-
ter putant implenda: ità ꝙ in primo aduentu Meſſię, vniuerſi Iudæi de oĩbus mundi terminis addu-
cerent̃ in terram Iudęæ, non attendentes, ꝙ ſancti prophetę apertiſſimè p̄dixerunt, populum Iudę-
orum pro maiori parte fuiſſe excæcandum in primo Chriſti aduentu, ſicut inferiùs ſæpè patebit.
Prætereà Euangeliſta Ioannes ſpirituſancto copioſiſſimè adimpletus, docet hanc congregationem
Ioan.11. eſſe ſpiritualiter intelligendã, dum ait: Ieſus moriturus erat ꝓ gente, & non tantùm pro gente, ſed vt
Gal.3. filios Dei qui diſperſi erant, congregaret in vnum, ea videlicet vnitate, de qua Paulus: Oẽs, inq̃t, vos
Ioan.17. vnum eſtis in Chr̃o. Et ipſe Saluator: Pater, rogo vt oẽs vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te,
vt ſint conſummati in vnum. [& auferet̃ zelus Ephraim,] i. inuidia Iudæorum, q ex decem tribubus
fuerint conuerſi, ceſſabit, ità ꝙ non erit inter eos, & ex tribu Iuda conuerſos diſſenſio, vt erat tẽpo-
re Iſaiæ. [& hoſtes Iuda peribunt] i. Euphratæi, qui antè eis inimicabant̃, confœderabunt̃. In primi-
tiua nanq; Eccleſia ſumma fuit inter eos cõcordia, in cuius figura duas virgas, in quarum vna ſcriptũ
erat nomẽ Iudæ, atq; in alia nomẽ Ephraim, copulauit adinuicèm. Vel ſic: Hoſtes Iuda peribunt, i.
oẽs qui conuerſis ex Iuda, repugnauerint, ſpiritualiter morient̃, & vitã beatam amittent. [Ephraim
non æmulabit̃ Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim.] quia vt dictum eſt, conuerſi ex tri-
* humeris bubus iſtis pacificam in Chr̃i Eccleſia vitam duxerunt. [& volabunt in *humeros Philiſtijm ꝑ mare]
i. conuerſi ex 12. tribubus Iſrael, q̃ deſignant̃ per Iudã & Ephraim, vtpotè ſancti apoſtoli & adiuto-
res eorũ, velociter ibunt ꝑ terras & vrbes Palæſtinorum, vt p̄dicent eis Chr̃m. Per humeros aũt Phi-
liſtijm, deſignant̃ vehicula, ſ. naues ſeu alia geſtatoria, quorum adminiculo vtebant̃ diſcipuli Chr̃i.
Terra aũt Palæſtinorum ſita eſt ſecus mare Mediterraneũ. Vndè ꝑ naues Philiſtijm, intrauerunt p̄-
dicatores Chr̃i nõ ſolùm terrã Philiſtijm, ſed etiam cæteras nationes ac terras vltra Palæſtinam ſitas
verſùs orientem. Ideò ſubditur: [Simul p̄dabuntur filios orientis] i. ſancti apoſtoli & cæteri ex Iu-
dæis conuerſi, ex ore ſeu poteſtate diaboli rapient habitantes in plaga orientali, conuertendo eos
ad

ad Chr̃m, quos antè poſſedit diabol⁹. Sic em̃ Thomas p̄datus eſt Indiã, Bartholomæ⁹ Armeniã, Mat-
thæus Aethiopiã. Deniq; in Actibus ſcribit̃, ꝙ Philippus vnus de ſeptẽ diaconibus, inuentus eſt in Act.8.
Azoto vrbe Palæſtinorũ: & pertranſiens, euangelizauit ciuitatib⁹ cunctis, donec vniret Cæſaream.
Paulus quoq; apoſtol⁹ volauit in humeris Philiſtijm ꝑ mare, q̃n ſicut ipſe teſtat̃, delatus eſt nauibus Rom.15.
ꝑ Pamphyliã, Macedoniã, Achaiã, tandemq; ꝑuenit ad Italiã atq; Hiſpaniã. Per hoc ergò ꝙ ait, Vola-
bũt, inſinuat̃ ꝙ cũ magno feruore, indefeſſoq; aĩo p̄dicauerunt euangeliũ Chr̃i: quõ em̃ aliâs in oẽm
terrã exiſſet ſonus eorum? [Idumæa & Moab p̄ceptũ manûs eorũ] i. habitatores Idumææ & Moa-
bitæ, tã promptè ſubijcient̃ & parebunt p̄dictis Chr̃i diſcipulis, vt dici poſſint p̄ceptum manûs eorũ,
i. ſubiecti mandatis euãgelicæ diſciplinæ, ſeu authoritati apoſtolicæ. [& filij Ammõ obediẽtes erũt]
Chr̃o & eius diſcipulis: immò explicari non valet, q̃ reuerenter atq; humilimè obediebant diſcipu-
lis Chriſti, p̄ſertim apoſtolis, qui in his terris conuertebant̃ ad Chr̃m. Sic igitur Idumæi, Moabitæ, &
Ammonitæ, qui ſemini Iacob penè ſemper rebelles fuerunt, tempore apoſtolorũ facti ſunt obediẽ-
tes filijs Iacob, veris Iſraelitis, quos Deus conſtituit principes ſuper oẽm terram, De quibus ait Pſal- Pſal.46.
miſta: Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abrahã, q̃m dij fortes terrę vehementer ele- Pſal.138.
uati ſunt. Itemq;: Nimis confortatus eſt principatus eorũ. Vndè Amos 9. ſcriptum eſt: In die illo, ſ.
tempore Chriſti, ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & ea q̃ corruerãt, inſtaurabo, vt poſ-
ſideant reliquias Idumæę & oẽs natiões. Quod S. apoſtolus Iacob⁹ exponit de ędificatione Eccleſię,
in quo oẽs gentes ſubiectę ſunt primis fidei Chriſtianæ principibus ſanctis apoſtolis. [Et deſolabit Act.15.
Dñs linguam maris Aegypti,] i. gentem Aegypti, quę eſt ſupra mare, quæ gens dicitur lingua maris,
q̃m haurit ſeu lingit aquas maris. Hanc gentem Dñs deſolauit per manum Cæſaris Auguſti, ſub quo
natus eſt Chriſtus. Iſte enim Imperator populum Aegypti pro maxima parte occidit, ipſumq; regnũ
Aegypti, quod antè magnum atq; fortiſſimum erat, in ſeptem principatus diuiſit, nè ampliùs Roma-
no rebellaret imperio. [Et leuabit manum ſuam ſuper flumen] i. Dñs poteſtatem ſuam extendet ſu-
per Nilum, per terram Aegypti currentem. [in fortitudine ſpiritûs ſui] i. in ſua magna potentia, dan-
do videlicet exercitui prædicti imperatoris virtutẽ faciendi quod ſubditur: [& percutiet eum in ſe-
ptem riuis, ità vt tranſeant per eum calceati] i. Nilum, qui antè vno fluxit meatu, diuidet in ſeptem
partes ſeu riuos, alia via currentes: quo facto, fundus Nili ſiccabitur, & ità tranſibilis erit, vt homines
calceato per eum pede perambulẽt: hoc idem Alexander Magnus legitur feciſſe in Nilo. [& erit via
reſiduo populi mei, quod relinquetur ab Aſſyrijs,] i. Aegypto ſic ſubiugata, electi atq; fideles in po-
pulo Iudæorũ, quos non conſumpſerunt Aſſyrij, & cæteri inter quos erant diſperſi, habebunt libe-
rum veniendi iter ad Deum per fidẽ & charitatẽ, ſeu prædicandi euãgelium Dei. [ſicut fuit Iſrael in
die illa, qua aſcẽdit de terra Aegypti,] i. quemadmodùm populus Iſrael tempore Moſis diuina vir-
tute Aegyptum egreſſus eſt, mari rubro diuiſo, ſic iſti egredientur de priſtina conuerſatione ſeculi
huius, & cunctas terras intrabunt gratia prædicandi, omni impedimento diuinitùs ſublato. Prędicta
itaq; deſolatio Aegypti atq; percuſſio fluminis eius, erat figura & diſpoſitio dilatationis euangelicę
legis. Propter quod ait Leo papa: Diſpoſitioni diuini operis maximè cõgruebat, vt multa regna vno
confœderarent̃ imperio, & citò peruios haberet populos p̄dicatio generalis, quos vnius tenebat re-
gimen ciuitatis: immò ſi Actus apoſtolorum legamus, videmus q̃ ſæpè defendit ſe Paulus, eô ꝙ eſſet Act.16.
ciuis Romanus. Cæteræ etiã gentes cùm audiſſent ꝙ Romani credidiſſent in Chr̃m, citiùs ſunt con- 22.&25.
uerſæ. Propter quod Romanis ait Paulus: Veſtra fides annunciat̃ in vniuerſo mũdo. Prætereà q̃uis Rom.1.
p̄ſens capitulum in ſeipſo atq; ad literam, ſpirituale ac myſticum ſit, aliqua tñ contẽta in eo, ſpiritu-
aliùs ac generaliùs exponi poſſunt, q̃ modò expoſita ſunt, ſicut eſt illud: Et delectabitur infans ab
vbere ſuper foramina aſpidis. Poteſt enim intelligi de quocunq;, baptiſmatis fonte regenerato, ſeu
diuinæ conſolationis vbere refocillato, qui alium ſua exhortatione ſeu operatione ab actibus ſer-
pentinis, doloſis, ſeu mortalibus vitijs retrahit. Hoc nanq; agendo, dęmonẽ ſpiritualiter poſſidentẽ
ac dominantẽ expellit. In cauernam aũt reguli, qui ablactatus eſt, manũ ſuam mittit, dum homo vir-
tuoſus ſuis ignitis ſermonibus corda obſtinata cõpungit, inflammat, cõuertit: iſti ergò impios à dę-
monibus ſpũaliter eruunt. Adijcit inſupèr Dñs manum ſuam ſecundò, ad poſſidendum reſiduũ po-
puli ſui. Primò em̃ exhibet Dñs miſericordiam ſuam ꝑ baptiſmum, ſecundò ꝑ pœnitentiam, q̃ eſt re-
paratio collapſorum. quod relinq̃tur ab Aſſyrijs, & ab Aegypto, & ab Aethiopia, i. electos, q non de-
ſerunt̃ perire cũ reprobis, ſed ex multis p̄eligunt̃. Eleuat etiã Dñs ſignum in nationes, dum ꝑ p̄dica-
tores Eccleſiæ quotidiè recitat̃ hoĩbus paſſio Chr̃i, & cætera eius beneficia: & congregat profugos
Iſrael, dũ ſcientificos, ſed à via virtutũ fugientes, eos videlicet, q non operant̃ quod nôrunt agendũ,
conuertit ad ſe. Et diſp̄ſos Iuda colligit, dũ veros cõfeſſores ad meliora ꝑducit, ſibiq; ꝑ charitatẽ ar-
dẽter cõnectit. Et auferet̃ zelus Ephraim. Per Ephraim, *q̃ interpretat̃ incrementũ ſeu fructificatio, * quæ vox
intelligi poſſunt auari, q in terrenis abundãt, aliorumq; proſperitati faciliter inuident: horũ zelus, i.
inuidia auferet̃, dum conuerſi ad Chr̃m, implent illud Apoſtoli: Diuitibus huius ſeculi p̄cipe nõ al- 1.Tim.6.
tum

Luc.6. tum ſapere,neq; ſperare in incerto diuitiarum,&c.Dumq́; attendunt illud: Væ vobis diuitibus,qui
habetis conſolationẽ veſtrã.Et hoſtes Iuda,i.Deo humiliter cõfitentium,peribunt dãnatione ęter-
Luc.18. na,queadmodùm Chr̃s loquit̃:Deus citò faciet vindictã electorum ſuorũ,&c.Ephraim,i.auari,poſt
ſuã conuerſionẽ non æmulabit̃ Iudã,i.iuſtis fidelibus non inuidebunt,ſed erunt vnũ in dño,& vo-
labunt in humeros Philiſtijm,i.fideles & p̄dicatores velociter ſe extendent in ea, per q̃ conuertent̃
potione cadentes,putà guloſi,& p̃ſentis ſeculi amore inebriati. Philiſtijm quoq; interpretat̃ potio-
ne cadentes.In horum humeros volare,eſt ſe eis p opera ſeculi & exemplaria applicare. Simul p̄da-
Zach.6. bunt̃ filios orientis,i.p̄dicatores verbi Dei,bona p̄dicatione p̄dabuntur electos Chr̃i. De quo ſcri-
ptum eſt p Zachariam:Eccè vir,oriens nomen eius. In nullo em̃ fructificat p̄dicatio ſeruorum Dei,
niſi in electis & p̄deſtinatis.Idumæa,i. terreni, & Moab, i.filij iniquitatis: qui,quantùm ad culpam,
nati ſunt ex patre diabolo.p̄ceptum manûs eorum,qm̃ multi tales apoſtolicis p̄ceptis obtemperant
Ephe.5. poſt ſuã ad dñm conuerſionem,quibus ait Apoſtolus:Fuiſtis aliq̃n tenebræ, nunc aũt lux in dño. &
1. Cor.14. filij Ammon,i.qui erant aliq̃n vitijs turbulenti,obedientes erunt,implentes illud Apoſtoli:Oĩa ho-
neſtè & ſecundùm ordinẽ fiant in vobis.interpretat̃ aũt Moab,ex patre: Ammon verò,populus tur-
bidus,ſeu mœrens.& deſolabit,i.conſolatione priuabit,dñs linguam maris Aegypti,i.cupiditatẽ ſe-
cularem,ſeu linguam loquacem:qm̃ vir linguoſus nõ diriget̃ in terra,& qui immoderatus eſt ad lo-
1.Cor.15. quendum,ſentiet malum:teſtante quoq; Apoſtolo,Corrumpunt bonos mores colloquia mala.Cu-
piditas verò,meritò noĩatur lingua maris Aegypti,i. huius mundi vitiorũ caligine pleni,quia ad in-
ſtàr linguæ viri hydropici,oĩa quęrit ſibi attrahere,inceſſabiliter dicens: Adfer adfer. Hanc dñs de-
ſolat,quia poſſibilius eſt camelum tranſire per foramẽ acûs,q̃ diuitem intrare in regnum cælorum,
ſicut Matt.19.aſſerit veritas.Et eleuabit dñs ſuper flumen manum ſuam in fortitudine ſpiritûs ſui,&
p̄cutiet eum in ſeptem riuis.De diuerſis fluminibus loquit̃ ſacra ſcriptura. Sũt em̃ flumina Babylo-
Pſal.92. nis,i.flumina tentationum,p̄ſecutionum,& vitiorum,de quib⁹ in Pſal.Eleuauerunt flumina fluctus
ſuos,à vocibus aquarum multarum.Sunt quoq; flumina ſapientiæ,pacis & conſolationis, quemad-
Pſal.45. modùm ſcriptum eſt:Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Et Dan.7. Fluuius à facie eius egredi-
ebat̃.Itaq; dñs eleuat manum ſuam ſup flumen bonum,i. ſuper exuberantem gr̃am ſuam, & diuidit
ipſum in ſeptem riuos,i.in ſeptem dona ſpiritûs ſancti,q̃ conſequunt̃ habitualem gratiam Dei:ità vt
tranſeant per eum calceati,i.bonis operibus atq; exemplis ſanctorum muniti. Porrò ſuper flumen
malum eleuat dñs manum ſuam,dum dæmonum tentationem,& hoĩm perſecutionem aufert à fa-
mulis ſuis,vel dum eos à turbine vitiorum emundat.Diuidit quoq; hoc flumen in ſeptem riuos,dũ
eius moleſtiam atq; malitiam paulatìm fecit deficere,& p partes virtute ſeptem ſacramentorum de-
Pſal.123. creſcere,ità vt tranſeant per ipſum calceati,i.nè in ipſo demergant̃,ſed euadant & dicant: Torrentẽ
p̄tranſiuit aĩa noſtra.Et erit via reſiduo populo meo,qui relinquet̃ ab Aſſyrijs,i. hoc peſſimo flumi-
ne ſic partito ac deficiente,fideles,quos non deuorauerunt diaboli, ſecurè & expeditè redibunt ad
patriam beatorum,ſicut fuit Iſrael in die qua aſſcendit de terra Aegypti. Quemadmodùm em̃ popu-
lus Iſrael Aegyptum egrediens,iuit per mare rubrũ ad terram promiſſionis, p̄cedẽte eos dño in die
per columnam nubis,& nocte per columnam ignis:ità fideles exeunt de ſua conuerſatione Aegy-
ptiacã ſeu mundana,per huius peregrinationis exilium, vſq; ad patriam, deducente eos ſpiritu ſan-
cto per gratiam refrigerantem,& amorem ſanctum dulciter æſtuantẽ, ſeu ſapientiam clarè illuſtrã-
Pſal.142. tem. Vndè ait Pſalmiſta:Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

Expoſitio cap.12.ſcilicet:Confitebor. *Articulus* 28.

REuelante ſpiritu ſancto p̄uidit ꝓpheta,q̃ grata eſſe deberet primitiua Eccleſia, q̃ ex Iudæis p̄ci-
puè erat collecta:immò tota Eccleſia militans,ſeu q̃libet verè Chr̃ianus,dño ſaluatori ꝓ vni-
uerſis beneficijs ſuis.De hac igitur gr̃arum actione vaticinat̃,& ait:[Et dices] tu ô Eccleſia,ſeu quili-
bet ad Chr̃m conuerſus,[in illa die]i.tẽpore gr̃æ q̃n fuerint tibi exhibita atq; impleta beneficia atq;
myſteria Chr̃i,de q̃bus in p̄cedenti cap.dictum eſt:[Cõfitebor tibi dñe] Chr̃e,Saluator, Emanuel,
gemina confeſſione,videlicet laudis tuæ,& ꝓpriæ culpæ.Itaq; confitebor tibi,i.laudabo te,& accu-
ſabo me.[qm̃ iratus es mihi:] non modò,quia ſubiungit̃:[Conuerſus eſt furor tuus,& conſolatus es
me.] Iratus es ergò mihi,i.ad temp⁹ videbaris mihi iratus ꝓpter peccata mea, q̃n permiſiſti me ſub-
iacere malis pœnæ & culpæ,videlicet ante primum tuum aduentũ,ſeu incarnationem: tunc em̃ dæ-
mon vehementer p̄ualuit mundo,& populus Iudęorũ in magnis ſæpè tribulationibus fuit. Electi
enim viri multùm cruciabant̃ propter dilationẽ aduẽtûs Meſſiæ.cõuerſus eſt furor tuus,i.rigor tuę
iuſtitiæ in manſuetudinem verſus eſt ſine tuî mutatione.& conſolatus es me,aſſumendo naturã hu-
manam,& veniendo ad me,tuaq́; paſſione liberando me de poteſtate diaboli, de captiuitate pecca-
ti,& morte p̄enni.Hoc eſt quod cecinit Zach.Bñdictus dñs De⁹ Iſrael,q̃a viſitauit & fecit redẽptio-
Luc.1. nem plebis ſuæ.Et Simeõ iuſt⁹:Nũc dimittis ſeruũ tuũ dñe,ſecundũ verbũ tuũ in pace: q̃a viderunt
Luc.2. oculi mei &c.De ſanctiſſima quoq; iſta vidua Anna ſcriptũ eſt:Et hęc ipſa hora ſup̄ueniẽs,q̃n vide-
Ibidem licet

licet infantulus Ieſus à virgine matre in templo oblatus eſt, confitebatur dño,& loquebat̃ de illo
oĩbus,q̃ expectabant redemptionẽ *Hieruſalẽ.Qualiter autẽ primitiua Eccleſia confitebat̃ dño, in *Iſrael
Actis apoſt.ſcribit̃.Inſupèr q̃libet Chr̃ianus poſt ſuam conuerſionem dicere poteſt hunc verſum in Actu.4.
ſua perſona hoc modo:Confitebor tibi dñe,qm̃ iratus es mihi,i. iratus fuiſti q̃n peccaui: conuerſus
eſt furor tuus,i.iuſtis tormentis ſubtraxiſti me,clementer parcendo:& cõſolatus es me,gr̃am refun-
dendo,veniam pollicendo,aĩam meam ſecretiùs lætificando. [Eccè Deus ſaluator meus,] i. Deus,
creator meus ac iudex,factus eſt frater meus, ſaluator, & aduocatus,atq; inter nos viſibiliter cõuer-
ſatus.idcircò [fiducialiter agam,] i. cũ magna fiducia operabor q̃ Dei ſunt, immobiliter ſperãs nihil
ad ſalutem neceſſariũ,ab ipſo negandũ,q̃ tanta pro mea ſalute aſſumpſit,fecit & pertulit.[& non ti-
mebo] inordinato timore.De quo Pro.28.habet̃:Iuſtus quaſi leo confidens abſq; terrore erit.Non
ergò timebo timore carnali,mundano,aut purè ſeruili:ſed diuino,caſto,ac filiali.De quo Salomon
loquit̃:Beatus homo q̃ ſemper eſt pauidus.De quo Eccĩ 27.legit̃:Si nõ in timore dñi tenueris te in- Prou.28.
ſtanter,citò ſubuertet̃ domus tua.ideò aũt fiducialiter agam, & non timebo: [quia fortitudo mea &
laus mea dñs,] i.ipſe dñs oĩpotens me confortat,in ipſo confido,ipſum laudo, non in meis viribus,
quia eius auxilio ſemper innitor,quemadmodùm Iere.16. dicit̃: Dñe fortitudo mea & refugiũ meũ,
& robur meũ in die tribulationis meæ. Oĩa igit̃ poſſum in eo,qui me confortat, nec aliquem p̄ter
eũ timebo,ſicut & Dauid fatet̃:Dñs illuminatio mea & ſalus mea.quẽ timebo?[& fact⁹ eſt mihi in ſa- Pſal.26.
lutem.] i.ſaluationem,& gratiam mihi largitus eſt,ſicut de eo angelus p̄dixit:Ipſe ſaluũ faciet popu-
lũ ſuũ à peccatis eorũ.[Haurietis] i.accipietis ô Chriſtifideles [aquas] ſapiẽtiæ ſalutaris & dona ſpi- Mat.1.
ritûs ſancti,[in gaudio] i. cũ interna lætitia.[de fontibus Saluatoris.] i. de theſauris ſapiẽtiæ & ſci-
entiæ in Chriſto abſconditis. De plenitudine enim eius accepimus oẽs gratiã pro gr̃a.Vel de fonti-
bus Saluatoris,i.de Euangelicis Chr̃i doctrinis. Vndè ipſe ait: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo Ioan.4.
ei,non ſitiet in æternũ:ſed aqua,quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.
Poſſunt quoq; per fontes Saluatoris,intelligi ſacramenta nouæ legis,q̃ gratiam cauſant & continẽt:
ex eis nanq; tanq̃ ex fontibus,riui ſacramentaliũ gratiarũ manant: vel ſancti apoſtoli,primi docto-
res Eccleſiæ.De his fontibus noſtri Saluatoris habet̃ in Pſalmo:In Eccleſijs benedicite Deo dño de Pſal.67.
fontib⁹ Iſrael.Ad quorũ potationem inuitat nos.S.Ioan.Apocalyp.vlt. Qui ſitit, veniat:& qui vult,
accipiat aquam vitæ gratis.[& dicetis in die illa:Confitemini dño,]i.eũ laudate,& de ſuis beneficijs
Chr̃o gratias agite,nec aliquid vobis,ſed oĩa bona diuinę pietati aſſcribite.[& inuocate nomẽ eius.]
i.ex intimo cordis affectu Deũ orate,vt vos conſeruet,& creſcere faciat in om̃i bono. Spiritus enim
eſt Deus,& eos qui adorant eũ,in ſpũ & veritate oportet adorare. [Notas facite] ô p̄dicatores Chr̃i Ioan.4.
[in populis adinuentiones eius.] i.myſteria diuini cõſilij,ſeu modos admirabiles,quibus Deus hu-
manũ genus liberare dignatus eſt,incarnationem,paſſionem,& cætera Chr̃i myſteria. Has Dei ad-
inuentiones Paulus notas fecit,prout ipſe loquit̃:Nihil ſubtraxi vobis vtilium,quo minùs annunci- Act.20.
arem vobis omne conſilium Dei.Vndè ad Timot. dicit̃: Manifeſtè magnum eſt pietatis ſacramen- 1.Tim.3.
tũ, quod manifeſtatũ eſt in carne,iuſtificatũ eſt in ſpiritu,apparuit angelis,p̄dicatũ eſt gentibus,cre-
ditũ eſt in mundo,aſſumptũ eſt in gloria. [Mementote qm̃ excelſum eſt nomẽ eius.] Nomen Chr̃i,
quod conuenit ei,inquantùm eſt Deus,videlicet nomen tetragrammaton,oĩbus in infinitũ p̄fer-
tur,& ſuperexcelſum cenſet̃.Nomen verò Chr̃o conueniens ratione naturæ aſſumptæ,ità excelſum
eſt,vt de ipſo dicat Apoſtol⁹:Dedit illi nomen,quod eſt ſuper om̃e nomen,vt in noĩe Ieſu om̃e ge-
nu flectat̃,ſ.eſſe mediatorem Dei & hoĩm:hoc tñ accipi poteſt de noĩe filij increato. [Cantate dño] Phil.2.
i.Chr̃m corde & ore laudate.[qm̃ magnificè fecit,] maxima perpetrando miracula,atq; ſaluberrima
proponendo documenta. Vndè de ipſo in Euangelio legit̃: Benè oĩa fecit, & ſurdos fecit audire, &
mutos loqui.Itemq́;:Nunq̃ locutus eſt ſic homo,ſicut hic loquit̃.Ipſe etiam de ſeipſo teſtat̃:Si opera Mar.7.
non feciſſem in eis,q̃ nemo alius fecit,&c.[annũciate hoc] ô apoſtoli & cæteri Chriſti diſcipuli,[in Ioan.7.
vniuerſa terra,] i.cunctis hoĩbus.Hoc eſt quod Chr̃s Marci vlt.dixit:Euntes in mundũ vniuerſum, & 15.
prædicate euangeliũ &c. [Exulta] i.corde tam vehementer lætare, vt lætitiæ ſigna foris appareant,
[& lauda] Deum ô [habitatio Sion] i.Eccleſia militans,Deum fide contemplans,de qua ad Heb.12.
ait Apoſtolus:Acceſſiſtis ad montem Sion & ciuitatẽ Dei viuentis.Atq; in Pſal.86. Diligit dñs por-
tas Sion ſuper oĩa tabernacula Iacob.Vel per Sion deſignat̃ mons Sion, vel potiùs primitiua Eccle-
ſia,in ipſo collecta:in quo monte erat templũ,in quo Chr̃s ſæpiùs p̄dicauit,& cœnaculũ illud gran-
de,in quo cœnam fecit,& ſpũm ſanctum diſcipulis miſit.[quia magnus in medio tuî ſanctus Iſrael.]
i.Chriſtus ſanctificans Iſraelem,qui eſt magnus dñs,in medio tuî eſt, ſicut Matthæi vlt. proteſtatur:
Eccè ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Et alibì: Vbì fuerint duo Mat.18.
vel tres congregati in nomine meo,ibì in medio eorum ſum.Propter quod Soph.3.ſcriptũ eſt:Lau-
da filia Sion,exulta in omni corde filia Hieruſalem,dñs in medio tuî eſt.Zachariæ quoq; 2.Lauda &
lætare filia Sion,quia eccè ego venio,& habitabo in medio tuî,dicit dñs.

¶ Ex-

¶ *Expoſitio literalis cap.13.ſcilicet: Onus Babylonis.* *Articulus* 29.

SVperiùs Iſaias deſcripſit deiectionẽ Aſſyriorum, quorum metropolis Niniue fuit, de cuius de-
ſtructione Nahum prophetauit,& hoc fecit Iſaias ad conſolationem regni Iſrael,quod vaſtaue-
runt Phul & Theglathphalaſar atq; Salmanaſar,reges Aſſyriorum:& etiã ad conſolationẽ regni Iu-
da,quod Sennacherib rex Aſſyriorum vaſtauit,quemadmodùm 4.Reg.pleniùs recitaṫ.Nunc ad cõ-
ſolationem regni Iuda,deſcribit ꝓpheta deiectiõem Chaldæorum,in quo regno Babylon erat me-
tropolis.Chaldæi nanq; regnum Iudæ penitùs deſtruxerunt. Ait ergò:[Onus Babylonis]i.pondus
pœnarum,ſeu grauis afflictio huius vrbis.Dum eñ in ꝓphetis p̃mittitur onus, inſinuatur ꝙ ea q̃ ſe-
quunṫ,ſint plena minis atq; miſerijs,ſeu tormentis.[quod vidit Iſaias filius Amos] per ſpiritum pro-
phetiæ futurum.[ſuper montem caliginoſum] i. ſuper ſeu contra Babylonẽ, tumore ſuperbię ele-
uatam.[leuate] ô diuinæ voluntatis miniſtri,ſ.angeli ſancti,ſeu hoĩes Deo ſubſeruientes in deſtru-
ctione Babylonis,videlicet Medi & Perſæ.[ſignum] prælij,ſeu vexillum. [exaltate vocem,] coniu-
rando aduerſùs eam,& cohortando vos cõtra ipſam.[leuate manum,] eam impugnando.[& ingre-
dianṫ portas]Babylonis[duces] i.principes militiæ Cyri regis Perſarum,ac Darij regis Medorũ: hĩ
eñ Babylonẽ ceperunt, vt habeṫ Dan.5. Hæc Iſaias ꝓphetico modo p̃dixit. Vel ſunt verba Dei,qui
dicitur iſta dixiſſe Medis & Perſis,qm̃ inſpirauit eis voluntatẽ ad hæc. Vndè ex perſona Dei ſubiun-
giṫ:[Ego mandaui ſanctificatis meis,] i.Medis & Perſis,p̃cepi inſpiratione eis incognita,qui dicunṫ
ſanctificati ipſius Dei,qa diuinitùs deputati fuerunt ad hanc iuſtã punitionẽ Babylonis.Et hoc mo-
Iere.25. do Dñs p Ieremiam vocauit Nabuchodonoſor adhuc ſuperbiſſimũ,ſeruũ ſuum:Eccè,inquiens,ego
aſſumã ſeruum meum Nabuchodonoſor.[& vocaui fortes meos in ira mea,]i. exercitum Perſarum
atq; Medorum,nõ ſuis virib᷒,ſed meo auxilio fortes ac p̃ualentes contra Babylonẽ: hos vocaui in
ira mea,i.in zelo iuſtæ vindictæ,vt vlciſcanṫ iniuriã meã de Babylonijs. [exultantes in gloria mea,]
i.in glorioſa victoria,quã dedi eis contra Chaldæos. Euſebius Cæſarienſis p ſanctificatos Dei, in-
telligit virtutes angelicas: & p fortes vocatos in ira Dei, ſeu gigantes, vt Septuaginta tranſtulerunt,
peſſimos dæmones,ad euerſionem Babylonis miſſos.Meritò aũt per montem caliginoſum intelli-
Iere.13. giṫ Babylon,oĩbus vitijs obtenebrata.Sunt eñ mõtes caliginoſi,de quibus Ieremias ait: Nolite ele-
uari,ſed date Dño Deo noſtro gloriã,anteq̃ contenebreſcat,& anteq̃ offendant pedes veſtri ad mõ-
*meæ, tes caliginoſos.De tali monte habeṫ Pſal.10.Quõ dicitis aĩæ * veſtræ,trãſmigra in montem,i.in altũ
ſuperbiæ,ſicut paſſer?[Vox multitudinis in montibus quaſi populorum frequentium.] i.clamor &
ſtrepitus Perſarum & Medorum p loca montana contra Babylonem venientium, ſimilis fuit voci
plurimorum populorum:cum magno quippe exercitu aduenerunt. [Vox ſonitûs regum gentium
congregatarum,]i.impetus & vox Darij & Cyri,quorum alter rex erat Medorum,alter Perſarum:q̃
gentes collectæ erant contra Chaldæos.[Dñs exercituum p̃cepit militiæ belli,]i.exercitui ad p̃lium
præparato,videlicet Perſis & Medis. [venientibus de terra procùl,]i. de terra longinqua, videlicet
Medorum & Perſarum,vel p venientes de terra procùl, deſignanṫ auxiliarij, quos Cyrus & Darius
procurauerunt,quorum nonnulli erant de terra multùm diſtante à Babylone. quõ autem Dñs iſtis
p̃cepit,iam dictum eſt.[A ſummitate cæli Dñs,& vaſa furoris eius,vt diſperdat oẽm terram.]Quidã
p vaſa furoris intelligunt angelos ſanctos,qui erant miniſtri diuinæ iuſtitię contra Babylonios.Sed
non videṫ propriè dictum.Electi eñ,dici nõ ſolent vaſa iræ ſeu furoris:ſed reprobi,prout ad Ro.9.
docet Apoſtolus.Vndè p vaſa furoris,aptiùs intelligi poſſent diaboli, quorum cooperatiõe deſtru-
cta eſt Babylon,ſecundùm Euſebium.Conuenientiùs tñ arbitror, per vaſa furoris intelligi graues
Iere.50. vindictas,de quibus legitur:Aperuit Dñs theſaurum ſuum,& protulit vaſa iræ ſuæ. Secundùm pro-
prietatem eñ idiomatis Hebræorum,vas alicuius dicitur omne id,quod aliquo modo continet il-
Pſal.7. lud,quemadmodùm in Pſalmo habetur:Arcum ſuum tetendit,& parauit illum,& in eo parauit vaſa
mortis.Eſt igitur ſenſus:A ſummitate cæli Dñs,i. Deus de ſummo in quo reſidet cęlo, ſup Babylo-
Amos9. nem adſpexit oculo rigoroſæ iuſtitiæ, ſicut in alio Propheta ait ſcriptura: Oculi Dñi ſuper regnum
peccans,vt conterat illud à facie terræ:ſic & vaſa furoris,i.punitiones à Deo cõtra Babylonem præ-
ordinatæ ſunt à ſummo cælo,putà à Deo,qui præſidet cælo,vt diſperdat oẽm terram:non ſimplici-
ter oẽm terram,ſed omnem terram,de qua nunc ſermo,videlicet totam Chaldæam, ſeu Babylonis
prouinciam.Eſt enim conſuetudo ſcripturæ,totam terram vocare prouinciam illam, de qua ſermo
habetur. Vel eſt locutio hyperbolica,qua pars deſignatur nomine totius, propter ſuam ingratitu-
Ioan.12. dinem, quemadmodùm de populo Chriſtum ſequente dixerunt Iudæi: Eccè totus mundus abijt
poſt eum.De magna quoq; ciuitate communiter dicitur:Ciuitas iſta eſt vnus mundus. Deindè Iſa-
ias conuertit ſermonem ad Chaldæos, & ait: [Vlulate] præ anxietate ô Babylonij, [quia propè eſt
dies Domini.]i. tempus veſtræ punitionis, ſeu dies captiuitatis veſtræ. [quaſi vaſtitas à Domino ve-
niet,]i. dies veſtræ punitionis adeò pœnalis erit, ſicut vaſtitas à Deo inflicta. [Propter hoc omnes
manus diſſoluentur.]id eſt, tota fortitudo Chaldæorum peribit. [& omne cor hominis tabeſcet &
con-

contéretur.] i. oĩa corda Chaldæorum prę timore atq; triſtitia obſtupeſcent & concident.[Torſi-
ones] i.magnæ puncturæ,[& dolores tenebunt,] i.occupabunt Chaldæos. [quaſi parturiens dole-
bunt.] i.multùm vehementer.[Vnuſquiſq; ad proximũ ſuum ſtupebit,] tanq̃ admirans ꝙ poſt tan-
tam gloriam ſubitò ad tantam calamitatem perducti ſunt.[facies combuſtæ,vultus eorum.] Incen-
ſa eñ Babylone à Perſis & Medis,multi habitatores Babylonis cõbuſti ſunt.[Eccè dies Dñi veniet]
i.dies punitionis Chaldæorum à Dño.[crudelis] ipſis Chaldæis propter acerba tormenta, q̃ in eo p-
peſſi ſunt.[& indignationis plenus,& iræ,furoriſq;] i. plenus diris effectibus diuinæ iuſtitiæ, cuius
vltio dicitur indignatio,ira,& furor:& ponuntur hîc tria hæc idem penè ſignificantia,ad oſtenden-
dam multiplicem afflictionem Chaldæorum.[ad ponendam terram] Babylonis [in ſolitudinem,]
ità vt nec homo,neq; iumentum in ipſa permaneat.[& peccatores eius conterendos de ea:] i.ad oc-
cidendum impios habitatores Chaldææ.[qm̃ ſtellæ cæli & ſplendor earum non expandent lumen
ſuum.Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo,& luna non ſplendebit in lumine ſuo.] qm̃ ſicut Moſes ait, Deut.4.
cælum,ſolem,lunam,& oĩa aſtra cęli creauit Dñs Deus in miniſterium cunctis gentibus.Dum ſancti
prophetæ p̃nunciant aliquam gentem graues tribulationes paſſuram, hoc pro conſuetudine habeṫ,
ſicut & rabbi Moſes conteſtatur,vt dicant cælos & ſidera ſiue planetas,turbanda, obſcuranda, mo-
uenda,ſeu immutanda:eò ꝙ gentes vehementer afflictæ,oĩa iudicent amara & * triſtitiam,nullamq; *triſtia
recipiant ex ſplendore cæleſtium luminarium conſolationem. Vndè cùm Dñs de punitione Phara-
onis multa dixiſſet per Ezechielem,adiecit:Et operiam,cùm extinctus fueris,cęlos,& nigreſcere fa- Ezec.32.
ciam ſtellas eius:ſolem nube tegam,& luna non dabit lumen ſuum:oĩa luminaria cęli mœrere faci-
am ſuper te.Simili modo ſcriptum eſt alibì:Moti ſunt cæli,ſol & luna obtenebrati ſunt,& ſtellæ re- Ioel.2.
traxerunt ſplendorem ſuum.Pariformiter nunc ad inſinuandum maximam Chaldæorum preſſurã
aſſeritur,qm̃ ſtellæ cæli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum ad conſolationem Chaldę-
orum:nihilominùs ſolito more terram illuminabunt.Sic quoq; obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo in
die punitionis iſtorum,quia non ſplenduit eis ad gaudium.Quidam tñ exponunt hoc modo:Stellę
cæli,i.principes Babyloniæ,& ſplendor earum,i.ſapientia principum, non expandent lumen ſuum,
i.rationis iudicio vti non poterunt tempore vaſtitatis ſuæ,ſed recedet ab eis ratio atq; conſilium ex
pauore inſtãtis periculi.obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo,i.Balthaſar rex Babylonis,quem occiderũt
Medi & Perſæ.& luna,i.regina,ſeu coniunx ipſius,non ſplendebit in lumine ſuo, i. regijs ornamẽtis
non decorabiṫ.Hæc aũt expoſitio,quantùm ad literã, nõ videtur cõueniens,quia non ſolet ſcriptu-
ra ſacra reprobos p cælos & ſtellas ſignificare. [& viſitabo ſup orbis mala,] i.peccata Babylonis vl-
ciſcar.Dicitur aũt Babylon orbis,propter ſuã magnitudinẽ,ſicut p̃dictum eſt.Vndè ſecundùm Phi-
loſoph.Babylon potiùs videbaṫ regio muris clauſa,q̃ vrbs.[& contra impios] Babylonios viſitabo
[iniquitatem eorum,] tradendo eos in manus hoſtiles.[Et requieſcere] i.ceſſare [faciã ſuperbiã in-
fidelium,] i.Chaldæorum idola venerantium.[& arrogantiam fortium,] i.p̃ſumptionem Chaldæo-
rum [humiliabo] per pœnas.[Precioſior erit vir auro,& homo mundo obrizo.] i. tam pauci mane-
bunt de Chaldæis viuẽtes,ꝙ vir Chaldę᷒ erit precioſior,i.rarior auro,& homo de Babylonia,preci-
oſior erit mundo obrizo,i.auro ſplendẽti.dicitur eñ precioſum,rarum & carum,iuxta illud: Sermo 1.Reg.3.
Dñi erat precioſus tempore Samuelis,quia non erat viſio manifeſta & frequens. [Sup hoc cælũ tur-
babo,& mouebitur terra de loco ſuo,] ſicut nunc patuit.Hoc per hyperbolen dicitur,ad deſignan-
dum vehementiam miſeriæ Chaldæorum.Vndè Sap.5. inducitur: Armabit creaturam ad vltionem
inimicorum,& pugnabit ꝓ illo orbis terrarum contra inſenſatos. Propter quod ſubdiṫ:[Propter in-
dignationem Dñi exercituum,& propter diem irę furoris eius] i.propter horribilem diuinæ iuſtitię
vltionem,diciṫ cælum turbari,& terra moueri:& loquiṫ Deus de ſeipſo quaſi de alio, ꝓpter perſo-
nalem diſtinctionem in ipſo,quemadmodùm ait ſcriptura: Dñs pluit ſuper Sodomam & Gomor- Gen.19.
rham ignẽ & ſulfur à Dño.[& erit quaſi damula fugiens,& quaſi ouis]i.ingredientib᷒ Perſis & Medis
Babylonem,quicunq; de Babylonijs ſeu auxiliatorib᷒ ipſorum fugere poterit, prę timore mox fu-
giet,ſicut damula fugit viſo leone,& ouis viſo lupo.[& non erit qui cõgreget,] i.colligere poſſit fu-
gientes,qm̃ in diuerſa tendent latibula.[Vnuſquiſq; ad populum ſuum conuerteṫ,& ſinguli ad ter-
ram ſuam fugient.] Hoc intelligendũ eſt de exercitu extraneorum,q erant in Babylone ad defenſi-
onẽ ipſius,qui oẽs fugerunt,ſi poterant,vrbe iam capta,& ad ꝓpria redierunt.[Oĩs qui inuentus fu-
erit] cum Chaldæis,[occideṫ] à Medis & Perſis.[& oĩs q ſuperuenerit] ad ſuccurrendũ Babylonijs,
[in gladio cadet.infantes eorũ allidenṫ in oculis eorũ.] Perſæ eñ & Medi ex magna crudelitate ac-
ceperunt infantulos Chaldæorũ cum pedibus,& alliſerunt eos parieti, cõſpicientibus eorum parẽ-
tib᷒,ſicut & Dauid p̃dixit in Pſal.Filia Babylonis miſera,beatus q tenebit & allidet paruulos tuos ad Pſal.103.
petrã.Et p Ieremiã Dñs ait:Collidã in te puerũ & iuuenem.[diripienṫ]i.deſtruenṫ ſeu p̃dabunṫ[do- Iere.51.
mus eorum,& vxores eorũ violabunṫ]ab hoſtibus,adſtantib᷒ atq; inuitis earum maritis.Conſequẽ-
ter quę dicta ſunt,quodammodò exponuntur dum Dñs loquiṫ: Eccè ego ſuſcitabo ſuper eos] putà

 Chal-

Chaldæos.[Medos,] i.Dariũ regẽ Medorũ cũ populo ſuo.[ꝗ argentũ non q̃rant,nec aurũ velint.]i.
ꝗ precium nullũ ꝓ euaſione Chaldęorũ recipiant.[ſed ſagittis paruulos] Chaldæorũ [interficiẽt,&
* lactentibus vteri non — *lactantibus vteris nõ miſerebunt̃, & ſup filios eius nõ parcet oculus eorũ.] & ꝑ conſequẽs multo
minùs parcẽt adultis.[Et erit Babylon illa] ciuitas [glorioſa in regnis,]i.famoſa,p̃clara, & potens p̃
cæteris regnis.[inclyta in ſuperbia,] i. nobilis in p̃ſumptione [Chaldęorũ,] de ſua metropoli ſe ia-
ctantiũ,[ſicut ſubuertit Deus Sodomã & Gomorrhã.] i.oĩnò ac funditùs atq; irrecuperabiliter de-
ſtruet̃.[nõ habitabit̃ vſq; in finẽ,& nõ fundabit̃] i.nõ formabit̃ [vſq; in generationẽ & generationẽ,
nec ponet ibì tẽtoria Arabs.]i.Arabes nõ figẽt ibì tabernaculũ ad manẽdum. [nec paſtores requie-
ſcent ibì] cum gregib⁹ ſuis,qm̃ locus ſterilis erit.[ſed requieſcent ibì]videlicet inter ruinã confracto-
rum parietũ,[beſtiæ] ferales & venenatæ.[& replebunt̃ domus eorum] i.loca vbì domus ſteterunt,
[draconib⁹.Et habitabunt ibì ſtruthiones,]i.aues magnæ,q̃ ſolitudinẽ diligunt.[& ſaltabunt ibì pi-
loſi,] i.dæmones incubi,ſecundùm quoſdã,vel tauri ſeu hoĩes ſylueſtres,pilis ꝓ veſtib⁹ vtentes:vel
aĩalia monſtroſa,quorum effigies partìm beſtialis eſt,& partìm hũana. Alij verò p pilosos intelli-
gunt q̃dam gñ̃a dæmoniorum.[& r̃ndebunt ibì] i. ſuo modo ſonabunt ſiue loquent̃ [vlulæ in ędi-
bus eius] i.domib⁹ Babylonis.Pro vlulis LXX.tr̃aſtulerunt onocẽtauri. Vlulæ aũt,ſecundùm quoſ-
dã,vocant̃ aues quantitatẽ coruorum habentes,q̃ dictę ſunt vlulę ab vlulatu, videlicet qñ roſtro in
palude fixo,horrẽdum emittunt ſtridorẽ.[& ſirenes]i.ſerpẽtes ſeu dracões magni,criſpati,alati,atq;
volãtes.[in delubris voluptatis,] i.in tẽplis idolorũ,vbì Chaldęi libidini carnis vacabãt, p̃ſertim in
ſacris Priapi ac Veneris,r̃ndebunt ſicut de vlulis dictũ eſt.Poſtremò ſciẽdum,ꝙ ea,q̃ in iſto cap.di-
cta ſunt de Babylonis deſtructiõe,in duob⁹ vltimis capitulis Ieremiæ tã plenè & euidẽter ſcribunt̃,
vt videant̃ illa duo capitula quaſi expoſitio p̃ſentis cap.ſed nõ allegaui ad ſingula verba, ꝓpter pro-
lixitatem vitandam,& qm̃ expoſitio iſta literalis,nõ eſt adeò fructuoſa,q̃ tñ ante Hieronymum erat
ſummè difficilis,ſed ille ſanctus doctor elucidauit nobis ſcripturas. Veruntñ vnum breuiter cõme-
morandum eſt.nã circa illud,quod in iſto cap dictum eſt,Ego mandaui ſanctificatis meis,Lyra aſſe-
rit Hebræos dicere:Ego mãdaui citatis meis,& appáret ei,ꝙ Hebræi in hoc meliùs dicunt,q̃ noſter
trãſlator,eõ ꝙ exponat̃ de Perſis ac Medis. Sed iſtud nõ habere vigorẽ,patet ex eo quod Iere.51. ha-
bet̃:Sanctificate contra Babylonẽ gentes,reges Mediæ & duces eius.Ex quo conſtat,ꝙ per ſanctifi-
catos hoc loco propriè intelligant̃ Medi cum ſuis conſortibus,qui dicuntur ſanctificari, non citari
contra Babylonẽ.Frequenter autẽ quidam rep̃hendit tranſlationem Hieronymianam in aliquibus
verbis æquiuocis:& tñ qui legit commentaria Hieronymi ſuper prophetas & alia loca veteris teſta-
menti,inuenit repræhenſiones illius friuolas eſſe.Ego firmiter ſpero,ꝙ ſpiritus ſanctus, cuius pro-
uidentia non fallit̃,nequaq̃ permiſerit tam ſanctum doctorẽ in trãſlatione ſcripturarum errare. De-
niq; ſicut Hieronymus interdùm inſinuat,ipſe ſemp tam transferendo,q̃ exponendo libros veteris
teſtamenti cum eruditiſſimis Iudæorũ cõferre ſolebat. Vndè nõ eſt veriſimile,ignorâſſe Hierony-
mum ęquiuocationes Hebraicorum verborum,quas iſte à modernis Iudæis didiciſſe ſe perhibet.

¶ *Explanatio moralis eiuſdem capituli.* *Articulus* 30.

1.Ioan.5. BAbylon,q̃ interpretat̃ confuſio,huius mundi figura eſt:q(ſecundùm Ioannẽ)totus in maligno
poſitus eſt,& vitiorum deordinatiõe repletus. Vndè & Petrus noĩe Babylõis Romã ſignificat,
1.Pet.5. ꝓpter ſuam ſub Neronis imperio cõfuſionẽ,dicendo: Salutat vos Eccleſia, q̃ eſt in Babylone colle-
cta. Per onus igit̃ Babylonis,quod vidit Iſaias, myſticè deſignat̃ totius mundi preſſura atq; miſeria,
q̃ ſibi ꝓpter ſua peccata euenit,quã homo ſpirituali oculo fidei intuet̃. Sup montem caliginoſum, i.
aduerſùs mundanã pompam,cõtra ſecularẽ potentiam atq; terrenum dñium. Leuate ſignum,i.cru-
cis vexillum, quo oĩs aduerſa poteſtas conuincit̃, oĩs pompa confundit̃, & dæmones effugant̃. Hoc
ſignum leuant ſancti p̃dicatores,dum Chr̃i paſſionem p̃dicando conant̃ humiliare ſuperbos:& eos
1.Ioan.2. qui Chr̃i crucem non baiulant,p̃nunciant perituros. Qui em̃ ſe dicit in Chriſto manere,debet,ſicut
1.Pet.2. ille ambulauit,& ipſe ambulare. Et Chr̃s paſſus eſt pro nobis, *relinquens exemplum, vt ſequamur
veſtigia eius. exalta vocẽ,contra mundi gloriam liberè p̃dicando. leuate manum,operando quod p̃-
dicatis,ſeu delinquentium vitia corrigendo.& ingrediant̃ portas Eccleſiæ duces, i. p̃lati fidelium ad
inſtruendum gregem ſibi cõmiſſum. Sed heu,multi q aliorũ duces eſſe deberent, frequentiùs atq;
Mat.15. libentiùs ingrediunt̃ portas tabernæ,q̃ loca Eccleſiæ,quibus conuenit illud Mat. Cæci ſunt,& duces
cæcorum. Cæcus aũt ſi cæco ducatum p̃ſtet,ambo in foueam cadunt. Ingrediamur ergò portas iuſti-
tię,quatenùs ingreſſi in eas,cõfiteamur Dño. Ego,Chr̃s,Deus verus,& vita æterna,mandaui ſanctifi-
catis meis,i.apoſtolis & eorum ſucceſſoribus. & vocaui fortes meos, ꝓpter iuſtitiam mori paratos.
in ira mea cõtra diabolum,q ſeduxit electos,exultantes in gloria mea:quia nõ in ſeipſis, ſed in Dño
2.Cor.1. gloriant̃,dicentes: Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium cõſcientiæ noſtrę. Vox multitudinis,i.prędi-
catio oĩm electorum paſtorũ,fundata & radicata in montib⁹, i. in apoſtolorũ doctrinis. vox ſonitûs
regum,i.fortis doctrina rectorum. gentium cõgregatarum,i.Eccleſiæ ex oĩni genere hoĩm adunatę.
ho-

horum vox ſonat contra Babylonicam impietatẽ,vt deſtruat eam,ſicut ſubiungit̃: Dñs exercituum
p̃cepit militiæ belli,i.principalibus ꝓpugnatoribus fidelium,ſ.ſanctis p̃dicatoribus ac p̃latis. veniẽ-
tibus de terra ꝓcùl. Primi em̃ principes nr̃i à terra Iudæę venerunt vſq; terminos mundi:quid aũt hi
p̃dicatores p̃dicant,ſubdit̃: A ſummitate cæli Dñs,i. à ſummo cælo reſpicit Deus,ſicut Pſal.13. habet̃:
Dñs de cælo ꝓſpexit ſuper filios hoĩm,vt videat ſi eſt intelligẽs aut requirens Deum. [& vaſa furo-
ris eius parata ſunt impijs,i.iuſta tormenta,quemadmodùm ſcriptum eſt: Niſi conuerſi fueritis, gla- Pſal.7.
dium ſuum vibrabit:arcum ſuum tetendit,& parauit illum. Et Mat.3. Iam ſecuris ad radicem arborũ
poſita eſt. oĩs ergò arbor q̃ non facit fructum bonum,excidet̃,& in ignem mittet̃. vt diſperdat oẽm
terram,i.oẽs terrenos & impœnitentes,ſicut Gen.6.teſtat̃: Ego diſperdam eos cum terra. Vlulate er-
gò nunc ô p̃uaricatores, veſtra peccata deflendo. quia ꝓpè eſt dies,i. tẽpus damnationis veſtræ, niſi
conuerſi fueritis. Vndè ſcriptum eſt Iaco.5. Agitè nunc diuites,plorate vlulantes in miſerijs q̃ adue-
nient vobis. Et item: Aduentus Dñi appropinquabit. eccè em̃ iudex ante ianuam aſſiſtit. Quæ aũt ſe-
quunt̃,de tribulatione p̃cedente finale iudicium conuenienter intelligunt̃. Propter hoc oẽs manus
diſſoluent̃,& om̃e cor hoĩs tabeſcet. torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt. Hoc
quippe eſt quod ait ſaluator: Erunt ſigna in ſole & luna, & in terris preſſura gentium, areſcentibus Luc.21.
hoĩbus p̃ timore & expectatione,q̃ ſuperuenient vniuerſo orbi. Matt.quoq; 24. Erit tunc tribulatio
magna,qualis non fuit ab initio mundi vſq; modò,neq; fiet. Vndè Daniel ait: Veniet tempus quale Dan.12.
non fuit ex eo,quo gentes eſſe cœperunt,vſq; ad tempus illud. Facies combuſtę,vultus eorum. Hoc
de illis ſpecialiter verificatur, quos ignis conflagrationis viuos inueniet atq; incendet Quõ autẽ ea
quæ ſtatìm ſequunt̃,de die iudicij intelligẽda ſint,ex dictis itemq; dicẽdis facilimè innoteſcit. Eccè
dies Dñi veniet crudelis & indignatione plenus,ad ponendam terram in ſolitudinem. Tunc em̃ ne-
mo ampliùs habitabit in terra. qm̃ ſtellæ cæli & ſplendor earum nõ expandent lumẽ ſuum &c. Hoc
eſt quod Mat.24. veritas proteſtat̃: Statìm poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabit̃,& lu-
na non dabit ſplendorem ſuum. & viſitabo ſuper orbis mala,i. totius mundi vindicabo peccata. ſup
hoc cælum turbabo. tunc em̃ virtutes cælorũ mouebunt̃. Precioſior,i.rarior erit vir, dictus à virtutũ
virore,videlicet iuſtus fideliter agens,auro:& homo rationabiliter viuens,mundo obrizo. Hoc ma-
ximè implebitur durante perſecutione Antichriſti, qui oẽs penè fideles aut peruertet, aut occídet,
aut in abſcondita loca fugabit,ità ꝙ tunc pauciſſimi erunt,qui verum Deum publicè confitebũtur. Oſeæ 10.
Et erit quaſi damula fugiens,& quaſi ouis. tunc em̃ impij dicent montibus, Cadite ſuper nos:& col- Apoc.9.
libus, Operite nos,& abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum,& ab ira agni. Tunc em̃ fugiẽt
leonem de tribu Iuda,& iudicem Chriſtum,de quo ſcribitur Amos 1. Dñs de Sion rugiet.& nõ erit
qui congreget hos fugientes ſpirituali congregatione ſub charitate & gratia,nec erit qui congreget
eos ad defendendum,ſed ſolùm ad puniendum. Vnuſquiſq; ad populũ ſuum conuertetur, i. electi
tunc coniungentur electis,& reprobi reprobis:& qui ſociati ac ſocij erant in culpa, ſociabuntur in
pœna. Vndè in euangelio legitur: Exibunt angeli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorum,& mittẽt Matt.13.
eos in caminum ignis. ſinguli ad terram ſuam fugient,i.velociter ibunt data ſententia iudicis, quia
electi ibunt ad terram de qua dicitur: Portio mea Dñe ſit in terra viuentium. Reprobi verò ad terrã, Pſal.141.
de qua ſanctus Iob ait: Dimitte me anteq̃ vadam ad terram tenebroſam, & optam mortis caligine. Iob 10.
Oĩs qui inuentus fuerit in mundo,inſtante die iudicij,occidetur in igne conflagrationis. & oĩs qui
ſuperuenerit vt Chriſtum confiteatur,Antichriſto regnante,& mundi monarchiam tenẽte,in gla-
dio cadet. Infantes eorum allidentur in oculis eorum. Bonorum em̃ atq; conſtantium Chriſtianorũ
pueri & infantes baptizati,ſimul cum parentibus ſuis trucidabuntur ab Antichriſti miniſtris,ſecun-
dùm aliquorum æſtimationem. Diripientur domus eorum,i.oĩa bona temporalia auferentur popu-
lo Chr̃iano,quem Antichriſtus occídet,& forſitan vxores eorum violabunt̃ & opprimentur à peſ-
ſimis ſatellitibus Antichriſti. Eccè ego ſuſcitabo ſup eos, Medos. Si per Medos,qui interpretant̃ mẽ-
ſurantes, intelligamus diabolos,qui ſecundùm quantitatem peccati reddunt tormentum,videlicet
menſurã contra menſurã,iuxta illud Apocalypſis: Quantùm in delicijs fuit,tantum date illi tormẽ- Apoc.18.
tum & luctum:tunc ſenſus erit, Eccè ego Dñs ſuſcitabo ſup eos,i.ciues Babylonis,videlicet huius ſe-
culi amatores: Medos,i.dęmones,ꝗ argentum non q̃rant,ſed aĩas. propter quod ſubdit̃: Sed ſagittis,
i.tentationum aculeis,paruulos,i.imp̃fectos & inſtabiles,de qualibus Paulus ait: Iam nõ ſimus par- Ephe.4.
uuli fluctuantes. vel paruulos,i.inuidos,ſecundùm illud Iob: Paruulum occídet inuidia. Interficiẽt, Iob 5.
ac lactantibus vteris,i.effœminatis & mollibus,concupiſcentias ſuas ſequentibus,non miſerebunt̃,
& ſuper filios,i.horum imitatores,non parcet oculus eorum. Porrò ſi per Medos, qui etiã interpre-
tantur à potente,intelligimus Antichriſtũ cum ſuo exercitu,qui robuſtiſſimus erit, tunc ſenſus eſt:
Eccè ego ſuſcitabo permiſſiuè ſuper eos,i.fideles: Medos,i. Antichriſti miniſtros, qui argentum nõ
quærant nec aurum finaliter,ſed omnimodam Chriſtianorum eradicationem, & ideò ſagittis par-
uulos,i.humiles interficient,& † lactentibus †vteri non miſerebuntur. Et erit Babylon illa glorioſa

in regnis,i.Eccleſia malignantium,ſeu mundus iſte inferior,ſicut ſubuertit Deus Sodomam,i.tota-
liter ſubuertet & occidet,& mundus,quantùm ad ſuum eſſe accidentale,peribit.Non habitabit vſq;
in finē.nemo em̄ poſt diem iudicij in hoc mundo morabit,interìm tñ in hac Babylone requieſcent
beſtiæ,i.beſtialiter conuerſantes,quemadmodùm de talibus dicit:Homo cùm in honore eſſet,non
Pſal.48. intellexit: cōparatus eſt iumentis inſipiētibus.& replebunt domus eorum draconibus,i.hoïbus pe-
ſtiferis,flatu ſermonum ſuorum alios inficientibus.vel draconibus,i.igne concupiſcentię inflāma-
tis,in fluxu ſeu aqua luxuriæ cōmorantibus, ſicut dracones ꝓpter ſuæ naturæ vehementem calorē
cōmorant in aquis.& habitabunt ibì ſtruthiones,i.hypocritæ atq; hæretici,qui pennas contempla-
tionis,videlicet ſanctam conuerſationem & ſcientiā habere vident, non tñ ad cæleſtia poſſunt per
veram contemplationē volare:quemadmodùm ſtruthio alas habet, nec volat.Vndè Iob 39.dñs lo-
quit:Penna ſtruthiōis,ſimilis eſt pennę herodij & accipitris,videlicet quātùm ad formā,ſed nō quā-
tùm ad vſum.& piloſi,i.vanis cogitationibus tanq̃ pilis repleti,ſaltabunt,i.inſtabiliter petulanterq́;
Prou.11. viuent ibì,quēadmodùm ſcriptū eſt,Impius facit opus inſtabile.& reſpōdebunt ibì vlulæ,i. auari q
terrenis inhiant,ſicut & vlulæ,q́ roſtrum terrę infigunt,& cōminatores iracundi atq; feroces,qui ad
Ephe.4. inſtar vlularū horrendos emittunt clamores,cuius contrariū iubet Apoſtolus:Oïs,inquiens,amari-
tudo,& clamor,& ira tollat à vobis.& ſirenes,i.doloſi & adulatores,qui tanq̃ ſirenes dulciter canūt,
carmē fallacię rñdebūt.in delubris voluptatis,i.in theatris ſuis,opportuniſq́; locis illicitę voluptatis.

¶ *Expoſitio capituli decimiquarti.* *Articulus* 31.

POſt afflictionis deſcriptionē Babyloniorū,iam nūc conſcribit conſolatio Iudæorum,multaq́;
alia interſerunt:[Propè eſt vt veniat tēpus eius] videlicet punitionis Babylonis, ſeu liberatiōis
Iudęorū de manibus Chaldęorum.[& dies eius non elongabunt:quia vtrunq; impletum eſt tēpore
Cyri & Darij.[Miſerebit enim dñs Iacob,] i.poſteritatis eius,liberādo filios eius de captiuitate Ba-
bylonis.[& eliget adhuc de Iſrael,] i.aliquos filiorum reducet ad terram Iudęę cum Eſdra atq; Zo-
robabel.[& requieſcere eos faciet ſup humum ſuam,] i.in terra patrum ſuorum. Vndè *Ieremias &
Zach.8. Zacharias:Adhuc,inquiunt,replebunt plateę Hieruſalē iuuenibus & puellis.Et Soph.3.ait:Exulta in
oñi corde filia Hieruſalē,abſtulit dñs iudicium tuum,conuertit inimicos tuos.[Adiunget aduena
ad eos] i.aliqui gentilium relicta idololatria,conuertent ad Iudaiſmum.[& adhærebit] loco,fide,&
cōuerſatione.[domui Iacob.] i.populo Iudęorum ex ſemine Iacob nato.De hoc habet in libro He-
Heſt.9. ſter,ꝙ Mardochęo eleuato,& ſubſtituto in loco Aman,plurimi ad legem Iudęorum conuerſi ſunt.
[& tenebunt] i.benignè recipient [eos populi,] per quorum terram tranſibunt.[& adducent eos in
locum ſuum.] i.ad terram ꝓmiſſionis. ſic em̄ p̄ceperat Cyrus rex Perſarum, vt nullus in via eis reſi-
ſteret,ſed potiùs auxilium impartirent in oïbus neceſſarijs,vt legit 1.Eſd.1.[Et poſſidebit eos domus
Iſrael ſuper terram Dñi in ſeruos & ancillas,] i. populus Iudæorum in terra promiſſionis dñabitur
gentibus ad Iudaiſmum conuerſis,q̃ cum eis venerunt de terra captiuitatis.[& erunt capientes eos,
Iudit.13. qui ſe ceperant.] Tempore em̄ Iudith,occiſo Holoferne,populus Iudæorum perſecutus eſt exerci-
tum Nabuchodonoſor regis,& multos eorum occídit,videlicet Medos,Perſas,& Chaldæos,à quo-
rum p̄deceſſoribus capti fuerunt Iudæi temporibus priſtinis.Magis tñ impletum eſt iſtud tempore
Machabæorum,qñ Iudas & fratres eius debellauerunt Idumæos,Philiſtæos,multoſq́; Græcorum,
quorum antè tributarij erāt.ideò ſubdit:[& ſubijcient exactores ſuos] videlicet quoſdam Gręcorū
& aliorū,quibus antè dederūt tributa.[& erit in die illa cùm requiē tibi dederit Deus à labore tuo,]
i.poſt reditum de Babylonis captiuitate,qñ fueris liberatus à labore & fatigatione, quam in Baby-
lonia atq; reditu habuiſti.[& à concuſſione] i.percuſſione [tua, & à ſeruitute dura qua antē ſeruîſti]
Chaldęis,[aſſumes parabolam iſtam contra regē Babylonis,& dices: Quomodò ceſſauit exactor?]
i.rex Babylonis,q aliorū bona diripuit,extinctus eſt.[quieuit] i.eſſe ceſſauit [tributū,] quod ipſe gē-
tib⁹ à ſē victis impoſuit.[Cōtriuit] i.p Perſas & Medos occídit [dñs baculū impiorū] i.regē ſiue ex-
ercitū Babylonicum,videlicet Balthaſar regē,eiuſq́; populū,p quos diuina iuſtitia pcuſſit iniuſtos.
[virgā dñantium,] i.qui dominos aliorū populorū deiecit.[cædētem populos] ſibi rebelles.[in in-
dignatione,] qua ægrè tulit ꝙ ſibi repugnare audebāt.[plaga inſanabili] i.vulnere lœthali ſeu mor-
te.[ſubijcientem in furore gentes,perſequentem crudeliter.] Rex em̄ Babylonis cum impetu furi-
bundo plurimas ſibi gētes ſubiugauit,& inſecutus eſt fugiētes.Loquit aūt hîc Iſaias de rege Babylo-
nis indeterminatè,quia non oïa de eodē rege intelligunt.Oïa tñ de aliquo trium regum Babylonis
verificant,videlicet q̃dam de aliquo.Et ſimili modo ſuprà locutus eſt de rege Aſſyriorum,vt patuit.
[Conquieuit & ſiluit oïs terra,& gauiſa eſt,& exultauit,] i.oēs habitatores terrę olim à rege Babylo-
nis vexati,quieuerūt à priſtina pturbatione,& lętati ſunt de peſſimi hoſtis ruina.[Abietes quoq; lę-
tatę ſunt ſup te,& cedri Libani] i.maiores atq; minores principes ſeculi de tua morte gauiſi ſunt,di-
cētes:[Ex quo dormîſti,] i.poſtq̃ mortuus es.[nō aſcendit qui ſuccídat nos] i.nullus nos eradicare
& expugnare conatus eſt.[infernus ſubter te conturbatus eſt in occurſum aduentûs tui.] Primò vi-
den-

dendum eſt,de quo Babylonis rege iſta dicantur. Quòd em̄ Euilmerodach filius primi Nabucho-
donoſor regis Babylōis,& Balthaſar filius Euilmerodach,in quo terminatum eſt Babylonis impe-
rium,ad inferos damnati deſcenderūt,certum eſt:ſed de Nabuchodonoſor non eſt adeò certum.
Quidam em̄ iſta exponunt de ipſo Nabuchodonoſor,aſſerentes eum damnatum.horum aūt opinio
non videtur ꝓbabilis,qm̄ apud Danielem legitur Nabuchodonoſor valdè pœnituiſſe,& ſua pecca-
ta recognouiſſe,immò & Dei flagella gratanter pertuliſſe. Siquidem de amentia ſua rediens, dixit:
Ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cælum leuaui,& altiſſimo benedixi,& viuentē in ſempiter-
num,laudaui & glorificaui.Itemq́;:Nunc igitur laudo,magnifico,& glorifico regem cæli, quia oñia
opera eius vera. Nec dubitandum videt, quin acquieuit conſilio Danielis ſibi dicentis:Peccata tua Dan.4.
eleemoſynis redime,& iniquitates tuas miſericordijs pauperū.Et ſicut in hiſtoria Scholaſtica reci-
tat,vſq; ad finē vitæ ſuæ Danieli adhęſit,eumq́; tanq̃ proprium filium amauit, & hęreditare optauit.
propter quod credēdum apparet,ꝙ in bono opere & grārum actione vitam finiuit: immò multùm
fuiſſe mirabile,ſi poſt tantā,tamq́; inſolitam caſtigationē veniſſet ad recidiuum.Hinc quoq; in De-
creto habet,ꝙ fecit pœnitentiam fructuoſam.Veruntñ aliqua ſunt,q̃ videntur huic ſententię repu-
gnare.Cōmuniter nanq; aiunt ſancti doctores, & etiam Thomas, ꝙ in iſto capitulo loquitur Iſaias
de caſu Luciferi,ſub perſona Nabuchodonoſor regis Babylonis. Sed de hoc pleniùs dicam. Nunc
verò tenendum exiſtimo,ꝙ iſta dicant de Balthaſar nepote Nabuchodonoſor, à Medis occiſo. Ait
ergò ſcriptura diuina:[Infernus] i.exercitus dæmoniorum in inferno exiſtentium.[ſubter†] i.infra
terram,vbì infernus eſt.[conturbatus eſt,] i.vehementer concitatus,atq; velociter ac ſolicitè motus
eſt.[in occurſum aduentûs tui] i. aïæ tuæ ad inferos deſcendentis,[ſuſcitabit tibi gigātes.] i.aïas gi-
gantum,qui peſſimi erant,ſicut & tu,faciet tuæ dānationi congratulari.[Oēs principes terræ] in in-
ferno damnati,[ſurrexerunt de ſolijs ſuis:] videlicet [oēs principes nationū] incredularum, q̃ cum
ſuis principibus periêrunt.Surrexerūt aūt,vel locum mutando,vel potiùs aliqd de nouo agēdo, ſeu
admirando.de ſolijs ſuis,i.de locis ſuæ miſeriæ in quib⁹ cruciant.[vniuerſi rñdebunt & dicent tibi]
cū inſultatiōe & admiratiōe:[Et tu vulneratus es] vulnere corporis,vulnere culpę,& vulnere mortis
æternæ.[ſicut & nos,noſtrî ſimilis effectus es] in infernum cadendo.[Detracta eſt ad inferos ſupbia
tua,] i.ſublimitas pōpæ tuæ vſq; ad inferos eſt depreſſa,& tu ꝓpter ſuperbiam tuam in infernū pro-
iectus es.*[Subter te ſternet tinea.] i.ſub corpore tuo erit,quod ipſum cōſumat,incineret, ac reſol- *[Cōcidit cadauer tuū.
uat,ſicut à tinea veſtimētum conſumit,ſicut Iob ait: Quaſi putredo cōſumendus ſum,& quaſi veſti-
mentum quod comedit à tinea.[& opimentum tuum] i. corporis tui [erunt vermes,] qui generant
in corpore mortuo,prout in Eccleſiaſtico legit:Cùm morit homo, hæreditabit ſerpentes & beſtias Iob 13.
& vermes.Poteſt quoq; exponi de verme conſcientiæ,q eſt remorſus ſyntereſis, q̃ ſemper inclinat Eccl 10.
ad bonum,remurmurās malo.Vndè ſcriptum eſt:Vindicta impij,ignis & vermes.[Quō cecidiſti de Eccl 7.
cælo Lucifer,qui manè oriebaris?] Quidam,in hoc ipſo ſequentes S.Hieronymum, exponunt hæc
oïa ad literam de rege Babylonis:cōmuniter tñ doctores catholici exponunt de principe dæmonū.
Aduertendum ergò,ꝙ ſeptem regularum ad intelligentiam ſacræ ſcripturę vtilium,immò & neceſ-
ſariarū,vna hæc eſt,ꝙ ſcriptura interdùm tranſit à diabolo ad membra eius,& econtrariò:aſſcribē-
do videlicet ea q̃ dęmonis ſunt,hoïbus reprobis,& vice verſa.Dicunt ergò doctores,ꝙ hoc loco ex
occaſione deſcriptionis ruinæ regis Babylonis,qui erat membrum diaboli,tranſit Propheta ad de-
ſcribendum caſum diaboli,ſicut Ezechiel ſub perſona regis Tyri,deſcribit peccatum diaboli.Cùm
em̄ ad Ezechielem dñs dixiſſet:Fili hoïs,leua planctum ſuper regem Tyri: poſt pauca quaſi de rege Ezec.28.
Tyri,ſed tñ de capite eius diabolo,ſubdit:Tu ſignaculum ſimilitudinis,plenus ſapiētia & perfectus
decore,in delicijs paradiſi Dei fuiſti.Deniq; licèt oïa quę hîc dicuntur de Lucifero, exponi poſſint
tam de diabolo,q̃ de rege Babylonis,ſicut patebit:quædam tñ propriè conueniunt regi Babylonis,
& non diabolo:quędam etiam propriè cōpetunt dęmoni,non regi Babylonis:propter quod veriùs
puto,Prophetam loqui mixtìm de rege Babylonis & dęmone,ſicut in Pſalmis loquitur ſcriptura de
bonis & malis,quaſi de eiſdem,dicendo:Cùm occíderet eos,quęrebant eum, & reuertebant, & di- Pſal.77.
luculo veniebant ad eum.Qui enim occidebantur,non vtiq; diluculo veniebant ad eum.Primò aūt
de caſu diaboli exponenda eſt litera,eô q̄ talis expoſitio ſit famoſior, & dictis ſanctorum confor-
mior.Admirans ergò Propheta ruinam Luciferi,ait: Quomodò cecidiſti de cælo, in quo conditus
es,ſ.cælo empyreo,Lucifer?i.ſplendidiſſime angelorum, quemadmodùm lucifer, qui alio nomine
dicitur Venus,ratione ſuæ venuſtatis ſeu pulchritudinis,præ cæteris ſtellis clariùs micat. qui manè
oriebaris,i.in exordio mundi creatus es,& de non eſſe,ad nobiliſſimum eſſe, quaſi de tenebris ori-
endo proceſſiſti.Naturalis autem pulchritudo angelorum,conſiſtit in puritate ſuæ eſſentiæ,in cla-
ritate vel perſpicacitate ſuæ intelligentiæ, vel in libertate ſuæ appetitiuæ potentiæ. Si autem pona-
mus oēs angelos fuiſſe creatos in gratia,tunc ſupernaturalis pulchritudo Luciferi,& cæterorum ca-
dentium angelorum,multo maior erat, q̃ decor eorum naturalis. [Corruiſti in terram,] i.in aërem

 cali-

caliginoſum terræ ꝓpinquum, vel in infernum, ſecundùm quoſdam, qui aſſerunt Luciferum ꝓpter
magnitudinē ſui peccati, à principio ſui caſûs, in lacum inferni detruſum. [qui vulnerabas] læſione
peccati, [gentes] i. angelos tecum cadētes, quibus eras peccandi occaſio. Dicuntur autē angeli gen-
tes, vel quia in intellectualitate cum gentibus conueniunt, vel quia in forma humana vbertìm appá-
Mat. 13. rent. Vndè de diabolo Chriſtus ait: Inimicus homo hoc fecit. Et Act. 1. de angelis ſcriptum eſt: Eccè
duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis. Et de Iacob legitur: Eccè vir luctabatur cū eo. Vul-
Gen. 32. nerauit etiam diabolus gentes, qm̄ primos parentes ad peccatum inducendo, totam eorum poſteri-
tatē originali culpa infecit. [qui dicebas in corde tuo:] i. cogitâſti & decreuiſti facere quæ ſequūtur:
*ſuper [In cælum conſcendam, *ſupra aſtra †cæli exaltabo ſolium meum.] Horum verborum occaſione
†Dei aſſerit Damaſcenus, Luciferum & oēs qui ſecum ꝓlapſi ſunt, fuiſſe de infimo choro angelorum, &
creatos in aëre, ac ꝑfuiſſe orbi terreſtri. ſi em̄ (vt ait Damaſcenus) creatus fuiſſet Lucifer in cælo em-
pyreo, & cæteris angelis vniuerſis ſublimior, non dixiſſet: In cælum cōſcendam, ſuper aſtra cæli ex-
altabo ſolium meum. Sed quia Eccleſia Latinorum cum S. Gregorio Papa tenet, ꝙ Lucifer erat ſum-
mus angelorum, propterea ꝙ admirabilis ſua pulchritudo erat ſibi ſuperbiendi occaſio: quod non
Ezech. 28. fuiſſet, niſi cæteris oībus extitiſſet ꝑfectior. Ad quod pertinet etiam illud Ezechielis: Oīs lapis pre-
cioſus operimentum tuum. Ponitq́; Propheta nouē genera lapidum, quibus ſignanē nouē chori an-
gelorum. De quibus rurſus Ezechiel ait: In medio lapidum ignitorum ambulâſti. Quòd autē erat in
Ibidèm cælo empyreo, patet ex eo quod ſcribiē loco præfato: Tu Cherub extentus & protegens, poſui te in
monte ſancto Dei. Eſt igiē ſenſus: In cælum conſcendam, i. tantæ excellentiæ ſum, vt non ſolùm in-
ferioribus ꝑſidere, ſed in cæleſtibus quoq; dn̄ari dignus exiſtam. Vel in cælum, i. ad ſummitatē cæ-
li, videlicet vſq; ad thronum maieſtatis, ſeu Dei ſimilitudinē conſcendam. ſuper aſtra cęli, i. angelos,
Iob 38. de quibus ait dn̄s per Iob: Vbì eras cùm me laudarēt aſtra matutina? exaltabo ſolium meum, i. prin-
cipatûs mei dn̄ium atq; virtutē. Voluit qppe angelis ꝑeſſe, nō ſolùm ſecūdùm quod De⁹ inſtituit, q
eum oībus prętulit, ſ. vt eis ꝑeſſet ſub Deo, ità ꝙ ipſe Deo ſubeſſet, & cæteris ad Dei honorem ꝑeſ-
ſet: ſed voluit habere ſeparatum ac ꝓprium principatum, ità ꝙ ſibi ſubeſſent tanq̄ ſupremo cuidam,
ad ipſum in oībus agendis tanq̄ ad regulam recurrendo, eô ꝙ ſapientior ac ſublimior eſſet. Vndè
Ezec. 28. in Ezechiele habeē: Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo. Tale ergò erat peccatum Luciferi, àc ſi
princeps militiæ vellet prę eſſe militibus, nō ſub rege, ſed tanq̄ per ſe dn̄s militum. [ſedebo] i. regna-
bo. ſedere em̄ eſt regum ac iudicum. [in mōte teſtamēti.] i. in palatio cæli, in cælo empyreo, ex quo
diſpoſitiones oīm rerum procedunt, à primo principe vniuerſi, Deo ſublimi ac oīpotenti. [in late-
ribus aquilonis] i. in turmis ſeu partibus angelorum mihi adhærētium, qui latera aquilonis vocanē,
quia in eis æterni ſolis calor, videlicet Dei amor, extinguiē, dum ſchiſmatico atq; apoſtatæ principi
connectunē. Et qm̄ Lucifer non ſolùm angelis, ſed hoībus quoq; præeſſe deſiderauit, quibus pręeſ-
ſe non poteſt, niſi primò eos ꝑuertat: idcircò per montē teſtamenti, intelligi poteſt Eccleſia: per la-
tera verò aquilonis, frigida hoīm corda. [Aſſcendā ſup altitudinem nubium,] i. angelorum, vt dictū
eſt, eis ꝑſidendo. Per nubes em̄ angeli deſignanē, ſecundùm Dionyſiū 15. cap. Hierarc. cæleſtis. [ſi-
milis ero altiſſimo] nulli ſubiacendo, & ꝓpria authoritate dn̄ando: quod Deo eſt ꝓprium. Lucifer
naturali ſapientia plenus, nequaq̄ petijt æqualitatem creatoris, quia hoc ſciuit eſſe impoſſibile, eô ꝙ
Deus in infinitum cuncta excellat: nec optauit nullo modo ſubeſſe Deo, qm̄ ſciuit ſe nec in momē-
to poſſe ſubſiſtere ſine cōſeruatione diuina: appetijt tn̄ ſimilitudinem creatoris inordinatè: optauit
em̄ ſecundùm propriā voluntatem regnare, & in ſeipſo honorari, i. honorem Deo debitum, ſibi im-
pendi. [Veruntn̄ ad infernum detrahēris, in ꝓfundum laci,] i. ad pœnaliſſima ac profundiſſima loca
inferni, ſicut ſupbia tua maxima fuit: iam em̄ detractus es illuc, & in fine mundi cum filio ſuo Anti-
Apoc. 12. chriſto detraheē. Vndè in Apocalypſi diciē: Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpēs antiquus, qui ſe-
ducit vniuerſum orbē. [Qui te viderint, ad te inclinabunē,] nō reuerentiam exhibendo, ſed Dei iu-
ſtitiā in te conſiderando. [teq; proſpicient] cum admiratione dicentes: [Nunquìd iſte eſt vir q con-
turbauit terram?] i. patriā beatorum, q̃ eſt terra viuentium. Hānc Lucifer conturbauit, multos ange-
lorum auertēdo à Deo. [qui concuſſit regna,] i. cæleſtē ac militantē Eccleſiam, vtrobiq; multos per-
dendo. De oībus em̄ ordinibus angelorū quoſdā peruertit, hoīesq́; ſeduxit. [qui poſuit orbē deſer-
tum,] i. habitatores huius mundi ꝓ maiori parte traxit ad inferos: immò ante Chr̄i reſurrectionem,
ad infernū oēs dilapſi ſunt. [& vrbes eius deſtruxit,] i. māſiones cæleſtes euacuauit, & Eccleſias Dei
tentando vaſtauit. [vinctis eius] i. eis quos de mundo traxit ad inferos, [non apuit carcerem] infer-
nalē: nemo em̄ egredi potuit, donec Chr̄s ingrediens ſuos eripuit. Secundò exponenda ſunt hæc
de rege Babylonis: Quō cecidiſti de cælo Lucifer? Secundùm Hieronymum, in Hebręo ità habeē:
Quō cecidiſti de cælo vlula fili diluculi? & eſt idē ſenſus, videlicet: Quō tu rex Babylōis, q præ cæte-
ris regib⁹ terrę gloria, poteſtate, atq; honore pollebas, ità vt Lucifero cōparareris, corruiſti de ſubli-
mi throno imperij tuiq́; manè oriebaris, i. ſtatim in tuo ꝓgreſſu ꝑ cæteris eminebas, immò oīm cla-
riſſi-

riſſimus videbaris. corruiſti in terrā, moriendo ſicut & cæteri moriunē, iuxta illud: Oēs morimur, & 2. Reg. 14.
quaſi aquę dilabimur in terrā. q vulnerâſti gentes, quas tuo ſubiugâſti dn̄io. q dicebas in corde tuo:
In cælū cōſcendā, ſupra aſtra cæli exaltabo ſoliū meū, i. intātùm magnificatus ſum, oībus mundi re-
gnis mihi ſubiectis, vt cælū mihi reſtet & ſidera. ſicq́; te verbis & actib⁹ efferebas, àc ſi putâſſes te cę-
lū & ſidera poſſe tibi ſubijcere, quēadmodùm de ſupbiſſimo quodā narraē: Exiſtimauit ſe Antioch⁹ 1. Mach. 5.
rex ꝑ ſupbia terrā qdem ad nauigandū, pelagus verò ad iter agendū deducturum, ꝓpter mētis elati-
onē. Hæc itaq; dixit rex Babylonis interpretatiuè, qa ità intumuit, àc ſi iſta ꝑſumpſiſſet. Iudæi (vt ait
Hieronym⁹) ꝑ cęlum & aſtra, ſeipſos & regnū ſuum volūt intelligi, qbus rex Babylonis dn̄abaē. Se-
debo in mōte teſtamenti, i. in tēplo Hieruſalē fundato in mōte Sion, qui diciē mōs teſtamēti, qa cō-
tinebanē in eo iura ac libri veteris teſtamenti. in laterib⁹ aquilonis. nā mons Sion & tēplum erant in
plaga aqlonari vrbiſ Hieruſalē, iuxta illud in Pſal. Mōs Sion, latera aqlonis, ciuitas regis magni. Per Pſal. 47.
hoc ergò ſignaē, ꝙ rex Babylonis voluit imperare in Hieruſalem, atq; in mōte Sion ſolium ſuū col-
locare, quod etiā factum eſt. Aſſcendā ſup altitudinē nubium, i. ſacerdotū, ſcribarū, ſeu ꝓphetarum:
oībus em̄ his dn̄ari volebat. qui aūt in eminenti gradu cōſtituti ſunt, nubes vocanē. Similis ero altiſ-
ſimo, i. ſicut Deus monarchiā tenet in cælo, ſic ego monarcha, i. oīm dn̄s ero in mūndo. Deniq; de
rege Tyri ſcriptum eſt in Ezech. Dixiſti, Deus ego ſum, cùm nō ſis Deus, ſed homo. Veruntn̄ ad in- Ezech. 28.
fernum detrahēris in ꝓfundum laci. Senſus horum ex ꝑhabitis planus eſt. Si aūt aliqs velit iſta ad li-
terā dici de ipſo Nabuchodonoſor, qui crediē eſſe ſaluatus, tunc ꝓphetia hæc erit, ꝓphetia non ꝑde-
ſtinationis, q̃ ſemper impleē, ſed cōminationis, q̃ ſemper nō impleē: qa per eā aliqd ꝑnunciaē ſecun-
dùm diſpoſitionē cauſarum naturalium & ſecundarum, q̃ mutari poſſunt à Deo, vel ſecundùm me-
rita ſiue demerita hoīm, q̃ ſubiacent libertati: taliſq́; erat ꝓphetia Iſaiæ de morte Ezechiæ, & Heliæ
de interitu Achab, Ionæ quoq; de ſubuerſione Niniuæ, quarum nulla impleta eſt. Si aūt intelliganē
hæc de Balthaſar rege, tunc vtiq; ſpectāt ad ꝓphetiam ꝑdeſtinationis. Patet quoq; ex his, infernum
eſſe ſub terra: aliter nō diceret, in ꝓfundum laci. Oēs q te viderint, ad te inclinabunē, teq́; ꝓſpicient,
i. omnes qui in inferno ſunt, videntes aīam tuā in inferno damnatam, ei inſultabunt, dicendo ad te:
Nunquìd iſte eſt vir qui cōturbauit terrā? i. quietem & pacem habitantium in terra abſtulit, & bella
induxit. qui concuſſit regna, reges eorum & populum ſibi ſubdendo, aut occidendo. qui poſuit or-
bem, i. magnā orbis partem. deſertum, i. ab incolis derelictum. & vrbes eius deſtruxit. nā & Hieru-
ſalem cum templo incendit. Vinctis eius non aperuit carcerē, i. captos à ſe non liberauit, ſed in vin-
culis mori permiſit. Multi em̄ reges & principes à rege Babylonis fuerunt capti, quos ex crudelita-
te, reliquit in carceribus mori, ſicut Sedechias vel alius rex Iudæ in carcere obijt. [Om̄es reges gen-
tium, vniuerſi dormiērunt in gloria, vir in domo ſua.] i. alij reges non capti, in ꝓprijs terris honori-
ficè ſunt ſepulti. [Tu aūt proiectus es de ſepulcro tuo quaſi ſtirps inutilis.] Iſtud cōmuniter omnes
exponunt de Nabuchodonoſor. referunt nanq; Iudæi, ꝙ Euilmerodach filius eius, ſeptem annis, q-
bus pater eius in amentia fuit, loco patris regnauit, & interìm plurima mala commiſit: propter quod
pater eius de amentia rediens, & reſtitutus in regno, filium incarcerauit cum Ioachim rege Iuda vſ-
que ad mortem ipſius Nabuchodonoſor: quo mortuo, cùm principes nollent Euilmerodach in re-
gem ſuſcipere, formidantes nè pater eius ſic rediret de morte, quomodò redijt de amentia: volens
ergò Euilmerodach eos certificare de hoc, cadauer patris ſui ꝑcepit de ſepulcro educi, & vnco ac fu
nibus trahi, ac (vt alij dicunt) particulatìm diuidi, ac auibus tradi. Et idcircò nunc diciē de ſepulcro
eiectus, quaſi ſtirps ſeu vitis inutilis. [Sicut ſanie pollutus & inuolutus] Sicut, hoc loco denotat nō
ſolùm ſimilitudinem, ſed veritatem. Cadauera nanq; extracta, ſanie polluuntur &c. ſic erat de cor-
pore Nabuchodonoſor. Vel ſic: ſicut ſanie pollutus, i. quemadmodùm velut inutilis reputatur atq;
eijcitur. Vndè Iob ſanie obuoluto, locuta eſt vxor eius: Benedic Deo, & morere. ſic tu tanq̄ inuti- Iob 2.
lis de ſepulcro eiectus es. [cum his qui interfecti ſunt gladio.] quia in bellis occiſi ſeu decollati, ma-
nent ſæpè inſepulti. [qui deſcenderunt ad fundamenta laci.] i. ad ima inferni, ità & tu inſepultus
manſiſti. [quaſi cadauer putridū nō habebis cōſortium, neq; cum eis in ſepultura.] i. extra ſepulcrū
corpus tuum manebit, ſicut occiſorum in gladio. [Tu em̄ terrā tuam diſperdidiſti.] & quid ſit hoc,
conſequenter exponiē. [tu populum tuū occidiſti] ex crudelitate & ex facili cauſa. Vndè in Daniele Dani. 2.
ſcriptum eſt, ꝙ Nabuchodonoſor fecit occidi oēs ſapientes Babylonis ꝓpter irrationabilē cauſam,
videlicet ꝙ non poterant ei indicare quid ſomniauit. Vel, populum tuum occidiſti, i. quos benè re-
gendo ſaluare debebas, malè regendo dānâſti: vel ſic, tu terram tuam diſperdidiſti, i. tuis ſceleribus
meruiſti, vt regnum tuum à Medis ac Perſis deſtrueretur, & populus tuus ab eis occidereē.] non vo-
cabiē in æternum ſemen peſſimorū.] i. regnū ac populus Babylonis oīnìnò peribit, nec amplùs in-
ter regna nomē habebit. [Præparate filios eius] i. filios Nabuchodonoſor ſeu populi ſui [occiſioni,]
vt à Medis interficianē. [in iniquitate patrum ſuorū.] i. ꝓpter peccata parentum ſuorum, q̃ etiā ab eis
cōmiſſa ſunt. Deus em̄, quēadmodùm Moſes & Ieremias teſtanē, viſitat iniquitatem patrum in filios Exod. 20.

vſq; in tertiã & quartã generationẽ.Balthaſar aũt rex Babylonis,cùm tota ſua ꝓgenie à Medis occiſus eſt ꝓpter iniquitates aui ſui Nabuchodonoſor,patriſq; ſui Euilmerodach, immò & ꝓpter ꝓpria ſcelera,vt patet Dani.5.[Nõ cõſurgent,neq; hæreditabunt terrã, neq; implebunt faciẽ orbis ciuitatum.] i.nullus de ſemine regum & populorum Babylonis cõſurget pro patribus ſuis, vt regnet aut habitet in Babylone, & vrbes Chaldææ impleat ſemine. In Balthaſare eñ terminatum eſt Babylonis regnum,ꝑcipuè quãtùm ad poſteritatẽ Nabuchodonoſor.[& conſurgã ſup eos,dicit Dñs exercituum.] i.peccata eorũ vlciſcar.[& perdã Babylonis nomẽ]i.memoriã,quãtùm ad bonum ſeu laudẽ,
Prou.10, queãdmodùm Salomon ait:Memoria iuſti cũ laudibus,nomẽ aũt impiorũ putreſcet. Vndè & Deus diciẽ ignorare & obliuiſci q̃ nõ approbat.[& reliqas,& germẽ,& ꝓgeniẽ,dicit Dñs.] Per nõĩa iſta idẽ ſignificantia,inſinuaẽ,ꝙ nihil in Babylone viuũ relinquet:oĩa nẽpe à Medis vaſtata ſunt.[& ponã eã in poſſeſſionẽ hericij,& in paludes aquarũ.] i. hoĩbus inhabitabilẽ faciã,intãtùm vt hericij in ea morenẽ.Eſt aũt hericius animal ſpinoſum in deſertis habitãs, quod ſi quis tãgere velit, priùs viſurus eſt
Pſal.103. ꝓprium cruorẽ,q̃ illius corpuſculũ. Vndè in Pſal. Petra refugiũ herinacijs. [& ſcopabo eã in ſcopa terẽs,] i.ab immunditijs peccatorũ eã mundabo,cõterẽdo & auferẽdo peccata ipſius. [dicit Dñs exercituũ.] Secundùm hiſtoriographos & Chronicas,Babylon ciuitas erat ità excellens,vt eã vel humano opere fieri,vel humana arte potuiſſe deſtrui, penè incredibile ſit.Erat eñ in amplitudine latiſſimi atq; planiſſimi cãpi ſita,vndiq; cõſpicua,eratq; in quadro diſpoſita,& natura loci lætiſſima.latitudo murorũ, 50. cubitorũ: altitudo verò, ducentorũ erat cubitorũ. A frõte murorũ centũ æreas habuit portas. murus quoq; ex cocto latere & interfuſo erat bitumine: quodlibet aũt latus ciuitatis huius,16.milliaria, i. octo leucas in longitudine habuit: capitoliũ quoq; ipſius erat turris illa Babel, poſt diluuiũ ędificata,in altitudine quatuor millia paſſuum habẽs.In hac vrbe erãt tẽpla marmorea, ſtatuæ aureę,plateæ verò lapidib⁹ fulgẽtes.Nunc verò infra mœnia vaſtiſſima ſolitudo eſt,& beſtiarũ tumul⁹,& ſicut Hieronym⁹ ꝑcepiſſe ſe aſſerit,ſunt ibi venatiões regales:vndè & muri coctiles viciſsìm inſtauranẽ ꝓpter beſtias includendas,vt faciliùs capianẽ. [Iurauit Dñs exercituũ]haud dubiũ
Gene. 22. qn ꝑ ſeipſum,queãdmodũ in Gen.teſtaẽ:Per memetipſum iuraui,dicit Dñs.Iurauit ergò,i.firmiter aſſeruit,& ꝑ ꝓpriã veritatẽ teſtatus eſt,[dicẽs:Si nõ vt putaui,ità erit,&] ꝑ i.[quomodò mẽte tractaui, ità eueniet.] i.immò ſic fiet ſicut decreui,qm̃ meæ diſpoſitioni nullus poteſt reſiſtere. [vt cõterã] i.
4.Reg.9. occídã [Aſſyriũ] i.exercitũ Sennacherib regis Aſſyriorum. [in terra mea] videlicet in Iudæa, [& in mõtibus meis] i.terra hac mea,q̃ eſt mõtoſa. [concùlcẽ eũ:] occidendo ꝑ angelũ 185.millia hoĩm in caſtris Aſſyriorum,& regẽ eorũ fugãdo. [& auferet ab eis] ſ. ab Ezechia & populo ſuo [iugũ eius] i.
*,humero tribulatio regis Aſſyriorũ,qua eos grauauit.[& onus illius] quo eos oppreſſit, [ab * humeris eorum tolleẽ.Hoc cõſilium quod cogitaui ſup oẽm terrã,& hęc eſt manus extenta ſup vniuerſas gentes.] i. iſta Aſſyriorum deiectio, & Iudęorum liberatio,eſt effectus & ſignum diuini decreti ſup oẽm terrã Aſſyriorum deſtruendã,ſeu Iudęorum ſaluandã.Eſt eñ iſta punitio manus,i.vindicta diuinæ poteſtatis,extenta ſup oẽs gentes Aſſyriorum.Frequẽter ſacra ſcriptura humanæ infirmitati cõdeſcendit,loquendo de Deo more humano,ſicut & nunc:ꝓpriè eñ nec putare, nec cogitare, neq; cõſiliũ Deo conueniunt.Putare eñ,incertitudinem quandã,vel ſaltẽ minùs perfectã certitudinẽ implicat. Cõſilium verò eſt actus inquiſitiuus,qui dubitationẽ ꝑſupponit.Cogitare aũt,eſt operatio potentię organicæ.Sæpè quoq; in ſcripturis effectus diuinæ potentiæ ſeu ſapientiæ, noĩatur manus ſeu conſilium Dei.[Dñs eñ exercituum decreuit] iſta ſic fieri.[& quis poterit infirmare?] i.impedire aut ꝓhibere.[& manus eius extenta:] i.poteſtas eius eſt ad vlciſcendum parata, ꝓut iuſtitia exigit.[& quis
Iere. 49. auertet eã?] tanq̃ dicat:Nullus,niſi fortè Deus precibus mitigeẽ.Vndè ſcriptum eſt,Quis ſimilis meî,
Iob 6. & quis ſuſtinebit me,ait Dñs? & quis eſt iſte paſtor,qui reſiſtat vultui meo?Et Iob:Deus,cuius iræ nemo reſiſtere poteſt,ſub quo curuanẽ qui portãt orbẽ.Sed cùm Iſaias Aſſyriorũ deiectionẽ antè deſcripſerit,cur eã hoc loco reſumit?Et reſpõdendum,ꝙ ideò,quatenùs populum ſuum etiã deproximò cõſolareẽ,quẽ de aduerſariorum deſtructione diù poſtmodùm futura,fuerat cõſolatus:aliter po
Ezech. 12. terãt ei dixiſſe,quod ad Ezechielẽ dixerunt cum deriſione: Quia in annos plurimos & in dies lõgos iſte ꝓphetat.[In anno quo mortuus eſt rex Achaz,factum eſt onus iſtud.] Sicut in libri huius exordio dictum eſt,Iſaias ſub quatuor regibus ꝓphetauit: q̃ ergò vſq; ad hunc locũ inducta ſunt,ſub aliquo trium regũ,videlicet Ozia,Ioathan,Achaz,diuinitùs ſunt reuelata ac ꝓphetata:q̃ aũt ſequuntur vſq; ad finẽ libri,ſub Ezechia dicunẽ.Hoc itaq; loco deſcribiẽ Philiſtinorũ punitio.In anno quo mortuus eſt rex Achaz,videlicet primo anno regni Ezechiæ,factũ eſt onus iſtud,i. reuelata eſt mihi ſequẽs punitio.[Nè læteris Philiſtæa oĩs tu,] i.Noli lætari popule Palęſtinæ,nec aliqua ciuitas læteẽ in te.[qm̃ cõminuta eſt virga ꝑcuſſoris tui.] i.de hoc,ꝙ poteſtas regis Achaz,qui callidus erat, teq; interdùm ꝑcuſſit & vicit,iam per mortem ipſius occubuit.Poteſt quoq; per virgã percuſſoris, intelligi poteſtas totius regni ſeu populi Iudæorum, quæ tempore Achaz vehementer diminuta eſt propter ipſius peccata: nam & Phacee rex Iſrael, occídit vna vice tempore Achaz, 120. millia virorum

Iuda.

Iuda.Cur aũt Philiſtæa lætari nõ debeat,ſubdiẽ:[de radice eñ colubri] i.de ſemine Achaz [egredietur] ad pugnã cõtra te [regulus] i.Ezechias.[& ſemen eius] i. filius colubri huius,ſ.Ezechias,erit [abſorbens volucrẽ] i.occídens ac deuorãs regẽ Philiſtinorũ, more auis leuẽ, atq; in mõtem ſupbiæ ſe erigentẽ.Diciẽ aũt Ezechias regulus ſeu baſiliſcus,i.rex ſerpentum,nõ quia in ſeipſo crudelis doloſuſq; fuit,ſed qa Philiſtęos pugnãdo cõſumpſit plùs,q̃ patres ſui,immò ꝑ oĩbus regibus Iuda, quẽadmodùm baſiliſcus ꝑ cæteris ſerpentibus maximè nocet.Et ſimili ratione Samſon,quem inter ſan Hebr. 11.
ctos ponit Apoſtolus, nominaẽ ceraſtes & coluber in via: Fiat Dan coluber in via, & ceraſtes in ſe- Gene. 49.
mita.Hoc quippe cõmuniter de Sãſone exponiẽ, qui erat de tribu Dan.Quidã tamen exponunt hoc de Antichr̃o,qui naſceẽ de tribu Dan,vt ferẽ.De perſecutione inſupèr Philiſtinorum ab Ezechia,legiẽ 4.Reg.Ipſe percuſſit Philiſtijm vſq; ad Gazam,& vſq; ad terminos eius,à turre cuſtodum vſq; ad 4.Reg.18.
vrbes munitas.[Et paſceñ primogenita pauperum,] i.Philiſtæis vaſtatis,populus Ezechiæ natus ex his,qui erant tempore Achaz pauperes, victũ ſufficientem habebit. [& pauperes fiducialiter requieſcent.] i. Iudæi antè ſpoliati & depauperati, habitabunt ſecurè in terra ſua, ſeu priſtinis vrbibus, quas ad tempus poſſederunt Palæſtini.[& interire faciã in fame radicem tuã,] i.ego Dñs tẽpore obſidionis tuæ ô Philiſtæa,permittã te fame perire.[& reliquias tuas interficiã:] i.eos qui fame nõ pereunt,faciã alio mortis genere occídi. [Vlula porta, clama ciuitas,] i. habitantes in portis ac vrbibus Palæſtinorum,flete & vehementer plorate.[proſtrata eſt Philiſtæa oĩs.] i. tota gens Palæſtinorum deiecta eſt cum vrbibus ſuis,qa tam multi eorum occiſi ſunt nõ ſolùm ab Ezechia, ſed etiã à Sennacherib rege Aſſyriorum,ꝙ penè oẽs videbanẽ occiſi.[Ab aquilone eñ fumus veniet,] i.rex Aſſyriorum cum populo ſuo,& poſtmodùm rex Babylonis cũ ſuo exercitu ingredienẽ Philiſtijm, & vrbes eorum incendent.Nã tempore Ezechiæ ingreſſus eſt Sennacherib Philiſtæam. Alij verò exponunt de Ezechia & exercitu eius,qm̃ vrbes,quas ipſe in terra Philiſtinorum incendit, erãt verſùs plagã auſtralem reſpectu Hieruſalem,vndẽ venit Ezechias.[& nõ eſt qui effugiat agmen eius.] i. de populo Philiſtinorũ,à rege Aſſyriorum ſeu Ezechia obſeſſo,nemo euadere poterit exercitũ regis obſidentis,ſed oẽs capienẽ,ſubijcienẽ,ſeu occidenẽ. [& qd reſpondebiẽ nuncijs gentis?] i.nuncijs Aſſyriorum,quos miſit Sennacherib in Hieruſalem ad cõminandum Ezechiæ,vel cęteris nuncijs,qui mirabanẽ & inquirebãt,cur ſola Hieruſalem euadere poſſet,aut liberari ſperaret de manu Sennacherib,cui nemo aliorũ reſiſtere potuit.Deindè poniẽ Iudęorũ reſponſio:[Quia Dñs fundauit Sion,] i. ideò,qa Deus elegit & ædificauit Hieruſalem,& templũ in ea,vt eſſet locus diuini cultûs.[& in ipſo] Dño [ſperabũt pauperes populi ſui.] i.humiles,& tẽporalia paruipendentes,ſeu nõ habentes.Aliqui verò exponũt de nuncijs Ezechiæ,quos miſit ad filios Iſrael,vt reuerterenẽ ad Dñm Deũ patrũ ſuorũ: ſed hoc non videẽ cõmuniter dici,qm̃ ſcriptũ eſt 2.Paral. ꝙ filij Iſrael ſubſannabãt & deridebãt 2.Par. 36.
nuncios Ezechiæ: non igiẽ reſponderunt his nuncijs,ꝙ Dñs elegit Sion, & ꝙ in ipſo ſperandum eſſet: immò in ſua idololatria permanſerunt, donec finaliter capti ſunt, paucis tamen exceptis: nam quidam eorum acquieuerunt nuncijs Ezechiæ: ſed hi comparatione aliorum,quaſi nulli fuerunt.

¶ *Explanatio tropologica huius capituli.* *Articulus* 32.

PRopè eſt vt veniat tẽpus eius,& dies eius nõ elongabunẽ.De primo atq; ſecundo Chr̃i aduentu iſtud intelligi poteſt,de quo ſcriptũ eſt in Abacuc:Si morã fecerit, expecta eũ, qa veniens veni- Abac.2.
et,& nõ tardabit.Malach.quoq; 3.Statim veniet ad templũ ſuum dñator, quem vos quæritis. Poteſt quoq; intelligi de ſpirituali Chr̃i aduentu,quo venit quotidiè in aĩam eum fideliter inuocantẽ,quẽadmodùm apud Ioan.legiẽ:Ad eum veniemus,& manſionẽ apud eũ faciemus.Miſerebiẽ Dñs Iacob, Ioan. 14.
i.ſupplantatoribus vitiorũ,& piè actiuis,vt 2.Paral.diciẽ:Clemens Dñs nõ auertet faciem ſuã à vobis, 2.Par. 3.
ſi reuerſi fueritis ad eũ.& eliget adhuc de Iſrael,i.quoſdã hoĩm contemplatiuorũ ſingulariter ſublimabit per gr̃am,ità vt ipſi idonei fiant,& alios informare: & quieſcere eos faciet ſup humum ſuam, i.in militanti Eccleſia per mentis ordinationẽ,pacem,ſeu gr̃am:poſtmodùm verò in Eccleſia triumphanti per gloriã,hoc eſt,in paradiſo cæleſti,q̃ eſt terra,de qua apud Matth.ait Saluator:Beati mites, Matth.5.
qm̃ ipſi poſſidebunt terrã.Adiungeẽ aduena,i.peccator ſeu infidelis ad eos,ꝑ fidem formatã ac pœnitentiã.& adhærębit domui Iacob,i.Eccleſiæ Chr̃i.Vndè ad Ephe.dicit Apoſtolus:Vos,qui aliquã- Ephe.2.
dò eratis longè,nunc facti eſtis ꝓpè in ſanguine ipſius.& tenebunt eos populi,i. opera electorũ cõſeruabunt & imitari ſtudebunt.& adducet eos in locum ſuum,i. ſimul cum ipſis ad cæleſtem patriã pergent.Et poſſidebit eos domus Iſrael,i.Eccleſia Chr̃i,maximè quo ad ꝑlatos, poſſidebit vulgus & aduenam in ſeruos & ancillas,ità ꝙ ꝑlatis Eccleſiæ promptè obedient,quemadmodùm Paulus hortatur:Obedite præpoſitis veſtris,& ſubiacete illis.Et erunt capientes qui ſe ceperant,quoniam prę- Hebr. 13.
dicatores & iuſti eos conuertent, à quibus antè perſecutiones perpeſſi ſunt: tunc capient eos qui ſe ceperunt,& ſubijcient exactores ſuos: quemadmodùm aliqui martyres conuertiſſe leguntur tyrannos & perſecutores ſuos, à quibus & vincti erant. Et erit in die illa, cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, id eſt, ab operibus pœnitentiæ. & à concuſſione tua, id eſt, à tentationibus, & à

ſerui-

ſeruitute dura,qua antè ſeruîſti,portās pōdus diei & æſtus,& ꝓpter verba labiorū Dei cuſtodiēs vi-
as duras.Aſſumes parabolā iſtā cōtra regē Babylonis,i.principē huius mundi,dicēs: Quomodò ceſ-
ſauit exactor,i.impugnatio dæmonis,exigētis pœnā à nobis ꝓ culpa,ad quā nos induxit.quieuit tri-
butū,i.quotidiana venialiū peccatorū trāſgreſſio,quā homo vitare nō poteſt,quo ad ſingula,dęmo-
niq́; exhibet,pſoluit ꝓpter originalis peccati infectionē.Cōtriuit Dn̄s baculū impiorum,i.dęmonē
tortorē malorum,cędentē populos multiplici impugnatione.in indignatione,qua ex ſua ſupbia in-
dignat̃ hoīes eleuari ad cælos,de qbus ipſe eiectus eſt.plaga inſanabili,i.obſtinatione,ſeu peccato in
ſpiritum ſanctū,vel tētatione ingēti,ſubijcientē in furore gētes.Dęmon em̄,ſecundùm Dionyſium,
habet phantaſiā ꝓteruā,furorē amentē:Vndè gentes,quas ad peccatū ꝑducit,ſuo dn̄o ſubdit: qa vt
2.Pet. 2. Petrus ait,A quo quis ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt. Perſequentem crudeliter, vt aīam ptrahat ad
mortē æternā. Iſtā parabolā aſſumēt electi, finito pſenti exilio, quādò ad patriā intromiſſi,iucundè
1.Cor. 15. cantabunt illud Apoſtoli:Vbì eſt mors victoria tua?vbì eſt mors ſtimulus tuus? Illud quoq; ꝓphe-
Pſal. 123. ticū: Aīa noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū: Laqueus cōtritus eſt,& nos liberati ſum⁹.
Tunc quoq; implebit̃ quod nunc ſubdit̃:Cōquieuit & ſiluit oīs terra,i. tota electorum Eccleſia & ga
Pſal. 83. uiſa eſt mente, & exultauit corpore,quēadmodùm ſcriptū eſt:Cor meum & caro mea exultauerunt
Apoc. 7. in Deum viuum.Tunc em̄,ſicut in Apoc.legit̃,abſterget Deus oēm lachrymā ab oculis eorū. Vndè
& 1.Pet.1.inducit̃:Chr̄m videntes,exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportātes finē fidei
veſtræ,ſalutē aīarum veſtrarum.Abietes quoq;, i.viri ſancti & magni. lætatæ ſunt ſup te,i.de tua de-
iectione,ô diabole. cedri Libani,i.hoīes bonæ famæ,exēplariſq́; vitæ, qui cū Apoſtolo dicere que-
2.Cor. 2. unt:Chr̄i bonus odor ſumus in om̄i loco.Ex quo dormîſti, i.in infernum finaliter corruiſti,dormi-
ēns ſomnū mortis æternæ.nō aſcēdit qui ſuccidat nos,i.nullus acceſſit,vt nos à Deo & regione vi-
uorum auerteret.Eſt itaq; q̄dam dormitio mala,videlicet peccati atq; dānationis. Vndè ait Apoſto-
1.Cor. 11. lus:Ideò ſunt inter vos multi imbecilles,& dormiunt multi.Itēq;:Surge q dormis. &,Hora eſt nos iā
Ephe. 5. de ſomno ſurgere.Quę aūt ſequunt̃,videlicet,Infernus ſubter *te cōturbatus eſt:vſq; ad illud,Quo-
Rom. 13. modò cecidiſti de cælo Lucifer: exponi poſſunt de dæmone victo, in infernū detruſo, vel de quo-
cunq; peſſimo peccatore,pſertim potente ſeu diuite, ſicut in pcedenti articulo expoſita ſunt. Hoc
quoq; penſandū,ꝙ Iſaias loquēs de dānatione diaboli mēbrorumq́; eius,nullā efficit mentionē de
pauperibus,ſed de regib⁹ ac principib⁹. ex quo cōſtat, abundantiā diuitū eſſe in inferis. Quomodò
cecidiſti de cælo Lucifer qui manè oriebaris? Hoc de quolibet hoīe, q poſt ſingularē grām & vitæ
pfectionē peccando cadit in mortē ac reprobā vitā,intelligi poteſt,ſicut de Iuda,q de apoſtolo ꝓdi-
tor fact⁹ eſt:& Nicolao,vno de ſeptē primis diaconis.Porrò q̄ in iſto cap.cōtra regē Babylonis dicū-
tur,ꝓ maiori parte intelligi poſſunt de cæteris regib⁹,ſibi in poteſtate & prauitate ſimilib⁹.Terrā au
tē ſuā,& populū ſibi cōmiſſum,oīs iniuſtus princeps ſiue platus,pdit atq; interficit,quātùm in ſe eſt,
vel corporaliter,vel ſpiritualiter,& ſæpè modo vtroq;.Et pdam Babylonis,i.mundi, vel potiùs ama-
torum huius ſeculi,nomē & reliquias & germen: oēs em̄ huiuſmodi cum ſuis imitatorib⁹ atq; ope-
ribus dānabunt̃.Et ponā eā in poſſeſſionē hericij,& in paludes aquarū. Per hericium deſignant̃ im-
patientes,habentes languorē,qui dicit̃,Noli me tāgere: quos qui increpādo tetigerit, grauiorē iniu-
riā recipit.Per paludes verò aquarum,ſignant̃ ſordes & corpora luxurioſorum. Iſti igit̃ poſſidēt Ba-
Iob 9. bylonē,i.pſens ſeculum nequā,& eius diuitias. Terra nāq; (vt ait Iob) in manus impij data eſt. De-
niq; per cōculcationē Aſſyrij,quē Dn̄s phibet ſe cōculcaturum in terra ſua & in mōtibus ſuis, ſigni-
ficat̃ humiliatio ſuperborum in regno Dei,quorum onus,quo aggrauāt humiles, Deus ab humilib⁹
Pſal. 33. auferet,quēadmodùm ſcriptum eſt:Iuxtà eſt Dn̄s his qui tribulato ſunt corde,& humiles ſpiritu ſal-
uabit.Nè læteris Philiſtæa om̄is tu, i. populus vitijs ebrius, potioneq́; cadēs: qm̄ cōminuta eſt virga
pcuſſoris tui,i.de hoc ꝙ à tēporali flagello ſeu pſecutione ereptus ac tutus es,habens videlicet ea, q̄
ad pacē tibi.De radice em̄ colubri egredieт̃ regulus,i.de cogitatione maligna ꝓcedet opus puerſum.
& ſemen eius,i.fructus operis mali,abſorbens volucrē,i.dānans elatum in montē ſupbiæ aſcendē-
tem.& paſcent̃ primogenita pauperum,i.principaliter pauperes ꝓpter Deū,quales pcipuè ſunt clau-
Pſal. 22. ſtrales,qui paſcunt̃ pane vitæ & intellectûs, & dicere poſſunt cum ſancto: Dn̄s regit me, & nihil mi-
Pſal. 4. hi deerit. & pauperes fidutialiter requieſcent in Deo per fidē, charitatē & pacē, dicentes: In pace in
idipſum dormiā & requieſcā.om̄ia em̄ in Deo habent ac poſſident,immò Deus eſt eis om̄ia in om̄i-
bus. Et qm̄ nullus valet eis Deum auferre, ideò pturbari nequeunt, ſemperq́; in Deum quieſcunt.
1.Theſ. 4. Ad hanc perfectionē hortat̃ nos Paulus: Operam detis vt quieti ſitis. Vndè Chriſtus loquens diſci-
Marc. 3. pulis:Venite,inquit,ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillùm. Et interire faciam in fame
radicem tuam,id eſt,funditùs atq; radicitùs te ſpirituali morte occidam in carentia ſpiritualis refe-
ctionis,videlicet quoniam verbum Domini non audiuiſti, ô impie. & reliquias tuas, id eſt, imitato-
res tui peccati,& opera tua iniuſta damnabo. Vlula porta,clama ciuitas,i. inhabitātes in portis ac vr-
bibus ſeu conuentibus impiorum prælatorum ac principum: quoniam nihil ità nociuum, vt ma-
lus

lus platus ac impius princeps:ſed neq; aliqd ità ꝓficuum, vt pſidens bonus & vtilis paſtor. Ab aqui-
lone,i.à principe tenebrarum,ſeu peccatore à diuinæ charitatis calore remoto. fumus,i. tentationū
& perſecutionum moleſtia veniet,& nō eſt qui effugiat agmen eius,i. tentationum tumultum. Nam 2.Tim. 3.
oēs qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patient̃, quemadmodùm Tobiæ 12. Raphael
proteſtat̃: Quia acceptus eras Deo,neceſſè fuit vt tentatio ꝓbaret te.Et quid reſpondebit̃?Quia Dn̄s
fundauit,i.in gratia & fortitudine ſtabiliuit.Sion,i.Eccleſiam. Ideò electi finaliter ſuperari non poſ-
ſunt,qm̄ Deus fundauit eos in Eccleſiaſtica vnitate.Poſtremò,quæ in iſto cap. dicta ſunt de oppreſ-
ſione & occiſione Philiſtinorum, pro maiori parte ſcripta & prophetata inueniuntur Iere.47. vbì
per aquas aſcendentes ab aquilone,intelligitur Nabuchodonoſor cum exercitu ſuo. Et Ezech.25.
vbì Dominus ait: Pro eo quòd fecerunt Philiſtijm vindictam, & vlti ſunt ſe, toto animo implentes
inimicitias veteres, proptereà hæc dicit Dominus: Eccè ego extendam manum meam ſuper Phili-
ſtijm,& interficiam interfectores,& faciam vltionem magnam in eis,& ſcient quia ego Dominus.

¶ *Declaratio literalis capituli* 15,*ſcilicet,Onus Moab.* *Articulus* 33.

ONus Moab,] i.ꝓphetia pcedens vaſtitatē ac miſeriā Moabitarū.Aduertēdum inprimìs, ꝙ con
ſuetudo eſt ſanctis ꝓphetis,vt primò pnuncient ꝓprij populi,ſ.Iudęorum, vaſtitatē & pſecu-
tionē; deindè eorum,qui eos ſiniſtra intentione oppreſſerunt, videlicet Aſſyriorum & Chaldęorū:
deindè eorum,qui de captiuitate & interfectione Iudęorū gauiſi ſunt,fauētes hoſtib⁹ Iudęorum. Hi
aūt pcipuè erāt,Philiſtęi,Moabitę,Ammonitę,& Idumęi.Vndè de eorū onere ſiue miſeria,Iſaias,Ie-
remias,& Ezechiel pleniùs vaticinant̃. Porrò per Moab, qui erat filius Loth ex ꝓpria filia, intelligit̃
populus ſeu ꝓuincia Moabitarum, eſtq́; ꝓuincia iſta in terra Arabiæ. Quēadmodùm autē Abraam
multa impendit beneficia nepoti ſuo Loth, vt patet in Geneſi, ſic Moabitę meritò fuiſſent fauora- Genē. 12.
biles atq; benefici populo Iudęorum ex Abraā nato: ſed ipſi econtrariò penè ſemp aduerſabant̃ Iu-
dęis,& de eorum calamitate gaudebāt.Et quia lætati ſunt quādò Aſſyrij afflixerūt filios Iſrael, poſt-
modùm quoq; quādò Chaldęi ceperunt populum Iudę:idcircò Iſaias nunc pdicit vaſtitatē Moabi-
tarum,quā paſſi ſunt,primò à Sennacherib rege Aſſyriorum,ſecundò à Nabuchodonoſor rege Ba-
bylonis.Quod autē ſit onus Moab,ſubiungit̃:[Quia nocte] i.tēpore noctis,ſeu magnę tribulationis.
[vaſtata] i.obſeſſa & capta eſt [Ar,] i. ciuitas regia atq; metropolis in terra Moab.Ideò [Moab cōti-
cuit,] i.populus huius vrbis aliarumq́; vrbium ſiluit,clamare nō audēs,ſed latēre & ſugere cupiēs,qa
nocte vaſtatus eſt murus pdictę ciuitatis ab Aſſyrijs.[Moab cōticuit,] i.tacendo ſe victum oſtendit:
impij em̄ in tenebris cōticeſcunt.[Aſcendit domus] i.in palatio regis habitātes.[& Dibon] i. ciues
illius ciuitatis.[ad excelſa] i.ad phana ſeu loca ſublimia,in qbus idola ſua colebāt.[in planctum] i.vt
corā idolis miſeriā ſuā deflerēt. [Sup Nabo & ſup Medaba] i. ꝓpter deuaſtationē harum ciuitatum.
[Moab] i.populus Moabitarum.[vlulabit] vehementer eiulādo, quēadmodùm Mich.2.aſſerit̃: Fa-
ciā planctū quaſi draconum,& luctū velut ſtruthionū.[In cunctis capitibus eius caluitiū, & oīs bar-
ba radet̃.] Apud antiquos barbę capitiſq́; raſura,ſignum erat triſtitiæ.Per hæc ergò deſignat̃ magna
Moabitarum mœſtitia.Vndè apud Ieremiā de Moab inducit̃:Sup om̄e caput caluitium,& om̄is bar Iere. 48.
ba radet̃,in cunctis manib⁹ colligatio,& ſup om̄e dorſum cilicium.[in triuijs eius accincti.] i. in iti-
nere terræ Moab induti [ſunt ſacco.] i.veſte doloris. Vndè Mardochęus & Niniuitę ſacco ſe indu- Heſter 4.
erunt,in ſignum mœroris.[Sup tecta eius & in plateis eius oīs vlulatus.] i.om̄e genus plangendi erit Ionæ 3.
Moabitis,tā in tectis domorū,q̄ aſcendunt,vt ſuos hoſtes cōſpiciant,q̄ in plateis,ꝑ quas fugient ho-
ſtibus viſis.[deſcēdet] à priſtino gaudio [in fletū.Clamabit] p cordis anguſtia [* Heſebon & Elea-
le,] i.habitatores ciuitatum iſtarum.[vſq; Iaſa] vrbē ſitā in extremis finibus Moabitarum, audita eſt
vox] i.plāctus & clamor eorum.Per hoc ergò monſtrat̃,ꝙ vſq; ad terminos Moab, auditus eſt fletus Iere. 48.
eorum. Vndè & Ieremias ait de clamore *Eſebon: Vſq; Eleale & Iaſa dederunt vocē.[Sup hoc] i.de
tanta afflictione [expediti Moab] i.robuſti atq; veloces.[vlulabunt] qa peribit fuga à veloce,& for-
tis nō ſaluabit aīam ſuā,vt habet̃ in Amos.Proptereà ſubdit̃:[aīa eius vlulabit ſibi.] i. vnuſquiſq; ꝓ- Amos 2.
priā deplorabit miſeriā.Cōſequenter Iſaias cōdolendo Moabitis,eô ꝙ de Ruth Moabitide naſcitu
tus fuerat Chr̄s,ſubiungit:[Cor meum ad Moab clamabit,] deplangendo eorum futurā preſſuram.
Ideò ꝓnunciat Ieremias.[Vectes eius vſq; ad Segor vitulam * conſternantē,] i.fortitudo atq; muni- * conter-
tio Moab deſtructa eſt vſq; ad vrbē Segor,quę eſt in finibus Moab,diuidens inter Moab & Palæſti- nantem
nam.Dicitur aūt Segor vitula conternans,eô ꝙ per petulantiā carnis Sodomiticum vitium ſit ſecu-
ta.Erat enim vna vrbium,quas Deus pro tanto peccato ſubuertit.[Per aſcenſum enim Luith] i. per
viam ciuitatis ſic dictæ vergentis ad Aſſyrios.[flens aſcendet] Moab in captiuitatem,quia per hanc
viam duxerunt eos Aſſyrij in captiuitatem. [& in via Oronaim] i. eundo per iter huius loci. [cla-
morem contritionis] i. planctum de ſua deiectione [leuabunt. Aquæ enim Nemrim] i. ciuitatis ſic
dictæ, quæ erat ſita ſupra mare mortuum. [deſertæ erunt,] i. ab habitatoribus ſuis derelinquentur.
[quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interijt,] id eſt, in tota terra Moab prædictam ca-
pti-

ptiuitatē ſecuta eſt ſterilitas,ſicut in terris vaſtatis ſolet accidere.Quidā per herbā,germen & virorē,
intelligūt filios Moab,elegātes,fortes,atq; florentes.[Secundùm magnitudinē operis] i. ſecundùm
magnū exceſſum,quo peccauerūt.[& viſitatio] i.punitio [eorū.] ſicut em̄ grauiſſimè peccauerunt,
Rom. 2. ità grauiſſimè ſunt puniti:qm̄ Dn̄s reddit vnicuiq; iuxta opera ſua.Viſitatio hoc loco nō ꝓ remedio,
Soph. 1. ſed ꝓ pœna accipit̄,ſicut & in Sophonia, quo Dn̄s loquit̄: Viſitabo ſup oēm qui arrogāter ingredit̄.
Cōſequenter p̄dicitur vaſtitas Moab,facta à Chaldæis:[Ad torrentē ſalicū,] i.ad terrā & flumina Ba
bylonis,vbì ſalices q̄ ſunt ſterilia ligna,abundant.[ducēt eos] putà Moabitas Chaldęi [in captiuita-
Pſal. 136. tē] tēpore Nabuchodonoſor.De hoc torrēte ſalicū Dauid in Pſal.Sup flumina,inq̄t,Babylonis &c.
Et poſt pauca:In ſalicibus in medio eius.[qm̄ circuibit clamor terminū Moab.] i.tempore vaſtitatis
eorum à Chaldæis,terra eorum vndiq; in gyro impleta eſt lugubri voce.[vſq; ad Gallim,] i. locum
ſic dictum [vlulatus eius] i.clamor Moab ꝑuenit.[& vſq; ad puteum Elim clamor eius] diffuſus eſt.
[quia aquæ Dibon] fluminis ſic vocati, [repletæ ſunt ſanguine] Moabitarum à Babylonijs occiſo-
rum.Deindè Iſaias in perſona Dn̄i ait:[Ponā em̄ ſuper Dibon] i.oppidum hoc.[additamenta] i.tri-
bulationē ſuper tribulationē.Quid aūt ſignificet̄ per Dibon,adiecit:[his qui fugerint de Moab,] qui
manus Chaldęorū euadere niſi ſunt. & quod ſit iſtud additamentum,ſubdit̄:[leonē,& reliquijs ter-
ræ.] i.fugitiuos,& eos qui in terra remanſerunt, leo & beſtiæ deuorabunt. Vel per leonē intelligitur
Iere. 4. Nabuchodonoſor ferox audaxq́;,de quo Ieremias locutus eſt:Aſſcendit leo de cubili ſuo. Huius le-
onis impugnatio,erat additamentū ꝑſecutionis Moab, q̄ primò erat ab Aſſyrijs vaſtitatē perpeſſus.

¶*Expoſitio moralis huius capituli.* *Articulus* 34.

SEptem regularum ad intellectum ſcripturæ vtilium,vna eſt,ꝙ ſacra ſcriptura ſæpè tranſit de ge
nere ad ſpeciē,atq; de toto ad partē,& econtrariò.Vndè cùm ꝓphetæ alicuius magni iniqui pu-
nitionē deſcribunt,intendunt,ꝙ om̄es qui ſimilia perpetrant mala, ſimili modo peribunt. Sic ergò
& nunc de Moab intelligendum eſt.Interpretatur aūt Moab,ex patre:quod accipi poteſt in bono,&
in malo.Electi em̄,ex Deo patre ſunt,iuxta illud Ioan.1.Qui non ex ſanguinibus,&c.ſed ex Deo na
ti ſunt.Et 1.Ioan.3.Qui natus eſt ex Deo,non peccat.Reprobi verò ex patre diabolo ſunt,ſicut apud
Ioan. 8. Ioannē ait Saluator Iudęis:Vos ex patre diabolo eſtis. Et in 1. ſua Canonic. ait Ioannes: Qui peccat,
1. Ioan. 3. ex diabolo eſt Nunc verò Moab in malo accipitur,ſ.pro iniquis,qui opera diabolica faciunt.Maxi-
mè tamē per Moab figurant̄ ſuperbi,quorum princeps & rex extat diabolus.Ait ergò: Onus Moab,
i.punitio atq; miſeria ſuperborum & impiorum. quia nocte,i.tempore aduerſitatis & vltionis. vaſta-
ta eſt Ar,i.fortitudo aduerſariorum Chriſti & Eccleſię.Ar em̄ interpretatur aduerſarius.vndè per Ar
Rom. 8. deſignatur ſapientia huius mundi,ſeu prudentia carnis,q̄ inimica eſt Deo,ſecundùm Apoſtolū: vel
om̄is ſcientia,ſe extollens contra fidei ſimplicitatem. Hoc modo vaſtatur Ar,dum virtute Chr̄i ex-
pugnantur & deijciuntur hæretici & tyranni,ſeu alij fidelium æmuli.Cùm ergò vaſtata eſt Ar,Mo-
Matth. 15. ab cōticuit,i.impiorū congregatio deuicta eſt, ſecundùm quod Chr̄s loquit̄:Om̄is plantatio, quam
nō plantauit pater meus cæleſtis,eradicabit̄. q̄a nocte vaſtatus eſt murus,i. peccatū, ſeu boni impe-
dimentū,de quo fert̄ in Pſal.17.In Deo meo tranſgrediar murū.Moab cōticuit.dū em̄ peccata impi-
orū vindicant̄,reſpondere non poſſunt. Poteſt quoq; per murū intelligi argumentatio,eloquentia,
omiſq́; p̄paratio hæreticorū & perſecutorū,q̄bus ſe armant contra Eccleſiā.Aſſcendit domus & Di-
bon ad excelſa in planctū,i.familia ac miniſtri iniquorū,qui dn̄orū ſuorū imitant̄ facinora,in ſubli-
mibus locis ſeu pompis lugebunt,& percutient̄,in q̄bus deliciari ſolebāt. Super Nabo & ſuper Me-
daba Moab vlulabit.Nabo interpretatur ſeſſio, per quā deſignat̄ delectatio,quies,ſeu mora in vitijs.
Medaba verò interpretatur,de ſaltu,quo ſignificat̄ p̄ſumptio ſeu gloria vana. Moab ergò,i. populus
impius lugebit,ſaltē poſt hanc vitā in pœnis æternis,ſuper Nabo & Medaba,i.delectationibus ſuis
illicitis & p̄ſumptionibus.Vndè Sapient.5.habetur:Videntes turbabunt̄ timore horribili,præ angu-
ſtiā ſpiritûs dicentes:Errauimus à via veritatis,& iuſtitiæ lumen nō illuxit nobis. q̄d nobis ꝓfuit ſu-
perbia? aut diuitiarum iactantia q̄d contulit nobis? Et ſubditur: Talia dixerunt hi qui ſunt in infer-
no.In cunctis capitibus eius caluitium,hoc eſt,om̄i gloria & ornamento priuabuntur,eruntq́; igno-
Iere. 2. minia pleni,ſicut de quibuſdam Dn̄s loquitur:Dabo eos in vexationem & maledictionem,& in op-
Ezech. 1. probrium. Et per Ezechielem: Nudabo turpitudinem tuam, & eris ignominia plena. In capitibus
quoq;,i.in cordibus ſeu intellectibus hæreticorum & omnium peruerſorum, eſt caluitium, i. veræ
Sap. 1. ſapientiæ carentia.In maleuolam enim animam non introibit ſapientia.Hinc etiam ſcriptum eſt de
peccatore in Pſalmo 48.Qm̄ cùm interierit, non ſumet omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius.
Erit ergò in capite eius caluitium,& omnis barba radetur,i. omnis virilitas impijs auferetur, & erūt
inſtabiles,effœminati,& vitijs ſuccumbentes. in triuijs eius,i.triplici concupiſcentia,qua itur ad in-
1. Ioan. 2. feros,ſ.in concupiſcentia carnis,oculorum,& dæmonis,ſeu ſuperbiæ vitæ. accincti ſunt ſacco,i.cō-
fuſione & triſtitia,quia pro concupiſcentijs ſuis ſempiternā confuſionem triſtitiamq́; recipient,ſic-
ut in Pſalmo 82. ſcriptum eſt: Imple facies eorum ignominia. Erubeſcant & conturbentur in ſe-
cu-

culū ſeculi.Et Ieremias in Threnis:Cecidit corona capitis noſtri, verſus eſt in luctū chorus noſter. Thre. 5.
Iubent̄ aūt hoīes ſaccum,i.veſtē pœnitentiæ ac luctum accipere.Vndè in Ioele:Cubate in ſacco mi- Ioel 1.
niſtri Dei mei.Et Iob ait:Saccum cōſui ſup cutē meā,& operui cinere carnē meā. Deniq; dum iniu- Iob 16.
ſti in ſeculo iſto tā dirè pro ſuis criminibus affligunt̄, vt om̄ia doloris indicia ſibi aſſumāt,tunc in tri
uijs ſuis accincti ſunt ſacco. ſup tecta eius,i.in magnis & mirabilibus ſup ſe,in q̄bus ambulant. & in
plateis eius,i.in vijs latis ac ſpatioſis ad mortē ducentibus. oīs vlulatus,i.planctus vehementiſſimus,
quia de hoc cruciabunt̄,ꝙ in iſtis vijs ꝑfecti atq; tranſgreſſi ſunt.Clamabit Eſebon & Eleale.vſq; Ia
ſa audita eſt vox eorū.Eſebon interpretat̄ cogitatio,Eleale aſſcenſio,Iaſa factū.Eſt igit̄ ſenſus:Cogi-
tatio mala & ꝓceſſio eius in opus,lugebunt: audiet̄ clamor eorū de hoc, ꝙ vſq; in factum ꝓceſſerūt.
Super hoc expediti Moab vlulabunt.Illi videlicet,qui prudētes & fortes ſunt vt faciāt mala,pigri ve-
rò,ignari,& debiles ad bona agenda.Cor meum ad Moab clamabit,cōpatiendo errantibus, miſeris
& afflictis,ſicut Apoſtolus monet:Flere cum flentibus,orare pro impijs.Et iterùm ait: Quis infirma- Rom. 12.
tur,& ego nō infirmor?Peccatoribus ergò potiùs cōpati,q̄ crudeliter affici debemus.Beati em̄ miſe- 2. Cor. 11.
ricordes,qm̄ ipſi miſericordiā conſequent̄. Vectes eius vſq; ad Segor vitulam conſternantem, i. fir- Matth. 5.
mitas ſiue munitio impiorum deſtruet̄ vſq; ad petulantiā carnis. Segor interpretat̄ paruula. Vita aūt
carnalis,vilis & infima eſt.Per aſſcenſum Luith flens aſſcendet. Luith interpretat̄ genæ.Dum autem
peccator lachrymis faciē rigat quia peccauit,tunc per aſſcenſum Luith aſſcēdit ad Deum. Si verò la-
chrymat̄ non ꝓpter odium culpæ, ſed ꝓpter amaritudinem pœnæ, per aſſcenſum Luith deſcendit
in damnationē.Et aquæ Nemrim deſertę erunt.Per aquam ſignificatur ſapientia vel populus.Nem-
rim verò interpretatur præuaricator, vel pardus. Pardus nanq; eſt animal vario colore reſperſum.
Vndè in Ieremia dicitur:Si mutare poteſt pardus varietates ſuas.Per Nemrim ergò deſignantur hæ- Iere. 13.
retici & indurati,varijs erroribus & peccatis deformati,quorum aquæ,i. congregationes atq; ſcien-
tiæ,deſertæ erunt à gratia Dei,& ab omni bono ſeparabuntur. aruit herba, i.ſimulata ſanctitas ho-
rum contabuit. defecit germen,i.opus eorum reprobum fuit. viror omnis interijt,i. tota eorum ap-
parentia, om̄is fulgor eloquētiæ, & argumentorum ſublimitas, ſeu vniuerſa temporalis proſperitas
in nihilum eſt redacta.Propter quod in lib. Iob dicitur: Ego vidi ſtultum firma radice, & maledixi Iob 5.
pulchritudini eius.Et 1.Macha.2. Gloria peccatoris, vermis & ſtercus: hodiè extollitur, & cras non
inuenitur. ad torrentem ſalicum,i.infernum,in quo arbores infructuoſæ,i. homines à bonis operi-
bus ſteriles demerguntur, & à calore nimio ad aquas niuium gradiuntur. ducent eos, diaboli poſt Iob 24.
vitam præſentem.quoniam circuit clamor terminum Moab, i. vndiq; dolore impletus eſt. vſq; ad
Gallim,i.laſciuos & cupidos,vlulatus eius.Gallim quippe interpretatur vitulus, ſeu tumuli arena-
rum, quo auaritia deſignatur. & vſq; ad puteum Elim,i.ad corda elatorum clamor eius.Elim enim
interpretatur fortes,ſiue arietes. aquæ Dibon,i.populi impij. repletæ ſunt ſanguine,i.cruentis ope-
ribus,de quibus dicitur:Libera me de ſanguinib9 Deus Deus ſalutis meæ. ponam ſuper Dibon ad- Pſal. 50.
ditamenta.Dibon interpretatur mœror ſufficiens. Dum ergò dolor dolori adiungitur, & præſer-
tim quandò poſt temporalem impœnitentiam,cruciatui,qui ſufficiens fuiſſet ad gratiam impetran-
dam,ſi pœnituiſſent,ſuccedit pœna inferni,tunc Dominus ponit ſuper Dibon additamenta. Vndè
Iere.45.inducitur:Væ mihi miſero,quia Dominus addidit dolorem dolori meo.Laboraui in gemitu
meo,& requiem non inueni.[his qui fugerint de Moab,leonem,& reliquijs terræ.] i. peccatoribus,
qui tempore vltionis quærunt euadere,nec pœnitent ex charitate,ſed ſolo timore,& cæteris qui ma
nent in terra Moab, i.in conuerſatione ſuperbiæ,addam diabolum qui cruciet eos, de quo 1.Pet. 5.
habetur:Aduerſarius veſter diabolus,tanq̄ leo rugiens,circuit quærens quem deuoret.Si verò fuge-
rint de Moab, derelinquendo priora peccata, & pœnitentiam perpetrando, ponetur ſuper eos leo
de tribu Iuda,videlicet Chriſtus,qui diriget eos & gubernabit, donec ſaluentur.

¶*Elucidatio capituli* 16.*Emitte agnum.* *Articulus* 35.

DIxit autem in præcedenti capitulo Iſaias, Cor meum ad Moab clamabit,videlicet per cōpaſ-
ſionem internā:nunc tangit̄ ratio huius cōpaſſionis,ſimulq́; conſolatio ipſius Moab,eô ꝙ na
ſciturus fuerat Chriſtus de Ruth Moabitide. Quoniam ergò propheta præuidit Chriſtū de populo
Moab generandū,idcircò eorū afflictioni cōpaſſus eſt.Dicturus quoq;,ꝙ Chriſtus naſceret̄ de Mo-
ab,ab oratione incepit,qm̄ aduentum Chriſti ardentiſſimè cōcupiuit. [Emitte agnū Dn̄e] i. ô pater
æterne,mitte Chriſtum per incarnationē, qui eſt agnus tollens peccata mundi, immaculatus & in- Ioan. 1.
nocens,quem p̄figurauit agnus in lege paſchalis.[dn̄atorem terræ] i.principem hoīm.Ipſe enim ait:
Data eſt mihi om̄is poteſtas in cælo & in terra.Et Ioan.3.Pater diligit filium, & omnia dedit in ma- Matt. vlt.
nu eius.[de petra deſerti.] i.de Ruth Moabitide,ſecundùm aliquos,quę ꝓpter conſtantiam illam
immobilem,qua ſocrui ſuæ adhæſit,petra vocatur.Alij dicunt,quòd petra deſerti ſit nomē loci, de
quo oriunda fuerat Ruth: quæ viduata primo ſuo marito, coniuncta eſt Booz, genuitq́; de Booz
Obed,qui genuit Ieſſe,de quo natus eſt Dauid, ex cuius ſemine natus eſt Chriſtus: qui non ſolùm

Ioannis primo,ſed & Ieremiæ 11.dicitur agnus,queadmodùm ſcriptũ eſt:Ego quaſi agnus innocens,
1.Pet. 1. qui portatur ad victimã.Et in prima Petri:Redempti eſtis precioſo ſanguine quaſi agni immaculati
& incontaminati Chriſti,[ad montẽ filiæ Sion,] i. ad templum Hieruſalem conſtructum in monte
Sion,in quo Chriſtum virgo mater obtulit in die purificationis,vt dicitur Lucæ 1. Quod per Aggeũ
Agg.2. manifeſtè p̄dictum eſt:Veniet deſideratus cunctis gentibus,& implebo domum iſtam gloria, dicit
Dñs.Magna erit gloria domûs huius nouiſſimæ magis q̃ primę.Loquitur aũt Aggæus de ſecundo tẽ-
plo,à Zorobabel ędificato,cuius gloria maior fuit,q̃ gloria primi templi,à Salomone conſtructi,per
Pſal.47. hoc,ꝙ Chriſtus ipſum ꝓpria dignatus eſt illuſtrare p̄ſentia,ſicut in Pſalmo cantat̃: Suſcepimus Deus
miſericordiam tuã in medio templi tui. Poteſt quoq; per montẽ filiæ Sion intelligi ipſa Eccleſia, ad
Lucæ 9. quã ſaluandam miſſum ſe aſſerit Chr̃s:Filius,inquiens,hoĩs non venit animas p̄dere, ſed ſaluare. Et
1.Ioan.4. in prima Ioannis canonica dicit̃:Pater miſit filium ſuum ſaluatorẽ mundi.[Et erit] i. cõtinget quod
ſubditur:[ſicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, ſic erunt filiæ Moab in tranſcenſu Arnon,]
Redit Propheta ad deſcribendum onus Moab,quod p̄cedenti capitulo cœperat.& eſt ſenſus: Sicut
auis territa viſo inſecutore fugit,& ſicut pulli de nido ſuæ quietis auolãt, dum ſe capiendos cõſpi-
ciunt:ſic filiæ,i.populi ſeu villæ,ac vrbes terræ Moab, fugient per viam Arnon, q̃ eſt flumen in fini-
bus Moabitarum,eſtq; Arnon terminus Moabitarum & Amorrhæorum, per quem Moabitæ fuge-
runt à facie Aſſyriorum & Chaldęorum.Cõſequenter conſulit Iſaias Moabitis, quid facere debeãt,
imminente tanto periculo:[Ini conſiliũ,] i.fac inquiſitionẽ cum cõſiliarijs tuis:[coge concilium,] i.
prudentes & cõſules terræ tuæ cõpelle pro habendo concilio cõuenire. Proponit aũt eis Iſaias con
ſilium,per quod à p̄dictis hoſtibus meruiſſent ſaluari, ſi illud feciſſent. [Pone quaſi noctem vmbrã
tuam in meridie,] i.clara luce ſeu die claude & abſconde loca, in q̄bus abſcondi ſolent fugientes,
àc ſi omninò nox eſſet,& noli manifeſtare abſconſos.[abſconde fugientes] in latibulis tuis.[& va-
gos] i. à ꝓpria terra exules,apud te latitantes, [nè ꝓdas.] De quibus aũt fugitiuis iſta dicant̃, ſubdit
Propheta,loquens in Dei perſona:[Habitabunt apud te profugi mei.] i.Iudæi,quorum multi fuge-
runt ad terram Moab,Iudææ vicinam,vaſtante Sennacherib rege Aſſyriorum Iudęã,vt dicit̃ 4.Re-
gum.[Moab,eſto latibulum eorũ à facie vaſtatoris.] i.ô plebs Moabitica,abſconde apud te ꝓfugos
meos,nè à vaſtatore ſuo Sennacherib inueniantur,& nè præ timore Aſſyriorũ hoc omittas. [Finitus
eſt ẽm puluis,] i.citò interficietur Aſſyriorum exercitus, qui dictus eſt puluis ꝓpter ſuam multitu-
dinẽ,vel quia eorum corpora,angelo percutiente,ſunt redacta in cinerẽ.[cõſummatus eſt miſer.] i.
Sennacherib citò à filijs ſuis extinguetur.[defecit] in morte [qui cõculcabat terrã,] i. p̄dictus rex,
qui ſibi regna & terras ſubiecit,habitatoribus multis occiſis.Rurſus redit Propheta ad deſcribendũ
Chriſti myſterium,de quo in principio huius capituli dixit:Emitte agnum Dñe.Regiam itaq; Chri-
ſti dignitatem,atq; iudiciariam poteſtatem ipſius deſcribens,ſubdit: Et p̄parabitur in miſericordia
ſolium,& ſedebit ſuper illud in veritate in tabernaculo Dauid,iudicans & quærens iudicium,& ve-
lociter reddens quod iuſtum eſt.] Non eſt hoc aliud, niſi quod ſuperius 9. capitulo de Chriſto di-
ctum atq; expoſitum eſt,Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit,vt cõfirmet illud & cor-
roboret in iudicio & iuſtitia.Illic ergò plena requiratur intelligentia:nunc verò breuiter eſt ſtrin-
gendum.[Et præparabitur in miſericordia ſolium.] i. iudiciaria ſedes Chriſti,qua vel nunc ſedet in
Eccleſia triumphanti ad dexteram patris, vel in primo ſuo aduentu ſedebat in Eccleſia militanti, in-
ter homines clementer diſponetur,ità ꝙ Chriſtus miſericorditer aget: nunc enim vſq; ad diem iu-
Matth.9. dicij,ineffabilis nobis ab eo miſericordia exhibetur. Vndè phariſæis loquens: Diſcite, inquit, quid
ſit,Miſericordiam volui,& non ſacrificium.[& ſedebit ſuper illud in veritate,] i. Chriſtus in thro-
no regni ſui quieſcet.[in tabernaculo Dauid.] i.in Eccleſia,ſpiritualiter dominãdo in cordibus ele-
ctorum,in veritate doctrinę,vitę,atq; virtutum omnia faciens, [iudicans] iudicio diſcretionis & re-
munerationis,[& q̄rens iudicium] i. verum à nobis iudicium exigens, ſ. vt iudicemus noſipſos atq;
ſubiectos.[& velociter reddẽs quod iuſtũ eſt] i.ſtatim poſt exitũ aĩæ à corpore. vel in die iudicij:tũc
Apoc. 22. nanq; ſingulis tribuet quod merent̃,queadmodùm in Apocalypſi ꝓteſtat̃: Eccè venio citò, & mer-
ces mea mecũ eſt,dare vnicuiq; ſecundùm opera ſua.Iudæi omni cæcitate obuoluti, expoñut iſtud
de Ezechia rege Iuda.Præterea qm̃ Moabitæ ꝓfugos Dñi non abſconderunt,neq; Iſaiæ conſilio ac-
quieuerunt,ideò redit Propheta,vt & mala pœnæ & culpæ Moabitarum denunciet.[Audiuimus ſu-
perbiam Moab,] i.populi Moabitici. [ſuperbus eſt valdè,] quia Deo rebellis. [Superbia eius & ar-
rogantia] i.p̄ſumptio eius.[& indignatio eius plùs q̃ fortitudo eius.] Putat ẽm ſe aliquid eſſe,multa
poſſe,cæteris eminere,ſicut moris eſt animoſis,cùm tamen ità non ſit. Hæc eadem etiam, quantùm
Iere. 8. ad verba,ſic in Ieremia habentur,vbì inter cætera ſcriptum eſt:Sublimitatem eius & arrogantiam,&
ſuperbiam,& altitudinem cordis illius ego ſcio,ait Dñs,& ꝙ non ſit iuxta eam virtus eius,nec iuxta
quod poterat,conata ſit facere.[Idcircò vlulabit Moab ad Moab,] i.cõmunem ſuam miſeriam mu-
tuò deplorabunt,& vnus ad alium doloroſè reſpiciet.[vniuerſus vlulabit,] i. omnes vehemẽter lu-
ge-

gebũt tempore vaſtitatis ſuæ ab Aſſyrijs atq; Chaldæis.[his qui lætantur ſuper muros cocti lateris,]
i.Moabitis exultãtibus de fortitudine murorum ſuorũ, ex coctis lapidibus cõpactorum. [loquimi-
ni plagas ſuas,] i.dicite pœnas eis futuras populo Moabitarum.[qm̃ ſuburbana *Eſebon] i.ciuitatis *Heſebon
ſic dictę,q̃ erat in regno Moab p̄clara.[deſerta ſunt,] habitatoribus eius captis & occiſis,ſeu effuga-
tis.[& * vinea Sabama.] i.loci huius erit deſerta.[Dñi gentium] i.rex Aſſyriorum & poſtmodùm rex
Babylonis.[exciderunt flagella eius.] i. palmites ſiue ꝓpagines, vel potiùs populum eius, videlicet
Moab.[vſq; * Iazer] ciuitatẽ [peruenerunt] Moabitę fugientes. [errauerunt in deſerto] præ nimia *Iaſer
perturbatione atq; formidine velut amẽtes effecti,vel ꝓpter tenebras noctis, quã fugitiui interdùm
plùs amãt,q̃ diem.[ꝓpagines eius relictę ſunt,] i.populus Moab diuino auxilio deſtitutus eſt ꝓpter
ſua peccata.[tranſierũt mare,] i. in captiuitatẽ Babylonię ducti ſunt per flumẽ Euphraten,quod ꝓ-
pter ſuam magnitudinẽ mare vocatur.[Super hoc plorabo in fletu Iazer & vineã Sabama.] i.harum
ciuitatum vaſtitatẽ ex corde deflebo.[Inebriabo te lachryma mea Eſebon & Eleale.] i.copioſas la-
chrymas fundam ꝓpter afflictionẽ,ô habitatores vrbium iſtarũ. [qm̃ ſuper vindemiam tuã & ſuper
meſſem tuam vox calcantium irruit.] i.aduerſarij tui te cõculcantes,ô tu Moab,hortati ſunt ſe inui-
cèm ad diripiendum & deuorandum fructus terræ tuę. [& peribit lætitia & exultatio de Carmelo.]
Carmelus eſt mõs fructuoſus & optimus,in quo orauit Helias.Per hoc ergò quod ait Propheta, gau
dium eſſe auferendũ de Carmelo,i.quod hoĩes habere ſolebãt de fertilitate Carmeli,inſinuat ꝙ de
omĩbus locis Moab quondàm fertilibus exultatio auferet̃, tota terra remanente ad tempus inculta.
Aliqui dicunt Carmelum ſitum in terra Moab.[& in vineis nõ exultabit neq; iubilabit.] i. populus
Moab vuas nõ colliget,neq; de fructu vinearum ſuarum lætabit̃.[vinum de torculari non calcabit,
qui calcare cõſueuerat.] ſ.homo ſeu populus Moab.Vineæ ẽm ab hoſtibus capientur, cõſumentur,
ſeu deſtruentur.[vocem calcantiũ abſtuli.] i.Moabitis nõ conceſſi cum voce iucunditatis vinum de
vuis exprimere. [Super hoc venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit.] Interdùm accipit̃ venter
pro mente,ſicut in Pſal.Ex vtero ante Luciferũ genui te.Et Salomon in Prouerb.Fili mi,inclina au- Pſal. 109.
rem tuã,& audi verba ſapientũ:appone aũt cor ad doctrinam meã,quę pulchra tibi erit,cùm in ven- Prou.22.
tre tuo ſeruaueris eã.Eſt igit̃ ſenſus:Venter meus,i.cor meũ,ſeu mens, quaſi cithara ad Moab ſona-
bit,i.vocẽ lamentationis euidenter & altè formabit ꝓpter anguſtias Moab: & nè quis putaret hunc
ſonitũ eſſe lætitię potiùs quàm mœroris,dixit,Quaſi cithara:& qm̃ Moab aduerſarius erat Iſraeli,oſ-
tendit ſe intimè cõdolere,ſubdendo:[& viſcera mea ad murũ cocti lateris,] i.interiora mea compa-
tient̃ habitantibus intra muros factos ex coctis lateribus.compatitur aũt eis Iſaias ꝓpter cauſam p̄di-
ctam,vel ꝓpter nimiam calamitatẽ eorum.Et ſimili modo Ieremias loquit̃: Super Moab euigilabo, Iere. 48.
& ſup Moab vniuerſam clamabo. Poſſet aũt & venter nunc accipi pro parte corporis, qm̃ affectio-
nes animę redundant in corpus.[& erit,cùm apparuerit] vanũ & impotens,[quod laborauit Moab
ſup excelſis ſuis.] i.ſtudiũ,quo ſe nitebat̃ populus Moab defendere fortitudine murorũ & turrium
ac bellatorum ſuorũ.[Ingrediet̃ ad ſancta ſua,] i.ad deos ſuos & templa, ſeu loca alia idolorũ confu
giet.[vt obſecret] idola pro ſuî liberatione.[& non valebit] ab hoſtibus erui adiutorio idolorũ ſuo-
rum,q̃ neminem valent adiuuare,iuxta illud Deuteronomij: Et dicent,Vbì ſunt dij eorum,in q̄bus Deut. 32.
habebant fiduciã?Surgant & opitulentur vobis,& in neceſſitate vos ꝓtegant.[Hoc verbũ quod lo-
cutus eſt Dñs ad Moab,] i.de punitione Moabitarũ. [ex tunc] i. à tempore quo mihi p̄dictum onus
Moab reuelare incepit.Vel,ex tunc,i. à principio mundi, quo vel angelis ſanctis, vel hoĩbus reuela-
uit,q̃ erant Moab ventura.Vel,ex tunc,quo cœpit per Moſen loqui de futuris Moabitarum miſerijs.
[& tunc locutus eſt] Dñs per me,[dicẽs:In tribus annis] i.infra tres annos,qui erũt [quaſi anni mer-
cenarij,] q̄a tam affectuoſè deſiderabit̃ finis eorum, ſicut à laborantibus ꝓ mercede appetitur finis
tẽporis,in quo ꝓ mercede laborãt, quatenùs p̄mium cõcupitum accipiãt. [auferet̃ gloria Moab ſup
omĩ populo multo,] i.gaudiũ,decor & fortitudo Moabitarũ,q̃ habuerunt de multitudine ſui exer-
citûs.[& relinquet̃ in eo ſicut racemus paruus & modicus,nequaq̃ multus.] i. populus Moab nõ to-
taliter euelletur aut occidet̃: ſed paruus in eo populus relinquetur ſuperſtes, quo genus Moabitarũ
reparet̃.Secundùm Hieronymũ,ꝓphetia hæc contra Moab dirigit̃ ſub Ezechia. Vndè tres anni, de
q̄bus hîc agitur,cõputandi eſſent à morte Achaz:ſed hoc reprobant q̄dam,quia (vt dicunt) regnum
Iſrael deſtructũ erat ante deſtructionẽ Moabitarum:& tamẽ regnum Iſrael deſtructum eſt 6. anno
Ezechiæ,qui erat 6.annus à morte Achaz: ergò Moabitæ ad minùs ꝑmanſerũt vſq; ad 6. annũ Eze-
chię.Sed ad hoc dici poſſet,ꝙ quanuìs totalis deſtructio regni Iſrael facta ſit 6.anno Ezechię,aliquę
tamen deſtructiones particulares graues & magnæ,præceſſerunt illam,p̄cipuè quæ facta eſt tempo-
re Phacee per Theglathphalaſar regem Aſſyriorum,vt dicitur 4.Regum.Poteſt autem & aliter dici, 4.Reg.15.
prout tangit Hieronymus,ſcilicet quòd iſta intelligantur de punitione Moabitarum à Babylonijs,
quæ facta eſt poſt tranſitum trium annorum à deſtructione regni Iudæ à Chaldæis.

¶*Explanatio huius capituli myſtica.* *Articulus* 36.

h 2 Emit-

EMitte agnum dñe dñatorem terræ. Agnus iſte, eſt increata Dei ſapientia, veraciter incarnata, q̃
Sap. 9. quotidiè ſpiritualiter mittitur, inuiſibiliterq; infunditur cordibus deuotorum, iuxta illud: Mit-
Ibidem. te illam de cælis ſanctis tuis, vt mecum ſit, & mecum laboret. Et rurſus: Da mihi dñe ſedium tuarũ
aſſiſtricem ſapientiã. De petra deſerti. Hæc petra intelligi poteſt virgo Maria, cuius meritis & preci-
bus Chriſtus Dei ſapientia nos illuſtrat ac viſitat. Virgo etenĩ benedicta eſt petra, i. ſtabilimentũ atq;
refugium miſeris huius mundi, qui vocatĩ deſertum: q̃a derelictus, vitijs plenus, & virtutibus vacuus.
1. Ioan. 2. Vndè Ioannes ait: Si quis diligit mundũ, nõ eſt charitas patris in eo. Vel, de petra deſerti, i. de firma-
Iudæ 1. mento cæli, quod deſeruerunt apoſtatę angeli, de quibus ſcriptũ eſt: Qui nõ ſeruauerunt ſuũ princi-
patũ, ſed dereliquerunt ſuum domiciliũ. In parabola quoq; euangelij, cælum noĩatur deſertũ, dũ ait
Lucæ 15. Saluator: Quis ex vobis homo, habens centũ oues, & ſi perdiderit vnã ex illis, nõnè relinquit nona-
gintanouẽ in deſerto? Ad montẽ filiæ Sion, i. animã iuſti, q̃ ſedes eſt ſapientiæ. Dicitĩ enĩ anima mõs,
ſpiritualiter conuerſando: & Sion, cæleſtia contemplando. Et erit ſicut auis fugiens, & pulli de nido
auolantes, ſic erunt filiæ Moab, i. animę peccatrices, quãtùm ad culpã, ex patre diabolo exiſtentes. in
Pſal. 26. tranſcenſu Arnon, i. ꝓgrediendo ad Chrm̃, de quo ſcriptũ eſt: Dñs illuminatio mea & ſalus mea. Ar-
non nãq; interpretatĩ illuminatio. Sicut igitĩ auis fugit, nè capiatĩ ab aucupe, dum ſtrepitũ percipit, &
ſicut pulli deſerunt nidos ſuos immũditijs plenos: ſic aĩæ peccatrices, q̃ fugiũt de Moab, i. de cõuer-
ſatione mũdana ad Chrm̃ cõfugiunt, audita cõminatione futuri iudicij ac pœnę inferni: tũcq; relin-
quũt nidũ ſuũ, i. corpus ꝓprium ſtercoribus & ſuperfluitatibus plenũ: q̃a in carne viuendo, nõ ſecũ-
dùm carnẽ ambulãt, ſed dicere poſſunt illud Pſal. 39. Eduxit me de lacu miſerię & de luto fæcis. Inĩ
cõſilium, quatenùs impleas illud Ecci 32. Fili, ſine cõſilio nihil facias, & poſt factũ nõ pœnitebis. Nẽ-
Prou. 11. pe vt Salomon loquitĩ, Salus vbì multa cõſilia. Coge * conſiliũ, i. ad imitandũ ſeu inquirendũ conſi-
* conciliũ lium cõpelle teipſum, quẽadmodùm Tobię 4. inducitĩ: Conſiliũ ſemp à ſapiente perquire. Maximè
verò debemus Chrm̃ in oĩ periculo cõſulere, eius implorando illuſtrationẽ, qui eſt magni conſilij
angelus. Pone quaſi noctẽ vmbram tuã, i. vitam tuã obſcuram, q̃ veraciter nocti ac tenebris cõparatĩ,
in qua velut in vmbraculo quieuiſti, iacendo in peccatis. pone in meridie, i. in clara luce, arguendo
te corã Deo, & vitia tua puriſſimè confitendo: oĩs enĩ qui facit veritatẽ, venit ad lucẽ. Abſconde fu-
gientes, & vagos nè ꝓdas. Iſtud ad literã implendum eſt, quatenùs innocentes ſeu reos pœnitentes,
à facie impiorum & pſequentiũ fugientes, miſericorditer abſcondamus, ac de morte ſaluemus. Spi-
Ecci 21. ritualiter verò peccator cõuerſus, alios de mundo & vitijs fugiẽtes, quẽadmodùm ſcriptũ eſt, Quaſi
à facie colubri fuge peccata, recipere & defendere debet. nec vagos, i. in hoc mundo peregrinos &
exules, qui nõ habent hìc manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirunt, ꝓdere aduerſarijs ſuis, ſed à pericu-
lis liberare. Habitabũt apud te ꝓfugi mei, i. clauſtrales ac religioſi, qui abnegãt ſemetipſos, & mundũ
pfectè relinquũt, fugiẽtes quãtùm poſſibile eſt, mundũ, carnẽ, & dæmonẽ. Moab, i. cõgregatio ſecu-
lariũ hoĩm, Dei mandata ſeruantiũ: eſto latibulũ eorum, i. pmitte eos pacificè inter te habitare, & ſi
opùs fuerit, pugna ꝓ eis, eoſq; abſconde à facie vaſtatoris, ſeu pſecutoris. Finitus eſt enĩ puluis, i. po-
tentia dæmonis, Chri virtute ꝓſtrata eſt. conſummatus eſt miſer, i. victus eſt dæmon. defecit, i. Chro
ſuccubuit. qui cõculcabat terrã, i. diabolus qui ante Chri aduentũ regnabat in mundo, hoĩesq; infi-
nitis implicabat erroribus, & oẽs ad infernũ deduxit. Hæc tamẽ pro die iudicij p̃cipuè intelligenda
videntĩ, quãdò diabolus cũ angelis ſuis mittetĩ in ignẽ æternũ. & tunc p̃parabitur in miſericordia ſo-
lium: q̃a tunc Chrs iudicabit vniuerſos, à nullo miſericordiam ſuã penitùs abſcindendo. Audiuimus
ſuperbiã Moab, i. hæreticorũ & ſapientum, ac principum huius mundi, immò vniuerſorum qui ſunt
filij eius, qui eſt rex ſuper oẽs filios ſupbiæ. Quæ aũt nunc dicta ſunt, intelligunĩ de Moab pœniten-
te: nunc verò eſt ſermo de Moab in peccatis pdurante, de quo Iob 25. dicitĩ: Cucurrit impius cõtra
Deum collo erecto, tetendit manũ ſuam cõtra Deum, & pingui ceruice armatus eſt. Superbia eius
plùs q̃ fortitudo eius. Hoc eſt quod Apocalypſis 3. ait Ioannes vni de Moab: Quomodò dicis, quia
diues ſum, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus? Id-
circò vlulabit Moab ad Moab, vniuerſus vlulabit. In pœnis enĩ inferni vnus ſuperborum lugebit ad
Matt. 8. 13. alium, & oẽs ſimul vlulabunt in tenebris exterioribus, vbì (Chro teſtante) erit fletus ſtridorq; den-
22. 24. 25. tium. his qui lætantur ſuper muros cocti lateris, i. qui in proprijs viribus meritiſq; gloriantur & con-
fidunt: qui ponunt carnẽ brachium ſuum, & in voluptatibus corporis decoquuntur, quorum caro
tanq̃ igne libidinis induratur. Loquimini ô p̃dicatores Eccleſiæ plagas ſuas, i. tormenta, quæ eis de-
bentur, commemorantes illud Apoſtoli Rom. 8. Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini. q̃m ſub-
urbana Eſebon, i. amplitudo cogitationum malarum. deſerta ſunt, à gratia. & vinea Sabama, i. fru-
ctus ſeu opus ſuperbiæ. Sabama nanq; interpretatĩ attollens. dñi gentium, i. apoſtoli, de q̃bus in Pſal.
Pſal. 44. conſcriptum eſt: Conſtitues eos principes ſuper oĩem terram. exciderunt flagella eius, i. ꝓpagines
Moab eradicauerunt, deſtruendo dicta hæreticorum, & Eccleſiam malignantiũ minorando. vſq; ad
Iazer, i. fortitudinẽ eorũ, peruenerunt, declarando vana ac friuola eſſe oĩa, q̃bus innituntur hære-
tici

tici & peruerſi. Iazer enĩ interpretatur fortitudo eorum. Errauerũt in deſerto, i. in ſeculo iſto oẽs qui
deſerunt apoſtolicã doctrinam. Propagines eius relictæ ſunt, i. poſteritas huius impij Moab non eſt
penitùs extirpata, ſed ſunt qui veterum errores ſequuntur: oportet enĩ hæreſes eſſe, ſecundùm Apo-
ſtolum. tranſierunt mare, i. apoſtoli & ſectatores eorũ, fluctus tentationum & perſecutionum huius 1. Cor. 11.
mundi perpeſſi ſunt. Nã & ipſi dicere poſſunt cum Chro: Saluum me fac Deus, q̃m intrauerunt aquę Pſal. 68.
vſq; ad animam meã &c. Veni in altitudinẽ maris. Super hoc plorabo in fletu Iazer, i. fortitudinem
peruerſorum & hæreticorum vehementer deflebo, eò ꝙ viribus ſibi à Deo conceſſis ad bona, ab-
utantur ad mala. Vel quia Eccleſiam vaſtant, & ſimplices fallunt. & vineam Sabama, i. ſcientiã ſe con
tra Deum attollentem, q̃ peſſimas generat vuas. Inebriabo te lachryma mea Eſebon & Eleale, i. co-
gitationẽ malam atq; ſuperbiæ actum copioſè deplangã. De interpretatione horum noĩm dictũ eſt.
q̃m ſuper vindemiã tuam & ſup meſſem tuã, i. ſuper oĩa opera, q̃ ſunt germina cogitationum, & diui-
tiæ & poſſeſſio animæ. Vox calcantium irruit, i. ſtrepitus & ſuggeſtio dæmonum venit, qui oĩa opera
veſtra diſſipauerunt, & ſine fructu fecerunt. & auferetĩ lætitia & exultatio de Carmelo, i. apparẽti fer-
tilitate hæreticorum & hypocritarum ac p̃ſumptuoſorum, qui ſe ſapientes virtuoſoſq; ſimulant, ſed
veraciter ſteriles ſunt. & in vineis, i. cõgregationibus diſcipulorum errantium in operibus priſtinis,
in vanis ſcientijs, nõ exultabit hæreticus cùm fuerit à Chriſto damnatus, vel per pœnitentiã ad eum
conuerſus: ſed tunc errorem ſuum recognoſcet ac deplorabit. Vinum in torculari nõ calcabit, i. ſa-
pientiam ſacræ ſcripturæ in Eccleſia, in qua iuſti caſtigantur, non offuſcabit, nec peruerſè exponet.
qui calcare conſueuerat, putà hæreticus, doctorq; iniquus. Super hoc venter meus quaſi cithara ad
Moab ſonabit, i. cor meum conſona virtutum concordia p̃dictis miſeris condolebit. & viſcera mea
ad murum cocti lateris, i. vitioſis actibus humanæ carnis, ſeu ipſis corporibus impiorũ, qui per mo-
dum muri gratiæ Dei obicem ponunt, compatietur, eò ꝙ æterni ignis mereantur ardorem, qui glo-
rificationem perpetuam poterant promereri. & erit cùm apparuerit, i. cùm hæretici & peruerſi vi-
derint omnia ſua ſtudia eſſe inania, redibunt ad ſanctam Eccleſiam, vt pro venia obſecrent. & non
valebunt, i. ſine Dei auxilio non poterunt reformari, aut ſtatìm perfectè ſanari. In tribus annis, i. tẽ-
pore contritionis, confeſſionis & ſatisfactionis, quę ſunt quaſi anni mercenarij: quia in eo labora-
mus pro acquirendo pane cæleſti, dicentes cum filio prodigo: Pater, peccaui in cælum & coram te. Lucæ 15.
iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Auferetur gloria Mo-
ab ſuper oĩ populo multo, i. hæretici ac ſeductores, ac principes impij, de ſua vana gloriatione pœ
nitebunt, qui lætabuntur de hoc, quòd multos habuerunt ſubiectos, fautores ſiue diſcipulos. Poteſt
quippe per iſta deſignari, quòd iſtorum gloria velociter tranſit, & niſi pœniteant, omnes ſimul da- Iob 20.
mnentur, quemadmodùm ſcriptum eſt: Laus impiorum breuis. Itemq; in Pſalmo: Vidi impium ſu- Pſal. 36.
perexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani: & tranſiui, & eccè non erat.

¶ *Explanatio capituli 17. ſcilicet, Onus Damaſci.* *Articulus* 37.

COnſequenter deſcribit Propheta punitionem Syrorum, eò ꝙ penè ſemper adiutorium im-
pendebant regibus Iſrael malis atq; idololatris, contra regnum Iudæ. Itaq; ait, [Onus Dama-
ſci.] i. grauamen ſeu pœna vrbis ſic dictæ, quæ erat ciuitas regia, & in omni Syria habens principa-
tum. [Eccè Damaſcus deſinet eſſe ciuitas,] i. nõ iugiter, ſed ad tempus deſtruetur. nam ſicut ſubiũ-
gitur, [& erit ſicut aceruus lapidum in ruina.] i. intantùm deſtruetur, vt ſolùm remaneant atq; appa-
reant ruinæ priſtinæ ciuitatis. [Derelictæ ciuitates Aroer,] i. vrbes ſubiectæ Damaſco, ſitę in loco
qui dicitur Aroer, ab habitatoribus ſuis deſertæ, intantùm vaſtabuntur, quòd [gregibus erunt,] i. pa
bulum præbebunt pecoribus, ità quòd gramina creſcent, vbì anteà homines habitabant. [& requi-
eſcent ibi] greges ſecurè, quoniam ſubditur: [& non erit qui exterreat.] homines enim vrbium ha-
rum, erunt ablati per mortem, captiuitatem, aut fugam. Deniq; Ieremias de deſtructione Damaſci Iere. 49.
ſic ait: Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in fugam, tremor appręhendit eam, & ſuccendam ignem in
muro Damaſci, & deuorabit mœnia Benadab. Sed aduertendum, quòd Ieremias loquitur de puni-
tione Damaſci tempore ſuo ei imminente à rege Babylonis Nabuchodonoſor & Chaldęis: Iſaias
verò vaticinatur de preſſura Damaſci, quę ei imminebat tempore ſuo à rege Aſſyriorum. Legitur
enim 4. Regum, quòd Theglathphalaſar rex Aſſyriorũ, cepit Damaſcum, & Raſin regem eius oc- 4. Reg. 15.
cidit. Sed quia ſecundùm prædicta, Iſaias iſta locutus eſt poſt mortem Achaz, Ezechia regnante, &
Theglathphalaſar cepit Damaſcum tempore Achaz, non videtur Iſaias iam loqui de vaſtatione fa-
cta à Theglathphalaſar, ſed ab aliquo eius ſucceſſore, qui etiam vrbem Damaſcenam deſtruxit: ſed
poſtmodùm reædificata eſt. [Et ceſſabit adiutorium] Syrorum [ab Ephraim] i. à regno Iſrael, ſeu po
pulo decem tribuum, quia poſt Damaſci & vrbium eius deſtructionem, non ſunt auxiliati Syri re-
gibus Iſrael contra Iudam. [& regnum à Damaſco] ceſſabit, ſaltem ad tempus, quouſq; reparetur.
[Et reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorum Iſrael erunt, dicit Dñs exercituum.] Per gloriam filiorum Iſ-
rael, intelligit Propheta ironicè confuſionem ignominiamq; eorum, vt ſit ſenſus: quemadmodùm

 popu-

populus Iſrael à rege Aſſyriorũ vaſtabitur, ſic & populus Syrię. Vtrunq; enĩ regnum rex Aſſyriorum
ſibi ſubiecit, vel idem numero, vel vnus poſt aliũ. [Et erit in die illa] i. tempore illo. [attenuabitur glo-
ria Iacob] i. regia dignitas decẽ tribuum, vel gloriatio, qua de adiutorio Syriæ lætabantur. [& pingue-
do carnis eius emarceſcet,] i. temporalium rerum abundãtia, ſeu corporis delicata nutritio, & craſ-
ſitudo tolletur à populo Iſrael, quandò videlicet ab Aſſyrijs ſunt obſeſſi & capti. Simili modo de
Amos 4. pinguedine horum loquitur Amos: Audite vaccæ pingues, quę eſtis in monte Samariæ. [Et erit ſicut
congregans in meſſe quod reſtiterit] i. populus Damaſci & Syriæ, vel (vt alij volunt) populus Iſrael,
nõ penitùs conteretur, nec omnes de terra tollentur, ſed pro terra colenda pauci remanebunt in ea,
quemadmodùm in agro tempore meſſis paucę remanent ſpicę. [& brachium eius] videlicet populi
huius, [ſpicas leget,] i. colliget præ paupertate poſt ſuã vaſtationẽ, vel præ paucitate ſimilis erit colli-
gentibus ſpicas. Ideò ſubditur: [& erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim.] Eſt aũt Raphaim, val-
2. Reg. 8. lis ſpatioſa & fertilis in Iudęa, vbì (vt legitur 2. Regum) conuenerunt Philiſtijm ad pugnandũ con-
tra Dauid. [& relinquetur in eo quaſi racemus,] i. modica pars hoĩm in populo iſto manebit euadẽs
hoſtium manus. [& ſicut excuſſio oleæ,] i. fructus oliuę [duarũ aut trium oliuarum in ſummitate ra-
mi, ſiue quatuor aut quinq;: in cacuminibus eius, fructus eius, dicit Dñs Deus Iſrael.] Senſus idem eſt
cum prædictis, videlicet ꝙ in regno Syrię ſeu Iſrael pauciſſimi remanebunt reſidui, qui prę paucita-
* altè te comparantur oleo, quod exprimitur ex duabus vel tribus oliuis in ſummitate rami arboris * altæ
pendentibus. In cacumine ſiquidem arboris pendet fructus eius. [In die illa] videlicet Damaſco de-
ſtructa, & decem tribubus pro maiori parte captis, [inclinabitur homo] qui remanſerit in terra Iſ-
rael, cæteris à rege Aſſyriorum tranſlatis. [ad factorẽ] i. Deum creatorem [ſuum.] de quo Deutero.
32. habetur: Nunquìd nõ ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te? [& oculi eius] inte-
riores [ad ſanctum Iſrael] i. Deum ſanctificatorem Iſraelis. [reſpicient,] Chrm adorando & contẽ-
4. Reg. 18. plando, quẽadmodùm fertur in Pſalmo 24. Oculi mei ſemper ad Dñm. Cùm enĩ, vt 4. Regum reco-
2. Par. 30. litur, captę fuiſſent decem tribus, rex religioſiſſimus Ezechias nuncios miſit cũ epiſtolis ad eos qui
remanſerunt de populo Iſrael, quatenùs reuerterentur ad Deum patrum ſuorum: & quidam eorum
ità fecerunt, idololatriã relinquentes. Ideò ſubditur: [Et non inclinabitur ad altaria, quę fecerũt ma-
2. Reg. 12. nus eius, & quę operati ſunt digiti eius.] i. ad altaria ſacrilega, quæ erant in Bethel & Dan, vbì & vitu-
li aurei colebantur, quos fecit Ieroboam. Venerunt enĩ in Hieruſalem ad altare templi Dñi, atq; cũ
2. Par. 30. Ezechia Paſcha celebrauerunt, ꝓut ſecundo libro Paralip. legitur. [Non reſpiciet] per approbatio-
nem [lucos & delubra,] i. loca, templa, ſeu ædes, in qbus cætera idolorum portẽta, videlicet Baalim
& Aſtaroth, coluerunt. [In die illa] i. tempore vaſtitatis nunc dictę. [erunt ciuitates fortitudinis ei-
us] i. vrbes munitę decem tribuum. [derelictę,] habitatoribus effugatis, occiſis, ſeu captis. [ſicut ara-
tra & ſegetes, q̃ derelictæ ſunt à facie filiorum Iſrael,] i. ſicut Amorrhæi, & cæteri habitantes in terra
Chanaan, dereliquerunt in campis aceruos frugum & aratra, præ timore fugientes, ingredientibus
filijs Iſrael, qui ex Aegypto venerant, in terram promiſſionis: intantùm enĩ timebant ex ingreſſu Iſ-
Ioſuæ 2. rael in terram eorum, vt non niſi ſeipſos ſaluare quęſierint. Vndè Raab dixit Ioſuę: Irruit in nos ter-
ror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum ve-
ſtrum. [Et eris deſerta] terra, i. plebs decem tribuum [quia oblita es Dei ſaluatoris tui, qui de terra
Aegypti eduxit te, & patres tuos frequenter miraculoſè eripuit. [& fortis adiutoris tui] i. Dei omni-
potẽtis, ſine quo nihil vales. [nõ es recordata.] ſed deos alienos, vero Deo relicto, coluiſti. [Propter-
eà plantabis plantationẽ fidelem.] Quòd hoc ironicè ſeu deriſoriè dictũ ſit, cõſtat ex eo quod ſub-
ditur: [& germen alienũ ſeminabis &c.] Eſt igitur ſenſus: qa oblita es Dei, idcircò plantationẽ infi-
delem plantabis, i. perfidos filios generabis, & malos diſcipulos derelinques, & germen alienum ſe-
minabis, i. filios vita & moribus reprobos ꝓpagabis. Poteſt quoq; intelligi de plantatione & ſemine
terræ naſcentium, q̃ dicuntur infidelia & aliena, qa non venerunt in vſum plantatorũ, ſed extraneo-
rum. [In die plantationis tuæ, labruſca:] i. plãtatio tua ſterilis erit & tortuoſa, ꝓ fructu ꝓferens ſpi-
Iſaiæ 5. nas, ſicut ſuperiùs de vinea quadã inductũ eſt: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas. [& manè
ſemen tuum florebit,] videlicet ante debitũ tempus, eritq; abortiuo cõſimile, & fructu carebit. Vel
manè, i. ſatis citò florere incipiet, ſpem ꝓmittendo in germine: ſed cùm ad maturitatem peruenerit,
ab alijs cõſumetur. Ideò ſubditur: [Ablata eſt meſſis] i. fructus terræ tuæ tibi ablatus eſt. [in die hęre-
ditatis,] i. tempore quo illud in ꝓpria horrea congregare debueras. [& dolebit grauiter] populus Iſ-
rael propter tanta incommoda. Iterùm redit Propheta ad deſcribendum punitionem eorum, qui po
pulum Iſrael vaſtauerunt. [Væ multitudini populorũ,] i. magno exercitui Aſſyriorũ, volentium op-
primere regnum Iudæ, quemadmodùm oppreſſerunt regna Syriæ atq; Samariæ: multitudini, in-
* tubarum quam, quæ eſt [vt multitudo maris ſonantis, & tumultus * turbarum.] quia cum ſtrepitu magno &
clangore ſeu colliſione armorum proceſſerunt Aſſyrij, ſicut mare tempore tempeſtatis ſonat. [ſicut
ſonitus aquarum multarum,] id eſt, ità populus inſonuit, quemadmodùm perſtrepunt aquæ multæ
in

in deſcenſu ruinæ. [Sonabunt populi] Aſſyrij, gradiendo ſeu vociferando & blaſphemias proferẽ-
do, [ſicut ſonitus aquarum inundantium, & increpabit eum,] i. Dñs regem ſeu populum Aſſyriorũ
redarguet, occidẽdo per angelum in caſtris eius 185. millia hominum. [& fugiet procùl.] Sennache-
rib enim, viſa hac plaga, reuerſus eſt in Niniuẽ. [& rapietur ſicut puluis montiũ à facie venti, & ſicut 4. Reg. 19. Iſaiæ 37.
turbo coram tempeſtate.] hoc eſt, quemadmodùm puluis à vento reijcitur, & turbo tendens in al-
tum, in oppoſitam partem repellitur: ſic rex Aſſyriorum cum ſuis, quum appropinquauerit Hieru-
ſalem, redire cogetur, & humiliabitur percuſſo eius exercitu. [In tempore veſperì, & eccè turbatio]
i. in nocte, quæ à veſpere inchoatur, erit in caſtris Aſſyriorum plaga percuſſionis eorum. [in matuti-
no] i. hora diluculi. [& non ſubſiſtet] quia tunc omnes præter decem occiſi fuerunt. quo viſo, rex
abijt illinc, non audens ſubſiſtere. [Hæc eſt pars] i. portio pœnę [eorum qui vaſtauerunt nos] i. Aſ-
ſyriorum, qui populum Iudæorum, quorum Iſaias vnus extiterat, afflixerunt. [& ſors] i. euentus, ſeu
retributio [diripientium nos.] ¶ Porrò tropologicum intellectum tangẽdo, Damaſcus interpre-
tatur ſanguinis poculum, vel ſanguinem bibens, quo peccatores & gentiles ac perfidi deſignantur,
qui omnes ſunt viri ſanguinum, carni ac ſanguini acquieſcentes, & in deſiderijs ambulantes. Horũ
onus eſt quod ſubditur: Eccè Damaſcus deſinet eſſe ciuitas, i. congregatio horum deſtruetur, quem-
admodùm ſcriptum eſt: Non ſic impij, non ſic, ſed tanq̃ puluis quem proijcit ventus à facie terrę. Et, Pſal. 1.
Iter impiorum peribit: Et erit ſicut aceruus lapidum in ruina, quia tanq̃ olera velociter decidẽt, atq;
æterna tormenta conquirent. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt. Aroer interpretatur myri-
ca, per quam infructuoſi homines exprimuntur. Dum ergò loca & poſſeſſiones hominum arido-
rum, Chriſtifidelibus ſubijciuntur, tunc ciuitates Aroer fiunt gregibus, i. deuotis Dei famulis, qui
Chriſtum paſtorem tanq̃ boni greges ſequuntur, quemadmodùm ipſe Ioan. 10. ait: Ego ſum paſtor
bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. & requieſcent ibì, i. in pace Chriſti & ſacra-
mẽtis Eccleſiæ reficientur. & ceſſabit adiutorium ab Ephraim, i. ab auaris. Ephraim enĩ interpretatur
excreſcens. Et de auaris ait Pſalmiſta: Auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum. Et ite- Pſal. 48.
rùm: Nè timueris cùm diues factus fuerit homo, quoniã cùm interiẽrit, non ſumet omnia. Iob quoq; Ibidem.
ait: Diues cùm dormiẽrit, nihil ſecum auferet: appræhendet eum, quaſi aqua, inopia. Et regnũ à Da- Iob 27.
maſco ceſſabit, quandò tradentur iniqui pœnis perpetuis, & ſuperbi finaliter humiliabuntur. Im-
pius autem quaſi ſterquilinium in fine perdetur. Et reliquiæ Syrię, i. ſapiẽtes huius mundi, ſicut glo-
ria filiorum Iſrael erunt, i. confundentur ſicut fideles, qui fidem & contemplationem informem ac
nudam habent, quibus, ſecũdùm Petrum apoſtolum, melius eſſet viam iuſtitiæ ignoraſſe, quàm ſciſ- 2. Pet. 2.
ſe, & non feciſſe. Scienti enim bonum, & non facienti, peccatum eſt illi. Sumitur autem hoc loco (vt Iaco. 4.
dictum eſt) gloria ironicè pro ignominia. Hieronymus exponit moralitatem literæ huius oppo-
ſito modo, vt Damaſcus deſinat eſſe ciuitas, quandò iniqui conuertuntur ad Chriſtum, & deſinunt
eſſe conuenticulum prauorum, ſeu Eccleſia malignantium: & tunc eſt ſicut aceruus lapidum, quoni-
am ſicut lapides diſperſi in vnum tumulum comportantur, ſic ipſi in vnitate Eccleſiæ colliguntur in
ruina Iudæorum, in quorum locum ſuccedunt: illorum enim amiſſio, diuitiæ ſunt mundi, ſecũdùm Rom. 11.
Apoſtolũ. Sed huic expoſitioni non videtur conuenire quod præmittitur: Onus Damaſci. Per onus
enim miſeria importatur. Hæc enim deciſio non eſt miſeriæ, ſed ſalutis. In die illa attenuabitur glo-
ria Iacob, & pinguedo carnis eius marceſcet. Videmus iam poſt ingreſſum gentium ad fidem, abla-
tam gloriam Iacob, i. Iudæorum, quibus poſt euangelij prædicationem, nõ eſt miſſus propheta, nec
datus princeps, nec ſigna conceſſa. Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtiterit, & brachiũ eius
ſpicas leget. Et erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim, & relinquetur in eo. Per hæc myſticè de-
ſignatur, ꝙ ex populo Iudæorum valdè pauci ſaluati ſint, cæteris propter incredulitatem damnatis.
Vndè quod ſubditur, Et ſicut excuſſio oleæ duarum aut trium oliuarum, ſiue quatuor aut quinq;,
quæ ſimul quatuordecim oliuas efficiunt, ſignificat ſanctos apoſtolos, qui Paulo & Barnaba con-
numeratis, quatuordecim ſunt: & iſti de populo Iudęorum permanſerunt cum aliquibus ſibi adhæ-
rentibus. Quod autem ſubiungitur, In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum, & non reſpici-
et lucos & delubra, de gẽtilibus intelligitur qui ad apoſtolorũ doctrinam à ſimulacris mutis ac va-
nis conuerſi ſunt ad ſeruiendum Deo viuenti. In die illa ciuitates fortitudinis eius erunt derelictæ:
tunc enim Romani vaſtauerunt omnes Iudæorum ciuitates fortiſſimas. Et eris deſerta, i. à Deo reli-
cta ô Iudæa, quia oblita es Dei Saluatoris tui, videlicet Ieſu Chriſti, quem recipere noluiſti, dicens: Ioan. 9.
Hunc neſcimus vndè ſit. De quo tamen ait Ioannes: Hic eſt verus Deus, & vita æterna. Proptereà 1. Ioan. 5.
plantabis plantationem fidelem. ironicè dicitur: & germen alienũ ſeminabis, generant enim filios
patrum facinora imitantes, & impletur quod conclamabant crudeliſſimi patres: Sanguis eius ſuper Mat. 27.
nos, & ſuper filios noſtros. Vę multitudini populorũ multorũ, q̃ eſt velut multitudo maris ſonantis.
Hoc de vniuerſis tyrannis, paganis, hæreticis, & Iudæis, ſanctam Eccleſiam perſequentibus, intelligi
congruit, de quorum exercitu ſubditur: Et increpabit eum, i. Chriſtus eos condemnabit. [& fugiet
h 4 pro-

procùl,ſed non effugiet:& rapietur ſicut puluis mõtium.] i.de loco ſuo pelletur,& in miſerias ſem-
Iob 4. piternas mittetur,ſicut in libro Iob inducitur: Vidi impios Deo flante periſſe. Quidã exponunt iſta
Ioan.12. de diabolo,de quo ait Saluator:Nunc princeps huius mundi eijcietur foràs.

¶ *Expoſitio capituli* 18. *Articulus* 38.

PRæcedenti capitulo denunciauit ꝓpheta Damaſci & Syrię vaſtitatem,eô ꝙ fuerit regno Iſrael
cauſa atq; occaſio vanæ fiduciæ,ità vt magìs ſperarent de auxilio Damaſci,q̃ Dei.Iam in p̃ſenti
capitulo incipit Aegyptiorum punitionem deſcribere,eô ꝙ fuerint regno Iudæ cauſa ſpei fallacis.
Frequenter enim regnum Iudæ innitebat̃ auxilio Pharaonis & Aegyptiorum, quorum etiam ſug-
geſtione ſeu occaſione Sedechias rex Iudæ rupit pactum,rebellare præſumens regi Babylonis.[Væ
terræ cymbalo alarum,] i. Aegypto, [quæ eſt trans flumen Aethiopiæ.] i. ſita vltra Nilum, qui ab
Aethiopia fluit in Aegyptum,diuiditq́; ab Aegypto terram Aethiopum. Væ hoc loco ſignificat idẽ
quod onus.Dicitur aũt Aegyptus cymbalum alarum,qm̃ pulchram fecerat promiſſiõem regno Iu-
dæ,ꝙ ſub alis ſuis ipſum defenderet.[qui] populus Aegypti, [mittit in mare] quo ab Aegypto ver-
ſùs Iudæam nauigatur.[legatos in vaſis papyri ſuper aquas.] i.nuncios cum epiſtolis papyreis,vel in
nauibus ad modum papyri planatis,ad regẽ & populum Iudæ,dicens ſuis legatis:[Ite angeli] i.nun-
cij [veloces ad gentem conuulſam & dilaceratam,] i.populum Iudæorum multis impugnationibus
dilaniatum & conquaſſatum.Erat enim ab Aſſyrijs,Chaldæis, Syris, Philiſtæis, multiſq́; alijs impu-
gnatus.[ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius.] Hoc dupliciter accipi poteſt. primò, ꝙ
populus Iudæorum vocatur terribilis,qm̃ olim qñ Deo ſeruiuit,præ cunctis gentibus erat horribi-
lis,eô ꝙ Deus om̃ipotens eſſet adiutor & Deus eorum,propter quod nemo valuit eis reſiſtere,ſicut
Deut.4. Moſes prophetauit.Propter quod in Deute.habetur:Non eſt alia natio tam grandis,quę habeat de-
os appropinquantes ſibi,ſicut adeſt Dñs Deus noſter cunctis obſecrationibus noſtris. Et Salomon
3.Reg.8. ait:Quis alius ſicut populus tuus Iſrael?Secundò,ꝙ populus Iudæorum terribilis dicitur,quia tantis
miſerijs plenus,ꝙ omnibus ipſum ſpectantibus timorem horroremq́; incutit, poſt quem non eſt
1. Ma.2. alius miſerabilior ipſo.Vndè 1.lib.Macha.habetur:Secundùm gloriam eius,ſic & ignominia eius:&
quæ gens non hæreditauit terram eius?[ad gentem expectantem] auxilium vel à Deo,vel ab Aegy-
pto.[& conculcatam] ab hoſtibus.[cuius diripuerunt flumina terram eius] hoc eſt, cuius terrã ad-
Pſal.92. uerſarij principes vaſtauerunt.De talibus nanq; fluminibus fertur in Pſal.Eleuauerunt flumina flu-
Iere.47. ctus ſuos à vocibus aquarum multarum.Et de rege atq; exercitu Babylonis ſcriptum eſt:Eccè aquæ
aſſcendent ab aquilone,& erunt quaſi torrens inundans. Quòd autem per gentem hanc cõuulſam
intelligantur Iudæi,patet ex eo,quod ſubdit:[ad montem nominis Dñi exercituum] ſcilicet [mon-
tem Sion,] i.vrbem Hieruſalem,in cuius mõte,qui dictus eſt Sion,erat templum diuino cultui de-
Iſaiæ 13. dicatum.[Omnes habitatores orbis,qui moramini in terra.] Per hoc deſignantur Aegyptij, qui ꝓ-
pter ſuam multitudinem,orbis dicũtur,ſicut ſuperiùs Babylon dicta eſt orbis:vel gentes vniuerſæ,
in circuitu Aegypti morantes,quibus nunc dicitur:[cùm eleuatum fuerit ſignum in montibus, vi-
debitis] i.cùm vexilla bellica regis Babylonis fuerint in ſublime erecta ad veniendũ contra Aegy-
ptum,videbitis hanc ipſam eleuationem vexilli,& verum eſſe quod Deus prædixit. Vel per ſignum
in montibus eleuatum,intelligi poteſt viſio prophetica publicata.[& clangorem tubæ audietis.] i.
ſonitum tubarum, in quibus ſe hortabuntur aduerſarij veſtri ad pugnandum aduerſùm vos. [Quia
hæc dicit Dñs ad me:Quieſcam & conſiderabo in loco meo,] i.interim,quoadusq; hæc impleantur,
in cælo (quod ſedes mea eſt) quieſcam,dimittendo Aegyptios ſecundùm deſideria cordis eorum,
& opera eorum inſpiciam,quatenùs iuſtas pœnas infligam.Cõſiderabo autem,[ſicut meridiana lux
clara eſt.] i.tam certò & infallibiliter,ꝙ nihil intuitum meum effugiet:& vt lux ſolis in meridie cũ-
Eccl 23. cta ſplendidiùs radioſiusq́; illuſtrat,ſic mea cognitio ſuper omnia expandetur. Vndè in Eccõ dicit̃:
Oculi Dñi multo lucidiores ſuper ſolem,circunſpiciẽtes oẽm terram. Quieſcam quoq; [& ſicut nu-
bes roris in die meſſis.] i.quemadmodùm rorida nubes in calore meſſis metentem refrigerat,ſic re-
frigerabo ſperantes in me. Vel dicit̃ ſpecialiter,quantùm ad Chaldæos,qui cum rege ſuo Nabucho-
donoſor,ex diuina ordinatione venerunt contra Aegyptum,quos Deus refrigerauit,dando eis ce-
2.Reg. 23. lerem de Aegypto triumphum.huic ſimile eſt,quod lib.2.Reg.ait Dauid:Spiritus Dñi loquutus eſt ꝑ
me,Deus mihi loquutus eſt,dominator hominum:ſicut lux auroræ oriente ſole manè abſq; nubi-
bus rutilat,& ſicut pluuijs germinat herba de terra.[Ante meſſem enim totus effloruit.] i. populus
Aegypti omninò deiectus eſt,antequàm ad debitam ætatem ſeu perfectionem pertingeret.[& im-
matura perfectio germinauit,] i. ſicut ſegetes ante tempus congruum erumpentes, faciliter pere-
unt,ſic Aegyptij citò delendi ſunt. [Et præcidentur ramuſculi eius falcibus.] i. filij eorum gladijs
occidentur, quemadmodùm rami falcibus amputantur. [& quæ derelicta fuerint, abſcindentur,]
hoc eſt,reſidui Aegyptiorum,quos non occiderunt Aſſyrij, à Babylonijs interficientur. [Excuti-
entur] à vita,[& relinquentur ſimul auibus montium & beſtijs terræ,] i. cadauera eorum erunt in
eſcam

eſcam beſtijs atq; volucribus. [& æſtate perpetua] i.toto tempore æſtiuali. [erunt ſuper eum volu-
cres.] i.cadauera eorum ab auibus vorabuntur.[Et omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt.] i.
tempore hyemali morticina eorum, quæ inſepulta manſerunt,manducabunt.De punitione autem Iere.46.
Aegypti,à Ieremia & Ezechiele clariſſimè prophetatum inuenitur.[In tempore illo] videlicet per- Ezec.29.
cuſſis Aegyptijs,[deferetur munus] i.oblatio [Dño exercituum à populo diuulſo & dilacerato,à po-
pulo terribili,poſt quem non fuit alius,à gente expectante & conculcata,cuius diripuerunt flumina
terram eius,] i.à populo Iudæorum,de quo in principio huius capituli,om̃ia verba hęc dicta atq; ex-
poſita ſunt.[ad locum nominis Dñi exercituum,montem Sion.] Hoc temporibus Eſdræ, Nehemię, 1.Eſd.1.
Zorobabel,Aggæi,& Zachariæ impletum eſt,quandò (vt Eſdræ 1.recolitur) Cyrus rex Perſarũ de-
dit Iudæis licentiam redeundi in Iudæam,reparandiq́; templum, mittens cum eis vaſa templi, quæ
Nabuchodonoſor abſtulit. ¶ Porrò moraliter per terram cymbalum alarum, quæ eſt trans Moral.
flumen Aethiopiæ,intelliguntur hæretici adulatores,& omnes fraudulenti doctores. Hi enim ſunt
terra,i.terreni,de quibus Ieremias loquitur Dño:Recedentes à te,in terra ſcribentur.Sunt etiã cym- Iere.17.
balum,quoniam dulcem atq; inanem ſonum emittunt adulando,carnalia dogmata proponendo,&
humanæ rationi conſona edocendo.Deniq; propter veræ charitatis carẽtiam ſunt cymbalum tale,
de quo 1.ad Cor.13.ait Apoſtolus:Si charitatem non habeam,factus ſum ſicut ęs ſonans,aut cymba-
lum tinniens.Sunt autem & alia cymbala bona,ſancta,ac rationabilia,de quibus in Pſal.150.Lauda-
te eum in cymbalis benè ſonantibus.Hæc ſunt,quorum vita conſonat voci,qui corde,ore & opere
Dñm ex vera charitate collaudant.Sunt quoq; prędicti,iniqui ſcilicet,cymbala alarum,quia ſub ſua
diſciplina & cura recipiunt alios,aſſeruntq́; ſe poſſe defendere confugientes ad ſe. Sunt verò trans
flumen Aethiopiæ,quia per ſuam malitiam frequẽter ſuperant, deterioresq́; ſunt philoſophis & pa-
ganis.Multi quippe hæreticorum,videlicet Marciani,Marcioniſtæ & Manichæi, plùs errauerunt q̃
gentiles philoſophi.Hi mittunt per mare legatos in vaſis papyri, i. diſcipulos ſuos vndiq; ſpargunt,
vt cæteros ſuis erroribus implicent ſuper aquas ſapientiæ ſecularis.Dicũt autem ſuis legatis:Ite an-
geli veloces ad gentem cõuulſam & dilaceratam,i.ad miſeros,vagos,in fide inſtabiles,in opere mo-
biles,nondùm in Eccleſiaſtica perfectione atq; ſcientia radicatos.Tales enim ab hæreticis, adulati-
onibus atq; peſtiferis perſuaſionibus decipiuntur.ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius.
Nihil equidem horribilius plebe hæretica,quæ Deum blaſphemijs inhonorat, nec aliquid miſera-
bilius eis eſt.cuius diripuerũt flumina,i.hęreſiarchæ & principes impij,terram, i.Eccleſiam eius:diſ-
ſipant enim ſpiritualem collectionem eius in Chriſto, & terram viuentium, ſeu regnum cælorum
tollunt ab ea,pertrahentes ſecum ad inferos vniuerſos ſibi conſentiẽtes. Mittunt itaq; ſuos legatos
ad montem Dñi exercituum,montem Sion,i.Eccleſiam,cuius filios nituntur inficere. Omnes habi-
tatores orbis,qui moramini in terra,cùm eleuatum fuerit ſignum in montibus,i.hæreticorũ & per-
uerſorum ſuperbia,ſe in altum contra fidei atq; iuſtitiæ veritatem erexerit, videbitis horum inſolẽ-
tiam.Ad omnes enim plagas terræ deriuata ſunt dogmata hæreticorum, & vbiq; ſuperſeminatur in
agro Dei zizania.& clangorem tubæ,i. loquacitatem iſtorum audietis, quæ propter humanam, vel
potiùs diabolicam facundiam comparata eſt tubæ. Hæc dicit Dñs:Quieſcam, & conſiderabo in lo-
co meo,hoc eſt,ad tempus permittam iſtos peruerſos regnare,& ſeruorum meorum conſtantiã in-
tuebor,& ſicut meridiana lux illuminabo electos,& ſicut nubes roris cõſolabor afflictos, quemad-
modùm ad Corinthios Paulus teſtatur:Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis,ità & per Chriſtũ 2.Cor.1.
abundat conſolatio noſtra.Et Chriſtus apud Matthæum:Venite,inquit,ad me omnes,qui laboratis Mat.11.
& onerati eſtis,& ego reficiam vos.Ante meſſem totus effloruit,&c. Per hæc datur intelligi, ꝙ om̃is
congregatio reproborum iſtorum velociter euaneſcit, tollitur, atq; in ignem gehennæ proijcitur,
prout apud Ioannem Saluator ait:Si quis in me non manſerit,mittetur foràs ſicut palmes,& areſcet: Ioan.15.
& colligent eum,& in ignem mittent,& ardet.Et relinquetur auibus montium,i.dæmonibus ſuper-
biæ,& beſtijs terræ, i. dæmonibus luxuriæ,de quibus vtiq; beſtijs ſcriptũ eſt:Nè tradas Domine be- Pſal.73.
ſtijs †animam ⁎confitentium tibi.Et alibi:Volucres cæli comederunt illud.Et æſtate perpetua erũt †aias cõ-
ſuper eum,& ſuper illum hyemabunt,hoc eſt,dęmones ęternaliter populum tam iniquum torque- fitentes
bunt in calore ignis inferni,atq; in frigore aquarum niuearum ipſius,ducendo eum de vno tormẽ- ⁎confi-
to ad aliud. Poſtremò quod ſubditur,In tempore illo deferetur munus Domino à populo diuul- tentem
ſo & dilacerato:intelligendum eſt de his,qui poſt varios errores & vitia pœnitẽt, & Chriſto ſeſe of- Mat.13.
ferunt, perſeuerantes decæterò in fide catholica,ſanctaq́; vita.

¶ *Expoſitio capituli* 19. *Articulus* 39.

TRiplicem fuiſſe Aegyptiorum debellationem ſeu vaſtitatem , teſtantur hiſtoriæ , quarum
prima illata eſt ab Aſſyrijs, ſecunda à Chaldæis, tertia à Romanis. De vaſtitate autem ſecun-
da, præcedens capitulum communiter explanatur: præſens verò capitulum, à diuerſis diuer-
ſimodè ſatis exponitur. Veruntamen toto capitulo diligenter inſpecto, conuenientiùs reor, vt de
tri-

tribulatione Aegyptiorum à Romanis facta, intelligatur, quam expoſitionem Hieronymus breui-
ter tangit, ſicut & alias quaſdam, quarum nullam ſpecialiter comprobat. Quædam enim in iſto capi-
tulo ſcripta, frequenter accidiſſe leguntur Aegyptijs. Sed vt ordo hiſtoriæ conſeruetur, & oĩa quan-
tùm fieri poteſt, in vnam rationem concurrant, ipſaq; litera ſibi oſtẽdatur connexa, veriùs arbitror,
vt exponatur, ſicut iam tactum eſt, pro tempore Chriſti ac Romanorum. Ait ergò: [Eccè dñs aſcẽ-
det ſuper nubem leuem,] i. corpus humanum aſſumet, quod dicitur nubes, quia à lumine ſolis iuſti-
tiæ, ſ. Chriſti, copioſiſſimè irradiatum, & iugiter cæleſtibus actionibus occupatum, atq; diuina virtu-
te formatum. Dicitur quoq; nubes leuis, hoc eſt, velox & agilis ad obediendũ in omni motu & actu
Matt. 2. verbo Dei, cui erat vnitum, & quia non erat alicuius peccati onere prægrauatum. [& ingrediet̃ Ae-
gyptum] quemadmodùm angelus ait ad Ioſeph: Accipe puerũ & matrem eius, & fuge in Aegyptũ.
Iſaiæ 9. futurum eſt enim, vt Herodes quęrat puerum ad perdẽdum eum. Iſte nempe eſt puer, de cuius no-
minibus dictum eſt ſuprà: Vocabitur nomen eius, admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri
ſeculi &c. Sed quæri poteſt, cur non potiùs dicitur: Eccè dñs deſcendet ſuper nubem leuem, ſi in-
telligendum eſt de aſſumptione corporis humani. Et reſpondẽdum, ꝙ corpus Chriſti eſt quaſi tẽ-
Ioan. 2. plum atq; vehiculum ſuæ diuinitatis. Propter quod ait in Ioanne: Soluite templum hoc, & in tribus
1. Cor. 6. diebus excitabo illud. Paulus quoq; ad Corinth. omibus nobis ait: Portate, inquit, Deum in corpo-
re veſtro. Certum eſt autem, ꝙ dñs ſuper templum ſuum vehiculumq; aſcendit. [& commouebun-
tur ſimulacra Aegypti à facie eius.] i. idola Aegyptiorum corruent propter Chriſti præſentiam, quã
1. Reg. 5. 6. ferre non poterunt: ſicut nec Dagon idolum Philiſtinorum, ferre quiuit præſentiam arcæ. Fert̃ eñ
in hiſtoria Scholaſtica, ꝙ Chriſto ingrediente in Aegyptum ſimulacra eius in terram collapſa ſunt,
Iere 46. in figuram, ꝙ vbiq; idololatria Chriſti virtute deſtruetur. In Ieremia quoq; ſcribitur de ruina ido-
lorum Aegypti, quę à Chaldæis facta cognoſcitur. [& cor Aegypti tabeſcet in medio eius,] hoc eſt,
corda Aegyptiorum præ admiratione ſeu timore ſtupebunt atq; deficient, vel quia idola ſua corru-
iſſe viderunt, vel quia Romanis reſiſtere non valebant. [Et concurrere faciam Aegyptios aduerſùs
Aegyptios, & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, ciuitas aduerſùs ciuita-
tem, & regnum aduerſus regnum.] Iſta cõpleta ſunt tẽpore Octauiani, ſub quo natus eſt Chriſtus.
Antonius nãq; collega Octauiani imperatoris, ſocius eius in regno, habẽſq; ſororẽ eius in coniugẽ,
cùm captus eſſet amore Cleopatræ reginæ Aegypti, ſororem Octauiani dimiſit, atq; Cleopatrã du-
xit, & Octauiano rebellauit. Propter quod Octauianus cum Romanorũ exercitu Aegyptũ ingreſ-
ſus eſt, quo veniente, facta eſt Aegyptiorũ grauis diſſenſio, quibuſdam eorum adhærentibus Octa-
uiano, alijs aũt Antonio: ſicq; quandò bellum inter hos principes cõmiſſum eſt, concurrerũt Aegy-
for. * con- ptij qui erant cum Octauiano, * & pugnauit ꝓpinquus cõtra propinquum, amicus quoq; contra eũ,
tra illos q qui pauloantè amicus ſuus extiterat: tuncq; pugnauit regnũ Aegypti contra Romanũ imperiũ. Vel
erãt cũ An quod dicit̃, regnum aduerſùs regnum, intelligendũ eſt de partialibus quibuſdam prouincijs ad Ae-
tonio: & gyptum pertinentibus, quibus p̃erant principes ſub rege Aegypti exiſtentes, qui & reges appellant̃
Pſal. 103. in Pſal. quo dicit̃: Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipſorum. [Et dirumpetur ſpiritus
Aegypti in viſceribus eius,] hoc eſt, voluntates Aegyptiorũ ſciſſæ diuiſæq; erunt, & robur eorum
contereť. victi ſunt enim à Romanis. [Et conſilium eorum præcipitabo,] hoc eſt, ab effectu impedi-
am. Varia nanq; habuerunt cõſilia, quomodò poſſent Romanos deijcere, ſed oppoſitũ accidit. Por-
rò quod dictum eſt, Et cõcurrere faciam Aegyptios, &c. intelligi poteſt de diſcordia Aegyptiorum
cõtrariorum, qua quidam eorum, alijs renitentibus, crediderunt in Chriſtum tempore apoſtolorũ,
& tunc fiebat in eis, quod Chriſtus in euangelio dixit: Non véni pacem mittere in terram, ſed gladi-
Mat. 10. um. Véni enim hominẽ ſeparare à patre, & filiam à matre, & inimici hominis domeſtici eius. [Et in-
terrogabũnt ſimulacra ſua, & diuinos ſuos, & pythones, & ariolos.] A talibus enim Aegyptij quæ-
rebant conſilium de agendis, & præſcientiam de futuris, præſertim dum eis imminebat graue peri-
culum. [Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium.] Octauianus enim, ſubiugata ſibi
Aegypto, diuiſit eam in ſeptem principatus ſeu partes, & vnicuiq; principẽ vnum præfecit, qui eam
ſub iugo ſeruaret, nè ampliùs reluctaretur Romanis. [Et rex fortis dominabitur eorum,] videlicet
Octauianus, qui fuit potentiſſimus imperator atq; monarcha. [ait dñs Deus exercituum. Et areſcet
aqua de mari, & fluuius deſolabit̃ atq; ſiccabitur: & deficient flumina, & attenuabuntur & ſiccabun-
tur riui aggerum.] Conſuetudo ſcripturæ eſt, vt dicat terram deſolari, moueri, ſeu diſſipari, & aquas
ſiccari, dum homines in terra, aut ſupra aquas demorantes, talia patiuntur. Aegyptus autem ex vna
parte ſua eſt ſupra mare, ex alia ſupra Nilum. Per areſcentiam ergò aquæ, & cæterorum quæ dicta
ſunt, deſignatur occiſio ſeu afflictio Aegyptiorum. Et propriè per aquam deſignatur populi multi-
Apoc. 17. tudo. Aquę enim multæ, populi multi ſunt, ſecundùm Ioannem in ſua Apocalypſi. Per fluuium ſi-
gnatur regnum: per riuos, duces. Poſſet etiam ad literam accipi de diuiſione Nili in ſeptem riuos, &
Iſaiæ 11. conſumptione aquarum per Aegyptum fluẽtium, de qua ſuprà dictum eſt: Deſolabit dominus lin-
guam

guam maris Aegypti, & leuabit ſuper flumen manum ſuam, & percutiet eum in ſeptem riuis, ità vt
tranſeant per eam calceati: quod totum ad literam impletum eſt tempore Romanorũ, quemadmo-
dùm patuit. [Calamus & iuncus marceſcet,] hoc eſt, terræ naſcẽtia Aegyptiorũ deſtruent̃. [Nudabi-
tur alueus riui à fonte ſuo,] hoc eſt, fons & aqua ex eo ſcaturiens, ſeu locus ipſum recipiens, ſimul
deſolabuntur: quo quidem datur intelligi, ꝙ parentes cum filijs eſſent vaſtandi. [& oĩs ſementis ir-
rigua ſiccabitur, areſcet & non erit.] hoc eſt, aqua, qua irrigari ſolent ſemina in terram proiecta, de-
ficiet. Per quod deſignatur, ꝙ ſolita fertilitas in terra Aegypti ad tempus ceſſaret. In Aegypto enim
(vt fertur) ſemina terræ non rigant̃ pluuijs, ſed riuis ex Nilo decurrentibus, quibus ſubtractis, terra
manet infœcũda. Terra verò promiſſiõis, oppoſito modo ſeſe habet. Propter quod in Deuterono- Deu. 11.
mio Moſes ait ad populũ Iſrael: Terra, ad quã ingredieris poſſidendã, nõ eſt ſicut terra Aegypti, vbi
iacto ſemine aquæ ducuntur irriguæ: ſed mõtoſa eſt & campeſtris, de cælo expectans pluuiam. [Et
mœrebunt piſcatores, & lugebunt oẽs mittentes in flumen hamum: & expandentes rete ſuper faciẽ
aquarum, emarceſcent.] hoc eſt, vniuerſi Aegyptij, operi piſcationis intenti, terra ſua vaſtata, atq;
fluminibus ab aduerſarijs occupatis, partitis, aut deſolatis, plorabunt, eô ꝙ quęſtus officiumq; ipſo-
rum impediantur, & ſoliti piſcium cibi ſubtrahãtur. Quidam per piſcatores & hamum, ſeu rete mit-
tentes, intelligunt fallaces Aegyptiorum magiſtros, qui in reti erroris ſui alios capiebant. [Confun-
dentur qui operantur linum, plectentes & texentes ſubtilia.] hoc eſt, artifices Aegyptiorum, qui de
lino opera curioſa fecerunt: tales enim ſpoliauerunt aut occiderunt Romani. [Et erunt irrigua eius
flaccentia.] hoc eſt, aquarum fluenta, Aegyptum & loca vbi creſcit linum, rigantia, areſcentia erũt,
vt tactum eſt. [Omnes, qui faciebant lacunas] i. inſtrumenta ſic dicta, quæ apta ſunt [ad capiendos
piſces,] confundentur cum piſcatoribus. [Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis,
dederunt conſilium inſipiens.] hoc eſt, principes ciuitatis, quæ dicitur Tanis, quæ erat in Aegypto
metropolis, qui ſecundùm veritatem ſtulti erant, in idolis & magicis artibus confidentes, & tamẽ ſe-
cundùm æſtimationem Aegyptiorum ac propriam, erant admodùm ſapientes cõſiliarij regis Aegy-
pti, dederunt ineptum conſilium Pharaoni de modo pugnandi contra Romanos. Nominatur autẽ 4. Reg. 23.
Antonius Pharao, quoniam olim omnes reges Aegypti hoc nomine vocabantur. Vndè propheta Iere. 46.
Ieremias, Nechao regem Aegypti, nominat Pharaonem. [Quomodò * dicetis Pharaoni: filius ſapien * dicitis
tium ego, filius regum antiquorum?] Cur ô ſtulti principes, fallaceſq; conſules, iactatis vos eſſe de
genere ſapientum atq; nobilium, quum non valeatis dare ſanum conſilium, nec futura prædicere?
Dixerunt autem Aegyptij, genus ſuum habere originem à dijs, & heroibus ſeu dominis, quos dice-
bant, Oron, Iſin, Oſirim, & Typhonem. Sicq; propter generis dignitatem, & regni ſui antiquitatem,
præſumebant ſe eſſe in conſulendo expertos ac prouidos, & regem Aegypti debere eſſe monarchã.
ſed quia decepti ſunt, ſubditur: [Vbi ſunt nunc ſapientes tui] ô Pharao? [annuncient tibi & indi-
cent, quid cogitauerit dñs exercituum ſuper Aegyptum,] i. qualiter eam vaſtari decreuit. quaſi di-
cat: hoc tibi prædicere nequeunt. [Stulti facti ſunt principes Taneos,] prauum conſilium dando.
[emarcuerunt] i. à vera ſapientia vacui facti ſunt [principes Mempheos,] i. vrbis, quæ dicta eſt Mẽ-
phis, in qua maximè viguit necromantia. [deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius.] i. re-
gnum Aegyptiorum. Dicit̃ autem angulus regnum, qm̃ regnum per modum anguli continet popu-
lum. [Dñs miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis,] i. in cordibus Agyptiorum regnare permiſit
ſpiritum erroris, diſcordię, & inſtabilitatis, vt neſciant quid loqui aut agere debeãt. Et ſimili modo
ait Micheas ad Achab: Eccè dñs dedit in ore oĩm prophetarum tuorum ſpiritum mendacij. [& erra-
re fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo.] hoc eſt, conſiliarij iſti ſpiritu vertiginis adimpleti, fue- 3. Reg. 22.
runt Aegyptijs cauſa errandi in cunctis quæ perpetrabant. [ſicut errat ebrius & vomẽs,] in quibus
vſus rationis & inceſſus impediuntur propter cerebri perturbationem. [Et nõ erit Aegypto * opus, * opùs ꝙ
quod faciat caput & caudã incuruantẽ & refrenantem.] i. populus Aegyptius propter nimiam ſuam
turbulentiam atq; miſeriam, non habebit operationem habentem bonum principium, aut vtilem
finem, q̃ cauda ſeu exitus operis poſſit incuruare, i. quod iuſtum eſt immutare, ꝓualendo contra Ro-
manum imperium, aut refrenare impetum aduerſariorum ſuorũ, repellendo à ſe exercitum Roma-
norum. [In die illa erit Aegyptus quaſi mulieres.] i. Aegyptij debiles erunt, inſtabiles, hoſtibuſque
ſubiecti, ſicut ſubduntur fœminæ viris. [Et ſtupebunt, & timebunt à facie commotionis manûs dñi
exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam.] hoc eſt, Aegyptij vehementer metuent propter poten-
tiam & impetum aduerſariorum ſuorum, videlicet Romanorum, quorum ingreſſus & impugnatio
nuncupatur commotio manûs domini, hoc eſt, poteſtatis diuinæ, quoniam Deus pręſtitit Roma-
nis poteſtatem contra Aegyptios, ſicut per Ezechielẽ ait de rege Babylonis: Cõfortaui brachia Na- Ezec. 30.
buchodonoſor, & dedi gladium meũ in manu eius, & brachia regis Aegypti confregi. [Et erit terra
Iuda Aegypto in pauorem,] hoc eſt, Aegyptijs incutietur timor ex conſideratione populi Iudęorũ.
vel quia Aegyptij ſuam vaſtitatem putabant ſibi eueniſſe propter crudelitatem, quam in Iudęa cõ-
mi-

1. Ma. 6. miſerũt: ſicut Antiochus plaga Dei percuſſus, dixit: Nunc recordor malorum, q̃ feci in Hieruſalem.
nam & ex antiquo percuſſos ſe nouerant Aegyptij propter iniuriam factam Hebræis. Antonius ve-
rò rex Aegypti, occidit in Iudæa Antigonum regem, qui erat de genere Ioãnis Hyrcani, poſuitq́; in
ea Herodem alienigenam regem, ſicut legitur. Vel, quia Aegyptij videntes quomodò Iudæa erat à
Romanis debellata, timebant nè & ipſi ſimiliter vincerent. [Om̃is, qui illius fuerit recordatus,] hoc
eſt, quicunq; Aegyptiorum conſiderauerit iniurias à ſe illatas Iudæis, ſeu expugnationem à Roma-
nis. [pauebit à facie conſilij Dñi exercituum,] hoc eſt, ab effectu diuinæ iuſtitiæ, timens iudicia eius.
[quod ipſe cogitauit ſuper eam,] hoc eſt, quod decreuit facere de Iudæa, vlciſcendo eius iniurias in
Aegyptios, vel eius peccata. [In die illa erũt quinq; ciuitates in terra Aegypti, loquẽtes lingua Cha-
naan, & iurantes per Dñm exercituum. Ciuitas ſolis vocabitur vna.] Om̃ia, q̃ in iſto capitulo vſq; ad
hunc locum inducta ſunt, faciliter exponi poſſent de punitione Aegypti à Chaldæis, ſed ſequentia
non concordant. Sequitur: [In die illa] videlicet tempore nũc prædicto. Dies enim à prophetis pro
tempore ſumitur. [erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan.] Iſtud enim
& quæ ſequuntur, exponi non poſſunt niſi de conuerſione Aegypti ad fidem catholicam, ſicut ab
Ioſephus expoſitoribus ſatis probatum eſſe videmus. Veruntamen, vt refert S. Hieronymus, Ioſephus dixit
libro 12. iſta impleta poſt captiuitatem Babylonicam per Oniam ſacerdotem, qui cum multis Iudæorũ pro-
Antiq. fugus in Aegyptum, & à rege reuerenter ſuſceptus, ædificauit altare & templum Dño in Aegypto, in
cap. 4. ciuitate quam contulit ei rex Aegypti. Hoc autem S. Hieronymus efficaciter reprobat, eô ꝙ factum
Deut. 12. iſtud Oniæ reprehenſibile fuit. Lex enim prohibuit altare erigi, & ſacrificia fieri extra Hieruſalem,
Leu. 14. præſertim dum erat templum in Hieruſalem. Vndè & Dauid multo tempore profugus, nunq̃ præ-
1. Reg. 19. ſumpſit in terra aliorum altare aut templum conſtruere. Hîc etiam dicitur, ꝙ eſſent quinq; ciuitates
20. 21. 22. in Aegypto iurantes per Dñm, per quod datur intelligi, ꝙ in Dñm crederẽt. Oniæ aũt & populo eius
23. 25. 28. non legitur à rege Aegypti ciuitas conceſſa, niſi vna. Per quinq; igitur ciuitates Aegypti, loquentes
lingua Chanaan, & iurantes per Dñm, intelligendæ ſunt vrbes Aegypti, quæ ad ṗdicationem Simo-
nis apoſtoli ac Marci Euangeliſtæ, ad Chriſtum Dñm Saluatorem conuerſæ ſunt, & loquebant̃ lin-
gua Chanaan, i. Hebræa. Vel quia in vrbibus his multi demorabantur Iudæi, qui conuerſi Deũ lau-
dabant lingua Hebræa. Vel, quia per impoſitionem manuum apoſtolorum deſcendit in eos ſpiri-
tusſanctus, dans eis donum linguarum, prout frequenter fiebat in primitiua Eccleſia. Dicuntur autẽ
ciuitates hæ quinq;, non ꝙ ſolùm quinq; erant, ſed quia tot erant primæ ac principales, ſub quibus
cæteræ compræhendebantur. Iurantes per nomen Dñi, i. fide ſuppoſita iurantes, vbì, quandò, & eo
modo, quo iurandum eſt, nõ per idola Aegyptiorum, ſed per Deum verum, implentes illud Deu. 6.
Dñm Deum timebis, & per nomen eius iurabis. De ſic enim iurantibus ſcriptum eſt 2. lib. Paral. 20.
Pſal. 62. In omni corde ſuo iurauerunt Dño, & inuenerunt eum. Et alibì quoq;: Laudabuntur omnes qui iu-
rant in eo. Quòd aũt non licuit in Aegypto ædificari ab Onia templum Dño, patet per illud Deu. 12.
Caue nè offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris: ſed in eo, quem elegerit Dñs in vna tri-
buum tuarum. [Ciuitas ſolis vocabitur vna.] Per hanc ciuitatem intelligunt quidam Alexandriam,
Mal. 4. quæ dicitur ciuitas ſolis, i. Chriſti atq; iuſtitiæ. De quo ſole legitur in Malachia: Orietur vobis timẽ-
tibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. Quanuìs autem & reliquæ ciuitates eſſent
vtiq; ciuitates Chriſti, tanq̃ cultrices ipſius, præcipuè tamen vna, videlicet Alexandria, nominat̃ ci-
uitas ſolis, eô ꝙ ſacratiſſimus euangeliſta Marcus diù in ea reſedit, & Chriſtiani ſub eo in vrbe hac
ſanctiſſimam & omninò apoſtolicam vitam duxerunt. Propter quod Philo, inter Iudæos tunc elo-
quentiſſimus & doctiſſimus, admiratus conuerſationem ipſorum, pulcherrimum edidit librum de
laude eorum, ſicut in libro de viris illuſtribus ſcribit S. Hieronymus. Alij autem per ciuitatem ſolis,
intelligũt vrbem Aegypti Heliopolim, dictam ab ἥλιος, quod eſt ſol, & πόλις ciuitas, quaſi ciuitas ſo-
lis: & ità ad literam datur intelligi, ad Chriſtum conuertendam fuiſſe hanc vrbem. [In die illa] vide-
licet tempore prædicationis euangelicæ. [erit altare Dñi in medio terræ Aegypti,] hoc eſt, in ipſa
Aegypto & locis eius: nõ ꝙ ſolùm fuerit in Aegypto vnum altare, ſed per hoc quod dicitur in me-
dio terræ Aegypti, inſinuatur ꝙ in ſingulis locis Aegypti, in quibus erãt fideles, fieret templũ Chri-
Mich. 5. ſto. Iuxta quem modum de Chriſto prædictum erat in Michea: Magnificabitur in medio vniuerſæ
Ephe. 5. terræ. Dicitur enim altare vnum, quomodò dicitur vna fides, vna Eccleſia, vnũ baptiſma. [& titulus
Domini iuxta terminum eius.] i. titulus Chriſti, videlicet euangelium eius, & apoſtolorum doctri-
Ioan. 19. na. Vel certè titulus eius, quo dictum eſt: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum, quem affixit cruci Pila-
tus, erit in finibus Aegypti in Eccleſijs credentium. [& erit] titulus iſte [in ſignum & in teſtimoni-
um Domino exercituum in terra Aegypti.] i. titulus iſte erit, ad quod fideles reſpicient in omni tẽ-
tatione & neceſſitate, & per ipſum Chriſtus figurabitur ac ſignificabitur ipſis, tanquàm per imagi-
nem. Erit etiam Dño, i. ad gloriam eius in teſtimonium, i. in memoriale perpetuum, & in argumen-
tum ſeu teſtificationem. Nam & euangelica ſcriptura dat teſtimonium ſempiternum de Chri-
ſto,

ſto, ꝙ ipſe ſit verus mundi Saluator. [Clamabunt enim] feruenter orando Aegyptij [ad Dñm] Deũ
patrem [à facie tribulantis,] i. tẽpore perſecutionis ſuæ à mundo, carne, ſeu dæmone. [& mittet eis]
ſpirituali ac inuiſibili miſſiõe [Saluatorem & propugnatorem] i. defenſorem, [qui liberet eos,] hoc
eſt, filium ſuum dilectum, Ieſum Chriſtum, de quo angelus dixit apud Matthæum: Vocabis nomen
eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. De hac Chriſti miſſione, qua Matt. 1.
quotidiè venit ad ſuos fideles, ipſe ait in Ioanne: Ad eum veniemus, & manſionem apud eum facie- Ioan. 14.
mus. [Et cognoſcetur Dñs ab Aegypto, &] pro, i. [cognoſcent Aegyptij Dñm in die illa.] i. Deum
vnum ac trinum, Deiq́; filiũ incarnatum, per fidẽ & dona ſpiritûs ſancti, q̃ ſunt, ſapiẽtia, intellectus,
atq; conſilium. Hoc etiam dicit propheta Ezechiel, poſt deſcriptionem punitionis Aegypti à rege Ezech. 29.
Babylonis, Et ſcient, inquit, Aegyptij, quia ego ſum Dñs. Sed non dicit de eis, quod modò ſubiungi-
tur: [Et colent eum in hoſtijs & in muneribus,] i. in oblationibus ſacramentorum Eccleſiæ, ſcili-
cet corporis & ſanguinis Chriſti, quæ dicuntur pluraliter ſacramenta & hoſtiæ, propter pluralitatẽ
ſpecierum ſacramentalium panis & vini, ſub quibus continentur. Sunt tamen vnum perfectum ſa-
cramentum. Per hoſtias quoq; intelligi poſſunt ſpiritualia ſacrificia: ſcilicet, obedientia, oratio, pro-
pria mortificatio. Munera verò ſunt eleemoſynæ, & cætera quæ ſpontè offeruntur. Ex his eluceſcit,
ꝙ ea quæ nunc dicta ſunt de altari Domini in terra Aegypti & hoſtijs, dicãtur tanquàm aliquid lau-
dabile. Vndè intelligi nequeunt, niſi pro tempore Chriſti, quo offeruntur Deo in omni terra ve-
ra ſacrificia, vel potiùs vnum verum ſacrificium, per omnia ſacrificia veteris legis figuratum. De qua
Dominus ait in Malachia: Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus, & Mal. 1.
in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. [Et vota vouebũt Domino, & ſol-
uent] quæ vouerunt. Iſta ſunt vota, quæ promittunt Domino Chriſtiani in ſuſceptione ordinis ſa-
cri, in religionis ingreſſu, in fonte baptiſmatis, ſeu alijs cauſis. Vndè quoq; ait Pſalmographus: Voue-
te, & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu eius offertis munera. [Et percutiet Domi- Pſal. 78.
nus Aegyptum plaga] caſtigationis paternæ, de qua ait in Apocalypſi: Ego quos amo, arguo & caſti- Apoc. 3.
go. In præſenti igitur puniet eorum peccata, nè poſteà grauiùs affligantur. [& ſanabit eam,] hoc eſt,
à pœna hac eos eripiet, peccata dimittet, gratiamq́; refundet. Vndè apud Iob inducitur: Beatus ho- Iob 5.
mo qui corripitur à Domino. Increpationem ergò Domini nè reprobes, quia ipſe vulnerat, & mede-
tur: percutit, & manus eius ſanabunt. Hoc expertus erat Tobias, qui dicebat: Benedico te Domine, Tob. 11.
quoniam tu caſtigâſti me, & tu ſanâſti me. Hanc plagam paternam deſiderare debemus, dicentes cũ
Ieremia: Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore, nè fortè ad nihilum redigas
me. [Et reuertẽtur Aegyptij ad Dominum] per fidem, ſpem, & charitatem. [& placabitur eis,] dimit- Iere. 10.
tendo eorum peccata. [& ſanabit eos] à languoribus animæ, quam ſanitatem optauit qui ait: Sana Pſal. 6.
me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. [In die illa erit via] hoc eſt, ſecura & publica deam-
bulatio, [de Aegypto in Aſſyrios.] In Chriſti enim aduentu pacata ſunt regna, quę antè inimica fu-
erunt, omnibus Romano imperatori ſubiectis. Quandò ergò Aegyptius & Aſſyrius proprios reges
habebant, non erat inter eos via ſecura: ſed tempore Chriſti deſcriptus eſt totus orbis, nec reſtitit
Aegyptus Aſſyrijs, neq; econtrà. Hoc tamen præcipuè dicitur, eô quòd nũc prædicatores nouæ le-
gis velociter incedebant de vna terra ad aliam. [Et ſeruient Aegyptij Aſſur,] i. Aſſyrijs, ità quòd vna
gens alterius gentis merces recipiet, & mutuò ſibi in neceſſarijs prouidebunt. Vel ſicut ait Apoſto-
lus, Per charitatem ſeruite inuicèm. Per hoc datur intelligi, quòd in Eccleſia Chriſtifideles ex Ae- Gal. 5.
gypto, ſeruirent fidelibus ex Aſſyrijs, ex humilitate & concordia, ſicut frequenter in Vitis patrum
& alibì legitur. Vndè & Chriſtus dixit: Qui maior eſt veſtrûm, ſit veſter miniſter. [Et intrabit Aſſy- Luc. 22.
rius in Aegyptum, & Aegyptius in Aſſyrios] ex charitate, aut alia pia cauſa viſitando ſe inuicèm. [In
die illa erit Iſrael tertius Aegyptio & Aſſyrio,] hoc eſt, ſicut Aegyptij & Aſſyrij, ſic & Hebræi erunt
ſubiecti Romano imperio, nec auxiliabitur populus Iſrael vno tempore Aegyptijs contra Aſſyrios,
atq; alio tempore Aſſyrijs contra Aegyptios: ſed erit concors vtriſq;. Vel ſic, quia primi paſtores Ec-
cleſiæ ex Iudæis erant, & collegerunt in Chriſto gentes diuerſas, tanquàm cõſortes gratiæ ſuæ, ſicq́;
cum eis ambulauerunt Aegyptij & Aſſyrij. Vndè & Zacharias ait: In die illa appræhendent decem Zach. 8.
viri fimbriam viri Iudæi, dicẽtes: Ibimus vobiſcum: audiuimus enim quòd Dominus vobiſcum eſt.
[Benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum,] hoc eſt, Iſrael, ſcilicet apoſtolis
Chriſti, ſeu alijs eius diſcipulis, erit benedictio, i. cauſa ſeu occaſio benedictionis Aegypto & Aſſy-
rijs, quia per eum Dominus tribuet gratiam populis ipſis in medio terræ, cui benedixit Dominus, vi-
delicet in terra Aegypti & Aſſyriorum, vbì olim maximè viguit religio Chriſtiana, erantq́; ibì in-
numerabilia agmina monachorum: huic igitur terræ benedixit Dominus, [dicens: Benedictus po-
pulus meus Aegypti,] i. Chriſtiani habitantes in Aegypto. [& opus manuum mearum * Aſſyrio.] * Aſſyrius
id eſt, Aſſyrios dicet pertinere ad ſe, tanquàm creaturas à ſe electas. [Hæreditas autem mea Iſrael.]
id eſt, populus meus electus ac peculiaris ſunt, quos ex Iudæis elegi, videlicet ſancti apoſtoli. Vel,

quia à principio populus Iſrael ſpecialiter dictus eſt hereditas Dei.propter quod Samuel dixit Sau-
1.Reg.10. li:Eccè vnxit te Dominus ſuper hæreditatẽ ſuam in principem. Vndè in Deuteronomio Moſes: Te,
Deu.7. inquit,elegit dñs,vt ſis ei populus peculiaris,ex cunctis populis qui ſunt ſuper terram. Vel ſic:Here-
ditas mea Iſrael,i.loca terræ Iſrael,in quibus natus,cõuerſatus,& paſſus ſum, ſunt hæreditas mea, ad
quam omnes fideles de toto orbe concurrunt.

¶ *Expoſitio moralis præſentis capituli* 19. *Articulus* 40.

ONus Aegypti:Eccè Dominus aſſcendet ſuper nubẽ leuem. Cùm iſtud quod dicitur, Eccè Do-
minus aſſcendet ſuper nubem leuem,de Chriſti incarnatione (cuius vtiq; incarnatio ſalus eſt
mundi) intelligendum ſit,ſicut expoſitum eſt:cur Propheta loquuturus de incarnatione Chriſti,p̃-
miſit Onus Aegypti,i.huius mundi,qui per Aegyptum figuratur, niſi quoniam ſicut Chriſti incar-
natio electis & gratis eſt cauſa ſalutis, ſic peruerſis eſt occaſio maioris damnationis? Vndè Apoſto-
lus de ſeipſo ac ſuis conſortibus ait 2.ad Cor.2. Chriſti bonus odor ſumus in omni loco:alijs quidẽ
odor vitæ in vitam,alijs odor mortis in mortem.Onus ergò Aegypti,i.pondus ac maior damnatio
Ioan.13. mundi,videlicet hominum mundanorum,de quo mundo ait Saluator diſcipulis ſuis apud Ioannẽ:
Iaco.4. Si de mundo eſſetis,mũdus quod ſuum eſt diligeret.De quo & Iacobus proteſtatur: Amicitia huius
mundi,inimica eſt Deo.Eccè Dominus Chriſtus aſſcendet ſuper nubem leuem,i.in vterum virginis
glorioſæ:& ingredietur,naſcendo de ea,in Aegyptum,i.mundum iſtum, vbì inter homines cõuer-
ſatus & viſus eſt.Venit enim Chriſtus in hunc mundum peccatores ſaluos facere, ſecundùm Apo-
ſtolum 1. ad Tim.1.Et mouebuntur ſimulacra Aegypti à facie eius.Statìm enim poſt Chriſti aduen-
tum cœperunt in toto mundo ſimulacra reprobari,& conteri à ſanctis apoſtolis per Chriſti poten-
Soph.2. tiam,quemadmodùm à Sophonia prædictum eſt:Horribilis Dominus, & attenuabit om̃es deos ter-
1.Ioan.5. ræ.Vndè Ioãnes dicit:Filioli,cuſtodite vos à ſimulacris.Et cor Aegypti tabeſcet in medio eius, hoc
eſt,mentes ſecularium obſtupeſcent,Chriſti & apoſtolorum prædicatione audita, videlicet de ſuis
peccatis dolendo,pœnasq́; æternas timẽdo.Vel,tabeſcet,per obſtinationem in malo, quemadmo-
Actu.6. dùm de Iudæis legitur in Actis apoſtolorum:Audientes hæc,ſcilicet verba Stephani protomartyris
Chriſti,diſſecabantur cordibus ſuis.Et concurrere faciam Aegyptios cõtra Aegyptios,i.mundanos
contra mundanos.Eſt enim mundus pertinens ad damnandos,ſicut nunc patuit.Eſt quoq; mundus
pertinens ad ſaluandos,de quo 2.ad Cor.5.Paulus teſtatus eſt:Deus erat in Chriſto, mundũ recon-
cilians ſibi.Et Ioan.3.dicitur:Sic Deus dilexit mundum,vt filium ſuum vnigenitum daret.Aegyptij
ergò pertinentes ad mundum reprobationis,concurrunt aduerſùs Aegyptios pertinentes ad mun-
dum prædeſtinationis.& vir contra virum,atq; amicus contra amicum,& proximus cõtra proximũ
prçliatur:quoniam reprobi perſequuntur electos.Præcipuè tamen iſta impleta ſunt in ſanctis mar-
Luc.21. tyribus,quibus Chriſtus in euangelio ait:Trademini aũt à fratribus & propinquis & amicis,& mor-
Ibidèm te afficient ex vobis.His enim verbis p̃miſit:Surget gens cõtra gentem,& regnum aduerſùs regnũ.
Et dirumpetur ſpiritus Aegypti in viſceribus eius,hoc eſt,animæ impiorum ſpiritualiter moriẽtur,
Oſeæ 10. gratiam amittendo,ſicut in Oſee legitur:Diuiſum eſt cor eorum,nunc interibunt.Et conſiliũ eius
præcipitabo.Hoc idem in Pſal.32.ſcriptum eſt:Dominus diſſipat conſilia gentium,reprobat autem
cogitationes populorum,& reprobat conſilia principum.Deniq; multa habuerunt aduerſarij fidei
Chriſtianæ conſilia,qualiter eam extinguerent, & videmus quia nihil profecerunt:ſed defecerunt
Luc.21. ſcrutantes ſcrutinia,diſſipatumq́; eſt eorum cõſilium,ſicut & Chriſtus ſuis promiſit electis:Ego da-
bo vobis os & ſapientiam,cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri.Et in-
terrogabunt ſimulacra ſua,& diuinos,ac pythones.Inualeſcente apoſtolorum prædicatione,& fide
vbiq; vehementer creſcente,gentiles idololatræ ab idolis ſuis, Magis atq; pythonibus ſciſcitaban-
tur, quomodò prædicationi & fidei Chriſtianorum poſſent reſiſtere. Et tradam Aegyptum, id eſt,
amatores huius mundi in manus dominorum crudelium, ſcilicet principum huius ſeculi, qui ſunt
dæmones & hæreſiarchæ,quibus nihil crudelius eſt,quoniam animas ſtrangulant. Vndè ad Rom.1.
2.Tim.1. dicit Apoſtolus:Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.Et alibì: Quos tradidi, inquit, ſatanæ, vt
diſcant non blaſphemare.Et rex fortis,videlicet Chriſtus Dominus virtutum,dominabitur eorum,
Ezec.20. non per gratiam,ſed iuſtitiæ vltionem.De qua dominatiõe ait per Ezechielem:Viuo ego,dicit Do-
minus,quia in manu forti & brachio extento,& in furore effuſo regnabo ſuper vos.Et areſcet aqua,
hoc eſt, ſecularis ſapiẽtia,carnis prudentia,hæreticorum notitia. De quibus in Prouerbijs habetur:
Prou.9. Aquæ furtiuç dulciores ſunt.De mari,hoc eſt,de cordibus filiorum ſeculi huius:qui dicuntur mare
magnum,propter amaritudinem vitiorum.Et fluuius,hoc eſt,diabolus qui reprobos potat & implet.
Et aqua prædicta deſolabitur atque ſiccabitur,quandò in infernum retruſus, non ampliùs poterit
quenquam tentare.Et deficient flumina & riui aggerum, hoc eſt, cæteri maiores atq; minores, qui
de fontibus dæmonum varios errores hauſerunt.Calamus,i.vacuus ſermo:& iuncus, hoc eſt,ſimu-
lata virtus iſtorum marceſcet, quoniam caret humore gratiæ Dei. Quocontrà de ſermone & ſan-
cti-

ctitate iuſti ſacra ſcriptura teſtatur: Et folium eius non defluet,& om̃ia quæcunq; faciet, proſpera- Pſal.1.
buntur.Nudabitur alueus riui à fonte ſuo,quandò(vt dictum eſt)fluuius ille fontalis falſæ doctrinç Ioan.8.
diabolus,qui in veritate non ſtetit, non magìs poterit riuos perfidiæ atq; erroris ſpargere in cordi-
bus hominum:Et omnis ſementis,i.diabolici ſeminis,ſ.tentationis,malæ voluntatis,& cæterorum,
vndè oriuntur peccata,irrigua,i.fomentum ſiccabitur,areſcet,& non erit,quandò ab impijs auferé-
tur omnis voluptas,honor & gloria,& alia per quæ ad vitia attrahuntur,quemadmodùm Iob 27.de
peccatore ſcriptum eſt:Aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet:appræhendet eum,quaſi aqua,inopia.
Iſtis autem impletis,mœrebunt piſcatores,i.animarum ſeductores,qui homines venantur ad mor-
tem.& lugebunt omnes mittentes hamum,i.fallaciæ laqueum in flumine,i.in populo. & expanden
tes rete,i.inſidiarum ſagenam.ſuper faciem aquarum,i.hominum,& inſtar aquæ inſtabiliũ atq; flu-
entium.Hi autem mœrebunt & flebunt nunc,quandò prohibentur venena ſua diffundere,poſteà Iob 10.
cruciabuntur in inferno,vbì vmbra mortis,& nullus ordo, ſed fletus & ſtridor. Confundentur qui Matt.13.
operabantur linum,i.qui corporis blandimenta ſequuntur,& mollibus induũtur. plectentes & te-
xentes ſubtilia,i.qui ſcrutatores ſunt maieſtatis,qui in vaniſſimis ſophiſmatibus & aridis difficulta-
tibus iugiter occupantur,quod ad dialecticos maximè pertinet. Et erunt irrigua eorum flaccentia,
i.omnis viror & nitor ipſorum areſcent,nec aliquẽ fructum de ſuis ſubtilitatibus reportabunt.Pro- Eccl.3.
pter quod in Eccleſiaſtico legit̃:Altiora te nè quæſiêris,& fortiora te nè ſcrutatus fueris: ſed quæ p̃-
cepit tibi Deus,illa cogita ſemper,& in pluribus operibus eius nè fueris curioſus. Itemq́;: In ſuper- Ibidèm
uacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. Vtinã iſta perpenderent,qui circa inutilia, ſua ingenia con-
terunt,& ꝓpriorum defectuum,ac cçterorum q̃ ad ſalutem requiruntur,cõſideratione omiſſa,iſta
ſtudent cognoſcere,quæ non requirentur ab eis. Oẽs qui faciebant lacunas ad capiendos piſces, i.
machinamenta ad homines decipiendos.Stulti principes,i. hæretici & prælati callidi, qui ꝓuocant
iram Dei. Taneos,i.ſimulatæ humilitatis. Tanis em̃,humile mandatum interpretatur.Iſti autem do- Iob 36.
cent ea quæ veræ altitudini contrariant̃.Sapientes conſiliarij Pharaonis,i.regum & dominorum ter-
renorum,dederunt conſiliũ inſipiens:qm̃ ſalutaria atq; diuina,omniſq́; ſancta ſapientia eis abſcon- Mat.11.
dunt̃,iuxta illud Saluatoris:Confiteor tibi pater,Dñe cæli & terræ,quia abſcondiſti hçc à ſapiẽtibus Luc.10.
& prudentibus,& reuelâſti ea paruulis.Et 1. ad Cor.1. Apoſtolus aſſerit:Nonnè ſtultam fecit Deus ſa-
pientiam huius mundi?non em̃ conſulunt,neq; opere oſtendunt,q̃ ad veram beatitudinem exigũ-
tur.Quomodò dicetis Pharaoni,i.principibus atq; magnatibus, quos vultis decipere, quibus vultis
placere,à quibus honorari atq; ditari optatis,Filius ſapientiũ ego?Dicere enim ſolent doctores pe-
ſtiferi ac conſiliarij fraudulenti:Imitatores ſumus magnorum doctorum,& apoſtolorum,qui prin-
cipes mundi ſunt,documenta aſſequimur:hoc dicunt vt eis credatur. Vbì ſunt nũc, videlicet tẽpore
deceptionis,tribulationis,neceſſitatisq́; tuæ,ô Pharao, ſeu princeps terrene, ſapientes tui, in quorũ
confidis ſapientia,qui tamen veraciter inſipientes ſunt?Prudentia enim carnis,mors eſt. Annunciẽt Rom.8.
tibi quid cogitauerit Dñs ſuper Aegyptum,i.ſuper terrã & homines ſeculariter viuentes, quomodò
Deus decreuit eos in p̃ſenti vita affligere,& in futura,niſi pœniteant,condemnare:hoc tibi indicare
non valent.Emarcuerunt,i.ſpiritualibus bonis vacui facti ſunt.principes Mempheos,i. eloquentiæ
& loquacitatis magiſtri.Memphis em̃ interpretatur os,ſiue Ex ore. Deceperũt Aegyptum angulum
populorum,i.mundum & regnum ipſius,quẽadmodùm Petrus de talibus dicit:Erunt magiſtri mẽ- 2.Pet.2.
daces in populo,qui introducent ſectas perditionis,audaces,ſibi placentes,pellicientes aĩas inſtabi-
les,de quibus ſcriptum eſt Iudæ 1.Hi ſunt in epulis ſuis maculæ cõuiuantes,ſine timore,ſemetipſos
paſcentes,nubes ſine aqua.Dñs miſcuit in medio eius,i. in oĩbus filijs ſeculi huius, in om̃ibus qui in
ꝓprijs oculis ſapientes ſunt.ſpũm vertiginis,i.volubilitatis,vt non quçrant illud vnum,quod ſolùm
neceſſarium eſt:ſed per multa vagent̃,& nulli ſalubri ac ſtabili fundamento infigant̃. Propter quod Luc.10.
de eis ſcriptum eſt Pſal.82.Deus meus,pone illos vt rotam.& Pſal.11.In circuitu impij ambulant.De 2.Theſ.2.
futuris quoq; Antichriſti diſcipulis ait Apoſtolus:Mittet illis Deus ſpiritum erroris,vt credant mẽ-
dacio.Dum enim Deus homini gratiam non infundit, aut datam tollit, homo multipliciter errat,
non diſcernendo inter verum & falſum,inter bonum & malum, & paſſionum frequenter impetum
ſequit̃.& errare fecerunt Aegyptum,i.mundũ in omni opere ſuo.Cæcus enim ſi cæco ducatũ præ- Mat.15.
ſtet,ambo in foueam cadunt.Idcircò conſiliarij principesq́; peruerſi,omnes ſibi adhçrentes in per-
ditionem deducunt.Vndè monet Apoſtolus:Videte nè qs vos ſeducat vllo modo. Et non erit Ae-
gypto opus,quod faciat caput & caudã,i.homines mundani,neq; principiũ,neq; finem boni operis Col.2.
habebũt,ſed inordinata ſunt cuncta quæ agunt, & inquinata ſunt eorũ mens & conſcientia. In die
illa,quandò videlicet miſcuerit Dñs ſpũm vertiginis in medio eius, erit Aegyptus quaſi mulieres, i.
hoĩes impij inſtabiles erunt,effœminati ſeu fragiles: & timebunt à facie cõmotionis manûs Dñi,i.di-
uinæ vltionis rigorem,futurũ iudicium,& inferni tormenta formidabunt: vel modò per pœniten-
tiam,vel poſtmodùm per pœnarũ experientiam.Et erit terra Iuda,i.Eccleſia electorũ,Aegypto,i.Ec-

cleſiæ malignantium in pauorem, dum viderint ſe errare, & contra iuſtos ſine cauſa perſecutionem
feciſſe. In futuro tñ hoc magis implebit, dum ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe
Sap. 5. anguſtiauerunt: tunc nempe iniuſti turbabunt timore horribili. Oĩs qui illius recordatus fuerit, i. q
tormenta & plagas huius mundi adſpexerit, conſiderando q̃ diſtrictè Deus peccata prauorum atq;
iniurias ſanctis illatas vlciſcit, pauebit à facie conſilij dñi, i. diuinum iudicium formidabit, clamans
cum Apoſtolo: Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Et cum Pſalmiſta: Venite, & videte
Heb. 10. Pſal. 65. opera Dei, terribilis in conſilijs ſuper filios hoĩm. In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti,
loquentes lingua Chanaã. Iſtæ quinq; ciuitates, q̃ ſunt in terra Aegypti, i. in corpore hoĩs, ſeu in mũ-
do, ſunt quinq; ſenſus exteriores vel interiores, qui non loquunt lingua Chanaan, qñ proprijs mo-
tibus ferunt, ſenſualitatem ſequunt, nec refrenantur. Cùm aũt per rationem diriguntur ac moderã-
tur, loquunt lingua Hebręa & ſeruiunt dño, & iurant per dñm exercituum, qm̃ firmiter proponunt
rationis imperio obedire. Ciuitas ſolis vocabit vna. Hæc eſt ciuitas viſûs, qui cæteris ſenſibus extat
nobilior, cuius etiam ordinatio videt eſſe vtilior. In die illa, cùm fuerint ſenſus ità rationi ſubiecti,
erit altare dñi, i. fides catholica, ſuper quam oĩa opera meritoria collocant, atq; per eam dño offerũ-
Heb. 11. tur. Accedentẽ quippe ad Deum oportet credere. In medio terrę Aegypti, i. in cordibus hoĩm in to-
to mundo degentium. Vel altare dñi eſt in terra Aegypti, i. in oĩbus Chriſti Eccleſijs cõſecratum eſt
Deo altare, & titul⁹ dñi, i. memoriale paſſiõis dñicæ, iuxta terminũ eius, i. iuxta loca & fines Eccleſiæ.
Clamabunt enĩ fideles vbiq; terrarum ad dñm à facie tribulationis, videlicet in omni tribulatione
atq; anguſtia, ſicut iubet in Pſal. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me. Et
Baruc. 4. Baruch ait: Filij, clamate ad dñm, & eripiet vos de manu inimicorum. Hoc enĩ ſemper agendum eſt
nobis, & hoc eſt vnicum noſtrum refugiũ, prout 2. Par. 20. deuotus rex Ioſaphat proteſtatur: In no-
bis, inquiens, non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus reſiſtere hoſtibus: ſed cùm ignoremus quid agere
debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. De hoc beneficio gratias
Ecci 51. egit Deo ex intimo corde ille, qui in Eccõ profitetur: Laudabit vſq; ad mortem anima mea dñm,
qm̃ eruis ſuſtinentes te, & liberas eos de oĩ anguſtia dñe Deus noſter. Ideò ſubditur: Et mittet eis
Saluatorem & propugnatorẽ, qui liberet eos. Nec enĩ eſt alius qui pugnet pro nobis, niſi Ieſus Chri-
1. Cor. 13. ſtus dñs noſter. Et cognoſcetur dñs per fidem ab Aegypto huius mundi: nunc enim videmus p ſpe-
culum in ænigmate. Et 1. Ioã. 5. dicit: Scimus qm̃ filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſca-
mus verum Deum. Et colent eum in hoſtijs & muneribus, & vota vouebunt dño, & ſoluent: hoc iã
quotidiè cernimus adimpleri. Et percutiet dñs Aegyptum, i. Eccleſiam in terris peregrinãtem plaga
temporalis correctionis, & ſanabit eam, ſicut in Pſal. 117. cantatur: Caſtigans caſtigauit me dñs, &
Apoc. 3. morti non tradidit me. Vndè Pro. 3. legitur: Diſciplinam dñi fili mi nè abijcias, & nè deficias cùm ab
eo corriperis: quẽ enĩ diligit dñs, corripit: & quaſi pater in filio cõplacet ſibi. Et ad Heb. 12. Apoſtol⁹:
Si extra diſciplinã eſtis, ergò adulteri & non filij eſtis. In die illa erit via de Aegypto in Aſſyrios, i. de
peccatorib⁹ & pœnitentib⁹ ad pfectos, ità q̄ ſibi inuicèm cõdeſcendent atq; ſubuenient, ſicut docet
Gal. 5. Apoſtolus ad Gal. Fratres, ſi poccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hui-
Gal. 6. uſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Rurſus: Alter alterius onera portate. Interpretat aũt Aegyptus
caligo, Aſſyrius verò dirigẽs. & ſeruiẽt Aegyptij, i. pœnitentes, Aſſur, i. perfectis. In die illa erit Iſrael,
i. homo contemplatiuus, cuius conuerſatio eſt in cęlis, tertius, i. ſocialiter adunatus & humiliter cõ-
uiuens Aegyptio & Aſſyrio, i. incipienti de tenebris mundi exire, & proficienti ac proficiſcenti de
virtute in virtutẽ. In Chriſti enim Eccleſia ſunt diuerſi gradus perfectionum: & tñ qui maior eſt in
charitate & gratia, plùs cæteris ſe humiliat exemplo Chriſti, qui ait: Ego in medio veſtri ſum, ſicut
Luc. 22. qui miniſtrat. In terra cui benedixit dñs, de qua in Pſal. 84. cantamus: Benedixiſti dñe terram tuam,
Ephe. 1. i. Eccleſiã, ſicut Apoſtol⁹ loquit: Benedixit nos oĩ benedictione ſpũali in Chrõ Ieſu. Propter quod
Ioel. 2. pdixit: Effundam de ſpiritu meo ſuper oẽm carnem. Benedixit igitur dñs terram hãc, dicens:
Benedictus populus meus Aegypti, i. benedicti ſunt pœnitentes ſeu incipientes, & opus manuum
*Aſſyrius mearum *Aſſyrio, i. proficiens vocabit creaturas electas. Hæreditas autem mea Iſrael, i. pfecti & ſpe-
2. Cor. 3. culatiui, qui cum Apoſtolo dicere queunt: Nos aũt reuelata facie gloriam dñi ſpeculantes, in eandẽ
imaginẽ transformamur de claritate in claritatem. Hi tales ſpecialiſſimo ac excellentiſſimo modo
ad dñm pertinent, tanq̃ prędilecta hæreditas, poſſuntq́; dicere: Dñs pars hæreditatis meæ & calicis
Pſal. 15. Pſal. 72. mei. Et illud, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Cætera patent ex præinductis.

¶ *Explanatio cap. 20. In anno quo ingreſſus eſt Thartan in Azotum.* *Articulus* 41.

NVnc in duobus capitulis pcedentibus deſcriptæ ſunt duæ afflictiones Aegyptiorum, quarum
vnam perpeſſi ſunt à Chaldæis, alteram à Romanis: iam in pſenti capitulo deſcribit Agyptio-
rum calamitas, quã ab Aſſyrijs paſſi ſunt, q̃ licèt vltimò recitet, tñ in ordine rerũ extitit prima. Non
enĩ prophetæ ſemp obſeruant hiſtoriæ ordinẽ. Ait ergò: [In anno quo ingreſſus eſt Thartan] q erat
dux militum, ſeu princeps militiæ Aſſyriorum. [in Azotum,] quæ erat vna de quinq; principalibus
vrbibus

vrbibus Philiſtinorũ. [cùm miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum,] i. Sennacherib, q ſecundùm Hie-
ron. 7. noĩa habuit. [& pugnâſſet] Thartan pdictus [contra Azotũ, & cepiſſet eam, in tẽpore illo lo-
cutus eſt dñs in manu] i. in corde [Iſaiæ filij Amos, dicens: Vade, & ſolue ſaccũ de lumbis tuis,] i ve-
ſtem tuam ſaccinã abiectã & cilicinã, qua indutus es, exue: talib⁹ enĩ veſtibus vti ſolebant ſancti pro-
phetæ, peccata populi deplorãtes, quẽadmodùm de Helia atq; Ioãne Bapt. narrat hiſtoria. [& calce- 4. Reg. 1.
amenta tua tolle de pedib⁹ tuis. & fecit ſic] Iſaias obediẽs Deo, cui in oĩbus ſine diſcretione obedire Mat. 3.
iuſtiſſimũ eſt. [vadens nudus & diſcalceatus.] In quo cõmendat nobis tanti pphetę obediẽtia maxi-
ma, q cùm eſſet de regio ſanguine natus, immò vt recitat Hieronymus, ſecũdùm Hebręos, erat ſo-
cer Manaſſæ filij Ezechiæ regis Iuda, non tñ erubuit, Deo iubẽte, nudus corã omni plebe incedere.
Quid aũt per hãc inceſſionẽ ſignificabat, ſubiungit: [Et dixit dñs: Sicut ambulauit ſeruus me⁹ Iſaias
nudus & diſcalceatus, triũ annorũ ſignum & portentũ erit ſuper Aegyptũ & ſuper Aethiopiam.] i.
iſta ambulatio Iſaiæ pſagium eſt, q̄ tribus annis vaſtanda ſit Aegyptus & Aethiopia ab Aſſyrijs, &
q̄ rex Aſſyriorũ Aethiopes capiet trib⁹ annis elapſis à tẽpore quo Iſaias nudus inceſſit, atq; Aethio-
pũ vaſtitatẽ pdixit. Aliqui verò ità exponunt, q̄ ipſe Iſaias trib⁹ annis nudus inceſſit, ad inſinuãdum
q̄ per trienniũ Aethiopia vaſtaret. Sed meliùs dicere reor eos, q aſſerunt eũ tribus dieb⁹ nudum am-
bulâſſe, ità q̄ dñs dedit ei diem p anno, ſicut & Ezechieli, vt legit in Ezechiele. [ſic minabit rex Aſ-
ſyriorũ captiuitatẽ Aegypti,] i. captos Aegyptios. [& tranſmigrationẽ Aethiopiæ,] i. Aethiopes à p- Ezec. 4.
pria terra trãſlatos. [iuuenẽ & ſenem, nudã & diſcalceatã, diſcoopertis natibus ignominiã Aegypti,]
i. Aegyptios ignominioſè tractatos: vel Aethiopes, q dicunt ignominia, i. cõfuſio Aegypti, qm̃ Aegy-
ptij in Aethiopũ confidentes auxilio, ſunt confuſi. Eccè quõ nuda inceſſio Iſaiæ, erat ſignũ progno-
ſticũ nuditatis atq; cõfuſionis Aethiopiæ & Aegypti. Solebãt enĩ pphetæ nõ ſolùm verbis, ſed reb⁹
quoq; & actib⁹ vaticinari, quẽadmodùm Ezechiel pforando parietẽ, & vaſa ſua p modum tranſmi-
grantis portãdo, pfigurauit quid futurũ eſſet habitatorib⁹ Hieruſalẽ. Ieremias quoq; ligneas poſuit Iere 27.
in collo ſuo catenas, ſignificans populũ Iuda vinctũ ducẽdum in Babylonẽ. Et Oſeę dñs loquit: Fac Oſeæ 1.
tibi filios fornicationũ, & fornicãs fornicabit terra à dño. [Et timebunt, & cõfundent ab Aethiopia
ſpe ſua, & ab Aegypto gloria ſua.] i. cognita hac captiuitate Aegyptiorũ atq; Aethiopũ, populus Iu-
dęorum timebit, & erubeſcet pp̄ter deiectionẽ Aethiopum, in quib⁹ ſperabant, & Aegyptiorum, de
quorũ auxilio & amicitia exultabant. [Et dicet habitator inſulæ huius in die illa:] i. habitatores Hi-
eruſalẽ, q̃ ſimilitudinariè dicit inſula, qm̃ ſicut inſula concutit fluctibus aquarũ, inter quas iacet, ſic
Hieruſalẽ vicinarum gentiũ perſecutionib⁹ vbertìm percuſſa eſt. Vel per inſulã intelligit terra Iuda,
q̃ eſt inter mare mortuum ab oriente, & mare mediterraneũ ab occidente. [Hæccine erat ſpes nr̃a]
i. in plebe iſta tam miſerabiliter capta, vanè ſperauim⁹. [ad quã confugimus in auxiliũ,] petendo per
literas ab eo pſidium, [vt liberaret nos à facie regis Aſſyriorũ? [Et quõ effugere poterimus nos?] i.
manũ regis Aſſyriorum nõ valemus humana virtute euadere, cùm iſti nobis fortiores, ab eo deui-
cti ſint. Hoc loco ait Hieronym⁹: Eſt igit ordo pvidẽtię Dei, oĩe genus hoĩm ineffabili iudicio diſ-
penſantis. Contra Dei voluntatẽ populus Iſrael ſperauit in Damaſco: deſtruit Damaſcus, q̃ contra
Dei iuſtitiam impijs pſtat auxilium. Iudas ſperauit in Aegyptijs, & Aegyptus ſubuertit: Aegyptij cõ-
fiſi ſunt in Aethiopib⁹, & Aethiopes ab Aſſyrijs ſuperant. Intumeſcunt Aſſyrij, nõ Deo, ſed proprijs
virib⁹ ſuas victorias aſſcribẽtes. veniunt Chaldęi, & eos deijciũt: Chaldęi ſupbiunt, & à Perſis ac Me-
dis vincunt: Perſæ ac Medi ex parte pſecuti ſunt populum Dei, & aries ſæuiſſimus oẽs eorũ populos
calcat. Venit cõtra eum hircus caprarũ, videlicet Alexãder, & cõterit eum. ipſeq́; hircus vltra modũ
elatus, perit veneno, & regnũ eius diuiſum in quatuor. Poſt multam mutuò cędem illatam, tãdèm
Romanis ſubijcit. Romanus aũt rex cum ſuis vniuerſa dilacerat, ferratis dentib⁹ vnguibuſq́; carnes
ſanctorũ cõminuens. Excidit lapis de mõtę ſine manib⁹, ſ. Chr̃s, & potentiſſimũ olim ac ferreum re-
gnũ humiliat: immò in modũ teſtarũ cõfringit. Docemur ex iſto cap. Iſaiæ obedientiã imitari, prin-
cipum terrenorũ confidentiam abhorrere, atq; diuinæ prouidentiæ æquitatem in cunctis penſare.

¶ *Elucidatio literalis cap. 21. ſ. Onus deſerti maris.* *Articulus* 42.

NIſi in conſequentibus verbis pſentis capit. ſcriptum eſſet, Babylon dilecta mea facta eſt mihi
in miraculum: Et iterùm, Cecidit cecidit Babylon: dubium videret, quid per deſertum mare
daret intelligi: nunc verò certum eſt, q̄ per deſertum mare Babylon deſignet, de cuius onere, i. pu-
nitione loquit iam Propheta, de qua & ſuperiùs prophetauit. ſed nunc aliqua addit, illic non poſita.
prophetæ enim de eadẽ materia frequenter eadẽ repetunt, aliqua adiungendo, ſeu pdictã euidẽtiùs
explicando, ſicut in Ieremia & Ezechiele maximè patet. Ait ergò: [Onus deſerti maris] i. Babylõis,
q̃ propter ciuium ſuorum multitudinem mare vocat, diciturq́; mare deſertum, i. deſtructum, & à p-
prijs habitatoribus derelictum. [Sicut turbines ab Africo veniunt, de deſerto venit, de terra horri-
bili. Viſio dura nunciata eſt mihi.] Hęc poteſt eſſe vox Iſaiæ prædicẽtis quod erat futurũ, vel Baby-
loniorum recitantiũ inter ſe quod perceperunt. ſed ſenſus idẽ eſt, ſ. Sicut turbines ab Africo veni-

unt,i.quemadmodùm ventus tempeſtuoſus,qui dicit̃ Africus,turbines ſeu tempeſtates,fulgura atq;
tonitrua cauſat:& ſicut turbines iſti ab hoc vento velociter atq; terribiliter veniunt, ſic de deſerto,
i.per deſertum venit populus Perſarum atq; Medorum contra Babylonem, de terra horribili,i. de
regione Perſarum & Medorũ,q̃ erat Babylonijs metuenda.[Viſio dura] de aduentu iſtorum [nun-
ciata eſt mihi.Qui incredulus eſt,] ſ.Balthaſar rex Babylonis,idola colens,nec Babylonem capien-
dam putans,ſicut à prophetis audiuit prædictũ.[infideliter agit:] quia nec ipſe fideliter vrbem ſuam
cuſtodiuit,ſed eadem nocte qua capta eſt Babylon,principibus ſuis fecit conuiuium: vaſaq; Dei de
Hieruſalem abſportata,adferri præcepit,atq; cum ſuis concubinis ex eis potauit,vt habet̃ in Danie-
Dan.5. le.Vndè videtur,confiſus in murorum Babylonis fortitudine,non curâſſe de hoſtibus, vt aliqui di-
cunt.[& qui depopulator eſt,] i.aliorum direptor.[vaſtat,]i.opprimit & anguſtat.Deindè Propheta
hortat̃ aduerſarios Babylonis,vt impleat̃ Dei conſilium contra eam. [Aſſcende Elam] i. ô vos Ela-
mitæ,qui eſtis de Perſide,(Elam em̃ eſt regio Perſidis) ad pugnam vos præparate contra Babylonẽ.
[obſide Mede.]i.ô tu gens Medorum obſide Babylonem,nec timeatis multitudinem eius.[Om̃em
gemitum eius ceſſare feci,] i.ad tantam anguſtiam eam perducam,vt nec gemere audeat corã vobis.
Hæc eadẽ,& alia multa q̃ ſequunt̃,Ieremias duobus vltimis ſui libri capitulis copioſè inducit.Quod
aũt dictũ eſt,Oẽm gemitũ &c.Iſaias ait in Dei perſona:deindè loquẽs in ꝓpria perſona,[Propterea]
inquit[repleti ſunt lumbi mei dolore,] i. intantùm cõpaſſus ſum futuræ preſſuræ Babylonis,ꝙ do-
Pſal.37. lor aĩæ in corpus meum redundauit,& lumbi mei (in quibus ſolet vigere delectatio carnis,propter
quod Dauid ait:Qm̃ lumbi mei impleti ſunt illuſionibus) in me repleti ſunt pœna ſenſibili. [& an-
guſtia poſſedit me,ſicut anguſtia parturientis:] i.compaſſionis affectus totaliter occupauit me,intã-
tùm vt vix ſciam qd loqui aut agere debeam,ſicut & mulier tẽpore partûs vehementiſſimè anguſti-
atur,& ꝑ dolore quaſi vſu rationis priuat̃.[Corrui cùm audirem, cõturbatus ſum cùm viderẽ.Emar-
cuit cor meum,tenebræ obſtupefecerunt me.]Moris erat ſanctis ꝓphetis, in terram corruere ſuper
faciẽ ſuam,dum aliqua ardua,ſecretiora ac myſtica audiebant ſiue videbant. In tali em̃ reuelatione
ꝓphetica,corporis harmonia diſtemperat̃,& virtus ſenſuum infirmat̃ propter magnam immutatio-
nem factã in aĩa:quanto enim aĩa circa ſpiritualia ampliùs occupat̃,tanto corpus plùs attenuat̃, infe-
rioresq; vires à ſuis actibus impediunt̃,aut penitùs ſuſpendunt̃.Propter quod apud Danielem habe-
Dan.8. tur:Ego Daniel langui & ægrotaui poſt viſionem per dies. Et Ezechieli in terram collapſo dicit̃:Fili
Ezec.2. hoĩs,ſta ſup pedes tuos,& loquar tecum.Huic aũt,quod nunc de ſeipſo aſſerit Iſaias,ſimile eſt quod
Dan.10. Daniel de ſeipſo loquit̃:Ego Daniel vidi viſionẽ grandẽ,& nõ remãſit in me fortitudo,ſed & ſpecies
mea immutata eſt in me,& emarcui, nec habui quicquã viriũ.Videns igit̃ Iſaias in ſpiritu,clariſſimõ
quodam intuitu futura tanq̃ ꝑſentia,ſcilicet tãtorum hoĩm in Babylone crudeliſſimam occiſionẽ,
tanti ſanguinis effuſionem,infantum ac paruulorum colliſionẽ, mulierum oppreſſionẽ, compaſſus
eſt vehementer humanæ naturæ in Babylonijs, quam dilexit, & ait:Corrui corpore in terram, cùm
viderẽ in ſpiritu miſerias Babylonis: conturbatus ſum, cùm audirem iſta mihi diuinitùs reuelari ac
dici.emarcuit,i.naturali robore deſtitutum eſt cor meum corporale, in quo maximè viget hoĩs vita.
tenebræ,i.aduerſitates Babylonijs infligendæ.obſtupefecerunt me,i.quaſi immobilẽ fecerunt præ
Dan.7. horrore & admiratione.Vndè Daniel dicit:Horruit ſpiritus meus.Et in libro Iob ait Eliphaz The-
Iob 4. manites:Dum ſpũs me ꝑſente tranſiret,inhorruerunt pili capitis mei,& oĩa oſſa mea perterrita ſunt.
[Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum,] i.populus Babylonicus,quem diligo, quãtùm
ad naturam,non quo ad culpam,tantis preſſuris ſubiectus eſt,ꝙ admiratus ſum indè,videlicet ꝙ tã-
tæ gloriæ tanta ſucceſſit calamitas.[Pone menſam,contemplare in ſpecula:comedentes & bibentes
ſurgite principes,arripite clypeum.]Verba hæc intelligi poſſunt tam de Medis & Perſis,q̃ de Baby-
lonijs.Primò ergò ſic exponuntur:O tu Elam & Mede,i.populi Medorum & Perſarum,pone men-
ſam,i.corpora refice,quatenùs ſis in ꝑlio fortis.contemplare in ſpecula,i.conſidera atq; futura peri-
cula diligenter perpende,quibus factis,vos principes populi huius,cum eis comedẽtes & bibentes,
ſurgite à menſa,arripite clypeum,i.arma aſſumite,& ad inuadendum Babylonem vos ꝑparate. Se-
cundò ſic:Pone menſam tu Balthaſar rex Babylonis,contemplare in ſpecula,i.vide q̃ contra te ſcri-
Dan.5. bant̃ in pariete.Nam vt in Daniele legit̃,nocte qua capta eſt Babylon, Balthaſarq; occiſus, fecit ipſe
Balthaſar grande cõuiuium:quo nondùm finito,miſſa eſt manus,q̃ in pariete aulæ regis ſcripſit ſen-
tentiam Dei contra Balthaſar eiuſq; populum.comedẽtes & bibentes ſurgite principes,i.vos duces
Babylonis veſcentes cùm rege,ceſſate ab epulis:qm̃ nõ eſt tempus deliciarum, ſed miſeriarum.ar-
ripite clypeum,i.contra Perſas ac Medos defendite vos.Quidam exponunt hoc de Perſis ac Medis,
quos aſſerunt interfuiſſe cõuiuio regis,tanq̃ de pace tractaturos cum rege:& ità iſtos principes hor-
tat̃ Propheta,vt ſurgant, arma arripiant, & regem Babylonis occidant. [Hæc enim dixit mihi Dñs:
Vade,& pone ſpeculatorem:] i. propheticum conſideratorem, qui ſpiritu prophetali impletus, fu-
tura prædicat.[& quodcunq; viderit] ſpirituſancto reuelante, [annunciet.] Per hunc ſpeculatorẽ
in-

intelligit̃ ipſemet Iſaias, qui erat ſpeculator domûs Iſrael, ſicut & ad Ezechielẽ Dñs ait: Speculatorẽ Ezec. 3.
te dedi domui Iſrael. Loquitur em̃ Iſaias de ſeipſo quaſi de alio.Quia tñ poſt pauca ſubiungit,[Sup
ſpeculã Dñi ego ſum ſtans iugiter:]innuit ꝙ ipſe ſit ſpeculator iſte.vndè Dñs iubet ei,vt ſeipſum diſ-
ponat ad contemplandum futura per gratiã ꝓphetiæ.[& vidit]ſpeculator iſte, ſ.Iſaias, viſiõe ꝓphe-
tali ſeu imaginaria,[currũ duorum equitũ.]& qd hoc ſit,clariùs exprimit. [aſſcenſorẽ aſini,& aſſcẽ-
ſorẽ cameli.]i.duos equites quorũ vnus ſedebat ſuper aſinũ, alter ſup camelum. [& cõtemplatus eſt
diligenter multo intuitu.] i. ſpeculator iſte intentè aduertit quid iſta ſignificarent. Intelligentia em̃
eſt opùs in viſione,& verba diuina cum om̃i diligẽtia ſunt percipienda. Vndè etiã Iſaias in hac dili-
genti cõſideratione meruit cognoſcere iſtorum ſignificationẽ, videlicet ꝙ per aſſcenſorẽ aſini in-
telligeret̃ Cyrus rex Perſarum,eô ꝙ regnũ Perſarũ vile & debile,& ſine reputatiõe fuit vſq; ad Cy-
rum,ſicut & aſinus vile eſt animal.Per aſſcenſorẽ verò cameli,qui eſt animal magnum ac nobile,in-
telligeretur Darius rex Medorũ,quorũ regnum à longo tempore potentiſſimum extitit. Deniq; hi
duo reges vocãtur currus duorũ equitũ, qa ꝑ modũ quadrigæ, & velut duę rotę in curru cõbinatæ,
venerunt impetuoſè atq; cõcorditer cõtra Babylonẽ.[& clamauit vt leo:]i.ſpeculator ꝑdictus, ſ.Iſa-
ias,cuius ꝓphetia erat Babylonijs metuẽda,quẽadmodùm rugitꝰ leonis beſtijs ſyluę.Clamauit autẽ
vel corde,vel ore quod ſubiungit̃:[Sup ſpeculã Dñi]i. in officio ꝓphetali,ſeu cõtemplatiõe diuina.
[ego ſum,ſtans iugiter ꝑ diẽ,]i.tanq̃ indeſinẽter paratus ad audiendũ qd loquat̃ Dñs,& ad annunci-
andum alijs quicqd iuſſerit mihi.[& ſup cuſtodiã meã ego ſum,ſtans totis noctibꝰ.] i.toto tẽpore ꝑ-
ſentis vitæ,quod ꝓpter varia mala nox appellat̃,ſolicitus ſum nè Deũ offendã,& gratia ꝓphetali in-
Prou. 4. dignus efficiar,ſed ſatago,ſicut ſcriptum eſt,om̃i cuſtodia ſeruare cor meũ.quidã per ſpeculatorem
ꝑdictum intelligunt Abacuk ꝓphetam,q lõgo tẽpore poſt Iſaiã natus,cõtra Babylonem ꝓphetauit:
moti ſunt aũt,qa eadẽ verba quo ad ſenſum,q̃ nunc dicta ſunt de iſto ſpeculatore, habent̃ in ꝓphe-
tia Abacuk,vbi dicitur:Super cuſtodiã meã ſtabo,& figã gradũ meũ ſuper munitionem,& contem- Abac.3.
plabor vt videã quid dicat̃ mihi. Cõſequenter pleniùs ponit̃ viſio iam ꝑdicta. [Eccè iſte venit aſſcen
ſor vir bigæ equitũ.]i.Cyrus rex Perſarũ citò aſſcendet bigã equitũ,i.regnũ duorũ regũ habiturꝰ eſt
in breui,qa poſt mortẽ Darij regnauit ſuper Medos Perſaſq;.Vndè quod dictũ eſt ſuprà, Vidit cur- Iſaię 21.
rum duorum equitum,aſſcenſorem aſini, & aſſcenſorem cameli,exponit Hieronymus de Cyro,vt
ipſe vocetur currus,i.portator & rector duorum equitum, i.duorum exercituum, ſ.Medorũ & Per-
ſarum:aſſcenſor quoq; aſini, & aſſcenſor cameli,quia vtriq; regno prælatus.Aliqui verò per aſſcen-
ſorem bigæ equitum,intelligunt Cyrum & Darium, accipiendo ſingulare pro plurali. [Et reſpon-
dit, & dixit]i.Iſaias,qui iam vocatus eſt ſpeculator & leo, reſpondit reuelanti ſibi hæc, & dixit pro-
pheticè q̃ ſequuntur:[Cecidit cecidit Babylon,& om̃ia ſculptilia deorũ eius contrita ſunt in terra.]
Loquebatur aũt Iſaias de futuro ꝑ modum ꝑteriti,tanq̃ diceret:vrbs Babylonica funditùs deſtrue-
tur.Vndè bis ait,cecidit,quia non ſolùm euerſa ſunt eius ędificia, & ciues eius occiſi,ſed etiam facta
eſt inhabitabilis vſq; in finẽ, om̃ia quoq; idola eius in terrã ꝓlapſa atq; cõtrita ſunt,quẽadmodũ in
Ieremia ſcribit̃:Capta eſt Babylon, cõfuſus eſt Bel,victus eſt Merodach, cõfuſa ſunt ſculptilia eius. Iere.50.
[Tritura mea, & filia areæ meæ,]i.plebs ſeu cõgregatio Iudæorũ, quã in domo diſciplinæ, velut in
horreo meo colligere cupio.Vel,tritura mea,i.popule Medorum, à quo incumbit mihi excutere vi-
tia, ſicut à triturante excutiuntur à tritico paleæ. Et filia areæ meæ,i. plebs ſeu congregatio Iudæo-
rum,quã in domo diſciplinæ velut in horreo meo colligere cupio. Vel tritura mea,i.popule meus,
qui ſæpè ab hoſtibus es contritus,& filia areæ meæ,i.popule qui ad templũ Dei concurris,quod ſitũ
eſt in monte Sion,in area Ornan Iebuſæi,vt dicitur 1.Paralip.21.[q̃ audiui à Dño exercituũ,Deo Iſra-
el]de vaſtitate Babylonis,[annũciaui vobis,]vt conſolationẽ & ſpem habeatis de veſtra redempti-
one à terra Chaldæorum.Quidam per triturã intelligunt Babylonẽ, quæ primò cõtriuit regnum Iu-
dæ,deindè à Medis contrita eſt.Prætereà conuertit ſe propheta ad deſcribendum punitionem Idu-
mæorum,qui communiter filijs Iſrael aduerſabantur, cùm tamen debuiſſent eis auxilium impen-
diſſe,quoniam erant de genere Abraham,ſicut Iudæi.Ait ergò:[Onus Duma.]id eſt,Idumæorum
punitio. Duma autem non eſt tota terra Idumæorum, ſed quædam regio eorum, nunc tamen pro
Idumæa accipi poteſt,quæ primò à rege Aſſyriorum, poſtmodùm à Babylonijs legitur depopulata.
Nunc verò de punitione Idumæorum à Nabuchodonoſor facta fit ſermo,de qua Ezechiel,Ieremias Ezech.26.
atque Abdias ſcripſerunt.[Ad me clamat ex Seir]i.populus Idumæorum habitans in montibus Se- Ierem.51.
ir,ſeu in terra Edom,(Seir enim,& Edom,& Idumęa,idem ſignificant,ſcilicet Idumæorum prouin-
ciam)implorat miſericordiam meam tempore ſuæ anguſtię,neceſſitate cogente, vt liberem eum de
manibus Chaldæorum. Quum enim vaſtarentur Idumæi à Chaldęis, vel in captiuitate detine-
rentur à Perſis & Cyro,Iudæis autem ad terram propriam redeuntibus,vexatio dedit eis intelle-
ctum,recordatique ſunt ſe eſſe de genere Abraham: Propter quod Dominum inuocabant, vt eos
erueret,ſicut frequenter ſaluauit filios Iſrael. Quidam verò per clamorem ex Seir, intelligunt ora-

tio-

tionem angeli,Idumęorũ populo nato ex Eſau p̃ſidentis,& pro eorũ ſalute precantis. Quid aũt cla-
mârit populus iſte,ſubiungitur:[Cuſtos,quid de nocte?cuſtos,quid de nocte?] i.ô Deus, qui popu-
Pſal. 120. lum tuũ cuſtodis vigilia ſempiterna,de quo legitur in Pſalmo: Eccè non dormitabit neq; dormiet,
qui cuſtodit Iſrael:qui clamantes ad te,cuſtodis in nocte aduerſitatis & hora dormitionis,cuſtodi &
Pſal. 144. nos.[Dixit cuſtos,] i.Deus cuſtoditor ſuorum,de quo legitur,Cuſtodiens paruulos Dñs: reſpondet
Idumęis per ſuos prophetas:[Venit manè & nox,] i. conſolatio & punitio infliguntur à me debito
tempore ſecundùm ordinẽ diuinæ æquitatis,prout opera hominum promerentur.Idcircò ſuper fi-
lios Iſrael venit manè,i.tempus liberationis & conſolationis,quia veraciter pœnitent.Super vos aũt
venit nox captiuitatis & derelictionis,qm̃ non verè pœnitetis,ſed ſola neceſſitas compellit vos cla-
mare ad me,non amor inclinat:nec peccata veſtra diſplicent vobis,inquantùm peccata & Deo con-
traria,ſed propter pœnam inductam. Ideò vobis dico: [Si quæritis, quærite.] i. ſi gratiam petitis, &
Dei miſericordiam inuenire optatis, quærite Deum ex corde & animo, cum firmo propoſito abſti-
nendi ab omni peccato.[conuertimini] ad Deum non ex ſolo timore, ſed etiam ex charitate.[& ve
nite] ad me benè viuendo:quod ſi feceritis,eruam vos. Porrò de onere & cauſa oneris Idumęorum,
Iere. 49. multo diffuſiùs ſcribitur ab Ieremia, Ezechiele, in viſione quoq; Abdiæ & Amos 1. Cauſa em̃ erat,
Ezech. 23. qm̃ ſemper hoſtiliter egérunt contra filios Iſrael.[Onus in Arabia.] In iſto capitulo deſcribunt triũ
gentium onera,ſ.Babyloniorum,Idumęorum,& Arabum,de q̃bus nunc ait:Onus in Arabia,nõ di-
cit:Onus Arabiæ,ſicut ſuperiùs dixit:Onus Duma,Onus deſerti maris:ſed,Onus in Arabia,i.puni-
Gene. 16. tio quorundam habitatorũ Arabiæ,ſ.Iſmaëlitarũ,ſeu Agarenorũ,qui ſicut in Geneſi legitur,deſcẽ-
17.& 21. derũt ab Abraham & Agar eius ancilla,per Iſmaëlem:vſurpauerunt aũt ſibi nomen à Sara coniuge
Abrahę,q̃ libera erat,& vocant ſe Saracenos. propriè tamen Agareni dicendi ſunt,de q̃bus ait Pſal-
Pſal. 28. miſta:Moab & Agâreni.Eſt aũt duplex Arabia,ſcilicet maior,à Iudæa multùm diſtans,& ad Indiam
vſq; pertingens.Alia eſt Arabia minor,vicina Iudææ,q̃ etiam multas continet gentes,videlicet Am-
monitas,Moabitas,Idumęos.Sed ſicut ex ſubditis innoteſcit, iam agitur de ea parte Arabiæ, in qua
Agareni morati ſunt.Huius quoq; Arabię cauſa punitionis,erat crudelitas contra filios Iſrael.Ideò
de eis ſubiungitur:[In ſaltu ad veſperam dormietis,] i. vos Iudæi fugientes regem Babylonis, dor-
mietis de nocte in ſolitudine,in locis arboribus conſitis.[in ſemitis Dodanim] i.in vijs ducentibus
ad propinquos fratresq; veſtros Iſmaelitas.Dodanim enim,cognatos ſeu propinquos ſignificat. Iſ-
maëlitæ aũt in ſolitudine vaſtiſſima habitant in tentorijs,habentes multa pecora, & in arte ſagittan-
Gene. 21. di præcipui,ſequentes patrẽ ſuum Iſmaëlem,de quo ait liber Geneſeos,ꝙ in ſolitudine ſit moratus,
& factus puer ſagittarius,de quo angelus dixit ad Agar:Manus eius contra oẽs,& manus oĩm contra
eum,& è regionẽ fratrum ſuorũ figet tabernaculũ.Ad hos ergò confugerunt Iudęorũ aliqui timore
Chaldęorum,ſperantes ſe piè recipiendos à cognatis ſuis Iſmaëlitis, ſed ità non accidit: dormiérũt
ergò in ſaltu,aliud nõ habentes hoſpitium.Deindè ait propheta ad Iſmaëlitas:[Occurrentes ſitien-
ti ferte aquam.] i. Iudæis ad vos venientibus obuiate cum aqua, vt potent, quia in ſolitudine ꝓpter
ſolis ardorem potus præcipuè neceſſarius eſt. [Qui habitatis terram auſtri,] i. vos Iſmaëlitæ,com-
morantes in plaga auſtrali reſpectu Iudææ,[cum panibus occurrite fugienti.] i.populo Iudæorum,
vt laſſos cibo confortetis. [A facie enim gladiorum] gentis Chaldęę [fugerunt] Iudęi, [à facie gla-
dij imminentis, à facie arcûs extenti, à facie grauis prælij.] i. ab impugnatione regis Babylonis, qui
gladio,arcu, & diro acceſſu eos inuadere conabatur. Quia verò Agareni iſta non egérunt, ponitur
digna eorum punitio. [Qm̃ hæc dicit Dñs ad me: Adhuc in vno anno, quaſi in anno mercenarij] i.
vno anno celerrimè tranſeunti,quemadmodùm annus quo ſeruit mercenarius,videtur ei citò fini-
ri præ auiditate mercedis,ad quam feſtinat,cuius deſiderio tempus cum iucunditate expendit,ſicut
Gene. 29. de Iacob ſcriptum eſt, ꝙ ſeptem anni quibus pro Rachele ſeruiuit, videbantur ei pauci, ſeu breues
præ amoris magnitudine.Sic ergò adhuc vno anno,ſimili anno mercenarij,ſtabat populus iſte Ara-
biæ,ſcilicet Agareni,in ſuo vigore:quo finito,[auferetur omnis gloria Cedar,] i. poteſtas, & pom-
Gene. 25. pa,& populus Agarenorum deſtruetur.Per Cedar autem, qui erat ſecundogenitus Iſmaëlis, intel-
liguntur Agareni: quos Nabuchodonoſor debellâſſe legitur poſt vnum annum à captiuitate regni
Iudæ.Aſor enim ciuitatem metropolim gentis iſtius, Nabuchodonoſor funditùs demolitus eſt. [&
reliquiæ numeri ſagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur.] i.fortes ſagittarij de numero
& populo Agarenorum ſeu filijs Cedar,diminuentur. non dixit,penitùs conterentur, ſed imminu-
entur: quoniam quidam eorum occiſi ſeu capti ſunt, & plurimi in camelis ac dromedarijs euaſe-
runt,ſicut conſuetudo eſt eis: velociſſimè nanq; fugere ſciunt. [Dominus enim Deus Iſrael locu-
tus eſt iſta] per me,idcircò debetis firmiter credere.

¶*Expoſitio tropologica huius viceſimiprimi capitis.* *Articulus* 43.

BAbylonem ſeu mare deſertum,ſignificare præſens ſeculum nequam,ſeu mundum, i. genera-
tionem malorum,Eccleſiam malignantium,conuenticula reproborũ,iam ſępè innotuit.Hi em̃
ab

ab inhabitatione Dei per gratiam,vacui ſunt,paſſionũ aculeis vitiorumq; ſpinis repleti. De hoc ma- Pſal. 68.
ri ait Saluator:Véni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Ab eis quippe occiſus eſt. Itaq;
onus deſerti maris,i.pondus ſiue afflictio mundi huius,eſt quod ſubditur:Sicut turbines ab Africo
veniunt,ſic vitiorum tumultus,tentationum impulſus, & multitudo miſeriæ, huic mari ſeu munda-
nis hoĩbus de deſerto venit,i.de carne mortali,de corde diaboli, de vanitatibus ſeculi. Ab his enim
mundus ad oĩa mala inducitur.De terra horribili.Terra iſta horribilis, eſt manſio dæmonum, de
qua accedunt ad nos:vel caro noſtra,quæ dicitur horribilis,qm̃ tot miſerijs plena eſt,vt conſideran-
ti horrorẽ incutiat.Viſio dura,de æterna damnatione impiorum, & de horrendis iudicijs Dei ſuper
filios hominum,annunciata eſt mihi in ſacra ſcriptura,vel ex reuelatione diuina. Qui incredulus eſt Rom. 1.
verbo legis diuinæ,infideliter agit,i.malè viuit, & fallaciter operatur. Iuſtus em̃ ex fide viuit, ſecun- Abac. 2.
dùm Apoſtolum.Propter quod Abacuc ait:Eccè qui incredulus eſt,non erit anima eius recta in ſe-
metipſo.Et qui depopulator eſt,i.qui ſuo exemplo aut dogmate falſo inficit alios,qui animarum ſe-
ductor eſt:vaſtat nanq; ſeipſum,& alios damnat,& dæmonum laqueis innectit atq; conſtringit. Hoc
de malis prælatis impijsq; principibus maximè verificat:quia quos ſaluare & ſecum ad cælos perdu-
cere debuerant,hos ſuo malo regimine perdunt.Vndè Dñs requiret de manu ipſorum ſanguinem,
i.vitam pereuntium.Aſcende Elam,obſide Mede.Elam,interpretatur deſpiciẽs: Medus, tentans ac
mentiens.Per Elamitas ergò,qui mundũ iſtum ſeu regnum Babylonis deſpiciunt, in quorum con-
ſpectu ad nihilum deductus eſt malignus,intelligũtur homines virtuoſi, & maximè p̃dicatores atq;
doctores Eccleſiæ.Per Medos verò,perfecti,qui cum Chriſto iudicaturi ſunt,reddentes impijs pœ- Pſal. 149.
nam ſecundùm culpæ menſuram,ſicut in Pſal.cantatur:Exaltationes Dei in gutture eorum, & gla- Apoc. 18.
dij ancipites in manibus eorum,ad faciendam vindictam in nationibus,&c.Et in Apocalypſi:Red-
dite illi,ſicut & reddidit nobis.Iſtis ergò præcipitur, vt aſcendant atq; obſideant Babylonem, hoc
eſt,mundi huius peccata redarguant, futura eis pericula prædicent, omnemq; gloriam ſeculi huius
conculcent ac reprobent.Omnem gemitum eius ceſſare feci. Dolet & gemit hic mundus, vbì non
eſt dolendum aut ingemiſcendum: & gaudet vbì non eſt gaudendum, & illic trepidat timore vbì
non eſt timor: omnia nempe in eo confuſa ſunt.Dum ergò mali non gemunt vbì gemendũ eſt,ceſ-
ſare facit Deus permiſſiuè bonum gemitum eorum.Prætereà qm̃ mundus, i. congregatio iniquorũ,
etiam interdùm à Chriſtianis principibus expugnatur,vel dęmonũ poteſtati cruciandus donat:poſ-
ſumus per Elam ſeu Perſas ac Medos,intelligere principes religioſos, qui gladio materiali, Chriſto
inuitante,peruerſos deijciunt,vel dæmones,poſt hanc vitam impios cruciantes. Conſiderans ergò
Eccleſia,ſeu quilibet fidelis tantas miſerias mundi, videlicet pœnas eius ac culpas, vehementer ni-
mìs compatitur, ſicut fraterna exigit charitas, dicitq; cum Propheta: Proptereà repleti ſunt lumbi
mei dolore,anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis,&c.quę verba in pręcedenti articulo ſa
tìs expoſita ſunt.Si enim Iſaias temporali afflictioni vnius ciuitatis intantùm cõpaſſus eſt,vt prædi-
cta verba ex compaſſione proferret:quãtò magìs oportet nos cõpati errori totius mundi, & notis,
quos videmus per vitiorũ abrupta inferno appropinquarẽ? Tanto vtiq; magìs cõpatimùr errabun-
dis,quãto eos,immò quãto Chriſtũ magìs diligimus, q pro eorũ ſalute ſanguinem fudit,& animam
exhalauit.Hęc pia cõpaſſio tãta erat in Paulo,vt diceret: Optabã ego ipſe anathema eſſe à Chriſto ꝓ Rom. 9.
fratribus meis Iudęis. Et in Moſe,qui ait: Aut dimitte populo hãc noxã,aut dele me de libro quem Exod. 32.
ſcripſiſti.Babylon dilecta mea, i.populus ſecularis,quem diligo,qui & inimicos diligere iubeor,po
ſita eſt mihi in miraculum,id eſt,tãtis preſſuris oppreſſus eſt, vt vix mirari ſufficiam. Deindè Domi-
nus vnicuique fideli,& maximè aliorum prelatis atq; doctoribus ait:Pone menſam, hoc eſt, tibijpſi
& alijs ſacram ſcripturam propone,in qua ſunt quatuor fercula animas reficientia,ſcilicet ſenſus li-
teralis,tropologicus,allegoricus,& anagogicus. Vel pone menſam, id eſt, prępara Chriſti altare,vt
tibi ſumas,ſeu alijs tradas corpus & ſanguinem Saluatoris.De hac enim menſa & eſca dicitur in can Cantic. 5.
ticis:Comedite amici,& bibite,& inebriamini chariſſimi.Itemq; in Pſalm. Parâſti in cõſpectu meo Pſal. 22.
menſam aduerſùs eos qui tribulant me. Contemplare in ſpecula, i. in omnibus circunſpectus eſto
& prouidus,conſiderando te poſitum eſſe in medio laqueorum, nec te poſſe ſine continuo auxilio
diuinæ miſerationis euadere.Comedentes & bibentes ſurgite principes,id eſt, ô pręlati fidelium &
aliorum rectores,qui vel in prædicta ſpirituali menſa comeditis panem vitæ, & aquam ſapientię bi-
bitis,vel corporalibus vacatis delicijs,paſcentes voſmetipſos,ſurgite, vel à quiete contemplationis,
vel à voluptatibus carnis,& ſpiritualia arma aſſumite, quatenùs gregem vobis commiſſum defenſe-
tis,huiuſq; mundi fallacias prædicetis,vt impleatis illud Apoſtoli:Accipite armaturam Dei,vt poſſi Ephe. 6.
tis reſiſtere in die malo,& in omnibus perfecti ſtare,induti lorica iuſtitiæ,in oĩbus ſumẽtes ſcutũ
fidei,& galeam ſalutis,& gladium ſpiritûs,quod eſt verbũ Dei.Hęc em̃ dixit Dñs mihi:Vade, & po-
ne ſpeculatorẽ,& quodcunq; viderit,annũciet.Pręcipit Dñs pręlatis Eccleſię, vt ponant ſeipſos (&
etiam, ſi opùs eſt, alios ſub ſe) ſpeculatores eorũ quibus pręfecti ſunt, quatenùs diligenter contem-
plen-

plentur omnia,quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt tam ſibi,q̃ alijs:& cùm viderint gladium venientem
canant buccina,i.inſidias hoſtis viſibilis ac inuiſibilis ſibi commiſſis denuncient, nè eis dicatͬ quod
Iſaiæ 56. ſcriptum eſt infrà:Speculatores cæci,canes muti,neſcientes latrare.Et vidit currum duorum equitũ,
aſſcenſorem aſini,& aſſcenſorem cameli.Currus iſte, quem vidit ſpeculator fidelis, eſt Chriſtus iu-
4.Reg. 2. dex,qui Apocalypſis 22.ait:Eccè venio citò.Si em̃ Helias & Heliſeus fuerunt currus & auriga Iſra-
4.Reg. 13. elitice plebis,qm̃ ſuis precibus & doctrinis eam portabãt ac dirigebant: quanto magìs Chriſtus di-
Ioan. 15. cendus eſt currus & auriga populi Chriſtiani,qui in Euangelio loquitur: Sine me nihil poteſtis face-
re?Dicitur quoq; Chriſtus currus duorum equitum,i.duorum populorum,qui in ipſo tanq̃ in lapi-
de angulari vniuntur & confluunt,ſcilicet Iudęorum atq; gentilium, Propter quod dicitur aſſcen-
ſor aſini,per quem deſignantur gentiles,qui tanq̃ ſtultiſſimi atq; viliſſimi idola coluerũt. Et cameli,
quo figuratur populus Iudęorum, qui tanq̃ magni, fortes & prouidi, vnius veri Dei erant cultores.
Horum eſt Chriſtus aſſcenſor,i.princeps & rector,habitando per fidem & gratiam in corde eorum.
Matth. 21. Quidam per aſſcenſorem equi intelligunt Chriſtum, qui in die palmarum vectus eſt aſino. Per aſ-
ſcenſorem verò cameli,intelligunt ſuperbum hoſtem Eccleſiæ dęmonem,& eos,qui ex parte ipſius
Ioan. 10. ſunt,qui non veniunt,niſi vt mactent & perdant.Et cõtemplatus eſt diligenter multo intuitu.Chri-
ſti em̃ aduentus,& dęmonum cõgreſſus,cum omni ſunt diligentia conſiderandi. & clamauit leo, i.
p̃dicator fortis,ſpeculator idoneus,paſtor condignus.Super ſpeculam Dñi ego ſum,ſtans iugiter per
1.Reg. 3. diem,i.indeſinenter paratus ſum,vt audiam quid loquatur in me Dñs,dicens cum Samuele: Loque-
re Dñe, quia audit ſeruus tuus. & diligenter attendo ſuper eos, qui directioni meæ commiſſi ſunt,
Prou. 27. quemadmodùm Salomon monet:Diligenter agnoſce vultum pecoris tui,tuoſq; greges conſidera.
Et ſuper cuſtodiam meam ego ſum,ſtans totis noctibus,i. ſolicitè & timoratè coram Dño conuerſa-
ri laboro, tanto vtiq; ſolicitiùs, quanto pro pluribus redditurus ſum rationem, nè quis ſcandalize-
1.Ti. 4. tur per me,vel ex mea negligentia pereat. Vndè ad Timo. ait Apoſtolus: Eſto exemplum fidelium
2.Ti. 2. in verbo,in conuerſatione,in charitate.Et alibì:Solicitè cura temetipſum probabilẽ exhibere Deo.
Eccè iſte,videlicet Chriſtus,venit aſſcenſor vir bigæ equitum. Hoc eſt quod iam dixit: Vidit currũ
duorum equitum,& dixit ſpeculator,qui Chriſti aduentum intuitus eſt:Cecidit,cecidit Babylon,&
omnia ſculptilia deorum eius contrita ſunt in terram. Hoc idem ponit Ioannes Apocalypſis 14.
Chriſtus enim in primo ſuo aduentu per humilitatem ſuam & paſſionem omnem mundi gloriam
ſtrauit,dæmonem vicit,idololatriam extirpauit,monarchiam adeptus eſt. Tritura mea, & filia areæ
meæ,i.grex mihi commiſſus ſeu Eccleſia,quam cepi regendam ac triturandam,ſeu expurgandam,vt
de te excutiam paleas,i.maculas culpæ, & triticum emendatum, videlicet voſipſos, in domo cuſto-
diæ meæ reponam,quę audiui à Domino exercituum,annunciaui vobis,videlicet ea quæ neceſſaria
Ioan. 15. ſunt ſaluti.Hæc poſſunt eſſe verba Chriſti, qui ait diſcipulis: Omnia quæcunq; audiui à patre meo,
2.Ti. 3. nota feci vobis. vel boni prælati ac prædicatoris, qui iniunctum ſibi officium fideliter implet, pro-
ut Timotheum docet Apoſtolus:Prædica verbum, inſta opportunè, importunè,argue, obſecra, in-
crepa in omni patientia.Onus Duma,hoc eſt,pondus malè ſilentium, qui peccata ſua abſcondunt,
Deum non laudant: vel hypocritarum,qui ſimulant ſanctitatem. Duma enim interpretatur ſimili-
tudo,vel ſilentium.Ad me clamat ex Seir,hoc eſt,populus terrenus,durus,& hiſpidus, qui ſignifica-
tur per Seir.Seir nanq; dicitur hiſpidus, tempore ſuæ neceſſitatis me inuocat, dicens: Cuſtos, quid
de nocte? cuſtos,quid de nocte? hoc eſt,ô Deus cuſtos tuorum in nocte ſeculi huius, nos erue. Di-
xit cuſtos,i.Deus reſpondit:Venit manè, i. tempus quietis & lucis ſuper electos, & nox aduerſitatis
venit ſuper vos,qui non meremini exaudiri.Vndè Iob 27.dicitur:Nunquid Deus audiet vocem hy
pocritæ,cùm venerit ſuper eum anguſtia?Si quæritis,quærite: i.ſi Deum quęritis, facite hoc ex cha-
ritate perſeueranter,& ſimplici intentione, non ſolùm in proſperis, ſed etiam in aduerſis. Onus in
Arabia,i.eorum,qui tenebras vitiorum intrare incipiunt. Arabia nempe, tenebræ ſeu occidens in-
terpretatur.In ſaltu ad veſperam dormietis,i.inter arbores fructuoſas & vtiles non quieſcetis, con-
uerſando religioſè inter deuotos,ſed in ſaltu,i.inter infructuoſos & ignauos erit habitatio veſtra,&
illic in peccato veſtro iacebitis. Dicitur aũt ſaltus multitudo arborum infructuoſarum atq; ſubli-
mium,per quas impij in hoc mundo florentes,ſed in anima ſteriles,ſignificantur. In ſemitis Doda-
nim,i.affectibus carnalitatis. Dodanim em̃ interpretatur, depropinquò ſeu cognatus. Occurrentes
ſitienti ferte aquam.Hoc ad opus miſericordiæ pertinet: vndè non ſolùm venientes ad nos ſitien-
tes recipiamus,potumq; demus,ſed & ſitientibus occurramus: ſiue intelligatur de ſiti ſpirituali,qua
ſitimus iuſtitiam,ſiue de corporali.Sitienti aũt ſiti ſpirituali ferre debemus aquã ſapientiæ, ſeu præ-
dicationem verbi cęleſtis.Sitientibus verò corporaliter,aquam,i.potum conuenientem prębere de-
Abac. 3. bemus.Qui habitatis terram auſtri,de quo auſtro ſcriptũ eſt: Deus ab auſtro veniet. Et in Canticis:
Cant. 4. Veni auſter,perfla hortum meum, id eſt, vos fideles,qui habitatis terram, in qua habitat Dominus,
putà Eccleſiam, vbì Dominus eſt in templo ſancto ſuo, cum panibus ſpiritualibus & corporalibus
occur-

occurrite fugienti,i.proximis veſtris,ad vos propter pericula ſibi imminentia fugientibus,nè vobis
contingat quod Moſes in Deuteronomio ſcribit:Ammonites & Moabites non intrabunt in Eccle- Deut. 23.
cleſiam Dei vſq; in æternũ,quia non occurrerunt filijs Iſrael cũ pane & aqua venientibus de Aegy-
pto.Deniq; Paulus & Salomon:Si eſurierit,inquiunt,inimicus tuus, ciba illum:ſi ſitit, potum da illi. Rom. 12.
A facie em̃ gladiorum fugerunt,à facie gladij imminentis,à facie arcûs extenti, i. ideò ô Eccleſiaſtici Prou. 25.
viri,recipere debetis confugientes ad vos,qm̃ fugiunt gladios hæreticorum, doctrinam gentilium,
blaſphemias Iudęorum,vel certè inſidias dæmonum, atq; mollities voluptatũ, quę per modum ar-
cûs extentæ,ſubitò lædunt & fraudulenter occidunt. Qm̃ hæc dicit Dñs:Adhuc in vno anno, &c. i.
velociter,ſicut expoſitum eſt,auferetur omnis gloria Cedar,i.proſperitas reproborum, qui in tene-
bris ignorantiæ vitiorumq; fæcibus verſantur. Cedar nanq; interpretatur caligo ſeu tenebræ. Vn-
dè habetur in Pſalmo 119.Habitaui cum habitantibus Cedar.Et reliquiæ numeri ſagittariorum for-
tium de filijs Cedar imminuentur, i. imitatores iſtorum, qui parant ſagittas ſuas,vt ſagittent rectos
corde,de quibus ſcriptum eſt in Pſalmo,Et ipſi ſunt iacula: iſti deficient, & peribunt. Pſal. 54.

¶*Elucidatio capituli 22. videlicet,Onus vallis viſionis.* *Articulus* 44.

REdit propheta in iſto capitulo ad deſcribendum pleniùs punitionem Hieruſalem, per quam
intelligitur vaſtitas regni Iudæ.Ait ergò:[Onus vallis viſionis,] i.punitio Hieruſalem,quę di-
citur (vt aliqui aſſerunt) vallis viſionis,quia ſicut vna pars eius in monte eſt, ſic alia eſt in valle. Sed
meliùs dicitur,quòd ideò dicta eſt vallis viſionis,quia peccatum perpetrando, & pœnas luendo,hu
miliata ac vilis effecta eſt, cæteris gentibus comparata. Vel ideò, quoniam diuinæ reuelationes fie-
bant in templo,& multi prophetarum in Hieruſalem viſiones propheticas receperunt.Loquitur aũt
Propheta de punitione Hieruſalem,quam à Babylonijs eſt perpeſſa,prout probabilior tenet opinio. 4. Reg. 25.
[Quidnam quoq; tibi eſt,] i.cur feciſti quod ſubiũgitur?[quia aſſcendiſti & tu om̃is] i.tu ô tota Hie-
ruſalem,intelligendo per Hieruſalem habitatores eius & principes.[in tecta] i. ſuper tecta domorũ
ad ſacrificandum idolis atq; militiæ cæli.Tecta em̃ ibì plana fuerunt.Vel ad conſiderandum ac in-
ſpiciendum exercitum aduerſariorum. [clamoris plena] i.mœrore,fletu,ac vlulatu repleta tempore
Chaldęorũ.[vrbs frequens,] i.habitatoribus multis abundans, vel tribulationibus viſitata. [ciuitas
exultans,] i. quæ aliquandò ſolita eras gaudere regnantibus in te regibus bonis.[Interfecti tui,non
interfecti gladio,nec mortui tui,mortui in bello.] Hoc dicit non ꝙ nulli Iudæorum fuerint gladio
Chaldęorum occiſi,cùm 4.Regum legatͬ Nabuchodonoſor filios Sedechiæ occidiſſe in oculis eius, Ibidèm.
& alios quoſdam occidit:ſed hoc ideò dicitur,quia Hieruſalem capta eſt non gladio,ſed fame.vndè
in obſidione fame & peſte plurimi interierunt,ſicut Ieremias atq; Ezechiel prędixerunt.Quidam ve Iere. 52.
rò referunt ad percuſſionẽ Hieruſalem,quam à rege Aſſyriorum Sennacherib tolerauit, cui Sobna Ezech. 14.
pontifex magnã prodidit vrbis partem. Vndè Iudæi qui ab Hieruſalem fugerunt, & à Sennacherib
rege capti ſunt,dicuntur non occiſi gladio, ſed proditione & dolo. Euſebius Cæſarieñ exponit hæc
de captiuitate & vaſtitate à Romanis,quãdò Iudæi propter infidelitatẽ ſuam perierũt. [Cuncti prin
cipes tui fugerunt ſimul.]Hoc eſt quod 4.Reg.legitur:Om̃es viri bellatores nocte fugerunt per vi- 4.Reg. 25.
am portæ,quę eſt inter duplicẽ murũ.[dureq; ligati ſunt,] non ſolùm vinculis pęccatorũ,ſed & cõpe
dibus Chaldęorum.Perſequutꝰ eſt em̃ exercitus Chaldęorum Sedechiã,& cõpręhendit eũ,& quoſ-
dam cum eo.Ideò ſubiungitur:[om̃es qui inuẽti ſunt,vincti ſunt pariter.]& quidã eorũ in Babylo-
nem deducti ſunt, aliqui tamẽ euaſerũt, de q̃bus ſubiungitͬ:[p̃cul fugerũt.] Deniquè Iſaias populo
ſuo cõpatiens,ait:[Properteà dixi,]hoc eſt,q̃a tãta mala populo Iudęorũ futura p̃uidi,dixi aſſiſtenti-
bus mihi:[Recedite à me,] quatenùs ſolus reſidens,liberè plangam.[amarè flebo] ex compaſſione.
[Nolite incũbere vt conſolemini me] i.nõ attentetis me cõſolari [ſuper vaſtitate filiæ populi mei.]
i.de tribulationibus plebis Iudaicæ.Cur autem totus populus filia appelletur, dictum eſt ſuprà. Nec
mirum ſi Iſaias ità condoleat populo Iudęorum, cùm iuxta p̃habita tantum compaſſus ſit Moab &
Babyloni.Ideò itaq; flebo:[Dies enim interfectionis & conculcationis & fletuum] venit ſuper po-
pulum meum [à Domino Deo exercituum,] cuius nutu venerunt Chaldæi [in valle viſionis.] i. in
Hieruſalem,ſicut per Ieremiam prædixit:Eccè ego commouebo regna aquilonis,& venient, & po- Iere. 1.
nent vnuſquiſq; ſolium ſuum in portis Hieruſalem. [ſcrutans murum, & magnificus ſuper montẽ.]
i.Chaldęorum exercitus intrans Hieruſalem, & deſtruens atq; comminuẽs muros ipſius, templum
quoq; & regis palatium,q̃ ſita erant in monte Sion,cũ magnifico ſeu ſuperbo corde cõburens, quæ
om̃ia 4.Reg.libro pleniùs recitantur.[Et Elam ſumpſit pharetram,currum hominis equitis,] i. Ela-
mitæ cum rege Babylonis contra Hieruſalem venientes,ſecũ detulerũt pharetras, quia ipſi ſunt ſa
gittarij fortes:& quadrigas equeſtrium,in quibus arma & victualia portabantur.Ex quo patet, ꝙ ca-
pitulum iſtud ad literam non loquitur de punitione Iudęorum facta per Romanos.Hi enim Elami-
tæ erant Aſſyrij,qui in Romanorum exercitu non fuerunt.[& parietem nudauit clypeus,] i. clype-
is à parietibus ablatis, parietes, in quibus clypei antè dependebant, nudati ſunt à tegmine clypeo-
rum,

rum. Chaldæi enim clypeos ſuos ſecum ferebant. [& erunt electæ valles tuę, plenę quadrigarum.] i.
valles terrę tuę fertiles, replebuntur curribus Chaldęorum. [& equites ponent ſedes ſuas in porta.]
Iere. 39. i. duces regis Nabuchodonoſor ſolia ſua locabunt in portis Hieruſalem. Vndè in Ieremia habet: In
anno nono Sedechię venit rex Babylonis, & omnis exercitus eius contra Hieruſalẽ. Vndecimo aũt
anno Sedechię, aperta eſt ciuitas, & ingreſſi ſunt oẽs principes Babylonis, & ſederunt in porta me-
dia. [& reuelabitur operimentum Iudæ,] hoc eſt, templum in quod ſoli ſacerdotes intrabant, vel ſan
cta ſanctorum, in * quod ſolus pontifex introiuit, aperientur: tũc enim prophanata ſunt hæc, ingre-
dientibus ea Chaldęis. [Et videbis in illa die armamentarium domûs ſaltûs,] i. ædificium illud à Sa-
lomone conſtructum, in quo reponebantur arma, & claudi ſolebat propter armorum cuſtodiam,
tunc erit apertum, qm̃ arma indè tollentur. [Et ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ
ſunt.] hoc eſt, ruinas illius partis Hieruſalem, vbi Dauid manere ſolebat, conſiderabitis ad munien-
dum eas contra Chaldęos. [& congregâſtis aquas piſcinę inferioris,] i. piſcinam illam, quę faciliùs
capi poterat, tranſtuliſtis ad loca tutiora, eiusq́; aquas collegiſtis in vnum, vt potum præberet homi-
nibus atq; iumentis tempore obſidionis, & quantùm eis de potu ac cibo neceſſarium eſſet. [* & de-
ſtruxiſtis domos] illas præſertim, quę erant extra murum, quę deſtrui ſolent ante aduerſariorũ ad-
uentum, nè in eis lateant, & à iaculis ſe defendant. [ad muniendũ muros,] hoc eſt, quatenùs de ma-
teria domorum fortificaretis muros Hieruſalẽ. [& lacum] pro aqua conſeruanda [feciſtis inter du-
os muros] Hieruſalem, quę clauſa erat triplici muro, vt aqua nequaq̃ deficeret populo in Hieruſalẽ
congregato. [& aquã piſcinę veteris] i. piſcinã antiquam, q̃ ad tempus neglecta erat, inſtaurâſtis. His
2. Par. 32. ſimilia fecit & Ezechias contra regẽ Aſſyriorum, vt legitur Paralip. ſecundo: nõ tamen arguitur, quia
principaliter innitebatur diuino auxilio. Iſti verò redarguuntur, quoniam in ſuis machinis potiùs, q̃
in Dño confidebant. Ideò ſubiungitur: [Et non ſuſpexiſtis ad eum qui fecerat eam.] i. oculis cordis
non adſpexiſtis Deum fundatorem ac creatorem Hieruſalem. [&] pro, i. [operatorem eius de lõgè
non vidiſtis,] i. Deum per fidem non attendiſtis, dirigendo oculos veſtros in longinquũ, videlicet
de terra in cęlos ad Deũ. [Et vocabit Dñs Deus exercituum in die illa] videlicet inſtante obſidione
Hieruſalem. [ad fletum, & ad planctum,] i. ad debitam peccatorum contritionẽ ac deplorationem.
Iob 1. [& ad caluitium,] i. ad capitis humiliationem ſeu tonſionem in ſignum triſtitiæ, ſicut Iob tonſo ca-
pite ſedit in terra. [& ad cingulum ſacci,] i. ad pœnitentiæ veſtem, atq; ad digna pœnitentię opera.
Inſtante equidem captiuitate Hieruſalem, ſancti prophetę & maximè Ieremias, hortabantur Iudęos
ad pœnitentiam, ſicut in libro Ieremiæ ſæpiſſimè ſcribitur: ſed Iudęi, contempta admonitione ſalu-
bri, & prophetis ſubſannatis, tradebant ſe voluptati & deſperationi. Propter quod ſubiungitur: [Et
eccè gaudium & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum.] i.
pœnitere noluerunt. Sed hoc fuit eorum ſolatium, ꝙ cibos delicatos ſibi pręparauerunt, eosq́; cum
vino ſumpſerunt. Hoc maximè fecerunt, quandò rex Babylonis ad tempus receſſit ab Hieruſalem,
contra regem Aegypti. Epulando autem inter ſe loquebantur: [Comedamus & bibamus, cras enim
moriemur.] quaſi diceret: Neſcimus quàm diù viuemus, interìm ergò voluptatem ſequamur. Et in
hoc oſtendunt ſe non curare de animarum ſalute, vel prouidentiam Dei negare, aut animas homi-
Sap. 2. num mortales aſſerere. Tales enim fuerunt & ſunt, de quibus Sapiens inducit: Dixerunt impij, exi-
guum & cum tædio eſt tempus noſtrum, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: venite ergò,
& fruamur bonis. quę ſunt: vino precioſo & vnguentis nos impleamus, nullum pratum ſit quod nõ
pertranſeat luxuria noſtra: vbiq; relinquamus ſigna lætitię, qm̃ hæc eſt ſors noſtra. Porrò hæc ver-
1. Cor. 15. ba, videlicet, Comedamus & bibamus, &c. allegat Apoſtolus. Prædictus verò cõtemptus ſeu impœ-
nitentia, grauiſſimum eſt ſcelus. Ideò nũc ſubiungitur: [Et reuelata eſt in auribus meis vox Dñi ex-
ercituum,] i. hæc veſtra iniquitas aſcendit coram me, & cõſiderata eſt à me, ſeu iuſtè penſata, quàm
grauis ſit vobis. [Si dimittetur iniquitas hæc donec moriamini, &c.] i. non dimittetur vobis donec
tradamini hoſtibus veſtris, atq; cadatis, immò & ſpiritualiter pereatis in anima, i. nunq̃ vobis dimit-
tetur: ſicut peccata in ſpiritum ſanctum, irremiſſibilia nominantur. Non ergò, Donec, hoc loco ex-
Matth. 1. primit tempus determinatum, ſed omne tempus excludit à parte poſt, ſicut in Matthęo: Non cogno-
Pſal. 122. uit eam donec peperit filium ſuum primogenitum. Atq; in Pſalmo: Oculi noſtri ad Dominum De-
um noſtrum, donec miſereatur noſtri. [Hæc dicit Dominus Deus exercituum] ad me ſeruum ſuum
Iſaiam: [Vade, & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo,] ſcilicet in domo epiſcopali, videli-
cet [ad Sobnam ꝑpoſitum templi,] i. ſummum pontificem. Secundùm quoſdam, Sobna iſte & Eli-
achim, qui ei ſucceſſit, ſunt illi, qui infrà leguntur egreſſi ad Rabſacen, & miſſi ad Iſaiam, vbì dici-
tur: Egreſſus eſt ad Rabſacen Eliachim filius Helchiæ, & Sobna ſcriba. Quidam etiam aſſerunt Sob-
nam non fuiſſe ſummum pontificem, ſed theſaurarium templi: ſed hoc literæ præſenti non conſo-
nat, vt patebit. Dicunt quoq; Hebræi, ꝙ Sobna prodidit ciuitatem Hieruſalem regi Aſſyriorum, &
ꝙ perſuaſit Ezechiæ vt ſe traderet hoſtibus. Hoc aũt Hieronymus dicit non habere teſtimonium
ex

ex ſcriptura. Vndè ſecundùm Hieronymum, Sobna iſte increpatur ꝓpter ſuam ſuperbiam ac volu-
ptatẽ: & qm̃ populũ ſibi cõmiſſum non fideliter rexit, ſed impiè conculcauit. Probabile tñ videtur,
ꝙ intẽdebat ad regem Aſſyriorum cõfugere, ſicut & fecit, vt dicetur. [& dices ad eum: Quid tu hîc?]
i. ad quid hîc reſides, qui iniunctum officium non dignè exerces, nec ſacerdotij loco dignus exiſtis?
[aut quaſi quis hîc?] i. hoc eſſe vidéris, quod non es. Vidéris em̃ eſſe paſtor, ſed mercenarius es. Cõ-
ſiderare hoc loco debemus, quantus fuit in S. Iſaia zelus iuſtitiæ, quanta conſtantia, qui tantum põ-
tificem tam rigoroſè & cõfuſibiliter increpare audebat. Quod verò ait, Aut quaſi quis hîc, dixiſſe vi-
detur, dirigendo ſermonẽ ad eos qui aderãt. Nõ em̃ putandum eſt, ꝙ increpauerit illum in occulto,
& nullo p̄ſente, ſed euidenter coram alijs, ꝓut ad Timot. docet Apoſt. Peccãtes corã om̃ibus argue, 1. Ti. 5.
vt & cæteri timorẽ habeãt. [Quia excidiſti tibi hîc ſepulcrum] i. in loco iſto inter ſepulcra magno-
rũ, videlicet regũ, pontificum, & ꝓphetarũ, p̄parari & fieri tibi feciſti ſepulcrũ magnificũ, artificio-
ſum, & precioſum. [excidiſti in excelſo memoriale diligenter,] i. in loco eminenti feciſti tibi memo
riale, ſeu memorabile monimentũ, nè obliuiõi tradaris poſt mortẽ. [In petra tabernaculũ tibi.] i. in
lapide grandi, vel materia ſaxea p̄parâſti corpori tuo ſepulcrũ. ſed intẽtio tua fruſtrabitur, quẽadmo
dùm ſubinfertur: [Eccè Dñs abſportari te faciet] de terra iſta ad terram alienã atq; hoſtilẽ. [ſicut abſ-
portatur gallus gallinaceus,] i. ſicut capo portatur ad forũ, vt vendat̃ ac mãducetur. [& quaſi amictũ
ſic ſubleuabit te,] i. quẽadmodũ homo palliũ ſuũ ſeu veſtẽ faciliter erigit, & in collo ſuſpẽdit, ſic tu
ſine labore erigéris in altũ miſeriæ, vt affligaris. Dicunt em̃ quidã, ꝙ Sobna iſte ab Iſaia correptus,
cùm videret Ezechiam nolle ſubijci regi Aſſyriorum, cum ſuis fautoribus clàm exiens de Hieruſa-
lem, regi Aſſyriorum ſe tradidit, à cuius miniſtris delatus eſt in terram Aſſyriorũ, in qua vehemen-
ter afflictus eſt. Propter quod ſequitur: [Coronãs coronabit te tribulatione,] i. doloribus & angu-
ſtijs te replebit, quę te ex om̃i parte circundabunt, ſicut diademate cingitur caput. [quaſi pilã mittet
te in terram latam & ſpatioſam:] i. quemadmodùm pila à ludentibus de manu in manum ꝓijcitur, &
percuſſa velociter ad longum ſpatium agitatur: ſic tu de manu vnius venies ad manum alterius, do-
nec ad terram Aſſyriorum, vel Aegypti ſeu Babylonis, ꝑuenias. [Ibì morieris] ex triſtitia & alijs cau
ſis. Quum em̃ audiſſet percuſſionẽ Aſſyriorum, & Iudęorum victoriam, pœnituit eum ꝙ fugit, & re-
uerti erubuit, & fortè non potuit. [& ibì erit currus gloriæ tuæ.] hoc eſt, confuſiõis tuæ. Loquit̃ em̃
Propheta ironicè. quaſi dicat: Ibì ceſſabunt diuitiæ tuæ, poteſtas & pompa, quibus nũc incedis qua-
ſi in curru. Quòd em̃ per gloriam deſignetur cõfuſio, patet ex eo quod ſubiungit̃: [& ignominia do-
mûs Dñi tui.] i. cõfuſio tẽpli Dei. Quòd enim ſummus põtifex tam miſerabiliter perijt, redundabat
in cõfuſionẽ tẽpli Dei, cuius erat ꝑpoſitus. [& expellã te de ſtatiõe tua.] i. de loco & gradu ſacerdotij
tui. [& de miniſterio tuo] i. põtificatûs officio [deponã te. Et erit, in die illa vocabo ſeruũ meũ Elia-
chim, filium Helchiæ,] i. hunc faciã loco tuî pontificem, te amoto. [& induã illum tunicã tuã] ſacer-
dotalẽ. [& cingulo tuo confortabo illũ.] quaſi dicat: om̃ibus ornamẽtis ſummi ſacerdotis, quibus tu
induebaris, veſtiã illũ. [& poteſtatẽ tuam dabo in manus eius] i. authoritatẽ põtificalẽ ei cõmittam.
[& erit quaſi pater habitãtibus Hieruſalẽ & domui Iuda,] i. verus paſtor, ſpiritualis pater, ac infor-
mator erit om̃ibus ſibi cõmiſſis. [Et dabo clauẽ domûs Dauid ſuper humerũ eius.] i. clauẽ tẽpli por
tabit. Dicitur aũt templum hoc à Salomone cõſtructum, domus Dauid, eô ꝙ p̄cepit filio ſuo vt fa-
ceret illud, p̄parauitq́; ei impẽſas. [& aperiet tẽplum, & nõ erit qui claudat illud] cõtra ipſius volunta
tem. [& claudet] iſte Eliachim tẽplum, [& nõ erit q aperiat] ſine eius cõſenſu. Per quod deſignat̃, ꝙ
ipſe p̄ cęteris habuit authoritatem aperiendi claudendiq́; templum: vndè cõſtat ꝙ pontifex erat. [Et
figã illum paxillum in loco fideli,] i. ſicut paxillus ſeu palus in pariete figit̃, vt vaſa ſeu quęque alia in
ipſo ſuſpendãtur: ità ſtabiliam ipſum Eliachim in templo & loco ſacerdotali, vt ſit omniũ princeps,
& eius cõſilio ſinguli innitãtur. [Et erit in ſolium glorię domui patris ſui.] i. ꝓpinquorum ſuorũ, vi-
delicet familię patris ſui, ipſe erit honor, decus, princeps & iudex. Tota em̃ ꝓgenies decoratur, dum
vnus ex om̃ibus exaltatur. [Et ſuſpendẽt ſuper eum om̃em gloriam domûs patris eius.] i. om̃es reli-
qui ſacerdotes ac Leuitę, ei aſſiſtent & miniſtrabunt, & veſtes ac vaſa ſacerdotalia ipſum ornabunt.
Quid autẽ ſignificetur per gloriã patris eius, ſubiungitur: [vaſorũ diuerſa gñа, om̃e vas paruulum, à
vaſis craterarũ vſq; ad om̃e vas muſicorũ,] i. om̃ia hæc ſub eius ordinatione atq; regimine erunt, ſi-
ue per vaſa magna & parua intelligantur maiores & minores miniſtri templi, ſiue inſtrumẽta, qbus
vtebant̃ in tẽplo. Per vaſa quoq; muſicorũ, intelligunt̃ inſtrumẽta canticorũ, in qbus diuinas laudes
cantabant, ſicut nunc in organis facit Eccleſia. [In die illa, dicit Dñs exercituũ, auferetur paxillus q
fixus fuerat in loco fideli.] i. Sobna de ſua ſtatione & ordinatiõe expellet̃. [& frãgetur, & cadet, & pi-
bit quod pepẽderat in eo.] i. fautores Sobnæ, videlicet ſacerdotes ei in malo cõſentientes, peribũt
& auferent̃. Si aũt per illud quod dicit̃, Auferet̃ quod pepẽderat in eo, intelligant̃ generaliter oẽs ſa-
cerdotes, nõ poterit referri ad Sobnã, qm̃ eo eiecto, nõ perijt ſacerdotiũ: ſed ad captiuitatẽ Babylo-
nicã vel Romanã, quandò à Chaldæis & Romanis deſtructum eſt templum Hieruſalem, omnes ſa-
k cer-

cerdotes occiſi aut capti,ſeu effugati ſunt.Hæc autem contingent,[quia os Dñi locutum eſt.] id eſt,
Deus per prophetas iſta prædixit: non quòd ſermo Dei ſit cauſa immediata horum malorum, ſed
peccata impiorum hæc promerentur:tamen ſermo Dei,eſt ſignum certum quòd ità futurum ſit.

¶*Explanatio moralis præſentis capituli 22.* *Articulus* 45.

ONus vallis viſionis.Hæc vallis viſionis,cuius onus,i.miſeria,hoc loco deſcribiẽ,eſt vniuerſalis
Matth. 13. Eccleſia,q̃ Chr̃o teſtante,ſimilis eſt ſagenę miſſæ in mare,& ex omĩ genere piſciũ cõgregãti:in
Matth.20. qua ſunt multi vocati,pauci verò electi.nũc em̃ Eccleſia peregrinaẽ à Dño,& videt p ſpeculũ in æni-
1.Cor.13. gmate,gemẽs & flens in hac lachrymarũ valle.Quidã p vallẽ viſionis intelligũt cõuenticula hæreti-
corũ,q̃ veræ ac Chr̃ianæ ſapiẽtiæ ſublimitate relicta,in ꝓprijs occupanẽ fictitijs. Alij malos p̃latos,q̃
p ſcientiã alti videnẽ,ſed p conuerſationẽ carnalẽ ac vitioſam in infimis ſunt. Qm̃ igiẽ multi corũ, q̃
ad Eccleſiã Chr̃i ptinere putanẽ,impiè agunt,nunc diciẽ:Quidnã tibi quoq; eſt,ô cõgregatio, ſeu p-
ſona,q̃ te aſſeris videntẽ,hoc eſt,Chr̃ianã atq; fidelẽ, quia aſſcendiſti & tu oĩs,hoc eſt,tota. in tecta,
hoc eſt,montẽ ſupbiæ,& in ea q̃ videnẽ hoĩbus alta,ſed corã Deo ſunt vilia,q̃ non diſcis à Chr̃o, quĩ
mitis eſt & humilis corde,ſed mundi honorem,famam, p̃lationem,& gloriã diligis. Talibus dicitur
Ioan. 5. apud Ioannẽ:Quomodò poteſtis vos credere, qui gloriã abinuicèm accipitis,& gloriã q̃ à ſolo Deo
Lucæ 16. eſt,non quæritis?Et in Luca:Vos eſtis qui iuſtificatis,vos corã hoĩbus, Deus aũt nouit corda veſtra;
quia quod altũ eſt hoĩbus,abominatio eſt corã Deo.Clamoris,i.inquietudinis,cõtentionis,& loqua-
citatis plena,vrbs frequẽs,in malo ciuitas exultans, q̃ olim gaudebas in Dño, nunc aũt exultas in ſe-
culo,& ꝓprio documento ac vitijs.Interfecti tui,non interfecti gladio materiali,ſed tentatione dia-
boli,delectatione fallaci,peccato mortali.Vndè Apocalyp.3. dictum eſt vni hoc modo occiſo: No-
1.Ti.5. men habes ꝙ viuis,ſed mortuus es.Et Paulus:Vidua,inquit,q̃ in delicijs eſt,viuens mortua eſt.Chri
Matth. 8. ſtus quoq; in Euangelio:Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Oẽs principes tui, videlicet hære-
ſiarchæ,tyranni,mali p̃lati,fugerunt ſimul ab vnitate,charitate,& obedientia ſanctæ matris Eccleſię.
Zacha.7. Vndè Dñs loquitur Ieremiæ:Verterunt ad me dorſum,& non faciem.Et apud Zachariam:Noluerũt
attendere,& auerterunt ſcapulam recedentes,& aures ſuas aggrauauerunt nè audirẽt legẽ, direq; li-
Prou. 6. gati ſunt vinculis peccatorũ,iugo diaboli,& ꝓprijs vitijs irretiti,quemadmodùm Salomon introdu-
2. Ti. 2. cit: Iniquitates ſuæ capient impiũ,& funibus peccatorũ ſuorũ conſtringeẽ.Et Apoſtolus:Reſipiſcãt,
ait,à laqueis diaboli,à quo captiui tenenẽ ad ipſius voluntatẽ.Corporaliter quoq; frequẽter fugerũt
hæretici & peruerſi à cõſpectu fideliũ,ſed capti ſunt atq; occiſi.Oẽs qui inuenti ſunt,vincti ſunt pa-
Rom. 1. riter.Oẽs qui pverſis cõmunicant ſiue cõſentiunt,ſimul cum eis dãnanẽ,iuxta illud Apoſtoli: Mor-
2.Cor.6. te digni ſunt nõ ſolùm qui faciunt,ſed etiã qui cõſentiunt.Vndè denuò monet:Exite de medio eo-
rum,& immundum nè tetigeritis.Propterea dixi:Recede à me,amarè flebo &c.Hæc ſunt verba veri
2. Cor. 11. amatoris Dei & proximi,qui errãtibus intimè pietatis affectu cõpatitur,dicens cũ Paulo: Quis infir-
maẽ,& ego nõ infirmor? Sic em̃ Chr̃s fleuit ſuper ciuitatẽ Hieruſalẽ,& Samuel ſuper Saulẽ. Vndè &
Iere. 9. Ieremias populũ ſuum deplorãs,ait:Quis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontẽ lachrymarũ, &
Pſal. 118. plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei?Et Pſalmiſta:Tabeſcere me fecit zel⁹ me⁹,q̃a oblíti
Mich. 2. ſunt verba tua inimici tui.Deniq; ſanctus ꝓpheta Micheas ex ineffabili charitate intantùm cõpaſſus
eſt populo ſuo,vt dicat:Vtinàm nõ eſſem vir habens ſpiritũ,& mendaciũ potiùs loquerer. Cùm er-
gò videmus quempiã delinquentẽ,aut nobis calumniã inferentẽ, nõ indignemur, nõ iraſcamur,nõ
crudeliter afficiamur,ſed piè cõdoleamus,charitatiuè oremus,& æquanimiter ſuſtineamus, ſicut &
Rom.12. Paulus hortatur:Noli vinci à malo,ſed vince in bono malum.Hæc eſt pietas Chriſtiana,cuius eſt pro
aduerſarijs orare.Díes em̃ interfectionis & conculcationis & fletuum Dño in valle viſionis, i. in Ec-
cleſia omnes prædicti à Dño ſpiritualiter recedentes,intùs moriunẽ,à dæmonibus conculcanẽ.Scru-
tans murum,& magnificus ſup montẽ.Murus & Mons,accipi poſſunt in bono & in malo. De malo
em̃ muro,i.obſtaculo virtutis,habetur in Pſal.17.In Deo meo tranſgrediar murum. De bono autem
Iere. 1. muro,in Ieremia:Ego te dedi in columnã ferreã & in murũ æreum &c.Et in Ezechiele:Quæſiui vi-
Ezech. 22. rum qui opponeret ſe murũ inter me & terrã. Vtrunq; murũ ſcrutaẽ Deus, qui oĩm opera diſcutit.
Eſtq; magnificus ſup montẽ,i.Eccleſiã,cuius merita copioſiſſimè munerat,cuius peccata terribiliter
vindicat,cuius indignos p̃latos duriſſimè dãnat,in qua maxima facit miracula,cuius aduerſarios po-
tentiſſimè deijcit.Et Elam,i.Elamitæ,qui interpretantur aſſcendentes,putà ſuperbi,ſumpſerunt pha
retram, i. inſtrumenta fallendi, vt ſagittent in occultis immaculatum. & currum hominis equitis,i.
humana ſubſidia,principumq; fauores, armantes ſe dolo ac multitudine, qui per rationem neque-
Iob 36. unt ꝓualere. & parietem nudabit clypeus.Per parietem ſignificantur hypocritę,ſimulatores & calli-
di,qui ꝓuocant irã Dei.Hos,nudos (i.ab opere bono vacuos) oſtendit clypeus, i. galea ſalutis, ver-
bum Dei,quod eis iuſtè ſubtrahitur.Vndè parieti huiuſmodi ait Apoſtolus Act.25.Percutiet te De-
us paries dealbate.Et erũt electæ valles tuæ,i.particulares Eccleſiæ malignorum, de qualibus fertur
in Pſalmo 77.Electos Iſrael impediuit.Et iterùm 140. Non communicabo cũ electis eorũ. Vbi per
ele-

electos intelliguntur iniuſti. plenæ quadrigarum,i.exercituũ dęmoniorũ,qui deſignanẽ per eos,de
q̃bus in Exodo ſcriptũ eſt:Currum Pharaonis & exercitũ eius ꝓiecit in mare. Cõuenticula igiẽ im- Exod. 15.
piorum,dęmonibus plena ſunt.Vel ſic:Et erunt electę valles tuæ,i.domus & pſonę clauſtrales, ple-
næ quadrigarũ,i.ſecularium vanitatũ.Et equites ponẽt ſedes ſuas in porta,i.aduerſarię poteſtates lo
ca Eccleſiæ occupabunt.& reuelabiẽ operimentũ Iudę,i.ſecreta cõfeſſorũ patebunt,quãdò videlicet
hoſtes Eccleſię detegunt & deridẽt ſacramẽta ipſius.Et videbis in illa armamentariũ domûs ſaltûs, i.
repoſitoriũ ſpiritualium armorũ,q̃bus muniendi ſunt peccatores.Et ſciſſuras ciuitatis Dauid,i.ſchi-
ſmata & hæreſes Eccleſię videbitis.Et cõgregâſtis aquas piſcinę inferioris,i.ſecularẽ ſcientiã collegi-
ſtis.& domos Hieruſalẽ numerâſtis, i. Eccleſiaſticas pſonas notâſtis ad pſequendum. & deſtruxiſtis
domos ad muniendum murũ,i.corda fidelium in q̃bus per grãm habitat Deus,pertiſtis ad confor-
tandum veſtros errores & ſectas,alliciendo fideles ad veſtrum cõſenſum.Et lacum feciſtis inter du-
os muros,i.inter nouum & vetus teſtamẽtum fodiſtis & excogitâſtis doctrinas fallaces, ità vt vobis
cõueniat quod p Ieremiã Dñs ait:Duo mala fecit populus meus:me dereliquerunt fontẽ aquę viuæ,
& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas,q̃ cõtinere aquas nõ poſſunt.Et aquã piſcinę veteris, i. antiquos Iere. 2.
errores,lõgitudine tẽporum penè oblítos,renouâſtis. & nõ ſuſpexiſtis ad eum q̃ fecerat eã,i. Deum
creatorẽ vallis Sion,ſeu Eccleſiæ,nõ attendiſtis,nec Chr̃i doctrinã atq; veſtigia eſtis ſecuti,ſed ambu
lâſtis in prauitate cordis veſtri.Et vocabit Dñs exercituũ in die illa ad fletũ & ad planctum &c. In-
ſtante perſecutione Eccleſię,immò quotidiè,inuitat Deus peccatores ad lamenta & opera pœniten-
tiæ,ſicut apud Ioelem induciẽ:Cõuertimini ad me in toto corde veſtro,in ieiunio & fletu & planctu. Ioel 2.
Et in Luca:Niſi pœnitentiã egeritis, oẽs ſimiliter peribitis. Sed indurati & impij nequaq̃ diuinæ ad- Luc. 13.
monitioni obtemperant,voluptatibus ſe tradentes,ità ꝙ gaudium eorum eſt,occídere vitulos, iugu
lare arietes,bibere vinum,dicentes illud diuitis:Anima,habes multa bona repoſita in annos pluri- Luc. 12.
mos: requieſce,comede,bibe,epulare.Hæc dicit Dñs exercituum.Cui,niſi ordini apoſtolorum?Va-
de & ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo,ad Sobnã ꝑpoſitum tẽpli,& dices ei:Quid tu hîc?
aut quaſi quis hîc?Sobna iſte,qui interpretaẽ conuerſio,deſignat ſacerdotium Iudęorum, quod con
uerſum eſt retrorſum: ad principes ergò ſacerdotum,Annã,Caipham,Alexandrum, Ioannẽ, & cæ-
teros qui erant de tribu ſacerdotali,miſit,Chriſtus poſt ſuam aſſcenſionem atq; paracleti miſſionẽ,
ſanctos apoſtolos, dicentes conuentui ſacerdotum: Quid tu hîc? quaſi dicerent: Finitum eſt ſacer-
dotium Leuiticum & regale,nec ampliùs complacent Dño ſacrificia veſtra,indigniq; eſtis loco tem-
pli,qui Dei filium interemiſtis.Quia excidiſti tibi hîc ſepulcrum,excidiſti tibi hîc in excelſo memo-
riale,i.in hoc loco putatis ſacerdotium veſtrum permãſurum,& noĩa veſtra poſt mortẽ hîc fore ce-
lebrãda, & corpora cũ honore quietura.Eccè Dñs abſportari te faciet,ſicut abſportatur gallus galli-
naceus. coronans coronabit te tribulatione &c.Om̃ia hæc in populo ſacerdotali, qui Chriſtum oc-
cídit,impleta ſunt tempore obſidionis & captiuitatis eorum à Romanis. Tũc enim à ſacerdotio eie-
cti ſunt,occiſi,& per mundum diſperſi, ſicut ſubiungitur: Quaſi pilam mittet te in terram ſpatioſam
& latam: ibi morieris.Non enim reuerſi ſunt ad terram natalem. Et expellam te de ſtatione tua,& de
miniſterio tuo deponam te.Hoc videmus in ſacerdotibus legis veteris impletum, quemadmodùm
in Oſee legitur:Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari. In die Oſeæ 13.
illa,videlicet reprobato legali ſacerdotio,vocabo ſeruum meum Eliachim filium Helchiæ, i. Chri-
ſtum filium Domini omnipotentis. Eliachim enim interpretatur ſurgens Deus, ſeu reſurrectio Do-
mini: Helchias verò, pater Domini. Quis autem ſurgens Deus, niſi de quo fertur in Pſalmo: Surge
Deus,iudica terram?Et in Marco: Surgens Ieſus manè prima ſabbati. Hunc Deus pater vocauit, id Pſal. 81.
eſt,ad hominum cognitionem portauit,& in vniuerſo mundo mirabiliter exaltauit.Et induam eum Marc. 16.
tunicam tuam,& in cingulo tuo confortabo eum, i.omnia ornamenta & figuralia indumenta ipſe
ſpiritualiter ſortietur,eiſq; fulgebit. Vndè Apocalypſis 19. & 1. dicitur: Veſtitus erat veſte adſperſa Pſal. 109.
ſanguine, zona aurea & podére. & dictum eſt ei: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Zacha. 6.
Melchiſedech.Et in Zacharia: Ipſe portabit gloriam,& ſedebit,& dominabitur, & erit ſacerdos ſu-
per ſolio ſuo.Secundùm Apoſtolum quoquè ad Hebręos 5. Chriſtus non ſemetipſum clarificauit
vt pontifex fieret. Et poteſtatem tuam dabo in manus eius.Chriſto enim data eſt omnis poteſtas in Matth. 28.
cælo & in terra.Propter quod ipſe ait: Pater diligit filium,& omnia dedit in manu eius.Deniq; ma- Ioan. 5.
ior eſt decor & poteſtas ſacerdotij nouę legis & ſacerdotum Eccleſiæ, quàm erat ſacerdotum ſyna-
gogæ.Et quod in illis figurabatur,in iſtis completur.Et erit quaſi pater habitantium Hieruſalem,id Iſaiæ 9.
eſt,Eccleſiæ triumphantis,Deum in plena viſione pacis æternæ conſpicientis.Vndè ſuperiùs dictus
eſt pater futuri ſeculi.Et domui Iuda,i.Eccleſiæ militanti Deo per fidem confitenti.Et dabo clauem
domûs Dauid,i.authoritatem ſoluendi atq; ligandi in Eccleſia, quæ eſt domus Dauid, i. Dei patris,
ſuper humerum eius,quemadmodùm ipſe in Euangelio loquitur: Poteſtatem habet filius hominis Matth. 9.
in terra dimittendi peccata. Vel per clauem deſignatur crux Chriſti, per quam reſeratus eſt aditus

regni cęleſtis:quæ vtiq; clauis data eſt ſuper humerum eius,quãdò bajulans ſibi crucem exiuit.Pro-
Math. 27. pter quod ſuperiùs dictum eſt:Factus eſt principatus ſuper humerum eius.Et Apocal.1.ipſe teſtatur:
Iſaiæ 9. Habeo claues mortis & inferni.& aperiet,& non erit qui claudat:& claudet,& non erit qui aperiat,i.
quos voluerit intromittet ad regnum ecclesiæ militantis & triũphantis, & quos voluerit, excludet.
Rom. 9. oĩa nanq; agit ſecundùm cõſilium voluntatis ſuæ:cui vult miſeref,& quẽ vult indurat.Vndè in Eu-
Matth. 20. angelio Matthæi ait:An non licet mihi,quod volo,facere?Vel ſic, Aperiet cęlũ electis,& nõ erit qui
claudat illud electis: & claudet infernũ,vt impij in eo teneant,& iuſti illuc decæterò nõ ingrediant,
quẽadmodùm ante ipſius paſſionẽ. Et figam illum paxillum in loco fideli, i. in ecclesia eum princi-
pem conſtituã,ſicut ipſe in Pſal.2.fatef:Ego aũt conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſanctũ
eius.Et erit in ſolium gloriæ domui patris ſui,hoc eſt,oĩm Chriſtianorũ,qui ſunt domus Dei,erit iu-
Galat. 6. dex,honor,& gloria.Vndè Apoſtolus:Nos,inqt,gloriari oportet in cruce Dñi noſtri Ieſu Chriſti, in
quò eſt ſalus,vita,& reſurrectio noſtra. Et ſuſpendam ſuper eum oẽm gloriam domûs patris eius, i.
oẽs electi in cælo & in terra,tam angeli ſancti,q̃ hoĩes,Chriſto ſociabuntur vt capiti, ipſumq́; glori-
ficabunt & honorabunt,ſicut Apocalyp.5.habef: Dignus eſt agnus qui occiſus eſt,accipere hono-
rem & gloriam & virtutem,& oẽm creaturam q̃ in cælis eſt,& omnem creaturam q̃ in terra eſt. Et ad
Ephe. 1. Epheſ.Deus conſtituit eum ad dexteram ſuam in cæleſtibus,ſupra oẽm principatum & poteſtatem
Apoc. 19. & virtutem.Alibì quoq; ait ſcriptura,ꝙ habeat in veſtimento & femore ſuo ſcriptum,Rex regum &
Dñs dominantium.Valorum diuerſa genera,i.diuerſos gradus ac ordines electorum. Oĩe vas par-
uulum,i.homines inferioris meriti,à vaſis craterarũ,hoc eſt,ab apoſtolis, vſq; ad omne vas muſico-
Pſal. 83. rum,i.vſq; ad eos incluſiuè,qui Deum iugiter laudant, quales ſunt beati, de quibus cantamus: Beati
qui habitant in domo tua Dñe, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Vaſa craterarum igitur ſunt apo-
Act. 9. ſtoli,qui primitias ſpiritûs receperũt.De quorum vno Dñs loquitur:Vas electionis eſt mihi iſte. Ipſi
quippe præ cæteris vino ſapientiæ erãt impleti.Quod autem ſubiungitur,In die illa auferetur paxil-
lus qui fixus fuerat in loco fideli,& frangetur & cadet: accipi poteſt de ruina & ceſſatione ſacerdotij
veteris teſtamenti,vel de Chriſto,non ꝙ ipſe frangetur,ruet,ſiue deficiet:ſed quia refrigeſcente cha-
ritate multorum,ipſe auferetur à cordibus miſerorum: tuncq́; & maximè circa finem ſeculi, Anti-
chriſto regnante,frangetur,cadet,& peribit quod pependerat in eo,quia tunc populus Chriſtianus
& ordo ſacerdotalis Chriſto innitens,de quo tota ſalus ecclesiæ pendet,maximè opprimetur & oc-
cidetur.Poſtremò per increpationem Sobnę præpoſiti templi, qui ſibi glorioſum ſepulcrum excí-
dit,intelligere poſſumus,quantùm redarguendi ſint omnes indigni pręlati ecclesię,vitam carnalem
atq; pompoſam ducentes.Et certè videmus nunc,quomodò Sobnam iſtum ſequantur fabricantes
in ecclesijs ſui pontificatûs præclara ſepulcra, vt perſeueret eorum memoria: verùm Dominus abſ-
portari eos faciet de loco ecclesiæ in locum gehennæ,ad terram ſpatioſam, tenebroſam,atq; oper-
tam mortis caligine,ibì mori[illegible]tur morte æterna.

¶*Expoſitio capituli 23.ſcilicet,Onus Tyri,vlulate naues maris.* *Articulus* 46.

LOquitur Iſaias propheta hoc loco contra Tyrum, vrbem olim potentiſſimam atq; ditiſſimam,
Ezech. 27. cuius magnificentiã Ezechiel copioſè deſcribit. Cauſa autem ſubuerſionis, fuit eius ſuperbia,
& præſertim ꝙ de captiuitate Iudęorum fuerit gloriata,quemadmodùm in Ezechiele narratur,vbi
etiam onus Tyri prolixè prædicitur.Loquitur autem nunc propheta de onere Tyri, quod paſſa eſt
à Chaldæis,videlicet Nabuchodonoſor rege Babylonis, eiuſq́; populo, à quibus primùm deſtructa
eſt.Poſtmodùm verò reædificata,iterùm demolita eſt ab Alexandro Magno.Itaq; ait:[Onus Tyri,]
i.Tyriorum punitio.Erat autem vrbs Tyri ſita in mari,aquis vndiq; circunſepta, tamen in vna par-
te non remotè diſtans à ripa.[vlulate naues maris,] i.nautæ qui inter Tyrum & alia loca nauigare ſo-
letis,& in Tyri portu quieſcere,eiuſq́; ditari diuitijs.[quia vaſtata eſt domus,] i.habitatio Tyri,[vn-
dè venire conſueuerant] naues precioſis mercimonijs onuſtæ. Nabuchodonoſor nanq; eum obti-
nuit.Voluit enim partem maris,quæ inter Tyrum & proximum littus fluebat,implere terra,ſaxis,&
cæteris terræ lignis atq; pulueribus.Sed non potuit, propter quod nauigio eam aggreſſus eſt. Ale-
xander verò cepit eam,aquas prędictas implendo.[De terra Cethim,] i. de Cypro, vt aliqui dicunt,
in qua eſt vrbs dicta Cethim,vel de terra Macedoniæ.Vndè in primo Machabęorum libro dicitur
Alexander exiſſe de terra Cethim.[reuelatum eſt eis] ſcilicet Tyrijs, de aduentu Nabuchodono-
ſor contra eos.Vel reuelatum eſt eis,i.de hoc loco negocia varia perceperunt.[Tacete qui habita-
tis in inſula,] i.habitatores Tyri ſilere tanquàm confuſi & victi. [negociatio Sidonis,] i. tu Tyre,
quæ eras Sidoniorum colonia,eorum naues, nautas, ac merces recipiens. [transfretantes mare] vi-
delicet mercatores,[repleuerunt te] ô Tyre diuitijs,quas portabant in nauibus ad te [in aquis mul-
tis,] per aquarum fluenta veniendo ad te. Vel in aquis multis, i. in medio aquarum ſituatam ac de-
morantem.[ſemen Nili,meſſis fluminis,] i.blada Aegypti, quæ generantur ex inundatione Nili ir-
rigantis,quæ blada vel ſemina ſunt meſſis fluminis,i.bona collecta tempore meſſis, flumine Aegy-
pti

pti terram fœcundante.Raro ẽm cadit pluuia in Aegypto,q̃ ſi multa caderet, terra illa (vt legit) ſte-
rilis fieret.Hîc igitur ſemen & meſſis ſeu blada,ſunt [fruges eius] videlicet Tyri,quia in nauibus ve
hebantur ad Tyrum. [& facta eſt] Tyrus [negociatio gentium:] quia ad eius mercatum oẽs gentes
confluxerant.[Erubeſce Sidon,] i.tu gens Sidoniorum,q̃ in Tyro confidebas,erubeſce Tyro deui-
cta,cuius deſtructio cedit ad ignominiam tuã.[ait mare,] i.oĩs multitudo negociantiũ in mari. Et
hoc etiam dicit [fortitudo maris,] i. Tyrus,q̃ eſt ciuitas principalis atq; fortiſſima,ſita in mari medi-
terraneo,[dicens:Non parturiui,& non peperi,& non enutriui iuuenes,nec ad incrementum perdu-
xi virgines.] i.in obſidione mea & perſecutione à Chaldęis,ſolita fœcunditate priuata, & abortiuũ
perpeſſa ſum,mulieribus nimiùm anguſtiatis: puellæ quoq; & iuuenes,qui nati fuerunt, occiſi ſunt,
debita ætate nondùm ſortita. [Cùm auditum fuerit in Aegypto,] Tyrum eſſe vaſtatam.[dolebunt]
Aegyptij,[cùm audiérint de Tyro] tam triſtẽ rumorem. Primò, propter damna q̃ incurrunt ex de-
ſtructione Tyri,cuius mercibus ditabanf.Secundò,nè eis idem eueniat.[Tranſite maria,] i.in naui-
bus fugite per mare ô incolæ Tyri.[vlulate] præ vehemẽti dolore,[qui habitatis in inſula.] i.in Ty-
ro,q̃ dicitur inſula,qm̃ mari erat circuncluſa.Cùm ẽm vidiſſent Tyrij ſe non poſſe euadere,pro ma-
gna parte fugerunt in nauibus,opes ſuas ſecum ferentes,vſq; Carthaginem:ſicq́; vrbem hoĩbus atq;
diuitijs euacuauerunt.Vndè Dñs ait ad Ezechielẽ:Fili hoĩs,Nabuchodonoſor rex Babylonis,ſerui- Ezech. 29.
re fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrũ,& merces non eſt reddita ei,neq; exercitui
eius.Vndè patet ꝙ pauca inuenerunt in Tyro.[Nunquid non veſtra hæc eſt,] i.nonnè ô Tyrij vrbs
iſta deſtructa,eſt ciuitas veſtra,[quę gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua?] i.quę ſe iacta-
bat longo tempore perduraſſe,neq; ab aliquo ſuperari potuiſſe. [Ducent eã pedes ſui longè ad per-
egrinandum.] i. habitatores Tyri proprijs pedibus longè abibunt & fugient à Tyro,vt in alijs pro-
uincijs ſecuriùs demorentur.[Quis cogitauit hoc ſuper Tyrum quõdàm coronatam?] i. quis ità de-
creuit deijcere Tyrum,præ cæteris vrbibus eminentem, auro,argento, & gemmis atq; diuitijs cun-
ctis pollentem,quẽadmodùm rex præ cæteris ſplendet & decoratur auro,gemmis & purpura? [cui-
us negociatores principes,inſtitores eius inclyti terrę.] i.q̃ ità bonis omnibus redundauit, vt mer-
catores ipſius ſimiles eſſent regibus atq; principibus aliarum terrarum. [Dñs exercituum cogitauit
hoc,vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ,] i. deijceret pompam & excellentiam vanitatis totius.
[& ad ignominiam deduceret] i.confunderet atq; opprimeret [vniuerſos inclytos terræ.] i. inani-
ter glorioſos.Quanuìs hęc generaliter accipi poſſunt de oĩum ſuperborum humiliatione, quibus
Deus reſiſtit,tamen hoc loco ad literã dicunf contra Tyrum,cuius tanta erat ſuperbia,totq́; magna-
tes ac nobiles,vt eius ſuperbia nominetur ſuperbia oĩs gloriæ,eiuſq́; inſtitores ac proceres, vocẽ-
tur vniuerſi inclyti terræ,ſicut ſuperiùs Babylon ꝓpter ſuam magnitudinem dicta eſt orbis.Porrò
Deus dicitur iſta feciſſe,qm̃ eius nutu & inſpiratione rex Babylonis cũ ſuo exercitu Tyrum ità de-
iecit,iuxta illud Ezechielis:Eccè ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis cum Ezech. 26.
equis & curribus & omni populo eius.[Tranſi terram tuam quaſi flumen filia maris.] i. tu Tyre ma-
ris inſula,velociter fuge à ꝓpria terra,ſicut cum feſtinatione pertrãſit quis flumen, nè eius fluctibus
obruatur.[Non eſt cingulum vltrà tibi.] i.vires non habes ad reſiſtendum,nec lumbos ad repugnã-
dum præcinctos.[Manum ſuam extendit ſuper mare,& conturbauit regna.] i.Dñs poteſtatem ſuam
ſuper Tyrum in mari ſitam expandit,vt eam deijceret.Et de hoc conturbata atq; perterrita ſunt alia
regna.Vel,Tyrus extendit manum ſuam ſupra mare,negociando in aquis,& cõturbauit regna quę-
dam per violentiam opprimendo.[Dñs mandauit aduerſus Chanaan,] i.voluntatem pugnandi im-
miſit Chaldęis contra Tyrum.[vt contereret] i.occíderet [fortes eius] gladio Chaldęorum. Quòd
autem Tyrus pertineat ad terram Chanaan,patet ex eo quod in Matthęo legitur: Egreſſus Ieſus, ſe- Matth. 15.
ceſſit in partes Tyri & Sidonis. & eccè mulier Chananęa à finibus illis egreſſa. Decem quippe gen- Exod. 4.
tes pertinebant ad terram Chanaan, quam Deus promiſit Iſraeli, quarum ſeptem deletæ ſunt, aliæ
tres permanſerunt,ſicut in lib. Ioſuæ & Iudicum pleniùs commemoratur.[Et dixit] Dñs: [Non ad- Ioſuæ 15.
ijcies vltrà,vt glorieris calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis.] i.tu Tyre,quæ nunc à Chaldęis in- Iudic. 1.
iuriam ſeu verbera toleras,poſt tuam punitionem prædictam non ampliùs erigéris in ſuperbiam &
vanam lætitiam,ſicut antè,ſaltẽ ad tempus,vel tam multùm. Dicitur aũt Tyrus virgo eo modo, quo
ꝓphetæ aliquã totã plebẽ, virginẽ nominãt,ꝓpter puritatẽ naturę in ſe,q̃ ad hoc condita eſt,vt Deo
deſponſata,ei cum integritate ſeruiret.Dicitur quoq; Tyrus filia Sidonis,qm̃ erat colonia eius. Rex
ẽm Aſſyriorum,cui ad tempus ſubdita erat terra illa circunquaq;,præcepit Sidonijs conſtruere Ty-
rum:quo facto,cœpit Tyrus primò habitari à populo Sidonis: propterea Sidon mater extitit Tyri,
ſicut Carthago Tyriorum colonia eſt.[In Cethim cõſurgens transfreta.] i. de proprio loco ſurgẽs,
nauigio fuge in Cethim,i.Cyprum,ſeu alia loca occidentis. [ibì quoq; non erit requies tibi,] ſed à
Chaldæis requiréris,aut requiri timebis: profugi nanq; raro ſecuri ſunt. [Eccè terra Chaldæorum
talis populus nõ fuit.] i.tam potens ac durus,vt in Chaldæa habitantes. [Aſſur fundauit eã,] i.Aſſy-

rius fundauit terram Chaldęorũ,non ꝙ terram illam plaſmauit,ſed principatũ illius terræ firmauit.
Vel Aſſur fundauit eã,i.rex Aſſyriorũ ædificauit Tyrũ,vt dictũ eſt.[in captiuitatẽ traduxerũt] Chal
dæi [robuſtos eius,] i.fortes eius.[ſuffoderũt domus eius,poſuerũt eam in ruinã.] i. funditùs eã de-
moliti ſunt.ꝓpterea [vlulate naues maris,] i.nautę.[qa deuaſtata eſt fortitudo veſtra.] videlicet Ty
rus,q̃ eſt caput veſtrũ & ſpes.[Et erit in die illa] i.tẽpore illo cõtinget quod ſubiungiť:[in obliuione
eris ô Tyre ſeptuaginta annis.] i.tanto tẽpore durabit tua deſtructio,quatenùs tanto tẽpore mane-
at deſolatio tua,quãto durauit diſſipatio tẽpli in Hieruſalẽ,de cuius euerſione gaudebas. [ſicut dies
regis vnius:] qa ſi rex tanto tẽpore viuat,nõ modico tẽpore viuere diciť.Quidã per dies regis vnius,
intelligunt annos Nabuchodonoſor, alij annos Dauid, q tanto tẽpore vixiſſe leguntť. [Poſt ſeptua-
ginta aũt annos erit Tyro quaſi canticũ meretricis.] i.ſicut meretrix diù cõtempta,ſed recepta exul-
tat,ſic Tyrus gaudebit cùm cœperit reparari:vel ſicut meretrix adulando,dulciterq́; cãtando allicit
ſuos amatores,ſic reſidui Tyriorũ alios ꝓuocabũt ad Tyri reparationẽ.Cùm ergò ô Tyre ſis refor-
manda,[ſume citharã,circui ciuitatẽ] ex gaudio.[meretrix obliuioni tradita.] i. q̃ cũ pluribus genti-
bus es fornicata.[Benè cane,frequenta canticũ,vt memoria tuî ſit.] i.Deũ lauda, gratias iugiter age,
vitã emenda,nè ampliùs obliuioni tradaris.[& erit poſt ſeptuaginta annos] deſolationis p̄dictæ.[vi-
ſitabit Dñs Tyrũ,] faciens eã inſtaurari.[& reducet eã ad merces ſuas,] i. ad priſtinas negociationes.
[& rurſum fornicabiť] ſpiritualiter,Deũ deſerendo,& corporaliter luxuriando.[cũ vniuerſis regnis
terræ ſup faciẽ terræ,] quorũ inſtitores & incolæ ad eã peruenerint. Hæc oĩa impleta eſſe in Tyro,
Græcorũ pandunt hiſtoriæ.Qm̃ verò Iſaias agnouit per ſpiritũ ꝓphetiæ, Tyrum tandẽ ſpiritualiter
eſſe reformandam,in Chriſtum crediturã, & Dei amore temporalia contempturã, ſubdit:[Et erunt
negociationes eius & merces eius ſanctificatæ Dño.] i.diuitiæ Tyri ad cultũ diuini obſequij applica-
buntur,ità ꝙ Tyrij fideles offerent eas Dño in oblatione altaris ad ſuſtentationẽ pauperum,ad ædi-
ficationes Eccleſiarum,atq; ad alios ſpirituales pioſq́; vſus. [non condentur,neq; reponẽtur:] i. Ty-
rij eas non colligent in theſauris, neq; per auaritiam ſibi eas appropriabunt, ſequentes admonitio-
1. Ti. 6. nẽ Pauli,qui ait: Habentes victum & qbus tegamur,his contenti ſumus. Chriſti quoq;, dicẽtis:No-
Matth. 6. lite theſaurizare vobis theſauros in terra. [quia his qui * habitauerint coram Dño, erit negociatio
*ambula- eius.] i.religioſis ac timoratis hominibus,corã Deo ſolicitè conuerſantibus, tribuentur gratìs diui-
uerint tiæ Tyri.[vt manducent in ſaturitatẽ, & veſtiantur vſq; ad vetuſtatẽ.] i. victûs atq; veſtitûs copiam
1. Cor. 9. habeant.Videmus nunc quomodò bonis temporalibus abundet Eccleſia.Vndè Apoſtolus: Si nos,
Ibidèm. inquit,vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus? Et, Qui altari deſerui-
unt,de altari participantur. Et iterùm apertiſſimè Rom.15. ait: Si ſpiritualiũ bonorum illorũ, videli-
cet ex Iudaiſmo credentiũ,participes factæ ſunt gentes,debent & in tẽporalibus miniſtrare eis.Hoc
Tyrij olim auari,ſed poſt conuerſionem ſuam ad Chriſtũ, liberales effecti, abundantiſſimè imple-
uerunt, quia ad tempus multùm in Tyro viguit religio Chriſtiana. ¶Præterea quæ de tropolo-
gico intellectu hîc dici poſſent,ſuperiùs ſæpè inducta ſunt. Breuiter tamẽ tangendo, per Tyrũ de-
ſignantur auari & curioſi,qui operanť in mari mundi huius, i. in ſeculo iſto, congregando diuitias,
& ſuperuacuis rebus ſe ingerentes. huius Tyri onus eſt, vt vlulent naues maris, i. mundi huius cul-
*viuere tores,curioſitati atq; cupidini ſeruientes. qa vaſtata eſt domus,vndè * venire cõſueuerant, i. nego-
ciatio eorũ deperijt,& deſolata ſunt loca, vndè eis mittebanť diuitiæ. Om̃ia em̃ p̄ſentis ſeculi bona,
celeriter fluunt,deficiunt,& amantes ſe ſeruare non valẽt.de terra Cethim nunciatũ eſt eis,i. de cõ-
gregatione iuſtorũ nunciatum eſt peccatoribus, quanta tormenta parata ſint eis. Cethim nanq; in-
terpretatur mare congelaſcens,per quod figuranť ſtabiliti in bono, quorũ cor congelatũ ſeu frige-
factũ eſt à p̄ſentis vitæ proſperitate. qui habitatis in inſula,i.in ſeculo iſto præ fluctibus pſecutionũ,
aquis tribulationũ,& impetu tentationũ vndiq; circũſepto.negociatio Sidonis, i.aliorũ deceptioni
vacantes.Sidon em̃ interpretať venatrix,ſicq́; per Sidonẽ ſignanť, qui alios trahunt ad vitia. trãsfre-
tantes mare impleuerũt te,i.temporaliũ bonorũ amatores ditauerunt te.Semen Nili,i.actus luxurię.
meſſis fluminis,i.fructus & opera carnis.* hæc ſunt ſegetes eius,i.nutrimenta prauorũ, qui ſerũt ſup
ſpinas,atq; de carne metunt corruptionẽ.Erubeſce Sidon, i. de tua fallacia verecundare ô animarũ
fraudulente venator. ait mare,i.homo mundanus.Sæpè em̃ dũ vnus pὐerſus videt aliũ à ſpe ſua fru-
ſtrari ac periclitari,non cõpatitur,ſed exultat.fortitudo maris,i.ſecularis poteſtas ſiue p̄latio,dicens:
Nõ parturiui,& nõ peperi,i.in bonis operibus ſterilis fui. Vndè in fine mundi dicturi ſunt reprobi
illud Sapientiæ 5. Et virtutis qdem nullum potuimus ſignum oſtendere, in malignitate aũt noſtra
cõſumpti ſumus.Cùm auditũ fuerit in Aegypto,i.cùm vna ſecta perditionis,audiêrit plagam alteri-
us,verebiť nè & ipſa patiať ſimilia. Tranſite maria, i. temporalia iſta fluxûs ſeculi p̄terite, quærendo
Rom. 6. cæleſtia.Vlulate qui habitatis in inſula, i. in præſenti exilio, veſtra deflendo peccata. Nunquìd non
hæc Tyrus veſtra eſt ciuitas, ô curioſi & cupidi? i. nonnè ſors vitæ præſentis & temporalium re-
rum anguſtia, veſtra eſt gloriatio, poſſeſſio, atque hæreditas, qui bona æterna non quæritis? Quæ
glo-

gloriabať à diebus priſtinis in antiquitate ſua,i.in vetuſtate peccati, non ambulans in nouitate vitæ,
nec induens nouum hoĩem,qui ſecũdùm Deũ creatus eſt in ſanctitate & iuſtitia.Ducent eam pedes
ſui longè ad peregrinandum,i. inordinati affectus Tyriorum iſtorũ, eos remotè abducent & ſepa-
rabunt à patria beatorum.quis cogitauit hoc ſuper Tyrum,i. ſortem peccatorum? Tyrus em̃ inter-
pretať ſors ſiue anguſtia.quondàm coronatã,i.in hoc mundo florentẽ,& illud Sap.2.dicentem:Co-
ronemus nos roſis anteq̃ marceſcant.Charitas aũt dilatat.Peccatum verò, & maximè odium,angu-
ſtat & contrahit.Vndè ait Apoſtolus:Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum 2. Cor. 6.
eſt:non anguſtiamini in nobis,anguſtiamini aũt in viſceribus veſtris.Rectè itaq; per Tyrum,pecca-
tores charitate priuati ſignanť. cuius negociatores principes, inſtitores eius inclyti terræ. Idem ha- Ezec. 10.
betur in Ezech.& Apoc.Negociatores aũt Tyri ſunt,quorum tota ſolicitudo eſt terrena colligere,& Apoc. 13.
mundi honorẽ,famam & gloriam adipiſci,de quibus ſcriptum eſt:Argentum theſaurizant & aurum, Baruc. 3.
& non eſt finis acquiſitionis eorum.Hos negociatores certũ eſt eſſe hoĩm principes,& inclytos ter-
ræ,quia præ cęteris honoranť,reputantur,ac timentur à filijs ſeculi huius.Eſt aũt & bonus negocia- Matth. 13.
tor,de quo in Euãgelio ait Saluator:Simile eſt regnum cęlorum homini negociatori, quærenti bo-
nas margaritas:inuenta aũt vna precioſa margarita,dedit oĩa ſua, & cóparauit eam.Talis aũt non eſt
inclytus terrę,ſed cæli,ad quã negociationẽ hortať nos Dñs:Negociamini,inquiẽs,dum venio. Dñs Luc. 19.
exercituum,qui ſuperbos humiliat,cogitauit hoc,vt detraheret ſuperbiam oĩs gloriæ, vt impleatur
illud Pſal.48.Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos.Hinc etiam Moſes Num.15.loqui-
tur:Anima q̃ per ſuperbiam aliquid cõmiſerit, qm̃ contra Dñm rebellis fuit,peribit de populo ſuo.
Et ad ignominiam deduceret vniuerſos inclytos terræ,de quibus ſcriptum eſt: Vbì ſunt principes Baruc. 3.
gentium, qui dñantur ſuper beſtias terræ, qui in auibus cæli ludunt? exterminati ſunt, & ad inferos
deſcenderunt.Ieremias quoq; ait:Confundenť vehementer, quia nõ intellexerunt opprobriũ ſem- Iere. 20.
piternum,quod nunq̃ delebiť.Tranſi terram tuam quaſi flumen filia maris, i. ô popule terrene,noli
in inferioribus iſtis morari,noli in ſenſibilibus detineri,ſed ad ſuperiora feſtinanter accede,vt cor-
pus animam aſſequať,non aĩa corpus.Non eſt cingulum vltrà tibi,i. fortitudo ſeu conſtantia in iſtis
terrenis,vel in teipſa,ſed tantùm in Dño,de quo fertur in Pſal.17.Et præcinxiſti me virtute ad bellũ.
Manum ſuam ſuper mare extendit,i.Dñs poteſtatẽ ſuam in peccatoribus demonſtrauit, vlciſcendo
eorũ peccata.Et conturbauit regna.oculi em̃ Dñi ſuper regnum peccans, vt conterat illud, vt Amos Amos 9.
teſtať.Propter quod Ieremias ait:Repentè loquar aduerſùs gentem & regnũ, vt eradicem & deſtruã Iere. 15.
illud.Hoc iam de diuerſorum regnorum punitione palàm innotuit. Dñs mandauit aduerſùs Cha-
naan,i.eos qui non ſtabiliunť in Deo,videlicet contra regnũ terrenum & fluctuans,vt conterat for-
tes eius,qui ſapientes & fortes ſunt,vt faciant mala,benè aũt facere neſciêrunt. Hos conteret Deus,
tollendo ab eis in p̄ſenti vitam gratiæ,& in futuro vitam gloriæ. Chanaan interpretať fluctuans ſeu
cõmotio.Propter quod luxurioſo ſeni,& fluctuãti motibus paſſionum presbytero,diciť à Daniele:
Semen Chanaan,& non Iuda,ſpecies decepit te.Oĩs ergò qui eſt ſicut arundo vento agitata,& cir- Dani. 13. Matth. 11.
cunferť omni vento doctrinæ ſeu concupiſcentiæ,eſt ſemen Chanaan, contra quod mandauit Dñs Ephe. 4.
ſuis miniſtris,vt eum excrucient. Non adijcies vltrà vt glorieris. Modica nanq; eſt & momentanea
exultatio impiorũ.In Cethim conſurgens transfreta,ibì quoq; non erit requies tibi,i.quôcunq; au-
fugeris,requiem verã non habebis,niſi reuertaris ad Deum.Non em̃ eſt pax impijs,dicit Dñs.qui aũt Iſaiæ 48.
à peccatis abſtinet,verè ſtabiliterq́; quieſcit, iuxta illud Iere.4. Si abſtuleris offendicula tua à facie
mea,dicit Dñs,non cómoueberis.Eccè terra Chaldæorum,i.congregatio ſuperborum,videlicet dę-
monum,talis populus nõ fuit in ſubtilitate,in fortitudine,in crudelitate. diciť enim dæmon homo,
iuxta illud in Euangelio:Inimicus homo hoc fecit.Quòd aũt ſimilis ei nõ exiſtat in terra, patet Iob Matth. 13.
42.Non eſt ſuper terrã poteſtas q̃ comparetur ei.Nam & Chr̃s victor,nominat dæmonem fortẽ ar-
matum.Aſſur fundauit eam.Primus ille apoſtata Lucifer,q alios ad peccandum induxit,hunc crude- Lucæ 11.
liſſimum populum radicauit in malo.Aſſur em̃,dirigens diciť.In captiuitatẽ traduxerũt iſti Chaldæi
ſeu dæmones,robuſtos videlicet Tyri,i. magnos in ſeculo iſto, q à diabolo captiui teneнť ad ipſius 2. Ti. 2.
voluntatẽ.ſuffoderunt domos eius,i.corda Tyriorũ,in quibus p ſuggeſtiones peſſimas habitãt dæ-
mones.Vel,domos eius,i.Eccleſias malignorũ,quos ſpũaliter iugulãt,ad infernaq́; pertrahunt.Vlu-
late naues maris,i.negociatores ſeculi huius,qa deuaſtata eſt fortitudo veſtra,& diuitię veſtrę putre-
factę ſunt.immò dęmonũ iugo & vitiorũ miſerrimę ſeruituti eſtis ſubiecti.Et erit in die illa,in obli-
uiõe eris ô Tyre 70. annis.Septenarius & ſeptuagenarius numerꝰ,pœnitentiã conſummatã ſignifi-
cant.Per hoc igiť,ꝙ Tyrus 70.annis in obliuiõe erit,innuiť,ꝙ peccatores tribulationibꝰ dignis ex-
ponenť,donec peccata eorũ purgenť,tuncq́; videnť quaſi obliti ac derelicti à Deo. poſt ſeptuaginta
aũt annos,i.tẽpore correctiõis & pœnitẽtiæ cõſummato. erit Tyro,i.ſignificatis p Tyrũ.quaſi cãti-
cum meretricis,i.carmẽ & grãrum actio aĩæ pœnitentis,q̃ olim peccãdo erat fornicata, ſed pœnitẽ-
do facta eſt ſponſa fidelis.Deindè diciť Tyro huic,i.populo peccatori,Sume citharam,de qua dici-

tur

tur Pſal.42.Confitebor tibi in cithara,i.in operatione bona, p̃ſertim in operibus miſericordiæ.cir-
cui ciuitatẽ,i.ſacra loca Eccleſiæ viſita corde contrito.meretrix obliuioni tradita, i. Tyre, quæ dum
Deum offenderas,ſpiritualiter fornicabaris,& neſciebaris à Deo per approbationẽ.Benè cane,De-
um laudando,teq́; accuſando, frequenta canticũ iſtud vſq; in finem,vt memoria tuî ſit, de qua ſcri-
Pſal.111. ptum eſt:In memoria æterna erit iuſtus.Et Pro.10.Memoria iuſti cum laudibus. quatenùs Deus di-
cat tibi:Eccè in manibus meis deſcripſi te.& erit poſt ſeptuaginta annos,iã dictos,viſitabit Dñs Ty-
rum,& reducet eam ad merces ſuas,i. gratiam ei infundet, & ad priſtinam perfectionem reducet, vt
operetur bonum ad oẽs,& talenta ſibi tradita fructuoſè expendăt.Et erunt negociationes eius &
merces eius ſanctificatæ Dño,i.ſeipſam & omnia ſua offeret Dño, non quæ ſua ſunt quæret, ſed quæ
proximorum,& alijs tam in ſpiritualibus,quàm in corporalibus pro poſſe ſubueniet. Vndè in Pſal.
Pſal.44. cantatur:Et filiæ Tyri in muneribus &c.Cætera ex præhabitis clucеſcunt.

¶ *Expoſitio cap.24.videlicet,Eccè Dominus nudabit terram.* *Articulus* 47.

POſtq̃ in ſuperioribus S.Iſaias de ſingularum rerum ordine prophetauit,videlicet de punitione
Babylonis,Moab,Aegypti,Damaſci,Idumæę,&c.nunc generaliter loquitur de totius terrę ſeu
mundi exterminatione,ſeu deſtructione finali,& ait:[Eccè Dñs nudabit terram] à terrænaſcẽtibus,
hoĩbus,atq; iumentis:oĩa enim hæc auferentur à terra tempore extremi iudicij. [& diſſipabit eam,]
non cõminuendo eius ſubſtantiam, ſed auferendo ab ea ſuæ exiſtentiæ formam accidentalem, ſeu
modùm eſſendi,quem nunc habet.Vndè de tali diſſipatione cęli & terrę habetur in Pſal.101.Ipſi p-
Apoc.12. ibunt,tu aũt permanes.Et in Apocal.Vidi cælum nouum & terram nouã.primum em̃ cælum & pri-
ma terra abijt.[& affliget faciem eius.] i.ſuperficiem terrę concremabit igne conflagrationis.& ſu-
mitur afflictio pro cõbuſtione,q̃ metaphoricè dicitur terrę afflictio, ſicut & floritio nominatur eius
1.Cor.4. exultatio.Vel ſic:Eccè Dñs nudabit terram,i.omnia opera hoĩm in terra morantium deducet in pu-
Mat.10. blicum,iuxta illud Apoſtoli: Nolite ante tẽpus iudicare,quoadusq; veniat Dñs, qui illuminabit abſ-
condita tenebrarum, & manifeſtabit cõſilia cordium.Et Chriſtus in Euangelio:Nihil opertũ,quod
non reuelabitur.& diſſipabit eam,interficiendo per ignem conflagrationis oẽs qui fuerint inuenti
in terra.& affliget faciẽ eius,i.vultus hoĩm & adſpectum eorũ terrebit per ſigna iudicium pręceden-
tia,prout Luc.24.dicitur:Erunt ſigna in ſole & luna &c.areſcentibus hoĩbus præ timore & expecta-
tione,q̃ ſuperueniẽt vniuerſo vrbi.[& diſperget habitatores eius.] i.in loca diuerſa hoĩes mittet ſe-
Mat.25. cundùm exigentiam meritorum ſuorum.Ibunt em̃ hi in ignem æternũ,hi aũt in vitam æternam.&
vtrobiq; diuerſæ ſunt manſiones,ſeu gradus præmiorum.[Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.] Hoc
Oſeæ 4. idem ſcriptum eſt in Oſee.[& ſicut ſeruus,ſic dñs eius:ſicut ancilla,ſic dña eius:ſicut emens, ſic ille
qui vendit:ſicut fœnerator,ſic ille qui mutuum accipit:ſicut qui repetit,ſic qui debet.] i.in finali iu-
Act.10. dicio nulla erit apud Deum perſonarum acceptio,nulla acceptatio conditionis,ſexûs aut ſtatûs, ſed
2.Cor.5. ſola merita ſingulorũ ponderabunt̃,omneſq́; ſtabunt ante Chriſti tribunal, vt recipiãt ſinguli ſicut
Gal.6. geſſerunt in corpore. Et vnuſquiſq;,ſecundùm Apoſtolum,onus ſuum portabit.Hinc etiam Iob 3.
dicitur:Paruus & magnus ibì ſunt,& ſeruus & liber à dño ſuo.[Diſſipatione diſſipabit̃ terra.] i. ope-
ra hoĩm terrenorum redigentur ad nihilum, ipſumq́; terræ elementum à priſtina qualitate mutabit̃.
[& direptione prædabitur] terra,i.omnia q̃ in ea ſunt,auferent̃: ſicut iam dictum eſt,ꝙ nudabit̃,ſta-
1.Cor.15. tuſq́; hoĩm alius erit.Oportet equidem,iuxta Apoſtolum,corruptibile hoc induere incorruptionẽ,
1.Cor.7. & mortale hoc induere immortalitatẽ.Et ſicut rurſus ad Corinth,loquitur,p̃terit figura huius mun-
2.Pet.3. di.Vndè & Petrus ſcribit:Terra & q̃ in ipſa ſunt opera,exurent̃.Cur aũt hæc fient,ſubiungitur:[Dñs
enim locutus eſt verbum hoc.] Quaſi dicat Iſaias:Nõ ego hæc loquor aut fingo,ſed ſpiritusſanctus
locutus eſt iſta per me.[luxit & defluxit terra, & infirmata eſt, defluxit orbis.] i. habitatores terræ
tunc flebunt atq; deficient.Propter quod Apoc.1.habetur:Eccè venit cũ nubibus, & tunc plangent
Matt.24. ſe ſuper eum oẽs tribus. Apud Matthæum quoq;: Tunc apparebit ſignum filij hoĩs in cælo, & tunc
plangent omnes tribus terræ.[Infirmata eſt altitudo populi terræ,] i.ſuperbia atq; ſublimitas hoĩm
*inſecta deijcientur,immò principatus & regnum mundi ceſſabũt.[& terra * interfecta eſt ab habitatoribus
ſuis,] i.habitatores terræ propter ſua peccata deſtruentur, immò & ipſi ſeipſos peccando ſpiritua-
liter interfecerunt.Loquitur autem propheta iuxta conſuetudinem prophetalem de futuro p mo-
dum præteriti,ad inſinuandum ꝙ tam certa ſit veritas horum quæ pręnunciat,àc ſi iam eſſent com-
pleta atq; præterita.[quia tranſgreſſi ſunt leges] ſ. diuinas, in veteri ac nouo teſtamento expreſſas.
[mutauerunt ius] naturale,omnium mentibus naturaliter inditum,non ſequentes rationis iudici-
um. [diſſipauerunt fœdus ſempiternum,] i. amicitiæ pactum, quod inij cum hominibus, dicens il-
lud Prou.8.Deliciæ meę eſſe cum filijs hoĩm.In Gen.quoq;:Recordabor fœderis mei,quod pepigi
Gen.9. inter me & terrã,[Propter hoc maledictio vorabit terram,] i.diuina vltio peccatores conſumet, in-
troibuntq́; in inferiora terræ.[& peccabunt habitatores eius,] quorum conuerſatio eſt in terra, nõ
in cælis,de quibus Iere.17.legitur:Recedentes à te,in terra ſcribent̃. Appropinquante enim iudicio,
erit

erit diſceſſio ab obedientia Eccleſiæ,& nec ſpũalia,neq; diuina iura obſeruabuntur. Vndè Chriſtus
Matt.24.teſtat̃:Quia abundabit iniq̃tas,refrigeſcet charitas.[Ideoq́; inſanient cultores eius,] i. irra-
tionabiliter agẽt, contra ſe inuicèm furibundè pugnabunt,ac ſine verecundia cũ om̃i libertate pec-
cabunt.[& relinquent̃ hoĩes pauci.] i.non ſimpliciter oẽs tam impiè agent,ſed quidã,reſpectu alio-
rũ perpauci,manebunt rationabiliter cõuerſantes;nunq̃ em̃ in toto peribit Chriſtiana religio. Vn-
dè ad Petrum ſub p̃ſona Eccleſiæ ait Saluator:Ego p̃ te rogaui,vt non deficiat fides tua. [Luxit vin- Luc.22.
demia,infirmata eſt vitis,ingemuerunt oẽs qui lætabant̃ corde.Ceſſauit gaudium tympanorũ,quie-
uit ſonitus lętantium,conticuit dulcedo citharę,cum cantico non bibent vinum.] Quidam ſuperfi-
cialiter exponunt hæc de defectu ſiue ſubtractione ſolatij, quod hoĩes habere ſolent ex potatione
vini & ludis,ſ.ꝙ iſta deficient inſtante iudicio.Sed huic non̄ videt̃ conſonare,quod apud Matt.aſſe- Matth.24.
rit Veritas:Sicut erant in diebus Noę ante diluuium comedẽtes & bibentes,nubentes & nuptui tra- Gen.6.
dentes:ità erit aduentus filij hoĩs.Et alibì dicit̃:Cùm dixerint,pax & ſecuritas,tunc repẽtinus eis ſu- 1.Theſ.5.
perueniet interitus.Meliùs igit̃ exponenda eſt litera hoc modo:Luxit vindemia,infirmata eſt vitis,i.
oĩs lætitia & fortitudo,quam habuerunt hoĩes carnales ex poculo vini, in triſtitiam ac inualitudinẽ
conuertet̃,cùm venerint ſigna inſtantis iudicij.Ideò ſubiungit̃: Ingemuerunt oẽs qui lætabant̃ cor-
de,nõ in Dño,ſed in rebus illicitis.Hi em̃ dolebunt ſicut parturiens,quia vt legit̃ apud Lucam, tanq̃ Luc.21.
laqueus ſuperueniet dies illa in oẽs,qui ſedent ſuper faciem terrę:tuncq́; ceſſabit gaudiũ tympano-
rum,ac ſonitus lætantium.non bibent vinum,i.p̃ cordis anguſtia nihil eos in hoc mundo oblecta-
bit.[Amara erit potio bibentibus illam,] i.oĩs potus amareſcet,quemadmodùm febricitanti dulcia
videnẗ amara.[Attrita *erit ciuitas vanitatis.] i.habitatio huius ſeculi finiet̃.Hæc ciuitas vanitatis eſt *eſt
Babylon illa,de qua Ioannes Apo.14.16.& 18.locutus eſt,p quam mundus figurat̃, de quo Eccleſia-
ſtes ait:Vanitas vanitatum & oĩa vanitas.Item:Vidi cuncta q̃ fiunt ſub ſole, & eccè vniuerſa vanitas. Eccĕs 1.
[clauſa eſt oĩs domus nullo introeunte.] Hoc dicit̃ nunc,quia p̃ timore ingredi & egredi non aude- Ibidèm.
bunt,vel quia domorum habitatio ceſſabit.Non aũt putandum eſt,ꝙ hoĩbus in igne conflagratio-
nis occiſis,aliquę domus remanebunt in terra. [Clamor erit in plateis ſuper vino.] i. de ebrietate &
crapula vini cõtriſtabunt̃,ſicut p Ioelem dicit̃: Vlulate oẽs qui bibitis vinum in dulcedine.[deſerta Ioel.1.
eſt oĩs lætitia.] i.oĩs deſolatio ſecularis impijs auferet̃.[tranſlatum eſt gaudium terræ] ad patriã bea-
torum,in qua duntaxàt poſt diem iudicij gaudium remanebit.& [relicta eſt in vrbe] i.in p̃dicta ciui-
tate vanitatis,immò in oĩbus vrbibus relinquet̃ [ſolitudo] habitatoribus deficiẽtibus. [& calamitas
opprimet portas,] i.miſeria occupabit habitantes ac reſidentes in portis.[Quia hæc erunt in medio
terræ,in medio populorũ,] i.mala nunc poſita,ſuperuenient oĩbus tranſgreſſoribus vbiq; terrarum
exiſtẽtibꝰ,ſ.in medio oĩm populorũ.[Quõ ſi paucæ oliuæ q̃ remãſerint,excutiant̃ ex olea,& racemi,
cùm fuerit finita vindemia:] i.ſic p̃dicta impiorum punitio fiet,vt tñ eis deletis ac reprobatis,aliqui,
q̃uis pauci,remaneãt electi & boni,non pereuntes cum illis,qui in die iudicij ſtabunt in magna cõ-
ſtantia aduerſùs eos qui ſe anguſtiauerunt,qui etiam propter ſuam paucitatem comparantur paucis
oliuis, q̃ remanent in arboris ramo,cęteris depoſitis atq; excuſſis: paucis quoq; racemis, qui rema-
nent in vite vindemiatione completa. Quemadmodùm ergò iſtę oliuæ atq; racemi ac fructus eorũ,
permodici ſunt reſpectu oliuarum ac racemorũ collectorũ tempore aptæ collectionis:ſic electi,qui
conſtantes manebunt tẽpore Antichriſti,& in die iudicij ſaluabunt̃,reſpectu reproborũ erunt pau-
ciſſimi.Multi nanq; vocati,pauci verò electi:[Hi leuabunt vocem ſuam,atq; laudabunt, cùm glori- Mat.20.
ficatus fuerit Dñs,] i.dum Chr̃s ad iudicandum venerit cum maieſtate magna & gloria,tunc electi & 22.
cordialiter exultabunt,Dñmq́; laudabunt.Quemadmodùm em̃ dies iudicij impijs metuenda,ſic iu-
ſtis eſt appetenda,eritq́; eis cauſa immenſæ lætitiæ.Vndè Chriſtus ait electis:His aũt fieri incipien- Luc.21.
tibus,reſpicite,& leuate capita veſtra,quia appropinquat redẽptio veſtra.Ideò ſubiungitur:[Hinni-
ent] i.ex plenitudine & exuberantia iucunditatis internæ, prorumpent in vocem gratiarum actio-
nis atq; laudis,ſublimiter more equorum hinnitum emittentium,& hoc [de mari] i.de hoc inquie-
to tempeſtuoſoq́; ſeculo, quandò corpore reſumpto, obuiauerint Chriſto in aëra, & ſimul cum eo
de terra ad cęlos conſcenderint,vt ſemper cum eo conſiſtant.Porrò q̃ dicta ſunt hoc loco de retri-
butione bonorum atq; malorum,Malachias cõpendioſè,euidenter & pulchrè deſcribit, cùm dicit: Mal.4.
Eccè dies veniet ſuccenſa quaſi ignis,& erunt oẽs ſuperbi,& oẽs facientes impietatem,ſtipula,& in-
flammabit eos dies veniens:Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ: egrediemini, &
ſalietis quaſi vituli de armẽto.Vt aũt hanc beatitudinem electorũ adipiſci mereamini ô fideles,ad-
moneo vos.[propter hoc] ſ.ad conſequendam hanc gloriam, [in doctrinis glorificate Dominum,]
i.per prædicationem verbi cæleſtis,& maximè per euangelicæ legis promulgationem Deum hono-
rate,conuertẽdo ad eum proximos veſtros:nec ſolùm hoc faciatis in Iudæa ac ſynagoga,verùm etiã
[in inſulis maris glorificate nomen Dñi Dei Iſrael.] prędicando per totum orbem euangeliũ Chri-
ſti.Et quia propheta certiſſimè præcognouit hoc eſſe implendum per apoſtolos, alioſq́; diſcipulos
Salua-

Saluatoris,idcircò nunc in pſona fidelium loquens, adiecit: [A finibus terræ laudes audiuimus:] &
quales ſint laudes iſtæ,exponit:[gloriam iuſti,]hoc eſt,vbiq; terrarum & in omnibus mundi ꝓuin-
cijs audiuimus Deo laudes perſolui,Euangelium,quod Dei laudibus plenum eſt,p̄dicari: & iuſtum,
Zach.9. i.Chriſtũ,glorificari.Vndè Zacharias inducit:Poteſtas eius à mari vſq; ad mare,& à fluminibus vſq;
ad fines terræ.[Et dixi] ego Iſaias intra me locutione interna: [Secretum meum mihi, ſecretũ meũ
mihi,] i.myſterium,quod mihi de mundi conſummatione & Chriſti aduentu reuelatum eſt, intra
me ſemper reuoluam,diligenter penſabo,nec pandam indignis:immò nec valebo oĩa enarrare quę
cerno,hæret lingua faucibus meis,vox dolore abrumpitur,dum impiorum tormẽta conſidero.[Vę
mihi,] hoc eſt,magnus dolor compaſſionis mihi incumbit, cuius ratio ſubiungitur: [Pręuaricantes
præuaricati ſunt] Dei mandata.[& prçuaricatione tranſgreſſorum præuaricati ſunt,] i.ſine pœnitẽ-
Iere.8. tia perſeuerauerunt obſtinanter in malo, ſecundùm quod Ieremias de quibuſdam inducit: Quarè
auerſus eſt populus iſte auerſione contentioſa?[Formido,& fouea,&laqueus ſuper te,qui habitator
es terræ.]Inſtante enim die iudicij,& Antichriſto regnante,magnus erit timor fidelium, & oĩbus
imminere videbitur fouea tranſgreſſionis ſeu mortis,ac laqueus deceptionis,& captiuitatis ſpiritu-
Pſal.9. alis à Dño,vel corporalis ab Antichriſto,de quo fertur in Pſalmo: Sedet in inſidijs cum diuitibus in
Ibidem occultis,vt interficiat innocẽtem.Et iterùm:In laqueo ſuo humiliabit eum. [Et erit qui fugerit à fa-
cie formidinis,] i.qui ex timore Antichriſti ſiue pœnarum,à Deo receſſerit,& martyrium pati nolu-
erit,[incidet in foueam] culpæ mortalis.[& qui ſe explicauerit de fouea,]i.ruinam peccati euaſerit,
[tenebitur laqueo] tentationis,ſaltem quo ad hoc,ꝙ dæmon eum fallere ſataget. Vel tenebitur la-
queo mortis,quia in igne conflagrationis vniuerſi etiam iuſti tunc exiſtẽtes morientur, protinusq;
cum cæteris ſurgent.Quôcunq; ergò ſe verterint homines,tribulatio ingens ipſis occurret.[qa ca-
taractæ de excelſis] i.feneſtræ cæli.[apertæ ſunt,] ità ꝙ Dñs qui pauloantè videbatur hominũ opera
ignorare,tunc per vltionẽ diſtrictam oſtendet ſe oĩa conſiderare ac iudicare, ſicut in Pſal.13.& 52.
cantatur:Dñs de cælo proſpexit ſuper filios hominum.[& concutientur fundamenta terræ.]i.terra
Ecci 16. ipſa contremiſcet & complanabit,& montes vallibus æquabunt. Vndè in Eccõ ſcribitur: Vniuerſa
terra,& oĩa q̃ in ea ſunt,in cõſpectu Dei cõmouebuntur: & cùm proſpexerit ea Deus, tremore con-
cutientur.Et in Pſal.103.Qui reſpicit terram,& facit eam tremere. [Confractione cõfringetur terra,
contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra.]In-
telligi poſſunt hæc de ipſo terræ elemento, quod tempore cõflagrationis ac complanationis ſuæ in
aliquibus partibus ſuis frangetur,conteretur,mouebitur & agitabitur,quantùm ad eſſe accidentale.
Veriùs tñ accipitur de habitatoribus terrę,qui circa tempus iudicij intantùm pœnis atq; miſerijs re-
1.Mach.9. plebuntur,ꝙ cõfringentur,ſicut de Iuda Machabęo ſcriptũ eſt,ꝙ confractus eſt corde,i.formidine
diſſolutus,& mente deiectus. Conterentur etiam per pœnas & mortem, mouebuntur & agitabunt
[ſicut ebrius:] qm̃ præ anguſtijs & timore vix ſcient quid agere, aut quò ſe vertere debeant, immò
præ horrore tabeſcent.[& auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis.] i.tam ipſa terra, q̃ habitato-
res ipſius,q̃tùm ad priſtinum ſtatum,exiſtendiq; modum,prorſus deficient,ità vt nec veſtigia prio-
ris conuerſationis ſeu qualitatis permaneant.Terra em̃ innouabitur,electi immutabuntur,&repro-
bi in inferos detrudentur:tunc em̃ ceſſabit motus cæli, & per conſequens generatio, corruptio,vi-
ciſſitudo,& qualitas priſtina, quo ad modum oĩm inferiorum: nihilominùs terra quo ad ſe totam,
& quantùm ad ſuã ſubſtantiã,erit & permanebit,vbì & quod nunc eſt,ſecundùm illud Ecci 1. Terra
in æternum ſtat.Et in Pſal.92.Etem̃ firmauit orbem terræ,qui non cõmouebit in æternum.[& gra-
uabit eam iniquitas ſua.] i.habitatores terræ propria iniquitate grauabunt,affligentur, & ad inferos
Pſal.37. deprimentur. Vndè p̄dictum eſt Iſa.1. Væ populo graui iniquitate.Et alibì:Sicut onus graue graua-
tæ ſunt ſuper me.Ipſum quoq; terræ elementum propter peccata in ipſo cõmiſſa, ignem conflagra-
tionis patietur.[& corruet,& non adijciet vt reſurgat.]Terra,ſicut nunc patuit,corruet,quantùm ad
eſſe accidẽtale quod nunc habet,nec reducet ad priſtinũ ſtatum,vt ſit locus & manſio hoĩm & bru-
torũ.vel vaſtabunt in ea arbuſta & cæteræ corruptibiles ſpecies. Hoĩes etiam corruent, neq; adijci-
Iob 16. ent vt reſurgant ad vitam corruptibilẽ ac mundanã,qualem nũc ſortiunt. Propter quod S.Iob: Viã,
& 14. inquit,ꝑ quam non reuertar,ambulo.Et rurſùs: Homo cùm dormiêrit,non reſurget: donec atterat
cælum,nõ euigilabit.Et erit in die illa,] i.in die iudicij. Vndè patet,ꝙ iſtud capitulum de totius mũ-
di conſummatione loquit.Sequitur em̃:[viſitabit Dñs ſuper militiam cæli in excelſo, & ſuper reges
terræ qui ſunt ſuper terram.] S.Hieronymus hoc loco per militiam cæli, intelligit cælum, ſolem,
lunam,aſtra, & omnem ornatum ipſorum. Sic enim de militia cæli loquitur Moſes in Deuterono-
mio,dum ait:Nè oculis eleuatis in cælum,videas ſolem & lunam & oĩa aſtra, & adores ea. Ieremias
Deu.4. Iere.19. quoq; aſſerit populum Iudæ adorâſſe oẽm militiam cæli, atq; placentas feciſſe reginæ cæli, i. lunæ.
Porrò per principes terræ,intelligit angelos malos, qui certis prouincijs præſident, de quibus (ſe-
Dani.10. cundùm eum) Daniel dicit:Princeps regni Perſarũ,& princeps regni Græcorum:quod tñ Grego-
rius

rius de angelis bonis exponit.Itaq; ſecundùm iſtã expoſitionem, Viſitabit Dñs ſuper militiam cæli,
eò ꝙ Iob teſtante,cæli non ſunt mundi in conſpectu Dei:ſic indigent viſitatione Dei, vt purgẽtur Iob 15.
ac perficiant,quemadmodùm ægroti indigent viſitatione medici vt ſanent. Videtur aũt iſta poſitio
p̄ſupponere,corpora cęleſtia eſſe aĩata,quod & Hieronymus non ſolùm hoc loco,ſed etiã alibì ſen-
tire videt.Cõmuniter tñ,& (vt arbitror) meliùs, per militiã cæli intelligunt angeli mali, qui dicunt
militia cæli aërei,in quo habitant: vel cæli empyrei, in quo creati ſunt, qa in eis naturalia integra ꝑ-
manſerunt,atq; cum angelis ſanctis in natura cõmunicant. De qua vtiquè militia ait Apoſtolus: Nõ Ephe.6.
eſt nobis colluctatio aduerſùs carnem & ſanguinẽ,ſed aduerſùs principes & poteſtates,contra mũ-
di rectores tenebrarum harũ,contra ſpiritualia nequitię in cæleſtibus. Super hos Dñs viſitabit ſicut
iudex viſitat furem,videlicet ꝑ iuſtam vltionem.& ſuper reges qui ſunt ſup faciem terræ, i. ſup ma-
gnates ſeculi huius.[& congregabunt in congregatione vnius faſcis in lacum.] i. per modum faſci-
culi colligent in infernum cadentes, Chriſto iudice eis dicente:Ite maledicti in ignẽ æternum. [& Matth. 25.
claudent ibì in carcere] infernali:terra nanq; cùm eos abſorbuerit,recludetur. Certum eſt, iſta non
dici de aſtris,cælis atq; planetis:qui etſi animati eſſent,non tñ culpam haberent, niſi ponamus cum
Origene,ꝙ aĩæ cælorum,propter peccata in cęlo cõmiſſa,talibus corporib⁹ ſint vnitæ:quod falſum
eſt.[& poſt multos dies viſitabunt.] Circa hoc ait Hieronymus: Locus iſte videt applaudere amicis
meis,qui dæmonibus dant pœnitentiam. Sciendum ergò, ꝙ Origenes occaſione ſententiæ huius,
aſſeruit oẽs damnandos poſt longa tempora liberãdos:ſcripturas verò, q̃ dicunt eos in æternũ cru-
ciandos,dixit ꝑtinere ad prophetiam cõminationis, q̃ non ſemper implet, & ad hoc allegauit multa
loca ſcripturæ,vt eſt illud in Pſal.76.Nunquid in æternum proijciet Deus?Et illud Thre.3. Non re-
pellet in ſempiternum Dñs.Sed iſta opinio eſt prorſus falſiſſima. Chriſtus em̃ in Euangelio apertiſſi- Matth. 25.
mè ait:Ibunt hi in vitam æternã,hi aũt in ſupplicium ęternũ.Et alibì:Qui blaſphemauerit, inquit,in Marc.3.
ſpũm ſanctum,non habet remiſſionem in ęternũ,ſed reus erit ęterni delicti. Dicendum igit,ꝙ viſi-
tatio hoc loco accipit in malo,ſ.pro vindicta,quemadmodùm immediatè ſumpta eſt, cùm dicebat:
Viſitabit Dñs ſuper militiam cæli,& ſup reges terræ.Eſt itaq; ſenſus:Poſt multos dies viſitabuntur,i.
poſt quamcunq; durationẽ detinebunt in pœnis,ità ꝙ nunq̃ eripient.[Et erubeſcet luna,& cõfun-
detur ſol,cùm regnauerit Dñs exercituũ in monte Sion,& in Hieruſalẽ.] Hoc metaphoricè intelli-
gendum eſt,ità ꝙ ſol & luna dicunt cõfundi,cùm Chriſtus peracto iudicio regnauerit in cæleſti Si-
on,videlicet in Eccleſia triumphanti,qa tunc ſplendor & pulchritudo ipſorum,nullius erũt momẽ-
ti,reſpectu claritatis Chri ac beatorum. Vndè inferiùs ſcriptũ eſt:Non erit tibi ſol ampliùs ad lucen- Iſaiæ 60.
dum per diem.Et Apoc.21.Ciuitas non eget ſole neq; luna.[& in Hieruſalẽ] cæleſti, cui in Pſal.147.
dicit:Lauda Hieruſalẽ Dñm.Et Apoſtolus ad Gal.Illa q̃ ſurſum eſt Hieruſalem,libera eſt,q̃ eſt mater Gal.4.
noſtra.[& in cõſpectu ſenum ſuorum.] i.coram patriarchis, ꝓphetis,& apoſtolis, qui ſecũdùm ſcri-
pturas,defuncti ſunt in ſenectute bona & pleni diebus,de quibus in Apocalypſi habetur: Procide- Apoc.4.
bant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorũ.
[fuerit glorificatus] Chriſtus,non ſolùm in ſe,ſed in omnibus quoq; electis. Vndè in Leuitico ait: Leu.10.
Sanctificabor in his qui appropinquant mihi,& in conſpectu populi glorificabor.

¶ *Elucidatio cap.25.videlicet:Domine,Deus meus es tu.* *Articulus* 48.

GRatias agit S. ꝓpheta Deo in p̄ſenti capitulo de mirabilibus operib⁹ Dei,ſibi à Deo reuelatis,
de qbus in p̄cedenti capitulo eſt locutus,& ait:[Dñe,Deus me⁹ es tu,]i.tu creator oĩpotens,q
ratione generalis dominij tui es oĩm Dñs,& es ſpecialiter Deus meus,tum ꝓpter ſingularem ꝓuidẽ-
tiam,pietatem & grãm tuam circa me,ità vt fiducialiter dicere queã,Dñs ſolicitus eſt mei:tum ꝓpter
ſingularẽ amorẽ & cultum,qbus te diligo & honoro,dicens illud Pſal.Deus cordis mei,& pars mea Pſal.72.
De⁹ in æternũ.Beati,qui hoc modo Deũ ac Dñm vniuerſorũ,ſpecialiter ſuum Deum appellare poſ-
ſunt.Non hoc abſolutè audebat B.Hieronymus & glorioſiſſimus nimìs diuinus Dionyſius,qui ait:
Deus,& ſi fas eſt dicere,meus.[exaltabo te]queẽadmodùm Exo.15.dicit:Iſte Deus meus,& glorifica-
bo eũ:Deus patris mei,& exaltabo eũ,i.tuam maieſtatẽ mẽte,ore & opere recognoſcã & venerabor:
nec ſolùm dicam,Dñe Dñe,ſed inſupèr agam q̃ dicis.[& confitebor nomini tuo,] ſ. confeſſione lau-
dis te extollendo,de qua confeſſione Chrs ait:Cõfiteor tibi pater,Dñe cæli & terræ.[qm̃ feciſti mi- Matth. 11.
rabilia]de qbus in p̄cedenti cap.dictũ eſt,& etiã multa circa myſteriũ liberationis humanæ.q̃ autem Luc.10.
ſint iſta mirabilia,ſubdit:[Cogitationes antiquas fideles.]i.res ab ęterno à te fideliter cogitatas,cui-
us oĩa opera ſunt in fide:oĩa em̃ q̃ facis in tẽpore, p̄cogitas in æternitate. Vel cogitationes antiquas
fideles,i.cogitationes tuas ęternas ꝑduxiſti ad actũ,iuxta illud in Pſal.32. Cõſiliũ Dñi in æternũ ma-
net, cogitatiões cordis eius in gñatione & gñationem.Dicuntur aũt cogitationes Dei antiquę,ſicut
& ipſe Deus, de quo Dan.7.legit:Antiqu⁹ dierũ ſedit, videlicet qm̃ oẽ tẽpus p̄ueniũt & includũt.
Deniq; Iſaias ſignificãs ſe diuinę ordinationi fideliter cõſentire & congaudere,adiecit:[Amẽ.]i.ve-
rum eſt,vel ità ſit.[Quia poſuiſti ciuitatem in tumulũ,vrbem fortem in ruinam:domum alienorum,
vt

vt non ſit ciuitas,& in ſempiternum non ædificet.] Hoc Iudæi exponunt de Roma, quam aſſerunt
in Meſſiæ,quẽ præſtolant,aduentu funditùs euertendam.ſed hæc expoſitio mendaci innititur fun-
damento,cùm ſciamus regẽ Meſſiam iam aduenisſe. Quidam aũt catholici exponunt de ſubuerſio-
ne Hieruſalẽ facta per Titum.ſed nec hoc verum videtur,qm̃ Hieruſalem ædificata eſt,& vſq; in p̃-
ſentem diem eſt ciuitas.Melius ergò appáret,vt exponatur de quacunq; ciuitate potente,quę iuſtos
pſequitur,& maximè de Babylone huius mundi,i.de tota habitatione terrena,de qua vtiq; ciuitate
dictum eſt in p̃cedenti capitulo,Attrita eſt ciuitas vanitatis.Eſt igitur ſenſus talis,ꝙ propheta grati-
as agit Dño de hoc,ꝙ in fine mundi irreparabiliter deſtruẽtur manſiones & vrbes impiorum,q̃ ſunt
alieni à Dño:loquit̃ em̃ de futuro p modum prẹteriti.Hieronymus tñ exponit de vrbe Hieruſalẽ,&
qui hoc ſequi vellet,dicere poſſet,ꝙ Hieruſalẽ ſit iam in alio loco conſtructa,q̃ antè.Sed cõtra hoc
alij dicunt,ꝙ licèt Hieruſalẽ ſit in vna parte dilatata,ità ꝙ ſepulcrum Chriſti includit,tamẽ in alijs
partibus ſita eſt in loco quo antè.Mihi tñ non videtur,ꝙ Iſaias debuiſſet de ſubuerſione Hieruſalẽ
intantùm exultâſſe, gratiasq́; egiſſe, qui ſuperiùs de conuerſione Babylonis & Moab, tam intimè
doluit,prẹſertim cùm Chriſtus videns ciuitatem hanc,fleuerit ſup eam propter imminentẽ eius rui-
nam,vt legitur Luc.19.[Sup hoc] i. quia in cõſummatione ſeculi,vel antè,iſta facturus es.[laudabit
te populus fortis,] i.fideles, qui vincunt ſeipſos, nec cedunt dæmonibus, qui dicere poſſunt: Quis
Rom.8. nos ſeparabit à charitate Dei?Et,Omnia poſſum in eo qui me confortat. de quo populo ſubiungit̃:
Phil.4. [ciuitas gentium robuſtarum] i.Eccleſia Chriſtianorum ex gentibus congregata.[timebit te] filiali
timore.Impiorum em̃ damnatio incutit electis timorẽ. Quidam verò p ciuitatẽ fortem & ciuitatem
gentium robuſtarum,intelligunt Eccleſiam triumphantẽ,quę Dñm laudat ex punitione reproborũ,
ſecundùm illud Apoc.18.Exultate cæli,& ſancti apoſtoli & prophetæ, qm̃ iudicauit Deus iudicium
veſtrum.[Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua.] i.pauperem ſpiri-
tu confortâſti,& oẽs propter te tẽporalia contemnẽtes,roborâſti p gratiam tẽpore aduerſitatis. Vn-
Pſal 33. dè habetur in Pſal.9.Tibi derelictus eſt paup, orphano tu eris adiutor.Et,Iſte paup clamauit,& Dñs
Iere.20. exaudiuit eum,& ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum. Ieremias quoq; ait:Laudate Dñm,
quia liberauit animam pauperis de manu malorum.factus es etiam ô Dñe pauperi,i. cũctis hoc mo-
do pauperibus,de quibus dicitur Matt.5.Beati pauperes ſpiritu:[ſpes à turbine,] i.refugium in per-
ſecutione & tentatione.[vmbraculũ ab æſtu.] i.refrigerator,conſolator,atq; protectio in quacunq;
magna afflictione,quemadmodùm ait Apoſtolus:Benedictus Deus, qui conſolatur nos in om̃i tri-
2.Cor.1. bulatione noſtra.Quidam per pauperem & egenum,intelligunt Chriſtum,qui cùm diues eſſet,pro-
pter nos egenus factus eſt.qui etiam de ſeipſo profeſſus eſt:Filius hominis non habet vbì caput re-
Matt.8. clinet.De quo Ieremias dicit:Quarè quaſi colonus *vẽturus es in terra, & quaſi viator declinans ad
Iere.14. manendum?Huic in paſſione factus eſt Deus fortitudo,ſpes à turbine Iudæorum, quemadmodùm
*futurus
Iere.20. apud Ieremiam loquitur:Dñs mecum eſt quaſi bellator fortis.Et infrà: Dñs Deus auxiliator meus.
Iſaiæ 50. Ideò non ſum cõfuſus.[Spũs enim robuſtorum,quaſi turbo impellens parietem.] i.animoſitas po-
tentiũm ſeculi huius,ſimilis eſt vento parietẽ agitanti:qm̃ ſicut ventus parietem impellit,ſtatimq́; p-
tranſit & deficit,ſic potentes opprimunt pauperes.ſed citò finitur iſta tribulatio. Eſt quoq; ſpiritus
robuſtorum,[ſicut æſtus in ſiti:] quia quemadmodùm calor afflictionẽ ſitientis augmentat,ſic per-
Iaco.4. uerſorum crudelitas auget pauperum tribulationes.Vndè Iacobus dicit: Nonnè diuites p potẽtiam
opprimunt vos,& blaſphemant bonum nomen, quod inuocatum eſt ſup vos?[Tumultum alieno-
rum humiliabis,] i.p̃ſumptionẽ & impetum reproborum deijcies. De quibus dicitur in Pſal.17. Filij
Mat.25. alieni mentiti ſunt mihi. Et in euangelio: Neſcio vos vndè ſitis.[& quaſi calore ſub nube torrente
propagines fortium marceſcere facies,] i.ſicut calor ſolis feruens ſub nube,terram ſiccat & ſcindit,
ſic virtus tua fructus & opera,tyrannidẽ atq; potentiam potentiũ pauperes opprimentium,deſtruet,
Luc.1. prout ait virgo illa beatiſſima:Depoſuit potẽtes de ſede.Et Ecci 10.dicitur: Sedes ducum ſuperbo-
rum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.Videmus iam quõ ſpiritus robuſtorum tyrannorũ,
atq; propago fortium Iudęorum,qui Chriſti Eccleſiã olim grauiſſimè perſequebantur,contriti ſint,
& Chriſtiani ſublimati ſunt. Et 1.Reg.2. inducitur: Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti
ſunt robore.[Et faciet Dñs exercituum] i.Chriſtus rex gloriæ,Dñsq́; virtutum.[omnibus populis in
monte hoc conuiuium pinguium:] Siue per montem hunc intelligamus Eccleſiam militantem,ſiue
montem Sion,in quo Chriſtus cum apoſtolis comedit agnum paſchalẽ,ſenſus redit in idem.Quo-
tidiè enim facit Chriſtus in Eccleſia pinguiſſimum conuiuium, & verè nobiliſſimum conuiuium
precioſiſſimi corporis ſui & ſanguinis,quod confertur fidelibus in menſa altaris.Facit quoq; deuo-
tis quoddam ſecretum,pingue ac ſpirituale conuiuium cæleſtium epularum,in quo conuiuio cibus
eſt ipſa confortatio mentis in Deo,potus autem eſt contemplatio ſapientiæ: & cætera dona & con-
ſolatio ſpiritûs ſancti, ſunt delicatiſſima fercula animæ religioſæ,familiariſque Deo. Vndè & Chri-
Apoc.3. ſtus in Apoca.ait:Si quis aperuerit mihi ianuam,intrabo ad illum,& cœnabo cum illo,& ipſe mecũ.
Hoc

Hoc aũt vtrunq; cõuiuium primò celebratũ eſt in monte Sion,in quo hora cœnæ ſacramentũ cor-
poris & ſanguinis ſui inſtituit,atq; in die Pentecoſtes ſpũm ſanctum miſit,cuius cibo refecti & potu
inebriati diſcipuli,mox de conclaui egreſſi ſunt,& Chrm̃ tam liberè p̃dicauerunt,vt filij iniquitatis
clamarent:Quia muſto pleni ſunt iſti. Quãuìs aũt in hoc monte non oẽs populi fuerint,ſed paruula
illa primitiua Eccleſia,ſ.CXX,dicit̃ tñ Chrs in mõte hoc oĩbus populis feciſſe p̃dictum conuiuiũ:qa Act.2.
quod ipſe apoſtolis dedit, p̃cepit om̃ibus populis dari p apoſtolos & eorũ ſucceſſores: Hoc,inqui-
ens,facite in meam cõmemorationẽ.Deniq; de plenitudine grãe ac ſapientiæ, quam dedit apoſtolis Luc.22.
Chrs,totus mundus potauit.Vndè de apoſtolis Pſal.67.cantat̃:In Eccleſijs benedicite Deo de fon-
tibus Iſrael.De huius conuiuij pane & vino ſcribit Zacharias: Quid bonum Dñi, & quid pulchrum Zach.9.
eius,niſi frumentũ electorũ,& vinum germinans virgines?Et in pſal. Eſcam dedit timentibus ſe.de Pſal.110.
quo cõuiuio rurſus ait Pſalmiſta:Edent paupes,& ſaturabunt̃.&,Manducauerũt & adorauerunt oẽs & 21.
pingues terrę.Qm̃ in fine p̃cedentis cap.per Sion ſignificata eſt patria beatorum,poteſt conuiuium
iſtud exponi de refectione triũphantis Eccleſiæ,de qua ait Chrs: Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit Luc.22.
mihi pater meus regnũ,vt edatis & bibatis ſup menſam meã in regno meo.Et qa dulcedo ac puritas
ſpũalis ac ſacramentalis cõuiuij occulta ac ignota eſt, idcircò hoc loco p ſimilitudinẽ nobiliũ cor-
poreorũ alimẽtorum deſcribit̃:[cõuiuium vindemię,cõuiuium pinguium medullatorũ, vindemiæ
defęcatæ.] nã & ſanguis Chri ex vino cõſecrat̃, & corpus ipſi⁹ ab om̃i fæce peccati puriſſimum eſſe
cognoſcit̃.[& p̃cipitabit Dñs in mõte iſto *faciẽ vinculi colligati ſup oẽs populos, & telam quã or- * facem
ditus eſt ſup vniuerſas natiões.] Hoc q̃dam exponũt de interitu Antichri,quem Chrs occidet,ſicut Iſaiæ 11.
ſupiùs dictum eſt:Spũ labiorum ſuorũ interficiet ipſum. Et Apoſtol⁹ ad Theſſal. Reuelabit̃ ille ini- 2. Theſ. 2.
quus,quẽ Dñs Ieſus interficiet ſpũ oris ſui.eritq́; ſenſus:Et p̃cipitabit,i.in mortẽ deijciet Dñs Chrs in
mõte iſto,ſ.in mõte Sion,vt aliq aſſerunt.*faciẽ vinculi colligati ſup oẽs populos,i. *faciẽ Antichri,
q̃ ex om̃i gñe hoĩm multos copulabit in malo, eoſq́; vinculis ſuę deceptionis colligabit. & telam;i.
machinationẽ, p̃ceſſum,& ordinẽ Antichri,quã orditus eſt Dñs pmiſſiuè,vel Antichrs effectiuè ſu-
per vniuerſas nationes.Oẽs enim gentes conabit̃ Antichrs ſuo ſubiugare imperio,& ſedebit in mõ-
te Sion,in ſolio ſuo,in tẽplo quod reædificabunt Iudæi,vt dicit̃.Vndè Apoſtol⁹ dicit:Extollit̃ ſuper Ibidẽ
om̃e quod dicit̃ Deus,aut quod colit̃,ità vt in tẽplo Dei ſedeat,oſtẽdens ſe tanq̃ ſit Deus. Hierony-
mus tñ in vltima viſione Danielis aſſerit Antichrm̃ in monte Oliueti interficiendum,quod cõmu-
niùs tenet̃.Sed vident̃ hæc cõuenientiùs explanari de ablatiõe grauis iugi ſeu oneris, quod in oĩbus
inuenit̃,conſequens ex originali peccato,videlicet de liberatione ab his malis,q̃bus ſubiacẽt hoĩes
p̃pter originale peccatum,de quo pondere moleſtiſſimo ſcriptum eſt: Graue iugum ſuper oẽs fili- Ecci 40.
os Adam.In ipſo em̃ cecidimus oẽs.Eſt igit̃ ſenſus:Pręcipitabit Dñs in monte iſto,videlicet in mon-
te Sion,in quo erat templum,in quo ſæpiùs p̃dicauit,& cœnaculum illud grãde ſeu cõclaue,in quo 1.Cor.15.
ſacramentum corporis & ſanguinis ſui inſtituit,& ſpũm ſanctum viſibiliter miſit,*faciẽ vinculi col-
ligati ſuper oẽs populos,i.effectum originalis peccati,videlicet obligationẽ ad pœnam damni, quo
vinculo oẽs tenebant̃,ità ꝙ ante Chri paſſionem nemo ingredi potuit regnum cælorum.Huius em̃
vinculi diruptio,eſt effectus paſſionis & grãe Chri,qui p ſacramẽtum euchariſtiæ nos viuificauit,iu-
xta illud Ioan.6.Qui manducat hunc panẽ,viuet in æternũ.Non em̃ æſtimare debemus, ꝙ Chrs nõ
meruit nobis niſi in paſſione:immò p ſuam incarnationẽ,circuncisionẽ,ſanctiſſimã conuerſationẽ,
multaq́; alia q̃ pro nobis fecit & pertulit,à peccati vinculo nos abſoluit.Vndè ad Rom.5. Paulus te-
ſtat̃:Sicut per vnius inobedientiã peccatores conſtituti ſunt multi,ità & p vnius hominis obedientiã,
haud dubium quin Chri,iuſti conſtituunt̃ multi.Et telã quam orditus eſt ſup vniuerſas nationes, i.
cæteras pœnalitates ex peccato originali ſecutas,quas Chrs in primo ſuo aduentu deſtruxit,quantũ
ad meritum:quia videlicet moriẽdo p̃ nobis, p̃meruit nobis pfectam liberationẽ ab om̃i pœna &
imperfectione mentis & corporis,quã in ſecundo ſuo aduentu præſtabit electis. Tuncq́; p̃cipitabit
hanc telã in actu,ſicut ſubiungit̃:[Præcipitabit mortẽ in ſempiternum.] Oẽs nanq; electi nõ ſolùm
immortales,ſed etiã impaſſibiles erunt.Porrò in reprobis erit mors miſeriæ,non mors naturæ.Tũc
electi cãtabunt illud Apoſtoli 1.Cor.15.Vbì eſt mors victoria tua?vbì eſt mors ſtimulus tuus?[Et au
feret Dñs Deus lachrymã ab omni facie] vtiq; electorum:quia vt dicit̃ Apoc.7.Abſterget Deus oẽm Oſeæ 13.
lachrymã ab oculis eorum, & mors nõ erit vltrà,neq; clamor,ſed nec vllus dolor.Si aũt ſumam⁹ la-
chrymam p̃ humore per oculos defluente,tunc & à reprobis auferet̃,ſecundùm Doctores.Poſt diẽ
em̃ iudicij ceſſabunt gñatio & corruptio,& p conſequẽs lachrymarum reſolutio.Cùm verò ait Sal- Matt.8.
uator,Ibì erit fletus & ſtridor dentium,per fletum ſignificat cerebri perturbationem,capitis pœnã, 13.22.24.
cordis triſtitiam.[Et opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra.] i.ignominiam & iniuriã,quã & 25.
nunc patiuntur hoĩes ſpirituales à carnalibus & terrenis,mutabit in ſempiternum honorem atq; lę-
titiam.Vndè Mat.5.habetur:Beati qui perſecutionem patiunt̃ propter iuſtitiam,quoniã ipſorum eſt
regnum cælorum.Et Petrus ait: Si exprobramini in noĩe Chriſti, beati eritis. Hinc damnati dicturi 1.Pet.4.
l ſunt

ſunt illud Sap. 5. Nos inſenſati, vitam illorum ęſtimabamus inſaniã, & finẽ illorum ſine honore. eccè
quõ computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt? Hæc aũt cõtingent, [quia dñs
locutus eſt] i. iſta p̃dixit futura. [& dicẽt] electi [in die illa:] videlicet in die iudicij, qñ abſorpta erit
mors in victoria, & ea q̃ ab initio mundi p̃dicta ſunt, fuerint verificata. [Eccè Deus noſter iſte] Ie-
Iob 19. ſus Nazarenus, quẽ impij ſolùm hoĩem æſtimabant, qui tñ eſt verus æternusq́; Deus. [expectauimus
Pſal. 26. eum] lõganimiter, dum eramus in via, ſicut ait Iob: *Credo ꝙ redemptor meus viuit &c. & in carne
Matth. 25. mea videbo Deum ſaluatorẽ meum. Nunc aũt dicitur nobis: Expecta dñm, viriliter age. [& ſaluabit
nos iſte dñs] in corpore & aĩa, dicens: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. [ſuſtinuimus
eum] in aduerſis: idcircò [exultabimus & lætabimur in ſalutari eius.] i. corpore & aĩa gaudebimus
de beatitudine eius nobis parata. Poſſunt quoq; iſta exponi de primitiua Eccleſia ex Iudęis collecta,
q̃ poſt Chriſti paſſionem & p̃dictum conuiuium, ſpiritusſancto recepto, Chr̃m oculo fidei intuens,
Act. 4. dixit: Eccè dñs Deus noſter iſte: expectauimus eum, & ſaluabit nos, nunc per gr̃am, & in futuro per
Luc. 2. gloriam. Quòd em̃ hæc & ſimilia dixerit primitiua Eccleſia, patet in Actis Apoſtolorum. Vndè & Si-
meon iuſtus, Chr̃o viſo, locutus eſt: Nunc dimittis ſeruum tuum dñe &c. Cum magno quippe affe-
ctu expectabant veri Iudæi Chriſti aduentum. Secundùm hunc ſenſum, hoc quod dicitur, Dicent
in die illa, referendum eſt ad id, quod pauloantè diſſeruit: Et faciet dñs exercituum oĩbus populis in
monte hoc conuiuium. Quod aũt ſubiungiť, [quia requieſcet manus dñi in monte iſto:] dupliciter
explanatur: primò ſic, Requieſcet manus dñi, i. iudiciaria Chriſti poteſtas, ſedebit ad iudicandum in
monte iſto, i. in monte Sion, qui proximus eſt valli Ioſaphat, in qua erit iudicium, & ità Chriſtus ad
Ioel. 3. iudicandum ſedebit circa hunc montẽ in aëre. Vndè per Ioelem ait: Conſurgent gentes in vallem
Ioſaphat, quia ibì ſedebo, vt iudicem oẽs gentes in circuitu. Secundò ſic: Requieſcet manus dñi, i.
poteſtas Chriſti regnantis in monte iſto, i. in cæleſti Sion, de qua in p̃cedenti capitulo dicebať: Eru-
Iſaiæ 24. beſcet luna, & confundetur ſol, cùm regnauerit dñs exercituum in monte Sion. Ibì enim Chriſtus
ſine fine ſedebit ad dexteram patris. Poteſt quoq; intelligi de Eccleſia militanti, cui Chriſtus promi-
Mat. 28. ſit: Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. [Et triturabiť Moab
ſub eo,] i. Antichriſtus ſub Chriſto conteretur. [ſicut teruntur paleæ in plauſtro.] i. penitùs deſtru-
2. Theſ. 2. etur atq; damnabitur, iuxta illud Apoſtoli: Quem dñs Ieſus deſtruet illuſtratione aduentûs ſui. [Et
extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum.] i. tam validè à Chriſto calcabitur
& premetur, ꝙ præ magnitudine pœnæ extendetur per modum natantis, ſeu fortis vulnerati. Vndè
*humilia- cõmuniter dicitur de eo, qui dirè percuſſus eſt: Intantùm cæſus eſt, ꝙ ſe quaſi rana extẽdit. [Et *hu-
bit gloriã miliabitur gloria eius,] i. omnis pompa & excellẽtia Antichriſti deijcietur. [cum alliſione manuum
eius,] i. cũ deſtructione potentiæ ſuæ ac miniſtrorum ſuorum, quorum multi cum eo peribunt. [&
munimenta ſublimium murorum tuorum] ô Antichriſte concident, & humiliabuntur, & detrahẽ-
tur in terram vſq; ad puluerem.] i. totum regnum tuum, & oĩa machinamenta tua, contra Chriſtum
Iſaiæ 16. erecta, totaliter redigenť in nihilum. Diciť autem Antichriſtus Moab, propter ſuam ſuperbiam. Di-
ctum eſt enim de Moab: Audiuimus ſuperbiam Moab. ſuperbus eſt valdè. Et etiam propter nomi-
nis interpretationem. Moab enim interpretatur, Ex patre: & Antichriſtus ſpecialiter erit ex patre di-
abolo. Poſtremò, quæ dicta ſunt de Moab, quidam exponunt non de Antichriſto, ſed vel de dæmo-
ne idolo Moab præſidente, vel de ipſo populo Moab idololatra & peruerſo, intelligẽdo per dæmo-
nem hunc, iſtumq́; populũ, cæteros omnes qui ſimilibus vitijs ſubiacuerunt, qui omnes in fine mũ-
di cum ſuis operibus deijcientur à Chriſto, & in inferos retrudentur.

¶ *Explanatio cap. 26. videlicet, In die illa cantabitur canticum.* *Articulus* 49.

QVia in huius capituli exordio ſcribiť, In die illa: cõpellimur ea q̃ dicunť, ad ſuperiora referre,
continuando videlicet ea his, q̃ cõſequenter in p̃cedenti capitulo dicebanť. Expoſitores igiť,
qui ea q̃ in p̃cedenti capitulo ſcripta ſunt, ab illo loco, Eccè Deus noſter iſte, expectauimus
eum, & ſaluabit nos: exponunt de ſanctis pro tempore extremi iudicij: ea quoq; q̃ nunc dicunť, ex-
ponunt de beatis ꝓ die eodem, ſeu die immediatè ſequente, q̃ eſt dies beatorum in patria, ità ꝙ ſan-
cti in patria dñm laudant cantico illo, de quo iam diciť: [In die illa cantabiť canticum iſtud] à beatis
[in terra Iuda] i. in patria, q̃ eſt terra viuentium, Deum inceſſanter laudantium. Iudas em̃ interpretať
Iſaiæ 2. 3. confeſſio. Sancti aũt in patria iugiter dño confitenť cõfeſſione laudis diuinæ. Vndè quẽadmodùm
& 10. ſuprà per Sion & Hieruſalem etiã ad literã ſignificata eſt ciuitas cæleſtis, Eccleſiaq́; triumphans, ſic
Ezech. 18. nunc per terram Iuda, ſeu Iudęam, deſignať patria beatorũ. Et hoc modo accipiť in Ezechiele, quo
diciť: Iudæa habitabiť in æternum. Deindè poniť canticum illud cantandum: [Vrbs fortitudinis no-
ſtrę.] Quod verò cõmuniter ſequiť, Sion, non eſt in Hebræo, nec in libris correctis habetur, ſed nec
Pſal. 83. in textu, nec in expoſitione Hieronymi contineť, ſed ab aliquo expoſitore additum æſtimať. Hiero-
nymus aũt ſic punctuat: [Vrbs fortitudinis noſtrę † ſaluator.] Beati em̃ in dño habitant. Cõmuniter
tñ exponiť ſic: Vrbs fortitudinis noſtrę, i. vrbs noſtra fortiſſima, in qua cum Deo ſecurè moramur,
ſup-

ſupple, eſt Sion illa cæleſtis, de qua ferť in Pſal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et ad Heb. 12.
Hebræos: Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cæleſtẽ, & multorum
millium angelorum frequentiã. [Saluator poneť in ea murus & antemurale.] i. Chr̃s erit huius ciui-
tatis munimentum atq; protector. Erit em̃ murus eius circuiens, claudens ac roborans ciues cæle-
ſtes in ſeipſo. Erit quoq; antemurale, oẽm impugnationẽ extrinſecam ꝓhibens. Sciendum verò, ꝙ
prę́ſens capitulum cum ſequenti, maximis difficultatibus inuolutum eſt, & mutanť in eis frequenter
perſonæ. Vndè & modò poſt verba beatorum ſubiungiť in perſona Dei loquẽtis ad angelos: [Ape-
rite portas] i. aditus regni cæleſtis reſerate, ſeu opera virtutum aſſumite, de quibus habeť in Pſal. 117.
Aperite mihi portas iuſtitię: ingreſſus in eas, confitebor dño. [& ingrediať] ianuas regni [gens iuſta]
i. populus Chriſtianus, Iudæis repulſis, per fidem iuſtificatus eſt, & in iudicio audient: Venite bene-
dicti patris mei, &c. Propter quod Chr̃s in euangelio ait Iudæis: Auferet à vobis regnum Dei, & tra- Mat. 25.
detur genti facienti fructus eius. Præcipit ergò dñs angelis, vt in ſuam ſocietatem recipiant plebem Mat. 21.
fidelem, de qua ſequiť: [cuſtodiens veritatem,] i. euangelicam doctrinam ac vitæ æquitatem obſer-
uans. Deindè in perſona hoĩm beatorum ſubijcitur: [Vetus error abijt,] i. oĩs ignorantia & peccatũ,
quibus in mundo decipiebamur, à nobis ablata ſunt, cùm ſumus confirmati in cognitione veri, di-
lectioneq́; boni. Propter quod Apo. 21. inducitur: Dixit qui ſedebat in throno, Eccè noua facio oĩa.
Qm̃ ergò vetus error abolitus eſt, certi ſumus ô Chr̃e, quia [ſeruabis pacem] i. pacem tuam, q̃ omnẽ
ſenſum exuperat, de qua dicis, Pacem meam relinquo vobis, ęternaliter conſeruabis in nobis, vt ve- Ioan. 14.
rificeť quod ſcriptũ eſt: Qui poſuit fines tuos pacẽ. Repetiť aũt pax iſta, cùm diciť: [pacem] tuã, [quia Pſal. 147.
in te ſperauimus.] vel ꝓpter expreſſionem maiorem, vel ꝓpter duplicem tranquillitatem ſanctorũ
in patria, videlicet mentis & corporis, ſeu ſuperioris ac inferioris appetitûs. Hanc pacẽ dat Deus his,
qui in p̃ſenti exilio ſperant in eo. Finito cãtico Eccleſiæ triũphantis, propheta beatos alloquiť: [Spe-
râſtis in dño] ô beati, quẽ nunc tenetis. [in ſeculis ęternis,] i. cunctis gñationibus ac diebus ſeculi
huius. Vel ad hoc, vt ęterna ſecula, ſ. vitam æternã, à Deo adipiſci poſſetis. [In dño Deo forti in ꝑpe-
tuum] i. æternaliter oĩpotenti, cuius poteſtas innoteſcit ex eo quod ſubiungiť: [quia incuruabit ha-
bitantes in excelſo] i. ſuperbos humiliabit, qui ambulãt in magnis & mirabilibus ſuper ſe, videlicet
dæmones habitantes in aëre, principes terræ atq; Iudæos, de generis nobilitate gloriantes. [ciuitatẽ
ſublimẽ humiliabit, humiliabit eam vſq; ad terrã, detrahet eam vſq; ad puluerem, conculcabit eam
pes, pes pauperis, greſſus egenorum.] Hucuſq; litera cohęret, q̃ dupliciter exponiť, ſecundùm quod
humiliatio, detractio & conculcatio, accipi poſſunt in bono & in malo. Eſt igiť humiliatio bona, qñ
ſuperbus ad humilitatis virtutẽ perduciť, vel à tẽporali ꝓſperitate deponiť, quatenùs ꝑ aduerſa cor-
rigať nè pereat, de qua ſcriptum eſt: Bonum mihi, q̃a humiliâſti me. In libro Iob quoq;: Qui humili- Pſal. 118.
atus fuerit, erit in gloria. Simili modo cùm elat⁹ ab altitudine ſua detrahiť, quatenùs ſeipſum cogno- Iob 22.
ſcat, bona detractio eſt. Itẽ cùm Deo rebellis, ſeruituti Chr̃i ſubijciť, cõculcatio eſt ſalubris. Si igitur
iſta ſic accipianť, intelligenda ſunt hęc de vrbe Roma, vt ſit ſenſus: [ciuitatẽ ſublimẽ] videlicet Ro-
mam, q̃ multo tẽpore tenuit mundi monarchiã. [humiliabit,] ſup̃bos habitatores ipſius p̃ducendo
ad verã & Chr̃ianã humilitatẽ. [humiliabit eam] i. habitatores eius [vſq; ad terrã] i. vſq; ad ꝓprię fra-
gilitatis agnitionẽ, & vſq; ad humilẽ corã Deo ꝓſtrationem, ità vt dicat: Qm̃ humiliata eſt in puluere Pſal. 43.
aĩa noſtra, cõglutinatus eſt in terra vẽter noſter. Idcircò ſubiungiť: [detrahet eam] ab altitudine ꝓ-
priæ æſtimationis. [vſq; ad puluerẽ,] ità vt ſe nihil eſſe attendat, & ex humilitate ac pœnitẽtia cine-
rem fronti, ac puluerẽ capiti ſuo apponat. [cõculcabit eã] i. diuinæ ſeruituti ſubijciet [pes,] & cuius
pes, ſubdiť: [pes pauperis] i. viſitatio Chr̃i, de quo in Zacharia habeť: Eccè rex tu⁹ venit tibi, ipſe pau- Zach. 9.
per. Qui ait in Pſal. 78. Paup̃ ego ſum, & in laborib⁹ à iuuentute mea. Iſte ꝑ ſuos apoſtolos Petrum &
Paulũ hanc vrbẽ viſitauit, atq; ꝑ eos & eorũ ſucceſſores, magìs tñ per gr̃am ſuam, eam iugo ſuo ſub-
iecit. Ideò addiť, [greſſus egenorũ] i. p̃dicatio & introitus Petri ac Pauli eam ſalubriter conculcauit,
vt q̃ erat dñа mundi, ancilla fieret Chriſti. Porrò ſi humiliatio, detractio, & conculcatio accipiantur
in malo, videlicet pro vltione diuina reprobos deprimẽte, tunc intelligenda ſunt hęc de vrbe Hie-
ruſalẽ quam Chr̃s per exercitũ Romanorũ humiliauit, detraxit, & conculcauit, quã conculcationẽ
p̃dixerunt Chr̃i apoſtoli, q̃ etiam vrbem hanc ſpiritualiter calcauerunt, multos in ea conuertẽdo, &
cæteros ꝑ ſapientiam ſuã atq; miracula cõfutando. Quidam verò referunt hæc ad finale iudiciũ, qñ
Chr̃s & aſſeſſores eius apoſtoli vniuerſarum ſublimium vrbium reprobos habitatores humiliabunt
atq; damnabunt. Iudæi quoq;, qui Meſſiam nondùm veniſſe ſomniant, exponunt iſta de Roma, quã
aſſerunt à rege Meſſia penitùs conterendam. [Semita iuſti recta eſt,] i. conuerſatio, prædicatio, mã-
data, & conſilia Chriſti iuſta ſunt, prout Prou. 5. dicitur: Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius
pacificæ. Et in Oſee: Rectæ viæ dñi, & iuſti ambulant in eis. [rectus callis iuſti ad ambulandum.] Oſeæ 13.
hoc eſt, via Chriſti rectè perducit ad vltimum finem, iuſtumq́; eſt vt incedamus per eam, Chr̃i veſti-
gia imitando, ſecundùm quod ipſe teſtatur: Ego ſum lux mundi: qui ſequiť me, nõ ambulat in tene- Ioan. 8.

bris.

bris.[Et in ſemita iudiciorum tuorum dñe] i.in conſideratione & obſeruatione pceptorum tuorũ,
q̃ tu iuſtè iudicas, ſeu aliorum effectuum diuinę iuſtitię, qua ſingulis quod merent, largiris.[ſuſtinu-
imus te,] i.longanimiter expectauimus, & aduerſa patienter ptulimus, qm̃ tu dixiſti: In patientia ve-
Luc.21. ſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Itemq;: Beati eritis cùm maledixerint vobis hoĩes, & perſecuti vos fue-
Matt.5. rint, & dixerint oĩe malum aduerſùm vos, mentientes, ꝓpter me. Gaudete in illa hora & exultate,
Luc.6. qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cælis. Si iſta penſemus, & quanta ſit merces patiẽtiæ conſideremus,
Deum ſuſtinemus in ſemita iudiciorum ſuorum.[nomen tuum] de quo Can.1. habetur: Oleum ef-
fuſum nomen tuum. Et Luc.1. Vocabis nomen eius Ieſum.[& memoriale tuum] i.miſericordia tua,
ſeu pietatis tuę effectus, videlicet paſſio tua, ſeu aliud quodcunq; opus, vel beneficium tuum memo-
Pſal.41. rabile, dñe [in deſiderio aĩæ.] i.in affectu cordis mei eſt: quia quemadmodùm deſiderat ceruus ad
Cant.1. fontes aquarum, ità deſiderat aĩa mea ad te Deus. & clamo: Trahe me poſt te. Et, quid mihi eſt in cę-
Pſal.72. lo? & à te quid volui ſup terram? Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus
in æternum.[Anima mea deſiderauit te in nocte,] tunc te contemplans ac diligens, dum alij graui
ſopore premuntur, quemadmodùm Thre.2. conſulitur: Conſurge, lauda in nocte, in principio vi-
giliarum, & effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum dñi Dei tui. Tempus em̃ nocturnum,
contemplationi & laudi diuinæ aptiſſimum eſſe videt̃. Poteſt quoq; per noctem intelligi peregrina-
tio huius exilij ſiue aduerſitas, in quibus ſemper ad Deum ſuſpirare, & ad patriã feſtinare debemus.
[ſed & ſpũ meo in pcordijs meis] i.ratione ſeu mente ex intimis cordis medullis atq; internis viſce-
ribus te affecto.[de manè] i.in ſpũali aurora, radiante grã tua in aĩa mea. Et etiã de manè, videlicet
hora matutina, & anteq̃ alijs occupationibus implicer.[vigilabo ad te] orãdo, meditãdo, diligendo,
Matth. 6. primò quęrẽs regnum Dei & iuſtitiã eius, ſecundùm quod Eccleſiaſticus aſſerit: Iuſtus cor ſuũ tra-
Eccl 39. det ad vigilandum diluculo ad dñm, q fecit illum, & in cõſpectu altiſſimi deprecabit̃. Et in Pſal.62.
Cant.3. Deus Deꝰ meus, ad te de luce vigilo. Amoroſa, ſancta ac dulcia ſunt verba hæc, q̃ ei ſup mel & fauum
ſuauiter ſapiunt, q dicere poteſt cũ ſpõſa: In lectulo meo p noctes quęſiui, quẽ diligit aĩa mea: ſur-
gã, & circuibo ciuitatẽ &c. Deindè ait Propheta ad dñm: Cùm feceris iudicia tua in terra, iuſtitiã di-
ſcent habitatores orbis.] i.ô dñe cuius iuſtitia à puerſis non timet̃, neq; attendit̃, q̃diù peccata eorũ
nõ vindicas, cùm feceris iudicia tua in mũdo, impios iuſtè torquẽdo, tunc habitantes in ſeculo iſto,
non amantes cæleſtia, p experientiã ꝓpriæ pœnæ diſcẽt, & ſcient te iuſtum eſſe: & quia hoc durum
eſt, vt hoĩes p rigorẽ iuſtitię doceant̃, idcircò in perſona benigniſſimi Dei ſubiungit̃: [Miſereamur
impio,] i.potiùs per lenitatẽ clementiæ inſtruat̃. Et ait dñs pluraliter, Miſereamur, ꝓpter perſona-
Gen.1. lem diſtinctionẽ in ipſo, ſicut & in Geneſi, Faciamus, inquit, hoĩem ad imaginem & ſimilitudinem
noſtram. Huic quoq; verbo dñi ſimile eſt illud Iob 33. Miſerebit̃ eius, ſ. peccatoris Deus, & dicet an-
gelo: Libera eum, vt non deſcendat in corruptionem: inueni, in quo ei ꝓpicier. Deniq; Eccleſia tri-
umphans ſeu militans, ad quam dixit Deus, Miſereamur impio: reſpõdet ex zelo iuſtitiæ vel huma-
næ impatientiæ, ſecundùm Hieronymũ. ſed ad militantẽ referat̃ Eccleſiam.[& non diſcet facere iu-
ſtitiam.] i.noli miſereri, quia non ꝓdeſt. non em̃ puerſus per beneficia emendat̃, ſed eget flagellis,
cuius ratio ſubiungit̃: [In terra ſanctorũ iniqua geſſit.] i. iuſtos pſecutus eſt, in Eccleſia impiè vixit:
Pſal.27. & cùm ſcriptũ ſit, Cum ſancto ſanctus eris, iſte inter ſanctos manſit malignus. Ad quem reſpondet
vt iudex: [& non videbit gloriam dñi.] i. ꝓpter hanc ſuam nequitiã excludet̃ à beatifica viſione Dei
& gloria paradiſi, cui iudicio fauens Propheta, reſpondet: [Dñe, exaltetur manus tua] i. poteſtas iu-
ſtitiæ tuæ innoteſcat p iuſtum iudiciũ.[vt non videant] i.ità ꝙ impij interiùs obtenebrent̃, illoq; lu-
Pſal.35. mine careant, de quo dicit̃: In lumine tuo videbimus lumen. Sed quia ex hoc ſequi videt̃, ꝙ diuina
* nè maieſtas impijs non pateret, *nec ſcirẽt quantã gloriam peccando amiſiſſent, propterea dñs reſpõ-
det Prophetæ: [Videant, & confundant̃ zelantes populi.] i.immò agnoſcant quãta ſit gloria electo-
rum, & videant, erubeſcant, ac vituperent̃, ꝙ eam ꝓpter temporales complacẽtias perdiderunt. Vn-
dè Dan.12. dicitur: Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in oppro-
brium vt videant ſemp. Sed quia pœna damni nõ ſufficit, ideò Propheta zelo zelans pro dño, optat
ex affectu, quo ſe conformat diuinæ iuſtitiæ, vt etiam pœnam ſenſûs incurrant, dicẽdo: [& ignis ho-
ſtes tuos deuoret.] i.pœna gehennę, pſeuerantes in malo indeſinenter affligat, non vt conſumant̃,
Iudit.16. ſed vt omni benè eſſe priuentur, quemadmodùm in libro Iudith ſcribitur: Dñs omnipotens in die
iudicij viſitabit illos, dabit ignem & vermem in carnẽ ipſorum, vt vrantur & ſentiant vſq; in ſempi-
ternum. Et in Pſal.20. Pones eos vt clibanum ignis &c. & deuorabit eos ignis. Illis ergò ſic pereun-
tibus, Propheta in perſona electorum ſubiungit: [Dñe, dabis pacem nobis] in præſenti per inchoa-
Pſal.118. tionem, de qua legitur: Pax multa diligentibus legem tuam. Et Zach.8. Veritatem tantùm & pacem
diligite. In patria verò dabis pacem perfectam, quæ omnem inquietudinem & aduerſitatem exclu-
dit, quandò perfectè implebitur illud Mich.7. Dabis veritatem Iacob, miſericordiam Abraam, quæ
iuràſti patribus noſtris à diebus antiquis. Hæc autem ô Domine fidutialiter poſtulamus. [Omnia
em̃

em̃ opera noſtra operatus es nobis.] i.quicquid boni egimus, non noſtra, ſed tua virtute peregimus: 1.Cor.4.
& quicquid in nobis meritorium eſt, ex tua ꝓfluit gratia. Vndè Apoſtolus ait: Quid habes quod nõ & 15.
accepiſti? Et, Grã Dei ſum id quod ſum. Propter quod Ieremias dicit: Scio dñe quia nõ eſt hominis Iere.10.
via eius, nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Chriſtus quoq; Ioan.15. Sine me, inquit, nihil
poteſtis facere. Eluceſcit autem ex iſto, ꝙ Deus eſt cauſa bonorum noſtrorum, ſ. actuum interiorũ,
proxima productiua, non ſolùm quantùm ad habitum, ſed etiam interdùm quantùm ad actum. Ne-
mo igitur vnq̃ glorietur in ſe, neq; ſibi aliquid tribuat.[Dñe Deus noſter, poſſederũt nos] i.ſuo ob-
ſequio nos ſubiecerunt.[dñi abſq; te] i.dominatores peruerſi, qui non præſunt vtiliter, neq; ſecũ-
dùm ordinem legis diuinæ, quales ſunt tyranni, praui prælati ac dęmones, quibus iniqui deſeruiũt,
iuxta illud 2.Pet.2. Iniqui ſunt ſerui corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.
Pſalmiſta etiam cantat: Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti Pſal.65.
hoĩes ſup capita noſtra.[tantùm in te recordemur noĩs tui.] i.hoc ſolùm ſit nobis in tanta tribulati-
one ſolatium & remedium, vt recurramus ad te, tuam miſericordiam recolentes, & ei decæterò ad-
hærẽtes, vt dicere valeamus cum Michea: Ego autem ad dñm adſpiciam, & cùm ſedero in tenebris, Mich.7.
dñs lux mea eſt. Conſequenter declarat Propheta, quibus beata reſurrectio & felix immutatio de-
negabitur.[Morientes non viuant,] i. qui nunc peccando aĩas ſuas occidunt, priuando ſeipſos vita
gratiæ, non reſurgent in die nouiſſimo reſurrectione beata, vt obtineant vitã gloriæ: immò nec mo-
dò, q̃diù in vitijs iacent, coram Deo viuunt, ſed mortui ſunt. [& gigantes non reſurgant] in iudicio
diſcretionis, in pſenti de vitijs pœnitẽdo, neq; reſurrectione ſalubri in die nouiſſimo, ſicut in 1. pſal-
mo inducitur: Ideò non reſurgunt impij in iudicio, neq; peccatores in conſilio iuſtorum. Hæc verò
ait Propheta non zelo inuidiæ, impatientiæ, aut vindictæ, ſed conformando ſe diuinæ iuſtitiæ, vel p
modum pręnunciationis propheticæ: huiuſmodi quippe locutiones tripliciter intelligi poſſunt, ſic-
ut in expoſitione libri Pſalmorum ſæpiùs dixi. Porrò noĩe gigantum ſignantur vehementer magni
in oculis ſuis, confidẽtes in proprijs viribus, tortuoſi & incompoſiti, pauperum oppreſſores, de qui-
bus ſubiungitur: [Propterea viſitâſti eos] per tormenta, [& contriuiſti] eos corporaliter occidẽdo,
vel æternaliter condemnando, iuxta illud Pſal.32. Gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuę.
[& perdidiſti oĩem memoriam eorum.] i.memoriam, nomen, & famam eorum abſtuliſti à cordi-
bus hoĩm, immò & angelorum, ac tuijpſius. Vndè Prou.10. dicitur: Nomen impiorum putreſcet. Ad
Moſen quoq; dñs ait: Delebo memoriam Amalech de ſub cælo, videlicet quantùm ad laudem ſeu Exod.17.
vtilitatem ipſius. Deindè Iſaias innuit cauſam, cur petijt impios flagellari: [Indulſiſti genti Domine,
indulſiſti genti.] i. hominibus prauis multotiès ignouiſti, & ineffabilem miſericordiam eis impen-
diſti, ſed fruſtrà. non enim pœnituerunt, vt ſubiungitur: [Nunquid glorificatus es?] i. nunquid ipſi
tibi grati fuerunt, peccata ſua deflendo, & tibi decæterò obediendo? quaſi dicat, nõ. Securitas enim
negligentiæ, gignit contemptum. Propter quod in Eccleſiaſte habetur: Quia non citò profertur cõ- Ecclẽs 8.
tra malos iudicium, abſq; vllo timore filij hominum perpetrant mala. Et impletur in iſtis quod de
impio ſcribitur: Dedit illi Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia.[Elongâſti oĩes Iob 24.
terminos terræ,] i.habitatores omnium finium mundi permiſiſti auerti à te, per hoc, ꝙ non ſtatim
vltus es culpas eorum. Adhuc probat Propheta, ꝙ vtile ſit malos per tormenta doceri, ꝙ Deus ſit iu-
ſtus.[Domine, in anguſtia requiſiẽrunt te.] tanq̃ dicat, O dñe, ecce electi de quibus dicis, Viſitabo Pſal.88.
in virga iniquitates eorum: &, Ego quos amo, arguo & caſtigo: tempore ſuæ caſtigationis atq; angu- Apoc.3.
ſtiæ miſericordiam tuam implorauerunt, quemadmodùm Ieremias loquitur: Caſtigâſti me, & eru-
ditus ſum quaſi iuuẽculus indomitus. Ionas quoq;: Cùm anguſtiaretur, inquit, in me ſpiritus meus, Ierẽ.21. Ionæ 2.
Domini recordatus ſum. Et Pſalmiſta: Ad Dominum, cùm tribularer, clamaui.[In tribulatione mur- Pſal.119.
muris, doctrina tua eis] i.in tribulatione, quæ ſolet murmurationem inducere, vel inquietudinem
facere, perceperunt & aduerterunt ſacræ ſcripturæ veritatem, ſeu ſpiritûs ſancti inſtructionem, ità
quòd per tribulationem diſpoſiti ſunt ad illuminationem diuinam, ac ſacræ doctrinæ cõſideratio-
nem. Vndè conſtat, ꝙ paſſiones medio modo ſe habẽtes, ad actum rationis ꝓficiunt, ſicut triſtitia q̃
vanam lætitiam eijcit, & timor qui nimiam ſecuritatem expellit. Propter quod infrà habetur: Sola
vexatio dabit intellectum auditui.[Sicut q̃ concepit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens cla- Iſaiæ 28.
mat in doloribus ſuis.] i.quemadmodùm mulier imprægnata, tẽpore partûs inſtanti, ex vehementi
dolore clamat, [ſic facti ſumus,] i.ſic nos tui electi, q nunc multis perſecutionibus quaſi aurũ in for-
nace ꝓbamur, tẽpore anguſtię noſtrę te inuocauimus, ſicut iuſſiſti in pſal.49. Inuoca me in die tri- Sap 3.
bulationis. Vndè Micheas ait: Faciam planctũ velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.[A fa- Mich.3.
cie tua dñe] i.ex conſideratione ſeu contẽplatione maieſtatis tuæ, ac terribilium iudiciorum tuorũ:
[cõcepimus] quãtùm ad bonum ꝓpoſitum: [& quaſi parturiuimus] quãtùm ad laborioſam execu-
tionẽ: [& peperimus] quantùm ad fructuoſam cõſummationẽ: [ſpiritũ] i.donũ cæleſte ſpiritûs ſan-
cti, videlicet deuotionem, compunctionem, timorem. Sicut enim in partu præcedit delectabilis cõ-

ceptio, deindè ſequit̃ pœnalis parturitio: qua facta, adeſt magna exultatio de prole iam nata, ſecun-
Ioan. 16. dùm quod apud Ioannem ſcriptum eſt: Mulier, cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm
aũt peperit, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundo: ſic in ſpi-
rituali fœcunditate animæ p̃cedit facilis cõceptio boni propoſiti, ſeu receptio gratiæ ſpiritûs ſancti,
ad quam ſequitur laborioſa executio operis boni. Scientia enim & virtus ſunt circa difficilia. Cùm
enim aĩa fuerit habituata in bonis operibus, & ſpiritualis conuerſationis fructum guſtare cœperit,
cum delectatione oĩa agit, gaudens ſemper in dño. [Salutes non fecimus in terra,] i. opera ſaluta-
*mercatur ria, quibus tua *mercatur clementia, non perpetrauimus in hoc mundo. Hoc dicit Propheta vel in
perſona imperfectorum, vel ad inſinuandum, ꝙ omnes iuſtitiæ noſtræ ſunt quaſi pannus menſtru-
atæ. [ideò non ceciderunt habitatores terræ.] i. propter hoc peccatores non defecerunt, neq; occiſi
ſunt, ſed viuere, noſq; affligere permittuntur, quatenùs per eorum perſecutionem purgemur. Dein-
dè de vita & reſurrectione electorum ſubiungitur: [Viuent mortui tui,] i. electi qui dormiêrunt in
Col. 3. dño, de qualibus ait Paulus: Mortui em̃ eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo. qui di-
Pſal. 43. cunt in pſalmo: Qm̃ propter te mortificamur tota die. Hi in futuro ſeculo viuent vita gloriæ. [Inter-
fecti mei] videlicet martyres ſancti, [reſurgent] reſurrectione felici. Hoc accipi poteſt in perſona
Dei, ſicut & illud quod ſubiũgitur: [Expergiſcimini] i. à ſomno mortis euigilate. [& laudate] Deum
de beneficio glorioſæ reſurrectionis. [qui habitatis in puluere,] i. quorum corpora in ſepulcris lo-
Ioan. 5. cata ſeu reſoluta ſunt, de quibus ait ſaluator: Veniet hora, in qua oẽs qui in monumentis ſunt, audi-
Dan. 12. ent vocem eius, ſ. filij Dei. Et Daniel ait: Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabũt. De
quibus per Ezechielem dñs proteſtatur: Eccè ego aperiam tumulos veſtros, & educã vos de ſepul-
Ezec. 37. cris veſtris, & inducam vos in terram Iſrael, i. in terram cæleſtis promiſſionis, Abraham & Iſraeli fi-
naliter repromiſſam, atq; per terram Iſrael ſignificatã, q̃ in iſto capitulo dicta eſt terra Iuda. Cauſam
inſupèr reſurrectionis electorum pandit Propheta, loquens ad dñm: [quia os lucis, ros tuus:] i. mi-
ſericordia tua, q̃ electos ſuſcitabit & glorificabit, ſimilis eſt rori opportuno ac lucido: quemadmo-
dùm enim ros talis terram florere facit & fructificare, ſic miſericordia tua electorum corpora facit
reflorere, atq; in oĩbus ſpiritui obedire. [& terram gigantum detrahes in ruinam.] i. gigantes ani-
moſos & reprobos, de quibus iam dictum eſt, ruere facies in gehennã. Conſequẽter dñs inſtruit, qd
interìm agere debeant boni. [Vade populus meus] de pręſenti exilio tempore mortis. [intra in cu-
bicula tua,] i. ſepulcra, quantùm ad corpus, & alia receptacula, quantùm ad animam, ſ. Purgatorium,
ſeu regnum cælorum, ſecundùm exigentiam meritorum. [claude oſtia tua ſuper te.] i. in receptacu-
lis atq; latibulis tuis permane vſq; ad tempus p̃finitum à dño. [abſcondere] in p̃dictis cubilibus, nõ
redeundo ad priſtinum ſtatum. [modicum ad momentum, donec pertranſeat indignatio.] i. tem-
pus tribulationis ac perſecutionis iuſtorum finiat̃, videlicet vſq; ad diem iudicij: quod vtiq; tempus
breuiſſimum eſt reſpectu æternitatis ſequentis: interìm em̃ probandi ſunt iuſti, & in impios ira Dei
tanto grauiùs deſæuit, quanto ampliùs permittunt̃ propriam voluntatem implere, & iuſtos affige-
re. [Eccè enim dñs] ſ. Chriſtus iudex [egredietur de loco] ſancto [ſuo] i. de cælo deſcendet, quan-
tùm ad naturam aſſumptam in die iudicij. [vt viſitet iniquitatẽ habitatoris terræ contra eum,] i. pec-
cata habitantium terram vlciſcatur. [& reuelabit terra ſanguinem ſuum,] i. ſanguis martyrum fuſus
in terra, & omnia opera ſanguinum, homicidia, oppreſſioneſq; pauperum tunc manifeſtabunt̃. Di-
citur enim terra facere ea, quæ fiunt in ea. [& non operiet vltrà interfectos ſuos,] i. poſt diem iudicij
non fient vltrà occulta mala ac homicidia in terra.

¶ *De alia expoſitione ac moralitate præſentis capituli 26.* *Articulus* 50.

PОrrò p̃dicta expoſitio exponẽs canticũ, de quo in huius capituli principio dicit̃, de Eccleſia tri-
umphanti, intelligens p terram Iuda, patriã beatorum, fundat̃ in hoc, ꝙ ea q̃ in p̃cedenti capitu-
Iſaiæ 26. lo dicta ſunt, ab illo loco, Et dicent in die illa, Eccè Deus noſter iſte, expectauimus eũ: vſq; ad huius
capituli principiũ, exponant̃ de beatis p tempore finalis iudicij. Sed qa ſuperiùs declaraui, verba illa
rationabiliter poſſe exponi de Eccleſia militanti, p̃ſertim primitiua, poſt Chr̃i aſſcenſionẽ, atq; para-
cleti miſſionẽ, Deũ ſaluatorẽ laudante: idcircò p̃ſens capitulũ, quod incipit, In die illa: ad idem po-
teſt tẽpus referri, eritq; ſenſus: In die illa, videlicet poſt exhibitionẽ pinguis cõuiuij, & miſſionẽ ſpi-
ritûs ſancti, de qbus in p̃cedenti capitulo dictũ eſt, cantabit̃ à primitiua Eccleſia, putà apoſtolis & eo-
rum cõſortibus, canticũ iſtud quod ſequit̃: In terra Iuda, videlicet in Hieruſalẽ, & in cęteris cõgre-
gationibus Chr̃ianorũ habitantiũ in Iudęa: Vrbs fortitudinis nr̃æ, ſupple, eſt ipſa Eccleſia, Chr̃i vir-
Pſal. 86. tute munita: nõ aũt exprimit nomẽ ciuitatis huius, ſicut nec in pſalmo quo dicit̃: Fundamẽta eius in
mõtibus ſanctis. Saluator ponet̃ in ea murus operum bonorũ, & antemurale fidei ſanctæ, eritq; mu-
nimẽtum & propugnator ſuorum, dando fidelibus ſuis fidẽ per dilectionẽ operantem. Aperite por-
1. Cor. 16. tas, ô increduli, i. reuerẽter ſuſcipite p̃dicatores ac nũcios Chriſti. Vndè ad Corinthios Paulꝰ teſta-
tur: Oſtium mihi apertum eſt magnum & euidens. & ingrediatur ad nos inſtruendos, conuertẽdos,
& baptizandos: gens iuſta, cuſtodiens veritatem, i. diſcipuli Chriſti, prædicantes legem Euangeli-

cam. Vetus error, videlicet idololatria ſeu perfidia, abijt. Ad hanc aũt expoſitionẽ reduci poſſunt ſe-
quentia, ſecundùm ſenſum p̃tactũ. Moraliter quoq; murus & antemurale Eccleſiæ, ſunt vetus & no-
uum teſtamentũ. Portæ verò, quæ aperiri iubentur, ſunt opera virtuoſa, q̃ ad actum perfectæ chari-
tatis diſponunt, cuius actus eſt vnica porta ſaluificans. Propter quod ait in Pſalmo 117. Aperite mihi
portas iuſtitiæ: ingreſſus in eas, confitebor dño. Hæc porta dñi, iuſti intrabunt in eã. Has portas in-
greditur, qui dicere poteſt dño cum Pſalmiſta: Exaltas me de portis mortis, i. peccatis mortalibus, Pſal. 9.
per quę ad inferos itur. quod inſupèr dictum eſt, Semita iuſti recta eſt &c. vniuerſaliter accipi poteſt
de omnibus iuſtis, quorum affectus & opera coram dño diriguntur. Propter eà Prouerb. 4. habetur:
Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens. De impijs autem dicit ſcriptura: Fiat via illorum tenebræ & Pſal. 34.
lubricum. Expergiſcimini, & laudate Deum, qui habitatis in puluere. Hoc eſt quod clamat Apoſto- Ephe. 5.
lus: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Itaque omnes, qui habitatis in
puluere, i. in carne mortali. Vndè dictum eſt Geneſis 3. Puluis es, & in puluerem reuertéris. Et in
Iob: Qui habitant domus luteas, conſumentur velut à tinea. Expergiſcimini ab omni tepore atque Iob 4.
acedia, & laudate Deum propter bonitatem ſuam, & pro vniuerſis beneficijs eius. Vade popule me-
us, intra in cubiculum tuũ, id eſt, ſecretum orationis locum, claude oſtia tua ſuper te. Hoc eſt quod
Matthęi 6. iubet Saluator: Tu cùm oraueris, intra in cubiculum: & clauſo oſtio, ora patrem tuum in
abſcondito. Vndè & Dauid in Pſalmo 26. Abſcondit me, inquit, in tabernaculo ſuo, in die malorum
protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. Abſcondere modicùm ad momentum donec pertranſe-
at indignatio, i. nunc à ſeculi huius tumultu te abſtrahe, malorum conſortia fuge, ad Eccleſiam pro-
pera, ama neſciri, ſolitudinem dilige, in qua Deo liberè vaces. quemadmodùm Thren. 3. ſcribitur: Se-
debit ſolitarius & tacebit, & leuabit ſe ſupra ſe. Et in Pſalmo 54. Eccè elongaui fugiens, & manſi
in ſolitudine. Sic autem abſcondi debemus donec pertranſeat indignatio, i. afflictio huius exilij, ſci- Matth. 10.
licet vſq; ad mortem: qui enim perſeuerauerit vſq; in finem, ſaluus erit. & 24.

¶ *Elucidatio cap. 27. ſcilicet: In die illa viſitabit Dominus.* *Articulus* 51.

IN die illa] videlicet in die iudicij, de quo in p̃cedentibus capitulis dictũ eſt, quãdò terra reuelabit
ſanguinẽ ſuum, & ſecundùm vaticinia Ioannis in Apocalyp. Et dedit mare mortuos ſuos qui in Apoc. 20.
eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos ſuos. [viſitabit dñs in gladio ſuo] i. in rigore diuinę
iuſtitiæ. [duro] i. peruerſis amaro. Propter quod ait Apoſtolus: Vide ſeueritatẽ Dei in eos qui per- Rom. 11.
eunt. Et Iob ait: Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manûs tuę aduerſaris mihi. [& grandi] i. Iob 10.
oĩa percutienti, de quo in Exodo dñs ait: Euaginabo gladiũ meum, interficiet eos manus mea. In Exod. 25.
Deute. quoq;: Si acuero vt fulgur gladiũ meũ, & gladius meus deuorabit carnes. [& forti] i. oĩpo- Deut. 32.
tenti, cui nequit reſiſti, iuxta illud Iob 9. Deus, cuius iræ reſiſtere nemo poteſt, ſub quo curuantur qui
portant orbẽ. [ſuper Leuiathan ſerpentẽ vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum:] i. ſuper
diabolũ, qui in lib. Iob appellat̃ Leuiathan, cùm dicitur: Cùm ſublatus fuerit, timebũt angeli, & ter- Iob 41.
riti purgabuntur. Rurſuſq;: Omne ſublime videt, & ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Vndè Ibidèm.
conſtat illa non dici de aliquo piſce, ſed de diabolo, qui etiam dicitur vectis propter naturalem ſu-
am potentiam, quemadmodùm illic habetur: Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, qui
factus eſt vt nullum timeret. Dicitur etiam ſerpens propter calliditatem, & tortuoſus propter tenta-
tionum turbulentiſſimam inquietudinem. [& occídit cetum] i. diabolum [qui in mari eſt,] i. in ſe-
culo iſto verſatur, homines moleſtando, ſicut Iob 1. ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. Vel in
mari, i. in aëre tẽpeſtuoſo, atq; per modum abyſſi turbulento. Occídet autem Dominus dæmones,
non auferendo vitam naturæ, ſed inferendo miſeriam mortis æternæ, infernaliſq; pœnę. Vndè ſu-
periùs dictum eſt: Viſitabit dñs ſuper militiam cæli, & claudentur in carcere. Præterea ſicut ſuperio-
ra capitula expoſita ſunt pro tempore primi aduentûs Chriſti, ſic præſens locus ad idem poteſt tem-
pus referri, eritq; ſenſus: In die illa, videlicet poſt Chriſti paſſionem, & circiter, viſitabit Dominus no-
ſter Ieſus Chriſtus ſuper Leuiathan, deijciendo potentiam eius, & ſpoliando infernum, peccato-
res quoq;, qui erãt miniſtri ac vaſa diaboli, cõuertendo ad Deũ. Hinc em̃ Chriſtus loquebat̃ inſtante
iam paſſione: Nũc princeps huius mundi eijciet̃ forâs. & ad diſcipulos ſuos alibì ait: Eccè dedi vobis Ioan. 12.
poteſtatẽ &c. ſuper oẽm virtutẽ inimici. Alibì quoq; aſſerit ſe fortẽ armatũ ligâſſe, & vaſa eius diri- Lucæ 10.
puiſſe. [In die illa] videlicet dæmone terribiliter viſitato, [vinea meri] i. Eccleſia electorũ. [cantabit & 11.
ei] i. gr̃as aget dño: Saluatori pro deiectione diaboli. In die em̃ iudicij oẽs electi gr̃as agent Chr̃o de
ſua ſaluatione, immò & ſancti in patria. A principio quoq; primitiuę Eccleſiæ egérunt fideles grati-
as Chriſto de hoc. Vndè in Apoc. dicunt: Gratias agimus tibi dñe Deus noſter oĩpotens, qui ac- Apoc. 11.
cepiſti virtutem tuam magnam, & regnâſti. De hac viſitatione Leuiathan ſcriptum eſt Apocalyp. 12.
Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui ſeducit vniuerſum orbem. Et denuò: Nunc
facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator
fratrum noſtrorũ. Merum aũt hoc loco accipitur pro vino puro, per quod deſignantur electi. Vinea

I 4 verò

Iſaiæ 5. verò eſt Eccleſia, ꝓut ſuperiùs dictũ eſt: Vinea Dñi exercituũ, domus Iſrael eſt: & vir Iuda, germẽ de-
Ephe. 5. lectabile eius. Vinea ergò meri, eſt Eccleſia Chriſti, de qua ad Epheſios dicit Apoſtolus: Chriſtus di-
lexit Eccleſiã, mundans illam lauacro aquę in verbo vitę, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiã, nõ ha-
bentẽ maculã neq; rugã. [Ego Dñs qui ſeruo eã.] i. per grãm meã conſeruo Eccleſiã in bono. [repen-
tè propinabo ei] varia pocula, ſ. nunc potum cõſolationis, nunc potũ tribulationis: nunc potũ aquę,
nunc potum vini, i. grãm maiorem, ſiue minorẽ. [nè fortè viſitetur contra eã] i. nè propter inexperi-
entiam huius viciſſitudinis grauiora damna incurrat, videlicet fallaciam culpę, amiſſionẽ gratię, &
Eccl 34. maiora in ſeculo futuro tormenta. Scriptum eſt em̃ in Eccõ: Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Vir in
multis expertus, cogitabit multa: & qui nõ eſt expertus, pauca recognoſcit. [nocte & die] i. inceſſan-
Pſal. 120. ter, ſeu in aduerſis ac proſperis. [ſeruo eam] i. à ruina cuſtodio Eccleſiã, iuxta illud: Eccè non dormi-
tabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. [Indignatio nõ eſt.] i. ꝙ eam interdùm affligo, tẽtari permit-
to, gratiamq́; ſuſpendo, ex odio non deſcendit, ſed ex dilectione: quia flagello oẽm filium quem re-
cipio, nè poſteà grauiùs periclitetur. Loquitur autẽ Dñs de vniuerſali Eccleſia, q̃ continet omnes ele-
ctos, ab Abel iuſto vſq; ad nouiſſimum electorum, qui naſcet̃. Quædam itaq;, q̃ nunc de Eccleſia di-
cuntur, referuntur ad quoſdam, & q̃dam ad alios: quod autem nunc ſubiungitur, ad ſynagogam, quę
Chriſtum negauit, refertur. Dicit em̃ Dñs per modum optantis: [Quis dabit me ſpinam & veprem?]
non ꝙ hoc fuit ſibi impoſſibile ſiue difficile, ſed ad exprimendum ſuũ affectum contra iniquos. Sic
Deut. 5. em̃ & in Deute. ad Moſen: Quis det eos, ſ. filios Iſrael, talem habere mentẽ, vt timeant me? [In præ-
lio gradiar ſuper eam.] i. per Romanos conculcabo vrbem ac habitatores Hieruſalem. [ſuccendam
eam pariter,] i. totaliter, vel pariter om̃es habitatores ipſius, occidendo iuſtos ac impios: hoc inter-
rogatiuè legendum eſt. ſubiungitur em̃: [An potiùs tenebo fortitudinẽ meam?] i. an hoc magìs cõ-
gruit mihi, vt poteſtatem meam ab iſta vltione auertam ac retrahã, & om̃ibus parcam, videlicet malis
propter bonos, ſicut ſpopõderam Abrahæ, non ſubuertere Sodomam, ſi fuiſſent in ea decem iuſti?
Et ꝙ hoc dicens, ſit Dñs, quodammodò probare videtur, dicendo: [Faciet pacem mihi, pacem faciet
mihi.] i. ciuitas hæc conuertet etiam alios ad me, & placabit me illis. Et quomodò hoc intelligendũ
ſit, exprimit: [Qui ingredientur de radice Iacob,] i. populus Iudęorum Chriſtum recipiens, vtpotè
chorus apoſtolorum diſcipulorumq́; Chriſti, faciet pacem inter Deum & homines, quos conuertet.
Vndè clariùs ſubiungitur: [Qui egredientur impetu de Iacob.] i. apoſtoli & adiutores ipſorum, qui
cum ardenti affectu & animo prompto, ac celeri greſſu exiêrunt à populo Iudæorum ad prædican-
dum Euangelium Chriſti per vniuerſum mundum: iſti facient pacem mihi. [florebit] iuſtè viuendo
ac prædicando, [& germinabit] filios ſpirituales producendo, [Iſrael,] i. chorus iſte fidelium, natus
de Iacob, & ad filios Iſrael pertinens. [& implebunt faciem orbis] i. ſuperficiem terrę [ſemine] ver
Marc. 16. bi cæleſtis, ſeu ſpiritualibus filijs: in omnem em̃ terram exiuit ſonus eorum. Et Chriſtus p̃cepit eis:
Mich. 7. Euntes in mundũ vniuerſum, p̃dicate Euangelium om̃i creaturę. Hinc ſcriptum eſt in Michea: Erũt
reliquiæ Iacob in medio populorũ multorũ quaſi ros à Dño, & quaſi ſtellę ſuper herbam. [Nunquid
iuxta plagã percutientis ſe percuſſit eum?] i. nunquìd Chriſtus Dñs ità percuſſit Hieruſalẽ, ſicut ipſa
ꝑcuſſit eũ? [Aut ſicut occidit interfectos eius,] i. Chriſti diſcipulos, ꝓpter Chr̃m occiſos, ſcilicet Ste-
phanum, multoſq́; alios, [ſic occiſus eſt] populus Hieruſalẽ à Chr̃o? quaſi dicat, nequaq̃. Nã poſt paſ-
ſionẽ ſuam Chr̃s miſit ad eos apoſtolos, inuitans eos ad pœnitentiã, & per quadraginta circiter an-
nos expectauit conuerſionẽ ipſorum. Poteſt quoq; intelligi de primitiua Eccleſia & infidelibus, ſ. ꝙ
apoſtoli & cæteri Chriſtiani, de q̃bus dictum eſt, Implebunt faciem orbis ſemine, non percuſſerunt
ſuos percuſſores, ſicut percutiebantur ab eis: immò pro perſecutoribus ſuis orabant, eiſq́; prædica-
tionis officium impenderunt, nec Eccleſia primitiua occidit ſuos interfectores, ſicut filij ſui interfi-
ciebantur ab eis. [In menſura] pœnæ [contra menſuram] culpæ [cùm abiecta fuerit] Hieruſalem,
i. à te derelicta, [iudicabis eam.] i. ſecundùm quantitatem ſui peccati recipiet pœnam, vt impleatur il
Apoc. 18. lud Apocalypſeos: Quantùm glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi luctum & tormẽtum.
Matth. 7. Illud quoq; de Euangelio: Eadem menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. [Meditatus eſt in
ſpiritu ſuo duro] Hoc intelligi poteſt, vel ꝙ Dñs meditatus eſt contra populum Iudęorum prædi-
ctam pœnam in ſpiritu duro, i. in metuendo ſuæ iuſtitię zelo, [per diem æſtûs.] i. tempore afflictio-
nis Iudęorum à Romanis. Vel ꝙ populus Iudęorum meditatus eſt contra Chriſtum in ſpiritu duro
Ioan. 19. & obſtinato, qui dixit: Tolle tolle, crucifige eũ, per diẽ æſtûs, i. tẽpore paſſionis Chriſti. [Idcircò ſu-
per hoc dimittetur iniquitas domui Iacob,] i. filijs Iſrael, qui manus ſacrilegas iniecerunt in filium
Dei, ignoſcetur, ſi pœnitere voluerint ſuper hoc, i. merito Chriſti & apoſtolorum, de quorum con-
uentu dictum eſt: Pacem faciet mihi. [& iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius.] i. hoc eſt to-
ta commoditas ſeu vtilitas vitæ ac meriti ſpiritualis, vt deleatur iniquitas præterita per Dei indulgẽ-
tiam, etiam quo ad reatum ſeu pœnam, ità ꝙ in peccati ablatione cõpræhendatur infuſio, ꝑfectuſq́;
gratiæ, ſine cuius infuſione peccatum mortale non tollitur, nec impius iuſtificatur. Et futura, per
con-

conſeruationẽ in bono. Quanuìs hoc vniuerſaliter verũ ſit, tamen hoc loco dicitur de populo Iudę-
orũ. [Cùm poſuerit oẽs lapides altaris,] i. cùm apoſtolorũ conuentus per ſuã prædicationẽ deſtru-
xerit lapides ararũ gentilium, [ſicut lapides cineris alliſos,] i. ſicut cõteruntur lapides, qui rediguñt
in puluerem. [non ſtabunt luci & delubra.] i. loca nemoroſa ac templa, in q̃bus gentiles idola ſua co
lebant: talia em̃ loca per Chriſti apoſtolos & ſucceſſores eorũ frequenter in Eccleſias cõſecrata fu-
erunt, & ipſi gentiles ad fidẽ conuerſi, ex imperio apoſtolorum vbertìm altaria ſua ſacrilega penitùs
diſſipauerunt. [Ciuitas em̃ munita] videlicet Hieruſalẽ, quæ erat robuſta & muris fortibus clauſa.
[deſolata erit: ſpecioſa] i. Hieruſalem, quæ erat decora, præſertim propter vnius Dei cultum ac tem-
plum, [relinquetur] à Deo, [& dimittetur] ab habitatoribus ſuis [ſicut deſertũ,] ità ꝙ nemo ad tem
pus in eo morabitur. Hoc totum factum eſt tempore Romanorum, de quibus ſubiungitur: [Ibì] i.
in circuitu Hieruſalem [paſcetur vitulus] i. Romanorum exercitus, petulans & feſtinus. [& ibì accu-
babit,] requieſcendo in ſuis tentorijs, & omnia bona Iudææ conſumendo. [& conſumet ſummita-
tes eius:] i. fructus vinearum & arborum, ſeu ædificia templi ac turrium. [In ſiccitate meſſis illius:] i.
in penuria Iudęorum, quia dum Romani bona terræ manducabant, defecerunt Iudæis victualia,
quæ colliguntur in meſſe. [conterentur mulieres venientes] i. in obſidione Hieruſalem à Romanis,
occiſæ ſunt in Hieruſalem mulieres, quæ ante obſidionem ad eam confluxerunt propter ſolenni-
tatem paſchalem. [& docentes eam.] i. mulieres ſapientes, quę populum Hieruſalem inſtruere po-
terant, vel ipſi ſacerdotes & ſcribæ, qui populum informabant, contriti ſunt à Romanis. [Nõ eſt em̃
populus] Iudęorum [ſapiens] per veram atq; formatam ſapientiam, quoniam Chriſtum Dei virtu-
tem & Dei ſapientiam negauerunt. Vndè & Chriſtus ait de eis: Cæci ſunt, & duces cæcorum. Et Apo- Matth. 15.
ſtolus: Aemulationẽ Dei, inquit, habent, ſed nõ ſecundùm ſcientiã. [Propterea non miſerebitur eius Rom. 10.
qui fecit eum,] videlicet Deus creator: [& qui formauit eum, nõ parcet ei.] Corpora em̃ Iudęorum
dedit Deus in manus viſibilium hoſtium, ſcilicet Romanorum, à q̃bus & trucidata ſunt: animas ve-
rò ipſorum, inuiſibilibus tradidit hoſtibus æternaliter cruciandas. Vndè Ieremias dicit: Induc ſup Iere. 17.
eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc igitur per inſipientiã meruerunt. Pro-
pter quod ait Apoſtolus: Si quis ignorat, ignorabitur. Et Baruch ait de q̃buſdam: Quia nõ habuerũt 1. Cor. 14.
ſapientiã, interiêrunt propter ſuam inſipientiam. Deniq; neminem diligit Deus, niſi qui cum ſapiẽ- Baruc. 3
tia habitat: & per ſapientiam ſanati ſunt, quicunq; Dño placuerunt. Multitudo ergò ſapientum, ſani- Sap. 7.
tas eſt orbis terrarum. [Et erit in die illa,] i. tempore vaſtitatis Iudææ à Romanis. [percutiet Dñs] i. & 9.
per Romanos occidet habitatores terræ Iudęorum. [ab alueo fluminis] i. à loco Iordanis, qui eſt in
parte aquilonari Iudææ, oriens ad radices montis Libani. [vſq; ad torrentem Aegypti] i. ad fluuium
quendam in extremis finibus Iudææ ſitum in parte auſtrali, verſùs Aegyptum: per hoc ergò ſigna-
tur percuſſio magna Iudææ à Romanorum exercitu. Quidam per flumen, intelligunt Euphratẽ: per
torrentem verò Aegypti, Nilum. [& vos congregabimini, vnus & vnus filij Iſrael.] i. percuſſis aduer-
ſarijs veſtris obſtinatis Iudęis, vos electi Dei in Chriſtũ credentes, qui eſtis veri Iſraelitæ, fidem atq;
iuſtitiam patriarcharũ ſequendo, colligemini vel corporali, vel ſpirituali vnione. vnus & vnus, i. pau
ci numero, reſpectu eorum qui periêrunt. Quẽadmodùm em̃ Scholaſtica narrat hiſtoria, imminẽte
obſidione Hieruſalem & Iudæę, fideles ex admonitione angelica introiêrunt regnum Agrippę: ab-
euntibus aũt Romanis, rediêrunt interdùm inuiſere loca ſancta: immò in Chriſto per charitatẽ col
lecti ſunt, gratias referentes Dño de ſua ſaluatione. [Et erit, in die illa clangetur in tuba magna] i. iſtis
temporibus p̃dicationis euangelicæ legis, validè inſiſtent verbo p̃dicationis vbiq;. his enim tempo-
ribus vixit adhuc Euangeliſta Ioannes: & innumerabiles gentilium, aliqui quoq; Iudęorum, vndiq;
conuertebantur ad Chriſtum. Porrò per tubã rectè ſignatur libera vox ſanctę p̃dicationis, ſecũdùm
quod infrà habetur: Clama, nè ceſſes. quaſi tuba exalta vocem tuã. Per Ezechielem quoq; Dñs iubet Iſaiæ 58.
paſtori, vt gladio veniente, concrepet buccina. Et Chriſtus in Euangelio, Ioannem & Iacobũ vocat Ezech. 33.
filios tonitrui. [& venient qui perditi fuerant, de terra Aſſyriorum.] i. Iudæi inter Aſſyrios commo- Marc. 3.
rantes, qui velut perditi reputabantur à paganis, audita p̃dicta tuba, conuertentur ad Chriſtũ, ſaltem
quidam eorum. [& qui eiecti erant] à terra promiſſionis per captiuitatem, ſeu alio modo, habitantes
[in terra Aegypti,] & iſti ſimiliter credent. [& adorabunt Dñm in monte ſancto in Hieruſalem] i. in
Eccleſia, vel vrbe Hieruſalem, ad quam reædificatam per Adrianum, venerunt Chriſtiani tam ex gẽ-
tibus, quàm Iudęis, & habitauerunt in ea, adorantes Chriſtum in templo ſancto ſuo. Quidam expo-
nunt hunc locum pro tempore Adriani imperatoris, qui reparata Hieruſalem, dedit edictum, nè Iu-
dæi permitterentur habitare in ea, Chriſtianis verò conceſſit eam ad habitandum. tuncq́; Iudęi fi-
deles, quoniam hunc locum diligebant, cõfluxerunt ad eum de terris diuerſis, quæ deſignantur per
terram Aſſyriorum atque Aegypti. Sed huic repugnare videtur quod dicitur, In die illa clangetur,
&c. ex quo conſtat hæc eſſe ſuperioribus continuanda, & referenda ad tempus, de quo immedia-
tè prædictum eſt. Hieronymus autem per perditos venientes de terra Aſſyriorum, & eiectos de ter-
ra

ra Aegypti, intelligit non ſolùm Iudęos, ſed etiam gentes, quæ venerunt ſpirituali greſſu ad fidem, adorantes Chriſtum in Eccleſia, quæ ſæpè mons dicitur. Quæ autem de moralitate præſentis capituli dici poſſent, frequenter prætacta ſunt. Spiritualiter verò quilibet bonus ac ſpeculatiuus paſtor ſeu prædicator ac doctor, dicitur Iſrael, qui floret ſapientia, & germinat conuerſatione fructuoſa, impletq; terram ſibi deputatam ſemine ſpiritualium filiorum, atq; cæleſtium doctrinarum.

¶*Expoſitio literalis capituli 28. Væ coronæ ſuperbiæ.* *Articulus* 52.

POſtq̃ in quatuor ꝓcedentibus capitulis de cõſummatione mundi, & finali ac generali percuſſione locutus eſt Iſaias, iam ad ꝓſens reuertitur, & primò contra regnum decem tribuũ vaticinatᷣ, & ait: [Væ coronæ ſuperbiæ] i. regno ſuperbo & Deo rebelli. [ebrijs Ephraim,] i. decẽ tribubus inebriatis poculo vitiorũ, & etiã gula. Diciť aũt regnum & populus decẽ tribuum Ephraim, qm̃ primus eorum rex Ieroboã, de tribu Ephraim natus eſt, & ipſe inebriauit regnum ſuum idololatria. [& flori decidenti gloriæ exultationis eius,] i. decori populi huius marceſcẽti, ac deficienti à gloria bonæ exultationis, quã habuerunt in Deo tẽpore Dauid & Salomonis, quãdò vnum Deum colebãt. [q erant
Matth. 26. in vertice vallis pinguiſſimæ.] i. in loco, qui noĩatur Gethſemani, vbi Chrs traditus eſt. Vndè in Io-
Ioan. 18. anne legiť: Egreſſus Ieſus trans torrentẽ Cedron, venit in villam q̃ dicitur Gethſemani. In huius vallis vertice erat tẽplum Dñi ſitum, ſicq; in valle hac erant decẽ tribus, quãdò adorare venerũt in Hieruſalẽ, nondùm ſeparatione facta à regno Iudæ. Quidã per vallẽ pinguiſſimã, intelligunt vallẽ quandam fertiliſſimã, ſitam in regno decẽ tribuum, & diciť vallis Cenereth: ſed ſecundùm hoc, vt videť, potiùs dixiſſet: qui ſunt in valle pinguiſſima. nondùm em̃ captæ erant decẽ tribus tẽpore huius ꝓ-
Apoc. 14. & 18. phetiæ. [errantes à vino.] i. ex crapula & vino fornicationis, de quo in Apocalypſi habetur. Ebrie-
Oſeæ 7. tas em̃ & fornicatio & vinum, auferunt cor, vt legiť Oſeæ 4. De huius vini errore Oſee dicit: Cœperunt principes furere à vino. [Eccè validus & fortis Dñs,] i. omnipotens, cui nullus reſiſtere valet, robuſtus eſt ad vindicandum mala populi huius. [ſicut impetus grandinis] qui eſt [turbo confringẽs] ea, ſuper q̃ cadit, & etiam [ſicut impetus aquarùm multarum inundãtium & emiſſarum ſuper terram ſpatioſam.] i. quẽadmodùm aqua cum impetu fluens, quicqd inuenerit, rapit, ſiue ſubuertit, ità [pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim] i. per exercitum Salmanaſar regis Aſſyriorum, Ephraim de terra propria auferetur, & regnum ipſius tam precioſum calcabitur. Vt enim 4. Reg. 17. recolitur, 9. anno Oſeę regis Iſrael, vaſtauit Salmanaſar regnum decem tribuum. [& erit flos decidens] i. decor & vigor marceſcens, atq; in breui caſurus. [gloriæ exultationis] i. excellentiæ inaniter gloriantis [eius qui eſt ſuper verticem vallis pinguium,] i. populi Iſrael, qai eſt in vertice vallis
Amos 4. pinguiſſimæ, de qua nũc dictum eſt: vel in monte Samariæ. Vndè in Amos habeť: Audite vaccæ pingues, q̃ eſtis in monte Samariæ. [quaſi temporaneum ante maturitatem autumni.] i. ſicut citò tollitur fructus arboris, ante ſolitum tempus maturus: quilibet em̃ tranſeuntiũ, nouitate fructûs oblectatus, tollit atq; comedit ea. [quod cùm adſpexerit videns,] i. quẽ fructum tempeſtiuè maturũ cùm quis adſpexerit, [ſtatìm vt manu tenuerit,] i. appræhenderit. [deuorabit] i. comedet [illud.] ſicut Aſſyrij regnum Iſrael conſumpſerunt. [In die illa] videlicet decem tribubus iam deletis per Salmanaſar, cùm ſucceſſor eius Sennacherib tentauerit regnum Iudę deſtruere, [erit Dñs exercituum corona gloriæ & ſertum exultationis,] i. cauſa magnę victorię atq; lætitię. [reſiduo populi ſui,] i. tribui Iudę
4. Reg. 13. ac Beniamin & Leuitis, qui erãt cum eis, erit quoq; Dñs [ſpiritus iudicij] i. cauſa diſcretionis & dator
*iudicium iuſtitię, [ſedenti ſuper *thronũ,] i. Ezechiæ pijſſimo regi Iuda. [& fortitudo reuertentibus de bello ad portam.] i. roborator Iudęorum redeuntium de loco ꝓlij, in quo angelus Dei debellauit Aſſyrios, ad portas Hieruſalem, quatenùs Dño gratias dicerent, victimaſq; offerrent in templo. Dum enim angelus Dei in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinq; millia hominum interfecit, Iudæi gauiſi ſunt tam de morte, quàm de ſpolijs hoſtium, & Ezechias Deo præſtante iuſtè regnauit: Iudæi quoq; redeuntes, de ſpoliatione interfectorum hoſtias Dño obtulerunt. [Verùm hi quoq; præ vino neſciêrunt, & præ ebrietate errauerunt,] i. duæ tribus poſt tantum beneficium Deo ingrati fuerunt, tradentes ſe ebrietati & gulæ, immò idololatriæ, cunctiſq; vitijs tempore Manaſſæ: quia enim ditati erãt hoſtium prędis, obliti ſunt diuini timoris, & deſideria cordis ſui ſecuti ſunt. [Sacerdos] i. ſacer-
Ezech. 14. dotes [& ꝓpheta] falſus, de quali Dñs ait per Ezechielem: Propheta cùm errauerit, ego Dñs decepi prophetam illum. [neſciérunt] per operationem legem Dei [præ ebrietate] quę actum rationis obtenebrat [abſorpti ſunt] i. victi ſpiritualiter, quia occiſi [à vino] i. ab ebrietate vini, quæ eſt mortale peccatum deglutiens animam. [errauerunt] à Deo & via iuſtitiæ [in ebrietate. neſciêrunt Videntem.] i. veros prophetas non aduerterunt: qui enim nunc propheta vocatur, olim dicebatur Vidẽs, vt legimus 1. Reg. 9. [Ignorauerunt] per approbationem [iudicium] iuſtum. [Oẽs em̃ menſæ] iſtorum [repletę ſunt vomitu ſordiumq́;,] i. ingratitudine & immunditijs peccatorum: vel etiam vomi-
Prou. 26. tu corporali, qui ex ebrietate cauſatur. Contigit em̃ iſtis illud veri Prouerbij: Canis reuerſus ad ſuũ
2. Pet. 2. vomitum, & ſus lota in volutabro luti. [ità vt non eſſet vltrà locus] mundus in menſis ipſorum,
qm̃

qm̃ intùs in corde, & foris in menſa maculanť. Qm̃ igitur iſti excæcati ſunt, & om̃i diuina illuminatione ſeu illuſtratione indigni effecti, interrogat nunc ꝓpheta: [Quẽ docebit ſcientiã?] i. quis dignus erit ſeu aptus recipere illuſtrationẽ diuinam, ſiue angelicam? [& quẽ intelligere faciet auditũ?] i. cui Deus tribuet grãm intelligendi verba diuina q̃ audit, ità vt audiat atq; intelligat, nõ ſolùm aure corporis intellectuq; nudo, ſed etiã aure cordis & mente obedienti? Et reſpondet S. Iſaias: [Ablactatos à lacte,] i. abſtinentes & ſobrios, qui carnales delectationes cõtemnunt, & cibo puerorum, qui lacte veſcunť, reiecto, ſolidũ cibũ capere poſſunt. [auulſos ab vberibus,] i. ſeparatos à cõſolationibus hu-
manis & vanis, qui carnẽ ſuã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiſcentijs, & dicunt: Mihi abſit gloriari, Galat. 5.
niſi in cruce Dñi noſtri Ieſu Chri. Iſti igitur diuinã illuſtrationẽ merenť, reuelatq; eis Deus incerta & Galat. 6.
occulta ſapientię ſuę, quẽadmodùm Daniel. 1. habeť, ꝙ propter abſtinentiã dedit ei & ſocijs eius Deus ſcientiã & diſciplinã. Et ad minùs neceſſè eſt, ipſum appetitum carnalẽ atq; illicitũ extirpare. Vn-
dè in Eccõ legitur: Fili cõcupiſcens ſapientiam, ſta in timore, & ſerua mandata, & Deus ꝓbebit eam Eccĩ 1.
tibi. Veruntñ eſt quoddam lac ſimplicitatis, puritatis, & innocẽtiæ, quo veſcunť pueri & paruuli nõ
ſenſibus, ſed malitia, de quo Petrus inducit: Quaſi modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo, lac 1. Pet. 2.
concupiſcite. hoc igitur lacte nõ debemus ablactari, ſed veſci. Sunt quoq; vbera cõſolationis diui-
næ, de qbus in Canticis ait ſcriptura: Meliora ſunt vbera tua vino. Ab his nõ debemus auelli, quate- Cant. 1.
nùs experiamur, q̃ verè dulcis ſit Deus. Deindè oſtendit qualiter vitioſi & ebrij nequaq̃ intelligunt, ſed irridẽt verba diuina, ꝓpter quod Iſaias cõmemorat verba impiorũ, q̃ ex incredulitate dixerunt, illudendo ſanctis ꝓphetis, dicentes: [*Manda, remanda: manda, remanda.] i. iube, & iterùm iube, qd ſit agendum: ꝓcipe & iterùm ꝓcipe, quid ſit vitandum, hoc eſt, imperate, nec tñ curabimus, neq; parebimus veſtris mandatis: dum em̃ prophetæ docebant qd eſſet agendum ſeu omittendũ, vtebãtur verbo imperatiuo. Dixerunt etiam, [expecta, reexpecta: expecta, reexpecta.] quaſi dicant: Multa nobis cõminantur mala futura, ſi peccauerimus: multa quoq; promittunt nobis bona ventura, ſi eorũ admonitioni cõſenſerimus: ſed oĩa q̃ loquunť, vana & friuola ſunt. propter quod irriſoriè dicimus vnus ad alium: Expecta, reexpecta: i. expectandum non eſt neq; timendũ quod ꝓnunciant. Propter quod mutuò dicimus: [modicùm ibì, modicùm ibì.] i. in breui eueniet quod ꝓdicunt. Idcircò attẽde & ꝓſtolare modicùm ibì, i. circa id quod loquunť. Hoc puerſi dixerunt ad ſenſum oppoſitũ. Poteſt etiã ſic exponi, ꝙ increduli iſta dixerunt in ꝑſona prophetarũ, quaſi cũ illuſione inter ſe repetẽ-
tes verba ꝓphetica. Vndè ad Ezech. Dñs ait: Factus es eis quaſi carmẽ muſicũ, quod dulci ſuauiq; ſo- Ezech. 33.
no caniť. [In loquela em̃ labij & lingua altera loqueť ad populum iſtũ.] i. Deus decætero ità non loqueť populo Iudęorũ, quẽadmodùm antè per ꝓphetas locutus eſt eis, ꝓcipiendo agenda, ſeu cõminando futura tormenta. Sed per ꝓſentem furorẽ, ſeu realem vindictã loqueť ad eos, q verba diuina
ſpreuerunt. Nã & ipſi effectus, ſeu opera Dei, ſunt verba ipſius, de quo ſcriptum eſt: Ipſe dixit, & fa- Pſal. 32.
cta ſunt. Sic ergò in alia lingua loqueť populo huic, [cui dixit: Hæc eſt requies mea.] i. beneplacitum & 148.
meũ, & cauſa propter quã in cordibus hoĩm per grãm habito. [reficite laſſum.] i. afflictũ refocillate,
indigenti ſuccurrite. Qui em̃ viderit fratrem ſuum neceſſè habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quo- 1. Ioan. 3.
modò charitas Dei manet in eo? [& hoc eſt meum refrigerium.] i. opus miſericordiæ proximis ege-
nis impenſum, tam gratũ eſt mihi, vt ſi ꝓpriæ meæ impenderetur perſonæ. Vndè Chriſtus teſtatur: Ioan. 13.
Qui recipit ſi quem miſero, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui me miſit. In Matth. quoq;: Matth. 25.
Quod vni feciſtis ex minimis meis, mihi feciſtis. [& noluerũt audire.] i. acquieſcere. [Et erit eis verbum Dñi, Manda, remanda: manda, remanda: expecta, reexpecta: expecta, reexpecta: modicùm ibì, modicùm ibì.] i. ꝓdictus ſermo Dñicus, quẽ per ꝓphetas locutus eſt Deus, erit Iudæis propter eorũ abuſionem ac deriſionẽ cauſa ruinæ. [vt vadant, & cadãt retrorſum.] hoc eſt, ſupereнť ab hoſtibus. [& conterantur] fame, peſte, & gladio. [& illaqueentur.] i. in ſua malignitate depræhendantur. [& capiantur] ab aduerſarijs ſuis Chaldæis, ſiue Romanis. Quẽadmodum em̃ temporibus Iſaiæ & poſtmodùm, illuſerũt Iudæi ꝓphetis, ꝓpter quod à rege Babylonis vaſtati ſunt, ſic tẽpore Chriſti ipſum Saluatorẽ eiuſq; diſcipulos deriſerunt, ob quã cauſam à Romanis oppreſſi ſunt. Videť demùm Pau-
lus apoſtolus ex ꝓſenti loco teſtimoniũ ſumere, dũ ait: In alijs linguis & in alijs labijs loquar ad po- 1. Cor. 14.
pulũ hunc, & nè ſic qdem exaudient me, dicit Dñs. [Propter hoc] i. ꝓpter pœnam hanc vobis imminentẽ, vt eam nõ incidatis. [audite verbum Dñi viri illuſores,] i. ſacerdotes, ſcribæ & phariſæi, verba diuina & Dei prophetas deridentes. [qui dñamini ſuper populum meũ, qui eſt in Hieruſalẽ. dixiſtis enim:] non verbis, ſed rebus, ſicq; viuitis, àc ſi feciſſetis quod ſubiungitur: [percuſſimus fœdus cum morte,] i. tam parùm ſeu nihil formidamus occídi, vaſtari ſeu mori, àc ſi cum morte amicitiæ conuentionẽ haberemus, & ex conſequenti nec eam timeremus, ſicut amicus non timet amicum. Non enim ad mortem ſe præparabant, neq; ſuis temporibus credebant implendum, quod minabatur eis Deus de vaſtitate ac morte. [& cum inferno fecimus pactum.] i. nec pœnas inferni timemus. Qui em̃
ſine timore Deum offendit, nec pœnitet, ità ſe habet, àc ſi cum inferno pactum feciſſet. [Flagellum Eccẽs 8.
inun-

inundãs cùm tranſiêrit,] i.cùm magna tribulatio fuerit exorta,[nõ veniet ſuper nos,quia poſuimus
mendacium ſpem noſtram.] i. in fraude & dolo ſperauimus. [& mendacio protecti ſumus.] i. ſicut
ſperauimus,ſic accidit nobis. Quidam referunt iſta ad tempora Chriſti, quẽ Iudæi tam impiè perſe-
quebantur, àc ſi cum morte atq; inferno fœdus percuſſiſſent. Præterea mendaciter eum accuſaue-
runt corã Pilato,nè ſi ipſum permitterent viuere,deſtruerentur à Romanis,& iſto mendacio opina-
Ioan. 11. bantur ſe ꝓtectos. Vndè loquebant̃:Si dimittimus eum ſic,oẽs credent in eum,& venient Romani,
& tollent locum noſtrũ & gentẽ.[Idcircò] videlicet,vt à tantis erroribus liberemini,[hæc dicit Dñs
Deus:Eccè ego mittam in fundamentis Sion,] i.in fundatoribus militantis Eccleſiæ,ſ. inter apoſto-
los: quanuìs em̃ vnum ſit principale ac ſummum fundamentum Eccleſiæ,ſ.Chriſtus,quẽadmodùm
1.Cor. 3. ait Apoſtolus:Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere,ꝓter id quod poſitũ eſt,quod eſt Chr̃s Ieſus:
ſunt tñ alia ſecundaria fundamenta Eccleſię,de qbus habetur Apocalyp.21.Murus ciuitatis habens
fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina apoſtolorũ.In his ergò fundamentis Eccleſię,
Pſal. 86. de qbus in Pſal.ſcriptum eſt,Fundamenta eius in montibus ſanctis:miſſus eſt Chriſtus, qui apoſto-
los roborauit,& inter eos cõuerſando ꝑdicauit,de quo nunc dicit̃:Mittam in fundamentis Sion [la
Dani. 2. pidem] de quo in Daniele habet̃,ꝙ exciſus eſt lapis de monte ſine manibus.Et Zach.ait:Super lapi-
Zacha. 3. dem vnum oculi ſeptem.Deindè exprimit qualitatẽ huius lapidis:[lapidem ꝓbatum,]i.per aduerſa
decoctũ,& in paſſionibus oĩbus conſtantem inuentum, de quo ad Hebręos 4.inducit̃: Habemus
pontificem ꝓbatum per oĩa.[angularem,] quia in ipſo ſicut in lapide angulari cõuenerunt Iudæi
atq; gentiles,ex qbus velut ex duobus parietibus fecit Chriſtus vnam Eccleſiã. Vndè ad Epheſios di
Ephe. 2. cit Apoſtolus:Iam nõ eſtis hoſpites & aduenæ,&c.Et poſteà addit,ipſo ſummo angulari lapide Chri
Pſal. 117. ſto Ieſu.In Pſalmo quoq; de ipſo ſcriptũ eſt:Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt
in caput anguli.[precioſum:] dignitati em̃ Chriſti cõparari nõ poteſt totũ vniuerſum,etiã de digni-
tatẽ eius creata loquendo,ꝓpter vnionem ſuã perſonalem cum verbo.[in fundamento fundatum.]
Cùm ipſe em̃ Chriſtus ſit fundamentũ Eccleſiæ,quomodò nunc dicit̃ in fundamento fundatus,niſi
1.Cor. 11. quia (ſicut ait Apoſtolus) caput Chr̃i Deus,& nõ poteſt filius à ſe facere quicq̃? Chriſtus ergò vt ho-
Ioan. 5. mo,fundatur in ſeipſo:vt Deus,eſt vel in patre, ſeu in tota ſuperbeatiſſima Trinitate, q̃ eſt increatũ
fundamentũ Eccleſiæ.Hæc verba Iſaiæ allegat Petrus in prima ſua Canonica, dicens: Propter quod
1.Pet. 2. continet ſcriptura,Eccè pono in Sion lapidem ſummũ,angularẽ,electũ,precioſum. Quod verò Pe-
trus adiunxit,Et qui crediderit in eum, non confundet̃: ſecundùm tranſlationẽ Septuaginta inter-
pretum dicit̃,loco cuius nunc ſubiungit̃:[Qui crediderit,non feſtinet.] i.qui mihi Iſaiæ iſta ꝑdicen-
ti fidẽ adhibet,nõ æſtimet ea q̃ dico,ſtatìm implenda:ſed præſtoletur tẽpus à Deo ꝑfixum. Vel, qui
crediderit in Chriſtum,nõ feſtinet,i.non ſtatìm putet inſtare ſecundum eius aduentum, ſed longa-
Abac. 1. nimis exiſtat in ſpe,prout Abacuc ait:Si moram fecerit,expecta eũ.[Et ponam in pondere iudiciũ.]
Sap. 11. i.in Chriſto lapide viuo ponam iudicandi poteſtatem,vt ipſe omne iudicium faciat in pondere,i.ſe-
cundùm merita hominum. Vndè Ioan.5.dicitur:Neq; em̃ pater iudicat quenquam, ſed iudiciũ oĩe
dedit filio.[& iuſtitiam in menſura.] i.omnibus iuſtam mercedem retribuam,ſicut iuſtitia exigit. [Et
ſubuertet grando] i. hoſtium impetuoſa impugnatio deſtruet [ſpem mendacij,] hoc eſt, fidutiam,
quam habuiſtis in mendacio,dicentes:Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti
ſumus.Dum igitur magna perſecutio ab effectu impedit vanam fidutiam, ità ꝙ impij non permit-
tuntur conſequi quod ſperabant,tunc grando ſubuertit ſpem mendacij. [& protectionem] i. malo-
rum euaſionem,quam mentiendo adipiſci optatis.[aquæ] tribulationum,videlicet inimicorũ tem-
peſtas ac impetus,[inundabunt] hoc eſt,delebunt,ità ꝙ mala incidetis,nec aliquid proteget vos.[Et
delebitur fœdus veſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit:] i. nec mortem
corporalẽ,nec aĩæ gehennalẽ condemnationẽ euadetis,neq; peccabitis tam ſecurè, quaſi nec mori,
nec damnari poſſetis.[flagellum inundans cùm tranſiêrit,] hoc eſt, cùm grandis atque conſumens
perſequutio emerſerit. [eritis ei in conculcationem.] i. cadetis ſub ea,quoniam appræhendet dele-
bitq́; vos.[Quandocunq; pertranſiêrit,] i.orta fuerit. [tollet vos] à vita,vel à terra veſtra in captiui-
tatem ſeu mortem.[quoniam manè diluculo pertranſibit,] hoc eſt,citò ac ſubitò per vos veniet.[in
die & in nocte.] i.in proſperis & in aduerſis, omniq́; tempore caſtigationis veſtræ: quia quocunq;
verteritis vos, mala vobis occurrent. [& tantummodò ſola vexatio intellectum dabit auditui.] id
eſt,cùm ea,quæ prædicta ſunt,venerint,tunc per experientiam tormentorum cognoſcetis vera eſſe,
quæ vobis propheticè prædicuntur,& agnitionem,quam excludit ſecuritas, adducet vexatio. Qui-
dam catholicorum oĩa iſta referunt ad punitionem Iudęorum,quã à Romanis perpeſſi ſunt, eô ꝙ
Chriſtum occiderunt,ità ꝙ Deus dicitur ponere iudicium in pondere, & iuſtitiam in menſura, pu-
niendo Iudæos diſtrictè,ſecundùm quantitatem ſuorum exceſſuum. [& ſubuertit grando] i. impe-
tuoſus Romanorum exercitus ſpem mendacij: quia quod putabant Iudæi mentiendo euadere, hoc
à Romanis pertulerunt, Chriſtum quippe crucifixerunt, nè à Romanis vaſtarentur: & Chriſtum
oc-

occidendo vaſtari meruerũt:tuncq́; deletũ eſt fœdus eorum cum morte atq; inferno, qm̃ interfecti
ſunt,& in infernũ deſcenderunt:flagellũ inundãs,i.ꝑſequens Romanorũ exercitus,eos tunc cõcul-
cauit,& die ac nocte vallauit,donec ablati ſunt. Tunc etiã ſola vexatio dedit intellectum Iudęis,qm̃
Chr̃o & eius diſcipulis,qui ꝑdixerunt hãc vaſtitatẽ,credere cõtempſerũt.Sed in ipſa afflictione ex-
perti ſunt verũ eſſe quod audiêrunt. Dixit nãq; eis ſaluator in Euangelio: Eccè relinquet̃ vobis do- Matth. 23.
mus veſtra deſerta.Hoc aũt credere noluerunt,quinimò Stephano id obiecerũt, dicẽtes: Nos audi- Actu. 6.
uimus eũ dicentẽ,qa Ieſus hic ſubuertet locũ iſtũ.[Coanguſtatũ eſt em̃ ſtratũ,ità vt alter decidat: &
palliũ breue,vtrunq; operire nõ poteſt.] Cauſa difficultatis in libris ꝓphetarũ, eſt ꝙ frequẽter ſub
metaphoris loquunt̃,& ꝑſonas,tẽpus,ac numerũ ſæpiùs mutãt.Nũc ergò loquit̃ Propheta ad popu-
lũ Iudęorũ ſub ſimilitudine viri pudici,q dicit mulieri adulterę: Vnus lectus capere nõ poteſt tecũ
me & aliũ virũ,nec idẽ pallium veſtire poteſt ſeu operire me & mœchũ ſiue adulterũ.Sicut itaq; hęc
ſe habet̃ in exterioribus,ſic coanguſtatũ eſt ſtratũ ſpirituale, videlicet cor humanũ, in quo ſponſus
cæleſtis requieſcere debet,ità vt alter decidat,i.vel Deus,vel dęmon ab ipſo excludat̃, q vterq; ſimul
in eo habitare nõ poſſunt,quẽadmodùm in Matt.aſſerit̃:Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. & nõ po Matth. 6.
teſt talis Deo ſeruire & mãmonæ.Apoſtolus quoq;:Nõ poteſtis,inq̃t,calicẽ Dñi bibere, & calicẽ dę- 1.Cor. 10.
moniorũ. q̃ em̃ ſocietas luci ad tenebras? aut q̃ cõuentio Chr̃i ad Belial?Et palliũ breue,i. charitatis 2.Cor. 6.
affectio,ſeu veſtis amoris,vtrunq; operire nõ poteſt,i. Deũ & dęmonẽ cõtinere nõ poteſt: immò q Matth. 6.
vnũ diligit,aliũ deſerit.Qm̃ ergò Iudæi cultũ diuinũ & Chr̃m abiecerunt,& vel idola, vel aliũ Meſ-
ſiã adſpexerunt,idcircò à Deo vacuati ſunt corde, & ꝑdictas illapſi ſunt pœnas, nec poterũt libera-
ri,niſi diabolũ atq; ꝑfidiã ſuã abiecerint.[Sicut em̃ in mõte diuiſionum ſtabit Dñs.] i.Deus iudex ſta
bit ad percutiendum ꝑdictos illuſores, increduloſq́; Iudęos, quẽadmodùm ſtetit cõtra Philiſtęos,
quãdò (vt legit̃ 2.Reg.) dedit ſancto Dauid virtutẽ interficiendi Philiſtęos in cãpo diuiſionũ,qm̃ lo 2.Reg. 5.
cum illũ Dauid appellauit Baalpharaſim,i.diuiſionẽ,dicẽs:Diuiſit Dñs inimicos meos,ſicut diuidũ-
tur aquæ.[ſic in valle q̃ eſt in Gabaon,iraſcet̃.] i.ſic per zelum ſuę iuſtitiæ occidet illuſores hos,ſic-
ut occidit Chananęos,quãdò ad imperiũ Ioſuæ ſol & luna ſteterunt in cælo immobiles ſpatio vni-
us diei,vt legit̃ in libro Ioſuæ:Tunc em̃ terra Gabaon interfecit Chananęos nõ ſolùm gladio filio- Ioſuæ 10.
rum Iſrael,ſed grandine de cælo cadente.Hæc itaq; faciet,immò iã fecit Dñs cõtra Iudęos. [vt faciat
opus ſuũ,] i.debitã vltionẽ exerceat. moxq́; Propheta quaſi ſeipſum redarguens,ſubdit: [Alienũ eſt
opus eius,] i.iſta vindicta ſiue ꝑditio impiorum,nõ ꝓpriè cõuenit Deo,cui ꝓprium eſt miſereri,ſal-
uare & parcere: hoc em̃ cõuenit ſibi ex ꝓpria bonitate: damnare verò, trucidare & ꝑdere, eſt quaſi
alienum ab eo,nec cõuenit ſibi niſi ratione malitiæ noſtræ.Deniq; idẽ repetit alijs verbis: [vt ope-
ret̃ opus ſuũ,peregrinũ eſt opus ei⁹ ab eo.] i.opus quod dixi eſſe opus Dei,eſt ab eo extraneũ.Vndè
in libro Sapiẽtiæ habet̃:Deus mortẽ nõ fecit,nec lætat̃ in ꝑditione viuorũ. Et in Ezechiele:Nunquid Sap. 1.
voluntatis meæ eſt mors impij,dicit Dñs?Chriſtus quoq; oſtendẽs ſe eſſe filium huius Dei, ſ.veri Dei, Ezech. 18.
ait:Filius hoĩs venit aĩas ſaluare,non ꝑdere.In iſto cõmendatur nobis inæſtimabilis & ſupamabilis Lucæ 9.
bonitas,prorſuſq́; ſupdulciſſima pietas noſtri creatoris.[Et nunc] ô Iudęi [nolite illudere] i. verba
ꝓphetarum,ſeu legẽ Chr̃i,ac iuſtos ſubſannare.[nè fortè cõſtringant̃] i.indiſſolubilia fiant ac duri-
ora.[vincula veſtra,] qbus ſpiritualiter & corporaliter eſtis ligati.Spiritualiter em̃ vincti eſtis funib⁹
dęmonũ,ꝓpter ꝑfidiam veſtrã,& Chr̃ianæ fidei illuſionẽ,quẽadmodùm Salomon aſſerit: Iniquita- Prou. 5.
tes ſuę capiẽt impiũ,& funibus peccatorũ ſuorũ conſtringet̃. Corporaliter quoq; tenemini ſub ſer-
uitute & iugo Rom.imperij.Hæc hortor vos facere.[Cõſummationẽ em̃] i.actualẽ impletionẽ diui-
narũ cõminationum.[& abbreuiationẽ] i.celerẽ euentum eorũ q̃ dicta ſunt.[audiui à Dño Deo ex-
ercituum ſup vniuerſam terrã,] i. ſuper totũ populũ Iudęorũ, quẽ Deus ꝑdixit ſe totaliter abiectu-
rum,niſi cõuerteretur ad Chr̃m.Sæpè aũt ꝓphetæ per vniuerſam ſeu oẽm terrã,intelligunt totã ter-
rã de qua loquunt̃,& in qua demorant̃,ſicut & cæteris populis moris eſt, vt dicãt totam terrã inimi-
cis repletã,quãdò eorum terra hoſtibus plena eſt.Quidã tñ exponunt hęc de finali iudicio,vt ſit ſen
ſus:Cõſummationẽ,i.terminationẽ ꝑſentis conuerſationis, & abbreuiationẽ,i. impletionẽ huius in
breui venturam reſpectu æternitatis, audiui à Dño ſup vniuerſam terram, i.de cunctis habitatori-
bus terræ. Conſequenter declarat per ſimilitudinẽ agricolæ, quomodò Deus ſingulis tam bonis q̃
malis iuſta ꝑmia reddit,& vt attẽtos nos faciat,multis vtitur verbis idẽ ſignificantibus. [Auribus ꝑ-
cipite & audite vocẽ meam] videlicet auribus corporis & cordis.[attẽdite] diligẽter,[& audite elo-
quiũ meũ.Nunquìd tota die] i. indeſinẽter [arabit arãs] homo agricola, [vt ſerat] i. ſemẽ in terram
aratam ꝓijciat?& nunquìd tota die [ꝓſcindet] i.terrã vomere diuidet,[& ſarriet] i. à ſentibus noci-
uiſq́; herbis purgabit [humũ ſuã?] quaſi dicat,nõ: quia aratio iſta ordinat̃ ad aliud. ideò addit̃: [Nõ-
nè quũ adęquauerit faciẽ eius,] i.quũ ſuperficiẽ terrę planauerit,aptamq́; fecerit pro ſemine recipi-
endo,[feret gith & ſparget cyminũ?] quaſi dicat,immò tunc ſeminabit iſta leguminũ genera.[& po
net triticũ per ordinẽ, & hordeũ, & milium, & viciã in finibus ſuis?] i.terra debitè ꝑparata,mittet in
m eam

eam ſemina hîc expreſſa, proijciẽdo vnumquodq; ſemẽ in partẽ terræ ſibi conuenientẽ, ſeu pro eius
receptione diſpoſitã: ſicq; in finibus, i. in terminis terrę ſuę ponet ſemina ordinatè. [& erudiet illum
Deus ſuus] i. ſeminandi notitiã conferet ei. [in iudicio docebit illũ,] i. agricolę dabit iudiciũ diſcer-
nẽdi in his q̃ ad ſuũ ſpectãt officiũ. Oĩs em̃ notitia, & oĩs etiã naturalis induſtria atq; diſcretio, prin-
cipaliter eſt à Deo. [Nõ em̃ in ſerris triturabiẽ gith, nec rota plauſtri ſup cyminũ circuibit:] i. ſemina
iſta teneriora nõ terenẽ rotis plauſtrorũ, q̃ per modũ ferrarũ circumagunẽ, ſed virga ſeu baculo ex-
cutiunẽ. ideò ſequiẽ: [ſed in virga excutiet gith,] i. per virgã. [& cyminũ in baculo,] nõ em̃ ferre poſ-
ſunt ictum grauiũ & ferreorum inſtrumẽtorum. [panis aũt cõminuet] i. triticum vndè fit panis, fer-
reis inſtrumẽtis excutiet, & inter molas teret. Loquiẽ autẽ Iſaias de horum ſeminum excuſſione ſeu
trituratione, ſecundùm modum patriæ ſuę. [Verùm nõ in ꝑpetuum triturãs triturabit illum,] i. non
ſemp triturator excutiet triticum. [neq; vexabit eum rota plauſtri,] i. nõ iugiter tereẽ triticum à ro-
ta, p cuius circunductionẽ excutitur. [nec vngulis ſuis cõminuet eum.] i. nõ in ꝑpetuum confringet
triticum vngulis plauſtri. Hæc aũt dicunẽ ad inſinuandum q Deus ſublimis & benedictus, oĩa iuſtè
Sapien. 12. diſponit. Ipſe em̃ eſt agricola Eccleſiæ, qui fideles diuerſis modis viſitat atq; remunerat. Quẽadmo-
dùm ergò arator ſuo tẽpore ſeminat, & ſuo tẽpore metit, fructuſq; excutit, & oĩa ordinatè exequiẽ,
ſic Deus certo tẽpore ſeminat in cordibus hoĩm ſemina doctrinæ cæleſtiſq; grǽ, immò iam oĩbus
Matth. 25. beneficia ſua largiẽ, oẽſq; ad ſalutẽ inuitat. Porrò in hora mortis ſingulorum, atq; in die iudicij Deus
Matth. 3. fructum requiret. tunc em̃ emundabit areã ſuã, & triticum reponet in loco ſecuro, paleas verò com-
buret igne ꝑpetuo. Et ſicut q̃dam ſemina leuiori, q̃dam grauiori excutiunẽ inſtrumẽto, ſic peccato-
res q̃dam duriori, q̃dam tolerabiliori affligunẽ tormẽto, ꝓut iuſtitia exigit: ſacerdotes nanq;, cæteris
Luc. 12. paribus, grauiùs condemnanẽ q̃ ſubditi; & fideles q̃ infideles. Vndè apud Lucã ſcribiẽ: Cui multum
donatum eſt, multum quæreẽ ab eo. Et iterùm: Seruus qui cognouit voluntatẽ dñi ſui &c. & non fe-
cit ſecundùm voluntatẽ eius, plagis vapulabit multis: qui autẽ non cognouit, & fecit digna plagis,
vapulabit paucis. Deniq; iudicium duriſſimum fiet in his qui p̃ſunt, exiguo autẽ concediẽ miſericor-
Sapien. 6. dia. Quemadmodùm etiam triturans non ſemp triturat & excutit, ſic Deus non ſemp torquebit ini-
quos, nec iugiter eos vexabit: quod omninò ſanè intelligẽdum eſt, ſi de pœnis quas in p̃ſenti ſtatu in-
fligit, in quarum afflictione miſericordiã miſcet, ſatisfactionẽ recipit, & terminum ponit, iuxta illud
Tob. 3. Abacuc 3. Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Et Tobias ait: Nõ delectaris dñe in ꝑditio-
Deut. 32. nibus noſtris, qa poſt tẽpeſtatem trãquillũ facis, & poſt fletum exultationẽ infundis. In Deut. quoq;
dñs aſſerit: Percutiã, & ego ſanabo. Cui cõcordat illud Iob 5. Ipſe vulnerat, & medeẽ: ꝑcutit, & manus
eius ſanabunt. Quòd autẽ p̃dicta ꝓpter hunc ſenſum inducta ſunt, cõſtat ex eo quod ſubiungiẽ: [&
hoc] quod dictum eſt, vel certè illud quod ſubiungiẽ: [à dño Deo exercituum exiuit,] i. diuinitùs ꝓ-
mulgatum atq; oſtenſum eſt. [vt mirabile faceret conſilium,] i. diuini conſilij inſcrutabilẽ altitudi-
nẽ demõſtraret, q̃ maximè apparet in hoc, q Deus tã diuerſimodè diſponit & iudicat de filijs hoĩm.
Pſal. 65. Vndè in Pſal. cantaẽ: Venite, & videte opera dñi terribilis in conſilijs ſup filios hoĩm. Et Apoſtolus:
Rom. 11. Quàm incomp̃henſibilia, inquit, ſunt iudicia eius? [& magnificaret iuſtitiã.] i. per vera iudicia pro-
Pſal. 35. priam declararet iuſtitiam, de qua legitur: Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Iuſtitia enim Dei, quæ in ſe
vna, ſimplex, inuariabiliſq; conſiſtit, tanto ampliùs magnificatur, i. magna eſſe cognoſcitur, ſeu ma-
gnificè honoratur, quanto in ſuis effectibus clariùs ſiue diſtrictiùs manifeſtatur.

¶ *De intellectu morali præſentis capituli 28.* *Articulus* 53.

MOraliter deniq; p coronam ſupbiæ, & ebrios Ephraim, decidentẽq; florẽ gloriæ eius, intelli-
gunẽ ſupbi, auari, in tẽporalibus ꝓſperantes, atq; hæretici. Corona em̃ ſupbiæ, eſt cõuentus
arrogantiũ, q filiabus ſupbiæ, i. vitijs ex ea naſcentibus vndiq; cingunẽ. Ephraim autẽ interpretaẽ fru
ctificãs ſeu incremẽtum, quo deſignanẽ q ſibi tẽporalia congregãt bona, nõ curãtes bona diuina, cę
leſtia, iugiter ꝑmanſura. Hi vtiq; inebrianẽ riuis vitioſiſſimis, ex fonte auaritię ꝓfluentibus. Per flo-
rem quoq; decidentẽ, ſignanẽ hæretici, in q̃bus eſt apparentia, nõ exiſtẽtia ſanctitatis, eloquẽtię de-
cor, & humanæ ſapientię fulgor: ſed oĩa iſta citò diſcoloranẽ ac pereunt. Vndè nunc diciẽ, quia vę
eis, qm̃ pœna æterna imminet eis, q nunc ſunt in terra vallis pinguiſſimę, i. in tẽporalium rerum ab-
undantia. Eccè validus & fortis dñs ſicut impetus grãdinis &c. i. Deus omnipotens citò eos ſubuer-
Pſal. 5. tet, quẽadmodùm grãdo ingẽs deſtruit fructus. Scriptũ eſt em̃ de eo: Odiſti oẽs qui operanẽ iniqui-
Deut. 7. tatem, perdes oẽs qui loquunẽ mẽdacium. Et in Deuterono. Dñs Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis, red-
dens odientibus ſe ſtatim, ità vt diſperdat eos, & vltrà nõ differat. In die illa, videlicet iſtis malignis
percuſſis & oppreſſis, erit dñs exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi
ſui, i. electis & iuſtis, ac veris Eccleſiæ filijs, qui comparatione reproborum pauciſſimi ſunt. Hi enim
gloriantur in Domino, hoſtibus boni communis atq; Eccleſiæ interfectis ſeu impeditis, iuxta illud
Iob 22. in Iob: Videbunt iuſti & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. Tunc inſuper erit dñs ſpiritus
iudicij, i. diſcretionis dator, ſedenti ſuper thronum, i. prælatis: & fortitudo reuertentibus de bel-
lo,

lo, i. cõflictu cõtra peccata atq; diabolũ, ad portã, i. ad Chr̃m, qui ait: Ego ſum oſtiũ. vel ad portã, i. vi- Ioan. 10.
tã virtuoſam, per quã intraẽ ad regnũ cælorũ. Qui em̃ in bello tẽtationis fideliter ꝓliatur, poſt victo-
riã à Deo mirabiliter roboraẽ, ſi tñ ad Chr̃m redierit, aſſcribendo videlicet gratiæ Chr̃i, nõ ꝓprijs vi-
ribus, ſortitum triumphũ. Sed qa nonnulli conceſſis beneficijs Dei ingrati ſunt, ideò ſubiungiẽ: Ve-
rùm hi quoq; præ vino neſciẽrunt. ſacerdos & ꝓpheta errauerunt præ ebrietate. Hoc de indignis ſa-
cerdotibus & falſis ꝓphetis verum eſt. abſorpti ſunt à vino om̃es qui præ immoderata vini potione
vſum rationis amittunt. abſorbenẽ à vino, quibus à Ioele diciẽ: Flete & vlulate oẽs qui bibitis vinum Ioel 1.
in dulcedine. Om̃es em̃ menſæ repletæ ſunt vomitu. Menſæ impiorum replenẽ vomitu duplici, vel
potiùs ipſi menſales, vtpotè corporali ex crapula, & ſpirituali ex receſſu à Deo. Contingit em̃ illis il-
lud veri Prouerbij: Canis reuerſus ad vomitum ſuum, & ſus lota in volutabro luti. In loquela altera Prou. 26.
loqueẽ ad populum iſtum, quãdò peruerſi vocalem Dei alloquutionẽ, i. exhortationem p̃dicantiũ,
ſcripturæq; ſacræ nolunt aduertere. tunc viciſsim dñs loquitur, & in hora iudicij loqueẽ eis in alia
lingua, i. per verba realia ſeu tormenta, vt qui nõ emendantur ſermonibus, excrucientur ſupplicijs.
Et erit eis verbum dñi, Manda, remanda, &c. Per hoc datur intelligi, q illuſores ſeu cõtemptores di-
uinorum verborum, mereantur incurrere damnationẽ grauiſſimam. Propter hoc audite verbũ dñi
viri illuſores, qui dñamini ſuper populum meum, i. principes & ꝓlati iniqui Chriſtianorum. Dixiſtis
em̃: Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, &c. Videmus iam proh dolor
ꝓlatos ac principes Chr̃ianorum tam ſecurè peccare, tam irreuerenter & intimoratè corã altiſſimo
Deo conuerſari, tam parùm vel nihil mortis horã atq; inferni ſupplicia formidare, ac ſi cum morte &
inferno fœdus iniſſent. Porrò vniuerſi clauſtrales, qui ordinis ſui rigorẽ laxare conantur, nonnè cũ
morte fœdus, & cum inferno pactum ſe feciſſe demonſtrant? Poſuimus mendacium ſpem noſtrã.
hoc oẽs ſimulatores, hypocritę, adulatores, & callidi faciunt, de q̃bus inferiùs diciẽ: Confidunt in ni- Iſaiæ 59.
hili, & loquuntur vanitates. Et Amos: Væ, ait, qui lætamini in nihili, & dicitis: Nunquid nõ in forti- Amos 6.
tudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Deniq; ſi, iuxta Ieremiã, maledictus eſt qui cõfidit in ho- Iere. 17.
mine: quãto magis maledictus, qui ponit mendacium ſpem ſuã, confidẽs in ꝓpria ſubtilitate & va-
nitate? Horum ſpem grãdo ſubuertit, i. diuina vltio, ſeu digna ac iuſta ꝑſecutio perimit. Deus em̃ oc-
culta eorum machinamenta deducet in publicum, & à vera beatitudine ipſos excludet: tuncq; peri-
bit fœdus eorum cum morte, & pactũ cum inferno non ſtabit, qa nec mortẽ, nec infernum euadẽt,
ſed vtriuſq; inimicitias ſentient: veniet ergò ſup eos flagellum inundans, quẽadmodùm ſcriptũ eſt:
Multa flagella peccatorum. Coanguſtatum eſt ſtratum, ità vt alter decidat: & pallium breue, vtrunq; Pſal. 31.
operire nõ poteſt. De ſenſu huius verbi in p̃cedenti articulo ſatìs dictum opinor. qm̃ ergò cor hu-
manum ſimul recipere non poteſt, nec retinere Dñm lucis & principem tenebrarum, virtutes & vi-
tia, Chr̃m & Belial, conſolationem carnalem ac ſpiritualẽ, amicitiam Dei & mundi, ſed horum vno 2. Cor. 6.
accepto aliud decidit: ſtudendum eſt nobis, vt dilatetur cor noſtrum ſpatio charitatis, & latitudine
ſanctæ libertatis, vt cum Pſalmiſta dicere mereamur: Propter hoc dilatatum eſt cor meum, & exulta- Pſal. 15.
uit lingua mea. Vndè ad Corinthios ait Apoſtolus: Cor noſtrum dilatatum eſt, non anguſtiamini in 2. Cor. 6.
nobis. Quanto itaq; mentis noſtræ latibula ab omni ſeculari, carnali, & priuato amore ſynceriùs at-
que intimiùs purgauerimus, tanto omnium diuinorum chariſmatum capaciores reddemur, & ardẽ-
tiori Dei ac proximi dilectione accendemur: pallium verò animæ, veſtem puto nuptialem ſancto-
rum, quę nequaquàm impiorum operit corda, ſed electorum duntaxàt. Cætera patent ex dictis.

¶ *Expoſitio capituli 29. videlicet: Væ Ariel.* *Articulus* 54.

REuertitur denuò Iſaias ad ſcribendum vaſtitatem Hieruſalem, quam à Chaldæis ſuſtinuit, &
ait: [Væ Ariel] i. magna tibi tribulatio inſtat ô Ariel, i. Hieruſalem, de qua ſubiungitur: [Ciui-
tas quam expugnauit Dauid.] Eiecit enim Dauid de ea Iebuſæos, quandò factus eſt rex ſuper om̃es
tribus Iſrael, quandò Ioab primò aſſcendit contra Hieruſalem, & Iebuſæos oppreſſit, velut legitur
1. Paralip. 11. Ariel itaq; qui interpretatur leo Dei, deſignat Hieruſalem vrbem olim fortiſſimam, vel,
vt alij aſſerunt, templum ſeu altare holocauſtorum. [Additus eſt annus ad annum,] i. tempus dura-
tionis eius iam plenè completum eſt. [ſolennitates] eius [euolutæ ſunt] i. terminatę, quia Hieruſa-
lem à Chaldęis deſtructa, ceſſauerunt per 70. annos ſolennitates & ſacrificia templi ſeu vrbis iſtius.
[& circunuallabo Ariel] i. ab exercitu Babyloniorum faciam obſideri Hieruſalem. [& erit triſtis &
mœrens] propter mala ſibi imminentia. Hæc omnia 4. libro Regum & in Ieremia pleniùs recitan- 4. Reg. 25.
tur. [& erit mihi quaſi Ariel] i. poſt prædictam deſtructionem rurſus ædificabo Hieruſalem tempo- Iere. 21.
re Eſdræ atq; Zorobabel, & templum in ea, eritq; ſicut antè, quanuis non in omnibus compar futu- 32. & 39.
ra ſit priori Hieruſalem. tamẽ vt in Aggæo habetur, maior fuit gloriatio templi ſecundi q̃ primi, vel 1. Eſd. 3.
ſic: Erit mihi Ariel, i. Hieruſalem ſimilis erit altari templi. Quemadmodùm em̃ in gyro altaris pone- Agg. 2.
bantur carnes animalium immolatorum, ſic Hieruſalem impleta cadaueribus hominum occiſorum
gladio, fame ac peſte: & ità Ariel ſumitur pro altari. quanuis autem ea quæ ſtatim ſubdunẽ, quidam

exponant de captiuitate Hieruſalẽ à Chaldęis, Hieronymus tñ exponit de captiuitate ipſius per Romanos inducta. Poteſt eñ vtiq; vtroq; modo exponi. [Et circundabo quaſi ſphærã in circuitu *eius] i. circulariter eã vallari faciã, vt nemo egredi poſſit aut fugere. [& iaciã contra te aggerẽ,] implẽdo foſſata tua ô Hieruſalẽ, vt faciliùs capiaris. [& munimenta ponã in obſidionẽ tuã.] i. machinas,
Ezech. 4. ſartaginẽ, & alia q̃ fabricari ſolent contra ciuitatem obſeſſam. De hoc in Ezechiele legit̃, quomodò dñs iuſſerit ei erigere machinas contra Hieruſalem, ad inſinuandũ q̃d illa eſſet paſſura. [humiliaberis] i. ab hoſtibus deijcieris, & regno priuaberis. [de terra loquẽris,] i. non alta neq; ſupba, vt antè, ſed humilia verba pferes, ppter anguſtias tuas. [& de humo audiet̃ eloquiũ tuum,] i. in terra iacens pſtrata, quẽadmodùm ſcriptũ eſt, Conglutinatus eſt in terra venter noſter, effundes verba doloroſa atq; ſuſpiria. [& erit quaſi pythonis de terra vox tua,] i. decætero non aliter vocẽ formabis, q̃ qui per ſpiritũ pythonicum ſuſcitant̃, in quorum ſuſcitatione non audit̃ niſi vox mortuorum, vel potiùs dęmonum, immò dæmonũ, ſecundùm Hieronymũ. Per hoc ergò denunciat eos interficiendos fuiſſe. [& de humo eloquiũ tuũ muſſitabit.] Sicut iã dictum eſt, q̃ iſta exponunt de populo Iudæorũ à Romanis vaſtato, ſequẽtia quoq; ità explanãt: [& erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantiũ te,] i. exercitus Romanorũ te per totũ mundum diſpergentiũ tãtus erit, vt tenui pulueri ſeu arenæ, ppter ſuã multitudinẽ, comparet̃. [& ſicut fauilla ptranſiens] i. fauillæ p aërem volitanti ac innumerabili ſimilis erit in copia bellatorũ. [multitudo eorum q̃ contra te pualuerunt.] i. exercitus Romanorũ. [eritq́; repẽtè cõfeſtim à dño,] i. Deo volẽte, ſubitò fiet quod ſubiungit̃: [viſitabit̃] per tormẽta vrbs Hieruſalẽ à Romanis [in tonitruo] i. ſtrepitu grãdi. [& cõmotione terræ,] i. pturbatione Iudææ. [& voce magna turbinis & tẽpeſtatis.] i. magnę crudelitatis. [& flamma ignis deuorantis.] i. fragore incendij. Romani eñ cõbuſſerunt Hieruſalẽ. [Et erit ſicut ſomniũ viſionis nocturnæ, multitudo oĩm gentiũ q̃ dimicauerunt cõtra Ariel, & oẽs qui militauerunt, & obſederunt, & pliauerunt aduerſus eã.] i. oẽs gentes Romano imperio ſubiectę, q̃ cũ Veſpaſiano ac Tito cõtra Hieruſalẽ pugnauerunt & pualuerunt, ſimiles erũt viſioni nocturnę, quãtùm ad hoc, q̃ ſuã victoriã nõ Deo, ſed proprijs viribus aſcripſerunt, & ſimul cũ ſuis diuitijs tẽporaliter, immò celeriter defecerũt. [& ſicut ſomniat eſuriẽs & comedit] i. ſomniãdo mãducare ſe putat. [cùm aũt fuerit expreçt⁹, vacua eſt aĩa eius.] i. vita eius cibo indiget, vel aĩa eius vacua eſt, i. illuſa. & ponit̃ aĩa p toto hoĩe eſuriẽte. [& ſicut ſomniat ſitiens & bibit,] i. p fallaciã ſomni potare ſe æſtimat. [& poſtq̃ fuerit expgefactus, laſſus] à grauamine ſomniorũ & phãtaſijs ſeu priſtinis laboribus. [adhuc ſitit, & aĩa eius] adhuc [vacua eſt] à potûs refectione. [ſic erit multitudo oĩm gentiũ, q̃ dimicauerũt cõtra Hieruſalẽ.] i. ſic oẽs Romanorũ adiutores cõtra Hieruſalẽ, velut ſomnus ſuas diuitias derelinquendo trãſibunt, nec verã fęlicitatẽ aut pſperitatẽ in pſenti ſeculo obtinebunt. Deniq; qui pſentem locum de Babylonica captiuitate intelligunt, ea q̃ dicta ſunt, exponunt hoc modo: Et erit ſicut puluis tenuis multitudo ventilantiũ te, & ſicut fauilla ptranſiens &c. Populus Chaldęorũ per modũ tenuis pulueris auferet̃ & deſtruet̃, & viſitabit̃ in tonitruo & cõmotione terræ &c. i. Chaldęorum exercitus ab hoſtibus ſuis dirè & crudeliter affliget̃. Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ, i. regnum Babyloniorum citiſſimè finiet̃, expugnantibus eos Perſis & Medis tẽpore Balthaſar regis, & velut vmbra pteriet. inter cætera eñ regna videt̃ fuiſſe breuiſſimum. Incepit quippe ſub Nabuchodonoſor, & in filio filij eius, videlicet in tertia generatione, finem accepit; vt tactũ eſt ſæpiùs. Quæ aũt ſequunt̃, cõmuniter exponunt̃ de captiuitate Iudæorum à Romanis. Ait ergò ppheta incredulis Iudæis, qui Chr̃o occiſo, in quadã ſecuritate vixerunt, quaſi obſequium pſtitiſſent Deo in Chr̃i occiſione. [obſtupeſcite & admiramini, fluctuate & vacillate.] Hæc dixit ppheta pnunciando potiùs q̃ optando, vt ſit ſenſus: Imminente ſeu inflicta vobis vaſtitate Romanorum, obſtupeſcetis & mirabimini præ magnitudine veſtræ preſſuræ. fluctuabitis quoq;, i. inſtabiles eritis & diſcordes. & vacillabitis, i. cadetis, & de vno cõſilio ad aliud tranſietis. [Inebriamini, & nõ à vino.] i. præ nimia pturbatione ſanæ rationis vſum amittite. [mouemini &c.] more ſtultorũ de vno ſenſu in alium. Hæc oĩa contigiſſe Iudæis tempore Romanorum, recitat Ioſephus. Nã & Hieruſalem diuiſa erat in tres partes. q̃dam etiam cupiebãt ſe tradere Romanis, alij noluerũt,
Matth. 12. vndè in eis impletum eſt, quod Chr̃s in Euangelio ait: Omne regnum in ſe diuiſum, deſolabit̃. [Qm̃
Lucæ 11. miſcuit vobis dñs ſpiritum ſoporis,] i. ſomnũ mortis vobis per Romanos pꝓpoſuit & induxit. [claudet oculos veſtros.] i. dñs, exigentib⁹ culpis veſtris, excæcabit corda veſtra pmiſſiuè. [& pphetas & principes veſtros q̃ vidẽt viſiones] i. phariſæos, ſcribas, ſacerdotes, & falſos pphetas, qui dicta pphetaliũ viſionum iugiter legunt. [operiet.] i. ſpiritualiter obtenebrabit dñs, ſubtrahendo eis verum ac ſpiritualẽ intellectum ſacræ ſcripturæ. Hoc verò quod dictũ eſt, viſiones, multi exponunt de ſignis q̃ in Iudæa, Ioſepho teſte, apparuerunt inſtante Romanorum aduentu, per q̃ deſignabat̃ deſtructio & templi ac ciuitatis combuſtio. falſi tñ pphetæ interpretabant̃ viſiones illas ad ſenſum contrarium. [Et erit vobis viſio oĩm] i. vaticinia ſanctorum pphetarum de Chr̃i myſterijs & veſtra excæcatione loquentiũ, [ſicut verba libri ſignati,] i. ſigillati ſeu clauſi. [quẽ cùm dederint] hoĩes quicunq; [ſcien-

[ſcienti literas, dicẽt: Lege iſtũ. & dicet, Nõ poſſum. ſignatus eſt eñ.] i. q̃diù pmanet clauſus, neſcio eũ legere neq; inſpicere. [& dabit̃ liber neſciẽti literas. dicet́q; ei: Lege iſtum.] & quũ indocto datus fuerit ad legendũ, [reſpõdebit: Neſcio literas.] Eſt itaq; ſenſus, q̃ ſicut liber clauſus legi non poteſt ab aliquo, immò & aptus ab indocto legi nõ poteſt, ſic ſacra ſcriptura clauſa manet Iudæis, nec eam intelligere valẽt, niſi illuminent̃ à Chr̃o. Vndè Ioannes Apoc. 5. phibet ſe vidiſſe librũ ſignatũ ſigillis 7. ſeq; fleuiſſe, eò q̃ nemo dignus fuiſſet * accipere librũ, & ſoluere 7. ſignacula eius, quẽ vnus de *aperire
ſenioribus cõſolatus eſt, dicẽs: Vide nè fleueris. eccè vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librũ, & ſoluere ſignacula eius. Vbì p librũ, ſecũdùm Hieronymũ, nõ intelligit̃ vnus liber partialis diuinę ſcripturę, ſed tota ſcriptura canonica, q̃ vnus liber vocat̃, qm̃ vno ſpiritu edocẽte cõſcripta eſt. [Et dixit dñs:] Pro [eo q̃ appropinquat populus iſte] Iudęorũ Chr̃m negantiũ, [ore ſuo,] i. exteriori cõfeſſione dicit ſe eſſe vnius veri Dei cultorẽ, [& labijs ſuis glorificat me,] i. laude vocali me hono Matth. 15.
rat, [cor aũt eius lõgè eſt à me.] nõ loco, ſed diſſimilitudine, i. p incredulitatẽ & vitia diſtat à me, cui- Marc. 7.
us vnicũ filiũ negat. Vndè Chr̃s ait: Qui nõ honorificat filiũ, non honorificat patrẽ q̃ miſit illũ. Et in Ioan. 5.
1. Ioãnis canonic. legit̃: Qui nõ credit in filiũ, mendacẽ facit patrẽ, qm̃ nõ credit in teſtimoniũ, quod 1. Ioan. 5.
teſtificat⁹ eſt Deus de filio ſuo. [& timuerũt me mãdato hoĩm & doctrinis.] i. p obſeruantiã humanarũ iuſſionũ ac doctrinarũ me venerabant̃ magìs, q̃ obſeruando diuina pcepta atq; dogmata. Hæc oĩa cõtra Iudęos p tẽpore Chr̃i dicta eſſe, cõſtat ex eo quod Matth. 15. Chr̃s phariſæis improperat: Quarè & vos trãſgredimini mãdata Dei ppter traditionẽ veſtrã? Et itẽ: Hypocritę, inq̃t, benè pphetauit de vobis Iſaias: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ lõgè eſt à me. Sine cauſa aũt colũt me, docẽtes doctrinas ac mãdata hoĩm. [ideò eccè ego addã] i. pdictę excęcationi Iudęorũ alias pœnas adijciã. [vt admirationẽ faciã populo huic,] i. ex pœnarũ grauitate in admirationẽ inducã tam Iudęos patientes, q̃ eorũ pœnã audientes, cui ſimile eſt quod p Ieremiã dñs loquit̃: Dabo eos in vexa- Iere. 29.
tionẽ & maledictionẽ & ſtuporẽ. [miraculo grãdi & ſtupendo.] i. deiectione graui & pœna mirãda. grãde quippe & ſtupendũ miraculũ eſt, q̃ Deus populũ olim tã peculiarẽ ac pelectũ, ità irreparabiliter finaliterq́; abiecit, ità vt iuxta Danielis pphetiã, finis eius ſit vaſtitas, & vſq; in finẽ pſeueret de- Dani. 9.
ſolatio. [Peribit eñ ſapientia à ſapientib⁹ eius,] i. vera ac ſalutaris ſapientia ſubtrahet̃ ſcribis ac ſacerdotibus populi huius: nec mirũ, qm̃ recipere cõtempſerunt Chr̃m Dei virtutẽ & Dei ſapientiã, q̃ ſecundùm Apoſtolũ factus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio. [& intellect⁹ 1. Cor. 1.
prudentiũ eius abſcondet̃.] i. cognitio eorũ quos Iudæi prudentes putabãt, erit inanis, obſcura, & à diuino lumine aliena. Hãc ſcripturã allegat Apoſtolus ad Corinthios, dũ ait: Perdã ſapientiã ſapien- Ibidèm.
tum, & prudentiã prudentũ reprobabo. Chr̃s nanq;, Euãgeliſtę, & Apoſtoli, ſæpiùs magìs allegãt ſenſum, q̃ verba veteris teſtamenti. Cõtra hos vera ſapientia deſtitutos, & in pprio ingenio gloriantes, ppheta nunc loquit̃: [Væ] i. pœna æterna debet̃ & imminet vobis, [qui pfundi eſtis corde,] i. veſtra æſtimatione acuti in ſenſu. [vt à dño abſcondatis cõſilium.] i. Deum ignorare putetis veſtra ſecreta. [quorum ſunt in tenebris opera,] i. ex graui errore pcedunt. vel in tenebris, i. ſecundùm veſtrã opinionẽ à Deo non inſpiciunt̃, quẽadmodùm homo non videt q̃ in caligine fiunt. [& dicunt: Quis videt nos? & quis nouit nos?] quaſi dicãt: Nec Deus, nec angelus cognoſcit q̃ agimus. Hæc dixerunt Iudæi, vel quia q̃dam eorum diuinã puidentiã negauerunt, vel quia tã ſecurè peccabãt, àc ſi poſuiſſent Deum neſcire actus humanos, put per Ezechielẽ dñs de q̃buſdam diſſeruit: Dixerunt, Dereli- Ezech. 9.
quit dñs terrã, & dñs nõ videt nos. Et in Pſal. 72. Dixerunt, Quomodò ſcit Deus? &, ſi eſt ſcientia in excelſo? Hos Propheta redarguens, ſubdit: [Peruerſa eſt hæc cogitatio veſtra,] i. falſa opinio. [quaſi ſi lutum cõtra figulum cogitet, dicendo ſe non eſſe ſub figuli poteſtate ac puidentia. Contra quod apud Ieremiam dñs aſſerit: Nunquìd ſicut figulus non potero facere vobis domus Iſrael? Eccè ſicut Iere. 18.
lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea. Tam vana quoq; eſt ô pfidi cogitatio veſtra, qua diuinam puidentiam denegatis, velut [& dicat opus factori ſuo, Nõ feciſti me: & figmentũ dicat fictori ſuo, Non intelligis.] Per hoc datur intelligi, q̃ Deus creator vtiq; cuncta creata cognoſcit. Vndè quum Pſalmiſta contra impios retuliſſet: Dixerunt, Nõ videbit dñs, nec intelliget Deus Iacob, prædictam Pſal. 93.
rationem Iſaiæ contra eos inducit, ſub alijs verbis dicens: Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non cõſiderat? Et Ieremiæ 23. ſcriptum eſt: Putáſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus, & non Deus de longè? ſi occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum? Præterea ex his Iſaiæ ſermonibus Paulus teſtimonium aſſumpſit ad Romanos 9. O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunquìd dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? Conſequenter de electorũ filiorum Eccleſiæ illuminatione, Iſaias pulchrè pnunciat: [Nonnè adhuc in modico & in breui] i. immò in breui tẽpore, ſ. in Chriſti aduentu, fiet quod ſubiungit̃. Primus eñ Chriſti aduentus parùm diſtabat à tẽpore Iſaiæ, reſpectu æternitatis. [conuertet̃ Libanus in * Charmel, & Charmel in ſaltum reputabit̃.] i. Libanus qui cãdidatio interpretat̃, eſt mons in quo arbores fructuoſæ ſeu pulchrę atq; aromata oriuntur. Charmel verò eſt mons Carmeli, in quo Helias occídi iuſſit ſacerdotes

Baal,vt legiť 3.Reg.18.qui mons aridus ſteriliſq́; cóſiſtit.Eſt aũt & alius locus Carmeli,in quo Nabal
legiť habitâſſe.Saltus quoq;, eſt locus arborum infructuoſarũ. Per Libanũ ergò intelligunť gentiles
& Iudæi in Chr̃o renati,& in fonte baptiſmatis dealbati:p Charmel verò intelligunť Iudęi incredu-
li,opera iuſtitiæ nõ habẽtes.Eſt itaq; ſenſus:Conuerteť Libanus in Charmel,i.populus Eccleſię trãſ-
fereť ad gr̃am ſynagogæ,& gẽtiles credentes,Iudęis ſuccedẽt in donis ſpiritûſſancti. & Charmel in
ſaltũ reputabiť,i.Iudęa omĩnò ſterilis fiet, & arboribus infructuoſis ſimilis erit, q̃bus Chr̃s in Euãg.
Matth. 21. Tolleť,inq̃t,à vobis regnũ Dei,& dabiť genti facienti fructus eius.Lyra oppoſito modo p Libanum
intelligit ſacerdotes & ſcribas,q fama & ſcientia refulgebãt: p Charmel verò,ſimplices Chr̃i apoſto
los. ſicq́; cõuerſus eſt Libanus in Charmel,qm̃ ſcribis & ſacerdotib⁹ excęcatis,illuminati ſunt Chr̃i
apoſtoli.Sed huic nõ videť cõſonare quod ſubiungiť:& Charmel in ſaltũ reputabiť. nõ em̃ aridis li-
gnis cõparanť apoſtoli.[Et audiẽt in die illa] i.poſt apoſtolorũ illuminationẽ.[ſurdi] i.olim inobe-
dientes & gẽtiles,q aure cordis,quo ad diuina mãdata,carebãt,de q̃bus in Pſal.113.habeť:Similes il-
lis fiant q faciũt ea,i.idola ſurda colentes.hi audiẽrũt [verba libri,] i. ſacræ ſcripturæ ab ore apoſto-
lorũ.[& de tenebris & caligine oculi cæcorũ videbũt.] i. corda gentiliũ,derelictis tenebris ignorã-
tiæ,& vitiorũ deterſa caligine, illuminabunť p fidẽ & gr̃am à ſancto ſpiritu, quẽadmodùm dictũ eſt
Iſaiæ 9. ſuprà:Populus q ambulabat in tenebris,vidit lucẽ magnã.[Et addẽt mites lætitiã in Dño.] i. mãſue-
ti (de q̃bus Matt.5.diciť:Beati mites,qm̃ ipſi poſſidebunt terrã) nõ in ſe,ſed in Dño gloriabunť.Cùm
em̃ ira,indignatione,& amaritudine careãt,maximè apti ſunt ad recipiendũ conſolationẽ diuinã, &
Pſal. 131. ad gloriandũ in Dño. quod mãſuetus ille Pſalmiſta verè expertus & optimè ſciens, ait:Manſueti aũt
136. & 33. hæreditabũt terrã,& delectabunť in multitudine pacis. Itẽq́;: Audiãt manſueti & læteňť. [& paupe-
res hoĩes] i.pauperes ſpiritu,ſeu gẽtiles, q ante ſuã conuerſionẽ om̃ibus ſpiritualibus caruerunt di-
uitijs.[in ſancto Iſrael] i.in Deo Iſraelis ſanctificatore, [exultabunt] ſpirituali lætitia. Quanuìs hæc
Actu. 2. generaliter vera ſint ad literã,cùm dicunť de primitiua Eccleſia,de qua ſcriptũ eſt:Oẽs qui credebãt,
& 13. erant ſimul: & ſumebãt cibum cũ exultatione collaudantes Deũ.Et iterùm: Diſcipuli,ait Lucas, re-
plebanť gaudio & ſpiritu ſancto. Ratio aũt lætitiæ ſubiungiť: [Qm̃ defecit qui p̃ualebat] i. diabolus
qui mundo p̃ualuit,à Chriſto deuictus eſt.[cõſummatus] i.exterminatus [eſt illuſor,] videlicet dæ-
Ioan. 12. mon,qui hoĩbus multiformiter illudebat ante Chriſti aduentũ,de quo ait Saluator: Nunc princeps
mundi eijcieť foràs.Poſſunt quoq; intelligi hæc de populo Iudęorũ, qui ad tempus primitiuã Eccle-
ſiam oppreſſit,fugauit,occídit,eiq́; frequenter illuſit: ſed defecit atq; deiectus eſt tam in ſpirituali-
bus q̃ in corporalibus. [Et ſucciſi ſunt om̃es qui vigilabant ſuper iniquitatẽ,] i. tam dæmones q̃ Iu-
dæi,qui die ac nocte intenti erant,quomodò Chriſtianã plebẽ ſubuerterẽt,eradicati ſunt,& ab ele-
Lucæ 10. ctorũ conſortio ſeparati. Vndè Chr̃s ait fidelibus: Dedi vobis poteſtatẽ ſuper om̃em virtutẽ inimi-
ci,& nihil vobis nocebit.Dicunť autẽ ſucciſi, nõ quia om̃inò ablati, ſed qm̃ vehementer deiecti ſeu
debilitati ſunt. [qui peccare faciebant hoĩes in verbo,] i.ad verba blaſphemiæ atq; perfidiæ contra
Ioan. 9. Chriſtũ induxerunt,vel inducere ſategerunt,quẽadmodùm Ioannes aſſerit, ꝙ Iudæi iam conſpira-
uerant,vt ſi quis confitereť eum eſſe Chriſtũ, extra ſynagogam fieret. [& arguentẽ in porta ſupplã-
tabant.] i.Chriſtum & eius diſcipulos ipſorum peccata manifeſtè, & etiam fortè in porta templi re-
Ioan. 10. darguentes,opprimere niſi ſunt,immò & occiderũt. Vndè alibì legiť, ꝙ Chriſto ambulante in por-
ticu templi, circundederunt eũ Iudæi, & tandèm quærebãt eũ quaſi blaſphemũ cõp̃hendere, ſed
Amos 5. exiuit de manibus eorũ.de talibus dicit Amos:Odio habuerunt corripientẽ.[& declinauerunt fru-
Ioan. 7. ſtrà à iuſto,] i.à Chr̃o inaniter receſſerunt, quẽadmodùm Chriſtus loquiť:Me odit mũdus, quia ego
teſtimoniũ perhibeo de illo,qm̃ opera eius mala ſunt. Poſtremò, nè quis om̃ia iſta putaret implẽda
tẽporibus Eſaiæ,ſubiungiť: [Propter hoc, hæc dicit Dñs ad domũ] i. poſteritatẽ ſeu familiã [Iacob]
patriarchæ,[qui redemit Abrahã:Nõ modò confundeť Iacob,nec modò vultus eius erubeſcet:] i.p̃-
dicta cõfuſio atq; deiectio Iudęorũ nõ ſtatìm implenda eſt tẽporibus meis, q iſta p̃nuncio. Interim
em̃ Chr̃m expectabunt, quem, cùm venerit, non recipient.Idcircò tunc confundeť,ſicut adiungiť:
[ſed cùm viderit filios ſuos] i.Chriſti apoſtolos atq; diſcipulos de eorum ſemine ortos,[opera ma-
nuũ mearũ] i.quos ego ſingulariter in om̃i ſpirituali p̃fectione formaui, p̃ſertim in die ſacratiſſimæ
Pentecoſtes,[in medio ſui] i.in Hieruſalẽ & in tẽplo, ſeu per totã Iudęã, [ſanctificantes nomẽ me-
um,] i.teſtimoniũ perhibentes de me,ꝙ ego ſim verus Chr̃s, quod ſpiritu ſancto recepto fecerunt
apoſtoli,ꝓut Chr̃s eis p̃dixit Ioan.16.Cùm venerit paracletus quẽ ego mittã vobis à patre, ille teſti-
moniũ perhibebit de me,& vos teſtimoniũ perhibebitis. [& ſanctificabunt ſanctũ Iacob.] i. Deum
Matt. 6. ſanctificatorẽ ipſius Iacob,verbo & opere ſanctũ eſſe oſtendent,dicentes:Pater noſter qui es in cæ-
lis,ſanctificetur nomen tuum.[& Deum Iſrael prædicabunt] per totum mundum,quemadmodùm
Marc. 16. eis iuſſit Saluator:Euntes in mundum vniuerſum,prædicate Euangelium omni creaturę.
[& ſciẽt errantes ſpiritu] i.gentiles idololatræ,[intellectũ] ſacræ ſcripturæ ex prædicatione apoſto-
Col. 1. lorũ,ſecundùm quod Paulus ait:Docentes oẽm hoĩem in omni ſapientia & intellectu ſpirituali. [&
muſſi-

muſſitatores diſcent legẽ.] i.quidam Iudęorũ,q ſæpè contra Chr̃m murmurauerunt,& ſibi inuicèm
ſibilauerunt,vel Gẽtiles qui erant inanib⁹ occupati,euangelicã legem à Chr̃i diſcipulis diſcẽt.Mul-
ta em̃ turba ſacerdotum,ſicut in Actibus ſcriptum eſt, obediebat Euangelio. ¶ *Tropologicus ſenſus.* Actu. 6.
¶ Deniq; iuxta tropologiã,p Ariel,quod interpretať leo Dei,intelligunť oẽs ſuperbi,q ſe p̃ cæte-
ris ad Deum ptinere p̃ſumunt,& cuncta q̃ agunt,æſtimãt bona,quales ſunt hęretici,indigni p̃lati,&
falſi religioſi,q ſecundùm Apoſtolum ſpeciẽ pietatis habent,ſed virtutem eius abnegant, ſimiles ſe- 2. Tim. 2.
pulcris dealbatis,q́ foris pulchra videnť,ſed intùs plena ſunt oſſib⁹ mortuorum & vermib⁹.His ergò Matth. 23.
nũc diciť, Væ Ariel, Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid,i. cõgregatio reproba quã Chr̃s damnauit,
qui ait Mat.15.Oĩs plantatio quã non plãtauit pater me⁹ cæleſtis,eradicabiť.Et alibì:Oẽm palmitem Ioan. 15.
in me nõ ferentẽ fructum, tollent eum,& in ignem mittent.His addiť annus pœnæ ad annum cul-
pæ,quemadmodùm ſcriptum eſt:Appone iniquitatẽ ſup iniquitatem eorum.totum em̃ tempus ſuũ Pſal. 68.
vitioſè expẽdunt: poſtmodùm quoq;,ſ.ſtatìm poſt mortem,addiť eis annus æternę pœnę in gehen-
na,ad annum culpæ temporaliter cõmiſſę in p̃ſenti hac vita. Horum ſolennitates p̃tereunt,qm̃ Deo
non placent,multiſq́; miſerijs atq; preſſuris tentationum ac p̃ſecutionum ſeu vltionum diuinarum
frequenter in ſeculo iſto vallanť, ꝓut Oſe.2.Dñs ait:Eccè ego ſepiam viam tuã ſpinis.Et Eccẽs:Pec- Eccẽs 2.
catori,ait,dedit Deus afflictionẽ & curã ſuperfluam.vndè nunc Dñs ait ad Ariel,ſeu populum iſtum:
Ponã contra te aggerem,& munimenta ponã in obſidionem tuam,i.multis aduerſitatib⁹ atq; obſta-
culis circundabo te,nè agere aut impetrare poſſis quod optas,quẽadmodùm p Oſee loquiť:Occur- Oſeæ 13.
ram eis quaſi vrſa raptis catulis, dirumpam interiora eorum, & conſumã eos vt leo. Hoc Dñs ſpũa-
liter facit puerſis,dum om̃i ſpũali eſſe gr̃ę ſpoliat eos,ità vt nihil ſint,nihilq́; agere poſſint,quod ali-
cuius momenti ſit in ordine ad felicitatem cæleſtem.Cùm verò ità fuerint afflicti, humiliabũt ſe,&
propriam menſuram cognoſcent, nec ponent in cælum os ſuum,ſed de terra loqueň, & de humo
p̃ſonabit ſermo eorum.multitudo aũt inuiſibilium hoſtium p̃ualentium his, tanta eſt, vt pulueri &
fauillæ volanti compareť.Oẽs inſupèr gentes,q́ ſiniſtra intentione contra Eccleſiam q̃uis peccatricẽ
p̃liantur,citò finaliterq́; peribunt,iuxta illud:Velut ſomnium ſurgentium Dñe in ciuitate tua,ima- Pſal. 72.
ginem ipſorum ad nihilum rediges.Prætereà ad populum peſſimũ,qui mereť habere crudeles prin-
cipes,impioſq́; p̃latos,ſecundùm illud Iob 34.Qui regnare facit hypocritam ꝓpter peccata populi:
qui p Ezechielem loquutus eſt, Regnabo ſuper vos in furore effuſo: nunc dicitur, Obſtupeſcite & Ezec. 20.
admiramini,fluctuate & vacillate propter pericula vobis imminentia. quia vt habetur Prou.25. Re-
gnantibus impijs ruinæ hoĩm,rex autem ſapiens populi ſtabilimentum eſt.Ideò iſti,qm̃ bono carẽt
rectore,fluctuant de vno malo in aliud, & qm̃ nihil nocentius eſt malo prælato, dicitur iam gregi
ipſius:qm̃ miſcuit vobis Dñs ſpm̃ ſoporis,i.ſomnum ſeu cauſam mortis vobis permiſſiuè exhibuit.
Claudet oculos veſtros,prophetas & principes veſtros &c.i.tam veſtra q̃ prelatorum atq; doctorum
veſtrorum corda excæcabit.& erit vobis viſio omnium ſicut viſio libri ſignati, i. teſtimonia ſacræ
ſcripturæ non intelligetis ſalubriter,ſed ſimul cum ducibus veſtris cadetis in foueam infernalem.
Quod autem ſubiungitur,Pro eo ꝙ appropinquat populus iſte ore ſuo,&c.contra omnes indeuotè
p̃ſallentes,vagè orantes,& mundum amantes inducitur, qui per affectum diſtant à Deo. videmus
quoq; interdùm,ꝙ Libanus conuertitur in Charmel,quandò videlicet hi qui ſtare videbantur, ca-
dunt & pereunt:qui verò malè vixerunt,per pœnitentiam ſurgunt,& fructuoſi in Dño fiunt.

¶ *Expoſitio literalis cap.30. videlicet, Væ filij deſertores.* *Articulus* 55.

OMnes cõmuniter expoſitores cõcorditer aſſerũt,Iſaiã in iſto cap.loqui cõtra Iudęos, eò ꝙ
relicta Dei fiducia,in rege Aegypti cõfiſi ſint.Sed quidã exponũt de populo decẽ tribuũ,q cũ
rege ſuo Oſee ad regẽ Aegypti cõfugerãt, vt ei⁹ auxilio liberarenť à tributo atq; dñio, quibus à rege
Aſſyriorũ premebanť,vt legiť 4.Reg.quidã verò exponũt de regno Iudę tẽpore Sedechię,qui miſit 4. Reg. 17.
ad Pharaonẽ,vt p eius ſubſidiũ eruerenť à Nabuchodonoſor rege Babylonis. Hieronym⁹ verò ex-
ponit de reliquijs Iudæorũ,qui poſt deſtructionẽ Hieruſalẽ,p̃manſerunt in Iudęa cũ Godolia, quẽ 4. Reg. 25.
rex Babylonis p̃fecerat terræ,quẽadmodùm Ieremias plenè narrat. Videnť aũt expoſitiones iſtæ,p̃- Iere. 40.
ſertim duę vltimę,ſatis redire in idẽ:& potuit eſſe, ꝙ ſicut Iſaię diuinit⁹ reuelatũ fuit confugiũ Sede-
chię & populi ſui ad regẽ Aegypti,cõfugiũ quoq; reliquiarũ poſt mortẽ Godolię,ſic de vtriuſq; po-
puli punitiõe ꝓphetiã iſtã induxit,maximè aũt qa pluraliter loquiť. ait ergò: [Vę filij deſertores,] i.
pœna mortis vobis debeť & imminet,q Deũ & ꝓphetarũ ei⁹ cõſiliũ reliq̃ſtis.[dicit Dñs.] Nã ante de-
ſtructionẽ Hieruſalẽ cõſuluit Ieremias Sedechię & populo ei⁹,nè in rege Aegypti cõfiderẽt,ſimiliter Iere. 32.
poſt mortẽ Godolię dixit reliquijs,nè ingrederenť Aegyptũ,ſed ſemp fecerũt oppoſitũ. Vñ in Iere- Iere. 39.
mia ſcriptũ eſt,quõ Iohãna & oẽs viri ſupbi dixerũt Ieremię:Mendaciũ tu loqueris nobis, nõ miſit
te Dñs,ſed Baruch incitat te cõtra nos.ad regẽ quoq; Sedechiã dixerũt habitatores Hieruſalẽ,Obſe- Iere. 43.
cram⁹ vt occidať homo iſte,de induſtria em̃ diſſoluit cor populi.[vt faceretis cõſiliũ,& nõ ex me.] i.
vr̃m cõſiliũ impleretis,ad Pharaonẽ cõfugiendo,cõtempto meo cõſilio.[& ordiremini telã,] i.opus

ſeu

ſeu cõſilij vr̃i proceſſum ꝓſequeremini.[& nõ ꝑ ſpm̃ meũ.]i.nõ ſecundùm ſpũs ſancti inſtinctũ,ſed
ꝑ vr̃am adinuẽtionem ſeu fallacium ꝓphetarum ſuggeſtionẽ.[vt adderetis peccatum]operis,[ſuper
Iere.37. peccatum]malę cogitationis.[Qui ambulatis vt deſcẽdatis in Aegyptũ,& os meũ nõ interrogâſtis.]
Iere.40. In Ieremia legit̃ Sedechias à S.Ieremia q̃ſiſſe conſilium ſeu verbum ex ore Dñi, ſimiliter occiſo Godolia,reliq̃æ rogauerunt Ieremiã,vt ſciſcitaret̃ à Dño quid agere oporteret,quibꝰ ipſe poſt decẽ dies
reſpõdit,vt in terra Iuda manerent:quõ ergò nunc aſſerit Dñs ſe non interrogatum ab eis?Et reſpõ-
1.Ioan.2. dendũ,ꝙ dicunt̃ non interrogâſſe,qm̃ interrogata atq; reſponſa nõ impleuerũt,ſicut Ioãnes in prima ſua Canonica dicit eos Deum ignorare,q eius mãdata non ſeruant.[ſperantes auxilium in fortitudine]i.exercitu [Pharaonis,habẽtes fiduciã in vmbra Aegypti,]i.in ꝓtectione ſeu vana apparẽtia
Aegyptiorum,q velut vmbra deficiunt.[& erit vobis fortitudò Pharaonis in cõfuſionẽ,]i.in robore Pharaonis ſperãdo,cõfundemini,& cõfundi meremini dum confiditis in hoĩe.[& fiducia vmbræ
Aegypti]i.ſpes vr̃a de ꝓtectione Aegyptiorum,erit vobis [in ignominiã.]Hoc prorſus impletũ eſt,
q̃a & Sedechias cum populo ſuo captꝰ eſt à Chaldęis,nec ꝓfuit ei rex Aegypti:reliquiæ quoq; Iudę-
Iere.39. *iẽrunt em̃ in Tanis orum Aegyptum ingreſſæ,à Chaldæis captæ ſunt,qm̃ Nabuchodonoſor Aegyptios ſuperauit.[*erãt em̃ in Tanis principes tui,& nuncij tui vſq; Hanes puenerunt.]Tanis Taneos,vbi Moſes corã Pharaone ſigna fecit,erat vrbs regia,in qua erat regis palatiũ.Hanes verò, ciuitas fuit in finibꝰ Aegypti.
Hoc aũt eſt ſciẽdum,ꝙ Pharao apud Aegyptios eſt nomẽ cõmune & regię dignitatis,ſicut apud nos
Imperator vel Delphinus.q̃libet verò regum Aegypti,ꝓprium habet nomẽ.Principes ergò ſeu nũcij principales miſſi à Sedechia ad regẽ Aegypti,primò venerunt in Tanis,deindè ſecuti ſunt regem
ſeu eiꝰ miniſtros vſq; ad Hanes.Principes etiã reliq̃arum,videlicet Iohãna filius Chareæ, & Iechonias filiꝰ Ioſiæ,ac cæteri venerũt cũ populo ſuo in Tanis ad regẽ, potuerũtq́; quoſdã mittere de ſuis
ad Hanes ꝓpter certa negocia.Vñ patet ꝙ ratio dicẽtis, p̃ſens cap. non eſſe exponẽdum de populo
reliq̃arum,eô ꝙ ille nõ miſerit nuncios ſuos vſq; ad Hanes,nõ ſit idonea.[Oẽs confuſi ſunt ſup populo q eis ꝓdeſſe non potuit.]i.p̃dicti Iudæi à ſpe ſua fruſtrati ſunt,confidendo in Aegyptijs,qui eis
nõ potuerũt ſuccurrere,immò nec ſeipſos cõtra Chaldęos defendere. [nõ fuerũt] Aegyptij populo
Iudęorũ [in auxiliũ & in aliquã vtilitatẽ] ad euadẽdum manus Chaldęorũ.[ſed in confuſionẽ & in
opprobriũ.] ſicut iã dictum eſt.[Onꝰ iumẽtorum auſtri.]Quidã ꝑ iumẽta auſtri,intelligunt beſtias,
camelos & aſinos Iudęorũ,onera,i.bona ſeu munera deferẽtes ad regẽ Aegypti pro habẽdo auxilio.
& dicunt̃ iumẽta auſtri,q̃a onera ad Aegyptum in plaga auſtrali ſitã reſpectu Iudææ, portabãt.Alij ꝑ
Iere.38. onus intelligunt pœnã:ꝑ iumẽta auſtri,reliquias Iudęorum,qui Ieremiæ cõtradixerunt, & idola coluerunt,beſtialiter conuerſantes:q dicunt̃ iumẽta auſtri,qm̃ tribꝰ Iuda fuit in parte auſtrali,eremoq́;
confinis.Horum igit̃ iumẽtorum onus fuit [in terra tribulationis & anguſtiæ,]i. in latiſſima eremo,
ꝑ quã Iohanna & cæteri principes,cum vulgo,filiabuſq́; regis,ad Aegyptum fugerunt,cum grãdi labore ſecum portãtes q̃ habebãt.Aliqui tñ ꝑ terrã hanc,intelligunt terrã Iuda, tẽpore illo vehemẽter afflictã.[leæna & leo]i.Hieruſalẽ & populus eius,ſeu vterq; ſexus Iudęorum, vel regina & rex,ſ.
Sedechias & cõiunx ipſius.vndè Num.23:Balaã loquit̃:Eccè populus vt leæna cõſurget, & quaſi leo
Ezec.19. erige t̃.Et ad Ezechielẽ Dñs:Aſſume,inquit,planctum ſup principẽ Iſraël, & dices: Quarè mater tua
leæna inter leones cubauit,in medio leunculorũ enutriuit catulos ſuos?[ex eis vipera & regulꝰ volãs,]i.ex illis malis parẽtibus nati ſunt filij venenati atq; peſtiferi,parẽtibuſq́; peiores, [portãtes ſup
humeros]i.dorſa [iumẽtorum diuitias ſuas,& ſup gibbum camelorum theſauros ſuos ad populũ]
4.Reg.25. Aegyptiorũ,[qui eis ꝓdeſſe non poterit.] nunc em̃ p̃tactum eſt,ꝙ Sedechias munera precioſa miſit
Pharaoni,ꝓ obtinẽdo eius auxilio.Similiter reliq̃æ Iudęorum ſecum portabãt ſup iumẽta oẽs opes
quas colligere poterãt in Iudęa ad terrã Aegypti,vt in ea tuti eſſent à dep̃datione.[Aegyptus em̃ fruſtrà & vanè auxiliabit̃.]i.ad triumphum,q eſt finis auxilij, ꝑducere non valebit.[ideò clamaui ſuper
hoc,]i.vobis annunciaui de agẽdis.[ſupbia tantùm eſt,]i. Aegyptus non habet, niſi nomẽ potẽtiæ
ac p̃ſumptionẽ auxilij,non ipſam rẽ.Idcircò [quieſce.]i.noli,ô popule Iudæorum,in Aegypto confidere.Vel ſic,ſupbia tãtùm eſt,i.ex ſuperbia venit,ꝙ nõ vultis Chaldæis ſeruire,quieſce popule Iudæorum ab hac ſuperbia.Quæ aũt ſequunt̃,quidã dicunt eſſe verba Dei ad Ieremiã,quidã ad Iſaiam,
ſed ſenſus eſt idẽ.[nunc ingreſſus]tu Iſaia locum quo ſcribere ſoles, vel tu Ieremia ad populũ Iu-
Epi ptychi,i.ſuper latiſſimam tabulam dæ ſeu in Aegyptum,[ſcribe ei] videlicet populo Iudæorum,q̃ tibi reuelo.[ſuper buxum]i. lignum
imputribile,de quo cõmuniter tabulæ fiunt.vndè Symmachus tranſtulit,*ſuper tabulam. [& in libro diligenter exara illud] quod antè ſcripſiſti in tabula,nè deleat̃.[& erit in die nouiſſimo in teſtimonium.]i.ſcriptura prophetiæ tuæ erit teſtis iniquitatis eorum,& veritatis meæ cùm fuerit adimpleta.ꝑ diem aũt nouiſſimum,quidam intelligunt tempus vaſtitatis Iudęorum à Chaldęis.Alij diem
iudicij.& [vſq; in æternum.] q̃diù em̃ legitur p̃ſens liber Iſaiæ,tam diù eſt p̃ſens hęc prophetia eis in
teſtimonium. [populus em̃] de quo nunc ſermo,[ad iracundiam prouocans eſt,]i.diuinam iuſtitiã
& iuſtam vltionẽ inducens propter ſua peccata.[& filij mendaces] verbo & opere, [filij nolẽtes audire]

aure cordis[legẽ Dei.Qui dicũt Videntibꝰ,]i.veris ꝓphetis.[nolite videre:]i.futura cõſiderare
ꝑ ſpm̃ ꝓphetię.[& adſpicientibꝰ.]i.circunſpectis ac ꝓuidis hoĩbus dicunt, [Nolite adſpicere nobis
ea q̃ recta ſunt.]i. ad ſalutẽ ꝓficua.[loq̃mini nobis placentia,]i. iucũda & ꝓſpera.[videte nobis errores.]Nõ eſt putãdum,ꝙ Iudęi in anguſtia poſiti,formaliter iſta dixerũt,ſed ęquiualẽter.quod em̃
ꝓphetę dixerũt,falſum atq; erroneum ęſtimabãt: ꝓpria verò cõſilia, putabãt vtilia. ſed q̃a in re ipſa
cõtrarium fuit,idcircò dicere ꝓhibent̃ ad ꝓphetas,Videte nobis errores, i. ea q̃ nobis bona vident̃.
Simili modo Ioãnes in Apoc.de miniſtris Antichr̃i dixit, ꝙ dicturi ſint, Quis ſimilis beſtiæ? cùm tñ Apoc.13.
ipſi dicent,Quis ſimilis Chr̃o? Verùm qm̃ ipſe,quẽ ipſi Chr̃m putabunt,beſtia erit ſeu homo feralis,
ideò aſſerunt̃ dicturi,q̃s ſimilis beſtiæ?Dixit inſupèr populꝰ iſte ad ꝓphetas, maximè ad Ieremiam: Iere.43.
[Auferte à me viã.]i.obſeruantiã legis ceſſa nobis ꝓponere.[declinate à me ſemitã] mãdatorũ Dei.
Hoc finaliter dixerunt Iudęi in Aegypto ad Ieremiã.vndè in Ieremia habet̃:Reſpõderunt aũt Ieremiæ oẽs viri,& oĩs populꝰ habitãtium in Aegypto:Sermonem quẽ locutꝰ eſt Dñs ad nos in noĩe Dñi, Iere.44.
nõ audiemꝰ ex te:ſed facientes faciemꝰ oẽ verbum quod egrediet̃ de ore nr̃o,vt ſacrificemus reginę cæli.[ceſſet à facie nr̃a ſanctus Iſrael.]i.Deus ſanctificator Iſraelis,dimittat nos ꝓpriæ voluntati,
nec curet de nobis,quẽadmodùm Iob 21.de quibuſdã inducit̃: Dixerunt Deo,Recede à nobis,ſciẽtiã viarũ tuarũ nolumꝰ.[ꝓptereà hęc dicit]Dñs nr̃ [ſanctus Iſrael:Pro eo ꝙ reprobâſtis verbũ hoc,]
i.exhortationẽ ſeu miſſionem ꝓpheticã cõtempſiſtis,[& ſpâſtis in calumniã & in tumultũ,]i. in rebelliõe atq; exercitu Aegyptiorũ,quaſi ipſi poſſent ꝓ vobis contra Chaldęos ſua multitudine p̃liari
ac p̃ualere.[& inniſi eſtis ſup eo,]i.fiduciã habuiſtis in iſto tumultu potiùs q̃ in Dei ſubſidio.[ꝓptereà erit vobis iniquitas hęc,ſicut interruptio cadens,& requiſita in muro excelſo.]i.ſicut pars fracta
cadens à muro ſublimi,opprimit ſup q̃ cadit:& ſicut interruptio talis req̃ſita in muro excelſo,nõ faciliter inſtaurat̃,ſic iſta vana fiducia ac peſſima diffidẽtia vr̃a,erit cauſa deſtructiõis, interfectioniſq́;
vr̃æ,intãtùm vt nõ citò neq; faciliter ad priſtinũ reducamini ſtatum.LXX.nãq; annis durauit deſolatio Iudęorum ſub Chaldęis.ꝓſequit̃ aũt ſimilitudinem inchoatam de muro cadente: [qm̃ ſubitò,
dum nõ ſperat̃,veniet cõtritio eius,]i.improuiſè,nullo p̃ſumente, murꝰ cadendo franget̃. [& cõminuet̃] in fruſta [ſicut cõterit̃ lagena figuli,]i.penitùs deſtruet̃. [cõtritione *p̃ualida,& nõ inuenietur *p̃ualida
de fragmentis eiꝰ] videlicet partis de muro cadentis [teſta,in qua portet̃ igniculus de incendio, aut
hauriat̃ parùm aquę de fouea.]i.tã magna pars integra,in qua ferri poſſit modicꝰ ignis,ſeu modicum
aquę capi de lacu.Quẽadmodùm igit̃ interruptio talis oĩnò deſtruit̃, ſic Iſaias ſignificat populũ Iudęorum,etiã eos qui in Aegyptũ cõfugerint, ꝓpter p̃dictã iniquitatem vſq; ad internecionẽ delendum.Vndè apud Ieremiã ſcriptũ eſt: Ego iuraui in noĩe meo magno, ait Dñs, quia vigilabo ſup eos Iere.44.
in malũ,& nõ in bonum.& cõſument̃ oẽs viri Iuda qui ſunt in terra Aegypti, gladio & fame,& ſciẽt
cuius ſermo impleat̃,meꝰ an illorũ.[Quia hęc dicit Dñs Deꝰ ſanctus Iſrael:Si reuertamini] à malo ꝓpoſito,[& quieſcatis]ab ope malo,obediendo Ieremiæ, videlicet ꝑmanendo in terra Iuda, quãtùm
ad reliq̃as populi Iudęorũ,vel quieſcatis à repugnatiõe cõtra Chaldęos, quãtùm ad Sedechiã eiuſq́;
populũ.[ſalui eritis] à ꝑſecutione Chaldæorũ,& à graui peccato.[In ſilentio]i. à verbis rebellionis
ſeu inquieta ſeruitute regi Nabuchodonoſor exhibita,[& in ſpe] diuinę ſubuentionis,nõ Aegyptiacæ ꝓtectionis. [erit fortitudo vr̃a.]i.vitæ vr̃æ ſubſiſtentia. Si em̃ hæc feciſſent, nõ fuiſſent vaſtati,
ſicut ꝑ Ieremiã ꝓmiſerat Dñs.[Et noluiſtis] ſic facere, [& dixiſtis, Nequaq̃] ità agemꝰ. Loquit̃ Iſaias Iere.41.
de tempore futuro ꝑ modũ p̃teriti, ꝓpter certitudinem veritatis.[ſed ad equos fugiemꝰ,]i.ad equos
& equites Aegyptiorũ cõfugiemus,eundo ad eos,vel eorũ auxilium flagitãdo.[ideò fugietis] exercitum Chaldęorum.dixiſtis quoq;,[& ſup veloces aſſcẽndemꝰ,]i.ſi nos fugere oportuerit,aſſcendemus equos veloces,quorũ celerrimo curſu euademꝰ.[Ideò veloces erũt qui ꝑſequent̃ vos.]Chaldæi
ſ.qui & Sedechiã cũ populo ſuo,atq; reliquias Iudæorum in Aegypto comp̃henderunt.Ab hac vana
cõfidentia equorũ & humani auxilij,reuocat Oſee filios Iſrael,dicẽs:Cõuertimini ad Dñm,& dicite Oſeæ 13.
ei:Aſſur nõ ſaluabit nos,ſup equos nõ aſſcẽndemꝰ.In Amos Dñs loquit̃:Peribit fuga à veloce,& fortis nõ ſaluabit aĩam ſuã.[Mille hoĩes à facie terroris vniꝰ.]Hoc exponi poteſt tã de populo Sedechię, Amos 2.
q̃ de Aegyptijs, qui oẽs tãtum ꝑterriti erãt à Chaldęis,vt vno Chaldęo viſo, mille eorum aufugerẽt.
Vndè & Deu.32.ſcriptũ eſt:Quõ ꝑſequebat̃ vnus mille,& duo fugarent decem millia?[& à facie terroris quinq;]i.ex formidine paucorũ ſeu quinq; hoſtium,oẽs pariter [fugietis.] quemadmodùm in
Deuteron.Moſes ſcripſit:Dabit te Dñs,vt corruas in cõſpectu inimicorum tuorum. Vna via ingre- Deu.28.
dieris ad eos,& ſeptem vijs fugiès ab eis.[donec relinquamini quaſi málus nauis in vertice mõtis,]
i.donec pauciſſimi remaneatis in ſignum diuinæ vltionis ſeu p̃teritæ deſolationis,ſicut málus nauis
in naui erectus,qui poſt nauis diſſolutionem ſeu ſubuerſionem,in mõte reponit̃ in ſignum naufragij. [& quaſi ſignum ſuper collem.]i.ſicut in colle ſignum triumphi erigitur,ſic aliqui veſtrùm manebunt,ad demonſtrandum Dei potentiam.vndè in Ieremia habet̃,ꝙ pauci de Aegypto euaderẽt, Iere.44.
& in Iudæã redirent.[Propterea expectat Dominus,]i.non ſtatìm vlciſcitur veſtra peccata, ſed pœni-

nitentiã veſtram longanimiter pſtolatur.[vt miſereaẽ veſtri.] i.indulgẽtiam gratiamq́; refundat. [&
ideò exaltabiẽ] i.ab oĩbus ſanctus & miſericors cognoſceẽ,[parcẽs vobis.] ex effectibus enĩ diuinæ
Baruc.3. clementiæ innoteſcit hoĩbus diuina ſublimitas,ſecundùm quod diciẽ,Deus qui oĩpotentiã tuã par-
Ioan.12. cẽdo maximè & miſerãdo manifeſtas.Deniq; Chrs,de quo ſcriptũ eſt,Hic eſt De⁹ noſter,& nõ ęſti-
mabiẽ alius ab eo:in cruce exaltatus eſt,parcẽs nobis,ꝓut ipſe ꝓteſtaẽ:Si exaltatus fuero à terra, oĩa
trahã ad meipſum.Ab hoc loco loquiẽ Iſaias pro tẽpore primi aduentûs Chri, ſecundùm Hierony-
mum.[qa Deus iudicij,Dñs.] Deus oĩa diſcernit & remunerat.[Beati oẽs] iã in ſpe,poſtmodùm be-
atificãdi in re.[q expectãt eũ] ſpe formata,videlicet plena,cõſtanti & operatiua fiducia, ꝓpter quod
Iere.17. ait Ieremias:Benedictus vir q confidit in Dño.Et Pſal.Dñe virtutũ,beatus homo q ſperat in te. [Po-
Pſal.83. pulus enĩ Sion habitabit in Hieruſalẽ,] Lyra dicit iſta Iudęos exponere pro tẽpore Meſſiæ, quẽ pu-
tant venturum.Hieronym⁹ verò dicit Iudęos hæc referre ad tẽpora Cyri regis, ad cuius imperiũ re-
dierunt Iudæi de Babylonia in Iudæã,& inſtaurauerũt & inhabitauerunt Hieruſalẽ,vt legiẽ 1.Eſd.1.
Poteſt aũt vtriuſq; narratio verificari,vt dicamus quoſdã Iudęorum dicere ſic,alios ſic. Sed meliorẽ
vnamq́; viã ſequendo,ſic exponendũ eſt:Populus Sion,i.populus Chrianus ſpeculatiuus,q non ſo-
lùm noĩe & figura,ſed re & veritate vocaẽ populus Sion,i.ſpeculationis. habitabit in Hieruſalẽ, i. in
pacifica Chri Eccleſia,de qua Apo.21.diciẽ:Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalẽ nouam, deſcendentẽ de
cælo,à Deo paratam,tanq̃ ſponſam ornatã viro ſuo.Apoſtoli quoq; & ſucceſſores ipſorum,q veriſ-
Phil.4. ſimè erant veri Iſraelitæ & populus Sion,in vrbe terrenæ Hieruſalẽ habitauerunt.[plorans nequaq̃
plorabis,] i.inordinatã triſtitiam nõ habebis ô plebs fidelis,ſed implebis illud Apoſtoli:Gaudete in
Actu.5. Dño ſemper.Deniq; apoſtoli exultauerũt,qm̃ digni habiti ſunt pro noĩe Ieſu cõtumeliam pati.Spi-
ritualẽ tñ triſtitiã ordinatumq́; luctũ habuerunt apoſtoli,& iã habẽt Chriſtiani. Vndè Apoſtol⁹ 1.ad
Cor.7.Gaudeo,inqt,nõ quia cõtriſtati eſtis,ſed qa cõtriſtati eſtis ad pœnitẽtiam.Et Ioan.16.ait apo-
Matt.5. ſtolis Chrs:Amẽ dico vobis,qa plorabitis & flebitis vos.Qui denuò loquiẽ:Beati qui lugent,qm̃ ipſi
cõſolabunẽ.[miſerans miſerebiẽ tui.] Quanta fuerit miſericordia Chri in oẽs ad ſe confugientes,in
Marc.8. Euãgelijs declaraẽ,vbi ait Saluator:Miſereor ſup turbã.Et,Remittunẽ tibi peccata tua.Et,Aĩam meã
Matth.9. Ioan.10. pono pro ouib⁹ meis.[Ad vocẽ clamoris tui,ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi.] i.q̃ citò oratio tua
Luc.11. feruẽs & ſancta,ad Deũ ꝑuenerit,exaudieẽ.Hoc eſt quod Chrs aſſerit Ioã.14.Quodcũq; petieritis pa
trẽ in noĩe meo,hoc faciã.Et Mat.7.Petite,& accipietis.oĩs enĩ qui petit,accipit. Multi etiã ſanctorũ,
maximè in primitiua Eccleſia,frequẽter habuerunt diuina reſpõſa p angelos ſanctos.[Et dabit vobis
Act.4. Dñs panẽ arctum & aquã breuem.] In Actis ſcriptũ eſt,ꝙ nemo egens erat inter illos,ſ.primę Eccle-
ſiæ filios.diuidebaẽ enĩ ſingulis prout cuiq; opus erat. Veruntñ primitiua Eccleſia in Hieruſalẽ ha-
Gal.2. bitãs,poſtmodùm in magna extitit paupertate. ꝓpter quod Paulus ait ſibi & Barnabæ ab apoſtolis
cõmiſſum,vt memores eſſent pauperũ Chri,videlicet Chrianorũ habitantium in Hieruſalẽ ſub re-
gimine Iacobi.quod & Paulus ſolicitè fecit,mittẽs & deferens eis eleemoſynas,à gentibus cõuerſis
collectas.Illis igiẽ dedit Chrs panẽ arctum & aquã breuẽ, i. cibũ & potũ exiguum. oĩbus quoq; verè
Luc.21. fidelib⁹ dat ſobrium victum,prohibẽs ſupfluitatem,ſecundùm quod ait:Attendite nè grauenẽ cor-
da veſtra crapula vel ebrietate & curis huius vitæ.& Paulus 1.ad Tim.5.Modico, inqt, vino vtere.Et
Rom.14. alibi:Qui infirmus eſt,olera manducet.Quidã p panem arctum & aquam breuem,intelligunt ſpiri-
tualem aĩę cibum,videlicet euangelicã doctrinã ſeu p̃ceptum dilectionis Dei & proximi,in quo,ſe-
Rom.13. Iſaiæ 10. cundùm Apoſtolum,oĩa legis continenẽ mandata.vndè ſuperiùs dictum eſt, Verbum abbreuiatum
faciet Dñs ſup terram.Neſcio quõ ſecundùm literales Iudęos poſſunt iſta referri ad tempus Meſſiæ,
quẽ dicunt nõdùm veniſſe,quia ſecundùm eos in aduentu Meſſię habebunt oĩm diuitiarum abun-
dantiſſimã copiã.[& nõ faciet auolare vltrà à te doctorẽ tuum.] i.Deus Trinitas non ſinet Chrm ab
Eccleſia recedere,ſecundùm quod ipſe Mat.28.dicit:Eccè ego vobiſcum ſum cũctis dieb⁹ &c. Chrs
Matth.23. quippe eſt doctor noſter,q in Euangelio admonet: Nolite vocari rabbi,vnus eſt enĩ magiſter veſter
Chrs.de quo Ioel.2.habeẽ:Exultate in Dñõ Deo veſtro,quia dedit vobis doctorẽ iuſtitiæ.In trãſla-
tione Chaldaica apud Hebręos authentica,ſecundùm Lyrã ſic diciẽ:Nõ recedet vltrà diuinitas eius.
Mat.18. ex quo cõſtat,ꝙ non poſſit,niſi de Chro intelligi,qui ſecundùm diuinã naturã vbiq; eſt,& in Eccle-
ſia p gratiã iugiter ꝑmanet,p̃ſertim cùm ipſe teſteẽ: Vbi fuerint duo vel tres cõgregati in noĩe meo,
ibi ego in medio eorũ ſum.[& erunt oculi tui videntes p̃ceptorẽ tuũ.] oculis fidei oẽs fideles Chrm
Luc.17. Dñm intuenẽ,de quo in Euãgelio diciẽ:Ieſu p̃ceptor,miſerere noſtri.Apoſtoli verò & alij multi cor-
poralib⁹ quoq; oculis Deũ incarnatũ in terris cõuerſantẽ viderunt, quib⁹ ipſe ait Luc.10.Beati oculi
1.Ioan.1. qui vident q̃ vos videtis. Vndè Ioannes in principio primæ ſuæ Canonicæ: Quod vidimus, inquit,
quod audiuimus,quod pſpeximus oculis noſtris,& manus noſtrę cõtrectauerunt de verbo vitę.de
Ioan.1. quo vtiq; verbo alibi legiẽ:Verbũ caro factũ eſt,& habitauit in nobis. [& aures tuę audient verbum
poſt tergũ monentis.] i.p̃dicationem Chri populũ Iudæorum ſequẽtis,& ad ſuam doctrinã ac imi-
tationem inuitantis,atq; dicentis:[Hęc eſt via,] i.doctrina & fides,quã vobis propono,eſt iter ꝑtin-
gendi

gendi ad Deũ,de qua via Mat.7.loquiẽ:Quàm anguſta porta & arcta via q̃ ducit ad vitã, & pauci ſunt
qui inueniunt eã.[ambulate in ea.] i.vita & moribus eam ſeruate.Quid enĩ dicitis mihi,Dñe Dñe,& Luce 6.
non facitis q̃ dico?[& non declinetis neq; ad dexterã,neq; ad ſiniſtram.] i.in medio ſtate,nec ad ali- Mat.7.
quid extremorum diuertite.In medio nanq; eſt virtus,& vtrunq; extremorũ culpabile eſt. Vndè Io-
ſuæ præcepit Dñs:Confortare vt cuſtodias oẽm legem,quam p̃cepit tibi Moſes:nè declines ab ea ad Ioſu.1.
dexteram vel ad ſiniſtrã.Vel per hãc intelligiẽ ipſemet Chrs,qui ꝓfitetur:Ego ſum via, veritas & vi- Ioan.14.
ta:in qua ambulare debemus.qui enĩ dicit ſe in Chro manere,debet ſicut ille ambulauit,& ipſe am- 1.Ioan.2.
bulare. [Et contaminabis laminas ſculptilium argenti tui,& veſtimentum conflatilis auri tui.] Nec
temporibus Eſdrę,nec in primo Chri aduentu habuerunt Iudæi idola aurea,ſiue argentea, nec mo-
dò idola veneranẽ. quomodò ergò intelligendum eſt quod iam dictum eſt,Cõtaminabis laminas
&c?Et reſpondendum,ꝙ quia Propheta hoc loco affaẽ Eccleſiam ſeu plebem,quæ per fidei imitati-
onem reputaẽ in ſemine Abrahæ,ſecundùm Apoſtolum,poteſt exponi de gentibus ad fidem con- Rom.9.
uerſis,q̃ p̃dicatione apoſtolorum,ſculptilia & conflatilia deorum ſuorũ & ornamenta ipſorum cõ-
fregerunt,contempſerunt,pauperibusq́; dederunt,ſicut ſubiungiẽ:[& diſperges ea ſicut immundi-
tiam menſtruatæ.] Poteſt quoq; exponi de Iudæis credẽtibus,qui dicuntur laminas,i.materias ſcul-
ptilium argenti ſui,i.argenteorum contaminâſſe,qm̃ pręcedẽtium patrum ſuorum idololatriã vbiq;
deſtruxerunt.Frequẽter enĩ ſcriptura recitat aliquid de toto populo, ſeu de p̃teritis & præſentibus,
tanq̃ de eodem.Qm̃ verò per argentum ſignificatur eloquentia,per aurum ſapiẽtia,S. Hieronymus
per contaminationem horum ſculptilium,intelligit abominationẽ priorum errorum,qui ſunt falſę
ſimilitudines veritatum,quas Chri diſcipuli vndiq; deſtruxerũt.Prophetæ aũt multotiès metapho-
ricè loquunẽ. [Egredere,dices eis.] i.idola iſta oĩnò abijcies.Hoc fecerunt diſcipuli Chri,vbicunq;
gentibus p̃dicauerunt.[Et dabitur pluuia] i.gratia Dei,q̃ eſt humor mentẽ fœcundãs.[ſemini tuo,]
i.ſpiritualibus Eccleſiæ filijs ſeu verbo p̃dicationis.Semen enĩ eſt verbum Dei,vt Matth.13.habetur.
Hæc pluuia datur verbo p̃dicationis,quandò in audientę fructificat.Vndè Deu.32.Moſes:Concre-
ſcat in pluuiam doctrina mea.Dabitur ergò pluuia ſemini tuo,[vbicunq; ſeminaueris in terra] i. in
cordibus fidelium verbum p̃dicationis proieceris.[& panis frugũ terræ erit vberrimus & pinguis.]
Vberrimus planè & pinguis fuit panis frugum terræ,dum Chrs ex quinq; panibus quinq; millia, & Matth.14.
ex ſeptem panibus quatuor millia virorũ,ſicut euangeliſtæ teſtanẽ,ſatiauit. Eſt aũt & alius panis Ec- Marc.6.
cleſię oĩnò pinguiſſimus atq; vberrimus,de quo Ioan.6.veritas loquiẽ ad Iudęos:Non Moſes de- Luc.9.
dit vobis panẽ de cælo,ſed pater meus dat vobis panẽ de cælo verum.de quo rurſus teſtatur: Panis Ioan.6.
quẽ ego dabo,caro mea eſt.qui diciẽ panis frugũ terræ, qm̃ ex materia terræ,videlicet pane triticeo,
conſecraẽ.de quo pane ſcriptum eſt Act.2.Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & cõmu-
nicatione fractionis panis.Hoc igitur pane nouerat Iſaias alendos veros Iudęos,non carne aut lite-
ra, ſed ſpiritu. [Paſcetur in poſſeſſione tua in illa die agnus ſpatioſè,] i.hoĩes pij,innocentes ac ſim-
plices,agni peccata mundi tollentis veſtigia aſſequentes,prædicto pane vberrimo,& oĩm gratiarum
plenitudinem continẽte,alentur in ipſa Eccleſia ſpatioſè,i.in latitudine charitatis,canentes cũ Pſal-
miſta:Dñs regit me,& nihil mihi deerit:in loco paſcuę ibi me collocauit.Et item Pſal.30.Statuiſti in Pſal.22.
loco ſpatioſo pedes meos.Propter quod promittit Saluator Ioan.10.Per me ſi quis intrauerit,ingre-
dietur & egredietur,& paſcua inueniet.Poteſt quoq; exponi de Chriſto,de quo ſcriptum eſt Ioan.1.
Eccè agnus Dei:qui paſcitur in animabus caſtis,quæ ſponſæ ipſius ſunt.Deliciæ enim eius ſunt eſſe Prou.8.
cum filijs hominum.vndè de ipſo ait ſponſa Can.2.Dilectus meus mihi,& ego illi,qui paſcitur inter
lilia.[& tauri tui,] i.duces ac principes gregis dominici,[& pulli aſinorum] i. inferiores & obedien-
tes,qui iugum Dei portando dicere poſſunt: Vt iumentum factus ſum apud te. [qui operantur ter- Pſal.72.
ram,] i.in agro dominico occupantur corda fidelium, qui ſecundùm Apoſtolum Dei agricultura 1.Cor.3.
ſunt,& excoluntur,terrã corporis ſui rationi ſubijciendo.[cõmixtum migma comedent.] i. ſenſum
literalem cum ſpirituali recipient.[ſicut in area ventilatũ eſt,] i.in domo diſciplinæ & horreo Chri-
ſti exprimitur.ſecundùm gloſam,migma eſt hordeum cum palea.ſecundùm Lyram in Hebręo ha-
betur,mixtum forte:per quod ſignificatur commixtio diuerſorum granorum,in ſua puritate manẽ-
tium. Horum ergò commixtione deſignatur vnio diuerſarum nationum in Chriſto, quas apoſtoli
incorporauerunt Eccleſiæ.Hieronymus hunc locum obſcurè exponit. Trãſlatio autem Septuagin-
ta,talis eſt:Paleas commixtas in hordeo ventilato.vndè videtur commixtum migma idem ſignifica-
re.[Et erunt ſuper omnem montem excelſum,& ſuper oẽm collem eleuatum riui currentiũ aqua-
rum.] i.ſuper Chriſti apoſtolos & cæteros ſanctos prædicatores, in virtutum & contemplationum
arce conſtitutos,erunt fluenta ſapientiæ ſalutaris,copia ſanctæ doctrinæ,& exuberantia gratię,ſicut
Iſaiæ 11.prædictum eſt,Repleta eſt terra ſcientia Dñi,ſicut aquæ maris operiẽtes. hoc enim promiſit
Chriſtus:Cùm,inquiens,venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos oẽm veritatem. Vndè Ioel.3. de Ioan.16.
eis prædictum eſt:In illa die ſtillabunt montes dulcedinem,& oẽs colles fluent lacte.de hac aqua
ait

Ioan.4. ait Saluator:Qui biberit ex aqua,quam ego dabo ei,non ſitiet in æternum.Hæc autem erunt, immò
iam facta ſunt,[in die interfectionis multorum,] i.tempore reprobationis & excæcationis Iudæorũ
ſeu omnium præſcitorum,[cùm ceciderint turres] i. ſacerdotes, phariſæi & ſcribæ, in lege & pro-
Act.6. pria iuſtitia atq; ſcientia ſe extollentes,fuerint humiliati, victi atq; deiecti.Non enim poterant reſi-
ſtere ſapientiæ & ſpiritui apoſtolorum. Quidam referunt hæc ad deſtructionem populi ac vrbium
Iudæorum à Romanis:Quidam verò ad tempus finalis iudicij, quandò omnes iniqui peribunt, &
turres,i.altitudines ſuperborum cadent,& ad hoc conſonat litera ſequens,in qua agitur de conſum-
matione mundi, & liberatione perfecta electorum in ſecundo Saluatoris aduentu. ſubiungitur
enim: [Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum.] Vt
enim ſancti atq; catholici tradunt doctores,in die extremi iudicij,in ipſo momẽto deſcenſus Chri-
ſti & reſurrectionis mortuorum,vel ſtatim conſummato iudicio, innouabitur mundus, iuxta illud
Apoc.21. Apoc. Vidi cælum nouum & terram nouam. Cùm enim omnia corporalia, etiam cæleſtia, propter
hominem facta ſint,vt ex eorum conſideratione in Dei cognitionem atq; amorem procedat: decet
vt ipſis electis in corpore glorificatis,omnia corporalia, pręſertim cæleſtia, decorentur, ampliorem
claritatem participando: quatenùs in eorum conſideratione, diuina perfectio excellentiùs & quaſi
Rom.8. ſenſibiliter innoteſcat.vndè ad Romanos dicit Apoſtolus:Expectatio creaturæ reuelationem filio-
rum Dei expectat: vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens,ſed propter eum qui ſubiecit eam
in ſpe,quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.
Scimus enim, ꝙ omnis creatura ingemiſcit & parturit vſq; adhuc. Dicit inſupèr gloſſa hoc loco, ꝙ
luminaria cæli minorationem claritatis ſuæ paſſa ſunt in homine peccante, propter quem condita
erant: quę tamen minoratio dupliciter intelligi poteſt,videlicet per realem luminis ſubtractionem,
vel quantùm ad vſum lucis eorum.Rabbi Moſes verò hoc loco reperitur errâſſe,affirmans ſolem &
lunam non adeptura maiorem lucem realiter,ſed eo modo,quo in ſcripturis obſcurari,ſacco indui,
ſeu immutari dicunt̃,quandò homines in magnam cadunt triſtitiam ſiue lætitiam. Tenẽdum eſt er-
gò, ꝙ in fine mundi tanta erit lux lunæ,quanta nunc eſt lux ſolis: lux autem ſolis erit tunc ſeptuplo
maior, q̃ nunc.Nec mirandum eſt hoc de luna,ſecundùm Hieronymum,quoniam corpora electo-
Mat.13. rum,quæ inferioris naturæ ſunt, q̃ corpus lunæ, fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. [in die
qua alligauerit dñs vulnus populi ſui,&] pro, i.[percuſſuram plagæ eius ſanauerit.] i.in die iudicij,
quandò omnes pœnalitates atq; miſerias auferet ab electis, dans eis glorificationem pleniſſimam
mentis & corporis,quandò abſorbebitur mors in victoria,fugietq́; dolor & gemitus. Tunc itaq; lu-
na & ſol,ſecundùm Hieronymum,laboris & curſus ſui præmia conſequentur, licèt nonnulli orga-
na lucis ea intelligentes,inſenſibilia eſſe contendant. Poſtq̃ ſanctus propheta de electorum beata
remuneratione locutus eſt,nunc comminatur impijs pœnam, & futuri iudicij diſtrictionem. [Ec-
Pſal.71. cè nomẽ domini] i. Chr̃s,iudex & dñs nominatus,de quo fertur in Pſal.Benedictum nomẽ maieſta-
tis eius in æternum.[venit de longinquo.] i.poſt longum tẽpus,putà in die iudicij veniet: vel, de lõ-
ginquo,i.à ſummo atq; empyreo cælo.[ardẽs furor eius,] i.iuſtitia eius zelo vindictæ accẽſa erit.[&
grauis ad portandum,] immò intolerabilis ad ſuſtinẽdum,propter quod S.Iob ait:Quis mihi tribu-
Iob 14. Heb.10. at,vt in inferno protegas me,donec ptranſeat furor tuus?Et ad Hebręos dicitur:Terribilis eſt expe-
ctatio iudicij & ignis æmulatio, q̃ conſumptura eſt aduerſarios. [labia ei⁹ repleta ſunt indignatiõe:]
i.verbis indignationis contra pueroſos quibus dicet:Eſuriui,& non dediſtis mihi manducare.[& lin-
gua eius quaſi ignis deuorans,] i.ſentẽtia damnationis à lingua eius procedẽs, iniquos oĩnò conſu-
Apoc.1. met ſeu condẽnabit.vndè in Apocalypſi habetur, ꝙ ex ore eius procedebat gladius ex vtraq; parte
acutus.[ſpiritus eius] i.impetus ſuę vltionis,ſeu animi ſui commotio, erit [velut torrens inundans
vſq; ad medium colli,ad pdendas gẽtes in nihilum.] i.quẽadmodùm aqua torrẽtis eum extinguit ac
mergit,ad cuius collum deuenerit: ſic ira iudicis impios ab omĩ beatitudine,ſeu appetibili eſſe ſepa-
rabit,& in æternam mortẽ proijciet,ſubmergẽs eos in lacu inferni.[& frenum erroris, quod erat in
maxillis populorum] i. Antichriſtũ,qui oẽs ſibi adhærẽtes traxit in culpam, eratq́; in maxillis eorũ,
qui ipſum eſſe Chriſtum dicebant. Superiùs aũt Antichriſtus dictus eſt vinculum colligatum ſuper
faciẽ omnis populi,& ꝙ Chr̃s ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium iſtum. Poteſt quoq; per
frenum iſtud intelligi concupiſcẽtia mala,qua quiſq; trahitur ad peccatũ. Cùm aũt reprobi fuerint
condẽnati,[canticum] i.Dei laudatio & gratiarũ actio [erit vobis] electis in anima & corpore glo-
rificatis,atq; cum Chr̃o in alta cęlorum ſcandẽtibus.[ſicut vox ſanctificatæ ſolẽnitatis,] i.ſicut cãti-
Exo.15. cum paſchalis feſtiuitatis,in qua propter liberationẽ de Aegypto cantabant Iudęi: Cantemus dño,
glorioſè ẽm magnificatus eſt,equum & aſcẽſorẽ deiecit in mare: ità & vos,immò incomparabiliter
iucundiùs concinetis in illa hora.Erit etiam tunc vobis[& lætitia cordis,ſicut q pergit cum tibia,vt
*montem intret in *domum dñi ad fortẽ Iſrael.] i.ſicut lætatur qui pgit cum muſicis inſtrumentis ad templũ,
ad Deum qui corroborauit Iſraelem, vt offerat ei vota ſua ac hoſtias. immò inæſtimabiliter gau-
debi-

debitis.non ẽm exprimi poſſunt gaudia beatorũ p ſimilitudines adæquantes.Loquit̃ aũt Iſaias mo-
re ꝓphetico de eadẽ re,nunc p modum pteriti,nunc p modum futuri: qm̃ in diuina cognitiõe cuius
ꝓphetalis notitia, q̃dam expreſſio eſt,oĩa tempora, iuncta ſunt & tanq̃ pſentia.[Et auditã faciet dñs
gloriã vocis ſuæ,] i. Chr̃s dñs dñorum,in iudicio ab oĩbus audiri faciet glorioſam vocẽ ſuã, qua al-
loquet̃ electos,quib⁹ & dicet:Venite benedicti pr̃is mei. Propter quod ſcriptura ait Pſal.49. Deus Matth. 25.
manifeſtè veniet,De⁹ noſter,& nõ ſilebit,aduocabit cælum deſurſum.[& terrorẽ brachij ſui] i. me-
tuendã potentiã ſuæ maieſtatis.[oſtendet in cõminatione furoris,] i. in ꝓlatione ſententiæ de pœ-
nis æternis.[&*flãma ignis deuorantis] i.in igne cõflagrationis impios incẽndentis,q etiam viuen-
tes in ſeculo iſto occidet,de quo ſcriptum eſt Pſal.96. Ignis ante ipſum pcedet,& inflãmabit in cir-
cuitu inimicos eius.In igne quippe zeli dñi deuorabit oĩs terra,vt Sophonias teſtat̃. [Allidet] i. im- Soph.1.
pios deijciet atq; damnabit [in turbine,] de quo ait Pſal.49.In circuitu eius tempeſtas valida.[& in
lapide grandinis] i.in graui percuſſione,pſertim qñ ignis conflagrationis inuoluet damnatos,& ſi-
mul cum eis in infernum deſcendet cum impetu maximo.Hinc ẽm ſcriptum eſt Nahũ 1.Deus ęmu-
lator & vlciſcens dñs,in tempeſtate & turbine viæ eius.[A voce ẽm dñi pauebit Aſſur] i. oĩs ſupbus
dæmon & homo,quib⁹ tunc eueniet quod ſcriptura nunc minat̃.Horrẽdum eſt ẽm incidere in ma- Heb.10.
nus Dei viuentis,[virga percuſſus,] i.diuina vltione cõcluſus.[& erit tranſitus virgæ fundatus.] i.ꝓ-
ceſſus diuinę vltionis ſtabilis erit atq; perpetuus,ità ꝙ virga dei ſemper manebit ſup damnatos,nec
reuertent̃ ad veniam,Ideò ſequit̃:[quam] ſ.virgam [requieſcere faciet dñs ſuper eum in tympanis
& citharis:& in bellis pcipuis] i.cum ingenti lætitia & conſenſu, ſeu coniudicatione electorum,qui
cum Chr̃o iudicabunt.[expugnabit] ipſe dñs [eos] i.ſuperbos damnabit. pparauit nanq; eis cõdi-
gnum locum tormenti,vt ſubiũgit̃.[pręparata] i.Deo creata,impijsq́; parata.[eſt ẽm ab herì] i.à tem-
pore pterito,vel à ſecundo die creationis mundi, ſecundùm quoſdam, ſecundùm alios à principio
temporis,vt ſicut Deus creauit cælum empyreum pro electis, ità & infernum pro reprobis. de quo
addit̃:[topheth] i.gehenna.[à rege] i.Deo oĩm principe.[pparata,profundata] i.in medio ſeu cẽtro
terræ ſita,vndè frequenter lacus vocat̃.[& dilatata] i.capax multorum & magna, q̃ nunq̃ dicit,Suffi- Prou.30.
cit.[Nutrimenta eius, ignis & ligna multa] i.conſeruatio & ſubſiſtẽtia eius ad puniendum iniuſtos,
ſunt calor & indeficiens inconſumptibiliſq́; materia tormentorum & ignis. Non aũt æſtimare de-
bemus, ꝙ ignis infernalis, lignis ſeu nouæ atq; extraneæ materiæ adiectione indigeat vt ſubſiſtat:
ſed per hæc inſinuatur, ꝙ nunq̃ extinguitur. [flatus dñi] i. voluntas ſeu ſpiritus Dei. [ſicut torrens
ſulfuris ſuccendens eam.] i.ità ardere & ebullire facit ignem gehennæ,velut maxima ſulfuris mul-
titudo mittat̃ in ignem.Eccè q̃ terribile eſt verbum hoc.Per hoc quippe deſignat̃ calidiſſimus,acer-
biſſimus,& impetuoſiſſim⁹ feruor ignis Tartarei.vndè in Apoc.inducit̃:Aſcendit fum⁹ putei abyſſi, Apoc.9.
ſicut fumus fornacis magnę.Et iterùm ait Ioannes:Pars impiorũ erit in ſtagno ardenti igne & ſulfu- & 21.
re,quod eſt mors ſecunda.Per Ezechielem quoq; 22.loquit̃ dñs:Conflabo, congregabo, & ſuccẽdã
vos in igne furoris mei,& conflabimini in medio eius,ſicut conflatur argentum in medio fornacis.

¶ *Tropologica eiuſdem cap.30.pertractatio.* *Articulus* 56.

CErtum oĩnò eſt,vniuerſos recidiuãtes,ingratos,hęreticos,eſſe filios deſertores,q priſtina reli-
gione & grã pditis,ad vomitum redeunt: qui quum ſpũ cœperint,carne conſummant̃,in quo-
rum cordib⁹ refrigeſcit charitas Dei,& inualeſcit affectio ſeculi. his ergò nunc dicit̃: Væ filij deſer-
tores,dicit dñs: quib⁹ & Moſes ait,Deum qui te genuit,dereliquiſti. Vt faceretis cõſilium,acquieſcẽ- Deu.32.
do ſuggeſtionib⁹ dæmonis & adinuẽtionibus ꝓprijs,& nõ ex me: qm̃ tale cõſilium,quãtùm ad ſuam
deformitatẽ,nõ eſt ex Deo.& ordiremini telam,i.exequeremini puerſum cõſilium, procedendo in Rom.8.
opus.& nõ p ſpm̃ meum: nõ ẽm agunt̃ hi ſpũ Dei,nec dicũt cum Pſalmiſta: Spũs tuus bon⁹ deducet Pſal.142.
me in terrã rectã.Iſtis dicit S.Iudas: Væ illis qui in via Cain abiêrunt, & errore Balaã mercede effuſi Iudæ 1.
ſunt &c.quib⁹ ꝓcella tenebrarũ ſeruata eſt vſq; in ęternũ.vt adderetis peccatum ſup peccatum,quẽ-
admodùm ſcriptum eſt:Peccator adijciet ad peccãdum.q ambulatis, i.ad hoc cor vr̃m diſponitis,vt Eccl.3.
deſcẽdatis in Aegyptũ,i.de ſpũalibus ad carnàlia,de cęleſtib⁹ ad terrena,de clauſtro ad ſeculum re-
deatis.& os meum nõ interrogâſtis,i.à ſacra ſcriptura,in qua loquor hoĩbus,nõ inquiſiſtis quid age-
re deberetis,nec cõſilijs diſcretorum (de quib⁹ Iere.10.Deus teſtat̃, Si ſeparaueris precioſum à vili,
quaſi os meum eris) cõſenſiſtis,ſperãtes cõſilium in fortitudine Pharaonis,i.in poteſtate principum
huius mundi,& habẽtes fidutiã in vmbra Aegypti,i.in ꝓtectione hoĩm mundanorum: vndè nobis p
Ieremiã dicit̃:Maledictus qui cõfidit in hoĩe,& ponit carnẽ brachium ſuum.Ideò ſubiungit̃: Et erit Iere.17.
vobis fortitudo Pharaonis in cõfuſionẽ. * Erant ẽm in Tanis,i.in humili mandato,videlicet in tra- *Errant
ditione humana, vili & imprudẽti,non in mandato diuino, alto atq; cæleſti: principes tui,videlicet
mali rectores,qui nõ Deo,ſed hoĩbus impijs & propriæ voluntati obediunt,de quibus Apoſtol⁹ aſ-
ſerit:Huiuſcemodi non Chr̃o,ſed ſuo vẽtri deſeruiunt. Tanis autẽ, humile mandatum interpretat̃. Rom.16.
Omnes confuſi ſunt ſuper populo,i.de vana ſpe populi, qui eis prodeſſe non potuit.tales ſunt,& ta-
n li-

Pſal. 48. liter confundunt̃,qui de carnalis ꝓpaginis nobilitate ſe iactant,qui de amicorũ potentia,de propin-
quorum multitudine gloriant̃,contra quos ait Pſalmiſta:Frater non redimit,redimet homo? Onus
iumẽtorum auſtri,i.miſeria beſtialium hoĩm,in huius mundi deſerto vagãtium. In terra tribulatio-
nis & anguſtiæ,i.in mundo iſto,in p̃ſenti exilio,lachrymarumq́; valle,pſecutionibus,tentationibus
atq; pœnalitatib⁹ plena.leęna & leo,ex eis vipera & regulus volãs.Leęna eſt caro rationi rebellis,ſeu
amicitia mundi,q̃ inimica eſt Deo,& hoĩes perimit,auferẽdo ab eis charitatẽ diuinam,q̃ vita eſt aĩę,
1.Ioan.2. vndè in prima Ioannis canonica aſſerit̃: Si quis diligit mundum, non eſt charitas pr̃is in eo. Deniq;
1.Pet.5. leo eſt,de quo archiapoſtolus dicit:Aduerſari⁹ veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit,q̃rens quem
deuoret.Ex iſtis ergò orit̃ vipera,i.iniquitas aĩæ intoxicatiua, ſeu proles pꝰuerſa. Cõcupiſcẽtia nanq;
Iaco.1. (vt Iacobus habet) parit peccatum.Eſt quoq; ex eis regulus, i. peccator ſuperb⁹, qui ex ſanguinibus
Rom.9. voluntateq́; carnis ac dæmone naſcit̃.ſunt em̃ filij carnis,ſecundùm Apoſtolum.& in prima Ioannis
1.Ioan.3. epiſtola legit̃:Qui facit peccatum,ex diabolo eſt:qui aũt natus eſt ex Deo,non peccat,qm̃ ſemẽ eius
manet in eo.Quidã per leænã,intelligunt cæleſtẽ Hieruſalẽ:& per leonem,Deum oĩpotentem,regẽ
cælorum.ex Deo aũt proceſſit per creationẽ,& ex cæleſti Hieruſalẽ cecidit vipera & regul⁹,i. dęmõ
Iſaiæ 14. apoſtata,q ſuperiùs dict⁹ eſt leuiathan & ſerpens tortuoſus,de qua ait ſaluator: Videbã ſatanam ſic-
Luc.10. ut fulgur de cælo cadentem.Qui Apo.12.vocat̃ draco magnus, ſecum trahens in terrã tertiã partem
ſtellarum,portantes,p̃dicti filij ſerpentini,ſup humeros iumentorum,i.in deſiderijs vanis & irratio-
nabilib⁹,diuitias ſuas,i.bona q̃ facere vident̃, ad populum qui eis prodeſſe non poterit, i. ad inanes
laudatores ac adulatores.Hoc faciunt oẽs,qui de bonis q̃ faciunt,humanas laudes requirunt,deſide-
Matt.25. & 6. rantes ab hoĩbus conſpici.Horum lãpades Chr̃o veniente extinguent̃,diceturq́; eis:Ite ad venden-
tes,& emite vobis.de quib⁹ in euangelio Dñs ait:Amèn dico vobis,receperunt mercedẽ ſuam.Aegy-
ptus fruſtrà auxiliabit̃,quia in tempore neceſſitatis, in articulo mortis, in hora iudicij, mundus iſte
neminem poteſt eripere aut ſaluare.Ideò clamaui ſup hoc,i.publicè tibi ô inique denũciaui.Super-
bia tantùm eſt,ꝙ vero Deo,ſummoq́; bono relicto,mundo inhæres,humanæ opinioni inniteris,ad
tranſitoria fugis, de teipſo p̃ſumis,& te aliquid eſſe opinaris,vel ſuperbia eſt,ꝙ mundus tibi promit-
tere audet ſubſidium, qm̃ ipſe miſerijs plenus eſt,& ꝙ ſe iactat,non eſt niſi ſuperbia. quieſce ergò à
tuo errore,ceſſa à malo,ad Deum conuertere.deindè cuilibet p̃dicatori & p̃lato Dñs iubet:Nunc in-
greſſus aptum locum,vel ad teipſum,redeundo ad cor tuum, ſcribe eis ſup buxum &c. i. ſalutarem
doctrinã vitia increpantẽ,conſcribe p te ſeu miniſtrum,eamq́; propone gregi tibi commiſſo, eum
redarguendo,exhortando,inſtruendo.populus em̃ ad iracundiam prouocans eſt. Qui dicunt Vi-
dentib⁹,Nolite videre,loquimini nobis placẽtia &c.Hæc oĩa de malis Chr̃ianis accipi poſſunt, quã
doctorib⁹ ac p̃dicatoribus reluctant̃,& cùm redarguunt̃,mox indignant̃,nec patiunt̃ ſibi dici q̃ verè
ſalubria ſunt,ſed q̃ eorum deſiderijs conſonãt,quibus nunc dicit̃:Pro eo ꝙ reprobâſtis verbũ hoc,
videlicet ſermonem ſalutarem, & ſperâſtis in calumniam & in tumultum, i. in tyrannide veſtra ac
multitudine,in iniuſtitia & irrationabili ſtrepitu.tales ſunt multi,p̃cipuè diuites & potentes,& pau-
perum oppreſſores,hæretici quoq; & ſchiſmatici violenti,qui cùm ſe p rationem atq; iuſtitiã vidẽt
non poſſe adipiſci quod cupiunt,ad lites & rixas atq; iniurias cõuertunt̃,dicentes illud Sap.2. Sit aũt
fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ. ꝓpterea erit vobis iniq̃tas hæc ſicut interruptio cadens,i.cadere atq;
Eccés 8. damnari & penitùs interire vos faciet,ſicut conterit̃ pars cadẽs à muro cõfracto. vndè dicit ſcriptu-
ra:Sicut vmbra p̃tereant qui non timent faciẽ Dei.Et Pſal.36.Noli æmulari in malignãtibus &c. qm̃
tanq̃ fœnum velociter areſcent.Hęc dicit Dñs:Si reuertamini à vijs veſtris ad ſemitas Dei,à multis ad
vnum,à caducis & vanis ad æternum & incõmutabile bonum, & quieſcatis in Deo, p charitatẽ ſta-
bilientes oĩa deſideria vr̃a in Chr̃o:ſalui eritis nunc per gr̃am,& in futuro per gloriã. Hinc em̃ ſcri-
ptum eſt Iſa.66.Sup quem requieſcet ſpũs meus,niſi ſup quietum & humilem? Aĩa quoq; ſecũdùm
Philoſophum,quieſcendo fit prudẽs.In ſilentio ordinato, videlicet in fuga verborum malorum. In
Pſal.38. refrenatione linguæ,de qua dictum eſt:Dixi,cuſtodiã vias meas,vt non delinquã in lingua mea. &
in ſpe,i.formata ac longanimi expectatione futurorum bonorũ,quorũ Chr̃s eſt pontifex.Erit forti-
Ecci 20. tudo vr̃a,i.conſeruatio in gr̃a,profectus in virtutibus,& fixio cordis vr̃i in Deo.qui em̃ vtitur verbis
Thre.3. multis,lædit aĩam ſuã:qui verò moderat̃ labia ſua,prudentiſſimus eſt. ſed & vir linguoſus non diri-
Ibidèm geẽt in terra.vndè in Threnis ſcriptum eſt:Bonum eſt p̃ſtolari cum ſilentio ſalutarẽ Dei.& denuò:
Sedebit ſolitarius & tacebit,quia leuabit ſe ſup ſe.Magnum igit̃ vitium eſt in religioſis, non obſer-
uare ſilentium,& ideò adeò vagi corde,infirmi ac debiles mente ſumus,etiam in diuinis,qm̃ linguã
noſtram non ſatis diligenter domamus,nec illud Iaco.1.perpendimus: Qui ſe putat religioſum eſſe,
non refrenans linguam ſuam,huius vana eſt religio.Quõ enim poterit omni cuſtodia cuſtodire cor
ſuum,qui non omni cuſtodia linguam ſuam obſeruat?Et dixiſtis, vos obſtinati in vitijs: Nequâq̃ ità
agemus,ſed ad equos fugiemus,& ſuper veloces aſſcendemus,i.ad humana præſidia,ad ſeculi pom-
pam,ad ſubtilitates naturalis rationis conuertemur.Ideò fugietis, & veloces erunt qui perſequẽtur
vos,

vos,qm̃ dæmonum poteſtati trademini.Mille hoĩes à facie terroris vnius fugietis.Semper em̃ pręſu- Iob 15.
mit ſæua perturbata cõſcientia,quemadmodùm Sap.17.legit̃.Propter quod in Iob ſcriptum eſt:So-
nitus terroris ſemper in auribus impij:& cùm ſit pax ,ille ſemp inſidias ſuſpicatur. Et Pro.18. Fugit Pſal.3.
impius nemine pſequente.Quocontrà ſanctus Dauid:Non timebo millia populi circundantis me.
Et beatus Iob:Si expaui ad multitudinẽ nimiam.Iuſtus em̃ quaſi leo confidens,abſq; terrore erit.Et Iob 31.
ſicut cadunt à latere eius mille,decemq́; millia à dextris eius:ſic mille iniuſti & X.millia negligentiũ,
vincunt̃ & cadunt ab vno inuiſibili hoſte. Propterea expectat Dñs vt miſereat̃ veſtri. Hoc eſt quod
in Eccleſiaſtico habet̃:Altiſſimus eſt patiens redditor.Et ad Rom.2. Ignoras qm̃ benignitas Dei ad- Ecci 5.
pœnitentiam te adducit?Non ergò perdamus indulta pœnitentiæ tempora,ſed ſecundùm Pauli cõ- Heb.3.
ſilium,cohortemur nos per ſingulos dies,nè q̃s obduret̃ fallacia peccati.Magnam nobis ſpem exau-
ditionis confert, quod nunc ait Iſaias: Ad vocem clamoris tui ſtatìm vt audièrit, reſpondebit tibi.
Cætera,quantùm ad literam,moralia ſunt:& ex pręcedenti articulo eorum intelligentia innoteſcit.

¶ *Expoſitio cap.31.videlicet,Væ qui deſcendunt in Aegyptum.* *Articulus* 56.

ALiqui inſuper expoſitores exponunt p̃ſens capitulum de eiſdem,de quibus in p̃cedenti capi-
tulo facta eſt mentio,ſ.de populo Iudæ,& iſti ſequunt̃ Hieronymum.Alij verò exponunt hęc
de regno Iſrael,ſeu populo X.tribuum.Scriptum eſt em̃ 4.Reg.17.ꝙ Oſee filius Ela,rex Iſrael,tribu-
tarius Salmanaſar regis Aſſyriorum,deſiderans liberari ab onere ac tributo regis Aſſyriorum, mi-
ſit ad Pharaonem regem Aegypti,quærens eius auxilium,cui & Pharao fiduciam p̃buit, ſed non ad-
impleuit.Deſtruxit em̃ rex Aſſyriorum regnum Iſrael nono anno Oſeæ,cùm percepiſſet rebellio-
nẽ Oſeæ.Huic aũt expoſitioni cõtrariari videt̃,quod in iſto capitulo ſubiungit̃: Corruet auxiliator,
& cui p̃ſtatur auxilium:ſimul oẽs conſument̃.Non em̃ Salmanaſar vaſtauit Aegyptum,nec ſimul de-
iecti ſiue occiſi ſunt ab eo populus Iſrael atq; Aegyptij.Hoc tñ forſitan ſolui poſſit, dicendo ꝙ Iſa-
ias loquit̃ de ruina Aegypti,q̃ facta eſt ſub Sennacherib rege Aſſyriorum,vel ſub Nabuchodonoſor
rege Babylonis:& hoc quod dicitur,ſimul oẽs,non ſit referendum ad idẽ tempus, eoſdemq́; nu-
mero hoĩes,ſed ad ſimilem pœnam & eoſdem in ſpecie.Quocunq; autem horum modorum expo-
nat̃,ſenſus p magna parte redit in idem, qui etiam ex p̃cedenti capitulo facilis eſt.Ait ergò: [Væ qui
deſcendunt in Aegyptum ad auxilium,in equis ſperantes,] i.populo Iudę ſeu X.tribubus,qui in Ae-
gyptum nuncios miſerunt cauſa habendi auxilium contra regem Chaldæorum ſeu Aſſyriorum. Si
autem intelligendum eſt de X.tribub⁹,tunc Iſaias prophetauit de re pro tunc in ꝓximo futura. Hęc
em̃ (vt dictum eſt) Iſaias p̃dixit tempore Ezechiæ, cuius ſexto anno vel circiter, vaſtatum eſt regnũ
Iſrael.vndè alicui videri poſſet,ꝙ idcircò Iſaias vtit̃ verbo temporis p̃ſentis. [& habentes fiduciam
ſup quadrigis,] i.curribus Aegyptiorum,[quia multæ ſunt,& ſup equitibus] i.in bellatoribus Aegy-
ptijs,[quia p̃ualidi] ſunt [nimis.] i.multùm robuſti. tunc quippe regnum Aegypti famoſum erat ac
forte,& vnum de principalib⁹ atq; antiquiorib⁹ regnis mũdi. [& nõ ſunt cõfiſi ſup ſanctum Iſrael,]
i.in Deo ſanctificante veros Iſraelitas,nõ ſperauerunt.erant em̃ idololatriæ dediti. [& Dñm nõ re-
quiſièrunt,] ità vt ei⁹ reſponſis ac iuſſionib⁹ obedirent. decem em̃ tribus, nullo modo requiſièrunt
Dñm ſeu eius ꝓphetas:populus verò Iudæ,q̃ſiuit à Ieremia conſilium,ſed implere contempſit. [Ipſe
aũt ſapiens] i.Deus oĩpotens,cuius ſapientię non eſt numerus,de quo ad Romanos dicit Apoſtolus:
Soli ſapienti Deo p Ieſum Chr̃m honor & gloria.[adduxit malum] pœnæ,videlicet iuſtam puniti- Rom.16.
onem,de quo dicit Amos:Si erit malum in ciuitate quod Dñs non fecerit?*ſuper eos,tam Iudæos q̃ Amos 3.
Aegyptios.[& verba ſua non abſtulit] cõminationes ſuas contra eos factas impleuit. [& conſurget *[ſuper
contra domum peſſimorum,] i.aduerſùs familiã Iudęorum idololatrarum,dando eos in manus ad- eos,]
uerſariorum,ſicut ab Amos p̃dictum eſt.[& cõtra auxilium operantium iniquitatẽ] i.contra iniquos
auxiliatores Aegyptios.[Aegyptus] i.quilibet habitator vel ciuis terræ Aegypti, eſt [homo & non
Deus:& equi eorum,caro] i.corporales fragileſq́; ſubſtantiæ ſunt,[& non ſpũs.] i.non ſunt ſpũales Iere.17.
ac immortales.Idcircò in nullo iſtorũ ſperãdum eſt,qm̃ maledictus q confidit in hoĩe,& ponit car-
nem brachium ſuum.[Et Dñs inclinabit manum ſuã] i:poteſtatem ſuã extẽdet ad vlciſcendum. [&
corruet auxiliator,] i.popul⁹ Aegypti.[& cadet cui p̃ſtatur auxilium.] i.populus Iudęorum.[ſimulq́;
oẽs conſument̃.] i.occidentur ſeu diſpergentur ab hoſtibus ſuis Chaldæis. [Quia hæc dicit Dñs ad
me.] Deſcripta punitione Iudæorum impiorum,nunc deſcribitur conſolatio atq; ſaluatio bonorũ.
Qui autem prædicta exponunt de populo X.tribuum,exponunt hæc de ſaluatione regni Iudæ ſub
Ezechia.Sicut enim X.tribus vaſtatæ ſunt à rege Aſſyriorum propter ſuam diffidentiam,qua magìs
in Aegypto q̃ in Deo confiſi ſunt,ſic regnum Iudæ à rege Aſſyriorum ereptum eſt, eô ꝙ ſperâſſet in
Dño.Qui verò prædicta exponunt de reliquijs Iudæorum,iſta exponunt de ſaluatione Iudęorũ re-
deuntium à captiuitate Babylonica in Iudæam ſub Cyro rege Perſarum,vt habetur in primo Eſdræ 1.Eſd.1.
libro.Litera autem præſens ad vtrunq; faciliter applicatur,dum ait:[Quõ ſi rugiat leo, & catulus le-
onis ſuper prędam ſuam,] i.quemadmodùm leo eſuriens,viſo grege,cum rugitu illum inuadit,rapi-

ens ſibi p̄dam ſeu eſcam,[cùm occurrerit ei multitudo paſtorum,à voce] i.clamore[eorũ nõ formi-
dabit,& à multitudine eorũ nõ pauebit,] ſed audacter rapiet p̄dam de gregẽ,inuitis reclamãtibusq́;
paſtorib⁹.[ſic deſcendet Dñs exercituum,] nõ locum mutãdo,ſed de nouo aliq̃d agendo, & ſuã po-
tentiã oſtendendo,ſeu angelũ tranſmittendo.[vt prælief ſuper montẽ Sion & ſup collem eius] i. ꝓ
Iſaiæ 37. habitatorib⁹ Hieruſalẽ pugnet cõtra Sennacherib regẽ Aſſyriorum,vel eos q̃ impugnabãt reuerſos
de Babylone.Deindè ponit ſecundum exẽplum:[Sicut aues volantes] defendunt pullos ſuos,[ſic
ꝓteget Dñs exercituum Hieruſalẽ, protegens & liberans] tam vrbem q̃ habitatores ipſius ab hoſti-
bus,[tranſiens] impendendo piã viſitationẽ populo ſuo,[& ſaluans] eum.[Conuertimini]ad Deũ,
[ſicut in ꝓfundũ receſſeratis filij Iſrael.] i.ſicut vehemẽter auerſi eſtis à Deo,ſic nunc toto corde re-
Mat.3. dite ad Deum,vt faciatis dignos pœnitentiæ fructus. [In die em̃ illa] i. p̄dicto tempore,quo Dñs ꝓ-
teget atq; ſaluabit Hieruſalẽ.[abijciet vir] nõ vnus duntaxàt, ſed hoĩm multitudo. [idola argẽti ſui,
& idola auri ſui] i.ſimulacra argentea & aurea.[q̃ fecerunt vobis manus veſtræ in peccatum.] i. quæ
ꝓprijs manib⁹ veſtris fabricâſtis,ſeu fieri p̄cepiſtis in malum aĩæ veſtræ.Cùm em̃ Deus eripuit Hie-
ruſalem à rege Aſſyriorum,quidã de regno Iſrael qui euaſerant manum Salmanaſar,idololatria de-
relicta,ad cultum Dei conuerſi ſunt,& ad Ezechiã ſe contulerunt,vt habef 4.Reg.18.Tẽpore quoq;
reuerſionis à captiuitate Babylonis,abiecerunt Iudæi ſic idola, ꝙ decætero ea non coluerunt, niſi
1.Mac.1. ꝓ parte & tempore breui,cogente rege Antiocho, vt legif in primo lib.Machab. Secundùm Hiero-
nymum,Nazarei referunt hęc ad tẽpora Chriſti,ità ꝙ Iſaias hortatur Iudęos Chr̃m negantes,reuer-
ti ad ipſum,& credere eius apoſtolis,q̃bus profundè,i.cum magna obſtinatione reſtiterunt. [Et ca-
det Aſſur] i.Sennacherib rex Aſſyriorum,ſeu eius exercitus deijcief [in gladio non viri,] i.non hu-
mana,ſed diuina virtute.[& gladius non hoĩs] i.potentia angeli [vorabit eum.] Angelus enim Dei
4.Reg.19. percuſſit in caſtris Aſſyriorum CLXXXV. millia hoĩm.[Et fugiet] rex Aſſyriorum cum paucis viris
à Iudæa in Niniuen,[non à facie gladij,] i.nõ à p̄ſecutione humana,ſed terrore diuinæ vindictæ. [&
iuuenes eius vectigales erunt,] i.q̃ cum alijs p̄cuſſi non fuerint, tandèm ſubijcient Medis ac Perſis,
& alijs reddent tributum.[& fortitudo eius] i.poteſtas regis Aſſyriorum.[à terrore tranſibit,] i.à ter-
ribili plaga populo ſuo illata deficiet,nec decætero gentes ſuæ poteſtati ſubijciet,[& pauebunt] vi-
ſis tot millibus interfectis.[fugientes principes eius,] i.cum rege Sennacherib fugiẽtes. [Dixit Dñs,
cuius ignis eſt in Sion,] i.in templo.In altari em̃ holocauſtorum erat ignis p̄petuus, quem quotidiè
Leuit.6. nutriebant ſacerdotes,quemadmodùm in Leuitico Dñs iuſſit.[& caminus eius] i.locus combuſtio-
nis [in Hieruſalem.] i.in templo in Hieruſalem exiſtenti.Sacerdotes nanq; quotidiè ingrediebant
ad altare incenſi,vt ibì cõburerent thymiama ad ſacrificiorum cõſummationẽ, ſecundùm Apoſto-
lum ad Heb.9.Dicitur ignis Dei eſſe in Sion,& caminus eius in Hieruſalem, qm̃ virtus eius ſeu ri-
gor iuſtitiæ in Hieruſalem erat paratus ad conſumendum & occidendum aduerſarios ciuitatis.

¶ Porrò moralitas huius capituli ꝓ magna parte, eadem eſt cum moralitate p̄cedentis capituli.
Quid em̃ ſit in Aegyptũ deſcendere,& in equitib⁹ atq; quadrigis confidere,in p̄cedenti articulo pa-
Pſal.19. tuit.quocontrà iuſti dicunt:Hi in currib⁹ & hi in equis,nos aũt in noĩe Dei noſtri inuocabim⁹.Item:
Exo.15. Equum & aſſcenſorem ꝓiecit in mare.Deniq; cõſurget Dñs contra domum peſſimorum,i. Eccleſiã
malignantium,cõtra hæreticos oẽsq; p̄uerſos,ſicut in Pſal.49. Exiſtimâſti inique, ꝙ ero tuĩ ſimilis.
Iere.23. arguã te,& ſtatuam contra faciem tuã.Et Ieremias ait:Eccè turbo dñicæ indignationis egredietur,&
tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet,nõ reuertetur furor eius vſq; dum faciat.Et cor-
ruet auxiliator,& cadet cui p̄ſtatur auxilium,i.adiutor iniquus & qui adiuuatur in malo, peribũt. Nã
Rom.1. ſecundùm Apoſtolũ,morte digni ſunt non ſolùm qui faciunt,ſed etiã qui conſentiunt.quanto am-
pliùs qui ſuccurrunt?Quõ ſi rugiat leo &c.ſic deſcendet Dñs,vt prælief ſuper montem Sion & ſuper
collem eius,i.ſic Chr̃s per gratiam ſuam defendet,eiusq́; p̄latos ac filios maiores atq; minores tuebi-
Ioan.14. tur,ſicut apud Ioannem loquif: Non relinquam vos orphanos.Ipſe em̃ pugnat ꝓ nobis, & roborat
Matt.10. nos.propter quod ait:Non vos eſtis qui loq̃mini,ſed ſp̃us patris veſtri qui loquitur in vobis.Proijcit
Col.2. inſupèr homo idola argenti & auri,dum mundanã ſapientiam(de qua ait Apoſtolus:Videte nè quis
Iaco.3. vos ſeducat per inanem philoſophiam.& Iacobus:Non eſt hęc ſapientia à Deo,ſed aĩalis,carnalis,&
diabolica) vanamq́; eloquentiam deſpicit, aliud non requirens, niſi veritatem ſimplicemq́; ſermo-
nem.Et cadet Aſſur in gladio non viri,i.dæmon tentator ab hoĩe ſuperabitur,non propria poteſta-
te,ſed Chriſti,de quo ad Rom.16.dicit Apoſtolus:Ipſe Dñs conteret ſatanam ſub pedibus veſtris ve-
lociter.Vndè & Dauid in Pſal.17.Et p̄cinxiſti me virtute ad bellum,& ſupplantâſti inſurgẽtes in me
ſubtus me.Et iuuenes eius vectigales erunt,i.dæmones q̃ primo illi apoſtatæ adhæſerũt, poteſtati
fidelium ſubijcienf,& pœnam ꝓ culpa ſua perſoluẽt.Hinc enim ſeptuagintaduo diſcipuli ad Chri-
Luc.10. ſtum loquuti ſunt:Dñe,etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et fortitudo eius, i. vis
diabolicę impugnationis à terrore tranſibit,i.Chriſti virtute deficiet, qui non permittit nos tenta-
ri ſupra id quod poſſumus. Et pauebunt fugientes principes eius, i. principales miniſtri ac angeli
ſatanæ,

ſatanæ,vidẽtes conſtantiã militũ Chr̃i,formidabunt,velociterq́; recedẽt,dicentes illud Exo.14.Fu-
giamus Iſraelem.Dñs em̃ pugnat ꝓ eis cõtra nos.Deniq; Iacob⁹ iubet:Reſiſtite diabolo, & fugiet à Iaco.4.
vobis.Dixit Dñs cuius ignis,i.feruidus amor,eſt in Sion, i. in Eccleſia electorũ ſeu cordibus cõtem- Pſal.17.
platiuorum,q̃ dicere poſſunt:Diligã te Dñe fortitudo mea. iſte ignis peccati delet rubiginem, & li- Prou.5.
gnum,fœnum,ſtipulamq́; cõſumit.Immò Salomone & Iacobo teſtibus, Charitas op̃it multitudinẽ Iaco.4.
peccatorum.& camin⁹ eius,i.locus tribulationis,torcular ꝓbatiõis ſeu fornax aduerſitatis.eſt in Hi-
eruſalẽ,i.in Eccleſia Dei pacẽ amante. Oẽs em̃ qui volunt piè viuere in Chr̃o, p̄ſecutionem patienf.
& ſicut Sapiens dicit, Tanq̃ aurum in fornace ꝓbauit electos Dñs,& quaſi holocauſti hoſtiã accepit Sap 3.
eos.Et alibì ſcriptũ eſt:Probaui te in camino pauptatis.De p̄dicto igne accipi poteſt illud Thre.1.De Iſaiæ 48.
excelſo miſit ignẽ in oſſib⁹ meis.de quo Dñs in euãgelio:Ignem,inq̃t, veni mittere in terrã, & quid Luc.12.
volo niſi vt accendaf? Ideò q̃ppe iuſſit Dñs ignem perpetuum in altari ſeruari,vt deſignaret, ꝙ fer- Leui.6.
uor diuini amoris nunq̃ tepere debet in cordib⁹ noſtris,nè nobis dicaf verbũ illud horribile: Quia Apoc.3.
tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Certum eſt autem, quia quem Deus euomit, dæmon
mox deuorat.Nullatenùs enim decet nos tam ſublimi glorioſoq́; Deo,tepido deſeruire affectu.

¶ *Elucidatio 32.capituli,videlicet,Eccè in iuſtitia regnabit rex.* *Articulus* 58.

QVidam exponunt p̄ſens capitulum de Ezechia & populo eius, ac alijs regibus Iuda. q̃uis au-
tem expoſitio iſta,quantùm ad aliquid,poſſit ſaluari,in multis tñ probaf deficere. Quòd em̃
principium huius capituli de Ezechia exponatur,q̃uis aliquo modo poſſit defendi, non eſt
tñ veriſimile.Primò,qm̃ ſancti ꝓphetæ dum abſolutè vaticinanf de rege,intelligũt noĩe regis Meſ- Pſal.44.
ſiam,ſicut cùm Dauid ait:Concupiſcet rex decorem tuum.Et:Deus,iudicium tuum regi da.De quo &71.
& Iſaias inferiùs 33.aſſerit:Dñs rex noſter.Ieremias quoq;:Regnabit rex & ſapiens erit. Ergò & hoc Iere. 23.
loco p regem intelligif Chriſtus.Secundò, qm̃ Ezechias tempore huius prophetiæ iam per tempus
iuſtè regnauit.Oĩa nanq; q̃ in iſto libro dicuntur,ab eo loco,quo ſcriptum eſt ſuprà, In anno quo Iſaiæ 14.
mortuus eſt rex Achaz, regnãnte Ezechia reuelata atq; conſcripta ſunt, ſecundùm Hieronymum.
Quid ergò neceſſè fuit de Ezechia iſta p̄dicere,quę ad oculum patuerunt?Porrò quod ſubiungitur,
Non vocabitur vltrà is qui inſipiens eſt, princeps: quidam exponunt de Achaz. Achaz aũt tempore
vaticinij huius iam mortuus erat,vt dictum eſt.non ergò de ipſo hæc p̄dicuntur.itemq́; quod ſequi-
tur,Stultus em̃ fatua loquef &c.Lyra exponit de Manaſſe:& quod ſubiungif, Princeps verò ea quæ
digna ſunt principe,cogitabit:exponit de Ioſia. Sed cùm nec ex circunſtantia literæ, nec ex ordine
eorum q̃ dicuntur,elici poſſit,hæc potiùs dici de Manaſſe atq; Ioſia, q̃ de alijs, videtur expoſitio iſta
inepta.Prætereà quod in iſto capitulo dicif,Non caligabunt oculi videntium,& aures audientiũ di-
ligenter auſcultabunt,ſimile eſt cum eo quod infrà 35.habetur:Tunc aperienf oculi cęcorum,& au-
res ſurdorum patebunt &c.Illud aũt pro tempore Chriſti intelligitur,ſicut Matthæus euãgeliſta te- Matt.8.
ſtatur:ergò & illud probabiliter ad tempus Chriſti refertur.Meliùs itaq; conſultiusq́; fuiſſet,in hoc aut 15.
loco,& in alijs,multisq́; ſimilibus ſequi S.Hieronymum,q̃ Rabbi Salomonem: quem ego aliud nõ
opinor,niſi modernorum ac miſerabilium Iudęorum ſeductorẽ ſubdolum ac peſtiferum. Nec ob-
ſtat ꝙ in multis tam benè loquutus ſit,cùm multi hæretici in multis benè dixiſſe inueniant. Nam &
vnus p̄cipuorum hæreſiarcharum Pelagius monachus,in multis tam verè ac ſubtiliter ſcripſit, ꝙ nõ
erat facile inter libros quoſdam ipſius & libros Auguſtini diſcernere. Sequendo ergò B. Hierony-
mum,de Chriſto exponẽdum eſt p̄ſens capitulum,vt ſit ſenſus:[Eccè in iuſtitia regnabit rex,] ſicut
de eo Iere.23.legitur:Suſcitabo Dauid germen iuſtum,& regnabit rex,& ſapiens erit, & faciet iudi-
cium & iuſtitiam in terra. vndè ſuperius dictum eſt,Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius. Et de Iſaiæ 11.
ipſo ait ſcriptura in Pſal.71.Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Quõ autem Chriſtus
regnauerit inter ſuos diſcipulos & in primitiua Eccleſia, & qualiter nunc per fidem & gratiã regnet
in cordibus Chr̃ianorum,ſuperiùs plenè tractatum eſt.[& principes in iudicio præerunt.] Iſti prin-
cipes fuerunt ſancti apoſtoli,quos præfecit Eccleſijs totius mũdi,quemadmodùm fertur in Pſal.44.
Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.Et 46.Principes populorum congregati ſunt cum
Deo Abraham.de quibus iterùm 67.dicitur:Principes Iuda duces eorũ,principes Zabulon & prin-
cipes Neptalim.Hi præfuerunt fidelibus,quos cõuerterunt in iudicio diſcretionis & etiam paternæ
correctiõis.[Et erit vir] i.fidelis,quicunq; ſub alis Chriſti & doctrina apoſtolorum confugerit atq;
permanſerit,tutus in om̃i aduerſitate,[ſicut] tutus eſt ab intemperie aëris, [qui abſconditur à ven-
to] in loco quieto,[& qui celat] i.abſcondit [ſe à tempeſtate,] eritq́; [ſicut riui aquarũ in ſiti,& vm-
bra petræ prominentis in terra deſerta.] i.quemadmodùm riui aquarum ab ardore ſitis refrigerant
ſitientem,& ſicut vmbraculum protegit à ſolis calore eum qui iacet ſub lapide latè extento, ſic iſte
virtute Chriſti protegef in tribulatione,& in omni anguſtia refrigerium ſortietur. [Non caligabũt
oculi videntium.] i.corda diſcipulorum Chriſti,non priuabuntur luce ſcientiæ. Vndè in Marco ait
ad eos:Vobis datum eſt nôſſe myſterium regni Dei,illis verò qui foris ſunt, omnia in parabolis fi- Marc.4.

unt,vt videntes nõ videant,& audientes non intelligãt.[& aures audientiũ diligenter auſcultabũt:]
q̃ non ſolùm diſcipuli,ſed alij quoq; q̃ plurimi cũ magna diligentia aduerterunt Chr̃i p̃dicationes,
& eius doctrinã auidè receperunt, ſecundùm quod ſcriptum eſt:Oculi oĩm in ſynagoga erant in-
Lucæ 4. tendentes in eum.[& cor ſtultorum] videlicet literalium Iudęorum,ſeu gentilium qui idola colue-
runt,quod eſt ſumma ſtultitia.[intelliget ſcientiã,]ſpũalem Chriſti doctrinam,p̃ſertim poſt ſpiritûs
ſancti miſſionem,qñ multa Iudęorum & innumerabilia millia paganorum conuerſa ſunt, & ſpiritũ
ſanctum receperunt.[& lingua balborum velociter loquet̃ & planè.]i. qui olim tardi & impotẽtes
fuerunt ad diuina p̃conia,ſanctaq́; verba,ſpiritu Chriſti recepto,proni erunt ac feruidi ad laudes di-
uinas ac verba ſalubria.quemadmodùm aũt Chriſtus quoſdam corporaliter mutos fecit loquentes,
ſic forſan quoſdam balbutientes reddidit promptè loquẽtes.[Non vocabit̃ vltrà is qui inſipiens eſt,
princeps.] In primitiua eñ Eccleſia indocti non admittebant̃ad regimen aĩarum, nec imprudentes
efficiebant̃ aliorum paſtores, & multo minùs doloſi & vitioſi p̃ficiebantur fidelibus. Propter quod
ſubiungit̃:[neq; fraudulentus appellabitur maior.]immò ſi tales conſtituti fuerint principes, non
reputabit eos Eccleſia principatu aut noĩe principis dignos.propterea Chriſtus ait diſcipulis:Habe-
Mar.9. te in vobis ſal,& pacem habete inter vos. Quales verò eſſe oporteat epiſcopos & diaconos, Paulus
docet 1.ad Tim.3.Oportet,inquiens,epiſcopum irr epręhenſibilẽ eſſe,ſobrium,prudentẽ,ornatum,
pudicũ,doctorẽ:diaconos ſimiliter pudicos,nõ bilingues &c. [Stultus eñ fatua loquet̃.]i. incredu-
Matth. 23. lus populus Iudęorum,p̃ſertim ſcribarum & phariſæorum,quibus in Euangelio dñs ait:Stulti & cę-
ci,quid maius eſt,aurum,an templum quod ſanctificat aurum?verba inſipientię plena profert cõtra
Chr̃m,dicendo illud Ioan.9.Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Et ibidèm, Non eſt hic homo
à Deo qui ſabbatum non cuſtodit.[& cor eius faciet iniquitatẽ.] i.malum conſiliũ deducet ad actũ,
mittendo nuncios ſeu obſeruatores ad Chr̃m,vel ipſi eum obſeruãtes,vt caperent eum in ſermone,
Marc.3. iuxta illud Marci:Obſeruabant ſi ſabbatis curaret,vt accuſarent eum.[vt p̃ficiat ſimulationem.]fre-
Luc.6. quẽter eñ hic populus ſimulauit ſe velle Chr̃o obedire.propter quod ſępè ait ad eos,Hypocritę.Et,
& 11. Quid me tentatis hypocritæ?[& loquat̃ ad dñm fraudulenter.] Hoc impletum eſt qñ ad Chr̃m di-
xerunt illud Mat.22.Magiſter,ſcimus quia verax es,& viã Dei in veritate doces,& nõ eſt tibi cura de
aliquo:non eñ reſpicis p̃ſonam hoĩm.[& vacuam faciat aĩam eſurientis, & potum ſitienti auferat.]
i.diſcipulos Chr̃i & cæteros qui iuſtitiã Dei eſuriebant & ſitiebant,priuent cibo potuq́; cordis.Intẽ-
debãt eñ puerſi Iudęi oẽs à Chr̃o auertere.Vñ loquebant̃:Dęmonium habet,& inſanit,q̃d eum au-
Ioan.10. ditis?Ideò nanq; & Chr̃s eis loquut⁹ eſt:Vę vobis ſcribæ & phariſæi, q̃ tuliſtis clauẽ ſcientiæ. ipſi nõ
Luc.11. intratis,& eos qui intrãt,nõ ſinitis introire.[Fraudulenti vaſa] i.doloſi hui⁹ populi corda, q̃ per mo-
dum vaſis cõtinent fraudes. [peſſima ſunt.] ideò Chr̃s ait ad eos in Euãgelio:Amẽ dico vobis, quia
Matt.21. 10.& 11. publicani & meretrices p̃cedent vos in regno Dei.Et iterũ:Sodomitis & Niniuitis tolerabilius erit
in die iudicij q̃ vobis.[Ipſe eñ] popul⁹ fraudulentus [cogitationes cõcinnabit,] i. artificioſè cõpo-
net.[ad p̃dendos mites in ſermone mẽdacij,]i.ad decipiendum Chr̃i diſcipulos & alios manſuetos
p̃ falſas allegationes ſcripturæ ſeu impias ſuggeſtiones,ſicut dixerunt: Chr̃s cùm venerit, nemo ſcit
Ioan.7. vndè ſit.Et iterùm,Scrutare ſcripturas,q̃a à Galilæa nõ ſurgit p̃pheta.Hinc rurſum fraudulenter di-
xerunt phariſæi ad eos qui dixerant,Nunq̃ ſic loquutus eſt homo,ſicut hic loquit̃: Nunquid, inqui-
Ibidèm. unt,aliquis ex principib⁹ credidit in eum,aut ex phariſęis?ſed turba hęc q̃ non nouit legẽ,maledicti
ſunt.quaſi dicerent:Nõ docti,ſed idiotæ credunt in eum. Hæc ergò fecerunt, [cùm loqueret̃ paup.]
Zach.9. videlicet Chr̃s,de quo Zacha.Ipſe paup. [iudicium,] i. iuſtum ſermõem & cauſam p̃poneret ęquã,
Ioan.10. dicens:Si nõ facio opera Dei,nolite credere mihi:ſi aũt facio, & ſi mihi nõ creditis, operib⁹ credite.
Ioan.8. Et alibì:Si veritatẽ dico,quarè vos nõ creditis mihi?Maximè aũt loquebat̃ iudicium cõtra ſcribas &
Matth. 23. phariſæos dum ait:Duces cęci,excolãtes culicẽ,camelum aũt glutientes.Vę vobis q̃ ſimiles eſtis ſe-
Ezec.14. pulcris dealbatis.[princeps verò] videlicet Chr̃s, de quo p̃ Ezechielẽ dñs loquit̃:Seruus me⁹ Dauid
erit princeps eorũ.[ea q̃ digna ſunt principe,cogitabit.]i.quõ populũ ſuũ gubernet & ſaluet ad glo-
riam patris.Vndè Ioan.8.teſtat̃:Ego q̃ placita ſunt ei,facio ſemper.[& ipſe ſuper duces ſtabit.]i.apo-
ſtolos gubernabit,qui ſunt duces Eccleſiæ,quibus ait:Vos vocatis me, magiſter & dñe: & benè dici-
Ioan.13. tis,ſum etenĩ.Conſequẽter deſcribit propheta finalem deiectionem Iudæorum,qui Chr̃m recipere
noluerunt, quos inuitat ad planctum, dicendo: [Mulieres opulentæ] i. vos effœminati Iudæi, qui
more fœminarum molliter vixiſtis,atq; ad reſiſtendum hoſtibus impotentes fuiſtis. [ſurgite] à ve-
ſtra incredulitate ac falſa ſecuritate.[& audite vocem meã:filiæ confidentes,]i.ſynagogæ vel vrbes
Ioſu.17. ſeu matronæ,quæ non in Deo,ſed in vanis rebus ſperâſtis. In libro enim Ioſuæ, vrbes minùs prin-
cipales, filiæ appellantur: & ſicut modò particulares Eccleſiæ nominantur filiæ Romanæ Eccleſiæ,
ſic olim ſynagogæ particulares,filiæ dicebantur ſynagogæ Hieroſolymitanæ. [percipite auribus
eloquium meum] videlicet prophetiam hanc de veſtra tribulatione. [poſt dies] enim [& annum] i.
poſt certa & à Deo præfixa annorũ atq; dierum curricula,cùm fuerint iniquitates veſtræ completæ.
[&

[& vos conturbabimini] venientibus contra vos Romanis,qui interìm eſtis inaniter [confidentes]
nil mali vos eſſe paſſuros. [Cõſummata eſt eñ vindemia,] i. populus terræ ablatus eſt, ſicut tollunt̃
botri à vinea,[collectio nõ * erit vltrà.] i.decæterò nõ auferent̃ Iudæi à terra ſua.quaſi dicat hãc ca- *veniet
ptiuitatẽ vltimam eſſe,q̃ ſub Romanis principibus cõtigit.Non ergò loquit̃ Iſaias de captiuitate Ba-
bylonica,poſt illam nãq; fuit collectio in Iudæa.[Obſtupeſcite opulentę, conturbamini confiden-
tes,] i.ô p̃dictæ mulieres & effœminati,ex timore & cõſideratione tantorũ malorũ vobis imminen-
tium,in ſtuporem & perturbationẽ corruite.[Exuite vos.] i.veſtes iucunditatis auferte.[& confun-
dimini] propter ſcelera veſtra.[accingite lumbos veſtros] funiculis ſiue cilicijs,quẽadmodùm mo-
ris eſt pœnitentibus & afflictis.[ſuper vbera plangite.] qm̃ aruerunt,& filij ab eis nutriti,occiſi ſunt.
[ſuper regione deſiderabili,ſuper vinea fertili.] i. propter depopulationẽ & vaſtitatem Iudææ, quæ
erat terra deſideranda ac fertilis vinea. Vinea enim dñi exercituum,domus Iſrael eſt.de qua in Pſal- Iſaiæ 5.
mo 105.habet̃:Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. plorate. hoc & Chr̃s ad paſſionem ten-
dens,p̃dixit:Filiæ Hieruſalem,nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros: Lucæ 23.
quia venient dies in q̃bus dicent,Beati ventres qui non genuerunt,& vbera q̃ non lactauerunt.[Su-
per humum populi mei ſpinæ & vepres aſſcendẽt,] i.terra p̃miſſionis inculta erit atq; vaſtata. [quã-
to magìs ſuper oẽs domus gaudij ciuitatis exultantis?] i. multo ampliùs domus vrbium nunc ſuam
conſolationem habentiũ,& ipſi habitatores earũ,vaſtabuntur ac deſtruentur, q̃bus dicitur: Væ vo- Luc. 6.
bis qui ridetis nunc,quia lugebitis & flebitis.Quòd aũt ſuper humum populi Dei aſſcenderunt ſpi-
næ & vepres,oſtendit ſubiungens: [Domus eñ dimiſſa eſt,] i. templum ſeu regis palatium, vel vni-
uerſum ædificium vrbis Hieruſalẽ deſtructum eſt. [multitudo vrbis relicta eſt.] i. populus ciuitatis
huius à Deo relictus eſt,& hoſtibus traditus.Hoc eſt quod Chr̃s per Ieremiã ait:Reliqui domũ me- Iere. 12.
am,dimiſi hæreditatem meã. & ad Iudęos in Euãgelio:Eccè relinquetur vobis domus veſtra deſer- Matth. 23.
ta.[Tenebræ & palpatio factę ſunt ſup̃ ſpeluncas,] i.palpabiles tenebræ operuerunt foueas,ex ruina
ædificiorũ relictas,ità vt nemo de facili eas ingredi poſſit. [vſq; in æternũ,] quantùm ad hoc q̃ à Iu-
dæis nõ inſtaurabunt̃ ruinæ domorũ,cùm in finẽ perſeueret eorũ deſolatio. [Gaudiũ onagrorũ,pa
ſcua gregũ.] i.terra iſta ſic deſolata, facta eſt gaudiũ & nutrimentũ brutorũ,p̃ferendo eis victum in
quo delectant̃.Spiritualiter verò per onagros,deſignantur hoĩes ſæui principesq́; crudeles: per gre-
ges verò,hoĩes boni,qui oues ſunt Dei. paſcua ergò gregũ,i.bona & terræ naſcentia Iudęorũ fuerũt
gaudiũ onagrorũ,i.ſub poteſtate & vſu principũ impiorũ redacta ſunt, quod Iſaias dixit eis futurũ.
[donec effundat̃ ſup̃ * vos ſpiritus de excelſo,] i. quouſq; recipiatis ſpiritũſanctũ. multis quippe tẽ- *nos
poribus ante Chr̃i aduentũ,erat Iudęa ſub poteſtate infideliũ regũ,quod durauit vſq; ad tẽpus, quo
Chr̃s poſt ſuã aſſcenſionẽ miſit electis Iudęis ſpiritumſanctũ in ſigno viſibili.Expulſis quoq; Iudæis
à propria terra per Romanos,habitauerunt in ea hoĩes gentiles & feri: ſicq́; paſcua gregũ facta ſunt
gaudiũ onagrorũ,donec p̃deſtinatis Iudæis ad fidem cõuerſis,& ſpiritûſancti gr̃am recipientibus,
cœperunt Chr̃iani terrã p̃miſſionis inhabitare.[Et erit deſertũ in Charmel,] i. populus gentilis p̃-
ducetur ad gr̃am,quã olim habuerunt Iudæi.[& Charmel in ſaltum reputabit̃.] i. populus Iudæorũ
ad infructuoſam paupertatẽ gẽtilium cadet.Nã vt ait Apoſtolus ad Romanos 11.Exciſi ſunt rami, &
alieni inſerti ſunt.Quẽadmodùm eñ ante Chriſti aduentũ gentilitas ſpiritualibus bonis caruit,qui-
bus Iudæi abundauerunt: ſic poſtmodùm gentiles in Chr̃o diuites facti ſunt, & Iudæi penitùs de- 1.Cor. 1.
pauperati,om̃em gr̃am amittendo.Hæc verba ſuprà Iſa.29 ſcripta ſunt,& pleniùs explanata. [Et ha-
bitabit in ſolitudine,] i.in cordibus gentiliũ,qui antè fuerunt ſine Deo, & iã deſertum vocati ſunt.
[iudiciũ,] qm̃ ipſi poſt conuerſionẽ ſuã ad fidẽ,iudiciũ diſcretionis dilexerũt, ſeipſos veraciter iu-
dicauerunt,& actum iuſtitiæ p̃fecerunt. [& iuſtitia in Charmel ſedebit,] i. in fidelibus requieſcet,
qui ex deſerto in Charmel cõuerſi ſunt,ſicut nunc dictũ eſt.Tãtùm vult dicere, q̃ iudiciũ & iuſtitia
erunt in Eccleſia,q̃ dicere poteſt:Feci iudicium & iuſtitiã. [Et erit opus iuſtitiæ, pax.] i. tranquillitas Pſal. 118.
mentis cõſequet̃ actũ iuſtitiæ,& erit effectus ſeu opus iuſtitiæ,pax interna. p̃priè tñ pax eſt effectus
charitatis, q̃ facit concordiã, vnionẽ & pacẽ, quẽadmodùm ſcriptũ eſt: Pax multa diligentibus legẽ Ibidèm.
tuam.Dicitur verò pax effectus iuſtitiæ,inquantùm iuſtitia diſponit ad pacem, & remouet impedi-
menta ipſius.[& cultus iuſtitiæ,] erit [ſilentium.] i.quieta vacatio Dei,ſeparatio cordis à tumultu,&
refrenatio oris à verbis inanibus.Hoc videmus in clauſtralibus præcipuè adimpleri,qui in obſerua-
tione ſilentij cultũ iuſtitię ſtatuunt,& fractionẽ ſilentij,grandẽ iuſtitiæ p̃uaricationẽ exiſtimant. [&
ſecuritas vſq; in ſempiternum.] Securitas nanq; & libertas Eccleſiæ, q̃ nil timet niſi Deũ,in p̃ſenti
vita inchoatur,& in futuro perficitur,ſicut & charitas,nec vnq̃ corrumpit̃.[Et ſedebit populus meus
in pulchritudine pacis,]i.Eccleſia nunc q̃dem in pace Chr̃i,q̃ oẽm ſenſum exuperat,requieſcit,quẽ-
admodùm angeli Chriſto nato cecinerunt, dicentes:Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Lucæ 2.
Et Chr̃s apud Ioannem dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. ſedebit quoq; Ioan. 14.
[& in tabernaculis fiduciæ,] i.in locis tutis,in congregationibus ſanctis,in Eccleſiæ domibus, dicẽs

Iſaiæ 12. cum Propheta:Fidutialiter agam,& non timebo. [& in requie opulenta.] i. in ſpiritualium diuitiarũ
poſſeſſione quieta,quemadmodùm 1.ad Corinthios 1. ſcribit Apoſtolus: Gratias ago Deo mẽo per
Ieſum Chriſtũ,qm̃ in om̃ibus diuites facti eſtis in eo,in om̃i verbo & in om̃i ſcientia,ità vt nihil de-
ſit vobis in vlla gratia.Hęc opulentia quieta atq; dulciſſima,maximè fuit in ſanctis apoſtolis,qui pri-
mitias ſpiritûs receperunt.Deniq; iſta pulchritudo pacis, & ſeſſio in tabernaculis fiduciæ,de quibus
Pſal. 117. Pſalmiſta recitat,Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorũ: opulentaq́; requies, multo co-
pioſiùs erũt in populo Dei,cùm ad patriã peruenerint, q̃ in iſto exilio. Cùm ergò iſta fuerint in pri-
mitiua Eccleſia adimpleta,tunc [grãdo aũt] i.tẽpeſtas ſiue exercitus Romanorũ, per modũ grãdinis
multus,fortis & impetuoſus,erit [in deſcẽſione ſaltûs] i.ſup infructuoſam increduláq; Iudæã deue-
niet.[& humilitate humiliabit̃ ciuitas.] i.Hieruſalẽ funditùs ſubuertet̃ & corruet. Cùm igit̃ tanta ſit
gratia in Chr̃m credentium, [Beati qui ſeminatis ſup om̃es aquas,] i. beati eſtis vos apoſtoli p̃dica-
toresq́; Chr̃i,qui verbum Euãgelij,quod eſt ſemẽ Dei,om̃ibus populis,linguis ac tribubus p̃dicatis.
Eccés 11. de his aquis & Salomon loquit̃:Mitte panẽ tuum ſup tranſeuntes aquas. [immittentes pẽdem bouis
& aſini.] i. ad ſinum Eccleſiæ pertrahentes populum Iudæorum electum, qui propter patres & pro-
pter cultum ac legem vnius veri Dei, ſignificatur per bouem, qui eſt animal mundum: & populum
gentilem,qui propter idololatriam,deſignatur per aſinum. ¶*De moralitate.*

¶Deniq; q̃dam eorum q̃ dicta ſunt, moraliter exponi poſſunt de oĩbus, ſicut cùm ait,ſtultus fa-
Matth. 12. Iob 1. tua loquetur,quia ex abundantia cordis os loquit̃. quocontrà de Iob dicitur:Nõ peccauit labijs ſu-
1. Ti. 4. is,nec ſtultum q̃d contra Deum loquutus eſt.Et Paulus Timoth.exhortans:Ineptas,inquit,& aniles
fabulas deuita. & cor eius faciet iniquitatem,quẽadmodùm Prouerb.27. legitur: Cor iniqui exqui-
Matth. 15. ret mala.Et Chriſtus in Euangelio:De corde,ait,p̃cedunt furta,homicidia,adulteria.Vt perficiat ſi-
mulationẽ,q̃ eſt duplex iniquitas. & loquetur ad Dñm fraudulenter. Tales ſunt hæretici, qui verbis
magnificis Deũ honorare ſe ſimulãt,quatenùs ſimplices ſibi alliciãt,& pro Deo zelari putent̃.Om̃es
quoq; qui dicunt ſe nôſſe Deum,factis aũt negant: qui dicunt, Dñe Dñe, & nõ faciunt q̃ p̃cepit Dñs:
qui Deũ nominant patrẽ ac Dñm,& eum nõ amant ac metuunt. Sed quẽ fallunt miſeri, niſi ſeipſos?
hi vacuam faciunt aĩam eſurientis, quẽ ſpiritualibus alimonijs priuãt. Fraudulenti vaſa, i. miniſtri,
Pſal. 5. ſenſus,& corda doloſi,peſſima ſunt.Vndè Malachię 1.habet̃:Maledictus doloſus, & Pſalmiſta, Virũ
Eccl 37. ſanguinum & doloſum abominabitur Dñs. propterea Eccleſiaſticus præcipit: Ante omnia opera
verbum verax p̃cedet te. qui em̃ ſophiſticè loquitur,odibilis eſt. in omni re defraudabitur.Non eſt
illi data gratia à Dño: omni enim ſapientia defraudatus eſt. Eccè q̃ impijſſimum vitium, & ſummæ
1.Theſ. 2. veritati vehementer contrarium,quæ Prouerb.8.teſtatur: Os bilingue deteſtor.Ideò Paulus ad no-
ſtram informationem de ſeipſo fatetur: Neq; aliquandò in ſermone adulationis fuimus. Et per Ia-
Iacob.4. cobum ait ſermo diuinus:Purificate corda duplices animo.Iſte fraudulentus cogitationes concin-
nat ad perdendos mites,ad fallendũ iuſtos & ſimplices,in ſermone mendacij,cùm loqueretur pau-
Ioan. 7. per ſpiritu iudicium,de quo ſcriptum eſt:Iuſtum iudicium iudicate.Et item:Beati qui cuſtodiunt iu-
Pſal. 105. dicium. princeps verò,i.bonus prælatus veruſq́; rector, ea quæ digna ſunt principe cogitabit,i. co-
gitationes viriles, prudentes, ſalubres habebit, conſiderans ſemper vt iuſtè ac fructuoſè populum
Dei gubernet.nec vacabit ſcurrilitatibus,delicijs, phantaſijſq́; vanis. & ipſe ſuper duces ſtabit, i. vi-
carios ſuos reget,immò & impijs ducibus præualebit. mulieres opulentæ, i. homines molles, effœ-
minati ac diuites,ſurgite à vitijs carnis,& audite. poſt dies enim & annum,i.poſt tempus à Deo præ-
ordinatũ,& vos conturbabimini, i.grauibus pœnis, terroribus, & tandèm æternis ſupplicijs afficie-
Pſal. 63. mini. Conſummata eſt em̃ vindemia, i. Eccleſia malignantium exterminata eſt: collectio vltrà non
erit,i.fructum non adferent, cùm impletum fuerit illud Pſalmiſtæ: Erubeſcant & conturbentur in
ſeculum ſeculi,& confundantur & pereãt.Super humum populi mei,i. ſuper Eccleſiam. ſpinæ & ve-
pres aſſcendent, i. tribulationes & tentationes multiplices, quia per multas tribulationes oportet
Actu. 14. nos intrare regnum cælorum. quanto magis ſuper omnes domus gaudij,&c. i. ſuper impios, per-
uerſos,extraneos atq; hæreticos? Vndè Prouerb.11. dicitur: Si iuſtus in terra recipit,quanto magis
impius & peccator?Et Petrus in prima ſua Canonica:Si primò à nobis,quis finis eorum,qui non cre
1.Pet. 4. dunt?Per Ieremiam quoq; Dñs: Eccè,inquit,ciuitatem,in qua vocatum eſt nomen meum, ego inci-
Iere. 25. pio affligerẽ,& vos eritis immunes?Domus enim,i.Eccleſia,dimiſſa eſt, quoniam Chriſtus permit-
tit ad tempus Eccleſiam ſuam affligi,vt in hac vita purgetur,vel præmia copioſiora mereatur. Tene-
bræ & palpatio,i.excæcatio magna & error præcipuus,factæ ſunt ſuper ſpeluncas,i. corda peruerſa,
quæ ſunt vitiorum latibula.Gaudia onagrorum,paſcua gregum,i.tyranni & reprobi,pios electoſq́;
Mich. 3. deuorant,eorum bona conſumunt, & ſanguinem bibunt, de quibus apud Micheam Dñs conteſta-
tur:Qui comedunt carnem populi mei, & pellem eorum deſupèr excoriauerunt. Donec effunda-
tur ſuper vos ſpiritus de excelſo,i.tam diù patiemini iſta ô electi,donec gratia Dei vos liberet, & ſpi-
ritus Dei in perfectam libertatem vos transferat. Grando autem in deſcenſione ſaltûs, i. ira ſeu vl-
tio

tio Dei reprobos ac temporaliter floridos deuaſtabit. & humilitate humiliabitur ciuitas,i. congre-
gatio impiorum,qui in malo cõcordant,damnabit̃.Beati qui ſeminatis,i. opera miſericordiæ fundi-
tis ſuper omnes aquas,i.populos plurimos.Aquæ enim multæ,populi multi ſunt,vt habetur in Apo-
calypſi. Vndè Oſeæ 10.ſcriptum eſt: Seminate in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ. Apoſtolus Apoc. 17.
quoq;: Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.Immittentes pedem bouis & 2.Cor. 9.
aſini,i.om̃ibus benè agentes,& ſine perſonarum acceptione omnes miſericorditer complectentes.

¶*Expoſitio 33.capituli,ſcilicet:Væ qui prædaris.* *Articulus* 59.

MVlti expoſitores catholici exponunt p̃ſens capitulum de Iudęis & rege Aſſyriorum pro tem-
pore Ezechię: veruntñ ſanctus Hieronymus longè aliter exponit, videlicet de electis Iudęis
pro tempore Chriſti,& de perſecutoribus eorundẽ.Nec mirum ſi Hieronymus ità exponat, cùm &
quidam Iudęorum moderni doctores,exponant hęc om̃ia pro tempore Meſſiæ, quẽ præſtolant̃ fu-
turum.Dicit aũt Hieronymus circa hunc locum:Hebręi om̃i virtute nitentes Chriſti apoſtolorũq́;
eius ſacramenta ſubuertere,iſta exponunt contra Sennacherib: Nos aũt ex p̃ſona apoſtolorũ oĩmq;
credentiũ,hæc dicta cõuincimus.Videtur p̃tereà expoſitio Hieronymi aptior. ſic em̃ p̃ſens capitulũ
ad p̃cedentia aptiſſimè continuat̃, quia in fine p̃cedentis capituli de apoſtolis dictũ eſt: Beati qui ſe-
minatis ſuper oẽs aquas.Et pauloantè ad planctũ inuitati ſunt infideles Iudęi,qui p̃ſequebantur pri-
mitiuã Eccleſiam.Vndè iam vaſtatores ac illuſores apoſtolorũ ſeu primitiuæ Eccleſię,immò vniuer-
ſorum fideliũ, Iſaias affatur,& ait: [Væ] i. pœna æterna tibi debet̃.[qui p̃daris.] i. bona fideliũ rapis.
hoc fecit infidelis ſynagoga veris Iudæis,i.diſcipulis Chriſti,q̃bus ad Hebręos Paulus ſcripſit:Rapi- Hebr. 10.
nam bonorum veſtrorũ cum gaudio ſuſcepiſtis.[nõnè & ipſe p̃daberis?] quaſi dicat,immò: qm̃ in-
fideles Iudęi à Romanis p̃dati ſunt,& factæ ſunt dæmonũ p̃dæ,atq; priuati felicitate æterna.[Et qui
ſpernis,] i.væ tibi popule infidelis,qui Chriſti cõtemnis apoſtolos,dicẽs:Eccè muſto pleni ſunt iſti. Actu. 2.
poteſt quoq; referri ad oẽs perſecutores Eccleſię ſeu iuſtorũ.[nõnè & ipſe ſpernẽris?] immò ſpernẽ-
ris,qm̃ Deo & hoĩbus odibiles facti ſunt Iudęi p̃pter iniquitatẽ in Chr̃m eiuſq́; miniſtros cõmiſſam.
ideò ſubiungit̃: [Cùm cõſummaueris p̃dationẽ,] i.cùm Chr̃i diſcipulos multo tẽpore fueris p̃ſecu-
tus ac ſpoliãs,& eos de terra tua expuleris,[dep̃daberis] à Romanis.quod factũ eſt 42.anno poſt Dñi
paſſionẽ,quẽadmodùm Chr̃s p̃dixit.[cùm fatigatus deſiẽris cõtemnere] Chr̃m & famulos eius,[cõ- Lucæ 19.
temnẽris] in p̃ſenti ſeculo,& in die nouiſſimo.Deindè in p̃ſona apoſtolorũ & aliorũ credentiũ di-
citur:[Dñe,miſerere noſtrî,te em̃ expectauimus.] i.tuũ auxilium in oĩbus deſiderauimus.[eſto bra-
chium noſtrũ] i.fortitudo nos roborans.[in manè] i.citò,& tẽpore proſperitatis,nè proſperis eriga-
mur.Vel,in manè,i.in exordio naſcentis Eccleſię. eſto quoq; [& ſalus noſtra] i.ſaluator liberatorq́;
noſter [in tẽpore tribulationis,] dum à Iudęis aut gentibus p̃ſecutionẽ ſuſtinemus:hoc orauit pri-
mitiua Eccleſia in Actis,dicẽs:Et nunc Dñe reſpice in minas eorũ,& da ſeruis tuis loqui verbum tuũ. Actu. 4.
[A voce angeli fugerunt populi,] i.angelorũ ſubſidio deiecti & victi ſunt aduerſarij Eccleſię, ſ. infi-
deles Iudęi. Vel à voce angeli,i.ex annunciatione nuncij denunciantis aduentum Romanorũ,fuge-
runt populi Iudęorum ex p̃prijs locis ad Hieruſalem. Sæpè em̃ in hoc libro per angelum intelligi-
tur nuncius. [& ab exaltatione tua] i. à ſublimi & magnifica operatione tua, per quam tua maieſtas
hominibus innoteſcit.[diſperſæ ſunt gentes] i.tyranni Eccleſiam perſequentes,cæteriq́; gẽtiles, qui
om̃es diuino auxilio ſuccubuerunt,ac periẽrunt.Et impletum eſt in Eccleſia Chriſti, quod ei in Mi-
chea p̃miſſum eſt:Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos,& om̃es inimici tui interibunt. Hoc nẽ- Mich. 5.
pe & Chriſtus p̃dixit diſcipulis:Dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contra- Lucæ 21.
dicere om̃es aduerſarij veſtri.[& cõgregabuntur ſpolia veſtra] ô Iudęi ab exercitu Romanorũ tem-
pore Titi.[ſicut colligitur bruchus.] i.citò atq; faciliter.[velut cùm foſſę plenę fuerint de eo.] Cùm
em̃ fuerit fouea brucho impleta,copioſè & facilimè bruchus colligitur: ſic Romani omnia bona Iu
dęorum diripuerũt. Poteſt etiam accipi de gentilibus,à Chriſtianis principibus ſuperatis ac ſpolia-
tis.[Magnificatus eſt Dñs] i.Chriſtus potentiam ſuam oſtendit. [qm̃ habitauit in excelſo] i. in ſum-
mo cælo ad dexteram patris conſedit,& ideò ſe om̃ium Dñm declarauit, faciendo mirabilia magna
per apoſtolos,& aduerſarios Eccleſiæ deprimendo. Vndè poſt paſſionem dixit: Data eſt mihi omnis Matth. 28.
poteſtas in cælo & in terra.[Impleuit Sion] i.Eccleſiam,q̃ in p̃cedenti cap. dicta eſt deſertũ & Char-
mel,de qua fert̃ in Pſalmo:Diligit Dñs portas Sion ſup omnia tabernacula Iacob. Et ad Hebr.12.Ac- Pſal. 86.
ceſſiſtis ad montẽ Sion,& Eccleſiã primitiuorũ.Hanc Chr̃s impleuit [iudicio & iuſtitia,] dãdo fide-
libus gr̃am veraciter iudicandi,diſcernendi,ſeu corrigẽdi ſeipſos & alios ſibi cõmiſſos, gr̃am quoq;
iuſtè viuendi.Vndè Ioan.1.habetur: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Et Apoſtolus ait:
Benedictus Deus,qui benedixit nos omni benedictione in cæleſtibus in Chriſto Ieſu. [& erit fides Ephe. 1.
in tẽporibus ſuis] i.tempore Chriſti fides augebitur,immò per eius apoſtolos om̃is orbis fide Chr̃i
imbutus eſt.[diuitię ſalutis] i.bona & ornamenta veræ atq; * internæ beatitudinis, ſunt [ſapientia] *ęternę
i.cognitio diuinorum,[& ſcientia] i.notitia rerum creatarũ.Ipſa nanq; beatitudo in Dei viſione cõ-
ſiſtit,

Ioan. 17. ſiſtit,ſecundùm quod Chriſtus ait:Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcāt te ſolū Deū verum. Huius aūt
beatitudinis ornamenta ſunt, cognitio cęleſtium & inferiorum. Si aūt per diuitias ſalutis intelliga-
mus ipſam ſalutem,ſeu beatitudinem ex ſua ratione perfectam ac diuitem, tunc ſapientia, i. actualis
contemplatio ſapiētiæ,qua Deus cognoſcitur,eſt eſſentialiter ſalus,quā ſcientia ornat, qa in cogni-
tione rerum creatarum ponitur præmium accidentale.[timor dñi ipſe eſt theſaurus eius.] Theſau-
rus interdùm vocatur repoſitorium,in quo diuitię continentur: interdùm verò theſaurus pro diui-
tijs ſumitur: & vtroq; modo timor dñi filialis,caſtus & ſanctus,qui permanet in ſeculū ſeculi,eſt the-
ſaurus ſalutis: per timorem em̄ ſalus conſeruatur,qm̄ timor dñi expellit peccatum,quod ſolùm au-
fert ſalutem. Timor etiam intantùm ornat,perficitq; ſalutem & ſapientiam, vt in libro Iob dicatur:
Iob 28. Eccè timor dñi ipſa eſt ſapientia.Et Eccī 23.Beatus cui datum eſt habere timorē Dei.Itemq; in Pſal-
mo 33.Timete dñm omnes ſancti eius,qm̄ nihil deeſt timentibus eum. Quòd aūt timor dñi ſit the-
ſaurus ſalutem cuſtodiens,maximè conſtat ex eo,quod ſcriptum eſt Eccī 27.Si nō in timore dñi te-
Pſal. 111. nueris te inſtanter,citò ſubuertet domus tua.Ideò cùm Pſalmiſta dixiſſet,Beatus vir qui timet dñm:
Ibidèm. poſt pauca adiecit,Gloriæ & diuitię in domo eius,hoc eſt,in corde eius, per gloriam intelligens ſa-
lutem,per diuitias ſapientiam atq; ſcientiam.[Eccè videntes clamabunt foris,angeli pacis amarè fle-
bunt.] Senſus eſt:Poſtq̄ Chriſtus verus Deus impleuerit Sion,hoc eſt,eccleſiā ex gentibus pro ma-
iori parte collectam,iudicio & iuſtitia,fueritq; fides eius vbiq; prędicata,& eccleſia ſpiritualibus di-
uitijs ſalutis ornata,tunc angeli ſancti,qui erant cuſtodes Iudęorū, vel ſancti apoſtoli, qui miſſi erāt
euangelizare vrbi Hieruſalē pacem verā & redemptionem perfectam,videntes Iudęorū excæcatio-
nem,templi & vrbis deſtructionē, ex charitate vehementer dolebunt, clamabuntq; foris, videlicet
Luc. 19. deſerētes Iudęam ꝓpter ipſius obſtinationē.Cùm em̄ Chriſtus ciuitatē iſtam defleuerit, certum eſt,
Rom. 9. ꝙ apoſtoli quoq; errori eius cōpaſſi ſint, ſicut & Paulus aſſerit ſibi ineſſe dolorē cōtinuum pro fra-
tribus ſuis Iudęis.Porrò angeli,qui ex Dei fruitione beati ſunt,non niſi metaphoricè plorare dicū-
Gene. 6. tur,quemadmodùm in Geneſi de Deo narratur,ꝙ tactus dolore cordis intrinſecùs,dixerit:Delebo
hominē quem creaui.Dicuntur itaq; angeli condolere errantibus, ꝓpter ſimilitudinem operis: qm̄
quantùm in ſe eſt,operantur ad eorum correctionē.Cauſa aūt fletus angelorum pacis, ſubiungitur:
[Diſſipatæ] i.deſtructæ [ſunt viæ] terrę Iudęorum ab exercitu Romanorū. [ceſſauit trāſiens per ſe-
Thre. 1. mitam.] omnes em̄ Iudęos occiderunt, aut expulerunt Romani. Huic ſimile eſt, quod in Threnis
aſſerit Ieremias:Viæ Sion lugent,eò ꝙ nō ſit qui veniat ad ſolennitates. [Irritum factū eſt pactum]
quod Deus pepigit cum Abrahā,Iſaac & Iacob,quibus promiſit,ꝙ daret ſemini eorum terram pro-
miſſionis in poſſeſſionem æternam: hoc itaq; fœdus cōfractum eſt propter exceſſus Iudęorum.[ꝓ-
iecit] i.deſtrui permiſit [ciuitates] Iudææ,[non reputauit homines] i.infideles Iudęos,ſicut in Oſea
Oſeæ 9. teſtatur:Exoſos habui eos propter malitias adinuentionum ipſorum. de domo mea eijciam eos, nō
addam vt diligam eos.Peruenit em̄ ſecundùm Apoſtolū,ſuper eos ira Dei vſq; in finē. [luxit & elā-
1.Theſ. 2. guit terra,] hoc eſt,habitatores Iudææ planxerunt, & infirmati ſunt. [confuſus eſt Libanus, & ob-
Zacha. 11. ſorduit] i.templum (de quo in Zacharia ſcriptum eſt:Aperi Libane portas tuas,& deuoret ignis ce-
dros tuas) impletum eſt confuſione,atq; priuatum cantu lætitię.Vel per Libanum deſignatur Hie-
Ezech. 17. ruſalem,de qua ait Ezechiel:Aquila alarū magnarum, q̄ habet ductum intrandi in Libanum. Quod
mox exponens:Cùm venerit,inqt,Nabuchodonoſor in Hieruſalem. Vndè pateſcit, ꝙ per aquilam
regem Babylonis,per Libanū verò Hieruſalē exprimat.[Et factus eſt Saron ſicut deſertū,& cōcuſſa
eſt Baſan & Carmelus.] Saron eſt regio iuxta Ioppen,Baſan verò eſt regio trans Iordanē,Carmelus
aūt mons fertilis erat.Eſt igitur ſenſus,ꝙ loca iſta Iudææ, quę olim vberrima erant,vaſtata ſunt: per
quod inſinuatur,ꝙ omnis opulentia Iudęorū in miſeriam verteretur.[Nunc cōſurgam,dicit dñs.] i.
non diutiùs ſuſtinebo malitiā veſtrā,ô Iudæi,eſſe inultā: dies em̄ vltionis in corde meo,annus retri-
Iſaiæ 63. butionis meæ venit.[Nunc exaltabor.] i. iuſtus atq; omnipotens apparebo, vos deſtruendo.[nunc
ſubleuabor] in gētium conuerſione,ſicut in Pſalmo 45.loquitur: Exaltabor in gentibus, & exalta-
bor in terra.[concipietis ardorem,] i. cogitatio veſtra, ô infideles Iudæi, merebitur vt igni trada-
mini.[parietis ſtipulam.] i. opus veſtrum ex impia cogitatione ꝓcedens, merebitur vt velut ſtipula
ab igne conſumamini: conceptus ergò & partus veſter, ignis tormentum merebitur: & poteſt per
ignem quælibet grauis afflictio deſignari.[Spiritus veſter vt ignis vorabit vos,] i. voluntas ſeu ani-
ma veſtra faciet vos pœnæ & morti obnoxios.[& erunt populi] Iudęorum à Romanis interfecto-
rum,[quaſi de incendio cinis.] i.ſimilis cineri,poſt incendiū remanenti:qm̄ ſicut ignis cōburit ma-
teriam,de qua remanet niſi fauilla & cinis,ſic gladius Romanorū cōſumpſit Iudęos, qm̄ ſola cada-
uera ꝑmanſerunt.[Spinę cōgregatę,] hoc eſt,crudeles & infructuoſi Iudęi,qui verbis & ictibꝰ Chri-
ſtum,eiuſq; diſcipulos pupugerunt.[igni comburentur.] hoc eſt,grauiſſima ꝑſequutione atq; incē-
dio Romanorum cōſumentur,& vltra hoc,igne inferni cruciabuntur.Qm̄ ergò iſta, q̄ dicta ſunt de
operibus Dei circa eccleſiæ conſeruationē,& Iudęorū deſtructionē,valdè magnifica atq; notabilia
ſunt,

ſunt,ideò dñs om̄es homines inuitat ad cōſiderationem operum horum,dum ſubiungitur:[Audite
qui longè eſtis.] i.ꝓcùl à Iudęa habitatis,vel adhuc multùm à Deo diſtatis ꝓpter infidelitatē veſtrā
& vitia.[q̄ fecerim.] Dicit dñs q̄ nunc ſcripta ſunt,& ſcribent.[& cognoſcite vicini,] i.circa Iudęam
habitantes,ſeu Deo per fidem gratiamq; vniti.[fortitudinē meam,] i.potentē effectum meū,in iſto
capitulo recitatum:immò diuinā potentiam in ſuo effectu perpendite [conterriti ſunt in Sion,] i.in
Hieruſalem [peccatores] i.infideles Iudęi. [timor poſſedit hypocritas:] i. phariſęos ac ſcribas, qui-
bus dñs in euāgelio loquitur:Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ.Iſti vehementer cōterriti ſunt Matth. 23.
poſt Chriſti reſurrectionem,quādò viderunt apoſtolos in nomine Ieſu omnium linguis loqui,oēm
ſcripturam agnoſcere,atq; miracula maxima facere. Vndè ſcriptum eſt Act.2. Multa ſigna & prodi-
gia fiebant per apoſtolos in Hieruſalem,& metus magnus erat in vniuerſis.Et iterùm Lucas ſcribit:
Omnes qui credebant,erant pariter, & nemo aliorum audebat ſe coniungere illis, ſed beatificabat Actu. 5.
eos populus,habebantq; gratiam ad omnem plebem.[Quis poterit habitare de vobis cum igne de-
uorante?] hoc eſt,quis veſtrûm,ô Iudęi,veraciter habitabit per fidē & operationē cū Deo ſeu Chri-
ſto Dei vnigenito,de quo ad Hebr.12.ſcribit:Etem̄ Deus noſter ignis cōſumens eſt.de quo & Pſal.
Neq; habitabit iuxta te malignus.[aut quis ex vobis habitabit cum ardoribus ſempiternis?] i.cū in- Pſal. 5.
ceſſantibus charitatis feruoribus,vel potiùs cum angelis ſanctis, qui ſunt ardores perpetui, iuxta il-
lud quod ad Deum ait Pſalmographus:Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignē vren- Pſal. 103.
tem. Vndè & Seraphim ſpecialiter incēdentes ſeu calefacientes, ꝓpter exceſſiuum diuini amoris ca
lorē vocantur,quēadmodùm excellentiſſimus ille theologorū princeps,deiformis Dionyſius do-
cet.Huic quæſtioni reſpondet ꝓpheta: [Qui ambulat in iuſtitijs,] i. qui diuina mādata cuſtodit. [&
loquitur veritatē,] i.ſanam doctrinā,vitans om̄e mendaciū,ſicut Zachariæ 8.iubet: Veritatē tantùm
& pacē diligite.[qui proijcit auaritiā] i.cupiditatē contemnit,q̄ [ex calumnia] orit, vel calumniā ge-
nerat:quia cū damno vnius,pecuniæ alteri congregant. proijcit ergò auaritiā ex calumnia,i. auaritiā
ſpernit,nè alicui calumniā faciat. Vndè & Chriſtus in euangelio: Poſſibilius eſt camelum per fora- Matth. 19.
men acûs tranſire,q̄ diuitem (i.diuitiarum inordinatū amatorē,putà auarū) intrare in regnum cęlo-
rum.[& excutit manus ſuas] corporales ac ſpirituales,videlicet organa corporis,& deſideria cordis.
[ab om̄i munere.] i.à munere linguæ,à munere manûs,à munere officij aut obſequij,i.ab adulatore,
à diuitijs,à famulatu inordinato. Vndè & Moſes: Nō accipies, inquit, munera, quæ excæcant oculos Deut. 16.
ſapiētum,& peruertunt verba iuſtorum.[qui obturat aures ſuas nè audiat ſanguinem.] i. verba ini-
qua & vitia. Vndè ſcriptum eſt:Libera me de ſanguinibus. Vel nè audiat ſanguinem,i.ſermonem de Pſal. 50.
iniuſta ſanguinis effuſione tractantem. Claudendę autem ſunt aures corporales,vel capitis auerſio-
ne vel digito,à loquente maligna,vt erubeſcat,dummodò opportunè fieri poſſit. Si autem hoc fieri
nequeat,omninò claudendæ ſunt aures interiores, nè ꝓbeatur ſermoni maligno cōſenſus. Vndè in
Eccleſiaſtico habetur:Sepi aurem tuam ſpinis,& noli audire linguam nequam,& ori tuo fac oſtia,& Eccī 28.
ſeras auribus tuis. Hæc obturatio valdè perutilis eſt: quia vt Eccēs dicit, Per triſtitiam vultûs, corri- Eccēs 7.
gitur animus delinquentis.[& claudit oculos ſuos nè videat malum,] i. à vanitatibus ſeculi ſe auer-
tit,& oculos ſuos exteriores ac interiores à vano adſpectu & conſideratione inutili, ab intentione
peruerſa refrenat,orans cum Pſalmiſta: Auerte oculos meos nè videant vanitatem. Implereq; ſata- Pſal. 118.
gens illud Ezechielis 28. Vnuſquiſq; offenſiones oculorum ſuorum abijciat,dicit dñs. Vndè Iob 31.
proteſtatur:Pepigi fœdus cum oculis meis,nè cogitarem quidem de virgine. Chriſtus quoq; in Eu-
angelio:Si oculus tuus ſcandalizat te,erue eum & proijce abs te.Qui em̄ viderit mulierem ad cōcu- Matth. 5.
piſcendam eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Sed nec aliorum defectus obſeruare debemus,
quoniam ſcriptum eſt:Qui obſeruator eſt malorum,opprimetur ab eis. Quid vides feſtucā in oculo Prou. 11.
fratris tui,trabem aūt in oculo tuo non vides?[Iſte in excelſis habitabit,] i.in contemplatione cęle-
ſtium,in apice perfectionum, in regno cælorum. [Munimenta ſaxorum] i. muri cæleſtis Hieruſa-
lem,exempla atq; ſuffragia electorum,qui ſunt lapides viui, ex quibus ſecundùm Zachariam & Pau Zacha. 9.
lum ædificatur eccleſia,ſunt [ſublimitas eius] i.alta habitatio ſeu fortis protectio eius. [panis] i. ſpi- Ephe. 2.
ritualis refectio, vtpotè panis vitæ & intellectûs, ſacramentum corporis Chriſti, panis lachryma-
rum,& panis quotidianus.[ei datus eſt.] aliter enim non poſſet tantam iuſtitiam exercere, vndè ait
ſcriptura Eccī 15. Cibabit illum pane vitæ & intellectûs. [aquæ eius] videlicet aquæ ſapientiæ ſalu-
taris, de quibus infrà 55. habetur: Omnes ſitientes venite ad aquas.[fideles ſunt,] i. ſalubres. pro-
pter quod ait Saluator:Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo Ioan. 4.
fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Vndè ſuperiùs 12. dictū eſt:Haurietis aquas in gaudio de fon-
tibus Saluatoris. Poteſt quoq; intelligi de aqua baptiſmatis.[Regem] i.Chriſtum, qui Ioannis deci-
mooctauo ait: Rex ſum ego. qui etiam Matthæi vigeſimoquinto de ſeipſo loquutus eſt: Tunc dicet
rex his qui à ſiniſtris eius erant.[in decore ſuo,] i. in gloria Dei patris, in maieſtate diuina, in lumi-
ne patriæ. [videbunt oculi eius.] Oculi enim exteriores, poſt diem iudicij videbunt Chriſtum
ſecun-

ſecundùm humanitatẽ: oculi verò mentales videbunt eum, quantùm ad vtranq; naturã. propterea
Pſal. 139. ait Pſalm.Iuſti confitebunt̃ nomini tuo,& habitabunt recti cũ vultu tuo. Deniq; beati mundo cor-
Matth. 5. dè,qm̃ ipſi Deum videbunt.[cernent terrã de longè,] i.terram viuentium,patriam beatorum adſpi-
cient atq; optabunt,de hac valle lachrymarum illam ſalutantes, atq; ad eam ſuſpirantes, ſcientes ſe
hîc nõ habere manentẽ ciuitatem,quemadmodùm de antiquis ſanctis ait Apoſtolus ad Hebręos 11.
Iuxta fidem defuncti ſunt oẽs iſti,non acceptis repromiſſionibus,ſed à longè eas adſpicientes & ſa-
lutantes,& confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã. [Cor tuum] ô plebs fidelis [me-
ditabit̃ timorem.] i.cauſas timoris,ità vt ea conſideràbis de Deo & eius iudicijs, q́ ſanctum ac reue-
rentialem timorẽ menti incutiunt,quomodò ſcilicet Deus populum Iudęorum,olim tam electũ,pe
culiarem ac doctum,reliquit,& loco eorũ gentiles ſubſtituit. hæc em̃ contemplans, cũ Apoſtolo ad
Rom.11.exclamabis:O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei,q̃ incomprehenſibilia ſunt iu-
dicia eius? Vndè admirando nunc ſubiungit̃: [Vbi eſt literatus? vbi legis verba ponderans? vbi do-
ctor paruulorum?] i.vbi ſunt iam ſcribæ & phariſæi in lege gloriantes,& verba, nõ ſpiritualia myſte
Ioan. 7. ria,legis tractantes,qui ſimplicitatem credentium in Chr̃m,irridentes,dixerunt:Nunquid aliquis ex
principibus credidit in eum, aut ex phariſæis? ſed turba iſta q̃ neſcit legẽ,maledicti ſunt. En ipſi ex-
Rom. 8. cæcati & reprobi facti ſunt,& idiotæ ac illiterati primitias ſpiritûſſancti receperunt. Deniq; ad Ec-
cleſiam dicitur:[Populum imprudentem non videbis:] i. populum Iudęorum & phariſæorum, qui
verè imprudentes ſunt,qm̃ fide carentes,nulla ſalutari ſcientia micant, nec actus ſuos rectè ad verã
beatitudinem dirigunt. hos non videt Eccleſia,i.non magni pendit,non approbat,non reputat eos,
ſed cum Apoſtolo 1.Cor.1.dicit:Nonnè ſtultam Deus ſapientiam huius mundi fecit? & cũ Pſalmiſta:
Pſal. 91. Deſpexit oculus meus ſuper inimicos meos.De q̃bus ſubiungitur,[populum alti ſermonis,ità vt nõ
poſſis intelligere diſertitudinem linguę eius,] i.populum hunc imprudentem, ſed eloquentem, ſeu
in loquendo profundum,ità vt nequeas intelligere ornatum ſermonis ipſius,[in quo] tamen po-
Sap. 1. pulo [nulla eſt ſapientia] ſalubris & meritoria,quemadmodùm ſcriptum eſt:In maleuolam animam
non introibit ſapientia.In prædictis nanq; Iudęorum magiſtris atq; philoſophis aliud nihil eſt, niſi
decor ſermonis,ex informi ſcientia manans:& fructu carentes, ſolis folijs adornantur. [Reſpice] ô
Dn̄e Deus,oculo paternę clementię,vel ô iuſte cui dictum eſt,Cor tuum meditabit̃ timorẽ,& popu-
lum imprudentem non videbis: reſpice oculo congratulationis ac obedientię [Sion] i.Eccleſiam in
monte ſpeculationis fundatam.[ciuitatem ſolennitatis noſtrę.] i.vnionem fidelium,vbi Chriſti ſo-
lennia celebrantur,& eius beneficia ſolenniter recoluntur.[Oculi tui] interiores [videbunt Hieru-
Pſal.45. ſalem habitationem opulentam,] i.cęleſtem Hieruſalem omnibus bonis plenã, de qua legitur:Flu-
minis impetus lætificat ciuitatem Dei.Ibi videbis q̃ oculus non vidit,nec auris audiuit.[tabernacu-
Pſal. 83. lum quod nequaq̃ transferri poterit.] i. domum immobilem, de qua dictum eſt: Beati qui habitant
in domo tua Dn̄e.Et Apoſtolus ad Heb.8.Habemus,inquit,pontificẽ qui conſedit in dextera ſedis
magnitudinis in cælis,ſanctorũ miniſter & tabernaculi veri,quod fixit Deus,& nõ homo. [Nec au-
ferentur claui eius] vſq; [in ſempiternum.] i.firmitas eius nunq̃ deſtruet̃, qm̃ Deus poſuit fines eius
Hebr. 11. pacem. Vndè Apoſtolus ad Hebręos ait:Expectabat Abraham fundamenta habentẽ ciuitatem,cui-
us artifex & cõditor Deus.[& oẽs funiculi eius non rumpent̃.] i.colligatio ſupernę Hieruſalem,q̃ ex
viuis lapidibus conſtat,non ſeparabit̃,ſcilicet charitatiua vnio,robur ac firmitas beatorũ.Ex quibus
patet,iſta non dici de terrena illa Hieruſalem Salomoniſq; templo, q̃ à Chaldæis funditùs diſſipata
atq; combuſta ſunt, ſed de tabernaculo beatorum, de quo & Chr̃s in Euangelio pluraliter loquens
Lucæ 16. Facite,ait,vobis amicos de mammona iniquitatis,vt cùm defeceritis,recipiant vos in æter-
na tabernacula.Hoc tabernaculum eſt [locus fluuiorum] de quibus habetur in Pſal.35.Inebriabũ-
Dani. 7. tur ab vbertate domûs tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et in Daniele: Fluuius rapidus
igneusq; egrediebatur à facie eius.Hi ſunt fluuij ſapientiæ,inundatio gaudiorum,plenitudo diuitia-
rum cęleſtium,de quibus iam additur: [Riui latiſſimi & patentes] Fluunt em̃ hæc flumina ex fonte
vitę Deo æterno & benedicto,copioſeq; implent omnes beatos,& totam illam cæleſtem Hieruſa-
lem abundantiſſimè occupant. de talibus fluuijs Cant.5.habetur:Fons hortorum,puteus aquarum
viuentium,q̃ fluunt impetu de Libano.[Quia ſolummodò ibi] i. in cęleſti Hieruſalem.[magnificus
Dn̄s Deus noſter,] i.ſolus Deus omnipotens eſt protector ac ſtabilitor in ea, ſicut in Pſalmo canta-
Pſal.147. tur: Lauda Hieruſalem Dn̄m,&c. qm̃ confortauit ſeras portarum tuarum, benedixit filijs tuis in te,
[non tranſibit per eum] i.per locum cęleſtis Hieruſalem,ſeu fluuiorum iſtorum, [nauis remigium,
neq; triremis magna tranſgredietur eum.] i. nullus hoſtis, nulla aduerſitas patriam beatorum in-
trabit,ſed eſt ibi ſecuritas ſempiterna & ſumma.Propter quod Apoc.21. habetur:Non intrabit in il-
lam aliquid coinquinatum,niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ. [Dn̄s enim] eſt [iudex noſter] qui per
Iere. 29. Ieremiam teſtat̃:Ego ſum iudex & teſtis.[Dn̄s legifer noſter] qui p Moſen legẽ veterẽ dedit in mõ-
Matth. 5. te Sinai,& per ſeipſum euangelicam legẽ docuit in monte, in quo de octo beatitudinibus p̃dicauit,
de

de quo ait ſcriptura:Etenim benedictionem dabit legiſlator.[Dn̄s rex noſter,ipſe veniet] per ſuam Pſal. 83.
beatiſſimam incarnationẽ,per gr̃æ infuſionẽ,veniet quoq; in die iudicij. [& ſaluabit nos] à pœna &
culpa,ſicut ſaluauit cæleſtẽ Hieruſalem, ad cuius ſocietatem nos ducet. Conſequenter ait Propheta
ad terrenam illam Hieruſalẽ:[laxati ſunt funiculi,] i.præparati ad figendum tentoria,ſeu ad pugnã-
dum contra populum Chriſti,vel ad reſiſtendũ Romanis. [ſed non ꝑualebunt.] i. nequaq̃ poteritis
Eccleſiam extirpare,aut Romanis reſiſtere.[Sic erit malus tuus,] i.ſignum quod in tentorio ſeu naui
figitur,in quo vela pandunt̃.[vt dilatare ſignum nõ queas.] i.tam penitùs deſtruet̃,& poteſtas veſtra
deficiet,vt nec ſignum belli poſſis in ea extendere. [Tunc diuident̃ ſpolia prædarũ multarũ.] Tunc
em̃ Romani diuiſerunt inter ſe ſpolia Iudęorum,q̃ Iudęi primitiuę Eccleſiæ violenter abſtulerunt.
[Claudi diripient rapinã,] i.qui adeò laſſi & debiles fuerant, vt claudis cõpararent̃,ſpolia Iudęorũ
diripient. [nec vicinus dicet,elangui.] i.qui cum Romanis contra Iudęam aduenerint,non ſe debi-
les dicent,ſed auiditate pſequendi Iudęos,animabunt ſeipſos.[Populus qui habitat in ea,auferet ab
eo iniquitas.] Hoc referri poteſt ad fideles in Hieruſalem habitantes,quorũ Deus peccata indulſit:
vel oĩm ciuium eius dicunt̃ ablata peccata,quia per mortẽ ꝓhibiti ſunt decęterò peccata cõmittere.

¶ *Alia explanatio huius cap.33. de moralitate ipſius.* *Articulus* 60.

VT aũt diuerſa iuxta ſe poſita,clarius diſcernant̃, breuiter tangã,qualiter alij pſens capitulũ ex-
ponũt.Itaq; ſecundùm eos,hoc quòd dicit,Væ qui p̃daris,nõnè & ipſe p̃daberis? & qui ſper-
nis,nõnè & ipſe ſpernẽris? cõtra Sennacherib regẽ Aſſyriorũ,& cõtra eius exercitũ dicit̃,qui popu- 4 Reg. 18.
lũ Iuda p̃dabat̃,& Deũ Iſrael ſpreuit. dixit em̃ Sennacherib per nuncios ad Ezechiã,Non te ſeducat Iſaiæ 37.
Deus tuus.Cùm cõſummaueris dep̃dationẽ, i. poſtq̃ multas gentes ac populum Iuda ꝓ maiori parte
ſpoliaueris,tunc & ipſe dep̃daberis. occiſo em̃ eius exercitu ab angelo ſancto,Iudæi ſpolia eius col-
legerunt. Conſequenter Iſaias in perſona populi loquẽs, pro liberatione ab Aſſyrijs orat,dicendo:
Dn̄e,miſerere noſtri,te em̃ expectauimus,i.tuũ ſubſidium nobis affuturum ſperauimus. A voce an-
geli,i.à plaga quã angelus Dei intulit Aſſyrijs. fugerunt populi,qui nõ erant cum alijs interfecti, ſed
cum Sennacherib redierunt in terram ſuã. & ab exaltatione tua,i.ab oſtenſione tuę diuinę potentię
ô Dn̄e diſperſæ ſunt gentes,q̃ cum Aſſyrijs venerunt,& viſa plaga p̃dicta,ad ꝓpria redierunt. Et cõ-
gregabunt̃ ſpolia veſtra ô Aſſyrij ab Ezechia & populo eius,ſicut colligit̃ bruchus,i.faciliter.Magni-
ficatus eſt Dn̄s in deiectione Aſſyriorũ: impleuit Sion,i.habitatores Hieruſalẽ,iudicio & iuſtitia, q̃a
ſub Ezechia religioſè vixerunt. & erit fides,i.obſeruatio fidelitatis, ſeu cultus & fides vnius veri Dei 2.Par.29.
in tẽporibus ſuis vel tuis,vt aliqui textus habẽt,i. tẽpore Ezechiæ. Ecce videntes clamabunt foris, i. 2.Par.31.
ſpeculatores Ezechię videntes exercitũ Aſſyriorũ foris venientẽ, præ dolore clamabũt,& annun-
ciabunt regi ſuo ac populo venire Aſſyrios.Angeli pacis,i.nuncij quos miſit Ezechias ad Rabſacen, 4. Reg. 18.
cæterosq; miniſtros Sennacherib,vt tractarent cũ eis de pace. amarè flebunt,audiẽtes blaſphemias Iſaiæ 36. & 37.
Rabſacis. Diſſipatæ ſunt viæ,i. itinera Iudęorum ab Aſſyrijs. ceſſauit tranſiẽs per ſemitam, quia ne- 2.Par.31.
mo Iudæorum audebat in publico ambulare coram Aſſyrijs. Irritum factum eſt pactum. rex enim
Aſſyriorum fregit fœdus,quod antè cum Ezechia fecit. ꝓiecit ciuitates,i.rex Aſſyriorũ vrbes Iudææ
deſtruxit. nõ reputauit,ſed ſpreuit hoĩes,i.populum Iudęorum. luxit & elanguit terra,i.populus Iu-
dęorum terrã inhabitans.Et factus eſt Saron ſicut deſertum,& cõcuſſa eſt Baſan & Carmelus.i. lo- 4.Reg.17.
ca hæc cum habitatoribus ſuis ab Aſſyrijs deſolata ſunt.Nunc exurgã,dicit Dn̄s, ad puniendũ Aſſy-
rios. nunc exaltabor,i.ſublimis agnoſcar ex eorũ occiſione.Cõcipietis ardorẽ &c. Locus iſte, ſecũ-
dùm hanc expoſitionẽ,applicat̃ Aſſyrijs eodẽ ſenſu,quo in p̃cedenti articulo expoſitus eſt de Iudę-
is.Cõterriti ſunt in Sion,i.in Hieruſalẽ. peccatores,i.Sobna pontifex cum adhærentibus ſibi,qui ex
timore ad regẽ Aſſyriorum cõfugerunt. poſſedit timor hypocritas,i. p̃dictos peccatores, qui vide-
bant̃ fideles & boni,ſed aliter erãt.Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante? i.dignè ſer-
uire in templo,vbi erat ignis perpetuus in altari holocauſtorũ. & idẽ alijs verbis repetitur, Aut quis
habitabit &c? & reſpõdet,Qui ambulat in iuſtitijs &c.ſicut expoſitũ eſt.Secundùm expoſitionẽ au-
tem huius partis in p̃cedenti articulo poſitã,cõſonat ſententia huius loci cum Pſalmo illo,cuius ex- Pſal. 14.
ordium eſt:Dn̄e,quis habitabit in tabernaculo tuo? Iſte in excelſis habitabit, i. tẽplo conſtructo in
monte Sion.Munimenta ſaxorũ,i.munita ædificatio ex lapidibus facta, erit ſublimitas, i. alta habi-
tatio eius.iuxta templum em̃ in loco huiuſmodi erat habitatio pontificis. Panis ei datus eſt, i.cibum
ſufficientem habebit.aquę eius fideles ſunt,i.potum fiducialiter obtinebit. Regẽ(videlicet Ezechiã)
in decore ſuo videbunt oculi eius. poſt deiectionem em̃ Sennacherib, ſanctiſſimus Ezechias glo-
rioſè regnauit.cernent terrã de longè,i.à monte Sion qui altus erat,longè lateq; conſpiciet terrã Iu-
dææ.Vbi eſt literatus? &c. i.vbi eſt iã Sobna ſummus ſacerdos,qui ex diffidentia diuini auxilij ab-
ijt ad Aſſyrios? populum imprudentem,i.exercitum Aſſyriorũ non videbis diutiùs ô popule Hie- 4.Reg.18.
ruſalem,populum alti ſermonis.Hoc ad rhetores ſeu oratores,qui cum Sennacherib erant, refertur.
Reſpice ô Dn̄e oculo pietatis Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ,i. Hieruſalem in qua celebrant̃ Fe-
O ſta

ſta legalia. Oculi tui, ô popule Iuda, videbunt Hieruſalẽ ciuitatem opulentã, i. de ſpolijs Aſſyriorum
vehemẽter ditatam. tabernaculũ, i. templum Salomonis, quod nequaq̃ transferri poterit de loco ad
Num. 1. Deut. 15. locum, ſicut portabatur tabernaculũ Moſis. nec auferentur claui eius in ſempiternũ, i. extrahi non
poterunt, cùm ſint fortiſſimè infixi materijs quas cõnectunt. & oẽs funiculi eius non rumpentur ab
2. Par. 32. Aſſyrijs iſtis. Locus fluuiorum, riui latiſſimi & patentes, ſunt circa tabernaculum hoc. Ezechias enĩ
aquas de Hieruſalẽ egredientes cõtinuit, easq; in foſſatis collegit, nè deſeruirent Aſſyrijs ad potan-
* remigiũ dum ſeu nauigandum. ideò ſubiungitur, Nõ tranſibit per eum nauis * remigum, i. nullus Aſſyriorũ
nauigabit per locum fluuiorum iſtorũ. Laxati ſunt funiculi tui ô Sennacherib, i. funiculos extendi-
ſti, vt figerenẽ tentoria tua contra Hieruſalẽ, ſed non p̃ualebunt aduerſus Hieruſalẽ. Sic erit málus
tuus, i. arbor in qua vexillum belli ſuſpenditur, vt dilatare ſignum non queas, i. ſic impedietur, ꝙ nõ
erigetur, nec in eo ſignum belli ponetur contra Hieruſalem. Tunc, cùm ſic impedita fuerint machi-
namenta tua, videlicet populo tuo per angelum interfecto. diuidentur, i. inter ſe diuident Iudæi, ſpo
lia p̃darum multarum, i. rapinę quas Aſſyrij diuerſis gentibus abſtulerunt & ſecum tulerunt. Claudi
diripient rapinam, quia & corpore claudicantes, ex lætitia magna cõfluxerunt ad locum occiſionis
ac dep̃dationis Aſſyriorum. & vicinus non dicet, elangui, ſed quilibet ꝓpriæ imbecillitatis oblitus,
2. Par. 30. feſtinauit ad p̃dam hanc. Populus qui habitat in ea, i. in Hieruſalẽ, auferetur ab eo iniquitas, qm̃ Eze-
chias induxit populum ſuum ad meliora. Cõſideret pius lector, & adinuicèm cõparet expoſitiones
has: penſetq́; q̃ fructuoſior ſit, ſubtilior, ac magìs catholica. ¶ Porrò moraliter contra oẽs p̃dato-
res, pauperũ oppreſſores & irriſores, intelligendum eſt quod dicit: Væ qui p̃daris, nonnè & ipſe prę-
daberis? & qui ſpernis, nõnè & ipſe ſpernéris? Qui enĩ alteri ſua aufert, amittet bona gratiæ in p̃ſen-
ti, & bona gloriæ in futuro. Interdùm quoq; vita priuatur atq; diuitijs. ſed & ingens eſt vitium, ſper-
nere proximũ. Vndè Apoſtolus ad Romanos 14. ait: Tu q̄d iudicas fratrem tuũ? aut tu quarè ſper-
Malach. 2. nis fratrẽ tuum? oẽs enĩ ſtabimus ante tribunal Chriſti. In Malachia quoq; ait diuina ſcriptura: Nũ-
* noſtrûm * nos quìd nõ pater vnus oĩm * veſtrûm? nunquìd nõ Deus vnus creauit * vos? quarè ergò deſpicit vnuſ-
Ibidèm. quiſq; * veſtrûm fratrẽ ſuum? Rurſus quoq; idem Malachias ait: Cuſtodite, inq̄t, ſpiritum veſtrũ, &
nolite deſpicere. Propterea Prouerb. 3. ſcriptum eſt: Illuſores Deus deludet. Quilibet aũt in afflictio-
ne poſitus, dicere poteſt: Dñe, miſerere noſtri, te enĩ expectauimus. eſto brachiũ noſtrum in manè,
& ſalus noſtra in tempore tribulationis. Proindè quod dictũ eſt, Et congregabunẽ ſpolia veſtra ſic-
ut colligitur bruchus, intelligi poteſt de hæreticis, cęteriſq́; inimicis Eccleſię, qui tandèm à fidelibus
ſuperanẽ. Poteſt quoq; eſſe vox Eccleſiæ ad dęmones, quorum ſpolia ſunt peccatores, quos Chriſto
atq; Eccleſiæ ſubtrahũt, quos cùm Eccleſia p̃dicando ad Chriſtũ reducit, ſpolia vtiq; dęmonũ colli-
git. Eccè videntes viri iuſti iniquitatẽ malorũ, clamabunt forìs, i. ex charitate eos corripient, & Dñm
Matth. 10. inuocabunt. angeli pacis, i. p̃dicatores euangelicę legis, quibus ait Saluator: In quancunq; domũ in-
Lucæ 10. traueritis, primùm dicite: Pax huic domui. amarè flebunt, cõpatiendo errantibus, & eorum peccata
1. Reg. 15. deflendo, quẽadmodùm Samuel deplanxit Saulem, & Chriſtus Hieruſalẽ. Diſſipatæ ſunt viæ, i. diui-
Lucæ 19. na præcepta impij ſunt tranſgreſſi, quemadmodùm ſcriptum eſt Pſal. 118. Diſſipauerunt legem tuã.
Ceſſauit tranſiens per ſemitam mandatorum conſiliorumq́; Dei, iuxta illud in Pſalmo 13. Oẽs de-
clinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Oẽs enĩ quę ſua ſunt quęrunt, non quę Ieſu Chriſti, ſecundùm
Philip. 2. Apoſtolũ ad Philippeñ. Irritum factũ eſt pactum, quod fecimus cum Deo in ſuſceptione baptiſmi,
in religionis ingreſſu, in receptione ordinis ſacri: quia quod Deo promiſimus, non implemus, abre-
nunciando omnibus pompis mundi, concupiſcentijs carnis atq; pigritiæ. Idcircò Deus proiecit ci-
uitates Chriſtianorum, quas infidelium ſeu tyrannorum poteſtatibus ſubdi permiſit. Hinc enĩ & ter
ram ſanctam poſſident Sarraceni. Confuſus eſt Libanus, i. temporaliter florens. Dum aũt aliquis in
gratia magna conſtitutus, per ignauiam ad vitia labitur, confunditur Libanus. Præterea peccatores
concipiunt ardorem libidinis, iræ, impatientiæ. pariunt ſtipulam, i. opera infructuoſa apta ad com-
buſtionem gehennæ. idcircò ſpiritus eorum deuorat eos, quia ſeipſos damnationi obnoxios faciũt.
Spinæ congregatę, i. homines pungitiui, detractores, auari ac inuidi. igni comburentur, i. æternali-
ter cruciabuntur igne inferni. Inſupèr amator Dei, contemptor ſeculi, conſiderans vanitatem ſapi-
entium huius mundi, omniumq́; doctorum, qui non agunt quod docent: videns inquam, quàm ci-
tò vita eorum finitur, quàm ſubitò omnis eorum excellentia perit, quàm grauiter condemnãtur, di-
cat corde profundo ac gemebundo: Vbì eſt literatus? Vbì verba legis ponderans? Vbì doctor par-
uulorũ? Vbì iuriſtę, legiſtę & phyſici, qui principũ conſules ſunt & cuſtodes? Quod verò ſubiungit,
Laxati ſunt funiculi tui, ſed non pręualebunt, de omnibus Eccleſię hoſtibus accipere poſſumus, qui
Pſal. 7. funes extendunt in laqueũ, ſed non præualent: quinimò incidunt in foueam quã fidelibus faciunt.
Cætera, quantùm ad ſenſum literalem, ex præcedenti liquent articulo. Moralem verò intelligenti-
am feſtinanter, propter prolixitatem vitandam, percurrere omitto, partìm proprio parcens capiti,
partìm aliorum prouidens fatigationi ſeu torpori.

¶ Elu-

¶ Elucidatio capituli 34. videlicet, Accedite gentes & audite. *Articulus* 61.

QVanuìs nõnulli exponunt p̃ſens capitulum nõ abſolutè de omibus gentibus impijs, & tribu-
latione earũ in fine mundi futura, conſummationeq́; ſeculi, ſed de gentibus regi Babylonis
cooperantibus, & p̃ſertim de Idumæis: tñ B. Hieronymus, ꝓphetarum ſtudioſiſſimus expla-
nator, exponit capitulum iſtud de interitu oĩm nationum & termino mundi, cui cõſonat litera. vn-
dè eum ſequendo, poſtq̃ Propheta de ſubuerſione Hieruſalẽ eſt loquutus, nunc de finali gentium
vniuerſarum vaſtitate vaticinaẽ, & ad dicendorũ diligẽtem aduertentiã nos inuitans: [Accedite] in-
quit [gentes] per cordis conſideratione. [& audite] q̃ dicam. [& attendite populi. audiat terra] i. ha-
bitatores terræ. [& plenitudo eius: orbis, & oĩe germen eius.] Eccè quotiès eundẽ repetit ſenſum,
quod nequaq̃ feciſſet, niſi de rebus maximis fari intendiſſet, [q̄a indignatio Dñi] i. iuſta deteſtatio
ſeu vindicta, erit [ſuper oẽs gentes] gentiliter cõuerſantes. [& furor] i. magna vltio Dñi, erit [ſuper
vniuerſam * militiã earũ.] i. principes, rectores, & iudices. furor aũt ſonat atq; ſignificat aliquid gra- * malitiam eorum
uius, q̃ indignatio: qm̃ magis iraſcit Deus malis principibus, grauioraq́; eis tormenta infligit, q̃ vul-
go & ſubditis, put Sapientiæ ſexto inducit: Iudicium duriſſimum in his qui p̃ſunt, fiet. Exiguo enim
concedit miſericordia, potentes aũt potenter tormenta patienẽ. [Interfecit] i. interficiet [* eas] Dñs, * eos
[& dedit * eas in occiſionẽ.] i. morti tradet eos, videlicet morti animæ & corporis, qui nõ pœnitent.
Loquitur de futuro per modum p̃teriti. ignis aũt conflagrationis oẽs quos inuenerit, cõſumet. [In-
terfecti * earum proijcienẽ] in tenebras exteriores, & pro nihilo reputabuntur. [& de cadaueribus * eorum
* earum aſſcendet fœtor.] certum eſt de corporibus q̃ comburunẽ, exhalare fœtorẽ grauiſſimum. po
tiùs tñ de fœtore peccati loqui videẽ, qui dicitur à corporibus reproborum aſſcendere. [Tabeſcent
montes à ſanguine * earum,] i. tam multi occidentur, vt vix à montibus recipi poſſint. [& tabeſcet
oĩs militia cælorum.] Quibuſdã videtur, hoc nõ poſſe intelligi de angelis bonis, qui ratione perfe-
ctæ beatitudinis qua fruuntur, & propter iuſtitiã qua diuinę in oĩbus voluntati conformantur, nõ
tabeſcunt neq; contriſtantur de damnatione hoĩm, quos cuſtodiebant. Videtur quoq; eis, ꝙ non
poſſit de angelis malis intelligi, qm̃ illi potiùs gaudent q̃ dolent de interitu hoĩm. Sed vtrunq; di-
ctum iſtorum, ineptum eſt. ſi enĩ diuina ſcriptura incommutabili Deo paſſiones quaſdã metapho-
ricè aſſcribit, quanto magìs angelis ſanctis ſimili modo paſſiones attribui poſſunt? Dicuntur ergò
angeli ſancti de hoĩm perditione tabeſcere, non ꝙ veraciter affliguntur, ſed ad inſinuandũ ꝙ quan-
tùm in ipſis fuit, vehementer deſiderauerunt noſtram ſalutẽ: vndè etiam frequenter angeli boni ſan
ctis hoĩbus apparuerunt in forma lugentium ſiue dolentium propter malitiam hoĩm. Deniq; quan-
uìs dæmones de hoĩm damnatione non doleant, tñ videntes inſtare diem iudicij, contabeſcent, ſci-
entes ſe ſimul cum illis in Tartarum retrudendos. Poteſt quoq; intelligi de planetis atq; ſideribus
cæli, q̃ dicuntur tabeſcere, propter inſolitas alterationes, in ipſis apparituras. nam ſtellæ cæli cadere
videbuntur. [Et complicabuntur ſicut liber cæli,] i. decæterò non patebit introitus regni cęlorum,
ſed clauſa erit ianua, nec vltrà legent aſtrologi in cælis & aſtris, quid ſit futurum. Vel ideò dicunẽ cę
li complicandi, qm̃ quantùm ad ſuum actuale eſſe, tranſibunt. [& omnis militia eorum defluet.] Hoc
poſſet intelligi de aſtris & luminaribus cælorũ, q̃ deficient quantùm ad motum & cauſalitatẽ ac ſta-
tum quẽ habent. Sed quia ſubiungiẽ, Qm̃ inebriatus eſt in cęlo gladius meus, videtur de dęmonibus
exponendum, qui deijcientur in die iudicij in infernũ. [ſicut defluit folium de vinea & de ficu: qm̃
inebriatus eſt,] i. multùm & copioſè debacchatus ſeu vltus eſt. [in cælo] i. in dæmonibus habitanti-
bus in cælo aëreo, quos vocat Apoſtolus principes & poteſtates, ſpiritalia quoq; nequitiæ in cæle- Ephe. 6.
ſtibus. [gladius meus] i. rigor iuſtitiæ meæ, ſeu oris mei iudicialis ſententia, de qua Apocalypſis 1.
habetur: De ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat. [Eccè ſuper Idumæam deſcendet] i. prę-
dictus gladius diuinę vltionis, non ſolùm ſuper dæmones veniet, ſed & ſuper omnes peccatores
terrenos, qui deſignantur per Idumęam, quæ interpretatur terrena. Quemadmodùm ergò ſuperiùs, Iſaiæ 10. & 30.
etiam ad literam, nomine Aſſur ſignificatus eſt dæmon, & ſicut Petrus nomine Babylonis Romam
ſignificat, & Ioannes Apocalypſis 11. ciuitatem, in qua crucifixus eſt Dominus, Aegyptum & Sodo- 1. Pet. 5.
mam vocat, ſic hoc loco per Idumæam non ſolùm exprimitur populus terræ illius, ſed omnes ter-
reni. De hac equidem Idumæa infrà habetur: Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Iſaiæ 63.
Boſra? Super hanc itaq; Idumæam deſcendet gladius meus, [&] pro i. [ſuper populum interfectio-
nis meæ iudicium.] i. ſuper omnes quos iuſtè occidam, & condemnabo ad conſummandum in eis
iuſtum iudicium. [Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe,] i. abundanter ſan-
guinem adipemq́; hominum iniquorum effudit, omneſq́; generaliter trucidauit, ſicut ſubiungi-
tur: [de ſanguine agnorum] i. ſubditorum. [& hircorum] i. maiorum. [de ſanguine medullatorum
arietum,] i. principum maximorum. De hoc gladio Domini, eiuſq́; percuſſione ſcriptum eſt in Ie-
remia: O mucro Domini, vſquequò non quieſcis? [Victima enim Domini,] id eſt, occiſio peccato- Iere. 47.
rum, quos Deus immolabit gladio ad necandũ, erit [in Boſra, & interfectio magna in terra Edom.]

o 2 i. in

i.in toto mundo,videlicet vbiq; in terris,in quibus viri ſanguinum demorãtur.quemadmodùm enĩ
per Idumęam ratione interpretationis, intelliguntur terreni, ſic per Boſra, quod interpretatur mu-
nita ſiue firmata,intelligitur mundus,qui diuina virtute munitus atq; firmatus eſt,iuxta illud Pſalmi:
Pſal. 92. Etenim firmauit orbem terrę,qui non commouebitur. Vel homines mundani,qui per malitiã con-
Deut. 26. tra Deum armantur,prout in Deut. Dominus loquitur: Si ambulaueritis exaduerſò mihi. Et in Iob:
Iob 15. Tetendit impius contra Deum manum ſuam. Per Edom verò,quod interpretatur ſanguineus, deſi-
gnantur homines operibus ſanguinum pleni.hos omnes gladius Dei vorabit.Si autem quis per Idu
mæam & Boſram ac Edom,omninò intelligi velit particulares terras,determinataq́; loca,& per hoc
contendat iſta non dici de omnibus gentibus, conſummationeq́; mundi: reſpondebo, ꝙ hoc prę-
ſuppoſito tanq̃ vero,propheta de Idumęa,Boſra & Edom, ſpecialem efficit mentionẽ, quaſi exem-
plificans.Multotiès nanq; prophetę de vniuerſali ad particulare deſcendunt,& econtrariò.Hoc in-
ſupèr agnoſcendum,ꝙ nec ipſi Iudęi hoc loco per Idumęam, Boſram & Edom,terras illas intelli-
gunt,quę communiter iſtis nominibus nominantur,vbì filij Eſau habitauerunt,ſed Romã,vt refert
Hieronymus,de qua putant dici omnia quę in iſto capitulo continentur. Aeſtimant enĩ Romanum
imperium,& maximè ipſam Romã in aduentu Meſſię,quẽ inaniter arbitrantur nõdùm veniſſe, ſed
eſſe venturum,penitùs deſtruenda.Multo igitur minùs cogimur nos hoc loco per Idumæã,Boſram
& Edom,ſpecialia illa intelligere loca.Idumęa aũt,Duma & Edom, eandẽ terram ſignificant. Boſra
verò in terra Moab eſt.[Et deſcendent vnicornes cum eis,] i. ſuperbi ac potẽtiſſimi ſimul cum alijs
incident in gladium Dei. [& tauri cum potentibus.] i.duces ac irrefrenati cum magnatis.Non enim
eſt apud Deum perſonarum acceptio.[inebriabitur] i.abundanter implebitur[terra eorum ſangui-
ne] occiſorum.[& humus eorum] implebitur [adipe pinguium.] i. viſceribus opulentorum inter-
fectorum.Per hæc verba, iuxta humanam conſuetudinem, timorem incutientia cordibus audien-
tium,deſignatur finalis,extrema,& ſumma deſolatio omnium principum iniquorum & peruerſorũ.
Hoc autem vbiq; obſeruandum,ꝙ Propheta de eadem re interdùm loquitur per modum præteriti,
interdùm per modum futuri.Vnicornes verò & tauri quandoq; accipiuntur in bono,quandoq; in
malo,ſecundùm quod diuerſæ proprietates conſiderantur in eis.Sic enĩ ſcriptura per eandem rem
viciſsìm ſignat reprobos,viciſsìm electos,quemadmodùm per leonem nunc intelligitur Chriſtus,
Num. 22. nunc dæmon.Pariformiter vnicornis in bono accipitur, cùm in Numeris legitur: Deus cuius forti-
tudo ſimilis eſt rhinocerotis,i. vnicornis. Atq; in Pſalmo 77. Aedificauit ſicut vnicornium ſancti-
Pſal. 91. ficium ſuum. &,Exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum.In malo autem,præſenti loco accipitur, ſ.
pro ſuperbis. Itemq́; in Pſalmo 21.cùm dicitur: Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium
humilitatem meam. Vnicornis enĩ ſiue rhinoceros,eſt animal nobile atq; fortiſſimum, ſicq́; ſignifi-
cat bonos: eſt etiam ſuperbiſſimum,intantùm, vt ex indignatione moriatur, dum contra ſuam vo-
luntatem tenetur,ſicut tradunt philoſophi.In præcedenti capitulo loquebatur Iſaias de vaſtitate Iu
dææ, & ex hoc deueuit, vt in iſto capitulo de omnium gentium finali deſtructione loqueretur:
nunc rurſus ad Hieruſalem cui loquebatur, reuertit,eiuſq́; deſtructionẽ pleno deſcribit ſermone.
quaſi dicat: Non mirũ eſt ſi Deus oẽs gentes iniquas ſubuertit in fine mundi, cùm interìm ſubuer-
ſurus ſit regnum, terram, ſeu populum Iudęorum olim tam electum. Ait ergò: [Quia dies vltionis
Domini] qua ſe per Romanos de infidelibus vlciſcatur Iudęis,aduenit,videlicet [annus retributio-
num] i.tempus pœnarum [iudicij Sion.] i. quæ inflictæ ſunt Sion, ſeu Hieruſalem ex diuino iudi-
cio,& ꝙ Chriſtum negauerit,& eius diſcipulos fuerit perſecuta. [Et conuertentur torrentes eius in
picem,] i.aquæ Hieruſalem ſanguine occiſorum inficientur,amareſcẽt,& corrumpentur. [& humus
eius in ſulfur,] i.per modum ſulfuris ſuccẽdetur.[& erit terra eius in picem ardentem nocte & die.]
Romani enim omnia habitacula incenderunt,diuq́; durauit flamma ignis illius, ſicut Carthago fer-
tur triginta diebus ac noctibus indeſinenter arſiſſe, miſerandumq́; ſpectaculum intuentibus præ-
buiſſe. [non extinguetur] flamma hæc [in ſempiternum.] non ꝙ nunquàm ardere ceſſauerit, ſed
ꝙ nemo eam extinxit,donec totam vrbẽ conſumpſit,& poſtmodùm in ſemetipſa defecit. [Aſſcen-
det fumus eius à generatione in generationem,] i. effectus huius flammæ deuorantis Hieruſalem,
iugiter permanebit, quæ intantùm, per modum fumi oculos perturbantis, perturbabit Iudæos, ꝙ
vſq; ad finem ſeculi, expulſi manebunt de terra Iudæa & vrbe Hieruſalem. Ideò ſubiungitur: [&
deſolabitur] i. priſtinis habitatoribus priuabitur [in ſecula ſeculorum.] per quæ deſignatur finalis
Dani. 9. atq; perpetua vaſtitas Iudææ atq; Hieruſalem, quemadmodùm Daniel ait: Ciuitatem & ſanctua-
rium diſſipabit populus cum duce venturo,& finis eius vaſtitas, & vſq; in finem perſeuerabit deſo-
latio.Quanuìs enim tempore Antichriſti credantur Iudæi cum Antichriſto in Hieruſalem reuer-
ſuri,illa tamen manſio eorum breuiſſima in ea erit. Vel, quod dicitur, Non extinguetur in ſempi-
ternum,& aſſcendet fumus eius in ſecula ſeculorum,referri poteſt ad habitatores Hieruſalem & Iu-
dææ,qui propter ſuam infidelitatem, tranſiẽrunt de ignę & gladio temporali, ad ignem infernalem
in-

inextinguibilem & æternũ.[Non erit tranſiens per eã,] i.per Hieruſalem tempore ſuę deſolationis.
[& poſſidebunt illam onocrotalus & hericius, & ibis & coruus habitabunt in ea.] Solent nanq; hæ
beſtiæ in locis deſolatis,deſertis & deſtructis morari. Hieruſalem aũt à tempore Titi vſq; ad tempus
Adriani imperatoris,mãſit irreparata,& interìm diuerſæ beſtiolæ in locis ruinoſis ac derelictis orie-
bantur ſeu congregabantur.De his verò animalibus ſtatìm dicetur in expoſitione morali. [& extẽ-
detur ſuper eam menſura,] i. pœna ſecundùm quantitatem culpæ menſurata. [vt redigatur ad nihi-
lum] i.penitùs ſubuertatur,quemadmodùm Chriſtus prædixit:Non relinquent in te lapidẽ ſuper la Luc. 19.
pidem.[& perpendiculum] i.ſententia damnationis proportionatę peccato, extendetur ſuper eam.
[in deſolationem.] Hæc enim contigerunt ei, quoniam non cognouit tempus viſitationis ſuæ.[No
biles eius non erunt ibì.] i. veri Iudæi, putà apoſtoli & cæteri diſcipuli Chriſti, ante deſtructionem
Hieruſalem reliquerunt Iudęam. [Regem potiùs inuocabũt,] videlicet Ieſum Chriſtum,qui eos in
omnibus dirigebat. [& erunt oẽs principes eius in nihilum,] i. vniuerſi ſacerdotes & ſcribæ & pha-
riſæi,peribunt.Romani enim interfecerunt eos.[& orientur in domibus eius] i.in locis vbì antè ſte
terant domus.[ſpinæ,& vrticæ,& paliurus.] i.carduus ſpinoſus,quo panni parantur, orietur [in mu-
nitionibus eius] i.vbì turres & ædificia fortia ſtabant. [& erit cubile draconum, & paſcua ſtruthio-
num,] ſicut fieri ſolet in vrbibus diſſipatis.[& occurrent dæmonia] i.varia dęmonum phantaſmata,
vel dæmones incubi,vt alij dicunt. [Onocentaurus] i. animal monſtroſum, ſuperiùs habens effigiẽ
hominis,inferiùs autem ſimilitudinem aſini.[& piloſus] i.animal ferox vt lupus.[clamabit] beſtiali
clamore [alter ad alterum.Ibì * cubabit lamia,] i.animal monſtroſum,habẽs in parte ſuperiori ſpe- *cubauit
ciem mulieris, in parte autem inferiori pedes equinos. [& * inueniet ſibi requiem.] i. manſionem *inuẽnit
quietam.[Ibì habuit foueã hericius,& enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit] fœtus ſuos [in vm-
bra eius.] i.foueæ ſuæ.[illuc congregati ſunt milui,alter ad alterum.] i. vnus cum alio. Per hæc ani-
malia,etiam cætera quæ hìc non exprimuntur, intelliguntur, quę in prædicto loco vaſtato fuerunt.
Deindè Iſaias auditoribus atq; lectoribus loquens,ſubiungit: [Requirite diligenter] i. ſtudioſè in-
ueſtigate ſenſum & myſteria horum quæ dico. [in libro Dñi,] i. volumine iſto, quę ego ſpirituſan-
cto dictante conſcripſi.[& legite] ea.[vnum ex his non defuit.] i.nullum verbum eorum quæ dico,
irritum erit,ſed omnia ſuo tempore complebuntur.[Alter alterum non quæſiuit.] i.vnus homo ex
ore alterius hominis iſta non inquiſiuit,nec didicit: ſed diuinitùs reuelata ſunt mihi.[Quia quod ex
ore meo procedit, ille mandauit.] i. Deus pręcepit vt loquerer iſta. Nam vt in ſecunda ſua epiſtola
Petrus teſtatur:Non humana voluntate allata eſt aliquandò prophetia, ſed ſpirituſancto inſpirati,lo 2. Pet. 1.
cuti ſunt ſancti Dei homines.[& ſpiritus eius ipſe congregauit ea,] i. p̃dicta animalia collegit in lo-
co iam dicto. [& ipſe miſit eis ſortem.] i. loca diſtincta tribuit eis ad habitandũ,velut ſi terra aliqui-
bus ſorte diſpartiatur.Diuina nanq; ſapientia vniuerſa complectitur, & tam piſcibus in mari, quàm
auibus in aëre, quàm beſtijs terrę determinata ac propria loca largitur. [Et manus] i.poteſtas [eius
diuiſit eam] i.prædictam terram deſertam [illis] animalibus [in mẽſura] i. ſecundùm debitam pro-
portionem.[vſq; in æternum poſſidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.]
Vnum exponit aliud,& eſt ſenſus, ꝙ animalia iſta paſcentur & morabuntur in terra præfata diù ni-
mìs.Quomodocunq; autem hęc exponantur,ſiue de Idumęa illa particulari,ſiue de Hieruſalem, ſi-
ue de Roma, certum eſt,ꝙ iſta æternitas non poſſit abſolutè intelligi, niſi ponamus ꝙ generatio &
corruptio ſine fine durabunt,quod eſt directè cõtra ſcripturas diuinas, in quibus docetur conſum-
matio mundi futura.Per hanc igitur æternitatem,intelligitur duratio multùm longa: ſicut de re vl-
trà ſolitum perdurante communiter dicimus, quòd nunq̃ finietur, cùm tamẽ interdùm infra breue
tempus finiatur.Vndè vt Lyra refert, in Hebręo habetur, Vſq; in ſeculũ &c. per quod propriè im-
portatur tempus quinquaginta annorum. Quidam exponunt omnia hæc, quę de Hieruſalẽ iam ex-
poſita ſunt,de toto orbe,nè à principio huius capituli diſcrepent.

¶De moralitate.

¶Moraliter per vaſtitatẽ Hieruſalem ſeu deſolationẽ Sion, ſignificatꝰ Eccleſię perſecutio: in qua
cùm fideles à dęmonibus ſuperantꝰ,gratiamq́; amittunt,habitare incipiũt ſpinæ & vrticę & paliurus,
i.paſſiones & vitia,peccatoreſq́; duri,qui pſequuntꝰ electos. Tuncq́; Eccleſia fit cubile draconum, &
paſcua ſtruthionũ,ſecundùm quod Chriſtus Iudęis improperauit:Domus mea,domus orationis vo Matth. 22.
cabitur: vos aũt feciſtis illam ſpeluncã latronũ.Per draconẽ aũt,qui flatu venenoſo occídit, ſignantꝰ Lucæ 19.
manifeſtè iniqui,& oẽs qui in cathedra peſtilentię ſedent,& praua doctrina,aut malo exemplo infi- Pſal. 1.
ciunt alios.Per ſtruthionem,qui pennis ornatꝰ,ſed volare non valet,exprimuntꝰ hypocritę,ſimulato-
res & callidi,qui verbis & operibus ſimulatis videntꝰ in cælum volare, ſed pueſa intentione tenentꝰ
in terra,& in interitũ demerguntꝰ.De qbus in Iob ſcriptũ eſt: Frater fui draconũ, & ſocius ſtruthio- Iob 30.
nũ.Per onocrotalum,q̃ eſt auis impura,ſimilis aſino,quantùm ad vultũ,ſignantꝰ luxurioſi ac ſtolidi.
Per hericium,qui cùm appræhenditꝰ,infra * plumas ſuas acutiſſimas & ſpinoſas,per modum ſphæræ
ſe contrahit atq; recolligit, & priùs lædit tangentem quàm teneatur, aut plenè videatur ab ipſo, in-

tel-

telliguñt impatientes & murmurãtes:qui cùm manu fraternę correptionis,ſeu paternę correctionis
* ibim tanguñt,contra tangentẽ ſe armant,reclamãt,repugnãt.Per * ibicen ſignañt rapaces: Per coruũ, vi-
tijs denigrati,q more coruorũ clamãt,Cras Cras,pœnitentiã differẽdo.Per dæmonia figurañt obſti-
nati,quũ diabolicũ ſit ꝑſeuerare in malo.Per onocentaurũ, qui ex tauro & aſino generari diciť, de-
ſignañt mali religioſi,& oẽs qui ſimul placere ſeruireq́; cupiunt Deo & ſeculo: qui partìm carnales
ſunt,& partìm ſpirituales eſſe contendunt.Piloſus eos ſignificat,qui curis ſuperfluis & cogitationi-
bus vanis occupañt & operiuñt tanq̃ capillis.Per lamiam effœminati ſignati ſunt,Per miluum gulo-
ſi.Hi omnes intra ſanctam demorantur Eccleſiam,in qua Abel exercetur à Cain.

Explanatio cap.35.videlicet,Lætabitur deſerta & inuia. *Articulus* 62.

POſt deſcriptionem deſolationis ſynagogæ,ſeu populi Iudæorum, deſcribit Propheta promo-
tionem gentilitatis ſeu Eccleſiæ ex gentibus congregatę. Qm̃ tamen Eccleſia non ſolùm ex gen
tibus,ſed & ex Iudęorũ reliquijs conſtat,quidam hoc quod dicitur,[Lætabitur deſerta & inuia:]re-
ferunt ad ſynagogam pro tempore Chriſti,quę erat tempore Babylonicę captiuitatis deſerta & in-
uia,Iudæis à terra ſua expulſis,& Dei protectione priuatis,qm̃ viam Domini dereliquit idola colens.
Hæc in Chriſti aduentu perfectam conſolationem adepta eſt: ideò dicitur, Lætabitur. Boni enim
atq; electi Iudęi,de Chriſti aduentu vehementer lætati ſunt. Hieronymus tamen refert hęc ad ple-
bem gentilem,quę deſerta erat à Deo,& viam Dei ignorans, ambulans per vitiorum abrupta, tem-
pore quo ſynagoga cuſtodiebatur à Deo,& gratia eius implebatur.Qua propter infidelitatem ſuam
repulſa,ſucceſſit loco eius gentilitas,ad quam omnis gratia ſynagogæ copioſè tranſlata eſt, ſicut ad
Romanos 11. pleniſſimè docet B.Paulus, vbi de oliua & oleaſtro metaphoricè loquitur. Hæc olim
deſerta & inuia,ſed tempore Chriſti vocata & illuſtrata, valdè gauiſa eſt de beneficijs Chr̃i, queãd-
modùm Actuum 13.ſcriptum eſt:Audiẽtes autem gentes,gauiſæ ſunt, & glorificauerũt verbum Do-
mini.[& exultabit ſolitudo]i.populus gentilis, qui antè ſine Deo & ſcientia ſcripturarum erat. Eã-
dem enim ſententiam frequenter reſumit propheta ſub alijs verbis,ad excitandam deuotionem, &
propter rei quę annunciatur, dignitatem ac magnitudinem.[& florebit] decore virtutum, ac ſplen-
Cant. 2. dore ſcientiæ.[quaſi lilium.] iuxta illud quod de Eccleſia ait Chriſtus in Canticis:Sicut lilium inter
ſpinas,ſic amica mea inter filias. De cuius floribus ſubditur: Flores apparuerunt in terra. [Germi-
nans germinabit]i.magnam ſpiritualem fœcunditatem habebit, ſpirituales filios abundanter pro-
Actu. 6. ducet,& bonis operibus abundabit. Hoc eſt quod in Actibus apoſtolorum recitat Lucas: Verbum
Dñi creſcebat & confortabatur,& augebatur numerus diſcipulorum valdè. Puto autem om̃ia hęc di
Galat.4. ci ad gentilitatem,de qua ſecundùm Apoſtolum infrà habetur:Lauda ſterilis quę non paris, decan-
Iſaiæ 54. ta laudem & hinni quę non parturis,quia multi filij deſertę, magis q̃ eius quę habet virum, i. Eccle-
ſię magis quàm ſynagogę.[& exultabit lætabunda & laudans.] i. gentilitas poſt ſuam cõuerſionem
ad Chriſtum,mente & corpore in Deo lætabitur, eumq́; laudabit, ſicut ad Philippenſes Apoſtolus
Philip.4. monet:Gaudete in Domino ſemper,iterùm dico, Gaudete, cantantes & pſallentes in cordibus ve-
ſtris Dño ſemper.[Gloria Libani data eſt ei,] i. excellentia ſynagogę ſeu templi,ad Eccleſiam Chri-
Zacha.11. ſti tranſlata eſt. de quo Libano Zacharias: Aperi,inquit, Libane portas tuas. [decor Carmeli & Sa-
ron.] i.ornatus diuini cultûs, & omnis proſperitas Iudęę, datus eſt Chriſti Eccleſię. Per Carmelum
nanq; & Saron,quę ſunt loca vberrima in Iudęa,intelligitur populus Iudęorum,qui priſtino ſuo de-
core omninò priuatus eſt.[Ipſi] videlicet habitatores & filij Eccleſiæ, [videbunt] modò per fidem,
& in patria per ſpeciem, [gloriam Domini,] i. excellentiam ſeu beatitudinem, vel opera glorioſa
Dei.[& decorem Dei noſtri.] de quo in Pſalm.44.cantamus: Specioſus forma prę filijs hominum.
Cant. 1. Itemq́; in Canticis:Eccè tu pulcher es dilecte mi & decorus.Vndè Apoſtolus:Nos,ait,reuelata facie
2.Cor.3. gloriam Domini ſpeculantes.Apoſtoli quoq; & primitiua Eccleſia oculo corporali viderunt miracu-
la & humanã pulchritudinem Chriſti,cuius increatum decorem contemplati ſnnt oculo interiori.
Lucæ 10. Propter quod dictum eſt eis:Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis. Scriptumq́; eſt apud Ioannẽ: Vi-
Ioan. 1. dimus gloriã eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre.Cõſequenter ad apoſtolos & prædicatores Chri-
ſti dirigitur ſermo:[Cõfortate] ô apoſtoli per veſtrã prędicationem,conuerſationem exemplarem,
miraculoſam operationem.[manus diſſolutas,] i. virtutem operatiuam gentilium, qui remiſſi erant,
pigri & impotentes ad Dei obſequium.[& genua debilia] i. progreſſum in opere bono eorundem,
[roborate] dicendo eis vt eant de virtute in virtutẽ,om̃emq́; depellant acediam.Hęc verba per mo-
Hebr. 12. dum exhortationis allegat apoſtolus Paulus,dicẽs:Propter quod remiſſas manus &c.[dicite] ô apo-
ſtoli prędicatoreſq́; cæteri,[puſillanimes cõfortamini,] i. vos qui eratis ſine cõfidentia diuini auxi-
lij,& magnanimitate cordis in Deo,cõcipite ſpem in Deo,& veram magnanimitatẽ aſſumite,dicen-
Philip.4. tes cũ viro ſancto Pſal.26.Dñs illuminatio mea & ſalus mea.Et,Om̃ia poſſum in eo qui me cõfortat.
[& nolite timere] eos q corpus occidũt,nec aliq̃d paueatis inordinato timore,de quo diciť Prou.28.
Iuſtus quaſi leo cõfidens,abſq; terrore erit.cuius ratio ſubiungiť: [Eccè Deus noſter] videlicet Chr̃s,
cui

cui pater dedit om̃e iudiciũ.[vltionẽ adducet retributionis.] i.iuſtã vindictã inferet aduerſarijs no-
ſtris. Hoc eſt quod Chr̃s ait in Euãgelio:Dico vobis q̃a citò faciet Deus vindictã illorum.æternali- Luc.18.
ter nãq; dãnati ſunt ꝑſecutores martyrum Chr̃i, & oẽs tyrãni.[Deus ipſe veniet,& ſaluabit vos.] Ve-
nit Chr̃s quotidiè ad ſeruos ſuos,per gr̃æ ſuæ infuſionẽ,& collationẽ diuini auxilij, ſaluabitq́; eos,
dum poſt p̃ſentis vitæ tribulationem transfert eos ad regnũ cælorum,ſicq́; p̃cipuè venit ad primiti-
uam Eccleſiam.Vndè apud Ioan.loquiť:Vado parare vobis locum.Et:Iterùm veniã,& aſſumam vos Ioan.14.
ad meipſum.Iterumq́;:Non relinquã vos orphanos.[Tũc aperieñt oculi cæcorum,& aures ſurdorũ
patebunt.Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum.] Hæc miracula, & multo
plura atq; maiora,à Chr̃o & ei⁹ diſcipulis corporaliter eſſe cõpleta,Euangeliſtæ & liber Apoſtolico-
rum Actuum,euidenter teſtañt.Propter quod apud Matt.Saluator dixit diſcipulis Ioannis Baptiſtę: Matt.11.
Euntes,renunciate Ioanni q̃ audiſtis & vidiſtis:cæci vident,claudi ambulant,leproſi mundañt,ſurdi
audiunt,mortui reſurgunt,pauperes euangelizañt.Alibì quoq; p̃dixit:Qui credit in me, opera quæ Ioan.14.
ego facio,& ipſe faciet,& maiora horũ faciet,q̃a ego ad patrẽ vado.Sp̃ualiter verò facta ſunt hęc,qñ
per p̃dicationem Chr̃i & apoſtolorũ,aliorumq́; p̃dicatorum Eccleſiæ, illuminata ſunt corda genti-
lium,& rebelles Deo ad obedientiã ſanctam deducti ſunt,& q ad opera bona inualidi erãt,nec Deũ
confiteri laudareq́; poterant,operante gr̃a Chr̃i,fortes,feruentes,& Deum laudãtes, effecti ſunt,di-
centes:In Deo laudabimur tota die,& nomini tuo confitebimur in ſeculum.Hæc aũt ideò contige- Pſal.43.
runt,[quia ſciſſæ ſunt] i.eruperunt,& longè ac latè diffuſæ ſunt [in deſerto] i.in populo gentili, vi-
delicet in deſerto ſeculi hui⁹,de quo legimus:Vox dñi cõcutientis deſertum.[aquæ] baptiſmi,aquę Pſal.28.
ſapientiæ,aquæ ſp̃ualium gr̃arum,de quibus Chr̃s apud Matthæum dixit:Docentes oẽs gentes, ba- Matth. 28.
ptizantes eos in noĩe patris & filij & ſpiritûs ſancti.Alibì quoq; ait:Qui credit in me, ſicut dicit ſcri- Ioan.7.
ptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.De quibus & Paulus 1.ad Cor.12.teſtañ: Alij per ſpi-
ritum datur ſermo ſapientiæ,alij ſermo ſciẽtiæ,alij gr̃a ſanitatum,&c.alij operatio virtutũ.His aquis
irrigata eſt ſancta Eccleſia.Ideò ſequitur:[& torrentes in ſolitudine:] i.fontes baptiſmi & gr̃æ in gẽ-
tilitate eruperunt.[& q̃ erat arida,] i.gentilitas q̃ infructuoſa erat & ſicca, ꝓpter defectum roris cæ-
leſtis,conuerſa eſt [in ſtagnum:] i.in quandam plenitudinem gr̃arum.[& ſitiens,] i.p̃dicta plebs ca-
rens humore gr̃æ Dei,cõuerſa eſt [in fontes aquarum:] i.in p̃dicatores atq; doctores,quales fuerunt
glorioſiſſimus ille Areopagita Dionyſius,Clemẽs,Polycarpus,Ignatius,quorum corda tanta gratia
ſunt ꝑfuſa,vt ex eis cæteræ gentes riuos ſapientiæ caperent.[In cubilibus in quib⁹ priùs habitabant
dracones,] i.in cordibus peccatorum,ſeu templis atq; latibulis idolorum, in quibus dæmones ha-
bitauerunt,de quibus Ioannes in Apocalypſi ſua ſcribit:Draco pugnabat & angeli eius.[orieñ viror Apoc.12.
calami & iunci,] i.calamus virens,& iuncus florẽs:videlicet decor virtutum,& vita honeſta.De quo
virore loquens Apoſtolus ad Epheſios:Renouamini, inquit, ſpiritu mentis veſtræ.[& erit ibì ſemi- Ephe.4.
ta] i.obſeruatio conſiliorum.[& via] i.cuſtodia mandatorum: vel via. i. Chriſtus, qui ait: Ego ſum
via,veritas,& vita.qui etiam aſſerit:Ego vobiſcum ſum cunctis diebus.& via [ſancta vocabitur.] Sã-
cta eſt enim fides Chriſti,quemadmodùm ſcriptum eſt Pſal.18.Lex Dñi immaculata,cõuertens ani- Ioan.4.
mas.Et Prou.8.æterna ſapientia,quæ Chriſtus eſt,dicit:Iuſti ſunt om̃es ſermones mei, & non eſt in Matth. 28.
eis prauum quid,neq; peruerſum.[Non tranſibit per eam pollutus.] i.peccator viam Dñi non ingre-
dietur, nec eius mandata cuſtodit, inquantùm huiuſmodi:immò ſi per hanc viam inceſſerit,ſtatìm
purgabitur.[Et hęc erit vobis directa via,] i.plana,& rectè perducens ad vltimum finem.[ità vt ſtul-
ti] de quibus Apoſtolus 1.ad Corint.1.loquitur: Quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, i. ſimplices &
idiotæ,quos ſapientes huius ſeculi reputant ſtultos.[non errẽt per eam.] i.rectè incedant in via hac
Chriſti:immò tales frequenter rectiùs ambulant in via Dei q̃ literati. Qui enim ambulat ſimplici-
ter,ambulat confidenter.[Non erit ibì leo,] i. diabolus, qui circuit vt leo rugiens, de quo legitur:
Conculcabis leonem & draconem. Vndè & Chriſtus diſcipulis dixit: Dæmones eijcite.[& mala Pſal.90.
beſtia non aſſcendet per eam,nec inuenietur ibì,] i.angeli ſatanæ,vel homines iumentis inſipienti- Luc.10.
buſ feriſq́; peſſimis comparati,non incedãt per viam hanc,de qua ait Pſalmiſta:Beati immaculati in Pſal.118.
via.Sed [ambulabunt] per eam [qui liberati fuerint] à funibus peccatorum.[& redempti à Dño] Sal-
uatore per ſanguinem eius,[conuertentur] à prioribus ignorantiæ tenebris. [& venient in Sion cũ
laude,] i.ad Chriſti Eccleſiam, de qua ad Heb.12. dicitur: Acceſſiſtis ad montem Sion,& ciuitatem
Dei viuentis.[& lætitia ſempiterna ſuper caput eorum.] i.in corde eorum erit. [Gaudium & lætitiã
obtinebunt,] ità quòd intùs & foris iucundiſſimi erũt:quod tunc verè ac plenè implebitur,cùm ex
Sion præſentis Eccleſiæ tranſlati fuerint ad cæleſtem Hieruſalem:tunc enim fiet quod ſubiungitur:
[& fugiet dolor & gemitus.] ſicut perfecta felicitas exigit.Miſerabiles & excæcati Iudæi,omnia iſta
putant implenda in aduentu Meſſiæ,quem præſtolañt, quantùm ad terrenum dñium, expectantes
auream Sion atq; gemmatam Hieruſalẽ,deſiderantes ſanguinem hoſtium,cunctarũq́; gentium ſer-
uitutem,& pulchritudinẽ mulierum.Nondùm em̃ verè intelligunt, q̃ ſit vera ratio aduẽtûs Meſſiæ,

nec attendunt ꝙ multa in iſto cap.dicta ſunt,q̃ non niſi ſpiritaliter accipi poſſunt.Poſtremò q̃ nunc
ad literam de gentilitate & Eccleſia dicta ſunt,ad aĩam peccatricẽ &aĩam iuſti,faciliter applicari poſ-
ſunt. Cùm eñ aĩa impia diuinæ lucis claritate & gr̃a illuſtrat̃, tunc quæ deſerta fuit & inuia, lætat̃ in
Pſal.115. dño,dicens:Quid retribuam dño pro oĩbus q̃ retribuit mihi?Tunc ſolitudo,i.q̃ ſine diuinitatis cõ-
Prou.11. ſortio fuit,diuinæ cõſors facta naturæ,& Deo vnita,exultat & floret vt lilium,iuxta illud Pſal.91.Iu-
Oſeæ 14. ſtus vt palma florebit.Et,Iuſtus germinabit ſicut lilium. Gloria Libani, i. candor virtutum data eſt
Pſal. 25. ei.Tales aĩæ vident gloriam Chr̃i,dicentes:Dñe, dilexi decorem domûs tuæ, & locum habitationis
gloriæ tuæ.Deindè ad aliorũm rectores p̃latosq́; dicit̃:Confortate manus diſſolutas &c.i. ſubditos
1. Theſ. 5. veſtros erigite,conſolemini,adiuuate,quemadmodùm Theſſalonicenſes ſanctus Paulus hortatur:
Corripite inquietos,conſolamini puſillanimes,ſuſcipite infirmos,patientes eſtote ad omnes.Vndè
Ezec.34. ignauis paſtoribus Dominus ait per Ezechielem:Quod infirmum fuit,non conſolidâſtis,&c.

¶ *Expoſitio cap.36.Et factum eſt in decimoquarto anno regis Ezechiæ.* *Articulus* 63.

FRequenter in ſuperioribꝰ locutus eſt Iſaias de occiſione Aſſyriorũ, & regis eorum deiectione,
liberatione quoq; regni Iudę ſermone ꝓphetico:nunc de eadẽ materia loquit̃ ſermonę hiſto-
rico,& qui iſtam hiſtoriam pleniùs intelligere cupit,ad 4.Reg.& 2.Par.librum recurrat,vbì hęc ple-
4. Reg.17. nè conſcripta ſunt.Ait ergò nunc Iſaias:[Et factũ eſt in 14.anno regis Ezechiæ,] q cùm 25.eſſet an-
2.Par.33. norum,cœpit regnare,regnauitq́; 20.& 9.annis in Hieruſalem. Cœpit aũt regnare Ezechias 3.anno
Oſeæ filij Ela regis Iſrael.Porrò 9.anno huiꝰ Oſeæ, videlicet 6. anno imperij Ezechiæ, Salmanaſar
rex Aſſyriorum cepit Samariã,& trãſtulit decẽ tribꝰ in Aſſyrios,regemq́; eorum Oſee occídit. Poſt
7.verò annos,ſ.14.anno Ezechiæ,ingreſſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum Iudæam, & oẽs vrbes
vaſtauit,ſicut nunc ſubiungit̃:[aſſcendit Sẽnacherib rex Aſſyriorum] cum ſuo exercitu [ſuper] ſeu
contra oẽs ciuitates Iuda] i.duarum tribuũ[munitas] muris ac portis,non ſimpliciter, ſed penè oẽs,
[& cepit eas.Et miſit rex Aſſyriorum Rabſacen de Lachis] quam ꝓ tunc obſedit, eratq́; ꝑtinens ad
regnum Iudæ.[in Hieruſalẽ ad regem Ezechiam] vt eum terreret.[in manu graui]i.cum potẽte ex-
ercitu,ſeu cauſa moleſta.Hoc aũt ſciendum,ꝙ ex 4.Regum volumine conſtat,anteq̃ iſte Sennache-
rib nuncios iſtos miſit in Hieruſalem,ipſe Ezechias territus de ingreſſu Sennacherib in Iudæam,p̄-
occupauit cum eo facere pacem,dicens:Peccaui,ſ.dño.Sciebat eñ Ezechias,Achaz patrem ſuum &
multos de populo Iudæ,grauiter Deum offendiſſe per idololatriam.propter quod timuit,nè & Hi-
eruſalem traderetur in manus Aſſyriorum.Cumq́; miſiſſet regi Aſſyriorum trecenta talenta argen-
ti,atq; triginta talenta auri,prout Sennacherib ſibi indixit, & rex Aſſyriorum hæc accepiſſet, quaſi
dimiſſurus Ezechiam in pace,rupit pactum, & miſit Rabſacen,ſicut iam legitur.Qui [ſtetit in aquæ-
ductu piſcinæ ſuperioris in via agri fullonis,] de qua ſuperiùs dictum eſt:Dixit Dñs ad Iſaiam:Vade
Iſaiæ 7. in occurſum Achaz ad extremum aquæductûs piſcinæ ſuperioris in via agri fullonis. Erant eñ ibì
duæ piſcinæ:vna ſuperior,ex qua in aliam,quæ erat inferior,aqua manauit.Stetit igitur Rabſaces iu-
xta hunc aquæductum in via agri fullonis,i. in itinere quo itur̃ ad agrum, in quo panni à fullonibus
Iſaiæ 22. peſſundati ſiccabantur.[Et egreſſus eſt ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat ſuper domum,] i.
ſummus pontifex templi. ſucceſſit nanq; vt dictum eſt, Sobnæ præpoſito ſeu pontifici. [& Sobna
ſcriba,] Iſte eſt alius à prædicto Sobna pontifice, qui tempore quo iſta fiebant, iam abijt ad regem
Aſſyriorum,ſucceſſitq́; ei in pontificatu Eliachim. Deniq; quod apud Latinos eſt doctor theolo-
giæ,hoc apud Hebræos extitit ſcriba,i.in lege peritus. [& Ioahe filius Aſaph à commentarijs.] i. re-
gis cancellarius.Acommentarijs autem,eſt vnum nomẽ indeclinabile. Hos miſit Ezechias ad Rab-
ſacen.[& dixit ad eos Rabſaces:Dicite Ezechię:Hæc dicit rex magnus rex Aſſyriorum.] Secundùm
Hieronymum in hoc quod ait,Hæc dicit rex magnus &c.notatur arrogantia Rabſacis: ſic enim lo-
quendo,imitatur conſuetudinem prophetarum, qui in prologis ſermonum ſuorum dicere ſolent:
Hæc dicit Dñs,p quod authoritatem dicentis,& magnitudinem dicendorum oſtendunt. Ex quo &
alijs multis valdè probabile eſt,ꝙ Rabſaces iſte natione fuit Iudæus,& in modo loquendi prophe-
tarum peritus,quod ex conſequentibus clariùs eluceſcit.[Quæ eſt iſta fiducia qua confidis? aut quo
conſilio & fortitudine rebellare diſponis? Super quem habes fiduciam,quia receſſiſti à me?] Verba
hæc expoſitione non indigent:q̃ verò ſequunt̃ in verbis Rabſacis, diſcutienda ſunt, vt diſcernamus
in eis,quid veri & quid falſi contineant.Quod eñ mox ſubdit,falſum eſt: [Eccè confidis ſup bacu-
lum arundineum cõfractum iſtum,ſup Aegyptum,] i.in rege Aegypti ſperas,quẽ cõparat Rabſaces
baculo arundineo atq; confracto,[cui ſi innixus fuerit homo,intrabit in manum eius, & perforabit
eam.] i. innitentem non ſuſtentabit, ſed fallet & cadere faciet. [Sic] eſt [Pharao rex Aegypti oĩbus
qui confidunt in eo.] Oĩa verba hæc Rabſacis ſeu dñi eius, vera ſunt, hoc dempto, ꝙ aſſerit Eze-
chiam in rege Aegypti cõfiſum.Nulla ſiquidem hiſtoria refert,Ezechiam implorâſſe Pharaonis au-
4. Reg. 17. xilium,ſed ex ſacra ſcriptura patet oppoſitum.Dicit̃ eñ 4.lib.Reg.de Ezechia:Adhæſit Dño,& non
receſſit à veſtigijs eius.[Quòd ſi reſpõderis mihi,In Dño Deo nr̃o cõfidimus:] hoc verè ſic fuit.Spe-
rauit

rauit eñ Ezechias in Dño, ſed hanc fiduciã euacuare nitit̃ Rabſaces argumento mendaci, dicendo:
[Nõnè ipſe eſt cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria?] i,nõnè huiꝰ Dñi,in quo Ezechias confidit, 2.Par.32.
ipſemet Ezechias loca ſublimia ad immolãdum aptata, & altaria q̃ extra Hieruſalẽ erant, deſtruxit?
[Et dixit Iudæ & Hieruſalẽ:] i.habitatoribꝰ Iudę & Hieruſalẽ:[Corã altari iſto] quod eſt in templo
cõſtructo in Sion intra muros Hieruſalẽ,[adorabitis] Dñm? quaſi dicat: Ex quo Ezechias cultũ Dei
ſui diminuit,& loca ſacra deſtruxit,nõ habet rationẽ ſperandi in Deo ſuo.Hęc aũt falſa fuerunt.Nã
licèt Ezechias abſtulerit excelſa atq; altaria,in quibꝰ populus immolabat, vt ſæpiùs dicit̃ 3,& 4.Reg.
ꝙ adhuc populus immolabat in excelſis,non tñ peccauit,ſed meritoriè fecit in hoc,qm̃ templo Sa-
lomonis conſtructo,nõ licuit extra ipſum fieri holocauſtum,victimaſq́; offerre,ſecundùm quod in
Deut.ſcriptum eſt: Caue nè holocauſta tua offeras in om̃i loco quem víderis,ſed in eo quem elege- Deut.12.
rit Dñs in vna tribuum tuarum,niſi in certo caſu ex diſpẽſatione diuina,ſicut in monte Carmeli He-
lias obtulit bouem,quẽ ignis cælitùs ruens cõſumpſit.liquet aũt ex his,ꝙ Rabſaces valdè benè co- 3.Reg.18.
gnouit opera Iudęorũ.[& nunc] ô Ezechia [trade] i.ſubde [te dño meo regi Aſſyriorũ,& dabo tibi
duo millia equorum,nec poteris ex te p̄bere aſſcẽſores eorum.] i.in populo tuo inuenire nõ poteris
tot viros potentes bellatores equitare ſcientes.Per hoc inſinuat Rabſaces imbecillitatem Iudęorũ,
in quo iterùm errat.Quòd eñ populꝰ Iudæ ſcientiã equitandi nõ habuit,ortum eſt nõ ex imbecilli-
tate eorum,ſed ex diuini p̄cepti cuſtodia.Iuſſit quippe Dñs in Deut.nè rex Iſrael multiplicarét ſibi Deu.17.
equos & cõiuges.[Et quõ ſuſtinebis faciẽ iudicis vniꝰ loci ex ſeruis dñi mei minoribꝰ?] i.cũ ſufferre
non valeas impugnationẽ ſeu p̄ſentiam vnius de infimis regis Aſſyriorum iudicibꝰ,mirum eſt ꝙ tã-
to regi repugnare conaris.[Quòd ſi confidis in Aegypto,& in quadrigis] i. in curribꝰ [& in equiti-
bus] Aegyptiorum:hoc Rabſaces oſtendit vanum eſſe,callidè loquens ex pſona regis Aſſyriorum.
[& nunc nunquìd ſine Dño aſſcendi ad terrã iſtam,vt diſperderẽ eam?] quaſi dicat:non ſine diuina
inſpiratione ſeu voluntate ingreſſus ſum Iudæã,vt deſtruã eam.Ideò ſubiũgitur:[Dñs dixit ad me:
Aſſcende ſup terrã iſtam,& diſperde eam.] Hoc falſum fuit,ſed idcircò hoc dixit, vt oẽm rationem
ſperãdi in Deo, oẽmq́; occaſionẽ repugnandi,auferret Ezechiæ & populo eius.Aliq dicunt,Rabſa-
cen hìc allegâſſe ad ſuum ꝓpoſitum confirmandum,ſacram ſcripturã,illud videlicet quod ſuprà di-
ctum eſt: Adducet Dñs aquas fluminis fortes & multas,regẽ Aſſyriorum,& oẽm gloriam eius,& ibit Iſaiæ 8.
per Iudam inundans & tranſiens: quod ſi ità eſſet, non videretur incredibile, ipſum fuiſſe filium
Iſaiæ,quod etiam multi teſtantur,quanuìs alij dicant eum fuiſſe Samaritanum.[Et dixit Eliachim,&
Sobna,& Ioahe ad Rabſacen:Loquere ad ſeruos tuos] videlicet ad nos, [Syra lingua, intelligimus
eñ] hanc linguã.Solent nanq; qui regibꝰ adſtant,plura idiomata ſcire.vocant aũt ſe ſeruos Rabſacis
ex humilitate,vt eum ad lenitatem flectant & pacem.[Nè loquaris ad nos Iudaicè in auribus populĩ,
qui eſt ſuper murum.] Ciues eñ Hieruſalem aſſcenderunt murum propter ſpectaculum.Hęc verò
rogabant,nè populus turbaretur aut terreretur,& maximè nè intelligerent blaſphemias Rabſacis.
[Et dixit ad eos Rabſaces:Nunquìd ad Dñm tuum] Ezechiã [& ad te] eius legatum, qui ex perſona
oĩm mihi hæc dicis,[miſit me dñs meus,vt loquerer oĩa verba iſta] Sẽnacherib, [& nõ potiùs ad vi-
ros,qui ſedent in muro,vt comedãt ſtercora ſua,& bibant vrinã pedum ſuorũ vobiſcum?] q. d. po-
tiùs miſſus ſum ad populum q̃ ad regẽ veſtrũ,vt ſi nõ acquieuerit populus mihi, tã diù obſideat̃,do-
nec ex victualium defectu cogat̃ ſtercora ſua comedere,pedumq́; vrinã potare,q̃ ſ.ad pedes fluit: p
quod ſignificat populum fame vincendum.[Et ſtetit Rabſaces,& clamauit voce magna Iudaicè,] vt
populum p̄terreret.[& dixit: Audite verba regis magni,regis Aſſyriorum:Hæc dicit rex:] Rurſus cõ-
format ſe Rabſaces modo loquẽdi ꝓphetarum.[Nõ ſeducat vos Ezechias] ſuggerẽdo vt rebelletis.
[qa nõ poterit eruere vos.Et nõ vobis fiduciã tribuat ſup Dño,dicens:Eruens liberabit nos Dñs, nõ
dabit̃ ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorum.] Hoc fecit Ezechias ſecundùm quod 2.Para.lib.habet̃: 2.Par.32.
Dixit Ezechias ad populũ:Nolite timere,nec paueatis regẽ Aſſyriorum & vniuerſam multitudinem
eiꝰ:multo eñ plures nobiſcũ ſunt,q̃ cum illo. Cum illo eſt brachiũ carneum,Nobiſcum eſt Dñs Deꝰ
noſter:q auxiliator eſt noſter,pugnatq́; ꝓ nobis.Et cõfortatꝰ eſt populꝰ (ait ſcriptura) huiuſcemodi
ſermonibꝰ Ezechiæ.[Nolite audire Ezechiã, hęc eñ dixit rex Aſſyriorum:Facite mecũ benedictio-
nem,] i.pacificã cõuentionẽ ſeu gratioſam benedictionẽ.Rabſaces iſte nũc minis,nũc blandimẽtis
conat̃ decipere populũ.vñ poſt cõminatiões p̄dictas,iã blãdè profat̃,quatenùs oppoſita iuxta ſe po-
ſita fortiùs moueãt, & malum ampliùs abhorreat̃, ꝓpoſito bono ſibi cõtrario.Propterea ſubdit:[&
egredimini ad me,] offerẽdo vos meæ voluntati.[& comedite vnuſquiſq; vineam ſuã,& vnuſqſq; fi-
cum ſuã,] i.fructũ vinearũ ac ficuũ.[& bibite vnuſqſq; aquã ciſternę ſuæ] in terra vr̃a,[donec veniã]
ſuperatis Aegyptijs & Aethiopibꝰ ſeu Lobna. [& tollã] i. à terra vr̃a transferã [vos ad terrã, q̃ eſt vt
terra vr̃a:] i.tã fructuoſa ſicut Iudæa,videlicet in Mediã,vt aliqui dicunt.[terrã frumenti & vini, ter-
rã panum & vinearum] i.oĩbus neceſſarijs plenã.[nec cõturbet vos Ezechias,dicens: Dñs liberabit
nos.Nunquìd liberauerunt dij gentiũ,vnuſqſq; terrã ſuã] i.ſuos cultores [de manu regis Aſſyriorũ?
Vbi

Vbì eſt deus Hemath & Arphad?vbì eſt deus Sepharuaim?] noĩa ſunt locorum,falſos deos colenti-
um.[Nunquìd liberauerunt Samariã de manu mea?] Samaria eñ nõ vni duntaxàt, ſed pluribus dijs
4.Reg.11. ſeruiuit,qa vt legiẽ 4.Reg.Salmanaſar rex Aſſyriorũ diuerſarũ terrarum gẽtes poſuit in Samaria, fi-
lijs Iſrael indè trãſlatis,quarum gẽtium ꝗlibet coluit deũ ſuum.Et nihilominùs oẽs Dñm coluerunt.
Si ergò,vt arguit Sẽnacherib,plures dij nõ potuerũt Samariã liberare,multo minùs Deus veſter qui
vnus eſt,poterit vos ſaluare de manu mea.vñ adhuc idẽ ꝓbare contẽdit,dicendo:[Quis eſt ex oĩbus
dijs terrarum iſtarum, ꝗ eruerit terrã ſuã de manu mea,vt eruat Dñs Hieruſalẽ de manu mea?] Hoc
Oſeæ 13. argumẽtum nõ ꝓcedit,cùm ſolus Dñs ſit verus atq; oĩpotẽs De⁹, qui ꝑ Oſee ait: Ego Dñs,& ſaluator
nõ eſt ꝑter me.[Et ſiluerunt] nuncij Ezechiæ,[& non reſpõderunt ei] videlicet Rabſaci, [verbum.
Mandauerat eñ eis rex,dicens:Nè reſpõdeatis ei.] In hoc appáret bonitas atq; prudentia Ezechiæ.
Ideò ꝑcepit viro Belial nõ reſpõderi,nè ad vlteriores ꝓuocareẽ blaſphemias. vndè Salomon ait:Nè
Prou.26. reſpondeas ſtulto ſecundùm ſtultitiã ſuam,nè efficiaris ei ſimilis. & Pſalmiſta: Poſui ori meo cuſto-
Pſal.28. diã,cùm cõſiſteret peccator aduerſùm me.[Et ingreſſus eſt Eliachim fili⁹ Helchię, ꝗ erat ſup domũ,
& Sobna ſcriba,& Ioahe filius Aſaph à cõmentarijs,ad Ezechiam ſciſſis veſtibus,& nunciauerunt ei
verba Rabſacis.] Conſuetudo fuit Iudæis ſcindere veſtimenta,qñ blaſphemias audiêrunt, ſicut rex
4.Reg.5. Iſrael ſcidit veſtimenta ſua, cùm miſiſſet ad eum rex Syriæ, dicens: Scito quòd miſerim ad te Naa-
man ſeruum meum,vt cures eum à lepra ſua.Caiphas quoq; idem fecit,cùm Chriſtus ei dixiſſet:Fi-
Matth.26. lius Dei ſum,& videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli. Hoc autem fecerunt quaſi ad
reuerentiam Dei,oſtendentes ſe pati non poſſe eius iniuriam,ſed zelari pro eius honore.

¶ *Explanatio cap.37.Et factum eſt cùm audîßet rex Ezechias.* *Articulus* 64.

4 Reg.19. ET factum eſt cùm audîſſet rex Ezechias] verba Rabſacis,[ſcidit veſtimenta ſua,] ſicut miniſtri
Act.14. ei⁹ fecerunt.Nec mirũ hoc de Ezechia, cùm Paulus & Barnabas leganẽ veſtes ſuas ſcidiſſe, cùm
*Lyſtrẽſes *Lycaonicenſes voluiſſent eis immolare, eò ꝙ Paulus claudum natum ſanâſſet. [& obuolutus eſt
ſacco,] i.veſte pœnitẽtiali ſeu cilicina.Legiẽ & rex Niniuæ ſacco opertus ad ꝑdicationẽ Ionæ. Hoc
aũt fecit Ezechias,vt ſi ꝗ eſſet in ſe aut in populo ſuo offenſa,De⁹ ignoſceret,atq; à tãto eũ periculo
liberaret.[& intrauit in domũ Dñi.] i.in tẽplũ,vt Deũ intẽtè oraret.[Et miſit Eliachim ꝗ erat ſup do-
mũ,& Sobnã ſcribã,& ſeniores de ſacerdotibus opertos ſaccis,ad Iſaiã filiũ Amos ꝓphetę.]Solẽnes
nuncios miſit,tũ ꝓpter magnitudinẽ cauſę (decet eñ,legati dignitatẽ ꝓportionari cauſæ ꝓ qua de-
ſtinaẽ) tum ꝓpter reuerentiã Iſaiæ,cui Ezechias neminẽ in mundo parẽ eſſe putauit. vndè & ei⁹ me-
ritis ac precib⁹ ſperauit cum toto populo reſiduo liberari.Lyra dicit, ꝙ text⁹ habere debeat, Amos
ꝓphetam.Sed Hieronym⁹ dicit contrarium,aſſerens ꝙ idcircò Iſaias in iſto capitulo nõ ſe appellat
ꝓphetam,ſed filium Amos ꝓphetæ,qm̃ de ſeipſo conſcripſit hiſtoriã,ſicut Matthæus,cùm deſcribit
Matt.9. ſuæ vocationis hiſtoriã,non ſe apoſtolũ ac euangeliſtã,ſed publicanum appellat.Legẽdum eſt ergò,
4.Reg.19. Amos ꝓphetæ,cùm 4.Reg.lib.vbì iſta hiſtoria recitaẽ,ſcriptum eſt, Amos ꝓphetã, qm̃ ibì alius erat
ſcriptor hiſtorię.[& dixerunt ad eum:Hęc dicit Ezechias:Dies tribulationis & correptionis & bla-
ſphemiæ,dies hæc:] in qua timore affligimur,& ꝓ peccatis noſtris caſtigamur,& ꝓpter blaſphemiã
viuenti & vero oĩpotenti Deo illatã,vehemẽtiſſimè contriſtamur.[quia venerunt filij vſq; ad partũ,
& virtus nõ eſt pariẽdi.] i.in tãta anguſtia ſumus,ſicut pręgnãs ꝗ pręviriũ defectu gñare nõ poteſt.
Et fortè ad literã mulieres grauidæ ꝗ in Hieruſalẽ erant,ꝑcepto tã triſti rumore, abortiuum ꝑpeſſæ
ſunt.[ſi quõ audiat &c.] iſtud quãtùm ad ſenſum,ſequiẽ verba ꝗ ſubiunguñẽ: [Leua ergò orationẽ]
vt ſit ſenſus:Cùm in tãta afflictione ſumus,idcircò leua orationẽ feruentẽ ꝗ penetrat cælos.hãc le-
ua,i.de corde puro ad cælum trãſmitte.[pro reliquijs ꝗ repertæ ſunt] i. ꝓ reſiduis Iudæorum,ꝗ ma-
nus Aſſyriorum nondùm inciderunt,videlicet ꝓ habitatorib⁹ Hieruſalẽ:vel leua orationẽ,i.noſtrã
orationẽ in terra iacentẽ,nec ſuperna introeũtẽ,tu leua,vt tuo auxilio exaudibilis fiat, & aures Dñi
ſabaoth intret.[Si quo modo audiat] i.per iuſtã vltionẽ aduerſariorum & noſtram protectionẽ au-
diſſe ſe manifeſtet.[Dñs Deus tuus,] qui ꝗuis ſit oĩm Deus, tñ ſpecialiter De⁹ eſt tuus, ꝓpter ſingu-
larem grãm eius in te,& cultum quo tu eum tã reuerẽter ac vnicè colis. [verba] blaſphemiæ [Rab-
ſacis,quẽ miſit rex Aſſyriorum dñs ſuus ad blaſphemãdum Deum viuentẽ] qui eſt verus immorta-
Matth.16. liſq; Deus,de quo Petrus ait ad Chrm̃:Tu es filius Dei viui.[& exprobrãdum ſermonibus,quos au-
diuit] i.cognouit [Dñs Deus tuus.Et venerunt ſerui regis Ezechiæ ad Iſaiam. Et dixit ad eos Iſaias:
Hæc dicetis Dño vr̃o] Ezechiæ:[Hæc dicit Dñs,nè timeas à facie] i.ab apparatu [verborum ꝗ audî-
ſtis,quibus blaſphemauerunt pueri] i.miniſtri [regis Aſſyriorum me,] Frequenter ſcriptura ꝑ pue-
3.Reg.19. rum ſignat miniſtrum,quemadmodùm 3.lib.Reg.legiẽ,Heliã reliquiſſe puerum ſuum in Berſabee.
Nõ itaq; ſolus Rabſaces,ſed alij ſecum blaſphemauerunt,vel loquendo,vel cõſentiendo.vndè 4.li.
4.Reg.18. Reg.ſcriptum eſt de pueris iſtis:Miſit rex Aſſyriorum Thartan & Rabſaris & Rabſacẽ ad Ezechiã
in Hieruſalẽ,ſ.vſq; ad portas eius.Rabſaces tñ erat dux verbi,quia nouit Hebraicum.[Eccè ego da-
bo ei ſpiritum] i.aduerſarium ſeu animũ alium.[& audiet nuncium,] qualiter rex Aethiopiæ contra
ipſum

ipſum egreſſus ſit,[& reuerteẽ ad terrã ſuã,] i.vt eã defendat ab impugnatione Aethiopum. [& cor-
ruere] i.occidi [eũ faciã] ſaltẽ ꝑmiſſiuè [gladio] filiorũ ſuorũ [in terra ſua,] videlicet in tẽplo dei ſui
in Niniue,ſicut infrà habeẽ.Hoc impletũ eſt, nõ in hac reuerſione,ſed in reditu ſecũdo,qñ percuſſo
exercitu ſuo ab angelo,fugit & habitauit in Niniue.[Reuerſus aũt Rabſaces,inuenit regẽ Aſſyriorũ
ꝓliantẽ aduerſùs Lobnã] vrbem Iudææ. [Audiêrat eñ quia ꝓfectus eſſet] i.receſſiſſet [de Lachis,]
ea relicta,& vt potiùs puto,ea capta, quia ꝓdictum eſt ꝙ cepit oẽs vrbes Iuda munitas. [Et audiuit]
Sennacherib [de Tharacha rege Aethiopiæ dicẽtes:Egreſſus eſt] Tharacha de terra ſua cum grandi
exercitu,[vt pugnet cõtra te] ô Sennacherib.[Quod cùm audîſſet] Sennacherib,[miſit nuncios ad
Ezechiã,dicens:Hæc dicetis Ezechiæ regi Iuda,loquentes] ad eum:[Nõ te decipiat De⁹ tuus,in quo
tu confidis,dicens:Nõ dabiẽ Hieruſalẽ in manu regis Aſſyriorum.] Sennacherib impijſſim⁹ relictu-
rus Iudæã,& nolẽs aduerſarios ſuos Iudæos Ezechiamq́; de ſuo receſſu gaudere,minaẽ vt verbis de-
ijciat,quos armis nõdùm deuicit.Loquiẽ aũt blaſphemias magnas contra oĩpotentem verumq́; De-
um,arguens eum de fallacia ſeu mendacio & impotentia,quaſi De⁹ aliquẽ fallere velit,& ſperantes
in ſe ſaluare nõ poſſit:quod etiã probare conaẽ,dicendo:[Eccè tu audîſti oĩa,ꝗ fecerunt reges Aſſy-
riorum oĩbus terris quas ſubuerterunt,& tu poteris liberari?] quaſi dicat,non poteris.[Nunquìd
eruerunt eos dij gẽtium,quos ſubuerterunt patres mei?] Deindè ponit noĩa regionũ & hoĩm, quos
patres ſui ſubuerterunt:[Gozan & Haran & Reſeph,& filios Eden,qui erãt in Thalaſſar?vbì eſt rex
*Emath,& rex Arphad,& rex vrbis Sepharuaim,] rex quoq;[Ana & Aua?] quaſi dicat:oẽs hos reges *Hemath
ſuperauerunt patres mei.vndè 4.lib.Reg.legiẽ,ꝙ Salmanaſar rex Aſſyriorum, pater vel auus huius 4.Reg.17.
Sennacherib,poſuit in Samaria gentes de Babylone,& de *Emath & de Sepharuaim.ex quo cõſtat,
ꝙ tunc reges *Emath & Sepharuaim victi fuerunt.[Et tulit Ezechias libros] i.epiſtolas miſſas à Sẽ-
nacherib,in quib⁹ verba iã dicta continebanẽ,[de manu nunciorum,& legit eos,] quia fortè in He-
bræo ſcripti fuerunt.Vel Ezechias aliã linguã intellexit.vel legit,i. legi fecit. [& aſcẽdit in domum
Dñi,& expandit eos corã Dño,] qui ſpecialiter eſſe & habitare ferebaẽ in templo. Expandit aũt eos
corã Dño cuncta cernente, non vt aliquid de nouo innoteſceret Deo, ſed vt in ſeipſo deuotionem
atq; fiduciã excitaret,ſicq́; Dei miſericordiã copioſiùs mereret.[Et orauit] Ezechias [ad Dñm, dicẽs:
Dñe exercituum,] i.virtutum cæleſtium.[Deus Iſrael,] i. populi Iſraelitici, ſeu Iacob patris eorum,
qui dictus eſt Iſrael.[qui ſedes ſuper Cherubim,] i.oẽm plenitudinem ſcientiæ creatæ excedis,atq;
in angelis qui ſunt de ordine Cherubim,quieſcis,ſicut in Pſal.habeẽ:Qui ſedes ſup Cherubim, ma- Pſal.79.
nifeſtare.Cherubim aũt interpretaẽ plenitudo ſcientiæ. [tu es Deus ſolus oĩm regnorum terræ. tu
eñ feciſti cælum & terrã.] propter quod Heſt.13.diciẽ:Dñe rex oĩpotens,in ditione tua cuncta ſunt
poſita.Et Dan.2.Sit nomen Dñi benedictum,quia ſapientia & fortitudo eius ſunt,& ipſe mutat tem-
pora & æternitates,transfert regna atq; cõſtituit. [Inclina Dñe aurem tuã, & audi,] i. miſericordiam
tuã applica mihi.[aperi Dñe oculos tuos,& vide,] i.pietatis tuæ adſpectum conuerte ad me ꝑ poten-
tiæ tuæ effectum,oſtendens te oĩa iſta cognoſcere,meamq́; orationẽ ſuſcipere. Loquiẽ aũt Ezechias
de incorporeo incircunſcriptoq́; Deo,affectu & more humano,quo aliquis volens alium exaudire
aurem inclinat ad eius ſermonẽ,& oculos aperit,reſpiciens eius vultũ.oĩa autẽ huiuſmodi, ſpũaliter
& inuariabiliter ſunt in Deo.[& audi oĩa verba Sennacherib, ꝗ miſit ad blaſphemãdum Deum vi-
uentem.Verè eñ Dñe deſertas fecerunt reges Aſſyriorum terras & regiones] i.regna ſeu habitato-
res.[earum,& dederunt deos earum igni,] ipſos cõburendo.[Non eñ erãt dij] veri,[ſed opera ma-
nuum hoĩm] cõflata ſeu ſculpta,& ab artificibus expolita. [lignum & *lapides,] per ꝗ aliæ materiæ *lapis
intelliguñẽ,videlicet aurum & argẽtum &c.Vndè in Pſal.cantaẽ:Simulacra gentium argẽtum & au- Pſal.113.
rum.Hi ergò dij,quãtùm ad ſubſtantiã,non erãt niſi corporales materiæ. Secundùm philoſophum
quippe,tota ſubſtantia artificialium,eſt materia:opera verò vitæ,ꝗ in eis apparebant, non ab intrin-
ſeca forma,ſed à dęmonib⁹ inhabitantib⁹ oriebanẽ.propter quod ſcriptum eſt:Oẽs dij gentium dæ-
monia.[& cõminuerunt] reges Aſſyriorũ [eos] i.deos gẽtium.[Et nunc Dñe Deus noſter,ſalua nos Pſal.95.
de manu ei⁹:] i.de tyrãnica poteſtate Sẽnacherib.[Et cognoſcãt oĩa regna terræ] ex deiectione Aſ-
ſyriorũ,[qa tu es De⁹ ſolus] ꝓpria authoritate,atq; vniuerſaliter dñans,cuius inſtrumẽta & miniſtri
ſunt oẽs dñi alij.vndè Apoſtol⁹ dicit:Vnus Dñs,vna fides,vnũ baptiſma. [Et miſit Iſaias filius Amos
ad Ezehiã,dicens:Hęc dicit Dñs De⁹ Iſrael:Pro ꝗbus rogâſti me de Sẽnacherib rege Aſſyriorũ] vi- Ephe.4.
delicet ꝓ expugnatione eius.[hoc eſt verbũ quod loquutus eſt Dñs ſup eum.] Orauit eñ Ezechias,
vt Dñs audiret atq; videret oĩa verba & facta Sẽnacherib,& hoc oſtẽdit Iſaias Deum feciſſe,loquens
de eo ad populũ Iudę:[Deſpexit te] rex ſeu popul⁹ Aſſyriorũ corde ſupbo.[& ſubſannauit te] naſo
rugato,tanꝗ ſenſibili ſigno.[virgo filia Sion,] i.popule Iudæorum,cultor Dei in tẽplo montis Sion.
[poſt te caput mouit] deridẽdo,cõminandoq́; tibi,ꝙ receſſiſſes ab ipſo,nolẽs ſibi reſpondere ſicut
Ezechias mandauit.[filia Hieruſalẽ] i.popule in Hieruſalẽ habitans. Dicĩ aũt populus iſte virgo,vt
aliꝗ dicũt, ꝓpter fidei integritatẽ & cultum diuinũ,ꝗ ſemp in aliquib⁹ eorum ꝑmanſit:& filia, quaſi
à Deo

Iſaiæ 47. à Deo electus & ꝑdilectus.Sed qa infrà ad Babylonẽ dicit̃,Sede in puluere virgo filia Babylõ,in qua
nec fides nec cultus Dei fuerunt, arbitror potiùs totum populũ virginẽ appellari, ad inſinuandum
puritatẽ naturæ, ſecundùm ſe acceptæ, q̃ non corrumpit̃ niſi ꝑ accidentalia: q̃ etiam filia nuncupat̃,
Sap. 11. vt deſignet̃ benignitas Dei circa creaturas,qui oĩa diligit q̃ creauit,oẽſq́; hoĩes ſaluos vult fieri,q ſo-
1. Ti. 2. lem facit oriri ſup bonos & malos. Cõſequenter ad regẽ Sennacherib dirigẽs Iſaias ſermonẽ:[Cui]
Matt. 5. inquit[exprobrâſti]verbis iniurioſis,[& quẽ blaſphemâſti,& ſup quẽ exaltâſti vocẽ tuam,]loquen-
do põpoſè,[& leuâſti altitudinẽ oculorum tuorum?] i.cordis tui ꝑſumptionem, ſeu exteriorũ ocu-
lorum tuorum patulum tumidumq́; adſpectũ.maximè em̃ in oculis corporis, cordis manifeſtat̃ ſu-
Iob 15. perbia,iuxta illud:Quid te eleuat cor tuũ?& quaſi magna cogitãs,attonitos habes oculos? Et reſpõ-
det Iſaias:[Ad ſanctũ Iſrael] i.cõtra Deũ ſanctificatorẽ Iſraelis hæc oĩa ꝑpetrâſti,nõ ſolũ ꝑ teipſum,
ſed quod maioris ſuperbiæ eſt,etiã ꝑ tuos miniſtros,ſicut ſubiungit̃:[In manu] i.ꝑ actũ [ſeruorũ tu-
orum] Thartã,Rabſaris,& Rabſacis,exprobrâſti Dño,& dixiſti:In multitudine quadrigarũ mearũ]
videlicet ꝓprijs virib⁹ meis & ſubiectorũ meorũ cum currib⁹ plurimis.[ego aſſcendi altitudinẽ mõ-
tium] i.ſublimitatem regum ac principum mihi ſubieci.[iuga Libani] i.montẽ Sion aſſcendi. iã em̃
tam certã ꝓmiſit ſibi victoriã de Hieruſalẽ,àc ſi factum fuiſſet.[& ſuccidã excelſa cedrorum eius, &
electas abietes eius,] Hoc dupliciter intelligi poteſt:primò,vt dicat ſe deſtructurũ ędificia templi q̃
erãt de lignis cedrinis & abiegnis:ſecũdò,vt dicat ſe occiſurũ potẽtes & optimates ſeu principes Hi
eruſalẽ.[& introibo altitudinẽ ſummitatis eius,] i.ipſum tẽplũ altiſſimè ſituatũ ingrediar,vt deſtruã
illud.[ſaltũ Carmeli ei⁹] ingrediar,vbì (vt dicit̃) aĩalia immolãda paſcebant̃,q̃ voluit Sẽnacherib de-
prędari.[Ego fodi & bibi aquã] i.ꝑ ſeruos meos nouos puteos fodi, vt biberet multitudo exercitûs
& iumenta.non em̃ tantę multitudini ſuffecit aqua inuenta. [& exiccaui veſtigio pedis mei oẽs ri-
uos aggerum.] i.tanta fuit multitudo exercitûs veſtigia mea ſequẽtis,ꝙ aquas inuentas conſumpſit,
ſeu ambulãdo ſiccauit.vndè nouas ciſternas fodere ſum cõpulſus. Conſequenter Iſaias in perſona
Dei alloquit̃ ipſum Sennacherib:[Nunquìd nõ audîſti q̃ olim fecerim ei?] i.an ignoras ꝙ ea q̃ dudũ
facta ſunt à patribus tuis & te,nõ eorum aut tua,ſed mea poteſtate & ordinatione pacta ſunt,qui per
eos & te,flagellaui iniquos,& regna de gente in gentem transtuli,promouendo & deijciendo nunc
vnum,nunc alium,ſecundùm ordinẽ ſapientiæ atq; iuſtitiæ meæ?[Ex diebus antiquis ego plaſmaui
illud,] i.longè anteq̃ facta ſunt hęc,decreui ea facere ꝑ patres tuos,& tibi & ꝓphetis hoc ipſum reue-
laui,ipſi quoq; ꝑnunciauerunt.[& nunc adduxi,] i.iam ꝑ te executus ſum quod antè ꝑdixi fiendum.
[& factum eſt in eradicationẽ collium cõpugnantium,] i.poteſtas quam tibi conceſſi,facta eſt cauſa
deſtructionis principum contra ſe inuicèm ꝑliantium. [& ciuitatum munitarum] quas tu non tua,
ſed mea poteſtate vaſtâſti.[Habitatores earũ breuiata manu.] i.manûs meę auxilio eis ſubtracto. Vel
breuiata manu,i.poteſtate eorũ abſciſa ſeu diminuta. [cõtremuerũt] te formidãtes,[& cõfuſi ſunt,]
i.victi à te.[facti ſunt ſicut fœnum agri.] i. velociter defecerunt. facti ſunt quoq; [&] ſicut [gramen
paſcuæ] i.faciliter eradicati.[&] ſicut [herba tectorum] naſcens in ſummitate domorum.[q̃ exaruit
anteq̃ matureſceret.]ſic & ipſi occiſi ſunt anteq̃ ad maturam ꝑueniręt ætatẽ, quemadmodùm in lib.
Iob 22. Iob habet̃:Viri iniqui ante tempus ſuũ ſublati ſunt.[habitationẽ] i. ſeſſionem [tuam] in regno tuo
[& egreſſum tuum & introitũ tuum,] i.oĩa opera tua & totum ꝓceſſum tyrannidis tuę,qua poteſta-
te tibi cõceſſa abuſus es.[cognoui] ab æterno, & oĩa ꝑ prophetas ꝑdixi.[& inſaniã] i. blaſphemiam
[tuam cõtra me.Cùm fureres aduerſùm me,] i.ex furore paſſionum me blaſphemares,& multa pec-
cata meæ voluntati cõtraria furibundè cõmitteres.[ſupbia tua aſſcendit in aures meas.] i. à me dili-
genter penſata & dijudicata eſt,nec vltrà patiar talia.[Ponã ergò circulum in naribus tuis,] impedi-
mentum ſolitæ elationis ingeram tibi,& ſicut bubali circulo compellunt̃ ſubijci iugo, ſic ego ꝑ ad-
uerſa ſubdã te meo imperio.ponã [& frenum in labijs tuis,] i.os tuum refrenabo & domabo,nè vl-
Pſal. 31. trà ꝓrumpas in verba blaſphemiæ,ſicq́; implebo in te,pro quo rogor à ꝓpheta q ait: In chamo & fre-
*via no maxillas eorum cõſtringe,qui nõ approximant ad te.[& reducã te in *viam per quã veniſti.] i.ad
Niniuẽ faciam te reuerti.Deindè dat Iſaias ſignum Ezechię,quo ſciat certiſſimè oĩa vera eſſe q̃ dicta
ſunt.[Tibi aũt] ô Ezechia [hoc erit ſignum:Comede hoc anno] tu & populus tuus, ſ. in primo an-
no receſſûs Aſſyriorum à vobis cùm vadunt contra Aethiopes. [q̃ ſpontè naſcunt̃,] i. ſine humano
ſtudio hoĩſq́; cultura.& hoc erat grande miraculum,ꝙ de talibus ali potuit rex cum populo ſuo.Aſ-
ſerunt em̃ quidam,ꝙ ex granis pedibus Aſſyriorũ contritis, tanti fructus exorti ſunt, ꝙ ſuffecerũt
Ezechiæ ac populo.[& in anno ſecundo] receſſûs Aſſyriorum, [pomis veſcere.] Dicunt iſti ꝙ ar-
bores ab Aſſyrijs ꝑciſæ,tã copioſos fructus ꝓtulerunt,ꝙ populus indè poterat ſuſtentari.[In anno
aũt tertio] circa cuius initium occidendus eſt Aſſyriorũ exercitus, cùm rediêrit contra Hieruſalẽ,
[ſeminate] ſecurè,aduerſarijs iam deiectis.[& metite] tẽpore ſuo,[& plãtate vineas,& comedite fru-
relictum ctum] videlicet vuas [earum.Et mittet id quod ſaluatũ fuerit de domo Iuda, & quod *reliquũ eſt,
radicẽ deorſum,& faciet fructum ſurſum.] Hoc intelligi poteſt vel de fructibus terræ, q non erant
ab

ab Aſſyrijs deuorati,vel de ipſo populo Iudæ,q manus Aſſyriorũ euaſit.Primus igit̃ ſenſus eſt:Mit-
tet id quod ſaluatum fuerit de domo Iuda,i.ſemen populi Iudæ nõ conſumptũ ab Aſſyrijs, & quod
relictum eſt Iudæis,radicẽ deorſum,i.in terra ſtabiliet̃ ac nutriet̃,& creſcet in altum.Secundus ſen-
ſus eſt:Mittet id quod ſaluatum fuerit de domo,i.populo Iuda, videlicet hoĩes non occiſi ab Aſſy-
rijs,radicem deorſum,& faciet fructum ſurſum, i.ꝑ modum vineæ ſeu altæ arboris multiplicabunt̃
gñando filios & filias,terramq́; rurſum implentes.Vndè in pſalmo de populo Iudæorum ſub meta- Pſal. 75.
phora vineæ dicit̃ Dño:Plantâſti radices eius,& impleuit terrã.Extendit palmites ſuos vſq; ad mare.
Huicq́; ſenſui conſonat litera ſequens:[Quia de Hieruſalẽ exibunt reliquiæ,] i.populi duarum tri-
buum,qui timore Aſſyriorum in Hieruſalẽ confugerunt,& clauſi ſederunt,ꝑcuſſis Aſſyrijs,lęti atq;
ſecuri egredient̃ redeuntes ad ꝓpria.[& ſaluatio] i.popul⁹ liberatus,vel ſalus populo exhibita,exibit
[de monte Sion] i.de tẽplo in quo Iudæi Dñm orauerunt, eiuſq́; auxilium impetrauerunt. [Zelus
Dñi exercituum,] i.diuina iuſtitia cõtra impios zelãs.[faciet iſtud] i.vindictã hanc in Aſſyrios.[Pro-
pterea hęc dicit Dñs de rege Aſſyriorũ:Non intrabit ciuitatẽ hanc] Hieruſalem,[& non iaciet ibì ſa-
gittã] nec ipſe,nec popul⁹ eius,[& nõ occupabit eam clypeus,] i.nemo Aſſyriorum armatus ſeu cly-
peatus aſſcendet muros aut loca vrbis hui⁹. [& nõ mittet in circuitu ei⁹ aggerẽ] vt foſſata vrbis im-
pleat.Anteq̃ em̃ appropinquauit rex Aſſyriorũ cum ſuo exercitu vrbi Hieruſalẽ tam vicinè,vt ſagit-
tare potuiſſet in eã,& aggerẽ mittere: ꝑcuſſus eſt eius exercitus, q (vt credit̃) in Nobe occiſus eſt.in
illo ſiquidẽ loco,q non multùm diſtat ab Hieruſalẽ,pernoctauit.Vndè ſuperiùs dixit Sennacherib:
Adhuc dies eſt vt in Nobe ſtet̃.[In via qua venit, per eam reuertet̃,& ciuitatem hanc non ingrediet̃, Iſaiæ 10.
dicit Dñs.Et protegã ciuitatem iſtã,vt ſaluem eam ꝓpter me.] i.potiùs ꝓpter meam bonitatem,q̃ ꝓ-
pter merita vr̃a.vel ꝓpter me,i. ad honorem & gloriam noĩs mei, vt oĩbus innoteſcant iuſtitia mea
atq; potentia.vndè in Prouer. ſcriptum eſt:Oĩa propter ſeipſum operatus eſt Deus.Et in Ezechiele: Nõ Prou. 16.
propter vos ego faciam, notum ſit vobis,ſed propter nomen ſanctum meum. [& ꝓpter Dauid ſer- Ezec. 18.
uum meum.] i.merito eius, & vt impleã ꝓmiſſionem ei factam, ꝙ darem ei lucernam in Hieruſalẽ.
In quo patet eximia ſanctitas beatiſſimi ꝑriarchæ atq; ꝓphetæ Dauid, excitant̃ quoq; audientes, vt
fidem & iuſtitiã eius imitent̃,conſiderantes q̃ veraciter ſcriptum eſt: In memoria æterna erit iuſtus. Pſal. 111.
[Egreſſus eſt aũt angelus Dñi,] quem De⁹ miſit de cælo empyreo, [& ꝑcuſſit in caſtris Aſſyriorum
centum octogintaquinq; millia hoĩm.]Secundo Paralip.legit̃,ꝙ percuſſit omnem virum robuſtum
& principẽ exercitûs.[Et ſurrexerunt manè] rex Aſſyriorum,& viri pauci q non erant ꝑcuſſi,erãtq́; 2. Par. 32.
decem,vt dictum eſt circa illud:Puer ſcribet eos. [eccè *oĩa cadauera mortuorum] ſine vulneribus Iſaiæ 10.
occiſa,& vt credit̃,cõbuſta & quaſi incinerata fuerant corpora. [Et egreſſus eſt] rex Aſſyriorum Iu- *omnes
dæã,viſa hac plaga,[& abijt.Et reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorũ,& habitauit in Niniue.Et fa-
ctum eſt cùm adoraret in templo Neſrach deum ſuum,Adramelech & Saraſar filij eius percuſſerunt
eũ gladio,fugeruntq́; in terrã Ararat.] Erat aũt Ararat regio in Armenia.[& regnauit Aſaraddon fi-
lius eius ꝓ eo.] Cauſam hui⁹ interfectionis aliq dicunt eſſe,ꝙ ꝑdicti duo filij Sennacherib indigna-
bant̃ patri,eô ꝙ ordinâſſet filium ſuũ Aſaraddon poſt ſe regnaturum. Ambitioſi ergò filij, ex indi-
gnatione patrẽ ꝓprium occiderunt.Alij dicunt ꝙ Aſſyrij indignantes regi Sennacherib, eô ꝙ ꝓ-
pter ſuã ſupbiam perijſſent cognati atq; amici eorum in terra Iuda,ꝓpoſuerunt regẽ occídere: quo
cognito,ingreſſus eſt phanum dei ſui,orãs vt ſe à tanto ꝑiculo liberaret, ꝓmittens,ſi hoc faceret,ꝙ
ſibi ꝑdictos duos filios ſuos ſacrificaret.quod illi audientes,ſecuti ſunt patrẽ, & in orõne poſitũ oc-
ciderunt.Deniq; in hoc patent mirãda iudicia Dei,ꝙ cùm angelus tot millia occíderet,maximè ꝓ-
pter blaſphemias regis,nõ tñ regem occídit. Sed tempus pœnitentiæ ei indultum eſt ad cumulum
iuſtę damnationis,eô ꝙ viſo tanto miraculo,non ſe correxit,neq; pœnituit. ¶ Poſtremò oĩa iſta
ad moralitatem trahi poſſent,videlicet ꝙ Ieruſalem figuram tenet Eccleſiæ, Ezechias figuram boni
ꝑlati,Iſaias figuram religioſorum & ſanctorũ ſubditorũ.Sennacherib verò typus eſt tyrannorũ.De-
bent ergò facere ꝑlati tempore perſecutionis Eccleſiæ,ſicut Ezechias feciſſe deſcribitur, ſ. vt ſi bo-
no modo fieri valeat,pacem cum aduerſarijs faciant.Quod ſi fieri nequeat, ſperent in Deo,& inuo-
cent eum corde deuotiſſimo,mittantq́; ad religioſas ſanctaſq́; perſonas, vt intercedant pro eis & ꝓ
conſeruatione boni communis.Et tunc Dominus dabit auxilium,& angelus eius pugnabit pro ipſis.
Quod verò Dominus ait ad regem Aſſyriorum,Cùm fureres aduerſùm me,ſuperbia tua aſſcendit in
aures meas,ponam ergò circulum in naribus tuis &c.contra quemcunq; ſuperbum dici poteſt.De-
us enim ſuperbis reſiſtit,ſuperbos humiliat,eoſq́; in anguſtiſſimo loco latiſſimi inferni concludet.

¶ *Explanatio cap. 38. In diebus illis ægrotauit Ezechias.* *Articulus* 65.

IN diebus illis] quibus facta ſunt quæ hìc recitantur, [ægrotauit Ezechias vſq; ad mortem, ità ꝙ
ſecundùm naturalium cauſarum proceſſum,certiſſimè moriturus erat.Cauſam ęgritudinis aliqui 4. Reg. 20.
dicunt fuiſſe,quia non egit condignas gratias Deo pro beneficijs ſibi impenſis.Sed hoc de viro ſan-
cto ſuſpicandum non reor,ꝑſertim cùm nulla ſcriptura authentica hoc commemoret. Lyra igitur
 di-

dicit Rabi Salomonẽ aliam cauſam inducere, videlicet ꝙ Ezechias noluit vxorem accipere. q̃ ratio,
Lyræ videt̃ probabilis, ſed nequaq̃ vera eſt. nã poſt pauca ſcriptum eſt, ꝙ Ezechias audiens ſe mori-
turum, fleuit fletu magno, cuius fletûs ratio ſecundùm Hieronymũ fuit, qm̃ filium nõ habebat, ſicq́;
ꝓmiſſionem Dauid factã de gñatione Chr̃i ex ſemine eius, vidit euacuari in ſe. ſi ergò filium habe-
re optauit, nõ vtiq; vxorẽ ducere recuſauit. Nec aliquo modo veriſimile eſt, ꝙ rex iuuenis nõ fuerit
ſolicitus ſucceſſorẽ regni habere. Hieronymus ergò ait, ideò Ezechiã infirmitate corporis miſeri-
corditer viſitatum à dño, qui, quos amat, arguit & flagellat, nè poſt tantas victorias eleuet̃ cor eius.
Et hæc ratio bona eſt, ſi ponamus fuiſſe iſtum languorẽ poſt Aſſyriorum percuſſionẽ: quod aliqui
negant, qa infrà habet̃, ꝙ dñs ei ꝓmittit, De manu regis Aſſyriorum eruã te & ciuitatẽ iſtam. Sed hoc
faciliter ſolui poteſt, vt hoc quod dicit̃, De manu regis Aſſyriorũ eruã te, non intelligat̃ de liberati-
one, q̃ facta eſt angelo ꝑcutiente Aſſyrios, ſed ꝙ decęterò foret ſecuritas toto tẽpore Ezechię in re-
gno ipſius, non p̃ſumentibus Aſſyrijs vltrà redire in Iudæam. Vndè hæc liberatio referri poteſt ad
ipſius Sennacherib occiſionẽ. vndè patet ꝙ opinio Rabi Salomonis & ſequacium eius, dicentium
hunc languorẽ Ezechiæ p̃ceſſiſſe ꝑcuſſionem Aſſyriorum, nõ ſit ꝓbabilis. Ego potiùs puto cauſam
infirmitatis Ezechię, fuiſſe naturalẽ. In his em̃ diebus in maximis afflictionibus fuit, ex qbus poterat
Prou. 17. corporalem infirmitatem incidere, ſecundùm quod Salomon ait: Sp̃us triſtis exiccat oſſa. Non eſt tñ
magna vis de cauſa hui⁹ infirmitatis, cùm certum ſit, eam ex diuina ordinatione veniſſe ad gloriam
*ꝓpheta Dei, vt glorificaret̃ per mirabilem eius ſanationẽ. [Et introiuit ad eum Iſaias filius Amos *prophetę]
ex cõmiſſione diuina. [& dixit ad eum: Hæc dicit dñs: Diſpone domui tuæ,] i. ordina regni negocia,
& teſtamentum fac. [qa morieris tu] de p̃ſenti infirmitate, ſecundùm ordinẽ naturalium cauſarum.
[& nõ viues.] Iſta erat ꝓphetia cõminationis, q̃ non ſemp implet̃, quia ꝑ eam aliquid p̃nunciat̃, nõ
ſemper ꝓut eſt in diſpoſitione mentis diuinæ, ſed interdùm prout eſt in cauſis ſecundis: taliſq́; erat
Ionæ 2. ꝓphetia Ionæ de ſubuerſione Niniuę. Talẽ quoq; putauit Dauid fuiſſe ꝓphetiam Nathan de morte
2. Reg. 11. filij, quẽ per adulteriũ genuit de vxore Vrię. [Et cõuertit Ezechias faciẽ ſuã ad parietẽ] templi, quod
ſitũ erat iuxta palatiũ, vel ad parietẽ cubiculi in quo iacuit, quatenùs facie ab aſſiſtẽtibus auerſa, de-
Mat. 6. uotiùs ſecuriuſq́; oraret, implens ꝓ poſſe quod Chr̃s in euãgelio docet: Ora patrẽ tuum in abſcõdi-
to. [& orauit ad dñm, & dixit: Obſecro dñe, memento, quæſo, quõ ambulauerim coram te in verita-
te] vitæ, in veritate doctrinæ, & in veritate iuſtitiæ. [& in corde p̃fecto,] non ſimpliciter & abſolutè,
ſed ſecundùm modum ac poſſibilitatẽ fragilitatis humanæ, iuxta quẽ modũ Chr̃s ait Mat. 5. Eſtote
p̃fecti, ſicut & pater veſter cæleſtis p̃fectus eſt. Et Moſes: Perfect⁹ & abſq; macula eris cum dño Deo
Deu. 18. tuo. Apoſtolus aũt loquit̃ de perfecto ſimpliciter ſeu excellenter, cùm ait: Non ꝙ iam app̃henderim
Phil 3. aut p̃fectus ſim. cùm verò ait, Quicunq; p̃fecti ſumus, hoc ſentiamus &c. loquit̃ de p̃fecto, ſicut nunc
Ibidem. loquit̃ Ezechias. [& quod bonum eſt in oculis tuis fecerim,] idololatriã extirpando, æneũ ſerpentẽ
cõfringendo, templum mundando. Deniq; ſi ſcire optamus, q̃ verè, q̃q́; humilimè Ezechias hæc di-
xerit, recordemur qd de eo ſcriptum ſit 4. Reg. 18. Fecit (ait ſcriptura) quod bonũ erat corã dño, iu-
xta oĩa q̃ fecit Dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa, & cõtriuit ſtatuas, ſuccidit lucos, confregitq́;
ſerpentẽ æneum, quẽ fecerat Moſes. Siquidẽ vſq; ad illud tẽpus filij Iſrael adolebant ei incenſum: &
in dño Iſrael ſpauit. Itaq; poſt eum nõ fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda: ſed neq; in his q ante
eum fuerunt. Et adhæſit dño, & nõ receſſit à veſtigijs eius. Vndè & dñs erat cum eo, & in cunctis ad
2. Par. 29. & 30. q̃ procedebat, ſapienter ſe agebat. Sed & 2. lib. Paral. multa alia magnifica opera de ipſo ſcribuntur.
Eccẽs 9. Quãuis verò tantæ fuerit p̃fectionis, tñ dubium poteſt facere alicui, quõ coram dño dicere poterat
Eccĩ 7. ambulâſſe ſe in via, veritate & corde p̃fecto, ac placita Deo feciſſe, cùm Eccleſiaſtes dicat: Sunt iuſti,
Iob 9. & opa eorũ in manu Dei ſunt: & tñ neſcit homo, vtrùm amore an odio dignus ſit. & Eccleſiaſticus:
Rom. 8. Non te iuſtifices ante Deũ. Iob etiã proteſtat̃: Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit aĩa mea. Et re-
ſpondendum, ꝙ viri ſancti, qbus ſecundùm Apoſtolũ ipſe ſp̃us teſtimonium p̃hibuit, ꝙ filij Dei eſ-
ſent, frequenter ſuas corã dño virtutes profeſſi ſunt ex inſpiratione diuina, atq; ex pia humiliq́; fi-
2. Ti. 4. dutia, ſicut Apoſtol⁹ ait: Bonũ certamen certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui. dereliquò repoſita
eſt mihi corona iuſtitiæ. De ſpeciali em̃ gr̃a interdùm certificant̃ hoĩes virtuoſi, ſe eſſe in gratia Dei,
quamuìs de lege cõmuni nemo certitudinaliter ſciat, an in charitate & gratia ſit. De hac materia in
expoſitione libri pſalmorum pleniùs reſpondiſſe me recolo. [& fleuit Ezechias fletu magno.] Cùm
Pſal. 141. Pſalmiſta dicat, Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: mirum videri poteſt,
cur homo tam ſanctus, audito ꝙ moriturus eſſet, fleuerit, & non potiùs ſit lætatus, tanq̃ ad Abrahæ
ſinum iturus, niſi dicat̃ (ſicut iam tactum eſt) ꝙ fleuit, quoniam ſi tunc obijſſet, Chriſtus de eius ſe-
mine natus non eſſet: quod tñ ſancti homines, orti de tribu Iuda, maximè cupiebant. [Et factum eſt
verbum dñi ad Iſaiam,] anteq̃ egrederet̃ palatium, vel per angelum forìs apparentem, vel ꝑ locutio-
nem internam, [dicens: Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit dñs Deus Dauid patris tui,] cuius tu filius
es, non ſolùm carnali propagine, ſed fidei quoq; atq; iuſtitiæ parilitate: [Audiui orationem tuam, &
vi-

vidi lachrymas tuas,] i. acceptas habui. Nõ legit̃ quid Ezechias deprecatus ſit dñm, ſed in Dei reli-
quit arbitrio, quid velit p̃ſtare: Deus verò agnoſcens pijſſimã cauſam fletuum eius, ait ad eum: [Eccè
ego adijciam ſup dies tuos quindecim annos.] Ex hoc ꝓbat ſanctus Hieronymus, ꝙ falſa ſit opinio
dicentium, ꝙ viuere in corpore, ſit damnatio, ſ. pœna p̃cedentis culpæ, ità ꝙ corpus non eſt niſi car-
cer aĩæ, & oĩnò ideò mors ſit appetenda. Hæc fuit poſitio Origenis: q̃ ſi vera eſſet, nequaq̃ Ezechiæ
ꝓ beneficio promitteret̃ prolongatio vitæ. Ex eodẽ inſupèr probat, falſam eſſe aſſertionem dicenti-
um ꝙ oĩbus certus p̃ſtitutus ſit finis ſecundùm curſum fatalem, atq; cauſarum naturalium ordinem.
[& de manu regis Aſſyriorum eruã te & ciuitatem iſtã, & protegam eã,] i. ꝙ non p̃ſumet vltrà impu-
gnare te regnumq́; tuum. Hæc duo ꝓmiſſa, ad prophetiã p̃deſtinationis, q̃ ſemper implet̃, pertinue-
runt. [Hoc aũt tibi erit ſignum à dño, quia faciet dñs verbũ hoc quod loquutus eſt: Eccè ego reuer-
ti faciam vmbrã linearum, ꝑ quas deſcenderat in horologio Achaz in ſole, retrorſum decẽ lineis.]
Achaz pater Ezechiæ, fecit horologiũ æreum, verſùs ſolẽ illud cõſtituens, ſcribens in circulo lineas
diſtinctas ad agnoſcendum horas diei per vmbram, ità ꝙ vmbra deſcendens, & gradum percurrens
ſeu lineam tangẽs, horæ ſpatium terminauit. Dicunt tñ aliqui, ꝙ duæ lineæ faciebãt vnã horam. quo
dato, dies artificialis nõ fuiſſet ꝓlongata niſi decẽ horis, videlicet quinq; horis in reditu ſolis verſùs
orientem, quibus vmbra reuerſa eſt retrorſum in horologio Achaz, & quinq; horis quibus reuerſus
eſt ſol ad punctum vbì regredi cœperat. Hoc aũt eſt contra ſentẽtiam diuini & ſancti Dionyſij, q in
epiſtola ad B. Polycarpum, affirmat diem illum penè triplicatum fuiſſe, i. quaſi tantum habuiſſe de
tẽpore, ſicut tres dies artificiales, qui continent horas XXXVI. Verè ergò & ſine dubitatione tenen-
dum eſt cum principe theologorum, quẽ conſtat de p̃ſenti materia inſtructũ fuiſſe ab apoſtolis ſiue
ab apoſtolicis viris, & vt opinor, à Paulo, cuius Dionyſius efficit mentionẽ in p̃allegata epiſtola. Pro-
longatus eſt itaq; dies ille artificialis XX horis. per X em̃ horas ſol retroceſſit, & rurſum totidẽ horis
ad locum priſtinũ redijt. Incepit aũt regreſſio iſta, cùm decima hora eſſet, ſeu die X horas habente:
quibus ad conſummationẽ diei iunctæ ſunt duæ horæ, ſole ad occaſum tendente: ſicq́; dies illa ha-
buit XXXII horas. Vndè in p̃dicta epiſtola Dionyſius ait: Alia quædam dies ſecundùm continuita-
tem ferè triplicat̃, & in XX horis fit, quod nõ om̃i tempore vias contrarias reddit: Et ſol proprio cur-
ſu quinqueformẽ ſuum motum & in horis X conuoluens analyticè, iterùm totum in alijs decem,
noua quadã ſemitarum via regreditur. Circa quod quæri poteſt, quomodò verum ſit quod in libro
Ioſuæ legitur, qualiter ſol & luna ſteterunt in cælo immobiles ſpatio vnius diei. & ſubiungitur: Non Ioſu. 10.
fuit antè & poſteà tam longa dies. Secundùm hanc aũt poſitiõem videtur dies iſta ſub Ezechia fuiſſe
longior. hanc quæſtionem ſuo loco reſeruo. q̃ tum faciliter ſolueretur, ſi ſol & luna dicantur ſtetiſ-
ſe in cælo, non tñ ſpatio vnius diei artificialis, qui eſt tempus, quo eſt ſol ſupra noſtrum horizontẽ,
ſed vno die naturali. Deindè oſtenditur gratitudo Ezechiæ pro beneficijs ſibi impenſis, cùm dicit:
[Scriptura] i. gratiarum actio ſeu canticum [Ezechiæ regis Iuda] ab ipſo cõſcriptum ſiue dictatum
ſpiritu ſancto illuſtrante. [cùm ægrotâſſet & conualuiſſet de infirmitate ſua.] & ſecundùm Hierony-
mum, ſcriptura iſta non eſt dicenda oratio, ſed gr̃arum actio. Quidam tñ nominant eam orationem,
cùm in fine ipſius dicatur: Dñe, ſaluum me fac. & antè: Dñe, vim patior, reſponde pro me. Hucuſq;
titulus ſeu prologus ſcripturę huius, cuius exordiũ eſt: [Ego dixi:] i. ego Ezechias, cùm grauiter an-
guſtiarer ac infirmarer, dixi intra me cogitando quod ſubiungit̃: [In dimidio dierũ meorum] i. me-
dia parte temporis, quo viuere potui, circitèr conſumpta. Tempore em̃ huius infirmitatis, erat Eze-
chias XXXIX annorũ. In toto em̃ vixit annis 54. qbus ſi XV ſubtrahant̃, quibus poſt hanc infirmita-
tem vixit, remanent anni XXXIX. ſicq́; erat circa mediũ temporis, quo hoĩes tunc cõmuniter vixe-
runt. Vndè & Dauid qui LXXX annis vixit, cùm XL eſſet annorum, dixit: Ego ſum delicatus & vn- 2. Reg. 3.
ctus rex, neſciens egreſſum & introitum meum, iuuenem ſe eſſe inſinuans. Sp̃ualis verò & myſticus
ſenſus cãtici huius, infrà tanget̃. [Vadam ad portas inferi,] i. ad mortis interitum & limbum inferni,
de quo in Geneſi ait p̃triarcha Iacob: Deſcendã ad filium meum lugẽs in infernum. Mors aũt in ve- Gen. 37.
teri teſtamento omnibus erat porta inferni, qa per eam ibant ad aliquem de quatuor locis inferni.
nunc verò baptizatis & perfectis atq; martyribus, mors porta eſt vitæ, & vitæ æternæ. Ezechias autẽ
dixerat iſta ex deſperatione diutiùs viuendi. Vndè putauit ſe iturum ad mortem corporis, & ad in-
greſſum inferni. [Quæſiui reſiduum annorum meorum] i. tempore reſtante viuere concupiui, & tẽ-
pus vitæ implere optaui. ſed fractus deſperatione viuendi, p̃ſertim cùm ab Iſaia audîſſem, Diſpone 4. Reg. 20.
domui tuæ, qa morieris tu. [dixi] corde ſeu ore, [non videbo dñm Deum in terra viuentium.] i. in
regione viuorum ſeu patria beatorum, de qua legit̃: Credo videre bona dñi in terra viuentium. [Nõ Pſal. 26.
adſpiciam hoĩem vltrà, & habitatorem quietis.] i. cum hoĩbus ſanctis, & felici quiete perfruentibus,
non morabor. Ità exponit Hieronymus, quem ſi quis ſequi velit, dicere habet, ꝙ Ezechias hæc dicit
non aſſerendo, ſed metuendo, tanq̃ formidans nè in infernum deſcendens, non mereret̃ Deum cõ-
ſpicere cum beatis in terra viuentium. Sed quia Ezechias tam fiducialiter in ſua oratione dixit, ſe

ambulâſſe in veritate & corde ꝑfecto corã dño, non videẽ ꝙ in infirmitate cõſtitutus putauit ſe damnandum: nec eñ mortẽ expauit quaſi imparatus ad mortẽ, ſed deſiderio habendi ſucceſſorẽ, per quẽ de ſuo ſemine Chrs naſcereẽ. Propter quod alij ſic exponunt: Dixi, nõ videbo Dñm Deũ in terra viuẽtium, i. in hac vita inter viuẽtes nõ ampliùs videbo Dñm, ingrediẽdo tẽplum eius, in quo ipſe habitat ꝑ operationẽ ſpecialẽ, & videẽ ꝑ fidem & cõtemplationem ſyncerã in ſuis effectibus. Nõ adſpiciam hoĩem vltrà & habitatorẽm quietis, i. in hac vita nõ magìs videbo populum regni mei habitãtem quietè atq; ſecurè Aſſyrijs interfectis. Eratq; hoc Ezechię moleſtũ, ꝙ bona ſibi ac populo ſuo ꝓmiſſa, nõ eſſet viſurus. dixi quoq;: [Generatio mea,] i. ꝓgenies mea ſeu cognatio, [ablata eſt & cõuoluta eſt] i. ſeparata eſt [à me,] qa in hora mortis cõſanguinei adiuuare nõ poſſunt morientẽ, ſed fit triſte diuortiũ. vel ſic, & aptiùs: Gñatio mea, i. poſteritas ablata eſt à me, qm̃ filium ſucceſſorẽ non habeo. Manaſſes qppe filius Ezechiæ, poſt tres annos à ꝑdicta ſanatione Ezechię natus eſt. Cùm eñ
4. Reg. 21. Ezechias defunctus eſt, Manaſſes duodecim erat annorũ. Ezechias verò poſt ſanitatẽ hanc vixit XV annis. Ablata eſt ergò gñatio mea [quaſi tabernaculum paſtorũ] portatile, ſicut ſunt caſulæ, quod ab vno loco tolliẽ, atq; in alio figiẽ. [ꝑciſa eſt velut à texente vita mea,] i. quemadmodùm textor telã
Iob 7. citiſſimè abrumpit & ꝑſcindit, ſic tempus vitę meę feſtinanter ac repentè cõſumptum eſt. Vndè Iob dicit: Dies mei velociùs tranſiẽrunt, q̃ à texente tela ſuccidiẽ, & conſumpti ſunt abſq; vlla ſpe. Sic igiẽ Ezechias dixit vitam ſuã ab hoĩm ſocietate ꝑciſam ſiue ſubtractam, qa putauit ſe morti ità ꝓpinquũ, ꝙ perindè erat àc ſi iam mortuus fuiſſet. Iuxta quem modum & Dauid ait 1. Reg. loquens ad Iona-
1. Reg. 20. than: Vno tantummodò gradu ego & mors diuidimur. [dum adhuc ordirer,] i. in ꝓceſſu vitæ meæ cõſiſterem, vel in exordio vitæ meæ eſſem. [ſuccidit me.] i. vita ꝑſenti priuabit me Deus. ſtatìm eñ cùm viuere inchoamus, vita nr̃a incipit deficere & abrumpi. Ezechias verò æſtimauit ſe iam ꝑciſum à vita, ꝓpter infirmitatis magnitudinem & Iſaiæ ꝓphetiam. [de manè vſq; ad veſperam finies me.] i. paulatim me deficere facies, vel à principio natiuitatis vſq; ad vitæ occaſum, inceſſanter eã abbre-
1. Par. 29. uiando, quemadmodùm lib. 1. Paral. Dauid teſtaẽ: Dies noſtri quaſi vmbra ſup terrã, & nulla eſt mo-
Sap 5. ra. Vndè in lib. Sapientiæ pœnitentes dicunt: Nos nati, cõtinuò deſiuimus eſſe. [Sperabam] tota nocte languoris mei [vſq; ad manè] ſequentis diei releuamẽ & conſolationem. Afflicti eñ ſemp ſuſpirant ad aliud tẽpus, in quo meliùs eſſe cupiunt, æſtimantes mutatione temporum mutari poſſe ſupplicia. [quaſi leo ſic cõtriuit] i. cõſumpſit ſeu exiccauit infirmitas hæc, [oĩa oſſa mea.] i. robur cor-
* putredine hulceris poris mei, oſſaq; eius. maximis eñ febrib⁹ & *putrido hulcere æſtuauit Ezechias. [de manè vſq; ad veſperã finies me.] Hoc iam dictum atq; expoſitum eſt. [Sicut pullus hirundinis ſic clamabo,] meã
Iob 3. miſeriã deplorando, Dei miſericordiã inuocando, & cordis mei anguſtiã oſtendendo. Vndè & Iob: Anteq̃, inquit, comedam ſuſpiro, & quaſi inundantis aquæ ſic rugitus meus. [meditabor vt columba,] i. ea q̃ planctum atq; triſtitiã pariunt, cogitabo, non q̃ vanitatem riſumq; prouocant: immò ad inſtar columbę, fletum ꝓ cantu habebo. [Attenuati] i. fatigati [ſunt] & defecerunt [oculi mei] interiores & exteriores, [ſuſpicientes in excelſum.] i. Dñm in cęleſtibus habitantem contemplantes, vel ad ſuperiora erecti, & Dei auxilium cupientes, quemadmodùm ſcriptum eſt: Leuaui oculos meos in montes, vndè veniet auxilium mihi. Dicunẽ autem oculi attenuati, qm̃ diù adſpiciẽdo & poſtulãdo, nec tñ deſideratam opem adipiſcendo pro libito, defecerunt præ laſſitudine ſeu deſperatiõe. Vndè
Pſal. 68. in Pſalmo habeẽ: Defecerũt oculi mei dum ſpero in Deum meum. Et Iob dicit: Facies mea intumuit
Iob 16. à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. [Dñe, vim patior,] i. violentum languorem, & plùs q̃ exigunt mea peccata. Oĩa iſta verba Ezechiæ, referenda ſunt ad tempus præteritum, in quo dixit: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Nunc eñ cùm iſta conſcripſit, erat ſanatus. [reſponde pro me.] i. tu Dñe aduerſario meo hoſti inuiſibili ſatisfac pro me, dimittendo mihi ſi quid erraui, & cauſam meam ad te miſericorditer aſſumendo. Rurſusq; ad ſeipſum reuertẽs, ſubiungit: [Quid dicam] i. quid cauſari atq; conqueri poſſum, vel creatori meo obijcere? [aut quid reſpondebit mihi] creator meus? q. d. non indiget mihi rationem exponere, cur me ità affligat, quoniam ſicut lutum in manu
Eccl 33. figuli, ſic ego in manu eius. [cùm ipſe fecerit] me per creationem, & hanc infirmitatẽ mihi inflixerit iuxta ſuam voluntatem, quæ iniuſta eſſe non valet. Idcircò ſufferenda ſunt æquanimiter, quæ-
Iſaiæ 45. cunq; ipſe decreuerit. Nunquìd enim dicit lutum figulo aut opus factori, quid me feciſti ſic? [Reco-
Rom. 9. gitabo *oẽs annos meos] i. tempus præteritum quo vixi, & opera quæ in illo commiſi, ad memoriã
* tibi omnes reuocabo. [in amaritudine animæ meæ] i. cum dolore interno, deplorans peccata commiſſa, bona omiſſa, tempora minùs fructuoſè expenſa, ipſamq; ſubſiſtentiæ humanæ fragilitatem. [Dñe, ſi ſic viuitur] i. talis eſt conditio vitæ noſtræ, ſ. breuis, incerta, & labilis. [& in talibus vita ſpiritûs mei] i. in huiuſmodi defectibus verſatur vita aĩæ meę, quod eſt graue iugum, oĩbus filijs Adæ cõmune. [corripies me] i. paternaliter ad correctionem, non ad conſumptionem, flagellabis me, ſicut Ieremias de-
Iere. 10. ſiderat, dicens: Corripe me Dñe, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, nè fortè ad nihilũ redigas me. [& viuificabis me] vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro, ſeu corporaliter me ſa-

ſanando. [eccè in pace] i. tẽpore pacis quã nobis dediſti, expulſo Aſſyrio, facta eſt in me [amaritudo 4. Reg. 20
mea amariſſima.] i. infirmitas iſta grauiſſima, q̃ mihi moleſta eſt non ſolùm ꝓpter eius puncturam, ſed quia beneficijs tuis populo tuo conceſſis & ſecuritate ꝓmiſſa vti nõ debeo. [Tu aũt eruiſti aĩam meam] ab infirmitate mortifera. [vt non periret.] i. nè ſubtraheret à vita ꝑſenti. vel eruiſti eam à malis culpæ, nè damnareẽ. [proieciſti poſt tegum tuum oĩa peccata,] i. oblitus es nec adſpexiſti, ſed indulſiſti, oĩa peccata [mea.] larga eñ pietas Dei, veniã non dimidiabit. [Quia nõ infernus] i. gñatio
dãnatorum [confitebiẽ tibi] confeſſione laudis & glorię, queãdmodùm ſcriptum eſt: In inferno aũt Pſal. 6.
quis confitebiẽ tibi? [neq; mors] i. in mortali peccato exiſtens aut mortuus. [laudabit te] laude meritoria, quod etiam canit Pſal. Non mortui laudabunt te Dñe, neq; oẽs qui deſcendunt in infernum. Pſal. 113.
Immò ſicut Apoc. 16. induciẽ, Ipſi blaſphemãt Dñm, nec agunt pœnitentiã fructuoſam. nec mirum,
qa vt Salomon loquiẽ, nec ſapientia, nec ſcientia, nec opes, nec ratio erunt apud inferos. [Non expe- Eccl 9.
ctabunt, qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.] i. promiſſionem tuam veracem, qua promiſiſti hoĩbus felicitatem æternã. In inferno eñ nulla eſt redemptio. [Viuens viuens] i. vitam naturę & vitam grãæ habens. [ipſe confitebiẽ tibi] duplici confeſſione, videlicet te laudando, & ſe culpãdo. [ſicut & ego hodiè.] i. in ꝑſenti tempore facio. vtraq; vita hęc ad ſalubrẽ confeſſionem requiriẽ, propter
quod ſcriptum eſt: Non mortui qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus eorũ, Baruc. 2.
dabunt honorem tibi Dñe, ſed aĩa q̃ triſtis eſt, & incedit curua & eſuriens, i. ſalubriter dolens, humilis atq; iuſtitiam ſitiens. [pater] bonus, quicunq; ſit ille. [filijs] ſuis [notam faciet veritatẽ tuam.] i. effectum tuæ iuſtitiæ, veritatẽ ſcripturæ, & te verum eſſe, qui es veritas prima, exemplaris & increata. Vndè Deu. 32. induciẽ: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi. Apoſtolus quoq; ad Ephe. 6. Patres, educate filios veſtros in diſciplina & correptione Dñi. [Dñe, ſaluum me fac] mente & corpore ab oĩi malo ꝑterito, ꝑſenti, futuro. [& pſalmos noſtros] videlicet laudes diuinas [cantabimus] tui
miniſtri, [cunctis diebus] i. certis ac debitis horis ſingulorum [vitæ noſtræ] dierum. In bono enim Matt. 10. & 24.
perſeuerandum eſt vſq; in finem. [in domo Dñi.] i. in templo. [Et iuſſit Iſaias vt tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſup vulnus, & ſanareẽ.] In prologo cantici huius dictum eſt: Scriptura Ezechiæ cùm ęgrotâſſet & conualuiſſet. ex quo conſtat ꝙ iſta cataplaſmatio atq; ſanatio Ezechiæ, ꝑceſſit hanc grãrum actionem vel orationem, quanuìs poſteà recitaẽ: ſcriptura eñ in narratione hiſtorię non ſemper obſeruat ordinem temporis. Per vulnus, Symmachus, Aquila & Theodotio intellexerunt morbum regium, alij apoſtema, quorum vtriq; contrariatur applicatio dulciũ. Vt ergò ſanatio
Ezechiæ clariùs oſtenderetur eſſe miraculoſa atq; diuina, per res noxias atq; aduerſas collata eſt. Ex Eccl 38.
iſto infert Hieronymus ſpernẽdam non eſſe medicinã, cùm Deus hanc fecerit. [Et dixit Ezechias: Quod erit ſignum quia aſſcendam in domum Dñi?] hoc dixit Ezechias ante ſanatiõem prædictam.
Nam 4. lib. Reg. legitur: Dixit aũt Ezechias ad Iſaiam: Quod erit ſignum quia Dñs me ſanabit, & quia 4. Reg. 20.
aſſcendam in domum Dñi? Ex quo elicitur ꝙ cùm Iſaias Ezechiæ dixiſſet, Die tertio aſſcendes templum Domini, & adijciam ſuper dies tuos quindecim annos: Ezechias petijt ſignum, dicens: Quod erit ſignum? Cui Iſaias reſpondit: Hoc erit tibi ſignum: Eccè ego reuerti faciam vmbram linearum, &c. Nec videtur Ezechias peccâſſe ſignum petẽdo, ſicut nec Abraham, cui cùm Dominus promiſiſ-
ſet, Tibi dabo terram hanc, reſpondit Abraham: Domine Deus, vndè poſſum hoc ſcire ꝙ poſſeſſu- Gen. 15.
rus ſim eam? quoniam non ex incredulitate ſigna petiẽrunt.

¶ *Expoſitio moralis cantici Ezechiæ, Ego dixi.* *Articulus* 66.

CVm dicat ſcriptura, In die bonorũ nè immemor ſis malorũ, pœnitẽs, qui ſpũaliter ſanatus eſt, Eccl 11.
cum grãrum actione ꝑterita mala recolere debet, Deum collaudans ꝓ beneficio cõuerſionis aĩę ſuæ. Talis igiẽ dicat, Ego dixi, i. multitudinẽ & enormitatem peccatorum meorum ꝑpendẽs, cogitaui ſeu ore loquutus ſum, In dimidio dierum meorũ, i. anteq̃ ad plenã ætatem ꝑueniam, vadã ad portas inferi, i. à Deo occidi atq; dãnari ꝓmerui. Peccator eñ nõ eſt dignus pane quo veſciẽ, ſed mortem tartaraq; mereẽ. Porrò viri iuſti cõplent dies ſuos, qm̃ vita eorum bonis abundat operibus. Ina-
nes verò ſunt dies malorũ, de quib⁹ ſcriptũ eſt: Viri ſanguinũ & doloſi nõ dimidiabũt dies ſuos. qui Pſal. 54.
verò ad pœnitentiã cõuerſus, vitia deflet, dies ſuos implere incipit: ſed cõſideratione peccatorũ ſuorũ ꝑterritus, timet nè à Dño relinquaẽ, atq; ad portas inferi ꝓgrediaẽ, vel peccando mortaliter, vel moriẽdo corporaliter ante ſatisfactionẽ cõdignã, vel in infernũ cadẽdo. Peccata aũt mortalia, q̃ ho-
mo timorat⁹ timet incidere, ſunt portæ qbus itur ad inferos, de quib⁹ Chrs ait ad Petrũ: Sup hãc pe- Matt. 16.
trã ædificabo Eccleſiã meã, & portæ inferi nõ ꝑualebũt aduerſùs eã. Quæſiui reſiduũ annorũ meorũ, i. Dñm deprecat⁹ ſum, nè ſic tẽpeſtiuè vadã ad portas inferi, ſed tẽpus vitæ mihi cõcedat ad pœnitentiã pagendã. Vel q̃ſiui reſiduũ annorũ meorũ, i. tẽpus vitæ mihi adhuc reſtãs q̃ſiui & ſtudui fru-
ctuoſè deducere. Primo ſenſui cõuenit illud pſal. Nè reuoces me in dimidio dierũ meorũ. Dixi, non Pſal. 101.
ſimpliciter aſſerẽdo, ſed ſapiẽter formidãdo: Nõ videbo Dñm Deũ in terra viuentiũ. Hoc eñ ꝓmeruiſſe me ſcio, vt ſummę diuinitatis beatifica fruitiõe deſtituar. Vñ & timeo, nè ſecũdũ peccata mea

antiqua,ſeu alia q̃ incidere poſſum,mihi reddat,tollarq́; impius ego nè videã gloriã Dei. & ex timo-
re loquutus ſum,Nõ adſpiciam hoĩem vltrà,ſ.in terra viuentium,& habitatorẽ quietis,i. electos Dei
beata requie pfruentes non videbo in regno cęlorũ.Generatio mea,i.operatio bona, vel regenera-
Pro.26. tio mea in Chr̃o,in baptiſmate facta,vel ſanctorum cõmunio, ablata eſt à me, quia mortaliter pec-
2.Pet.2. cando omnia bona iſta amiſi, & ità ſum canis reuerſus ad vomitum. Præciſa eſt velut à texente vi-
ta mea:dum adhuc ordirer,ſuccídit me.Hoc ſecundùm ſenſum in p̃cedenti articulo poſitum,intel-
ligit̃ de breui duratione atq; celerrima cõſumptione vitæ naturæ & vitæ gr̃æ,quantùm ad recidiuã-
Pſal.101. tes.vndè canit Pſalmiſta:Quia defecerunt ſicut fumus dies mei,quod de tempore naturalis vitæ ac-
cipit̃:quod verò adiecit,Percuſſus ſum vt fœnum,& aruit cor meum,de ſpũalis vitæ defectu accipi-
endum cẽſet̃.De manè vſq; ad veſperã,i.tota die ſeu aſſiduè,vel ab ortu vitæ meæ, vſq; ad eius oc-
caſum.finies me,vitã meam paulatìm,immò cõtinuò abbreuiando,vel in diuerſos defectus me ca-
dere pmittendo.Eſt aũt & finis pficiens,de quo Dñs ait Apo.2. Ego ſum alpha & ω, principium & fi-
nis.Sic eñ Deus eſt finis noſter:& ità de manè vſq; ad veſperam à Deo finiri, eſt in oĩbus actibus ad
ipſum cõuerti,cunctaq́; opera & deſideria in eo terminare,quod eſt vera pfectio noſtra,quam ſemp
à Dño poſtulare debem⁹.Sperabam in nocte aduerſitatis,& tẽpore tentationis pietatis tuæ auxilium
vſq; ad manè ſpũalis diei,videlicet ad gr̃æ tuæ infuſionẽ,nec ceſſaui ſperando in te.quaſi leo ſic cõ-
triuit oĩa oſſa mea,i.dæmon q̧ comparat̃ leoni,vel ipſa pſecutio,aduerſitas ſiue moleſtia,virtutes aĩę
Matth. 13. meæ diſſipauit,debilitauit ſeu prorſus extinxit. Vñ de quibuſdam Chr̃s: Facta, inquit, tribulatione
& pſecutione ꝓpter verbum,continuò ſcandalizant̃.Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, magno ſ.
affectu ꝓ peccatorum indulgẽtia & beatitudine ſempiterna. meditabor in lege die ac nocte, vt co-
lumba,gemẽdo ex dolore culpæ ac deſiderio patriæ,vt audire merear à ſponſo cæleſti illud Cant.5.
Aperi mihi columba mea.Attenuati ſunt oculi mei ſuſpiciẽtes in excelſum.Quidã ex charitatis fer-
Ioan.17. uore orant oculis in cęlum erectis,Chr̃m ſequẽtes,de quo apud Ioannẽ legit̃: Subleuatis Ieſus ocu-
lis in cælum,dixit:Pater,venit hora,clarifica filium tuum.Quidam verò ex humilitatis vigore orant
Luc.18. oculis depreſſis vel in terrã defixis,exẽplo publicani,qui nec oculos ad cælũ tollere auſus erat. De-
niq; attenuatio interdùm ꝓ ſubtiliatione,interdùm verò pro hebetatione accipit̃.q aũt in cordis ſui
eleuatiõe ad Deũ,ſpũaliter illuſtrat̃,hui⁹ interiores oculi ſubtiliant̃,oẽm carnalem vilitatem deſerẽ-
do.Quõ aũt oculi attenuent̃ ſecundo modo,in p̃cedenti dicebã articulo.Dñe,vim(i.impugnationẽ
moleſtã,p̃ſertim ab aduerſarijs,mundo,carne,diabolo) patior: ſed qa licet vim vi repellere, vis quã
patimur,repellẽda eſt vi,quatenùs viriliter reſiſtamus,atq; cũ forti pugnatore dicam⁹:Perſequar ini-
Pſal.17. micos meos & cõpræhendam illos &c.confringã illos &c.ſic eñ regnũ cælorũ vim patit̃, & violenti
rapiunt illud.Reſponde ꝓ me,i.aduerſarijs meis oppone te ꝓ me,daq́; reale reſponſum ꝓ me,i.quia
non eſt volentis neq; currentis,ſed tuî ô Dñe miſericorditer auxiliantis. Quid dicã in tantis tribu-
lationib⁹ conſtitutus? q.d.non poſſum aſſerere ꝙ Deus permittat aut faciat iſta iniuſtè. aut quid re-
ſpondebit mihi Deus,cùm ipſe fecerit?aliud eñ mihi reſpondere nõ indiget, niſi quod in euãgelio
Matth.20. ſcriptum eſt:An non licet mihi,quod volo,facere?& in libro Iob:Nunquid condemnabis me,vt tu
Iob 40. iuſtificeris?Recogitabo oẽs annos meos,quos infructuoſè deduxi,& bona in eis omiſſa ac mala cõ-
miſſa,deplangam in amaritudine aĩæ meæ,i.cum cordiali cõpũctione.per hanc nanq; recogitati-
onẽ tempus amiſſum quodammodò reparat̃.Dñe,ſi ſic viuit̃,ſ. in continuis afflictionibus, qa mili-
Iob 7. tia eſt vita hoĩs ſuper terram.Vndè Eccĩ 7.habet̃:Cuncti dies hoĩs doloribus & ærumnis pleni ſunt,
nec per noctẽ mente quieſcit.& in talibus vita ſpiritûs mei. ñam oẽs qui Deo placuerunt, per mul-
tas tribulationes tranſierunt fideles.corripies me per flagella,& viuificabis me per gr̃am,quod vtiq;
Iob 5. opto,qm̃ ſcriptum eſt apud Iob: Beatus homo q̧ corripit̃ à Dño. & 2.libro Machabæorum: Etenim
2.Mac.6. multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere,ſed ſtatìm vltiones adhibere,magni be-
neficij eſt indiciũ.Eccè in pace amaritudo mea amariſſima,i.ſumma cordis mei afflictio in pace eſt,
quia per eam tibi pacificor.Debet aũt amaritudo pœnitentialis eſſe ordinata, non turbulenta,vt ſit
pacifica.Vel dicit̃ amaritudo pœnitentiæ eſſe in pace,i.in conſolatione interna,quę ei penè ſemper
coniungitur,iuxta illud Matt.5. Beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabuntur. Tu autem eruiſti animam
meam,à periculis multis,tentationibus & peccatis,immò per tuam beatiſſimam ô Chriſte incarna-
tionem ac paſſionem redemiſti eam,vt non periret: ꝓieciſti poſt tergum tuum oĩa peccata mea, in
ſacramento baptiſmatis & confeſſionis, in ꝓfeſſioneq́; ordinis: & quacunq; hora ingemiſco ꝓ pec-
Iere.17. catis meis,tu clementer indulges.Dñe,ſaluum me fac.ſicut Ieremias precatur:Sana me Dñe,& ſana-
bor:ſaluum me fac,& ſaluus ero,qm̃ laus mea tu es. Et pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus
vitæ noſtræ in domo Dñi.In diebus eñ temporalitatis,quibus in iſto exilio peregrinamur,laudabi-
Heb.3. mus te perſeueranter in domo Eccleſiæ militantis,q̃ domus ſumus nos, ſicut Apoſtolus ait 1.Cor.6.
Pſal.110. Vos eſtis templũ Dei viui.vndè & ſcriptũ eſt:Cõfitebor tibi Dñe in toto corde meo, in cõcilio iu-
ſtorũ & congregatione.Non ergò in conuenticulis hæreticorũ,non in conuentibus ſchiſmaticorũ,
ſed

ſed in domo Dñi,i. in Eccleſiaſtica vnitate laudandus eſt Deus. Porrò in diebus æternitatis,q̃bus in
patria viuemus,laudabimus te ſine fine in domo Eccleſiæ triũphantis,quemadmodùm legit̃ in Pſal.
Beati qui habitant in domo tua Dñe,in ſecula ſeculorũ laudabunt te. Multa eorũ q̃ in hoc dicta ſunt Pſal. 83.
cantico,faciliter applicari poſſent defunctis,& in pſona animæ in purgatorio exiſtentis ꝓnunciari:
p̃ſertim ab eo loco,quo dictum eſt, Generatio mea ablata eſt:vſq; ad id, Tu aũt eruiſti aĩam meam.

¶ *Expoſitio cap. 39. In tempore illo miſit Merodach Baladan.* *Articulus* 67.

IN tempore illo] videlicet anno quo facta ſunt hęc, q̃ in p̃cedenti referunt̃ cap. [miſit] per manũ
nunciorũ ſuorum ſolenniũ [Merodach Baladan filius Baladan,rex Babylonis] qui (vt refert Hie-
ronymus) ſecundùm Hebręos erat pater Nabuchodonoſor,à quo eſt deſtructa Hieruſalẽ. [libros] Iſaiæ 38.
i.epiſtolas lõgas & munera ad Ezechiã.Audierat eñ] Merodach,[ꝙ ægrotâſſet] Ezechias [& cõua-
luiſſet.] Cauſa huius legationis,pleniùs ſcripta eſt 2.lib.Paralip.vbi habet̃:Principes Babylonis miſſi 2.Par. 32.
fuerãt ad eum,vt interrogarẽt de portẽto quod acciderat ſup terrã,i. de cauſa retroceſſionis ſolis.In
Chaldęa quippe cui⁹ metropolis extitit Babylon,maximè viguit aſtronomia:quod etiã patet in trib⁹
Magis,q̧ Chr̃o nato munera detulerũt,q & Chaldęi fuerũt. Rex ergò Babylonis & ſapiẽtes ac prin- Matth.2.
cipes eius,vidẽtes tantã mutationẽ in ſole, quẽ ipſi Deũ putabãt, quẽ & Empedocles patrẽ deorum
atq; virorũ vocauit,vehementiſſimè mirabant̃.Cũq́; audiſſent hoc cõtigiſſe ad inſtantiã regis Iudęę,
vnũ verum æternũq́; Deũ colentis: talẽ regẽ oĩ honore dignũ putãtes, miſerunt ad eũ ſolenniſſi-
mos atq; doctiſſimos nũcios cũ epiſtolis regis precioſiſq́; donis,vt de hac re pleniùs docerent̃. Vndè
diuin⁹ & S.Dionyſi⁹ in epiſtola ad Polycarpũ teſtat̃,ꝙ hęc res,ſ.retroceſſio ſolis ſeu ꝓlongatio diei,
ſine pugna ac armis ſubegit Babylonios Ezechię. [Lętatus eſt aũt ſup eis] i.de epiſtolis & donis ſeu
nuncijs Babyloniorũ [Ezechias] inordinata & ſtulta lætitia,ſ.gloria vana in ſeipſo,nõ in Deo exul-
tans,ſeq́; ab alijs magnũ reputari iucundãs. Vndè 2.lib.Paral.inducit̃:Nõ iuxta beneficia q̃ acceperat, 2.Par. 32.
retribuit,qa eleuatũ eſt cor eius,& facta eſt cõtra eum ira,& cõtra Iudã & Hieruſalẽ. Rurſuſq́;:In le-
gatione,inq̃t,principũ Babylonis dereliq̃t eũ Dñs, vt tentaret̃, & nota fierẽt oĩa q̃ erãt in corde eius.
Vndè ꝓbabile eſt,ꝙ etiã ante aduentũ Chaldęorũ tactus fuerit vana gloria:vt eñ p̃dicto capitulo le
git̃,poſt Aſſyriorum pcuſſionẽ exaltatus eſt Ezechias corã cunctis gentib⁹: multi quoq; deferebant
hoſtias & ſacrificia Dño in Hieruſalẽ,& munera Ezechię. Volens ergò Dñs vt euomeret quod corde
gerebat,pmiſit eum tentari & vinci.Ex quo docemur,vt nunq̃ ꝓprijs meritis innitamur,nec de vana 4.Reg.16.
gloria ſecuri ſimus,q̃ etiã cæteris vitijs extirpatis, & magnis gratijs acq̃ſitis, grauiùs ſolet inſtare. [&
oſtendit eis cellã aromatũ & argẽti & auri & odoramentorũ & vnguenti optimi,& oẽs apothecas ſu
pellectilis ſuæ,& vniuerſa q̃ inuenta ſunt in theſauris eius.] i. oĩa bona atq; diuitias palatij ſui mon-
ſtrabat Chaldęis ex cordis ſui iactãtia: erat eñ diues valdè.[Nõ fuit verbum] i. res iuxta cõſuetudi-
nẽ linguę Hebręę. [quod nõ oſtenderet eis Ezechias in domo ſua, & in oĩ poteſtate ſua.] Ex quo
elicit̃ ꝙ nõ ſolùm oſtendit eis theſauros palatij,ſed etiã tẽpli: quod vtiq; facere poterat,ſicut & antè
valuas tẽpli cõfregit.Dicuntq́; aliqui ꝙ oſtendit eis illa,q̃ ſecretiſſimè & reuerendiſſimè ſeruabãtur
in templo,videlicet ſacrã vnctionem,tabulas teſtimonij,&c. q̃ nõ licuit gẽtilibus manifeſtari: ex q̃-
bus innoteſcit,q̃ iuſta fuerat indignatio Dei cõtra eum,[Introiuit aũt Iſaias ꝓpheta] ex diuino prę-
cepto [ad Ezechiã regem,& dixit ei:Quid dixerunt viri iſti? & vndè venerunt ad te?] Non ex igno-
rantia ſciſcitatus eſt hoc Iſaias,totum eñ fuerat ſibi diuinitùs reuelatum,ſed vt ex Ezechiæ reſpon-
ſo aptiùs negocium ſibi cõmiſſum expediret.[Et dixit Ezechias:De terra lõginqua venerunt ad me
de Babylone.] Iſaias duo quæſiuit,ſed Ezechias nõ reſpondit niſi ad vnũ,videlicet vndè veniſſent:
non aũt dixit quid ſibi loquuti fuerint.Et quod ait,De terra longinqua venerunt ad me de Babylo-
ne,cum quadã cordis magnitudine ꝓtulit,oſtendẽs ſe tanto glorioſiorẽ, quãto illi de terra longin-
quiori & vrbe eminentiori venerunt.[Et dixit] Iſaias ad Ezechiã non ex ignorãtia: [Quid viderunt
in domo tua?Et dixit Ezechias:Oĩa q̃ in domo mea ſunt, viderunt. Nõ fuit res quã non oſtenderim
eis in theſauris meis.] Hæc reſpõſio vera eſt,ſed de oſtenſione ſupellectilis templi conticuit,de qua
Dei metuebat offenſam.[Et dixit Iſaias ad Ezechiã: Audi verbum Dñi exercituũ: Eccè dies veniẽt,
& auferent̃ oĩa q̃ in domo tua ſunt,& q̃ theſaurizauerunt patres tui vſq; ad diem hanc] oĩa ſcili-
cet principalia & manſiua,q̃ interìm non tollent̃ ſeu expendent̃.[in Babylonẽ.] Per q̃ eñ quis pec-
cat,p hæc & punit̃,vt habet̃ in lib.Sapientiæ.Sicut ergò in Babylonijs peccauit Ezechias, ità per eos Sap. 11.
punitur in poſteris ſuis.[Non relinquet̃ quicq̃,dicit Dñs.]Hoc 4.lib.Reg.declaratur impletum,quã- 4.Reg.25.
dò Nabuchodonoſor tempore Sedechiæ regis Iuda abſtulit omnia precioſa de templo atq; pala-
tio,deferens ea in Babylonem.[Sed & de filijs tuis qui exibunt de te,] i. de filijs filiorum tuorum,
[quos genueris] mediatè.Ezechias enim nõ habuit niſi vnicum filium, qui non eſt in Babylonem
tranſlatus,quemadmodùm de his filijs denunciatur futurum cùm ſubiungitur: [tollent] Babylonij,
[& erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.] Hoc fuit impletum tempore Ioachim regis Iuda,
cum quo in Babylonem perducti ſunt Daniel, Azarias & Miſael, qui erant (vt in Daniele habetur) Dani. 1.

de ſemine regio,eruditiq́; ſunt oĩ ſapiẽtia Chaldæorum, & facti eunuchi in regis palatio. [Et dixit
Ezechias ad Iſaiã:×Bonus ×ſermo dñi ×quẽ loquutus ×es,] i. ſentẽtia iſta cõtra me lata à Deo per te,
iuſta eſt.pœnituit eñ, & humiliatus eſt tã Ezechias q̃ populus eius.ꝓpter quod tẽpore Ezechiæ nõ
2.Par. 32. eſt vindicta hæc ad effectũ deducta,vt habet in 2.libro Paralip. [Et dixit] Ezechias: [fiat tãtùm pax]
i.ſecuritas ab hoſtibus. [& veritas] i.iuſtitia [in diebus meis.] Hoc loco,ſecũdùm Hieronymũ,Eze-
chias rep̃hendit ab Hebræis,ꝙ ſcilicet tãta cõminatione audita ſup poſteros ſuos,reſpondit,Bonus
ſermo:&,Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis,quaſi nõ curans de alijs,nec Moſen ſequens,qui
Exod. 32. auditis cõminationibus Dei,ſeipſum mox Deo obiecit, dixitq́;: Aut dimitte populo hanc noxã, aut
ſi non facis,dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.Cuius zelũ ſecutus eſt Paulus, qui deſiderauit ana-
thema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis Iudæis,quemadmodùm ad Romanos 9. fatetur.

¶ Expoſitio cap. 40. ſcilicet: Conſolamini conſolamini popule meus. *Articulus* 68.

REuertitur inſupèr ſacratiſſimus Dei amicus,conſcius ſecretorum cæleſtium Iſaias,poſt p̃dictæ
recitationem hiſtoriæ,ad deſcribendũ myſteria Chriſti atq; Eccleſiæ,de quo ei ſumma & vni-
ca cura eſt.Loquuturus igitur Dñs ad populum ſuũ de Chriſti myſterijs,primò inducit eũ ad conſo-
lationem,nè abundantiori abſorbeatur triſtitia.[Conſolamini conſolamini popule meus,dicit De-
us veſter.] Repetitio verbi,confirmationis & magnæ intentionis eſt indicium.Vel bis dicit, conſo-
lamini,quatenùs duplicem cõſolationẽ expectent, vtpotè viæ & patriæ, atq; vt mẽte & corpore re-
creentur in Dño.Porrò per populum Dei hoc loco non ſolùm intelligitur populus Iudæorum, ſed
Zacha. 2. omnis plebs electa credens in Chriſtũ,de qua in Zacharia habetur: Lætare filia Sion, quia eccè ego
venio,& habitabo in medio tuî,dicit Dñs:& applicabuntur gentes multæ ad Dñm in die illa,& erunt
mihi in populum,& habitabo in medio tuî, & ſcies quia Dñs exercituum miſit me ad te. Eccè in his
patet,ꝙ in Chriſti aduentu multæ gentes applicarentur, ſeu conuerterentur ad Deum, eſſentq́; po-
pulus eius:quod in gentiũ conuerſione videmus impletũ. Patet quoq; ex his, ꝙ Dñs exercituum di-
cit ſe miſſum à Dño exercituũ,i.filius Dei à patre,qui ſunt vnus oĩpotens Dñs. Hic igitur Dñs miſ-
ſus à Dño,iubet Eccleſiæ vt cõſoletur de ſuo aduentu. [Loquimini] ô ꝓphetæ atq; apoſtoli [ad cor
Hieruſalem,] i.ad mentes fidelium,ad ipſam Eccleſiã. vel ad literã, ad ipſam Hieruſalẽ,ꝓut in ea erit
primitiua Eccleſia. Vbicunq; aũt ſcriptura ait, Loquimini ad cor, vel ſimile qd; inſinuatur blandum
eſſe & conſolatoriũ quod ꝓfertur,ſicut Geneſis 34.legit, Sichẽ filius Emor loquutus eſt ad cor Di-
Ruth 2. næ,quã violenter oppreſſit. Booz quoq; ad cor Ruth loquutus deſcribit. Sic modò p̃cipitur primis
Eccleſiæ principibus,vt ad cor Hieruſalẽ loquant.[& aduocate eã.] i. Conuocate & adunate fideles,
Ioan. 16. vt ſe ad diuinæ conſolationis grãm præparent, quã Chriſtus ſuis ꝓmiſit:Si abiéro, mittam paracle-
Ioan. 14. tum (i.conſolatorẽ) ad vos.Itemq́;,Ego rogabo patrẽ,& alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vo-
biſcũ in æternũ.Cuius vtiq; conſolationem tam copioſè receperũt apoſtoli, ꝙ etiã ipſi alios poterãt
cõſolari, ſicut 2.ad Corint.1.dicit Apoſtolus:Benedictus Deus qui conſolat nos in oĩ tribulatione
noſtra, ità vt poſſimus & ipſi cõſolari eos, qui in oĩ preſſura ſunt. [qm̃ completa] i. terminata [eſt
Ioan. 1. malitia eius] per Chĩ aduentũ ac paſſionẽ,de quo ſcriptũ eſt:Eccè agnus Dei qui tollit peccata mũ-
di. Venit eñ filius Dei,vt diſſolueret opera diaboli.[Dimiſſa eſt iniquitas illius] merito Chĩ,de quo
ad Romanos 5.dicit Apoſtolus:Reconciliati ſumus Deo per mortẽ filij eius. Venit eñ filius homi-
nis quærere & ſaluũ facere quod periêrat.Dicitur aũt peccatũ populi Dei completũ,nõ ꝙ poſtmo-
Apoc. 1. dùm non peccauit,ſed qa pro oĩbus peccatis eius Chrs pleniſſimè ſatisfecit, & merito eius noſtra
Actu. 2. delicta vniuerſa tollunt,dummodò nobis per ſacramenta Eccleſiæ ſeu alio modo applicet.Cùm eñ
Chrs mortuus ſit pro peccatis noſtris,oĩs qui credit in ipſum,iuſtificat, quẽadmodùm membrum
viuificatur, ſi capiti vniatur. Cauſa itaq; cõſolationis populi Chriani, eſt remiſſio peccatorum facta
per Chrm.[Suſcepit] Hieruſalem ſeu populus Dei [de manu Dñi duplicia] tormenta, videlicet pœ-
nalitates mentis & corporis,ſeu pœnam damni & pœnam ſenſûs,i.gratiæ ſubtractionẽ,& pœnã ſen
Iob 24. ſibilẽ.Deus eñ inultũ abire non patit.[pro oĩbus peccatis ſuis.] i.pro peccato originali & actuali.
Hoc nanq; eſt graue iugũ,quo oẽs filij Adæ premunt. Deindè de p̃curſore Dñi inducit mentio ſpe-
cialis.[Vox clamãtis in deſerto:] i.ſermo Ioannis Baptiſtæ in ſolitudine p̃dicantis,eſt iſte qui ſequit:
[Parate viã Dñi,] i.corda veſtra diſponite,vt Deus ingrediat ad vos,habitetq́; in vobis per grãm.Viã
eñ Dei parare,eſt obicẽ grãe remouere, & ſeipſum ad Dei inhabitationẽ ſeu grãe infuſionem apta-
re.[rectas facite in ſolitudine] i.in deſerto ſeu gentilitate, q̃ olim relicta erat à Deo. [ſemitas Dei no
ſtri.] i. diuina præcepta atq; cõſilia diligenter & irrepræhenſibiliter obſeruate,vitiorumq́; obliqui-
tatem vitate.Hæc & q̃ ſequunt,p̃dicauit Ioannes Baptiſta. Quòd verò hæc ad literam de ipſo p̃dicta
Ioan. 1. ſint,cõſtat ex eo,ꝙ cùm Iudæi dixiſſent ad ipſum:Dic nobis quis es,vt reſpõſum demus his qui mi-
ſerunt nos,qd dicis de teipſo? reſpondit: Ego vox clamantis in deſerto, parate viam Dño, ſicut dixit
Iſaias propheta. Secundùm Hieronymum, huius prophetiæ memoria induxit ſcribas,phariſæos ac
principes Iudæorum,ad mittendũ ſuos diſcipulos ad Ioannẽ, in ſolitudine p̃dicantem ac baptizan-
tem,

tem,vt interrogarẽt eũ an eſſet Chrs,an Helias,an ꝓpheta.Vndè vident Iudæi ignorâſſe, de quo iſta
ꝓphetia fuerit p̃nunciata.[Oĩs vallis] i.humilis [exaltabit] p grãm in p̃ſenti,& gloriam in futuro. [&
oĩs mons & collis] i.ſupbus [humiliabit] i.deprimet & contemnet. Per montes tñ intelligi poſſunt
maiores,principesq́; elati: p collem verò,ſubiecti,eorũ ſuperbiã imitãtes.[Et erũt praua in directa,]
i.corda vitioſa ad rectitudinẽ iuſtitiæ cõuertent.[& aſpera] erunt [in vias planas.] i. Deo rebelles &
tortuoſi,obedientes erũt,ità ꝙ verbũ ingrediet ad eos faciliter.[Et reuelabit gloria Dñi] i. filius Dei
oſtendet.Filius eñ gloria appellat,iuxta illud:Filius ſapiens, gloria patris. Quẽadmodùm autẽ Chrs Prou. 17.
vocat virtus & ſapientia patris,ſic dicit gloria eius. Poteſt tñ per gloriã Dei, intelligi glorioſa opera-
tio eius,ſed ſenſus redit in idẽ.Cùm eñ Ioannes Baptiſta in ſolitudine p̃dicâſſet, & plurimos bapti- Marc. 1.
zâſſet,atq; ad pœnitentiã cõuertiſſet q̃plurimos,p̃parans Chro viã,ſicut de eo archangelus Gabriel
p̃dixit:Ipſe p̃cedet ante eũ in ſpiritu & virtute Heliæ,vt cõuertat corda patrũ in filios,& incredulos Lucæ 1.
ad prudentiã iuſtorũ,parare Dño plebẽ pfectã:tunc reuelatus eſt Chrs. Tunc eñ inter cæteros venit
ad baptiſmũ Ioannis,& aperti ſunt cæli ſup eũ,deſcenditq́; ſpiritusſanctus corporali ſpecie ſicut co- Lucæ 3.
lumba in ipſum,& vox de cælo facta eſt:Hic eſt filius meus &c. Tunc etiã Ioãnes manifeſtũ teſtimo- Matth. 3. Ioan. 1.
niũ de Chro phibuit,dicẽs:Eccè agnus Dei,eccè q tollit peccata mundi. Extũc quoq; cœpit ipſemet
Chrs p̃dicare,& verbis atq; miraculis ſe alijs declarare.[Et videbit oĩs caro pariter] i. oĩs homo co-
gnoſcet,videlicet aliq de oĩ genere hoĩm,vt ſit diſtributio ꝓ generibus ſingulorũ,nõ pro ſingulis
generũ,iuxta quẽ modum & intellectũ Dñs ait Ioelis 2. Effundã de ſpiritu meo ſup oẽm carnẽ. [ꝙ Actu. 2.
os Dñi locutũ eſt.] i.ꝙ Deus iſta p̃dixit.Cùm eñ viderint verba ꝓphetica adimpleri,aduertẽt verba
illa à Deo fuiſſe oſtenſa & p̃nunciata.Porrò quod dictũ eſt,Oĩs vallis exaltabit,& oĩs mons & collis
humiliabit,&c. obtenebrati Iudæi corporaliter nimìs intelligunt, aſſerentes in primo Meſſiæ aduẽ-
tu terrã cõplanandã,per montiũ depreſſionẽ,& valliũ exaltationẽ,quatenùs Iudæi per orbẽ diſperſi,
ſine viarũ obſtaculo redeãt in Iudæã. ſed deficiunt.Propheta eñ in iſto cap.parabolicè loquit. Vn-
dè inferiùs ait,Oĩs caro fœnũ: &,Verè fœnũ eſt populus.In locutione parabolica ſenſus literalis,nõ
eſt qui immediatè ſignificat per voces,ſed quẽ loquẽs intendit ſignificare per res vocib⁹ ſignificatas,
ſicut dũ 4.Reg.14.legit,ꝙ Ioas rex Iſrael miſit ad Amaſiã regẽ Iuda,dicẽs: Carduus Libani miſit ad
cedrũ q̃ eſt in Libano,dicẽs:Da filiã tuã filio meo vxorẽ.Et Iudicũ 9.Ioathã filius Gedeonis dixit ad
viros Sichẽ:Iêrunt ligna vt vngerẽt ſup ſe regẽ &c.ſenſus literalis nõ eſt de ipſis lignis atq; arborib⁹:
ſic eñ falſa eſſet ſcriptura,ſed de hoĩbus ſignificatis per illa. & ſimile eſt in loco p̃ſenti. Rabi Moſes
quoq; p̃dictã Iudæorum opinionẽ reprobãs:Nõ aſſcendat,inqt,ſup cor,ꝙ in diebus Meſſiæ aliquid
deficiat de via huius ſeculi,vel aliqd innouet de operibus ſex dierũ. [Vox] Dñi [dicentis,] vel Iſaiæ,
vel Ioanni Baptiſtæ:[Clama,] i.Chĩ myſteria publicè p̃dica.[& dixi.] ad Dñm mihi clamare p̃cipi-
entẽ:[Quid clamabo?] Quod verò ſubiungit,poteſt eſſe reſpõſio Dñi,vel aſſertio Ioannis,vel Iſaiæ.
[Oĩs caro fœnũ,] i.oĩs homo aſſimilatus eſt fœno,ꝓpter ſuã inſtabilitatẽ ac fragilitatẽ, iuxta il-
lud in Pſalmo 101.Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meũ.Rurſusq́;, Tãq̃ fœnũ velociter areſcẽt, Pſal. 36.
& quemadmodùm olera herbarum citò decident.[& oĩs gloria eius] i. oĩs excellentia,felicitas,
atq; iucunditas hoĩs carnalis,citò euaneſcit ac defluit.[quaſi flos agri,] qui ſuum virorẽ citò ac faci-
liter perdit.Propter quod ſcriptũ eſt Iacobi 4. Quæ eſt vita veſtra? vapor eſt ad modicũ párens, de-
incèps exterminabit.Et Iob 14.dicit:Homo quaſi flos egredit & cõterit,& fugit velut vmbra,& nũq̃
in eodẽ ſtatu permanet.[Exiccatum eſt fœnum,] i.caro emarcuit. [& cecidit flos,] i. pulchritudo &
viror eius defecit.[qa ſpiritus Dñi] i.voluntas ſeu iuſſio Dei [ſufflauit in eo.] i.carnis decorẽ extin-
xit,ſeu marceſcere fecit:Deo eñ iubente aut vlciſcente,caro affligit,morit,condemnat.[Verè fœnũ
eſt populus: exiccatum eſt fœnũ,& cecidit flos.] nõ per veritatẽ naturæ,ſed per ſimilitudinẽ ꝓprie-
tatis,qa fœno populus aſſimilat eadẽ ratione,qua caro.taliq́; modo Chrs ait:Ego ſum vitis vera,& pa Ioan. 15.
ter meus agricola eſt. [Verbum aũt × Dei noſtri manet in æternum.] i. ſermo diuinus nunq̃ irritus ·Dñi
fiet,ſed æternaliter verus erit. Vndè Chrs in Euangelio:Cælum & terra trãſibunt, verba aũt mea nõ Matth. 24.
tranſibunt.Pſalmiſta quoq; cõcinit:In æternũ Dñe verbum tuum pmanet in cælo. Quod etiã de in- Pſal. 118.
creato Dei verbo intelligi poteſt,de quo legit:In principio erat verbũ.Cõſequenter p̃curſori Chĩ, Ioan. 1.
ſeu toti choro apoſtolorũ p̃cipit: [Sup montẽ excelſum] i.ad virtutum ſublimitatẽ,ad vitæ pfectio-
nẽ,ad Chrm montẽ altiſſimum,vel (vt rudiùs loquar) ad locũ eleuatum ac euidentẽ, vndè ab audi-
toribus audiri & cõſpici poſſis.[aſſcende tu qui euãgelizas] i.Chĩ Euangeliũ p̃dicas [Sion] i.ſyna-
gogæ ſeu populo Iudæorum,de qbus Chrs in Euangelio ꝓteſtat: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ Matth. 15.
periêrunt,domûs Iſrael. qbus & Paulus ait:Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei. [exalta in Actu. 13.
fortitudine vocem tuã] i.fortiter loquere,& ex charitatis feruore,illaq́; fortitudine,q̃ eſt vnum de 7.
donis ſpiritûsſancti,ſermo tuæ p̃dicationis procedat.[qui euangelizas Hieruſalem] i.habitatoribus
Hieruſalẽ,qbus ante Chĩ paſſionẽ euangelizauit Ioannes, ſecundùm quod Marc.1.legit:Fuit Ioan-
nes in deſerto baptizans & p̃dicans,& egrediebat ad eũ oĩs Iudææ regio,& Hieroſolymitæ vniuerſi,
& ba-

& baptizabanť ab eo,cõfitentes peccata ſua.Poſt paſſionẽ verò Chr̄i apoſtoli primò p̄dicauerunt in
Luc. 24. Hieruſalẽ,ſicut in Actis legiť.Vndè Chr̄s dixit ad eos:Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ. [Exalta] vocẽ,
vt dictũ eſt.[noli timere.] Hoc Chr̄s p̄cepit apoſtolis Ioãnis 14. Nõ turbeť cor veſtrũ, neq; formi-
det.quod vtiq; impleuerunt.Vndè principibꝰ ſacerdotum Petrus ꝓ oĩbus loquẽs,ſecuriſſimo corde
Act. 5. reſpõdit:Obedire oportet Deo magìs q̄ hoĩbus.Et ſicut de Helia ſcriptum eſt, ꝙ nõ timuit regẽ,ſic
Ioãnes nõ expauit Herodẽ,nec ꝓpter iuſtitiã mori ptimuit.[Dic ciuitatibus Iudę,] i. ſynagogis ſeu
congregationibꝰ Iudęorũ.[Eccè Deus veſter] in carne aſſumpta vobiſcũ p̄ſens exiſtens,i.Chr̄s,quẽ
vobis euãgelizo,eſt Deus veſter.De quo 1.Ioã.5.diciť:Hic eſt verus Deus & vita æterna.Hoc fecit Io-
annes,dicẽs Marci 1.Venit fortior me,cuius nõ ſum dignus ꝓcumbens ſoluere corrigiã calceamen-
Ioan. 3. torũ eius.Alibì quoq;:Qui de cęlo venit,ſup oẽs eſt.Quòd aũt apoſtoli hoc fecerũt,nõ oportet ſpe-
ciali teſtimonio hoc ꝓbare.maximè tñ Petrus,Iacobus vterq;, & Matthias in Iudęa p̄dicâſſe leguntť.
[Eccè Dñs Deus in fortitudine veniet,& brachiũ eius dñabiť.Eccè merces eius cũ eo, & opꝰ illius co
rã illo.] Quãuìs aliqui hæc exponunt de Chr̄o pro ſecundo aduentu,quãdò in fortitudine,i. in ma-
ieſtate magna & gloria,cum vniuerſis angelorũ ordinibꝰ & beatorum agminibꝰ veniet ad iudiciũ,&
brachium,i.fortitudo eius dñabiť,q̄a tunc æternaliter cõdemnabit oẽs aduerſarios ſuos, regnabitq;
ſup vniuerſam triumphantẽ Eccleſiã:tunc etiã erit merces eius,i.iuſta retributio cum eo, quẽadmo-
dùm Apoc.22.ꝓfiteť:Eccè venio citò,& merces mea mecũ eſt dare vnicuiq; ſecundùm opera ſua: &
opus illius corã eo,q̄a tunc oĩs homo p̄ſentabiť eius conſpectui:vel opus illius, i. iudicium eius corã
ipſo,i.ex dictamine ſapientiæ ſuæ ꝓcedet: nihilominùs intelligi poſſunt hæc pro primo Chr̄i aduẽ-
tu,vt ſit ſenſus:Eccè Dñs,videlicet Chr̄s,qui eſt oĩm Dñs in fortitudine, i. miraculorum operatione,
Matth. 9. ac potenti p̄dicatione,veniet ad hoĩes inſtruendos. Vndè Iudęi,viſis miraculis eius, dixerunt:Nun-
quã apparuit ſic in Iſrael. Et Luc.24. ſcriptum eſt: Ieſus Nazarenus erat ꝓpheta potens in opere &
ſermone corã Deo & oĩ populo. & brachium eius dñabať in primitiua Eccleſia,q̄ ſibi obedientiſ-
Lucæ 1. ſima fuit. Vndè angelus virgini dixit: Regnabit in domo Iacob in æternum. Eccè merces eius cum
eo,i.collatio gratiæ ſiue ſubtractio. Chriſtus eñ in primo ſuo aduentu quoſdã per gr̄æ infuſionem
Ioan. 9. conuertit,quoſdã verò iuſtè deſeruit.propter quod ait:In iudicium ego in hunc mundum veni,vt q
Ioan. 12. non vident,videant: & qui vident, cæci fiant.Et item: Nunc iudicium eſt mundi. Vndè in cœna di-
Ioan. 13. cebat:Non de oĩbus vobis dico. ego ſcio quos elegerim. Dñatus eſt quoq; dęmonibus, quos ſuo
verbo eiecit.Poſt paſſionẽ verò in toto dñatus eſt mundo, quod etiam dñium meruit extenſione
Matth. 28. brachiorum ſuorum iu cruce. Ideoq;: Data eſt,inquit,mihi oĩs poteſtas in cęlo & in terra. & opus
illius corã ipſo,i.actio Chriſti in eius poteſtate & voluntate extiterat. [Sicut paſtor gregẽ ſuũ] i. Ec-
cleſiam [paſcet] multiplici pane,videlicet pane ſacramentali, pane doctrinæ,pane quotidiano.Pro-
ptereà Ioan.10. loquiť: Ego ſum paſtor bonus.Et Ezechielis 34.de ipſo induciť: Saluabo gregẽ me-
um,dicit Dñs,& ſuſcitabo ſup eum paſtorẽ vnum,qui paſcat eum,Dauid ſeruum meum, i. Chr̄m, vt
oĩes exponunt.[In brachio ſuo congregabit agnos,] i.vlnis ſuæ pietatis colliget electos,innocen-
Ioan. 10. tiã imitantes,de quibus ait: Cognoſco oues meas, & animã meã pono pro eis. [& in ſinu ſuo * leua-
*leuauit bit,] i.clementer & paternaliter ipſos per gr̄am diriget, atq; ad regnum cæleſte perducet. Vndè Io-
an.11.diciť:Chriſtus moriturus erat pro gente,& nõ tãtùm pro gente,ſed vt filios Dei q erãt diſperſi,
Matth. 28. cõgregaret in vnum.Hoc eſt ergò quod Dñs ꝓmiſit fidelibus:Eccè ego vobiſcum ſum cunctis die-
Ioan. 14. bus.&,Nõ relinquã vos orphanos.[fœtas] i.oues fœcundas,videlicet hoĩes fructuoſos,p̄ſertim apo
ſtolos & ſucceſſores eorũ,qui alios in Chr̄o parturiunt, quẽadmodùm Paulus ait 1.Cor.4. In Chr̄o
Ieſu per Euangeliũ ego vos genui.[ipſe portabit] per viã huius exilij ad patriã beatorum. Deniq; nè
p̄dictorum adimpletio videať Chr̄o impoſſibilis aut difficilis,oſtendit ꝓpheta omnipotentiam im-
Sap. 12. menſitatemq; eius, vt ſciamus eum oĩa poſſe faciliter adimplere. [Quis menſus eſt pugillo aquas,
& cælos palmo ponderauit?] Manus contracta,vocať pugillus: extenſa verò,diciť palmus. Eſt igitur
ſenſus:Quis tam faciliter menſurauit aquas abyſſi,q̄ vaſtiſſimæ & copioſiſſimæ ſunt, ſicut menſura-
tur quod pugillo concludiť,ſeu hoĩs manu tenetur?& quis cælos vniuerſos tam faciliter ponderauit
ſiue continuit,immò in numero,menſura,& pondere condidit, ſicut ponderatur quod palmo ſer-
uatur,quod vtiq; ſine labore ponderatur?[Quis appendit tribus digitis molem terræ?] i.quis tam fa
ciliter ipſum terræ elementum in medio vniuerſi conſtituit & conſeruat, ſicut homo,q̄ appendit tri
bus digitis,eleuare atq; deponere poteſt?[& librauit in pondere montes, & colles in ſtatera?] i. quis
ità faciliter excelſa montium atq; ſublimia collium ſtatuit & diſtinxit,ſicut appendiť quod in ſtate-
ra aut pondere collocať?Loquitur aũt ſcriptura de Deo more humano,& vtitur nominibus menſu-
ræ,ponderis,& ſtateræ,qm̄ Deus oĩa fecit in numero,menſura & pondere.q.d.Hęc oĩa nullus fe
Iob 38. cit,aut facere poteſt,niſi Deus,qui ſe iſta feciſſe teſtatur, dum ait ad S.Iob: Quis concluſit oſtijs ma-
re,quãdò erumpebat quaſi de vulua ꝓcedens?Circũdedi illud terminis meis,& poſui vectẽ & oſtia.
Quis poſuit menſuras terræ?aut quis extendit ſup eam lineam? aut ſup quo baſes eius ſolidatę ſunt?
Nun-

Nunquìd nôſti ordinẽ cæli? aut pones rationẽ eius in terra? q̄ oĩa Salomon Prouerb.3.innuit: Dñs
ſapientia fundauit terrã,ſtabiliuit cęlos prudẽtia,ſapientia illius eruperunt abyſſi.[Quis adiuuit ſpi-
ritum Dñi?] i.ipſum Dñm,qui ſpiritus eſt,ꝓut Paulus teſtať:Dñs ſpiritus eſt.Et Chr̄s Ioannis 4.Spiri- 2.Cor. 3.
tus eſt Deus:& eos qui adorãt eũ, in ſpiritu & veritate oportet adorare.[aut quis cõſiliarius eius fuit,
& oſtendit illi?] q.d.nullus.Deus eñ eſt ipſa ſapientia æterna,p̄fecta & infinita. [Cũ quo inijt conſi-
lium,& inſtruxit eũ,& docuit eum ſemitam iuſtitię,& erudiuit eum ſcientia,& viã prudentię oſten-
dit illi?] Quæ oĩa negatiuè legenda ſunt,& plana atq; facilia ſunt de Deo p̄ſonaliter cõſiderato,quã-
tùm ad patrẽ,& item de Deo eſſentialiter ſumpto.ſed de pſona filij & ſpiritûsſancti,habet quęſtionẽ
nõ minimã: quicq̄d eñ filius & ſpiritusſanctus ſunt,cognoſcũt & habẽť,à patre receperũt:habẽť er-
gò ab eo ſcientiã,vndè videnť ab ipſo inſtructi ſeu edocti.Nã & Ioan.5.habeť: Pater diligit filium, & Ioan. 8.
oĩa demonſtrat ei q̄ ipſe facit.Et iterùm filius de ſe teſtať: A meipſo facio nihil,ſed ſicut docuit me pa
ter,ſic loquor.ſed & de ſpiritusſancto ait Ioã.16.Quæcunq; audiet,loqueť.Rurſuſq;:Ille,inq̄t,de meo Ioan. 16.
accipiet.Et reſpõdendũ,ꝙ nullũ nomẽ imp̄fectionẽ includẽs,ꝓpriè cõuenit filio Dei,ſecũdùm di-
uinã naturã, aut ſpirituiſancto.eo ipſo aũt,quo pater dat filio & ſpirituiſancto diuinã eſſentiã,dat eis
ſapientiã atq; potentiã,ſicq; pater diciť eis demõſtrare & loq. Si ergò velimus p̄dicta verba de qua-
libet diuina pſona accipere,ſenſus erit ꝙ filius aut ſpiritusſanctus nõ recipit ſapientiã, aut ſcientiæ
oſtenſionẽ ab aliquo ſuperiori,vel ſubſtãtialiter differenti. De hoc pũcto plurima dici poſſent, q̄ S.
Thomas in Summa cõtra gẽtiles,diligẽter determinauerat.Pręterea ex hoc loco ſumptũ videť,quod
ad Rom.11.dicit Apoſtolus:Quis cognouit ſenſum Dñi?aut quis cõſiliarius eius fuit?&c. [Eccè gentes
quaſi ſtilla ſitulę,& quaſi momentũ ſtateræ reputatę ſunt.] i.oẽs gẽtes iniuſtè viuentes,nullius apud
Deũ reputationis cõſiſtunt:odio ſunt eñ Deo impius & impietas eius, vt habeť Sap.14. Vel ſimpli-
citer oẽs gẽtes,i.hoĩes vniuerſi comparatione maieſtatis diuinę, reputanť vt ſtilla ſitulę,i.ſicut gutta
fluẽs de ſitula q̄ nihil curať,& tanq̄ momentũ,i.lingua ſtaterę,q̄ vtiq; lingua facili motu hincindè re-
flectiť: ſic homo reſpectu æterni Dei,nullã ſtabilẽ ſubſiſtentiã habet. ꝓpter quod ait Pſalmiſta: Ve- Pſal. 38.
runtñ vniuerſa vanitas oĩs homo viuẽs.Et,Subſtãtia mea tanq̄ nihilũ ante te. Hoc quoq; Nabucho- Ibidem.
donoſor recognouit,qui fateť Dan.4.Oculos meos ad cælum leuaui,& altiſſimo benedixi,q̄a pote-
ſtas eius,poteſtas ſempiterna,& oẽs habitatores terræ apud ipſum in nihilũ reputanť. [Eccè inſulæ]
in cõparatione diuinę magnitudinis ſunt [quaſi puluis exiguus.] Vndè Sapiẽs ait: Tanq̄ momentũ Sap. 11.
ſtateræ,ſic ante te eſt orbis terrarũ,& tanq̄ gutta roris antelucani. creaturę eñ,cùm ſit finita,ad Deũ
qui infinitus eſt, nulla eſt cõparatio. [& Libanus nõ * ſufficit ad ſuccendendũ,] i. oĩa Libani ligna
nequaq̄ tanta ſunt,vt poſſint cõburere holocauſtũ Deo cõdignum. [& aĩalia eius] i.armẽta Libani
[nõ ſufficient ad holocauſtũ] Deo offerendũ.q.d.tanta eſt dignitas Dei,vt nihil cõdignum poſſit ei
ab hoĩbus immolari.[Oẽs gẽtes quaſi nõ ſint,ſic ſunt corã eo,] i.cõparatione ipſius,qui oĩa in in-
finitum excedit,ꝓpter quod de eo Iob ait:Nõnè tu qui ſolus es?[& quaſi nihilum & inane reputatæ Iob 14.
ſunt ei.] quãtùm ad id quod ſunt ſine charitate eius & gr̄a. Alibì tñ legimꝰ: Quid eſt homo quia ma- Pſal. 8.
gnificas eum?Et:Dñe,q̄d eſt homo,quia innotuiſti ei?aut filius hoĩs,q̄a reputas eum?Et,Delicię meę Pſal. 143.
ſunt eſſe cum filijs hoĩm. Et, Sic Deus dilexit mundũ,vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. Quomodò ergò Prou. 8.
oẽs gẽtes quaſi nihilũ & inane reputatę ſunt ei?Et reſpõdendũ,ꝙ ea q̄ excellentiã hoĩs denotãt, in- Ioan. 3.
telligẽda ſunt p cõparationẽ ad miſericordiã & gr̄am creatoris:q̄ verò paruitatẽ & nullitatẽ eius de-
ſignãt,intelligẽda ſunt in ordine ad maieſtatẽ diuinã. Ex p̄dictis ꝓpheta idololatriã reprobat. [Cui
ergò ſimilẽ feciſtis Deũ?] i.cùm Deus talis & tãtus exiſtat,multùm ô idololatræ deuiâſtis,ꝙ aliquid
creatũ ꝓ Deo coluiſtis,vel idola ſeu deos veſtros vero Deo æquâſtis.[aut quã imaginẽ ponetis ei?] i.
nullã imaginẽ poteſtis formare,nullum ſimulacrũ facere,nullum idolum ponere,in quo aliq̄d verę
diuinitatis exiſtat,& p quod Deus rep̄ſenteť,qui ſpiritus eſt.q̄uìs aũt aliq̄d ſit ſimile Deo,& eius ima-
go p imitationẽ,nihil tñ creatũ,eſt ſimile Deo,vel eius imago p æqualitatẽ & naturalẽ ſubſiſtentiã.
Propter quod Iere.10.diciť:Nõ eſt ſimilis tuì Dñe. magnus es tu, & magnum nomẽ tuũ in fortitudi-
ne.quis nõ timebit te ô rex gentium?[Nunquìd ſculptile cõflabit faber,aut aurifex] i.aurifaber [au
ro figurabit] i.de auro ꝓducet,vel auro ornabit [illud] ſculptile conflatum à fabro ærario,[& lami-
nis argenteis argentarius] illud cõpinget ſiue ornabit? tanq̄ dicat, quãuìs hæc fiant, nõ tñ ſculptile
illud æquabiť Deo,vel aliq̄d diuinitatis & numinis ſortieť, cùm ſit inferius hoĩe ipſum conflãte, qui
velut inane & nihilum reputať: effectus nanq; inferior eſt ſua cauſa. [Forte lignum & imputribile
elegit artifex ſapiens.] de tali eñ ligno idola lignea maximè efficiebanť, vt durarẽt diutiùs. [quæret
quomodò ſtatuat] i.ſtabiliter figat [ſimulacrũ,quod non moueať.] i.ne à vento & turbine agiteť &
corruat,ꝓuidẽs illi,ſciẽs q̄a nõ poteſt ſe iuuare.[Nunquìd nõ *ſciſtis?] ex impreſſione legis natura- *ſcietis
lis,p quã à principio mũdi hoĩbus manifeſtaui,nõ eſſe niſi vnũ verũ Deũ colendũ ac adorandũ.q.d. *ſcitis
ex dictamine naturalis rationis debuiſſetis iſta nouiſſe. [nunquìd non * audîſtis] in lege ſcripta, in *audietis
qua per Moſen legem naturalẽ reformaui,& idololatriã reprobaui, ꝙ hæc ità ſe haberẽt? [nunquìd
non

nō annunciatū eſt vobis à principio?] q.d.immò ab antiquis tēporibus per ꝓphetas hæc annunciaui vobis,& qualiter idololatria cœpit,ex libris & ſcripturis ſanctorū diſcere potuiſtis. [Nunquid nō
intellexiſtis fundamēta] i.ſtabilimēta [terræ?]tanq̄ dicat: meritò cognoſceretis,ꝙ ille ſolus ſit Deus
verus & adorādus,qui ſuſpēdit terrā in medio vniuerſi,ità ꝙ nihil eſt ſub ea ſolidū quo ſuſtentetur,
Iob 26. quēadmodùm ſcriptū eſt:Qui appendit terrā ſup nihilū.Et in Pſal.135. Qui firmauit terrā ſup aquas.
Repræhendunt ergò idololatræ, ꝙ neq; ex lege naturali, neq; ex lege ſcripta, nec ex cōſideratione
creaturarū,ab idololatria ſunt auerſi,ad deſeruiendū Deo viuenti.Propterea in lib. Sap. ſcriptū eſt:
Sap. 13. Vani ſunt om̄es hoīes,qbus nō ſubeſt ſciētia Dei,& de his q̄ nō vident bona,nō potuerūt intellige-
re eū qui eſt. A magnitudine em̄ ſpeciei creaturę,poterit horū creator cognoſcibiliter videri. [Qui
ſedet ſup gyrū terræ,] i.princeps ſeu rex orbē & globū terræ inhabitās.[& habitatores eius] videli-
cet terrę [ſunt quaſi locuſtę:] parua & vilia animantia p comparationē ad Deū: Vndè & alibì legit:
Facies hoīs quaſi locuſta.Si em̄ cōſideremus in toto orbe varias nationes, & ab oceano vſq; ad oce-
anū,i.à mari Indiæ vſq; ad mare Britannicū,& ab Atlantico vſq; ad ſeptētrionē,om̄e in medio hoīm
genus quaſi locuſtas habitare videm⁹.qd ergò ſupbit terra & cinis?& cur grādes eſtis in ꝓprijs ocu-
Eccl 10. lis hoīes vani?[Qui extēdit velut nihilū cælos,] i.ſphæras cęleſtiū orbiū tā faciliter in tanta latitudi-
Iſaiæ 5. ne cōdidit,àc ſi ꝓpè nihil eſſent:immò q ſunt velut nihil reſpectu ſui creatoris, cui tā facile fuit ex-
tendere cælū,vt arboris foliū.[& expādit eos ſicut tabernaculū ad inhabitandū.] oīa em̄ operit cæ-
lū,& cuncta ſub eo morant, ſi de cælo empyreo intelligat. ſed primū mobile, eſt quaſi magna dom⁹
& operimentū oīm inferiorū.Vndè in Pſal.103.habet: Extendēs cęlū ſicut pellē. Alia tranſlatio ha-
bet,ſicut camerā,vel tentoriū.quod nō eſt intelligendū,quaſi cælū nō ſit ſphæricū,ſed qa noſtro vi-
ſui ſic apparet,àc ſi extrema cæli ſup terrā figerent ac finirent. [q dat ſecretorū ſcrutatores quaſi nō
ſint.] i.mundi huius ſapiētes & in ſpeculatiuis ſubtiles, ꝓ nihilo reputat,& oīs eorū ſciētia, nulla eſt
cōparatione diuinę ſcientiæ. [Iudices terrę velut inane fecit.] i. paruipendit, & eos ſicut & cæteros
*Equidem neq; plantatus,neq; ſatus,neq; radicatus in terra truncus dijudicauit.[*Et qdem neq; plantato, neq; ſato,neq; radicato in terra trunco eorū]i.p̄dictis ſcruta-
torib⁹,principibus atq; iudicib⁹, nō habentibus firmā radicē, aut ſtabile fundamentū in terra ac vita
p̄ſenti.[repentè flauit in eos] i.diuina voluntas iuſſit vt deficerēt. [& aruerunt] languore vel morte,
quēadmodùm ſcriptū eſt Pſal.143. Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius velut vmbra p̄tereunt.
[& turbo] i.indignatio ſeu vltio Dei,vel aduerſitatis tēpeſtas.[quaſi ſtipulā] i.citò & facilè. [auferet
eos] de p̄ſenti ꝓſperitate & vita. Vndè Iob 4.inducit:Eccè qui ſeruiūt ei,nō ſunt ſtabiles:& in ange-
lis ſuis repperit prauitatē: quāto magìs hi qui habitāt domos luteas,cōſumentur velut à tinea?Et 1.Ma-
1. Mach. 2. chab.lib. A verbis peccatoris nè timueritis,qa gloria ejus ſtercus & vermis:hodiè extollit,& cras nō
inuenieт,qa cōuerſus eſt in terrā ſuā,& cogitatio eius perijt.Deniq; oīs potentatûs breuis vita ſit, &
rex hodiè eſt,& cras moriet.[& cui aſſimilâſtis me,& adęquâſtis me?]i.cùm tanta ſit mea maieſtas,&
tanta aliorū decliuitas,cur me alicui rei creatæ æqualē aut ſimilē exiſtimâſtis?[dicit ſanctus] i. Deus
eſſentialiter ſanctus & iuſtus.Si verò non creditis tantam eſſe potentiam meam ex effectibus meis,
penſate ꝙ verè om̄ipotens ſim,& [leuate in excelſum] i. ad orbes cæleſtes & ordinē elementorum
[oculos veſtros] exteriores,quatenùs p hoc oculi veſtri intellectuales excitent ad veritatis notitiā,
qm̄ cognitio intellectiua ꝓcedit ex p̄cedenti cognitione ſenſitiua.[& videte]i.cognoſcite [qs cre-
auit hæc.] Inuiſibilia em̄ Dei p ea q̄ facta ſunt, conſpiciunt: ſempiterna quoq; virtus eius & diuini-
tas,ſicut ad Rom.1.docet Apoſtolus.[Qui educit] de eſſe ad nō eſſe, vel de vno actu, motu & ſitu in
aliū,vel de occulto in publicū.[in numero] i.in certo catalogo.om̄ia em̄ in numero,pondere & mē-
ſura ꝓducta ſunt.[militiā eorum] putà cælorū, i.multitudinē ſiderum ac planetarū, aut certè ange-
Nehe. 9. lorum,de qbus Dani.7.ait:Millia millium miniſtrabāt ei.Et Nehemias: Exercitus cæli adorat te. [&
oēs ex noīe vocat prę multitudine fortitudinis & roboris virtutisq; eius.] i.oīa diſtinctè cognoſcit,
Pſal.146. & noīat ex ꝓpria ſua virtute,quēadmodùm ſcriptum eſt:Qui numerat multitudinē ſtellarū,& oībus
eis noīa vocat.[neq; vnū reliquū fuit.]i.nulla res eſt,q̄ ſub diuina poteſtate atq; ſciētia nō includat:
Hebr. 4. oīa nēpe,ſecundùm Apoſtolū,nuda & aperta ſunt oculis eius.Ex quo increpat negātes ꝓuidentiam
Dei.[Quarè dicis Iacob,& loqueris Iſrael?] cur tu popule Iudęorū deſcendēs de ſemine Iacob, qui
dict⁹ eſt Iſrael,aſſeris?[abſcōdita eſt via] i.operatio [mea à Dn̄o,& à Deo meo iudiciū meū trāſibit.]
i.nō iudicabor à Dn̄o,nec ꝓ opere meo p̄miabor ab ipſo.[Nūquid neſcis,aut nō audiſti?] hoc quod
ſubiungit: [Deus ſempiternus Dn̄s,q creauit oēs terminos terræ, nō deficiet] in cognoſcēdo, [neq;
laborabit] in operando ſeu om̄ia ꝓuidentialiter diſpenſando.[nec eſt inueſtigatio ſapientiæ eius,]i.
Pſal 146. ſapientiā eius nullus cōpræhendere poteſt, quēadmodùm ſcriptum eſt: Magnus Dn̄s noſter, & ma-
Rom. 11. gna virtus eius,& ſapientiæ eius nō eſt numerus.Et iterùm:O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſciē-
tiæ Dei. Vndè Iob 37.legit:Dignè eum inuenire nō poſſumus,& enarrari nō poteſt. Ideò timebunt
eum viri,& nō audebunt cōtemplari oēs q ſibi vident ſapientes.[Qui dat laſſo virtutē,] reducendo
eum in priſtinā operandi potentiam,maximè verò dat Deus virtutem,conſolationem,& recreatio-
nem

nem fortiſſimā laborantibus vſq; ad laſſitudinē in diuino obſequio.[& his qui non ſunt,] i. abiectis
quos mundus cōtemnit,de qbus ad Corint.inducit:Infirma & abiecta mundi elegit Deus & ea q̄ nō 1.Cor. 1.
ſunt.[fortitudinē] mentis [& robur]corporis [multiplicat.Deficiēt pueri & laborabūt,] i.ſeneſcēt,
& agendo fatigationē recipient,nec diù ſubſiſtet florida ætas.[& iuuenes in infirmitate cadēt] à ſuo
vigore & vita.Hæc t̄n intelligi poſſunt de his,qui ſunt pueri ſenſibus & iuuenes moribus, qui gratiā
Dei amittunt,in Dei obſequio tædium habent, & ſpirituali languore areſcunt. [Qui aūt ſperant in
Dn̄o,] nō in florenti ætate,nec corporis robore,nec in diuitiarū multitudine. [mutabunt fortitudi-
nē.] i.à naturali fortitudine,q̄ citò laſſatur ac deficit,ad ſupnaturalē gr̄ę fortitudinem transferent,&
qui debiles erant in ſeipſis,inſuperabiles fient in Dn̄o,euntes de virtute in virtutē. Vndè Prouer.18.
habetur:Turris fortiſſima nomen Dn̄i: ad ipſum currit iuſtus,& exaltabitur.Et 1.Machab.lib.Om̄es 1. Mach. 2.
qui ſperant in Dn̄o,non infirmantur. [aſſument pennas ſicut aquilæ] virtutum & contemplationis, Philip. 3.
i.velocitatē benè agendi,& agilitatē ſubtiliter contemplandi, ità vt dicere poſſint: Noſtra cōuerſa- Pſal. 118.
tio in cælis eſt.Et,Viam mandatorum tuorum cucurri. ſicq; in eis implebit illud in Pſal.102. Reno-
uabit vt aquilæ iuuentus tua.[current] de via ad patriā. [& non laborabunt.] qm̄ charitas Dei faciet
eis cuncta facilia,& experient q̄ veraciter Chr̄s loquutus ſit:Iugum meū ſuaue eſt,& onus &c. [am- Matth. 11.
bulabūt] in lege diuina.[& nō deficiēt.] ſed vſq; in finē p̄ſeuerabunt. De talibus em̄ ait Apoſtolus: 2.Cor. 4.
Licèt is qui foris eſt noſter homo,corrumpat,tamē is qui intùs eſt,renouat de die in diē. Quāuìs aūt
iſta in hoc exilio aliqualiter impleant in hoībus,quorū Deus eſt tota fidutia, t̄n in reſurrectione fu-
tura atq; in patria multo p̄fectiùs implebunt,quandò more aquilarū,quarum ſenectus reuiuiſcit mu
tatione pennarū,& q̄ ſplendidum ſolem inſpicere poſſunt, ipſi electi immortalia corpora induent,
Deumq; ſolem iuſtitiæ cernent. tunc em̄ habebunt corpora impaſſibilia,lucida,agilia,atq; ſubtilia.
Vndè Sapientiæ 3.dicit:Fulgebunt iuſti,& tanq̄ ſcintillæ in arundineto diſcurrent.Monet & incitat
nos hæc p̄ſens ſacroſancta diuina ſcriptura, toto ac ſynceriſſimo corde in Deo confidere, ad ipſum
ſemper recurrere, nec propter aliquam aduerſitatem ab hac beata fidutia cadere,quatenùs dicamus
cum ſancto Iob:Etiam ſi occiderit me,in ipſo ſperabo. Iob 13.

¶ *De moralitate.*

¶Inſupèr de moralitate p̄ſentis capituli plurima poſſent induci,quorū aliqua breuiter tangā.Itaq;
quod in principio dicit,Conſolamini cōſolamini popule meus,vox Chr̄i eſt ad vniuerſam Eccleſiā,
q̄ conſideratione futurorū bonorū cōſolationē concipere debet in om̄i anguſtia, oēm carnalē atq;
ſecularem conſolationē abhorrens.Deindè Chr̄s iubet p̄latis:Loquimini ad cor Hieruſalē,i.Eccle-
ſiā vobis cōmiſſam recreate in Dn̄o, & ſalutaribus exhortationibus gregē veſtrū alloqui nō ceſſetis.
Vox clamantis, i. p̄lati ſeu doctoris p̄dicantis in deſerto ſeculi huius: Parate viam Dn̄i. ſic exhortari
debent hi ſubditos ſuos ſeu proximos,ſ.vt ſe ſemp ad gr̄am Dei diſponant. rectas facite in ſolitudi-
ne,i.in cordis veſtri ſecreto,in loco abſcondito,in cōſpectu diuino,vbì cum ſolo Deo ſoli loquami-
ni,ſemitas Dei noſtri.Et vt oēm arrogantiā vitent,veramq; humilitatē ſectent,frequenter cōmemo-
rādum eſt ac ꝓponendum quod dicit:Om̄is vallis exaltabit,& om̄is mōs & collis humiliabit. Cūq;
fuerint praua veſtra in directa,tunc reuelabit vobis gloria Dn̄i, de qua fert in Pſal. 16. Satiabor cùm
apparuerit gloria tua. Vox Dn̄i dicentis ad rectorē,doctorē,ac p̄dicatorē fideliū: Clama,i. argue, in- 2.Ti. 4.
crepa,obſecra.Sed qm̄ debet homo talis,ſemp diuinā illuminationē expetere, ideò ſubdit: Et dixi:
Quid clamabo? i. tu mihi infunde quid loquar. Sup montem excelſum aſcende tu qui euangelizas
Sion,i.Eccleſiæ militanti. exalta in fortitudine vocem tuam.Iſta,ſecundùm ſenſum iam p̄inductum,
iubentur om̄i paſtori Eccleſiæ, prædicatori, ſiue doctori: Dic ciuitatibus Iudę, i. congregationibus
confitentium Dn̄o,qui corde credunt ad iuſtitiam,& ore confitentur ad ſalutem.Poſtremò,in om̄i-
bus quæ ſequuntur,commendatur diuinæ naturæ maieſtas,& humanæ conditionis infirmitas,qua-
tenùs tam ex contemplatione diuinæ ſublimitatis,q̄ ex propriæ fragilitatis notitia,humiliemus nos
intimè ſub omnipotenti manu Dei, eiq; cum omni reuerentia miniſtrare conemur. 1.Pet. 5.

¶ *Expoſitio cap.41.ſcilicet,Taceant ad me inſulæ.* *Articulus* 69.

Recitantur intereà in p̄ſenti cap.varia beneficia creatoris impenſa hominibus, ſimulq; notatur
hominum ingratitudo. Primò igitur alloquens Dn̄s homines, ait: [Taceant ad me,] i.cum ſi-
lentio audiant me [inſulæ] i.habitantes in inſulis,ſeu omnes gentes,qui mundi huius fluctibus tri-
bulationibuſq; tunduntur.Scriptum eſt em̄:Eſto māſuetus ad audiendū verbum.Et iterùm in Eccō Eccl 5.
legitur:Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gr̄a. [& gentes mutent fortitudinem] na- & 32.
turæ, in fortitudinem gr̄æ,non ampliùs de proprijs viribus p̄ſumentes, ſed habitantes in adiutorio
altiſſimi. Cùm aliquis potens iniquitate,& poteſtate ſibi diuinitùs data abutēs,pœnitet de peccatis,
ſitq; potens in virtutibus,& ad Dei honorē vtitur poteſtate conceſſa, iſte fortitudinem mutat.[Ac-
cedant] ad Dominum mentis conuerſione,nō corporis greſſu,ſicut in Pſalmo 33.habetur: Accedite
ad eū,& illuminamini.[& tunc loquantur] i.proximis ſuis annunciēt,qd eis per gr̄am Dei fuerit re-
uelatum,quēadmodùm Petrus inducit: Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiā,in alterutrum illam admini- 1.Pet. 4.

ſtrantes. Vel loquanẽ Deo, ſi fortè aliquod iuſtũ pro ſe valeãt allegare. [ſimul ad iudicium ꝓpinquemus.] i. iudicialiter diſcernamus, & intra nos diſputemus atq; veraciter diſcutiamus, cuius opera iuſta ſint, mea an eorum. Vndè Iere. 2. Dñs ait: Eccè ego in iudicio cõtendã tecum, eô ꝙ dixeris, nõ pec-
Iere. 12. caui. Deniq; Ieremias ad iudicium cũ Deo appropinquauit, dicendo: Iuſtus ꝗdem es Dñe, ſi diſputẽ tecũ. Veruntñ iuſta loquar ad te: Quarè via impiorũ proſperaẽ? Iob quoq; 13. ait cap. Ad omipotentẽ loquar, & cum eo diſputare cupio. [Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtũ?] Hunc locum ꝗdam exponunt de Abrahã, quẽ Deus eduxit de igne & terra Chaldęorum, q̃ eſt in plaga orientali ad terrã ꝓmiſſionis. Alij verò exponunt de Cyro rege Perſarũ, quẽ Dñs ſuſcitauit ab oriente cõtra Babylonios. Hieronymus verò exponit de Chr̃o, q̃ vtiq; expoſitio fructuoſior, textuiq; cõformis eſt, ꝓpter quod eã ſequi intendo. breuiter quoq; tangã, quomodò de Abrahã & de Cyro poſſit intelligi, quatenùs ex diuerſarum collatione expoſitionum innoteſcat, q̃ ſit melior. Loquens ergò Dñs per modũ interrogantis, vt ad reſpondendũ ꝓuocet, & ſua interrogatione nos doceat, ait: Quis ſuſcitauit ab oriente, i. ab ortu ſolis æterni, videlicet à cælo & patria beatorum, vbì ſol iuſtitiæ oriẽ cunctis electis, iuxta illud Malach. 4. Orietur vobis timentibus nomẽ Dñi ſol iuſtitiæ. iuſtum, i. Chr̃m qui eſt iuſtus iuſto-
Pſal. 18. rum, quẽ pater ſuſcitauit ab oriente, dum eum à ſummo cælo miſit in terras, iuxta illud: A ſummo cęlo egreſſio eius. Vndè & Chr̃s ait Ioan. 6. Deſcendi de cælo, nõ vt faciã voluntatẽ meã, ſed voluntatẽ eius qui miſit me. Nec mirum ſi Chr̃s dicaẽ ſuſcitatus ab oriente, cùm & Zacharias noĩet eum orien-
Zacha. 6. tem: Eccè, inq̃t, vir oriens nomẽ eius. Myſticè vel allegoricè per orientẽ intelligiẽ virgo Maria, ex qua nobis ortus eſt ſol intelligentiæ, lux vera, Chr̃s omipotens. De ea eñ Cant. 6. diciẽ: Quæ eſt iſta quaſi aurora cõſurgẽs, pulchra vt luna, electa vt ſol? [vocauit eum vt ſequereẽ ſe?] Deus eñ Trinitas Chr̃m hoĩem ab inſtanti ſuę cõceptionis in virgine, gratioſè vocauit, & ſibi inſeparabiliter copulauit vt ſe-
Ioan. 8. quereẽ ſe, i. Dei voluntatẽ impleret. Ideò eñ Chr̃s teſtaẽ: Quæ placita ſunt ei, facio ſemp. Et alibì: Sic-
Ioan. 14. ut mandatũ dedit mihi pater, ſic facio. [Dabit in cõſpectu eius gẽtes] i. gentiles imperio atq; ſeruitio Chr̃i ſubijciet. [& reges obtinebit.] i. ipſe Chr̃s reges terræ habebit ſubiectos. Hoc eſt quod canit Pſal. 71. Adorabunt eum oẽs reges, oẽs gentes ſeruient ei. Et Daniel. 7. idem p̄dictum eſt: Oẽs populi tribus & linguę ſeruiẽt ei. [Dabit quaſi puluerẽ gladio eius, ſicut ſtipulã vento raptã arcui eius.] Hoc dupliciter intelligi poteſt. Primò, ꝙ Deus ſubijciet gladio eius, i. doctrinæ Chr̃i, vndè Apoſtolus di-
Pſal. 44. cit: Et gladiũ ſpiritûs, quod eſt verbũ Dei. de quo etiã gladio diciẽ Chr̃o: Accingere gladio tuo ſup femur tuũ potentiſſime. quaſi puluerẽ, i. copioſè ſiue faciliter. tot eñ gentes Euãgelio Chr̃i ſe ſubdiderunt, vt pulueri cõparenẽ. Dedit quoq; Deus gentes arcui eius, i. cõminationibꝰ Chr̃i, ſicut ſtipulã vento raptã, i. tam potẽter, ſicut ventus ſtipulã agitat. Hoc eſt, ꝙ gentes ità timuerunt Chr̃i ſermones, ꝗbus impijs mortẽ æternã minaẽ, ꝙ ſe totaliter ei ſubiecerunt. Secundò intelligiẽ, ꝙ Deus dedit & ſubdidit gẽtes incredulas gladio, i. ſententiæ Chr̃i, qui eas dãnabit quaſi puluerẽ & quaſi ſtipulã vento cõmotam, i. tã victorioſè, ꝙ ei nequaq̃ reſiſtere poterãt. Vndè Chr̃s infrà 49. teſtaẽ: Poſuit os me-
Apoc. 1. um quaſi gladiũ acutũ. Et in Apocalypſi aſſeriẽ: De ore eius exibat gladius, ex vtraq; parte acutus. Ad vtrunq; aũt ſenſum ꝑtinere poteſt, quod in Pſal. 2. de Chr̃o cantaẽ: Reges eos in virga ferrea, & tanq̃ vas figuli cõfringes eos. [Perſequeẽ eos] i. Chr̃s iniuſtos torquebit, immò in gehennam retrudet, vel ꝑſequetur eos, mortificãdo in eis deſideria praua, vndè in Pſal. 44. Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te
Ephe. 2. cadent. [tranſibit in pace.] Chr̃s eñ ſecundùm Apoſtolum, euangelizauit pacẽ his qui longè, & pa-
Actu. 10. cẽ his q propè. Hinc Zach. 9. habeẽ: Loqueẽ pacẽ gẽtibus. Et Petrus loquẽs de Chr̃o: Qui ꝑtranſiuit, inquit, benefaciendo, & ſanando oẽs oppreſſos à diabolo. [ſemita in pedibus eius non apparebit.] i. ꝓpter charitatis feruorẽ, viæ laborẽ non ſentiet, nec aliquã imbecillitatis laſſitudinem feret. Hypbo-
Ioan. 4. licè accipi poteſt: nec obſtat illud Ioannis, Ieſus fatigatus ex itinere: qm̃ fatigatio illa non fuit ex neceſſitate aut infirmitate, ſed ex ſpontanea diſpenſatione & pia dignatione. [Quis hæc operatus eſt & fecit?] i. quis Chr̃m ſic ſuſcitauit, & gentes ei ſubiecit? [vocans] de non eſſe ad eſſe, per creationem, vel de errore & vitijs ad fidem & gr̃am. [generationes ab exordio] i. hoĩes à principio mundi generatos. Et qm̃ Dñs interrogauit, nulluſq; reſpõdit, ipſe reſpõdens adiecit: [Ego Dñs] q. d. hæc nullus fecit aut facere potuit, niſi ego oĩm Dñs. [primus & nouiſſimus ego ſum.] hoc idẽ ſcriptũ eſt Apoc. 1. poteſtq; intelligi de Deo Trinitate, & qualibet triũ ꝑſonarũ, quia in hac ſupbenedicta Trinitate, nihil prius aut poſterius, nihil maius aut minus. Propter quod pater & filius & ſpiritusſanctus nõ ſunt tres primi, aut tres nouiſſimi. ſed vnus primus & vnus nouiſſimus. Idcircò Apoc. 22. filius profitetur: Ego ſum alpha & ω, primus & nouiſſimus, principiũ & finis. Quòd aũt Deus appellaẽ nouiſſimus, nõ eſt ſic intelligẽdum, ꝙ tandẽ oĩbus ꝑeuntibus ipſe ſolus remanebit, ſed quia & ſi cuncta perirẽt, ipſe nihilominùs ꝑmaneret. Veruntñ pater prior eſt filio, & filius ſpiritusſancto, prioritate authoritatis ſiue originis. [Viderũt inſulæ] i. Eccleſiæ gẽtium ꝑſecutionibus cõquaſſatæ, ſeu habitatores inſularũ conuerſarũ ad fidẽ, ſicut ſunt Cyprus, Anglia, Portugalia, cognouerunt ꝑ p̄dicationẽ diſcipulorũ
Philip. 2. Chriſti iſta q̃ dicta ſunt. [& timuerunt] Deum & eius iudicia, implentes illud Apoſtoli: Cum metu & timo-

timore ac tremore veſtrã ſalutem operamini. [extrema terrę obſtupuerunt.] i. habitatores finiũ terræ, admirati ſunt audita p̄dicatione euãgelicę legis. [appropinquauerunt] per fidẽ, [& acceſſerũt] per charitatẽ ad Deũ. [vnuſquiſq;] fideliũ [proximo ſuo auxiliabiẽ] orãdo & exhortãdo, quẽadmodùm Paulus admonet, dicẽs: Nemo quod ſuũ eſt q̃rat, ſed q̃ aliorum. &, Adhortamini voſmetipſos ꝑ ſin- 1. Cor. 10.
gulos dies. [& fratri] i. proximo [ſuo dicet, Cõfortare] in Dño, & ꝓ fide nè timeas mori. Quod verò Hebr. 3.
ſubiungiẽ, ad deriſionẽ artificum atq; cultorũ idolorum inferẽ. quaſi dicat fidelis ꝓximo ſuo: Cõfortare in Chr̃o, nec idola colas, q̃ ex ſeipſis nihil poſſunt: quod liquet ex eo, [Cõfortauit faber ærariꝰ] i. faber ferrarius metallicus, [ꝑcutiens malleo] i. manum p̄parans ad idoli formationẽ, [eum q cudebat tunc tẽporis.] i. tẽpore p̄dicationis apoſtolorũ. [dicens: Glutino] i. cõiunctione [bonũ eſt] materias iſtas redigere in formã idolorũ. In formatione eñ idolorum plures cõcurrunt artifices, quorũ vnus alium admonendo cõfortat, quẽadmodùm in Actibꝰ apoſtolorũ de Demetrio legiẽ, q faciebat
ædes argenteas Dianę, ꝙ cõcitauerit turbationẽ cõtra Paulum, artifices conuocãs, eiſq; dicens: Viri, Act. 19.
ſcitis q̃a de hoc artificio acquiſitio nobis eſt &c. [& cõfortauit eum clauis] i. faber ſeu artifex clauis
affixit Deum cõflatum alicui corpori ſolido. [vt nõ *moueaẽ.] i. nõ caderet idolum tale ex vẽto aut * moueretur
alia cauſa, vndè cõſtat ꝙ nec ſeipſum nec alium poſſit iuuare. Porrò qui iſta de Abraã intelligẽda po-
tant, ità exponunt, vt iuſtus quẽ Deus ſuſcitauit ab oriente, i. à Chaldęa, inducens eum in terrã Cha- Gene. 12.
naan, ſit Abraã cui dicit: Egredere de terra tua & de cognatione tua, & veni in terrã quã tibi mõſtrauero: vt ſequereẽ ſe, obediendo diuinis p̄ceptis. Sed huic non videẽ conſonare quod ſubiungiẽ: Dabit in cõſpectu eius gentes &c. Abraã eñ tempore huius ſcripturæ diù defunctus erat. Ad hoc verò reſpondent, ꝙ Iſaias hîc loquiẽ de p̄terito per modum futuri. Hoc aũt non videẽ in ſcripturis cõſuetũ, vt in recitatione hiſtoriæ fiat ſermo de re geſta, per modum futuri, niſi in libris metricè ſcriptis, vbì ꝓpter conuenientiã verſuum talia fiunt, vt eſt illud in Pſal. 77. Ipſe eſt aũt miſericors, & ꝓpicius fiet peccatis eorum, & nõ diſperdet eos. Vndè non videẽ iſta expoſitio conueniens. continuando tñ quod cœptum eſt, hoc quod ſubiungiẽ de ſubiectione gentium & debellatione regum, referunt ad
reges qui Sodomã inuaſerunt, & Loth nepotẽ Abraæ captiuum duxerunt, quos inſecutus eſt Abraã Gene. 14.
cum trecentis vernaculis, & diuina virtute eos deuicit, & p̄dam excuſſit. quo cognito, inſulæ timuerunt, & extrema terræ obſtupuerunt. Quod verò adiungiẽ, Appropinquauerunt & acceſſerunt, exponunt de Sem filio Noæ, qui alio noĩe appellatur Melchiſedech ſecundùm iſtos, venitq; cum ſuis
obuiàm Abraæ à cæde regum regreſſo. Per fabrum quoq; ærarium, intelligunt eundem Melchiſe- Ibidèm.
dech, qui ſuo ſpirituali artificio conflauit Abraã, perducendo eum ad perfectioris vitæ formã. Sicq; per fabrum tunc cudentem, intelligunt Abraam fabricantẽ opera bona, quem Melchiſedech clauis diuinis ſtabiliuit, nè moueretur à via iuſtitiæ. Qui verò de Cyro rege Perſarum exponunt hoc quod
dicitur de regum ac gentium debellatione, intelligunt de eis, quos Cyrus DEO adiuuante conuicit, 1. Eſd. 1.
quemadmodùm in Eſdra teſtatur: Om̃ia regna terræ dedit mihi Deus cæli. Cumq; vidiſſent inſulæ & fines terræ, ꝙ Cyrus Babylonem cepiſſet, timuerunt, obſtupuerunt, acceſſerunt, & pacem cum eo fecerunt: & ad hoc applicant literam iſtam. Sed non videtur ꝙ Iſaias Cyrum hominẽ reprobum atque idololatram, appellauerit abſolutè iuſtum, ità vt diceret: Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtũ? Aptiùs ergò de Chriſto exponitur, ad quẽ referenda ſunt quæ ſequuntur: [Et tu Iſrael ſerue meus, Iacob quem elegi, ſemen Abraam amici mei.] Poſt deſcriptionem aduentûs Chriſti & conuerſionis inſularum ac gentium cæterarum, reprobationiſq; idololatriæ, dirigit Dñs ſermonem ad verum ac
ſpiritualem Iſraelem, i. populum Iudęorum credentem in Chriſtum, de quo ait Apoſtolus: Reliquię Rom. 11.
per electionem ſaluæ factæ ſunt. De incredulis verò Iudęis dicit: Videte Iſrael ſecundùm carnem. 1. Cor. 10.
Quòd autem huiuſmodi non computentur in ſemine Abraæ, nec digni ſint nuncupari filij eius, con-
ſtat ex eo quod ait Saluator: Si filij Abraæ eſtis, opera Abraæ facite. vos ex patre diabolo eſtis. Lo- Ioan. 8.
quens igitur Chriſtus ad diſcipulos ſuos ex Iudaiſmo ad ſe conuerſos, quibus ait: Non vos me ele- Ioan. 15.
giſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, ait: Et tu Iſrael ſerue meus, i. vos veri Iſraelitæ, plebs fidelis, Deoq; obſequens, Iacob quem elegi, i. popule ex ſemine Iacob deſcendẽs, ſemen Abraam amici mei, i. filij Abraæ, qui erat amicus meus, non ſolùm ſeruus. Vndè ſcriptum eſt
in libro Iudith: Abraam per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Vel quod dici- Iudith 8.
tur, amici mei, pluraliter dicitur, atq; ad diſcipulos, præſertim ad apoſtolos, Chriſti refertur, quibus Ioan. 15.
ait: Iam nõ dicam vos ſeruos, ſed amicos. [In quo appræhẽdi te] i. cùm adhuc eſſes in lumbis patris tui Abraæ, te elegi, & in fide ac opere q̃bus imitatus es patrem tuum, te mihi coniunxi. [ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te.] Hoc de his veris Iudæis dicitur ratione Abraæ patris eorum, quem Deus vocauit de terra Chaldęorum, vt dictum eſt. Frequenter eñ in veteri teſtamẽto dicitur aliquid de Abraam, Iſaac & Iacob, ratione poſteritatis eorũ, & econuerſò, ſicut Dñs in Geneſi ait ad
Iacob: Ego indè (ſ. de Aegypto) reducã te, qui tñ in Aegypto defunctus eſt. Interdùm quoq; ait ad Gene. 46.
Abraam: Benedicentur in te omnes cognationes terrę, i. in Chriſto ex te naſcituro. & tibi dabo ter- Gene. 15.

Actu. 7. ram hanc,ſ. terrã Chanaan, cùm tñ non dederit ei in ea nec paſſum pedis, vt Stephanus ait. [Et dixi
tibi:Seruus meus es tu,] nõ à ſeruili,ſed caſto timore. De ſeruo em̃ per ſeruilẽ timorẽ ſeruiente, ait
Ioan. 8. Chr̃s: Seruus nõ manet in domo in æternũ. Apoſtolos aũt Chr̃s ſeruos ſuos vocauit ſeruitute filia-
Ioan. 13. lis timoris,dicendo:Vos vocatis me,magiſter & Dñe:& benè dicitis. [elegi te,& nõ abieci te.] Hoc eſt
Ioan. 6. Matth. 28. quod in Euãgelio ad apoſtolos dicit̃:Nonnè ego vos duodecim elegi?& iterùm: Ego vobiſcum ſum
cunctis diebus.[Nè timeas] eos qui corpus occídunt,i.tyrannos,in quorũ regionibus p̃dicaturus es
Lucæ 21. Euangeliũ regni.[qa ego tecũ ſum] per gr̃am ſpecialẽ. hoc Chr̃s dixit diſcipulis:Cùm audiéritis p̃-
lia & ſeditiones,nolite terreri.[Nè declines] à via iuſtitiæ,[qa ego Deus tuus] te dirigẽs atq; defen-
dẽs,[confortaui te,& auxiliatus ſum tibi.] p̃ſertim in die pentecoſtes, mittẽs tibi ſpiritũſanctum, de
Luc. 24. qua confortatione Chr̃s dixit: Vos aũt ſedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto.Pau-
lus quoq; teſtat̃ Rom.8.Ipſe ſpiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram. [& ſuſcepi te dextera iuſti mei.] i.
Chr̃i,de quo iam dictũ eſt:Quis ſuſcitauit ab oriẽte iuſtũ?Chr̃s em̃ dux erat electiſſimi populi ſui ex
Iudaiſmo credentis.[Eccè cõfundent̃] in hoc ſeculo, [& erubeſcẽt] in die iudicij [oẽs qui pugnant
aduerſùm te.] i.p̃ſecutores Eccleſiæ. ſic em̃ confuſi ſunt Iudæi increduli, qui primitiuam Eccleſiã ex
veris Iudeis collectã,vehemẽter impugnauerunt.[Erunt quaſi nõ ſint,] i.pro nihilo reputabunt̃.[&
peribunt viri qui cõtradicunt tibi.] Nã p̃dicti Iudęi à Romanis occiſi ſunt, & oẽs qui euangelicæ p̃-
Marc. 16. dicationi reſtiterunt,æternaliter periérunt,p̃ut Dñs loquit̃:Qui verò nõ crediderit,condemnabit̃.Et
Matth. 11. alibi:Remiſſius erit in die iudicij Sodomitis,q̃ illi ciuitati,videlicet q̃ nõ receperit vos.[Quęres eos,
& non inuenies viros rebelles tuos.] i.ſi eos requiſiéris,nõ apparebunt. per quod datur intelligi, q̃
ſubitò ſint perituri,ſicut in Pſalmo 36.habet̃:Et adhuc puſillum,& nõ erit peccator:& quęres locum
* hoĩs bellantis eius,& nõ inuenies.[& erunt quaſi nõ ſint:& veluti cõſumptio * hoĩes bellantes aduerſùm te:] i.ſic
peribunt,ſicut cõſumptus ſeu interfectus eſt homo qui patres tuos impugnauit,videlicet Pharao rex
Aegypti,vel alius quicunq; cõſimilis,vt Seon & Og.[quia ego Dñs Deus tuus,appræhendẽs manum
tuam,] i.te dirigẽs,ſicut in Pſalmo 72. ait vir iuſtus ad Dñm:Tenuiſti manũ dexteram meã,& in vo-
luntate tua deduxiſti me.[dicẽsq; tibi:Nè timeas,quia ego adiuui te.] Hæc ſufficiẽs ratio nõ timen-
Rom. 8. di,quia vt ait Apoſtolus,Si Deus pro nobis,quis cõtra nos?[Noli timere vermis Iacob,] i.congrega-
tio fidelium Iudęorũ,diſcipulorũq; Chr̃i,q cõtempti eſtis vt vermes,ſequẽtes veſtigia Dñi veſtri qui
ait in Pſal.21.Ego aũt ſum vermis,& nõ homo.[q mortui eſtis,] i.reputati vt mortui, & p̃pter Chr̃m
quotidiè mortificati, ſicut ait Apoſtolus ad Coloſſ.3. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum
2.Cor. 4. Chr̃o in Deo.Et alibi:Semp mortificationẽ Ieſu Chr̃i in corpore noſtro circunferentes. [ex Iſrael]
i.ex cæteris Iudęis non credẽtibus,quorũ cõparatione pauciſſimi eſtis.[Ego auxiliator ſum tui,dicit
Dñs,& redemptor tuus ſanctus Iſrael,] i.ſanctificator Iſraelis.[Ego poſui te quaſi plauſtrũ triturans
nouũ,habẽs roſtra ſerrantia.] i.poteſtatẽ tibi conceſſi p̃ualendi aduerſarijs tuis, & expugnandi con-
terendiq; eos,quẽadmodùm plauſtrũ nouũ conterit ſegetes,hoc eſt,inuiſibiles hoſtes:contra quos
Ephe. 6. dicit Paulus ſibi eſſe collucrationẽ p̃cipuam, hæreticos quoq; & tyrannos. Propter quod 2.Cor.10.
Paulus p̃teſtat̃:Arma militiæ noſtræ nõ carnalia,ſed potentia Deo ad deſtructionẽ munitionũ, con-
ſilia deſtruentes & oẽm altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus ſcientiã Dei,& in prõptu habentes vlciſcĩ
oẽm inobedientiã.ideò ſubdit̃:[Triturabis mõtes] i.ſupbos[& cõminues,] i.deijcies.[& colles] i.mi-
nùs ſupbos [quaſi puluerẽ pones,] i.tibi omninò ſubijcies, quod etiã maximè fiet in die iudicij, quã-
dò ſedebunt apoſtoli ſup duodecim ſedes,iudicãtes duodecim tribus Iſrael. [ventilabis eos.] i.diſ-
perdes.[& ventus tollet] i.commotio pœnæ auferet eos à ſtatu ſuperbiæ. [& turbo] i. impetus ad-
1.Cor. 6. uerſitatis [diſperget eos.] Vndè Apoſtolus:Neſcitis,inqt,quia angelos iudicabimus?Et de ſanctis ait
Pſal. 149. Pſal.Gladij ancipites in manibus eorũ,ad faciendã vindictã in nationibus.Hoc em̃ erit in die iudicij,
quãdò cum Chr̃o impios iudicabunt,iuxta illud Sap.3. Iudicabunt iuſti nationes, & dñabuntur po-
pulis.Veruntñ trituratio iſta & cõminutio accipi poſſunt ſpiritaliter, vt apoſtoli & p̃dicatores Chr̃i
dicantur duros & obſtinatos triturare, comminuere, atq; in puluerẽ redigere, frangendo corda eo-
rum,& ad veram humilitatẽ,integramq; abnegationem eos perducendo, vt deſinant eſſe,eo modo
quo Prouerb.12 dicit̃:Verte impios,& non erunt.Hoc quippe eſt ſalubriter mortificari.[Et tu exul-
Iere. 9. tabis in Dño.] quẽadmodùm ſcriptũ eſt:Qui gloriat̃,in Dño glorieẽ.Et iterùm:Gaudete in Dño ſem-
Philip. 4. per.[& in ſancto Iſrael lætaberis,] ità vt mente & corpore iucunderis in Dño,iuxta illud:Cor meum
Pſal. 83. & caro mea exultauerunt in Deum viuum.Hoc Chr̃s p̃miſit diſcipulis:Triſtitia veſtra vertet̃ in gau
Ioan. 16. diũ.Et:Gaudebit cor veſtrũ, & gaudiũ veſtrũ nemo tollet à vobis. Om̃ia hæc q̃ de populo Iudęorũ
Ibidèm. in Chr̃m credente expoſita ſunt,q̃dam generaliter de toto populo Iudęorũ exponunt,maximè quã-
tùm ad bonos:& cætera q̃ hîc de confuſione,deſtructione,trituratione,& om̃imoda deiectione ad-
uerſariorũ populi huius dicunt̃,per modũ futuri exponunt:per modum p̃teriti,de Aegyptijs & Cha
nanæis,quos filij Iſrael ſubuerterunt,vel Deus pugnans pro eis. [Egeni & pauperes quærũt aquas,]
i.gentiles ſpiritualibus diuitijs deſtituti,deſiderãt ſcientiã veritatis, ſeu aquã ſapiẽtiæ ſalutaris,in di-
ctis

ctis & ſcriptis naturaliũ philoſophorũ,ſeu ordine rerũ,aut certè Magis,diuinis,idolis,atq; dęmoni-
bus. [& non ſunt.] i.aquæ huiuſmodi in iſtis reperiri non poſſunt.Idcircò [lingua eorũ ſiti aruit.] i.
intellectus eorum p̃pter veritatis carentiã elanguit atq; defecit. De huiuſmodi ſpirituali fame & ſiti
Dñs ait in Amos:Eccè dies veniũt, & mittam famem in terrã,non famẽ panis,neq; ſitim aquæ,ſed au Amos 8.
diendi verbũ Dei.[Ego Dñs exaudiã eos,] implẽdo affectum eorũ, videlicet p̃ducendo eos ad verã
ſapiẽtiam.ego [Deus Iſrael non derelinquã eos. Aperiã in * ſupremis collibus flumina.] i. in primis * ſupinis
& ſummis p̃latis Eccleſiæ,putà apoſtolis & eorũ ſucceſſoribus, dabo tantã ſapientiã, vt ratione abũ-
dantię ſuę fluminibus comparent̃, & corda ſitientium impleant, potẽt, ac rigẽt. Vndè Chr̃s eis p̃di- Ioan. 16.
xit:Cùm venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos oẽm veritatẽ. [& in medio camporũ fontes] i. in
cordibus ſubditorũ,à p̃dictis montibus influxũ ſapientiæ recipientiũ,ponã exuberantẽ ſcientiã co-
pioſamq; gr̃am,de cuius plenitudine alij recipere poſſint.vel p̃ mediũ camporũ deſignat̃ latitudo Ec
cleſiarũ,q̃ ad inſtar cãpi à Chr̃o impinguat̃, fœcundat̃ & colitur: Eccleſiã aũt Chr̃s fontibus gr̃æ atq;
ſcientiæ adornauit. [Ponã deſertũ] i.derelictã gentilitatẽ, de qua ſuperiùs dictũ eſt: Lætabit̃ deſerta Iſaiæ 35.
& inuia.[in ſtagna aquarũ,] i. iuxta fluenta ſpiritaliũ gratiarũ, implẽdo corda gentiliũ habitualibus
donis ſpiritûſſancti. [& terram inuiam] i. p̃dictam gentilitatẽ, q̃ olim ſine obſeruatione viarum ſeu
mandatorum Dñi vixit,[in riuos aquarum.] i.in tanta plenitudine ſpiritalium bonorũ, vt ipſa cæte-
ris influat de gr̃a ſibi conceſſa. [Dabo in ſolitudine cedrum & ſpinam & myrtũ & lignum oliuæ.Po
nam in deſerto abietẽ,vlmum & buxum ſimul.] Per hæc noĩa arborum, deſignant̃ diſtincta & varia
dona gratiarũ diuinarum,Eccleſiæ gentium p̃miſſarum: quarum arborum interpretatio, ex natura-
libus proprietatibus earum ſumenda eſt.Eſt igitur ſenſus:Dabo in ſolitudine,i.in Eccleſia ex genti-
bus olim relictis collecta: cedrum,i.hoĩes ſpiritales, tantæ p̃fectionis in verbo & opere,vt vbiq; di-
ſpergat̃ dulcis odor famæ ipſorum,& dicere poſſint cum Paulo: Chr̃i bonus odor ſumus in om̃i lo- 2.Cor. 2.
co. quorum corda putredine vitiorum & ſqualore carnalis amoris infici nequeũt aut corrumpi, ſed
dicere poſſunt cum diuino Apoſtolo: Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Ad hanc perfectionẽ hor- Rom. 8.
tatur nos Petrus in prima ſua canonica:Conuerſationẽ, inquiẽs, veſtram inter gentes habentes bo- 1.Pet. 2.
nam,vt in eo quod detractant de vobis tanq̃ de malefactoribus,ex bonis operibus vos conſideran-
tes,glorificent Deum.Hi igitur deſignantur per cedrum,qm̃ cedrus eſt arbor boni odoris, imputri-
bilisq; naturæ.Et myrtum,i.homines temperatos, ac aliorum mœſta corda cõſolari potentes. Myr-
tus em̃ eſt refrigeratiuę naturę,diſſoluta membra temperando reſtringens. Et ſpinam,i.homines ri- Eccés 12.
goroſos & ſtrenuos,quorum verba ſunt velut ſtimuli in altum defixi. Hi em̃ tanq̃ ſpinæ acutæ, au-
dientium mentes diuino timore transfigunt. & lignum oliuæ,i.viros miſericordiæ.Nam ἔλεος Græ-
cè,Latinè miſericordia dicitur.Ponam in deſerto,i.gentilitate prædicta abietẽ,i. homines contem-
platiuos,qui per modum abietis in ſublime creſcentis,cuncta terrena tranſcendunt,contemplantes
atq; amantes diuina. Vlmum,i.homines ſeculares,qui licèt propter occupationẽ temporalium diui-
nis non vacẽt,nec ſpiritualem proferant fructum, ſuis tamẽ eleemoſynis ſpirituales viros ſuſtẽtant.
Hi ſignantur per vlmum, quia licèt in ſe fructum non pariat, vitem tamẽ cum botris portat. Et bu-
xum ſimul. per buxum,quę nec altè creſcit, nec fructum habet,ſed viriditate ornatur, ſignantur qui
necdùm opera fructuoſa poſſunt afferre præ immatura ætate, gratiæ tamẽ virore decorantur,quẽ in
baptiſmo ſortiti ſunt.[Vt videant] per fidẽ,[& ſciant] per experientiam, [& recogitẽt] per frequẽ-
tem rememorationẽ. [& intelligant pariter] per conſiderationẽ ſubtilẽ, [quia manus Dñi] i. diuina
poteſtas [fecit hoc,] i. tantam perfectionẽ & gratiam gentilibus contulit, [& ſanctus Iſrael] i. Deus
Iſraelem ſanctificans,[creauit illud.] i.per creationẽ tanta bona largitus eſt eis, ſicq; admirando p̃-
clamẽt: Hæc mutatio dextrę excelſi,videlicet vt vbì abundauit iniquitas,abundaret & gratia.Miror Pſal. 76.
quendam locum hunc ſecundùm ſuperficiẽ literæ explanare de populo Iudęorum egredientiũ de
Aegypto,cùm Iſaias loquat̃ in tota litera iſta per modũ futuri, nec Deus legatur in ſupremis collibus Exod. 17.
aperuiſſe tunc flumina aut fontes in medio camporum. non em̃ produxit filijs Iſrael tunc aquam Num. 20.
de nouo niſi bis, educendo videlicet aquam de petris duabus. ſed nec prædictas arbores legit̃ tunc
in ſolitudine eremi illius poſuiſſe.Prędicta quoq; expoſitio non concordat Hieronymo,neq; Gre-
gorio: qui in quadam homilia exponit hęc de Eccleſia gentium. Vndè expoſitio iam inducta, quan-
uìs myſtica videatur,literalis tamen eſt,quia p̃pheta metaphoricè loquit̃. Poſtq̃ ad gentes in Chri-
ſtum credentes factus eſt ſermo,conſequenter alloquitur Dñs gentes incredulas,quę nec prędicati-
oni,neq; miraculis apoſtolorũ credere voluerunt.[Propè facite iudicium veſtrũ,] i.reſpondete atq;
diſcernite,cur credere noluiſtis,cur veritatem tot ſignis oſtenſam ſpreuiſtis. [dicit Dñs. afferte ſi qd
fortè habetis,] i.ſi aliquam rationem pro vobis allegare poteſtis.[dixit rex Iacob.] i.Deus rector pa-
triarchæ Iacob filiorumq; eius.[Accedant] idola veſtra,ſeu dij quos colitis.[& nunciẽt * nobis] ceu * vobis
certitudinaliter [quęcunq; ventura ſunt.] i. futura purè contingẽtia. [Priora quæ fuerunt,] i. præ-
terita,naturalem rationem atq; memoriam excedentia. [nunciate] ô idola, ſeu idolorum cultores

inſtructi ab idolis.[& ponemus cor noſtrū] ad audiendū. [& ſciemus] q̃ dicitis [nouiſſima eorū, &
q̃ ventura ſunt, indicate nobis] ea videlicet q̃ in nouiſſimo tēpore cōtingēt vel vobis ô idola, vel ve
ſtris cultoribus. q.d. hæc facere nō poteſtis.[Annunciate q̃ ventura ſunt in futurū,] i. cōtingentia ad
vtrunlibet. [& ſciemus qa dij] nō falſi, ſed veri [eſtis vos.] Hoc em̄ vero Deo eſt proprium. ſed nō-
nè idola gentiū ſæpè de p̄teritis atq; futuris annūciauerūt etiā vera? Et reſpondendū ꝙ idola ſenſu
& ratione carentia, nihil annunciauerūt, ſed dæmones idolis aſſidentes. Nūquid ergò dæmones dij
ſunt? Dicendū ꝙ nec dęmones de p̄dictis p̄teritis & futuris certitudinaliter reſpōdere potuerūt, ſed
ſuis reſpōſionibus falſa frequēter miſcuerūt: ſuasq; reſpōſiones ſic tēperauerunt, vt ad vtrāq; partē
intelligere poſſent. Deindè ratione idola reprobanť. [Benè quoq; aut malè ſi poteſtis, facite:] i. ve-
ſtros cultores ſaluate, alijsq; nocete, ſi valetis. [& loquamur] ad inuicèm, [& videamus ſimul] opera
veſtræ potentiæ. q.d. Nō poteſtis obeſſe & ꝓdeſſe, qm̄ muta eſtis & inanimata: & q̃ à vobis fieri æſti-
manť, à dæmonibus vos inhabitantibus fiunt, q & ipſi nil agere poſſunt niſi à Deo p̄miſſi. Vndè con
ſtat, nec idola nec dæmones eſſe deos. [Eccè vos] idololatræ [eſtis ex nihilo,] cùm ſitis creaturæ Dei
altiſſimi. [& opꝰ veſtrū] i. idola à vobis formata, ſūt [ex eo quod nō eſt.] qa & ipſa quātùm ad id quod
ſunt, originaliter ex nihilo ꝓceſſerunt. [Abominatio] i. vehemēter abominabilis [eſt q elegit vos.]
i. homo q vero Deo relicto, idola colere mâluit, eaq; in deos elegit. Per iſta ſignať, ꝙ poſt Chri aduen-
tum idola ꝓhibita ſunt à ſanctis apoſtolis ſolito modo reſpōdere & operari. [Suſcitaui ab aquilone]
populū natiōnū, vocando eū ad fidē. [& veniet] natio gentiū credēs in Chrm. [ab ortu ſolis.] Deus
em̄ ab aquilone & oriente multos ad fidē & grām cōuocauit. [vocabit nomē meū, & adducet magi-
ſtratus quaſi lutū,] i. populus gentilis cōuerſus, pro nihilo reputabit, vel ſecū ad Chrm cōuertet prin
* figulus cipes & ſapientes ſeculi huius quaſi lutū, ità ꝙ ſuā vilitatē humiliter recognoſcent. [& velut * plaſtes
cōculcans humū.] i. quēadmodùm terrā cōculcat plaſmator, ſic iſti ad Deū adducti, diuinæ potentię
2. Ti. 2. ſubijcienť, facietq; Deus ex eis vaſa diuerſa, aliud in honorē, aliud in cōtumeliā. [Quis annunciauit
ab exordio,] i. quis deorū veſtrorū ô idololatræ iſta p̄dixit ab initio anteq̃ euenire cœperūt, [vt ſci-
amus] ea ex annunciatiōne ipſorū, [& à principio,] i. quis horū deorū nunciauit hæc ab exordio tē-
poris, [vt dicamus, Iuſtus es] tu q idola colis, vel tu quē idololatra colit? tanq̃ dicat: Nullus eorū iſta
* eſt neq; p̄dicere potuit. ideò ſubdiť: [Non * eſt annunciās, neq; p̄dicens] in dijs gentiū, [neq; audiēs ſermo-
nes veſtros] ô idola, qa poſt Chri aduentū cōticuiſtis. [Primus ad Sion dicet:] i. Deus æternus, q ſu-
periꝰ dixit, Ego primꝰ & ego nouiſſimꝰ, dicet Eccleſiæ: [Eccè aſſum] in ꝓpria pſona p incarnationē,
vt dicā & faciā q̃ dij gentiū annunciare & facere nequerūt. [& Hieruſalē] i. Eccleſiæ, q̃ ratione inter-
pretationis, p Hieruſalē deſignať ſicut p Sion. Sicut em̄ Sion & Hieruſalem vnā vrbē ſignificāt, ità &
vnā Eccleſiā. [euangeliſtā dabo] i. Ioannē baptiſtā, q Chri aduentū euangelizauit ac demonſtrauit.
vel p euangeliſtā deſignanť oēs euangeliſtæ atq; apoſtoli. Frequēter em̄ ſcriptura vtiť ſingulari ꝓ plu-
rali. Oēs aūt apoſtoli, euangeliſtæ fuerūt, quātùm ad actū euangelicæ p̄dicationis. Poteſt quoq; p Si-
on & Hieruſalē intelligi vrbs illa terrena, i. populus eius, cui Chrs in ꝓpria pſona ſæpè p̄dicauit, & ſe
Dei filiū, verūq; Deū & Chrm eſſe teſtatus eſt: ſicut cùm ambulās in porticu Salomonis, dixit Iudę-
Ioan. 10. is: Pater quod dedit mihi, maius oībus eſt: Ego & pater vnū ſumus. Maximè tn̄ per Sion & Hieruſalē
notať primitiua Eccleſia, q̃ frequenter ſic diciť, qa in hac ciuitate ſumpſit exordiū. [Et vidi, & nō erat
ex iſtis] dijs gentiū [quiſquā qui iniret cōſilium] ad benè vel malè agendū, qm̄ nec ſaluare poſſunt,
nec obeſſe. [& interrogatus reſponderet verbum.] i. nullus deorum ſuis cultoribus potuit reſpōde-
Pſal. 113. re. nam os habent, & nō loquenť. Dæmones quoq; ꝓhibebanť à Chri apoſtolis loqui per idola. [Ec-
cè oēs iniuſti] ſunt qui idola veneranť. [& vana opera eorum] i. idola q̃ fecerunt, vt adorarent opus
manuum ſuarum. [ventus & inane] i. vento & vanitati ſimilia ſunt [ſimulacra eorum.] ¶ Moraliter
inſulis gentium & cunctis p̄dicatoribus diciť: Accedāt per opera bona, & tunc loquanť. In quo rep-
Actu. 1. hendunť qui dicunt, & nō faciunt. Hi Chri veſtigia nō ſequunť, de quo recitat Lucas: Cœpit Ieſus fa
cere & docere. Simul ad iudicium appropinquemus. Ille ad iudiciū cum Deo iuſtè appropinquat, q
Iſaiæ 43. illius beneficia & ſuā ingratitudinē atq; malitiā humiliter ꝯfitetur. vndè in Iſaia Dn̄s ait: Reduc me
in memoriam. narra, ſi quid habes, vt iuſtificeris. Si hoc modo noſipſos coram Dn̄o dijudicaremus,
Ephe. 5. non vtiq; iudicaremur. Quis ſuſcitauit (à ſomno peccati? de quo Paulus: Surge qui dormis) ab ori-
ente (i. per ſplendorem gratiæ) iuſtum, quicunq; ſit ille? tanquàm dicat: Hoc Deo eſt proprium, vt
peccatorem iuſtificet. nec aliquis taliter ſuſcitatur proprijs viribus, ſed ſola gratia ſaluatoris. Voca-
uit eum per gratiam & per p̄dicatores ſanctos, vt ſequeretur ſe per cuſtodiam mandatorum. Cùm au
tē p̄dicator Eccleſiæ audientes ad obedientiā ptrahit, tunc Deus dat in cōſpectu eius gentes, regesq;
obtinet, quos ad vitā meliorē perducit: immò quaſi puluerē ſubijcit Deus gladio eius, i. verbo p̄di-
cationis ſuæ gentes q̃ cōuertuntur. pſequeť eos, corripiēdo iniquorū peccata. Semita in pedibus ei-
us non apparebit. Hoc de omnibus verum eſt, qui ex promptæ charitatis feruore non ſolùm ambu-
lant, ſed etiam currunt viam mandatorum cæleſtiū: quibus iugū Dei ſuauiſſimū eſt, nec fatigari no-
ue-

uerunt in opere Dei. Nam etſi corruptibile corpus aggrauans aīam, fatigeť, ſpiritus tn̄ incaleſcit &
clamat: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Quod aūt de idololatris dictum eſt, ſecundùm Rom. 7.
tropologiā de hæreticis ſumitur, qui ſacræ ſcripturæ vera expoſitione abiecta, propria mâlunt ſequi
figmenta, q̃ ſanctorum doctrinas: & more idololatrarum, opera manuum ſuarum adorantium, etiam
iſti proprias adinuentiones colunt pro veris ſententijs. Hoc poſtremò ſciendum, quòd ea quæ dicta
ſunt ab illo loco, Suſcitaui ab aquilone &c. quidam exponunt de Cyro rege Perſarum, eiusq; popu-
lo, venientibus contra Hieruſalem. Quod autem de idolis ſubditur, exponunt vel de dijs Babyloni-
orum, vel de idolis quæ tunc colebant Iudæi: quæ nec Babylonios neq; Iudæos potuerunt ſaluare
prænunciando vel adiuuando. Has expoſitiones breuitati ſtudens omitto.

¶ *Elucidatio capituli 42. videlicet: Eccè ſeruus meus, ſuſcipiam eum.* *Articulus* 70.

NOn eſt neceſſè immorari hoc loco, de quo p̄ſens intelligať ſcriptura, cùm beatiſſimus euāge-
liſta atq; apoſtolꝰ Chri Matthæus, dicat iſta de Chro p̄dicta, verbis tn̄ aliquātulis variatis: quia Rom. 7.
vt ſæpiùs dixi, Chrs & euangeliſtæ atq; apoſtoli interdùm magìs allegant ſenſum, q̃ verba ſcripturæ. Matth. 12.
Vndè Matthæus ità allegat ſcripturam hanc: Secuti ſunt multi Ieſum, & curauit eos oēs, & p̄cepit eis
nè manifeſtum eum facerent, vt adimpleret quod dictum eſt p Iſaiam ꝓphetam, dicentē: Eccè puer
meus quem elegi, electus meus in quo benè cōplacuit animæ meę. Hęc dico, vt meliùs intelligamus
hunc paſſum. Loquens ergò pater de filio incarnato, ſic orſus eſt: [Eccè ſeruus meus] quātùm ad na-
turam aſſumptā. ſic em̄ pater maior eſt filio, de quo ad Phil. 2. dicit Apoſtolꝰ: Exinaniuit ſemetipſum,
formā ſerui accipiens. Vndè ad Ezec. 34. Deus ait de Chro: Ego Dn̄s ero eis in Deum, & ſeruus meus
Dauid erit princeps eorum. Et Zach. 3. Eccè ego adducā ſeruum meum orientem, i. Chrm. [ſuſcipiā
eum.] i. oīa opera eius & preces accepta habebo. Propter quod Chrs ait: Ego ſciebam qm̄ ſemp me Ioan. 11.
audis. Vel ſuſcipiā eum, i. naturam eius humanam diuinæ naturæ copulabo. Nam q̃uìs ſolùm perſo-
na verbi naturam humanam aſſumpſerit, tota tn̄ ſuperbeatiſſima Trinitas huius aſſumptionis cauſa
fuit, qm̄ indiuiſa ſunt opera eius. [electus meus:] immò magìs electus atq; dilectus, etiā quo ad na-
turā aſſumptā, q̃ tota vniuerſitas electorū ſeu machina mundi. Vndè Cant. 2. ſcriptum de Chro eſt:
Dilectus meus cādidus & rubicundus, electus ex millibꝰ. [complacuit ſibi in illo aīa mea.] i. in Chro
delectatus ſum ſicut in filio meo chariſſimo, & ipſe in oībus ſummè cōplacuit mihi. Vndè Chro ba- Matt. 3. & 17.
ptizato vox de cælo facta eſt: Tu es filiꝰ meus dilectus, in quo benè cōplacuit mihi. Et ſimilis vox fa- Luc. 9.
cta eſt Chro transfigurato corā diſcipulis, qn̄ Helias & Moſes cum eo apparuerunt, & dicebant ex-
ceſſum eius quem cōpleturus erat in Hieruſalem. Deniq; non ità intelligēda ſunt hæc, quaſi in Deo
ſecundùm ꝓpriam naturam ſit aīa. Loquiť em̄ ſcriptura de Deo affectu & more humano, vt deſigne-
tur intima charitas patris ad filium, ſicut & nos de eo quem affectuoſè cordialiterq; amamus, dicimꝰ:
Aīa mea te diligit. [Dedi ſpiritum meum ſuper eum.] Chrs em̄ à principio ſuæ conceptionis in vir-
gine, plenus erat ſpūſancto cum incōparabili perfectiōe. Propter quod Luc. 4. legitur: Ieſus plenus
ſpūſancto, regreſſus eſt à Iordane. Et Ioannes Baptiſta ait de Chro: Non ad menſurā dat Deꝰ ſpiritū. Ioan. 3.
Gratia equidem aīæ Chri, quodammodò infinita erat: quia tota capacitas rationalis creaturæ in ea,
impleta fuit grā Dei. [iudicium] i. diſcretionē inter bonum & malum, inter verum & falſum. [genti-
bus ꝓferet] p ſeipſum & ſuos diſcipulos in primo aduentu. In ſecundo aūt aduentu ꝓferet iudiciū
remunerationis, dicens: Venite benedicti patris mei. &, Ite maledicti in ignē æternum. [Non clama- Matth. 25.
bit.] Ad Heb. 5. dicit Apoſtolus ꝙ Chrs cum clamore valido & lachrymis preces fudit. Et Luc. 13. in-
duciť: Ieſus hæc dicens, clamauit: Qui habet aures audiendi, audiat. Simile ſcriptum eſt Ioan. 7. Quō
ergò nunc diciť, Non clamabit? niſi intelligať de paſſionato, cōtentioſo, irrationabiliq; clamore, de
quo Ephe. 4. monet Apoſtolus: Oīs amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis. Vndè Matt. 12.
Matthæus dicit: Nō contendet. Clamor igiť Chri, ex ardentiſſima charitate Dei & proximi emana-
uit. [neq; accipiet pſonam] hoīs. Hoc & Iudæi ꝓfeſſi ſunt: Magiſter, ſcimus qa verax es, &c. & nō eſt Matt. 22.
tibi cura de aliquo. Non em̄ reſpicis perſonā hoīs. quod vtiq; euidēter eluceſcit ex hoc, ꝙ principes
ſacerdotum, ſcribas & phariſæos, tam fidutialiter increpauit. Sed & Petrus: In veritate, inquit, com- Act. 10.
peri, qm̄ non eſt perſonarum acceptor Deus. [neq; audieť foris vox eius.] Hoc doctores cōmuniter
exponunt, ꝙ Chrs non p̄dicauit extra Iudæam vel Galilæam, vel vt alij addunt, extra Samariam, di-
centes, Samaritanos partìm fuiſſe Iudæos. ſed videť obuiare quod in Euangelio diciť, Venit Ieſus in
partes Cæſareæ Philippi, & in partes Tyri & Sidonis, vbì & p̄dicauit. Hoc tn̄ ſolui poteſt, cùm ipſe-
met Chrs teſtatus ſit Mat. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt, domûs Iſrael. Vndè quod Matt. 16.
alijs p̄dicauit, tam modicum erat & rarò, vt non computetur. Veruntn̄ Euangeliſta Matthæus hoc
quod dictum eſt, Nec audietur foris vox eius, ità allegat, Neq; audiet aliquis in plateis vocem eius.
ſed & hoc videť pati inſtātiam, cùm alibì Chriſtus dicat: Ego palàm locutus ſum mundo, & in occul- Ioan. 18.
to locutus ſum nihil. Porrò Ioannis 12. patet, ꝙ Ieſus à Bethania Hieroſolymam veniens, in via ſeu
platea media locutus ſit multa tam turbis quàm diſcipulis. Per hoc quòd dicitur, Non audietur fo-

 ris

rìs vox eius:vel,Nõ audiet quiſquã in plateis vocẽ eius,aliud nihil deſignari opinor: niſi ꝙ ipſe Sal-
Matt.6. uator docet diſcipulos ſuos,dicẽdo:Videte nè faciatis iuſtitiã veſtrã corã hoïbus,vt videamini ab il-
lis.Eſt igiĩ ſenſus ꝙ Chr̃s ꝓpter vanã oſtenſionẽ & gloriã nihil locutus ſit,ſecundùm quod ait: Ego
Ioan. 8. nõ q̃ro gloriã meã.[Calamũ,quaſſatũ nõ cõteret,] i. populũ gentilẽ varijs vitijs atq; erroribꝰ attritũ
ac laceratum,penitùs nõ derelinquet aut perdet, ſed ad pœnitentiã aduocabit & ad miſericordiã, &
Ioan.10. miſericorditer reparabit.de illis em̃ ait:Alias oues habeo q̃ non ſunt ex hoc ouili,& illas oportet me
adducere.[& linũ fumigãs] i.populum Iudęorum parùm de lumine habentem,& ſpũali cęcitati iam
proximum.[nõ extinguet.] i.nõ om̃i lumine mentis priuari ꝑmittet, ſed quoſdã ex ijs illuminabit.
Luc.19. Ideò em̃ in euãgelio Mat.9.loquiĩ:Nõ vẽni vocare iuſtos,ſed peccatores.Item:Venit filius hoĩs q̃re-
re & ſaluum facere quod periẽrat.[In veritate educet iudiciũ:]i.de om̃i negocio iuſtum iudiciũ fa-
ciet.hoc etiã p̃cipit nobis Ioan.7.Nolite,inquiens,ſecundùm faciẽ iudicare,ſed iuſtum iudicium iu-
dicate.Quõ aũt Chr̃s in primo ſuo aduentu fecit iudiciũ diſcretionis, nõ remuneratiõis, pleniſſimè
2.Cor.7. dictum eſt ſuprà,vbì de iſto iudicio regis nr̃i plura inducta ſunt. [Nõ erit triſtis.] Hoc de inordina-
ta,ſeculari,& vitioſa triſtitia verum eſt,q̃ ſecundùm Apoſtolum mortẽ operaĩ,de qua Pro.12.ſcriptũ
eſt:Nõ contriſtabit iuſtũ quicq̃d ei acciderit.& Eccĩ.30.Triſtitiã non des aĩæ tuę:multos em̃ occídit
Matth. 26. triſtitia,& nõ eſt vtilitas in ea.Erat tñ in Chr̃o duplex triſtitia. Vna,q̃ eſt paſſio naturalis, de qua ait:
Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ.Et alia q̃ eſt actus virtutis,videlicet dolor de malo culpæ alienę,de
qua ſcriptũ eſt Mar.3.Cõtriſtatus eſt Ieſus ſup cæcitate cordis eorum. de qua triſtitia Salomon aſſe-
Eccẽs 7. rit:Cor ſapientũ vbì triſtitia.[neq; turbulentus] turbulentia rationem impediente. erat tñ in Chr̃o
Ioan.13. turbatio ſpontè aſſumpta,i.vehemens q̃dam affectio,de qua Ioan.11.legiĩ:Ieſus vt vidit Mariam plo-
rantẽ,infremuit ſpiritu,& turbauit ſeipſum.Similiter in cœna poſtq̃ dixit, Vnus veſtrûm me tradet,
Ioan.12. turbauit ſeipſum.[donec ponat in terra] i.in hoïbus [iudicium] diſcretionis,de quo ait:Nunc iudi-
cium eſt mundi.vel iudicium diſtrictionis & remunerationis,quod fiet in die extremo. Hæc dictio
donec,nõ denotat,ꝙ iſto iudicio in terra poſito,erit triſtis aut turbulentus,ſed ꝙ eo peracto,nunq̃
triſtabiĩ neq; turbabiĩ.[& legem eius] videlicet euangelicam,non Moſaicam.[inſulę expectabunt.]
Hoc impletum videmus in inſulis multis,q̃ euangelio crediderunt.[Hęc dicit Dñs Deus,creans cæ-
los & extendens eos,firmans terram,]i.ſtabiliter eam in medio mundi conſeruãs ſeu locans,de quo
Apoc.14.diciĩ:Adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum.[& q̃ germinant ex
ea.] i.terrænaſcentia.Semèl quippe dixit Deus:Producat terra herbã virentem & lignum pomife-
Gen.1. rum:& eccè vſq; in p̃ſens terra Deo obedit,qm̃ ipſe firmauit germina eius, cõſeruando rationes ſe-
minales in terra.[dans flatum] i.reſpirationem ſeu aĩam.[populo qui eſt ſup eam,] ſicut & Adæ de-
dit,de quo legiĩ Gen.2.Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.[& ſpiritum] rationalem atq; vita-
lem [calcantibꝰ eam.] putà hoïbus in terra morantibꝰ, vndè in Pſal.32. habeĩ: Qui finxit ſingulatim
Zach.12. corda eorũ.& in Zacharia:Dixit Dñs extendẽs cælum,& fundãs terrã,& fingens ſpiritum hoĩs in eo.
per quod dãnantur dicentes aĩam hoĩs eſſe ex traduce,vel eductam de potentia materię,vel qui oẽs
aĩas rationales aſſerunt ſimul creatas.[Ego Dñs]i.Deus pater vel Trinitas.[vocaui te]ſeruum meum,
videlicet Chr̃m,de quo in principio capituli diciĩ:Eccè ſeruus meus,ſuſcipiam eum.[in iuſtitia] i.in
adimpletione ꝓmiſſorum meorum vocãs te,& mundum ſaluans ꝑ te,ſicut ꝑ prophetas ꝓmiſi.vel in
iuſtitia,i.in iuſta ſatisfactione & obedientia,qua ꝑ viam iuſtitiæ mundũ ſaluâſti.[& appræhendi ma-
Ioan. 8. num tuã,] i.tecum in oĩbus fui,teq; direxi ac duxi.Hoc eſt quod ait Saluator: Non reliquit me pater
ſolũ.[& ſeruaui te,] i.in bono immobiliter cõfirmaui te,ità ꝙ cadere in culpã non potuiſti,nec à di-
uinitate ſeparari.[& dedi te in fœdus populi,]i.pacificatorẽ,cõfœderatorem,ſeu mediatorẽ te poſui
inter Deũ & hoĩes.Propter quod ad Rom.5.induciĩ:Reconciliati ſumus Deo ꝑ mortẽ filij eius. Et
1.Ioan.2. Ioan.ait:Aduocatũ habemꝰ apud patrẽ,Ieſum Chr̃m iuſtũ:& ipſe eſt ꝓpiciatio pro peccatis noſtris.
Dedi te quoq; [in lucẽ gentiũ,] i.earum luminatorẽ te feci.[vt aperires oculos cæcorũ,]i.corda gẽ-
Ioan.8. tiliũ illuſtrares.ideò Chr̃s ait:Ego ſum lux mundi.[& educeres de cõcluſione vinctũ,] i.peccatores
de captiuitate diaboli & vinculis culpæ abſolueres.De hac em̃ cõcluſione Pro.5. ſcriptum eſt:Iniq-
tates ſuæ capiẽt impium,& funibꝰ peccatorum ſuorũ conſtringeĩ.Educeres quoq; [de domo carce-
Zach.9. ris ſedentes in tenebris.]i.patres ſanctos de limbo inferni erueres,quẽadmodùm à Zacharia p̃dictũ
eſt:Tu quoq; in ſanguine teſtamẽti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu,in quo nõ eſt aqua. [Ego Dñs,]
ꝓpria poteſtate oĩbus dñans [hoc eſt nomẽ meũ.]qm̃ Deo ꝓpriũ eſt vniuerſaliter & ꝓpria authori-
tate p̃eſſe. Vñ ꝑ cõparationẽ ad ipſum,cęteri oẽs ſunt ſerui ac ſubditi.Ideò etiã philoſophꝰ ait:Plura-
litas principũ mala,vnꝰ igiĩ princeps.Hinc Amos 4.habeĩ:Dñs exercituũ,nomẽ eiꝰ.[Gloriã meã al-
teri nõ dabo:]i.excellentiã meã ſeu ęqualitatẽ maieſtatis meæ vel cultũ latrię,nulli cõmunicabo.Si
hoc eſt verbũ S.Trinitatis,tũc difficultatẽ nõ habet:ſi verò eſt verbum patris,nõ excluduĩ filius &
Ioan.17. ſpũſſ.ſicut nec in illo ſermone in quo diciĩ:Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcãt te ſolum verũ Deũ. &,
1.Cor.2. Nemo nouit q̃ Dei ſunt niſi ſpũs eiꝰ.[& laudem meã ſculptilibus.] i.nec hoc ꝑmittã tanq̃ licitum,vt
idola

idola dij voceĩ,& p̃conio mihi debito cõmendeĩ.[Quæ prima fuerunt,eccè venerunt.] i. q̃ olim
p̃dixi,q̃ per ꝓphetas & Moſen repromiſi,cõpleta ſunt.[noua quoq; ego annũcio,] i.myſteria Chr̃i,
euangelicã legẽ, ſacramẽta olim abſcõdita.[anteq̃ orianĩ, audita vobis faciã.]i. priuſq̃ eueniãt ea p̃-
dicta ꝑ ꝓphetas.multaq; Deꝰ in nouo teſtamẽto p̃dixit de futuro ſtatu Eccleſiæ, ſicut in Apoc.pate-
ſcit.Cõſequenter ꝓpheta hortaĩ fideles,p̃ſertim primitiuã Eccleſiã, quatenùs ꝓ tãtis beneficijs gr̃as
agat,laudeſq; offerat Dño Saluatori,ſeu toti ſupergloriosiſſimę Trinitati. [Cantate Dño canticũ no-
uum,]i.euangelicã laudẽ,immò ꝑ noui teſtamẽti ſcripturas Deũ laudate ſemp cum noua deuotiõe,
cum recẽti feruore,cum ſpũali ac myſtico ſenſu.[laus eiꝰ ab extremis terræ,]i.ab oĩbus finibꝰ mun-
di laus diuina reſultet,& vbiq; audiaĩ laus Chr̃i: nec tãtùm in Iudęa ſit notus, & in Iſrael magnũ no- Pſal.75. 112.& 71.
mẽ eius:ſed à ſolis ortu vſq; ad occaſum glorificeĩ nomen Dñi,ſicut in Pſalmo dictum eſt: Et bene-
diceĩ in ipſo oẽs tribꝰ terrę,oẽs gentes magnificabunt eum.Hoc & angelꝰ intimauit paſtoribꝰ: An- Lucæ 2.
nuncio vobis gaudium magnum quod erit om̃i populo,q̃a natus eſt vobis hodiè Saluator.Hinc per Mal.1.
Malachiã Dñs ait:Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum.magnũ eſt nomẽ meum in gentibus, & in om̃i loco
offeĩ nomini meo oblatio munda.& ꝑ Sophoniã:Tunc reddã populis labium electum,vt inuocent Soph.3.
oẽs nomẽ Dñi,& ſeruiãt ei humero vno.[Qui deſcẽditis in mare,]i.ô vos apôſtoli Chr̃i,q̃ piſcatores
fuiſtis,& cęteri oẽs qui vel in naues maris intrâſtis,vt nauigaretis ad terras longinquas,gr̃a p̃dicandi
euangelium Chr̃i,vel in mare ſeculi huius,i.ꝑ totum mundum tẽpeſtatibꝰ ꝑcuſſionibuſq; repletum
miſſi eſtis ad p̃dicandum ab eo q̃ ait: Euntes in mundũ vniuerſum,p̃dicate euãgelium om̃i creaturę. Mar.16.
Vel oẽs habitãtes in hoc mari magno.[& plenitudo eiꝰ,] i.operãtes,nauigãtes,ſeu demorãtes in ma-
ri.[inſulæ & habitatores earũ]ad fidẽ cõuerſi,cãtate Dño canticũ nouũ,vt dictum eſt.[Subleueĩ de-
ſertum,]i.gentilitas ad laudẽ p̃dictã exurgat,vel leuet deſertũ,i.vocẽ ſuam exaltet ad cõfeſſionẽ lau-
dis diuinæ.[& ciuitates eius]i.habitantęs in vrbibus vel Eccleſijs populi olim gentilis, ſubleueĩ &
leuent hoc modo.In verbis his frequẽter idẽ ſub alijs verbis exprimiĩ,& vnum ꝑ aliud exponiĩ. [in
domibus habitabit]populus Chr̃ianus,q̃ erat deſertum anteq̃ conuerteretĩ ad Chr̃m, [Cedar] i. re-
gionis ſic dictæ,q̃ eſt trans Arabiã Sarracenorum,& olim inhabitabilis fuit. Interdùm em̃ Cedar eſt
ꝓprium nomen.vel q̃a Cedar interpretaĩ tenebrę,ſenſus eſt ꝙ qui olim in tenebris ignorantię ver-
ſabanĩ,in domibus,i.in Chr̃i Eccleſijs habitabunt illuſtrati lumine claritatis diuinæ.vel Cedar,i. po-
pulus gentilis,vagus & errabundus more Iſmaelitarũ in tabernaculis,q̃ feruĩ de loco ad locum,ha-
bitãtium,in domibꝰ Chr̃i morabiĩ.Per Cedar em̃ filium Iſmaëlis,intelligi poteſt populus Iſmaëlita-
rum ſiue gentilium.[laudate] eum [habitatores Petræ.] Secundùm Hieronymũ, Petra eſt vrbs Pa-
læſtinæ.ſicq; ꝑ verba hæc deſignaĩ cõuerſio Palæſtinorum ad Chr̃m.maximè em̃ viguit Chr̃iana re-
ligio in Palæſtina ſeu terra Philiſtinorum.Alij ꝑ Petram intelligunt terrã Moab, vndè ſuperiùs di- Iſaiæ 16.
ctum eſt:Emitte agnum Dñe dñatorem terræ de Petra deſerti,&c.Quidã ꝑ habitatores petræ,intel-
ligunt mortuos in lapideis monumentis ſepultos,qui ad laudẽ Chr̃i inuitanĩ: quia ꝑ eum reſuſcita-
bunĩ,& iã multi in noĩe eius ſunt reſuſcitati. Vndè intelligi poſſet de ſanctis, q̃ ſimul cum Chr̃o re-
ſurrexerunt, vt dicit Matthęus.Moraliter petra eſt Chr̃s.oẽs ergò habitatores petræ,i.qui per fidem Matth.27.
ac dilectionem habitatis in Chr̃o,laudate eum[de vertice montium]i.de ſummitatibꝰ Eccleſiarum,
de eminentia virtutũ,de manifeſtis ac publicis locis. [clamabunt] fideles euangelium prædicando
Dñmq; laudando.[Ponent Dño gloriã,]i.Chr̃i gloriam p̃dicabunt diſcipuli,eumq; verbis & actibus
glorificabunt.[& laudem eius in inſulis nunciabunt.] p̃dicando euangelium Chr̃i habitatoribꝰ in-
ſularum.[Dñs ſicut fortis egredieĩ.] Quãuìs locus iſte vſq; ad id,& ponã flumina in inſulas, conue-
nienter exponi poſſet de ſecundo Chr̃i aduentu, qñ in forma glorioſa cum poteſtate magna ven-
turus eſt damnare oẽs peruerſos:tñ ſicut ex conſequentibus patet,ad literam loquitur pro tempore
primi aduentûs Chr̃i, videlicet de punitione qua puniuit infideles Iudæos per exercitum Romano-
rum.ait em̃:Dñs Chriſtus ſicut fortis,immò ſicut verè oĩpotens, egredietur de actu miſericordiæ ad
rigorem iuſtitiæ & opus vindictæ.Vel egredieĩ ante Romanos,dando eis poteſtatem atq; ducatum Exo. 15.
pugniendi contra Iudæam.[ſicut vir p̃liator] vndè & Moſes:Dñs,inq̃t, quaſi vir pugnator.[ſuſcita-
bit zelũ]i.zelũ ſuæ æquitatis cõtra incredulos ꝑ diſtrictã vltionẽ oſtendet. Vel ſuſcitabit zelum, i.
voluntatẽ & ſpiritum veniendi cõtra Iudęos inſpirabit Romanis.[Vociferabitur & clamabit,]i.Ro-
manos ad vociferandum & clamandũ cõtra Iudæos inducet,& [ſuper inimicos ſuos confortabiĩ.]i.
obſtinatos Iudæos deijciet,ſicut inferiùs ait:Calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea. Iſaiæ 63.
[Tacui]in primo aduentu, dum mihi diuerſa ſcelera obijciebanĩ, & coram Pilato atq; ſedentibus Ioan.18.
tanq̃ ouis obmutui.[ſemp ſilui,] non reddendo malũ ꝓ malo,& à vindicta quieſcendo. [patiẽs fui]
differendo poſt paſſionẽ meã ꝑ annos 40.debitã pœnã aduerſariorum meorũ, lõganimiter p̃ſtolãs
emendationẽ ipſorũ,& in paſſione patientiſſimus fui. Vndè Petrus in prima ſua epiſtola: Cùm ma- 1.Pet.2.
lediceretĩ, non maledicebat:cùm patereĩ,non cõminabatur.[ſicut parturiens loquar,]i.tormenta q̃
concepi aduerſùs vos,cum tanto clamore & impetu Romanorum effundam ſuper vos, ſicut partu-
riens

riens infantẽ ſuum ꝓducit in lucẽ cum vlulatu ac ſtrepitu.[Diſſipabo]cõſilia veſtra & machinas.[&
abſorbebo ſimul.]i.totã gentem veſtrã & locum manib⁹ Romanorum ſubijciã.[deſertos faciã mõ-
*gramen tes]i.ſacerdotes [& colles]i.ſcribas ac phariſæos.[& om͂e *germẽ eorũ exiccabo.]i.vulgus eis ſub-
iectum atq; ab eis inſtructum,ſeu ſpiritaliter aut corporaliter natum,euellã & deſtruã.Quõ aũt hæc
de finali iudicio intelligi poſſint,clarum videt̃:tunc quippe Chr̃s egrediet̃ de cælo empyreo, & im-
pios terribiliter increpabit,eosq́; in infernũ retrudet. Iam em̃ durãte hac vita, tacet,ſilet & ſuſtinet:
Ioel.3. in die verò iudicij ſicut paturiẽs loquet̃,iuxta illud in Ioële & Amos:Dñs de Sion rugiet,& abſorbe-
Amos 1. bit iniuſtos,quos dijudicatos faciet abſorberi à terra,oẽsq́; ſuperbos & eorum fautores,qui ꝑ mon-
tes & colles ſignant̃,cunctis priuabit ſolatijs.Conſequenter dñs ait: [Et ponam flumina in inſulas,]
i.cùm populum Iudæorum ità ſiccauero atq; deſtruxero, currere faciã fluenta doctrinæ & flumina
gr̃æ per inſulas nationum,ſiue eccleſias gentium.[& ſtagna arefaciã.]i. plebẽ Iudaicam, q̃ ſe in lege
prudentem p̃ſumpſit, & gratijs adornatã iactauit, ſterilẽ reddam, vt ſcripturarum ſcientia abundet
in gentib⁹,atq; in Iudæis cæcitas dñetur.Spũaliter verò ponit De⁹ flumina in inſulas,dum aĩas affli-
ctas ac triſtes gratijs implet,illuſtrat,lætificat:ſtagna verò arefacit, dum ſapiẽtes in ꝓprijs oculis ac
diuitijs abundãtes relinqt.[Et ducã cæcos]i.gentiles ſpũali viſu ac fide carentes.[in viam quã neſci-
unt,]i.in legẽ Chr̃i.[& in ſemitis quas ignorant,]i.in diuinis p̃ceptis atq; cõſilijs. [ambulare eos fa-
ciam.Ponã tenebras corã eis in lucem,]i.loco tenebrarum culpæ & ignorãtiæ dabo eis lucem veræ
notitiæ.[& praua in recta.]i. peccata eorum delebo,& rectitudinẽ vitæ p̃ſtabo. non em̃ tenebræ &
praua conuertunt̃,ſiue ponunt̃ in lucẽ & in directa,niſi ſecundùm hunc ſenſum, videlicet ꝑ ſucceſſi-
onẽ vnius poſt aliud.[Hæc verba feci eis,]i. iſta beneficia contuli populo huic. [& nõ dereliq eos,]
ſed clementer vocaui ad gr̃am.[Conuerſi ſunt retrorſum]i.à Deo auerſi ſunt ꝑ ingratitudinẽ & in-
fidelitatẽ.Hoc quidã referunt ad populum Iudæorum,quidã ad gentiles nõ credentes,de quib⁹ ſub-
iungit̃:[Confundant̃ cõfuſione]i.vehementer confundant̃,vel in p̃ſenti ad pœnitentiã, vel in fu-
Eccl 4. turo ꝑ condemnationẽ. Eſt em̃ confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam &
gr̃am.[qui confidunt in ſculptili]nõ vero Deo,[qui dicunt conflatili,]i.idolis ꝑ conflationẽ forma-
tis.ponit em̃ ſingulare ꝓ plurali.[vos dij noſtri.Surdi]i.aure cordis carentes,nõ audientes verbum
Dei.[audite] q̃ dicã,[& cæci] interiùs,[intuemini]i.cõſiderate [ad videndum.]i.ad intelligendum
dicenda.Demùm nè dubium oriat̃,quẽ populum appellet iã ſurdum ac cæcum,adiecit:[Quis cæcus
niſi ſeruus me⁹?]i.niſi populus Iudæorum,quẽ meo cultui deputaui,& ſeruus meus eſt noĩe,non re.
Matt.8. ſic nanq; & Chr̃s in euãgelio eos noĩat filios regni.[Et] quis[ſurdus, niſi ad quẽ nũcios meos miſi?]
i.niſi populus Iudæorum,ad quos deſtinaui ꝓphetas.Non em̃ ad gẽtiles mittebant̃ ꝓphetæ.Ex quo
liquet falſa Iudæorum opinio,q iſta de populo nationũ exponunt.[Quis cæcus niſi qui venundatus
eſt] peccatis ſuis? i.niſi populus Iudæorum,qui exigentib⁹ culpis ſuis traditus eſt Romanis, qui etiã
legunt̃ 30.Iudæos ꝓ vno vendidiſſe denario.[Et quis cæcus,niſi ſeruus dñi?] populus iſte Iudaicus,
Ioan.8. qui etiã auſus eſt dicere, Vnum patrẽ habemus Deum. [Qui vides multa,]i.videre te iactas & ſacras
ſcripturas ꝓphetarum intelligere te p̃ſumis, [nonnè cuſtodies] q̃ tibi p̃cepta ſunt & q̃ legiſti? [Qui
apertas habes aures] corporis,[nõnè audies]aure cordis?q.d.meritò cuſtodires & audires,& tñ nec
legẽ ſeruâſti,nec verba Chr̃i audiſti.vndè ſuperiùs dictum eſt:Auditu audietis,& nõ intelligetis.In-
Iſaiæ 6. craſſatũ eſt em̃ cor populi huius,& aurib⁹ grauiter audierũt.[Et dñs] Chr̃s [voluit,vt] ipſemet[ſan-
ctificaret] vel De⁹ pater ſeu Trinitas ſancta voluit ſaltẽ voluntate antecedẽte,qua vult oẽs hoĩes ſal-
uari,non cõſequenti q̃ ſemper implet̃,vt Chr̃s ſanctificaret [eum,]i.populum Iudæorũ,ad quẽ ſin-
Matt.23. gulariter miſſus fuit & ait:Hieruſalẽ Hieruſalẽ,quotiès volui cõgregare filios tuos?[& magnificaret
Matt.5. legẽ]Moſaicã. propter quod dicit:Nõ véni legẽ ſoluere,ſed adimplere.Et Apoſtol⁹:Miſit Deus fi-
Gal.4. lium ſuum factum ſub lege.[& extolleret]i.legẽ ꝑficeret,addendo p̃ceptis moralib⁹ legem,legi euã-
gelica conſilia.[Ipſe aũt populus direptus & vaſtatus.]i.qm̃ populus Iudæorum à Chr̃o ſanctificari
cõtempſit,idcircò ab aduerſarijs ſuis ſpoliatus eſt & occiſus.[Laqueus iuuenũ oẽs,]i. à militib⁹ Ro-
manorum iuuenib⁹ illaqueati & capti ſunt vniuerſi.vel vocant̃ laqueus iuuenũ, qñ phariſæi & ſcri-
bæ ſimplices auerterunt à Chr̃o,ſuisq́; laqueis ſeu fraudulẽtijs deceperunt q̃ plurimos. ꝓpter quod
Matt.23. Chr̃s ad eos:Vos,inquit,nõ intratis,nec introeũtes intrare ꝑmittitis.[& in domib⁹]i. latibulis [car-
cerum abſconditi ſunt] timore Romanorũ qui eos obſederãt.[facti ſunt in rapinã, nec eſt q eruat:]
i.ab hoſtibus ſuis prædati ſunt,nec fuit qui adiuuaret.facti ſunt[in direptionem,]i. à Romanis di-
repti.[nec eſt qui dicat] populo Romanorum, [redde] Iudæis q̃ rapuiſti. ꝑ quod ſignificat̃ iſta eorũ
Dan.9. finalis captiuitas,de qua Daniel faſſus eſt,ꝙ vſq; in finẽ perſeuerabit deſolatio.[Quis eſt in vobis]ô
Iudæi [qui audiat hoc,] quod de veſtra direptione p̃dico,[& attendat & auſcultet futura?]videlicet
vaſtitatem ac depopulationem hanc vltimam? q.d. pauci in vobis ſunt qui hæc aduerterunt.nam &
Luc.19. Chriſtus eis hoc ipſum p̃dixit,ſed non attẽderunt.[Quis dedit in direptionem Iacob?]i.quis tradi-
*peccaui- dit populum Iudæorum Romanis eos diripientibus?[&] quis dedit [Iſrael]i.eundem populum[va-
mus ſtantibus] ipſum Romanis?Et reſpondet:[Nonnè dñs ipſe] Chriſtus,[cui*peccauerunt?]i.quẽ ne-

gauerunt & occiderunt,ſeu Deus pater, cuius dilectum filium crucifixerunt. [Et noluerunt in vijs
eius]i.in Chriſti præceptis ac documentis.[ambulare.] ſed dixerunt, Dæmonium habet & inſanit, Ioan.10.
quid eum auditis?[& non audiẽrunt legẽ eius.] quin potiùs dixerunt,Seducit turbã.&,Non eſt hic Ioan.7.
homo à Deo.[Et effudit] ob hanc cauſam dñs [ſuper eum] videlicet obſtinatum populum Iudæo- Ioan.9.
rum [indignationem furoris ſui]i.grauiſſimam atq; perpetuam vltionem ſeu captiuitatem [& forte
bellum.]i.validam impugnationem Romanorum.[Et combuſſit eum in circuitu]i.per manũ Ro-
manorũ incendit vrbes & tẽplum populi huius.[& nõ cognouit] populus Iudæorũ quarè hæc pate-
ret̃.[& ſuccendit eum] Deus ꝑ Romanos,[& non intellexit,] ꝙ propter peccata in Chr̃m cõmiſſa,
tantis afficeret̃ tormẽtis.Certum eſt aũt,hoc non poſſe intelligi de captiuitate Babylonica. tunc em̃
Iudæi ex verbis ꝓphetarum tandèm cognouerunt cauſas ſuæ captiuitatis: vndè & pœnituerunt, &
poſt 70.annos reducti ſunt in propriã terrã:nunc verò non ſciunt,nec ſcire aut credere volunt, cur
iſta ſuſtineant.Idcircò nec pœnitent,nec veniam promerentur: ſi nanq; cauſam ſuæ miſeriæ ſcirẽt
& pœniterent,citiùs ſaluarẽtur.Nunc verò penè ꝑ mille & quadringentos annos in hac captiuitate
detenti ſunt,nec interìm idola coluerunt.Ex hoc conſtat,non poſſe eos rationabilẽ ſufficientemq́;
cauſam aſſignare tantæ afflictionis,niſi peccatum grauiſſimum,omnibus præteritis peccatis incom-
parabiliter grauius,quod vtiq; eſt occiſio Chriſti.

¶ *De moralitate.*

¶ Inſupèr de p̃ſentis capituli moralitate multa pulcherrima poſſent induci, quẽadmodùm mini-
ſtri Chr̃i,& maximè eius vicarij, aliorum p̃lati,Chr̃i virtutes aſſequi debent, iuxta illud:Qui ſe dicit
in Chr̃o manere,debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare. Vndè ipſe loquit̃:Exemplum dedi vo- 1. Ioan.2.
bis,vt quẽadmodùm ego feci,ità &vos faciatis.Idcircò principium huius capituli de viris perfectis, Ioan.13.
p̃ſertim de veris paſtorib⁹ exponi poteſt.de horũ equidẽ ſingulis dñs ait: Eccè ſeruus meus, ſuſcipiã
eum,nunc per gr̃arum multiplicationẽ & precum ſuarũ exauditionẽ.complacuit ſibi in illo aĩa mea.
quia beneplacitum eſt dño in populo ſuo & deliciæ eius eſſe cum talib⁹. Dedi ſpiritum meum ſuper
eum,quemadmodùm ſcriptum eſt:Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ ſpiritumſanctum, Rom.5.
qui datus eſt nobis.Itemq́;:Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra,clamantem Abba pater. Iu- Gal.4.
dicium,i.diſcretionem inter bonum & malum,inter verum &falſum,iuſtam quoq; ſententiam gen-
tibus,i.proximis ſuis ſeu gregi ſibi cõmiſſo proferet.Non clamabit irrationabiliter,ſed modeſtè lo-
quetur,non ex impetu paſſionis.neq; accipiet perſonam,ſed oĩbus iuſtum iudicem ſe præbebit.non
audiet̃ forìs vox eius,i.inter ſeculares,ſecundùm quod tales, nõ erit libenter, nec cum extraneis lo-
quacitati vacabit: ſed intùs in tabernaculo dñi cum ſuis morabitur.Calamum quaſſatum,i. ſubditũ
ſuum,ſeu proximum in vitia lapſum,ſpiritaliter læſum,infirmum,defectuoſum.non penitùs conte-
ret,i.non contriſtabit,non opprimet,ſed paternaliter inſtruet, eumq́; charitatiuè conſolari ac repa-
rare ſtudebit.& lignum fumigans nõ extinguet,i.eum qui iam gratiam penè perdidiſſe videtur, nõ
deſeret,ſed ad ſpiritualem gratiæ claritatem reducere enitetur.Hinc enim ait Apoſtolus ad Ro.16.
Debemus autem nos firmiores,imbecillitates infirmorũ ſuſtinere,& nõ nobis placere.Alibì quoq;:
Fratres,& ſi aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis,inſtruite huiuſmo- Gal.6.
di in ſpiritu lenitatis.Hinc 1.ad Theſ.5.hortatur:Corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſ-
cipite infirmos, patientes eſtote ad oẽs.Non erit triſtis neq; turbulentus.ſeruum enim Dei, ſecun-
dùm Apoſtolum,non oportet litigare,ſed docibilem eſſe, patientem, & cum modeſtia corripientẽ. 2. Ti. 2.
Eccè his verbis monſtrat̃,qualem oportet eſſe Chriſti vicarium, aliorum prælatum atq; doctorem,
cui dñs ait quod ſubditur:Ego dñs vocaui te in iuſtitia,& apprehendi manum tuam,&dedi te in fœ-
dus populi,in lucem gentium,vt aperires oculos cæcorum,& educeres de concluſione vinctum &c.
Quomodò enim hæc applicari valeant homini tam perfecto, ex præinducta expoſitione facilimè
elici poteſt.nam & apoſtolis atq; eorum ſucceſſoribus dñs ait,Vos eſtis lux mundi. Et, Quodcunq; Matth.5.
ligaueritis ſuper terram,erit ligatum & in cælis &c. Porrò quod ſubditur ex perſona Domini, Quis & 18.
cæcus niſi ſeruus meus?& ſurdus,niſi ad quem nuncios meos miſi?de nullo meliùs dici poteſt ſecũ-
dùm ſenſum moralem,niſi de miniſtris Eccleſiæ,de indoctis prælatis,de grege rebelli. His verò qui
ſe literatos eſſe gloriantur & cæteris doctiores,nec tamen Chriſtum humiliter imitantur, ſed car-
naliter viuunt,dñs ait:Qui multa vides,nonnè cuſtodies?qui apertas habes aures,nonnè audies?[Et
certè vbertìm videmus, quòd iſti multo minùs quàm idiotæ ac ſimplices, diuina mandata cuſtodi-
unt,Deiq́; verbum audiunt.Senſum moralem propter breuitatem tranſcurro.

¶ *Elucidatio capituli* 43.*Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob.* *Articulus* 71.

REprobatis in p̃cedenti capitulo carnalib⁹,infidelibusq́; Iudæis, qui ſolo noĩe ſeu carnis origi-
ne erant Iudæi,iuxta illud in Apocalypſi:Dicunt ſe Iudæos eſſe,& nõ ſunt,ſed mentiunt̃: nũc Apoc.2.
ad veros atq; electos Iudæos,p̃ſertim ad primitiuã Eccleſiam,q̃ erat ex Iudæis collecta, ſermo dirigit̃: & 3.
immò de tota Eccleſia intelligi poteſt:qa vt ait Apoſtolus ad Galatas 3. Qui ex fide ſunt, hi ſunt filij
Abrahæ. Et iterùm: Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.ſi autem vos Chriſti, ergò ſemen
Abra-

Abrahæ eſtis.[Et nunc hæc dicit dñs,creãs te Iacob,] i.populũ Iudęorum in Chr̃m credentẽ, fidem
& opera S.Iacobi ſectantẽ.[& formãs te Iſrael,] i.Iſraeliticum populũ,Chr̃m veraciter contemplã-
tem.Poteſt aũt creatio referri ad eſſe naturę,formatio aũt ad eſſe gr̃ę. à Deo em̃ habem⁹ eſſe,& benè
eſſe.[Noli timere]pſecutores tuos Iudęos,ſiue paganos,nec inuiſibiles hoſtes.qui em̃ timet hoĩem,
citò corruet.[qa redemi te]p mortem & ſanguinẽ Chr̃i,vel poteſt eſſe verbum Chr̃i redẽptoris no-
ſtri.[& vocaui tę noĩe meo,] i.noĩe deriuato à noĩe meo,videlicet Chr̃ianum.Vel noĩe meo,vt ſicut
ego appellor filius Dei p naturam,ità & vos vocemini filij Dei adoptiui p gr̃am.[Meus es tu.] i. ſin-
gulariter p̃electus à me.[Cùm tranſiẽris p aquas,] i.p varias tribulationes,de quibus dicĩ in Pſal.68.
Thre.3. Qm̃ intrauerunt aquæ vſq; ad aĩam meam.Et in Threnis:Inundauerunt aquæ ſup caput meum.[te-
cum ero,] adiutorium,patientiã,ſeu liberationẽ tibi p̃ſtando.[& flumina]i.abundantia atq; tumul-
tus pſecutionum.[non operient te.] i.non p̃ualebunt tibi neq; ſubmergent:q̃uis em̃ eleuent flumi-
Pſal.91. na iſta fluctus ſuos,ſintq́; mirabiles elationes maris,tñ mirabilis in altis dñs qui promiſit:Cum ipſo
Pſal 90. ſum in tribulatione,eripiam eum & glorificabo eum.[Cùm ambulaueris in igne,] i.in ardentiſſima
atq; tempeſtuoſiſſima aduerſitate.[non cõburẽris.] i.non cõſumẽris.[& flamma] pœnæ huius [nõ
Pſal.65. ardebit in te.] i.nocumentum nõ inferet.Vndè & ſcriptum eſt: Trãſiuimus p ignem & aquã,& edu-
xiſti nos in refrigerium.Deniq; ſi qs velit hæc de materiali aqua & igne intelligi,tunc vtiq; in multis
diſcipulorum Chr̃i adimpleta ſunt.Plurimi nanq; ſup aquas ſine periculo inceſſerunt, multi quoq;
in medio ignis ardentiſq́; fornacis illæſi manſerunt,ſicut in Chronicis & Legendis ſanctorum co-
pioſiſſimè ſcribiĩ.Hæc aũt ideò tibi euenient,[Quia ego dñs Deus tuus ſanctus Iſrael] i. ſanctifica-
tor Iſraelis, [Saluator tuus.Dedi propiciatiõem tuam Aegyptum, Aethiopiam & Saba pro te.] i.po-
pulo Aegypti ac Aethiopię,vrbiq́; Saba feci te p̃dicare,& ità dedi Aegyptum propiciationem tuam,
i.per tuam p̃dicationem mihi repropiciatam ſeu pacificatam.Aethiopiam quoq; dedi pro te, i. qua-
Pſal.67. tenùs p eius cõuerſionem tu dilateris & glorificeris.Aethiopiam quippe conuertit Euãgeliſta Mat-
thæus.vndè & ſcriptum eſt:Aethiopia p̃ueniet manus eius Deo.In Aegypto aũt p̃dicauerunt Simõ
& Iudas,& Marcus Euangeliſta.Saba verò eſt ciuitas auſtri, vndè erat regina q̃ venit audire ſapien-
3.Reg.10. tiam Salomonis.[Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & glorioſus] tu popule Chr̃iane, p̃ci-
puè congregatio apoſtolorum ac primitiuę Eccleſiæ, [ego dilexi te.] Non eſt hoc intelligendum, ꝙ
aliquod meritum hoĩm,ſit cauſa ꝙ diligunĩ à Deo. Propter quod ſcriptum eſt: In hoc eſt charitas,
1. Ioan. 4. non quaſi nos dilexerimus Deũ:ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos.Item:Nos ergò diligamus Deum, qm̃
ipſe prior dilexit nos.Quõ ergò nunc dicĩ,[ex quo] i. qa [honorabilis] i.honore dignus [factus es]
virtuoſè agendo (honor em̃ virtuti debeĩ,cùm ſit exhibitio reuerentiæ in ſignum virtutis) [in ocu-
lis meis] i.corã me ſeu meo iudicio,[& glorioſus] miracula perpetrando, ſingularemq́; gr̃am ſorti-
endo,[ego dilexi te:] non ꝙ honorabilitas iſta & excellentia gr̃æ,ſunt ſigna dilectionis Dei ad nos.
Ioan.16. hoc etem̃ ſenſu Chr̃s ait diſcipulis:Ipſe pater amat vos,qa vos me amâſtis. [Et dabo hoĩes pro te, &
populos pro aĩa tua.] i.merito tuĩ,ſeu vt tu ampliùs beatificeris, dabo hoĩes, vt cõuertanĩ per te, &
ſalus eorum reputetur tibi ad gloriam.Vel ſic:Dabo hoĩes pro te &c.i.tam charus & precioſus mihi
eris,ꝙ propter tuã conſeruationem,defenſionem ſeu vltionem,occĩdam eos qui tibi repugnant, &
nomen tuum oĩnò deſtruere moliunĩ:multos em̃ perſecutores ac tyrannos occĩdit Deus propter
crudelitatẽ eorum in Chr̃ianos. [Noli timere] inordinato pauore, [quia ego tecum ſum.] Vndè ait
Luc.12. Saluator:Nolite timere puſillus grex,qm̃ complacuit patri vobis dare regnum. [Ab oriente adducã
ſemen tuum,] i.ſp̃ũales filios tuos tua p̃dicatione cõuertendos. [& ab occidente congregabo te] i.
electos tecum ſaluandos.Iſta adductio & cõgregatio electorum,qui per apoſtolos & ſucceſſores ac
adiutores ipſorum conuerſi ſunt,intelligenda eſt ſpiritaliter,ſ. per fidem & charitatem in Chr̃o atq;
Matt.8. Eccleſia.Hinc & Chr̃s in Euãgelio:Multi,inquit,ab oriẽte & occidente venient.[Dicã aquiloni,da:]
i.à plaga aqlonari iubebo electos redire & cõgregari in Chr̃o.dicã [& auſtro,] i.terræ auſtrali,[Noli
ꝓhibere.] i.ex te conuertanĩ qui p̃deſtinati ſunt.Per iſta deſignatur, ꝙ in oĩbus finibus mundi plu-
res fuerant cõuertendi,ad quod ſecundùm Auguſtinum,ad literam ptinet illud in Pſal.106.Dicãt q
redempti ſunt à Domino,quos redemit de manu inimici.A ſolis ortu vſq; ad occaſum, ab aquilõe
Matth.24. & mari.Propter quod ait Saluator:Prædicabiĩ hoc Euãgelium regni in vniuerſo orbe in teſtimoni-
um oĩbus gentibus.[Affer] i. ad me conuerte & reduc tu congregatio apoſtolorum ſeu primitiua
Eccleſia.[filios meos de longinquo.] Lyra dicit hoc non eſſe intelligendum de longinquitate loca-
lis diſtantiæ,ſed diſſimilitudinis ſeu culpæ,q̃ à Deo nos ſeparat.Sed huic dicto nõ concordat quod
ſubditur:[& filias meas ab extremis terræ.] De locali ergò diſtantia ſermo eſt, & q̃uis iſtud exponi
poſſit de conuerſione cunctorum fidelium in finibus mundi cõuerſorum,propriè tñ de Iudæis ac-
cipitur,qui erant per oẽs mundi partes diſperſi,quorum nonnulli per Chriſti apoſtolos fuerunt cõ-
uerſi.Dicĩ em̃ Act.2.Erant aũt in Hieruſalem habitantes viri religioſi ex om̃i natione quæ ſub cæ-
lo eſt.De horum conuerſione ſcriptum eſt Ioan.11.Ieſus moriturus erat ꝓ gente,& non tantùm pro
gen-

gente,ſed vt filios Dei q erant diſpſi,cõgregaret in vnum. [Et oẽm q inuocat nomen meum,] i. ex
intimo cordis affectu me deprecaĩ. [in gloriã meã] i.ad meĳpſius honorẽ & gloriam [creaui eum,]
quãtùm ad eſſe naturale.[formaui eum,] quãtùm ad eſſe gratificũ.[& feci eum,] quãtùm ad ſpiritalẽ
pfectum.Vndè Pro.16.dicĩ:Vniuerſa ꝓpter ſeipſum opatus eſt dñs.Patet aũt ex hoc, ꝙ nõ tãtùm
loquiĩ de populo Iudęorum.Deindè pater ait ad filium,vel fili⁹ ad chorum apoſtolorum:[Educ fo-
ràs] i.à ſynagoga ad Eccleſiã,atq; ab errore ad fidei veritatem dirige.[populum cæcum & oculos ha-
bentẽ] i.populum Iudęorum q cęcus erat,& tñ ſe in lege doctum putauit.[ſurdum,& aures ei ſunt.]
nam intùs ſurdi erãt,& foris audiẽrunt.[Oẽs gentes] i.aliq de om̃i gñe gentium. [cõgregatę ſunt ſi-
mul,] i.populo Iudæorũ credenti adunatæ ſunt p fidem & gr̃am in vna Eccleſia, vnoq́; myſtico cor-
pore Chr̃i.[& collectæ ſunt tribus] nationum cum p̃dicto populo Iudęorum,factaq́; eſt ex his duo-
bus populis,ſ.circunciſione atq; p̃putio,vna Eccleſia Chr̃i,queadmodùm apud Zachariã p̃dictũ eſt: Zach.6.
Conſilium pacis erit inter duos.In Chr̃o nempe,ſecundùm Apoſtolum, non eſt diſtinctio Iudæi & Rom.10.
Græci,ſed vnum oẽs & in oĩbus Chr̃s,qui etiã ait ad patrẽ:Non ꝓ his (ſ.apoſtolis) rogo tantùm,ſed Ioan.17.
& ꝓ eis qui credituri ſunt p verbum eorum in me,vt oẽs vnum ſint,ſicut tu pater in me,& ego in te,
vt ſint conſummati in vnum. [Quis in vobis] ô gentiles & dij eorum,[annunciet iſtud?] i.hanc Dei
opationem, videlicet Iudæorum ac gentium adunationẽ p̃dicere poterit?[& q̃ prima ſunt,] i.diui-
na conſilia, eiuſq́; p̃mia ſeu p̃cipua opera,[audire *nos faciet,] talia ꝓpheticè p̃dicando?tanq̃ dicat, *vos
Nec gentes,nec idola gentium hoc potuerunt.[Dent teſtes] i.dij ſeu gentes conſtituant p̃nunciato-
res ſeu fideles ꝓphetas eorum q̃ dicta ſunt,vt talia certitudinaliter teſtenĩ futura. [& iuſtificentur,]
i.veri prophetæ probenĩ per hoc,ꝙ alia certitudinaliter p̃cognouerunt, q̃ ſoli Deo ſunt agnita. [&
audiant] gentes à dijs atq; ꝓphetis ſuis huiuſmodi.[& dicãt] i.cæteris ea denuncient. [Verè vos te-
ſtes mei,dicit dñs,] i.vos ꝓphetæ & apoſtoli,eſtis veri p̃nunciatores ſermonum Dei. vndè Chr̃s lo-
quens apoſtolis,cæteriſq́; diſcipulis:Eritis,inqt,mihi teſtes in Hieruſalẽ & in om̃i Iudęa & Samaria. Act.1.
Et Petrus affirmat:Dedit eum,videlicet De⁹ Chr̃m,manifeſtum fieri non omni populo,ſed teſtibus Act.10.
p̃ordinatis à Deo,nobis qui manducauimus & bibimus cum illo,poſtq̃ reſurrexit à mortuis. [& ſer-
uus meus quem elegi,] i. Chr̃s (de quo in p̃cedentis capituli exordio dictum eſt:Eccè ſeruus meus, Iſaiæ 42.
electus meus] eſt verus teſtis meus,quemadmodùm in Apocalypſi habeĩ:Gratia vobis & pax à Ieſu Apoc.1.
Chr̃o,qui eſt teſtis fidelis,primogenitus mortuorum.Quidam tñ exponunt indeterminatè de quo-
cunq; famulo Dei,ꝙ ſit teſtis ipſius.Hi ergò ſunt teſtes mei,[vt ſciatis] ô fideles vera eſſe q̃ dico,[&
credatis mihi] p ipſos loquenti.[& intelligatis qa ego ipſe ſum,] i.ꝙ ego ſolus verus Deus ſum,non
aliundè eſſe recipiens,nec eſſe diminutum habens, ſed tam verè ſum, vt cõparatione aliorum ſolus
ſim,ipſumq́; eſſe ſit ꝓprium mihi,ſicut ad Moſen dixi:Ego ſum qui ſum.Hæc dices filijs Iſrael:Qui Exo.3.
eſt,miſit me ad vos.[Ante me nõ eſt formatus de⁹,& poſt me nõ erit.] qm̃ ego ſolus ſum Deus ęter-
n⁹, nec priorem, nec poſteriorem habens æqualem,[Ego ſum,ego ſum dñs] vniuerſorum. Repeti-
tio,cõfirmationis indicium eſt.[& nõ eſt abſq; me ſaluator.] i.ego ſolus ſaluator ſum,qa peccata di-
mittere,gr̃am dare,ęternã felicitatẽ cõferre,mihi eſt ꝓprium p authoritatẽ.Et iſtud eſt verbum ſan-
ctæ Trinitatis,q̃ eſt vnus De⁹,vnus creator,& vnus ſaluator.Chr̃s verò vt homo, ſaluator eſt inſtru-
mentaliter atq; diuina virtute.Alij verò ſaluatores dicunĩ,quãtùm ad temporalia bona aut mala,vel
diſponẽdo corda plurimorum ad verã ſalutẽ.Vndè Ioſeph dictus eſt à Pharaone ſaluator mundi,&
Cyr⁹ ſaluator Iudæorum.His cõſonat illud Oſe.13.Ego dñs Deus tuus,& ſaluator non eſt p̃ter me. Gene.41.
[Ego annunciaui] p prophetas futura Chr̃i myſteria.[& ſaluaui] p Chr̃m genus humanum.[auditũ
feci] quod erat occultum.[& nõ fuit in vobis alienus.] i.nullus alius iſta p̃dicere potuit inter vos ſua
virtute.[Vos teſtes mei,dicit dñs,& ego Deus.] Hoc iam dictum eſt & expoſitum. [Et ab initio ego
ipſe,] i.inuariabiliter ęternaliterq́; ſubſiſto.[& non eſt qui de manu mea eruat,] i.eripere poſſit quẽ
dãnare voluero.hoc idem Deut.32.habeĩ:Percutiã,& ego ſanabo,& non eſt qui de manu mea poſ-
ſit eruere.Idcircò verè ait Apoſtolus:Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. & quõ ſi De⁹ Heb.10.
ꝓ nobis,quis contra nos?ſic ſi ille fuerit cõtra nos, nullus ꝓ nobis.Ideò Salomon ait: Conſideraui Rom.8.
opa Dei,ꝙ nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit.Metuend⁹ ergò & honorandus eſt De⁹ ſub- Eccés.7.
limis & benedict⁹ [Opabor,& qs auertet illud?] i. opus meum nullus poterit impedire. Vndè apud
Iere.49.loquiĩ Dñs:Quis ſimilis meĩ eſt?& qs ſuſtinebit me?& quis eſt iſtę paſtor qui reſiſtat vultui
meo?Cõſequenter narranĩ beneficia populo Iudęorũ collata,quatenùs incredulorum ingratitudo
pleniùs innoteſcat.[Hæc dicit dñs redẽptor veſter ſanct⁹ Iſrael,] i.ſp̃ũalem Iſraelem ſanctificãs.Po-
teſtq́; eſſe verbum Ieſu Chr̃i,de quo dicit Iudas:Ieſus ſaluãs populũ de terra Aegypti.Et ad Heb.13. Iudæ 1.
Paulus:Ieſus vt ſanctificaret populum,extra portam paſſus eſt.Vel eſt verbum ſanctæ Trinitatis ſeu
Dei patris.[Propter vos] de Babylonica captiuitate liberandos, [emiſi in Babylonem] Darium re-
gem Medorum,ac Cyrum regem Perſarum.[& detraxi] i.p manum ipſorũ deſtruxi[vectes vniuer-
ſos] i.Babyloniorũ clauſuras.[& Chaldæos in nauibus ſuis gloriãtes,] i.nauigantes in flumine Eu-

phrate,quos occiderunt reges p̃fati.[Ego dñs ſanctus veſter] quem colitis, à quo & ſanctificamini.
[creans Iſrael,] i.populum Iſraeliticum.[rex veſter.] Oĩa beneficia Iudęorum diuinitùs p̃ſtita, data
ſunt eis propter Chr̃um,qui erat naſciturus ex ipſis.Decuit em̃ populum illum ſpeciali p̃rogatiua &
2.Ti.2. gr̃a adornari,ex quo Deus incarnari elegit:deindè ꝓpter apoſtolos cæteroſq; electos. Oĩa enim, vt
Paulus teſtat̃,propter electos.Propterea ſancti prophetæ nequaq̃ reputant eos filios patriarcharum,
quos ſpirituſancto reuelante nouerunt non credituros in Chr̃m:eos verò qui credunt in Chr̃m,re-
putauerunt filios patriarcharum.& ergò p Iacob & Iſrael,per Sion atq; Hieruſalem, vbertìm ſigni-
ficant populum Chr̃ianum ac primitiuam Eccleſiam ex Iudęis collectam. Hinc etiam conſtat, hoc
quod dñs ait, Propter vos emiſi in Babylonẽ: conuenienter poſſe referri ad diſcipulos Chr̃i,ex Iu-
Exo.14. daiſmo cõuerſos.[Hæc dicit dñs,qui dedit in mari viam,] ducendo Hebręos p ſiccum alueum ma-
ris rubri.[& in aquis torrentibus] i.in fluuio Iordanis[ſemitam:] ducens tẽpore Ioſuæ filios Iſrael p
Ioſu.3. arentem fundum Iordanis, vt legit̃ in lib.Ioſuę.[Qui eduxit] de Aegypto [quadrigam & equum,] i.
currus,equos & equites [agmẽ] i.exercitum Aegyptiorum [& robuſtum.] i.Pharaonem potentẽ re-
gem ipſorum.Nã ſicut Exo.14.legit̃,dñs indurauit cor ipſorum,vt inſequerent̃ Iſraelẽ per viam ma-
ris rubri.[Simul obdormièrunt] ſomno mortis,in mari rubro ſubmerſi.[nec reſurgent]ad redeun-
Iob 14. dum atq; viuendum in ſeculo iſto,ſicut Iob ait:Homo cùm dormièrit, nõ reſurget. [Contriti ſunt]
p mortẽ.[quaſi linum,] i.citò extincti ſunt p vitalis ſpũs exhalationẽ.Sed nè Iudæi de ſignis veteris
teſtamẽti glorient̃,vel ea p̃ferre p̃ſumant noui teſtamẽti miraculis,dñs ſubdit:[Nè memineritis pri-
orum,] i.p̃dicta miracula olim facta nolite recolere. [& antiqua] ꝓdigia p Moſen alioſq; prophetas
pacta,nè intueamini,talia contẽplando:non ꝙ penitùs ſint obliuioni tradenda, ſed qm̃ comparati-
one eorum q̃ in Euãgelio ſcripta atq; à Chr̃o effecta ſunt,minora minuſq; reminiſcenda conſiſtunt.
de quibꝰ ſubiungit̃:[Eccè ego facio noua] ꝓdigia,[& nunc] i.tempore euãgelicæ legis [orient̃.vtiq;
cognoſcetis ea.] Hęc noua,ſunt Chr̃i incarnatio,de qua Iere.31.Nouũ,inquit, creauit dñs ſup terrã.
noui teſtamenti inſtitutio,de qua idem:Eccè dies veniunt,dicit dñs,& feriã domui Iſrael pactũ no-
uum.Deniq; conſequenter exprimit dñs q̃ ſint hęc noua.[Ponã in deſerto] i.in relicta olim gentili-
tate,[viam] p̃fectionis atq; iuſtitiæ.[& in inuio] i.in toto orbe p vitiorũ abrupta errante, & viã Dei
ignorante,[flumina] gr̃arum cæleſtiũ,ſacramentorumq; nouæ legis fontes, de qbus dictum eſt ſu-
Iſaiæ 12. prà:Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.Et Chr̃s Ioan.7. Qui credit in me,flumina de
ventre eius fluẽt aquę viuæ.tanq̃ dicat:Nõ vltrà ponã viam in vno loco,ſ.mari rubro vel Aegypti de-
ſerto,nec ſolùm fons vnus erumpet corpora potãs,ſed in totius mundi huius ſolitudine ponã viam
mãdatorum cæleſtium,& flumina diuinorum donorum mentẽ potãtium.[Et glorificabit me beſtia
agri,] i.illi q antè carnaliter beſtialiterq; vixerunt. [dracones & ſtruthiones:] i.q antè more draco-
num alios infecerunt,& tanq̃ ſtruthiones pennas habere videbant̃ virtutũ, ſed erant hypocritę.Per
hoc ſignat̃ cõuerſio hoĩm impiorum ad Deũ.[qa dedi in deſerto] mundi huius [aquas] gr̃æ,[& flu-
*inuio mina] i.dona ſpũs ſancti [in *inuijs] ſeculi huius,videlicet in cordibꝰ errabundis.[vt darem potum]
Eccl 15. ſpũalem [populo meo,electo meo] i.populo Chr̃iano,quemadmodùm ſcriptum eſt: Aqua ſapiẽtiæ
Matth. 11. ſalutaris potabit illum. Vndè & Chr̃s ad hunc nos potum inuitans: Venite,inquit, ad me oẽs qui la-
boratis & onerati eſtis,& ego reficiã vos.Poteſt quoq; intelligi de p̃ſtantiſſimo ac ſaluberrimo potu
ſanguinis Chr̃i,de quo Ioan.6.teſtat̃:Sanguis meus verè eſt potus. qui bibit meum ſanguinẽ, in me
manet,& ego in illo.Tantum ergò vult dicere,ꝙ gentiles de beneficijs ſibi impartitis gr̃as Deo re-
ſerent,quemadmodùm Act.8.legit̃:Audientes aũt gentes gauiſæ ſunt,& glorificauerunt verbũ Dei.
[Populum iſtum] fidelẽ [formaui mihi] i.ad gloriam meam. [laudẽ meam narrabit] me laudando,
1.Pet.2. alijſq; mea p̃conia intimãdo,quemadmodùm Petrus fidelibꝰ dicit: Vos genus electũ, regale ſacer-
dotium,&c.vt virtutes annuncietis eius,q de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ ſuum. Dein-
cèps tangit̃ Iudęorum obſtinatio & ingratitudo. [Nõ me inuocâſti Iacob,] i. beſtijs agri,ſtruthioni-
bus atq; draconibꝰ,putà gentilibus ad me cõuerſis,meq; laudantibꝰ ac deuotè orantibus,tu non in-
uocâſti me Saluatorẽ tuum,filium Dei,immò nec Deum patrẽ:& q non honorificat filium, nõ ho-
norificat patrem qui miſit illum.[nec laborâſti in me Iſrael.] i.opera ſancta ac pœnitentialia q̃ fiunt
in Deo,nõ exercuiſti:& ſi mihi vtcunq; ſeruîſti,nõ vſq; ad laſſitudinẽ cõtinuâſti,ſed citò affectus es
Phil.2. tædio & victus acedia.quo cõtrà Paulꝰ de quibuſdã teſtat̃,ꝙ multùm laborauerunt in dño.[Non ob-
tuliſti mihi arietẽ holocauſti tui] &c.locus iſte dupliciter explanat̃.Primò,Non obtuliſti mihi arie-
tẽ holocauſti tui,[& victimis tuis nõ glorificâſti me,] i. q̃uis mihi obtuleris tempore legis arietes in
holocauſtũ,& victimis tuis te putabas mihi honorẽ impẽdere,ego tñ talia nõ recepi,nõ optaui, nec
mihi offerri arbitrabar.[Nec te ſeruire feci in oblatione,nec laborẽ tibi p̃bui in thure.] i. nec obla-
tiones,nec thuris aduſtionẽ exegi à te.[Nõ emiſti mihi argẽto calamum,] i.ſpeciẽ aromaticã ſic vo-
catã,q̃ in thymiamate ponebat̃.[& adipe victimarũ tuarũ non inebriâſti] i.non implêſti [me.] Nam
q̃uis talia p̃parâſti,ego tñ accepta non habui. Hæc aũt intelligenda ſunt eo ſenſu,quo ſuprà dictum
eſt;

eſt:Quò mihi multitudinẽ victimarum veſtrarum,dicit dñs? holocauſta arietum & adipem pinguiũ Iſaiæ 1.
& ſanguinẽ vitulorum nolui.q̃ illic diligenter expoſita ſunt.Secundò intelligit̃ abſolutè & negati-
uè,ꝙ populus Iudæorum iſta nõ fecerit:ſed tunc referendum eſt ad tẽpus liberationis de Aegypto.
Pro illo nanq; beneficio nõ obtulerunt Iudæi tunc hoſtias dño,prout p Ieremiam dñs loquit̃:Non Iere.7.
ſum locutꝰ patribꝰ veſtris,nec præcepi eis die qua eduxi eos de terra Aegypti,de verbo holocauſto-
matum.Et Amos 5.Nũquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis do-
mus Iſrael?[Veruntñ ſeruire me feciſti in peccatis tuis,prębuiſti mihi laborem in iniqtatibꝰ tuis.] i.
peccatis tuis tam grauiter me offendiſti,ꝙ quaſi p modum ſeruientis ac fatigati,dixi:Laboraui ſuſti- Iſaiæ 1.
nens,i. vltrà vos ferre non poſſum. Vndè & Malac.3. ſcriptum eſt: Si affiget homo Deum, quia vos
configitis me,dicit dñs?Ieremias quoq; 44.Non poterat,inqt,vos dñs vltrà ferre ꝓpter malitiã ſtu-
diorum veſtrorũ.Simili modo dicit Paulus:Nolite contriſtare ſpm̃ ſanctum Dei. Deniq; conueniẽ- Ephe.4.
ter exponit̃ de Chr̃o Deo vero & incarnato,qui propter peccata populi ſui formam ſeruilem aſſum- Phil.2.
pſit,in mundo miniſtrauit,& vſq; ad mortem afflictus eſt.[Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniqui-
tates tuas propter me.] i.non propter merita tua,ſed propter meam bonitatem atq; clementiã mor-
tuus ſum pro peccatis tuis delendis:& quotiès tibi ignoſco,facio potiùs propter meipſum, q̃ propter
te.[& peccatorum tuorum non recordabor]cauſa vlciſcendi,ſed erunt dimiſſa quaſi nunq̃ fuiſſent,
dummodò tu ea decæterò p̃cauere ſategeris. [Reduc me in memoriam,] i. quanta tibi bona largi-
tus ſum,pẽſa.[& iudicemur ſimul,] i.videat̃ quis peccato obnoxius ſit,iuſtámve cauſam habeat, ego
an tu.Hoc eſt quod per Micheam dñs ait:Popule meus, quid feci tibi?aut quid moleſtus fui tibi?re- Mich.6.
ſponde mihi.[Narra,ſi quid habes,vt iuſtificeris.] i.non te per potentiam opprimo, non tibi locum
excuſandi aut primò loquendi nego:ſed propone,ſi vales,merita tua,vt iuſtus proberis.& ꝙ hoc fa-
cere nequeat,monſtrat ex eo quod ſequit̃: [Pater tuus primus peccauit.]Quidam exponunt hoc de
toto populo Iudæorum ex Aegypto educto,qui in ſolitudine ſæpè peccauit, appellaturq; pater po-
puli poſterioris.Lyra dicit ꝙ Rabi Salomon exponit iſtud de Abraham patre Iudęorum,quem aſſe-
rit peccâſſe dum Dño terram promiſſionis ſibi ſpondenti reſpondit:Dñe Deus, vndè poſſum hoc Gene.15.
ſcire,ꝙ poſſeſſurus ſim eam?quaſi non credens pollicitationi diuinæ.Hoc autem Lyra & plures ca-
tholici reprobant,cùm Abraham ſit pater oĩm credentium,de quo teſtatur Apoſtolus, ꝙ non hęſi-
tauit diffidentia,pleniſſimè ſciens,quia quod Deus promiſit,potens eſt & facere.& circa pręfictum Rom.4.
Geneſis locum dicitur:Credidit Abraham Deo,& reputatum eſt ei ad iuſtitiam.Iſti ergò per primũ Gen.15.
patrem Iudæorum,intelligunt Adam,quem certum eſt in paradiſo peccâſſe. Veruntñ ſanctus Hie-
ronymus hoc loco ſic ait:Author generis tui Abraham peccâſſe conuincitur, quandò dño terram
promiſſionis pollicenti reſpondit:In quo ſciam ꝙ poſſidebo eam?Ego de hac difficultate nihil de-
termino,quia perplexa eſt.[Et interpretes tui præuaricati ſunt in me.] i. Moſes & Aaron,qui inter
Deum & populum Iſrael mediatores fuerunt,referentes verba Dei ad populum,& econtrà:hi ambo
tranſgreſſi ſunt ad aquas contradictionis. Vndè in Pſal.140.habetur:Abſorpti ſunt,iuncti petrę, iu- Exo 17.
dices eorum.Nam iuxta petram,de qua,Moſe percutiente eam cum virga, fluxerat aqua, per incre- Nume.20.
dulitatem abſorpti ſunt. Aaron quoq; dirè peccauit in formatione vituli & murmuratione contra
Moſen.[& contaminaui principes ſanctos,] i.Moſen & Aaron contaminatos oſtendi, prohibendo
eos ab introitu terrę promiſſionis.Quidam verò exponunt de Dauid & Ezechia,quos Deus peccâſ- 2.Reg.11.
ſe oſtendit:vnum in adulterio,alium in legatione nunciorum Babylonis. [Dedi Iacob ad interne- Iſaiæ 39.
ciõem,] i.populum Iudęorum propter peccata ſua occidi in ſolitudine, ità ꝙ nemo eorum q Aegy- Nume.20.
ptum egreſſus eſt,& numeratus fuit,intrauit Iudæam,præter Caleph & Ioſue. Vel per Chaldæos &
alios hoſtes permiſi eos interfici. Dedi [& Iſrael] i.populum Iſraeliticum [in blaſphemiã.] permit-
tendo multos eorum in peccatum blaſphemiæ cadere,vel tradendo eos in manus aduerſariorũ in-
fidelium,qui & Deũ & populum Iſrael blaſphemauerũt.blaſphemauit aũt & Iſrael Deum in deſer- Exo.32.
to,qñ vitulo aureo hoſtias offerens,dixit:Iſti ſunt dij tui Iſrael,qui te eduxerunt de terra Aegypti.

¶ *Expoſitio cap.44.ſcilicet, Et nunc audi Iacob ſerue meus.* *Articulus* 72.

NOmine Iacob & Iſrael, ſignari populum Iudæorum ortum ex ſemine Iacob, qui dictus eſt
Iſrael,iam vbertìm innotuit.Patuit quoq; duplicem eſſe Iſraelem, videlicet carnalem & lite-
ralem,de quo Apoſtolus:Videte,inquit,Iſrael ſecundùm carnem. Alium verò ſpiritualem atq; ele- 1.Cor.9.
ctum,de quo idem ad Galatas 6.ait:Pax ſuper Iſrael Dei.Quemadmodùm verò dicit Hieronymus,
cùm Propheta de carnali Iſrael,i.reprobo populo Iudęorum loquitur,non niſi nuda nomina Iacob
& Iſrael ponit:cùm verò de electis Iudæis facit ſermonem, adiungit nomina dignitatis, dicendo,
Seruus electus,Puer,ſeu ſimile aliquid. Poſtquàm ergò in præcedenti capitulo demonſtrata eſt in-
fidelium Iudæorum ingratitudo,qui nudo nomine Iacob & Iſrael appellati ſunt:nunc ad veros Iu-
dæos in Chriſtum credentes, videlicet ad chorum ſeu ordinem apoſtolorum, atq; ad primitiuam
Eccleſiam,ex multis millibus Iudæorum collectam, ſermo Dei dirigitur.[Et nunc] videlicet tem-

 pore

pore gr̃æ,[audi Iacob ſerue meus,& Iſrael quem elegi.] i.popule Iudæorum, Chr̃o ſaluatori credẽs
ac ſeruiẽs.[Hæc dicit Dñs,faciens & formãs,] i.creans atq; pficiens [te,] ſeu corpus & aĩam, vel eſſe
naturæ & gr̃æ tibi impendẽs.[ab vtero auxiliator tu⁹.] Hoc tripliciter accipi poteſt:Primò, qm̃ De⁹
cõtulit Iacob patriarchæ,vt ex vtero matris ſuę ſupplãtaret fratrẽ ſuum vterinũ Eſau, ſicut Gen.25.
legitur.Vndè auxilium Dei collatum patri,etiam filijs eius datum aſſeritur.Secundò, qm̃ Deus vnũ-
quenq; electum ab vtero matris ſuę pſeruat à varijs malis atq; periculis per ſeipſum & angelum ſan-
ctum,iuxta illud Pſal.70.In te confirmatus ſum ex vtero,de ventre matris meæ tu es protector me-
Pſal.138. us.Et iterùm ait ſcriptura:Quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meę. Quo-
Pſal.57. contrà de reprobis legitur:Alienati ſunt peccatores à vulua,errauerunt ab vtero.Tertiò ſic:Ab vte-
ro auxiliator tuus,i.à principio naſcentis Eccleſiæ,te à perſecutoribus eruens,& contra eos te robo-
rãs.[Noli timere ſerue meus Iacob & rectiſſime,] i.iuſtiſſime,[quem elegi.] maxima em̃ erat Eccle-
ſiæ primitiuæ iuſtitia.[Effundam enim aquas] ſapientię ſalutaris,videlicet euangelicam doctrinam.
[ſup ſitientem,] i.ſup gentilitatem quã per pdicationem conuertã & illuſtrabo.[& fluenta] i.copio-
ſa munera gr̃arum cæleſtium.[ſuper aridam,] i.ſuper ſicca corda gentilium, q erant velut terra ſine
aqua & rore cæleſti.[Effundam ſpũm meum] i.ſpũm ſanctum. [ſuper ſemen tuum,] i.ſup filios tuos
ſpũales,ſeu carnales ſimul & ſpũales.[& benedictionem meam] i.munera gratiarum & multiplica-
tionem earum effundam [ſup ſtirpem tuam.] Hoc ſpecialiter accipi poteſt de gñatione gentilium,p
Chr̃i apoſtolos cõuerſorum,de quibus & Paulus 1.ad Cor.4.dicit:In Chr̃o Ieſu per euãgelium ego
Ioel.2. vos genui.Hinc in Ioele Dñs loquit̃:Et quidem ſuper filios & filias meas in diebus illis effundam de
ſpũ meo.Quantam aũt gr̃am ſpiritûs ſancti dederit Deus gentilib⁹,in epiſtolis Pauli pleniſſimè ſcri-
ptum eſt.Deniq; per aquas has & fluenta accipi poteſt baptiſmus & gratia,in quo fideles ex aqua &
ſpiritu regenerant̃.[Et germinabunt] i.fideles merito ac numero multiplicabunt̃,fœcundiq́; erunt.
[inter herbas] & inter hoĩes oĩm nationum,qui velut flores egrediũtur,& ſicut olera herbarum ce-
lerrimè decidunt.[quaſi ſalices iuxta pterfluentes aquas.] Salices de ſua natura ſunt infructuoſa &
*, citò arida ligna,tñ iuxta aquas decurrentes *ſitæ,oriuntur ac pullulant. Sic gentiles qui de ſe ſicci & ſte-
riles extiterunt,intra Eccleſiam congregati,fonte baptiſmatis regenerati, & cæleſtis roris humore
Pſal.1. perfuſi,vberrimè germinauerunt,ſicut de viro iuſto ait Pſal. Et erit tanq̃ lignum quod plãtatum eſt
*quod ſecus decurſus aquarum.*qui ſecundùm Ieremiã,ad humorẽ mittit radices ſuas,&non timebit cùm
Iere.17. venerit æſtus.[Iſte] videlicet homo iuſtus,[dicet] ex bona fidutia,teſtimonium ſibi perhibente cõ-
Rom.14. ſciẽtia ſua.[Dñi ego ſum] per cultum & gr̃am.Vndè & Paulus fatet̃:Siue viuimus,ſiue morimur, Dñi
ſumus.[& ille vocabit in noĩe Iacob,] i.alios ad pœnitentiã inuitabit in noĩe Iacob,i.quatenùs pec-
cata ſupplantent,ſicut p nomen Iacob ſignificat̃,qui interpretat̃ ſupplantator. Vel in noĩe Iacob, i.
vt fidem & æquitatem S.Iacob ſequantur. [Et hic ſcribet manu ſua Dño,] i.literis & actibus publicè
confitebit̃ ſe Dñi ſeruum eſſe.[& in noĩe Iſrael aſſimilabitur.] i. Iſraelitico populo ſimilis erit plebs
gentilis conuerſa,recipiendo pphetas ac legem & gr̃as multiformes, populo Iſrael olim datas ſiue
pmiſſas.[Hęc dicit Dñs rex Iſrael,& redemptor eius,Dñs exercituum.] ſ.Deus oĩpotens trinus in p-
ſonis,& in eſſentia ſimplex. [Ego primus & ego nouiſſimus, & abſq; me non eſt Deus. Quis ſimilis
mei?] Hæc oĩa plana ſunt,& viciſsìm p̃habita atq; tractata.Si ergò eſt aliquis pręter me deus verus,
mihiq́; ſimilis,i.æqualis,[vocet] i.ad eſſe deducat ſiue perficiat ea q̃ non ſunt,tanq̃ ſint. [& annun-
ciet] abſcondita à conſtitutione mundi.[& ordinẽ exponat mihi] i.contra me,qua ratione,quo mo-
do,qua ſerie vniuerſa ſunt condita,& vſq; in pſens deducta ab illo tẽpore.[ex quo conſtitui populũ
antiquũ,] i.gñationes primæuas in terra pduxi.[vẽtura & q̃ futura ſunt,] ſ.purè cõtingẽtia,[annun-
cient] dij,mihi ęquales ſi ſint.[eis.] i.ſuis cultorib⁹.[Nolite timere] fideles ſimulacra vana.[neq; cõ-
turbemini.] Hoc & Chr̃s ait Ioan.14.Non turbet̃ cor veſtrũ,neq; formidet. [Extunc audire te feci,
& annunciaui.] i.ab antiquo quo priſtinas gñationes formaui,reuelaui tibi populo meo p meipſum
Amos 3. & p pphetas q̃ erant ventura.Non em̃ faciet Dñs verbũ,niſi reuelauerit ſecretũ ſuum ad ſeruos ſuos
Luc.1. pphetas.ſed & Zacharias teſtat̃:Locutus eſt p os ſanctorũ,q à ſeculo ſunt, pphetarum ei⁹: haud du-
bium qn futura tunc,iáq́; cõpleta Chr̃i myſteria.[Vos] pphetę & apoſtoli,[eſtis teſtes mei.Nũquid
eſt De⁹ abſq; me, & formator] i. creator mundi ſeu artifex potens, [quem ego non nouerim?] q. d.
Nunquid eſt alius mundus p̃ter iſtum, ab alio Deo formatus, qui mihi non ſubiacet? [Plaſtæ idoli
oẽs nihil ſunt,] i.idolorum factores pro nihilo reputant̃,ſicut & oẽs peruerſi.peccatum em̃ nihil eſt,
1.Cor.8. immò ſecundùm Apoſtolũ,idolum nihil eſt.& nihil fiunt q peccant,aut idola colunt ſeu formãt.[&
amãtiſſima eorum non pderunt eis.] i. precioſiſſima & electiſſima idola, ſuis cultoribus & artifici-
bus auxiliari non poterunt tẽpore neceſſitatis.[Ipſi ſunt teſtes eorum,] i. formatores idolorum,eo
ipſo quo faciunt idola,oſtendunt teſtariq́; poſſunt, [quia] idola [nõ vident neq; intelligunt, vt cõ-
fundantur] idololatræ.Homo em̃ mortalis Deum fingere non poteſt:immò ſicut cauſa ſuo effectu
Sap.13. 14.& 15. pſtantior eſt,ſic idoli plaſtes perfectior eſt idolo.De hoc in libro Sapientiæ plura ſcribuntur.[Quis
for-

formauit Deũ?] tanq̃ dicat,nemo mortalium Deũ facere valet. [& ſculptile conflauit ad nihil vtile?]
i.nemo ſic iſta vana formare poteſt, vt ſit in eis aliqd diuinitatis vitaliſve ſpũs. [Eccè, oẽs participes
eius] i.q idola colũt aut formãt,aut colentib⁹ formãtibuſq́; cõſentiunt. [confundent̃. fabri em̃ ſunt
ex hoĩbus.] i.q idola faciunt,fabri ſunt, de numero mortalium hoĩm, ideò Deũ formare non p̃ua-
lent.[Cõuenient oẽs] ante pſentiam Dei oĩa iudicantis.[ſtabunt] ante tribunal Chr̃i.[& paucbunt,
& confundent̃] ſimul cõfuſione æterna. Deindè conſcribit modũ atq; materiã formationis idolo-
rũ.[Faber ferrarius] in ferro opans,[lima opatus eſt] ad idoli pductionẽ,[in prunis & in malleis] i.
adiutorio ſeu cõflatione ignis & malleorũ cõcuſſione. [formauit illud,] videlicet idolũ ex p̃iacenti
materia.[& opatus eſt] idolum [in brachio fortitudinis ſuæ.] i. propria poteſtate. [Eſuriet & defi-
ciet] artifex idoli ſeu faber ferrarius.[& nõ bibet aquã,] i.intantùm debilitabit̃, vt nullo poſſit potu
vti aut refici. Vel intãtùm depauperabit̃, vt nec aquam poſſit habere. [& laſſeſcet.] Per hoc inſinuat̃
artificis vilitas,q fame & ſiti afficit̃.Ex quo cõſtat q̄ ipſe tã defectuoſus ac vilis,Deum formare non
queat.Inſupèr quia ſubindè idola fiũt de lignis,ad deriſionẽ ligneorũ artificũ ſubdit̃:[Artifex ligna-
rius extẽdit normã,] i.menſurã,regulã,ſeu lineã ſup lignum,de quo fiendum eſt idolum,vt accipiat̃
quãtitas idoli pducẽdi.[formauit illud] i.de ligno idolũ fecit.[in runcina] i.cũ tali inſtrumento quo
lignũ cauat̃. [fecit illud] idolũ [in angularib⁹] i. ſecundùm angulares figuras, vel in angulis domûs
ſtatuit.[& circino tornauit illud] reſecãdo ſupfluitates cum circino. [& fecit] illi [imaginẽ viri,] i.ſi-
militudinẽ hoĩs expreſſit in idolo,& ſic fecit] quaſi ſpecioſum hoĩem habitantẽ in domo,] deducẽ-
do videlicet lignũ ad formã humanã.[Succidit cedros,tulit ilicẽ & quercũ, q̃ ſteterat inter ligna ſal-
tûs.] Iſta ſũt noĩa arborũ diuerſarũ,quas artifex lignari⁹ affert,vt ex eis idola formet.[plãtauit pinũ]
i.arborẽ ſic vocatã.[quã pluuia enutriuit,] dãdo humorẽ radicib⁹, [& facta eſt hoĩbus in focum.] i.
de lignis,ramis,ſeu partib⁹ pini,cõſtruct⁹ eſt ignis ad calefaciẽdum.[Sumpſit] artifex [ex eis,] i.par-
tib⁹ ligni & igne cõſtructo.[& calefact⁹ eſt,& ſuccẽdit & coxit panes.] i.cibum ſibi parauit p ignẽ fa-
ctum ex raſuris & ſupfluitatib⁹ ligni,de quo idolum factum eſt.[De reliquo aũt] i.de alia parte pini
[opatus eſt deum,& adorauit:fecit ſculptile,& curuatus eſt] genua flectẽs [ante illud.Medium eius]
i.vnã partẽ ligni[cõbuſſit igni,& de medio ei⁹ carnes comedit.] i.carnes coctas p ignẽ conſtructum
ex media parte ligni.Vel de medio ei⁹ carnes comedit,i.vnã partẽ ligni vendidit, & cum pecunia illa
carnes emit,& comedit.[Coxit pulmẽtum] ſup ignẽ,de cuius materia idola fiunt. [& ſaturatus eſt,
& calefactus eſt,& dixit: Vah] Interiectio eſt deſignans affectum gaudẽtis.[calefactus ſum, Vidi fo-
cum] ſtando ad ignẽ.[Reliquum aũt eius] i.de alia parte ligni,[deum fecit & ſculptile ſibi.] i. ido-
lum ſculptum,quod ęſtimat deum.[Curuat̃ ante illud,& adorat illud,& obſecrat,dicens:Libera me,
quia deus meus es tu.[Neſciẽrũt neq; intellexerunt.] i.artifices iſti atq; idololatræ,vera ſcientia in-
tellectuq́; ſano caruerunt,& obſcuratum eſt inſipiẽs cor eorum.[Obliti em̃ ſunt] veræ conſidera-
tionis.[nè videant oculi eorum] interiores quod verum eſt,[& nè intelligant corde ſuo. Nõ reco-
gitãt in mẽte ſua,neq; cognoſcunt,neq; ſentiunt,vt dicãt:Medietatẽ eius] videlicet ligni, [cõbuſſi
igni,& coxi ſup carbones eius panes.Coxi carnes & comedi,& de reliquo eius idolum faciam:ante
truncũ ligni procidã.] i.cùm ità ſit,meritò non debeo de parte ligni idolum facere, vel coram illo
me humiliare.[Pars eius,cinis eſt.] i.in cinerẽ eſt redacta p ignẽ.[Cor inſipiẽs adorabit illud,] vide-
licet idolum de reliqua parte ligni formatum.[& non liberabit aĩam ſuam,] idolum inuocãdo,nec
idolum liberare poterit animam ſui cultoris.[neq; dicet] excæcatus idololatra, [Fortè mendacium
eſt in dextera mea.] i.idolum iſtud quod iuxta me poſitum colo,eſt vanũ,fallax & fictũ.De iſta ma-
teria pleniſſimè diſputatur in libro Sapiẽtiæ,vbì inter cętera ſcriptum eſt:Initium fornicationis,ex- Sap.13.
quiſitio idolorum.& iterùm:Infandorum idolorum cultura,oĩs mali cauſa eſt,initium & finis. Præ- & 14.
tereà de origine idololatriæ,triplex extat opinio.Quidam em̃ aſſerũt eam à Nemroth inceptam,cõ-
pellente hoĩes vt ignem adorarent.Iudæi verò affirmant eam inchoatam ab Iſmaële filio Abrahæ,
qui (vt dicunt) fecit imagines luteas,cogens Iſaac fratrem ſuum, vt eas adoraret.Alij autẽ teſtantur
eam ſumpſiſſe exordium à Nino,à quo Niniue accepit nomen, qui dolens de morte patris ſui Beli,
iuſſit eius iam mortui imaginem fieri,vt vel ſic remaneret eius memoria.Vndè in lib.Sapientię ſcri- Sap.14.
bitur: Acerbo luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quaſi homo
mortuus fuerat,nunc tanq̃ deum colere cœpit,& conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia. De-
indè interueniente tempore,conualeſcente iniqua conſtitutione,hic error tanq̃ lex cuſtoditus eſt,
& tyrannorum imperio colebantur figmenta.Reprobata igitur idololatria, inuitatur populus Dei
ad cultum Dei veri & viui.[Memento horum] quę dicta ſunt de vanitate idolorum,Iacob & Iſrael,]
i.populus Iudæorum,plebſq́; fidelis.[quoniam ſeruus meus es tu.] Nam cæteris populis ad idolola-
triam declinantibus, permanſit in te cultus ſummæ veræq́; Deitatis. [formaui te,] dando tibi eſſe
naturæ & gratię,immò cuncta bona quæ habes vel agis.[Seruus meus es tu Iſrael] per charitatiuam
mandatorum diuinorum cuſtodiam,non per coactam ſeruitutẽ aut ſeruilem timorem.talis em̃ ſer-

uus non manet in domo in æternum.[Nõ obliuiſcaris meĩ,] negligendo mandata mea, ſed meĩ iugiter memor cõſiſte.[Deleui vt nubẽ iniquitates tuas,& quaſi nebulam peccata tua.] i.quemadmodùm calor ſolis ſeu ventus nubem diſſoluit aut fugat,nebulamq́; repellit, ſic ego peccata tua dimiſi & deleui quaſi nõ fuiſſent,quandocunq; intimo pœnitentiq́; corde ingemuiſti,& veram emendationem firmiter ſtatuiſti.[Reuertere ad me] p fidem,charitatẽ,& opera bona,[qa redemi te.] Referri hæc poſſunt ad Chr̃um,qui totius mundi peccata actualia ſeu perſonalia atq; originalia abſtulit, & genus humanũ ſanguine ſuo precioſo redemit. [laudate cæli] i. ciues ſupni vel ſancti pphetæ & apoſtoli.[qm̃ miſericordiam fecit dñs.] quod p̃dixit de ſaluatione gñis humani. [Iubilate extrema
Pſal.67. terræ,] i.fines mundi ad Chr̃m conuerſi,de quibus ferĩ in pſal. Viderunt oẽs termini terræ ſalutare
Act. 1. Dei noſtri. & Chr̃s: Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ &c.vſq; ad vltimum terræ. [reſonate montes] i. p̃lati ac ſuperiores.[laudationẽ] ſaluatoris.[ſaltus & oĩe lignũ eius,] i.totus populus vulgaris, lau-
Lucæ 1. dem dñi pſonet.[qm̃ redemit dñs Iacob,] i.populum credentẽ quem Chr̃s oĩm dñs propria morte redemit, iuxta illud: Benedictus dñs Deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ. [& Iſrael gloriabiĩ] in Deo,pro tantis beneficijs gr̃as pr̨ecordialiſſimas referendo.Hæc dicit dñs redẽptor tuus,& formator tuus ex vtero.] Hoc iam circa capituli huius exordium tripliciter explanatum eſt.[Ego ſum dñs faciens omnia] per meipſum immediatè, vel per cauſas ſecundas, quæ operantur virtute primæ cauſæ.[extendens cælos ſolus,ſtabiliens terram,] i.in medio vniuerſi firmiter collocans eam.Hæc propriè ſunt verba ſanctæ Trinitatis,p̃ſertim quoniam ſubdiĩ:[& nullus mecum]iſta p̃dixit,nec mihi coæternus eſt aliqs.[Irrita faciẽs] i. ab effectu impediẽs ſeu vana oſtendens [ſigna diuinorum,]de occultis ſiue futuris p diuerſa iudicia conijcientium.[& ariolos in furorem vertens] falſificando ſermones eorum p hoc,ꝙ iubeo euenire contraria verbis eorum: quo viſo, turbanĩ & iraſcunĩ.[conuertens ſapiẽtes]ſeculi huius [retrorſum,] derelinquendo eos in vanitatibus ſuis atq;
Matth. 11. erroribꝰ,vndè Chr̃s:Cõfiteor,inquit,tibi pater,qa abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus. [&
1.Cor.1. ſcientiã eorum ſtultã faciens.]Hoc & Paulus ait:Stultã fecit Deus ſapientiã huius mundi.[Suſcitãs] i.opere implens [verbum ſerui ſui,] i.Chr̃i vel Moſis,vt quidã exponunt. [& conſilium nunciorum ſuorum,] i.conſilia ſeu diuina ſecreta,q̃ Deus pphetis & apoſtolis reuelauit,vel illi alijs. [cõplens.] i.vera oſtendens,vel gr̃am ea implendi fidelibus conferẽs.[Qui dico Hieruſalẽ,] à Chaldęis deſtruendæ,[habitaberis] poſt reditum à Babylonica captiuitate:[& ciuitatibus Iuda,] quas deſtruxerunt Chaldęi,[ædificabimini] à filijs trãſmigrationis redeuntibus de Babylone ſub Zorobabel,Eſdra & Nehemia.[& deſerta eius ſuſcitabo.] i.loca Iudææ deſtructa,ad priſtinum ſtatum reducã.[Qui dico pfundo,] i.Babyloni vitiorum voragini,vel aquæ p eam currenti,videlicet fluuio Euphrati.[deſolare:] i.ſiccum efficere.diuina eñ virtute Perſæ ac Medi diuiſerunt hũc fluuium in plurimas partes, donec aqua eius defecit,quãtùm ad ſolitum meatum p Babylonẽ.quo facto,ingreſſi ſunt vrbem per alueum deſiccatũ.vndè nunc ſubdiĩ:[& flumina tua areſaciã.] Erant eñ plura particularia flumina,
Pſal.136. de qbus in pſalmo:Sup flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus.Poſſunt quoq; p flumina intelligi populi,oĩſq́; potẽtia ac tumultus Babyloniorum.[Qui dico Cyro] regi Perſarum,[paſtor meus] i.paſcens populum meum Iſrael,tu [es,] dando eis licentiã redeundi ad terrã natalẽ, & curã eorum fideliter gerens.[& oẽm voluntatem meã complebis.] deſtruẽdo Babylonem & Chaldęos,reparando quoq; Hieruſalem,& liberando Iudæos.quomodò aũt hoc fuerit impletum, in lib.Eſdræ
1.Eſd.1. habetur. [Qui dico Hieruſalem,Aedificaberis] per Iudęos ex licentia Cyri regis. [& templo, Fundaberis] in vrbe Hieruſalem.ſub Cyro quippe iuſſum fuit,vt Hieruſalem & templum in ea ędificarentur.ſed tempore Cyri fundamenta templi ſolùm iacta ſunt, & intermiſſum eſt opus illud ex prohibitione regis Artaxerxis.Poſtmodùm verò anno ſecundo Darij regis, prophetantibus Aggæo & Zacharia,ſub Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno,ædificare cœperunt.

¶ *Explanatio cap.45.Hæc dicit Dominus chriſto meo Cyro.* *Articulus* 75.

DIcit beatus Hieronymus,circa hunc locum vehementer erraſſe multos Latinorũ atq; Gręcorum,& mirari ſe aſſerit,ꝙ quidam iſtud capitulum de Chr̃o Saluatore noſtro exponunt,cùm poſt pauca ſubdaĩ:Aſſimilaui te,& nõ cognouiſti me. Quidam igiĩ exponũt ea q̃ iam dicunĩ de Cyro,partìm de Cyro rege Perſarũ,partìm de dño ſaluatore.ſed verè & abſq; dubitatiõe, propheta ad literam loquiĩ de Cyro rege Perſarum: q̃ verò de eo p modum laudis dicunĩ, de Chr̃o dño noſtro allegoricè exponunĩ.Quemadmodùm eñ liberatio Iudęorũ de Babylone, figura erat liberationis totius generis humani de poteſtate diaboli & iugo peccati:ſic Cyrus rex Perſarum, cauſa liberationis illius,figura extitit Chr̃i,qui cauſa eſt regñationis atq; perfectę redemptionis.Ait ergò:[Hęc dicit dñs chriſto meo Cyro,cuius appr̨ehendi dexteram.] Si dixiſſet, Hæc dico ego dñs chriſto meo Cyro,litera planior eſſet:nunc autem propter mutatiõem perſonarum intricata videtur. Vndè Lyra dicit in Hebræo haberi, Hæc dicit Dominus chriſto ſuo Cyro. ſed nec hoc tollit intricationem ſermonis,quia ſubiungitur in prima perſona, cuius appr̨ehendi dexteram. Eſt ergò mutatio à perſo-

ſona tertia, in primã,vt ſit ſenſus: [Hæc dicit dñs chr̃o meo Cyro,] i. Cyro regi Perſarum, quẽ ego dñs virtute & regia dignitate vnxi. chr̃s eñ,vnctus interpretaĩ.Vndè de qbuſdam ait in Pſalmo:No Pſal.104.
lite tangere chriſtos meos. Eſt aũt q̃dam ſpiritualis vnctio gr̃æ gratũ facientis, ſeu gr̃æ gratìs datæ. gratia verò gratìs data vnxit Deus hunc Cyrũ.Hieronymus tñ inſinuare videĩ, ꝙ Cyrus diciĩ chriſtus,i.vnctus dñi,quia vnguento pfuſus ſecundùm cõſuetudinẽ vnctionis regũ Iudęorũ.cuius app̃hendi dexterã,i.quẽ direxi,duxi,& cõſortaui.[vt ſubijciam ante faciẽ eius gentes, & dorſa regũ vertam.] i.timore eius fugere faciã.Non eñ ſolùm ſubiecit Deus Cyro regnũ ac populũ Chaldęorum, 2.Par.36.
ſed totius penè orbis terrarũ,ſecundùm quod Cyrus teſtaĩ:Oĩa regna terrę dedit mihi Deus cęli. 1.Eſd. 1.
Erat quippe monarcha mundi.[Et aperiam corã eo ianuas,] i.poteſtatem ei donabo firmiſſima oſtia aperiendi,q̃ clauſa erant,nè ſibi pateret ingreſſus.[& portę non claudenĩ.] i.alij videntes victoriam Cyri,tantum formidabunt, ꝙ neq; reſiſtere, nec portas obſerare p̃ſument. Deindè dñs alloquens Cyrum,tunc nondùm natum,ſed ſibi in cognitionis luce p̃ſentem, adiecit:[Ego ante te ibo,] i. itineris tui dux ero,& tuo aduentui viam vincendi parabo, incutiẽdo hoĩbus tuę poteſtatis pauorem, ità vt ſine pugna tibi ſe ſubdant.[& glorioſos terrę.] i.principes famoſos.[humiliabo.] i.tibi ſubiugabo.[Portas æreas conteram,& vectes ferreos confringã.] i.potentiã tibi dabo hoc faciendi,immò & impugnabiles muros ac portas deſtruendi.Hæc ſpecialiter referri poſſunt ad Babylonem, cuius principes tunc glorioſiſſimi erant, & portę æreę vectesq́; ferrei. [Et dabo tibi theſauros abſconditos] ab his,quos tibi ſubijciam.[& arcana ſecretorũ] i. precioſiſſima quæq; clenodia,q̃ ob ſuam dignitatem ſecretiſſimè occultantur.[vt ſcias] per collationem tantę victoriæ,[quia ego dñs,] i.vnum verum Deum cognoſcas,nec idola colas vt antè.[qui voco nomen tuum,] i.nomen tibi impono,illudq́; tempore longo p̃dico.[Deus Iſrael.Propter ſeruum meum Iacob & Iſrael electum meum,] i. ideò tibi nomen impono,atq; triumphos tibi tot tribuo,vt populum meum electum Iſraeliticã plebem de Babylonica captiuitate erueres.[Et vocaui te nomine tuo,] i. pprio nomine te per prophetas expreſſi.Refert Ioſephus ꝙ Cyrus iſte legit Iſaiam de ſuo nomine prophetãſſe,& hæc de ipſo p̃dixiſſe: propter quod multùm dilexit Iudęos,tanq̃ Deo familiares. Quæ autem hucuſq; dicta ſunt, de Chriſto intelligi poſſunt per allegoriã. Eius namq; dexteram dñs appr̨ehendit, & totius mundi regna ac populos ſubiugauit imperio eius, ſicut nunc ſæpiùs eſt dictum. Aperuit ante eum ianuas oĩum eccleſiarum,ſeu corda vniuerſorum, vt Chriſti ſermones aduerterent. Et dabo tibi theſauros abſconditos,de quibus ait Apoſtolus:In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientię abſcon- Col. 2.
diti.eratq́; anima Chriſti repleta ſpiritu timoris dñi,de quo dictum eſt ſuprà:Timor dñi ipſe theſaurus eius. & hoc fecit Deus Chriſto homini,vt ſciret, i.alios cognoſcere faceret, ꝙ dñs eſt qui vocat Iſaiæ 11.
nomen eius, qui per angelum dixit ad virginem: Vocabis nomen eius Ieſum. Et per Iſaiam: Voca- Lucæ 1.
bitur nomen eius,admirabilis,conſiliarius,Deus,fortis,&c.quatenùs ipſe Chriſtus totum populum Iſaiæ 9.
electorum redimeret. Quę autem ſubduntur, Chriſto dño noſtro nequaq̃ conueniunt. Aſſimilaui Lucę 1.
te,& non cognouiſti me. & eſt ſenſus:Aſſimilaui te mihi,dando tibi monarchiam mundi, ſicut ego ſum monarcha cęli: atq; in alijs multis contuli tibi quandam ſimilitudinem mecum. Vel aſſimilaui te,i.in figuram & typum veri Saluatoris & Chriſti te præcedere feci. Vel aſſimilaui te perſonis præcipuis,quorum nomina prænunciaui,videlicet Iſmaeli,Iſaac & Ioſiæ,quorum nomina prædicebam, vt patet Gene. 16.& 21.& 3.Reg.13.& non cognouiſti me,cognitione perfecta,formata & ſtabili.Aliquo tamen modo cognouit Deum benefactorem, dicendo: Oĩa regna terræ dedit mihi Deus, & 2.Par.36.
ipſe p̃cepit mihi,vt ædificarem ei domũ in Hieruſalẽ.Vndè & vaſa templi q̃ Nabuchodonoſor abſ- 1.Eſd.1.
tulit,iuſſit reddi Iudęis.ſed quia etiã idola adoranda putauit,diciĩ Deũ ignorãſſe,ſecundùm quod 1. Ioan.2.induciĩ:Qui dicit ſe nõſſe Deũ,& mandata eius nõ obſeruat,mẽdax eſt. [Ego dñs,& non eſt *ampliùs] i.nil veriùs dici poteſt. [extra me nõ eſt Deus.] Tres aũt diuinæ perſonæ,inſeparabiliter * alius
& incircunſcriptibiliter in ſeipſis ſunt. [Accinxi te] ô Cyre poteſtate & robore, armiſq́; bellicis, & non cognouiſti me. Hoc de oĩbus ingratis p̃latis atq; principibus accipi poteſt, qui & ſi ſe Deum oĩum bonorũ datorem nõſſe dicant,factis tñ negant. Deniq; dñs aſſerit ſe tanta beneficia Cyro dediſſe, [vt ſciant hi qui ab ortu ſolis,& qui ab occidente,] i.tam orientales q̃ occidentales,& oĩes ſub Cyri imperio exiſtentes. [qm̃ abſq; me non eſt Deus,] qui poſſit facere opera operibus meis æqualia. Hoc & Cyrus aliquo modo nunciauit populis ſibi ſubiectis: miſit eñ p prouincias ſui imperij epiſtolas,in quibus profitebatur ſummi Dei potentiam,à quo ſibi cuncta regna cognouit ſubiecta.[Ego dñs,& non eſt alter,formans lucem,] i.diem ſeu proſpera.[& creans tenebras,] i.noctem ſiue aduerſa.Si autem tenebræ ſumantur pro ſola luminis priuatione, non creantur, nec terminant actum alicuius agentis.Formauit quoq; Deus lucem,de qua dicitur in Geneſi:Fiat lux.oĩbuſq́; cæ Gene. 1.
leſtibus corporibus lucẽ quam habent,impreſſit. ſed & lux illa ſplendidiſſima patriæ beatorum, & tenebræ inferorum,à Deo fluxerunt.[faciens pacẽ,] liberando à pugnis ac hoſtibus, internã quoq; tranquillitatem p̃ſtando.[& creans malum] pœnę,de quo in Michea habetur:Eccè ego cogito malũ Mich. 2.

 ſu-

Amos 3. ſuper familiã iſtã,dicit Dñs.Et Amos ait:Si erit malũ in ciuitate quod Dñs non fecit? de quo & Chrs:
Matth. 6. Sufficit,inqt,diei malitia ſua,i.afflictio.Quòd aũt malum culpæ à Deo nõ ſit, neq; aliqd,neq; in ali-
quo,ſublimis ille theologici agminis princeps diuinus Dionyſius 4.cap. de diuinis noĩbus pleniſſi-
mè docet.[Ego Dñs faciens oĩa hæc] mediatè vel immediatè. [Rorate cæli deſupèr, & nubes pluant
iuſtũ: aperiat̃ terra,& germinet Saluatorẽ.] Quidã de Cyro iſta exponũt,ſicut inferiùs tangã.ſed nõ
videt̃ ꝙ Iſaias hunc Cyrũ,cuius ignorantia & ingratitudo oſtenſa eſt,Dño perhibente: Accinxi te,&
nõ cognouiſti me,nunc tã abſolutè iuſtũ ac Saluatorẽ appellet.Melius ergò videt̃,vt exponantur de
Chr̃o.Poſtq̃ itaq; de Saluatore figurali ac typico facta eſt mentio, nunc de Saluatore figurato, vero,
& ꝑfecto ac vniuerſali,ꝓphetia inducit̃, q̃ per modũ orationis ꝓponitur, eô ꝙ Chr̃i aduentũ vete-
res ſancti ardentiſſimè optauerunt.Ait igit̃:Rorate cæli deſupèr,i. ô vos ciues ſuperni, angeli ſancti,
* noſtrarũ cæleſtis gratiæ rorẽ,precum * veſtrarũ exauditionẽ, & de Chr̃i aduentu conſolatoriam annunciati-
onem nobis afferte:& nubes pluãt iuſtũ.Secundùm Dionyſiũ 15.cap.Hierarchiæ cęleſtis, per nubes
angeli deſignant̃. apoſtoli quoq; & p̃dicatores ſancti, frequenter nubes vocant̃. Vndè inferiùs ſcri-
Iſaiæ 60. ptum eſt:Qui ſunt iſti qui vt nubes volant?& in Pſal.35. Veritas tua vſq; ad nubes. Orat ergò ꝓphe-
Lucæ 2. ta,vt vel angeli Chr̃i aduentũ denuncient: quod impletũ eſt Gabriele loquente ad Chr̃iferam vir-
ginẽ,& angelo paſtores affante,cum quo facta eſt multitudo cæleſtis exercitûs.Vel ipſi apoſtoli mũ-
Iſaiæ 4. do Chr̃m pluant ſeu p̃dicent. aperiatur terra,i. virgo beata S. Maria, de qua dictũ eſt: In die illa erit
fructus terrę ſublimis. atq; in Pſal.84.Veritas de terra orta eſt,& terra noſtra dabit fructũ ſuũ.Tunc
Lucæ 1. aũt aperta eſt terra hæc,quandò hæc virgo p̃electa conſenſum p̃bens,dixit ad angelum:Fiat mihi ſe
cundùm verbum tuũ.Tunc em̃ beatiſſimus atq; caſtiſſimus venter eius, clauſus & intactus manens
homini,apertus eſt Deo,quem intra ſe cõcepit, & noſtri corporis cinctorio induit. & germinet Sal-
uatorem,videlicet Chr̃m,quem ſacroſancta Maria ſine dolore genuit, quẽadmodùm eum ſine car-
nali voluptate concepit. [& iuſtitia oriatur ſimul.] i.doctrina euangelica, vita ꝑfecta, ſeu iuſtificans
Matth. 1. gratia.A tempore em̃ natiuitatis Chr̃i, cœpit mundus Saluatorẽ & creatorem ſuum cognoſcere, vi-
tam corrigere,& per fidem ac gratiã iuſtificari. Propter quod Ioan.1.habet̃: Gratia & veritas per Ie-
ſum Chr̃m facta eſt.[Ego Dñs] Trinitas [creaui eum,] quantùm ad naturam aſſumptã. Chr̃s em̃, in-
quantùm ſeruus & homo ac patre inferior,creatus eſt,& creatura vocat̃. ¶Præterea qui iſta de Cyro
intelligunt,ità exponunt:Rorate cæli deſupèr, i.veſtræ cauſalitatis influentiã emittite,& nubes plu-
ant iuſtum,i.ad generationem Cyri concurrant diſponendo materiã.Dicitur aũt Cyrus iuſtus,quã-
tùm ad hoc,ꝙ ſecundùm dictamen diuinę iuſtitiæ debellauit Chaldęos, & Iudęos ſaluauit. Orbes
aũt cæleſtes aliquo modo concurrunt ad hoĩs generationẽ, non ꝙ anima rationalis ſit ex cauſis ſe-
cundis,ſed quia corpꝰ per *illorũ cauſalem influxum diſponit̃ ad animę receptionẽ. Ideò ait:Rorate
cęli deſupèr.Verùm hoc in Chr̃o locum nõ habet, qm̃ corpus eius ſola ſpiritûsſancti operatione in
inſtanti aptatum animę infuſioni atq; organizatũ eſt. aperiatur terra, i. filia Aſtyagis regis Medorũ.
& germinet ſaluatorem Iudęorum à captiuitate Babylonię, vtpotè Cyrum, & iuſtitia oriatur ſimul,
i.iuſta deiectio Chaldęorum,atq; ſaluatio Iudęorum.Ego Dñs creaui,i.creabo eum,ſ.Cyrum.Tem-
pore em̃ huius vaticinij erat creandus. Dicitur aũt creatus,vel quantùm ad eſſe naturale, vel quãtùm
ad eſſe imperiale,quẽadmodùm dicimus aliquẽ creari in ſummũ pontificẽ, imperatorẽ,vel regem.
[Væ qui cõtradicit factori ſuo.] Primò exponenda ſunt hæc de Chr̃o, deindè tangendũ quomodò
exponant̃ de Cyro.Væ qui cõtradicit factori ſuo,i.creatori nõ credit ꝓmittenti Chr̃i aduentũ.Mul-
ti em̃ nõ crediderunt ꝓphetis.[teſta de Samijs terrę.] i. talis cõtradictor eſt velut opus luteũ & ter-
reſtre,quod dicit̃ de †Samo terra,qm̃ in inſula Samo fert̃ primò inuentũ.[Nũquid dicit lutũ]de quo
teſtę formant̃,[figulo ſuo,] i.artifici,[qd facis?& opus tuũ abſq; manibus eſt?]i. imꝑfectũ & debile.
tanq̃ dicat,ſicut lutũ cõtra figulũ nil valet, nec eum reꝑhendere poteſt: ſic nullus poteſt Deo reſi-
ſtere,aut eius effectũ arguere.de hoc ſuperiùs dicta ſunt plurima.[Væ q dicit patri,] i.Deo oĩpoten-
Galat. 4. ti,[quid generas?& mulieri,] i.virgini benedictę,de qua Paulus: Miſit Deus filiũ ſuum natũ ex mu-
liere. [quid parturis?] i. qui Chr̃m Dei patris ac virginis matris filium negat ſiue extinguere cupit.
[Hæc dicit Dñs ſanctus Iſrael plaſtes eius,] i.ſanctificator & conditor Iſraelis. [Ventura interrogate
me] i.purè cõtingentia q̃ mihi ſoli ſunt cognita.[ſup filios meos,& ſup opus manuũ mearũ mãdate
mihi,] i.mihi indicate vel p̃cipite,ſi poteſtis,qualiter filios meos adoptiuos debeo regere,& effectus
meæ potentiæ ordinare.[Ego feci terrã,& hoĩem ſup eam] videlicet primũ parentem, oẽſq́; poſte-
ros eius.[creaui ego] immediatè quantùm ad aĩas, vel mediatè quãtùm ad corpus. [Manus meæ] i.
mea potẽtia & ſapiẽtia.[tetenderunt cælos,] creãdo eos in figura ſphærica, q̃ cũctis figuris capacior
eſt atq; extenſior. [& oĩ militiæ eorũ mandaui.] i.cunctis ſideribus & planetis certã legẽ & ordi-
nẽ determinatũ,conuenientẽq́; motum p̃fixi. Vndè tranſlatio LXX.ſic habet: Ego oĩbus ſtellis mã-
Pſal. 148. daui.Hoc eſt quod canit Pſal. Statuit ea in ſeculũ & in ſeculũ ſeculi: p̃ceptum poſuit, & nõ p̃teribit.
*eum [Ego ſuſcitaui eum] ſ.Chr̃m hoĩem.[ad iuſtitiã] i.ad iuſtitiã * eã induxi. Propter quod ait Saluator:
Verba

Verba q̃ ego loquor,à meipſo nõ loquor: pater verò in me manens,ipſe facit opera.[& oẽs vias eius Ioan. 14.
dirigã:] ità vt in oĩ cõuerſatione eius nihil reꝑhenſibile valeat inueniri. [Ipſe ædificabit ciuitatem
meã,] i.Eccleſiã,de qua ait ad Simonẽ:Tu es Petrus,& ſup hãc petrã ædificabo Eccleſiã meã. Et apud Matth. 16.
Amos:In die illa ſuſcitabo tabernaculũ Dauid quod cecidit.[& captiuitatẽ meã dimittet.] i.electos Amos 9.
à diabolica captiuitate eripiet,ſicut ꝓteſtatur:Nũc princeps huius mũdi eijcietur foràs.&, Ego ſi ex- Ioan. 12.
altatus fuero à terra,oĩa traham ad meipſum.[nõ in precio,neq; in muneribus, dicit Dñs Deus exer-
cituũ:] i.nõ ꝓpter merita hoĩm,nõ aliquo dono,quẽadmodùm ad Ephe.2.recolit̃: Gr̃a ſaluati eſtis,
& hoc nõ ex operibus.Et Petrus in ſua 1.epiſtola:Nõ corruptibilibus,inqt,auro vel argento redem- 1.Pet. 1.
pti eſtis,ſed precioſo ſanguine agni immaculati.[Hęc dicit Dñs:Labor Aegypti,]i.Aegypti populus
in idolorũ cultu laborans.[& negociatio Aethiopiæ,] i.Aethiopes in hoc ſeculo negociãtes. [& Sa-
baim viri ſublimes,] i.gentes & principes regionis,q̃ trans Aethiopiã eſt,& Sabaim appellat̃. [ad te]
ô Chr̃e [tranſibunt] per fidẽ & cultũ.[& tui erunt] p humilẽ ſubiectionẽ.[poſt te ambulabunt] ſe-
quentes tua veſtigia,quẽadmodùm dicis:Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat cru
cem ſuã quotidiè.[Vincti manicis pergẽt,] i.tui obſequij iugo ſubiecti, & tuo timore cõfixi,proce- Lucæ 9.
dent de virtute in virtutẽ.[& te adorabunt] tanq̃ verũ Deũ[teq́; deprecabunt̃] tanq̃ hoĩem ſummũ,
Dei ac hoĩm mediatorẽ,& adorando te dicent: [Tantùm in te eſt Deus:] In filio em̃ eſt pater, quẽ-
admodùm filius dicit:Tu pater in me,& ego in te.[& non eſt abſq; te Deus.] qm̃ pater non eſt alius Ioan. 17.
Deus q̃ filius,q̃uis ſit alia pſona.Pater nanq; & filius & ſpiritusſanctus,ſunt vnus ſimpliciſſimus De-
us,in quo nulla eſt ſubſtantialis diſtinctio.[Verè tu es Deus abſconditus,] i.inuiſibilis atq; incõpre-
henſibilis,& nõ niſi in occulto cordis appárens.Hoc tñ de Chr̃o p̃cipuè dicit̃ propter aſſumpti cor-
poris,in quo diuinitas latuit,ſacramentũ,ſicut de eo inferiùs legitur:Quaſi abſcõditus vultus eius &
deſpectus.[Deus Iſrael Saluator.] quod interpretat̃ Ieſus, de quo angelus dixit paſtoribus:Natus eſt Iſaiæ 53.
vobis hodiè Saluator.Et ad Ioſeph:Vocabis nomẽ eius Ieſum. ipſe em̃ ſaluum faciet populũ ſuum à Lucæ 2.
peccatis eorũ. [Confuſi ſunt & erubuerunt omẽs, ſimul abiêrunt in confuſionẽ fabricatores erro- Matth. 1.
rũ.] Quanuìs hoc de vniuerſis idololatris accipi poſſit,q idolis ſeruire maluerũt q̃ Chr̃o,atq; ob hoc
æternam confuſionẽ ac pœnam ſortiti ſunt,meliùs tñ accipitur de ſcribis & phariſæis, qui cõfinxe- Matth. 28.
runt mendacia,& ea vbiq; diſſeminauerũt,dicentes corpus Chr̃i non ſurrexiſſe, ſed à diſcipulis fur-
tìm fuiſſe ſublatum: multaq́; alia contra Chr̃m moliti ſunt,ꝓpter quod periêrunt traditi manibꝰ Ro
manorũ ac dæmonum.[Iſrael] i.electus populus Iudęorũ credens in Chr̃m.[ſaluatus eſt in Dño]nõ
in ſeipſo,ſed per Chr̃i virtutem.[ſalute æterna] per euaſionẽ pœnæ inferni,atq; per adeptionẽ bea-
titudinis cæli. [Non confundemini] in p̃ſenti, [& non erubeſcetis] in futuro ô veri Iſraelitæ: [vſq;
in ſeculum ſeculi.] Non em̃ erubuerunt apoſtoli nomen Chr̃i coram hoĩbus, ſed ibant gaudentes à Actu. 5.
conſpectu cõcilij,qm̃ digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliam pati. [Quia hæc dicit Dñs cre-
ans cælos,ipſe Deus formans terrã,& faciens eã ipſe plaſtes.] i. plaſmator eius, de quo fatur in Pſal.
101.Initio tu Dñe terram fundâſti,& opera manuũ tuarũ ſunt cæli:quod ad literã de Chr̃o dicit̃, vt pa
tet ex allegatione Apoſtoli ad Hebręos,vbì per hãc ſcripturã ꝓbat filium patri coæternum.Per hoc
quoq; deſtruit̃ hæreſis dicentiũ, ſola cæleſtia ſeu inuiſibilia, à Deo ꝓducta. [Non in vanum creauit
eam:ſed vt * habitaret̃] ab hoĩbus & iumentis, [formauit eã.Ego Dñs, & nõ eſt alius. Non in abſcõ- *habitet̃
dito locutus ſum.] quia per Moſen publicè ad vniuerſum Iſraelem loquebatur.[in loco terræ tene- Exod.34.
broſo,] ſed in plana ſolitudine, immò in altiſſimo Sinai monte. Poteſt quoq; de Chr̃o intelligi, qui
montem conſcendens,fecit ſermonẽ ad populum. vndè ad Annam dixit Ioan.18. Ego palàm locu-
tus ſum mundo. ego ſemp docui in ſynagogis & in tẽplo,quò oẽs Iudæi cõueniunt. Per apoſtolos
quoq; palàm,non in loco tenebroſo locutus eſt:ſiquidem in oẽm terram exiuit ſonus eorum.[Non
dixi ſemini Iacob,] i.fidelibus. [fruſtrà quærite me] per fidem & opera.[ego Dñs, loquens iuſtitiã, Pſal. 18.
annuncians recta.] Lex em̃ Dñi immaculata, conuertens animas. Et Sapientia ait: Iuſti, inquit, ſunt Prou. 8.
omnes ſermones mei,& nõ eſt in eis prauum quid,neq; peruerſum.Sed quia Iudæi pro maiori par-
te receſſerunt à Chriſto, idcircò gentilibus dicitur: [Congregamini] in apoſtolica & catholica Ec-
cleſia Dei.[& venite] credendo,] & accedite ſimul] per diuinam ac mutuam charitatem, quatenùs
idem ſapiatis, & non ſint in vobis ſchiſmata. [qui ſaluati eſtis ex gentibus.] per quod notatur, non
omnes gentes ſtatìm aut ſimul credituras fuiſſe,ſed per partes atq; paulatìm.Demùm de his qui cre-
dere noluerunt,ſubiungitur:[Neſciêrunt] i. ſacræ ſcripturæ ſermones & apoſtolorum prædicatio-
nem non intellexerunt,[qui leuant lignum ſculpturæ ſuæ,] i.ſublime erigunt, altoq́; loco ſtatuunt
idola ſua,vt reuerenter adorentur,& à cunctis cernantur.[& rogant Deum non ſaluantem,] i. ido-
lum vanum fictumq́; Deum,qui neq; ſeipſum iuuare poteſt, nec ſuos cultores.Deindè Dñs ait primis
prædicatoribus Eccleſiæ ſanctę:[Annunciate] euangelicam legem vbiq;.[& venite] ſemp redeun-
do ad Deum cum gratiarũ actione,& ad proximos cum pia compaſſione. [& conſiliamini ſimul,] i.
conſilium de gentiũ ſaluatione ſeu conuerſione inite.[Quis auditum fecit hoc?] i. quis gentiũ con-
uer-

uerſionẽ & Chr̃i myſterium p̄nunciauit [ab initio] mundi? nullus vtiq;, niſi Deus q̃ ait: [Ex tunc p̄-
dixi illud.] i. ab initio p̄nunciaui per ꝓphetas gentium ſalutionẽ: nulla em̃ tẽpora vacauerunt à pro-
phetia Chr̃i, ſicut in myſtica expoſitione ſex hydriarũ Auguſtinus pulchrè deducit. Nempe & illud
Gene. 2. quod in Geneſi dictũ eſt de primis parentib⁹, Erunt duo in carne vna, ſacramentũ magnũ fuit Chr̃i
atq; Eccleſiæ. Adam quoq; (vt dicunt ſancti doctores) rediens à ſupernaturali ſopore, immò à diui-
norũ ſecretiſſima cõtemplatione, agnouit filiũ Dei incarnandũ: & de hoc myſticè loquebaẽ, quãuis
cauſam incarnationis nõ nouerat. [Nunquid nõ ego Dñs,] in cuius ditione cuncta ſunt poſita, [& nõ
Deut. 32. eſt vltrà deus abſq; me?] iuxta illud Deut. Videte ꝙ ego ſim ſolus, & non ſit alius deus præter me. Et
Pſal. 17. in Pſal. Qm̃ quis deus p̄ter Dñm? aut quis deus prĕter Deum noſtrũ? [Deus iuſtus & ſaluans non eſt
p̄ter me.] qm̃ oẽs dij gentium dĕmonia, neq; eſt aliud nomen datũ hoĩbus, in quo oportet eos ſal-
uos fieri. [Cõuertimini ad me] per fidem & charitatẽ. [& ſalui eritis] mente & corpore, [oẽs fines
terræ,] i. gentes vniuerſæ. [quia ego Deus, & nõ eſt alius.] Eccè apertiſſimè loquiẽ de conuerſione
ſeculi vniuerſi. [In memetipſo iuraui] & nõ niſi per memetipſum. Deus em̃ maiorẽ, per quẽ iuret, nõ
Hebr. 6. habet. Iurat aũt Deus, ſecundùm Apoſtolũ ad Hebræos, vt per duas res immobiles, q̃bus impoſſibi-
le eſt mentiri Deũ, fortiſſimum ſolatiũ habeamus: & vtiq; ſecurè iurat, qui mentiri non poteſt. Quid
ergò iurauit, ſubdiẽ: [Egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum,] i. euangelicæ legis p̄dicatio. [& non
reuertetur,] i. non erit inane, neq; caſſabitur, ſed fructum faciet in electis. [quia mihi curuabiẽ oẽ
genu] cæleſtium, terreſtrium & inferorum. iam tamen ſermo eſt de omni genu gentium vniuerſarũ,
q̃ ad fidem conuerſæ ſunt, & Deum verum cultu latriæ honorauerũt: cuius indicium eſt genuflexio
corporis. [& iurabit oĩs lingua,] ſ. per nomen meum, non per falſos deos. [Ergò in Dño] i. ad glo-
*dicet riam Dei. [*dicent] gentes conuerſæ: [Meæ ſunt iuſtitiĕ & imperium,] non populi Iudĕorum. Diui-
norum p̄ceptorum cuſtodia, Chriſtiq; regnum, nõ niſi in populo Chriſtiano inueniunẽ. [Ad eum]
i. ad Chriſtum. [veniẽt & confundentur] in die iudicij [oẽs qui repugnant ei,] videlicet pagani, Iu-
dæi, hæretici, & impij Chriſtiani. Poteſt quoq; intelligi de conuerſione gentilium, qui ante ſuã con-
uerſionem Chriſto repugnabant: ſed fide recepta, ad eum pœnitendo venerunt, atq; de ſuis peruer-
Gene. 28. ſitatibus erubuerunt. [In Dño] Chr̃o per fidem ipſius [iuſtificabitur & laudabitur oẽ ſemen Iſra-
el.] i. omnis populus fidelis, qui fidem Iſraelis aſſequitur, de quo ſemine ſpirituali Dñs ſancto patri-
archæ Iacob repromiſit: Dilataberis ad orientẽ & occidentẽ, & ad aquilonem & meridiem, i. totum
mundum ſemen tuum implebit, quod in Chriſtianis impletum eſt. Auguſtinus in ſermone de pu-
Pſal. 44. rificatione, hunc locum profundiùs ſubtiliuſq; exponit hoc modo: Egredietur de ore meo, i. de cor-
de Dei patris, verbum increatum, de quo pater teſtatur: Eructauit cor meum verbum bonum. Et Io-
Ioan. 1. annes: In principio erat verbum. & non reuertetur, i. non identificabitur mihi in perſona: quod cõ-
tra Sabelliũ dicitur, aſſerentẽ, vnã eſſe patris filijq; perſonã. ¶ Poſtremò breuiter tangendũ eſt, quo-
modò quidam p̄dicta de Cyro exponant. ab eo itaq; loco quo diciẽ, Væ qui cõtradicit factori ſuo,
affirmant eos redargui qui non crediderunt implenda, q̃ Deus per Cyrum promiſit agenda de Iu-
dĕorum liberatione, &c. Quidam verò exponunt de Aſtyage auo Cyri, qui timẽs regno priuari per
Cyrum, quem audierat vehementer ſublimandum, conabatur eum occidere: ſicq; diuinæ ordinati-
oni reſiſtere niſus eſt. Item quod ſequitur, Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid partu-
ris? hoc de Aſtyage exponunt, qui tentauit partum filiæ ſuĕ maritiq; eius extinguere, vtpotè Cy-
rum. Ego ſuſcitaui eum ad iuſtitiam, i. poteſtatem contuli Cyro exequendi iuſtitiam meam contra
Chaldĕos, & ad liberandos Iudĕos. & omnes vias eius dirigam, dando ei vbiq; proſperum exitum.
Hoc tamen abſolutè de Cyro verum non eſt, quem conſtat eſſe damnatum, tanq̃ idololatram & in-
gratum. Ipſe ædificabit ciuitatem meam. Cyrus enim dedit Iudæis licentiam ædificandi Hieruſalẽ,
quĕ tamen poſt mortem eius ſub Nehemia ædificata eſt, maximè quãtùm ad muros & portas. & ca-
ptiuitatem meam dimittet, i. populum meum à Babylonica captiuitate abſoluet: non in precio, ſed
gratis, ex inſpiratione diuina quaſi gratias agens, & vicem rependere volens Deo Iſrael, cuius adiu-
torio oĩa regna ſibi cognouit ſubiecta. Porrò quod ſubdiẽ, Labor Aegypti, &c. exponunt ità, ꝙ De-
us ꝓmiſit Cyro bona Aegypti, Aethiopiæ & Sabaim pro mercede liberationis Iudĕorũ. Huic tamẽ
repugnare videẽ, ꝙ Cyrus ante Iudĕorũ liberationẽ dixit, Oĩa regna terræ ſibi eſſe ſubiecta, vt legiẽ
1. Eſd. 1. in 1. Eſd. lib. Viri ſublimes ad te trãſibunt, poſt te ambulabũt, vincti manicis pergent, & te adorabũt,
i. habitatores horum regnorum à te capienẽ, & capti poſt te gradienẽ, teq; ſuppliciter exorabunt, nè
eos penitùs conteras. Hanc autem expoſitionem de Cyro, quàm ſequitur Lyra, S. Hieronymus im-
probat p hoc quod ſubdiẽ: Tantùm in te eſt Deus. Nõ em̃ in ſolo Cyro fuit Deus. Et q̃uis hoc de Cy
ro aliquo modo accipi poſſit, q̃a in nullo regũ ſui tẽporis tam gratioſè, quãtùm ad tẽporale imperiũ,
fuit Deus, ſicut in ipſo, cuius imperio cæteros reges ſubiecit: tamen quod ſubditur, Et nõ eſt abſq; te
Deus, nequaq̃ intelligi poteſt de Cyro: & item quod ſubditur, Verè tu es Deus abſconditus, Deus
Iſrael Saluator: quæ tamen, ſicut iam patuit, de Domino noſtro Ieſu Chriſto veriſſimè explanantur.
Vndè

Vndè Hieronymus infert, ſtultam eſſe contentionẽ eorum qui iſta de Cyro accipiunt, p̄ſertim cùm,
vt Hieronymus ait, etiam ſtultis perſpicuum ſit, vnum eſſe ſermonis cõtextum: nec poſſe ſenſum di-
uidi, qui in ipſo narrationis ordine & ratione coniunctus eſt. Prætereà quod infertur, Iſrael ſaluatus
eſt in Dño ſalute æterna: nullatenùs ſumi poteſt de ſaluatione facta per Cyrum. Tota autem expoſi-
tio cuiuſdam circa hunc locum, fundatur non in aliqua ſcriptura canonica, ſed in Scholaſtica hiſto-
ria: quod tamen non decet, qm̃ nõ debemus obſcura atq; certiſſima, per minùs certa exponere. Sed
& Lyra quodam loco redarguit eos, qui quædam verba Iſaiæ exponunt per hiſtoriam Iudith, eò ꝙ
illa hiſtoria non ſit ſecundùm eum authentica: de qua tamen certum eſt, ꝙ non ſit minùs authenti-
ca quàm Scholaſtica hiſtoria, quo ad ea quæ de Cyro in ipſa narrantur.

¶ *Declaratio capituli 46. videlicet Conflatus eſt Bel.* *Articulus* 74.

QVi ſuperiora de Cyro exponunt, iſta ità continuãt, ꝙ poſt Saluatoris Iudĕorũ, & liberationis
eorum à Babylonica captiuitate, deſcriptionẽ, iam hoſtiũ, i. Babyloniorũ deiectio p̄ſignaẽ.
vt ſit ſenſus, [*Cõflatus] i. reſolutus atq; deſtructus [eſt Bel, cõtritus eſt Nabo.] Nomẽ eſt al- *Cõfracto
terius idoli quod colebant Chaldĕi. [facta ſunt ſimulacra eorum beſtijs & iumentis.] i. cõculcata ab
eis, vel eis ſimilia facta, vtpotè intellectu carentia. Cyrus em̃ cum populo ſuo cõfregit idola Babylo-
nis. [Onera veſtra graui põdere vſq; ad laſſitudinẽ,] i. idola veſtra ô Babylonij vos vſq; ad fatigatio-
nẽ grauantia. [cõtabuerunt & cõtrita ſunt ſimul,] i. vnà vobiſcum capta ſunt & cõminuta. [nõ potu-
erunt ſaluare portantẽ.] Idololatræ nãq; idola ꝓprijs humeris ſolẽt portare. Diciẽ quoq;, ꝙ ſacerdo
tes Babylonis videntes vrbẽ à Cyro captã, arreptis idolis ſuis, fugere conabanẽ: ſed onere idolorum
p̄pediti à celeri curſu, ſimul cum idolis ſuis capti fuerunt. Vndè nunc ſubdiẽ: [& aĩa eorum in capti-
uitatẽ ibit.] Sumiturq; aĩa pro hoĩe toto. Sed qm̃ ſuperiora de Chr̃o gentiumq; vocatione expoſita
ſunt, melius eſt generaliter explanare de idolorũ ruina, q̃ facta eſt Chr̃i Euangelio diuulgato. Sic er-
gò p Bel deſignaẽ Belus ſiue Saturnus, quẽ antiqui intantùm colebãt, vt ꝓprios ei filios immolarẽt.
Nabo autẽ idolum eſt, & interpretaẽ diuinatio. & eſt ſenſus, ꝙ ꝓphetia ſeu diuinatio idolorũ & ido-
lolatrarum, poſt Chr̃i aduentum cõticuit. Deindè populus Iudĕorum ab idololatria reuocaẽ, atq; ad
vnius altiſſimæ deitatis cultum induciẽ. [Audite me domus Iacob,] i. familia Iudĕorum, [& oẽ re-
ſiduum domûs Iſrael,] i. q̃ remãſiſtis de decẽ tribubus. [q̃ portamini à meo vtero, q̃ geſtamini à mea
vulua.] Hoc multipliciter exponi poteſt. Primò, vt p vterum & vuluã Dei, intelligaẽ venter & vulua
plebis ſuæ, videlicet mulierum Hebrĕarum. Secundò, vt venter & vulua Deo metaphoricè aſcribã-
tur, ſicut & cætera mẽbra corporis noſtri. vt ſit ſenſus: Qui portamini à meo vtero, i. ità vos ex Aegy-
pto portaui, immò quotidiè porto, ſuſtento & alo, quẽadmodùm mulier ſuum portat infantẽ. Ter-
tiò ſic, qui portamini à meo vtero, i. ità vos diligo, ſicut mater ſuum infantulum. Hæc autẽ moraliter
de Eccleſia & vnoquoq; electo accipi poſſunt, ſicut & Paulus ait: In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, Galat. 2.
& tradidit ſemetipſum pro me. Per vterum autẽ ſeu vuluã Dei, intelligiẽ paterna eius clementia, vel
ſecreta gratia eius. [Vſq; ad ſenectam,] i. quouſquè vos ſeneſcatis, [ego ipſe] ſum incommutabiliter
permanẽs. Ex hoc loco ſumptum eſt quod allegat Ambroſius ſcriptum: Donec ſeneſcatis, ego ſum.
Sic em̃ habet tranſlatio Septuaginta interpretum. [& vſq; ad canos] veſtros [ego portabo,] nõ de-
ferens vos neq; proijciens, ſed vſq; in finem conſeruans. [Ego feci] vos & oĩa bona q̃ habetis. [&
ego feram] i. portabo vos gratioſè & piè, & [ego portabo, & ſaluabo] vos nunc per gratiam, & in fu-
turo per gloriam. Vndè & Deuterono. 1. Portauit te Dñs Deus tuus, ſicut portare ſolet homo paruu-
lum filium ſuum. De Chriſto quoq; ait Apoſtolus, ꝙ portet oĩa verbo virtutis ſuæ. [Cui aſſimilâ- Hebr. 1.
ſtis me, & adæquâſtis & cõparâſtis me, & feciſtis ſimilem?] tanq̃ dicat: Multùm errâſtis ꝙ aliq̃d mi- Rom. 1.
hi æquale putâſtis & pro Deo coluiſtis, gloriamq; incorruptibilis Dei in ſimilitudinem corruptibi-
lis hominis tranſtuliſtis. [Qui confertis] i. producitis ac traditis [aurum de ſacculo,] i. de burſa. [&
argentum ſtatera ponderatis,] quatenùs certam pecuniæ ſeu maſſæ precioſæ molem detis pro ido-
lo faciendo. [conducentes artificem, vt faciat deum] ſculptilem ſiue conflatilem. [& procidunt]
idololatræ coram idolo, [& adorant] illud. [Portant illum] videlicet deum aureum, ſiue argẽteum,
[in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo.] qm̃ dij huiuſcemodi pedes quidem habẽt, ſed am- Pſal. 113.
bulare non valent. [Et ſtabit] deus talis inanis, vbì cultores ſui eum reponunt. [ac de loco ſuo non
mouebitur] à ſeipſo. [ſed & cùm clamauerint] idololatræ [ad eum, nõ audiet.] quia nec viuit, & [de
tribulatione non ſaluabit eos. Mementote iſtud.] i. beneficia mea recolite, & idolorum vanitatem
reuoluite. [& *fundamini.] i. in Deo fundamentum firmate, vt ſitis fortes in fide atq; immobiles in *Confun-
cultu diuino, nè rurſus ad priſtinos declinetis errores. [& redite præuaricatores ad cor.] i. ad verum damini
rationis iudicium, ad interiora veſtra, & coram Deo diſcutite opera veſtra. Hoc autem nihil aliud
eſt, niſi ad Deum conuerti. qui enim peccat, à corde (i. à rationis cenſura) recedit, ſequens impe-
tum paſſionis vel inclinationem peſſimi habitûs: ſic quoq; redire ad cor, diuinæ pacis infuſionem
meretur, iuxta illud in Pſal. Loquetur pacem in plebẽ ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos q̃ cõuer- Pſal. 84.
tun-

tuntur ad cor.[Recordamini prioris ſeculi] quod fuit ante diluuiũ,creationiſq; mũdi.[qm̃ ego ſum
Deus] oĩm ſeculorum,vniuerſa diſpenſans atq; gubernans.[& nõ eſt vltra] me [Deus,nec eſt ſimi-
lis mei] in dijs ſimilitudine naturali,iuxta illud Pſalmi 88.Dñe Deus virtutũ,quis ſimilis tui?[annũ-
cians ab exordio nouiſſimũ,]i.à principio mundi de termino eius p̄dixi.Vndè & Iudas Apoſtolus in
ſua Canonica oſtendit,ſeptimũ ab Adam Enoch, de finali iudicio ꝓphetâſſe. nec dubium eſt quin
Adam ſpiritũ ꝓphetiæ habuerit,& alij qdam tempore eius. Vel ab exordio nouiſſimũ, i. à principio
rei terminũ eius. [& ab initio q̃ necdũ facta ſunt, dicẽs.] i. in hoĩbus reuelans p angelos & ꝓphetas.
[Cõſilium meũ ſtabit,] i.implebit̃,ſicut in Pſalmo 32.cantat̃: Cõſilium aũt Dñi in æternũ manet. [Et
Pſal. 134. oĩs voluntas mea fiet.] i.quicqd volo,& quicqd cõplacet mihi,eueniet,ſicut ſcriptũ eſt:Oĩa q̃cunq;
voluit Dñs,fecit in cælo & in terra.Quãdoq; tñ accipit̃ voluntas Dei pro ſigno voluntatis diuinę,ſci-
licet pro p̄cepto,ꝓhibitione,conſilio:& illa non ſemp implet̃: ſed neq; voluntas Dei antecedẽs,per
quam vult aliqd ſecundùm communẽ rationẽ,vel ſecundùm vnam cõſiderationẽ, quod tñ nõ vult
1.Ti. 2. ſimpliciter omibus cõſideratis,ſemp implet̃.Sic em̃ ſecundùm Apoſtolum vult oẽs hoĩes ſaluos fie-
Ezech. 18. ri,nec vult mortẽ peccatoris.Quod certum eſt nõ impleri. Harum aũt voluntatum nulla ptingit ad
pfectam & ꝓpriam voluntatis rationẽ.Vndè ſumendo voluntatẽ Dei pro ipſo diuinæ mentis bene-
placito,volendiq; actu,qui dicit̃ voluntas conſequẽs,ſemp implet̃.Nempe ſi tanta eſt beatitudo ſan-
ctorum in patria,vt quicquid voluerint,fiat: quanto magis omipotentis & ſupglorioſiſſimi Dei be-
atitudo id poſtulat,vt quicquid voluerit,fiat? Ideò Paulus ad Romanos 9.Voluntati,inquit,eius quis
reſiſtit? Et Iob 23.Deus ſolus eſt,& cogitationẽ eius nemo auertere poteſt: & anima eius, quodcũq;
voluit,fecit: Idcircò à facie eius turbatus ſum, & conſiderans eum, timore ſolicitor. [Vocans] ego
*iuſtum Dñs [ab oriente * auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.] Iudęi & quidã catholici ex-
ponunt de Cyro rege Perſarum,qui dicit̃ auis,ꝙ velociter venit ex diuina inſpiratione contra Chal
dęos,venitq; de terra longinqua, videlicet Perſide ſeu Media. & vocatur vir diuinę voluntatis, qm̃
Deus per eum expleuit ſuam voluntatẽ contra Chaldęos,& liberando Iudęos.Item quod ſubditur,
Propè feci iuſtitiam meam: non elongabitur,& ſalus mea non morabitur:Dabo in Sion ſalutem,&
*Hieruſalẽ in * Iſrael gloriam meam: exponunt de iuſta punitione Chaldęorum, & de ſaluatione Iudęorum fa-
cta per Cyrum, reædificatione quoq; templi,& reditu in Iudęam. Verùm beatus Hieronymus ex-
*quòd poſitionem hanc reprobat partim, * manifeſtè de Chriſto & vniuerſali ac perfecta ſaluatione facta
per ipſum,fit ſermo.Eſt igitur ſenſus:Vocans ab oriente, i.ab ortu lucis æternæ auem,i.Chriſtũ ſine
pondere culpæ,cæleſtia iugiter contemplantẽ,atq; contemplando ſummè volantẽ, qui etiam exul-
Pſal. 18. tauit vt gigas ad currendam viam, & à ſummo cælo, vbì eſt oriens ſolis æterni, egreſſio eius. Vndè
nunc ſubditur:Et de terra longinqua,ſcilicet patria beatorum, de qua Chriſtus ad terras deſcendit,
Iere. 31. virum voluntatis meę.De quo Ieremias ait: Nouum faciet Dñs ſuper terram, mulier circundabit vi-
Ioan. 5. rum.Et qui in Euangelio loquit̃:Non poſſum ego à meipſo facere quicq̃. Sicut audio, iudico: & iu-
dicium meum iuſtum eſt,quia non quęro voluntatẽ meam, ſed voluntatẽ eius qui miſit me.Item in
Pſal.39.In capite libri ſcriptũ eſt de me;vt facerem voluntatẽ tuam Deus.[Et locutus ſum] per pro-
phetas de Chriſti aduentu. [& adducam illud:] i. implebo cùm venerit temporis plenitudo. [crea-
ui,& faciam illud.] i.creare decreui,vel loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudi-
nem veritatis propheticæ.[Audite me duro corde,] i.increduli,qui promiſſionibus Dei non credi-
tis,nec grati eſtis.[qui longè eſtis à iuſtitia.] Iuſtus em̃ ex fide viuit.Et Eccĩ 3. ſcriptum eſt: Cor du-
Prou. 28. rum malè habebit in nouiſſimo.Salomon quoq; teſtatur:Qui mentis eſt duræ, corruet in mala.Ho-
rum duriſſimorum Iudęorum filij erant,quibus vir eruditus,nomine ſuo dignus,beatus Stephanus
Act. 7. ait:Dura ceruice,& incircuncisi corde & auribus,vos ſemper reſtitiſtis ſpirituiſancto, ſicut & patres
veſtri.[Propè feci iuſtitiam meam,non elongabitur.] i. Chriſtum feci eſſe vicinum, qui vt Abac. 2,
Agg. 2. ait:Veniens veniet,& non tardabit.De quo Aggæus prædixit: Adhuc modicum,& veniet deſidera-
tus cunctis gentibus.Dicitur aũt Chriſtus iuſtitia,quia per viam iuſtitiæ nos redemit, patiendo ſci-
1.Cor. 1. licet pœnam pro culpa noſtra.Et de ipſo dicit Apoſtolus:Qui factus eſt nobis à Deo ſapientia & iu-
ſtitia,& ſanctificatio,& redemptio.[& ſalus mea] i.mundi Saluator, vel ſalus quã dabo mundo per
Chriſtum.[non morabitur] vltra tempus præfixum.Porrò ꝙ iſta de Chriſto prædicta ſint, patet ex
eo ꝙ infrà 56.eadem de ipſo dicantur:Propè eſt ſalus mea vt veniat,& iuſtitia mea vt reueletur.[Da-
bo in Sion] i.in Eccleſia,vel in templo ſeu populo Iudęorùm.[ſalutẽ] pfectam, videlicet Chriſtum,
Act. 4. de quo princeps Apoſtolorum aſſeruit:Non eſt in alio aliquo ſalus. De quo ſcriptum eſt Malach. 3.
Statim veniet ad templum ſuum dñator, quẽ vos quæritis, & angelus teſtamenti, quem vos vultis.
[& in Iſrael] i.in populo fideli dabo [gloriam meam] i. Chriſtum Dei ſapientiam. Nam filius ſapiẽs
gloria patris. Vel gloriam meam,i.glorioſam Chriſti manifeſtationem,videlicet opera eius miracu-
Agg. 2. loſa,ac præclariſſima documenta, de qua vtiq; gloria Dñs ait per Aggæum: Implebo domum iſtam
gloria. Magna erit gloria domûs huius nouiſſimæ magis quàm primæ. Loquitur autem de tem-
plo

plo ſecundo,à Zorobabel ædificato, in quo Chriſtus in propria perſona oblatus eſt, frequẽterq; do-
cuit,& miracula fecit.Hæc de vaticinio futurorum,& Chriſti aduentu ſic dicta ſint,quæ iuxta hiſto-
riam exponi poſſunt pro tempore Cyri,vt patuit.

¶ Expoſitio cap. 47. ſcilicet: Deſcende, ſede in puluere. *Articulus* 75.

SIcut Ezechiel regni Iudę atq; Samarię peccata & pœnas deſcribit ſub ſpecie duarũ mulierũ for-
nicariarũ,Oollæ & Oolibęæ:ità hoc loco deſcribit Iſaias deiectionẽ Babylonis ſub ſpecie mulie- Eccĩ 13.
ris captiuę,q̃ olim regina erat,iamq; miſera eſt effecta, & ait: [Deſcende] de regali faſtigio. [ſede in
puluere] tanq̃ humiliata,lugẽs & victa.[virgo filia * Babylonis,] i.populus Babylonis,q̃ virgo dicit̃, *Babylon
ad deſignandũ ꝙ natura in ſe pura,& à bono principio cõdita ſit,q̃uis per accidẽs facta ſit meretrix,
maculataq; vitijs.Dicit̃ quoq; filia,ad deſignandũ clementiã benigniſſimi patris & creatoris,qui di-
ligit cuncta q̃ fecit,& beneficia ſua bonis & malis,gratis & ingratis impendit.[ſede in terra,] non in Sap. 11.
throno ſublimi,vt antè.[nõ eſt ſolium] i. ſedes regalis [filiæ Chaldęorũ,] i.genti Chaldææ. Cyrus
em̃ & Darius regnũ Babylonis deſtruxerunt.[qa vltrà nõ vocaberis mollis & delicata.] i.delicijs af-
fluens,nobilis & ſublimis.[Tolle molã,& mole farinã.] i.exercitiũ ancillę opuſq; vile aſſume, quod
eſt molam tollere,farinã molere,nec vltrà p̄ſumas alijs dñari.[Denuda turpitudinem tuam,] i.orna-
menta depone,qbus q̃ inhoneſta ſunt corporis,tegunt̃,ſicut Apoſtolus ad Corinth.ait: Quæ inho- 1.Cor.12.
neſta ſunt corporis noſtri,his abundantiorẽ gloriam circundamus. Per hoc notat̃ ꝙ fœminę Chal-
dęorũ, libidini aduerſariorũ patuerunt, quod & ſuperiùs dictum eſt, ꝙ Perſæ & Medi in conſpectu
Chaldęorum violabãt vxores eorũ.[diſcooperi humerũ.] Per hoc p̄dicitur ſpoliatio & erubeſcibilis
denudatio Babyloniorũ. [reuela crura] veſtes leuando. [tranſi flumina.] per aquas em̃ & flumina
ducebant̃ quidã eorum captiui,ꝓpter quod indigebant veſtes leuare.[Reuelabit̃ ignominia tua, &
videbitur opprobrium tuum.] cùm fueris ità ſubiecta, nudata, hoſtiũq; libidini expoſita. [Vltionẽ
capiam,] i.iniurias mihi ac populo meo Iſrael à Chaldæis illatas,vlciſcar in eos.[& non reſiſtet mihi
homo.] i.nullius precibus flectar ab hac ſententia. Vndẽ ad Ieremiã Dñs ait: Noli orare pro populo Iere. 7.
hoc,videlicet pro Iudæis,nec obſiſtas mihi,quia nõ exaudiam te.Deindè ꝓpheta in perſona populi
Iudęorum ait: [Redemptor noſter] ab Aegypto,à Babylone, ac cæteris malis, [Dñs exercituum] i.
virtutum cæleſtium.[nomen illius] eſt [ſanctus Iſrael.] quẽ Iſrael colit vt ſanctum in ſe, & ſanctifi-
catorẽ ſuum.[Sede tacens] præ confuſione,[& intra in tenebras] i.loca obſcura vt abſcondaris, ſeu
tetros carceres aduerſariorum tuorum.[filia] i.gens [Chaldęorũ.] Vel tu Babylon à Chaldæis con-
ſtructa,ſumendo tamẽ vrbem pro incolis.[quia non vocaberis vltrà domina regnorum. Iratus ſum
ſuper populum meum] Iudęorum,tradendo eos in manibus tuis propter eorum peccata.[contami-
naui] i. à te contaminari permiſi [hæreditatem meam,] i.templum,vrbem,ac populum,ſicut in Pſal. Pſal. 78.
prædictum eſt:Deus,venerunt gentes in hæreditatem tuam,polluerunt templum ſanctum tuum.Et Thre. 2.
Ieremias de populo ſuo ait:Vidi gentes ingreſſas in ſanctuarium tuum,de quibus præceperas nè in-
grederentur illud.[& dedi eos] i.Iudęos [in manu tua. Non poſuiſti eis miſericordiam,] i.nimìs cru-
deliter eos tractâſti,abutens poteſtate tibi conceſſa. [Super ſenem aggrauâſti iugum tuum valdè,] i.
ſeniores pòpuli Iudęorum nimìs pœnaliter oppreſſiſti, nec ætati parcens,nec ſexui. Iſta eſt prima
ratio punitionis Chaldęorum.Nam q̃uis fuerunt miniſtri diuinę iuſtitię impios affligendo, tamen
nimìs crudeliter hoc fecerunt:ideò & paſſi ſunt quod alijs intulerunt. Secunda ratio punitionis eo-
rum erat præſumptio,de qua ſubdit̃: [& dixiſti:In ſempiternũ ero dña,] i. iugiter omibus gentibus
imperabo.[nõ poſuiſti hæc ſuper cor tuũ,] i.tantas miſerias tibi venturas nõ attendiſti. [neq; recor-
data es nouiſſimi tui.] i.finẽ tuũ non cõſiderâſti,nec ſapienter penſâſti qd tibi accidere poſſet, ſicut
de quibuſdã ſcriptũ eſt in Deut.Gens abſq; cõſilio eſt & ſine prudentia. Tempore ergò ꝓſperitatis Deut.32.
cogitare debemus futura, quẽadmodùm ſcriptũ eſt:In die bonorum nè immemor ſis malorum, & Eccĩ 11.
in die malorum nè immemor ſis bonorũ.[Et nunc audi hæc delicata] i.gens Babylonis delicijs ple-
na. [& habitans cõfidenter] ſecundùm tuam æſtimationẽ in vrbe fortiſſima, [q̃ dicis in corde tuo:
Ego ſum] oĩm gentiũ dña.[& nõ eſt p̄ter me ampliùs.] i.nulla gens mihi ſimilis eſt in potentia,im-
mò per cõparationem ad me,ſunt quaſi nõ ſint.[Nõ ſedebo vidua,] i. viro,ſ.rege,non priuabor. [&
ignorabo ſterilitatẽ,] i.ꝓlis infœcunditatẽ nõ experiar. [& venient tibi duo hæc ſubitò in vna die,]
vtpotè [ſterilitas] i.filiorũ tuorũ occiſio.[& viduitas] i. priuatio regni. Hoc contigit, dum Cyrus &
Darius cum exercitibus ſuis Babylonẽ improuiſè ingreſſi ſunt p alueum fluminis p vrbẽ currentis,
interfeceruntq; Balthaſar regẽ atq; Chaldęos, eorumq; filios.Deniq; tertia cauſa huius punitionis
ſubijcitur:[Vniuerſa] tormẽta hæc [venerunt ſuper te propter multitudinẽ maleficiorum tuorum,]
qbus te cum dæmonibus occupâſti,inuocando eorum auxilia,[& ꝓpter duritiam] i. impœnitentiã
atq; ſæuitiã [incantatorum tuorum] magicis artibus vtentiũ [vehementẽ.] habebãt em̃ Chaldęi di-
uinos,magos,ariolos.[& fidutiã habuiſti in malitia tua,] ſperans te poſſe per tyrannidẽ,quod nõ po-
tuiſti p iuſtitiã.[& dixiſti:Nõ eſt qui videat me.] i.adſpectũ Dei nõ timeo,qa nec eius ꝓuidentiã cre-

 do.

*decepit do.[Sapientia tua & ſcię̃tia tua, hęc *deceperũt te, & dixiſti in corde tuo: Ego ſum, & p̃ter me nõ eſt
altera.] i. q̃a te ſapientẽ in curſu ſtellarũ & p̃noſticatione futurorũ, ſcientẽ quoq; in magicis artibus
æſtimabas, idcircò decepta es. Quàm multi vſq; hodiè à p̃pria ſapientia atq; ſcientia decipiunt̃, om̃es
Iere. 4. videlicet quos ſcientia inflat, q̃ ſimplices ſpernũt, qui ab alijs informari, increpariq́; abnuũt, q̃ ſapiẽ-
tes ſunt vt faciant mala, benè aũt facere neſciẽrũt, de q̃bus dictũ eſt ſuprà 5. Væ qui ſapientes eſtis in
Prou. 3. oculis veſtris. Iſti nõ penſant quod Salomon ait: Cũ ſimplicibus ſermocinatio eius: Et quod Eccĩ 16.
legit̃: Melior eſt modicùm ſciens, & in timore Dñi ambulans: q̃ multa ſciẽs, & timorẽ Dei poſtponẽs.
Quanto igit̃ maior, quãto ſapientior es, tãto magìs humilia te in oĩbus, & eris charus Deo & hoĩbus.
[Veniet ſup te malũ,] i. afflictio. [& neſcies ortum eius.] q̃a vt dictũ eſt, improuiſè capta eſt Babylõ.
[& irruet ſup te calamitas, quã non poteris expiare.] qm̃ Perſæ ac Medi nullum voluerunt accipere
*neſcis precium pro liberatione Chaldęorum. [Veniet ſup te repentè miſeria quã * neſcies.] frequenter em̃
reſumit eundẽ ſenſum p̃pter maiorem attentionẽ. Conſequenter Dñs irriſoriè ait populo Babylo-
niæ: [Sta cũ incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorũ tuorũ,] videlicet cum auguribus &
cęteris necromanticis, atq; coniectoribus tuis. [in q̃bus laborâſti] artem ipſorum diſcendo, reſpõſa
audiendo & inquirendo. [ab adoleſcentia tua.] i. ab exordio quo habitare cœpiſti Babylone. Hæc
em̃ maximè viguerunt in Chaldęa, in qua etiam necromantia fertur inuenta. [ſi fortè q̃d proſit tibi]
illorum ſcientia, [aut ſi poſſis fieri fortior:] p̃muniendo te contra Perſas ex admonitione malefici-
orum tuorũ. [Defeciſti in multitudine conſiliorũ tuorũ:] q̃a futura tibi mala p̃noſcere nõ potuiſti.
[Stent, & ſaluent te augures cæli] i. aſtrologi [qui cõtemplabant̃ ſidera,] arbitrantes ex curſu aſtro-
rum ac lapſu ſtellarũ res gubernari humanas. [& ſupputabant menſes,] librantes momenta horarũ,
qualitatesq́; temporũ. [vt ex eis annunciarent futura tibi. Eccè facti ſunt quaſi ſtipula.] nã ſuis pec-
catis facti ſunt apti incendio ignis, ſicut & ſtipula ſua ſiccitate apta eſt igni. [Ignis cõbuſſit eos.] In-
cenſa em̃ vrbe Babylonis, ſimul cũ ea cõbuſti ſunt. [nõ liberabunt aĩam ſuam] i. vitam ſuã non eri-
pient [de manu flammæ.] i. de ignis potenti ardore per ſuã ſapientiã. [Nõ ſunt prunæ q̃bus calefiãt,
*reficiens nec focus vt ſedeant ad eum.] i. ignis iſtorum nõ erit temperatus, neq; * refrigerãs, ſicut eſt ignis ad
quẽ infrigidatus ſe calefacit, & q̃ in camino conſtruit̃: ſed ignis eorũ eſt cõſumens atq; exterminãs.
[Sic facta ſunt tibi in q̃buſcunq; laboraueras.] i. opes tuæ, idola, & ſtructuræ tuæ laborioſiſſimè acq̃-
ſita ſeu facta, data ſunt cõbuſtioni, ſicut & tu. [Negociatores tui ab adoleſcentia tua,] i. qui fuerunt
in te à principio fundationis tuæ. [vnuſquiſq; in via ſua errauerunt.] i. in ſuis operibus peccauerũt,
quia ſuperbi fuerunt & cupidi. [nõ eſt qui ſaluet te] de manu Perſarum atq; Medorum, p̃ſertìm cùm
nec angeli ſancti te ſanare valuerunt p̃pter incurabilem tuam malitiã. Propter quod p̃ Ieremiã lo-
Iere. 51. quunt̃: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata: derelinquamus eam.

¶*De moralitate.*

¶Deniq; iuxta moralitatẽ, Babylonẽ ſiue Babel, q̃ interpretat̃ confuſio, ſignificare p̃ſens ſeculũ
nequã, ſeu quemlibet impiũ vitiorũ turbine deordinatũ, dictũ eſt ſæpiùs. Huic ergò datur remediũ
pœnitentiæ, vel p̃nunciatur iuſta inflictio pœnæ, cùm ſequit̃: Deſcende ab alto elationis, à tumore
Eccĩ 6. ſuperbiæ, à ſublimitate excellentię. Vndè ſcriptũ eſt: Nõ te extollas in cogitatione tua velut taurus.
Iob 15. & alibì: Quid tumet cõtra Deũ ſpiritus tuus? q̃d te eleuat cor tuũ? & quaſi magna cogitans, attonitos
habes oculos? Virgo filia Babylon, i. aĩa peccatrix, vitiorũ confuſione diſtorta. ſede in terra, i. com-
puncta atq; cõtrita in humilibus occupare, & nec oculos ad cælũ leuare p̃ſumas, ſed humilia valdè
ſpiritum tuum, & quieſce à priſtino vitiorũ tumultu. Nõ eſt ſolium, i. dignitas aut iudicandi authori-
tas, filię Chaldęorũ, i. plebi peruerſę. Peccator em̃ beſtijs vilior eſt: nec dignus eſt alium iudicare, qui
ſeipſum nõ corrigit. Vltrà nõ vocaberis mollis & tenera. Aĩa rationalis q̃diù Chr̃i ſpõſa eſt, Deo per
fidẽ, charitatẽ, & nobilem conuerſationẽ vnita, mollis & tenera eſt, quia non tangit immunda, neq;
2. Reg. 5. exercet indigna, immò nutritur in croceis, & angelorũ eſca nutritur, ſicut & Dauid erat tanq̃ tener-
Dani. 13. rimus ligni vermiculus, Suſanna quoq; pulchra erat delicataq́; nimìs. Cùm verò à Deo recedit, dæ-
monibus ſeruit, & vitijs ſubiacet, dura fit atq; ignobilis, & ſtercora amplectitur. Tolle molam. San-
cti comparant animã molæ, qm̃ ſicut mola, ſi nil ei imponat̃, ſeipſam currendo conſumit: ſic anima
nil ſalubre corde reuoluens, hincindè vagando, ſeipſam interimit. Quid ergò eſt molam tollere, ni-
ſi animã bonis actibus applicare, ab exterioribus alienare, cęleſtibusq́; viuere? Mole farinam, i. cogi-
tationes diſcute, pulueres venialiũ peccatorum abſterge, & minutiſſima quæq; peccata pœnitendo
Eccĩ 16. confringe. Qui em̃ modica negligit, euacuatur, deciditq́; paulatìm. Denuda turpitudinẽ tuam, i. pec-
Iob 13. cata tua confitere, ſicut Iob dicit: Vias meas in conſpectu Dei arguã, & ipſe erit ſaluator meus. Reue-
labitur ignominia tua, i. turpis cõuerſatio tua corã Deo & angelis, niſi pœnitentiam egeris. Ideò in-
terìm dũ tempus pœnitentię eſt, ſede, * tace, quẽadmodùm Thren. 3. legitur: Sedebit ſolitarius & ta-
1. Theſ. 4. cebit, quia leuabit ſe ſuper ſe. Et Apoſtolus ad Theſſaloniceñ: Operam, inq̃t, detis vt quieti ſitis. In-
tra in tenebras, i. clauſo ſuper te oſtio, ora patrem in abſcondito. Præthereà vnicuiq; peruerſo, duro,
& intimorato dici poteſt quod pręinductum eſt: Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius. Et ir-

ruet

ruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet ſuper te miſeria repentè. Ideò nanq; Eccĩ
5. habetur: Non tardes conuerti ad Dominum, & nè differas de die in diem. ſubitò enim veniet ira
illius, & in tempore vindictę diſperdet te. Et in Pſal. de impijs ſcriptum eſt: Quomodò facti ſunt in Pſal. 72.
deſolationem? ſubitò defecerunt, periẽrunt propter iniquitatem ſuam. Hinc & Chriſtus apud Mar-
cum monet: Vigilate. neſcitis enim quandò Dominus veniat, ſerò, an media nocte, an gallicantu, an Marc. 13.
manè: nè, cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Et apud Lucam: Videte itaq; omni tempo- Lucę 21.
re orantes, vt digni habeamini fugere omnia quæ ventura ſunt, & ſtare ante filium hominis. ¶Tro-
pologicum intellectum, breuitati ſtudens, percurro.

¶*Declaratio capit. 48. videlicet, Audite hæc domus Iacob.* *Articulus* 76.

LOquitur deniq; ſanctus p̃pheta in p̃ſenti capitulo de ſapientia, prouidentia, atq; potentia Dei:
& quia in p̃cedenti capitulo denunciata eſt Babyloniorum deſtructio, congruus ordo eſt, vt in
iſto tractatu p̃dicatur Iudęorum de Babylonica captiuitate ſaluatio. Loquens ergò Iſaias in p̃ſona
Dei, ad ſolicitam dicendorum aduertentiã admonet auditores, dicẽs: [Audite hæc domus Iacob,] i.
familia Iudęorum, de ſancto patriarcha Iacob naſcentium. [qui vocamini noĩe Iſrael.] i. alio noĩe
dicti eſtis Iſrael. Iam em̃ multotiès patuit, q̃ noĩe Iſraelis ſæpè deſignat̃ plebs Iudęorũ. [& de aquis
Iuda exîſtis] i. de tribu & ſemine Iuda, qui erat nobilior filijs ſancti Iacob, nati eſtis. Tẽpore em̃ hui-
us p̃phetiæ, decẽ tribus captæ erant, vel in proximo capiendę. Beniamin aũt ſub Iuda cõpræhendit̃:
principes verò ſeu reges, de ſemine Iudæ erãt. [qui iuratis in nomine Dñi,] quaſi cultores vnius Dei,
non idolorum. Homines quippe per maiorẽ ſuĩ iurant, ſecundùm Apoſtolũ, & q̃libet natio per ſuũ Hebr. 6.
deum iurare conſueuit. [& Dei Iſrael recordamini,] aſſumendo eum in teſtẽ veſtræ aſſertionis. [nõ
in veritate neq; in iuſtitia:] qm̃ falſa & iniuſta per ipſum iuratis, ſicq́; periuri eſtis, & Deo irreueren-
tiam maximam facitis, dum eum falſis ſermonibus atq; iniuſtis cauſis teſtem adhibetis. Prætereà ſu-
per illud Ieremiæ: Iurabis, Viuit Dñs, in iudicio & in veritate & in iuſtitia: dicit Hieronymus, tres eſ- Iere. 4.
ſe comites iuramenti, ſine quibus iuramentum illicitum eſt: putà iudicium, quod intelligendum eſt
de iudicio diſcretionis. Non em̃ debemus Deum teſtem adhibere ex leui & facili cauſa, ſed diſcre-
tè, vel neceſſaria cauſa vrgente. Debet quoq; iuramentum eſſe verax, ità vt ſermo iurantis, veritate
modificetur. Erit etiam iuſtum, ità vt cauſa pro qua iuratur, ſit æqua. Iudęi ergò de quibus nunc ſer-
mo, duplici comite iuramenti carebant, videlicet veritate & iuſtitia. [De ciuitate em̃ ſancta] Hieru-
ſalem, quę & Matt. 27. ciuitas ſancta vocatur, quia in ea erat templum & cultus diuinus. [vocati ſunt]
Iudæi ad Dei obſequium: vel, vocati ſunt, i. nomen ſortiti, vt dicerentur Hieroſolymitæ, ſeu habita-
tores ciuitatis ſanctæ. [& ſuper Deum Iſrael conſtabiliti ſunt,] i. fundati, recipiendo legẽ ipſius, ei-
uſq́; adiutorio innitentes, nec tamen in tam ſtabili fundamento manentes, nec in ipſo verè ſperan-
tes. [Dñs exercituum nomen eius] qui eſt Deus Iſrael. ſic em̃ prophetæ Deum appellant, & maxi-
mè Zacharias, qui loquitur: Hæc dicit Dñs exercituum: Conuertimini ad me, dicit Dñs exercituum: Zacha. 1.
& conuertar ad vos, dicit Dñs exercituum. Hoc enim nomine ſignificatur omnipotentia Dei, vel q̃
ipſe ſit Dñs angelorum. [Priora ex tunc annunciaui,] i. quę facta ſunt, prædixi antequàm fierent: vel
priora, de quibus iam ſermo inductus eſt, ſcilicet deiectionem Chaldęorum, potentiam Cyri, & li-
berationem populi Dei. [& ex ore meo exiẽrunt,] i. de fonte ſapientiæ meæ proceſſerunt, de quo
omnis cognitio oritur. [& audita feci ea.] i. per angelos ea reuelaui prophetis, & per prophetas ho-
minibus cæteris. [Repentè operatus ſum] quod futurum prædixi. quum enim ſit Deus infinitæ
potentiæ, in inſtanti agit quæ vult. [& venerunt,] i. rebus expleta ſunt quæ prænunciaui. Idcircò au-
tem hęc tibi prædixi, quoniam ad credendum grauis & tardus es, quatenùs vel tunc credas, cùm vi-
deris impleri quæ prædixi. Hoc eſt quod Dñs ait: [Sciui enim quia durus es tu] ad credendũ & obe-
diendum. [& neruus ferreus ceruix tua.] i. difficilimè te inclinas ad humilem audientiam, ſicut ſu-
perbus ceruicem ſuam inclinare contemnit coram occurrente. [& frons tua ærea.] i. mens tua in-
uerecunda, dura, & diuinorum inſuſceptiua. Hoc ipſum & Moſes in Deut. dicit ad populum Iudęo- Deut. 31.
rum: Ego ſcio contentionem tuam & ceruicem tuam duriſſimam. Adhuc viuente me & ingredien-
te vobiſcum, ſemper contentioſè egiſtis contra Dñm: quanto magìs cùm mortuus fuero? Et in Ie- Iere. 3.
remia ſcriptum eſt: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Vndè ad Ezechielem Ezech. 2.
loquitur Dñs: Fili hominis, increduli & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. Hoc
moraliter de omnibus impœnitentibus, obſtinatis, & inuerecundè peccantibus dici poteſt, quibus
conuenit illud Ieremiæ: Indurauerunt faciem ſuam ſupra petram, & noluerunt reuerti. [Prædixi ti- Iere. 5.
bi ex tunc] quandò ad te miſi prophetas, [anteq̃ venirent,] i. opere fierent, [indicaui tibi, nè fortè
diceres: Idola mea fecerunt hæc, & ſculptilia mea, & conflatilia] mea [mandauerunt iſta.] i. nè be-
neficia mea aſſcriberetis idolis veſtris ſculptis ſiue conflatis. [Quæ audîſti, vide om̃ia.] i. cuncta quæ
tibi per prophetas reuelaui, conſidera. [Vos autem non annunciâſtis] filijs veſtris & proximis quæ
vobis reuelaui, ſed ſilentio occulta ſunt, cùm tamen in Pſalm. dicitur: Quanta mandauit patribus no- Pſal. 77.

Deut. 6. ſtris,nota facere ea filijs ſuis?Propter quod in Deuter.Moſes ait:Erũt verba dñi in corde tuo,& nar-
Lucæ 8. rabis ea filijs tuis.Chriſtus quoq; in Euangelio ait ſanato:Redi in domum tuam,& narra quanta tibi
fecit Deus.[Audita feci tibi noua] i.recentia beneficia,nouaq́; opera tibi reuelaui.[ex tunc] i.anteq̃
euenirent,nõ illa q̃ olim feci patribus tuis in Aegypto,in mari rubro,in deſerto. [& cõſeruata ſunt]
i.apud me repoſita,& mihi ſoli cognita. [quę neſcis:] niſi tibi reuelentur à me.[Nunc creata] i.actu
impleta [ſunt] noua hæc,i.Babylonis deſtructio,& tua per Cyrum ſaluatio, [& non ex tunc:& ante
diem,] i.ab antiquo & ante tẽpus à me diſpoſitũ iſta non euenerunt.[& nõ audîſti ea,] i.tibi reuela-
ta nõ ſunt.[nè fortè dicas:Eccè ego cognoui ea,] i.nè eorum pcognitionẽ tuę ſubtilitati aſcriberes:
Eccè ego cognoui ea ab æterno,qui oĩa velut pſentia ſcio. [neq; audîſti] ea ab alio, [neq; cogno-
uiſti] ea à teipſo.[neq; ex tunc] anteq̃ fierent,& ex quo mihi nota fuerũt.[aperta eſt auris tua] vt iſta
pciperet.Ex his conſtat,ꝙ Deus interdùm ſecreta ſua atq; futura reuelat hoĩbus,vt oſtendat ſe vni-
uerſa pſcire.Interdùm quoq; ea occultat,vt declaret̃ ignorantia noſtra. [Scio eñ quia puaricans p-
Deut. 13. uaricaberis,] tranſgrediendo pcepta mea.Hoc & Moſes in Deut.dixit:Noui eñ ꝙ poſt mortẽ meã
iniquè agetis,& declinabitis citò de via quam pcepi vobis. [& tranſgreſſorẽ ex vtero vocaui te.] i.à
tẽpore egreſſionis tuæ de Aegypto,quandò à me nutritus,portatus,& educatus es in deſerto,dixi te
eſſe inobedientem:nam in ſolitudine vitulum aureũ adorâſti, atq; multotiès murmurâſti. [Propter
nomen meum,] i.propter ppriam bonitatem meam,meiq́; nominis honorẽ & gloriam.[longè faciã
furorẽ meum,] i.vltionis meæ rigorẽ auferam vel differam à te,nè penitùs deſtruam.[& laude mea]
i.ob laudẽ nominis mei. Vel,laude mea,i.cultu meo in varijs cæremonijs cõſiſtenti. [infrenabo te,]
i.à vitijs te auertam,& cohibebo ab idololatria.[nè intereas.] Ideò quippe Deus impoſuit iugum il-
Act. 15. lud grauiſſimũ humeris Iudęorũ,de quo Petrus locut⁹ eſt: Quid tentatis imponere iugũ ſup hume-
ros diſcipulorũ, quod neq; nos, neq; patres noſtri portare potuimus? quatenùs ipſi Iudęi his cære-
monijs occupati,refrenarent̃ à malo,nec idolis hoſtias immolarent.nè intereas,mortẽ animę incur-
rendo,videlicet damnationẽ æternam.[Eccè excoxi te,] i. p aduerſitates & igne tribulationis exer-
citaui atq; probaui te.[ſed nõ quaſi argentũ.] i.non pfectè purgatus es,ſed mãſit in te rubigo pecca-
ti.Sed videt̃ contrariari illud in Pſal.65.Qm̃ pbâſti nos Deus,igne nos examinâſti ſicut examinatur
Sap. 3. argentum.Et alibì legitur: Tanq̃ aurum in fornace pbauit eos dñs.Et reſpondendum ꝙ hic loquit̃
ſcriptura de ſimilitudine pfecta,ibì verò de ſimilitudine impfecta. vel nõ referuntur iſta ad eoſdẽ.
[elegi te] i.electũ oſtendi.[in camino paupertatis,] i.in afflictione penuriæ. Vel,elegi te in camino
paupertatis,i.in Aegypto,vbì in maxima anguſtia eras.Oẽs autẽ qui caſtigantur aduerſis à Deo,nec
Iere. 5. tamen emendantur,ex hoc excoquuntur,ſed nõ quaſi argentum. Vndè per Ieremiam dñs proteſta-
& 6. tur:Percuſſi eos,& non doluerunt.Rurſusq́;:Fruſtrà cõflauit conflator. malitiæ eorũ non ſunt con-
ſumptę. argentum reprobũ vocaui eos.In camino quoq; paupertatis Deus nos à ſe electos demon-
Lucę 6. ſtrat,qm̃ beati pauperes.[Propter me,propter me faciã] quæ promiſi,videlicet veſtram liberationẽ.
[vt nõ blaſphemer] à gentibus ſeu Chaldæis, dicentibus vos ab ipſis deuictos virtute deorũ ſuorũ,
Deut. 32. non mea voluntate.Hoc ipſum & in cantico Deuteronomij dñs ait:Propter iram inimicorũ diſtuli,
nè fortè ſuperbirent hoſtes eorum,& dicerent:Manus noſtra excelſa, & non dñs fecit hæc omnia.
Hinc Dan.9.habetur:Propter temetipſum inclina Deus meus aurẽ tuam. [& gloriam meã alteri nõ
dabo.] i.excellentiæ meæ æqualitatem ſeu latrię cultum,mihi ſoli impendendũ,nulli cõmunicabo.
[Audi me Iacob,] i.popule Iudęorum.[& Iſrael quem ego voco.] i.populũ meũ appello. [Ego ipſe]
Exod. 3. i.ego ſum,q verè ſum,qui ad Moſen dixi:Ego ſum qui ſum.Et de quo ait Pſalmiſta:Tu aũt idem ipſe
Pſal. 101. es.[ego primus & ego nouiſſimus.] i.oĩum rerum principiũ & finis,qui & ſi oĩa eſſe ceſſarent,in-
uariabiliter pmanerem.[Manus quoq;] i. poteſtas [mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt
cælos.] i.in certa mẽſura & quantitate eos plaſmauit, immò tam exigui ſunt cæli per comparationẽ
ad me, ſicut quod manu ab aliquo menſuratur.[Ego vocabo eos,] videlicet cælos,nomina eis pro-
Pſal. 146. pria imponendo:ſicut de cælis conſcriptum eſt: Oĩbus eis nomina vocat. Vel vocabo eos, i. meæ
iuſſioni eos faciam deſeruire. Vndè & Baruch 3.legitur: Stellæ vocatę ſunt,& dixerunt: Aſſumus: &
luxerunt ei cum iucunditate.[& ſtabunt ſimul.] i.parati erunt obedire imperio meo. Hinc enim in
Iob 9. Iob inducitur:Præcipit ſoli,& non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.[Congregamini oẽs
vos] Iudæi,quibus hæc loquor.[& audite: Quis de eis] i. de Babylonijs ſeu Chaldęis. [annunciauit
*hæc? * hoc?] quod ſubditur. quaſi dicat,Nullus niſi ego. [Dñs dilexit eum.] Non dubium eſt quin Cy-
rum deſignet.Quomodò autem dicitur dominus Cyrum hominem reprobum dilexiſſe? non vtiq;,
niſi quantùm ad bona temporalia & terrena,ſubijciendo ei omnia mundi regna. Diligere enim, eſt
2. Reg. 12. alicui bonum velle. Vndè 2.lib.Reg.ſcriptum eſt de Salomone:Dominus dilexit eum,i. vocauit no-
men eius,Amabilis domino.An autem dilexerit eum,quantùm ad bona gratiæ,donumq́; gloriæ, ſa-
tis ambiguum eſt,cùm nulla ſcriptura canonica de eius pœnitentia apertè loquatur. [faciet volun-
tatem ſuam in Babylone.] i. Cyrus diuinæ voluntatis imperium exequetur, Babylonem deſtru-
en-

endo.[& brachiũ ſuum in Chaldęis] i.poteſtatẽ diuinam exercebit in populo Chaldęorũ, ipſos oc-
cidendo.[Ego,ego] dñs qui nec fallo,nec fallor,[locutus ſum] hęc per Iſaiam. [& vocaui eũ] videli-
cet Cyrum,imponẽs ei nomẽ,vel inſpirando ei voluntatẽ veniendi cõtra Babylonẽ.[adduxi eũ, &
directa eſt via eius.] i.proſperũ finẽ ſortita eſt,ſ.victoriã de Chaldęis.Quę aũt ſequunt̃,intricata ſunt
& difficultate repleta.Deniq; Lyra aſſerit,ꝙ doctores catholici atq; Hebræi ea exponũt,quaſi dicta
in pſona Dei,& de Moſaicæ legis datione in monte Sinai publicè facta.Demùm,vt vera intelligẽtia Exod. 20.
lympidiùs innoteſcat,primò ponẽda eſt litera:[Accedite ad me,& audite hęc:Nõ à principio in ab-
ſcondito locutus ſum. ex tempore anteq̃ fierẽt,ibì erã. Et nunc dñs Deus miſit me, & ſpiritus eius.]
Huic aũt dicto Lyræ videt̃ obuiare aſſertio ſancti Hieronymi,qui ait,ſecundùm Hebręos,oĩa hęc
dici in pſona Iſaię,hortantis populum ad ſolicitã aduertentiã ſui ſermonis,vt ſit ſenſus:Accedite ad
me nuncium Dei,& audite hoc quod pdico:nõ à principio officij mihi iniuncti, ſeu legationis meę
ad vos,in abſcondito locutus ſum: ſed publicè vobis annunciaui, quod dñs reuelauit: ex tempore
anteq̃ fierent iſta,q̃ de Cyro Chaldęisq́; refero,ibì eram in ſpiritu, qm̃ longè ante Cyri natiuitatem
vidi in ſpiritu q̃ ventura erant Chaldęis & Babyloni. Sic eñ Ezechiel aſſerit ſe de Babylone in Iu- Ezech. 3.
dęam tranſlatum.Et nunc,i.tẽpore iſto quo vobis hæc annuncio,dñs Deus miſit me & ſpiritus eius
ad vos,vt iſta pręnunciẽ.Veruntamẽ melior videtur aliorũ explanatio,exponentium iſta in perſona
Dei,& de liberatione perfecta,quã Chriſtus effecit. ſicq́; in perſona Chriſti nunc dicitur: Accedite
ad me ô homines vniuerſi per mentis conuerſionẽ,& audite hoc quod ſubditur:Non à principio, i.
tempore dationis legis in monte Sinai,in abſcondito locutus ſum. manifeſtè eñ cernentibus cun- Exo. 19.
ctis filijs Iſrael data eſt lex,deſcenditq́; nubes in qua erat Deus, vel potiùs angelus eius, loquẽs cum
Moſe. ex tempore anteq̃ fierẽt quæ fiebant in monte Sinai,ibì eram ſecundùm diuinitatẽ.Lex eñ à
tota Trinitate data eſt,cuius ſunt opera indiuiſa: idcircò à qualibet diuina perſona dici poteſt data.
Et nunc,videlicet tẽpore gratiæ,dñs Deus pater,& ſpiritus eius,i.ſpiritus ſanctus,miſit me ſecũdùm
naturam aſſumptã. Quẽadmodùm eñ à tota ſupſancta Trinitate facta eſt incarnatio verbi ſeu vnio
duarũ naturarũ in Chriſto,ſic Chrs homo à qualibet diuina pſona dicit̃ miſſus,etiam à ſe ipſo,ſecũ-
dùm quod Deus eſt.Hinc eñ infrà ait:Spiritus dñi ſup me, eò ꝙ vnxerit me, ad annunciandũ man- Iſaiæ 61.
ſuetis miſit me.Quòd aũt de Iſaia iſta exponi non poſſint,ſed ſolùm in pſona Dei dicantur, patet ex
tranſlatione LXX.interpretum,quę talis eſt: Ego locutus ſum, & ego vocaui: adducite ad me, & ac-
cedite.Non à principio in abſcondito locutus ſum:quandò fiebat,ibì eram:& nunc dñs Deus miſit
me,& ſpiritus eius.Siue eñ intelligatur hoc quod dicitur,Quãdò fiebat,de datione legis,ſiue de in-
teritu Babylonis & Cyro,certum eſt ꝙ tunc Iſaias ibì non erat,qui multo tẽpore poſt datam legem
natus eſt,multoq́; tempore ante Babylonis deſtructionẽ ac Cyri natiuitatẽ mortuus fuit. De Chri-
ſto igitur intelligenda ſunt hæc,& ità ſanctæ Trinitatis myſterium apertè declaratur, quandò Deus,
qui ſe dicit non in abſcondito locutum, perhibet ſe miſſum à dño Deo & ſpiritu eius. Conſequen-
ter in perſona Chriſti ſubiungitur: [Hæc dicit dñs redemptor tuus ſanctus Iſrael.] i. verus mundi
ſaluator,Dei filius incarnatus:[Ego dñs Deus tuus] ô populi Iudęorum omniumq́; fidelium. [do-
cens te vtilia,] i.euangelica documenta.[gubernans te in via qua ambulas.] i.in peregrinatione hui-
us exilij,dirigendo cor tuum per gratiam ad patriam beatorum. [Vtinàm attendiſſes mandata mea]
quæ prædicando propoſui, vel per Moſen dedi, tam de credendis q̃ agendis. [facta fuiſſet ſicut flu-
men pax tua] i.tranquillitatẽ copioſiſſimam habuiſſes,quę propter ſuam exuberantaim fluuio com
paratur,nec fuiſſes ab exercitu Romanorum deſtructus. Vndè & ſcriptum eſt: Pax multa diligenti- Pſal. 118.
bus legem tuam.Quòd vtiq; de omni fideli intelligi poteſt,qm̃ quicunq; Deo obedit, in ſeipſo or-
dinatus,quietus ac tranquillus eſt.[& iuſtitia tua] facta fuiſſet tam magna & copioſa,[ſicut gurgites
maris.] Iuſtitia enim in obſeruatione conſiſtit cæleſtium præceptorum.Patet ex his,quàm verè De-
us noſtram ſalutem deſideret,neminemq́; relinquat facientẽ quod in ſe eſt. Loquitur nanq; optan-
tis affectu,cùm ait: Vtinàm attendiſſes mandata mea.Sicq́; ad Moſen loquitur:Quis det talem eos ha- Deut. 4.
bere mentẽ,vt timeant me,& cuſtodiant vniuerſa mandata mea, & benè ſit eis? [& fuiſſet quaſi are-
na ſemen tuum,] i.innumerabiles filios habuiſſes.[& ſtirps vteri tui vt lapilli eius. non interijſſet, &
non fuiſſet attritum nomen eius à facie mea.] i. filij de vtero tuo egredientes, multiplicati fuiſſent
quaſi lapilli maris.Cùm vſq; in præſens Iudæi inſtàr vermiculorum pullulent filios & nepotes, iſta
intelligenda non ſunt de filijs carnis,ſed de ſpiritualibus filijs, qui ſunt ſemẽ apoſtolorum, & in to-
to mundo multiplicati ſunt nimìs.Poteſt tamen rationabiliter dici, ꝙ Iudæi multo magìs aucti fu-
iſſent numero & merito,ſi credidiſſent in Chriſtum,quàm iam multiplicentur. [Egredimini de Ba-
bylone,fugite à Chaldęis.] Secundùm quoſdam, Iſaias iam redit ad liberationem factam per Cyrũ,
admonetq́; Iudęos,vt exeant Babylonem,& à Chaldęis recedãt, quibus depropinquò interitus im-
minet.[in voce exultationis] i.cum hilari voce [annunciate] Babyloniorum deſtructionem, con-
gaudentes diuinæ iuſtitiæ. [auditum facite hoc,] i. alijs enarrate, [& efferte illud vſq; ad extremum
 ter-

terræ.] i.vbiq; hoc ipſum diuulgate.[& dicite: Redemit dñs ſeruũ ſuũ Iacob.] i. populum Iudęorũ
de captiuitate Babylonica per Cyrũ.[Nõ ſitiêrunt in deſerto cùm educeret eos,] i. populus Iudęo-
rum ſitim paſſus nõ eſt in ſolitudine, cùm Deus eos ex Aegypto educeret: non ꝙ nullatenùs ſitiê-
runt, ſed qm̃ dñs citò eorũ ſiti conſuluit, ſicut ſubiungit: [Aquã de petra ꝓduxit eis, & ſcidit petrã.]
i.concauitatẽ fecit in petra.[& fluxerunt aquæ] de petra. Hoc Deus bis fecit: primò ad petrã Oreb,
vt legit Exodi 17. ſecundò ad aquas contradictionis, vt dicit Num.20. Quidã verò exponunt hęc de
populo Iudęorum, redeunte à Babylone ſub Eſdra & Zorobabel: non qdem ad literam, qa nec per
deſertum rediêrunt, nec aqua eis tunc de petra ꝓducta eſt: ſed hyperbolicè in ſimilitudinẽ felicita-
tis prioris ſub Moſe, vt per deſertum intelligat populus nationũ, per quas à Babylone in Iudęam re-
uerſi ſunt: per eductionẽ verò aquæ de petra, ꝓuiſio victûs à Deo cõceſſa. Quidã verò magìs catho-
licè exponunt iſta de Chriſto, vt ſit ſenſus: Egredimini ô fideles & euãgelicæ legis p̄dicatores, de Ba-
bylone, i. de mundi huius confuſione. fugite à Chaldæis, i. dæmonibus, qui per Chaldæos ſignant.
In voce exultationis annunciate euangeliũ Chriſti, & ferte illud ad extrema terræ, vt impleat quod
Iſaiæ 24. dictum eſt: A finibus terræ audiuimus laudes, gloriã iuſti. Itemq;: In oẽm terram exiuit ſonus eorũ, &
Pſal. 18. vſq; ad fines orbis terræ verba eorum. Dicite: Redemit dñs, Chriſtus, ſeruum ſuum Iacob, i. electos
verosq; Iudęos & vniuerſos credentes precioſiſſimo ſanguine ſuo. Nõ ſitiêrunt in deſerto. nã Chrs
ſanguine ſuo potat fideles, eosq; intimè reficit in deſerto ſeculi huius, cùm educeret eos de priſtina
cõuerſatione in p̄ſenti ſeculo nequã, iuxta illud ad Coloſſeñ 1. Gratias agimus Deo & patri, qui nos
tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ. Aquã de petra ꝓduxit eis. Petra, ſecundùm apoſtolum Pau-
1.Cor.10. lum, eſt Chriſtus, de quo effluxit eccleſiæ aqua ſapientiæ ſalutaris, & humor gratiæ multiformis. vn-
Ioan. 4. dè ait: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, nõ ſitiet in æternum. Et ſcidit petram. Vnus em̃ mili-
Ioan. 19. tum, accepta lancea, perforauit latus eius, & continuò exiuit ſanguis & aqua. de qua ſubditur: & flu-
xerunt aquę, baptiſmatis ſeu gratiæ ſacramentales. Oĩa nanq; ſacramenta de latere Chriſti fluxe-
Ioan. 7. runt. His aquis potantur fideles, prout ait Saluator: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent
aquæ viuæ.[Non eſt pax impijs, dicit dñs.] i. his qui non credunt in Chriſtum, quod intelligendum
eſt de vera internaq; pace, quæ eſt tranquillitas ordinis, ſeu quieta ordinatio mentis in Deo. Hæc
enim pax eſt charitatis effectus, de qua ait Saluator Ioan.14. Pacem meam do vobis. non quomodò
Matth. 5. mundus dat, ego do vobis. Et, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. De qua cecinerunt &
Lucæ 2. angeli: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eſt autem alia quædam pax mundana, carnalis,
apparens & falſa, de qua Chriſtus teſtatur Matth.10. Non veni pacem mittere in terram. ad Hieruſa-
lem quoq; Luc.19. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.

¶ *Elucidatio cap.49. videlicet, Audite inſulæ & attendite populi de longè.* *Articulus* 77.

Iſaiæ 48. LIberationẽ pfectam ac vniuerſalẽ factam p Chrm̃, de qua ſuperiori capitulo ſanctus Iſaias bre-
uiter locutus eſt, in p̄ſenti capitulo pleniùs euidentiusq; deſcribit. Loquẽs ergò in pſona Chri,
ait: [Audite inſulæ] Sicut ſubindè p̄tactum eſt, per inſulas intelligi poſſunt vel eccleſiæ Chri ex gen-
tibus congregatæ, q̃ varijs pſecutionibus affligunt: quẽadmodùm terræ mari cõcluſæ, fluctibus ma-
ris contundunt: vel ipſæ terræ aquis maris circundatę, quarũ multæ ad fidẽ conuerſæ ſunt, vt Cy-
prus, Sicilia, Anglia. Quòd aũt ſermo Chri ad gentiles dirigat, ſequentia verba teſtant: [& attendite
populi de longè.] i. qui longè atq; in extremis finibus mundi habitatis. Quid verò attendere debe-
ant, ſubinfert: [Dñs] trinitas [ab vtero] virgineæ genitricis meæ [vocauit me] noĩe meo. Angelus
em̃ dixit ad virginẽ ante Chri conceptionẽ humanam: Vocabis nomen eius Ieſum. Eo quoq; cõce-
Lucæ 1. pto, dixit ad Ioſeph: Vocabis nomen eius Ieſum. cauſamq; exponens: Ipſe, inqt, ſaluũ faciet populũ
Matth.1. ſuum à peccatis eorũ.[de ventre matris meæ recordatus eſt noĩs mei.] i. à principio cõceptionis ſeu
natiuitatis meæ ex virgine matre, benignitatẽ ſuam & grãm confirmauit in me. Dicit em̃ Deus recor-
dari eorum, qbus miſericordiã ſuam largitur: obliuiſci verò, quos gratia priuat, finaliterq; relinquit.
[Et poſuit os meũ quaſi gladium acutum.] i. ſermonẽ efficacẽ, penetratiuũ, & vitia p̄cidentem con-
Matth. 10. tulit mihi. Vndè apud Matthęum: Nõ veni, inqt, pacẽ mittere in terrã, ſed gladiũ. Veni em̃ ſeparare
Matth 7. filium à patre &c. Hinc etiã ſcriptum eſt Pſal.44. Diffuſa eſt grã in labijs tuis. Propter quod ait euan-
Ioan. 7. geliſta, quia erat docens ſicut poteſtatẽ habens, non ſicut ſcribæ & phariſæi. Et ipſi Iudæi à veritate
compulſi ſunt dicere: Nunq̃ ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Sed cùm Pſal. 54. de impijs di-
catur, Lingua eorũ gladius acutus, quid eſt quod nunc hoc de Chriſto per modum laudis p̄dicitur?
Et reſpondendum, ꝙ ibì per gladium acutum deſignatur ſermo nociuus pœnã infligens.[In vmbra
manûs ſuæ] i. in adiutorio ſuæ potentiæ.[protexit me] ab omni periculo. Chriſti enim humanitas à
diuinitate ſemper protecta eſt: quod patuit, quandò Iudæi volebant eum de ſupercilio montis præ-
Lucæ 4. cipitare, & lapidare ſeu capere, anteq̃ veniſſet hora ipſius. tunc enim tranſiens per medium illorum
ibat.[& poſuit me ſicut ſagittam electam,] quæ in ſignum directè pertingit: ſic Chriſti doctrina cor-
Ibidèm. da audientium efficaciter tetigit. Propter quod ſcriptum eſt: Mirabantur oẽs in verbis grẽ, quę ꝓce-
de-

debãt de ore ei⁹.[In pharetra ſua] i. in carne aſſumpta, paſſibili atq; mortali.[abſcõdit me,] i. diuini-
tatẽ meã occultauit, ità ꝙ cùm xxx. eſſem annorum, adhuc putarer fili⁹ Ioſeph. Vñ ſuperiùs 45. dictũ
eſt, Verè tu es Deus abſcõditus.[& dixit mihi: Seruus meus es tu Iſrael.] Seruus ꝓpter formã ſerui-
lem, quã induiſti: Iſrael, qa de ſemine Iudęorũ: vel potiùs, qa vir videns Deum p ſpeciẽ, verusq; Iſra-
elita, in quo dolus nõ eſt.[qa in te *glorificabor,] ſicut teſtatus ſum, dicens: Hic eſt filius meus di- Matt.3.
lectus, in quo mihi cõplacui. Si em̃ iuxta Pſalmiſtã, Lætabit dñs in operibus ſuis: quãto magìs glori- Pſal.103.
atus eſt in Chro filio ſuo chariſſimo, cuius oĩa verba & opera ſibi acceptiſſima erãt? Deniq; Deo pa-
tre iſta dicẽte ad me, [ego dixi: In vacuum laboraui:] quãtùm ad populũ Iudæorum ꝓ maiori parte
eorũ, q laboribus meis quos feci, aſſumpſi ac ptuli, vt eos cõuerterẽ, vtpotè orando, p̄dicando, ieiu-
nando, diſcurrẽdo, cõpatiendo, parùm vel nihil ꝓfeci in ipſis. Sicq; [ſine cauſa & vanè] i. ſine fructu
& ſine adeptione finis intẽti.[fortitudinẽ meã cõſumpſi.] varijs tribulationib⁹ vitã meã floridamq;
iuuentutẽ exponendo, & tãdèm ꝓ ingratis & reprobis moriendo. Sic em̃ Chrs fortitudinem ſuam Pſal.108.
corporalẽ conſumpſit ſeu attenuauit, vt dicat in Pſal. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio. Et, Aruit Pſal.21.
tanq̃ teſta virtus mea. Ioannis quoq; 4. habet: Ieſus fatigatus ex itinere. Propter hãc Iudęorũ emẽ-
dationẽ, dixit Mar.9. O gñatio incredula, q̃ diù apud vos ero? q̃ diù patiar vos? Hæc aũt loquit Chrs
affectu dolentis, qui ſæpè in loquendo menſurã tranſcendit. Nõ em̃ ſimpliciter infructuoſus extitit
labor Chri. Cùm ergò ô pater ſit ità, quõ dicis te gloriaturum in me, & glorificandum p me? [Ergò
iudiciũ meum cum Dño,] i. qm̃ ego feci cuncta q̃ facere debui, & q̃ humanæ ſaluti neceſſaria erant,
& illi credere noluerunt: ego refero iudicium meum ad Dñm, optans vt ipſe cauſam meã diſcernat,
cui in Euãgelio dixit: Pater, clarificaui nomẽ tuum ſup terram. opus cõſummaui quod dediſti mihi Ioan.17.
vt facerem. de quo opere nunc ſubiungo: [& opus meũ cum Deo meo.] cuncta q̃ ꝓ humana ſalute
aſſumpſi, egi, & paſſus ſum, in cõſpectu tuo ſunt & tibi certiſſimè nota: ideò peto vt alijs (ſ. gentibus)
fiant cauſa ſalutis.[Et nunc *dicit dñs, formans me ex vtero ſeruũ ſibi,] i. ab ipſo maternæ natiuita- *hæc dicit
tis meæ initio, faciens me p grãm, ſecundùm quod homo ſum, ſeruũ ſuum, ſibi in oĩbus pfectè ſub- Pſal.70.
iectum, cui & ego loquor in Pſal. De vẽtre matris meę Deus meus es tu.[vt reducã Iacob ad eum] i. Pſal.118.
populũ Iudęorum, q p diuerſa peccata à Deo receſſit, & ſicut ouis q̃ perijt, aberrauit. Hinc em̃ Chrs
Mat.15. dixit: Nõ ſum miſſus niſi ad oues, q̃ periêrunt, domûs Iſrael. Et ad diſcipulos: In viam, inquit, Luc.10.
gentiũ nè abiêritis, & in ciuitates Samaritanorũ nè intraueritis: ſed ite ad oues, q̃ periêrunt, domûs
Iſrael.[& Iſrael] i. populus Iudęorum ad quẽ reducendum miſſus ſum.[non congregabit] in ouile
meum, nec colliget in Dño p fidem & charitatẽ. Ex hoc habemus fortiſſimum argumentum contra
Iudęorum pfidiam. Eccè enim apertiſſimè ait populũ Iſrael nõ congregãdum, nec cõuertendum p
Chrm̃, de quo & Daniel inducit: Non erit eius populus, q eum negaturus eſt. Dixerunt qppe Pilato: Dan.9.
Noli ſcribere rex Iudęorum, ſed qa ipſe dixit, Rex ſum Iudęorũ. Et alio loco: Nos ſcimus quia Moſi Ioan.19.
locutus eſt Deus, hunc aũt neſcimus vñ ſit.[Et glorificatus ſum in oculis Dñi.] i. ipſe Dñs in alijs popu-
lis glorioſum me fecit, & opa mea ab ipſo precioſa atq; digniſſima reputata ſunt.[Et De⁹ meus fact⁹
eſt fortitudo mea,] dãdo mihi homini poteſtatẽ conuertendi quoſdã ex Iudęis, nè vltra modum de
Iudęorum pditione dolerẽ, ſi prorſus nullum in eis fructum haberẽ.[Et dixit: Parùm eſt vt ſis mihi
ſeruus] i. meæ voluntatis miniſter in humanitate aſſumpta.[ad ſuſcitandas] de ſomno ſeu morte
peccati, [tribus Iacob,] i. populum Iudęorum, qui in xij. tribus partit.[& fęces] i. reliquias [Iſrael cõ-
uertendas.] q.d. tanta eſt dignitas tua ô Chre, tamq; accepta ſunt mihi opera tua, vt nequaq̃ ſufficiẽs
reputẽ ſaluare p te populum Iudęorũ, cuius nõ niſi reliquias conuertiſti.[Dedi te in lucẽ gentium,]
i. oĩm gentium illuminatorẽ conſtitui, tuoq; merito gentes illuſtrare decreui. Hoc & Simeõ ait: Vi-
derunt oculi mei ſalutare tuum, quod parâſti ante faciẽ oĩm populorũ, Lumen ad reuelationẽ gen- Lucæ 2.
tium.[vt ſis ſalus mea] i. Saluator p quem alios ſaluo. [vſq; ad extremum terræ.] i. vſq; ad terminos
mundi incluſiuè. Propter quod Luc.24. dicit: Oportebat Chrm̃ pati, & p̄dicari in noĩe eius pœnitẽ-
tiam & remiſſionem peccatorum in oẽs gentes. Et Mar.16. iuſſit diſcipulis, p̄dicare Euangelium omi
creaturæ. Hanc ſcripturã Paulus & Barnabas in Actis allegant de Chro p̄dictam. Ipſe em̃ eſt lux ve-
ra, q̃ illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hunc mundũ.[Hęc dicit Dñs redemptor Iſrael, ſanctus eius.] Actu.13.
i. De⁹ pater qui p vnigenitũ ſuum verũ Iſraelẽ redemit ac ſanctificauit.[ad contẽptibilẽ aĩam] Chri,
ſeu Chrm̃, intelligẽdo totum p partem. Ipſe eſt em̃ qui ait in Pſal.68. Propter te ſuſtinui opprobriũ,
operuit cõfuſio faciem meã. Et iterùm: Ego aũt ſum vermis & nõ homo, opprobrium hoĩm & abie- Pſal.21.
ctio plebis. Infrà quoq; de ipſo inducit: Inglorius erit inter viros adſpectus eius. Vñ alię tranſlatiões Iſaiæ 53.
habent, Ei qui deſpicit aĩam ſuã. quod maximè cõuenit Chro, aĩam ſuam ꝓ nobis ponenti. [ad abo-
minatam gentẽ.] i. ad Chri eccleſiam, q̃ maximè abominata erat & ſpreta in principio ſuî, tam à Iu-
dæis q̃ à paganis. Propter quod ait Saluator: Venit hora, vt oĩs qui interficit vos, arbitret ſe obſequiũ Ioan.16.
præſtare Deo. Et alibì: Odio eritis oĩbus hoĩbus propter nomen meum. Hinc & Paulus ait 1.Cor.4. Luc.21.
Tanq̃ purgamenta mundi huius facti ſumus. Et rurſus: Spectaculum facti ſumus mundo & Deo &

hoĩbus.[ad ſeruum dñorum.]i.ad Chr̃i populum fidelẽ,qui multo tẽpore ſubiectus erat infidelibus
dñis,p̃ſertim Romanis imperatorib⁹ vſq; ad tẽpora Conſtãtini Magni. [Reges videbunt] oculo fi-
dei opera Chr̃i,eiuſq; doctrinã p p̄dicationem apoſtolorũ & aliorum fidelium. Vel videbunt oculo
corporali opa miraculoſa,q̃ in noĩe Chr̃i fecerunt apoſtoli atq; diſcipuli. [& cõſurgent principes]
Pſal.71. ad fidẽ ac reuerentiã Chr̃i. [& adorabunt] Chr̃m, quẽadmodùm ſcriptum eſt: Adorabunt eum oẽs
reges.[Propter dñm Deum] ſ.Deum patrẽ,q diuinitatis ſuę plenitudinẽ cõtulit filio.Propter quod
Ioan.5. ſcriptum eſt:Pater om̃e iudiciũ dedit filio,vt oẽs honorificẽt filium,ſicut honorificant patrẽ.[qa fi-
Pſal.144. delis eſt] Dñs pater,mittẽs filium ſuũ in mundum ſicut ꝓmiſit. Vñ & ſcriptũ eſt: Fidelis Dñs in oĩb⁹
verbis ſuis,& oĩa opa ei⁹ in fide,& teſtis in cęlo fidelis.[& ſanctũ Iſrael]i.Deũ patrẽ [qui elegit te] ô
Chr̃e ſecundũ quod homo es.Quidã referunt hęc ad diẽ iudicij,qñ Chr̃m viſuri ſunt principes vni-
uerſi:& tunc eũ adorabunt,cùm apparuerit in forma glorioſa.[Hęc dicit Dñs] pater:[In tẽpore pla-
cito exaudiui te,]i.tẽpore gr̃ę ſeu euãgelicę inſtitutionis exaudiui te orantẽ ꝓ corpore myſtico,vel
Ioan.17. ꝓ teipſo cùm dixeris:Pater,clarifica filiũ tuum.Oĩs quippe Chr̃i oratio,ex deliberata ratiõe effuſa,ex-
Ioan.11. audita eſt.Propter quod ait:Pater,gr̃as ago tibi qm̃ exaudiſti me. ego aũt ſciebã qm̃ ſemp me audis.
Nec obſtat quod dicit in Pſal.21.De⁹ meus,clamabo p diẽ,& nõ exaudies. talis em̃ oratio ꝓceſſit ex
naturali affectu,ad oſtendendũ veritatẽ aſſumptę naturæ:nec abſolutè,ſed cum quadã modificatio-
Matth.26. ne oblata eſt Deo.Vñ cùm dixiſſet, Trãſeat à me calix iſte: mox addidit, Nõ ſicut ego volo, ſed ſicut
tu.& in hoc exaudit⁹ fuit.[Et in die ſalutis]i.in die paſſiõis,in die paraſceues,qñ operabaris ſalutem
in medio terræ,de qua die ſcriptũ eſt Zach.3.Auferã iniquitatẽ terrę illius in vna die.[auxiliatus ſum
tuî,] dãdo vel conſeruãdo tuę humanitati efficaciã ſatisfaciendi ꝓ peccatis toti⁹ gñis humani,p̃ſtan-
do tibi etiã patientiã inconcuſſam. Quòd aũt iſta ad primũ Chr̃i aduentũ tẽpuſq; gr̃æ referẽda ſint,
cõſtat ex eo,quod Apoſtol⁹ 2.ad Co.6.hanc ſcripturã hoc modo allegat: Hortamur vos,nè in vacuũ
gr̃am Dei recipiatis.ait em̃,Tẽpore accepto exaudiui te.ſtatimq; adiecit,Eccè nunc tẽpus acceptabi-
le,eccè nunc dies ſalutis.[Et ſeruaui te,]p̃ſeruãdo corp⁹ tuum à corruptione, immò in triduo mor-
tis ſeruaui corpus tuũ,& aĩam in pſonali vnione cum verbo.[& dedi te in fœdus populi.]i.cõfœde-
2.Cor.5. ratorẽ ſeu cauſam cõcordię poſui te inter Deũ & populum,ſicut Apoſtol⁹ ait:De⁹ erat in Chr̃o,mũ-
Ephe.2. dum recõcilians ſibi.Et denuò:Per ipſum acceſſum habem⁹ ad patrẽ in ſanguine eius. [vt ſuſcitares
terrã,]i.habitatores terræ ad cęleſtia eleuares,atq; ab idololatria ad cultũ veræ deitatis erigeres.[&
poſſideres hęreditates diſſipatas.]i.regna & natiões à Deo relictas,vitijſq; dilaniatas,de qb⁹ pater ad
Pſal.2. Chr̃m:Poſtula à me,& dabo tibi gẽtes hęreditatẽ tuã.Has poſſidet Chr̃s,habitãdo ac dñando in ipſis
p fidẽ & gr̃am.Ipſi ſunt regnum eius,Eccleſia corpuſq; myſticum,& p charitatis coagulum oẽs ſunt
vnum,& hæreditas de qua ait in Pſal.15. Etenim hæreditas mea p̄clara eſt mihi. [vt diceres] p teipſum
& tuos diſcipulos.[his q vincti ſunt] vinculis vitiorum, ſeruitute peccati & iugo diaboli. [exite] de
captiuitate iſta miſerrima,pœnitentiã verã agendo.[& his qui in tenebris] ignorantiæ atq; perfidiæ
ſunt,[reuelamini] recipiendo ſplendorem gr̃æ Dei,& euangelicæ veritatis amplectendo doctrinã.
Matt.28. hoc eſt quod Chr̃s ait apoſtolis:Euntes docete oẽs gentes. Cùm aũt conuerſi fuerint, [*Super vias
*in vijs paſcent.] i.in obſeruationib⁹ mãdatorum & ſemitis ſcripturarum ſanctarum,eritq; cib⁹ eorum dul-
Ioan.4. ciſſimus,Deo in oĩbus obedire,quẽadmodùm Chr̃s ait:Meus cib⁹ eſt vt faciã voluntatẽ patris mei.
[& in oĩbus planis,]i.in euãgelicis cõſilijs q̃ oẽm peccati obliquitatẽ auertunt, p̄cedentiumq; ſan-
Pſal.22. ctorum exẽplis pfectis.[paſcua eorum:]i.ſpũalia alimẽta,ità vt dicere poſſint: Dñs regit me, & nihil
mihi deerit,in loco paſcuę ibì me collocauit.[Nõ eſuriẽt neq; ſitiẽt,& nõ pcutiet eos ęſtus & ſol, qa
miſerator eorũ reget eos,& ad fontes aquarũ *potabit eos.]Hãc ſcripturã allegat Ioãnes Apoc.7.de
beatis in patria dicẽs:Hi ſunt q venerunt ex tribulatiõe magna,ideò ſunt añ thronum Dei:& qui ſe-
det in throno,habitat ſup illos.Nõ eſuriẽt neq; ſitiẽt ampliùs,neq; cadet ſup illos ſol neq; vll⁹ ęſtus:
qm̃ agnus qui in medio throni eſt,reget illos,& deducet eos ad fontes vitæ aquarum. Quanuìs itaq;
loc⁹ iſte aliquo modo intelligi poſſit de viatoribus, pfectè tñ & ꝓpriè intelligendus eſt de beatis:in
quibus nec fames nec ſitis nec ardor aduerſitatis, nec ęſtus tentationis locum habet, qm̃ miſerator
eorum Deus reget eos p ſeipſum,dirigendo eos ad ſuiĭpſius beatificã vnionem,vel potiùs cõſeruã-
do eos in ea,& ad fontes aquarum potabit eos,indeſinẽter reficiendo mentes eorum torrẽte volu-
ptatis ſuæ,quemadmodùm legit̃ Pſal.35.Inebriabunt̃ ab vbertate domûs tuæ, & torrente voluptatis
Pſal.45. tuæ potabis eos.Rurſuſq;: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Deniq; exponi poteſt aliquo
modo de viatoribus virtuoſis.Nõ eſurient neq; ſitient,i.nec ſpũali cibo nec potu mentali carebunt
aut indigebunt, ſed pane vitæ & intellectûs,aqua quoq; ſapientiæ ſalutaris,cæteriſq; donis ac cha-
riſmatib⁹ ſpũs ſancti quotidiè replebunt̃,pficiendo in gr̃a,iuxta illud Pſal.64.Replebimur in bonis
domûs tuæ. Agnouit nanq; Iſaias in ſpiritu plenitudinem gratiarum ſeu ſpiritualem opulentiàm
Ioan.4. atq; pinguedinem electorum tempore euangelicæ legis,de qua plenitudine ait Saluator: Aqua quã
ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.& non percutiet eos æſtus & ſol, i. nec
proſperis nec aduerſis lædentur,ſed ſemper regia via inoffenſoq; pede incedent, vt impleatur illud

Pſal.120.Per diem ſol nõ vret te,neq; luna p noctẽ. Nã vt Salomon aſſerit, Non contriſtabit iuſtum Prou.12.
quicquid ei acciderit.qa miſerator eorum,i.Chr̃s Saluator,reget eos ſicut ꝓmiſit:Eccè ego vobiſcũ Matth.28.
ſum cunctis dieb⁹.Reget em̃ electos p gr̃am,nè in via huius exilij errent.& ad fontes aquarum,i.cæ-
leſtium gr̃arum fluentis,ſacramentis quoq; Eccleſiæ potabit eos,ſicut ſuperiùs 12.dictũ eſt:Haurie-
tis aquas in gaudio de fontib⁹ Saluatoris. [Et ponã oẽs montes meos in viã,]i. impedimẽta diſſemi-
nandi ac p̄dicandi Euãgelium p vniuerſum orbẽ auferã,plenumq; iter faciã p̄dicatorib⁹ nouæ legis, Iſaiæ 40.
ſicut p̄dictum eſt:Oĩs mons & collis humiliabit̃,& oĩs vallis implebitur, & erunt praua in directa,&
aſpera in vias planas.[& ſemitæ meæ exaltabunt̃.]i.valles montib⁹ ęquabunt̃.vniuerſa quoq; offen-
dicula,q̃ impedire poſſent greſſus fidelium, auferent̃,vt ambulet verus Iſrael diligenter in noĩe Dñi.
Poteſt etiã ità exponi,ſemitæ meæ exaltabunt̃,i.Euãgelica documenta,p̄cepta atq; conſilia cum re-
uerentia à fidelib⁹ cuſtodient̃,& vbiq; cognoſcet̃ ſublimitas viarum mearum,idololatria eradicata, Prou.3.
de quib⁹ Salomon loquit̃:Viæ Dñi,viæ pulchrę.Qui verò ſint,quibus hęc via paret̃,ſubiungit̃:[Eccè
iſti de longè venient]i.quidã à locis longinquis, videlicet ab oriente, ad fidẽ venturi ſunt. [& eccè
illi ab aquilone & mari.]i.ab inſulis maris ſeu à meridie.[& iſti de terra auſtrali.] Per hoc dat̃ intel-
ligi,ꝙ à quatuor partib⁹ mundi quidã conuerterent̃ ad Chr̃m. [Laudate cęli]i.ciues cæleſtes Deum
ꝓ tantis beneficijs.hoc fecerunt angeli ſancti, Chr̃o nato cantãtes:Gloria in altiſſimis Deo.[& ex- Lucæ 2.
ulta terra]i.homo terrã inhabitans.[Iubilate montes] i.viri pfecti ſeu aliorum p̄lati.[laudẽ,]Deum
in iubilo cordis laudãdo.[qa conſolatus eſt Dñs] pater p filium ſuum,ſeu Chr̃s p gr̃æ ſuę exhibitio-
nẽ [populum ſuũ]i.Eccleſiã; eruẽdo eã à timore aduerſariorum ſuorũ. Vñ ait diſcipulis: In mundo Ioan.15.
preſſurã habebitis,ſed cõfidite,ego vici mundũ.[& pauperum ſuorum]i.humiliũ atq; eorum qui ꝓ
diuino amore oĩa deſerunt.[miſerebit̃:Et dixit Sion:] Hieruſalẽ & Sion ſæpè ſumunt̃ ꝓ vrbe, q̃ eſt
in Iudęa metropolis,quã deſtruxerunt Romani.Interdũ verò ꝓ Eccleſia militãte,in cõtemplationis Pſal.2.
ſublimitate cõſtructa,de qua dicit̃:Ego aũt conſtitut⁹ ſum rex ab eo ſup Sion montẽ ſanctum eius. Pſal.86.
Et,Diligit Dñs portas Sion ſup oĩa tabernacula Iacob.Interdùm verò ꝓ Eccleſia triumphante,q̃ co-
gnoſcit,ſicut & cognita eſt.Quod ergò nunc dicit̃,Et dixit Sion:[Dereliquit me Dñs:] qdam expo-
nunt de habitatorib⁹ Hieruſalẽ ductis in Babylonẽ,& reędificatione terrenę Hieruſalẽ facta p Zo-
robabel,Eſdrã & Nehemiam.Porrò quod ſequit̃, Leua in circuitu oculos tuos & vide,exponunt de
primitiua Eccleſia, q̃ maximè ex Iudęis fuerat cõgregata.Quãuìs aũt litera applicari poſſet ad hoc,tñ
qm̃ ſermo ꝓpheticus oĩnò connexus eſt,& ſine variatione pſonæ ſub vno cõtextu ad eoſdẽ dirigit̃,
meli⁹ eſt totum de primitiua explanare Eccleſia,vt ſit ſenſus:Et dixit Sion,Dereliq̃t me Dñs, [& Dñs
oblitus eſt meî.]i.tãtis tribulationib⁹ aduerſitatibuſq; affligor, vt cõqueri poſſim & dicere, me eſſe
relictã à Deo.Huic em̃ Sion Chr̃s p̄dixit:Trademini aũt à parentib⁹ & fratrib⁹,& cognatis & amicis, Luc.21.
& morte afficient ex vobis.Deniq; in pſecutione Chr̃ianorum facta ſub Stephano, qñ oẽs diſperſi Actu.8.
ſunt p̄ter apoſtolos,potuerunt iſta atq; ſimilia dicere.Nec miremini de hoc,cùm & ipſe Chr̃s ſanct⁹
ſanctorum pendens in cruce,clamauit:De⁹ me⁹,Deus meus,vt quid dereliquiſti me?Et S.Iob cõſti- Matth.27.
tutus in pœnis,ait ad Dñm:Sto,& nõ reſpicis me:mutatus es mihi in crudelẽ.Similiter Paulus: Supra Iob 30.
modũ,inquit,grauati ſum⁹,ità vt tæderet nos etiã viuere.Hãc aũt deſolationẽ Eccleſiæ Dñs conſolat̃, 2.Cor.1.
dicendo:[Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuum, vt non miſereat̃ filio vteri ſui?]i.ſicut illa
auerti nõ poteſt,quin infantulo ꝓprio vagienti aut flenti miſericorditer incline t̃:ſic nec ego tuî va-
leo obliuiſci,immò plùs dicã: [Etſi illa oblita fuerit] filij ſui,[ego tñ nõ obliuiſcar tuî.] Eccè q̃ dul-
cis cõſolatio clemẽtiſſimi creatoris.[Eccè in manib⁹ meis deſcripſi te.]i.tã inceſſanter memor ſum
tuî,ſicut homo memor eſt rei quã tenet in manu.[& muri tui corã oculis meis ſemp.]i. ſancti apo-
ſtoli & cæteri p̄lati,rectores atq; doctores Eccleſiæ,q ſunt aliorũ firmamẽtum ac mediatores,inter-
ponẽtes ſe murũ ĩter me & gregẽ eis cõmiſſũ,hi iugiter adſpiciunt̃ à me oculo pietatis & apꝓbatiõis.
[Venerũt ſtructores tui]i.apoſtoli & adiutores ipſorum,qui p̄dicãdo collegerunt Eccleſiã ex Iudęis
ac gentib⁹.Vñ & Paul⁹ dicit ſibi datã poteſtatẽ in ædificationẽ,& non in deſtructionẽ.[deſtruẽtes te 2.Cor.10.
& diſſipãtes,]i.pſecutores hæretici cæteriq; puerſi q populũ Dei ſubuertere niſi ſunt,[à te exibũt,]
i.ab Eccleſiaſtica vnitate atq; fideliũ cõmunione,tanq̃ non ptinẽtes ad ouile gregemq; Chr̃i. De ta-
lib⁹ ait Ioannes in 1.ſua Canonica:Ex nobis ꝓdiêrunt, ſed non erãt ex nobis:nã ſi fuiſſent ex nobis, 1.Ioan.2.
pmanſiſſent vtiq; nobiſcum.Neſcio quid quidã intendunt,ꝙ vſq; ad id quod ſubiungit̃ nunc, [leua
in circuitu oculos tuos & vide:]exponunt iſta de populo Iudęorũ capto in Babylone,ſequẽtia verò
exponunt de primitiua Eccleſia,cùm tñ Iſaias abſq; om̃i variatione ei cui iã dixit, Ego nõ obliuiſcar
tuî,& cętera nũc inducta:modò dicat,leua in circuitu oculos tuos & vide. Expoſitio etiã illa nõ cõ-
ſonat literę immediatè p̄cedẽti,in qua de gẽtium vocatione inducta eſt ꝓphetia.Itaq; nè primitiua
Eccleſia q̃ numero parua erat,multoſq; aduerſarios habuit,formidaret ſe extinguendã, Dñs ꝓmittit
ei copioſiſſimã multiplicationẽ, cùm ait: Leua in circuitu oculos tuos,i.ad quatuor plagas terræ,de
quib⁹ dixit multos vẽturos ad fidem.[oẽs iſti] in Chr̃m credẽtes [cõgregati ſunt] p indiuiduã cha-
rita-

ritatem & grãm ſeu myſticã vnitatẽ.[Venerunt tibi] i. ad conſolationẽ, multiplicationẽ & gloriam
tuã.de gentium em̃ cõuerſione aucta eſt ſanctis apoſtolis & eorũ cooperatorib⁹ grã in p̃ſenti,& glo-
ria in futuro.[Viuo ego,dicit Dñs,qa oĩbus his] ad fidẽ cõuerſis [velut ornamento veſtiẽris.] orna-
Phil 4. mentũ em̃ Eccleſiæ,eſt multitudo credẽtium.& ſancti p̃dicatores,quot aĩas ab errore cõuertunt,tot
2.Cor.1. precioſiſſimis gẽmis ac viuis lapidib⁹ adornant̃,ſicut Apoſtol⁹ ſcribit quibuſdã:Fratres mei dilectiſ-
ſimi & deſiderariſſimi,gaudiũ meũ & corona mea.Et iterùm alijs ſcribit:Gloria noſtra vos eſtis.[&
circundabis tibi eos quaſi ſpõſa,] i.ſicut ſpõſa circundat ſibi monile,ſic tu q̃ es ſponſa Chr̃i,circun-
dabis tibi fideles,incorporãdo tibi eos ad ornamẽtum tuĩ,atq; ad gloriã ſpõſi tui.[qa deſerta tua,&
ſolitudines tuæ,& terra ruinæ tuæ] i.loca Iudæę frequenter vaſtata in ſolitudinemq́; redacta,& ſyn-
agogæ Iudæorum à gr̃a Dei deſertæ,atq; in varia peccata ꝓlapſæ.[nunc]videlicet tẽpore gr̃ę [angu-
ſta erunt p̃ habitatoribus]i.nimìs coarctata & parua p̃ multitudine filiorum Eccleſiæ habitantium in
ouili Chr̃i.non em̃ oẽs ad Chr̃m cõuerſi,in Iudæa habitare poſſent. Idcircò Apoſtoli Iudęã egreſſi
ſunt,quatenùs totũ orbẽ ſemine Chr̃i implerent.[& lõgè fugabunt̃ qui abſorbebant te.]i.infideles
Iudæi cum ſuis principib⁹ q primitiuam Eccleſiã grauiſſimè afflixerunt,à terra ſua tollent̃,occident̃,
atq; peribunt.Hoc factum eſt tẽpore Titi ac Veſpaſiani.[Adhuc dicent in aurib⁹ tuis] i. te audiente
[filij ſterilitatis tuę:]i.pauci illi fideles,quib⁹ te putabas priuatã ac viduatã,videlicet cõuerſi ex Iuda-
iſmo.[Anguſt⁹ eſt mihi locus] in ſynagogis & terra Iudæę. [fac ſpatiũ mihi] in Eccleſijs, [vt habitẽ]
vbiq; terrarũ.pauci em̃ illi ab apoſtolis ex Iudaiſmo conuerſi,tot ſp̃uales filios genuerunt in Chr̃o,
ꝙ inter anguſtias Iudęorũ cõprimi noluerunt, ſed vndiq; habitationem ſuã extendere.Ideò ſancti
apoſtoli fecerunt eis locũ latiorẽ,mittendo eos ad gentes.Cùm aũt ô Sion ſeu primitiua Eccleſia vi-
deris iſta impleri,vehemẽter gaudebis, hilaritatis tuæ magnitudinẽ ore ꝓferre nõ valẽs.[& dices in
corde tuo:] i.cum ingenti admiratiõe cogitabis:[Quis genuit mihi iſtos?] i.qs tantã fœcunditatẽ p̃-
ſtitit mihi?& cauſa admirationis infert̃:[Ego ſterilis & nõ pariens,] qa ex populis Iudęorum paucos
cõuerti.[trãſmigrata] i.de terra mea expulſa.[& captiua.] Iã em̃ p̃tactum eſt,ꝙ Stephano occiſo,oẽs
Act.8. p̃ter apoſtolos diſperſi ſunt,iuxta illud:Facta eſt in illa die pſecutio magna in Eccleſia q̃ erat in Hie-
roſolymis.apoſtoli quoq; viciſsìm in publica cuſtodia ponebant̃. [& iſtos] i. oẽs hos ſp̃uales filios
meos,[qs enutriuit?] pducẽdo eos ad ſp̃ualem pfectionẽ.[Ego deſtituta] humano ſolatio,[& ſola,]
qa in principio naſcentis Eccleſiæ pauciſſimi erãt credẽtes reſpectu infideliũ Iudęorũ.Vel hoc ideò
dicit̃,qm̃ à tẽporib⁹ Aggei,Zacharię & Malachię vſq; ad Ioannẽ Baptiſtã,nullus fuerat miſſus ꝓphe-
ta ad populũ Iudęorũ.Propter quod meritò admirant̃,quõ tã repentè p Chr̃i grãm tot acqſierit fi-
lios.[Et iſti vbì hic erãt?] i.nõ mea virtute allati,cõgregari, ſeu geniti ſunt. Ad hãc admirationẽ Ec-
cleſiæ reſpõdet Dñs:[Hęc dicit Dñs De⁹:Eccè leuabo ad gentes manũ meã,] i. in gentib⁹ declarabo
virtutem meã,faciendo corã eis p̃clara miracula,grãmq́; largiſſimã eorum cordib⁹ infundẽdo: ſicq́;
cõuertent̃ ad fidem,& gũabis eos meo auxilio.[& ad populos exaltabo ſignum meũ.] i. in nationi-
bus vbiq; terrarum faciã p̃dicari crucis vexillum, & crucis gloriã manifeſtabo cunctis hoĩbus,ità vt
*ſuper hu- crucis ſignũ imprimat̃ frontib⁹ imperatorum, q̃ fuerat olim ſuppliciũ crimino ſorum. [Et afferent]
meros p̃dicatores euãgelicę legis [filios tuos in vlnis,& filias tuas *in humeris portabunt,] i.more pijſſimę
1.Theſ.2. nutricis,atq; fideliſſimi ſuſtentatoris electos adducẽt ad Chr̃i ouile,quẽadmodùm Paulus ait: Tanq̃
ſi nutrix foueat filios ſuos,ſic deſiderãtes vos, optauim⁹ impartiri vobis nõ ſolùm euãgelium Chr̃i,
1.Cor.3. ſed etiã aĩas noſtras.Et iterùm:Quaſi paruulis in Chr̃o lac vobis potum dedi.Alioquì ridiculum eſt,
more Iudaico grãdęuos filios & filias in vlnis humeriſq́; portari.[Et erunt reges nutricij tui,& regi-
Ioan.21. næ nutrices tuæ.] i.ſancti apoſtoli & apoſtolicæ pſonæ filios tuos ô Eccleſia,vel te ſp̃ualiter nutriẽt,
ſicut ad Petrũ ait Saluator:Paſce agnos meos.De his em̃ gregibus in Pſal.44.cantat̃: Conſtitues eos
principes ſup oẽm terrã.Et Pſal.46.Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abrahã. Talis
Gene.23. princeps erat & Abrahã,cui in Geneſi dicit̃:Princeps Dei es apud nos. Poteſt quoq; intelligi de re-
gib⁹ atq; reginis gentilium cõuerſis ad fidem,quorum multi liberaliſſimè ſuſtentauerunt pauperes
Chr̃i populumq́; fidelẽ.[Vultu in terrã demiſſo,adorabunt te.] i.maximã tibi reuerentiã exhibebũt,
3.Reg.2. quõ 3.Reg.legit̃ Salomon adorâſſe Bethſabee matrem ſuã,& illa Dauid. Nec em̃ faciliter credi po-
teſt vel exprimi,in quãta reuerentia habuerunt principes huius mundi apoſtolos alioſq́; diſcipulos
Chr̃i,p quorũ p̃dicationem erãt conuerſi. [& puluerem pedum tuorũ lingent.] i. veſtigia tua reue-
renter humiliterq́; ſequent̃.[Et ſcies] ex cõſideratione beneficiorum iſtorum operumq́; diuinorũ,
[quia ego Dñs,ſup quo non confundent̃] tanq̃ priuati effectu ſuæ fiduciæ oẽs [qui expectant eum]
lõganimiter & conſtanter.quis em̃ ſperauit in eo,& cõfuſus eſt? Hinc ſuperiùs 30 dictum eſt: Deus
iudicij Dñs,beati oẽs qui expectãt eum.[Nunquid tollet̃ à forti p̃da?aut quod captũ fuerit à robuſto,
Matt.12. ſaluũ eſſe poterit?] Hoc quod Chr̃s nunc p Iſaiã ait,ipſe p ſeipſum dicit:Quõ poteſt quiſquã intrare
domũ fortis,& vaſa eius diripere,niſi priùs alligauerit fortem? Itaq; ſenſus eſt, ꝙ præda ſeu captura
auferri non poteſt à prædatore potente, niſi qui auferre contendit, fortior fuerit prædatore. Vndè
&

& Chr̃s in Euãgelio proteſtat̃:Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea q̃ poſſidet: Luc.11.
ſi aũt fortior illo ſuperuenerit,domum eius diripiet.Per hunc fortem p̃datorem atq; raptorem, qui-
dam intelligunt dæmonem,qui genus humanũ decepit,& ſua dñatione iniqua oppreſſit,ſicut Apo-
ſtolus 2.ad Timot.2.loquit̃:Reſipiſcant à laqueis diaboli,à quo captiui tenent̃ ad ipſius voluntatem.
Sed & Chr̃s vocat eum principem huius mundi. Et Paulus ad Ephe.6. noĩat ſpirituales nequitias,ſ. Ioan.14.
dæmones,mundi huius rectores.Alij per fortem p̃datorem & robuſtum captorem, intelligunt per-
ſecutores primitiuæ Eccleſiæ, videlicet principes ſacerdotũ ſeu populum Iudæorum atq; Romanũ
imperium,qui Eccleſiam penitùs annullare molíti ſunt:nec potuit Eccleſia ab his propria virtute li-
berari,idcircò quod humana poteſtate fieri non valebat,Chr̃s ſe facturum promiſit,dicendo: [quia
hæc dicit Dñs:Equidem & captiuitas à forti tollet̃.] i. genus humanum à diabolo captum, Chr̃i vir-
tute rapiet̃ ab illo.[& quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluabit̃.] i. hoĩes ſuggeſtione diaboli à Deo
auerſi,per Chr̃m redimentur. Vel ſic:Captiuitas à forti tollet̃,i.primitiua Eccleſia à populo Iudæorum
afflicta & capta,vt patet in Actib⁹ Apoſtolorum,diuina virtute proteget̃ & eruet̃,& quod ablatũ fue-
rit à robuſto,i.populus Chr̃i fidelis ab imperatoribus Romanis vaſtatus & partìm occiſus, ſaluabit̃,
nè penitùs extinguat̃,immò Eccleſia inter pſecutiões crudeliſſimas mirabiliter multiplicabat̃,quod
erat diuinæ potentiæ euidens ſignum. [Eos verò qui iudicauerunt te,] i.dæmones qui te ad mortis
iudicium pertraxerunt,vel Iudæos atq; Romanos,qui te iniuſtè damnauerunt,[ego iudicabo] iudi-
cio reprobationis.[& filios tuos] i.membra Eccleſiæ regenerata in Chr̃o,[ego ſaluabo] in via p gra-
tiam,atq; in patria per gloriã.[Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis,] i.non tua, ſed ſua propria nece
ſatiabunt̃,& deuorabunt ſeipſos,quia te pſequendo,ſeipſos occídent ſp̃ualiter,mortemq́; merebũ-
tur æternam:quemadmodùm de impio ſcriptum eſt:Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in fo- Pſal.7.
ueam quam fecit:conuertetur dolor eius in caput eius &c. Ad quod pertinet illud Eccleſiaſtę:Qui Eccẽs 10.
diſſipat ſepem,mordebit eum regulus.Illud quoq; Prou.11.In inſidijs ſuis capient̃ iniqui. Hæc autẽ
ſententia ſub alijs verbis repetitur.[& quaſi muſto,ſanguine ſuo inebriabuntur,] i. propria iniqui-
tate iniquitatiſq́; ſuæ debita pœna copioſiſſimè implebunt̃.Ad quod pertinet opinor illud Gen.9.
Qui effuderit ſanguinem humanum,effundetur ſanguis illius.Et item quod ait Saluator: Oĩs qui Matt.26.
acceperit gladium,gladio peribit. Vniuſcuiuſq; nanq; iniquitas plùs nocet ſibi q̃ alteri. [Et ſciet oĩs
caro,] i.oĩs homo de quo dictum eſt Iſa.40.Videbit oĩs caro *ſalutare Dei. Alibì quoq;, Effundam Ioel.3.
de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.[quia ego Dñs] pater [ſaluans te] per Chriſtum. Vel ego Dñs
Chriſtus,ſaluans te ſanguine meo.[& redemptor tuus fortis Iacob.] i.confortator ſeu fortitudo Ia-
cob patriarchæ,ſeu populi fidelis vitia ſupplantantis. ¶ *De moralitate.*

¶ Porrò multa eorum q̃ in iſto cap.dicta ſunt,de mẽbris Chr̃i, viris pfectis, p̃ſertim in vtero ſan-
ctificatis,moraliter explanant̃.Propter quod de Ioãne Baptiſta p̃ſentis capituli cantat̃ exordium.In
eius ergò pſona & ſibi ſimilium dicit̃:Dñs ab vtero vocauit me.Nã angelus Zacharię p̃dixit:Vocabis Lucæ 1.
em̃ nomen eius Ioannẽ.De oĩ quoq; electo hoc dici poteſt ſecundùm hunc ſenſum, Dñs ab vte-
ro vocauit me,i.de ventre matris meæ eduxit me,de ventre matris meę recordatus eſt noĩs mei,i. p-
ſonæ meæ,p̃ſeruando me à diuerſis periculis,atq; ad grãm baptiſmatis me pducens. Vndè & Paulus
ad Galat.Cùm placuit,inquit,ei q me ſegregauit ex vtero matris meæ,& vocauit p grãm ſuã. Et po- Gal. 1.
ſuit os meum quaſi gladium acutum.Hoc patet in Ioãne Baptiſta, q illicitas Herodis nuptias tã cõ-
ſtanter redarguit.Cuilibet etiã p̃dicatori,p̃lato ſiue doctori,q verba aĩam cõpungentia, & peccato-
rum expulſiua nouit ꝓferre,humiliter dicere licet:Poſuit Dñs os meum quaſi gladium acutum. dat
ſiquidem ei grãm adimplendi illud Apoſtoli 2.ad Tim.4.Pręedica verbum, inſta opportunè, impor-
tunè,argue,obſecra, increpa in oĩ patientia.In vmbra manûs ſuę ꝓtexit me,i.ſub ſuę fortitudinis
obumbratione defendit me,extendens dexterã ſuę pietatis ſup me,ità vt dicere poſſim: In velamẽ-
to alarũ tuarũ exultabo.Et,Dñe,obumbrâſti ſup caput meum in die belli. Et poſuit me ſicut ſagit- Pſal.62.
tã electam,i. directè atq; velociter direxit me ad pagendũ opus, mihi ab ipſo iniunctũ, ſicut ſagitta Pſal.139.
limata tendit in ſignũ ex directione ſagittantis.Sunt aũt & reprobæ ſagittę,ſecundùm quod Iere.9.
habet̃:Sagitta vulnerãs eſt lingua eorũ.de quib⁹ in Pſal.10.inducit̃:Parauerunt ſagittas ſuas in phare-
tra,vt ſagittẽt in obſcuro rectos corde.In pharetra ſua,i.in Eccleſia de qua ꝓcedunt ſagittæ Dei cõ-
tra aduerſarias poteſtates,ſicut infrà Dñs ait:Mittã ex eis q ſaluati fuerint,in Africã & Lydiã & Italiã
& Gręciã,tenentes ſagittã.abſcõdit me,quẽadmodùm Dauid ait in Pſal.26.Qm̃ abſcõdit me in ta- Iſaiæ 66.
bernaculo ſuo,in die malorũ ꝓtexit me,in abſcõdito tabernaculi ſui. Et rurſus: Proteges eos in ta- Pſal.30.
bernaculo tuo à cõtradictiõe linguarũ.Et dixit mihi,ſeru⁹ me⁹ es tu Iſrael,i.ſpeculator diuinorũ,qa
in te gloriabor.Nã deliciæ meę eſſe cũ filijs hoĩm.Quod verò ſubiũgit̃,Et ego dixi,in vacuũ labora-
ui &c.de quolibet zelãti ac feruido p̃dicatore ſiue p̃lato accipi poteſt,dolẽte & cõquerẽte, ꝙ p̃dica-
tio ſua & labor tã parũ in audientiũ corde fructificãt.Vñ putat laborẽ ſuũ fore inanẽ, recurritq́; ad
diuinũ iudiciũ,obſecrãs Deũ vt audientiũ mentes aperiat.Hæc dicit Dñs:Tẽpore accepto,i. tẽpore
boni

Ioan.9. boni propoſiti tui,tempore pœnitentiæ,tempore laudabilis vitæ,exaudiui te.Scimus em̃ qm̃ pecca-
tores,i.impœnitentes Deus non audit,ſed ſi quis cultor eſt Dei,hunc exaudit.Vndè Iob 8. habet̃:Si
oĩpotentem fueris deprecatus,ſi mundus & rectus inceſſeris,ſtatìm euigilabit ad te. Ad hoc quippe
Luc.18. ꝙ oratio exaudibilis fiat,oportet vt ſit perſeuerans:oportet em̃ ſine intermiſſione orare,& non de-
ficere:ad quod requiritur bona vita, vel ſaltem propoſitum bonum. Et in die ſalutis auxiliatus ſum
tuĩ.q̃diù in hoc p̃ſentis vitæ curriculo atq; exilio ſumus,in ſtatu merendi & tẽpore ſalutis conſiſti-
2.Cor.6. mus,ſicut Apoſtolus aſſerit:Eccè nunc tẽpus acceptabile,eccè nunc dies ſalutis.Nõ ergò ꝑdamus in-
dulta pœnitentiæ tẽpora,ſed quicquid poterit manus noſtra,inſtantiſſimè operemur, nè nobis di-
Iob 24. cat̃ quod de impio ſcriptum eſt:Dedit ei Deus locum pœnitentiæ,& ille abutitur eo in ſuperbiam.

¶ *Declaratio cap.50.ſ.Hac dicit Dominus:Quis eſt hic liber repudij matris veſtræ.* *Artic.* 78.

POſtq̃ deſcripta eſt vocatio gentiũ,nunc manifeſtat̃ vera ratio deſertionis Iudæorũ. [Hæc dicit
Dñs:Quis eſt hic liber repudij matris vr̃æ quo dimiſi eã?] i. q̃ cauſa eſt refutationis ô Iudæi,qua
refutaui vel potiùs dereliqui matrẽ veſtrã ſynagogã?nõ vtiq; ego dedi ei libellũ repudij, ſeparando
eã à meo ſp̃uali cõiugio ex aliqua crudelitate aut odio,ſicut in veteri teſtamẽto interdùm viri dede-
runt cõiugib⁹ libellũ repudij ex odio,quẽadmodùm Mal.2.habet̃: Cùm odio habueris, dimitte.Eſt
aũt libellus repudij,ſcriptura cõtinens cauſam diuortij.Vñ nunc metaphoricè ꝑ librum repudij,de-
ſignat̃ reprobatio,ſeparatio,ſiue deſertio ſynagogæ à ſponſo cæleſti dño Chr̃o.[Aut qs eſt creditor
meus] cui ego in aliquo obligat⁹ ſum,[cui vendidi vos?] in cõpenſationem debiti,quaſi non habẽs
aliundè vñ ꝑſoluerẽ debitum creditori,vel q̃rens lucrum aliquod ex veſtra vẽditione:ſicq́; ex auari-
tia alienãdo vos à me.cùm itaq; iſta nõ ſit ratio veſtrę ſeparationis,oſtendã vobis verã cauſam ipſi⁹.
[Eccè em̃ in iniquitatib⁹ veſtris]quib⁹ in me filiũ Dei peccâſtis.[vẽdiri eſtis]dęmonib⁹ nũmo ꝓprię
culpæ,cuius iugo voſipſos ſubieciſtis recedẽdo à me. Vęnundat̃ em̃ qs proprijs vitijs,iuxta illud Apo
Rom.7. ſtoli:Ego aũt carnalis ſum,vęnundat⁹ ſub peccato.Et 3.Reg.21.Helias ait ad Achab: Inueni te, eô ꝙ
vęnundat⁹ ſis vt faceres malũ corã dño.Poteſt quoq; exponi de vẽditione qua Romani vendiderũt
Iudęos,intãtùm ꝙ vno denario emerent̃ triginta Iudęi,ſicut & ipſi ꝓ triginta denarijs Chr̃m eme-
rũt.[& in ſcelerib⁹ veſtris] i.ꝓpter blaſphemias veſtras cõtra me ô Iudęi.[dimiſi matrẽ veſtrã] ſyn-
agogã. Hoc eſt quod Iere.12. ait Saluator:Dimiſi hęreditatẽ meã,facta eſt mihi hęreditas mea quaſi
Oſe.7. leo in ſylua,dedit cõtra me vocẽ ſuã,ideò odiui eam.Et apud Oſeã:Væ eis,qm̃ receſſerunt à me:va-
ſtabunt̃,qa p̃uaricati ſunt in me:& ego redemi eos,& ipſi locuti ſunt cõtra me mẽdacia.Hinc & Da-
uid ait ad regẽ Meſſiã in Pſal.20.quẽ conſtat ad literã eſſe ſcriptum de Chr̃o & deſtructiõe Iudæo-
rum:Fructum eorũ de terra ꝑdes,& ſemen eorũ à filijs hoĩm: qm̃ declinauerunt in te mala, cogita-
uerunt cõſilia q̃ nõ potuerunt ſtabilire.[Quia veni] in ꝑſona ꝓpria ꝑ incarnatiõem poſt legationẽ
ꝓphetarum,[& nõ erat vir.] i.aliqs viriliter agens & fortiter credẽs. [vocaui] vos ad fidem publicè
p̃dicando,[& nõ erat qui audiret] aurib⁹ cordis.nõ ꝙ ſimpliciter nemo audiêrit aut viriliter egerit,
ſed qa pauciſſimi erãt ꝑ cõparationem ad alios. Cõſequenter Chr̃s cõmemorat efficaciam ſuã ad li-
berãdum,& dicit:[Nunquid abbreuiata & paruula] i.defectuoſa & impotẽs [facta eſt manus,] i.po-
tentia [mea,vt nõ poſſim redimere?Aut nõ eſt in me virtus ad liberãdũ?] Vñ Nume.11. ſcriptum eſt:
Nunquid manus Dñi inualida erit?Infrà quoq; 59.Eccè nõ eſt abbreuiata manus Dñi vt ſaluare ne-
queat.[Eccè in increpatione mea] i. in meo p̃cepto ſeu vltione.[deſertũ faciã mare, aquas eius tol-
Exo.14. lendo,quẽadmodùm feci mari rubro,cùm educerẽ Iſraëlem de Aegypto.[Ponã flumina in ſiccum]
Pſal.105. & 88. ſicut feci in Iordane.Propter quod ſcriptũ eſt: Dñs increpauit mare &c. Et: Tu dñaris poteſtati ma-
ris.[Cõputreſcent piſces] maris [ſine aqua,] i.aquis ſubtractis. Nã extra aquã viuere nequeũt.Ideò
ſubdit̃:[& morient̃ in ſiti.Induã cælos tenebris] priuando eos lumine ſolis cùm mihi placuerit. Vel
hoc dicit̃ quãtùm ad nos,qñ videlicet interpoſitis nubib⁹,cęlum tenebroſum videt̃,vel qñ in maxi-
mam triſtitiã deuenim⁹.[& ſaccum] i.nubẽ [ponã opimentum eorũ] nè nobis clarè appareãt, iuxta
illud Pſal.146.Qui operit cælum nubibus.[Dñs dedit mihi] videlicet Chr̃o homini [linguã erudi-
Ioan.7. tã] iuxta illud Pſal.44. Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis. Et, Nunq̃ ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquit̃.
*laſſus [vt ſciã ſuſtentare] i.cõſolari & confortare [eum q *lapſus eſt,verbo] diſciplinato, pio & cõſolato-
Matt.11. rio.Hinc em̃ loquit̃:Venite ad me oẽs &c.[Erigit manè,manè erigit] Repetitio,cõfirmationis indi-
cium eſt [mihi aurem] i.citò,immò à principio natiuitatis meæ præſtitit mihi Dñs aurem obedien-
tem,ſeu aurem cordis oĩa diuinæ inſpirationis eloquia diligentiſſimè auſcultantem. [vt audiã quaſi
magiſtrum] i.ſicut bonus diſcipulus acquieſcit doctrinæ magiſtri, ſic ego in omnibus ſermonibus
Dei obediui.[Dñs Deus] ſ.pater vel Trinitas [aperuit mihi aurem] cordis per gr̃am ſingularẽ. [ego
aũt non contradico] ꝑ redargutionem.[retrorſum non abij] per inobedientiã. Vndè paſſione in-
Matth.26. ſtante dixi:Pater,non quod ego volo,ſed quod tu. Deniq; Iudæis ipſum cõpræhendere venientib⁹
obuius iuit,iuxta illud Ioan.18.Ieſus ſciens oĩa quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit & dixit ad
eos:Quem q̃ritis?[Corpus meum dedi] i.expoſui [percutientibus] Iudæis atq; militibus præſidum,
[& ge-

[& genas meas vellentibus,] i.pilos barbæ meæ vel capitis extrahentibus.[faciem meam non auerti
ab increpantibus & conſpuentibus in me.] Hæc in Euangelijs pleniùs recitant̃. Scriptum eſt enim
Luc.22.Viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes eum, & velauerunt & percuſſerunt faciem
eius.Matt.quoq; 27.legit̃:Genu flexo ante eum,illudebant ei,expuentes in eum.[Dñs Deus auxili-
ator meus,] qui ſua diuina virtute meam humanitatem in oĩbus bonis roborauit, patientiam dedit,
& ſatisfaciendi idoneitatem largitus eſt.[Ideò non ſum confuſus,] ſed confuſi ſunt aduerſarij mei,
victi & condemnati.Hoc eſt quod Iere.20.loquit̃ Chr̃s:Dñs mecum eſt quaſi bellator fortis.Idcir-
cò q me perſequunt̃,cadent & infirmi erunt.[Ideò poſui faciem meã vt petrã duriſſimam.] i. ad oĩa
tormenta me promptiſſimum patientiſſimumq́; exhibui. [& ſcio qm̃ non confundar] ſicut Iere.17.
loquor:Cõfundant̃ qui me perſequunt̃,& non confundar ego.[Iuxtà eſt] i.mihi adeſt [qui iuſtificat Ioan.8.
me] ſ.Deus pater,de quo in Euangelio teſtor: Et non ſum ſolus, ſed ego & qui miſit me pater.[quis
cõtradicit mihi?] i.qs ex vobis ô ſcribæ & phariſæi poterit verbis meis verè opponere?[Stemus ſi-
mul.] i.vt ambæ partes ſimul audiant̃ corã Deo ineffabili iudice.[Quis eſt aduerſarius meus?] dicẽs
coram Pilato,Tolle tolle,crucifige eum.[accedat ad me:] vt ſimul à dño iudicemur, appareatq́; an Luc.23.
rationabiliter moueat̃ ad reſiſtendum mihi.[Eccè Dñs Deus auxiliator meus:] ſicut iam dictum eſt.
[quis eſt qui cõdemnet me?] i.nullus probare poterit,me aliquid damnatione mortis dignum per-
petrâſſe.Hæc oĩa loquitur Chr̃s in Euangelio ad Iudęos, dicens ad eos:Quis ex vobis arguet me de
peccato?ſi veritatem dico,quarè vos nõ creditis mihi?Et,Non reliquit me pater ſolum. [Eccè oẽs] Ioan.8. Ibidèm.
aduerſarij mei [quaſi veſtimẽtum conterent̃.tinea comedet eos.] i.mente & corpore morient̃. per-
dendo vitam naturæ & gr̃æ:vermis quoq; conſcientię eos corrodet,de quo infrà habet̃: Vermis eo-
rum non moriet̃.[Quis ex vobis timens dñm] caſto ac filiali timore, [audiens vocem ſerui eius?] i. Iſaiæ 66.
Chr̃i admonitionibus acquieſcens.[Quis ambulauit in tenebris] ignorantię & peccati, [& non eſt
lumẽ ei?] i. ſplendor gr̃æ cordi eius non radiat. Huic dat̃ ſalubre conſilium cùm ſubinfert̃: [Speret
in noĩe Dñi,] i.in virtute & gr̃a Chr̃i,quemadmodùm ſcriptũ eſt: Sperent in te qui nouerunt nomen Pſal.9.
tuum,qm̃ non dereliquiſti q̃rentes te Dñe. [& innitatur ſuper Deum ſuum.] i. totam ſpem ſuam in
Deo ſtabiliat,propriamq́; infirmitatem diuina virtute confirmari, ſuſtentari, & ſaluari exoret, ſecũ-
dùm quod Pro.3.dicit̃:Habe fidutiã in dño ex toto corde tuo,& nè innitaris prudẽtię tuę.[Eccè oẽs
vos] obſtinati & Chriſto rebelles Iudæi, [accendentes] vobiſmetipſis per veſtram incredulitatem
[ignem] gehennæ,vel etiã tribulationis p̃ſentis atq; cõbuſtionis,quam à Romanis perpeſſi eſtis,[&
accincti flammis] i.circundati ardoribus ignis:peccando em̃ meruiſtis has pœnas flãmarum. [Am-
bulate in lumine ignis veſtri,& in flãmis quas ſuccendiſtis] vobis, i. ex conſideratione pœnarũ ve-
ſtrarum,attendite ſcelera ꝓ quibus eas patimini,& redite ad pœnitentiam. Vel ſenſus eſt:In pœnis
quas propter peccata in Chr̃m commiſſa ſuſtinetis, manete, ſecundùm quod à Daniele prædictum
eſt:Finis eius vaſtitas,& vſq; in finem perſeuerabit deſolatio.[De manu mea factum eſt hoc vobis.]
i.mea poteſtate ſecundùm ordinem diuinæ iuſtitiæ illata ſunt vobis tanta tormenta à Romanis atq;
dæmonibus,dupliciq́; contritione contriti eſtis.[In doloribus] i.pœnis p̃dictis [dormietis] ſomno
mortis corporalis,& morte æternæ damnationis.

¶ *Tropologia.*

¶ Inſupèr iuxta tropologicã intelligentiam intelligi poteſt de populo Chr̃iano & Eccleſia mali-
gnantium,qui gr̃a Dei priuant̃,& Chr̃m habere amatorem ac ſponſum deſinunt: quod iã ad Iudæ-
os & ſynagogam inductum eſt de libello repudij.Chr̃s em̃ nullum repellit aut deſerit, niſi priùs re-
pellat̃ aut deſerat̃ ab illo.Propter quod ait Ioan.6.Eum qui venit ad me,nõ eijciam foràs. Et Apo.3.
Ego ſto ad oſtium & pulſo.immò poſtq̃ repulſus eſt ab Eccleſia multiformiter fornicãte, adhuc pa-
ratus eſt eam ad priſtinã amicitiam,familiaritatẽ ac fidelitatem recipere, quemadmodùm Iere. 3. le-
git̃:Tu fornicata es cum amatoribus multis,tñ reuertere ad me,dicit Dñs.Cùm verò Eccleſia cõuerti
contẽnit,dat̃ ei à Chr̃o libellus repudij,iuxta illud Ieremię:Vidit p̃uaricatrix Iuda,quia ꝓ eo ꝙ mœ-
chata eſſet aduerſatrix Iſrael,dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij. Véni, & non erat vir.
quotidiè deſcendit Chr̃s ad nos vel in ſacramento altaris,vel ꝑ oblationem gr̃æ ſp̃ualis.ſed non eſt Iere.3.
vir,i.homo rationabiliter viriliterq́; Saluatorem recipiens, & plena deuotione occurrens. Propter
peccata quippe & reprobã vitam,perdunt hoĩes noĩa rationalium creaturarum,& beſtiarum noĩbus
appellantur, ſicut de Herode ait Saluator:Dicite vulpi illi. Et de carnalibus atq; incredulis loquens
Mat.7.Nolite,inqt,ſanctum dare canib⁹,neq; mittatis margaritas vr̃as ante porcos.Eccè in increpa- Lucæ 13.
tione mea deſertũ faciã mare,i.ſeculum iſtud vitiorũ amaritudine plenum, om̃i ſuo honore, ꝓſpe-
ritate,vanitate & gloria deſtituã & priuabo.ponã flumina,i.tumultuoſos ſeculi huius amatores. [in
ſiccum] tollẽdo ab eis rorem clemẽtiæ,atq; humorem rigantis fœcundantiſq́; gr̃æ.Non enim ſuper
huiuſmodi hoĩes,ſed ſuper quietos & humiles requieſcet ſp̃ũſſanctus.Propter quod Iere.2. admo-
nuit:Quid tibi in via Aegypti, vt bibas aquas fluminis? Computreſcent piſces, i. ſeculi huius nego- Iſaiæ 66.
ciatores, diuitiarum congregatores, & omnes qui per caduca bona huius maris magni vagantur,

 de qui-

de quibus dicit̃ Pſal.11.In circuitu impij ambulant.Hi vitiorum putredine corrumpunt̃. [ſine aqua
i.ex defectu aquę ſpũs ſancti,de qua ſæpiùs dictum eſt,ſicut Ioel.1.inducit̃:Cõputruerunt iumẽta in
ſtercore ſuo. Induã cælos tenebris,& ſaccum ponã operimentum eorum.Hoc ſpiritualiter fit,qñ in
Leui.26. grauiſſimas afflictiones corruunt hoĩes.Vndè per Moſen Dñs comminat̃: Ponam cælum æneum &
terram ferream.non ꝙ cæleſtium corporum aut elementorum natura mutetur,ſed quia per ferrũ &
æs magnitudo aduerſitatis monſtrat̃.Cælum aũt non operit̃ ſacco aut tenebris, niſi quantùm ad no-
ſtrã apparentiã.Dicit eñ hoc loco S.Hieronymus:Aiunt eñ philoſophi,non ampliùs decem ſtadijs
à terra in altum nubes ſuſtolli.idcircò non cęlum ſacco obuoluit̃,ſed intercluſo cęli lumine,aër qui
ſubtèr eſt,nubis tenebris obſcurat̃.Qm̃ verò per cælos,hoĩes cõtemplatiui, pfecti ac virtuoſi ſignã-
tur,cæli dicuntur tenebris indui & ſacco operiri:quia nec iſti ſine peccato viuere poſſunt,& dicere
Pſal.138. compellunt̃:Imperfectum meum viderunt oculi tui.&,Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ
Iſaiæ 64. noſtræ.Quod aũt ſubiungit̃,Dñs dedit mihi linguã eruditã,quaſi vſq; ad finem capituli, Iudæi refe-
runt ad Iſaiæ pſonam.Oĩbus eñ modis conant̃ prophetias de Chr̃o inductas, ſubuertere.Poteſt tñ
moraliter explanari nõ ſolùm de Iſaia,ſed de quocunq; fideli, cui ſecundùm Apoſtolum, dat̃ ſermo
1. Cor. 12. ſapientiæ,aut ſermo ſcientiæ:vt ſciat qd,qñ,qualiter,vbì & quarè loqui debeat. Hoc modo eruditã
Luc.21. linguã habuerunt oẽs apoſtoli,quibꝰ ait Saluator:Ego dabo vobis os & ſapientiã, cui non poterunt
2.Cor.11. reſiſtere oẽs aduerſarij veſtri.Nec obſtat quod Paulus ait:Et ſi imperitus ſum ſermone, ſed non ſci-
entia.loquit̃ nanq; de vana mũdi huius eloquẽtia,vel de facundia p ſtudium acquiſita.Hi ſciunt laſ-
ſos ſuſtentare verbo cõſolationis.Nonnè Paulꝰ verè eruditiſſimam linguam habebat,q eis qui pro-
phetas nõ agnouerunt aut receperunt,poëtarum teſtimonia pponit,ſicùt quum Athenienſibus ait
Act.17.Non longè eſt Deus ab vnoquoq; noſtrûm. in ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus, ſicut
quidam poetarum veſtrorum dixerunt:Ipſius eñ & genus ſumus,Aratum poetã ſignificans.Et rur-
1.Cor.15. ſus de Comico:Corrumpunt mores bonos colloqa mala. Epimenidis quoq; verſum inducit Tit.1.
Cretenſes,inquiens,ſemper mẽdaces,malæ beſtiæ,ventres pigri.His ſanctis hoĩbus erigit Deus au-
rem cordis,addens eis aurem per grãm,quam non habent p naturam,vt audiant Deum quaſi magi-
Ioan.6. ſtrum.Vnus eſt eñ magiſter noſter Chr̃s qui ait:Oĩs qui audiuit à patre meo & didicit,venit ad me.
Ibidèm. Itemq;,Erũt oẽs docibiles Dei.Talis fuit qui dixit:Audiam quid loquat̃ in me Dñs Deus.Deniq; oĩs
Pſal.84. qui ex Deo eſt,verba Dei audit.Dñs eñ aperuit mihi aurem interioris hoĩs, ego aũt non contradi-
co,ſed eius ſequor veſtigia,qui factus eſt obediẽs vſq; ad mortem & ad ſignum crucis.Corpus meũ
dedi percutientibus &c.Hoc martyribus conuenit.ideò poſui faciem meam vt petram duriſſimam.
Ezec.3. Vndè ad Ezechielem Dominus loquitur:Eccè dedi faciem tuam valentiorẽ faciebus eorum,& fron-
tem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem & ſilicem poſui faciem tuam. Hæc tormenta
quæ hîc recitantur de Chriſto,affirmant Iudęi Iſaiam à Iudęis perpeſſum,quoniam dixit ad eos:Au-
Iſaiæ 1. dite verbum Domini principes Sodomorum,auribus percipite legem Dei noſtri populus Gomor-
rhæ.Poſtremò hoc conſiderandum,ꝙ prophetæ,& maximè Ieremias,Iſaias,& Iob, non ſolùm ver-
bis,ſed factis quoq; & paſſionibus ſuis prophetauerunt de Chriſto, eiuſq; figura fuerunt. Vndè vi-
dentur quædam de ſeipſis narrare,quæ tamen ad literam prædicuntur de Chriſto.

¶ *Elucidatio cap. 51. Audite me qui ſequimini quod iuſtum eſt.* *Articulus* 79.

REprobatis in ſuperiori capitulo incredulis rebellibuſq; Chriſto Iudæis, nunc ad electos Iu-
dæos,ad primitiuam Eccleſiam,ad apoſtolorum atq; per ipſos credentium conuentum ſermo
diuinus dirigitur: in quo verbis & exemplis monſtratur, quàm facile fuerit Deo, promiſſiones de
Chriſto factas implere,ruinas Sion inſtaurare,eamq́; cæleſtibus gratijs, quaſi paradiſum voluptatis
ornare. Ait ergò ad hos veros Iſraelitas Dñs: [Audite me] i. verba diuina diligenter aduertite. [quĩ
ſequimini] per imitationem virtutis [quod iuſtum eſt, & quæritis] deſiderando ac contemplando
[Dñm.Attẽdite ad petram vndè exciſi eſtis,& ad cauernam laci de qua præciſi eſtis.] Quid autem ſit
hoc,conſequenter exponit.[Attendite ad Abraham patrẽ veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos.]
Per petram itaq; intelligitur Abraham firmus in fide, & ſtabilis in opere bono: per cauernam verò
laci,intelligitur Sara,de cuius vtero velut de lacu egreſſus eſt populus Iſrael,eſtq́; pręciſus de petra,
i.propagatus ex ſemine Abrahæ.Quid autem intendere debeant,ſubdit̃:[quia vnum vocaui eum] i.
Abraham ad meum cultum ſeu terram promiſſionis vocaui,cùm ſine prole eſſet ac vnus. [& bene-
dixi ei] in ſpiritualibꝰ & itẽ in temporalibus.Vndè Gen.24. miniſter eius dixit ad Laban matremq́;
Rebeccæ:Dñs benedixit Domino meo valdè. [& multiplicaui eum] procreãdo ex eo filios multos.
[Conſolabitur ergò Dñs Sion,] i.electorum Iudęorum congregationem ſeu primitiuam Eccleſiam,
q̃ frequenter per Sion & Hieruſalem deſignat̃,qm̃ ibì ſumpſit exordium.[& conſolabitur] i.repara-
bit [oẽs ruinas eius.] i.diuerſos eorum defectus,excludendo ab eorum cordibus falſitates Iudaica-
Mar.7. rum ſuperſtitionum:& de via vitiorum,talia Chriſtus excluſit,dicendo ad ſcribas & phariſæos: Be-
Matth.23. nè irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.Et iterùm:Stulti & cæci,excolantes

culicem,camelum autẽ glutientes. [Et ponet deſertum eius quaſi delicias,] i. Iudeam ſpiritualibus
bonis deſtitutam,Chr̃s ſpiritualibus bonis implebit.[& ſolitudinem eius quaſi hortum Dñi.] i.gra-
tiarum eius carentiam,conuertet in ſpiritalium diuitiarum pleniſſimam vbertatem, ità vt comparet̃
horto Dñi,i.paradiſo Dei.Hoc totum per Chr̃m impletum cognoſcimus,de cuius plenitudine accę- Ioan.1.
pimus oẽs:qui electiſſimos illos Iudęos,ac primitiuã Eccleſiam ſpiritualibus bonis copioſiſſimè ad- Act.2.
impleuit,præſertim in die pentecoſtes,deſcendente ſpiritusſancto ſuper diſcipulos in ſigno viſibili.
Iudæi aũt hæc referunt ad populum Iudęorum à captiuitate Babylonica redeunte, qñ ſub Zoroba-
bel inſtaurata eſt Sion, ædificatumq́; vel potiùs cœptum templum, atq; antiqua religio reddita.ſed
certum eſt,iſta promiſſa illius temporis mediocritatem excedere. ſicut eñ in libro Eſdræ recolitur,
populus Iudęorum temporibus illis magnis extitit tribulatus penurijs atq; preſſuris. Propter quod
ſtatus ille nequaq̃ comparari valet paradiſo voluptatis, vel ipſis delicijs: & cùm Deus ſit liberaliſſi-
mus dator,dona eius minora non ſunt ſuis promiſſis, ſed econtrariò. [Gaudium & lætitia inueniet̃
in ea,gratiarum actio & vox laudis.] Quomodò & q̃ verè ac excellenter fuerint oĩa hæc in primitiua
Eccleſia,q̃ in monte Sion ſpiritumſanctum recepit, in Actibus apoſtolorum pleniùs edocetur: vbì
inter cætera legitur,ꝙ omnes erant perſeuerantes in doctrina apoſtolorum, & cõmunicatione fra-
ctionis panis & orationibus.& denuò:Omnes qui credebant,erant ſimul,& erant illis oĩa commu- Actu. 4.
nia,& ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis,collaudãtes Deum, & habentes gra-
tiam ad oẽm plebem.Quòd aũt iſta,quæ dicta ſunt de cõſolatione & locupletatione Sion,de Eccle-
ſia Chr̃i intelligenda ſint,conſtat ex eo,quod Act.15.Iacobus allegat ex Amos propheta ſecundùm Amos 9.
tranſlationẽ Septuaginta interpretũ:Poſt hæc reuertar, & ædificabo tabernaculũ Dauid quod ceci-
dit,& diruta eius ædificabo, & erigam illud, vt requirant cæteri hoĩm Dñm, & omnes gentes ſuper
quas inuocatum eſt nomen meum.Hoc Iacobus de Eccleſia Chr̃i allegat prædictum, q̃ ex populis
nationum collecta eſt,ad quos Dñs ait:[Attendite ad me popule meus,& tribus mea me audite.] Si-
mile eſt illud pſalmi 77.Attendite popule meus legem meam,inclinate aurem veſtram in verba oris
mei. Iſti ſunt populi ex gentilitate electi atq; conuerſi,de quibus dictum eſt Zach.2.Applicabuntur
gentes multæ ad Dñm in die illa,& erunt mihi in populum.[quia lex à me exiet.] Hæc eſt lex euan-
gelica,à Chr̃o immediatè procedens,deindè ab apoſtolis per totum mundum eſt propagata,incipi-
entibus eis à Sion,ſeu templo in quo primùm teſtificati ſunt Chr̃m ſurrexiſſe. Vndè ſuperiùs dictũ
eſt:De Sion exibit lex,& verbum Dñi de Hieruſalem. quod & Chr̃s Lucæ 24. inſinuauit: Oportuit, Iſaiæ 2.
inquit,pati Chr̃m,& prędicari in noĩe eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in oẽs gentes,
incipientibus ab Hieruſalem. idcircò nunc ſubditur: [& iudicium meum] quo decreui gentes eſſe
ſaluandas.vel iudicium meum,i.mandata mea & conſilia,q̃ me iudicante ſalubria ſunt, vera ac iuſta,
iuxta illud in pſal.18.Iudicia Dñi vera, iuſtificata in ſemetipſa. [in lucẽ populorum requieſcet.] i. ad
gentium illuminationẽ procedet, atq; in eis manebit. Hoc & Soph.3. Dñs pręnunciauit: Quia tunc
reddã populis labium electum,vt inuocent oẽs nomẽ Dñi,& ſeruiant ei humero vno. Et nè quiſpiã
æſtimaret in longum differendum quod p̃nunciatur,addit̃:[Propè eſt iuſtus meus,] videlicet Chr̃s,
vt deſcendat ad noſtram liberationẽ, de quo Stephanus ait Act.17. Patres veſtri occidebant eos qui
p̃nunciauerunt de aduentu iuſti.[egreſſus eſt ſaluator meus.] i. Chr̃s per quem ſaluo mundum, nẽ- Pſal.18.
pe à ſummo cælo egreſſio eius,egreſſus eſt de ſinu patris,aſſumendo naturã humanã: egreſſus eſt de
vtero virginis,inter hoĩes viſibiliter apparendo. [& brachia mea populos iudicabunt.] Per brachia
intelligitur Chr̃s,de quo infrà habet̃:Brachium Dñi cui reuelatum eſt?eiuſq́; beati apoſtoli,qui ſunt Iſaiæ 53.
velut brachia q̃dam ſpũalis corporis Chr̃i,quod eſt Eccleſia.Vel brachia Dei, ſunt pfectiones mẽtis
diuinę,videlicet ſapientia eius atq; iuſtitia.vndè & dictũ eſt in pſal.88.Tuum brachium cum poten-
tia.Hi iudicant populos fideles iudicio diſcretionis in vita p̃ſenti.[me inſulæ expectabunt.] i.Eccle-
ſiæ gentium ſeu terræ infra ripas aquarum ſituatæ.Vndè dicit̃ Gen.49. Veniat qui mittendus eſt, &
ipſe erit expectatio gentium.Aggæus quoq;: Veniet,ait,deſideratus cunctis gentibus. [& brachium Agg.1.
meum] i.Chr̃m,qui eſt virtus & ſapiẽtia mea.[ſuſtinebunt:] iugum eius ſup ſe obedienter ferendo, Pſal.17.
quemadmodùm in pſal.teſtatus ſum:Populus quem nõ cognoui,ſeruiuit mihi: in auditu auris obe-
diuit mihi.[Leuate in cælum oculos veſtros,& videte ſub terra deorſum.] Certum eſt,hoc de ſpũali
intuitu dici,cùm oculus corporalis ad inferiora ſub terra exiſtentia nõ ptingat. Eſt igit̃ ſenſus, ſupi-
ora corpora & inferiora cõſiderate,penſando eorum naturam ac qualitatem. [quia cæli ſicut fumus
liqueſcent,] i.orbes cæleſtes & ſidera,quantùm ad accidentalia ſua,ceſſabunt,videlicet quo ad mo-
tum & priſtinam influentiã. Vndè in pſalm.cantat̃: Opera manuum tuarum ſunt cæli:ipſi peribunt, Pſal.101.
& oẽs ſicut veſtimentum veteraſcent.Poteſt quoq; de cælo aëreo accipi,quod igne conflagratio-
nis purgabitur. [& terra ſicut veſtimentum atteretur,] non per corruptionẽ eſſentiæ,ſubſtãtialiſq́;
eſſe,quo ad ſe totã,ſed quo ad modum ſui eſſe,ſecũdùm quod ait Apoſtolꝰ:Pręterit figura huiꝰ mun- 1.Cor.7.
di.[& habitatores eius ſicut hæc interibunt.] i.ſicut cęlũ & terra pibunt,quantùm ad ſtatũ, nõ quã-

tùm ad ſubſtantiam:ſic hoĩes habitantes in terra,ꝑ ignem conflagrationis peribunt,non ꝙ aĩæ corrumpanẽ,aut materia in nihilum redigaẽ,ſed qa nõ erunt iuxta modum & ſtatum vitæ præſentis.De iſta materia ſuperiùs introducta ſunt plurima,q̃ iam iteranda non reor. [Salus aũt mea] i. Chr̃s Sal-
Pſal.109. uator,ſeu beatitudo ꝑ ipſum hoĩbus conferenda.[in ſempiternum erit,] i.ſine fine durabit, quemadmodùm ad Heb.13.legitur:Ieſus Chr̃s herì & hodiè, ipſe & in ſecula. Atq; in Pſal. Tu es ſacerdos in æternum.[& iuſtitia mea nõ deficiet.] certum eſt, increatam Dei iuſtitiam, q̃ in tribus ꝑſonis vna eſt,eſſe æternam atq; indeficientem.Chr̃s quoq; qui dici poteſt iuſtitia Dei,eiusq́; doctrina iuſtiſſi-
Lucæ 21. ma & vita Chr̃iana,q̃ eſt æquitas magna,nunq̃ deficient.Propter quod fatetur: Cælum & terra trãſibunt, verba aũt mea non tranſibunt. Et Pſal.118.Initio,inquit,cognoui de teſtimonijs tuis, quia in æternum fundâſti ea. Conſequenter roboratur Eccleſia,nè aduerſis frangatur, aut perſequentium pœnas formidet.[Audite me qui ſcitis iuſtum.] i. qui Chr̃m per fidem cognoſcitis, ipſamq́; iuſtitiã operando amatis,qui eſtis [populus meus] ꝑelectus.[lex mea] euangelica [in corde eorum.] ſicut ꝑ
Iere. 31. Ieremiam ꝑdixi: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. [Nolite timere opprobrium hoĩm,& blaſphemias eorum nè metuatis.] Hoc & Chr̃s Matt.10. iubet: Nolite timere eos qui corpus occídũt, aĩam aũt nõ poſſunt occídere:ſed potiùs eum timeté, qui habet po-
Pſal.3. teſtatem & corpus & aĩam perdere in gehennam ignis.Hinc Dauid: Non timebo,inquit, millia po-
Iob 31. puli circundantis me.Et S.Iob:Si expaui ad multitudinem nimiam,& deſpectio propinquorum ter-
Iaco.1. ruit me.Deniq; Iacobus admonet:Om̃e gaudium exiſtimate fratres,cùm in diuerſas tentationes in-
Act. 5. cideritis.Apoſtoli quoq; abiêrunt à conſpectu concilij gaudẽtes,qm̃ digni habiti ſunt pro noĩe Ieſu contumeliam pati.Magnum em̃ beneficium Dei eſt, pro Chr̃o ſiue iuſtitia pati aduerſa, iuxta illud
Phil.1. Apoſtoli:Vobis datum eſt à Chr̃o,non ſolùm vt credatis in eum,ſed etiam vt patiamini pro illo.Id-
Matt.5. circò Saluator noſter ait:Beati eſtis cùm maledixerint vobis hoĩes,& perſecuti vos fuerint,& dixerint om̃e malum aduerſùm vos,mentientes,propter me.gaudete in illa hora & exultate, qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cælo.[Sicut em̃ veſtimentum,ſic comedit eos vermis:] i.ſicut veſtis inceſſanter conteriẽ,ſic qui vos impiè perſequunẽ,indeſinenter deficient,donec oĩa diſpereant:corpora aũt eo-
Ecci 7. rum à vermib⁹ terræ edenẽ,ſicut Ecci 10.ſcriptũ eſt:Cùm moriẽ homo, hæreditabit beſtias & ſerpẽtes.& iterùm:Humilia valdè ſpũm tuum,qm̃ vindicta carnis impij,ignis & vermis.vermis quoq; cõſcientiæ corda eorum corrodet.Vndè nunc ſequiẽ:[Et ſicut lanam,ſic deuorabit eos tinea:] i. velo-
Pſal.36. citer morienẽ,prout Pſal.teſtatur:Qm̃ tanq̃ fœnum velociter areſcent.[Salus aũt mea in ſempiternũ erit,& iuſtitia mea in g̃nationes g̃nationum.] i.per oĩa ſecula atq; viciſſitudines g̃nationum ac temporum.Hoc iam dictum atq; expoſitum eſt.Verùm qm̃ iſta fortitudo atq; conſtantia nõ volẽtis aut currẽtis eſt,ſed Dñi miſerentis, idcircò hi quibus ꝑceptum eſt,Nolite timere opprobrium hoĩm,inuocant Chr̃i auxilium,deprecantes eius aduentum.[Conſurge] apparẽdo hoĩbus per carnis aſſumptionẽ,[conſurge] ꝑ tui auxilij exhibitionẽ.[Induere fortitudinẽ,] i.poteſtatem tuam aſſume,oſtẽde,exerce pugnando ꝓ tuis.ô [brachium Dñi] tu fili Dei, qui brachiũ patris vocaris, qm̃ oĩa operaẽ ꝑ te,ſicut & ſpũſſanctus digitus eius noĩatur,quia per eum reuelanẽ ac demonſtranẽ diuina ſecreta. De hac induitione ꝑdixit Pſal.92.Dñs regnauit, decorẽ indutus eſt, indutus eſt Dñs fortitudinẽ, & ꝑcinxit ſe.quod Apoc.11.declaraẽ impletũ,dicentibus ſanctis:Gr̃as agimus tibi Dñe Deus oĩpotens, qui es,& q eras,& q accepiſti virtutem tuã magnam, & regnâſti. Dicitur em̃ Deus ſuã virtutem accipere dum eam declarat,protegẽdo electos,puniendoq́; reprobos.[Conſurge] conferendo auxiliũ [ſicut in dieb⁹ antiquis] videlicet [in g̃nationibus ſeculorũ.] i.ſicut olim cõſurrexiſti contra Aegyptios,cæterosq́; populi tui ꝑſecutores aut æmulos:[Nunquìd non tu ꝑcuſſiſti ſuperbum?vulnerâſti draconẽ?] Quanuìs hoc generaliter accipi poſſet de quocunq; ſuperbo atq; peſtifero, quibus Deus
Pſal.88. reſiſtit,ſecundùm quod ſcriptum eſt,Tu humiliâſti ſicut vulneratum ſuperbum,cõtribulâſti capita
Exo.5. draconum in aquis:tñ hoc loco vtrunq; de Pharaone dictũ videẽ,qui appellaẽ ſuperbus: qm̃ contra Deum locutus eſt ſuperbiſſimè,dicens:Neſcio Dñm, & Iſrael non dimittã. Et ad eum Dñs loquitur Ezec.29.Audi Pharao rex Aegypti,draco magne,q cubas in medio fluminum tuorum.Hunc Deus percuſſit ac vulnerauit,ſubmergens ipſum in mari rubro. [Nunquìd nõ tu ſiccâſti mare] rubrum,ſ. [aquam abyſſi vehementis?] Diciẽ aũt Deus mare ſeu aquas ſiccâſſe,qm̃ terram ſup quam aqua erat, ſiccauit.[Qui poſuiſti ꝓfundum maris,] i.alueum maris rubri ſiccatum,[viam] filijs Iſrael,[vt tranſ-
Exo.14. irent liberati] i. filij Iſrael de manu Aegyptiorum erepti,quẽadmodùm in Exodo recitaẽ:Filij Iſrael ambulauerunt ꝑ medium ſicci maris,& erant aquæ eis pro muro à dextris & à ſiniſtris. [Et nunc] ſ. tẽpore gr̃æ,[qui redempti ſunt à Dño] Saluatore per mortẽ & ſanguinem eius ſanctiſſimum.[reuertenẽ] à priſtinis ignorantiæ vitiorumq́; tenebris,[& venient in Sion,] i.Eccleſiã militantem,vel potiùs triumphantem,de qua ad Heb.12.dicitur:Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem cæleſtem.[laudantes Dominum] pro vniuerſis beneficijs ſuis. [& lætitia ſempiterna ſuper capita eorum.] i.in cordibus eorum.[Gaudium & lætitiam] i.duplicẽ iucunditatem ſeu eſſen-

tiale

tiale accidẽtaleq́; præmium [tenebunt] pro mercede laboris ſui.[& fugiet dolor & gemitus.] i.pœna cordis & corporis.Certum eſt,hæc non poſſe intelligi de populo Iudęorum à captiuitate Babylonica redeunte, quorum lætitia ſempiterna non fuit, ſed valdè breuis, multisq́; ærumnis permixta vſq; ad tempus Chr̃i,vt patet in libris Eſdræ,Nehemiæ,Iudith,& Machabæorum: ſed nec de Eccle-
ſia militante ꝓpriè ſumitur,cùm ei dicatur:Per multas tribulationes oportet nos ingredi regnũ Dei, Act.14.
ſed de Sion cæleſti veriſſimum eſt,cui cantaẽ in pſal.86. Sicut lætantium oĩm habitatio eſt in te. Et Apoc. 21.Non intrabit in illam aliquid coinquinatum. Excitari & inflammari debet noſter affectus ex his verbis dulciſſimis ad appetendum beatitudinem cęleſtis Hieruſalem,de qua ait diuinus Apoſtolus Rom.8.Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur
in nobis.Et alibì:Id quod in præſenti eſt momẽtaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum 2.Cor.4.
in ſublimitate æternum gloriæ pondus operaẽ in nobis.Hinc quoq; Apoc.19.habetur: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt.Et 1.Pet.1.Exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum veſtrarum. Conſequenter Dñs manifeſtat ſe exaudíſſe precem Eccleſiæ exorantis,Conſurge conſurge.[Ego ego conſolabor vos] in omni ꝑſecutione atq;
anguſtia,ſicut Apoſtol⁹ ait:Benedictus Deus & pater Dñi noſtri Ieſu Chr̃i, pater miſericordiarum & 2.Cor.1.
Deus totius conſolationis,qui conſolaẽ nos in om̃i tribulatione noſtra. Vndè Ecci 51. ſcriptum eſt: Laudabit vſq; ad mortem aĩa mea Dñm:qm̃ eruis ſuſtinentes te,& liberas eos de om̃i anguſtia.Hanc
Chr̃s conſolationem ꝓmiſit diſcipulis:Non relinquã vos orphanos,vado & venio ad vos,& gaude- Ioan.14.
bit cor veſtrum.[Quis tu] ô homo fidelis,ſeu popule Chr̃iane,[vt timeas ab homine mortali,& à filio hoĩs qui quaſi fœnum ità areſcet?] tanq̃ dicat:Cùm ego pręceperim tibi non timere eos qui corpus occídunt,promiſi quoq; tibi auxilium meum:mirum eſt ꝙ tam anxius puſillanimisq́; fuiſti,nec
attendiſti quod ſcriptum eſt:Qui timet Dñm,nihil trepidabit: & qui timet hoĩem, citò corruet. [Et Ecci 39.
oblitus es Dñi factoris tui,] ità ꝙ paſſio timoris impediuit actualem in Deo fidutiam, [qui tetendit cælos,] extendens eos ſicut pellem,& ſicut tabernaculum ad inhabitãdum. [& fundauit terram] in medio vniuerſi,nullo niſi diuina potentia eam ſuſtentante.Propter quod Iob 26.inducitur:Qui appendit terram ſuper nihili.[& formidâſti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad ꝑdendum.] i.te occídere decreuit ac ſtuduit.Hoc etiam multis Chr̃ianis in primitiua Eccleſia contigit,ſæuiente rabie tyrannorum:ſed & apoſtoli clauſi ſedebant in conclaui propter metũ
Iudęorum,vt legiẽ.[Vbì nunc eſt furor tribulantis?] i.cõſidera q̃ repentè deiecerim aduerſarios tu- Ioan.20.
os.Iam em̃ populum Iudęorum,qui primò infeſtauit Eccleſiam,atq; tyrannos gentiles occubuiſſe, & Eccleſiam diuina virtute ꝑualuiſſe, videmus.[Citò veniet gradiens ad aperiendum,] i.perſecutor
Eccleſiæ ſubitò erumpet ad aperiendum tibi foueam mortis, vt te perimat,quemadmodùm ſcriptũ Pſal.56.
eſt: Foderunt ante faciem meam foueam. Itemq́;: Lacum aperuit & effodit eum. [& non interficiet Pſal.7.
vſq; ad internecionẽ.] i.nõ penitùs extinguet populum Chr̃ianum,multi quoq; tyranni qui ſanctos martyres torquere cœperũt,ſubitò cæſi ſunt plaga Dei, nec ꝑmiſſi ſunt implere quod inceperunt. [nec deficiet panis eius.] i.pœna eius non terminabiẽ.Impijs em̃ ipſa dãnatio erit pro pane,ſicut in pſal.48.cantatur:Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. De huiuſmodi pane ſcriptũ eſt 3.Reg.22.Suſtẽtate eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ.Nec mirum ſi iniuſtorum pœna pa-
nis vocetur,cùm & homo iuſtus affirmet:Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Conſe- Pſal.41.
quenter Deus pater alloquitur filium:[Ego aũt ſum Dñs Deus tuus,] ſecũdùm quod homo es.Hoc
& filius teſtatus eſt, clamans in cruce: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et Apoſto- Matt.27.
lus:Caput,inquit,Chr̃i Deus.[qui conturbo mare,] i.ſeculum iſtud,faciens vel permittens in mun- 1.Cor.11.
do conſurgere tribulationes & perſecutiones ſecundùm cenſurã iuſtitiæ meæ.[& intumeſcunt fluctus eius,] i.perturbationes hoĩm inualeſcunt.Poteſt quoq; intelligi de mari Oceano, ſeu qualibet magna congregatione aquarum,in quibus diuina virtute generantur variæ tempeſtates, quemadmodùm pſal.64.ſcriptũ eſt:Præparans montes in virtute tua,accinctus potentia qui conturbas profundum maris,ſonum fluctuum eius:Et iterùm:Dixit,& ſtetit ſpiritus procellæ, & exaltati ſunt flu-
ctus eius.[Dñs exercituum,] i.virtutum cæleſtium. [nomen meum.] de quo ſcriptum eſt 2.Eſd.9. Pſal.106.
Exercitus cæli adorat te.Et alibì:Formans montes & creans ventum, Dñs exercituum nomen eius. Amos 5.
[Poſui verba mea in ore tuo.] Omnia enim quę Chr̃s homo locutus eſt,ex diuina inſpiratione & illuminatione agnouit ac protulit.Propterea Ioan.7.ait:Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit
me.Et alibì:A meipſo facio nihil,ſed ſicut docuit me pater,hæc loquor.[& in vmbra manûs meæ] i. Ioan.8.
ſub mea diuina poteſtate. [protexi te,vt plantes cælos,& fundes terrã.] de quibus Apoc.21.inducitur:Vidi cælum nouum & terram nouam.primum enim cęlum & prima terra abijt.Hęc igitur Chr̃s innouabit,quemadmodùm illic ſubiungitur:Dixit qui ſedebat in throno,Eccè noua facio omnia.
Vel per cælos intelliguntur apoſtoli (de quibus dicitur, Cæli enarrant gloriam Dei) & cæteri ſpi- Pſal.18.
rituales ac contemplatiui:per terram verò, Eccleſia in terra degens, præſertim quantùm ad actiuos

ac animales. Hos Chr̃s plantauit atq; fundauit in gratia, docendo vtranq; vitam, conferendoq́; gra-
Ioan. 10. tiam conuerſandi ſecũdùm vnam duarum. [& dicas ad Sion:] i. Eccleſiam: Populus meus es tu,] quẽ
de manu inimici redemi, de quibus dixiſti: Animam meam pono pro ouibus meis. Et Oſeæ 1. Voca-
bis non populum meum, populum meum. Ex quo conſtat, iſta non dici niſi ad Chr̃m Eccleſiæ prin-
cipem. [Eleuare] à culpa ad pœnitentiam, [eleuare] à tribulatione ad conſolationem, [conſurge] à
Matth. 23. terrenis ad cæleſtia [Hieruſalem,] ad quam Chr̃s in euangelio ait: Hieruſalem Hieruſalẽ quæ occi-
Lucæ 13. dis prophetas. Et, Non capit prophetam perire extra Hieruſalem, quæ & Chr̃m negauit, dicendo:
Ioan. 19. Non habemus regem niſi Cæſarem. [quæ bibiſti de manu Dñi calicem iræ eius.] i. pœnam vltionis
diuinæ perpeſſa es, de qua fertur in Pſal. 74. Calix in manu Dñi vini meri plenus mixto. Hanc ergò
Hieruſalẽ Iſaias ſeu Chr̃s per prophetam cohortatur ad pœnitentiã. [vſq; ad fundum calicis ſoporis
bibiſti,] maximam tribulationem ſuſtinuiſti, [& epotâſti vſq; ad fæces.] i. nihil pœnæ euaſiſti, ſed in
omnem calamitatem incidiſti. Nunq̃ enim tantã afflictionem ſuſtinuit ſicut à Romanis, de quorum
impugnatione iſta dicuntur. [Non eſt qui ſuſtentet eam,] confortando eam pijs verbis, promiſſio-
nibusq́; diuinis de liberatione propinqua. [ex oĩbus filijs quos genuit.] quia poſt Chriſti aduen-
tum & apoſtolorum abiectionem, nullus propheta ad eam miſſus eſt. [& non eſt qui appræhendat
manum eius,] educendo eam ex tãtis preſſuris: [ex oĩbus filijs quos enutriuit.] principes enĩ eius cũ
vulgo oẽs pariter periêrunt. [Duo ſunt q̃ occurrerunt tibi.] q̃ aũt ſint illa, poſteà ſubdit: [Quis cõtri-
ſtabit ſuper te?] i. quis tibi ſufficienter poterit condolere? per quod inſinuatur acerbitas pœnæ quã
pertulit. Conſequenter exprimit duo mala q̃ ei occurrerunt: [Vaſtitas & contritio.] Hæc duo ſunt
idem in re: per quæ deſignatur perpeſſio mortis. [& fames & gladius] i. tribulatio ad mortem diſpo-
nens. Vel fames refertur ad vaſtitatem, gladius ad contritionem. Poſſunt etiam quatuor iſta diſtin-
gui, vt dicantur duo in genere, & quatuor in ſpecie. [Quis conſolabitur te?] tanq̃ dicat, Nullus. quia
vt Dan. 9. prædictum eſt, vſq; in finem perſeuerabit deſolatio. [filij tui proiecti ſunt.] i. contempti
& derelicti à Deo, hoſtibus traditi, atq; per mundum diſperſi. [dormiêrunt] i. occiſi ſunt. [in capite
omnium viarum:] quia vbicunq; occurrerunt Romanis, trucidabãtur, & in diuerſis mundi prouin-
cijs grauiter opprimuntur. [ſicut oryx illaqueatus,] i. animal ſic vocatum, quod vile eſt, nec reputa-
tur. [pleni] videlicet filij tui, [indignatione Domini, increpatione Dei tui.] i. iuſta vindicta diuinę iu-
1. Theſ. 2. ſtitiæ. peruenit enim ſuper eos ira Dei vſq; in finem, ſecundùm Apoſtolum. Quidam omnia quę hîc
dicuntur ab illo loco, Quis tu vt timeas ab homine mortali? exponunt de perſecutione Eccleſiæ tẽ-
pore Antichr̃i. ſed his non videtur cõſonare, ꝙ nunc dicuntur filij Hieruſalem pleni indignatione,
increpationeq́; Domini. Filij nanq; Eccleſiæ, qui tunc tam grauiter affligentur, ſancti erunt, electi, &
prælecti. [Idcircò audi hęc paupercula.] gens enim Iudęorum modò pauperrima eſt, præſertim in
ſpiritualibus. [& ebria] i. exceſſiuè repleta. [non à vino,] ſed pœnis diuerſis. [Hæc dicit dominator
tuus, Dominus & Deus tuus,] qui vniuerſorum Deus ac Dominus eſt, qui iuxta Ezechielem in ma-
nu forti, & in furore effuſo regnat ſuper nos. [qui pugnauit pro populo ſuo,] quandò redemit eos
de Aegypto, quemadmodùm Exod. 14. dixerunt Aegyptij: Fugiamus Iſraelem. Dominus enim pu-
gnat pro eis contra nos. Chriſtus quoq; pugnauit pro nobis, debellando aëreas poteſtates, quemad-
Pſal. 23. modùm ſcriptum eſt: Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. [Eccè tuli de manu tua
calicem ſoporis, fundum calicis indignationis meæ:] i. à prædictis pœnis ſaluaui te. [Non adijcies vt
bibas illum vltrà.] i. decætero talia non patieris. Iſtud dicitur ꝓ Iudæis, q in fine ſeculi conuerten-
Rom. 11. tur ad Chriſtum, quia vt ait Apoſtolus ad Romanos, Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec ple-
nitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. De hac enim Iudæorum deiectione, atq;
finali eorum redemptione ac conuerſione, ſcriptum eſt Oſeæ 3. Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſi-
ne rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod & teraphim: & poſt hæc reuer-
tentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, i. Chriſtum, vt omnes
exponunt. [Et ponam illum] i. calicem harum pœnarum. [in manu eorum qui te humiliauerunt,]
id eſt, aduerſarijs tuis incredulis, qui te iniuſtè afflixerunt, præſertim ab eo tempore quo ad Chri-
ſtum conuerſa es, propinabo potum calicis huius, quatenùs ipſi quoq; inebrientur non à vino. [&
dixerunt animæ tuæ,] i. tibi. ponitur enim pars pro toto. [incuruare vt tranſeamus.] i. tantum te cõ-
culcauerunt, ſuiſq́; pedibus ſubiecerunt, ſicut lignum pontis ſubſternitur pedibus tranſeuntiũ flu-
men. Ideò ſubditur: [Et poſuiſti vt terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus.] i. ſic hoſtibus
tuis ſubiecta, atque ab eis conculcata fuiſti, quemadmodùm terra ſubijcitur habitatori, & via per-
genti.

¶ *Moralitas.*

¶ Deniq; moralitas huius capituli tangenda eſt breuiter: Audite me qui ſequimini quod iuſtum
Pſal. 33. eſt, acquieſcentes Pſalmiſtæ qui ait: Inquire pacem, & perſequere eam. Apoſtolo quoq; dicenti: Ae-
1. Cor. 12. mulamini chariſmata meliora. Attendite ad petram, id eſt, ad Chriſtum, imitando veſtigia eius, qui
Ioan. 14. Ioan. 8. ait: Ego ſum via, veritas, & vita. Et: Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Vndè exciſi eſtis,
i. ſpi-

i. ſpiritualiter regenerati, & Chriſtianitatis nomen ac fidem ſortiti. Quotquot enim receperũt eum, Ioan. 1.
dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Et ſecundùm Apoſtolũ ad Hebr. 3. Ipſe eſt ꝓpter quẽ oĩa, & ꝑ quẽ
oĩa, q multos filios adduxit in gloriã. Ab ipſo enim eſt eſſe naturæ, eſſe gratiæ, & eſſe gloriæ. Et ad ca Act. 17.
uernam laci, i. foramen vulneris lateris Chriſti, qui lacus vocatur tanq̃ receptaculum oĩm gratiarum
atq; pœnarum, ſicq́; in eo collectæ fuerunt aquæ gratiarum, & aquæ tribulationũ. de qua ꝑciſi, i. for-
mati deriuatiq; eſtis, quantùm ad eſſe ſpirituale. De latere ſiquidem Chriſti fluxerunt ſacramenta,
quibus formatur Eccleſia, cui in Canticis ait ſponſus cæleſtis: Columba mea in foraminibus petræ, Cant. 2.
in cauerna maceriæ. Attendite ad Abraham patrem veſtrum. Abraham, qui interpretatur pater mul-
tarum gentium, ſignificat Chr̃m patrem cunctorum fidelium, vel Deum patrem qui per Chriſtum
nos condidit. Debemus ergò doctrinas & facta Chriſti aduertere, cõſeruare, & imitari, & ad Saram
quæ peperit vos, i. eccleſiam, cuius ſumus filij. Quia vnum vocaui eum, ſcilicet Chriſtum, quem pa-
ter vocauit; ſicut ꝑdictum eſt: Dñs ab vtero vocauit me. Vocauit etiam eum ad pontificatûs honorẽ,
ꝓut ad Heb. 5. dicit Apoſtolus: Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret, ſed qui locu
tus eſt ad eũ: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinẽ Melchiſedech. Vocauit & eum in mon- Pſal. 109.
te ſancto, Iordaniſq́; fluuio: Tu es, inquiẽs, filius meus dilectus. Inſupèr vocauit eum ſolum ad ſal- Luc. 3 & 9.
uandum genus humanum, atq; ad poſſidendũ terram ꝓmiſſionis, i. Eccleſiam, de qua ait Pſal. 2. Ego
autem cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. Et benedixit ei, implendo animã
eius oĩbus donis & gratijs ſpirituſſancti, quemadmodùm ſcriptum eſt: Præueniſti eum in benedi- Pſal. 20.
ctionibus dulcedinis. Et Ioan. 3. Non ad menſuram dat Deus ſpiritum homini, i. Chriſto, de quo il-
lic dicitur: Qui de cęlo venit, ſuper oẽs eſt. Et multiplicaui eum, multos conuertẽdo ad ipſum, qui
omnes ſunt filij eius. Vndè dictum eſt: Multiplicabitur eius imperium. Daniel quoq; 2. cap. innuit, Iſaiæ 9.
quẽadmodùm lapis qui præciſus eſt de monte ſine manibus, creuit in montẽ magnum, & impleuit
vniuerſam terram. Conſolabitur ergò Dominus Sion, i. animam afflictam, ſiue Eccleſiam pœniten-
tem, ad gratiam ſpeculationis ſuſpirantem. Et cõſolabitur oẽs ruinas eius, ità vt vbì abundauit cul
pa, abundet & gratia. Et iuxta illud Ieremię promiſſum cap. 31. fit anima eorum quaſi hortus irriguus.
Gaudium & lætitia inuenietur in ea, i. in anima ſic cõuerſa, gratiarum actio, & vox laudis, ſecundùm Pſal. 117.
quod ſcriptum eſt: Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Talis etenim anima dicit: Pſal. 115.
Quid retribuam Dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Et iterùm: Cantabo Dño in vita mea, pſallam Pſal. 103.
Deo meo q̃ diù ſum. Propter quod ad Epheſios 5. monet Apoſtol⁹: Implemini ſpirituſancto, loquen
tes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus
veſtris Dño, gratias agentes pro oĩbus ſemper. Conſurge, conſurge, induere fortitudinem brachi-
um Dñi. Tranſlatio Septuaginta interpretum talis eſt: Exurge exurge Hieruſalem, induere fortitudi-
nem brachij Dñi. ſicq́; de anima peccatrice exponitur, cui clamat Apoſtolus: Surge qui dormis, & Ephe. 5.
exurge à mortuis. Ioannes quoq; Apoc. 3. Memento vndè excideris, & pœnitentiam age, & priora
opera fac. Induere autem fortitudinem brachij Dñi, eſt Chriſti virtute ſeu diuina potentia roborari,
quemadmodùm Paulus hortatur: Confortamini in Dño, & in potẽtia virtutis eius. Induite armaturã Ephe. 6.
Dei, vt poſſitis ſtare aduerſùs inſidias diaboli. Conſurge ſicut in diebus antiquis, i. ad priſtinum cha
ritatis feruorẽ, & ad baptiſmalis gratię puritatem reuertere, iuxta illud ad Timot. Admoneo te, vt re- 2. Ti. 1.
ſuſcites gratiam Dei in te. Porrò quod ſequitur, Eleuare eleuare, conſurge Hieruſalem, quæ bibiſti
de manu Domini calicẽ iræ eius, de Eccleſia multipliciter tribulata exponi poteſt, ſiue pro tempore
Antichriſti, quandò grauiſſimè affligetur, ſiue intermedijs horis cùm inſurgunt pręlia & ſeditiones,
nec ipſi prælati Eccleſiæ ſubditos ſuos defendere poſſunt aut conſolari, ſed vndiq; iugulãtur fide-
les, vt olim inualeſcentibus Arrianis, ſæuientibuſq́; tyrannis, quandò oĩs qui occidit Chriſtianũ,
arbitrabatur ſe Deo præſtare obſequium. hanc ergò Eccleſiam conſolatur Chriſtus, dicendo: Audi
hæc paupercula. Eccè tuli de manu tua calicem, i. de pœnis cunctis te eruam, tuiſq́; æmulis æternas
pœnas infligam.

¶ *Expoſitio Cap. 52. videlicet: Conſurge cõſurge, induere fortitudine tua Sion.* *Artic.* 80.

QVæ obtenebrati Iudæi exponunt de futuro aduentu Meſſiæ, quem putant nondùm veniſſe,
& de conſolatione ac bonis per ipſum ꝑſtandis, ſecundùm eorum carnalem, ſuperficialem,
atq; mortiferam expoſitionẽ, nos de primo Chriſti aduẽtu, & beneficijs per ipſum iam præ-
ſtitis, cõuenienter exponimus, non literam occidentẽ, ſed ſpiritum viuificantem ſectãtes. Quòd aũt
per Sion & Hieruſalẽ Eccleſia Chriſti (ꝑcipuè primitiua) deſignetur, quæ in Hieruſalẽ ſumpſit exor-
dium, iam frequenter innotuit. Hanc ergò Sion ſiue Hieruſalem alloquẽs Iſaias, vel potiùs ſpiritus
ſanctus per ipſum, ità hortatur: [Conſurge] ab imperfecto ad perfectionem, à culpa ad veniã. [con-
ſurge] à terrenis ad cæleſtia, ab afflictione ad conſolationem, à paucitate credentium ad maximam
eorum multitudinem. [Induere fortitudine tua] i. ſpiritali conſtantia in bonis, & fortiſſima patien-
tia in aduerſis ô [Sion.] Hoc & Apoſtolus ait: Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, confortamini. 1. Cor. 16.

Ioan. 14. Ad hanc ergò fortitudinẽ Chrs ſuos ante paſſionẽ vbertìm hortatus eſt. [Induere veſtimentis glo-
15. & 16. riæ tuæ,] i.interiori decore ac veſtimentis animæ, ſ. veſte nuptiali, cæteriſq; virtutibus, atq; intelle-
ctualibus donis ſpiritûsſancti,q̃bus veſtita eſt ſponſa, de qua ſcribitur Cant.4. Cuius inæſtimabilis
odor erat nimìs in veſtimentis eius.Prouerb.quoq; vlt.Oẽs domeſtici eius veſtiti duplicibus.Vndè
& ſcriptũ eſt Iſaiæ 61.Induit me dñs veſtimento ſalutis,& indumento iuſtitiæ circundedit me.[Hie-
* ſancti ruſalem ciuitas * ſancta.] i.Eccleſia Chri,de quo Daniel.9.habet: Vngatur ſanctus ſanctorũ.De cui-
us ciuitate fertur in Pſal.86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et Apoc.11. Ciuitatẽ ſanctã calca-
bunt menſibus quadragintaduobus. His glorioſiſſimis veſtimentis induta eſt electa illa Sion,primi-
tiua Eccleſia,quandò in die pentecoſtes recepit primitias ſpiritûs, & tanq̃ ornatiſſima ſponſa de cõ-
claui illo,velut de thalamo quodã,in quo diuinitùs fœcũdata erat,erupit,egrediens templũ,& Chro
teſtimonium phibens.Nempe vſq; ad illud tempus lugubribus veſtibus fuit induta,atq; ex illo tem-
pore accepit,pfectum in numero ac merito credentium. immò in ſpiritualibus ac temporalibus bo
nis creſcens quotidiè,donec tandèm Romanum imperium ei ſubiectum eſt.[Quia nõ adijciet vltrà,
vt ptranſeat p te incircunciſus & immundus.] Nõ eſt hoc de corporali cõmixtione ac tranſitu intel-
ligendum,cùm vſq; in finẽ ſeculi,boni ſiue electi malis ac reprobis in Eccleſia corporaliter miſceã-
tur. Vndè Saluator Matt.13.cõparat regnum cælorum,i.Eccleſiã,ſagenæ miſſæ in mare,& ex om̃i ge-
nere piſcium cõgreganti. De ſpirituali ergò vnione ac participatione intelligenda ſunt hæc. vt ſit
ſenſus:Nõ adijciet vltrà,vt ptranſeat per te,i.tibi ſpiritualiter vniat,aut cõmunicet ô eccleſia Dei,in-
Iere. 9. circunciſus corde,qui vitia non pcidit,quales erãt Iudæi, de q̃bus Ieremias teſtat: Oẽs gentes habẽt
pputium,domus aũt Iſrael incircunciſi ſunt corde. Vndè Ioel.2.loquit dñs:Scindite corda veſtra,&
nõ veſtimenta veſtra.[& immundus] i.infidelis, in quo nulla eſt munditia meritoria. Hoc eſt quod
2.Cor.6. ad Corinthios dicit Apoſtolus:Quę participatio iuſtitiæ cum iniquitate? q̃ ſocietas luci ad tenebras?
q̃ conuentio Chri ad Belial? aut q̃ pars fideli cum infideli?[Excutere de puluere,] i.de ſtatu abiecti-
onis tuæ,de venialibus minimiſq; peccatis, de terrena ac vili cõuerſatione, de humili tua in terram
Pſal. 43. proſtratione.Vndè legit:Qm̃ humiliata eſt in puluere anima noſtra,cõglutinatus eſt in terra venter
noſter.[cõſurge] ab imis ad ſumma, cõtemplando ac diligendo cæleſtia.[ſede] i.in pace Chri qui-
Apoc.21. eſce ô [Hieruſalem] i. Eccleſia,de qua in Apocalypſi ſua ait Ioannes: Vidi ciuitatem ſanctam Hie-
ruſalem deſcendentem de cælo, à Deo paratam, quaſi ſponſam ornatam viro ſuo. De hac ſeſſione
locutus eſt dñs ſuprà:Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,& in tabernaculis fiduciæ. Chri-
Iſaiæ 32. ſtus quoq; huic Hieruſalem dixit:Vos aũt ſedete in ciuitate,donec induamini virtute ex alto. [Sol-
Lucæ 24. ue vincula colli tui,] i. reatum peccati & vincula quibus à dæmone reſtringebaris, ſeu varias perſe-
quutiones,q̃bus ab incredulis Iudęis ac tyrannis premebaris.[captiua filia Sion.] i. populus fidelis,
quem Deus paterno amat affectu,qui anteq̃ te Chriſtus redimeret,originalis peccati reatu, ſeu alijs
quoq; vitijs vinciebaris,& à perſequutoribus Iudęis ac gentibus corporaliter ligabaris. A ſpirituali-
bus aũt vinculis redemit Chriſtus Eccleſiam in die paraſceues,à corporalibus autem vinculis eripuit
eam paulatìm. [Quia hæc dicit dñs: Gratìs] i. ſine precio [venundati] i. traditi [eſtis] inuiſibilibus
ſeu viſibilibus hoſtibus, ſicut pauloantè inductũ eſt: Eccè in iniquitatibus veſtris venundati eſtis.
Ephe. 2. [& ſine argento redimemini.] i. per ſolam gratiam Chriſti. Dei enim donum eſt, non ex operibus,
1.Pet. 1. nè quis glorieт. Propter quod in prima Petri habet epiſtola: Non corruptibilibus auro vel argento
redempti eſtis. Conſequenter dñs manifeſtat ſe liberaturum Eccleſiam liberatione perfecta, vera,
ac figurata per præcedentes ac typicas liberationes,populo Iudęorum olim conceſſas,de q̃bus ſub-
ijcitur:[Quia hæc dicit dñs Deus:In Aegyptum deſcendit populus meus in principio,] quandò (vt
in Geneſi recolitur) Iacob deſcendit in Aegyptum in animabus ſeptuaginta.[vt colonus eſſet ibì,]
propter neceſſitatem famis vitandam. [& Aſſur] i. rex Aſſyriorum poſteà tempore Ezechiæ [abſq;
vlla cauſa] rationabili [calumniatus eſt eum,] opprimens eũ crudeliter & iniuſtè. Loquitur aũt de
eodem populo ſuo non numero, ſed ſpecie. Nam qui in Aegyptum deſcenderant, tempore Aſſur
mortui erant.Porrò liberationes factæ in Aegypto & tempore Ezechiæ,non exprimuntur, quia fa-
moſæ erant ac notæ.[& nunc] i.tẽpore primitiuę Eccleſię [quid mihi eſt hîc?] i. quid decet me age-
re?[dicit dñs:] tanq̃ dicat,decet me ſubuenire Eccleſię. cuius rationem ſubiungit: [quoniam abla-
tus eſt populus meus gratìs,] i.ſine ſuo demerito grauiſſimas perſecutiones ppeſſus eſt. Vndè Chri-
Ioan. 15. ſtus in Euangelio:Si me,inquit, perſecuti ſunt, & vos perſequentur, quia non eſt ſeruus maior dño
Ioan. 13. ſuo.Et denuò:Tradent vos in cõcilijs ſuis,& in ſynagogis ſuis flagellabunt vos,& ante reges & prę-
Matth. 10. ſides ducemini propter me. [Dominatores eius iniquè agunt] contra eum,[dicit Dominus,] vide-
licet principes ſacerdotum,& imperatores Romani, eorumq; ſubditi, qui populo Chriſtiano lõgo
tempore dominabantur,eumq; premebant.[& iugiter tota die nomen meum blaſphematur] à do-
minatoribus iſtis iniuſtis,eorumq; famulis, qui Chriſtum multipliciter blaſphemauerunt. Et ſicut
B.Hieronymus ſæpiùs recitat,Iudæi quotidiè tribus vicibus ſub nomine Nazarenorum maledicũt
Chri-

Chriſtianis in ſynagogis ſuis,indeſinenter orãtes,p deſtructiõe Romani imperij.[Propter * quod] *hoc
i.,ppter hæc mala vitanda.[ſciet populus meus nomen meum] i.primitiua Eccleſia, om̃eſq; ad vitam
æternã pordinati,me Chrm̃ Dei filium fide recognoſcent.[in die illa] i. tẽpore primi aduentûs mei,
ſeu tẽpore gratię. Vñ & Chriſtus dixit:Cùm venerit paracletus quem ego mittã vobis à patre,ille te- Ioan.16.
ſtimoniũ perhibebit de me.[quia ego ipſe qui loquebar] olim multifariè multiſq; modis per ,pphe-
tas,de mea pſentia vaticinãtes.[eccè adſum] in ,ppria pſona per incarnationẽ mundo apparẽs, & in-
ter homines piè ſocialiterq; cõuerſans,quẽadmodùm ſcriptum eſt:Verbum caro factum eſt,& habi Ioan. 1.
tauit in nobis.Et Baruch 3.Poſt hæc ſuper terrã viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt.[Quàm
pulchri ſuper montes pedes annunciantis & pdicantis pacem.] Hanc ſcripturam allegat B. Paulus
ad Rom.10.de pdicatione Euangelicæ legis per Apoſtolos, ſenſum magìs inducens q̃ verba. Om̃is
ergò alia interpretatio ceſſet.Itaq; ait:Quàm pulchri,i.valdè pulchri ſunt,ſuper montes,i.particula-
res Eccleſias in Chriſto fundatas,pedes annunciantis & pdicantis pacem, i.pedes Apoſtolorũ præ-
dicantium reconciliationem factam per Chriſtum,qui per ſanguinem crucis ſuæ pacificauit omnia
in cęlo & in terra. Vndè & Paulus Rom.5.Reconciliati,inquit, ſumus Deo per mortem filij eius.Po
nitur ergò hoc loco ſingulare pro plurali.nam ità allegat Apoſtolus: Quàm ſpecioſi pedes euange-
lizantium pacem, euangelizantium bona? Vndè iam ſubditur: [& annunciantis bonum,] i. Chriſti
Euangelium,quod eſt nuncium optimum. [prædicantis ſalutem] per Chriſtum factam,[dicentis Si-
on:] i.Eccleſiæ,vel ô Sion,i.Eccleſia.[*Regnabit Deus tuus] videlicet Chriſtus,qui eſt verus Deus & *Regnauit
vita æterna, vt habetur 1.Ioan.5. De quo ſcriptum eſt Apoc.19. Regnabit dñs Deus noſter om̃ipo-
tens,gaudeamus & exultemus,& demus gloriam ei.Itemq; in Pſal.Regnabit dñs in ſecula Deus tu- Pſal.145.
us Sion.Hoc Chriſtus pcepit Apoſtolis pdicare,ſecundùm quod Act.10.Petrus cõmemorat:Pręce-
pit nobis pdicare & teſtificari,quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum.
[Vox ſpeculatorum tuorum] ô Sion,i.prædicatio ſiue laudatio Apoſtolorum.[leuauerunt vocem.]
Euangelium Chriſti fortiter pdicando,etiam ante paſſionem ipſius,ſicut Luc.9.& 10.legitur. Maxi-
mè tamen leuauerunt vocem in die pentecoſtes,cùm ſpirituſancto recepto,[ſimul] laudabant Deũ,
quemadmodùm Act.2.ait ſcriptura:Om̃es qui credebant,erant pariter,& collaudabant Deum, ha-
bentes gratiam ad om̃em plebẽ. [quia oculo ad oculum videbunt.] Simile eſt quod ait Apoſtolus: 1.Co. 13.
Facie ad faciẽ.Apoſtoli aũt non ſolùm oculo interiori,ſed etiã corporali viderunt Chriſtũ. Propter
quod Luc.10.ait ad eos:Beati oculi qui vident q̃ vos videtis.Et Ioan.1.Vidimus,inq̃t, gloriã eius,glo
riã quaſi vnigeniti à patre. Viderunt aũt Apoſtoli Chriſtum oculo cordis ſingulariter illuminato,
iuxta illud Apoſtoli:Nos aũt reuelata facie gloriã dñi ſpeculãtes.Sic ergò viderunt,[cùm conuerte- 2.Cor.3.
rit dñs] Chrs [Sion] i.Eccleſiam,reducendo electos ad ſe, quod cœpit facere ab eo tẽpore, quo pdi-
care exorſus eſt,ipſoſq; Apoſtolos conuocauit ad ſe.In die verò paſſionis ſuæ conuertit captiuitatẽ
plebis ſuæ,& bñdixit Eccleſię,iuxta illud:Bñdixiſti dñe terrã tuam,auertiſti captiuitatẽ Iacob. Hinc Pſal.84.
eñ ante paſſionẽ teſtatus eſt Ioã.12. Ego ſi exaltatus fuero à terra,om̃ia trahã ad meipſum. [Gaude-
te] in dño [& laudate] eum [ſimul deſerta Hieruſalem,] i.ruinę Eccleſię,quas inſtaurauerũt Apoſtoli
ædificantes Eccleſiam Dei.Hæ aũt ruinæ ſunt peccatores,qui poſt conuerſionem ſuã ad Chriſtum,
inuitantur ad gaudium & gratiarũ actionẽ.[quia conſolatus eſt dñs populum ſuum] per multiplicis
gratiæ infuſionẽ.[redemit Hieruſalẽ.] i.Eccleſiã.Ad hãc laudẽ diuinã inuitat Archiapoſtolus in 1.ſua
Cano.peccatores cõuerſos dicẽdo:Virtutes annũcietis ei⁹,qui vos de tenebris vocauit in admirabi 1.Pet. 2.
le lumẽ ſuũ.Et Paul⁹ ad Col.1.Grãs agim⁹ Deo & patri,qui nos tranſtulit in regnũ filij dilectiõis ſuę.
[Parauit dñs] pater [brachiũ ſanctũ ſuũ,] i. Chrm̃ Dei virtutẽ,de quo fert in Pſal.97.Saluauit ſibi de-
xtera eius,& brachiũ ſanctũ eius:[in oculis oĩm gentium]:quia vbiq; per Apoſtolos prędicari fecit,
& per miracula clarificauit filiũ ſuum dilectum.Vndè & Simeon ait:Viderunt oculi mei ſalutare tu- Lucę 2.
um,quod parâſti ante faciem oĩm populorum.[& videbũt om̃es fines terræ ſalutare Dei nri.] i.habi-
tatores oĩm finium mundi conuertentur ad Chrm̃, eumq; fidei oculo contẽplabuntur, ſicut Chrs
pdixit:Prædicabit hoc Euangelium regni in vniuerſo mundo.Et pſal. Viderunt oẽs termini terræ Matt.24.
ſalutare Dei noſtri.Hinc Iere.16.dicit:Ad te gentes venient ab extremis terræ. Cõſequenter ad pri- Pſal. 97.
mitiuam Eccleſiam in Hieruſalem cõgregatam, pſertim ad ſanctos Apoſtolos,dicitur:[Recedite re-
cedite] à Hieruſalẽ ſiue à Iudæa,q̃ occidit ,pphetas. [exite indè] ad vniuerſas gẽtes,vt impleat, quod
dictum eſt:In om̃em terram exiuit ſonus eorum. Hoc Marc.16.Chrs pcepit: Euntes in mundũ vni-
uerſum,pdicate Euangeliũ om̃i creaturæ. [Pollutũ nolite tangere.] i. immundis atq; blaſphemis Iu- Pſal. 18.
dęis nolite cõmunicare,cohabitare atq; cõſentire.[exite de medio eius:] videlicet ſynagogę. Poteſt
etiam eſſe vox Apoſtolorum,hortantium gentes vt ab idololatria recedãt,priſtiniſq; ſordibus purè
renunciẽt.[Mundamini] à peccatis [qui fertis vaſa dñi.] i. vos prelati ac miniſtri Eccleſiæ, ſacramen-
ta Chri in ſacris vaſis portãtes.Vaſa quoq; q̃ ferimus,ſunt corpora,,put ad Theſ.dicit Apoſtol⁹:Hęc 1.Theſ. 3.
eſt voluntas Dei,ſanctificatio veſtra,vt ſciat vnuſquiſq; veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſanctificati-
onę & honore,non in paſſiõe deſiderij.Rurſuſq; alibì:Habemus,ait,theſaurũ iſtũ in vaſis fictilibus. 2.Cor. 4.

1.Cor. 3. Oẽs mundari debemus,maximè q̃a ſecundùm Apoſtolũ,corpora noſtra ſunt templũ Dei,ꝑcipuè tñ
miniſtros altaris cõcernit exhortatio iſta:eos em̃ ſpecialis ſanctitas decet.[q̃m nõ in tumultu exibi-
tis,nec in fuga ꝓperabitis.] apoſtoli nãq; exiêrunt Hieruſalẽ atq; Iudęam, nõ violenter expulſi, ſed
Chr̃o iubẽte,ſpõtè ad alios ſunt ꝓfecti.[Præcedet em̃ vos Dñs,]i.dux veſtri itineris erit.Vndè Chr̃s
Matth. 28. dixit:Ego vobiſcũ ſum cunctis diebus.Sed & paſſione iã imminente,ꝓmiſit apoſtolis: Poſtq̃ aũt re-
ſurrexero,ꝑcedã vos in Galilæã.[& cõgregabit vos Deus Iſrael] cũ cæteris fidelibus quos cõuerte-
tis,vt oẽs ſitis in vna Eccleſia Dei,in qua nõ eſt diſtinctio Iudæi neq; Gręci.Prætereà q̃ dicta ſunt ab
illo loco,Recedite recedite,q̃dam Iudęorũ expõnũt de filijs Iſrael redeuntibus à Babylonica capti-
uitate,q̃ ſecum tulerunt vaſa tẽpli à Nabuchodonoſor abſportata,à Cyroq́; reddita,nec in tumultu,
ſed in ſecuritate reuertebant̃,Cyro eos licentiante. Alij verò exponunt de liberatione à captiuitate
iſta,in quã à Romanis deiecti ſunt,ꝙ in aduentu Meſſię,quẽ putant venturũ,à Romano recedẽt im-
perio,in Iudęã redeundo.Poſt deſcriptionẽ ſtatûs Eccleſiæ,deſcribit̃ ſtatus Chr̃i,qui merito ſuę hu-
miliationis ſup oẽs cælos eſt eleuatus.[Eccè intelliget] i.ſapiens erit,& cuncta diſcretè aget [ſeruus
meus] videlicet Chr̃s,de quo ſuprà dictũ eſt cap.42.Eccè ſeruus meus,ſuſcipiã eũ.humiliauit em̃ ſe,
formã ſerui accipiẽs.Propter quod dixit Ioã.14.Pater maior me eſt.Et,Sicut mandatũ dedit mihi pa
ter,ſic facio.[& exaltabit̃] in miraculorum operatione,[& eleuabit̃] in reſurrectione & aſſcenſione.
[& ſublimis erit valdè.]i.in cordibus electorũ,tã in militanti q̃ triumphãti Eccleſia.Vndè ſcriptũ eſt
Matth. 28. Zach.6.Eccè vir oriẽs nomẽ eius &c. & ipſe portabit gloriã,& ſedebit, & dñabit̃ ſup ſolio ſuo. Pro-
pter quod poſt ſuã reſurrectionẽ teſtatus eſt:Data eſt mihi oĩs poteſtas in cęlo & in terra.[Sicut ob-
ſtupuerunt ſup te multi,]i.quẽadmodùm plures ô Chr̃e mirati ſunt te ꝓpter eminentiã miraculo-
Matth.9. rũ,& excellentiã documentorũ tuorũ,ſicut in Euangelijs liquet, vbì inter cætera ſcriptũ eſt: Dixe-
Ioan.7. Matth. 8. runt,q̃a nunq̃ apparuit ſic in Iſrael.Et,Nunq̃ ſic locutus eſt homo ſicut hic loquit̃.Et, Qualis eſt hic,
Lucæ 7. q̃a venti & mare obediunt ei?Et,Propheta magnus ſurrexit in nobis. Maximè tñ impletum eſt iſtud
Matth 21. in die palmarũ,quandò turbæ obuiârũt ei cum ramis oliuæ,ſternentes veſtimenta ſua in via,atq; cla
mantes: Oſanna filio Dauid,benedictus qui venit in noĩe Dñi:Pax in cælo,& gloria in excelſis.quã-
Ioan. 12. dò & vox patris facta eſt ad eum: Clarificaui, & iterùm clarificabo. Quo audito,turbæ dixerũt toni-
truũ factum eſſe.Alij dixerũt:Angelus ei locutus eſt. [ſic inglorius] i. deſpectus & deformatus [erit
inter viros adſpectus eius,& forma eius]i.vultus eius deſpectus erit [inter filios hoĩm.] Hoc in paſ-
ſione impletũ eſt, quãdò conſputus, ſpinis coronatus, clauis cõfixus, inter latrones ſuſpenſus,atq;
turpiſſima morte damnatus eſt,ſicut in ſequenti capitulo pleniùs continet̃.[Ipſe] ſeruus meus [ad-
ſperget gentes multas,]i. omnes electos, mundans eas ſanguine ſuo, & aqua baptiſmatis abluens
eas,quẽadmodùm Apoc.1.inducit̃:Qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et
ad Hebr.9.Sanguis Chr̃i,qui ꝑ ſpiritũſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo,emundabit con-
ſcientiam noſtrã ab operibus mortuis,ad ſeruiendũ Deo viuenti. [ſup ipſum continebunt reges os
ſuum.]i. linguã ſuam arcebunt, nè q̃d contra Chr̃m loquant̃, nec eum blaſphemare audebunt, ſed
Iſaiæ 62. venerabunt̃,iuxta illud in Pſal.71. Et adorabunt eum oẽs reges. Vndè infrà habet̃: Videbunt gentes
iuſtum tuũ,& cuncti reges inclytum tuum.[Quia q̃bus non eſt narratum de eo,viderunt:]i. genti-
les,qui nec legem nec ꝓphetas habuerunt,nec aliq̃d de Chr̃o audiêrunt,viderunt ꝑ fidem,doctrinã
& opera eius,de q̃bus Ioannis 20. dicit̃: Beati qui non viderunt, & crediderunt. & hoc alijs verbis
repetitur:[& qui non audiêrunt] vſq; ad tempus quo ad eos diſcipuli Chr̃i miſſi ſunt, [contemplati
ſunt] Chriſtum fide recepta. Quòd em̃ hæc de conuerſione gentium dicantur, patet ex eo ꝙ Apo-
ſtolus,cùm ſe dixiſſet ab Hieruſalẽ vſq; ad Illyricum implêſſe Euangeliũ Chr̃i,& ſe illis ꝑdicâſſe,q̃-
bus Chr̃s annunciatus non fuit,nè ſup alienum fundamentũ ponere videret̃, allegat ſcripturã hanc,
Rom.15. dicens:Quia quibus non eſt annunciatum de eo,viderunt &c. ¶*Moralitas.*

¶Poſtremò quę dicta ſunt de conſurrectione,ſeſſione, excuſſione,inductione,atq; decore Sion
ſiue Hieruſalem,moraliter intelligi poſſunt de quacunq; Chriſtiana fidelíq; anima ſecundùm ſen-
ſum iam ꝑinductum,nec oportet reſumere,cùm ſenſus omninò ſit idem, quanuìs diuerſis applicet̃.
Quod aũt ſequit̃,In Aegyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibì,intelligi
poteſt ſecundùm tropologiam de expulſione generis humani à paradiſo in principio mundi,quãdò
deſcendit in hãc vallẽ lachrymarũ,in qua nõ habet manentẽ aut propriã ciuitatẽ,ſed peregrinatur à
Dño,ad quẽ pœnitendo redire conat̃.Et Aſſur,i.diabolus,abſq; cauſa iuſta calumniatus eſt eũ. Dña-
tores eius iniquè agunt,videlicet dæmones,q̃ ſecundùm Apoſtolũ ad Ephe.6.ſunt mundi rectores
Ioan. 8. tenebrarũ harũ,i.hoĩm impiorũ,q̃bus dicit̃: Vos ex patre diabolo eſtis,& deſideria patris veſtri vul-
2.Cor. 4. tis ꝑficere.Immò de diabolo ait Apoſtolus ad Corint.Deus huius ſeculi excæcauit mentes infideli-
um. Chr̃s quoq; Ioan. 14. ait: Venit ad me princeps mundi huius.Quàm pulchri ſup montes pedes
annũciantis & ꝑdicantis pacẽ.hoc de quocũq; ſancto ꝑdicatore ac iuſto doctore intelligi poteſt.In-
ſupèr ſingulis nobis dicit̃:recedite,recedite:pollutũ nolite tangere,ſcilicet,vt à vitijs fugiamus,neq;
inſru-

infructuoſis operibus aliorum cõmunicemus.Vndè Eccĩ 21.dicitur: Quaſi à facie colubri fuge pec-
catum.Et Eccĩ 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea:ſic qui communicauerit ſuperbo, induet
ſuperbiam. Hinc etiam Numer. 16. legitur: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite
tangere quę ad eos pertinent,nè inuoluamini in peccatis eorum.

¶*Explanatio cap.53.Quis credidit auditui noſtro?* *Articulus* 81.

PRæſens capitulũ ad literã intelligendũ eſſe de Chr̃o, eiuſq́; acerbiſſima paſſione,ex multis ſa-
crę ſcripturę teſtimonijs cõprobatur,in q̃bus verba huius capituli aſſerunt̃ in Chr̃o impleta,ſic-
ut patebit.Præuidens ergò Iſaias in ſpirituſancto paucos Iudęos credituros in Chr̃m,admirãdo in-
terrogat:[Quis credidit auditui noſtro?]i.myſterijs Chr̃i, q̃ nos ꝓphetę à Deo audiuimus, & vobis
ea narrauimus.q.d.pauci Iudęorũ credunt. [& brachiũ Dñi] ſ. Chr̃s, vt dictũ eſt pleniùs in ꝑcedenti
capitulo.[cui reuelatũ eſt?] i. pauciſſimis Iudęorũ reuelatus eſt Chr̃s. Hæc ſcriptura allegat̃ Ioan.12.
hoc modo:Cùm aũt tanta ſigna feciſſet corã eis, nõ credebant in eũ, vt ſermo Iſaiæ impleret̃, quem
dixit:Dñe,quis credidit auditui noſtro?& brachiũ Dñi cui reuelatũ eſt?[Et aſſcendit] Chr̃s de vtero
matris ſuę [ſicut virgultũ corã eo] i.corã Deo patre.Vndè ſuperiùs dictũ eſt:Egrediet̃ virga de radi- Iſaiæ 11.
ce Ieſſæ,& flos de radice eius aſſcendet. Per quod deſignat̃, ꝙ Chr̃i natiuitas ꝓpter ſuã munditiam,
aſſcenſus eſſet potiùs q̃ deſcenſus,& ꝙ ipſe ſic natus,nullo põdere peccati traheret̃ ad terrena & in-
feriora.[& ſicut radix de terra ſitienti.]i. quẽadmodùm radix de terra ſicca & infœcunda pullulat,
ſic Chr̃s de matre nõ à viro impregnata,aut humano ſemine fœcundata, naſcet̃. Per quod deſignat̃
virginitas matris Chr̃i, q̃ etiam inſinuat̃ per aſſcenſum virgulti. Virgultũ em̃ ſæpiùs orit̃ de terra nõ
ab hoĩe culta,ſed cæleſti influentia fœcundata:ſic Chr̃s de matre nõ ab hoĩe tacta,ſed diuinitùs im-
ꝑgnata.Et hoc eſt nouũ de quo Iere.31.habet̃:Nouũ faciet Dñs ſup terrã, mulier circundabit virũ. Et
de formatione ſupnaturali corporis Chr̃i in vtero virginis,Zach.3,ſcriptũ eſt:Eccè ego celabo ſcul-
pturã eius,dicit Dñs.[Nõ eſt ſpecies ei,]i.pulchritudo in vultu. [neq; decor] in corpore tẽpore paſ-
ſionis,quãdò vt ait Pſal.21. ſicut aqua effuſus eſt, & diſperſa ſunt oĩa oſſa eius,factumq́; eſt cor eius
tanq̃ cera liqueſcẽs.Et aruit tanq̃ teſta virtus eius,& lingua eius adhæſit faucibus eius. Veruntñ Chr̃s
à principio natiuitatis ſuę ex virgine,veraciter ſpecioſus forma fuit præ filijs hoĩm,q̃ ſpecioſitas pau Pſal. 4
latìm diminuta eſt:quãdò inter hoĩes conuerſabat̃, iniurijs & pijs cõpaſſionibus afficiebat̃, ieiunijs,
fatigationibus,cæteriſq́; laboribus affligebat̃.Vndè & ſenior videbat̃ q̃ erat,dicentibus ad eũ Iudę-
is Ioan.8.Quinquaginta annos nõdùm habes.Et ipſe in Pſal.108.teſtat̃:Genua mea infirmata ſunt à
ieiunio,& caro mea immutata eſt ꝓpter oleũ. In paſſione ergò,vultu & corpore deformis,immò ſo
lo adſpectu horribilis fuit.Propter quod ait Pſal.30.Qui videbãt me,foràs fugerunt à me.Et iterùm:
Longè feciſti notos meos à me,poſuerunt me abominationem ſibi. [& vidimus eum] tempore paſ- Pſal. 8
ſionis.Hoc dicitur in perſona adſtantium,ſed & Iſaias alijq́; ꝓphetæ cuncta viderunt in ſpiritu ima-
ginaria viſione,q̃ alij ꝑſentialiter conſpexerunt de doloribus deformitateq́; Chriſti. [& nõ erat ad-
ſpectus.] i.non apparuit in eo ſpecies conſpicabilis, ſeu aliud propter quod poterat eum aliquis li-
benter adſpicere,immò faciem auerterunt ab eo propter horrorẽ vultûs ſui & corporis miſerabiliſ-
ſimam ſpeciẽ.[& deſiderauimus eum.] Sancti em̃ prophetæ vehemẽter optabant Chr̃i aduentum,
eumq́; intueri optabant,ſecundùm quod ipſe teſtatur: Multi reges & prophetæ voluerunt videre q̃ Lucę 10.
vos videtis.Deſiderauimus igitur eum [deſpectũ,]i.qui ab alijs puerſis & peſſimis ſpretus eſt, iuxta
illud Pſal.21.Oẽs videntes me,aſpernabantur me.[& nouiſſimũ virorũ,]i. ità afflictũ,vt videret̃ eſſe
miſerrimus hoĩm.Propter quod ait ibidèm: Ego aũt ſum vermis & nõ homo, opprobrium hoĩm &
abiectio plebis.Et iterùm:Sup oẽs inimicos meos factus ſum opprobriũ vicinis meis valdè. [virum Pſal. 30.
dolorũ]i.doloribus plenũ,qui ait in Pſal.68.Ego ſum paup & dolẽs.Et alibì:Triſtis eſt aĩa mea vſq; Matth.26.
ad mortẽ. [& ſcientẽ infirmitatẽ.]i. corporis pœnalitatẽ ꝑ experientiã. Chr̃s aũt nunq̃ morbũ exp-
tus eſt,ſeu corporis infirmitatẽ ex diſcraſia ꝓuenientẽ ante paſſionẽ:ſed ſicut ante paſſionẽ cogno-
uit ſe paſſibilẽ per certam ſcientiam,ſic in paſſione cognouit hanc infirmitatẽ ꝑ experientiam. Pro-
pter quod ait Apoſtolus ad Hebręos:Decebat authorẽ ſalutis per paſſiões cõſummari vt miſericors Hebr. 2.
fieret.In quo enim paſſus eſt ipſe & tẽtatus,potẽs eſt & eis qui tẽtantur,auxiliari.Et alibì:Non habe-
mus,inquit, pontificẽ, qui non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris, probatum aũt ꝑ oĩa. [Et quaſi Hebr. 4.
abſconditus vultus eius.]i.cognitio eius hoĩes latuit.Quis em̃ putaret regẽ gloriæ Dominũq́; virtu-
tum,qui tam miſerabilis videbatur? Vel ſenſus eſt, ꝙ vultus eius propter ſuam deformitatẽ ſimilis
erat vultibus eorum,qui facies ſuas abſcondunt præ verecundia.[Et deſpectus. vndè nec reputaui-
mus eum] alicuius ſanctitatis aut dignitatis, ſed ſeductorẽ ac miſerum. Hoc dicit propheta in pſo-
na Iudęorũ interficiẽtium Chr̃m,q̃bus ſe connumerat,tanq̃ eiuſdẽ generis exiſtẽs cũ eis,quẽadmo
dùm Eſdras & Daniel cõnumerant ſe peccatoribꝰ maximis,vt cùm dicit Eſdras:Delicta noſtra cre- 1.Eſd. 9.
uerũt vſq; ad cęlũ. Hoc & Chr̃s ante paſſionẽ frequẽter ꝑdixit,de ſeipſo cõteſtans:Filius hoĩs trade- Matt.20.
tur gẽtibus,& illudet̃,& conſpuet̃. [Verè languores noſtros ipſe tulit.] Languor ꝓpriè ſumptus, eſt
mor-

morbus inueteratus. Talis aũt in Chriſto non fuit. Interdùm verò accipitur languor pro infirmitate
carnis quacunq;, videlicet pro pœnis, ſeu naturalibus ac indetrahibilibus defectibus corporis: q̃ tamen
cõſecutæ ſunt originale peccatum, vt ſunt fames, ſitis, laſſitudo: q̃ verè fuerunt in Chriſto. Tertiò
ſumitur languor pro ſpirituali defectu, infirmitateq; cordis, vt ſunt peccata. Itaq; languores primo
modo acceptos Chr̃s tulit, i. abſtulit à nobis, inquantùm ſua paſſione meruit nobis pleniſſimam
corporis impaſſibilitatẽ, quam in futura reſurrectione cõſequemur, quãdò ſecundùm Apoſtolum,
1. Cor. 15. mortale hoc induerit immortalitatẽ. Languores verò ſecundo modo acceptos, Chr̃s veriſſimè tulit,
i. ſuſtinuit: nõ propter ſe, qm̃ peccatũ originale nõ habuit, ſed ꝓpter nos. Vndè & eos patiendo,
Philip. 3. ꝓmeruit nobis liberationẽ ab ipſis, quã ſortiemur, cùm configuratũ fuerit corpus humilitatis noſtrę
corpori claritatis ſuæ. Porrò dolores tertio modo acceptos Chr̃s tulit, i. abſtulit à nobis, ſatisfacien-
Ioan. 1. do pro noſtris peccatis, quẽadmodùm ſcriptum eſt: Eccè agnus Dei qui tollit peccata mundi. Et ite-
Matth. 20. rùm: Venit filius hoĩs dare animã ſuam redemptionẽ pro multis. Intelligendo aũt de languoribus
ſecundo modo acceptis, idem ſignificat̃ cùm ſubditur: [Et dolores noſtros ipſe portauit] videlicet
pœnas quas meruimus, ipſe perpeſſus eſt, ſicut in Pſal. 63. teſtat̃: Quę nõ rapui, tunc exoluebã. Et hoc
Matth. 8. ſenſu allegat Euangeliſta Matthæus hæc verba cùm ait: Obtulerunt ei multos dæmonia habentes,
& eijciebat ſpiritus verbo, & oẽs malè habentes curauit, vt adimpleret̃ quód dictum eſt per Iſaiam
ꝓphetam, dicentẽ: Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. [Et nos repu-
tauimus eum quaſi leproſum.] i. viliſſimum, hoĩmq; cõſortio prorſus indignum. Verè em̃ ſimilis erat
leproſo pendens in cruce, cùm facies ſanctiſſima ſputo & ſanguine mixtis ac congelatis fuit fœdata,
immò & totũ ſánctiſſimũ corpus ipſius vulneribus liuidũ atq; cruore ꝑfuſum extiterat, quod & nu-
dum in cruce pendebat. [& ꝑcuſſum à Deo & humiliatũ.] Infrà Dñs ait, Propter ſcelus populi mei
percuſſi eũ. quomodò ergò nunc in reꝑhenſionẽ infidelium Iudęorũ dicit̃, & ꝑcuſſum à Deo? Et re-
ſpondendũ ꝙ infideles Iudęi putabant eũ à Deo ꝑcuſſum & humiliatum, i. ꝙ ꝓpter blaſphemiã atq;
malitiã meruiſſet corã Deo hanc mortẽ. Propterea em̃ dixerunt Ioã. 19. Nos legẽ habemus, & ſecun-
dùm legẽ debet mori, qa filiũ Dei ſe fecit. In Luc. quoq; 23. Hunc inuenimus ſubuertentẽ gentẽ no
ſtram, & ꝓhibentem tributa dari Cæſari, & dicentem ſe Chr̃m regẽ eſſe. [Ipſe aũt vulneratus eſt ꝓ-
pter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra] expianda atq; delẽda. Hoc eſt quod ſcri-
ptum eſt in 1. epiſtol. Petri 3. Chriſtus ſemèl paſſus eſt pro peccatis noſtris, iuſtus pro iniuſtis, vt nos
offerret Deo, mortificatos qdem carne, viuificatos aũt ſpiritu: deglutiens mortẽ, vt vitæ æternæ effi-
1. Ioan. 2. ceremur hæredes. Et Ioannes ait: Ipſe eſt ꝓpiciatio pro peccatis noſtris. [Diſciplina pacis noſtræ ſup
eum.] i. pœnã ſiue correctionẽ per quã pacificati ſumus Deo, ipſe pro nobis ſuſtinuit, iuxta illud ad
Galat. 3. Chr̃s nos redemit, factus pro nobis maledictũ, vt nos de maledicto liberaret. [& liuore ei⁹]
quem habuit ex ꝑcuſſionibus flagellorum ac cæteris ictibus, [ſanati ſumus] à læſione peccati. Hinc
etiam 1. Pet. 2. habet̃: Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſup lignum, vt peccatis mortui, iuſti-
tiæ viuamus: cuius liuore ſanati ſumus. [Omẽs non quaſi oues errauimus] à via iuſtitiæ per vitiorũ
abrupta, ſicut in Pſal. 118. vir ſanctus fatet̃: Erraui ſicut ouis q̃ perijt. [Vnuſquiſq; in viam ſuã declina-
uit:] i. ꝓpriã voluntatẽ & operationẽ ſibi placentẽ ſecutus eſt. Vndè Petrus in 1. ſua Canonica: Era-
tis, inquit, aliquãdò ſicut oues errantes, ſed cõuerſi eſtis ad paſtorẽ & epiſcopum animarũ veſtrarũ.
Et in Pſal. 13. Oẽs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonũ, nõ eſt vſq; ad vnũ.
Rom. 11. Apoſtolus quoq;: Concluſit Deus om̃ia ſub peccato, vt oĩm miſereret̃. Et iterùm: Eramus natura fi-
Ephe. 2. lij iræ, ſicut & cæteri. [Et Dñs] pater ſeu Deus Trinitas [poſuit in eo iniquitatẽ oĩm noſtrûm.] i. ſatis-
factionẽ ſeu pœnam pro om̃ibus noſtris piaculis expiandis, tradens eũ pro noſtris peccatis, vt quod
nos propter virium noſtrarum imbecillitatem ferre nequiuimus, ipſe pro nobis portaret. Propter
quod ſcriptum eſt Rom. 8. Proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis om̃ibus tradidit illum. Et
Ioan. 3. alibì: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuũ vnigenitum daret. [Oblatus eſt] ad mortẽ, [quia ipſe
voluit.] i. non ex coactione aut neſcientia venit ad manus crudelium Iudęorum, ſed qm̃ ſibi ſic pla-
cuit. Ideò em̃ cùm p̃dixiſſet diſcipulis ſe paſſurũ, increpâſſetq; eum Petrus ſecretò, dicens: Abſit à te
Matth. 16. Dñe, non erit tibi hoc: Reſpondit Ieſus: Vade retro me ſatana, quia nõ ſapis ea q̃ Dei ſunt. Et cùm in-
Matth. 26. Ioan. 16. ueniſſet diſcipulos dormientes præ triſtitia, dixit: Surgite, eamus, eccè qui me tradet, propè eſt. &
iuit obuiàm hoſtibus ſuis, quibus cùm dixiſſet, quẽ quæritis, reſpondiſſentq; Ieſum Nazarenum: &
ipſe dixiſſet, Ego ſum: abiêrunt retrorſum, & ceciderunt in terram, nec ſurrexerunt niſi Chriſto vo
Ioan. 17. lente, qui pauloantè de ſe loquens, dixit ad patrem: Dediſti ei poteſtatem omnis carnis. Deniq; alio
Ioan. 10. loco apertiſſimè loquitur: Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam. Poteſtatem habeo
ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterùm ſumendi eam. [& non aperuit os ſuum] con-
tumelias pro contumelijs, ſeu malum pro malo reddendo, murmurando, aut ſe excuſando coram
Ioan. 18. Herode ſiue Pilato. percuſſus tamen à ſeruo pontificis, dixit: Si malè locutus ſum, teſtimonium per-
hibe de malo: ſi autem benè, quid me cædis? Annæ quoq; & Caiphæ ad multa nõ reſpõdit. Hinc em̃
ſcri-

ſcriptũ eſt Luc. 23. Interrogabat eum Herodes multis ſermonibus, at ille nihil reſpondit illi. Idcircò
ſpreuit eum Herodes cum exercitu ſuo, & illuſit indutũ veſte alba. Et rurſum: Cùm accuſaret̃ à prin
cipibus ſacerdotũ & ſenioribus populi, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta ad- Matth. 27.
uerſùm te dicunt teſtimonia? Et nõ reſpondit ei ad vllum verbum, ità vt miraret̃ p̃ſes vehementer.
Et 2. Pet. 2. ait: Cùm malediceret̃, non maledicebat: cùm pateret̃, non cõminabat̃. tradebat em̃ iudi-
canti ſe iniuſtè. Atq; in pſal. 34. Quaſi lugens, inquit, & cõtriſtatus, ſic humiliabar. [Sicut ouis ad oc-
ciſionẽ ducet̃,] videlicet cum manſuetudine & ſilentio, q̃uis mulierib⁹ pijs dixerit: Nolite flere ſup Lucæ 23.
me. Et em̃ baiulans ſibi crucẽ exiuit. [& quaſi agnus corã tondente ſe *obmutuit.] Vndè Ieremię 11. * obmuteſcet
ꝓfitetur: Ego quaſi agnus innocẽs qui portat̃ ad victimã. [& non *aperuit os ſuũ.] Exhortatiõe hæc * aperiet
indigent, nõ expoſitiõe. Quid em̃ dicturi ſumus nos miſeri, qui *iniuſtas increpatiões ac diſciplinas * iuſtas
ferre contẽnimus remurmurantes? nequaq̃ acquieſcimus admonitiõi digniſſimi principis Apoſto- 1. Pet. 2.
lorum, dicentis: Chr̃s paſſus eſt ꝓ nobis, vobis relinquens exẽplum, vt ſequamini veſtigia eius. [De
anguſtia & iudicio ſublatus eſt.] i. de anxietate pœnaq; mortis. & de iudicio quo ab impijs ad mortẽ
dãnatus eſt, vel de iudicio quo cæteri ſancti detinebãtur in limbo inferni, liberatus eſt Chr̃s, victor
aſſcendẽs ad patrẽ, quemadmodùm ad Rom. 6. dicit̃: Chr̃s reſurgẽs ex mortuis, iam nõ morit̃: mors
illi vltrà non dominabitur. In Actis aũt vbì Lucas hãc ſcripturã allegat ſecũdùm tranſlationem LXX Act. 8.
interpretũ, ità habetur: In humilitate iudiciũ eius ſublatum eſt: id eſt, Chriſtus in forma ſerui appá-
rens, per abiectionẽ quã ꝓ nobis aſſumpſit, iuſto iudicio eſt priuat⁹, ſeu iniuſtè iudicatus. Nã vt Pau 1. Cor. 2.
lus teſtatur, Si cognouiſſent, nunq̃ Dñm glorię crucifixiſſent. Vndè de Chriſto exponi poteſt illud
Iob 36. Cauſa tua tanq̃ impij iudicata eſt, cauſam iudiciumq; recipies. [Gñationẽ eius quis enarra-
bit?] Duplex eſt gñatio Chr̃i: Vna eſt diuina, de qua ait Pro. 8. Nondùm erant abyſſi, & ego iam con-
cepta erã &c. ante om̃es colles ego parturiebar. Et Eccl̃ 24. Ego ex ore altiſſimi ꝓdij, primogenita
ante om̃em creaturã. Alia eſt humana, ſecundùm quã verbum homo factus eſt ex virgine bñdicta.
vtraq; aũt inenarrabilis eſt, maximè tñ, immò incõparabiliter magis, diuina: nihilominùs ſcriptura
ſacra vtranq; aliquo modo deſcribit ſeu enarrat, ſed nulla poteſt ꝑfectè enarrari, ſicut nec perfectè
intelligi poteſt: immò vtraq; meliùs pleniuſq; intelligitur, q̃ valeat exprimi, nempe ꝙ pater æternus
verbum ſibi conſubſtantiale genuerit, modumq; generationis illius nullus intellectus creatus cõ-
præhendere valet: ſed nec aliquis cõcipere poteſt, quõ ex inuiolato ac integro virginis vtero ꝓceſ-
ſerit Chr̃s homo verus. Alij exponunt de ſpirituali gñatione Chr̃i, ſecundùm quam hoĩes ex aqua
& ſpiritufancto renaſcuntur in Chriſto: q̃ mirabilis fuit. maximum nanq; mirabile fuit, conuerſio
vniuerſi ſeculi ad tam incõpræhenſibilem fidẽ ac arduã legem per diſcipulos paucos Chriſti: huicq;
expoſitiõi cõſonare videtur quod ſubditur: [Quia abſciſſus eſt de terra viuentiũ] i. per mortẽ ſepa-
ratus eſt à conſortio hoĩm in hoc mundo viuentium. Quòd autẽ in hominẽ mortuum mundus cre
didit, nonnè vehementer mirabile extitit? [Propter ſcelus populi mei] i. ad expiandum peccata Iu-
dęorũ, qui erãt peculiaris populus Dei, ad quos fuit Chr̃s ſpecialiter miſſus, vel oĩm electorũ. [ꝑcuſſi
eum] ꝑmiſſiuè, quẽadmodùm ad Rom. 5. ſcribit Apoſtolus: Cõmendat aũt charitatẽ ſuam in nobis
Deus, qm̃ cùm adhuc eſſemus peccatores, Chr̃s pro nobis mortuus eſt. Vel ꝓpter ſcelus populi mei
percuſſi eũ, videlicet populũ meum: qa Iudęos ꝓpter peccata in Chr̃m cõmiſſa, tradidi hoſtibus. [Et
dabit impios pro ſepultura] ſua, i. gentiles idololatras merito ſuę ſepulturę ſeu mortis cõuertet, pa-
triq; offeret. [& diuites pro morte ſua.] i. Iudęos, quorũ erat teſtamentũ & legiſlatio & ꝓphetiæ, con
uertet & patri ſuo adducet merito ſuę mortis, ex vtroq; populo cõgregãdo ſibi Eccleſiã, de cuius cõ-
ſtructiõe ſcriptũ eſt: Ipſe ædificabit templũ Dño. Vel ſenſus eſt, ꝙ Chr̃s pro ſepultura ſua & morte, i. Zacha. 6.
in pœnã ſeu vltionẽ ſuæ occiſiõis, dabit in manus Romanorũ impios Iudęos, atq; auaros phariſęos,
ſcribas ac ſacerdotes, quẽadmodùm factũ eſt tẽpore Titi. [eò ꝙ iniquitatẽ nõ fecerit, neq; dolus fu-
erit in ore eius.] Propter quod ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et alibì: Venit ad me prin- Ioan. 8.
ceps mundi huius, & in me nõ habet quidquã. Hoc & Petrus inducit: Qui peccatũ non fecit, nec in- Ioan. 14. 1. Pet. 2.
uentus eſt dolus in ore eius. [& Dñs] pater ſeu trinitas Deus [voluit cõterere] immò & contriuit, [eũ
in infirmitate.] i. in fragili ſeu mortali carne aſſumpta ſaltẽ ꝑmiſſiuè, qa pro nobis om̃ibus tradidit
illum. Propter quod ait in Pſal. 21. In puluerem mortis deduxiſti me. Ruſuſq; 68. Quoniã quem tu
percuſſiſti, perſecuti ſunt. Vndè in Zacha. loquit̃ Dñs: Framea, ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum, & ſuper Zach. 13.
virum cohærentẽ mihi. percute paſtorẽ, & diſpergentur oues gregis. Sicut ergò ſuperiùs dictum eſt
de perſona Chr̃i, Oblatus eſt qa ipſe voluit: ſic nunc de patre aſſeritur, Dñs voluit conterere eum,
cui Chr̃s paſſione inſtante dicebat: Pater, fiat voluntas tua. [Si poſuerit] i. quia ponet [animam] i. vi- Matth. 26.
tam [ſuam] corporalẽ [pro peccato,] i. pro peccatis mundi tollendis, iuxta illud Ioannis: Venit fili- Ioan. 3.
us hoĩs, non vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. [videbit ſemen longæuũ,] i. per-
ſeuerantem, immò æternum ſuæ paſſionis ac obedientiæ fructũ, videlicet multiplicationẽ fideliũ,
& electorũ ſalutẽ. [& voluntas Dñi] de redemptione mundi [in manu eius diriget̃,] i. per Chr̃m & ei-

V us

Ioan. 17. us virtutem implebit̃,ſecundùm quod Chr̃s in Euangelio teſtat̃: Pater, ego ſeruaui eos quos dediſti
mihi,& nemo ex eis perijt,niſi filius ꝑditionis. [Pro eo ꝙ laborauit aĩa eius,] patiendo aduerſa, im-
Iſaiæ 1. pijs cõdolendo,ſicut ſuperiùs dictũ eſt,Laboraui ſuſtinẽs:&,Præbuiſti mihi laborẽ in iniquitatibus
Iſaiæ 43. tuis.[videbit] conuerſionẽ electorum,cõſtructionẽ Eccleſiarũ,vel ꝓprij corporis glorificationẽ.[&
ſaturabit̃] fide atq; ſalute credentium, quã maximè cõcupiuit,de qua ait Matth.5. Beati q̃ eſuriunt &
ſitiunt iuſtitiã,qm̃ ipſi ſaturabunt̃.Vel ſaturabit̃ plenitudine p̃mij accidentalis,quod laborãdo ꝓme-
ruit.[In ſcientia ſua] i.per p̃dicationẽ euangelicę doctrinę.[iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos mul
Rom. 10. tos] videlicet oẽs electos,q̃ ſuæ doctrinę ac fidei acquieſcunt,q̃a ſecundùm Apoſtolũ,non oẽs obe-
1. Theſ. 3. diunt Euangelio.Et ſecundùm eundẽ,Non oĩm eſt fides.De hac ſcientia Chr̃i, & hoĩm iuſtificatio-
ne ꝑ eum,ſcriptũ eſt Oſeæ 10.Tempus requirendi Dñm cùm venerit,q̃ docebit vos iuſtitiã.[& iniq-
tates eorum ipſe portabit,] ſatisfaciendo ꝓ ipſis.[Ideò diſpertiã ei plurimos.] i. merito ſuę paſſionis
multos ex vtroq; populo dabo ei tanq̃ victori ac redemprori,vt fructũ ſuæ paſſionis conſequant̃,de
Ioan. 6. q̃bus ait Saluator:Oẽ quod dat mihi pater, ad me veniet:& eum qui venit ad me, non eijciã foràs.
Itemq;:Nemo poteſt venirẽ ad me,niſi fuerit ei datum à patre meo.[& fortium] i.dęmonũ [diuidet
ſpolia,] liberãdo multos eorum q̃ decepti erãt à dæmone,immò dæmonibus incorporati ac ſubdi-
ti,ſeu eos q̃ detinebant̃ in limbo.Chr̃s quippe fortẽ armatum (i.diabolum, de quo Iob 41.dicit̃, Nõ
Ioan. 12. eſt poteſtas ſup terrã q̃ comparet̃ ei) ligauit,& vaſa eius diripuit.Propter quod dicit: Oĩa traham ad
Ioan. 13. meipſum.&,Nunc princeps huius mundi eijciet̃ foràs.Dicit̃ aũt Chr̃s horum ſpolia diuidere,q̃a non
Ioan. 12. oĩa,ſed q̃dam abſtulit eis,de q̃bus aſſerit:Ego ſcio quos elegerim.Et alibì:Nunc iudicium eſt mũ-
di:quod de iudicio diſcretionis intelligit̃,ſecundùm quod quoſdã vocauit,& quoſdã reliquit. Vndè
in Pſal.67.habet̃:Speciei domûs diuidere ſpolia.Et Oſeæ 13.Ero morſus tuus inferne.[Pro eo ꝙ tra-
Ioan. 10. didit in mortem animam ſuam.] ſecundùm quod ait, Animã meã pono ꝓ ouibus meis.Et Paulus ait
Galat.2.In fide viuo filij Dei,qui dilexit me,& tradidit ſemetipſum pro me. Et ad Ephe.5.Ambulate
in dilectione,ſicut & Chr̃s dilexit nos,& tradidit ſemetipſum ꝓ nobis oblationem & hoſtiam Deo.
Ioan. 15. quod vtiq;ſummę dilectionis erat indicium.Maiorem enim dilectionem nemo habet,quàm vt ani-
mam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Ideò ait ſaluator: Sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos. [&
cum ſceleratis reputatus eſt.] Suſpenſus eſt eñ inter duos latrones tanquàm princeps eorum,quem-
Ioan. 19. admodùm Ioannes ait:Crucifixerunt eum,& cum eo alios duos hinc & hinc,medium autem Ieſum.
Marc. 15. Et Marcus: Crucifixerunt eum, & cum eo duos latrones: & impleta eſt ſcriptura quæ dicit, Et cum
Lucæ 22. impijs deputatus eſt.Hoc & Chr̃s ante paſſionẽ p̃dixit in cœna:Dico vobis,qm̃ adhuc hoc quod ſcri
ptum eſt,oportet impleri in me,Et cum iniquis deputatus eſt.[Et ipſe peccata multorum tulit.] Oĩm
enim peccata abſtulit,quantùm ad ſufficientiam:ſed quantùm ad ſalutis conſecutionem ſeu effica-
Matth. 26. ciam,non niſi p̃deſtinatorum tulit peccata.Propter quod dixit in cœna:Hic eſt calix ſanguinis mei,
qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum. [Et pro tranſgreſſoribus rogauit,] dicendo:
Lucæ 23. Pater,ignoſce illis,quia neſciunt q̃d faciunt.Nonnè videtur beatiſſimus Iſaias in iſto capitulo euan-
geliſta eſſe potiùs q̃ propheta? Immò vix aliquis euangeliſta tam determinatè, diſtinctè ac propriè
deſcribit ſupplicia Chr̃i,vt facer iſte propheta.Simulq; penſandum, q̃ mira ſit concordia propheti-
cæ denunciationis cum hiſtoria euangelica. Vndè patet infinita atq; denſiſſima cęcitas quorundam
Iudęorum,exponentium præſens capitulum non de Chr̃o, ſed de populo Iudęorum in hac capti-
uitate detento,ità ꝙ Propheta loquitur de eis quaſi de homine vno. Quomodò eñ conuenit eis il-
lud quod dictum eſt,Verè languores noſtros ipſe tulit? Et, Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates
noſtras?Et item,Oblatus eſt,quia ipſe voluit?Et,Nõ aperuit os ſuum? Inuitiſſimè quippe in hac ca-
ptiuitate ligant̃,orantes quotidiè liberari ab ea,maledicentesq; occultè diſcipulis Ieſu Nazareni,oĩ-
bus ſ.Chr̃ianis.Quomodò etiã conuenit populo huic quod dicit,Generationẽ eius quis enarrabit?
Et,Iniquitatem non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius?immò quotidiè peccant,doloſeq; agũt.
Nullo inſupèr modo cõuenit populo huic ꝓ tranſgreſſoribus, i. ſuis aduerſarijs exorare: quia vt ait
S.Hieronymus,quotidiè ter maledicunt Chr̃o & eius diſcipulis ſeu Romano imperio.Deniq; Rab-
bi Moſes ſup Geneſim,& Rabbi Samuel in epiſtola ſua ad Rabbi Iſaac, exponit oĩa iſta de Chr̃o, de
Dani. 9. cuius paſſione paſſiõisq; fructu apertiſſimè ſcriptum eſt in Daniele: Dixit Gabriel ad Danielẽ: Se-
ptuaginta hebdomades abbreuiatę ſunt ſup populum tuum & ſup vrbem ſanctã, vt conſummet̃ p̃-
uaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleat̃ iniquitas, & adducat̃ iuſtitia ſempiterna, & impleatur
viſio,& propheria,& vngatur ſanctus ſanctorum, & poſt hebdomades LXII. occidetur Chr̃s. Et in
Thre. 4. Threnis:Spiritus oris noſtri Chriſtus Dñs captus eſt in peccatis noſtris.Tanta igitur beneficia ſalua-
toris noſtri,tanta quæ pro nobis tulit tormenta, nunq̃ à memorijs noſtris excidant, iugiterq; corde
deuotiſſimo cõtemplemur Chriſtum pro nobis in cruce diſtentum,quatenùs ſinguli cum Apoſto-
Galat. 2. lo dicere mereamur:Chriſto confixus ſum cruci.Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Chri
& 6. ſtus.Et rurſus:Ego ſtigmata Domini Ieſu porto in corpore meo.

¶Ex-

¶*Explanatio cap.54. Lauda ſterilis quæ non paris. Articulus 82.*

DVbiũ eſſe poteſt de materia huius capituli,niſi ipſe beatus Apoſtolus ad Galatas 4.p̃ſens capi-
tulũ allegaret atq; exponeret de vocatione gentiũ,introducẽs hanc ſcripturã ſecundùm trãſ-
lationẽ lxx. interpretũ.Eſtq; cõueniens ordo.in ſuperiori eñ cap.de paſſione Chr̃i locutus eſt Iſai- Iſaiæ 53.
as.Qm̃ ergò cognouit atq; in iſto libro vbertìm p̃dixit,populum Iudęorũ in Chr̃i aduentu obcæcã-
dũ,populumq; gentilẽ ad fidẽ vocandũ: nunc iſto cap.oſtendens fructũ Dñicę paſſionis, hortat̃ gen
tiles ad ſpiritualẽ lætitiã ꝓpter beneficia Chr̃i ſibi p̃ſtanda,& ait: [* Lætare] in Dño, gr̃as agens ſal- *Lauda
uatori,[ſterilis q̃ nõ paris,] i.gẽtilitas ſeu Eccleſia ex gẽtibus cõgregata,de qua dictũ eſt ſuprà: Læta- Iſaiæ 35.
bit̃ deſerta & inuia,& exultabit ſolitudo.[decãta laudẽ,] Deũ iucundè laudando,quẽadmodùm ſcri-
ptum eſt:Iubilate Deo oĩs terra, ſeruite Dño in lætitia. [& hinni] i. ex interioris hilaritatis ingenti Pſal. 99.
plenitudine,in exteriorẽ exultationẽ manifeſtaq; ſigna iucũditatis internę ꝓrumpe,ſecũdùm quod
ſcriptũ eſt:Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deũ viuum. Vndè Apoſtolus ità allegat:Erumpe & Pſal. 83.
clama.[q̃ nõ pariebas,] i.plebs gentilis q̃ ſpiritualiter ſterilis extitiſti,nec opera meritoria,nec ſpiri-
tuales filios generãs,neq; legẽ,neq; ꝓphetas agnoſcẽs.De hac ſterili exponit̃ illud in Pſal.112.Qui ha
bitare facit ſterilẽ in domo matrẽ filiorũ lætantẽ. Illud quoq; 1.Reg.2. Arcus fortiũ ſuperatus eſt, i.
arcus Iudęorũ.& infirmi accincti ſunt robore,i.gentiles.donec ſterilis plurimos peperit,& q̃ multos
habebat filios,infirmata eſt.Cauſa aũt tantæ lætitię ſubdit̃:[qm̃ multi filij deſertæ,] i.plures ſunt ſpi-
rituales filij gentiliratis ſeu Eccleſiæ olim relictæ, [magìs q̃ eius q̃ habet virũ.] i. ſynagogæ, q̃ tẽpore
huius ꝓphetiæ habuit ſpõſum in cælo.Plures nãq; nũc credunt ex gẽtibus,q̃ olim ex Iudęis: ex quo
ꝑſpicuũ eſt,Iſaiã loq̃ nõ de eodẽ populo ſecũdùm diuerſos ſtatus, ſed de duobꝰ populis ſub ſimilitu
dine mulierũ duarũ,quarũ vna orbata eſt viro,alia cõiugata.[dicit Dñs:Dilata locũ tẽtorij tui,& pel-
les tabernaculorũ tuorũ extẽde.nè parcas.lõgos fac funiculos tuos,& clauos tuos cõſolida.] Quẽad-
modùm Iſaias ſub metaphora mulieris orbatæ & ſterilis deſignauit *,ſic nũc cõſtructionẽ & ampli- for.*Eccle
ationẽ Eccleſiæ,ſeu augmentũ cultûs diuini in noua lege deſcribit ſub ſimilitudine tabernaculi ma- ſiam,ſic
terialis,ad cuius extenſionẽ & fortẽ augmentationẽ neceſſè eſt locũ ædificij dilatare, tegumẽta do-
mûs extendere,ꝓlongare funiculos,cõſolidareq; clauos,q̃bus cõnectant̃ ædificij partes.Per hęc igit̃
ſignificat̃,ꝙ tẽpore euangelicę legis Eccleſia Dei ꝑ totũ mundũ cõſtrueret̃,nec ſolùm in vno loco ac
tẽplo,ſicut in veteri teſtamẽto,ſacrificiũ Deo immolaret̃,ſed vbiq; terrarũ. Propter quod Malach. 1.
loquit̃ Dñs: Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, magnũ eſt nomẽ meũ in gentibus &c. [Ad dexterã eñ &
ad læuã] i.ſiniſtrã[penetrabis,] i.per oẽs mundi partes diffundéris.[& ſemẽ tuũ] i.cõgregatio p̃lato-
rũ [gentes hæreditabit.] i.vulgo p̃erit,eumq; gubernabit, ſicut de apoſtolis dictũ eſt: Cõſtitues eos Pſal. 44.
principes ſup oẽm terrã.[& ciuitates deſertas inhabitabit.] cõuentus ac loca infideliũ reparabit, &
in eis Dño ſeruiet.[Noli timere] inordinato timore,nec puſillanimis fias ô gentilitas. [q̃a non con-
fundéris neq; erubeſces] finaliter,cùm fueris p̃fectè liberata per Chr̃m.[Nõ eñ te pudebit] i.pudo-
rem nõ patieris in æternũ, q̃uìs ad tẽpus debeas de priſtinis vitijs cũ rubore ac erubeſcentia pœni-
tere,ſicut fecerũt ſancti ad quos ſcribit Apoſtolus: Quẽ fructũ habuiſtis tunc in illis, in q̃bus nunc Rom. 6.
erubeſcitis?Eſt eñ q̃dam erubeſcentia bona:de qua Ieremiæ 3.legit̃: Frons mulieris meretricis facta
eſt tibi,noluiſti erubeſcere.Et in Eccõ:Eſt cõfuſio adducens peccatũ,& eſt cõfuſio adducens gr̃am Eccĩ 4.
& gloriam.Eſt quoq; cõfuſio pœnæ atq; damnationis æternæ,de qua ait Pſal.Deus meus,in te con- Pſal. 24.
fido,nõ erubeſcã.[Quia cõfuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſcéris,& opprobrij viduitatis tuę nõ re-
cordaberis ampliùs.] Sicut iam patuit,Iſaias hìc loquit̃ de gentilitate, quã dixit deſertã & ſine viro.
Quomodò ergò nunc aſſerit,ꝙ viduitatis ſuæ nõ reminiſcet̃? nã ſi vidua facta eſt, vtiq; aliquãdò vi-
rum habuit.Et reſpondendũ ꝙ gentilitas appellat̃ deſerta & ſterilis pro tẽpore veteris teſtamẽti,vel
potiùs à tẽpore quo datũ eſt Abrahę circuncisionis p̃ceptum:ſiquidẽ ante illud tempus nõ erat di-
ſtinctio Iudęorũ atq; gentilium.Circunciſio aũt p̃cepta eſt Abrahæ,vt ipſe & poſteri eius in q̃bus ꝑ-
manſit cultus diuinus,diſtinguerent̃ à cæteris ad idololatriã declinantibus,qui vocati ſunt gentiles.
Cùm ergò gentilitas ante tempus Abrahæ legem naturalẽ habebat, eamq; ſeruabat, habuit virum:
cùm verò tempore Abrahæ vel circiter,ad idololatriam ducta eſt,relicta & vidua facta eſt. Poteſtq;
confuſio adoleſcentiæ eius,ad hoc tempus referri: opprobrium verò viduitatis eius,ad idem tẽpus,
vel ad tempus legis ſcriptæ,per Moſen datæ,refert̃.Habuit inſupèr ſynagoga confuſionẽ adoleſcẽ-
tiæ,quandò videlicet in deſerto ad idololatriam declinauit.Opprobrium verò viduitatis ipſius in-
cepit à tempore quo Chr̃m abiecit,qui dixit ad eã:Eccè relinquet̃ vobis domus veſtra deſerta. Pro- Matth. 23.
mittitur ergò Eccleſiæ ex gentibus congregatæ,ꝙ poſt conuerſionem ſuam ad Chr̃m,non recorda-
bitur confuſionis adoleſcentiæ aut opprobrij viduitatis ſuæ,ità ꝙ talis recordatio cedat ei in malũ,
quia per gratiã Chr̃i ab vtroq; malo eripitur,nec eſt in Eccleſia aut in Chr̃o diſtinctio Iudæi & Grę-
ci,ſecundùm quod ait Apoſtolus Galat.6.In Chr̃o Ieſu neq; circunciſio eſt aliquid, neq; p̃putium,
ſed noua creatura: videlicet homo regeneratus ex aqua & ſpirituſancto. In futura aũt reſurrectio-

V 2 ne,

ne,pleniſſimè redimet̃ Eccleſia à ꝓdictis his malis.[quia dñabitur tuî qui fecit te.]i.nõ decęterò ido-
Deut. 33. lis ſeruies,nec dæmonũ ſubiacebis imperio,vitiorũq; iugo:ſed Deus te reget,de quo ſcriptũ eſt: Nũ-
Pſal.32. quìd non ipſe eſt pater tuus,qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?Sicq; beatitudinẽ conſequêris, de
qua legit̃:Beata gens cuius Dñs Deus eius,populus quem elegit in hæreditatem ſibi. [Dñs exercituũ
nomen eius:]ad cuius nutum columnæ cæli contremiſcunt,ſub quo curuantur qui portant orbem.
[& redemptor tuus ſanctus Iſrael,]i.Chriſtus mundi Saluator,qui miſſus non erat niſi ad oues per-
ditas domûs Iſrael.[Deus oĩs terræ vocabit̃.]Hoc videmus impletum.ab oĩbus nanq; fidelibus
in tóto mundo degentibus,Chriſtus verus Deus vocatur,de quo ad Romanos 9.ait Apoſtolus: qui
eſt benedictus ſup omnia Deus in ſecula.Et ad Titum 3.Apparuit benignitas & humanitas Saluato-
Zacha.14. ris noſtri Dei.Vndè Zacharias ait;In die illa erit Dñs rex ſup oĩem terrã. Et p Malachiã Dñs ait:Rex
Malach.1. magnus ego ſum,dicit Dñs,& nomen meum horribile in gentibus.Ex quo certiſſimè innoteſcit,iſta
Pſal. 75. non dici de terrena illa Hieruſalem,ſeu populo Iudęorum:ꝗ diù eñ ſola Iudęa gratiam Dei conſe-
cuta eſt, non niſi in Iudęa notus erat Deus, & in Iſrael magnum nomen eius. Cùm verò gentilitati
impartita ſunt beneficia Chr̃i,de quibus nunc agitur, Chr̃s Saluator Iſrael, non tantùm Iudęorum,
ſed oĩs terræ vocatus eſt Deus ab oĩbus gentibus.[Quia vt mulierem derelictam & mœrentem
ſpiritu,vocauit te Dñs] ô Eccleſia ex gentibus congregata. ſic eñ metaphoricè vocata eſt iam, cùm
dictum eſt ei,Lætare ſterilis: &,multi filij deſertę &c.Mulier quippe deſerta & ſterilis, triſtis eſt atq;
relicta.Ideò ſubditur:[& vxorem ab adoleſcentia abiectam, dixit] Dñs [Deus tuus. Ad punctum in
modico] i.tempore breui reſpectu æternitatis ſequentis tibi ꝑſtandę.[dereliqui te]ſine fide & gra-
tia,ſ.à tempore quo ad idololatriam declinâſti, vſq; ad primum Chriſti aduentum. [& in miſeratio-
nibus magnis congregabo te] ſpirituali collectione per fidem & charitatem in Eccleſiaſtica vnitate,
deindè in Eccleſia triumphante. [In momento indignationis] i. breui horula iræ meæ. [abſcondi]
parumpèr [faciem meam] i.pietatis meæ reſpectum,[à te,] dimittendo te in tuis erroribus atq; mi-
ſerijs, [& in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tuî:] quia ex eo tempore quo cœpi te ad fidem
conuertere,nõ deſtiti tibi gratiam impartiri,donec ad lumen gloriæ perducaris. Dictum eſt autem,
in momento indignationis:quoniam omnis tribulatio vitæ præſentis,momentanea eſt reſpectu fe-
2.Cor.4. licitatis æternæ,quemadmodùm ait Apoſtolus:Hoc quod in præſenti leue & momentaneum eſt tri
bulationis noſtræ, ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Propter quod denuò
Rom. 8. ait:Non ſunt,inquit,condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabitur in no
bis.[dixit redemptor tuus Dñs,]videlicet Chriſtus de quo Act.10.ſcriptum eſt: Hic eſt oĩum Dñs.
Conſequenter Dominus promiſſionem prędictã confirmat exemplo: [Sicut in diebus Noæ iſtud
mihi eſt,] i.ſicut firmiter ſtatui tempore Noæ id quod ſubditur, ſic immobiliter ſtatui apud me im-
*] dilu- plere quod tibi promitto,[cui] ſcilicet Noæ.[iuraui,nè inducerem aquas *diluuij vltrà ſuper terrã.]
uij[Vndè ſcriptum eſt in Geneſi:Dixit Dñs ad Noe: Nequaꝗ̃ vltrà maledicam terræ propter homines,
Gene. 8. & 9. ſenſus enim & cogitatio cordis humani prona ſunt in malum. Et iterùm: Arcum meum ponam in
nubibus, & erit ſignum fœderis mei inter me & terram. [ſic iuraui,] & non niſi per memetipſum,
quo nihil verius extat aut dignius.[vt non iraſcar tibi,& non increpem te] ô Eccleſia eo modo, quo
reprobos increpo. nihilominùs in præſenti paternaliter te increpabo, nè poſtmodùm duriùs in-
crepem te.Si verò intelligatur de Eccleſia pro ſtatu ſui triumphi in patria, tunc abſolutè intelligen-
dum eſt.nulla enim ira,nulla increpatio locum habet in triumphanti Eccleſia. [Montes enim com-
mouebuntur] motu locali,[& colles contremiſcent,] ſicut in Pſalmo 103.habetur:Qui reſpicit ter-
Ecci 16. ram,& facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. In Eccõ quoq;:Montes ſimul & colles &
fundamenta terræ,cùm cõſpexerit ea Deus,tremore concutient̃. [Miſericordia aũt mea nõ recedet
à te,& fœdus pacis meę,] quod inij tecum,[non mouebit̃.]i.à te non auferetur: immò ſicut in Euã-
Lucæ 21. gelio dixi,Cælum & terra tranſibunt,verba aũt mea non tranſibunt.Chriſtus eñ nec gratiam in ꝓ-
ſenti,nec gloriam in futuro generaliter tollit ab Eccleſia.[Dixit miſerator tuus Dñs:Paupercula] i.tu
Eccleſia ꝙ̃ es pauper ſpiritu,olimq; ſine ſpiritualibus diuitijs,ſcilicet lege,prophetis & donis ac gra-
tijs ſpiritûs ſancti fuiſti.[tempeſtate conuulſa] i.varijs perſecutionibus agitata, quæ eras [abſq;] vlla
[conſolatione] diuina,interna,ac ſpirituali,anteꝗ̃ ad Chriſtum conuerſa extiteras. [Eccè ego ſternã
per ordinem lapides tuos,& fundabo te in ſapphiris,& ponam iaſpidem propugnacula tua, & por-
tas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles.] Hæc de militante ac
triumphante Eccleſia intelligi poſſunt.De militanti ergò Eccleſia exponendo,promittit Dñs genti-
litati olim pauperculæ,ꝙ per Chriſtum cunctis ſpiritualibus diuitijs ſit ornanda. Eccè ego ſternam
per ordinem lapides tuos, i. eccleſiaſticas perſonas, quæ ſunt lapides viui, ex quibus ædificatur Ec-
cleſia,ordinatè diſponam in Eccleſia in diuerſis gradibus, gratijs atq; officijs,vt impleatur illud Apo
1.Cor.14. ſtoli:Omnia autem honeſtè & ſecundùm ordinẽ fiant in vobis. & fundabo te in ſapphiris,i. in apo-
ſtolis.Sapphirus quippe eſt coloris aërei lapis,quo ſignificantur ſancti apoſtoli tranſilientes cuncta
ter-

terrena.Vndè ad Epheſios dicit̃:Eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei, ſuperædificati ſup fundamẽ- Ephe. 2.
tum apoſtolorũ & ꝓphetarum. In Apocalypſi quoq;: Murus ciuitatis habẽs fundamẽta duodecim, Apoc.21.
& in ipſis duodecim noĩa apoſtolorũ.& ponam iaſpidẽ,i.viros eruditiſſimos,ꝓpugnacula tua, i. de-
fenſores tuos,q te ab hæreticis atq; fallacibus ꝓtegant. & portas eius, i. duces ſiue ꝑlatos Dñici gre-
gis,q alijs viã ingreſſûs demonſtrãt,& p quos alij ingrediunt̃ ad opera bona,vitãq; æternã.ponam in
lapides ſculptos,i.bonis moribus adornatos,& circunciſos nõ carne,ſed ſpiritu.& oẽs terminos tu-
os,i.cæteros vniuerſos verè fideles.ponã in lapides deſiderabiles,i. ꝓpter virtutũ pfectionẽ amabi-
les.ponã quoq; vniuerſos filios tuos,ô mater Eccleſia,doctos à Dño,p illuminationẽ ſpiritûs ſancti,
ſicut in prima ſua epiſtola ait Ioannes:Nõ neceſſè habetis vt aliquis doceat vos, ſed vnctio eius do- 1.Ioan. 2.
cet vos de oĩbus.Et Iacobus ait:Si quis veſtrûm indiget ſapientia,poſtulet à Deo,& dabit̃ ei.Per hęc Iacob 1.
tñ non excludit̃ inſtructio humana. Nam Deus p angelos & hoĩes illuminatos, inſtruit cæteros. [&
multitudinẽ pacis] tribuã [filijs tuis] manſuetis atq; humilibus,de ꝗbus Pſalm.36.Manſueti hæredi-
tabunt terram,& delectabunt̃ in multitudine pacis.Et Chr̃s Ioan.14.Pacem meam do vobis.Itemq;: Matth. 10.
In quãcunq; domum intraueritis,primùm dicite:Pax huic domui.[& in iuſtitia] ꝙ̃ eſt virtus cõmu-
nis, & virtualiter oĩs virtus,i.in cunctis virtutibus.[fundaberis] i.ſtabilieris,quẽadmodùm ad He-
bre.13.ſcriptum eſt:Optimum eſt gratia ſtabilire cor.Porrò ſi iſta de Eccleſia triumphante exponan-
tur,per lapides iſtos intelligendi ſunt beati in diſtinctis mãſionibus diuerſiſq; gradibus gloriæ con
ſtituti: qui in cõſtructione ſupernę Hieruſalem,ordinatiſſimè ſecundùm exigentiam meritorũ ſuo-
rum ſternuntur,& in ſapphiris,i.diuinis chariſmatibus inconcuſſè fundãtur,eſtq; iaſpis,i. confirma-
tio mentis in Deo,propugnaculum eorum ad quos nulla poteſt appropinquare aduerſitas,cuius ci
uitatis portæ,ſunt in lapides ſculptos, quoniã aditus regni cæleſtis nullam vitiorum tortuoſitatem
admittit.Poſſunt etiam per has portas opera virtutum intelligi,quibus intratur ad gaudiũ:ſicut pec-
cata mortalia nominãtur portæ mortis ac inferi.Quòd autem filij triumphantis Eccleſiæ doceantur
à Deo,eiuſq; pace fruantur,& in iuſtitia confirmentur,oĩbus conſtat. Inſupèr quæ de Eccleſia di-
cta ſunt ab illo loco,Vt mulierem derelictam & mœrentem ſpiritu vocauit te Dñs, vſq; ad præſens,
ſecundùm tropologiam exponuntur de anima peccatrice,quæ ad tempus errauit deſerta à Deo diſ-
penſatiuè, non odioſè: quam Dñs clementer reducit, conſolatur, ac in bono conſeruat, cuius lapi-
des,hoc eſt,virtutes,quæ propter firmitatem lapides vocantur, ſternuntur per ordinem. Primumq;
locum obtinent theologicæ: ſecundum, ſeptem dona ſpiritûs ſancti: tertium, virtutes intellectua-
les: quartum, morales, inter quas præeminent cardinales. Propugnacula quoq; animæ ſunt, iaſpis,
i.fides,prout ad Epheſios dicit Apoſtolus:In oĩbus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia Ephe. 6.
tela nequiſſimi ignea extinguere. Et Petrus apoſtolus admonet: Aduerſarius veſter diabolus tan- 1.Pet. 5.
quàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Nec diſcordat quod in
1.epiſtola ſua ait Ioannes:Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides veſtra. Quis enim vincit mũ- 1.Ioan. 5.
dum,niſi qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus?Quod de fide formata,i.per dilectionem operante,
accipere par eſt, cùm idem Ioannes teſtetur: Qui dicit ſe nôſſe Deum, & mandata eius non cuſto- 1.Ioan. 2.
dit,mendax eſt.Prætereà his quæ dicta ſunt hîc de conſtructione & ornatu Eccleſiæ, quæ Apocaly-
pſis 19 vocatur vxor,ſponſaq; agni,pulchrè conſonant,quæ Apocalyp.21.ſcribuntur: Venit (ait Io-
annes) ad me vnus de ſeptem angelis, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, deſcenden-
tem de cælo,habentem claritatem Dei:& lumen eius ſimile lapidi precioſo, tanquàm lapidi iaſpidi
ſicut cryſtallum: & fundamenta muri ciuitatis,omni lapide precioſo ornata: fundamentum primũ
iaſpis,ſecundum ſapphirus,tertium calcedonius.ſicq; deincèps ponit cętera nomina duodecim la-
pidum,de quibus Moſes & Ezechiel proloquuntur.[Recede procùl à calumnia,] i.ô Eccleſia,ſi prę- Exod. 28.
dicta promiſſa adipiſci deſideras,longè abſcede à calumnia,hoc eſt,à peccato. Qui enim peccat, ca- Ezech. 1.
lumniam facit. [quia nõ timebis] inordinato timore,ſi hoc feceris.Iuſtus enim quaſi leo confidens, 10.& 28.
abſq; terrore erit.Semper enim ſæua pręſumit perturbata conſcientia. [& à pauore] mundano,car-
li,ſeruili. [quia nõ appropinquabit tibi:] ſi ab eo receſſeris, ſolum Deum toto corde timendo.Nam
& Iacobus dicit: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Quid autem eſt diabolo reſiſtere, niſi à pecca- Iacob. 4.
to diſcedere? [Eccè accola] i. extraneus vel gentilis, [veniet] ad fidem, [qui non erat mecum] per
mentis adhæſionem ante ſuam conuerſionem. [aduena quondàm tuus adiungetur tibi.] hoc eſt,
qui aliquandò à te quoquè extraneus fuit,ſed per fidem & charitatem in ſua conuerſione incorpo-
ratus eſt tibi.Hoc præſertim de Eccleſia dicitur, inquantùm includit ex Iudaiſmo conuerſos. Vndè Matth. 28.
de talibus accolis Chriſtus ait apoſtolis: Euntes docete omnes gentes. Et Paulus ſcribit Epheſijs: Ephe. 2.
Vos qui aliquandò eratis longè, nunc facti eſtis propè. Itemq;: Iam non eſtis hoſpites & aduenæ, Ibidem.
ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei. Conſequenter de hoſtibus Eccleſiæ, eorumq; deiecti-
one Dominus loquitur:[Eccè ego creaui fabrum,] i.diabolum mendaciorum fabricatorem, qui eſt
mendax & pater eius,naturam habens à Deo, non ipſam malitiam: quæ non eſt niſi receſſus ab or-

 dine,

dine,& defectus à bono.[ſufflantem in igne] carnalis cõcupiſcentiæ,ſeu furoris,iræ,rancoris.[pru-
nas] i.incentiua vitiorũ, materiasq́; peccandi. Vel in igne tribulationis p̄ſentis atq; gehennæ. pru-
nas,i.tormentorũ incendia.[& ꝓferentem vas] i.tyrannũ ſeu pſecutorem Eccleſiæ,& maximè Anti-
chriſtum,qui erit ipſius ꝓprium inſtrumentum,vasq́; ab ipſo om̃inò impletum atq; poſſeſſum. Hæc
ſunt vaſa iræ apta in interitum,de qbus Rom.9.& 1.Tim.2.ſcribit Apoſtolus.Quales fuerunt Simon
magus & Nero,& multi alij.Itaq; tale vas ꝓfert,i.ſuggerendo inducit hic faber, de quo Iob 41.habe-
tur:Halitus eius prunas ardere facit.[in opus ſuum] peſtiferum, vt per eos perſequat̃ Eccleſiam. [Et
ego creaui interfectorẽ ad diſperdendũ] i.angelos ſanctos,qui ſeparabunt malos de medio iuſtorũ,
& mittent eos in caminũ ignis.Alij interfectorẽ dicunt eſſe eundẽ,qui dictus eſt faber,ſ.dæmon, de
Ioan. 8. quo ait Saluator:Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit:hunc Deus creauit ad diſper-
dendũ,quia per eum torquet iniuſtos.Alij per interfectorẽ intelligunt Michaelẽ,à quo aſſerunt An-
tichriſtũ occidendũ.[Omne vas quod fictũ eſt contra te,] i.diabolica ſuggeſtione p̄paratum ac ꝓ-
batum ad impugnandũ te.[non diriget.] i. bonum exitum non habebit,ſed ſua intentione fruſtra-
bit̃.Chriſtus em̃ Eccleſiam ſuã tuetur. Propter quod ſcriptũ eſt 1.Pet.3. Quis eſt qui vobis noceat, ſi
boni æmulatores fueritis?Et alibì:Scimus q̃m diligentibus Deum om̃ia cooperantur in bonum.[&
Rom. 8. om̃em linguam] hæreticorum ac perfidorum.[reſiſtentem tibi,] i.fidei orthodoxæ ſiue iuſtitiæ.[in
iudicio iudicabis.] i.damnatione dignam cenſebis iudicando cum Chriſto in die nouiſſimo, iuxta il-
Sap. 3. lud Sapientiæ:Iudicabunt iuſti nationes.Et illud Pſalmiſtæ:Vt faciant in eis iudicium conſcriptum,
Pſal. 149. gloria hæc eſt om̃ibus ſanctis eius.Hæc collatio bonorum diuinorum ſeu præmiorum iuſtorum, de
qua iam factus eſt ſermo,[eſt hæreditas] i.vita æterna,plenaq́; merces[ſeruorum Domini,] i.electo-
rum fidelium.[& iuſtitia] i.iuſta remuneratio[eorum apud me,dicit Dominus.] vt præſens tribula-
Sap. 3. tio futuro gaudio compenſetur.Bonorum nanq; laborum glorioſus eſt fructus.

¶*Declaratio capituli 55. videlicet, Omnes ſitientes venite ad aquas.* *Articulus* 83.

IN exordio huius capituli,ꝓuocantur & inuitantur oẽs ſitientes iuſtitiam ad gratiã Chriſti,cùm di-
citur:[Om̃es ſitientes,venite] mente deuota [ad aquas] ſapientiæ ſalutaris, ad fluenta gratiæ ſal-
Iſaiæ 12. uatoris,de quibus dictum eſt ſuprà: Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Hoc eſt quod
Matth 11. Chr̃s in Euangelio dixit:Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiã vos.Itẽ: Si quis
Ioan. 7. ſitit,veniat ad me,& bibat.Qui credit in me,ſicut dicit ſcriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ
viuæ.[Et qui nõ habetis argentum,] hoc eſt,temporales diuitias, quos curę huius ſeculi non retra-
hunt,nec temporalium amor grauat:vel argentum,i.vanam & ſecularẽ ſcientiam,de qua dictum eſt
Iſaiæ 1. ſuprà: Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. [properate] ardenter amando ac fortiter operando.
Neſcit em̃ tarda molimina ſpiritûs ſancti gratia.[Venite,emite] non nummo, ſed prece: non dono,
Apoc. 3. ſed dando & offerendo voſipſos.De qua emptione dicitur:Suadeo tibi emere à me aurum ignitum
& ꝓbatum,vt locuples fias.[& comedite.] Si de aquis materialibus loqueretur, nõ diceret,Come-
dite.illæ em̃ non comeduntur.Aquę verò ſpiritûs ſancti,ſunt cibus atq; refectio animę,quas contẽ-
Ezech. 1. plando ac diligendo manducare debemus, quemadmodùm Ezechiel & Ioannes librum ſibi obla-
Apoc. 10. tum voràſſe leguntur.[Venite,emite abſq; argento & abſq; vlla cõmutatione.] i.ſine om̃i precio tẽ-
Prou. 9. porali ſiue terreno.[vinum] i.ſolidum cibum perfectorum,ſeu chariſmata meliora. Vndè Sapientia
ait:Bibite vinum quod miſcui vobis.Et Cant.8. ſcriptũ eſt: Dabo tibi vinum conditum, & muſtum
granatorum meorum. Hoc vinum eſt donum ſapientiæ, donum intellectûs, ac cæterę gratiæ emi-
nentes.[& lac] i.tenerum cibum paruulorum, ſeu ꝓficientium, quatenùs vnuſquiſq; ſtudeat à Dño
gratiam adipiſci ſibi ꝓportionatam.Nomine aũt lactis, interdùm ſignificatur innocẽtia, pietas, ſim-
1.Pet. 2. plicitas,ſiue dulcedo mentis in ſpiritu ſancto,ſicut Petrus p̄cipit:Quaſi modò geniti infantes,lac cõ-
cupiſcite:interdùm verò per lac deſignatur q̃dam remiſſio ſeu gratia imperfecta,vt cùm ait Apoſto-
1.Cor. 3. lus Hebr.5.Om̃is qui lactis eſt particeps,expers eſt ſermonis iuſtitiæ.paruulus em̃ eſt.Et alibì: Qua-
Ibidèm. ſi paruulis in Chr̃o,lac dedi,non ſolidum cibũ.hoc equidẽ dixit qbus & loquitur: Non potui vobis
loqui quaſi ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibꝰ.Interdùm quoq; per lac notatur carnalis voluptas. vn-
Iſaiæ 28. dè ſuperiùs dictum eſt:Quẽ docebit Dñs ſcientiam? ablactatos à lacte,auulſos ab vbere.[Quarè ap-
penditis argentum non in panibus,] i.cur bona veſtra expenditis non pro his, q̃ verè alunt atq; re-
ficiunt hoĩem interiorem? [& laborem veſtrum] i. ſtudium veſtrum occupatis [nõ in ſaturitate?] i.
non pro his quæ verè ſatiant appetitum,ſed circa mundanam ſapientiam, in qua non eſt panis ani-
mæ: & circa temporalia bona,quæ quanto plùs congregantur,tanto minùs quietant affectum, ver-
ſatur labor veſter atq; intentio?His igitur verbis increpantur auari & curioſi, maximè illi qui tantũ
occupantur circa naturalem ſcientiam philoſophięq́; ſtudium,vt nec diuina ſatagant cuſtodire mã-
data,nec ſcientiam & ſapientiam quæ dona ſunt ſpiritûs ſancti,ſtudeant adipiſci. [Audite audiẽtes,]
i.qui aures cordis habetis, nec ſurda aure diuina verba percipitis. [me] Dominum Deum veſtrum,
qui vobis in ſcripturis ſanctis ac patribus loquor. [& comedite bonum] i. panem cęleſtem, panem

lachrymarum,panem vitæ & intellectûs, ac opera virtuoſa: de quibus dicit̃ Pſal.36. Declina à malo,
& fac bonum.quatenùs cum Chr̃o dicere valeatis:Meus cibus eſt, vt faciã volũtatem patris mei.[& Ioan. 4.
delectabit̃ in craſſitudine] i.gratiarum opulentia,ſpiritualiumq́; ſaporum dulcedine.[aĩa veſtra,] nõ
caro,niſi per redundantiam,iuxta illud Pſal.83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum vi-
uum.Hæc ergò de ſpirituali delectatiõe dicunt̃,de quo ait Pſalmiſta:Delectare in Dño, & dabit tibi Pſal. 36.
petitiones cordis tui.Itemq́;:Memor fui Dei,& delectatus ſum.Eſt aũt craſſitudo quædam carnalis, & 76.
de qua Deut.32.inducitur: Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit.[Inclinate aurẽ veſtram,] auſcul-
tando humiliter verba ſacra,quemadmodùm ſcriptum eſt: Auris bona audiet cum omni concupi- Eccl. 3.
ſcentia ſapientiam [& venite ad me,] dimittendo hęc vana & caduca, in quibus nulla vera conſiſtit
felicitas.[audite] corde,ſolicitè,[& viuet aĩa veſtra] vita gratiæ in via, vitaq́; gloriæ in patria. [Et fe-
riam vobiſcum pactum ſempiternum,] i. nouum teſtamentum ſeu euangelicam legem, cui alia lex
nõ ſuccedit,de qua Chr̃s ait in cœna:Hic eſt calix noui & ęterni teſtamenti,de quo Ieremias loqui-
tur 31. Eccè dies veniunt, dicit Dñs,& feriam domui Iſrael pactum nouum, quod apoſtolus Paulus Matth. 26.
de noui teſtamenti datione exponit.[miſericordias Dauid fideles.] i.miſericordias Chr̃i veri Dauid
veraciter adimplendas,de quibus typicus ille Dauid concinit:Miſericordias Dñi in æternum canta- Pſal. 88.
bo.De quibus poſteà ex perſona Dei adiecit: Semèl iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar: ſemen Ibidèm.
eius in æternum manebit: Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo,&c. Hanc ſcripturam allegat
etiam Apoſtolus de Chr̃o prædictam Act.13.Dabo vobis ſancta Dauid fidelia. Vtitur autẽ Apoſto-
lus tranſlatione Septuaginta interpretum,quæ talis eſt: Conſtituam vobis teſtamentum æternum,
ſancta Dauid fidelia.Sancti enim prophetæ frequenter per Dauid exprimunt Chr̃m,vt cùm dicitur
Ezec.34. Saluabo gregem meum, *ait Dñs, & ſuſcitabo ſuper eum paſtorem vnum qui paſcat eum,
ſeruum meum Dauid.Et Oſe.3.Poſt hæc reuertentur filij Iſrael,& quęrent Dñm Deum ſuum,& Da-
uid regem ſuum.De huius igitur Dauid,ſcilicet Chriſti, perſona loquitur Deus pater ſeu Trinitas:
[Eccè teſtem] i. diuinarum veritatum aſſertorem,atq; in teſtimonium eorũ quæ ego per ipſum lo-
quor,decreui [populis] nationum,vel populis Iudęorum ad quos primò miſſus eſt. [dedi eũ.] Vn-
dè Ioan.18.teſtatur:Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeã ve-
ritati.Et alibì:Quod ſcimus,loquimur:& quod vidimus, teſtamur. Q̃m verò populus Iudæorum ei Ioan. 3.
ſubijci ſpreuit,dicens,Non eſt hic homo à Deo:Et,Seducit turbas:idcircò dedi eum[ducem ac pr- Ioan. 9.
ceptorem,] Dñm & magiſtrum [gentibus,] quibus ipſe per apoſtolos præcepta ac documenta largi- & 7.
tus eſt.vndè dictum eſt ſuprà 42.Dedi te in lucem gentium,cui iuxta Danielis oraculum,oẽs populi
tribus & linguæ deſeruiunt,ſicut & Zach.9.cernimus prophetatum:Poteſtas eius à mari vſq; ad ma-
re,& à fluminibus vſq; ad fines terrę.Hoc & beatiſſima virgo Maria agnouit futurum,cùm dixit:Be-
atam me dicent oẽs generationes.[Eccè gentem] i.plebẽ nationum [quam neſciebas] per approba- Luc. 1.
tionem tẽpore peruerſitatis earum.[vocabis] ad fidem & gr̃am per apoſtolorum p̄dicationem,ma-
gìs aũt per ſpũs ſancti inſpirationem. De tali neſcientia ait Apoſtolus: Qui ignorat, ignorabitur. Et 1. Cor. 14.
Saluator Matt.25.ad fatuas virgines:Neſcio vos.De ſcientia verò approbationis intelligitur illud: Si
quis diligit Deum,hic cognitus eſt ab eo.[& gentes q̃ non cognouerunt te] per fidẽ formatam, ſed 1. Cor. 8.
idolis ſeruiebant.[ad te current] ô Chr̃e prõpto affectu & celeri ſeruitute,audita p̄dicatione euan-
gelicæ legis,de quibus Dñs ait in Pſal.17.Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris
obediuit mihi.Et Ioan.10.Alias oues habeo q̃ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.
pro quibus deprecatus eſt patrem,paſſione imminente dicens: Non pro his rogo tantùm, videlicet Ioan. 17.
pro apoſtolis alijsq́; diſcipulis:ſed & ꝓ eis qui credituri ſunt per verbũ eorum in me.[Propter Dñm
Deum tuum] i.Deum patrẽ,qui te gentibus ducẽ Saluatoremq́; tribuit,& Deus tuus eſt ſecundùm
quod homo es.[& ſanctum Iſrael] i. eundem Deũ ſanctificatorẽ Iſrael,[*qui glorificauit te] pluri- *quia
bus modis.In aĩa enim,glorificauit te ſtatìm in inſtanti creationis aĩæ tuæ:in corpore verò, glorifi-
cauit te in reſurrectione,aſcenſione,atq; in collocatione tuî in dextera eius.In cordibus quoq; cre-
dentium glorificauit te ꝑ infinita miracula,totumq́; mundum illuſtrauit notitia gloriæ tuæ,vt om̃is
lingua confiteat̃,quia Dñs Ieſus in gloria eſt Dei patris.Hinc enim Chr̃s dicebat:Pater, ſaluifica me Ioan. 12.
ex hac hora.&,Clarifica nomẽ tuum.Venit ergò vox, Et clarificaui,& iterùm clarificabo. [Quærite
Dñm] nõ loco,cùm ſit vbiq;,niſi fortè in tẽplo,vbì ſpecialiter habitat.quærite ergò eũ,redeundo ad
ipſum ꝑ pœnitentiam.Et ſicut Sap.1.habet̃,Sentite de Dño in bonitate,& in ſimplicitate cordis quę-
rite illum.Ieremiæ quoq; 6.Interrogate q̃ ſit via bona,& ambulate in ea.[dum inueniri poteſt.] i.tẽ-
pore huius peregrinationis,quod eſt tẽpus pœnitẽtię ac indulgẽtię,& maximè tẽpore euãgelicę le-
gis,de quo Apoſtolꝰ 2.Co.6.Eccè nunc tẽpus acceptabile,eccè nũc dies ſalutis.[Inuocate eum] i.ex
intimo cordis affectu orate eum.[dũ propè eſt.] i.paratus eſt audire orantem. Veniet em̃ dies in qua Pſal. 6.
dicet orantibus:Diſcedite à me oẽs operarij iniquitatis.Et,Neſcio vos vndè ſitis.Q̃m verò peccato- Mat. 7.
res impœnitentes Deus non audit, ſubiungitur: [Derelinquat impius viam ſuam] i.opera mala, de Luc. 13. Ioan. 9.

Prou.4. qua Salomon:Iter,inquit,impiorũ tenebroſum.Et Chrs in Euangelio: Lata & ſpatioſa via eſt,q̃ du-
Matt.7. cit ad ꝑditionem.[& vir iniquus cogitatiões ſuas] ꝑuerſas,quẽadmodùm Zach.1.dñs iubet:Côuer-
timini de vijs veſtris malis,& de cogitationibꝰ veſtris peſſimis. Vndè Mich.2.dñs loquit̃:Væ qui co-
gitatis inutile,& operamini malum in cubilibus veſtris.Cogitationes ergò ꝑuerſæ, q̃uis in opus nõ
ꝓdeant,vitia ſunt.cuius oppoſitũ fert̃ Ioſephus affirmâſſe.[& reuertat̃ ad dñm.] ſicut Ioel.2. hortat̃:
Conuertimini ad me in toto corde,in ieiunio & fletu & planctu.Vndè Ieremias Thre.3.Scrutemur
vias noſtras,& quæramus,& reuertamur ad dñm,leuemus corda noſtra cum manibus ad Deum in
cælis.[& miſerebit̃ eius,] nõ ſolùm peccata laxando,ſed & grãm infundẽdo.[&] pro i. [ad Deũ no-
ſtrum,] qui ſolus eſt verus Deus.[qm̃ multus] i.copioſus & pronus.[eſt ad ignoſcendum.] qm̃ pro-
prium eſt ei miſereri ſemp & parcere, de quo Ioel.2.habet̃: Conuertimini ad dñm Deum veſtrum,
Pſal.144. qm̃ benignus & miſericors eſt,patiens & multæ miſericordiæ,& ꝑſtabilis ſup malitia.Deniq; ſuauis
dñs vniuerſis,& miſerationes eius ſup oĩa opera eius. [Non em̃ cogitationes meæ,cogitationes ve-
ſtræ:neq; viæ veſtrę,vię meę,dicit dñs.] i.non vobis videat̃ incredibile,neq; putetis impoſſibile tã-
tam miſericordiã peccatoribus tribui,eoſq́; ſaluari.Magna em̃ differentia inter cogitationes & vias,
i.iudicia ſiue cõſilia vel opera mea,& cogitationes ac vias veſtras:& quãta naturę,tanta volũtatis di-
Ezec.18. uerſitas eſt.Cogitationes meæ æternæ ſunt,nec vnq̃ flectunt̃ à propoſito miſerendi electis propter
eorum peccata:cogitationes veſtrę citò mutant̃,& in amaritudinẽ cõuertunt̃:pronę ſunt ad vlciſcẽ-
dũ,tardę ad ignoſcẽdũ..Ego aũt cogito cogitatiões pacis,& nõ afflictiõis:inueſtigabiles quoq; ſunt
miſericordiarum viæ mearũ:& abundãtia pietatis meæ,merita ſupplicum excedit & vota.Ideò ſub-
dit̃:[Quia ſicut exaltant̃ cæli à terra,] immò incõparabiliter plùs,[ſic exaltatę ſunt viæ meę à vijs ve-
ſtris,& cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.Et quõ deſcendit imber] ſeu pluuia[& nix de cę-
lo] aëreo,nubibus diſſolutis,[& illuc vltrà nõ reuertit̃] ſine effectu,vel ſecundùm eandem formam
Amos 5. accidentalem,q̃uis ſecundùm ſubſtãtiam reuertat̃ per ſolis eleuationẽ, quemadmodùm ꝑ Amos de
Deo aſſerit̃:Vocat aquas maris,& effundit eas ſuper faciẽ terræ.ligat em̃ aquas in nubibus,vt nõ erũ-
pant pariter deorſum.[ſed inebriat terrã,] i.copioſè implet [& infundit eam,] i. irrigat eam. [& ger-
minare eam facit] blada ac poma.[& dat ſemen ſerenti, & panem comedenti:] fœcundando enim
terram,cooperat̃ ad hoc,vt ſator agricola ſemen habeat ad ſeminandum, & panẽ ad manducandum
ex fructibus terræ.[ſic erit verbum meum quod egrediet̃ de ore meo: non reuertet̃ ad me vacuum,
ſed faciet quæcunq; volui,& proſperabit̃ in his ad q̃ miſi illud.] De triplici verbo iſta intelligi poſ-
ſunt,videlicet de verbo ꝑdictæ promiſſionis, qua Deus miſericordiam ſuam promiſit iniuſtis. Hoc
verbum egrediẽs de ore,i.intellectu Dei in corda ꝓphetarum,apoſtolorum atq; doctorum, ꝑ quos
cæteris nunciatur,non reuertitur vacuum,i.non reuocat̃ à Deo,ſed ſortitur effectum,& proſperatur
Pſal 1. in his quibus promittit̃,& felicem finem in eis conſequit̃.Scriptum eſt em̃ de viro iuſto:Om̃ia quæ-
Rom.8. cunq; faciet,proſperabuntur.Et,Scimus qm̃ diligentibus Deum oĩa cooperantur in bonum. Secũ-
dò intelligitur de verbo increato vnigenito filio Dei,de quo legitur Ioan.1.In principio erat verbũ.
quod Eccĩ 24. ait: Ego ex ore altiſſimi prodiui. Hoc in ſua incarnatione ex ore patris egreſſum eſt,
deſcendens in vterum ſanctæ Virginis,iuxta illud Pſal.18.A ſummo cælo egreſſo eius.Et,Nemo aſ-
Ioan.3. ſcendit in cælum,niſi qui deſcendit de cælo.Hoc verbũ nõ eſt ad patrem ſine fructu reuerſum, ſed
totum mundum ſaluauit:aſſcẽdenſq́; in altum,captiuã duxit captiuitatẽ,cum ingenti ꝑda reuertens
Ioan.8. ad patrẽ.fecit ergò in mundo quæcunq; voluit pater.quod teſtatur vbì ait:Quæ placita ſunt ei,facio
ſemper.Tertiò exponitur de verbo euangelicæ legis,quod per totum ſeminatum eſt orbem, & at-
tulit fructum in quibuſdã centeſimum,in alijs ſexageſimũ,in cæteris verò triceſimum.Prima tñ ex-
poſitio literalior eſſe videtur,vt liquet conſideranti circunſtantiam textûs.[Quia in lætitia egredie-
mini] ô peccatores de priſtina cõuerſatione iniqua & idololatria,ingredientes Eccleſiam Dei,vt in-
corporemini myſtico corpori Chri.[& in pace deducemini] ꝑ viam huius exilij ad patriã electorũ,
Col.3. de qua pace dicit Apoſtolus:Pax Chri exultet ſemp in cordibus veſtris. Quidã aũt exponunt hæc de
egreſſu ſanctorum ex limbo inferni,& deductione eorum ad aulam cęli.Eſtq́; conueniens ſenſus,ſi
ſuperiora exponant̃ de verbo incarnato,quod nõ eſt ad patrem ſine fructu,ſed cum iſtis, reuerſum.
[Montes & colles] i.apoſtoli [cantabunt coram vobis laudem,] i.grãs agent Deo de veſtra cõuerſi-
2.Cor.9. one peccatores,quẽadmodùm Apoſtolꝰ:Grãs,inquit,Deo ſup inenarrabili dono eius.Poteſt quoq;
exponi de angelis ſuperioribus ac inferioribus,de q̃bus exponitur illud Pſal.124.Mõtes in circuitu
eius.Et 120.Leuaui oculos meos in montes.Hi corã conuerſis peccatoribus cantant laudem,quia vt
Luc.15. ait Saluator:Gaudium eſt angelis ſup vno peccatore pœnitentiam agente.Vndè & Chro nato ceci-
& 2. nerunt:Gloria in altiſſimis Deo.[& oĩa ligna regionis] i.cuncti fideles plantati in domo dñi,q ſunt
Pſal.35. arbores ſecus riuos aquarum locatæ,quorum vnus dicebat: Ego aũt ſicut oliua fructifera in domo
* ſaliunca. Dei.[plaudẽt manu] i.opere exultabunt in Deo cum grãrum actione & humili ſeruitute.[Pro *ſali-
uncula aſſcendet abies,& pro vrtica creſcet myrtus.] i. ꝓ iniuſtis ſuccedent iuſti, & mala vertent̃ in
bo-

bona,ſeu vitia in virtutes,ità vt mirãdo dicamus: Hæc mutatio dexteræ excelſi. Per ſaliunculã autẽ, Pſal.76.
q̃ eſt arbor parua,ſtirpſq́; inutilis,deſignant̃ auari in terrenis detenti.Hi mutant̃ in abietem,qñ reli-
ctis terrenis,contemplant̃ cæleſtia.Abies q̃ppe eſt arbor ſublimis & pulchra. Matthæus atq; Zachę- Matth.9.
us publicani,ſaliuncula erant:ſed cõuerſi ad Chrm,abietes facti ſunt:vnus oĩa deſerendo,alter me- Luc.19.
diam partẽ bonorum ſuorum pauperibus largiẽdo,immò in arborẽ ſycomorũ ſcandendo,vt Chrm
adſpiceret.Per vrticã aculeis plenã,ſignificant̃ afflictores iuſtorum,punitiui,amari, feroces:q mutã-
tur in myrtũ,cùm ꝑfectè conuerſi virtutibus flagrãt,cunctorumq́; audientium corda bonę opinio-
nis fama reſpergunt,q dicere poſſunt cum Paulo: Chri bonus odor ſumus in om̃i loco. Talis vrtica 2.Cor.2.
extitit Paulus,qñ vaſtauit Eccleſiã,trahens viros ac mulieres, audienſq́; à dño:Saule Saule, quid me Act.8.
perſequeris?Conuerſus aũt, Euangelium Chri vbiq; diuulgãs,factus eſt myrtus,i.arbor boni odo- & 9.
ris.[Et erit dñs noĩatus] i.laudatus & inuocatus à cunctis fidelibus.[in ſignum æternum,] i.in obie-
ctum beatificum,in quod oĩm oculi dirigunt̃,iuxta illud Pſal.24.Oculi mei ſemper ad dñm.[quod
non auferetur] ab electis,qui dicere poſſunt:Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Rom.8.

¶ *Elucidatio cap. 56. Hæc dicit Dominus, cuſtodite iudicium.* *Articulus* 84.

HOrtat̃ inſuper ſanctus ꝓpheta in huius capituli principio auditores ſuo tempore exiſtentes,vt
ſe ad Chri aduentum benè viuendo diſponãt.[Hæc dicit dñs:Cuſtodite iudiciũ] i.obſeruare
debemus iudiciũ diſcretionis,quod eſt actus rationis atq; prudẽtiæ,iudicando,diſcutiendo, diſcer-
nẽdo,& reprobãdo noſipſos:quia vt dicit Apoſtolus,Si noſipſos dijudicaremus,non vtiq; iudicare- 1.Cor.11.
mur.Et Chrs in Euãgelio:Nolite,inquit,ſecundùm faciẽ iudicare,i.ſententiã ferre:ſed iuſtum iudi-
cium iudicate.Hoc iudicium oĩbus nobis neceſſarium eſt,iuxta illud Iob 34. Nunquìd qui nõ amat Ioan.7.
iudicium,ſanari poteſt?Obſeruare quoq; debemus iudiciũ retributionis,quod eſt actus iuſtitię,pu-
niendo noſipſos ꝓ noſtris peccatis,vtpotè dignam pœnitentiã perpetrando.Vndè Micheas habet: Mich.6.
Indicabo tibi ô homo q̃d ſit bonum,aut quid dñs requirat à te:vtiq; facere iudiciũ & iuſtitiã. Vel,vt
alia tranſlatio continet,& diligere miſericordiã,cui conſonat illud Zach.7.Iudicium verum iudica-
te,& miſericordiã & miſerationes facite,vnuſquiſq; cum fratre ſuo.Eſt aũt iudicium temerarium ſeu
ꝑſumptuoſum,quo quis de occultis & dubijs vel ad ſe non pertinentibus iudicare ꝑſumit,quod fa-
cere ꝓhibemur.[& facite iuſtitiam,] exhibendo vnicuiq; quod ſuum eſt, Deo honorem, proximo
opem,vobiſmetipſis cuſtodiam debitam,cum metu,timore atq; tremore ꝓpriam operantes ſalutẽ.
Hinc em̃ ait Pſalmiſta:Beati qui cuſtodiunt iudiciũ,& faciunt iuſtitiam in omni tempore, quorum Pſal.105.
vtrunq; pertinet ad aliorum rectores,qui ſine ꝑſonarum acceptione tenent̃ cũctis ſibi ſubiectis iu-
dicium iuſtitiamq́; patrare:quẽadmodùm principibus & iudicibꝰ Moſes dixit: Audite illos,& quod Deut.1.
iuſtum eſt iudicate: ſiue peregrinus ſit ille, ſiue ciuis, nulla erit diſtantia.Ità paruum audietis vt ma-
gnum,nec accipietis cuiuſquã perſonã:quia iudiciũ Dei eſt. Ioſaphat quoq; rex:Videte,ait,q̃d facia- 2.Par.19.
tis:non em̃ hoĩm exercetis iudiciũ,ſed Dei:& quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit: ſit timor
dñi vobiſcum,& cũ diligentia cuncta facite.[q̃a iuxtà eſt ſalus mea,] i.Saluator ꝑ quem mundus ſal-
uabit̃.[vt veniat] ad hoĩes,ſicut ꝓmiſſum eſt,de quo Abac.2.inducit̃:Expecta eum,q̃a veniens veni-
et,& nõ tardabit.[& iuſtitia mea vt reuelet̃.] i.citò apparebit Saluator, qui iuſtitia patris appellatur,
quia ꝑ eum iuſtificauit nos pater,eumq́; miſit ſicut ꝓmiſit,quod ad iuſtitiam ꝑtinet:filius quoq; per
viã iuſtitiæ,non per virtutẽ potentię,pro hoĩbus ſatisfecit. Veruntñ qm̃ totum iſtud ex miſericordia
Dei ꝓfluxit,videlicet vt Chrs promitteret̃ futurus, & carnem aſſumeret, mortemq́; ſubiret: idcircò
etiã filius Dei,miſericordia nuncupat̃.iuxta illud Pſal.56.Miſit Deus miſericordiã & veritatẽ ſuam.
Vndè tranſlatio Septuaginta talis eſt:Et miſericordia mea vt reuelet̃.[Beatus vir] nunc per grãm &
in ſpe.[qui facit hoc] quod eſt cuſtodire iudicium.[& filius hoĩs qui *appræhendit iſtud,] videlicet *appræ-
facere iuſtitiã,[cuſtodiens ſabbatum,] i.cultũ diuinũ,ad quẽ ſabbatum ordinat̃. [nè polluat illud.] hendet
i.nè opera vitioſa ac turpia agat,cùm Deo vacandũ ſeruiendumq́; eſt:nõ itaq; de ſabbato legali hæc
tantùm dicunt̃,ſed de om̃i opere virtuoſo. ꝓpter quod ſubdit̃,quaſi exponendo,q̃d ſit ſabbatũ cu-
ſtodire.[cuſtodiens manus ſuas,] i.vires operatiuas ſeu corporis mẽbra. [nè faciant om̃e malum.] i.
nullum illicitum operet̃,implens illud Apoſtoli:Neq; exhibeatis mẽbra veſtra arma iniq̃tatis pecca- Rom.6.
to,ſed arma iuſtitię Deo.[Et nõ dicat filius aduenæ,] i.gentilis natione,q ante ſuam conuerſionem
erat extraneus,hoſpes & aduena.[qui adhæret dño] ꝑ fidem & charitatatẽ poſt ſuã cõuerſionẽ.[di-
cens:Separatione diuidet me dñs] à populo ſuo electo in Chrm credente,i.eius cõmunione me re-
putabit indignũ.[Et nõ dicat eunuchus] q caſtrauit ſeipſum ꝓpter regnum cælorum,non ꝑ corpo-
ralẽ ꝑciſionem,ſed ꝑ concupiſcentiæ refrenationẽ, ducens cælibem vitã.[Eccè ego lignum aridũ,]
i.homo infructuoſus,grã Dei indignus. Quidam, vt Lyra,ſimpliciter exponũt de proſelytis & verè
eunuchis,q̃ ſi Deum toto corde q̃ſiẽrint,nõ fuerint ſeparandi à populo Iudęorum: nec quãtùm ad
meritum grãæ in ꝑſenti,nec quo ad præmium gloriæ in futuro:quanuìs ſecundùm legem nõ ſtatìm
admittebant̃ ad cœtum Iudaici populi,ingreſſumq́; templi, & cætera q̃ erant honoris. Sicq́; loqui-
tur

tur Iſaias cõtra arrogantiã Iudęorum,de generis nobilitate p̃ſumentium. Meliùs aũt exponit̃ modo
Mat.3. habito,ſ.de conuerſis ad euangelicam legẽ,de quibus ait Ioannes Baptiſta:Potens eſt Deus de lapi-
Rom.10. dibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. In Chr̃o em̃ non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Propter quod ait
Gala.3. Apoſtolus:Quicunq; in Chr̃o baptizati eſtis,Chr̃m induiſtis.Non eſt Iudęus neq; Græcus,non eſt
ſeruus neq; liber,non eſt maſculus neq; fœmina:oẽs em̃ vos vnum eſtis in Chr̃o Ieſu.[Quia hęc di-
cit Dn̄s eunuchis: Si ſabbata mea] i.ſabbata Dei.[cuſtodiêrint,] declinando ab om̃i malo, nec pol-
luentes diem diuino cultui mancipandum.[& elegerint q̃ ego volui,]non q̃ pro imbecillitate infir-
morum admiſi,vt erant libellus repudij,& vſura ab extraneis, obſeruãtes non ſolùm p̃cepta,ſed &
conſilia.[& tenuerint fœdus meum,] i.euangelicam legẽ.[dabo eis in domo mea & in muris meis]
i.in Eccleſia militante,immò & triumphante.[locum] i.conuenientẽ manſionẽ,[& nomen melius à
filijs & filiabus:] i.prę̃ſtantiori noĩe vocabunt̃ q̃ carne fœcundi: maius eſt enim eſſe virginem, q̃ pa-
rentem:pluſq; meret̃ caſtus q̃ coniugatus,cæteris paribus.de talibus eunuchis ait Chr̃s: Sunt eunu-
Mat.19. chi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cælorum.Qui poteſt capere,capiat.Tanta enim perfe-
ctio non eſt oĩm,ſed paucorum.[Nomen ſempiternum dabo eis quod non peribit.]vocans eos re-
gni hæredes ac filios adoptiuos.[Et filios aduenæ qui adhærent Dn̄o.] i.gentiles ſeu alienigenas ad
fidem conuerſos.[vt colant eum] cultu latriæ interiori & exteriori,[& diligant nomen eius]nõ ſo-
lùm naturali amore, ſed charitate diuina, quemadmodùm ſcriptum eſt: Diligam te Dn̄e fortitudo
Pſal.17. Pſal.72. mea.Et iterùm in alio pſalmo:Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum.[vt ſint ei in ſeruos,]
non ſeruiliter,ſed charitatiuè miniſtrantes.Vndè hoc loco p̃ filios & eunuchos,fœminæ quoq; in-
telligunt̃.[oẽm cuſtodientẽ ſabbatum, nè polluat illud,] de cuius expoſitione iam dictum eſt. [&
* tenentes *tenentem fœdus meum] i. euangelicæ legis om̃e præceptum. [adducam eos in montem ſanctum
meum,] i.in arcem virtutum,in ipſum Chr̃m,in Eccleſiaſticæ congregationis gradum ſupremũ,vel
ſecundùm quoſdam,in Eccleſiam triumphantem.[& lętificabo eos]ſpirituali lætitia [in domo ora-
tionis meæ,] i.in Eccleſia militante,per totum orbem diffuſa,non ſolùm in templo terrenæ Hieru-
Ioan.4. ſalem.Vndè Chr̃s Samaritanæ locutus eſt: Crede mihi mulier, quia veniet hora, qñ neq; in monte
hoc,neq; in Hieruſalẽ adorabitis patrem,ſed veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & verita-
te.Hinc em̃ ſcriptum eſt Soph.2.Adorabunt eum viri de loco ſuo,oẽs inſulæ gentium.[Holocauſta
eorum & victimæ eorum placebunt mihi.] Nõ de holocauſtis ac victimis veteris teſtamenti iſta di-
cunt̃,de q̃bus dictũ eſt ſuprà 1.Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum,dicit Dn̄s?Et Oſe.6.
Miſericordiam volo,& nõ ſacrificium.Sed ſicut in veteri lege holocauſtum dicebatur, quod ad di-
uinæ maieſtatis reuerentiam totaliter cremabatur: hoſtia verò, cuius pars offerebatur in altari,&
pars ſacerdoti dabatur:ità in nouo teſtamento holocauſta immolant, qui ſe totos Deo conſecrant,
propriam abnegantes voluntatẽ,ſicut ſunt monachi & eunuchi,qui iugiter continent,vt indeſinen-
ter curent q̃ Dei ſunt,non q̃ mundi,orationi ſine intermiſſione inſtantes. Hoſtiam verò offerunt,q
p̃ceptorum cuſtodia contentant̃,continentes ad tempus ex cõmuni conſenſu,quatenùs precibꝰ va-
1.Cor.7. cent,& rurſus redeant in idipſum,nè tentent̃,ſecundùm admonitionẽ Apoſtoli.hoc faciunt filij ad-
uenæ.Horum itaq; holocauſta & victimæ,immò & cuncta ſacrificia ac opera, ad Dei gloriã facta, &
maximè ſacramẽtum altaris,complacẽt Deo.[ſup̃ *altare *meum] in Eccleſia ſitum, vel in cordibus
1.Cor.3. electorum.Si em̃,iuxta Apoſtolum,corpora noſtra templum ſunt Dei,& aĩa iuſti ſedes eſt ſapiẽtiæ:
Sap.7. conſtat,in nobis quoq; eſſe altare Dei.[quia domus mea,] i.Eccleſia.[domus orationis vocabit̃ cun-
ctis populis,ait Dn̄s Deus.] quia vt Paulus ad Rom.10. loquitur, Idem Dn̄s oĩm, diues in oẽs qui in-
Matt.21. uocant eum.Oĩs em̃ qui inuocauerit nomen Dn̄i,ſaluus erit.Hanc ſcripturam Chr̃s obiecit in tem-
plo vendentibus.ſicut em̃ cælum empyreum eſt locus cõtemplationis,ità Eccleſia materialis eſt lo-
cus orationis:non ꝙ oratio & contemplatio de neceſſitate determinẽt vel exigant locum, ſed quia
ſic decet vt in loco altiſſimo habitent qui Deo fruuntur, & in locum conſecratum conueniant, qui
Dn̄m deprecantur.[qui congregat diſperſos Iſrael,] i. electos Iſraelitas in vna Eccleſia ſpiritualiter
Ioan.11. colligit,de quibus legitur:Ieſus moriturus erat pro gente,& non tantùm pro gente, ſed vt filios Dei
2.Pet.1. qui erant diſperſi,congregaret in vnum.De quibus ſcriptum eſt:Petrus apoſtolꝰ electis aduenis di-
ſperſionis Ponti,Galatiæ,Cappadociæ,Aſiæ,& Bithyniæ.Et Iacobus ait:Iacobus Chr̃i ſeruus, duo-
decim tribubus q̃ ſunt in diſperſione,ſalutẽ.[Adhuc congregabo ad eum] videlicet montem ſan-
ctum meum oẽs [congregatos eius,] i.vniuerſos ad vitam prædeſtinatos,qui iam congregantur per
Pſal.146. gratiam,atq; in ſuprema Hieruſalem per gloriam, iuxta quod ſcriptum eſt: Aedificans Hieruſalem
Dn̄s,diſperſiones Iſraelis congregabit.Vndè Mich.4.habet̃:Erit in nouiſſimo dierum mons domûs
Dn̄i in vertice montium,& fluent ad eum oẽs gentes. Itaq; per Chr̃i apoſtolos congregatis electis
Ioan.10. reliquijs Iſrael & populo nationum, ex quibus collecta eſt vna Eccleſia Saluatoris, ſicut dixit, Fiet
vnus paſtor & vnum ouile,de infidelium Iudæorum punitione prophetia inducitur: [Om̃es beſtiæ
agri] i.beſtialis populus,Romanus exercitus,idololatriæ dediti,[venite ad deuorandũ,] i.interficiẽ-
dum

dum carnalem Iſraelem:vniuerſæ beſtiæ ſaltûs.] i.ſylueſtris conuerſationis.hoc in aduentu Titi ac
Romanorum impletum eſt.Vndè Chr̃s loquebat̃ Luc.19. Circundabunt te inimici tui vallo, & cir-
cundabunt, & coanguſtabunt te vndiq;, & ad terram proſternent te, eô ꝙ non cognoueris tempus Luc.21.
viſitationis tuæ.Et alibì:Cùm videritis ab exercitu circundari Hieruſalẽ,ſcitote qm̃ propè eſt inte-
ritus eius.Alij exponunt de dęmonibus,qui eos ſp̃ualiter abſorbuerunt,de quibus fertur in Pſal.73.
Nè tradas beſtijs aĩas confitentium tibi.Deniq; cauſa tantæ pœnæ ſubiungit̃: [Speculatores eius] i.
ſacerdotes,prælati, ſcribæ ac phariſæi Iudęorum,[cæci oẽs.] ſpiritualiter em̃ excæcauit eos malitia Matt.15.
eorum,& lumen verum Dn̄m Ieſum abiecerunt,de quibus ipſe ait diſcipulis:Dimitte illos.cęci ſunt
& duces cæcorum.[neſciêrunt vniuerſi] ſalutarem ſcientiam,de qua dicit̃ Sap.10. Dedit illi ſciẽtiam
ſanctorum,q̃ in maleuolam aĩam non intrat.[canes muti,non valẽtes latrare.] i.vitia increpare,mu-
ti,quantùm ad verba ſalubria,garruli verò in verbis ſuperfluis.Prędicatores verbi Dei,noĩe canum
deſignant̃,iuxta illud Pſal.67.Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.Infructuoſi ergò & impe-
riti prælati,meritò canes muti vocantur:quocontrà omni paſtori iubet Apoſtolus ad Tit.2. Loque-
re q̃ decent ſanam doctrinam,in oĩbus teipſum prębe exemplum bonorum operum,in doctrina,in
integritate,in grauitate.Et 1.Tim.4.ait:Attende lectioni,exhortationi & doctrinæ. [videntes vana] Pſal.61.
i.curioſa & conſiderantes temporalia, de quibus dicitur, Vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.
[dormientes] i.carnales & pigri.quocontrà monet Apoſtolus 2.Tim.4. Tu verò vigila in oĩbus, la-
bora,miniſterium tuum imple,ſobrius eſto.[& amantes ſomnia.] i.vaniſſimis ac dæmoniacis viſio-
nibus delectati,ſomniorum ſignificationibus intendẽtes,de quibus Eccleſiaſticus inducit: Somnia
extollunt imprudentes.quaſi qui appræhendit vmbram,& perſequitur ventum, ſecundùm hoc vi-
ſio ſomniorum.multos errare fecerunt ſomnia.Vndè & Salomon: Vbì multa ſunt ſomnia,plurimę Eccl.34.
vanitates & ſermones innumeri.Moſes quoq; Leui.19.p̃cipit: Non augurabimini, nec obſeruabitis Eccl.5.
ſomnia.[& canes impudentiſſimi] gregẽ lacerantes, nõ reformantes, [neſciêrunt ſaturitatem.] qui
Chr̃o teſtante,deuorabant domos viduarum,de qualibus ſcriptum eſt Mich.3. Comederunt carnẽ Luc. 20.
populi mei,& pellem eorum deſupèr excoriauerunt.Tales ſunt oẽs auari p̃lati, qui ſubditorum ob-
lationibus non implent̃,de quibus Dn̄s ait p̃ Ezechielem:Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemet- Ezec.34.
ipſos:lac comedebatis,& lana operiebamini: gregẽ aũt meum non paſcebatis. [Ipſi paſtores] noĩe,
non re,de quorum vnoquoq; ſcriptũ eſt in Zacharia:O paſtor & idolũ derelinquẽs gregem.[igno- Zach.11.
rauerunt intelligentiã] ſpiritalem ac myſticam,non niſi literalem & ſuperficialem ſcripturę intelle-
ctum quærentes.Iudęorum em̃ magiſtri non niſi literalem recipiunt ſenſum,de quibus Dn̄s ait per
Ieremiam:Sacerdotes non dixerunt,vbì eſt Dn̄s?& tenentes legem, neſciêrunt me: & paſtores p̃ua- Iere.2.
ricati ſunt in me.[Oẽs in viam ſuã declinauerunt]quærentes q̃ ſua ſunt,non q̃ Dei & gregis ſibi cõ-
miſſi,gradientes per vias tenebroſas,i.actus p̃uerſos ſecundùm p̃prij appetitûs ſuggeſtionẽ, quem-
admodùm in lib.Iudicum legit̃:In diebus illis nõ erat rex in Iſrael,ſed vnuſquiſq; quod ſibi bonum Iudit.17. 18.& 21.
videbat̃,hoc faciebat.De talibus Dn̄s dicit in Pſal.80.Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum,
ibunt in adinuẽtionibus ſuis.[vnuſquiſq; ad auaritiã ſuã]declinauit.[à ſummo vſq; ad nouiſſimũ.]
i.à ſuperioribus vſq; ad infimum,prout in Ieremia habet̃: A minore vſq; ad maiorẽ oẽs auaritiæ ſtu- Iere. 6.
dẽt. Erant em̃ Iudæi ſemp̃ auaritiæ dediti,& p̃ſertim ſacerdotes,ſcribę & phariſæi,vt patet in euãge-
lijs.[Venite,ſumamus vinum, & impleamur ebrietate.] Hoc dicebant, hortantes ſe mutuò ad vitia
gulæ,de quibus Chr̃s in Pſal.68.In me,inquit,pſallebant qui bibebant vinum. [Et erit ſicut hodiè,
ſic & cras,& multo ampliùs.] i. ſicut nunc delicijs fruimur & ſplendidè epulamur, ità & cras, immò
& plùs faciemus.Non enim pręterita voluptate erant contenti,ſed futuras diſponunt epulas delica-
tas,excogitantes quotidiè cibos exquiſitiores.Poſtremò oĩa iſta de prælatis Eccleſiæ Chr̃i indignis
& ignauis intelligi poſſunt,qui vacant libidini,qui ſtudent cupiditati,qui peſſimè agunt, quibus iu- Apoc.21.
dicium fiet duriſſimum,quorum pars erit in ſtagno ardenti igne & ſulfure, & fumus tormentorum
ipſorum aſſcendet in ſecula ſeculorum.Quales autem debeant eſſe prælati ac principes, Moſes cõ-
pendioſiſſimè docet,dum ait:Date ex vobis viros ſapientes & gnaros,quorum conuerſatio ſit pro- Dan.1.
bata in tribubus veſtris,& ponam eos vobis principes.

¶ *Expoſitio cap.57.Iuſtus perit,& non eſt qui recogitet.* *Articulus* 85.

COnqueritur demùm propheta de cæcitate atq; ingratitudine hoĩm, qui Chr̃i diſcipulorumq;
eius necem non attenderunt,& ait:[Iuſtus] i.Chr̃s,de quo Iudas:Peccaui,inquit,tradens ſan- Matth.27.
guinem iuſtum.Et Pilatus:Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius.[perit,] i.occiditur. Perire non
ſemper damnatiõem,ſed interdùm carnis deſignat interitum, ſicut cùm in Geneſi Ioſeph patri ſuo Gen.47.
mandauit:Deſcende ad me,nè & tu pereas & oĩs domus tua.[& non eſt qui recogitet in corde ſuo,]
i.diligẽter conſideret cauſam mortis huius iuſti,atq; innocentiã eiꝰ,nõ ꝙ oĩnò nemo hoc cogitaue-
rit,ſed pauciſſimi erant.Propter quod in Pſal.87.ait:Aeſtimatus ſum cum deſcẽdentibus in lacũ.[&
viri miſericordię colligunt̃] i.apoſtoli & diſcipuli Chr̃i ab hac tollunt̃ terra per neces iniuſtas,ac ad
patres

patres ſuos colligunt̃,immò & optimi fructus in horreo electorum ponunt̃.[quia nõ eſt qui intelli-
gat] ꝙ propter iuſtitiã talia patiant̃: ſi em̃ eorum iuſtitiam agnouiſſent peruerſi Iudæi ſeu alij,nõ tam
Sap.5. crudeliter eos occidiſſent.Vndè exclamant:Nos inſenſati,vitã illorum ęſtimabamus inſaniam,& fi-
nẽ illorum ſine honore.[à facie em̃] i.ab adſpectu ſeu pſentia [malitiæ collectus eſt iuſt',] videlicet
Chr̃s,nè decæterò mala huius ſeculi experiendo videret.Ideò nanq; dixit:O gñatio incredula,q̃diù
apud vos ero?q̃diù patiar vos?Vel à facie malitiæ,i.ab inuidia & crudelitate impiorũ collectus,i. oc-
Ephe.2. ciſus eſt Chr̃s,vel à facie malitiæ,i.propter peccata hoĩm.[Veniat pax,] i.Chr̃s, de *qua ait Apoſto-
Ioan.14. lus,Ipſe eſt pax nr̃a,qui fecit vtraq; vnum.Vel pax Chr̃i quam ipſe reliquit diſcipulis,dicens: Pacem
Luc.2. meã relinquo vobis,pacẽ meam do vobis.de qua dictum eſt alio loco:Et in terra pax hoĩbus bonæ
voluntatis.[requieſcat in cubili ſuo] i. in quieto loco Eccleſiæ militantis ſeu triumphantis, ſecun-
dùm quod ſcriptum eſt Pſal.149.Exultabunt ſancti in gloria,lętabunt̃ in cubilibus ſuis.[qui ambu-
lauit in directione ſua.] i.ſecundùm rationis iudicium,legemq; diuinã cõuerſatus eſt,qui cum Pſal-
Pſal 9. miſta dicere poſſit:Confitebor tibi in directione cordis.Vndè Ieremias dicit:Dirige cor tuum in viã
58. & 100. directam.[Vos aũt accedite huc] vt audiatis quę dicam,[filij auguratricis,] i.plebis Iudææ,q̃ fuit au-
Iere.31. gurijs idololatrijsq; intenta.[ſemen adulteri & fornicariæ] eiuſdem,videlicet plebis,q̃ cum dijs ali-
Ioan.19. enis multis modis eſt fornicata.[Super quẽ luſiſtis?]i.cui illuſiſtis deridentes Chr̃m?[Super quẽ di-
Matth 26. latâſtis os,& eieciſtis linguam?] dicẽtes:Tolle tolle,crucifige eum.Et,Reus eſt mortis.Et,Non eijcit
Matth.9. dæmones niſi in principe dæmoniorum.[Nunquid nõ vos filij ſceleſti,] i.ſcelerati ac impij.[ſemen
Ioan.8. mendax,] i.aſſuetum mentiri,quibus & Chr̃s in Euangelio loquit̃: Si dixero q̃a non noui eum, ero
ſimilis vobis mendax.[q̃ cõſolamini in dijs] Loquit̃ Iſaias de toto populo Iudęorum, quaſi de vno.
Vndè non oĩa ſingulis,ſed quædam quibuſdam conueniunt. idcircò quod nunc de idololatria in-
troducit̃,refert̃ ad eos q̃ erant tempore Iſaiæ vel circa.Talibus ergò ait:Qui conſolamini, i. delecta-
mini in dijs [ſubter om̃e lignum frondoſum.] Sub huiuſmodi em̃ lignis idola ſua colebant in locis
vmbroſis,ſicut Ezechiel & Ieremias ſępiſſimè proteſtant̃.[immolantes paruulos] i.infantulos filios
veſtros ac filias,[in torrentibus ſubter eminentes petras?] Aquæ nanq; torrẽtium, frequẽter de ru-
pibus cadunt & fluunt.Quidã aũt Iudæorum conſecrauerunt filios ſuos p ignem, quemadmodùm
Achaz,vt patet 4.Reg.16.Alij filios ac filias ſuas immolauerũt,prout Pſal.103.teſtat̃:Effuderunt ſan-
guinem innocentẽ,ſanguinẽ filiorum ſuorum ac filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus
Chanaan.faciebantq; ſanguinẽ in torrẽtes decurrere,vt illic diuinationem reciperent. [In partibus
torrẽtis pars tua,hæc eſt ſors tua.] i.certa loca torrentium elegiſti tibi pro parte tua,vt in eis filios fi-
liaſq; offerres dæmonibus.hæc eſt ſors tua, i. portio à te electa, q̃ diuinum cultum abieciſti & atria
templi.[Et ipſis] videlicet dijs tuis [effudiſti libamen,] i.oblationẽ de liquidis,ſ.de ſanguine paruu-
lorum. [obtuliſti ſacrificium] dijs de carnibus puerorũ.Nunquid ſup his non indignabor?]i.nonnè
Iere.5. de tantis ſceleribus faciam vltionẽ?Vndè in Ieremia habet̃:Nunquid ſup his non viſitabo,dicit Dñs,
& 9. & in gẽte tali non vlciſcet̃ aĩa mea?[Super montẽ excelſum & ſublimẽ poſuiſti cubile tuum,] i. mã-
ſionem fabricâſti propter idololatriã illic perpetrandam.[& illuc aſſcendiſti,vt immolares hoſtias]
idolis.[Et poſt oſtium & retro poſtem] cubilis tui [poſuiſti memoriale tuum,] i. ſimilitudinẽ deo-
rum tuorum ſeu idola tua,q̃ iugiter voluiſti in memoria retinere.[quia iuxta me] te [diſcooperuiſti,
& ſuſcepiſti adulterum,] i. more procaciſſimæ adulteratricis,q̃ in eodem lecto recipit maritum atq;
4. Reg.16. adulterum,tu in terra mea,immò in tẽplo vbì habitare & coli elegi,idola ſtatuiſti & honorâſti. Hoc
4. Reg. 21. temporibus Achaz & Manaſſis certum eſt contigiſſe.[Dilatâſti cubile tuum,] plurima idolorũ por-
tenta in eo ponendo & venerando,q̃ in anguſto loco recipi nequeunt.[& pepigiſti cum eis] fœdus,
ꝙ non recederes à cultu ipſorum.[Dilexiſti ſtratum eorũ]i.fornicationem cùm idolis.[manu aper-
ta] i.largis expenſis in idolorum cultura multa expendens,quibus ornant̃ vel q̃ eis offerunt̃. [& or-
*regio nâſti te *regi] i.ad placendum idolo Ammonitarum Moloch, quod in noſtra lingua regem ſonat.
[vnguento,& multiplicâſti pigmenta tua.]i.varia ornamenta quæſiſti,& more meretricis faciẽ ſuam
vngentis, vt placeat amatori, tu quoq; te perornâſti, quatenùs viſu & odore adulteros prouocares.
[Miſiſti legatos tuos procùl,] vt tibi afferrent ſimilitudinem deorum,qui in Aegypto & alijs cole-
bantur prouincijs,vel miſiſti legatos tuos ad reges aliarum terrarum pro habendo auxilio, nec es
confiſa in Deo.[& humiliata es,] i. vilis effecta, præcipitata atq; occiſa, [vſq; ad inferos.] peccando
enim lucem perdidiſti,tenebraſq; inferni incidere meruiſti.[In multitudine viæ tuæ] i. in diuerſis
erroribus atq; peccatis [laborâſti,] quemadmodùm impij profitentur: Laſſati ſumus in via iniqui-
Sap.5. tatis & perditionis,& ambulauimus vias difficiles. Deniq; animus inordinatus ſibijpſi eſt pœna,
virtuoſa aũt operatio ex ſua natura delectabilis eſt.Idcircò qui regia via incedit,non laborat, quo-
Matt.11. niam ſcriptum eſt:Iugum meum ſuaue eſt.[nec dixiſti,quieſcã] ab opere malo, nec propoſuiſti vi-
tam tuam corrigere.[vitam manûs tuæ inueniſti.] i.neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem, & abundan-
tiam rerum temporalium poſſediſti. [Propterea non rogâſti] me pro ſpiritualibus bonis. Multis
enim

em̃ fiunt diuitiæ occaſio peccandi atq; in vitijs pſeuerandi. propter quod Prou.3. dicitur: Diuitias
& paupertatẽ nè dederis mihi,ſed tãtùm victui meo tribue neceſſaria,nè fortè ſatiatus dicam: Quis
eſt Dñs?Et Ezec.16.Hæc fuit iniquitas Sodomæ:ſuperbia,ſaturitas panis,frugũ abundantia, & ociũ.
In Deuteronomio quoq;:Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit,incraſſatus,impinguatus,dilatatus: Deut.32.
dereliquit Deum factorẽ ſuum,& receſſit à Deo ſalutari ſuo.[Pro quo ſolicita timuiſti?]Interroga-
tio eſt,tanq̃ dicat:Non fuiſti ſolicita,quõ mihi placeres,nec timorata coram me,ſed pro tẽporalibus
eras ſolicita,& carnis tuæ formidâſti incõmoda.[quia mentita es] agendo fallaciter, atq; loquendo
mendaciter.[& meî nõ es recordata,] cõuertendo cor tuum ad actualẽ conſiderationẽ meî & operũ
ac verborum meorum,quẽadmodùm ſcriptura teſtat̃:Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblítus es
Dñi creatoris tui.[Neq; cogitâſti in corde tuo] ea q̃ Dei ſunt. [quia ego tacens,& quaſi non videns, Ibidem.
& meî oblíta es.]Ideò em̃ peruerſi Deum ſine timore offendunt,qm̃ Deus longanimiter ſuſtinet,&
per modum neſcientis ſe habet,dum nec verbis nec ictibus peccatores redarguit. Vndè ſcriptũ eſt
in Eccleſiaſte:Quia non profert̃ citò contra malos iudicium, abſq; vllo timore filij hoĩm perpetrãt Eccés 8.
mala.Et in pſal.49.Hęc feciſti,& tacui:exiſtimâſti inique quòd ero tuî ſimilis.Hinc ad Rom.2.dicit
Apoſtolus:An diuitias bonitatis Dei & patientię & longanimitatis cõtemnis?[Ego annunciabo iu-
ſtitiam tuã.] Hoc ironicè dicit̃,velut ſi homicidæ depræhenſo dicatur: Vide q̃ benè feciſti.Eſt itaq;
ſenſus:Ego qui diù tacui,& quaſi nõ vidi,adducam te ad tribunal meum, & peccata tua tibi obijciã,
iuxta illud:Arguam te,& ſtatuã contra faciẽ tuam.[& opera] tua pũerſa [nõ proderunt.] immò ve- Pſal.49.
hementer nocebunt [tibi.Cùm clamaueris] ad me tẽpore neceſſitatis & anguſtiæ,[líberent te con-
gregati tui,] i. theſauri ſeu dij vel adiutores tui,in q̃bus ſperâſti potiùs q̃ in Deo.[& oẽs eos] i. con-
gregatos tuos iam dictos.[auferet vẽtus,tollet aura.] i.aduerſariorũ impetus atq; tempeſtas, eruntq;
ſicut arundo vento agitata,& ſicut puluis quem proijcit ventus à facie terræ. [Qui aũt fidutiam ha-
bet meî,] ſperãdo in mea bonitate,quemadmodùm Salomon monet: Habe fidutiam in Dño ex to- Prou.3.
to corde tuo.[hæreditabit terram] viuentium ſeu patriam beatorũ,de qua dicitur Matt.5. Beati mi-
tes,qm̃ ipſi poſſidebunt terram.Et in pſal.Placebo Dño in regione viuorum. Certum eſt aũt, ꝙ hæ- Pſal.114.
reditatio terræ Iudææ,non erat condignum neq; ſufficiens pmium ſpei in Deo. [& poſſidebit mõ-
tem ſanctum meum,] i.regnum cælorum,de quo ad Heb.12.legitur: Acceſſiſtis ad montem Sion,&
ad ciuitatẽ Dei viuentis,Hieruſalem cæleſtem.Aliqui tñ exponunt iſta de Iudæa & monte Sion ſeu
templo Hieruſalẽ,quandò deſtructione Hieruſalẽ (à Romanis peracta) imminente, Chr̃iani in Iu-
dæa exiſtentes,ex admonitione angelica ingreſſi ſunt regnum Agrippæ:poſtmodùm verò reædifi-
cata Hieruſalẽ ab Adriano imperatore, Chr̃iani pmiſſi ſunt in Iudæa atq; Hieruſalẽ habitare: à qua
Iudęi omninò expulſi ſunt ab imperatore pdicto.Sed quia ad Chr̃i regnum nemo pducitur niſi au-
xilio Dei,& in exordio naſcentis Eccleſiæ per pdicationẽ apoſtolorum ad illud perducti ſunt gẽti- Matt.21.
les,de quibus Chr̃s dixit Iudæis:Auferet̃ à vobis regnum Dei,& dabitur genti facienti fructus eius,
ideò Dñs ſubdit:[Et dicam, Viam facite, pbete iter,] quatenùs gentiles ſine impedimento conuer-
tant̃ ac redeant ad me.& poteſt hoc eſſe verbum Dei ad angelos,p quos corda audiẽtium diſponũ-
tur ad fidei receptionẽ,immò ad oĩm gratiarum infuſionẽ: vel ad apoſtolos, quorũ miniſterio ſunt
conuerſi.[declinate à ſemita] offenſionis ipſius,i.auferte de ſemita impedimẽta ipſius, & nolite ob-
icem ponere gr̃æ ſaluatoris. Vndè dictum eſt ſuprà:Parate viam Dño,rectas facite in ſolitudine ſe-
mitas Dei noſtri.Propterea ſubdit̃:[Auferte offendicula de via populi mei.]Quòd aũt iſte ſit ſenſus Iſaiæ 40.
literalis,ex ſequentibus eluceſcet.Vndè Iudæi & noſtri Iudaizantes,qui iſta exponunt de reditu Iu-
dæorum à captiuitate Babyloniæ,errare vidẽtur.Vndè nũc Iſaias de ſp̃uali reditu gentilium ſeu ele-
ctorum Iudæorum ad Chr̃m,locuturus,in vocẽ laudis diuinæ gratulabundus erumpit,& ait: [Quia
hæc dicit Dñs excelſus] in ſua natura,[& ſublimis] in opere ſuo,quemadmodùm ſcriptum eſt:Non
eſt ſimilis tuî in dijs Dñe,& non eſt ſecundùm opera tua.[habitans æternitatem.] i.æternaliter habi-
tans in ſeipſo.Aeternitas em̃ ſic dicitur menſura & habitatio Dei,vt tñ aliud nihil ſit niſi ipſe Deus,
qui ſecũdùm Apoſtolum lucem habitat inacceſſibilem: quod Dionyſius vocat caliginẽ. Ait em̃ ad
Timotheum:Beatus & ſolus potens rex regnum & Dñs dñantium,qui ſolus habet immortalitatem, 1. Ti.6.
& lucem habitat inacceſſibilem.[& ſanctum nomen eius.]i.ipſe noĩe deſignatus,ſanctus eſt,qui per
Moſen ait:Sancti eſtote,qm̃ ego ſanctus ſum.De quo ait virgo Chriſtifera: Quia fecit mihi magna Leui.20. Lucæ 1.
qui potẽs eſt,& ſanctum nomẽ eius.[in excelſo]i.in cælo empyreo,in regno Eccleſię.[& in ſancto]
i. in cordibus ſanctorum.[habitans]non p circunſcriptionẽ,ſed per ſuæ maieſtatis declarationem,
operationẽ,& gr̃æ infuſionem.Vndè in Deuteronomio ſcribitur:Habitaculum eius ſurſum,& ſub- Deut.33.
ter brachia ſempiterna.Quotidiè quoq; oramus:Pater noſter qui es in cælis.[& cum cõtrito & hu- Matt.6.
mili ſpiritu.] ſuperbis enim reſiſtit, humilibus verò dat gr̃am: qm̃ excelſus Dñs, & humilia reſpicit.
Qui infrà ait:Ad quem reſpiciam,niſi ad pauperculum & cõtritum ſpiritu, & trementem ſermones Iſaiæ 66.
meos? [vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor *contritum] vita gratiæ in præſenti,& vita *contritorum

 glo-

gloriæ in futuro.Sacrificium em̃ Deo ſpũs contribulatus. [Non em̃ in ſempiternum litigabo, neq;
vſq; ad finẽ iraſcar.] Non eſt hoc abſolutè intelligẽdum quantùm ad oẽs, ſed quo ad electos in vita
p̃ſenti,quibus Deus ad tempus comminatur atq; iraſcitur,non ad interitum, ſed ad correctionem.
Iob 5. quem em̃ diligit dñs,corripit.De quo ſcriptum eſt: Ipſe vulnerat, & medeẽ: percutit, & manus eius
ſanabunt.[quia ſpiritus à facie mea egredieẽ.] Hoc de ſpirituſancto intelligi poteſt,cui clemẽtia ap-
propriatur,& procedit à patre,daturq́; fidelibus:per cuius grãm oĩa nobis peccata donãtur.idcir-
cò in ſignum clementiæ ſuæ dñs ait:Spiritus à facie mea egredieẽ,i.à meipſo, qui oĩa cerno, de quo
Ioel.2. Zach.12. ſpiritu dixi in Ioele:Effundam de ſpiritu meo ſup oẽm carnẽ.Et in Zacharia:Effundam ſup domum
Dauid,i.ſuper Eccleſiam Chr̃i,ſpiritum grẽ & precum. Alij de ſpiritu rationali creato intelligunt,
Ibidèm. quem Deus creando infundit,quemadmodùm Zacharias ait:Hæc dicit dñs extẽdens cælum,& fin-
gens ſpiritum hoĩs in eo.[& flatus ego faciam,]i.vitæ ſpiracula,ſ.animas intellectuales,ego ſingula-
tìm creabo,vt confundanẽ qui aſſerunt oẽs animas rationales creatas ſimul, cùm tñ ſecundùm Phi-
loſophum,actus non p̃cedant potentiam tempore in eodem.Dicitur autem anima flatus, iuxta il-
lud Gen.2.Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.Et illud Iob 33.Spiritus dñi fecit me,& ſpiracu-
lum om̃ipotentis viuificauit me.Hæc aũt ideò dñs ait, vt fiat credibile quod dixit ſe velle miſereri
proprijs creaturis.Cùm igitur anima hominis ſit opus manûs diuinæ, non eſt dubium quin dñs pa-
ratus ſit ei miſericordiam indulgentiamq́; impendere.[Propter iniquitatẽ auaritiæ eius iratus ſum.]
Hæc eſt vna ratio,propter quam abiectus eſt populus Iudęorum,& in iram Dei illapſus.[& percuſſi
eum] per manum hoſtium ſuorum.[Abſcondi] à te ô popule olim meus,plebs Iudæorum.[faciem
meam,] i. grẽ meæ p̃ſentiam, pietatiſq́; meæ reſpectum. [& indignatus ſum] propter malitiam eius.
[& abijt vagus in via cordis ſui.] i.in propria adinuentione ad multos errores ac vitia declinando.
Ità accidit nobis,cùm Deus gratioſum ſuum adſpectum retrahit à nobis:tunc em̃ per varia & inuti-
lia euagamur.[Vias eius vidi,]i.cogitationes,verba,& geſta cognoui,[& ſanaui eum,& reduxi eum,
& reddidi conſolationes ipſi,& lugentibus eius.] Hæc oĩa de reliquijs Iudæorum electis ſumenda
Iſaiæ 1. ſunt,de quibus antè dictum eſt:Niſi enim dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma fuiſ-
ſemus.Hunc igitur populum Chr̃s ſua paſſione ſanauit,gratia illuſtrauit,ſpiritûs ſancti conſolatio-
ne implere dignatus eſt.Per lugentes verò ipſius,viri miſericordię,qui errantibus condolent,intel-
liguntur.[Creaui fructum labiorum pacem,] i.prædicationem apoſtolorum feci fructiferam, ità vt
ſemen verbi cæleſtis ab eis in cordibus hoĩm ſeminatum,afferret copioſiſſimum fructũ, qui fructus
Marc 9. 2.Cor.9. eſt pax Chr̃i,exuperans oẽm ſenſum,de qua pace ait Chr̃s diſcipulis:Pacẽ habete inter vos.Et Apo-
ſtolus:In pace,inquit,vocauit nos Deus.Et quia hæc pax per Chr̃m data eſt,atq; per eius diſcipulos
annunciata eſt gentibus ac Iudęorum reliquijs, de quibus Paulus ad Rom.11. Reliquiæ ſecundùm
electionem gratiæ Dei,ſaluæ factæ ſunt:ideò ſubditur:[Pacem ei qui longè eſt,] i.populo gentili,q
propter idololatriam longè erat à Deo,non loco,ſed vitio,in regione diſſimilitudinis habitans. [&
qui propè,]i.populo Iudæorum, propter fidem & cultum vnius Dei veri, Deo coniuncto. [dixit
dñs,& ſanaui eum] à læſionibus culpæ,qui credere,& pacem meam recipere voluit. Hanc ſcripturã
Ephe.2. videtur allegare Apoſtolus ad Epheſios,cùm ait:Veniens (ſcilicet Chr̃s) euangelizauit pacem his q
longè,& his qui propè.Ex quo conſtat,præſens capitulum loqui pro tempore Chriſti.[Impij autem
quaſi mare feruens,quod quieſcere nõ poteſt.] Quemadmodùm enim mare tempeſtuoſum & fer-
uens,inquietum, turbulentum & ſubuerſiuum eſt nauigantium, ſic homines praui ac ſæui, ſemper
turbulenti ſunt corde & animo inquieti,quoniam vitijs & paſſionibus miſerabiliter agitantur,& in-
nocentes opprimere inceſſanter nituntur.Iuſti autem, qui rationis dictamen & virtutum directio-
Thre.1. nem ſequuntur,tranquilli ſunt mente,quieti ac ſtabiles.Hinc enim in Threnis ſcriptum eſt:Pecca-
Iob 11. tum peccauit Hieruſalem,propterea inſtabilis facta eſt.In Iob quoq;:Si iniquitatem,quæ eſt in ma-
Prou.10. nu tua,abſtuleris:eris ſtabilis,& non timebis.In Prouerbijs quoq;:Quaſi tempeſtas tranſiẽs, impius
non erit:iuſtus autem quaſi fundamentum æternum. [& redundant fluctus eius] i. maris feruentis.
[in conculcationem & lutum,]i. redundando ad littus, generant ibì lutum, quod à tranſeuntibus
conculcatur.ſic impij ſua inquietudine promerentur damnari,& à dæmonibus cõculcari. Porrò ad
literam cõtra obſtinatos Iudæos referuntur hæc,qui Chriſtum & eius diſcipulos furioſè perſeque-
bantur:propter quod à Romanis calcari & interfici merebantur, Vndè de eis ſubiungitur: [Et non
eſt pax] vera ac diuturna,[dicit dñs,impijs]i.Iudæis incredulis,qui vſq; in præſentem diem hoſtium
manibus ſunt ſubiecti.Deniq; cùm pax ſit charitatis effectus, nec ſine gratia habeatur, patet quòd
nullus iniuſtus veram,internam,ſpiritualemq́; pacem ſortiatur,de qua dicitur in Matthęo:Beati pa-
Matt.5. cifici,quoniam filij Dei vocabuntur.

¶ *Expoſitio cap.58.Clama,nè ceſſes,quaſi tuba &c.* *Articulus* 86.

LOquitur Deus vel ad Iſaiam,vt aliqui dicunt, vel ad Chriſtum hominem, vt populum Iudæo-
rum dignè corripiat,verè informet,ſalubriter dirigat.De quocunq; autẽ exponantur hæc oĩa,
ſenſus

ſenſus quodãmodò idẽ eſt: immò omni prælato incumbit facere, quod in principio huius capituli
dñs iubet.ait itaq; dñs vel Chr̃o,vel Iſaiæ:[Clama] publicè p̃dicãdo,non immodeſtè loquẽdo: hoc
Chr̃s ſe implêſſe aſſerit:Ego,inquiens,palàm locutus ſum mundo.[nè ceſſes] ab hoc ſalubri clamo- Ioan.18.
re,quatenùs debitis ac congruentibus horis hoc iugiter facias.Hoc etiã Chr̃s ſe feciſſe demonſtrat: Ioan.17.
Opus conſummaui,quod dediſti mihi vt facerem.[quaſi tuba exalta vocẽ tuam] Hoc egit Saluator,
de quo ſcriptum eſt:Ieſus hæc dicens,clamabat:Qui habet aures audiendi,audiat.Deniq; ſicut tuba Luc.8.
exaltauit vocem ſuam,conſtantiſſimè arguendo ſacerdotes, phariſæos ac ſcribas.[& annuncia po-
pulo meo,] meo,inquam,fide & noĩe,non aũt charitate & opere.ſequitur em̃:[ſcelera eorum,] qui-
bus Deum offenderunt.Quis verò ſit populus Dei,monſtraẽ ſubdendo:[& domui Iacob]i.plebi ſi-
ue familiæ Iudęorum.[peccata eorum] q̃bus peccauerunt in Chr̃m.Hoc itaq; Chr̃s fecit,iuxta quod
ait:Me odit mundus,quia ego teſtimonium perhibeo de illo,qm̃ opera eius mala ſunt. [Me etenim Ioan.7.
de die in diem quęrunt,& ſcire vias meas volunt.] Videreẽ hoc pertinere ad veram Iudęorum iuſti-
tiam,niſi protinùs de eiſdem ſubiungereẽ:[Eccè in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, eccè
ad lites & contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impiè,&c.Eſt igitur ſenſus:Me etem̃ de die in
diem quęrunt,currendo ad ſynagogas,legendo ſcripturas,Chr̃m ſe expectare dicentes:ſed nõ ſyn-
cerè & in cordis ſimplicitate quęrunt,qm̃ vitia interioris hoĩs non abſtergunt,idcircò non inueni-
unt me,ſicut Sapientia aſſerit: Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè conſurgent ad me, & Prou.1.
non inuenient me,] eô ꝙ exoſam habuerint diſciplinam, & timorem dñi non ſuſceperint.& ſcire
vias meas,i.diuina mandata volunt,non tam vt benè viuant,q̃ vt docti appareant, aliorumq́; magi-
ſtri effici poſſint.Quòd aũt iſta non verè, ſed fictè egerint, patet ex eo quod ſubditur: [quaſi gens q̃
iuſtitiam fecerit,& q̃ iudicium] i.mandatum [Dei ſui non dereliquerit.] Taliter ſe habebant Iudæi
ſecundùm apparentiam,ſed non ſecundùm exiſtentiam,gloriantes in lege & ſcripturarum cogniti-
one,magnamq́; iuſtitiam in exterioribus obſeruantijs ſimulantes,intùs verò pleni erant peſſimis vi-
tijs.Vndè vt Euangeliſtæ teſtantur,Chr̃s frequenter ſcribarum & phariſæorum hypocriſim arguit.
[Rogant me iudicia iuſtitiæ,]i.in ſua confidentes iuſtitia,poſtulãt à me iuſtum iudicium, more eius
qui ait:Iudica me Deus,& diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.Et rurſus: Iudica me Dñe ſe- Pſal.42.
cundùm iuſtitiam meam &c.ſup me.Vndè de eis dicit Apoſtolus:Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam & 7.
volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. [& propinquare Deo volunt,] ſed non diſcretè: Rom.10.
æmulationem em̃ Dei habent,ſed non ſecundùm ſcientiã.Appropinquat nanq; veraciter Deo,qui
deteſtaẽ peccata.Propter quod ſcriptum eſt Iaco.4.Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.
Et alibì:Conuertimini ad me,ait dñs exercituum,& ego cõuertar ad vos.Iudæi aũt Deo appropin- Zach.4.
quare volebant in foro iudiciali,allegando ſuam iuſtitiam,atq; dicendo:[Quarè ieiunauimus,& non
adſpexiſti,] dando nobis effectum atq; finem ieiunij? [humiliauimus animas noſtras] te inuocãdo,
& nos in terram proſternendo,iuxta illud:Qm̃ humiliata eſt in puluere anima noſtra,conglutinatus
eſt in terra venter noſter.[& neſcîſti?]i.non probâſti,nec exaudiſti.Hæc aũt & his ſimilia potiſſimè Pſal.43.
dixerunt Iudæi tempore obſidionis ſuæ à Romanis.Tunc enim indeſinenter inuocabant dñm,hu-
miliantes ſe in cinere & cilicio,in ieiunijs & fletibus, in ſacrificijs multis. Huic igitur quæſtioni re-
ſpondet dñs iudex iuſtus: [Eccè in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra,] i. inordinata actio
proprię voluntatis ad ſe reflexæ,non Deo ſubiectæ,de qua ad Epheſios dicit Apoſtolus: Nos aliqñ Ephe.2.
conuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtræ,faciẽtes voluntatem carnis & cogitationum:& eramus
natura filij iræ,ſicut & cæteri.quocontrà ait Saluator:Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem Ioan.6.
meam.Et alibì:Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum.[& oĩes debitores veſtros repetitis,] Luc.9.
non ſolùm eos,qui habent vndè perſoluant,ſed etiam impotentes & inopes,×quibus repetendo vi- ×quibus in
olentiam ſiue triſtitiam facitis,quod eſt charitati fraternæ contrarium. [Eccè ad lites & contentio-
nes ieiunatis,]i.ieiunando litigijs contentionibuſq́; vacatis, & quum ſit inter vos zelus & conten-
tio,non ſpirituales,ſed carnales eſtis.Vndè ſcriptum eſt Iac.3. Si zelum amarum habetis, & conten-
tiones ſunt inter vos,nolite gloriari,& mendaces eſſe cõtra veritatem.[& percutitis pugno impiè,]
iniuriantes proximo,non tantùm verbis,ſed inſupèr ictibus.His conſonat verbũ Apoſtoli ad Tim. 1.Tim.5.
Exerce teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis,pietas verò ad omnia
vtilis eſt.[Nolite ieiunare ſicut vſq; ad hanc diem,] abſtinendo ſolùm à cibis,non autem à vitijs.[vt
audiatur in excelſo clamor veſter.] i.quatenùs oratio veſtra exaudiatur in cælo. Si enim à cibis ſi-
mul & à vitijs ieiunaueritis,preces veſtras exaudiet Deus,ſicut & Daniel abſtinendo meruit cęleſti-
um ſecretorum reuelationem.[Nunquìd tale eſt ieiunium quod elegi,per diem] vſq; ad horam co-
meſtionis,[affligere hoĩem aĩam ſuam?] i.ſeipſum,non niſi corporali afflictioni vacando,pietatiſq́;
exercitationem negligendo.[Nunquìd contorquere quaſi circulum caput ſuum,] i.caput & collum
circumagitare,in ſignũ doloris ex multo ieiunio p̃uenientis,ſicq́; ieiuniũ alijs inaniter demõſtrare.
[& ſaccũ & cinerẽ ſternere?] dormiẽdo in veſte cilicina,ſeu aſpera cinere adſperſa.[Nũqd iſtud vo-

caui ieiunium]verum & virtuoſum,[& diẽ acceptabilẽ dño?]propter opus virtutis in ipſo peractũ.
Dies em̃ & tempus dicuntur Deo accepta,propter opera bona vel mala in ipſis exhibita.Cùm ergò
hæc corporalia exercitia,ſine interiori mentis munditia nomẽ & rationẽ non mereant̃, declarat qd
ſit ieiunium Deo acceptum.[Nõnè hoc eſt magìs ieiuniũ quod elegi,]i.approbaui.[diſſolue colli-
gationes impietatis,]i.vitiorũ catenas atq; in vnum collectas malitias,q̃ ſunt theſaurus peccati.Vn-
dè Amos 3.ſcriptũ eſt:Neſciêrunt facere rectum,theſaurizantes impietatẽ.Et ad Rom.2.Secundùm
duritiam tuã & impœnitens cor,theſaurizas tibi iram in die iuſti iudicij.Peccator em̃ adijcit ad pec-
Matth. 23. candum.quocontrà Eccĩ 4.inducit̃:Fili,nè adijcias peccatum ſuper peccatũ, & dicas, Miſeratio dñi
Luc.11. magna eſt.Subitò em̃ veniet ira illius.[ſolue faſciculos deprimentes.]i.chirographa quibus paupe-
res aggrauant̃,ſeu onera grauia quibus ſubiecti premunt̃,quemadmodùm de ſcribis phariſæisq; le-
gitur,ꝙ alligant onera grauia & importabilia,& ponunt ea ſuper humeros hoĩm.Poſſunt quoq; per
faſciculos deprimentes peccata intelligi,quæ hoĩem mergunt in interitum, mortemq́; æternam, de
quibus fert̃ in Pſal.37.Qm̃ iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum,& ſicut onus graue graua-
tæ ſunt ſuper me.[Dimitte eos qui confracti ſunt]inopia, ſeruitute, ſeu alia obligatione, [liberos.]
remittendo debita eis,vt tibi ignoſcat̃.[& oẽ onus]quo opprimunt̃ à te,[diſrumpe.]i.aufer & tol-
le ab eis.[Frange eſurienti panem tuum,]i.victui neceſſaria tribue indigẽtibus.[& egenos vagosq́;]
1.Pet.4. i.peregrinos & exules,[induc in domũ tuã] cauſa hoſpitij exhibendi.Vndè Petrus:Hoſpitales,inqt,
ſine murmuratione.Et Paulus ad Heb.13.Charitas fraternitatis maneat vobiſcum,& hoſpitalitatem
nolite obliuiſci: per hanc em̃ placuerunt quidã (haud dubium quin Abrahã Lothq́; ſignificet) an-
Iob 31. gelis hoſpitio receptis.Hinc S.Iob de ſeipſo teſtat̃:Foris non remanſit peregrinus, domus mea via-
tori patuit.Deniq; non ſolùm inuitandi,ſed & cõpellendi ſunt quodãmodò egeni & vagi,vt ad ho-
ſpitium gratuitum ſe diuertãt:exemplo diſcipulorum, qui ei quẽ peregrinum putabant, dixerunt:
Luc. 24. Mane nobiſcum,qm̃ aduesperaſcit. & coëgerunt eum.[Cùm videris nudum, operi eum]veſte tibi
nõ neceſſaria,quẽadmodùm ſcriptum eſt Luc.3.Qui habet duas tunicas,det non habenti, quemad-
modùm Iob 31.de ſe affirmat:Si deſpexi p̃tereuntem,eô ꝙ non haberet veſtimentũ,ſi non benedi-
xerunt mihi latera eius,& de velleribus ouium mearum calefactus eſt.Vndè Chr̃s in die iudicij di-
Matt.25. cturꝰ eſt iuſtis:Hoſpes fui,& collegiſtis me:nudus,& operuiſtis me.Reprobis verò dicet oppoſito mo-
do.[& carnem]i.fratrẽ ſeu proximũ.[tuã nè deſpexeris] ꝑpter penuriam,prout Malac.2. præcipit:
Cuſtodite ſpũm veſtrum,& nolite deſpicere.Et ad Rom.14.Tu quoq; quid ſpernis fratrẽ tuum?oẽs
em̃ ſtabimus ante tribunal Chr̃i.His verbis opa miſericordiæ cõmendantur, q̃ æternam beatitudi-
Luc.11. nẽ promerent̃,iuxta illud in Pſal.40.Beatus q intelligit ſup egenum & pauperem.Et in euãgelio Lu-
cæ:Quod ſupeſt,date eleemoſynã,& eccè oĩa munda ſunt vobis.Et Tob.4.ait:Noli auertere faciem
tuã ab vllo paupere.ità em̃ fiet,vt nec à te auertat̃ facies dñi. Siquidẽ beati miſericordes, qm̃ ipſi mi-
Mala.4. ſericordiã conſequent̃.[Tunc erumpet]i.in te exurget[quaſi manè lumen tuum,] i.ſplendor gr̃æ
Dei,oriente tibi ſole iuſtitiæ Chr̃o lumine vero oĩa illuſtrante,de quo pater ait: Orief vobis timen-
tibus nomẽ meum ſol iuſtitiæ,& ſanitas in pennis eius.de qua ſanitate iam ſubdit̃:[& ſanitas tua]ab
infirmitate peccati.[citiùs orief]in te.ſicut em̃ aqua extinguit ignẽ,ità eleemoſyna culpam.Pro hac
Pſal.40. ſanitate orauit Pſalmiſta:Sana aĩam meam,quia peccaui tibi:Ieremias quoq;: Sana me dñe, & ſana-
Iere.17. bor.Vndè de hoĩe miſericorde dicit̃ pſal.40. Dñs opem ferat illi ſup lectũ doloris eius, vniuerſum
Iob 42. ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius.Nã Iob atq; Tobias etiã à corporali infirmitate curati ſunt me-
Tob.12. rito miſericordiarum ſuarum.[& anteibit faciẽ tuam iuſtitia tua.]i.viam tibi parabit perueniendi ad
Deum,eumq́; tibi in cunctis placabilẽ faciet.Nec obſtat quod Apoc.14.habetur:Opera illorum ſe-
quunt̃ illos.Sequunt̃ enim & p̃cedunt,diuerſis reſpectibus.Vel anteibit faciem tuam iuſtitia tua,ge-
nerando tibi vbiq; laudabilem famam.[& gloria dñi]i.glorioſa operatio Dei.[colliget te]à multis
& vanis,ad vnum incommutabile bonum,quod ſolum eſt neceſſarium:colliget quoq; te in conſor-
tio electorum,& beatitudo diuina recipiet te in patria beatorum.[Tunc inuocabis,& dñs exaudiet:
clamabis]feruenter orando,[& dicet]per actualem exauditionem:[Eccè adſum]per gr̃æ meę prę-
Act. 8. ſentiam,qui vbiq; ſum per eſſentiam.[Si abſtuleris de medio tuĩ catenam,]i. iniquitatis obligatio-
nem & vitiorum ligaturam, de qua Petrus in Actibus ait ad Simonẽ magum: In felle amaritudinis
& obligatione peccati video te eſſe.[& deſiêris extendere digitum,]alios deriſoriè indicando,& de
Col.4. culpa notando.[& loqui quod non prodeſt,]verba ocioſa vitando, ſicut Apoſtolus monet,Sermo
veſter in gr̃a ſemper ſit ſale conditus. [Cùm effuderis animam tuam] per piam compaſſionem ſeu
benignam ſubuentionem [eſurienti,& animam afflictam repleueris] conſolatione,flendo cum flẽ-
tibus,prout Iob 30.ſcribitur:Flebam quondàm ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima
mea pauperi. Vel verba conſolatoria impendendo: ſiquidem verbum bonum ſuper datum opti-
mum. [orietur in tenebris lux tua,]i. in aduerſis & ſeculi huius caligine,in tenebris ignorantiæ &
peccati,gratia tibi pręſtabit̃:à periculis cuſtodiêris,in omnibus proſperè ages.[& tenebrę tuę erunt
ſic

ſicut meridies.]i.aduerſa & aſpera cõuertentur tibi in proſpera, & mala in bona, peccata in virtutũ
incrementa.ſcimus nempe,qm̃ diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.[Et requiem ti- Pſal.4.
bi dabit dñs]ſemper,ità vt veraciter dicas:In pace in idipſum dormiam & requieſcam.Dabit igitur
tibi requiem indeſinenter,vt in aduerſis quoq; læteris,atq; in omni euentu ſtabilis maneas & quie-
tus in corde.Incipietq́; requies iſta in via,æternaliterq́; perſeuerabit in patria. Vndè Saluator de ſe
& patre loquens:Ad eum,inquit,veniemus,& manſionem apud eum faciemus.[& implebit ſplẽdo- Ioan.14.
ribus]cæleſtium gr̃arum ſancti ſpiritûs,ſapientiæ,ſcientiæ,intellectûs,atq; conſilij, [animam tuam,
& oſſa tua liberabit,]vel nunc à corporali languore,vel in reſurrectiõe futura de puluere terræ.Po-
teſt quoq; exponi de ſpiritualibus oſſibus aĩæ, i. virtutibus, quas Deus in homine bono liberat ab
oppoſitis vitijs,conſeruando eas in eſſe.[& eris quaſi hortus irriguus,]i.ſpiritualibꝰ diuitijs plenus,
floribus virtutum & fructibus ſpiritûs ſancti ornatus,de quibus ad Gal.5.recolitur: Fructus aũt ſpi-
ritûs eſt charitas,gaudium,pax,patientia,longanimitas,bonitas &c.Vndè Iere.31.Erit anima eorum
quaſi hortus irriguus,& gaudebunt de bonis dñi.[& ſicut fons aquarũ, *cuius non deficiunt aquæ] *cui
i.inexhauſto indeficientiq́; comparaberis fonti.Nam flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, vi- Ioan.7.
delicet opera bona,veræ doctrinæ fluenta ſeu gr̃arum chariſmata.Ideò em̃ Cant.4. ſcribitur: Hor-
tus concluſus eſt ſorõr mea ſponſa,hortus concluſus,fons ſignatus.[Et ædificabuntur in te deſerta
ſeculorum,]i.gentilitas per te conuertetur,& ſpiritualiter ædificabitur in fide & gratia,tecumq́; cõ-
ſtituet vnam in Chr̃o Eccleſiam.[fundamenta generationis & generationis.]i.ex vtroq; populo gẽ-
tili ac Hebræo, nonnullos,vel oĩm nationum quoſdam,tanq̃ aliorum credentium fundamenta ſeu
primitiuos.[ſuſcitabis]tua p̃dicatione à ſomno perfidiæ ſeu peccati ad fidem & gratiam Chr̃i.Hoc
per Apoſtolos conſtat impletum,qui primò multa millia Iudęorum, deindè innumerabilia millia Act. 2.
conuerterunt gentilium.Iudæi & quidam occidentem literam aſſequentes, de materialibus ædifi-
cijs,muris & ędibus iſta exponunt.[& vocaberis ædificator ſepium] quibus vinea dñi,i.Eccleſia cin-
gitur atq; munitur:hoc eſt,confirmabis corda fidelium nè dent locum diabolo, nè vitijs pateat in-
greſſus,nè ſp̃ualiter ſpolientur.[*auertens ſemitas in quietem,]i. viarum tortuoſitatẽ remouens,& *conuer-
dño viam diſponens:quatenùs vijs peccatorum ablatis,quies vera ſequatur.Stultum oĩnò eſſet,hęc tens
de materialibꝰ exponere ſepibus,quod eſt officium pauperum & ruſticorum: ſpiritualiter verò im-
pletum eſt in populo Iudæorum per apoſtolos Chr̃i.[Si auerteris à ſabbato]i.tranſgreſſione ſabba-
ti,non ſolùm legalis,ſed ſpiritualis,ſcilicet internæ quietis. [pedem tuum,]i. operis tui proceſſum,
videlicet auertens ſeu non acquieſcẽs [facere voluntatem tuam,]ad ſe inordinatè retortam.[in die
ſancto meo,]quo præcipuè vacandum eſt Deo,immò quotidiè: qm̃ ſemper feriãdum eſt à peccato.
Non em̃ de ſolo ſabbato determinato intelligenda ſunt hæc, nè videat̃ dari libertas peccandi alijs
ſex diebus.[& vocaberis ſabbatum delicatum, & ſanctum dñi glorioſum,]i. dignum ac notabile,
quatenùs dedigneris opera vilia atq; ſeruilia (i. peccata,qui em̃ peccat, ſeruus eſt peccati) ꝑpetrare,
quemadmodùm virgo delicata turpia & immunda tangere deteſtat̃. [& glorificaueris eum] videli-
cet Deum,[dum non facis vias tuas,]i.deſideria propria, ſed Deo humiliter ac reuerenter te ſubij- Ioan.8.
cis corde prõptiſſimo. hilarẽ em̃ datorem diligit Deus. [& non inueniet̃ voluntas tua] irrefrenata,
[vt loquaris ſermonẽ]inutilem aut malignũ ſecundùm ꝓpriæ affectionis inſtinctũ:debet tñ in oĩ 2.Cor.9.
opere bono eſſe,& gr̃ę Dei cooperari voluntas noſtra Deo ſubiecta:immò quo opꝰ ex prõptiori vo-
luntate ꝓcedit,eo ampliùs complacet Deo. Propter quod ſcriptum eſt pſal.53.Volũtariè ſacrificabo Pſal.188.
tibi.Et,Voluntaria oris mei beneplacita fac dñe. Et 1.Par.28.Tu fili mi ſerui Deo corde perfecto &
aĩo voluntario.Vndè Apoſtolus:Oẽ,inqt,quodcunq; facitis, ex aĩo facite. [Tũc delectaberis ſup Col.3.
dño,]guſtans q̃ ſuauis dñs,atq; ꝓclamans: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe. Qui em̃ ſe Pſal.30.
penitùs deſerit,& Deo p̃fectè ſe ſubijcit,diuinis conſolationibus impinguat̃,cunctiſq́; gratijs adim-
pletur.Deus quippe deſcendit in ipſum cum ineffabili liberalitate ac opulentia diuinorũ chariſma-
tum.Conſequenter in p̃ſona Dei ſubiungitur:[& ſuſtollã te]i.eleuabo te[ſup altitudines terrę]vi-
uentium,i.patriæ cæleſtis,in qua nunc p contemplationem, poſtmodùm verò per localem inhabi-
tationẽ ac beatificam viſionem moraberis.[& cibabo te hæreditate Iacob patris tui,] cuius veſtigia
ſequeris, ſpiritualisq́; filius es vitia ſupplantando,i.bonis cæleſtibus,ſancto patriarchę Iacob pro fi-
nali principaliq́; præmio repromiſſis,de quibus fertur in Pſal.26, Credo videre bona dñi in terra
viuentium.Et Apoſtolus 1.Cor.2.Oculus,ait,non vidit,nec auris audiuit,quæ Deus præparauit dili-
gentibus ſe.Certum eſt aũt,bona temporalia & terrena non eſſe ſufficiens p̃mium actuum virtuo-
ſorum,de quibus hîc agitur:nec oĩbus iuſtis Iudæis data eſt hæreditas terræ Chanaan,Iacob eiusq́;
ſemini repromiſſæ,cùm & Ezechiel & alij multi ſancti,extra eã captiui ducti atq; defuncti ſunt, nec
ſancti veteris teſtamenti temporalem retributionem finaliter optauerunt. Porrò omnia hæc fient:
[Os enim Domini locutum eſt,] cuius ſermo caſſari non poteſt.

¶ *Elucidatio cap.59.videlicet,Eccè non eſt abbreuiata manus Domini.* *Articulus* 87.

 Ec-

ECcè non eſt abbreuiata] i.minorata aut infirmata [manus] i.poteſtas [dñi,vt ſaluare nequeat.]
Rom.9. Infinita eñ & inuariabilis eſt virtus diuina:q̃ cuius vult miſeret,& quem vult indurat.vndè de
eo dicitur Luc.1.Non erit impoſſibile apud Deum oĩe verbum.[neq; aggrauata eſt auris eis,]i.mi-
ſericordia Dei non eſt indurata aut impedita. [vt non exaudiat] preces fidelium, dummodò con-
ſtanter atq; ſalubriter orent.[ſed iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & inter Deum veſtrũ:]non
inducendo localem diſtantiam,ſed impediẽdo affectuum vnionem,atq; cauſando diſſimilitudinẽ,
auerſionẽ,ac diſplicentiam quandam.[&peccata vr̃a abſconderunt faciẽ eius à vobis,nè exaudiret,]
Iere. 5. i.diuinæ pietatis reſpectum,gratioſam p̃ſentiam,celeremq́; exauditionem impediuerunt, quemad-
modùm ſcriptum eſt:Peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. Cùm eñ Deus ſublimis & be-
nedictus,ſit veritas prima & ſanctitas infinita,oĩſq́; iuſtitiæ origo fontana & initialis menſura:cer-
tum eſt,nil inter ipſum & rationalem ſeu intellectualem creaturam, ſeparationem, diuiſionem, aut
auerſionem inducere,niſi quod veritati,ſanctitati,aut æquitati repugnat,[Manus eñ veſtræ] i. affe-
Matth.27. ctiones & opera.[pollutæ ſunt ſanguine] Chr̃i,diſcipulorumq́; eius, [contra quem ô Iudæi clamâ-
ſtis:Sanguis eius ſup nos & ſup filios noſtros.De cuius diſcipulorumq́; eius morte ſuperiùs dictum
eſt cap.57.Iuſtus perit,& non eſt qui recogitet, & viri miſericordię tolluntur.Vel manus veſtrę ple-
nę ſunt ſanguine,i.peccatis atq; cruentis operibus,de quibus pſal.50.habetur:Libera me de ſangui-
nibus.[& digiti veſtri] i.vires diſcretiuæ ſeu opera minora,pleni ſunt [iniquitate,] præſertim con-
Ioan.18. tra Chr̃m &eius primitiuã Eccleſiam perpetrata.[labia veſtra locuta ſunt mẽdacium]cõtra Chr̃m,de
7.&10. quo coram Pilato dixiſtis:Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.& aliâs ſæpè: Se-
Matth. 11. ducit turbas,Dæmonium habet,Inſanit,Homo vorax,Nunquid interficiet ſemetipſum?[& lingua
Ioan.8. veſtra iniquitatem fatur.] i. blaſphemias contra Chriſtum. Vndè Oſeæ 7. ait Saluator:Præuaricati
ſunt in me,& ego redemi eos,& in me cogitauerunt malitiam.[Non eſt] ex obſtinatis perfidiſq́; Iu-
1.Cor.1. dæis,[qui inuocet iuſtitiam] veram,quia nec fidem habent in qua fundatur iuſtitia,nec Chriſtũ re-
cipiunt,qui (ſecundùm Apoſtolũ ad Corinthios) factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia,& ſan-
ctificatio,& redemptio.de quo dictum eſt pauloantè cap.56.Propè eſt iuſtitia mea vt reueleť. [Neq;
eſt qui iudicet verè] de Chriſto & eius operibus.Omnia eñ facta eius & verba interpretabantur in
Ioan.7. malum.Propter quod dixit ad eos Ioan.8.Vos ſecundùm carnem iudicatis. Et alibì: Nolite ſecun-
dùm faciem iudicare,ſed iuſtum iudicium iudicate. [ſed confidunt in nihili,] i. in futuro aduentu
Meſſiæ,quem ſcimus veniſſe.[& loquuntur vanitates,] i. multa figmẽta de bonis ſibi præſtandis in
aduentu Meſſiæ,& ſacram ſcripturam inaniſſimè mendaciterq́; exponunt.Omnes quoq; qui in ſuis
peruerſitatibus ſperant,confidunt in nihili.Quomodò aũt iſta moraliter poſſint exponi de oĩbus
impijs,omninò facilimum eſt.[Conceperunt laborem,]i.cogitationes graues & moleſta propoſita,
pœnas quoq; contra Chriſtum excogitauerunt.[& pepererunt iniquitatem:] perducendo interio-
rem affectum ad prauum affectum.[Oua aſpidum ruperunt,] i. ex proprio corde venenoſa conſilia
Mat.23. contra Chriſtum ſaluatorem hauſerunt.vndè in euangelio ſerpentes & genimina viperarum vocã-
tur.[& telas araneæ texuerunt.] i.ſubtiles adinuentiones & excogitatas obiectiones cõtra Chr̃m &
Pſal 20. eius doctrinam,iuxta illud Pſalmiſtæ:Qm̃ declinauerunt in te mala,cogitauerunt conſilia quę non
& 63. potuerunt ſtabilire.Et iterùm:Scrutati ſunt iniquitates,defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.Hoc in euã-
gelijs pleniùs recitatur. [Qui comedit de ouis eorum,] conſentiendo ipſorum venenatis conſilijs.
[morietur,] vitam gratiæ amittendo,vel gladium Romanorum incidendo.[& quod cõfotum eſt,]
i.ex malo conſilio ortum,nutritum,& actuatum,[erumpet in regulum:] i.ſerpẽtinum erit, veneno-
ſum,atq; mortiferum.[telæ eorum] prędictæ [non erunt in veſtimentum,]i.non habebunt bonum
effectum,nec veſtient aĩam virtute & gr̃a.[neq; operientur operibus ſuis:]nè nudi & vacui inueniã-
Apoc.3. tur.Opera eñ mala nõ operiunt aĩæ nuditatem, ſed diciť ei in Apocalypſi:Quò dicis,qa diues ſum,
& neſcis quia tu es miſera & miſerabilis,& paup, & cæca,& nuda? [Opera eorum, opera inutilia: &
opus iniquitatis in manibus eorum.] Fruſtrà eñ & impiè machinantur contra Chr̃m. [Pedes eorũ]
corporales ſeu deſideria,quibus graditur aĩa.[ad malum currunt,& feſtinant vt effundant ſanguinẽ
innocentem] Chr̃i & diſcipulorum ſuorum.[Cogitationes eorum,cogitationes inutiles: vaſtitas &
contritio] i. preſſura & deſtructio [in vijs] i. operibus [eorum.] Nam & ipſi opprimere & occidere
niſi ſunt Chr̃m & eius fideles.Ideoq́; opprimi & interfici meruerunt,immò anteq̃ à Romanis cape-
rentur,in maxima erant preſſura & deſolatione.[Viam pacis neſciérunt] per imitationem & appro-
Actu.13. bationem,qm̃ pacem Chr̃i abiecerũt,ſpernẽtes doctrinã ipſius & gr̃am.Vndè Paulus: Vobis opor-
tebat,inquit,primùm loq verbum Dei:ſed qm̃ repuliſtis illud, & indignos vos iudicâſtis vitæ æter-
næ,&c.Secundùm Hieronymũ,ex hoc loco ſumpſit Apoſtolus teſtimonium ad Rom.3.quod multi
*greſſibus putant ex pſal.13.ſumptum. [& non eſt iudicium] diſcretionis aut iuſtæ retributionis. [in *ſemitis
eorum.]i.in actibus Iudęorũ,quia nec verũ à falſo diſcreuerũt,& iuſtos iniuſtè p̃ſecuti ſunt.[Semitę
eorũ incuruatę ſunt] à rectitudine ęquitatis [eis]i.in malũ ipſorũ.[Oĩs q calcat in eis,]ſequẽdo eo-
rum

rum veſtigia,[ignorat pacẽ] verã,i.pacem nõ obtinebit,ſed ſimul cũ ipſis peribit. Cõſequenter po-
nitur debita pœna tã grauium peccatorum,& loquiť Iſaias in p̃ſona populi Iudęorũ, qui Chr̃m non
recepit,qbus & ipſe ait:Ego véni in noĩe patris mei, & nõ accepiſtis me. ſi alius venerit in noĩe ſuo, Ioan. 5.
illum accipietis.Cõfitens ergò propheta Iudęorũ miſeriam,& eis cõfitendi formam p̃ſcribens,ait in
p̃ſona eorum:[Propter hoc] i.,ppter p̃racta facinora [elongatum eſt à nobis iudicium] diſcretionis
& iudicium euangelicæ legis, quod annunciatum eſt gentibus. Vndè ſuperiùs Dñs loquiť: Lex à me Iſaiæ 50.
egredietur,& iudicium meum in lucẽ populorum requieſcet.[& nõ appræhendit nos] i. à nobis ap-
præhenſa nõ eſt [iuſtitia.] quam Chr̃s verbo & opere docuit:nec iuſtè viximus,qm̃ iuſtus ex fide vi-
uit.[Expectauimus lucem] i.Chr̃m,de quo dictum eſt antè:Populus qui ambulabat in tenebris, vi- Iſaiæ 9.
dit lucem magnam.Qui ait:Ego ſum lux mundi.Et alibì ad Iudęos:Dum lucem,inquit,habetis,cre- Ioan. 8.
dite in lucem,vt filij lucis ſitis. Vel lucem,i.illuminationem ac proſpera in Chriſti aduentu. [& eccè & 12.
tenebræ] aduerſitatis & excæcationis irruerunt in nos. Deindè idem alijs verbis reſumit. [ſplendo-
rem] i.Chriſtum eiuſq́; gratiam.ipſe eſt eñ ſplendor glorię.[& in tenebris ambulauimus,] i.in cor-
dis cæcitate conuerſati ſumus.Simile eſt illud Ierem.8.Expectauimus pacem, & non venit: & tem-
pus curationis,& eccè turbatio.[Palpauimus] ſacras ſcripturas,& iter pergendi ad Deum. [ſicut cæ-
ci] palpant [parietem.] quemadmodùm eñ cæci cum incertitudine ad parietem manum proten-
dunt,ſic nos ſacras ſcripturas & vias virtutum ſecundùm propriã æſtimationem, nõ ſecundùm ſan-
cti ſpiritûs illuminationem,tractauimus.Verba ſunt Iudęorum. ideò ſubditur: [Et quaſi abſq; ocu-
lis] intellectualibus diuinitùs illuſtratis,[attrectauimus.] Vndè Chriſtus admonuit eos ad diligen-
tiorem ſcripturarũ inueſtigationem,dicendo:Scrutamini ſcripturas,quia illę ſunt q̃ teſtimoniũ per- Ioan. 5.
hibent de me.[Impegimus] ad lapidem offenſionis,reſiſtentes Chriſto in [meridie,] i. tẽpore p̃di-
cationis & cõuerſationis ſuę in mundo,quod maximè appellatur meridies,,ppter ſplendorẽ doctri-
næ,ſanctimoniã vitæ,& claritatem miraculorũ Chriſti.Propter quod ait: Quãdiù ſum in mũdo, lux Ioan. 9.
ſum mũdi. Venit nox quãdò nemo poteſt operari.[Quaſi in tenebris] ignorãtiæ.Impegimus quoq;
[in caliginoſis] i.in tenebris iam p̃dictis,[quaſi mortui:] immò verè ſpiritualiter mortui. Ideò enim Ioan. 16.
Chr̃s ait ad eos: Vado ad cũ qui me miſit,& in peccato veſtro moriemini.Toto eñ tempore gr̃ę,ra- & 8.
diante vbiq; Euangelio Chr̃i,Iudęi perſeuerant in tenebris ſuæ perfidię.[Rugiemus] præ cordis do-
lore [quaſi vrſi oẽs,& quaſi columbæ meditantes gememus.] Hoc maximè fuit impletũ in obſidio-
ne eorum ab exercitu Romanorũ,& quotidiè iſta in eis complentur, dum grauiter opprimuntur ab
his,inter quos habitant.[Expectauimus iudicium] nobis à Deo affuturũ cõtra aduerſarios noſtros,
[& non eſt:] nec fit nobis tale iudicium, eô q̃ Chriſtum abiecerimus.expectauimus & [ſalutem,] i.
liberationem à tantis miſerijs,ſeu gratiam Saluatoris. [& elongata eſt à nobis,] qm̃ omnem pœnam
meruimus,& vſq; in finẽ p̃ſeuerabit deſolatio noſtra. [Multiplicatę ſunt eñ iniquitates noſtræ co-
ram te:] quia ſuper peccata noſtra addidimus blaſphemiam contra Chr̃m, & impletur in nobis il-
lud Pſal.68. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum,& non intrent in iuſtitiam tuam.[& pec
cata noſtra reſponderunt nobis] reſponſione nõ vocali, ſed reali & punitiua, quia cauſa fuerunt q̃
reddita ſunt nobis mala pœnæ pro malis culpæ, & impediuerunt nos à bono optato. Vndè LXX.
tranſtulerunt,Peccata noſtra reſtiterunt nobis.Iere. quoq; 14. vbì noſtra tranſlatio continet,Si ini-
quitates noſtræ reſponderint nobis: alia habet tranſlatio, Si iniquitates noſtræ contenderint con-
tra nos.[qa ſcelera noſtra nobiſcum]ſunt per firmam adhæſionẽ,qua cordibus noſtris inhęrent.[&
iniquitates noſtras cognouimus] per approbationem,delectando in vitijs,& ex propoſito ac habi-
tu malo peccantes.Vel cognouimus eas eſſe verè peccata,quas olim putauimus eſſe iuſtitias.Iniqui-
tates aũt noſtrę fuerunt, [peccare & mentiri contra Dñm] Saluatorem, [& auerſi ſumus nè iremus
poſt tergum Dei noſtri,] ſequendo veſtigia eius,atq; doctrinam eius ſeruãdo. de talibus ſcriptũ eſt
Sopho.1.Diſperdam eos qui auertuntur de poſt tergum Dñi, & qui Dñm non exquiſiẽrũt.Et Iere.2.
Verterunt ad me dorſum,& non faciem. [vt loqueremur calumniam & tranſgreſſionem.] i. verba
murmuratoria atq; illicita contra Chriſtum & eius Eccleſiam.[Concepimus & locuti ſumus de cor-
de] noſtro [verba mendacij,] peccantes ex certa malitia,ſimiles ei de quo ait Pſal.35. Dixit iniuſtus
vt delinquat in ſemetipſo. [& conuerſum eſt retrorſum iudicium] i. à nobis elongatum eſt, & ſicut
iam patuit, [& iuſtitia longè ſtetit] ſeparata à nobis. vel conuerſum eſt retrorſum, i. peruerſum in
Chriſto,quem præſes iniuſtè damnauit:& iuſtitia longè ſtetit tunc à præſide atq; Iudæis. [quia cor- Matth. 27.
ruit in platea,] i.in lata via huius ſeculi vel vicis Hieruſalem. [veritas] doctrinæ Chriſti, & cõfeſſio
eius vera.Principes nanq; ſacerdotũ,phariſæi & ſcribæ, induxerunt populũ ad Chriſti negationẽ,&
mortis ſuæ conſenſum.[& æquitas nõ potuit ingredi] corda Iudęorũ, qbus in Euangelio ait Salua- Ioan. 8.
tor:Sermo meus nõ capit in vobis.[*qm̃ facta eſt veritas in obliuionẽ,] i. Iudæi obliuioni dederunt *Et facta
doctrinam quam audiérunt à Chriſto. Ipſe etiam Chriſtus qui ait, Ego ſum via, veritas & vita, tra- Ioan. 14.
ditus fuit obliuioni, iuxta illud: Obliuioni datus ſum tanquàm mortuus à corde. [& qui receſſit Pſal. 30.

à malo] ꝑfidiæ,ceſſans in Chr̃m peccare, atq; ad Deum ſe toto corde cõuertens. [ꝑdæ patuit.] i. ab
infidelibus Iudæis ꝑdatus eſt. Tales em̃ extra ſynagogã ꝓiecerunt, vt patet Ioan.9. de cæco nato, à
Chr̃o illuminato,& à Iudęis eiecto.Poſt paſſionem verò ſpoliauerunt credentes in Chr̃m, qbus ad
Hebr. 10. Hebr.ſcribit Apoſtolus:Rapinam bonorũ veſtrorum cũ gaudio ſuſcepiſtis.Conſequenter Iſaias in
ꝓpria perſona adiecit:[Et vidit Dñs] tanta mala.[& malũ apparuit in oculis eius,]i.iniuſtũ cenſuit &
ſibi diſplicuit.[quia nõ eſt iudicium] iuſtum in populo Iudęorũ, ſed Chr̃i diſcipulos iniuſtè dãnauit.
* Deus qa uit.[& vidit *quia nõ eſt vir,]i.aliquis viriliter ſe opponens malitiæ Iudęorũ, defendendo primitiuam Eccleſiã.[& aporiatus] i.cõtriſtatus [eſt, quia nõ eſt qui occurrat,]i. ſe murum opponat ad mitigandũ iram Dei,vel ad ꝓtegendam Eccleſiã eius. Vndè per Ezech.22. ait: Quæſiui virũ qui inter-
Pſal. 52. poneret ſepem,&ſtaret oppoſitus cõtra me pro terra,nè diſperderẽ eam,& nõ inueni.Oẽs em̃ declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt. & à planta pedis vſq; ad verticẽ capitis, nõ fuit in populo iſto ſa-
Iſaiæ 1. nitas.[Et ſaluauit ſibi brachiũ ſuum,]i.Deus ꝓpria virtute liberauit ſuos fideles ad gloriã ſuã.[& iuſtitia eius] ſ.Dei [ipſa cõfirmauit eum.]i.populũ ſuum.Deindè de infideliũ pœna adiectũ eſt.[Indutus eſt] Deus [iuſtitia vt lorica,& galea ſalutis,] i.virtus ſaluatiua [in capite eius.indutus eſt veſtimẽtis vltionis,& opertus eſt quaſi pallio zeli,] i. iuſtæ indignationis. [ſicut ad vindictam,]vt vleiſcatur maleficia Iudęorũ.[quaſi ad retributionẽ indignationis,] i.pœnæ ex diuina iuſtitia ꝓcedentis.[hoſtibus ſuis,& viciſſitudinẽ inimicis ſuis]i.Iudęis obſtinatis & Chr̃o rebellibus, quos per manũ Romanorum horribiliter deuaſtauit.Loquitur aũt ꝓpheta metaphoricè de Deo, quaſi de rege armato, cõtra æmulos ad pugnã properãte.Deniq; ex hoc loco ſumptũ videt̃,quod Apoſtolus de ſpirituali-
Ephe.6. bus armis cõmemorat,ad quorum aſſumptionem nos ꝓuocat,dicens:Accipite armaturam fidei &c.
[Inſulis] i.Hieruſalem cæteriſq; vrbibus eius, q̃ inter maria ſituant̃,atq; per modũ inſularum multis ꝑſecutionum fluctibus ictibuſq; tundunt̃.[vicẽ] i.debitam pœnã pro malis, Chr̃o & eius plebi illatis.[reddet.Et timebunt qui ab occidente,nomẽ Dñi:& qui ab ortu ſolis,gloriã eius,] i.occidentales ac orientales nationes ad fidẽ conuerſæ,timebunt nomẽ ac maieſtatẽ Saluatoris,cùm viderint com-
Lucæ 19. minationẽ eius impletã in populo Iudęorum, qbus ante paſſionẽ dixit: Venient dies in te,& nõ relinquent in te lapidẽ ſuper lapidẽ.[cùm venerit quaſi fluuius violentus] i. exercitus Romanorũ contra Iudęam.[quẽ ſpiritus Dñi cogit.] Hoc referri poteſt vel ad fluuiũ violenter currentẽ,quem ſpiri-
Pſal. 147. tus,i.flatus ſeu imperium Dei cõpellit ſic currere,iuxta illud Pſal.Flabit ſpiritus eius, & fluent aquę. Vel ad exercitum Romanorũ,qui Deo inſpirante Iudęam ingreſſus eſt. [& venerit Sion] i. Eccleſię. [redemptor] videlicet Chr̃s,[& eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob,dicit Dñs.] i. in populo qui ex Iudaiſmo ad veritatẽ fidei Chriſtianæ conuertit̃,vtpotè electis reliquijs Iudęorũ:per quod inſinuat̃, non totum populum Iudęorum,ſed ſolùm quoſdã ex multis, conuertendos fuiſſe.Poteſt quoq; exponi de aduentu Chr̃i ſpirituali, quo aduenit liberando Eccleſiã à ꝑſecutionibus Iudęorũ, quos per Romanos deiecit tempore Titi,vel de aduẽtu ſpirituali quo tempore Heliæ & Enoch veniet ad recipiendũ gratioſè ac piè Iudæos,ad fidẽ venientes, detecta ꝑfidia Antichriſti. Et iuxta hunc ſenſum allegat Apoſtolus hanc ſcripturã ad Roman.6.ſecundùm tranſlationẽ Septuaginta,q̃ talis eſt:Veniet ex Sion qui liberet,& conuertat iniquitates ab Iacob. Nõ eſt em̃ inconueniens, ſenſum literalem eiuſdẽ ſcripturæ eſſe multiplicem, ſecundùm Auguſtinũ. [Hoc fœdus] i. pactum ſeu teſtamentum [meum cum eis,dicit Dñs.] i.in Chriſtum credentibus.Quod aũt ſit fœdus iſtud,adiungit: [Spiritus meus qui eſt in te,] i. gratia ſpiritûs ſancti quæ eſt in te. [& verba mea] prophetica ſiue euangelica [quæ poſui in ore tuo,] vt ea pronuncies alijs.[non recedent de ore tuo,& de ore ſeminis tui,]i.ſpiritualium filiorum tuorum,[dicit Dñs,amodò & vſq; in ſempiternum.]Quidam aſſerunt iſta dici ad Iſaiam,quidam ad Chriſtum,quidam verò ad primitiuam Eccleſiam, quæ in die ſancto Pentecoſtes ſpiritumſanctum recepit,eumq́; per ſucceſſionem fidelium vſq; in finem ſeculi retinebit, donec ad patriam beatorum perueniat.

¶*Tropologicè.*

¶Deniq; iuxta tropologicum intellectum, docemur ex principio huius capituli quo dicitur, Eccè non eſt abbreuiata manus Domini,&c. omnia mala noſtra nobiſmetipſis adſcribere,&quòd non exaudimur à Deo,nec deſideratam gratiæ perfectionem adipiſcimur,noſtris peccatis attribuere.Deus em̃ cùm ſit ſol ſpiritualis,infinita claritate reſplendens,oẽm mentem creatam ſuæ lucis capacem, ſeu à vitijs liberam,intelligibili luce atq; interna claritate perfundit.Vndè ſi exaudiri,ſi illuminari,ſi diuino amore ſuccendi,atq; à Deo inhabitari optamus: hoc ſolùm oportet,vt obicem amoueamus, vitia declinando,& quicquid conſcientia arguit, fugiendo. Oua aſpidum ruperunt. Hoc iuxta ſenſum præinductum faciunt omnes inuidi,pungitiui,amari,crudeles, peſtiferi: quibus conuenit illud
Deut.32. Deuteronomij: Vua eorum vua fellis,& botri amariſſimi;Fel draconum vinum eorum,& venenum aſpidum inſanabile.Et telas araneæ texuerunt. Hoc faciunt curioſi hæretici, argumentoſi ſophiſtæ, & multi inaniſſimi logici,de quibus dictum eſt ſuprà ſecundùm ſenſum moralem, Confundentur
Iſaiæ 19. plectentes & texentes ſubtilia. Propter hoc elongatum eſt à nobis iudicium, de quo dicit Apoſtolus

lus ad Rom.14.Hoc iudicate potiùs,nè ponatis fratribus offendiculum. Et alibì:Si noſipſos dijudi-
caremus,nõ vtiq; iudicaremur.Expectauimus lucẽ,de qua quotidiè dicimus:Emitte lucem tuã & ve- 1.Cor. 11. Pſal.42.
ritatem tuã.de qua ſcriptum eſt Eccl̃ 36.Oſtende nobis lucem miſerationum tuarũ. Hanc expectamus,dum tempore aduerſitatis & afflictionis ad Deum confugimus.Et eccè tenebræ. Hoc dicimus cùm Deus miſericordiam ſuam differt,& conſolationem ſuſpendit à nobis,permittens nos tribulari & exerceri aduerſis,vt in ꝑſenti probemur,purgemur,atq; ad gratiam ampliorem aptemur. Vndè
S.Iob iſta expertus,ait:Clamo ad te,& nõ exaudis me:ſto,& nõ reſpicis me: mutatus es mihi in cru- Iob 30.
delem,& in duritia manûs tuæ aduerſaris mihi. Veruntñ in huiuſcemodi caſu nõ debemus impatientes,deſperantes,aut puſillanimes effici: ſed inſtanter orare,indeſinenter ingemiſcere,atq; cũ ſan-
cto Iob dicere:Etiamſi occiderit me,in ipſo ſperabo: cõſiderantes falſificari nõ poſſe quod Dñs re- Iob 13.
promittit Pſal.90.Clamauit ad me,& ego exaudiã eum: cum ipſo ſum in tribulatione: eripiã eum,& glorificabo eum.Beatus aũt eſt,in quo paſſiones nequaq̃ rationem obtenebrãt,nec eius cenſurã impediunt.Rugiemus quaſi vrſi oẽs. Vtinàm taliter rugiamus præ dolore & cõſideratione peccatorũ noſtrorum,& multorũ periculorũ,qbus noſipſi totuſq; mundus expoſitus eſt,quatenùs dicamus cũ
veraciter pœnitente:Afflictus ſum & humiliatus ſum nimìs, rugiebam à gemitu cordis mei. Et cum Pſal. 37.
B.Iob:Anteq̃ comedam ſuſpiro,& quaſi inundantes aquæ ſic rugitus meus.Vndè Micheas ꝓpheta: Iob 3.
Faciam,inq̃t,planctum velut draconũ,& luctum quaſi ſtruthionũ.Et quaſi columbę meditantes ge- Mich. 1. Iſaiæ 38.
memus in hac valle lachrymarũ,dicentes cũ pijſſimo Ezechia,Meditabor vt colũba. & cũ Pſal.Dñe, Pſal. 37.
ante te oẽ deſiderium meũ,& gemitus meus à te nõ eſt abſconditus. Et meritò gemere nos egeni exuleſq; debemus,cùm dicat Apoſtolus Rom.8.Noſipſi q primitias ſpiritûs accepimus, & ipſi intra nos gemimus.Porrò beati qui lugẽt,qm̃ ipſi conſolabunt̃.Multiplicatę ſunt iniquitates noſtræ corã te &c.Oĩa iſta dicere poteſt humiliter pœnitẽs,dicens cũ Manaſſe rege: Peccaui ſup numerũ arenæ maris,& nõ eſt reſpiratio mihi.Et 1.Eſd.9.Deus meus,cõfundor leuare faciem meã ad te,qm̃ iniquitates noſtrę multiplicatæ ſunt,& peccata noſtra creuerunt vſq; ad cælum, Et auerſi ſumus nè iremus poſt tergum Dei noſtri,dicentis Ioan.12.Qui ſequit̃ me,non ambulat in tenebris. Vndè Iere.2. Verterunt,inq̃t,ad me dorſum,& non faciẽ. Zach. quoq; 7. ait: Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulã recedentes,& aures ſuas aggrauauerunt, & cor ſuum poſuerunt vt adamantem, nè audirent
legem.Quocontrà ſcriptum eſt:Mihi aũt adhærere Deo,bonũ eſt.Et Cant.1. Trahe me poſt te. Spi- Pſal.72.
ritus meus qui eſt in te,& verba mea q̃ poſui in ore tuo,nõ recedent à te. Hoc ipſum Moſes admonet Deuter.4.Cuſtodi temetipſum & aĩam tuã ſolicitè, nè obliuiſcaris verborum Dñi, & nè excidãt de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Et Deut.6. Erunt verba Dñi in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis,& meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atq; conſurgens, & li-
gabis ea quaſi ſignum in manu tua,eruntq́; & mouebuntur inter oculos tuos. Vndè in Pſalmo ſcri- Pſal. 1.
ptum eſt de viro iuſto:In lege Domini voluntas eius,& in lege eius meditabitur die ac nocte.

¶*Declaratio cap. 60. Surge, illuminare Hieruſalem.* *Articulus* 88.

CArnales ac literales Iudęi, corporaliũ voluptatũ tẽporaliſq; regni auidiſſimi amatores,de qb9
Paulus locutus eſt, Videte Iſrael ſecundùm carnẽ:& Ioannes, Dicũt ſe Iudęos eſſe,& nõ ſunt, 1.Cor. 9. Apoc. 2.
ſed ſunt ſynagoga ſatanæ:oĩa q̃ hìc dicunt̃,de terrena illa Hieruſalẽ interpretant̃,dicentes hæc oĩa corporaliter literaliterq́; implenda in aduentu Meſſię,quẽ ꝑſtolant̃,quẽ dicunt tẽporaliter regnaturum,totiuſq; mundi regna ſubiecturũ Iudęis,oẽs quoq; diuitias mundi ad Hieruſalẽ deducendas, & ità cõmuniter exponunt q̃ ſequunt̃.Quàm aũt vana,friuola,atq; carnalia ſint hæc Iudęorũ figmẽ-
ta,oĩ deuoto innoteſcere poteſt.Nequaq̃ em̃ in hac vita dat̃ hoĩbus retributio vltimata, ſed totum Iſaiæ 53.
tempus vitæ ꝑſentis, eſt tempus pœnitentiæ: eſtq́; vita hæc,via & peregrinatio tendens ad patriam regni cæleſtis.Non ergò beatitudo ſiue ꝑfectio hoĩm eſt,in hac vita carnalibus voluptatibus frui,diuitias poſſidere,temporaliter dñari:ſed carnẽ affligere,diuitias ſpernere,humiliari in toto affectu,ad verã ac ſpiritualem beatitudinẽ feſtinare,q̃ in Dei beatitudine cõſiſtit,nõ in cibis,potib9,pulchriſq; vxoribus,& cæteris corporalibus bonis. Deniq; ꝙ affirmãt Chr̃m in primo ſuo aduentu debere tẽporaliter regnare,diuitijs abundare,materiali gladio pugnare, ſuoſq; fideles in hoc mundo temporalibus atq; carnalibus bonis ac dominijs ſublimare: fundamentis ſacræ ſcripturæ,& dictis prophetarum,oĩ quoq; rationi repugnat.Chr̃s em̃ ad hoc venit in mundum, vt peccata mundi tollat, ſatisfaciendo pro eis, & vt hoĩbus viã oſtendat ꝑueniendi ad felicitatẽ cæleſtẽ ac ſempiternã. Oportuit igitur vt primus eius aduentus eſſet in humilitate,paupertate,abiectione potentię,atq; in quadã occultatione.Si em̃ totius mundi appareret monarcha & Chr̃s eſſe ſciret̃, quis crucifigere illũ, quis perſequi,quis trucidare ꝑſumeret? ꝑſertim cùm veriſſimè dicat Apoſtolus Paulus: Si cognouiſſent,
nunq̃ Dñm glorię crucifixiſſent.Nec dici poteſt,ꝙ Chr̃s iubebat ſe occidi.Sic em̃ occiſores eius nõ 1.Cor. 2.
peccarent ipſum occidendo.Prophetæ aũt loquunt̃ de occiſione Chr̃i quaſi de grauiſſimo ſcelere, quẽadmodùm Daniel.9. aptiſſimè dicit̃. Cùm em̃ dixiſſet ꝓpheta, vel potiùs angelus Gabriel: Poſt
he-

hebdomadas ſexagintaduas occidet̃ Chr̃s, ſtatìm adiecit: Nõ erit eius populus qui eũ negaturus eſt.
Vndè cõſtat Chr̃m ſic fuiſſe occidendum, ꝙ ab aliquibus negaret̃ eſſe Chr̃s: & nè quis putaret hos
nõ eſſe populũ Iudęorum, mox addidit: Ciuitatẽ & ſanctuariũ diſſipabit populus cum duce vẽturo.
Dani. 9. Ex quo liquet, Hieruſalẽ ciuitatẽ & templum diſſipata ſeu diſſipãda, ꝓpter eos qui Chr̃m negarẽt,
quod de gentibus accipi nõ poteſt, q̃a Hieruſalẽ hæreditas extitit Iudęorũ, non gentilium. De hoc
quoq; in iſto Iſaiæ volumine multa introducta ſunt teſtimonia. Prætereà ſancti ꝓphetæ primũ Chr̃i
aduentum in paupertate & abiectione deſcribunt, nõ in principatu & euidentia. Hinc em̃ Ieremias
admiratiuè ad Chr̃m ait cap. 14. Quarè quaſi colonus venturus es in terra, & quaſi viator declinans
ad manẽdum? Quarè vẽturus es velut vir vagus, & fortis qui nõ poteſt ſaluare? Cui om̃imodè cõſo-
Matth. 8. nat quod de ſeipſo Chr̃s in Euangelio ꝓteſtatur: Filius hoĩs nõ habet vbi caput ſuum reclinet. Hinc
inſupèr ſcriptũ eſt Zach. 9. Iubila filia Hieruſalẽ, eccè rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe paup
& aſſcendens ſup aſinã & ſup pullum aſinæ. De hoc Pſal. 21. copioſiſſimè loquit̃, in quo Chr̃s homo
aſſerit: Ego ſum vermis, & nõ homo. Et, Oẽs videntes me, deriſerunt me. &, Foderũt manus meas &
pedes meos. Spiritualiter igit̃ exponendum eſt p̃ſens cap. de Eccleſia militante, aut triumphante, p̃-
ſertim cùm in hoc ipſo capitulo dicat̃ ad Hieruſalẽ, de qua nunc ſermo: Nõ erit tibi ſol ampliùs ad lu-
cendum per diẽ, nec ſplendor lunæ illuminabit te. & alia multa dicunt̃ in iſto capitulo, q̃ ad literam
exponi nõ poſſunt de terrena Hieruſalẽ. Cur aũt Eccleſia appellat̃ Hieruſalẽ, dictum eſt ſæpè. In Hie-
ruſalẽ em̃ exordium ſumpſit, & in viſione ſeu cõtemplatione pacis Chr̃i requieſcit. Ait ergò ad eam
beatiſſim⁹ Iſaias: [Surge] à ſeculari cõuerſatione, ab inordinato mœrore, à torpore ignauię, [illumi-
nare,] gratiã Dei recipiẽdo. [Hieruſalẽ,] i. Eccleſia. [quia venit] per incarnationẽ [lumẽ tuũ] i. Chr̃s
lux vera, illuminans oẽm hoĩem venientẽ in hunc mundum. [& gloria Dñi] i. p̃clara operatio Dei, vi-
delicet doctrina, cõuerſatio, miracula & gratia Chr̃i. [ſup te orta eſt.] de qua ſcriptum eſt Ioan. 1. Vi-
dimus gloriã eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre. [Quia eccè tenebræ] ignorantiæ & peccati [operiẽt
terrã,] i. hoĩes terrenos ac gentiles nõ credentes. [& caligo] i. cæcitas mentis operiet [populos] Iu-
Iſaiæ 42. dęorum, de q̃bus dictum eſt antè: Quis cæcus, niſi ad quẽ nuncios meos miſi? Et Ioan. 3. ait Dñs: Lux
venit in mundum, & dilexerunt hoĩes tenebras magis q̃ lucẽ. Extra Eccleſiã itaq; Chr̃i non eſt lux,
ſed tenebræ & caligo. [Sup te aũt orietur Dñs,] i. tibi apparebit, teq; ſapientiæ radijs illuſtrabit, im-
mò in corde tuo naſcet̃ ſol iuſtitię Dñs noſter, de quo dictum eſt Zach. 6. Eccè vir oriens nomẽ eius.
[& gloria eius in te videbit̃,] de qua nunc dictum eſt: Gloria Dñi ſup te orta eſt. Vel gloria, i. maieſtas
ac magnificentia eius, in te, i. à te videbit̃, quẽadmodùm Paulus teſtat̃ 2. Corint. 3. Nos aũt reuelata fa-
cie gloriam Dñi ſpeculantes. ſed & ipſe Chr̃s in ꝓpria perſonã in te viſus eſt, ꝓut dicit̃ Baruch 3. Poſt
Iſaiæ 52. hæc in terris viſus eſt, & cum hoĩbus cõuerſatus eſt. Vndè dictũ eſt ſuprà: Simul laudabũt, q̃a oculo
ad oculum videbunt, cùm cõuerterit Dñs Sion. Hinc Hieruſalẽ dicit̃ Mich. 4. Hieruſalẽ, quarè mœ-
*compre- hendit rore cõſumeris? Nunquìd rex nõ erit tibi, aut cõſiliarius tuus perijt, quia *innouauit te dolor? ſalua-
bo te, & liberabo te, noli timere. [Et ambulabunt gentes] ad fidẽ cõuerſæ, de q̃bus dictum eſt antè,
Iſaiæ 55. & 9. Eccè gentem quã neſciebas, vocabis. Et iterùm, Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt
eis. [in lumine tuo,] i. in Chr̃o eiuſq; doctrina. [& reges] i. principes huius ſeculi, ambulabunt [in
Iſaiæ 9. ſplendore] i. in claritate & gr̃a [ortûs tui.] i. Chr̃i, q natus eſt tibi, ſicut p̃dictũ eſt, Puer natus eſt no-
bis, & filius datus eſt nobis. [Leua in circuitu oculos tuos] interiores & exteriores ô primitiua Eccle-
ſia. [& vide] quod ſubdit̃: [Oẽs iſti] videlicet ex Iudaiſmo cõuerſi, & ex gentibus credentes effecti.
[congregati ſunt] per fidem & charitatem in Eccleſiaſtica vnitate, de q̃bus ait Saluator Ioan. 17. Pa-
ter, non pro his (ſcilicet apoſtolis) rogo tantùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum
in me, vt oẽs ſint vnum, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt ſint cõſummati in vnum. [Venerunt tibi]
per cordis acceſſum, tanq̃ parati ad obediendum tibi, & vt incorporentur tibi in Chr̃o, de quibus
ipſe locutus eſt Zach. 2. Lauda & lætare filia Sion, quia eccè ego venio, & inhabitabo in medio tuî,
& applicabuntur gentes multæ ad Dñm in die illa, & erunt mihi in populum. [filij tui] ſpirituales
[de longè venient,] ſcilicet à quatuor plagis terræ, iuxta quod dictũ eſt Iſaiæ 49. Eccè iſti de longè
venient, & eccè illi ab aquilone & mari, & iſti de terra auſtrali. de quibus Chr̃s Matth. 8. Multi, in-
quit, ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cęlorũ.
Ephe. 2. Vel de longè, i. à regione diſſimilitudinis ſeu peccato, ſicut Apoſtolus ſcribit Epheſijs: Vos q eratis
longè, nunc facti eſtis ꝓpè per ſanguinẽ eius. [& filiæ tuæ] in Chr̃o renatę ex aqua & ſpirituſancto.
[de latere,] i. de ꝓpinquò [ſurgẽt] ad fidẽ, vt ſtent in Chr̃o, q iacebant in vitijs. quo dat̃ intelligi, ꝙ
vtriuſq; ſexûs hoĩes conuerterent̃ ad Chr̃m de longinquis ꝓpinquiſq; partibus. Alij textus habent,
Filiæ tuæ lac ſugent, vel de latere ſugent, quod redit in idem, intelligendumq; eſt de lacte de quo
1. Pet. 2. ſcriptum eſt: Quaſi modò geniti infantes, rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite. Eſt igitur ſen-
ſus, ꝙ conſolatione ſpiritûs ſancti, ſeu gratia innocentiæ, vel doctrina apoſtolorum eſſent fouendi.
Si aũt per filias intelligamus imperfectos ac imbecilles, tunc dicuntur lac ſugere, quoniam ſolidum
ci-

cibum capere nequeũt. Propter quod audiũt ab Apoſtolo: Quaſi paruulis in Chr̃o lac vobis potũ de- 1. Cor. 3.
di, non eſcã. nõdùm em̃ poteratis, ſed nec nunc q̃dem poteſtis. adhuc em̃ carnales eſtis. Huicq; ſen-
ſui cõſonat trãſlatio Septuaginta, q̃ talis eſt: Filiæ tuæ in humeris portabunt̃, i. ſcapulis apoſtolorũ ad
ouile Dñicum, tanq̃ per ſe ꝓgredi nõ valentes. [Tunc videbis] gentiũ cõuerſionẽ. Vndè Saluator in
Euãgelio Matth. 16. ad diſcipulos loquẽs: Sunt, inq̃t, aliqui de hîc ſtantibus, q non guſtabunt mortẽ,
donec videant regnũ Dei, i. incrementũ ac roborationẽ Eccleſiæ. [& afflues] ſpiritualibus diuitijs,
atq; ingenti lætitia mentis. [& mirabit̃] de ſubita populorũ cõuerſione, tuaq; ſublimatione, [& dila-
tabitur cor tuũ] charitate ipſum lætificante, dilatante & aperiente, ità vt capax ſis gratiarũ cæleſtiũ,
inhabitationiſq; Chr̃i. Hinc em̃ ad Corinth. Apoſtolus loquit̃: Os noſtrum patet ad vos ô Corin- 2. Cor. 6.
thij, cor noſtrum dilatatum eſt. [quandò conuerſa fuerit ad te multitudo maris,] i. habitantes in in-
ſulis, lociſq; marinis, de q̃bus p̃dictum eſt: Ponent Dño gloriam, & laudẽ eius in inſulis nunciabunt̃. Iſaiæ 42.
[Fortitudo gentium] i. poteſtas ſeu brachium ſeculare, vel Romanũ imperium, ſeu reliqui non ha-
bitantes in inſulis. [venerit tibi] per fidei atq; baptiſmatis ſuſceptionẽ. Ineffabiliter gaudebat ſancta
Eccleſia, quandò videbat multos quotidiè regenerari in Chr̃o & aſſcribi in cælo. [Inundatio] i. co-
pioſa multudo [camelorũ] i. hoĩm qui ꝓpter onera vitiorum q̃ portabant, aſſimilant̃ camelis. [ope-
riet te,] q̃m multi talium ad fidem cõuerſi ſunt. [dromedarij Madian & Epha,] i. habitatores regio-
num iſtarũ, q̃ ſitæ ſunt trans Arabiã, operient atq; implebunt te, ô Eccleſia, ciuitas Dei ſummi. Hæ
quippe regiones, fertiles ſunt camelorum: ꝓpter quod habitantes in eis, dromedarij appellant̃, pro-
pter beſtialẽ ꝓprietatẽ ſeu cõuerſationẽ, & q̃m veloces erant ad currendũ in malũ. Loquit̃ aũt Iſaias
in iſto cap. ſicut in p̃cedenti metaphoricè, & per adductionẽ ſeu cõgregationẽ iumentorũ, deſignat
vnionem & cohabitationẽ gentium diuerſarum in domo Dei, q̃ eſt Eccleſia Chr̃i. Iuxta quẽ ſenſum
dixit ſuperiùs: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, vitulus & leo & ouis ſimul Iſaiæ 11.
morabunt̃, vitulus & vrſus paſcent̃ ſimul, &c. Certum eſt equidẽ, Iſaiam ꝓphetam in toto libro iſto
vbertìm, immò ſæpiſſimè, metaphoricè loqui, cuius rationẽ aſſignat glorioſiſſim⁹ theologorũ prin-
ceps, & ardẽtiſſimus Dei amator diuinus Dionyſius 1. cap. angelicæ Hierarchiæ, videlicet vt veritas
occultet̃ indignis, & vt ſtudioſis p̃beatur occaſio bonæ exercitationis. Quidã noſtrorum ſuperficia-
liter loquens, dicit iſta literaliter cõpleta per Conſtantinum imperatorẽ, & alios principes religio-
ſos, qui ſup camelos ac dromedarios miſerunt dona q̃ plurima ad ſuſtentationẽ miniſtrorũ ac pau-
perum Chr̃i, ad Eccleſiarũ quoq; ædificationẽ & adornationẽ. [Om̃es de Saba venient, aurũ & thus
deferentes, & laudẽ Dño annunciantes.] Hoc dicunt expoſitores, q̃dam literaliter impletum in tri-
bus Magis ſeu regibus, q̃a vt ſcribit̃ Matth. 2. venerunt ab oriente, & Chr̃o aurũ, thus, myrrhãq; ob-
tulerunt. Saba aũt, ꝓuincia magna eſt aromatibus plena, de qua fuit regina Saba, q̃ venit audire ſapi-
entiam Salomonis. Om̃es itaq; habitatores Saba, i. q̃dam ex om̃i genere eorũ, vt ſit diſtributio pro
generibus ſingulorum, venerunt ad Eccleſiã per conuerſionẽ ſuam ad fidẽ catholicã, aurum charita-
tis, & thus bonæ operationis, ſeu virtutum odorẽ deferentes ad Dñm, qui p Moſen iuſſit: Nõ appare- Exod. 23. & 34.
bis in cõſpectu meo vacuus. Vndè in Pſal. 71. cantat̃: Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges
Arabum & Saba dona adducent. [Om̃e pecus Cedar congregabit̃ tibi, arietes Nabaioth miniſtra- Gene. 25.
bunt tibi.] Sicut in Geneſi legit̃, Nabaioth primogenitus fuit Iſmaelis, poſt quẽ natus eſt Cedar fra-
ter Nabaioth. Interdùm quoq; Cedar accipit̃ pro regione Saracenorum, q Iſmaelitæ vocant̃. Cedar
aũt atq; Nabaioth in tabernaculis habitabãt, pecorum paſcuis intendentes. Per pecora igitur Cedar
& arietes Nabaioth, deſignant̃ minores atq; maiores, deſcendentes de ſemine filiorum Iſmaelis, qui
etiam pecora arieteſq; dicunt̃ ꝓpter vitam ſylueſtrem ac beſtialem, quã, anteq̃ conuerterent̃, duxe-
runt. Hi itaq; cõgregati ſunt Eccleſiæ Chr̃i, quia ad p̃dicationẽ apoſtolorum ac diſcipulorũ credide-
runt in Saluatorẽ, donec p Machometi aſtutiã ſubuerſi fuerunt, ſeruiêrunt quoq; Eccleſiæ tanq̃ obe-
dientiæ filij. Per p̃dicta aũt regionum ac gentium noĩa vicinarũ Iudęę, totius mundi inſinuat̃ cõuer-
ſio. [Offerentur ſup placabili altari meo.] i. ſeipſos ſpontè offerent Deo, cum ꝓpheta dicente: Vo- Pſal. 53.
luntariè ſacrificabo tibi. Altare verò intelligit̃ Chr̃s, vel loca Eccleſiæ. Hinc etem̃ ſcriptũ eſt: Afferte Pſal. 28.
Dño filij Dei, afferte Dño filios arietum. [& domum maieſtatis meæ] i. Eccleſiam militantẽ, de qua ad
Timot. dicit Apoſtolus: Scias quomodò oporteat te in domo Dei cõuerſari, q̃ eſt Eccleſia Dei viui, 1. Ti. 3.
columna & firmamentũ veritatis. [glorificabo] augẽdo fideles merito ac numero, atq; diuerſa mira-
cula ꝑpetrando. Deindè Iſaias excellentiã apoſtolorũ, quorũ p̃dicatione nouerat iſta cõplenda, ad-
mirans, adiecit: [Qui ſunt iſti q vt nubes volãt,] cõtemplando cæleſtia, atq; ad gentiũ conuerſionẽ
celerrimè ꝓperando, qui ſunt [& quaſi columbę ad feneſtras ſuas?] i. ſemp parati ad volandũ quô-
cunq; ſpiritusſanctus eos direxerit. [Me etem̃ inſulę expectãt,] i. habitãtes in inſulis, vt ſunt Cyprus,
Sicilia, Anglia. [& naues maris] i. negociantes & operantes in mari. [in principio] naſcentis Eccle-
ſiæ. Vel in principio, i. primò ac principaliter, tanquàm parati accipere euangelicam legem. [vt addu-
cam filios tuos de longè,] i. per prædicationem nubium præfatarum conuertam, & tibi, ô Eccleſia
per

per charitatẽ connectã electos ex gentib⁹. Adducam quoq; [argentũ] i. ſapientiã [eorũ, & aurum] i.
dilectionẽ [eorũ cũ eis:] vel exteriores eorũ diuitias, quas multi eorũ obtulerunt Eccleſię. Porrò de
Pſal. 67. ſpirituali argẽto & auro ait Pſalmiſta: Si dormiatis inter medios cleros pennę colũbę deargentatę. Et,
Pſal. 11. Poſteriora dorſi eius in pallore auri. Et denuò, Eloquia Dñi eloquia caſta, argentũ igne examinatũ.
Pſal. 18. Apoc. quoq; 3. dicit: Suadebo tibi emere aurũ ignitũ ꝓbatum, vt locuples fias. Hæc aũt adducent [no
mini Dñi Dei tui] i. Chr̃o Deo vero ac Dño tuo. [& ſancto Iſrael] i. Deo ſanctificanti Iſraelẽ. [q̃a glo-
rificauit te] ô ſancta Eccleſia Deus tuus. [Et ædificabunt filij peregrinorũ muros tuos.] Hoc corpo-
raliter ac ſpiritualiter impletũ eſt. Filij nanq; peregrinorũ, i. ex gentib⁹ nati, q̃ erant hoſpites & adue-
nę, facti domeſtici Dei p̄ fidei receptionẽ, Eccleſias materiales ædificãt. Meliùs aũt ſpiritualiter expla
nãt, ꝙ gentiles cõuerſi, ac p̃dicatores ac ſacerdotes Dei effecti, ædificauerunt in fide atq; virtutibus
muros Eccleſię, i. turbas fidelium, ex quorũ cõcurſu ac copula, quaſi ex muris ſeu parietibus reſultat
Eccleſia. Hæc fecerunt excellentiſſimi viri, Dionyſius Areopagita, Clemẽs papa, Polycarpus, Ignati-
us, multiq́; alij. [& reges eorum miniſtrabunt tibi.] Hoc videmus impletũ p̃ſertim & quaſi vniuerſa-
Pſal. 71. liter à tempore Cõſtantini Magni. Vndè in Pſalmis p̃dictum eſt: Et adorabunt eum oẽs reges. Itẽq́,
Pſal. 141. Confiteantur tibi Dñe oẽs reges terrę. [In indignatione em̃ mea percuſſi te,] quãdò ante aduentũ
Chr̃i permiſi om̃es gentes varijs erroribus implicari. [& in reconciliatione mea] i. in pietate gratiæ
meę [miſertus ſum tuî,] quãdò per apoſtolorũm & aliorũ ſanctorum p̃dicationem cœpi gentes vni-
Act. 17. uerſas ac populos vocare ad fidẽ. Hoc eſt quod Paulus teſtat̃: Tempora prioris ignorantiæ deſpici-
ens Deus, nunc annunciat hoĩbus, vt oẽs vbiq; pœnitentiã agãt. Propterea temp⁹ euangelicę legis
2. Cor. 5. dicit̃ tẽpus gratię, ꝓpter reconciliationẽ diuinã, de qua ait Apoſtolus: Deus erat in Chr̃o mundũ re-
concilians ſibi. Vel ſic, In indignatione mea, i. quãdò per modum indignantis me habui, percuſſi te
tempore p̃ſecutionis tuę, primò à Iudęis, deindè à Romanis imperatorib⁹ & tyrannis: & in reconci-
liatione mea miſertus ſum tuî, pacẽ tibi reddendo tẽpore Conſtantini. [& aperient̃ portę tuę iugi-
ter,] i. ſemp̃ patebit pœnitentibus (durante hac vita) introitus ad Eccleſiã ſeu cõmunionem fideliũ.
& participationem diuinorum ſacramentorũ. [die ac nocte.] i. in proſperis & aduerſis. [nõ clauden-
tur, vt adferat̃ ad te] i. tibi p̄ fidem & gratiã incorporetur ac vniatur. [fortitudo gentiũ,] i. ſapientes,
potentes, & nobiles ſeculi huius, quorum multi ad fidẽ conuerſi ſunt. [& reges earũ adducant̃] ad te
per fidei ſuſceptionẽ. Poſſunt hęc etiã ità exponi, vt portę Eccleſię dicant̃ ſemp̃ apertę, ad deſignan-
dum libertatem & pacem Eccleſię, p̃ſertim ex quo Romani imperatores fidem amplexati ſunt Salua-
toris. [Gens em̃ & regnum quod nõ ſeruièrit tibi,] obediendo apoſtolicis p̃ceptis, [peribit] in æter-
Mich. 6. num: q̃m extra Eccleſiam nullus ſaluat̃, ſicut nec extra arcam Noæ quiſpiã à diluuio ſaluabat̃. Propter
quod ſcriptũ eſt: Exaltabitur manus tua ſup̄ hoſtes tuos, & oẽs inimici tui interibunt. [& gentes] ti-
bi obedire nolentes, [ſolitudine vaſtabunt̃,] i. in nihilum redigentur, p̄dendo eſſe gratiæ & gloriæ.
[Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus ſimul.] Libanus mons eſt Phœnicię, excelſis ar-
Pſal. 36. boribus cõſitus, de q̃bus ait Pſalmiſta: Vidi impiũ ſuperexaltatũ & eleuatũ ſicut cedros Libani. Per
Libanũ itaq; deſignat̃ mundus, cuius arbores altæ, ſunt ſublimes p̃ſonæ. Eſt igitur ſenſus: gloria Li-
bani ad te veniet, i. p̃ſonæ notabiles cõuertentur ad fidẽ tuam, videlicet abies & buxus & pinus, i. vi-
ri ſublimes, harũ arborum ꝓprietate ſignificati, quales, ſecundùm Hieronymũ, fuerunt Cyprianus
eloquentiſſimus martyr, & Hilarius confeſſor ſanctus. [ad ornandum locum ſanctificationis meæ]
Iſaiæ 66. i. Eccleſiam ſanctã. Tales em̃ p̃ſonæ maximè ornauerunt Eccleſiam. [& locum pedum meorum] i. Ec-
cleſiã militantẽ, peregrinantẽ in terra, de qua ꝓteſtatus ſum: Cælum mihi ſedes eſt, terra aũt ſcabel-
lum pedũ meorũ. [glorificabo] ſpiritualibus bonis atq; ꝓdigijs. [& venient ad te curui] i. reuerẽter
& humiliter ſe tibi inclinantes. [filij eorũ qui humiliauerunt te,] i. gentiles fidẽ amplexantes, quorũ
patres perſequebant̃ Eccleſiã. [& adorabunt veſtigia pedũ tuorũ,] i. maximã tibi reuerentiã exhibe-
bunt, & exempla tua humiliter aſſequent̃ [om̃es qui detrahebãt tibi.] i. qui olim ante ſuã conuerſio-
nẽ obloquuti ſunt tibi. Et eſt in iſtis locutionibus diſtributio ꝓ generib⁹ ſingulorũ, nõ ꝓ ſingulis ge
nerũ. Multi em̃ qui olim dicebãt Eccleſiã magicis artibus occupatam, vidẽtes mirabilia Dei, cõuerſi
Pſal. 44. ſunt, humiliter deprecantes Eccleſiã, de qua fertur in Pſalmo: Vultum tuũ deprecabunt̃ om̃es diui-
tes plebis. [& vocabunt te ciuitatem Dñi Sion, ſancti Iſrael.] Eccleſia enim eſt ciuitas Dei Sion, i. Dei
populi Iudęorum, ſeu Hieruſalem & templi in monte Sion olim fundati. Nam idem eſt Deus ſyna-
gogæ atq; Eccleſiæ. De hac ciuitate habetur Pſal. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Eſtq́; Ec-
cleſia ciuitas ſancti Iſrael, i. ſanctificatoris veri Iſraelis. [Pro eo ꝙ fuiſti derelicta] i. perſecutorum vo
luntati expoſita, & tribulari permiſſa, [& odio habita] ab iniuſtis, [& non erat qui per te tranſiret,]
te temporaliter conſolando. [ponam te in ſuperbiam ſeculorum,] i. omnibus regnis ſublimiorem,
potentiorẽ, ac digniorem te faciam, ſicq́; ponam te [gaudium & lætitiam,] i. intùs & foris iucundam te
faciam in ſpirituſancto, [in generationem & generationẽ.] i. per multarum generationũ ſucceſſio-
Dan. 2. nẽ. Hoc totũ impletũ eſt in Eccleſia Chriſti, quandò iuxta vaticinium Danielis, Lapis qui p̃ciſus eſt
de

de monte ſine manibus, creuit in montem magnum, impleuitq́; vniuerſam ſuperficiem terræ, ità vt
quartũ ac fortiſſimũ regnũ, quod cætera om̃ia cõminuebat, videlicet Romanũ imperium, tandèm ſe
Chr̃o ſubijceret, & impleret quod Pſalmiſta p̃dixit: Reminiſcent̃ & cõuertentur ad Dñm vniuerſi fi- Pſal. 21.
nes terræ, & adorabunt in cõſpectu eius vniuerſæ familię gentium. [& ſuges lac gentiũ, & mamilla
regũ lactaberis.] Hoc ſuperiùs ſatìs expoſitum eſt in eo loco quo dicit̃: Filiæ tuæ de latere ſurgent.
Mamilla aũt regum, eſt doctrina, cõſolatio, ſeu nutritio apoſtolorũ, qui per modũ nutricis atq; pijſ-
ſimę matris cõuerſos ad fidẽ ſpiritualiter aluerunt, dicunturq́; reges, iuxta illud: Cõſtitues eos prin-
cipes ſuper oẽm terrã. Poteſt quoq; exponi de regibus mundi huius ad fidẽ cõuerſis, qui de ſuis di- Pſal. 44.
uitijs Eccleſiam liberaliſſimè nutriuerunt. [& ſcies] ô Eccleſia experimẽtali notitia, & collatione be
neficiorum iſtorum. [q̃a ego Dñs ſaluans te] ſanguine meo. [& redemptor tuus fortis Iacob.] i. for-
titudo ſeu cõfortator Iacob patriarchę ac populi ex eo nati, eiuſq́; fidem & virtutes ſequentis. [Pro
ære adferã aurum, & pro ferro adferã argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum.] i. in ædifi-
catione ſpiritalis Hieruſalem ſiue Eccleſię, p̃ſonę ex q̃bus conſtruitur, in meliores diſpoſitiones ſeu
qualitates mutabunt̃, intantùm, vt qui antè æri & ferro ſimiles erant ꝓpter cordis duritiã, argento &
auro comparentur ꝓpter ſapientię nitorẽ & charitatis feruorẽ. Illi quoq;, qui ꝓpter om̃imodã cor-
dis inſenſibilitatem ſimiles erant lignis & ſaxis, paulatìm ꝓficiendo vtiles erunt, ità vt æri compa-
rentur & ferro: altiuſq́; creſcendo in gratia, in aurum mutentur atq; argentum. Poteſt etiã explana-
ri, vt imperfectis p̃ſonis ſynagogę, q̃ lignis, ſaxis, æri & ferro cõparantur, quia carnales erant, ſucce-
dant in Eccleſia Chr̃i hoĩes ſpirituales, ac perfectiſſimi viri in om̃i gratia ſpiritûs ſancti p̃fulgidi, qua-
les p̃ſertim fuerunt apoſtoli primitias ſpiritûs habentes. [& ponam viſitationẽ tuam pacẽ,] viſitando Rom. 8.
te gratioſè, pacem requiemq́; tibi præſtando, vt quietã & tranquillam vitam agas. [& p̃poſitos tuos]
i. prælatos ponam [iuſtitiam,] i. multùm iuſtos, atq; iuſtum iudicium in ſubditos exercentes. Vndè
tranſlatio Septuaginta clarior eſt, ſic continẽs: Dabo principes tuos in pace, & epiſcopos tuos in iu-
ſtitia. Dicit hoc loco Nicolaus de Lyra, ꝙ epiſcopi Eccleſię vſq; ad tempora ſatìs ſibi propinqua, tã
ſancti fuerunt, ꝙ penè oẽs fecerunt miracula. [Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vaſtitas &
contritio in terminis tuis.] Quanuìs hæc aliquo modo exponi poſſint de Eccleſia militante, quãtùm
ad bonos, qui iudiciũ iuſtitiamq́; ſeruantes, in pace conuerſant̃, nec ſe inuicèm opprimunt aut mo-
leſtant, mortalia vitia declinando, perfectè tñ & ꝓpriè nec iſta nec verba ſequentia cõgruunt Eccle-
ſiæ viatorum, ſed beatorum, ſicut patebit. Vndè rationabiliter dici poteſt, ꝙ ab hoc loco vſq; ad fi-
nem cap. deſcribitur ſtatus Eccleſiæ, quẽ habebit in patria, ſ. proſperitas Eccleſiæ triumphantis. Eadẽ
nempe Eccleſia, q̃ modò eſt militans, poſtmodùm erit triumphans, quandò abſorpta erit mors in vi
ctoria. Eſt itaq; ſenſus: Non audietur vltrà, nec vnq̃ erit iniquitas in terra tua, i. in patria ad quam ten- Pſal. 141.
dis, de qua dicitur: Portio mea Dñe in terra viuentium. Propter quod ſcriptum eſt in Apocal. Nõ in- Apoc. 21.
trabit in illam aliquid coinquinatum. Abominabilis eſt ergò error, qui Origeni adſcribitur, ꝙ bea-
ti in patria poſt longa interualla peccant, & felicitatem amittunt, atq; ad vitę huius miſerias ſeu in-
ferni pœnas labunt̃. Nec audiet̃ vaſtitas & cõtritio in terminis tuis, i. in cæleſtibus mãſionibus, de q̃-
bus ait Saluator: In domo patris mei mãſiones multæ ſunt. de q̃bus ait pſalmographus: Qui poſuit fi- Ioan. 14.
nes tuos pacem. Sicut em̃ in patria deeſt culpa, ità & pœna. [Et occupabit ſalus muros tuos,] i. ſecu- Pſal. 147.
ra felicitas te vndiq; cinget atq; circundabit, & omnes cohortes tuæ congregationis perfruentur ſa-
lute pleniſſima. [& portas tuas] occupabit [laudatio,] i. omnes qui ingrediuntur ad te, & in atrijs tu-
is morantur, Deum inceſſanter laudabunt, iuxta quod in Pſal. ſcriptum eſt: Beati qui habitant in do Pſal. 83.
mo tua Dñe, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Loquitur aũt de cæleſti Hieruſalem, ſeu triumphan-
te Eccleſia metaphoricè, quaſi de vrbe muros ac portas habente, in cuius muris ꝓpter inexpugnabi-
lem firmitatem, dicitur eſſe ſalus, atq; in portis eius laudatio, eô ꝙ exiſtentes in portis, laudibus va-
cent. [Nõ erit tibi ampliùs ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunę illuminabit te.] Ex his eui-
dens eſt, præſens capitulum non loqui de terrena ac materiali Hieruſalem, metropoli in Iudæa: oĩ-
bus em̃ in hoc mundo viuentibus ſol & luna lucent, nec ſine ſolis ortu & occaſu eſſe poſſunt dies &
nox. De Hieruſalem verò vndè nunc ſermo, dictum eſt pauloantè: Aperientur portę tuæ iugiter, die
ac nocte non claudentur: ergò dies & nox erunt illi Hieruſalem, de qua nunc loquitur Iſaias. Ideò
ſol & luna ei lucebunt. Vndè quod nunc dicitur, accipi non poteſt niſi de Eccleſia pro ſtatu quem
ſortitur in patria, p̃ſertim cùm per Ieremiam Dñs dicat: Si irritum fieri poteſt pactum meum cum die Iere. 33.
ac nocte, vt non ſit dies & nox in tempore ſuo &c. Ex quo certum eſt, viciſſitudinẽ dierum noctiũq́;
durare, q̃diù conuerſatio, ac duratio, aut generatio mundi huius permanſerit. Superiùs quoq; dictũ Iſaiæ 30.
eſt, ꝙ in die qua alligauerit Dñs vulnus populi ſui, erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſeptem-
pliciter. * omnibus in hoc mundo viuentibus ſol & luna tunc clariùs refulgebunt, q̃ modò. Itaq; *i. om̃ibus
quod nunc dicitur, Non erit tibi ſol ampliùs ad lucendum, de Eccleſia pro ſtatu patriæ intelligere
cogimur, de qua in Apocalypſi aſſeritur: Ciuitas non eget ſole neq; luna: nam claritas Dei illumina- Apoc. 21.

bit eam &c. Vndè nunc ſubdit:[ſed erit tibi Dñs in lucem ſempiternã, & Deus tuus in gloriam tuã.]
Deus em̃ eſt cauſa illuminationis & felicitatis ſeu gloriæ oĩm beatorum, nec eſt in regno cælorum
viciſſitudo diei ac noctis, ſed eſt ibì dies vna perpetua. Ideò ſequit̃:] Non occidet vltrà ſol tuus, & lu
na tua non minuetur.] cuius ratio eſt, [quia Dñs erit tibi in lucem ſempiternã.] i. nõ habebis ſolem
ſenſibilem, corporalem, & mobilem, nec lunã mutabilem, ſed habebis ſolem ſpiritualem, intelligi-
bilem, inuariabilem, atq; æternum, videlicet Deum qui erit tibi lux ſemꝑ oriens, de quo impij profi-
Sap. 5. tentur: Sol intelligentię non eſt ortus nobis.[& complebuntur] i. finientur [dies luctûs tui:] ꝗa pro
Apoc. 7. luctu temporali æternã conſolationẽ recipies, iuxta illud: Abſterget Deus oẽm lachrymã ab oculis
ſanctorum. Et Matth. 5. legit̃: Beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabunt̃.[populus aũt tuus,] i. ciues cęle-
ſtes.[oẽs iuſti,] i. confirmati in bono, [in perpetuum hæreditabunt terrã] viuentium. de qua Salua-
tor Matth. 25. Venite, ait, benedicti patris mei, percipite præparatum vobis regnum. Hic aũt populus
prædeſtinatus [germen plantationis meæ.] i. germen plantatum à me, qui non ex ſanguinibus, neq;
Pſal 91. ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt, de ꝗbus ſcriptum eſt: Plantati in domo Dñi, in atrijs domûs
Dei noſtri florebunt. Hos em̃ plantat Deus in via per gratiã, in patria verò per gloriam. vndè Salua-
tor Matth. 15. ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabitur. Ipſi quoq;
ſunt [opus manûs] i. potentiæ [meæ ad glorificandum] Deum, vel vt glorificent̃ à Deo. Superiùs em̃
Iſaiæ 43. dixit Dñs: Om̃em qui inuocat nomen meum, in gloriam meã creaui eum. Et Ioan. 17. ait filius Dei:
Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbì ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meã. [Mini-
mus erit in mille, & paruulus in gentem fortiſſimã.] Sancti em̃ iudicabunt nationes, & dñabuntur
Matth. 11. populis, vt legitur Sapient. 3. Et ſublimitatem beatorum in patria Chr̃s inſinuans, ait: Qui minor eſt
in regno cęlorum, videlicet infimus beatorum, maior eſt illo, ſ. Ioanne Baptiſta. Vndè in Euangelica
Lucæ 19. parabola vni fidelium dicitur: Tu eſto ſuper quinq; ciuitates. Et alteri: Tu eſto ſuꝑ decem ciuitates.
Apocalypſis quoq; 2. Chriſtus teſtatur: Qui vicerit, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in
virga ferrea, & tanq̃ vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à patre meo. [Ego Dñs] cui non eſt
* eius difficile omne verbum, [in tempore * ſuo,] i. tempore à me pręordinato, videlicet in ſecundo Chri
ſti aduentu, [ſubitò faciam iſtud.] tunc enim minimi & paruuli, i. humiles exaltabuntur, & cæteris
præferentur. Deniq; quod in exordio huius capituli dicitur: Surge, illuminare Hieruſalem, de ani-
Sap. 7. ma iuſti, quæ ſedes eſt ſapiẽtię, intelligi poteſt, quæ iubetur à terrenis ad cæleſtia ſurgere, diuinituſq;
doceri, vt quę ſurſum ſunt quęrat, & quæ ſurſum ſunt ſapiat, non quę ſunt ſuper terram. Et quomo-
dò om̃ia penè q̃ ſequuntur, applicari poſſint vnicuiq; homini virtuoſo, ex prædictis facilimè liquet.

¶ *Expoſitio cap. 61. Spiritus Domini ſuper me, eò ꝙ vnxerit me.* *Articulus* 89.

LVcæ quarto ſcriptũ eſt, quẽadmodùm Chriſto ſynagogã vrbis Nazareth ingreſſo, datus eſt ei
liber Iſaiæ ꝓphetæ: in quo cùm legiſſet, Spiritus Dñi ſuper me &c. q̃ in exordio huius capituli
deſcribunt̃, dixit: Quia hodiè impleta eſt ſcriptura hęc in auribꝰ veſtris. Certũ eſt ergò, ſcriptu-
ram huius capituli ad literã exponendam eſſe de Chr̃o, qui ratione aſſumptæ humanitatis nunc ait:
[Spiritus Dñi] Dei, i. ſpiritus Dei patris, videlicet ſpiritusſanctus [ſuper me] i. deſupèr veniens, & ha
Ioan. 1. bitans in me ſecundùm quod homo ſum. Vndè Ioannes Bapt. Vidi, inꝗt, ſpiritum deſcendentem, &
manentem ſuꝑ illum. Et ſuperiùs cap. 11. dictum eſt: Requieſcet ſuꝑ eum ſpiritus Dñi, ſpiritus ſapiẽ-
tiæ & intellectûs. Sed & Lucæ 3. legitur: Deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie ſicut columba in
ipſum. Itaq; Ieſus plenus ſpiritusſancto, regreſſus eſt ab Iordane: nõ ꝙ tunc ſpiritusſanctus cœperit
eſſe in anima Chr̃i, immò à primo inſtanti creationis animæ ſuæ, plenus fuit om̃i gratia ſpiritûs ſan-
cti: ſed quia tunc innotuit ꝙ eſſet ſpiritusſanctus in Chr̃o, & ꝙ Chriſtus baptizaturus eſſet in aqua
& ſpiritusſancto. Quòd aũt ſpiritus Dñi ſit ſuꝑ me, patet ex hoc, [eô ꝙ vnxerit me] Dñs ſpirituali vn-
ctione, videlicet gratiarum pleniſſima infuſione, de qua fert̃ Pſal. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo
lætitię præ conſortibus tuis. Et Ioan. 3. Non ad menſuram dat Deus ſpiritum homini. [ad annunci-
Matth. 5. andum manſuetis] Euangelium regni [miſit me.] quibus & dixit: Beati mites, qm̃ ipſi poſſidebunt
terram. Per manſuetos aũt intelligendi ſunt, om̃es dociles, ſeu verbum Dñi fideliter recipientes. Vn-
dè Eccĩ 4. ſcriptum eſt: Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei. Tranſlatio Septuaginta ſic ha-
bet: Euangelizare pauperibus miſit me. ſicq; allegatur ſcriptura hæc Luc. 4. [vt mederer] i. ſpiritali-
* contritis ter ſanarem [* contritos corde,] i. veraciter pœnitentes. [& prædicarem captiuis] à diabolo, ſ. pecca-
toribus vinculis vitiorum irretitis, [indulgentiam.] Hoc fecit Chr̃s dicens Matth. 4. Pœnitentiã agi-
te, appropinquabit em̃ regnum cælorum. Et rurſus Luc. 19. Venit filius hoĩs quærere & ſaluum face-
re quod periêrat. [& clauſis] i. peſſima conſuetudine preſſis, ſuꝑ quos puteus clauſit os ſuum. [aper-
tionem.] i. ſolutionem à tali clauſura. Poteſt quoq; exponi de patribus clauſis in limbo inferni, quos
indè eduxit. [vt ꝑdicarem annum placabilem] i. tẽpus gratiæ, in quo Deus faciliùs q̃ olim placatur,
2. Cor. 6. de quo anno dicit Apoſtolus: Eccè nũc tẽpus acceptabile, eccè nũc dies ſalutis. [& diem vltionis] i.
extremi iudicij, de quo Dñs ait ad Moſen Exod. 32. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc pecca-
tum

tum eorum, videlicet adorationẽ vituli cõflatilis, annunciarẽ [Deo noſtro] i. ad gloriã eius hunc diẽ
frequenter ꝑdicauit, immò in hora paſſionis dixit Iudęis: Amodò videbitis filium hoĩs ſedentem à Matth. 26.
dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Poteſt quoq; intelligi de tempore punitionis Iu-
dęorum à Romanis, in vltionẽ ſanguinis Chr̃i. Vndè Luc. 19. ait: Venient dies in te, & circundabunt
te inimici tui vndiq;. [vt cõſolarer oẽs lugentes] pio luctu, ex dolore peccati ſeu deſiderio patriæ ꝓ-
fluente, ꝓmittendo eis gaudium ſempiternum. Hoc Chr̃s fecit, dicens: Beati qui nunc fletis, quia ri- Lucæ 6.
debitis. alibì quoq;: Triſtitia veſtra vertetur in gaudium: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Ioan. 16.
[vt ponerẽ *] conſolationẽ ſpiritualem [lugentibus Sion,] i. deflentibus cæcitatẽ Iudęorum, qualis *fortitu-
erat Paulus qui ait 8. ad Rom. Triſtitia mihi magna eſt, & dolor cõtinuꝰ cordi meo pro fratribꝰ me- dinem]
is Iudęis. Tales fuerunt apoſtoli oẽs, quos conſolatus eſt Chr̃s, conuertendo multa millia Iudęorũ
ad fidem. [& darem eis coronam pro cinere,] i. exaltationem pro humiliatione. [oleum gaudij] i. in-
terioris hilaritatis perfuſionem [pro luctu, pallium laudis] i. decorẽ gratiarum actionis [pro ſpiritu
mœroris:] quatenùs laude & gratiarum actione induantur tanq̃ veſtimento, & dicant: Lætati ſumus Pſal. 89.
pro diebus ꝗbus nos humiliâſti, annis quibus vidimus mala. Hæc tribuit Chr̃s om̃ibus piè lugenti-
bus. [Et vocabunt̃ in ea] i. Sion ſeu militante Eccleſia ꝑdicti lugentes, videlicet apoſtoli & imitato-
res ac ſucceſſores eorum. [fortes iuſtitiæ.] i. in æquitate roborati ac ſtabiles. [plantatio Dñi ad glori-
ficandum.] i. plantati ac radicati à Deo per gr̃am, vt Deũ glorificẽt & glorificentur ab ipſo. hoc mo-
do fortis fuit Paulus qui ait: Om̃ia poſſum in eo qui me cõfortat. Et iterùm: Certus ſum ꝙ neq; mors, Philip. 4.
neq; vita, &c. neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, q̃ eſt in Chr̃o Ieſu Dño noſtro. Rom. 8.
[Et ædificabunt] veraciter ꝑdicando, exemplariter viuendo, [deſerta à ſeculo,] i. nationes gentiliũ
longo tẽpore derelictas, quas ædificauerũt in fide Chr̃i atq; ſtructura Eccleſiæ. [& ruinas antiquas] i.
corda vitioſa, q̃ diù iacuerunt in vitijs, [erigent] ad cõtemplationẽ atq; amorẽ cæleſtium. [Et inſtau-
rabũt ciuitates deſertas & diſſipatas in generationẽ & generationẽ.] i. Eccleſias hæreticorũ ac dęmo
num fraude deceptas, & multo tẽpore ſpiritualiter cõminutas, reformabunt in Dño, vt ſint templum
ſpiritûs ſancti, dicatq; eis: Dei ædificatio eſtis. [Et ſtabũt alieni,] i. ex gentilitate conuerſi. [& paſcẽt] 1. Cor. 3.
ô apoſtoli & apoſtolici viri ſcientia & doctrina [pecora veſtra,] i. gregẽ ſeu populum à vobis cõuer-
ſum. De talibus pecoribus Salomon ait: Diligenter agnoſce vultũ pecoris tui, tuoſq; greges cõſide- Prou. 27.
ra. Et alio loco: Nouit iuſtus animas iumentorũ ſuorũ. de ꝗbus Chr̃s loquit̃ Petro: Paſce agnos me- Prou. 12.
os. Iſtud impletũ eſt in beatiſſimis apoſtolorũ diſcipulis ex gentibus cõuerſis, quales fuerunt, Dio- Ioan. 21.
nyſius, Polycarpus, Ignatius, ꝗbus apoſtoli cõmiſerunt turbas fideliũ. [& filij peregrinorũ] i. ꝑdicti
ſ. ꝑdicatores ſiue antiſtites ex gentibus, qui fuerunt peregrini atq; extranei à regno Dei. [agricolæ &
vinitores veſtri erunt.] i. ſpirituales cultores Dñici agri ac vineæ, videlicet fidelium veſtrorũ ô apo-
ſtoli. Præfecerunt em̃ apoſtoli eos epiſcopos gentibus à ſe conuerſis vel cõuertendis. quidam expo-
nunt hoc modo, vt alieni & filij peregrinorum, dicant̃ paſtores pecorũ, & agricolæ ac vinitores ꝑdi-
catorum Eccleſiæ: quia gentiles cõuerſi & laici, in temporalibus miniſtrare debent miniſtris altaris
ꝑlatis ac ꝑdicatoribus, prout Paulus aſſerit Dñm ordinâſſe, vt qui Euangeliũ annunciant, de Euange-
lio viuant: quod etiã idem Apoſtolus pro minimo reputat, dicẽs: Si nos vobis ſpiritualia ſeminaui- 1. Cor. 9.
mus, magnũ eſt, ſi veſtra carnalia metamus? [vos aũt] ꝑlati Eccleſiæ, ſcilicet apoſtoli ſancti, ſucceſſo-
reſq; veſtri, qui eſtis ædificatores fidelium, paſtores ouium Chr̃i, agricolę & vinitores Dñici agri ſeu
vineæ Dei. [ſacerdotes Dñi vocabimini,] offerẽtes corpus & ſanguinẽ Chriſti, preceſq; populi Deo.
[Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis.] i. à fidelibus dicemini veri ꝑfectiq; famuli Dei, tanq̃ cæteris me-
liores ac ſanctiores. [fortitudinẽ gentium comedetis.] i. in ſpirituali robore, ꝑſertimq; in martyrio
gentium à vobis cõuerſarum ſeu benè rectarum epulabimini, gaudentes de earum ꝓfectu ac firmi-
tate. Profectus quippe populi, epulę ſunt ſacerdotũ. vndè Paulus ſcribit ad Philemonẽ: Refice viſce-
ra mea. Et Ioannes in 3. ſua Canonica: Maiorẽ, inꝗt, horum gr̃am non habeo, q̃ vt audiã filios meos
in veritate ambulare. [& in gloria] i. in excellenti gr̃a ſpiritualibuſq; diuitijs [eorum ſuperbietis,] i.
exuberanter gaudebitis, cordaq; veſtra erigetis in altum, nõ vitioſa aut ꝑſumptuoſa ſuperbia, ſed ea
q̃ exceſſum gloriæ exprimit, de qua in ꝑcedenti capitulo dicit̃: Ponã te in ſuperbiã ſeculorum. Hoc
modo in gloria, i. ꝓfectu & bono diſcipulorum ſuorum frequenter gauiſus eſt Paulus. Hinc em̃ 2. ad
Corinthios 1. ait: Gloria noſtra vos eſtis. ad Philippenſes quoq;: Implete gaudium meum, vt idem ſa Philip. 2.
piatis, vnanimes, idipſum ſapientes. Et alibì: Fratres mei * amantiſſimi & * deſiderantiſſimi, gaudiũ Philip. 4.
meum & corona mea. Quid enim tamglorioſum, quid tam iucundum bono paſtori, ſicut profectus
gregis ſibi commiſſi? Quòd aũt iſte ſit ſenſus, patet ex tranſlatione LXX. quę talis eſt: Fortitudinem
gentium comedetis, & in diuitijs earum eritis admirabiles. Hæ ſunt ſpirituales diuitiæ, de quibus
ad Corinthios dicit Apoſtolus: In om̃ibus diuites facti eſtis in illo, ità vt nihil vobis deſit. Et in Pſal- 1. Cor. 1.
mo: Timete Dñm omnes ſancti eius, qm̃ nihil deeſt timentibus eum. [Pro confuſione veſtra dupli- Pſal. 33.
ci & rubore,] quos paſſi eſtis propter iuſtitiam ô ſacerdotes Dñi, de quibus iam dictum eſt. Primiti-

ua em̃ Eccleſia primò confuſionẽ ſuſtinuit à Iudæis, ſecundò à paganis. Vel intelligendũ eſt de con-
fuſione, qua in ſeipſis cõfundebantur apoſtoli & adiutores eorũ, tam ſup populo Iudęorũ incredu-
lo non ꝓficiente in gratia, q̃ ſuper populo nationũ non credente, ſeu reꝑhenſibiliter cõuerſante, ſe-
Galat. 4. cundùm quod Paulus ait ad quoſdã: Vellem p̃ſens eſſe &c. qm̃ confundor in vobis. Quẽadmodùm
em̃ in gloria proficientium exultabant, ſic in ignauia atq; miſeria peruerſorũ confundebant & con-
dolebant. [laudabunt] conuerſi & ſubditi [partem eorum,] i. præmium apoſtolorũ & aliorum prę-
latorum fidelium. Quod em̃ principes Eccleſiæ tanta perpeſſi ſunt, fuit & eſt cunctis ſubditis & om̃i-
bus nobis cauſa & occaſio laudandi mercedem ipſorum. Vel laudabunt partem eorũ, & partem ſu-
Thre. 3. am, videlicet Deum, de quo ſcriptum eſt: Pars mea Dñs, dixit anima mea. Et in Pſal. 72. Deus cordis
Pſal. 15. mei & pars mea Deus in æternum. Itemq́;: Dñs pars hæreditatis meæ & calicis mei. Pro eo em̃ ꝙ ſan
cti principes matris Eccleſiæ, tanta perpeſſi ſunt, ſubditi eorum laudauerunt Deũ, qui ipſis patientiã
præſtitit. [Propter hoc in terra ſua] i. in patria [duplicia] i. ſtolam animæ & corporis ſeu eſſentiale
accidentaleq́; præmium [poſſidebunt] tam principes iſti, q̃ eorũ ſubiecti veraciter obedientes. [læ-
Pſal. 10. titia ſempiterna.] i. beatitudo cæleſtis q̃ finem nõ habet, [erit eis] ꝓ præmio. [Quia ego Dñs diligens
& 98. iudicium,] Iuſtus em̃ Dñs & iuſtitias dilexit, & honor regis iudicium diligit: ideò pro duplici con-
fuſione duplicem gloriam reddo. [& odio habens rapinam in holocauſto:] quia de alieno accipere
oblationem dedignor. vndè ſcriptum eſt Eccĩ 33. Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata. [Et
dabo opus eorum in veritate,] i. opus, vitam, atq; doctrinam apoſtolorum, & ſuccedentium eis, faci-
am vera, ſub omni virtute ſubnixa & plana, vt vita eorum ſit vera veritate iuſtitiæ, opus quoq; eorũ
non ſit in vmbra ſeu figurale & typicum, vt erant opera antiquorum ſanctorum, quibus omnia con
tingebant in figura, ſed perfectum ac typicæ ſignificationis impletiuum. [& fœdus perpetuum,] i.
teſtamentum nouum ſeu fœdus euangelicę legis. [feriam eis,] quatenùs ipſi per totum orbem an-
2. Cor. 3. nuncient illud, quemadmodùm Paulus ait: Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti. De hoc fœ-
dere ſuperiùs ſæpiùs facta eſt mentio. [Et ſcietur] i. cognoſcetur atq; videbitur [in gentibus ſemẽ]
verbi cæleſtis ſeu bonæ operationis [eorum] i. apoſtolorum & apoſtolicorum virorum, quorum
doctrinam & vitam gentes nouerunt & conſpexerunt. [& germen eorum,] i. ſpirituales filij apo-
Act. 2. ſtolorum ſcientur & erunt [in medio populorum.] i. vbiq; in om̃i natione quę ſub cælo eſt. In om̃i-
bus nanq; finibus mundi cognoſcuntur ac demorantur Chriſtiani. vndè ſuprà 27. dictum eſt: Flore-
bit & germinabit Iſrael, & implebunt faciem orbis. Et Micheæ 5. Erunt reliquiæ Iacob in medio
populorum multorũ, quaſi ros à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbã. [Om̃es] i. q̃dam ex om̃ibus [q
viderint eos,] videlicet apoſtolos apoſtolorumq́; filios ſpirituales. [cognoſcẽt illos,] i. ſcient ꝙ [iſti
ſunt ſemen cui benedixit Dñs.] i. q̃bus ſpiritualia gr̃æ dona copioſè largitus eſt. Intantùm em̃ interi-
or & virtus & gr̃a in eorũ vultu, ſermone, opere, ſignis, & ordine vitę reſplenduit, ꝙ cunctis cernen-
tibus patuit eos eſſe populum Dei. Immò om̃is Chr̃ianus perfectus, cogit quẽlibet intuentẽ fateri, ſe
eſſe Dei miniſtrũ, propter ordinatiſſimã vitam quã ducit. Ad quod hortat̃ nos beatiſſimus Petrus:
1. Pet. 2. Hæc eſt, inquiẽs, voluntas Dei, vt benefacientes, obmuteſcere faciatis imprudentiũ hoĩm ignoran-
tiam. Prætereà de p̃dictis beneficijs gr̃as agens Eccleſia, ait: [Gaudens gaudebo] i. vehementer læta-
bor [in Dño] in cõtemplatione & delectatione ipſius, ità ꝙ ipſe erit cauſa & finis gaudij mei. Vndè
1. Cor. 1. Apoſtolus: Qui gloriat̃, inq̃t, in Dño glorieť. Et iterùm Philip. 4. Gaudete in Dño ſemp. Hinc & Aba-
1. Co. 10. cuc 3. profiteť: Ego aũt in Dño gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. [& exultabit] i. intãtùm intùs
gaudebit, ꝙ ſigna lætitię forìs erumpent. [anima mea in Deo meo] ex cõſideratione beneficiorum
ipſius. Simile huic eſt illud Tobiæ 13. Ego aũt & anima mea in Deo lætabimur. [q̃a induit me veſti-
mentis ſalutis] i. veſtẽ innocentiæ in baptiſmo, ſeu gratia ſalutari, vel ipſo fonte ſalutis, ac ſaluato-
Galat. 3. rem. Apoſtolus em̃ ait: Quicũq; in Chr̃o baptizati eſtis, Chr̃m induiſtis. Hæc eſt ſpiritualis induitio
Rom. 13. qua anima perornatur, nè corã Deo indecora appareat, de qua dicit Apoſtolus: Induimini Dñm Ie-
Iob 29. ſum. Et Iob: Iuſtitia, inq̃t, indutus ſum. [& indumentis iuſtitiæ] i. operatione iuſta ſeu habitu virtuo-
ſo, quo anima amicitur. [circundedit me] ſpirituali circundatione, ità ꝙ ex om̃i parte vallauit aĩam
meam gratia & virtute. Ponitq́; ſimile: [quaſi ſponſum decoratum corona,] i. ſicut ſponſus ornatur
roſeo ſerto. [& quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.] i. ſicut ſponſa ſuis ornamentis fulcitur. Per
hæc itaq; corporalia ornamenta ſponſi & ſponſæ, deſignatur & exemplariter notificatur ſpiritualis
ornatus animæ atq; Eccleſiæ. Et his Iſaiæ verbis pulchrè cõcordat, quod de Eccleſia dicitur in Apo-
Apoc. 12. calypſi: Signum magnũ apparuit in cælo: Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite ei-
us corona ſtellarum duodecim. Deniq; Eccleſia cõparat ſe ſponſo, propter prælatos & viros perfe-
ctos: ſponſæ verò, propter ꝓficientes & ſubditos. [Sicut em̃ terra profert] virtute influentiæ cęleſtis
[germen ſuum,] videlicet fructus diuerſos. [& ſicut hortus ſemen ſuum germinat,] i. fructum ſuum
producit. [ſic Dñs Deus germinabit] i. gratiam germinandi præſtabit apoſtolis & apoſtolicis viris
[iuſtitiam & laudem corã vniuerſis gentibus.] ità ꝙ ſua p̃dicatione inducent om̃es gentes ad obſer-
ua-

uationem iuſtitiæ, & cantica laudis diuinæ. Omnia hæc ab eo loco quo dictum eſt, Gaudens gaude-
bo in Domino, de quolibet deuoto exponi poſſent. Exemplariter quoq; cantantur de virginibus ſa-
cris, quę omni carnali delectatione contempta, in ſolo Deo gaudere elegerunt, ſponſumq́; cæle-
ſtem amplexatę ſunt, à quo omni ſpirituali decore ſunt venuſtatæ.

¶ *Elucidatio capituli 62. Propter Sion non tacebo.* *Articulus* 90.

NVnc Iſaias in ꝓpria perſona loquens, & Chr̃i aduentum ardentiſſimè, immò & ineffabiliter
cupiens, ait: [Propter Sion nõ tacebo, & propter Hieruſalẽ non quieſcã.] i. ꝓpter amorẽ quo
redemptionẽ ac ſalutem populi mei, ſcilicet Iudęorũ, immò Eccleſiæ ſeu oĩm electorũ, deſidero, nõ
tacebo à clamore ardentiſſimarũ precum pro aduentu Meſſiæ. nec quieſcã ab opere inchoato, ſed
iugiter deprecor per meipſum & ſucceſſores meos. [donec egrediať vt ſplendor iuſtus eius,] i. quo-
uſq; Chr̃s (de quo ad Hebręos 2. dicit Apoſtolus, ꝙ ſit ſplendor glorię & figura ſubſtantię eius) egre
diatur de ſinu patris, deſcendens in vterũ virginis, & indè ꝓcedat tanq̃ ſponſus de thalamo ſuo. Ipſe Pſal. 18.
eſt em̃ vapor virtutis Dei, & emanatio q̃dam claritatis om̃ipotentis Dei ſyncera, cãdor videlicet lu- Sap. 7.
cis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius, qui de ſe teſtať: Exiui à Ioan. 16.
patre, & veni in mundũ. de quo fertur in Pſalmo 18. A ſummo cælo egreſſio eius. [& ſaluator eius]
videlicet Chr̃s, de quo angelus dixit ad Ioſeph: Vocabis nomẽ eius Ieſum: ipſe em̃ ſaluũ faciet po- Matth. 1.
pulum ſuũ à peccatis eorũ. [vt lampas accendať] in ſeipſo ſecundùm humanã naturam, recipiendo à
Deo charitatẽ diuinam & ſapientiam ſalutarẽ: accendať quoq; in cordibus hoĩm, quatenùs eos illu-
minet, atq; diuino amore inflammet, de quo Chr̃s aſſerit: Ignẽ veni mittere in terrã, & q̃d volo niſi Lucæ 12.
vt accendať? [Et videbunt gentes] oculo fidei per p̃dicationẽ apoſtolorum, [iuſtum tuum] ſ. Chr̃m,
de quo Ieremiæ 23. legitur: Hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dñs iuſtus noſter. Vndè dictum eſt
ſuprà 52. Viderunt om̃es fines terrę ſalutare Dei noſtri. Et in Pſal. 97. Notum fecit Dñs ſalutare ſuũ,
in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. [& cuncti reges] videbunt per fidem [inclytum tu-
um.] i. nobiliſſimum filium Dauid regem Meſſiã, de quo Prouer. 31. dicitur: Nobilis in portis vir ei-
us, ſ. Eccleſię, q̃ Apoc. 19. dicitur vxor agni, cùm ſederit cum ſenatoribus terræ. Iam em̃ ex om̃i gene-
re regum multi Chr̃m viderunt, & ante finem mundi, om̃es eum viſuri ſunt, quandò Helias veniens
reſtituet om̃ia. Propter quod ait Pſalmographus: Adorabunt eum om̃es reges terrę. [Et vocabitur ti Pſal. 71.
bi] ô Sion [nomen nouum,] i. nouo noĩe vocaberis, vt q̃ priùs dicebaris ſynagoga, iam nomineris
Eccleſia: & populus tuus, qui dicebať Iudęus, deincèps Chr̃ianus voceť. Hinc nempe infrà diciť: Ser- Iſaiæ 65.
uos ſuos vocabit noĩe alio. [quod os Dñi] ſaluatoris [nominauit,] dicens ad Petrum: Tu es Petrus, Matth. 16.
& ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã. [Et eris corona glorię in manu Dñi,] i. corona p̃fulgi-
da, circundans, cingens ſeu ornans Dñm ſaluatorem ſponſum tuũ, qui clarificať in te, & glorificatur
per te. eris quoq; [& diadema regni] i. ſertũ regale [in manu Dei tui,] qui te ſanguine ſuo redemit.
In p̃ſenti em̃ via atq; in patria, Eccleſia Chr̃m coronat, eum laudando & glorificãdo, quẽadmodùm
ſcriptũ eſt Pſal. 7. Synagoga populorũ circundabit te, immò & accidentalẽ gloriã ſuę humanitatis
aliquo modo augendo, videlicet quantùm ad manifeſtationẽ. vndè & Paulus ait diſcipulis: Gaudiũ Philip. 4.
meũ & corona mea. Poteſt quoq; ità exponi, Et eris corona glorię in manu Dñi, i. glorioſè coronata
in virtute ac ꝓtectione diuina, nunc q̃dem per gr̃am, in futuro aũt eris diadema regni, i. regio diade-
mate decorata. In manu Dei tui, ad quẽ ait Pſalmiſta: Poſuiſti in capite eius coronã de lapide precio- Pſal. 20.
ſo. Et rurſus: Gloriam & magnũ decorem impones ſup eum. Cõſequenter ad Sion, i. Eccleſiam dici- Ibidem.
tur: [Non vocaberis vltrà derelicta.] i. nõ derelinquẽris à Deo vt antè. Si em̃ per Eccleſiam deſignẽ-
tur nationes cõuerſę, certum eſt ꝙ illę quondàm erant relictę. ſynagoga quoq; frequenter deſerta
fuit, ſed poſtq̃ ex vtroq; populo conſtituta eſt vna in Chr̃o Eccleſia, ipſa non eſt ampliùs, quo ad ſe
totã relicta, præſertim cùm Chr̃s ei promiſerit: Eccè ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſq; ad con-
ſummationem ſeculi. Chriſtus em̃ per gratiam habitat in cordibus fidelium. [& terra tua non voca- Matth. 28.
bitur ampliùs deſolata.] i. habitatio peregrinationis tuæ, in ſeculo iſto non priuabitur habitatori-
bus ſuis, ſed vſq; in finem mundi habitabit populus Chriſtianus in terra: & ipſi fideles non erunt pe
nitùs deſolati, ſed conſolabuntur piè à Chriſto, etiam in iſto exilio. [ſed vocaberis, voluntas mea in
ea.] i. mihi obediens eris, & per opera bona accepta, ſeu meæ voluntati conformis in terra peregri-
nationis tuæ. Conſuetudo Hebræi idiomatis eſt, vt ex rebus nomina ſemper imponat, quemadmo-
dùm Abraam, quod interpretatur pater excelſus, vocatus eſt Abraam, quod interpretatur pater mul
tarum gentium, quãdò audiuit promiſſionẽ diuinam de multiplicatione ſeminis ſui. Et filij Zebedęi, Gene. 17.
dicti ſunt filij tonitrui, quorum vnus emiſit tonitruum maximum: In principio, inquiens, erat ver- Gene. 18.
bum, & verbũ erat apud Deum. Superiùs quoq; 8. impoſita ſunt Chriſto vocabula: Citò ſpolia de- Marc. 3.
trahe, Velociter p̃dare. Ità & nunc propter diuinorũ cuſtodiam mandatorum, vocať Eccleſia à Deo, Ioan. 1.
Voluntas mea in ea. [& terra tua inhabitata: quia cõplacuit Dño in te, & terra tua inhabitabiť.] Hoc
iam ſemel p̃dictum eſt, nunc aũt exponi poteſt de terra Eccleſiæ triumphantis, in qua ſancti æterna-

liter habitãt,iuxta illud Pſal.139.Habitabunt recti cũ vultu tuo.[Habitabit em̃ iuuenis] cuius iuuen-
Ephe.6. tus renouaẽ vt aquilæ,q ſecundùm exhortationẽ Apoſtoli,renouaẽ ſpiritu mẽtis ſuę, & induit nouũ
hoĩem,qui ſecundùm Deũ creatꝰ eſt.[cum virgine] ſine corruptiõe peccati viuẽte. multi quoq; ſan-
ctiſſimi iuuenes cũ inuiolatis virginibꝰ cũ omni caſtitate habitauerunt,& habitãt in Eccleſia Dei.[&
habitabũt in te filij tui.] oẽs em̃ fideles qui ſunt Eccleſię filij,cõmoranẽ in ea ꝑ fidẽ catholicã atq; in-
Pſal. 132. diuiduã charitatẽ.vndè & ſcriptũ eſt Pſal.67.Qui habitare facit vniꝰ moris in domo.Et iterùm:Eccè
q̃ bonũ & q̃ iucundũ,habitare fratres in vnũ.[Et gaudebit ſpõſus ſup ſponſa,] i. Chr̃s ſup Eccleſia:
2.Cor.11. deliciæ em̃ eius ſunt eſſe cũ filijs hoĩm. Cui ſpõſæ ait Apoſtolus: Deſpõdi vos vni viro virginẽ caſtã
Galat.2. exhibere Chr̃o.Itẽq;:Chr̃s dilexit Eccleſiã,& tradidit ſemetipſum ꝓ ea.Cui in Cãticis loquiẽ ſpõſus
Cant.5. cæleſtis:Aperi mihi ſoror mea ſpõſa.Et denuò: Vulnerâſti cor meũ. [& gaudebit ſup te Deus tuus]
& 4. de quo ferẽ in Pſal.103.Lætabiẽ Dñs in opibus ſuis.Et Nehemias ait:Gaudebit ſup te Dñs in lętitia,ſi-
Nehe.8. lebit in dilectiõe tua,& exultabit ſup te in laude. Inſupèr in ꝑſona Dei diciẽ: [Sup muros tuos Hie-
ruſalẽ cõſtitui cuſtodes.] Per Hieruſalẽ deſignaẽ Eccleſia maximè primitiua, q̃ in Hieruſalẽ ſumpſit
exordiũ.De Sion em̃ exiuit lex Euãgelica, & verbum Dñi Saluatoris de Hieruſalẽ,de qua Chr̃s dixit
Act.1. apoſtolis:Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ & in oĩni Iudęa & Samaria & vſq; ad vltimum terræ.Primò
em̃ poſt Chr̃i paſſionẽ p̃dicatum eſt Euãgeliũ in Hieruſalẽ.Per muros aũt Hieruſalẽ intelligi poteſt,
vel populꝰ Iſrael & gẽtilis,ex quibꝰ quaſi ex duobꝰ parietibꝰ ſeu muris,in Chr̃o lapide angulari con-
iunctis,cõſtructa eſt vna Eccleſia:vel ipſi B.apoſtoli,quorũ doctrina & merita ſunt cæteris quaſi mu-
rus defenſiõis.Si ergò ꝑ muros intelligãẽ apoſtoli,ꝑ cuſtodes horũ murorũ, intelligẽdi ſunt ange-
li ſancti.Si verò ꝑ muros intelligãẽ p̃dicti duo populi ab apoſtolis cõuerſi,ſeu turbæ fideliũ: ꝑ cu-
ſtodes intelligi poſſunt tã angeli,quorũ directiõe atq; ꝓtectiõe muniũẽ fideles & gubernanẽ, quẽ-
admodùm deiformis Dionyſiꝰ aſſerit,hierarchiã eccleſiaſticã ab angelica hierarchia diſponi ac regi:
q̃ apoſtoli alijq; ſancti p̃lati Eccleſię,quorũ officium eſt gregẽ Dñicum cuſtodire,ſicut Paulus hortaẽ:
Act.20. Attendite vobis & vniuerſo gregi,in quo poſuit vos ſpiritus ſanctꝰ epiſcopos, regere Eccleſiã Dei.[to
ta die & tota nocte in ꝑpetuũ nõ tacebũt.] i.indeſinẽter Dñm exorabunt ꝓ ſalute gregis ſibi cõmiſ-
ſi,ipſumq; gregẽ iugiter informabunt.Vndè ſuperiùs Iſaias qui erat magnꝰ cuſtos ſynagogę,teſtatus
Iſaiæ 21. eſt:Sup ſpeculã Dñi ego ſum ſtans iugiter per diẽ,& ſup cuſtodiã meam ego ſum ſtans totis noctibꝰ.
Deniq; ad hanc ſanctã vigilantiã admonet Iſaias p̃latos Eccleſiæ, immò vniuerſos deuotos:[Qui re-
miniſcimini Dñi,] meditãdo in lege eius die ac nocte. [nè taceatis] ab inuocatione & laude diuina.
[& nè detis ſilentiũ ei,] videlicet Dño,i.nè ceſſetis alloqui eũ,ſed more mulieris q̃ iudicẽ iniquũ orã-
Lucæ 18. do moleſtauit,& fatigauit intãtùm,vt eã audiret,opportunè & importunè Dñm inuocate, dicẽtes cũ
Gene. 33. Exod. 32. Iacob:Nõ dimittã te,niſi benedixeris mihi.Sic em̃ Moſes fecit,cui Dñs quaſi victus dicebat: Dimitte
me,vt iraſcaẽ furor meus cõtra eos.[donec ſtabiliat] per gr̃am,[& donec ponat Hieruſalẽ] i.Eccleſiã
p̃cipuè primitiuã.[laudẽ in terra.] i.toto orbe famoſam atq; laudabilẽ, quatenùs diffundaẽ per oĩa
climata mundi.[Iurauit Dñs in dextera ſua,& in brachio fortitudinis ſuę.] Frequenter legiẽ Deus iu-
Amos 6. râſſe. Interdùm quidẽ per ſeipſum, vt in Geneſi: interdùm verò per aĩam ſuã,vt in Amos.nunc aũt
iurat per dexterã ſuã & brachium fortitudinis ſuę.Poteſtq; ꝑ dexterã & brachium Dei,intelligi ipſe-
met Deus pater,ſeu quælibet diuina ꝑſona,accipiendo ꝑ dexterã Dei,æquitatem ipſius Dei, de qua
Pſal.20.Dextera tua, inq̃t, inueniat oẽs qui te oderũt.Per brachiũ aũt potentia eius,de quo Iob 40.
diciẽ:Si habes brachiũ vt Deus,& ſi ſimili voce tonas.Vel per brachiũ & dexterã Dei,intelligiẽ Chr̃s
vnigenitus filius eius,qui eſt virtus & ſapientia patris,de quo dictũ eſt antè 52. Parauit Dñs brachium
Pſal. 97. ſanctũ ſuum in oculis oĩm gentiũ.&,Saluauit ſibi dextera eius & brachiũ ſanctũ eius.Et de hoc bra-
chio accipi poteſt illud Amos 4.Iurauit Dñs in ſancto ſuo.Sanctus em̃ Dei eſt Chr̃s, de quo ſcriptũ
Marc. 1. eſt Danielis 9.Vngaẽ ſanctus ſanctorum.Et in Marco: Scio quia ſis ſanctus Dei. Quid autem iurauit
Dñs,ſubdiẽ:[Si dedero triticum tuum vltrà cibũ inimicis tuis, & ſi biberint filij alieni vinum tuũ in
Zach. 9. quo laborâſti.] Zacharias ait:Quid bonũ Dñi,aut quid pulchrũ eius,niſi frumentũ electorum,& vi-
num germinãs virgines? quod nequaq̃ de bladis terræ potuq; vineæ intelligendum videẽ, p̃ſertim
cùm tali frumento frequenter magìs abundent reprobi q̃ electi,taleq; vinũ potiùs corrumpat q̃ ger-
minet virgines,qm̃ ſcriptum eſt Prou.20. Luxurioſa res eſt vinum.qui eo delectaẽ,non erit ſapiens.
Oſeæ 4. Et in Oſee:Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. Abſit quoq; vt hæc materialia, temporalia
& ſenſibilia bona,corporumq; alimenta, dicantur Dei bona & pulchra præcipuè. Non em̃ regnum
Dei eſt eſca & potus,ſecundùm Apoſtolum Rom.14. De quo igitur frumento & vino iſta dicun-
tur, niſi de pane cæleſti, videlicet de corpore Chriſti, quod ex pane triticeo conficitur, eiuſq; ſan-
Ioan. 6. guine qui conſecratur ex vino? vndè ait Saluator: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt
Pſal 71. potus.Deniq; in Pſal.Deus iudicium,quem conſtat ad literam de Chriſto eſſe conſcriptum,vbì no-
ſtra tranſlatio habet, Erit firmamentum in terra in ſummis montium: Hebraica veritas habet,
Erit placenta tritici in terra in capite montium. Tranſlatio verò Hieronymi iuxta Hebraicum, ſic
con-

cõtinet:Erit memoriale triticum in terra in capite mõtium, Porrò trãſlatio Chaldaica apud Iudæos
authentica,talis eſt:Erit oblatio frumẽti in terra.Certum aũt, oĩa hæc dici de Chr̃o,de quo in prin- Pſal.71.
cipio Pſalmi illius induciẽ:Deus,iudicium tuum regi da.Et poſt pauca:Adorabunt eum oẽs reges,&
bñdicenẽ in ipſo oẽs tribus terrę.De hoc frumẽto ſeu tritico & vino Eccleſiæ, exponi poteſt hic lo-
cus,p̃ſertim cùm de vino iſto ſequaẽ:Qui cõportãt illud, bibẽt in atrijs ſanctis meis.Atria em̃ ſancta, Marc.11.
ſunt loca diuino cultui cõſecrata,in q̃bus moris nõ eſt bibere vinũ. Domus q̃ppe Dei, domus ora-
tionis,nõ atrium potationis,vocaẽ.Eſt itaq; ſenſus:Si dedero,i. nõ dabo, triticũ tuum, i. euchariſtiæ
ſacramentum vltrà cibum inimicis tuis,i. infidelibꝰ,nõ q antè datum ſit illis,ſed q̃a nunq̃ donabiẽ:
quõ Deut.34.ſcribiẽ, Non ſurrexit vltrà ꝓpheta ſicut Moſes:q̃a nec ante eum fuit ſimilis ei,vt videẽ.
Et ſi biberint,i.nõ bibent filij alieni à fide,vinum tuũ in quo laborâſti, i. calicem ſanguinis Chr̃i,ad
cuius participationẽ te cum magno labore diſponis orando,flendo,vigilãdo, & abſtinẽdo vt dignè
accedas.[Quia q *congregãt illud,] i.fideles q ad huius ſacramẽti cõfectionẽ cooperanẽ ſiue diſpo- * congre-
nunt, [comedent] ſicut ait Saluator: Qui mãducat hunc panẽ, viuet in æternũ. [& laudabunt Dñm] gabunt
gr̃as referendo ꝓ tã nobili cibo.Scriptum eſt em̃ in Pſal.21.Edent pauperes & ſaturabunẽ, & lauda- Ioan.6.
bunt Dñm q requirunt eũ.[& qui cõportant illud,] videlicet vinum p̃dictum,ad ſanguinis Chr̃i cõ-
ſecrationem cooperãdo ſeu diſponendo.[bibent in atrijs ſanctis meis.] i.in locis Eccleſiæ. [Trãſite,
trãſite ꝑ portas,] i.ô paſtores Eccleſiæ,ô apoſtoli & apoſtolici viri atq; doctores,ambulate per opera
virtuoſa.Introite per portã anguſtã arctamq; viã, quatenùs ipſi inprimìs agatis quod alios edocetis:
vel poteſt eſſe admonitio ad oẽs: vt ſit ſenſus, Trãſite ad ſocietatẽ Eccleſiæ militãtis, eamq; ingreſſi,
tranſite ad Eccleſiã triumphantem per portas ſacramentorũ,videlicet ꝑ baptiſmum qui eſt porta Ec-
cleſiæ militãtis:& per pœnitentiã, q̃ eſt ſecunda tabula poſt naufragium: ꝑ vnctionem quoq; extre-
mam,q̃ eſt porta Eccleſiæ triumphãtis.Primę aũt expoſitioni cõſonant q̃ ſequunẽ: [Præparate viam
populo.] i.gregi Dñico p̃bete bona exempla,& orate ꝓ eis,doceteq; eos vias virtutũ,quibus ad vlti-
mum finem pertingiẽ.[Planum facite iter,] i.impedimenta benè viuendi auferte. [& eligite lapides
viuos,ex quibus ædificaẽ Eccleſia,i.firmos in fide,qui idonei ſunt & alios docere, vt alijs tales p̃fici-
atis:vel eligite,i. colligite lapides offenſionis, videlicet cauſas ruinæ & obices gr̃æ.Vndè tranſlatio
LXX.ſic cõtinet:Lapides de via proijcite.[& eleuate ſignum ad populos,] i.vexillum crucis p̃dicate
in gentibus,cunctorum oculis Chr̃i paſſionem proponite, de quo ſigno in euangelio ſcriptum eſt:
Tunc apparebit ſignum filij hoĩs.[Eccè Dñs auditum fecit] i. ꝑ apoſtolos annunciauit [in extremis Matth.24.
terrę] myſterium crucis.In oẽm em̃ terrã exiuit ſonus eorum,& vſq; in fines orbis terræ verba eo- Pſal.18.
rum.[Dicite filiæ Sion,] i.cõgregationi fidelium: [Eccè Saluator tuus venit] in mundum ꝑ incar-
nationem vt iudicareẽ,veniet quoq; in mundum vt iudicet.de quo Cant.2. diciẽ: Eccè iſte venit ſa-
liens in mõtibus,trãſiliens colles. [eccè merces eius cum eo,] vt reddat ſingulis quod merenẽ,quẽ-
admodùm Apoc.22.proteſtaẽ:Eccè venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuiq; ſecun-
dùm opera ſua.Hoc p̃cipuè ad ſecundum Chr̃i referẽ aduentum.[& opus eius corã eo.] i. in cõſpe-
ctu ipſius,quod intelligi poteſt de cunctis hoĩbus qui ſunt opus diuinæ virtutis,& in cõſpectu Chr̃i
adſtabunt in die iudicij.oẽs quippe nos manifeſtari oportet ante tribunal Chr̃i,ſecundùm Apoſto-
lũ.[Et vocabunt] apoſtoli [eos] videlicet ad fidem conuerſos [populus ſanctus *redemptus à Dño] 2. Cor. 4. *redempti
Saluatore ꝑ ſanguinis ſui effuſionem.vndè Petrus:Vos, inquit, genus electum,&c.gens ſancta.[Tu 1.Pet.2.
aũt] Eccleſia [vocaberis q̃ſita ciuitas] i.empta & aquiſita à Chr̃o, quemadmodùm Act.20 legiẽ: Po-
ſuit vos ſpũs ſanctus epiſcopos in Eccleſia Dei,quam acquiſiuit ſanguine ſuo.[& non derelicta,] qm̃
Chr̃s tecum iugiter erit.Propter quod ad Heb.13.diciẽ:Ipſe em̃ dixit, non te deſeram neq; derelin-
quam,ità vt confidenter dicamus:Dominus mihi adiutor eſt,non timebo quid faciat mihi homo. Pſal.117.

¶ *Expoſitio cap.63.Quis eſt qui venit de Edom.* *Articulus* 91.

HOc p̃ſens cap.S.Dionyſius 7. Hierarchiæ angelicę cap.S.quoq; Hieronymus intelligendum
aſſerunt de aſſcenſione Dñi Saluatoris,& hos tantos theologos alij poſteriores penè oẽs,vt di-
gnum eſt,aſſequunẽ:veruntñ Lyra nitiẽ,ſobriè tñ,hanc expoſitionẽ minùs conuenientem monſtra-
re,exponens cap.iſtud de ſecundo Chr̃i aduentu.Quãuìs aũt nequaq̃ conſentiendum ſit ei,motiua
tñ ipſius non ſunt penitùs contemnenda.Porrò vt oĩa compendioſiùs fiant, Primò exponenda eſt
litera ſecũdùm intellectum p̃dictorum ſublimium atq; ſanctorum theologorum. Primò quoq; ad-
uertendum eſt,q ſecundùm doctrinã beatiſſimi principis theologorũ Dionyſij 7.cap. Hierarchiæ
cæleſtis,Chr̃o aſſcẽdenti angeli ſancti tres q̃ſtiones fecerunt.Prima fuit inferiorũ, qui à ſuperioribꝰ
cũ Chr̃o venientibus ſciſcitabanẽ:Quis eſt iſte rex glorię?nõ em̃ tã perfectè cognouerunt myſteria
Saluatoris,vt ſuperiores.Secunda q̃ſtio erat angelorũ primę ac ſummæ hierarchiæ, q̃rentium inter Pſal.23.
ſe:[Quis eſt iſte qui venit de Edom,tinctis veſtibus de Bozra?] q̃runt aũt inter ſe,non quaſi volen-
tes à ſe inuicèm edoceri, qm̃ oẽs immediatè illuminantur à Deo: ſed quærunt ſic conferendo in-
ter ſe, vt oſtendant ſe ſcientiam ſanctam appetere, neq; audere diuinam in eos illuminatiuam ſeu

 in-

inſtructiuã,ꝓceſſionem anticipare,aut diuina lege ꝑſtitutos ſibi terminos trãſilire, quaſi deliberent
primò inter ſe,quatenùs idonei fiant ad illuminationem diuinã. Tertia q̃ſtio eſt,quã faciunt angeli
ſummi, Chr̃o dicẽtes:Quare rubrũ eſt indumẽtum tuum? Propterea agnoſcẽdum ꝙ Edom & Boz-
ra vno modo ſunt noĩa propria.Eſau em̃ alio noĩe dictus eſt Edom. Idumæa quoq; ſeu mons Seir,
alio noĩe dicit̃ Edom,vt legit̃ Gen.26. Bozra verò eſt nomẽ ciuitatis, de qua erat Iobab rex Edom,
ſicut p̃dicto ca.ſcribit̃.Secundũ Hieronymũ tñ,Bozra nõ eſt in Edõ,ſed in terra Moab.Alio modo
ſunt noĩa cõmunia:ſicq; Edõ interpretat̃ terrenus ſiue cruentus,& ſignificat rubedinem.Bozra ve-
rò,firma atq; munita interpretatur:& ità ſumuntur hoc loco.Videntes itaq; angeli ſancti ac ſummi,
Chr̃m poſt paſſionem ad patrẽ aſſcendere,cruentatum tẽpore paſſiõis cicatricibusq́; reſeruatis mi-
rãtes,& ſecundùm Hieronymũ rei nouitate pterriti & attoniti,inter ſe perſcrutant̃:Quis eſt iſte qui
venit de Edom? i.qs eſt iſte tam glorioſus,potens & fulgidus,ꝗ aſſcendit de terra ſeu mundo vitijs
ſanguinolento,vñ nullus hucuſq; tã potenter aſſcendit ad cælos, ꝗ etiã tinctis veſtib⁹, i. ꝓprio ſan-
Cant.5. guine rubricatis tẽpore paſſionis,de quo ſpõſa ait in amoris dialogo:Dilect⁹ meus candidus &rubi-
cundus. Vtiq; rubicund⁹ in paſſione,cãdidus in reſurrectione &aſſcẽſione,venit de Bozra,i.de mũ-
do cõtra Deum ꝑ malitiã tumente,vel de Hieruſalem, in qua paſſus eſt Dñs,q̃ erat firmiſſimis muris
circundata,atq; aduerſùs Chr̃m & eius Eccleſiã malitioſè armata:vel de inferno, in quo aĩæ tanq̃ in
firmiſſimo carcere detinent̃.Poteſt aũt & ità intelligi, tinctis veſtib⁹ de Bozra,i.ſanguine rubricatis
à populo habitãte Hieruſalẽ, ꝗ ipſum occidit.De hoc itaq; veniente ad cælos angeli colloquunt̃ &
aſſerunt:[Iſte formoſus in ſtola ſua,] i.in humanitate qua videt̃ indutus. De eo em̃ ait Pſal.44. Spe-
cioſus forma p̃ filijs hoĩm,ſpecie tua & pulchritudine tua,intende proſperè, ꝓcede & regna.In quẽ
(principe apoſtolorũ teſtãte) deſiderãt angeli ſancti ꝓſpicere.De hac ſtola Chr̃i,Iacob ait Gen.49.
1.Pet.1. Lauabit in vino ſtolã ſuã,& in ſanguine vuæ pallium ſuũ. [gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuæ.]
i. ꝓpria poteſtate atq; cum ingẽti exercitu angelorum ac aĩarum de limbo inferni deductarũ victo-
Pſal 44. rioſiſſimè aſſcendẽs,de quo ſcriptum eſt:Accingere gladio tuo ſup femur tuum potentiſſime.Ad p̃-
inductã aũt q̃ſtionem reſpondet Saluator:[Ego ꝗ loquor iuſtitiã,]i.ego ſum iudex mundi,cui pater
dedit om̃e iudicium,& de ſingulis ꝓfero iudicialem ac verã ſententiã.[& ꝓpugnator ſum] i.propu-
Luc.11. gnator pro hoĩbus pugnãs contra aëreas poteſtates,mortẽ ſuperans,infernumq́; ſpolians.[ad ſaluã-
dum] electos de iugo diaboli,de ſeruitute peccati,de limbo inferni.Dionyſius loco p̃tacto ità alle-
gat:Ego qui loquor iuſtitiam & iudicium ſalutaris,i.ſentẽtiã ſaluationis ꝓ iuſtis,ſic em̃ cõtinet trãſ-
Pſal.71. latio LXX.interpretum.Et hoc veriſſimè competit Chr̃o,de quo ait Pſal.Deus,iudicium tuum regi
da,& iuſtitiam tuã filio regis.vndè ſuperiùs 19.dictum eſt:Mittet eis Saluatorẽ & propugnatorẽ qui
liberet eos.Ex hac reſponſione orit̃ angelis ſanctis aliud dubium,ſciſcitanturq́; Chr̃m:[Quarè ergò
rubrum eſt indumentum tuum,& veſtimẽta tua ſicut calcantium in torculari?] tanq̃ dicãt:Iam di-
dicimus quis ſis,ſed cùm ſis doctor iuſtitiæ iuſtusq́; iudex,& author redẽptionis humanæ:miramur
& ſcire optamus,quarè rubrum eſt indumentum tuum,i.cur tua caro ꝑfuſa eſt ſanguine tẽpore paſ-
ſionis,ſicut cicatrices demonſtrãt?Caro em̃ Chr̃i,templum erat,veſtis, ſtola, indumẽtum & pallium
Ioan.19. diuinitatis:ſimiliter humanitas eius.& indumenta tua,videlicet tunica inconſutilis deſupèr cõtexta
ꝑ totum,veſtisq́; alba qua ab Herode illuſus es,vel potiùs corpus tuum & aĩa,à verbo ꝑ modum ha-
bitûs aſſumpta,rubra ſunt,i.cruentata ſeu igne paſſionis ſuccenſa,ſicut rubricant̃ indumenta calcã-
tium vuas rubeas in torculari,quo noui fructus congregant̃, vel calcãtium hoſtes ſuos in torculari,
i.duro bello ſeu preſſura p̃lij magni.Torcular nanq; interdùm accipit̃ ꝓ congregatione recentium
fructuum,ſeu loco vel inſtrumento quo vinum exprimit̃. Interdùm verò pro tormentis accipit̃,per
Thre.1. modum torcularis prementib⁹,ſicut in Threnis aſſerit̃:Torcular calcauit Dñs virgini filiæ Iuda.Me-
ritò aũt ô Chr̃e iſta inquirimus.potiùs nanq; cõuenit tibi pietas q̃ crudelitas,potiùs candor q̃ rubor.
Quibus Chr̃s reſpondet non vno verſiculo,vt priùs,ſed longo ſermone, vt plenè inſtruat neſcien-
tes,nè denuò quærere compellant̃. [Torcular calcaui ſolus.] Hoc idem ſcribit Ioannes de Chriſto
Apoc.19.Veſtitus,inquit,erat veſte adſperſa ſanguine,& ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei oĩ-
potentis.Sumit̃ hoc loco torcular ꝓ pœna premente ac graui,vt ſit ſenſus:Torcular,i.mortẽ calcaui,
Oſe.13. i.deſtruxi & vici ſol⁹.Mortẽ em̃ æternã Chr̃s deſtruxit,iuxta quod ait in Oſee:Ero mors tua ô mors,
morſus tuus ero inferne: mortẽ quoq; temporalem in ſeipſo reſurgendo ſuperauit, prout ad Ro.6.
teſtatur:Chr̃s reſurgens ex mortuis,iam non moritur:mors illi vltrà non dñabitur.Ipſe etiam mori-
endo pro nobis,eripuit nos à morte aĩæ in p̃ſenti, atq; in die iudicij ab om̃i corporis mortalitate li-
berabit electos.Vndè Ioan.12.loquitur:Ego ſi exaltatus fuero à terra, oĩa traham ad meipſum. Hoc
Pſal.13. ergò torcular Chr̃s calcauit ſolus,qm̃ ipſe ſolus pró hoĩbus ſatisfecit:oẽs quippe declinauerunt, ſi-
mul inutiles facti ſunt.immò nemo ſeipſum redimere potuit,ideò [& de gentibus non eſt vir me-
cum,] adiuuans me in operando ſalutẽ humanam.[Calcaui eos] i. Iudæos incredulos perſecutores
meos,æternaliter cõdemnaui [in furore meo,] i.in diſtricta iuſtitia mea, q̃ ſe habet ꝑ modum furo-
ris,

ris,dum rationalẽ creaturã proijcit in infernum,velut ſi pater ex iuſto zelo filium prauum in ignem
ꝓijceret,furere putaret̃.[& cõculcaui eos] tẽporaliter ꝑ exercitum Romanũ,à quib⁹ calcati,oppreſ-
ſi,& interfecti fuerunt infideles Iudæi.[in ira mea] q̃ mitiùs ſonat q̃ furor.[Et adſperſus eſt ſanguis
eorum ſup veſtimẽta mea,& oĩa indumẽta mea inquinaui.] Hoc Chr̃s de ſe metaphoricè dicit.Lo-
quit̃ em̃ de ſe quaſi de pugnatore victorioſo,cuius veſtimenta rubricant̃ ſanguine occiſorum,& per
hoc Chr̃s oſtendit ſua virtute occiſos eſſe Iudæos.[Dies em̃ vltionis] qñ iuſtè vlciſcar peccata eorũ
[in corde meo] eſt.[annus *retributionis meæ venit.] vt reddã eis debitas pœnas ꝓ culpis eorum, * redem- ptionis
in me & in diſcipulos meos cõmiſſis,quod intelligi poteſt de anno quo Romani vaſtauerũt Iudæos
in vltione ſanguinis Chr̃i,vel de tẽpore iudicij vniuerſalis,quo in corpore & aĩa damnabunt̃: vel de
tẽpore particularis iudicij,quo ſinguli Iudęorum,cùm moriunt̃,damnant̃, quantùm ad aĩam.[Cir-
cunſpexi] tẽpore paſſionis,[& nõ erat auxiliator.] oẽs em̃ diſcipuli relicto eo,fugerunt. [q̃ſiui] qui
mihi aſſiſteret,[& nõ fuit ꝗ adiuuaret.] i.q̃uis q̃ſiſſem,nõ inueniſſem. Non em̃ Chr̃s quęſiuit huma- Ioan.18.
num iuuamẽ,nec eo indiguit,ꝗ vna voce aduerſarios ſuos retrorſum ꝓiecit in terram. Potuitq́; vna Matth.26.
prece obtinere à patre plùs q̃ xij. legiones angelorum.ſed loquit̃ hæc affectu ſeu more humano, ad
oſtendẽdum ꝙ om̃i humano ſubſidio caruit,& ꝑ ſe ſolum genus humanum redemit. Et ſimili mo-
do ait Pſal.Suſtinui ꝗ ſimul contriſtaret̃,& non fuit:qui conſolaret̃,& non inueni.[Et ſaluauit mihi Pſal.68.
brachium meum,] i.propria poteſtate p̃ualui,& genus humanum redemi ad gloriam noĩs mei. [&
indignatio mea] i.zelus iuſtitiæ meæ aduerſùs iniuſtos,[ipſa auxiliata eſt mihi] contra aduerſarios
meos,quos in zelo meo deieci. [Et conculcaui populos] videlicet obſtinatos Iudæos. [in furore
meo,& inebriaui] i.copioſè impleui eos miſerijs atq; tormẽtis.[in indignatione mea,& detraxi vir-
tutẽ eorum in terram.] i.hoſtium ſuorum pedibus eos ſubieci,vrbemq́; eorum firmiſſimam Hieru- Luc.21.
ſalẽ ità per Romanos deieci,vt nõ relinqueret̃ in ea lapis ſuper lapidẽ.Iam vidẽdum eſt quid effica-
ciæ habeant obiectiones Lyræ,quibus hanc expoſitionẽ nitit̃ infirmare.Itaq; primò ſic arguit: Se-
cundùm Hieronymũ,ꝑ Edom intelligit̃ hîc mons Olıueti,vel Hieruſalẽ vndè Chr̃s aſſcendit. Hoc Marc.16.
aũt videt̃ extraneum,p̃ſertim cùm Idumęa fuerit penè ſemp contraria populo Iudæorum.Secundò,
quia quod dictum eſt,Et adſperſus eſt ſanguis eorum ſup veſtimenta mea, ità exponit̃ à ſequẽtibus
Hieronymũ,vel ab ipſo,i.ſanguis meus ꝗ dicit̃ eorum, eô ꝙ eſt effuſus ꝑ procurationem Iudæorũ,
adſperſus eſt &c.Hæc aũt expoſitio extranea videt̃,inquit Lyra,quia non recolo me vidiſſe alibì in
ſcriptura talẽ loquendi modũ. Sed iã patet ex p̃dictis, ꝙ hæ duæ inſtantiæ erroneæ ſunt. Hierony-
mus nãq;,vt dictũ eſt,ꝑ Edom intelligit terrã ſeu mundum.& quod dicit̃,Adſperſus eſt ſanguis eo-
rum ſup veſtimẽta mea,non exponit̃ ab eo,neq; à me,ipſum ſequente,vt recitat ille, ſed ſicut iã di-
ctum eſt. Tertiò arguit ſic:Chr̃o aſſcendente,incarnationis myſterium actu cõpletum fuit,q̃tùm ad
ſubſtantiã facti & circunſtantias. Talia aũt non vident̃ excedere facultatẽ cognitionis angelicæ, p̃-
ſertim cùm angeli inferiores fuerint miniſtri circa incarnationẽ Chr̃i,annunciando videlicet virgi-
Luc.2. ni glorioſæ ꝙ verbum Dei cõciperet,& Ioſeph atq; paſtoribus. Deniq; facta eſt multitudo cæleſtis
exercitûs laudantium Deum propter Chr̃i natiuitatem ex virgine.Et cùm eſſet in deſerto cum be- Marc.1.
ſtijs,angeli miniſtrabant ei.Quod aũt angeli infimæ hierarchiæ agnoſcunt,non vident̃ ignorare an-
geli ſuperiores.Hæc inſtantia difficultatẽ tãgit, cuius plena ſolutio multis indiget verbis.Prima em̃
difficultas eſt,an angeli à principio nouerunt Chr̃i incarnationẽ:& dicit B. Auguſtinus ſup Gene-
ſim,ꝙ angeli à principio ſeculi p̃cognouerunt myſterium regni cælorum,videlicet Chr̃i incarnati-
onem:& hoc Thomas defendit in prima parte,affirmans oẽs angelos agnouiſſe Chr̃m, ſeu verbum
Dei incarnãdum à principio ſuæ felicitatis,loquendo de cognitione qua vident res in verbo. cuius
rationẽ aſſignat,qm̃ incarnatio verbi,eſt finis ad quẽ vniuerſa angelorũ miniſteria ordinant̃.omnes
nanq; ſunt aliquo modo adminiſtratorij ſpũs,ſecũdùm Apoſtolũ,ideò oẽs incarnationis p̃uiderũt Heb.1.
myſterium,quãtum ad ſubſtantiã eius,& in gñali: nõ aũt quãtùm ad ſingulas circunſtãtias eius, ſeu
particulares cõditiones.& quãtùm ad hoc, ꝓfecerunt in agnitiõe myſteriorũ Chr̃i tẽpore aſſcenſi-
onis,& p̃dicationis apoſtolorũ.Porrò Hieronym⁹ ſentire videt̃ oppoſitũ,aſſerẽs angelos p̃memora-
tũ myſteriũ incarnatiõis paſſionisq́; Chr̃i neſciſſe,donec impleret̃ vt à Chr̃o aſſcẽdente illud addi-
ſcerẽt,& ex apoſtolorũ p̃dicatiõe in horum myſteriorũ cognitiõe ꝓficerent.Quidã aũt volẽtes con
cordare dicta Hieronymi & Auguſtini,aſſerunt angelos ſuperiores,& ꝗ nuncij fuerunt circa myſte-
ria Chr̃i,p̃cognouiſſe incarnatiõis ſecretum,nõ aũt inferiores.Sed verè ſicut ex p̃cedentib⁹ elici po-
teſt,rationabiliter & ꝓbabiliter tenet̃,ꝙ oẽs angeli à principio ſuæ beatificationis cognouerint in-
carnationis ſacramentum, p̃ſertim cùm & ipſe ꝓtoplaſtus homo, à multis ſanctis & doctis viris di-
cat̃ hoc myſterium cognouiſſe,cùm dixit:Hoc nunc os ex oſſibus meis,& caro de carne mea: ꝓpter Gene.2.
hoc,inquiens,relinquet homo patrẽ ſuum & matrẽ ſuam, & adhærebit vxori ſuæ. De quo dicto ſeu
facto dicit Apoſtolus:Myſterium hoc magnum eſt,ego autem (ait) dico in Chr̃o & in Eccleſia.De- Ephe.5.
niq; quicquid prophetæ de Chr̃i myſterijs agnouerunt, multo clariùs nouerant angeli, ꝑ quos ta-
lia

lia reuelabanť prophetis. Angeli aũt qui illa reuelauerunt, oẽs ad infimam pertinent hierarchiam, ſe-
cundùm Dionyſium. ſuperioribus igitur angelorum agminibus illa vtiq; innotuiſſe videnť, idcircò
non arbitror ꝙ angeli primæ hierarchiæ qui inter ſe q̃rebant, Quis eſt iſte qui venit de Edom? ne-
ſciẽrunt verbum Dei incarnatum, nec ignorauerunt eum q̃ tam potenter aſſcendit, eſſe Chr̃m: cùm
cernerent eum nõ ſolùm angelicis turmis, ſed ſanctorum quoq; patrum & aliorum perfectè purga-
torum ac innocentum aĩabus vallatum, quas ſciẽrant educi non poſſe de limbo niſi à Chriſto, ſicut
Zach.9. ꝑdixit. Nec etiam ignorauerunt cauſam paſſionis Chr̃i, videlicet ꝙ propter peccata mundi
Dan.9. tollenda patereť. ſed nec tempus paſſionis huius latuit eos, quod ꝑdixit Gabriel Danieli. Cur ergò
prædictas q̃ſtiones fecerunt, niſi vt de his q̃ nouerant, pleniùs inſtruerentur à Chr̃o, à quo etiã ſe-
cundùm quod homo eſt, immediatè illuminanť ſummi ordines angelorũ, ſecundùm Dionyſiũ? &
ꝙ hoc ità ſit, ex Chr̃i reſponſione eliciť, quia non ſolùm reſpondit eis de ſua ꝑſona & ſimplici cauſa
paſſionis: ſed alia multa adiecit, vt patet ex reſponſione ipſius iã explanata. Pleniùs ergò atq; diſtin-
ctiùs cognouerunt myſteria Chr̃i, in ipſius aſſcenſione apoſtolorumq́; ꝑdicatione, q̃ antè. Propter
Ephe.3. quod ait Apoſtol⁹ ad Epheſios: Mihi aũt oĩm ſanctorum minimo data eſt gr̃a hæc, euangelizare in
gentibus inueſtigabiles diuitias gr̃ę Chr̃i, & illuminare oẽs q̃ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à
ſeculis in Deo, vt innoteſcat principatib⁹ & poteſtatib⁹ in cæleſtibus, ꝑ Eccleſiã multiformis ſapiẽtia
Dei. Hæc aũt determinatio non videť contraria intentioni S. Hieronymi. ait nanq; ꝙ angelicæ di-
gnitates non intellexerunt ad purum ꝑdicta myſteria Saluatoris, niſi in aſſcenſione, & poſtq̃ imple-
ta ſunt. Ex his patet ſolutio ad inſtantiã factam, nec oportuit ꝓpter tam faciles ratiões ab intellectu
Dionyſij & Hieronymi abire, ꝑſertim cùm cõſtet Dionyſium ab apoſtolis, & ꝑcipuè à Paulo & alijs
apoſtolicis viris, fuiſſe inſtructum, immò & à ſpirituſancto copioſiſſimè fuerat illuſtratus. Dicit etiã
quidã, ꝙ Dionyſius & Hieronymus dicant verbũ iſtud, Quis eſt iſte qui venit de Edom, eſſe verbũ
angelorum Chr̃i aſſcenſionẽ admirantium. diuerſificantur tñ, quia ſecundùm Dionyſium eſt ver-
bum ſuperiorum angelorum, Chr̃m aſſcendentẽ admirantiũ, & de eius myſterijs pleniùs doceri &
illuminari petentium: ſecundùm Hieronymum verò, eſt verbũ inferiorũ angelorum, quærentium
à ſuperioribus edoceri. Cùm hoc legiſſem, diſplicuit mihi ꝙ vel tantiſpèr diſſonarent tanti theolo-
gi: reuoluiq́; frequẽter cõmentum Hieronymi ſup Iſaiam, nec aliud potui comperire, niſi ꝙ ſecun-
dùm Hieronymũ ſit verbum angelorum Chr̃i aſſcenſum mirantiũ. Inſupèr Rabi Samuel vir in le-
ge & prophetis eruditiſſimus, exponit, q̃ dicta ſunt, de Iudæorum deiectione ꝑ Romanos inflicta.

¶ *Proſecutio expoſitionis præſentis cap. ab eo loco, Miſerationũ Domini recordabor.* *Artic.* 92.

MIſerationũ Dñi recordabor.] Quia nõ tota gens Iudæorũ relicta eſt, ſed reliquiæ ꝑ electionẽ
ſaluæ factæ ſunt, & multiplicibus gr̃arum donis impletæ: idcircò Iſaias pro eis gratias agens,
& in eorum ꝑſona loquens: Miſerationũ, inquit, Dñi recordabor, i. diuina beneficia recolã. Poſſunt
aũt per miſerationes Dñi intelligi vel effectus pietatis diuinæ, vel ipſa miſericordia Dei, q̃ licèt in ſe
vna & ſimplex ſit, pluraliter tñ exprimiť propter diuerſas operationes quas miſericorditer facit in
rebus. [laudem Dñi] recordabor & ꝓnunciabo [ſuper oĩbus q̃ reddidit nobis Dñs.] i. de varijs do-
nis nobis clemẽter exhibitis. Vndè ait Pſal. Benedic aĩa mea Dño, & noli obliuiſci oẽs retributiones
Pſal.102. eius. Et iterùm: Quid retribuam Dño pro oĩbus q̃ retribuit mihi? [& ſup multitudine bonorũ *do-
Pſal.115. mui Iſrael, q̃ largitus eſt eis,] i. de multis gratijs quas cõtulit electis Iudæis, inter quos ſancti apoſtoli
*domûs primitias ſpiritûs receperunt. [ſecundùm indulgentiã ſuã] qua peccata deleuit, [& ſecundùm mul-
Rom.8. titudinẽ miſericordiarũ ſuarũ] qua bona infudit. [Et dixit] Dñs: [veruntñ populus meus eſt] plebs
Iſrael, q̃uìs quidam eorum peruerſi ſunt. [filij non negantes] Deum, i. idola nõ colentes. [& factus eſt]
Matt.15. Chr̃s [eis Saluator] qui dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues, q̃ periẽrunt, domûs Iſrael. [In oĩni tribu-
latione eorum nõ eſt tribulatus.] q̃a ex zelo iuſtitiæ placuit ſibi eorum iuſta tribulatio. Vel dicitur
hoc ad inſinuandũ impaſſibilitatẽ diuinæ naturę Chriſti. [& angelus faciei eius] i. Chr̃s à conſpectu
Iſaiæ 9. Dei miſſus in mundũ, qui ſuperiùs dictus eſt magni conſilij angelus. [ſaluauit eos] quantùm ad ſuf-
ficientiã, q̃uìs multi non ſint ſecuti ſaluationis huius effectum. [In dilectione ſua & in indulgentia
ſua ipſe redemit eos.] i. ex ꝓpria bonitate & gr̃a, non propter eorum merita: Dei eñ donum eſt, nõ
Ephe.2. ex operibus. Eteñ propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus pater, filium ſuum miſit
Ioan.3. in mundum, non vtiq; niſi vt ſaluetur mundus per ipſum. [& portauit eos] brachijs ſuæ pietatis, [&
eleuauit eos] de perditione [cunctis diebus ſeculi.] i. ex antiquis tẽporibus, ſ. à tempore ſanctorum
patriarcharum ac Moſis, qui Deut.1. teſtať: Portauit te Dñs Deus tuus, ſicut portare ſolet homo par-
Iſaiæ 40. uulum filium ſuum. vndè ſuprà de Chr̃o inductum eſt: Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio
ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit. Hoc loco tranſlatio LXX. inter-
pretum aliquid continet, quod noſtra tranſlatio non habet, & cõmuniter allegatur: Nõ legatus neq;
angelus, ſed ipſe ſaluauit eos. [Ipſi autẽ] ingrati perfidiq́; Iudæi [ad iracundiam prouocauerunt,] i.
grauiter offenderunt, [& afflixerunt ſpiritum ſancti eius,] i. ſpiritum ſeu aĩam Chriſti, qui eſt ſanctus
ſan-

ſanctorũ. hoc in Euangelio eluceſcit. ſcriptum eñ eſt ibì: Cõtriſtatus eſt Ieſus ſuper cæcitate cordis Marc.3.
eorũ, circunſpiciẽs eos cum ira. Tranſlatio LXX. habet: Ipſi aũt non crediderunt, & exacerbauerunt
ſpũm ſanctũ eius. ſicq́; de ſpirituſancto accipiť, de quo dicit Apoſtol⁹: Si q̃s ſpũm Chr̃i nõ habet, hic Rom.8.
nõ eſt eius. diciť aũt ſpũſſanctus exacerbari, non ꝑ veritatẽ paſſionis, ſed ꝑ ſimilitudinẽ operis iuxta
quẽ modum loquiť Paulus: Nolite cõtriſtare ſpũm ſanctum. [Et cõuerſus eſt] Deus ſeu Chr̃s [eis in Ephe.4.
inimicũ,] non odiẽdo eorũ naturã, ſed vitia. [& ipſe debellauit eos] ꝑ exercitum Romanum, ſicut in
ꝑcedenti articulo dictũ eſt pleniùs. Nã pauloantè teſtatus eſt: Calcaui eos in furore meo. Et Oſeę 4.
Exoſos habui eos ꝓpter malitiã adinuentionũ ipſorum, de domo mea eijciã eos, non addã vt vltrà
diligã eos. Iere. quoq; 12. Facta eſt mihi hęreditas mea quaſi leo in ſylua, dedit cõtra me vocẽ ſuam,
ideò odiui eam. Sed q̃ri poteſt, quõ Deus dicať hos reprobos in dilectione ſua redemiſſe, portâſſe,
leuâſſe. Et reſpondẽdum ꝙ Deus oĩa amat, quãtùm ad id quod ſunt: & quantùm in ſe eſt, oẽs venit
ſaluare, immò ſaluauit quo ad ſufficientiã. Ipſi tñ obicẽ poſuerunt. Vel dicendũ, ꝙ loquiť de toto
populo Iudęorũ, idcircò nõ oĩa ſingulis attribuẽda ſunt: ſed quędã referunť ad bonos, quędã ad im-
pios: ſicut & Paul⁹ interdùm in eadẽ epiſtola diſcipulos laudat, atq; vituperat: & q̃uìs videať ad eoſdẽ
ſermonẽ dirigere, tñ ad diuerſos referť, quẽadmodùm cùm 1. ad Cor. 1. dixiſſet, In oĩbus diuites facti
eſtis in illo, ità vt nihil vobis deſit in vlla gr̃a: poſt pauca ſubiunxit, Cùm ſit inter vos zelus & contẽ-
tio, nõnè carnales eſtis, & ſecundùm hoĩem ambulatis? Itemq́;, Nõ potui vobis loq̃ quaſi ſpũalibus, 1.Cor.3.
ſed quaſi carnalibus. [Et recordatus eſt] Dñs [dierũ ſeculi Moſis, & populi ſui,] i. quẽadmodùm tem-
pore Moſis, & eorũ quos ꝑ manum Moſis de Aegypto eduxit, fecit miſericordiã magnã cum popu-
lo Iudęorũ: ità & in primo Chr̃i aduẽtu quidã Iudęorum miſericordiã magnã adepti ſunt, etiã illi q̃ Ioan.12.
ipſum crucifixerunt, de quib⁹ ait: Cùm exaltaueritis filium hoĩs, tunc cognoſcetis quia ego ſum. Ve-
runtñ quia Iudęi ꝓ maiori parte excęcati mãſerũt, ideò ꝓpheta querulosè adiunxit: [Vbì eſt q̃ edu-
xit eos de mari, cum paſtorib⁹ gregis ſui?] i. q̃ filios Iſrael ꝑduxit ꝑ alueum maris rubri cum Moſe &
Aaron, q̃ erant paſtores populi huius. Vndè habeť in Pſal. 76. Deduxiſti ſicut oues populum tuũ in
manu Moſis & Aaron. [Vbì eſt q̃ poſuit in medio eius ſpiritum ſancti ſui?] i. vbì eſt iam clementia
eius, qui tunc poſuit in medio populi Iſrael ſpũm filij ſui, gr̃am videlicet ſpiritûs ſancti, qua imple-
uit ſeptuaginta ſeniores? [q̃ eduxit ad dexterã] i. ad ꝓſpera bonamq́; viã, [Moſen] quẽ de manu Pha-
raonis eripuit, [brachio maieſtatis ſuæ] i. virtute ſuæ diuinæ potentiæ. [Qui ſcidit aquas] diuidendo
mare rubrũ, [ante eos] ſ. filios Iſrael, [vt faceret ſibi nomẽ ſempiternũ.] i. famã ꝑpetuã, quatenùs oẽs
ex hoc miraculo diuinã agnoſcerent poteſtatẽ. [Qui duxit eos ꝑ abyſſos] i. ꝑ fundum aquarũ mul- Exo.14.
tarum ſeu maris rubri, quod ſtabat diuiſum ex vtraq; parte tranſeuntium tanq̃ murus. [quaſi equum
in deſerto nõ impingẽtẽ, quaſi aĩal in cãpo.] i. tã expeditè & inoffenſè, vt equus currit in ſolitudine,
in qua nil eſt quod impingat, ſeu pedẽ offendat: & ſicut aĩal in cãpo [deſcẽdẽs] currit in terra plana,
nõ habẽte obſtacula. [Spũs Dñi ductor eius fuit:] Per ſpm̃ Dei intelligi poteſt angel⁹, qui populum
Iſrael ꝑceſſit & duxit, de quo in Exodo Dñs loquiť: Eccè ego mitto angelũ meũ qui ꝑcedat te, & cu-
ſtodiat in via, & introducat ad locũ quẽ paraui. Alibì quoq; diciť: Tollẽs ſe angelus q̃ ꝑcedebat caſtra Exo.14.
filiorũ Iſrael, abijt poſt eos. vel ipſemet Dñs, de quo diciť Ioan. 4. Spũs eſt De⁹, de quo ſuperiùs 46. di-
ctum eſt: Quis adiuuit ſpiritum Dñi? Vndè Exo. 33. Moſes dixit ad Dñm: Si non tu ipſe præcedas nos,
nè educas nos de loco iſto. & ſæpiùs ſcriptum eſt, quòd Dñs præcedebat filios Iſrael in die per co- Exo.13. & 14.
lumnam nubis, & in nocte per columnã ignis, vt dux eſſet itineris vtroq; tempore. Propter quod ait Pſal.79.
Pſalmiſta: Dux itineris fuiſti in cõſpectu eius. Vel ꝑ ſpiritum Dñi intelligiť ſpirituſſanctus, cuius di-
rectione ꝑductus eſt Moſes & populus eius. [Sic adduxiſti populũ tuum] ad terrã Chanaã, [vt face-
res tibi nomẽ gloriæ,] i. glorioſum & inclytũ, quatenùs oĩbus auditis mirabilibus exclamẽt: Nõ eſt
ſimilis tuî in dijs Dñe, & nõ eſt ſecundùm opera tua. Hinc eñ Dñs dixit ad Moſen: Viuo ego, q̃a im- Pſal.85.
plebiť gloria Dñi vniuerſa terra. [Attẽde de cælo] precem noſtrã, [& vide] i. oculo pietatis tuæ nos Exo.14.
reſpice [de habitaculo ſancto tuo, & ſolio gloriæ tuæ,] i. cælo empyreo, quod eſt thronus maieſta-
tis tuæ, in quo ſpecialiter habitare cẽſeris: nõ ꝙ tua eſſentia ſit circunſcripta vel determinata ad lo-
cum, ſed qm̃ illic clariùs vidẽris, & euidẽtiùs atq; excellẽtiùs operaris. Sicut ergò Deus diciť ſpecia-
liter eſſe & habitare in cælo, ſic diciť ſpecialiter de cælo exaudire & proſpicere, iuxta illud: Dñs de
cælo proſpexit ſup filios hoĩm. [Vbì eſt zelus tuus] i. affectio dilectionis, qua patres noſtros amâ- Pſal.32.
ſti, iuxta illud Deut. 10. Patrib⁹ tuis cõglutinatus eſt Dñs, & elegit eos, amauitq́; ſemẽ eorũ poſt eos?
Et Ioel ait: Zelatus eſt Dñs populum ſuum. Et Zach. 1. fateť: Zelatus ſum Sion zelo magno. Hic zelus
Dei receſſit à populo Iudæorum q̃ Chr̃m negauit. [& fortitudo tua?] qua olim populum Iſrael ꝓte- Ioel.2.
xiſti. [multitudo viſcerum tuorum] i. paterni affectûs & internæ pietatis, [& miſerationum tuarum?
Sup me cõtinuerunt ſe,] i. gr̃am ſuſpenderunt, & cõſolationem ac exauditionẽ renuerũt mihi impẽ-
dere. Hoc dicit Iſaias in ꝑſona Iudæorum, in hac lõgiſſima captiuitate exiſtẽtium. Cauſam verò cur
exaudiri confidit, adiungit: [Tu eñ pater noſter,] i. creator animarum noſtrarum, prouiſorq́; no-
ſter,

ſter, de quo Deut.32.inducit̃: Nunquid nõ ipſe eſt pater tuus q̃ poſſedit te? de quo ad Hebræos dicit̃
Heb.12. Apoſtolꝰ: Obediemus patri ſpirituũ, & viuemus? Quem etiã animoſus ille Eliu auſus eſt patrẽ appel-
lare, dicẽs Iob 34. Pater mi, nè deſinas ab hoĩe iniquitatis. Hunc Deũ ſublimẽ & benedictum Chr̃s p
totum Euangelij textum vbertìm nuncupat patrẽ noſtrum, vt agnoſcamus magnitudinẽ diuinę di-
lectionis ac pietatis circa nos, & fidutialiſſimè eius gr̃am inuocemus, ſciẽtes miſericordẽ patrẽ nunq̃
repellere rationabilẽ precẽ filiorum humilium. [& Abrahã neſciuit nos, & Iſrael] i. Iacob patriarcha
[ignorauit nos.] p hos duos extremos intelligit̃ medius eorũ Iſaac. Multa hîc dici poſſent, quõ aĩæ
ſeparatæ à corpore, ſciant vel ignorent q̃ in hac vita agunt̃. Breuiter aũt tangendo, dicendum ꝙ lo-
quendo de naturali notitia aĩarum ſeparatarum, non cognoſcunt oĩa q̃ in hac vita aguntur: quædam
tñ agnoſcunt, vel ex præuia cognitione, vel ex ſuperiorum illuminatione: loquendo de cognitione
ſupernaturali, qua vident res in verbo. Gregorius aſſerit ꝙ non ignorant ea q̃ forìs gerunt̃. Auguſti-
nus verò in libro de cura pro mortuis, dicit ꝙ neſciant quid in iſto ſeculo fiat, vel quid filij agant.
4.Reg. 22. Hoc tñ dicit potiùs dubitando q̃ affirmãdo. allegat aũt pro ſe p̃ſentem ſcripturam. Et ꝙ 4. lib. Reg.
promittit̃ Ioſiæ, ꝙ moriturus ſit, nè mala populo ſuo ventura conſpiciat. Itemq́;, ꝙ mater ſua eũ poſt
mortẽ non viſitauit. Sententia verò Gregorij magìs tenenda eſt. Ad p̃ſens itaq; dici poteſt, ꝙ Abra-
ham & Iacob q̃diù in limbo erant, ignorauerunt filios poſt eorum mortẽ natos, vel quid eis accide-
rit, niſi inquantùm ab angelis ſanctis vel aĩabus de mundo ad limbum veniẽtibus, ipſis reuelabatur.
Deniq; ideò dicunt̃ Abraham & Iacob poſteros ſuos ignorâſſe, vt pateat Deum potiùs eſſe patrem
eorum, q̃ patriarchas p̃dictos: quia em̃ ignorauerunt poſteros ſuos, conſtat ꝙ poſteri aĩam habeãt à
Deo, non ab illis. Vel ideò, vt detur intelligi ſanctos patres neſcire, i. non approbare filios impios.
Vndè de Helia ſcriptum Malach. 4. ꝙ conuertet cor patrum ad filios. [Tu dñe pater noſter, redem-
ptor noſter,] dans nobis eſſe naturæ & gratiæ alimentum, ſeu cõſeruationẽ vtriuſq; [à ſeculo] quo-
cunq; aſſignabili vel aſſignato, i. ab æterno fuit vel potiùs eſt [nomen tuum] noĩatum, i. tu ipſe, quẽ-
admodùm fertur Pſal. 134. Dñe, nomen tuum in æternum: Dñe, memoriale tuum in generatione &
generationem. [Quarè errare nos feciſti] i. pmiſiſti [Dñe de vijs tuis?] i. p̃ceptis diuinis, & à doctri-
nis exemplisq́; Chr̃i: [Indurâſti cor noſtrum] nõ effectiuè, ſed pmiſſiuè, gratiam ſalubriter mollifi-
cantẽ ſubtrahendo, vel non infundendo, [nè timeremus te?] quia hoc conſecutum eſt ex indurati-
one p̃dicta, q̃uìs tu non ideò gr̃am ſubtraxeris, vt nõ timeremus te. Vndè quod dicit̃, Nè timeremus
te, intelligendum eſt conſecutiuè, non cauſaliter. Iſte modus loquendi, in diuinis ſcripturis multùm
Exo.4. eſt conſuetus, vt cùm dicit̃ Pſal. 63. Declinâſti ſemitas noſtras à via tua. Et Ezec. 14. Propheta cùm er-
Deu.2. rauerit, ego Dñs decepi prophetam illum. Alibì quoq;: Indurabo cor Pharaonis. Et, Obfirmauit Dñs
cor Seon regis Amorrhæorũ & Og regis Baſan: q̃ oĩa intelligenda ſunt facta iuſta Dei pmiſſione, nõ
2.Cor.3. crudeli efficientia. Inſinuaturq́; nobis per talem modum loquendi, ꝙ oĩa bona noſtra à Deo proce-
dunt, dependent, & conſeruant̃: intantùm, vt nõ ſimus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi
1. Cor. 4. ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. quid em̃ habes quod non accepiſti? [Conuertere] à ri-
gore iuſtitiæ ad opẽ clementiæ, & conuerte teipſum ad nos, miſericorditer ſuccurrendo. [propter
ſeruos tuos,] i. merito ſanctorum patriarcharum, Abrahã, Iſaac, & Iacob. Frequenter Moſes & alij
ſancti veteris teſtamenti in ſuis precibus cõmemorationẽ fecerunt patriarcharum iſtorũ, dicendo:
Exo. 32. Recordare Abrahã, Iſaac, & Iacob, &c. [tribûs hæreditatis tuæ,] i. etiam propter alios ſanctos q̃ fue-
runt in duodecim tribubus Iſrael, cõuerte te ad nos, vt illorum meritis & precibus tuã obtineamus
clementiã. [Quaſi nihilum poſſederunt] principes impij [populum ſanctum tuũ,] i. electos Iudæos,
& cęteros p eos cõuerſos. Diù em̃ erat Eccleſia ſub dñio infidelium principum, & primò vaſtata eſt
*& [primitiua Eccleſia à principibus ſacerdotum. * [& hoſtes noſtri] videlicet infideles [conculcauerunt
ſanctificationem tuã,] i. primitiuã Eccleſiã ex Iudæis maximè congregatã. Hieronymus verò expo-
nit de templo Hieruſalẽ à Romanis deſtructo. [Facti ſumus quaſi in principio, cùm non dñareris
noſtrî, neq; inuocaret̃ nomen tuũ ſup nos.] i. ità derelicti ſumus à te, ſicq́; ab hoſtibus noſtris oppri-
mimur, vt eo tẽpore qñ patres noſtri in Aegypto fuerunt, vbì grauiſſimè premebant̃ operibus luti
Exo.1. & lateris. Itẽ vt eo tẽpore, quo nõdùm à cęteris gentibus diſtinguebamur, nec in Arabiã ad tuũ cul-
tum vocati eramus. poſtremò q̃ dicta ſunt, de Eccleſia præſenti & quocunq; fideli moraliter exponi
poſſent, in quorum perſona iam dictũ eſt: Miſerationum Dñi recordabor. Poſſuntq́; faciliter p̃indu-
cta applicari ad hoc. nec pſequor talia, tanq̃ vehementer laſſatus, & paululùm reſpirare deſiderans.

¶ *Expoſitio cap. 64. Vtinàm dirumperes cælos, & deſcenderes.* *Articulus* 93.

QVidã catholicorum doctorum exponunt principium huius cap. de primo Chriſti aduẽtu, alij
verò de aduentu eius ſecundo: poteſtq́; litera ſatìs applicari ad vtrunq;. Nam & ſecundus ad-
Luc.21. uentus appetibilis eſt iuſtis, iuxta illud: His aũt fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita
veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. In perſona ergò appetentium Chriſtri aduentum
vel primũ vel ſecundum, loquens Iſaias, ad Chriſtum ait: [Vtinàm dirumperes cęlos,] i. viã veniẽdi
per

p cælos efficeres, nõ ꝙ cæli ſupiores in veritate ſcindant̃: ſed loquit̃ de Chr̃o p modũ hoĩs, q̃ diuidit
medium p quod trãſit, corpora aũt glorificata penetrãt oĩa ſine ſciſſura illorũ. [& deſcẽderes] huma-
nã naturã aſſumendo, vel ad iudiciũ veniendo. [A facie tua] i. à tuę maieſtatis p̃ſentia [montes de-
fluerẽt,] i. aduerſarię poteſtates. Dęmonũ em̃ virtꝰ in Chr̃i aduentu defecit. ꝓpter quod dixit Ioã. 12.
Nunc princeps huiꝰ mundi eijciet̃ foràs. Hoĩes quoq; ſupbi, audita p̃dicatiõe Chr̃i, diſcipulorũq́; eiꝰ,
humiliati ſunt, & ſe nihil eſſe cognouerũt. vñ habet̃ in Pſal. 45. Cõturbati ſunt mõtes in fortitudine
eiꝰ. [ſicut exuſtio ignis] i. igne cõbuſtum ſeu fauilla. [tabeſcerent: aq̃ arderẽt igni] i. populi igne ſpũs
ſancti purgarent̃. Aquę em̃ multę, populi multi ſunt, ſecundùm Ioannẽ. Vñ Ioãnes Bap. ait de Chr̃o: Apoc.17.
Ille baptizabit vos ſpũſancto & igni. Et Chr̃s: Ignẽ, inq̃t, vẽni mittere in terrã. [vt notum fieret no- Matth.3.
mẽ tuum inimicis tuis.] i. gentilibꝰ qui inimici erãt tẽpore infidelitatis, & p p̃dicationẽ apoſtolorum Luc.12.
didicerunt nomẽ Chr̃i. In taliũ inimicorum pſona dicit Apoſtolꝰ: Cùm adhuc inimici eſſemꝰ, recon- Rom.5.
ciliati ſumꝰ Deo p mortẽ filij eiꝰ. [à facie tua gẽtes turbarent̃.] Viſis em̃ Chr̃i miraculis, eiuſq́; p̃dica-
tione audita, turbatę ſunt: q̃dã ad pœnitentiã, ex cõſideratione peccatorũ ſuorũ formidãtes tormẽ-
ta q̃ Chr̃s minat̃. ſcriptum eſt em̃ in pſal. 64. Turbabunt̃ gentes & timebunt, q̃ habitãt terminos, à
ſignis tuis. Quædã verò turbatę ſunt ad pſecutionẽ & cõtradictionẽ. nã & Herodes rex audiẽs à Ma- Matt.2.
gis Chr̃m natum, turbatꝰ eſt, & oĩs Hieroſolyma cum illo. [Cùm feceris mirabilia, nõ ſuſtinebimꝰ.]
Hoc cõſtat impletum in perſis Iudæis, qui viſis Chr̃i miraculis, gloriã ſignorum eiꝰ ferre nõ valen-
tes, dixerũt: Quid facimꝰ? quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimꝰ eum ſic, oẽs credent in eũ. Et Ioan.11.
denuò: In Beelzebub principe dęmoniorũ eijcit dęmonia. Deniq; cũ dixiſſet paralytico, Surge, tol- Matth. 12.
le lectum tuum, & ambula: & ille mox ſanatus ità feciſſet, ſcriptum eſt de Iudęis ꝙ timuerunt. Inſup & 9.
ſancti precẽ ſuã qua dixerunt, Vtinã dirumperes cęlos, & deſcẽderes: exauditã eſſe intelligẽtes, dicũt
ad ſaluatorẽ: [Deſcendiſti de cęlo in vterũ virginis, qñ verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis.
[& à facie tua mõtes] de quibꝰ nunc dictũ eſt, [defluxerunt.] videmꝰ quoq; aduerſarios Eccleſię de- Ioan.1.
feciſſe, videlicet principes ſacerdotũ atq; tyrãnos, q̃ mẽbra Chr̃i atrociſſimè pſequebant̃. In ſecũdo
aũt Chr̃i aduẽtu defluent mõtes, & terrę æquabunt̃, quẽadmodùm ſcriptũ eſt: Mõtes ſicut cera flu- Pſal.96.
xerunt à facie Dñi. & ſicut exuſtio ignis tabeſcent, qm̃ igni cõflagrationis purgabunt̃. tunc quoq; aq̃
ardebunt igni, q̃a & aquã in ſupficie terrę exiſtentẽ ignis ille mundabit, ſicq́; virtꝰ Chr̃i oĩbus inno-
teſcet, & gẽtes turbabunt̃, immò p̃ timore areſcẽt. Cùm feceris mirabilia iſta q̃ p̃cedent horã iudicij,
nõ ſuſtinebimꝰ. oẽs em̃ q̃libet iuſti pauebunt. immò virtutes cęlorũ mouebunt̃. [A ſeculo nõ audiẽ-
runt, neq; auribꝰ pceperunt. ſed & [oculꝰ nõ vidit] i. nullꝰ hoĩm audiuit aut vidit ô Deꝰ abſq; te, q̃ p̃-
parâſti expectãtibꝰ te.] i. gaudia ſempiterna infinitũq́; bonũ, videlicet teipſum, q̃ p̃parâſti in cælis, ijs
qui iã ſperãt in te. oẽm em̃ capacitatẽ viatorũ trãſcendunt. Hãc ſcripturã, quãtùm ad ſenſum, allegat
Apoſtolꝰ 1. ad Co. 2. dicẽdo: Quę oculꝰ nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcẽderunt, q̃ p̃pa-
rauit Deꝰ ijs q̃ diligunt illũ. Quia tñ aliquo modo manifeſtata ſunt, ideò ſubdit Apoſtolꝰ: Nobis aũt
reuelauit p ſpm̃ ſuũ. Hoc eſt quod dicit̃ nunc, Deꝰ abſq; te. quaſi dicat, Sine diuina illuminatiõe pe-
nitùs ignota eſſent, qm̃ naturalẽ rationẽ excedunt. [Occurriſti lętãti] in te ſpũali lętitia, [facienti iu-
ſtitiã.] tali em̃ occurrit Deꝰ gr̃am tribuẽdo, ſeq́; paratum exhibẽdo ad oĩa q̃ petit homo huiuſmodi.
Ideò ad Heb. 12. dicit̃: Tanq̃ filijs offert ſe vobis Deꝰ. [in vijs tuis] i. p̃ceptorum tuorũ cuſtodijs, [re-
cordabunt̃ tuî,] honorãdo atq; laudãdo te ore ac ope. Quãuìs aũt ſequentia exponi poſſint ad literã
de populo Iudęorũ in hac captiuitate exiſtẽti, tñ de oĩbus quaſi gñaliter intelligi valẽt. [Eccè tu ira-
tus es,] nõ paſſionẽ habẽdo, ſed vitia puniẽdo. [& peccauimꝰ] Primò peccauimꝰ, & tunc Deꝰ iraſcit̃.
Cùm iratꝰ fuerit, gr̃a in nobis aufert̃, & peccata peccatis adijcimꝰ. ſicq́; peccata iſta, ſunt peccata & pœ-
na peccati. Maximè aũt iraſcit̃ Deꝰ hoĩbus, cùm dimittit eos ſecundùm deſideria cordis eorum. tunc Pſal.80.
em̃ ambulãt in adinuentionibꝰ ſuis, & ſine mẽſura iugiter peccãt. Propterea debemꝰ Dñm ſemp ora-
re, vt nos clemẽter p̃ueniat, occaſiões peccãdi tollat, paternaliterq́; caſtiget. [in ipſis] peccatis [fuimꝰ
ſemp,] qñ gr̃a tua ſublata eſt nobis. immò quotidiè cadimꝰ, & ſi dixerimꝰ q̃a peccatum nõ habemus,
nosmetipſos ſeducimꝰ. Nemo em̃ mundꝰ à ſorde, nec infans vniꝰ diei. [& ſaluabimur] p gr̃am tuam 1.Ioan.1.
nos p̃uenientẽ. hoc eſt verbũ bonæ ſpei. Iudæi quoq; in fine ſeculi ſaluabunt̃. [Et facti ſumꝰ vt im- Iob 15.
mundi oẽs nos.] i. labe vitiorũ maculati ſumꝰ. [quaſi pãnus menſtruatę, vniuerſæ iuſtitiæ nr̃æ.] i. oĩa
opera nr̃a, interiora & exteriora, bona & meritoria, tãtis ſunt impfectionibꝰ vitijſq́; pmixta, vt cõpa-
rari poſſint pãno menſtrui fluxu polluto. Et hoc potiſſimùm verũ eſt, ſi referant̃ iuſtitiæ nr̃ę ad ſyn-
ceriſſimã atq; immẽſam diuinæ iuſtitiæ puritatẽ. nec mirũ eſt hoc dici de humana iuſtitia, cùm ſcri-
ptũ ſit Iob 15. Eccè inter ſanctos eiꝰ nemo immutabilis, & cæli nõ ſunt mũdi in cõſpectu eius. Et ali- Iob 25.
bi: Eccè luna nõ ſplẽdet, & ſtellę nõ ſunt mundæ in cõſpectu eiꝰ: quãto magìs homo putredo, & fi-
liꝰ hoĩs vermis? Chr̃s quoq; in euãgelio: Cùm feceritis, inq̃t, oĩa q̃ p̃cepta ſunt vobis, dicite: Serui in- Luc.17.
utiles ſumus. Cùm ergò Chr̃s ait, Eſtote pfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt: Et Ezechi- Matt.5.
as, Memento Dñe quõ ambulauerim coram te in corde perfecto: Et Paulus, Quicunq; perfecti ſu- 4.Reg.20. Phil.3.
Z mus

Deut.18. mus &c.Moſes quoq;:Perfectus & abſq; macula eris cum dño Deo tuo:Et item,Sãcti eſtote:intelli-
Leui.19. gendũ eſt de pfectione & ſanctitate ſecundùm modũ paruitatis humanę penſata,videlicet humanę
cõditionis infirmitate,cui modica æqtas reputaſ ꝓ magna.Quàm veraciter aũt oẽs iuſtitiæ nrę aſſi-
☞ milenſ pãno menſtruatæ,qlibet tãto certiùs expimentaliusq; cognoſcit,quãto ſolicitior ꝓprij cor-
dis fuerit cuſtoditor,vidẽs & expiens quotiès quotidiè cadat,quotiès tẽpore laudis diuinæ & orati-
onis euageſ,quãtùm à pfectiõe vera deficiat.Talia aũt nõ ꝑpendit q intimoratus eſt,& q nõ om̃i cu-
ſtodia cuſtodit cor ſuũ.tantis em̃ culpæ puluerib⁹ oculus ſuę mẽtis impleſ,vt clarè videre nõ valeat,
Pſal.18. quantã indeſinẽter patiaſ ſpũalis ꝓfectûs iacturã.Propterea ait Pſalmiſta:Delicta qs intelligit?ab oc-
cultis meis munda me dñe.[Et cecidim⁹] lapſu peccati à ſtabilitate cordis & rectitudine vitæ [quaſi
folium vniuerſi.] Sicut em̃ impetus vẽti deijcit folium arboris, ſic motio paſſionis & ſtrepitus vitij
deijcit aĩum peccatoris.Quocõtrà de iuſto ſcriptum eſt Iere.17.Erit folium ei⁹ viride.Et in pſal.1.Fo-
lium eius nõ defluet.[& iniqtates nr̃æ quaſi vent⁹ abſtulerunt nos.]i.quẽadmodùm ventus puluerẽ
ꝓijcit à facie terræ,ſic ꝓpter peccata nr̃a ꝓiecti ſumus à te.[Nõ eſt qui inuocet nomẽ tuum,qui con-
Exo. 23. ſurgat] tanq̃ mediator inter te & nos.[& teneat te.] i.irã tuã à nobis auertat,quõ Moſes tenuit te,cũ
Phil. 2. dixiſti:Dimitte me,vt iraſcaſ furor meus cõtra eos. Hoc diciſ, vel quia oĩnò nullus eſt talis,vel quia
pauci ſunt,iuxta quẽ ſenſum dicit Paulus:Oẽs q̃ ſua ſunt q̃runt,non q̃ Ieſu Chr̃i.Teneſ aũt Deus oĩ-
potens,qñ ardentiſſima charitate orãtis placaſ,nè pœnã inferat quã parauit. [Abſcondiſti faciẽ tuã]
i.pietatis tuæ reſpectum,ſeu piã ac gr̃oſam pſentiam,[à nobis,& alliſiſti] i.grauiter afflixiſti,& penè
Amos 5. in nihilũ redegiſti [nos in manu iniquitatis nr̃æ.] i. ꝓpter fortia ſeu actualia vitia nr̃a,de quibus per
ꝓphetã affirmas:Cognoui multa ſcelera vr̃a,& fortia peccata vr̃a. [Et nunc dñe pater noſter es tu,]
de quo Mala.2.habeſ: Nunquìd nõ pater vnus oĩm nr̃m? Nunquìd non De⁹ vnus creauit nos? q di-
Exo.4. gnatus eſt dicere Iere.31.Ephraim primogenitus meus.Et alibì:Primogenitus meus Iſrael. Vndè ait
Matth.23 Saluator:Patrẽ nolite vocare vobis ſup terrã,vnus eſt em̃ pater veſter in cęlo.Cùm ergò ſis pater no-
ſter,deſperare nõ poſſumus.[nos verò lutũ.] i.ex limo terræ formati lutoq; ſimiles. Dictum eſt em̃
Gene.3. primo nr̃o parenti:Puluis es,& in puluerẽ reuertèris.[& fictor] i.plaſmator [noſter] es [tu,& opera
manuum tuarum] i.ſapientię atq; potentię tuę,[oẽs nos] ſumus.Oĩa em̃ in ſapientia feciſti, & ꝓpriæ
poteſtate cuncta molitus es,q Iere.18.dixiſti:Sicut lutum in manu figuli,ità & vos in manu mea.[Nè
iraſcaris dñe ſatìs.] i.tãtum ſicut meruim⁹,ſed citra condignum nos percute. [& nè vltrà memineris
iniquitatis nrę] ad vlciſcendum.[Eccè,reſpice] calamitatem noſtrã.[populus tuus oẽs nos] iure cre-
ationis & cultu debitæ ſeruitutis.[Ciuitas ſancti tui] i.cultûs diuini vel ſanctitatis tuæ,[facta eſt de-
ſerta.Siõ deſerta facta eſt.Hieruſalem deſolata eſt.] Oĩa hæc idem ſignificãt.Ciuitas em̃ diuino cul-
tui olim ſpecialiter dedicata,ipſa eſt Sion,& noĩatur Hieruſalem,quã Titus deſtruxit.[Domus ſan-
ctificationis nr̃æ & gloriæ nr̃æ,] i. templum Hieruſalem, in qua ſanctificabanſ à te,& gloriabanſ in
te.[vbì laudauerunt te patres nr̃i,facta eſt in exuſtionem ignis.] i.combuſta eſt ab exercitu Roma-
norum.[& oĩa deſiderabilia nr̃a,] i.templi & vrbis ornamẽta.[facta ſunt in ruinã.] i. deſtructa ſunt,
[Nunquìd ſup his cõtinebis te dñe,] non ſuccurrẽdo,nec miſerendo,qui es ſuauis & mitis,& mul-
tæ miſericordiæ oĩbus inuocantibus te?& nunquìd [tacebis] non exaudiendo, [& affliges nos ve-
hementer?] i.multùm rigoroſè.Iudæi referunt iſta ad deſtructionem Hieruſalem à Chaldæis.Secũ-
dùm Hieronymum,aliqui eorum referunt ad tempora Titi ac Romanorum,quos putant Deũ ma-
ximè offendiſſe in deſtructione Hieruſalem.Quæ aũt de Sion & Hieruſalem aſſeruntſ,moraliter ex-
ponunſ de Eccleſia & aĩa iuſti: q̃ cùm peccauerint, deſeruntſ, ſpolianſ, & igne dæmonũ ſuccenduntſ.

¶ *Explanatio cap.65.Quæſiêrunt me,qui antè non interrogabant* *Articulus* 94.

HVius ſcripturæ exordium introducit Apoſtolus ad Rom.10. de gentium vocatione pdictum,
vt ſit ſenſus:[Quęſiêrunt me] per fidem & opera bona,pdicatione apoſtolorũ audita.[qui an-
te] me [non interrogabant,] i.gentiles,qui ante conuerſionẽ ſuam non q̃rebant,[inuenerunt] me,
i.gr̃am meam conſecuti ſunt,[qui non q̃ſiêrunt me.] i.pdicti gentiles,qui ꝓpriæ idololatriæ ſuę de-
diti,non cõfugerunt ad me.Hoc eſt quod ſuprà 52.phabitum eſt:Quibus nõ eſt narratũ de eo,vide-
*gentem runt:& q non audiêrunt,contẽplati ſunt.[Dixi:Eccè ego,eccè ego] Chr̃s conuertor [ad *gentes, q̃
quę neſci- neſciebant me] tẽpore gentilitatis ſuæ,[& q̃ non inuocabant nomẽ meum:] ſed idola. Quæ aũt ſe-
ebat quunſ,interpretaſ Apoſtolus cap.10.ad Rom.de infideli populo Iudæorum non credente in Chr̃m.
[Expandi manus meas] i.beneficia mea [tota die] i.iugiter toto tẽpore,quo pdicaui in mundo: im-
mò à tẽpore patriarcharum & Moſis.[ad populum incredulum,] i. Iudæos non credentes in filium
Ezec.2. Dei,& ad patres eorũ,quorum multi increduli erant,de quibus ad Ezechielem dñs loquiſ:Increduli
& ſubuerſores ſunt tecum,& cum ſcorpionibus habitas.[qui gradiſ in via non bona:] i.in via pecca-
torũ,de quo Ecci 32.diciſ:In viam ruinæ non eas.hoc eſt,impiè viuunt,& conuerſanſ iniuſtè.[poſt
cogitationes ſuas] i. ꝓprijs adinuentionibus acquieſcunt,facientes (ſicut ad Ephe.2.ait Apoſtolus)
voluntatẽ carnis & cogitationũ.[Populus qui ad iracundiam ꝓuocat me] i.ad iuſtã vltionem. [ante
faciẽ meam ſemper,] i.me pſente & inſpiciente,non verentur impiè agere.[qui immolant in hortis]

idolis Martis,i.locis nemoroſis atq; virentib⁹.[& ſacrificãt] militiæ cæli, videlicet ſoli,lunæ,& aſtris,
ac xij.ſignis.[ſup lateres] i.ſup tecta domorum,& ampliùs afficianſ ad huiuſmodi cultum, videntes
ornatũ cæleſtium corporum ab eminentib⁹ locis.Hæc aũt dicunſ de populo Iudæorum, qui tẽpore 4 Reg. 17. & 21.
Achaz,Manaſſæ,aliorumq́; regum ſeu iudicũ, idololatriã exercebant. [Qui habitãt] i.reſidẽt [in ſe-
pulcris,] quatenùs p artẽ pythonicã à mortuis *ſuſcitenſ,diuinationesq́; requirãt. [& in delubris] i. *ſciſcitenſ
tẽplis [idolorum dormiunt] ſup pelles aĩalium idolis oblatorum,vt in ſomnis reuelationes futuro-
rum accipiant.nihil em̃ ſacrilegij populus iſte omiſit.[Qui comedunt carnem ſuillã,] i.porcinã lege
ꝓhibitam.[& ius ꝓphanum] i.illicitum atq; ſacrilegũ [in vaſis eorum.] fecerunt em̃ offas in materia
liquida & ſuilla idolis immolata.[q dicunt] ei qui nõ cõſentit puerſitati eorũ, [Recede à me,nõ ap-
propinques mihi,quia immundus es.] intãtùm em̃ ſuo excæcanſ errore,vt oẽs putent errare qui eis
nõ conformanſ,hosq́; adſpernanſ,nec ab eis tangi dignanſ.Tales hodierna die inueniunſ q̃plures.
[Iſti fumus erunt in furore meo,ignis ardẽs tota die.] i.fumo & igni infernali torquebunſ, cùm ho-
ra rigoris mei aduenerit:erunt itaq; fum⁹ & ignis,i.fumoſi & igniti tota die æuiterni,i. ꝑpetuò. [Ec-
cè ſcriptum eſt corã me.] i.firmiter memoriæ meæ impreſſum ſeu notũ om̃e malum quod ꝑpetrâſti. Apoc. 20.
Vndè ſcriptũ eſt Dan.7.Iudicium ſedit,& libri aperti ſunt. Ioannes quoq; in Apoc.aſſerit,mortuos
iudicatos ex his q̃ ſcripta erãt in libris,qui libri nõ ſunt niſi ſcientia Dei, cui oĩa innoteſcunt. [non
tacebo,] ſed iuſtã ſententiã proferã.Vndè ſcriptũ eſt Amos 1.ac Ioel.3.Dñs de Sion rugiet,& de Hi-
eruſalẽ dabit vocem ſuã.[ſed reddã & retribuam in ſinum eorum.] videlicet pdictorum infidelium
Iudęorũ.[iniquitates vr̃as,& iniquitates patrum veſtrorũ ſimul, dicit dñs.] i. tormẽta vobis vniuer-
ſis infligã,ità ꝙ miſeria vni⁹ redundabit in alium,vt qui fuerint cõſortes participesq́; in vitijs,aſſoci-
enſ & cõmuniter torqueanſ in pœnis.Nõ em̃ vnus ꝓ peccato alterius directè puniſ, niſi aliquo mo- Ezech. 18.
do cõmunicauit in peccato illi⁹.Filius quippe nõ portabit iniquitatẽ patris,& pater nõ portabit ini-
quitatẽ filij.Oĩs em̃ qui comederit vuã acerbã,obſtupeſcent dentes ei⁹,Ieremia & Ezechiele teſtãti- Iere.31.
bus.[Qui ſacrificauerunt ſup mõtes,& ſup colles exprobrauerunt mihi] verbis & factis,trãsferendo Ezec.18.
cultum latriæ mihi ſoli debitum,ad idola vana.De hoc Ieremias ſæpiſſimè loquiſ,recolens quõ po-
pulus Iudæorum ſup oẽm montẽ excelſum,& ſup oẽm collẽ iritauerunt Deum in abominationibus
ſuis.decẽ quoq; tribus aureos vitulos coluerunt in Bethel & Dan.[& remetiar opus eorum primũ,]
i.peccatum quo poſteros ſuos interfecerunt. [in ſinu eorũ,] dando eis ſupplicium ſecundùm exi-
gentiã ꝓportionemq́; culpę.Deniq; nè putem⁹ iuſtum perire cum impio,totumq́; populum Iudęo-
rum relinquẽdum,ideò ſubdiſ:[Hęc dicit dñs:Quõ ſi inueniaſ granum in botro,] qui maturos fru-
ctus ꝓpter tẽpeſtatẽ nõ attulit,ſed granũ vnum inueniſ in eo illęſum, de quo ſperaſ & creſcet & fru-
ctificabit.[& dicaſ] inuentori:[nè diſſipes illud.] i.noli hoc granum deſtruere. [qm̃ bñdictio eſt,] i.
donum Dei,eò ꝙ ipſum ſolum mãſit illæſum. [ſic faciã] populo Iudęorum [ꝓpter ſeruos meos,] i.
merito ſanctorum patriarcharum,& ꝓpter fœdus meum cum eis,quibus ꝓmiſi vt nõ penitùs diſp-
derem ſemẽ ipſorum.Ideò ſubdiſ:[vt non diſperdã totum] populũ iſtum,[& educã de Iacob ſemẽ,]
videlicet Chr̃m,de quo dictũ eſt Gen.22.In ſemine tuo bñdicenſ oẽs gẽtes.[& de Iuda poſſidentẽ
mõtes ſanctos meos.] i.Chr̃m poſſeſſorẽ oĩm Eccleſiarum,ſeu militantis ac triumphãtis Eccleſiæ:de
Iuda em̃ natus eſt Chr̃s.Poſſunt quoq; p ſemẽ Iacob, intelligi apoſtoli ſancti, cæteriq́; ex Iudaiſmo
cõuerſi,de quib⁹ dictum eſt ſuprà:Niſi dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, quaſi Sodoma fuiſſem⁹. Iſaiæ 1.
Quòd aũt p montẽ deſigneſ Eccleſia,ſæpè innotuit.De ea em̃ ferſ Pſal.67.Mons Dei,mons pinguis,
&c.[& hęreditabunt eã] i.Eccleſiã [electi mei] in Chr̃m credẽtes,[& ſerui mei habitabunt ibì.] nũc
em̃ p fidẽ & indiuiduã charitatẽ habitant in Eccleſia militãte, habitaturi poſt modicũ tẽporis in tri-
umphãte Eccleſia.[& erunt cãpeſtria in caulas gregum,] i. loca lata & plana,in quib⁹ olim idola co-
lebanſ,& fures atq; latrones (i.puerſi & peſſimi) morabanſ, cõuertenſ in ouile, ſeu domus ſiue Ec-
cleſias dñicarum ouium.[& vallis Achor] erit [in cubile armentorũ.] In libro Ioſuæ cap.7. legitur
Achan cum om̃i domo ſua occíſus,eò ꝙ de anathemate vſurpâſſet,& locus in quo hoc accidit,dict⁹
eſt vallis Achor,i.vallis pturbationis atq; tumultûs.Eſt igiſ ſenſus: Vallis Achor, i. locus in quo erat
maledictio & tumultus,erit in requiẽ gregis dñici,ſ.[populo meo q requiſiêrunt me.] Videmus em̃
vbiq; cõfirmatas Chr̃i Eccleſias:& loca prophana & turbulẽta, conuerſa ſunt in loca ſacra & quieta.
Frequenter aũt noĩe gregum & ouium deſignanſ fideles.Vndè eſt illud apud Lucam:Nolite timere Luc.12.
puſillus grex,quia cõplacuit patri vr̃o dare vobis regnũ,& Pſal.94.Nos populus paſcuæ eius,& oues
manûs ei⁹.In 1.quoq; Petri epiſt.Seniores,obſecro,paſcite qui in vobis eſt,gregem. Horum gregum 1.Pet.5.
caulæ,ſunt Eccleſiæ. [& vos q dereliquiſtis Dñm,] eius trãſgrediendo pcepta, cordaq́; veſtra à bono
incõmutabili auertendo.[& oblíti eſtis montẽ ſanctum meum,] i.cultum tẽpli, vel mandata Eccle-
ſiæ,[qui ponitis Fortunæ menſam,] varijs epulis ac poculis plenã, [& libatis ſup eam,] fundẽdo ſu-
per hanc menſam libamina ad honorem Fortunæ. Hæc faciebant gentiles & Iſraelitæ idololatran-
tes vltima die anni,ad habendum præſagium de fertilitate anni futuri, & quia Fortunam temporalis

 fe-

felicitatis deã putabant.[Numerabo vos in gladio,] i. in diro ſupplicio, de quo Amos 9.ſcriptũ eſt:
In gladio morient̃ oẽs peccatores populi mei.Non enĩ oẽs iniqui Iudęi ſeu alij,in gladio materiali &
ſolito cadunt.[& oẽs in cæde] i.occiſione [corruetis,] occiſi immediatè à me,vel ab aduerſarijs ve-
ſtris,ità ꝙ nullꝰ veſtrûm debitã pœnã euadet.[pro eo ꝙ vocaui] vos ad cultum meum ꝑ inſpiratio-
nem internã,per ꝓphetas,per meipſum hoĩem factũ,& per apoſtolos.[& nõ reſpõdiſtis,] affirmati-
uè ꝑbendo conſenſum.[locutus ſum,& non audîſtis] auribꝰ cordis, quẽadmodùm dixi. Propterea
Ioan.8. vos non auditis,qa ex Deo non eſtis.[& faciebatis malum in oculis meis.] De quibꝰ ait Paulus apo-
Heb.4. ſtolus ad Hebræos:Oĩa aperta & nuda ſunt oculis Dei.[& q̃ nolui] i.prohibui,[elegiſtis,] ꝑponen-
tes malum bono, falſum vero, ſeu minus bonum bono maiori.[Propter hoc hæc dicit Dñs Deus:]
Hoc eſt verbum Iſaiæ.Deindè in ꝑſona Dei dicit̃: [Eccè ſerui mei] fide & opere mihi adhærentes,
[comedent] panẽ vitæ & intellectûs,[& vos eſurietis:] i.ſpũali refectione carebitis.[Eccè ſerui mei
bibent] aquã ſapientiæ ſalutaris de fontibꝰ Saluatoris,[& vos ſitietis,] non habentes rorem grãæ,aut
humorẽ conſolationis internæ,ſicut ex conſequentibus eluceſcit.Per hanc comeſtionẽ atq; potati-
onem ſeruorum Dei,intelligit̃ interna eorum refectio,ſeu benefica fruitio in patria.De qua ait Sal-
Luc.22. uator noſter Ieſus Chr̃s apud Lucã:Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meꝰ regnũ,vt eda-
tis & bibatis ſup mẽſam meã in regno meo, & ſedeatis ſup thronos,iudicãtes duodecim tribꝰ Iſrael.
Pſal.35. Vndè ait Pſalmographus: Inebriabunt̃ ab vbertate domûs tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis
Cant.5. eos.De quo in Canticis inducit̃:Comedite amici,& bibite,& inebriamini chariſſimi.Per famem aũt
& ſitim prauorum,deſignat̃ damnatio ſempiterna ipſorum.Scriptũ eſt enĩ Eccĩ 14.Non eſt apud in-
feros inuenire cibum,Certum eſt aũt,in diuinis ſcripturis bona ſpũalia atq; cæleſtia, per corporalia
metaphoricè exprimi,quod in Apocal. Ioannis maximè fit.[Eccè ſerui mei lætabuntur,] quemad-
Pſal. 149. modùm ſcriptum eſt:Exultabunt ſancti in gloria,lætabuntur in cubilibus ſuis,i.manſionibus patrię
cæleſtis,videntes Deum facie ad faciem,q̃ viſio eſt tota merces.Propter quod ſcriptum eſt:Viden-
tes exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata.[& vos] ô peruerſi [confundemini] iuxta illud in
1.Pet.1. Pſal.82.Erubeſcant & conturbent̃ in ſeculum ſeculi,& confundant̃ & pereant.Ieremię quoq; 17.di-
cit̃:Dñe,oẽs qui te derelinquunt,confundent̃.[Eccè ſerui mei laudabunt] ſanctam & indiuiduam,
ſupereſſentialẽ ac ſimplicem Trinitatẽ, vnum verum oĩpotentemq́; Deum,[ꝑ exultatione cordis.]
& credit̃,ꝙ ſancti poſt diem iudicij laudabunt Deum laude vocali.[& vos clamabitis,] Deum blaſ-
phemando in inferni ſupplicijs,[ꝑ dolore cordis,& ꝑ contritione ſpiritûs] i. vaſtitate afflictioneq́;
mentis,[vlulabitis.] prout in libro Sapientiæ aſſerit̃:Videntes turbabunt̃ timore horribili, gemen-
Sap.5. tes ꝑ anguſtia ſpũs.Et poſteà ſubdit̃:Talia dixerunt hi qui ſunt in inferno.[Et dimittetis nomen ve-
Ibidèm. ſtrum in iuramentum electis meis.] i.tãta miſeria ſuperueniet vobis,vt fideles aſſumãt ex vobis for-
*te mã iurandi,dicendo:Si feci hoc vel hoc,ſic accidat mihi ſicut Iudęis.[& interficiet *vos Dñs Deus,]
Hoc factum eſt per Romanos.Hæc de temporali Iudæorũ pœna dicunt̃.[& ſeruos ſuos] i.in Chr̃m
credentes,[vocabit noĩe alio,] vt non ampliùs nuncupentur Iacob,Iſrael,ſeu ſimili noĩe,quo in ve-
teri teſtamento exprimitur populus ſynagogæ,ſed Chr̃iani à Chr̃o,quod nomen ex diuina inſpira-
tione primò impoſitum eſt diſcipulis Chr̃i Antiochiæ,vt legitur Act.11.nam anteà vocabantur di-
ſcipuli.[in quo] nomine [qui benedictus eſt ſuper terram] ab hoĩbus in fonte baptiſmatis, vel illo
noĩe veraciter appellatus,[benedicetur in Deo,] i.ad gloriam Dei,vel propter gratiam diuinitùs da-
tam.vel in Deo,i.à Deo,ità vt benedicatur benedictione grãæ in mundo, & benedictione gloriæ in
cælo.[Amen.] i.ſic fiat, vel fideliter ità *eueniet.[& qui iurat in terra,iurabit in Deo,] non per ido-
la.Gentes enĩ poſtq̃ ad fidem conuerſæ ſunt,non niſi per verum Deum iurant. Iuratio autem debi-
Deu.6. tè circunſtantionata,eſt actus virtutis,q̃ latria appellatur, ſicq́; ait ſcriptura:Dñm Deum tuum time-
bis,& per nomen illius iurabis.Et in Pſal.62.Laudabuntur oẽs qui iurant in eo.[Amen.] ſignum eſt
approbationis.Conſequenter inducitur ratio, vel potiùs ſignum,vel declaratio eorum,quæ paulo-
antè de perpetua iucunditate bonorũ inducta ſunt:[quia obliuioni traditæ ſunt anguſtiæ priores,]
i.labor & dolor,quibus in hac vita affliguntur electi. [& quia abſconditæ ſunt ab oculis noſtris.] i.
ſic erunt quaſi nunquã fuiſſent,quia nullum detrimentum inducent,& eorũ recordatio potiùs erit
cauſa hilaritatis,q̃ mœroris.Non enim beati omninò obliuiſcentur mala pœnæ & culpæ, quæ paſſi
ſunt vel operati, ſed peccatorum memoria inflammabit eos ad intenſiorem diuinæ pietatis amorẽ:
memoria quoq; præteritorum ſuppliciorum,erit eis materia gloriandi de triumpho, regratiandiq́;
Deo.Oppoſita enim iuxta ſe poſita,clariùs innoteſcunt,eô ꝙ vnum contrariorum non agnoſcatur
perfectè ſine cognitione alterius.Vndè & idẽ ſenſus,eademq́; ſcientia eſt cõtrariorũ.Chr̃s quoq; &
martyres aliqua ſigna ſui martyrij ęternaliter reſeruabũt in corpore.[Eccè enĩ ego creo cęlos no-
uos,& terrã nouã.] non quantùm ad eſſe ſubſtantiale,ſed accidentale,meliorando ipſorum qualita-
tem in claritate,quiete,& pulchritudine.De hoc ſuperiùs multa dicta allegataq́; ſunt,q̃ non oportet
Apoc.21. reſumere,ſed hoc ſolùm cõmemorandũ quod ait Ioan.Vidi cælũ nouum & terrã nouã. [& nõ erũt

in memoria priora,& non aſcendent ſup cor.] i. cęlum, terra,& cætera q̃ innouabunt̃ ꝑ augmẽtum
ſui decoris,nullius reputationis erunt,nec digna cõſideratione ęſtimabunt̃,reſpectu eorum q̃ erunt
poſt diẽ iudicij,ſ.reſpectu eorundẽ in melius trãſlatorum.[ſed gaudebitis] mente,[& exultabitis] in
inferioribꝰ viribus aĩæ,[vſq; in ſempiternum in his q̃ ego creo.] i.bonis q̃ in meliorẽ qualitatẽ trãſ-
muto,atq; in ꝑmijs nouisq́; donis,q̃ vobis cõmunico.Ex his euidẽtiſſimè conſtat,ea q̃ ſuperiùs dicta
ſunt de montibꝰ & campeſtribꝰ,de caulis & gregibꝰ,de cubilibꝰ & armentis, valleq́; Achor,ſpũaliter
eſſe intelligẽda,non carnaliter de brutis & locis terræ ꝓmiſſionis,vt volunt carnales Iudęi,qui teſte
Hieronymo,non diligunt niſi carnes.Non enĩ ſimplex à ſanctis ꝓphetis,ꝑſertim ab Iſaia,hiſtoria &
ordo geſtorũ narrat̃,ſed ænigmatibus plena ſunt oĩa:aliudq́; ſonat in verbis, & aliud tenet̃ in ſenſi-
bus,intãtùm vt q̃ vident̃ plana ac inoffenſa poſſe lectione trãſiri,ſequentium obſcuritatibꝰ inuoluã-
tur,atq; à carnali & ſimplici intelligentia impediant̃.Propter quod veriſſimè ait diuinus Apoſtolus: 2.Cor.3.
Litera occidit,ſpũs aũt viuificat.quod nolentes penſare Iudæi, incurabili cæcitate fallunt̃, non niſi
ſenſibilia ꝓmiſſa expectãtes.Vndè conſtat ꝙ Deum nullatenùs diligant amore ſyncero,diuino ac
ſpiritali,ſed amore cõcupiſcentiæ.idcircò nec verè ſperãt in ipſo, q̃uis ſibijpſis ꝑſuadeant ꝙ confi-
dunt in Deo,& ideò ꝑire non poſſint.meritò aũt adhuc gaudere debetis:[Quia eccè ego creo] i. in
accidentalibꝰ formo [Hieruſalem] cæleſtẽ,i.triumphantẽ Eccleſiã,de qua ait Apoſtolꝰ ad Gal.4.Illa
q̃ ſurſum eſt Hieruſalẽ,libera eſt,q̃ eſt mater nr̃a.Ad Heb.quoq; 12.Acceſſiſtis ad montẽ Sion,& ci-
uitatẽ Dei viuentis,Hieruſalẽ cæleſtẽ.Et Pſalmiſta:Lauda Hieruſalẽ Dñm.[exultationẽ] i.tanta be- Pſal.147.
atitudine atq; lętitia impleo eã, vt dici poſſet nõ ſolùm exultans,ſed etiã exultatio.Creo inſupèr [&
populum eiꝰ gaudium,] i.habitatores ſeu ciues ipſiꝰ facio gaudio plenos,quod maximè erit in die iu-
dicij,qñ electi in aĩa & corpore felicitabunt̃,& in regno cælorũ locabunt̃.Hoc eſt quod ait Pſalmo- Pſal.86.
graphus: Sicut lætãtium oĩm habitatio eſt in te.Deniq; ſi de terrena illa Hieruſalẽ veraciter ſcriptũ Pſal.47.
eſt,Fundat̃ exultatione vniuerſæ terræ:quãto magìs *terrena Hieruſalẽ procreat̃ in exultatione ele- *cæleſtis
ctis?[& exultabo in Hieruſalẽ,& gaudebo in populo meo.] i.in meipſo complacentiã habebo extẽ-
tam ſeu reſpicientẽ ad Hieruſalẽ hanc,eiusq́; ciues,ꝓpter bona q̃ eis cõmunico.non tñ aliq̃d felici-
tatis aut gloriæ mihi accreſcet ex eis.Vndè ſcriptũ eſt:Beneplacitũ eſt Dño in populo ſuo. Et Pro.8. Pſal.149.
Deliciæ meæ eſſe cum filijs hoĩm.Et Iere.32.Dñs loquit̃: Lætabor ſup eis cùm benefecero eis.[& nõ
audiet̃ in *ea,] i.in Ieruſalem cæleſti.[vox fletûs vltrà,& vox clamoris,] non ꝙ antè in ea audita ſit, *eo
ſed qñ nunq̃ audiet̃.& [non erit ibì ampliùs] i.vnquàm [infans dierum,] deficiens ſcientia vel ęta-
te,[& ſenex q non impleat dies ſuos.] i.tempus ſuum infructuoſè deducens, aut ſenectute deficiẽs.
Non enĩ in patria erunt diuerſæ ætates,qñ iuxta Apoſtolũ ad Ephe.4.oẽs occurrent in virum perfe-
ctum,in menſurã ætatis plenitudinisq́; Chr̃i,vt nec deſint alicui annorum ſpatia, neq; ſuperfluant.
Quòd aũt potiùs intelligat̃ de pueritia ſenſûs,q̃ ætatis ſeu temporis, verba ſequentia pandunt.[Qm̃
puer centum annorũ,] i.multos habens annos,ſed ſapientia vacuus.[moriet̃] morte ęterna.[& pec-
cator centum annorũ] i.inueteratus & ꝑſeuerans in vitijs,[maledictus erit] à Chr̃o,qui dicit Mat.25.
Ite maledicti in ignem æternum.Tripliciter aũt dicit̃ aliquis puer, videlicet innocentia,vt eſt illud,
Laudate pueri Dñm:quales fuerunt diſcipuli,quibꝰ Saluator poſt reſurrectionem Ioan.21.ait: Pueri, Pſal. 112.
nunquid pulmẽtarium habetis?Secundò dicit̃ puer ex defectu prudentiæ,iuxta illud Apoſtoli:No- 1.Cor.4.
lite pueri effici ſenſibus.Tertiò,ex paucitate annorum.[Et ædificabunt domos,] i.manſiones cæle-
ſtes ſibi *optabunt.[& habitabunt] eas.Vndè Chr̃s Ioan.14.Vado,inquit, parare vobis locũ,vt vbì *aptabunt
ſum ego,& vos ſitis.[& plantabunt vineas.] i.opera fructuoſa, robuſta ac dulcia. [& comedent fru-
ctum earum.] i.delectationibus ac meritis operum ſuorum ꝑfruent̃ ſpiritualiterq́; alent̃.Fructus vi-
nearum potari ſolent potiùs q̃ manducari:non ergò de materialibꝰ vineis ſermo eſt. [Non ædifica-
bunt] domos,[& alius habitabit:non plãtabunt] vineas,[& alius comedet.] i.nullum infortunium,
nulla ꝑdatio accidet eis:ſed vnuſquiſq; quod ſeminauerit,metet.De his domibꝰ habetur in Pſal.68.
Qm̃ Dñs ſaluam faciet Sion,& ædificabunt̃ ciuitates Iudæ:& habitabunt ibì,& hæreditate acquirent
eam.Ad Corinthios quoq; Paulus:Scimꝰ qm̃ ſi terreſtris domus nr̃a huius habitatiõis corrũpatur,
ꝙ ædificationẽ habemus ex Deo,domũ non manufactã,æternã in cælis.[Secundùm enĩ dies ligni,] 2.Cor.5.
videlicet ligni vitæ quod eſt in paradiſo,[erunt dies populi mei.] i.ſicut lignum vitæ cõſeruare po-
terat vitã in ſempiternum,ſic duratio beatorum in patria erit æterna. Poteſtq́; per lignum vitæ, in-
telligi Dei ſapientia Chr̃s,de quo Pro.3.Salomon proteſtatur:Lignum vitæ eſt oĩbus qui accedunt
ad eam.Vndè Apoc.22.inducitur:Beati qui lauant ſtolas ſuas,vt ſit poteſtas eorum in ligno vitę.Se-
cundùm huius ligni dies,ſunt dies ſanctorum in patria, qa à parte poſt ſine fine cum Chr̃o regna-
bunt.[& opera manuum eorum *inueteraſcent.] i.ſtabilia erunt, nec ꝑſcindẽtur, quia in Deo fun- *inueterabunt
data.Et hęc eſt veteratio bona,qua deſignat̃ æternitas,quæ vetuſtas Deo aſcribitur Dan.7.Throni
poſiti ſunt,& antiquus dierum ſedit.Opera autem ſanctorum in patria, ſunt laudatio & perfectiſſi-
mus cultus ſuperbeatiſſimæ Trinitatis.[Electi mei nõ laborabunt fruſtrà.] Frequenter Iſaias loquit̃

mixtìm de Eccleſia militante ac triumphante. Vndè q̃ nunc ſequunt̃,de Eccleſia militãte accipi poſ-
1. Cor. 15. ſunt,in qua electi non laborãt fruſtrà,iuxta quod ait Apoſtolus: Labor veſter non eſt inanis in Dño.
2. Par. 15. Ideò 2. Paralip. libro legit̃: Confortamini,&non diſſoluant̃ manus vr̃æ:erit eñ merces operi veſtro,
Rom. 8. immò nõ ſunt condignæ paſſiones huius vitę,ad ſuperuenturã gloriã patriæ.[neq; generabunt] fi-
lios ſpũales per baptiſmum & verbi cæleſtis p̃dicationem.[in cõturbatione] i.inquietudine, ſed cũ
magna tranquillitate mentali,ſicut apoſtoli & apoſtolici viri innumerabiles genuerunt. [q̃a ſemen
benedictorum Dñi eſt.] i.tam genitores iſti,quàm nati ipſorum,ſunt ſemen pertinens ad electos,qui
ſunt benedicti à Deo.[& nepotes eorum] i.ſpũales filij horum,quos genuerunt apoſtoli.[cum eis.]
i.cum apoſtolis:ſunt eñ filij apoſtolorũ,videlicet Dionyſi⁹, Titus,Timothe⁹,qui erant filij Pauli,Po
lycarpus & Ignatius filij Ioannis:multosq́; genuerunt in Chr̃o, qui appellant̃ apoſtolorũ nepotes,
fueruntq́; cum eis in via per gr̃am,& nunc ſunt cum eis in patria.[Eritq́; anteq̃ clament] orando vo-
caliter,[ego exaudiã] deſideria cordis eorũ.[adhuc illis loquentibus] in oratione,[ego audiam] per
effectũ,dando quod ſalubriter poſtulãt.Hoc in primitiua Eccleſia vbertìm impletum eſt,vt patet in
Act. Apoſtolorum.Vndè ait Pſalmus 9.Deſiderium pauperum exaudiuit Dñs,præparationem cor-
Marc. 11. dis eorum audiuit auris tua.Et Chr̃s in euang. Oĩa quęcunq; orantes petitis, credite q̃a accipietis,&
venient vobis.Poſſent hæc p̃tereà de Eccleſia triumphante exponi,in qua electi Dei nõ laborãt fru-
ſtrà.Laborant eñ non p̃priè,ſed eo modo quo Apoc. 4. ſcriptum eſt: Requiem non habebãt,die ac
nocte dicentia:Sãctus,ſanctus,ſanctus,Dñs Deus oĩpotens: Generãt quoq; non in cõturbatione, i.
Iſaiæ 26. non g̃natione carnali,q̃ cum turbatione eſt,ſed trãquilla,de qua dictũ eſt ſuprà:A facie tua Dñe con-
cepimus & p̃pimus ſpm̃.Cùm eñ Eccleſia ſancta triumphãs ſit chariſſima ſponſa Chr̃i, infœcunda
nõ eſt.Quod verò ſubiungit̃,Anteq̃ clament,ego exaudiã:de beatis veritatẽ ſortit̃,q̃ cùm ſint diuinę
æquitati p̃fectè vniti & cõformati,nil poſtulãt niſi quod Dño placet:idcircò anteq̃ precẽ effundant,
vota eorũ exaudiunt̃.[Lupus & agnus paſcent̃ ſimul,& leo & bos comedẽt paleas, & ſerpenti puluis
Eſaiæ 11. panis ei⁹.Nõ nocebunt neq; occident in omni monte ſancto meo,dicit Dñs.] Oĩa hæc ſuprà ſcripta
ſunt,& diligenter expoſita, excepto q̃ hîc addit̃, Serpenti puluis panis eius: quod dupliciter expla-
nat̃:Primò ſic:Serpenti,i.ei qui callidus fuit,alioſq́; ſuo exemplo aut documento infecit, cùm fuerit
ad Chr̃m pœnitentiamq́; conuerſus,puluis panis erit,i.in humilib⁹ nutriet̃,non alta ſapiens,ſed hu-
milibus conſentiens,& parco ac duro cibo cõtentus.Secundò ſic:Serpẽti,i.diabolo,qui primos pa-
Gene. 3. rentes in forma ſerpẽtis decepit,cui Dñs cõminatur:Inimicitias ponã inter te & mulierẽ &c. ipſa cõ-
teret caput tuum.puluis,i.peccatores carnales & terreni,qui ſunt tanq̃ puluis quẽ proijcit vẽtus à fa-
cie terræ,panis erit.Hos eñ deuorat,& morte eorum delectat̃ ac paſcit̃, quemadmodùm ſcriptũ eſt:
Pſal. 12. Qui tribulant me,exultabunt ſi motus fuero.Poſſunt inſupèr iſta ad Eccleſiã triumphantem referri,
qm̃ ſicut hoĩes his aĩalibus deſignati, ſimul morant̃ atq; paſcunt̃ in Eccleſia militante, ſic ſuo modo
pariter habitãt & reficiunt̃ in Eccleſia triumphante.Hoc loco ait S. Hieronymus: Interrogemus Iu-
dæos & hæreticos,q̃ beatitudo ſit ęſtimãda,vt in illo annorum regno,in monte Sion & ciuitate ter-
renæ Hieruſalẽ,& in templo anguſtiſſimo lupi & agni,boues & leones,ſerpentes & hoĩes,ſimul co-
medant,pariterq́; morent̃,& his tãtùm noceant,q̃ in monte Dñi ſancto fuerint demorati.Ex quo in-
telligimus,oẽs qui extra montem fuerint,occidendos.Nudabit̃ ergò p̃dictis beſtijs vniuerſus orbis,
immenſiq́; ſaltus,& Aegyptiæ ſolitudinis vaſtitas, q̃ venenatorum aĩalium fertilis eſt: & pro ſumma
felicitate,ciuitas ſancta non ſolùm hoĩm,ſed etiam beſtiarum atq; ſerpentium habitaculum erit.

¶ *Elucidatio cap. 66. Hæc dicit Dominus: Cælum ſedes mea &c.* *Articulus* 95.

HAec dicit Dñs:] Hæc eſt expectatio Iudæorum,q̃ in aduentu Meſſię,quem p̃ſtolantur,habe-
bunt aureã atq; gemmatam Hieruſalẽ in terra,& q̃ in ea tẽplum pulcherrimũ fiet, in quo ho-
ſtiæ legis copioſiſſimè offerent̃.expectant & ocium ſabbati, circuncîſionẽ, nuptias, filiorũ procrea-
tionem vberrimã,epularum delicias,& oĩm gentium famulatum.Et quia in fine p̃cedentis cap. facta
eſt mentio de monte ſancto Dei,p̃ quem Iudæi montem Sion & templum intelligunt:ideò Dñs no-
lens nos hoc falli errore,reprobat ſpem inſtaurationis templi & ſacrificiorum legalium,dicẽs:[Cæ-
lum ſedes mea,& terra ſcabellum pedum meorum.] i.tãtæ magnitudinis ſum,vt meliùs exprimi ne-
queat per corporalia,niſi vt cælum dicatur ſedes mea, & terra vocetur ſcabellum pedum meorum.
Pſal. 144. Magnus enim Dñs & laudabilis nimìs, & magnitudinis eius non eſt finis.de quo ſcriptũ eſt Iob 11.
Excelſior cælo eſt,& quid facies? profundior inferno, & vndè cognoſces? longior terra menſura
Sap. 11. eius,& latior mari.Sapiens quoq; ait: Tanq̃ momentum ſtateræ,ſic ante te eſt Dñe orbis terrarum, &
tanq̃ gutta roris antelucani.Non eſt p̃ hoc intelligendum,q̃ in diuinitatis natura ſit aliquid corpo-
rale figuratum ſiue organicum,vt quidã Iudęorũ & aliqui imperiti Chr̃iani putabãt, inter quos erat
quidam abbas,vt Caſſianus ſcribit:ſed per hæc inſinuat̃ immenſitas Dei, qui Iere. 23. aſſerit: Cælum
& terrã ego impleo.[Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi?] vt putatis. [& quis eſt iſte locus
requietionis meæ,] in quo me habitaturum & quieturum ſperâſtis in aduentu Meſſiæ? Quaſi dicat:

Nõ ædificabit̃ mihi domus iſta,& q̃uis Antichr̃s tẽplum inſtaurabit,non tñ meo,ſed diabolo cõſtru-
et illud, vt hoĩes fallat miſeroſq́; verbis ſimulatis & apparente iuſtitia. Quòd eñ poſt templum à Zo-
robabel ædificatũ,non fuit ædificandũ aliud materiale tẽplum Deo acceptum,pro cultu veteris te-
ſtamenti,patet ex eo quod ſcriptum eſt Aggæi 2.Magna erit gloria domûs huius nouiſſimæ magis q̃ 2. Reg. 7.
primę.Per domũ aũt nouiſſimam,intelligit templum ſuo tempore ædificatũ poſt reditũ captiuitatis
Babylonicę. Porrò per domũ primam, ſignificat tẽplum à Salomone conſtructũ. Quòd aũt non in
Hieruſalẽ,eiuſq́; tẽplo duntaxàt,ſed per totũ mundũ immolaret̃ Deo ſacrificium verũ,acceptũ,atq;
p̃fectum,euidentiſſimè Dñs manifeſtat Malach. 1. dum ait populo Iudęorũ:Non eſt mihi voluntas in
vobis,& munus nõ ſuſcipiã de manu veſtra.Ab ortu eñ ſolis magnũ eſt nomen meũ in gentibus,&
in oĩni loco ſacrificat̃ & offertur nomini meo oblatio munda.Non ergò expectanda eſt inſtauratio
templi,in quo rurſum ſacrificia legalia immolent̃.[Oĩa hæc manus] i.poteſtas [mea fecit, & facta
ſunt vniuerſa iſta] viſibilia,ex q̃bus vultis mihi domũ cõſtruere.[dicit Dñs.] Non ergò indigeo iſtis,
neq; concludor. Vndè 3. Reg. libro Salomon p̃feſſus eſt Dño:Si cælũ & cęli cælorũ te capere nõ poſ- 3. Reg. 8.
ſunt,quantò magìs domus hæc quã ædificaui?[Ad quẽ aũt reſpiciã?] i. quẽ clementer exaudiã? quẽ
placidè intuebor?[niſi ad pauperculum & contritũ ſpiritu?] i.p̃pria reputatione abiectum, vilem ac
modicũ:vel etiã temporalibus indigentẽ,ſi tñ adſit humilitas, ſine qua paupertas exterior nulla eſt.
Hæc ergò de qua loquit̃ p̃pheta,paupertas, intelligenda eſt vel vera humilitas, vel tẽporalium rerũ
contemptus ſpontaneus,ad quorũ vtrunq; p̃tinet illud Matt. 5.Beati pauperes ſpiritu, q̃m ipſorũ eſt
regnũ cælorũ.Illud quoq; in Pſalmo: Tibi derelictus eſt pauper. Vndè Paulus ad Corint. Quaſi ni- Pſal. 5.
hil,inq̃t,habentes,& multos locupletantes,& oĩa poſſidentes. Hæc eſt paupertas Chr̃iana ditiſſi- 2. Cor. 6. & 8.
ma,de qua in epiſtola ad Corinth. habet̃: Altiſſima paupertas eorũ abundauit in diuitias ſimplicita-
tis eorũ.Si ergò exaudiri optamus,ſimus pauperculi,& dicamus cum hoĩe ſancto: Ego verò egenus Pſal. 69.
& pauper ſum, Deus adiuua me.Itemq́;:Inclina Dñe aurẽ tuam,& exaudi me, q̃m inops & paup̃ ſum & 85.
ego. Scriptum quippe eſt in Eccõ: Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Reſpiciam ergò oculo Ecci 35.
placidiſſimæ pietatis ad pauperculum:humilibus eñ do gratiam.[& contritum ſpiritu,] i.corde cõ-
punctum.Sacrificium namq; Deo ſpiritus contribulatus,cor contritũ & humiliatũ Deus non deſpi- Pſal. 50.
cit.[& trementem] i.cum tremore obſeruantem [ſermones meos] q̃bus mala p̃hibeo, bonaq́; iu-
beo.Itaq; Deus oĩpotens,qui Iudęorum materiale tẽplum contemnit, Chr̃ianum contritũ ac hu-
milem aſſumit in tẽplum,iuxta illud Apoſtoli:Vos eſtis templum Dei viui. Et, Portate Deũ in cor- 2. Cor. 6.
pore veſtro.Deniq; oẽs hoſtias veteris teſtamenti reprobans Deus tempore nouæ legis, videlicet à 1. Cor. 6.
tẽpore p̃mulgationis Euangelij,ait: [Qui immolat bouẽ, quaſi qui interficiat virũ.] i. tam acceptus
eſt mihi Iudęus immolans bouẽ,vt homicida:& tantum mihi placet immolatio bouis, ſicut occiſio
hoĩs,quorũ vtrunq; abominabile eſt corã Deo.[qui mactat pecus,] i.offert ouẽ ſeu caprã,[quaſi qui
excerebret canẽ:] i.tam vilis eſt mactatio talis,vt excuſſio cerebri canis.[q̃ offert oblationẽ] de alijs
rebus hîc non expreſſis, [quaſi qui ſanguinẽ ſuillũ] i. ſuis [offerat.] quod erat prorſus illicitũ,eò q̃
ſecundùm legẽ ſus immunda extiterit.[q̃ recordat̃ thuris,] i.oblationẽ thymiamatis memoriter ſer-
uat,exercet ſeu tribuit.[quaſi q̃ benedicat] i.laudẽ & cultũ exhibeat [idolo] i.tã gratus eſt mihi ſic-
ut idololatra.Cùm ergò ſacratiſſimus Iſaias,vel potiùs Deus p̃ Iſaiã, ſacrificia legis viliſſimis & oĩni-
nò illicitis cõparat rebus,cõſtat ſacrificia talia tẽpore nouæ legis eſſe p̃hibita. Erant aũt Deo acce-
pta tẽpore ſuo,nõ ex parte oblati,ſed offerentis.Primò,ex parte deuotionis & obedientiæ eius. Iuſ-
ſit eñ Deus talia ſibi immolari,nè idolis offerrent̃. Ipſam ergò deuotionem & obediẽtiam reſpicit
Deus magìs q̃ hoſtias. Vndè Oſeæ 6. teſtat̃:Miſericordiam volui,& non ſacrificiũ. Secundò accepta
erãt ex fide offerentiũ.erãt equidẽ ſacrificia illa typus immolationis Chr̃i in cruce. Idcircò paſſio-
ne Chr̃i completa, euangelioq́; vulgato, mortifera facta ſunt.Si eñ offerrent̃ realiter, diceret̃ Chr̃m
nondùm paſſum,ſed eſſe paſſurum.De hac reprobatione ſacrificiorum legalium, plurima dicta atq;
expoſita ſunt ſuprà:idcircò pertranſeo hæc oĩa ſacrificia reprobata atq; mortifera.[Hæc oĩa ele-
gerunt] obſtinati Iudæi tempore nouæ legis [in vijs] i.operibus [ſuis,& in abominationibus ſuis] i.
abominandis operibus ſuis.[aĩa eorũ delectata eſt,] gloriando in malis.Offerebant eñ Iudæi ſacri-
ficia iſta poſt Chr̃i paſſionẽ, vſq; dum à Romanis vaſtati ſunt.[Vndè & ego eligã illuſiones eorum,]
i.congregabo eos vt ſimul damnent̃:vel eligam,i.exquiſitis eos viſitabo tormentis. [& q̃ timebant,
adducã eis,] videlicet exercitum Romanorũ,& alias indè conſecutas miſerias. [quia vocaui] p̃ me-
ipſum,meoſq́; diſcipulos populum Iudęorum ad fidem & gratiam. [& non erat qui reſponderet.]
i. conſentiret.[locutus ſum] eis,[& non audiêrunt.] quia tam pauci ex Iudęis conuerſi ſunt, vt alio-
rum reſpectu quaſi nulli appareant. Vndè Chriſtus Ioan. 8. loquitur eis: Si veritatem dico, quarè
non creditis mihi? Et iterùm: Quarè loquelam meam non cognoſcitis? qui ex Deo eſt,audit me.[fe-
ceruntq́; malum in oculis meis,] propter quod eieci de templo ementes & vendentes,& menſas nũ-
mulariorum euerti.[& quæ nolui] id eſt, reprobaui, [elegerunt,] videlicet incredulitatem & inob-

edientiã.[Audite verbum Dñi qui tremitis ad ſermonẽ eius] i.vos fideles Iudęi, ſancti apoſtoli, cæ-
Pſal. 118. teriq; diſcipuli, q eloquia Dei cum timore auditis,& tranſgredi formidatis,dicẽtes illud in Pſal.Sta-
tue ſeruo tuo eloquiũ tuũ in timore tuo.[Dixerunt fratres veſtri,odientes vos,]i.infideles Iudęi,ſe-
cundùm carnẽ vobis ꝓpinqui.[& abijcientes]vos à ſe [ꝓpter nomen meũ.]i.ꝓpter fidẽ & confeſ-
ſionẽ ſeu ꝑdicationem noïs mei.Quàm eñ moleſti fuerint Iudęi increduli primitiuę Eccleſiæ ex Iu-
daiſmo cõuerſæ,in Actibus apoſtolorũ clarè recolit̃.Quid aũt dixerint,ſubdit̃:[Glorificet̃ Dñs.]Hoc
dixerunt ironicè,Chr̃m etiã poſt reſurrectionẽ deridentes,quẽadmodùm in cruce pendenti dixe-
Matth.27. runt Chr̃o:Si rex Iſrael eſt,deſcendat nunc de cruce,& credim⁹ ei.tanq̃ dicant:Oſtendat ſe eſſe Deũ
Lucæ 23. Ieſus iſte quẽ ꝑdicatis:quod ideò dicimus,qm̃ ſcimus eum nõ poſſe hoc facere.[& videbim⁹ in læti-
tia veſtra,]i.adſpiciemus quẽ exitum ſortiet̃ gloriatio, qua iactatis vos Chr̃i eſſe diſcipulos. vel ſen-
ſus eſt:Glorificet̃ Dñs,i.qđ nobis ꝑdicatis hoïem crucifixũ,vt adoremus occiſum,q erat velut lepro-
ſus & à Deo ꝑcuſſus? appareat nobis Deus in maieſtate,& adorem⁹ oïpotentẽ vbiq; regnantẽ:& vi-
debimus,i.cõſiderabimus eũ in gloria noſtra,i.cum lætitia.[ipſi aũt] infideles Iudęi qui iſta dixerũt,
[cõfundent̃.] i. erràſſe monſtrabunt̃ ac punient̃, ſicut ſubiungit̃: [Vox populi] i. clamor & vlulatus
Iudęorum [de ciuitate] Hieruſalẽ aſſcendens ꝓpter anguſtias quas patiebant̃ à Romanis vrbẽ val-
lantibus.[vox de tẽplo,]i.clamor ſacerdotũ ac Leuitarũ de templo(in quo erant)clamantiũ, quãdò
obſeſſa & capta eſt ciuitas,& ipſi occiſi.[vox Dñi]i.cõminatio Dei,vel Romanorũ vociferatio ex læ
titia victorię ꝓclamantiũ,quorum vox appellat̃ vox Dñi, q̃a diuinitùs data eſt ipſis victoria illa,ſicut
Ezech.6. in Ezechiele Dñs noïat gladium Nabuchodonoſor,gladiũ ſuũ.Itaq; vox Dñi [reddentis retributi-
onẽ]i.iuſtam vindictã [inimicis ſuis] ꝑfidis Iudęis,quos ꝑ Romanos puniuit.[Anteq̃ parturiret,pe-
Lucæ 2. perit.]Locus iſte dupliciter explanat̃.Primò de natiuitate Chr̃i,qua natus eſt de virgine ſancta,vt ſit
Iſaiæ 7. ſenſus:Anteq̃ parturiret,i.anteq̃ illa (de qua dictũ eſt ſuprà,Eccè virgo cõcipiet)dolorẽ pariẽdi ſen-
tiret,peperit ſine dolore.[anteq̃ veniret partus eius,]i.dolor ex partu,[peperit maſculũ.]i.Chr̃m,de
Iere. 31. quo Ieremias inducit:Nouũ *faciet *Deus ſup terrã,mulier circundabit virũ:& huic ſenſui cõſonat
tranſlatio Chaldaica,ſecundùm Iudęos authentica,q̃ talis eſt:Adhuc nõ erat ei veniens anguſtia,&
adhuc nõ venit ei tremor ex dolorib⁹ ꝓpter partũ,reuelabit̃ rex Meſſias.Et qm̃ iuxta Ieremiæ ꝓphe-
tiam iſtud omninò nouum eſt,ſubijcit̃:[Quis audiuit vnq̃ tale? & quis vidit huic ſimile?] Nunq̃ vtiq;
auditũ eſt aut viſum * eſt,ꝙ virgo cõciperet,& ſine dolore pareret, niſi in Chr̃i natiuitate. Secundò
exponit̃ de natiuitate Chr̃i ſpirituali,qua in corde credentiũ naſcit̃,ſeu ſpirituali generatione fideli-
um,qui ex aqua & ſpirituſancto renaſcunt̃ in Chr̃o.Eritq; ſenſus:Sion ſiue Eccleſia primitiua in Hi-
eruſalem cõgregata,anteq̃ parturiret,i.ad ꝓducendum ꝓlem laboraret,& ſucceſſiuè cum dolore ꝓ-
lem effunderet,peperit filios ſpirituales ſeu Chr̃m in corde credentium,ſicut adiungit̃:Anteq̃ veni-
ret partus eius,i.dolor ad pariendum,peperit maſculum,i.Chr̃m in corde credentium,ſicut ad Gal.
Galat.4. ſcribit Apoſtolus:Filioli,quos iterùm parturio,donec formet̃ Chr̃s in vobis.Eccleſia vtiq; primitiua
ſubitò & ſine labore,immò cum magno gaudio ſancti ſpiritùs genuit filios ſpirituales.vna enim die
Act. 2. ꝑdicante Petro,cõuerſa ſunt tria millia Iudęorum,alia die quinq; millia,& multiplicabat̃ numer⁹ di-
& 4. ſcipulorum in Hieruſalẽ valdè.& quia iſta multiplicatio mirabilis erat atq; inſolita,ſubdit̃: Quis au-
diuit vnq̃ tale?vel quis vidit huic ſimile?Nunq̃ eñ tale quid contigit,vt in breui tempore oẽs crede-
rent nationes,& de vniuerſis gentibus vna gens fieret Chr̃ianorum. Vndè adhuc ſequit̃: [Nunquìd
parturiet terra in die vna,aut pariet̃ gens ſimul?] tanq̃ dicat, hoc naturali virtute fieri nequit, vt ho-
mines in terra morantes,vna die ſeu tam breui tempore pariant, vel vna integra gens pariter gene-
retur.Nouem eñ menſibus fit generatio hoïs, & ſucceſſiuè ex vno patre generat̃ gens aliqua, q̃ non
ꝑtingit ad multitudinẽ copioſam,niſi per multa annorum curricula: ſic autem non fuit in ſpirituali
generatione primitiuæ Eccleſiæ,ſed [quia parturiuit & peperit Sion] i. Eccleſia militans [filios ſuos]
multos die vna,i.tempore modico,& etiam die vna,quandò,vt dictum eſt, vna die cõuerſa ſunt tria
millia,& alia die quinq; millia.immò beati apoſtoli frequenter vna die cõuerterunt decẽ vel vigin-
ti aut triginta millia gentilium.& ſic Sion,i.Eccleſia peperit gentẽ Chriſtianam magnã & plurimã ſi-
mul,i.ſubitò eodẽq; tempore:viuentibus nãq; ſanctis apoſtolis, ꝑdicatũ ac vulgatũ eſt Euangelium
Chr̃i in oïbus finibus mundi,cõuerſaq; ſunt innumerabilia millia vbiq; terrarũ, intantùm vt Romę
eſſet copioſiſſima credentiũ multitudo:quos cùm Nero vellet occidere, nõ ꝑmiſerunt Romani, ti-
mentes imperiũ nimiùm debilitari debere.Hãc aũt tam mirabilẽ generationẽ ꝓbat Dñs ſibi fuiſſe
poſſibilẽ,& ſe decentẽ.[Nunquìd ego q alios parere facio,& dando eis generatiuã potentiam, natu-
ralẽq; fœcunditatẽ ac ꝓlem,[ipſe nõ pariã,dicit Dñs,] ſpirituales filios,multiplicando fideles modo
iam dicto?[Si ego qui generationẽ cæteris tribuo,ſterilis ero, ait Dñs Deus tuus?] q.d. hoc indecẽs
eſſet.Quanuis aũt iſte ſit intellectus literalis huius ſcripturæ, tñ Auguſtinus & alij quidam allegant
authoritatem hanc,ad probandum æternam generationem vnigeniti filij à patre.Poteſt etiam ex li-
tera hac ratio fortis & idonea elici ad probandum æternam generationem in Deo. Nam quicquid
per-

perfectiõis eſt in effectu aut creatura, ꝑfectiùs eſt in cauſa,maximè prima & Deo creatore. Cùm er-
gò virtus generatiua ſit magna ꝑfectio,& ipſa generatio perfectiſſima emanatio: ſequit̃ ꝙ in Deo ſit
virtus generatiua,generatioq́; ꝑfecta,ità ꝙ p̃ter oẽm fœcunditatẽ generatiuã ac generationẽ in cre-
aturis exiſtentẽ,ſit in Deo generatiua fœcunditas,& generatio ſempiterna.Nã & ipſa ſpiritualis fœ-
cunditas & generatio Eccleſiæ,nunc ꝑdicta,à Deo cõmunicata eſt ipſi Eccleſiæ: ideò p̃ter eam,inue-
nit̃ in Deo paterna fœcunditas prior,altior,atq; ꝑfectior.Deniq;,vt refert Lyra, moderni Iudæi ex-
ponũt literã ꝑinductam,hoc modo:Anteq̃ parturiret,peperit,i.cùm ciuitas Hieruſalẽ ſeu Iudęa do-
lorẽ ſentiret de ſua ac templi deſtructione à Romanis,peperit Chr̃m.Dicunt ergò, vt Lyra recitat,ꝙ
eodẽ die quo Romani deſtruxerunt Hieruſalẽ,genitus ſit Meſſias. Et cùm interrogat̃ ab eis vbi in-
terìm fuit,dicunt q̃dam eorum,ꝙ fuit cum angelis, ſicut Moſes erat cũ angelo in monte Sinai qua- Exod. 34.
draginta diebus ac noctibus.Alij dicunt,ꝙ ſedet Romæ in porta inter leproſos & pauperes. Alij, ꝙ
vadit per mundũ in afflictione & paupertate ad ſatisfaciendũ pro peccatis Iudęorũ,quos nõdùm li-
berat,qm̃ nõdùm habet licentiã à Deo ad hoc:cùm aũt licentiã habuerit, liberabit eos à captiuitate
p̃ſenti.Hoc ſcripſi,vt pateat quanta ſit cæcitas Iudęorum:ſi tñ omninò ſic eſt,vt Lyra cõſcripſit:fortè
eñ non oẽs ſic dicunt. Deſcripta deſtructione terrenæ Hieruſalẽ & infideliũ ciuium eius, inuitant̃
fideles,p̃ſertim apoſtoli & apoſtolici viri,vt de bonis & gratijs ſpirituali Hieruſalẽ q̃ viuis lapidibus
ædificat̃,cõceſſis,glorient̃ in Dño.Dicitur eñ ad eos:[Lætamini cũ Hieruſalem] i.cũ militãte Eccle-
ſia,q̃ in Hieruſalẽ ſumpſit initiũ,& pace Dei ꝑfundit̃.[& exultate in ea oẽs qui diligitis eã,] cõgra-
tulando ꝓſperitati eius ac beneficijs ei diuinitùs condonatis,gratiasq́; Dño referendo.Hoc fecerunt
ſancti apoſtoli & oẽs boni hoc faciunt,ſecundùm quod ait Apoſtolus ad Philippẽſes: Gaudete in Philip. 4.
Dño ſemp.Et,Gaudete cũ gaudentibus.Et,Non q̃ ſua ſunt ſinguli,ſed q̃ aliorũ,quærentes.[Gaude- Rom. 12.
te cum ea gaudio] ſpirituali,ſicut & ipſa gaudet p̃ſtolando & contemplando ꝓmiſſa cæleſtia. [vni-
uerſi qui lugebatis ſup eã] i.qui ſpiritualem ruinam Iudęorum, videlicet infidelitatẽ eorũ, deplan-
xiſtis,quã eatenùs Paulus defleuit,vt diceret: Triſtitia mihi magna eſt, & dolor cõtinuus cordi meo Rom. 9.
ꝓ fratribus meis Iudęis. Vel *quia lugebatis ſup eã, cõpatiendo fidelibus in tribulationibus, ꝑſecu- *qui
tionibus,atq; tentationibus vitæ p̃ſentis,vel proximorũ peccata plorando,de quibus dicit̃ Matth.5.
Beati miſericordes,qm̃ ipſi miſericordiã conſequent̃.[vt ſugatis] lac ſpirituale, videlicet fluenta do-
ctrinæ & gratiam conſolationis internæ.De quo Petrus hortat̃:Quaſi modò geniti infantes, lac cõ- 1.Pet. 2.
cupiſcite.[& repleamini] intùs in anima nunc quidem inchoatiuè,& in patria plenè ac conſumma-
tè.[ab *vbere conſolationis eius] i. ab vberibus quibus Eccleſia lactat, fouet & conſolat̃ filios ſuos. *vberibus
Non eñ carere potuit Eccleſia vberibus & abundantia lactis pro ſuſtentatione filiorum ſuorum,cui
tanta fœcunditas data eſt,vt anteq̃ parturiret,pareret,vnamq́; gentem ſimul produceret.Hæc autem
duo vbera intelligi poſſunt duo teſtamenta,quorum ſpirituali lacte aluntur & conſolantur fideles.
Vndè Eccleſia in Canticis dicit:Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli,qui paſcuntur in li- Cant. 4.
lijs.Vel ab vberibus conſolationis eius,i.ab vberibus diuinæ bonitatis,quibus Dñs conſolatur fide-
les in p̃ſenti per gratiam,& in futuro per gloriam.Hæc aũt vbera Dei, electos ſuos paternaliter, im-
mò vt affectuoſiùs ſonet,etiam maternaliter diligentis,ſunt iuſtitia & miſericordia, vel liberalitas &
dilectio,vel ſapientia & cõmunicabilitas eius,ex quibus tanq̃ ditiſſimis fontibus effluunt oĩa be-
neficia Dei,quibus replentur electi.Itaq; gaudete cum Hieruſalẽ in p̃ſenti, [vt mulgeatis, & delicijs
affluatis,] i.in oĩ delectatione ſancta & ſpirituali exuberanter afficiamini [ab oĩmoda gloria ei-
us] i.à plena beatitudine ſibi in patria p̃parata.ad hoc eñ nunc cũ Hieruſalẽ,i. cũ militante Eccleſia
exultare oportet & flere,quatenùs glorificent̃ cũ ea à Chr̃o in die iudicij duplici ſtola.[Quia hæc di-
cit Dñs:Eccè ego *declino ſup eam] i.dona mea infundo,& gratiæ meæ largitatem præſto Eccleſiæ. *declina-
[quaſi flumen pacis,]i.copioſiſſimè,ità vt pax fideliũ cauſa ſuæ abundantiæ flumini cõparetur.Scri- bo
ptum eſt eñ Pſal.45.Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei. Et Apoſtolus ait:Pax Chr̃i q̃ exuperat Philip. 4.
oẽm ſenſum, cuſtodiat corda veſtra. Angeli quoq; dixerunt: Pax hoïbus bonę voluntatis. Declino Lucæ 2.
quoq; in eos meipſum & gratiam meam, [quaſi torrentem inundantem gloriam gentiũ] i. fontẽ de
ſe deriuantem ſalutem.[quam ſugetis] i.mentaliter haurietis ex fonte & vbere conſolationis inter-
næ.Deus enim eſt ipſe torrens quo inebriantur beati, de quo legitur: Torrente voluptatis tuæ po- Pſal. 35.
tabis eos.Hæc copia pacis ac fluminis,datur Eccleſiæ militanti ſaltem ſecundùm aliquem gradum.
Ei enim dixit ſaluator: Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis. Ruſuſq́; ait: Qui biberit ex Ioan. 14.
aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.[Ad vbera portabimini,] i. & 4.
ad cognoſcendum Deum gratia Dei perducet vos ad vbera Eccleſiæ ſeu creatoris, de quibus iam
factus eſt ſermo.[& ſuper genua blandietur vobis:]i.familiariter ac benignè Deus applicabit ſe vo-
bis,quomodò mater blanda filios ſuos proprio fouet in gremio.Vndè ait Pſal.30.Propter nomẽ tu-
um deduces me,& enutries me.Et Oſeæ 11.Dñs ait:Ego quaſi nutritius portaui eos in brachijs meis.
Hinc etiam Deut.33.ſcriptum eſt:Amantiſſimus Dñi habitabit cõfidenter,in eo quaſi in thalamo to-
ta

ta die morabiť, & inter humeros illius requieſcet. Oĩa iſta atq; ſequẽtia ꝑfectiſſimè adimplenť, cùm
electi in patria recipiunť. ſubdiť em̃: [Quomodò ſi cui] i. alicui filio ꝑdilecto [mater blandiať, ità] &
[ego cõſolabor vos,] q nunc ꝑ arctã viã & multas tribulatiões inceditis, pond' diei & æſtus patiẽtiſ-
Rom. 8. ſimè toleratis, & oĩa ꝓ cæleſtis patriæ appetitu æquanimiter fertis, ſcientes nõ eſſe cõdignas paſſiões
Matth. 5. vitæ ꝑſentis, ad gloriã ſupuenturã: qa beati eſtis cùm maledixerint vobis hoĩes, & ꝑſecuti vos fuerint
ꝓpter iuſtitiã. [& in Hieruſalẽ] illa cæleſti [cõſolabimini] recipiẽtes beatitudinẽ conſummatã, quã-
Cant. 8. dò filius hoĩs ꝑcinget ſe, & tranſiẽs miniſtrabit vobis, & dicet: Comedite amici & bibite, & inebria-
mini chariſſimi. Et [videbitis] Deum facie ad faciẽ, ꝓ cuius amore oĩa egiſtis, paſſiq; eſtis, cui nunc
Pſal. 79. quotidiè dicitis: Oſtende faciẽ tuã, & ſalui erimus. Vndè Ioãnes: Nunc, inqt, filij Dei ſumus, & non-
1. Ioan. 3. dùm apparuit qd erimus: ſcimus qa cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, qm̃ videbimus eum ſicuti eſt.
Videbiť itaq; Deus deorũ in Sion. [& gaudebit cor veſtrũ.] & gaudium veſtrũ nemo tollet à vobis.
[& oſſa veſtra] i. virtutes aĩæ ſeu oſſa corporis, totaq; caro, [quaſi herba germinabunt] in reſurrecti-
one futura. tunc em̃ florebit caro veſtra: & q̃ modò ſeminať in infirmitate, ſurget in gloria. cuſtodit
em̃ Dñs oĩa oſſa ſanctorũ, vnum ex his nõ contereť. ſed nec capillus capitis eorũ peribit. Hæc quoq;
2. Cor. 1. & 3. in militanti Eccleſia aliquo modo implenť, quẽadmodùm ait Apoſtolus: Benedictus Deus qui con-
ſolať nos in om̃i tribulatione noſtra. Et iterùm: Nos aũt reuelata facie gloriã Dñi ſpeculantes. [& co-
gnoſceť manus] i. poteſtas [Dñi ſeruis ſuis] ꝑ experientiã. recipiendo em̃ à Deo ꝑmia vitæ æternæ,
cognoſcent potentiã eius. [& indignabiť] i. iuſto zelo pœnam infliget, [inimicis ſuis] i. ꝑuerſis & re-
Pſal. 5. ꝓbis, de quib' ait Pſal. ad Dñm: Odiſti oẽs qui operanť iniquitatẽ, ꝑdes oẽs qui loquunť mẽdacium:
Pſal. 20. Itemq;: Inueniať manus tua inimicis tuis, dextera tua inueniat oẽs qui te oderunt. Odio quippe ſunt
Deo impius & impietas eius. Hæc indignatio ꝑcipuè apparebit in die iudicij, de quo infertur: [Quia
eccè Dñs in igne veniet.] Venturus eſt em̃ iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignẽ, de quo le-
giť Pſal. 96. Ignis ante ipſum ꝑcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. [& quaſi turbo quadrigæ
eius] i. angelicæ poteſtates, * quorũ miniſterio colligenť cineres mortuorũ, & reſuſcitati ad iudiciũ
ꝑferenť. Vndè Matth. 13. ſcribiť: Mittet filius hoĩs angelos ſuos, & colligẽt de regno eius oĩa ſcanda-
la. Et iterùm: In cõſummatione ſeculi exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorũ. Tranſ-
latio LXX. interpretum talis eſt: Eccè em̃ Dñs quaſi ignis veniet, i. horribiliter ſuis inimicis occurret,
ſicut Oſe. 13. loquiť: Occurrã eis quaſi vrſa raptis catulis, dirumpã interiora eorum, & conſumam eos.
Et ad Hebr. 12. Apoſtolus ait: Etem̃ Deus noſter ignis cõſumens eſt, nõ vtiq; per eſſentiã, ſed per ꝓ-
prietatẽ. & quaſi tẽpeſtas currus eius, i. angeli eius cum magno terrore ſecũ aduenient cõtra iniquos,
Pſal. 67. iuxta illud Pſal. 49. In circuitu eius tẽpeſtas valida. De his currib' ſeu quadrigis dicit Pſalmiſta: Cur-
rus Dei decẽ millibus multiplex, millia lætantium, Dñs in eis. Deniq; 4. Reg. 6. legiť Heliſęus his cur-
ribus circundatus, quos & miniſter eius, ipſo orante, cõſpexit. Sic itaq; veniet Dñs in igne cõflagra-
tionis. [reddere in indignatione] ꝑdicta [furorẽ ſuum] i. horribilẽ pœnã. [& increpationẽ ſuam] i.
Matth. 25. damnationẽ ſeu reꝓhenſionẽ, qua impijs dicet: Eſuriui, & nõ dediſtis mihi manducare, &c. [in flãma
ignis] qui inuoluet infelices, eosq; ꝓlata ſententia iudicis ad infernum deducet. [quia in igne] con
flagrationis [Dñs dijudicabit,] i. ꝑuerſos diſcutiet & dãnabit. Durante em̃ iudicio, ſtabit ignis oc-
cupans terram, de quo ſcribiť Pſal. 96. Ignis in conſpectu eius exardeſcet. Et ad Hebræos 10. Terri-
bilis expectatio iudicij, & æmulatio ignis q̃ conſumptura eſt aduerſarios. Alia litera habet, dijudica-
bitur, i. iuſtus eſſe cognoſcetur, quia non tam per potentiã, q̃ per veritatẽ exercebit iudicium. Vndè
Pſal. 50. & ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. [& in gladio ſuo] i. in ver-
bo aſpero, in rigore iuſtitiæ, i. damnationis ſententia, habebit ſe Dñs [ad oẽm carnem.] i. carnales, de
Gene. 6. quibus Dñs aſſerit: Non ꝑmanebit ſpiritus meus in hoĩe in æternum, quia caro eſt. De quibus ſcriptũ
Iudæ 1. eſt: Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Si quis autem ſpiritum Chri
nõ habet, hic nõ eſt eius. De gladio iſto habeť Apoc. 1. De ore eius ꝓcedebat gladius ex vtraq; par-
te acut'. Ieremiæ quoq; 47. O mucro Dñi, vſq; quò nõ quieſces? [& multiplicabunť interfecti à Dño]
morte æterna, de qua ait Apoſtolus Rom. 8. Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini. multi em̃ ſunt
Matth. 25. vocati, quibus diceť: Ite maledicti in ignem æternum. [Qui ſanctificabanť] ſecundùm ritum genti-
lium. [& mundos ſe putabant] à vitijs, [in hortis] i. locis delicioſis voluptati ſeu idololatriæ ꝑpara-
* vnam tis. [poſt * ianuam intrinſecùs] i. ordine quodam ingredientes loca huiuſmodi, vna ſ. ſocietas poſt
aliam. vndè Symmachus & Theodotion tranſtulerunt, alter poſt alterum. [qui comedebant carnẽ
ſuillam & abominationẽ] i. idolis immolata, [& murẽ,] q̃ oĩa lege Moſis ꝓhibenť. [ſimul cõſumenť,]
i. pariter damnabunť, & omne ſpirituale atq; gratificũ eſſe amittent. [dicit Dñs,] qui nõ eſt vt homo
Num. 23. vt muteť, nec vt filius hoĩs vt mentiať. [Ego autem opera eorum & cogitationes eorum venio vt con
gregem.] i. ad iudicium venio, vt peccata cordis & operis prædictorum infidelium Iudęorum ante
oculos ipſorum arguam, quatenùs videant cuncta præterita mala q̃ commiſerunt, ſicut in Pſal. 49.
teſtatus ſum: Exiſtimâſti inique quòd ero tuî ſimilis? arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.
Tunc

Tunc em̃, iuxta Apoſtolũ, Chrs illuminabit abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtabit cõſilia cordiũ. Cõ- 1. Cor. 4.
gregabo aũt mala illorũ [cum oĩbus gẽtibus & linguis,] i. nationib' vniuerſis ꝑ linguas diſtinctis, ità
vt etiã earũ opera cogitationesq; cõgregẽ atq; dijudicẽ, ſicut & Iudęorũ. tunc em̃ vniuerſale iudiciũ
erit, & cõgregabunť ante filium hoĩs vniuerſi, vt oĩm cogitatiões, verba & opera ꝓferanť in publicũ.
[Et veniẽt] ad iudicium, [& videbunt gloriã meã] i. poteſtatis meæ excellentiã, meq; in nubib' cæli
venientẽ cum poteſtate magna & maieſtate. [Et ponã in eis ſignum] i. agnos ab hœdis diſcernã, po- Matth. 24.
nãq; ſignũ ſalutis in frontib' electorũ, vt oĩs q fuerit ſigno thau inſcriptus, non pereat. Hæc ergò de
die iudicij dicta & cõminata ſunt, quatenùs metu futurarũ pœnarũ, hoĩes diſponanť ad credendum
his, q̃ per apoſtolos ꝑdicanť de primo Saluatoris aduentu, de quo cõſequenter tractať. ſic em̃ ꝓcediť
Pſalmo 96. q incipit: Dñs regnauit, exultet terra, lætenť inſulæ multæ. In quo cùm ſtatim ſubiunctũ
eſt de ſecundo Chri aduentu, Nubes & caligo in circuitu eius, &c. immediatè ſubdiť de his, q̃ primũ
aduentũ cõcernunt, i. de ꝑdicatione apoſtolorũ & cõuerſione gentiliũ: Annunciauerũt cæli iuſtitiã
eius, &c. Negare em̃ nõ licet, quin reſiduũ pſalmi huius ꝑtractet de primo Chri aduẽtu, ꝑſertim cùm
Apoſtolus ad Heb. 1. teſteť: Et cùm introducit primogenitũ ſuũ in orbẽ terræ, dicit: Et adorent eum
oẽs angeli eius. Hoc ſecundùm doctores ex ſcriptura huius Pſalmi ſumptũ eſt, qua diciť: Adorate eũ Pſal. 96.
oẽs angeli eius. De miſſione ergò apoſtolorũ & apoſtolicorũ virorum, Dñs ſubdit: [& mittã ex eis q
ſaluati fuerint,] i. reliquijs Iudęorũ in Chrm credentiũ, q per electionẽ grãe ſalui facti ſunt, ſ. apoſto-
los & adiutores eorum. [ad gẽtes] i. gẽtiles, vt eos conuertãt. Dixit em̃: Euntes docete oẽs gentes. [in Act. 13.
mari] i. ad habitantes in inſulis maris, in qbus Paulus & Barnabas ꝑdicâſſe leguntur in Act. apoſtolorũ, Matth. 28.
videlicet in Cypro &c. Hinc em̃ ſuperiùs dictũ eſt: Ponẽt Dño gloriã, & laudẽ eius in inſulis nuncia- Iſaiæ 42.
bunt. [in Africã.] in Aethiopia em̃ ꝑdicauit Matthęus, q̃ eſt pars Africæ. [& Lydiã,] in qua etiã diſci-
puli Chri ꝑdicâſſe leguntur. [tenẽtes ſagittã] i. verbũ Dei acutũ, vel diſcipulos ſanctos, quos tanq̃ ſagit-
tas miſerunt ad loca diuerſa cauſa ꝑdicandi Euãgelium Dei, quẽadmodùm Petr' deſtinauit Marcum
Euangeliſtã ad Alexandriã. Tales ſagittas q̃plurimas habuit Paulus. Dicunť aũt ꝑdicatores ſancti ſa-
gittæ, iuxta quod dictum eſt ſuprà: In pharetra ſua abſcõdit me, & poſuit me ſicut ſagittã electã. [in Iſaiæ 49.
Italiã] in qua ꝑdicauit princeps apoſtolorũ beatiſſimus Petr'. [& Græciã,] in qua multi apoſtolorũ
ꝑdicâſſe leguntur. [ad inſulas lõgè.] Thomas em̃ in India, Bartholomę' in Armenia ꝑdicauerunt, in q-
bus ſunt loca aquis cõcluſa. [ad eos q nõ audiêrunt de me, & nõ viderunt gloriã meã,] i. ad cæteras
nationes gentilium, q nec ꝓphetas cognouerunt, nec miracula mea viderunt, nihilq; de me loq ſci-
uerunt, de qbus dictũ eſt antè 52. Qui nõ viderunt, audiêrunt: & q nõ cognouerunt, contẽplati ſunt.
hinc nẽpe ait Saluator: Eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ & in om̃i Iudęa & Samaria, & vſq; ad vltimũ Actu. 1.
terræ. Marci quoq; vlt. legiť: Euntes in mundũ vniuerſum, ꝑdicate Euangeliũ om̃i creaturæ. [& an-
nunciabunt gloriã meã.] i. dignitatẽ & excellentiã meã in natura, in ꝑſona, in doctrina, in vita, in ſi-
gnis atq; ꝓdigijs, q̃ in Euãgelijs deſcribunť, & à diſcipulis Chri ꝑdicata ſunt. [gentib', & adducẽt oẽs
fratres veſtros] i. cunctos Iudęos q erant carne ac ſpiritu fratres apoſtolorũ. vel oẽs fratres, i. oẽs qui
idololatriã cõtemnentes, vnũ verum Deũ colere maluerunt. [de cunctis gentib'] inter quas habitãt,
& q credere voluerunt. adducẽt aũt eos, nõ corporali adductione ſeu motu locali, ſed cõgregatione
ſpirituali, inducendo eos ad vnum Dñm, vnã fidem, indiuiduamq; charitatẽ, de qua collectione &
vnione ſcriptum eſt Ioan. 11. Ieſus moriturus erat ꝓ gente, & nõ tantùm ꝓ gente, ſed vt filios Dei qui
erant diſperſi, cõgregaret in vnum. Iacobus quoq; apoſtolus ſcribit xij. tribubus q̃ in diſꝑſione ſunt, Iacob 1.
ſimiliter Petrus. Adducent itaq; fratres veſtros [donum Dño,] offerentes eos Dño om̃ipotenti, tanq̃ 1. Pet. 1.
acceptiſſimã hoſtiã, mãcipando videlicet eos diuino obſequio. [in equis, & in quadrigis, & in lecti-
cis, & in mulis, & in carrucis, ad montẽ ſanctum meum Hieruſalẽ, dicit Dñs.] Nõ ſunt vectores & ve
hicula iſta corporaliter intelligenda, qa nec oẽs Iudæi ꝑ vniuerſum orbẽ diſperſi, colligi poſſent aut
recipi in mõte Sion vel vrbe Hieruſalẽ, ꝑſertim cùm ſecundùm Iudęorum opinionẽ, oẽs Iudæi de-
functi, reſuſcitandi ſint in aduentu Meſſiæ, & in Hieruſalẽ congregandi. Quẽadmodùm ergò iã pau
loantè, authoritate atq; exemplo ſacræ ſcripturæ mõſtratum eſt, per equos & quadrigas intelliguntur
angeli ſancti, quos S. Dionyſius vocat deiferos, à qbus Helias raptus eſt in cælũ, de quo legiť, ꝙ cur- 4. Reg. 2.
ru igneo & equis igneis vectus eſt in paradiſum. Haud dubium quin miniſterio angelorũ in huiuſ-
modi formis apparentium, de qbus Abacuc ꝓpheta ait ad Dñm: Qui aſſcendis ſuper equos tuos, & Abac. 3.
quadrigę tuæ ſaluatio. Eſt itaq; ſenſus: Adducent fratres veſtros in equis & in quadrigis, i. citò & ex-
peditè miniſterio & adiutorio angelorum ſanctorum. ſingulis em̃ hoĩbus deputati ſunt angeli ſin-
guli, qui vtiq; ꝑdicantibus apoſtolis, hortabantur intùs, & inclinabant ſibi commiſſos ad fidem: im-
mò ſecundùm B. Dionyſium, multi gentilium ante Chri aduentum ad viam ſalutis Saluatoriſq; fi-
dem miniſterio angelorum ſine humano ꝑſidio ſunt conuerſi. Deniq; per lecticas & mulos atq; car-
rucas, intelliguntur miniſteria apoſtolorum & apoſtolicorum virorũ, qui per modum lecticarũ por-
tabant infirmos, quemadmodùm Paulus: Debemus, inqt, nos firmiores, imbecillitates infirmorum Rom. 15.
por-

portare.& tanq̃ muli mãſueti ac robuſtiſſimi,toti⁹ Eccleſię onera baiulabãt,ꝓ vniuerſis ſoliciti,q̃ cõ-
paranť carrucis,q̃ ſunt vehicula vilia:qa oĩbus oĩa facta ſunt,vt oẽs lucrifacerẽt,atq; ad Chr̃i ouile ꝑ-
ducerẽt.Qm̃ ergò apoſtoli ad montẽ Dei ſanctũ,Hieruſalẽ,i.Eccleſiã militantẽ ꝑduxerũt iuſtè viuẽ-
do,veraciter inſtruendo,& miracula faciẽdo,dicunť fratres ſuos adducere in lecticis,carrucis & mu-
lis.[quomodò ſi inferãt filij Iſrael mun⁹ in vaſe mundo in domũ Dñi.] i. tã accepta erit mihi p̃dicta
adductio fratrũ veſtrorũ ſeu cõuerſio gentiũ,q̃ grata extitit mihi oblatio filiorũ Iſrael, quãdò tẽpo-
re veteris teſtamẽti hoſtias obtulerũt in vaſe puro:immò & ampliùs. Zel⁹ em̃ aĩarũ, eſt ſacrificiũ Deo
ſummè acceptũ.Et vt aſſerit S.Dionyſius,oĩm diuinorũ diuiniſſimũ eſt,eſſe Dei cooperatorẽ in re-
ductiõe aĩarum ad primũ principium, vniuerſę beatitudinis ſplẽdidiſſimũ fontẽ. [Et aſſumã ex eis]
quos apoſtoli de p̃dictis mundi regnis ac finib⁹ ad Eccleſiã catholicã ꝑduxerũt.[in ſacerdotes & Le-
uitas,dicit Dñs.] i.epiſcopos,presbyteros atq; diaconos,vt nõ ſolùm in tẽplo mihi deſeruiat vna tri-
bus,ſicut in veteri teſtamento,ſed qdã ex oĩbus tribub⁹, populis & linguis.In primitiua aũt Eccleſia,
nõ erat inter epiſcopos & ſacerdotes diſtinctio.multi verò ex gentib⁹ cõſtituti ſunt epiſcopi, ſacer-
dotes & miniſtri altaris:quos ordinauerũt apoſtoli,ſicut S.Dionyſi⁹,S.Clemẽs,S.Polycarp⁹,S.Igna-
tius &c.[Quia ſicut cæli noui & terra noua,q̃ ego facio ſtare corã me,dicit Dñs,] i.quẽadmodùm cę-
lũ & terra poſt ſuã innouationẽ ſeu clarificationẽ in fine mũdi futuram,æternaliter ſtabiliterq; ſub-
Pſal. 101. ſiſtẽt,ità vt decæterò nequaq̃ dicať:Ipſi peribũt,tu aũt ꝑmanes:& rurſus,Cęlũ & terra trãſibunt: [ſic
Lucæ 21. ſtabit] cõfirmatũ in Deo [ſemẽ veſtrũ.] i.ſp̃ũales filij veſtri,videlicet Chr̃iani. [& nomẽ] i. memo-
riale [veſtrũ] & vos ipſi ô ſancti apoſtoli.nunc em̃ ſtabit ſemẽ iſtud ꝑ gr̃am,in triumphãte aũt Eccle
ſia ſtabit ſine fine ꝑ gloriã,de qua ſtatiõe iã ſermo p̃cipuè eſt. [& erit mẽſis ex mẽſe,] i. duratio inde-
ficiẽs.In his quippe vbì vnũ ex alio oriť,ꝑpetua inueniť duratio. Propter quod dicunt philoſophi,ꝙ
generatio ordinať ad cõſeruationẽ ſpeciei ꝑpetuã.Vbì ergò eſt mẽſis ex mẽſe,i. cauſę indeficiẽs cõ-
ſiſtẽtia,àc ſi verbũ gigneret aliud ſibi coæuũ,illic vtiq; inceſſabilis duratio reperiť. Per hũc igiť mo-
dũ loquẽdi inſinuať æternitas beatorũ. æternitatẽ nãq; in ſua ſimplicitate ac puritate intelligere nõ
Apoc. 1. valemus.Idcircò ꝑ verba & noĩa tẽporalia deſignať, ſicut & in Apoc. cùm diciť: Gr̃a vobis & pax ab
eo q eſt,& q erat,& q vẽturus eſt,oĩpotẽs,& à Ieſu Chr̃o.ꝓpriè tñ nõ eſt in patria tẽpus aut differẽtia
tẽporis.Erit quoq;[& ſabbatũ ex ſabbato,] i.inceſſabilis qes,quatenùs ſecũdùm Apoſtolũ relinquať
ſabbatiſm⁹ populo Dei,nec vnq̃ amittere velint aut poſſint beati requiẽ qua fruanť, de qua ad Hebr.
Pſal. 114. 4.Apoſtolus:Feſtinemus,inqt,ingredi in illã requiẽ,& Pſal.Cõuertere aĩa mea in requiẽ tuã.[veniet
oĩs caro,] i.oĩs homo ſeu qdã de om̃i genere hoĩm.[vt adoret corã facie mea,dicit Dñs.] i. in cõſpe-
Ioan. 4. ctu meo,ſicut p̃dixi:Veniet hora,quãdò nec in mõte hoc,nec in Hieruſalẽ adorabitis patrẽ. Hinc &
Pſal. 85. Dauid p̃dixiſſe videť:Oẽs gẽtes quaſcũq; feciſti,veniẽt & adorabũt corã te Dñe: & q̃uìs hoc in mili-
tãte impleať Eccleſia,tñ hoc loco de triumphãte Eccleſia diciť.q̃uìs em̃ beati Deum nõ orẽt poſt diẽ
iudicij,æternaliter tñ adoraturi ſunt eũ.[& egredienť.] ſaluati,nõ loco,ſed cõſideratione,vel etiã lo-
co,ſi placuerit.[& videbunt cadauera virorũ qui p̃uaricati ſunt in me.] i.corpora reproborũ, tradita
Malach. 4. pœnis infernaliũ ſuppliciorũ.Vndè ꝑ Malach.Dñs loquiť:Egrediemini & ſalietis quaſi vituli de ar-
mẽto.& calcabitis impios &c.in die qua ego facio.[Vermis eorũ nõ morieť.]Certũ eſt,vermes cor-
porũ ſepultorũ mori,ſed nec in inferno vermes materiales habenť. De quo ergò verme iã ſermo eſt,
niſi de ſp̃ũali verme cõſcientię,i.de interiori dolore atq; remorſu corrodente ſyntereſim & ſpiritũ
dãnatorum,ꝙ exigentib⁹ vitijs ſuis tanta bona amiſerint,tantaq; mala inciderint? [& ignis eorũ nõ
extingueť.] Ignis em̃ inferni,æternus eſt:nõ ergò finienda eſt pœna gehẽnę.[& erũt] miſeri iſti [vſq;
ad ſatietatẽ viſionis om̃i carni.] i.æternaliter ꝑmanebũt in pœnis ità, vt om̃is caro,i. oĩs homo p̃de-
ſtinatus,trãſlatus ad patriã,ſatieť videndo tormẽta eorũ,qm̃ ſine fine cõſpiciet pœnã ipſorũ, in quo
* lætitiá implætur lætať,& videndo *impleť,nõ abſolutè,inquantùm eſt pœna, ſed inquantùm eſt effectus diuinę iu-
ſtitię,in quo diuina æquitas cõmendať.Et qa tantã miſeriã Deo miſerãte euaſit,& qa ex cõſiderati-
one miſerię reproborũ,eius felicitas clariùs fulget,ſeu maior appáret:eo modo quo cõtraria ſibi in-
uicèm cõparata,maiora videnť ſiue minora.Et qa diuinę iuſtitię immediatè vnitus,& ꝑfectiſſimè cõ-
formatus eſt,gaudet de oĩbus q̃ diuina agit iuſtitia,& de cõſeruatione ordinis vniuerſi,in quo reful-
get ſapientia Dei:qui ordo nõ conſeruareť, niſi inordinatio culpæ ꝑ ordinationẽ pœnę inſtaurareť.
Apoc. 6. Hinc equidẽ ſcriptũ eſt,ꝙ aĩæ interfectorũ clamabunt voce magna:Vſq;quò Dñe ſanctus & verus,
Prou. 16. nõ vindicas ſanguinẽ noſtrũ?& iterùm in Pſal.Lętabiť iuſtus cùm viderit vindictã.Apud Iob quoq;
Iob 22. Videbunt iuſti & lætabunť,& innocens ſubſannabit eos.Sic em̃ diſponit Deus oĩpotens,cuius ſapi-
entiæ nõ eſt numerus,vt diligentib⁹ ſe oĩa cooperenť in bonũ,atq; in oĩbus rep̃ſenteť & luceat di-
uina ꝑfectio:qm̃ om̃ia ꝓpter ſeipſum operatus eſt Dñs,quatenùs ipſe in om̃ibus laudeť & glorifice-
tur,cui æternaliter ſit omnis laus,honor,& gloria, in quo eſt beatitudo immenſa, pulchritudo illu-
minata,perfectio penitùs infinita: qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus. Amen.

¶Enarrationum in Iſaiam prophetam, Finis.

D. DIONYSII CARTHV-SIANI IN IEREMIAM PROPHETAM ENARRATIO.

Præfatio.

HIC eſt fratrum amator & populi Iſrael,hic eſt qui multùm orat pro popu-
lo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei, vir ætate & gloria
mirabilis,& habitudine magni decoris*, 2.Mac.15. Deus altiſſim⁹, cuius
ſapientiæ nõ eſt numerus,in vniuerſis operibus ſuis ordinatè procedit.
Et quæ nobis viciſsìm fortuita aut cõfuſa videntur,per cõparationem ad
prouidentiam eius vniuerſalẽ, pleniſſimã,perfectam ſiue diſtinctam, ir-
rep̃henſibilia & ordinatiſſima comprobanť. Siquidem ipſe ſuperbonus,
ſuperom̃ipotens & ſupſapiens Deus, ſine legitima ratione nil efficit, nec
permittit. Deniq; q̃uìs per ſeipſum ꝓpria poteſtate oĩa ſibi complacita
poſſit peragere,nihilominùs multa facit per cauſas ſecundas, ſuã in hoc
munificentiſſimã bonitatem demonſtrans,charitatẽ atq; clementiam,ꝙ prouidentiæ & efficientiæ
ſuæ dignatur creaturas quaſdã habere cooperatrices,comparticipes,& executrices.Et hoc non iam
duntaxàt in operibus naturæ,ſed etiam gr̃æ,incõp̃henſibili dignatione obſeruat.Vndè cùm om̃e
genus humanum ad veram,æternam,ac cæleſtem felicitatem condiderit, viros quoſdam ſanctos à
mundi principio in terra conſtituit,quorũ corda lumine gratiæ ſtabiliuit, ſapientiæ radijs decora-
uit,& in ipſa cõſolidauit iuſtitia,per quos innocentibus & indoctis viam ſalutis oſtendit, bonis ac
proficientibus adiutoria creſcendi in gratia p̃ſtitit,errãtes edocuit,vitioſos & impios inſtanter cor-
ripuit,quatenùs om̃es ad beatitudinẽ,ob quam conditi ſunt, perducãtur. Horũ vnus p̃cipuus exti-
tit feliciſſimus Ieremias:ꝑ quem,induratos Iudęos ad pœnitentiã varijs modis clemẽtiſſimus inui-
tauit creator:nunc,ſi cõuerterentur,beneficia ꝓmittendo,veniamq; ſpondendo:nunc,niſi cõuerte-
rentur,grauiſſima ſupplicia p̃dicendo:nunc prophetarũ verba,vt certiùs crederenť,per diuerſa mi-
racula confirmãdo.In quo om̃ipotentis ac ſupergloriosiſſimi Dei infinita pietas declaratur,incom-
præhẽſibiliſq; miſericordia cõmendatur,ꝙ tantis iniurijs inhonoratus,tot vitijs ſpretus,tot rebel-
lionibus impiorũ relictus:adhuc,anteq̃ iuſtiſſimam faciat vltionẽ, p̃fatis modis ad emendationem
hortatur,& delinquentibus parcere atq; ignoſcere potiùs vult,q̃ pœnam inferre.Nempe & ipſe qui
offenſus eſt ſeu contemptus,prior ad tranſgreſſores mittit legatos, vt ſibi ſtudeant reconciliari.Sed
& in ipſo ſuæ æquitatis rigore non deſinit miſereri, puniendo citra condignum. Præſentis quoq;
vitæ pœnas vel pro præteritis peccatis,contritione, quo ad culpam,deletis, infligendo:vel ideò,vt
per eas ad pœnitentiam in ipſis ſuis doloribus diſponantur ac conuertantur, vel vt per eas futura
ſupplicia minorentur.Quoniam ergò Deus æternus S.Ieremiam ad duriſſimam ac vitioſiſſimã ple-
bem illam Iudaicã deſtinauit, conceſſit eidẽ gratiã p̃cipuè fraternæ charitatis:robur quoq; patiẽtiæ
magnæ,nè illorũ ingratitudine aut ꝑſequutionibus vinceretur,ſed fideliſſimè interueniret pro eis.

¶ *De laudibus Ieremiæ.* *Articulus* 1.

LAudatur inprimìs ſacer hic vates Ieremias, quia in vtero matris ſuæ ſanctificatus;
hoc enim de nullo ſanctorum,qui ante eum fuerunt,legitur euidenter in ſcriptu-
ris diuinis.Secundò,ex generis dignitate,quoniam ex ſacerdotali proſapia oriun-
dus,quæ in veteri teſtamento tantæ fuit præſtantiæ,vt regiæ tribui matrimoniali-
ter iungeretur.Tertiò,ratione officij,quia ſacerdos:qui in veteri lege angelus Do-
mini nuncupatur. Quartò, quia de Chriſto & eius diuinitate euidentiſſimè pro-
phetauit:Hoc eſt,inquiens,nomen quod vocabunt eum,Dominus iuſtus noſter.
Similiter de eius humanitate ac paupertate in ſeculo iſto. Etenim ad filium Dei dirigens verbum: Iere. 23.
Quarè,ait,quaſi colonus venturus es ſuper terram?Quintò,quoniam ipſemet Ieremias per excellẽ- Iere. 14.
tiam quandam figura extitit Chriſti:quoniã tota vita ſua multiplici paſſione ac morte,perſonæ paſ-
ſioniſq; Chriſti fuit figura præclara.Siquidẽ vita Ieremiæ grauiſſimis perſequutionibus,pijs cõpaſ-
ſionibus, atque innumeris aduerſitatibus & afflictionibus fuit repleta.Vndè in Eccl̃o habetur:Ma- Eccl. 49.
lè tractauerunt illum,qui ab vtero matris conſecratus eſt propheta. Sextò laudatur ab innocentia
vitæ,quoniam vanitatem, voluptatem, ac vitia mundi in ſeipſo expertus non eſt:verùm ab infantia
in ſupernaturali ac admirabili innocentia perſeuerauit,ſecundùm quod ipſemet ait:Non ſedi in cõ- Iere. 15.
cilio ludentium,& diem hominis non concupiui,tu ſcis.Septimò,à virginali munditia, quia in vir-
ginitate permanſit,atq; ſeipſum Euangelicum exhibuit virum. Octauò, à prædicationis conſtantia
& perſeuerantia in aduerſis,quòd videlicet regibus Iuda incredulis tam imperterritè prædicauit,&
in tot diriſſimis perſequutionibus nequaq̃ defecit:immò ſemper eadem ſecuritate, quæ Dei erant,
publicè loquebatur.Nonò,quoniam fraternæ charitatis zelo ſingulariter arſit, ſicut in ꝓœmio al-

legaui.Decimò,à venerabili ſenio. Antiquus nanq; & venerabilis pater fuit,quandò quieuit & ob-
dormiuit in domino.Nam quanuìs in pueritia prophetare exorſus ſit,nihilominùs ante mortẽ con-
ſenuit.Nam in Iudęa quadraginta vno annis prophetauit,quemadmodùm in ſequenti pandetur ar-
ticulo.Deindè Aegyptum ingreſſus eſt,atq; ad tempus vixit ibidèm. Vndecimò, propter miracula
2.Ma.15. eius,quæ 2.Machabæorum & in Scholaſt.hiſtoria pleniùs recitantur, qualiter ſcilicet arcam Dei cũ
his quæ erant in ea,tulit de templo,& abſcondit in petra. Qualiter etiam precibus ſuis liberauit Ae-
gyptios à ſerpentibus,beſtijsq; aquarum,videlicet crocodilis. Duodecimò, ratione martyrij. Cùm
eñ in terra Aegypti Iudæos de ſua idololatria diligenter argueret,& impœnitentes,à rege Babylo-
nis vaſtandos prædiceret:illi contra eum exacerbati,ictibus lapidum occiderunt virorum ſanctiſſi-
mum:quem, vt fertur, Aegyptij memores beneficij ſibi à propheta collati, honorificè ſepeliêrunt,
iuxta ſuorum regũ ſepulcra.Poſtremò tota vita eius, eximia fuit ſanctitate ornata. Et hic liber ipſi-
us, nunc Deo agente elucidandus, ſententiarum maieſtate refulget.

*Helkiæ aut *Helciæ ¶ *Expoſitio literalis 1.Cap.libri Ieremiæ,Verba Ieremiæ filij *Helchiæ.* *Articulus* 2.

PRæmittit libro ſuo prooemium ſanctus propheta,dicens:[Verba Ieremiæ filij *Helchiæ.]Iere-
miæ inquam,ſiue Helchiæ,oriundi[de ſacerdotibus qui fuerũt in Anathot] vrbe parua ſeu vi-
Iſaiæ 10. culo,ad ſacerdotes in tribu & ſorte Beniamin,pertinente. Vndè in Iſaia habet:Paupercula Anathot.
Ideò ſubditur,[in terra Beniamin]quia in portione tribûs Beniamin fuit hic locus ſitus. Huius er-
gò Ieremiæ verba ſunt quæ ſequuntur.Commẽdatur quoq; humilitas Ieremiæ in hoc, ꝙ ſe mox in
voluminis ſui principio prophetam non appellauit,quum tamẽ & pater eius Helchias, propheta fu-
iſſe credatur,iuxta Hebræorum regulam,qua aſſerunt eos fuiſſe prophetas, qui in prophetarum ti-
tulis atq; principijs exprimuntur,vt patres vel aui.Deniq; ſicut Chriſtus in Nazareth ciuitate parua
voluit nunciari & concipi,ità & prophetam ſuum in loco tam humili voluit naſci:vt innuat, ꝙ quæ
1.Cor.1. abiecta ſunt mundi, eligit Deus.[Quod]pro,Quia.vel,[Quod factum eſt verbum domini ad eum]
i.ſermo qui ad Ieremiam diuinitùs factus eſt. [in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda,in tertiodeci-
mo anno regni eius.]Hic,inquã, ſermo eſt qui infrà deſcribitur. Porrò Ioſias,ſicut quarto Regum
4.Reg. 22. habetur,regnauit triginta & vno annis.Quoniam ergò Ieremias orſus eſt verbum prophetalium re-
uelationum audire & vaticinari tertiodecimo anno regni Ioſiæ,conſtat quòd decem & nouem an-
nis ſub Ioſiæ imperio prophetauerit,tertiodecimo,quo incepit,quaſi pro integro anno pariter cõ-
putato.Eodem quoquè tempore prophetauit & Sophonias. [Et factum eſt]verbum domini ad Ie-
remiam,non ſolùm in diebus Ioſiæ,ſed inſupèr[in diebus Ioachim filij Ioſię Regum Iuda.]Quem-
4.Reg. 23. admodùm quarto Regum legitur, mortuo religioſiſſimo rege Ioſia, populus filium eius Ioachaz
conſtituit regem:quem,cùm tribus mẽſibus regnâſſet,vinxit Nechao rex Aegypti, tulitq; ſecum in
4.Reg. 24. terram Aegypti.Fratrem verò Ioachaz,nomine Eliachim,poſuit regem Iuda pro Ioachaz:& verſo
nomine præfati Eliachim,vocauit eum Ioachim.&de iſto Ioachim nunc loquitur Ieremias,qui vn-
decim annis regnauit.Poſt quem regnauit filius eius Iechonias,qui alio nomine etiam Ioachim di-
4.Reg.25. citur:regnauitque menſibus tribus,quem cepit rex Babylonis. Poſt Iechoniam hunc regnauit Se-
dechias annis vndecim,ſub quibus & Ieremias vaticinabatur, ſicut ſubiungitur: [vſque ad cõſum-
mationem] id eſt,finem[vndecimi anni] regni[Sedechiæ filij Ioſiæ regis Iuda.]Itaque de Ioachaz
& Iechonia tacet propheta,quanquàm ſub eorum temporibus ſit locutus,quoniam tam breui tem-
pore regnauerunt,quòd tempus illud in annis Ioachim & Sedechiæ computatur.Quia itaque Iere-
mias decem & nouem annis prophetauit ſub Ioſia, & vndecim ſub Ioachim, vndecim quoquè ſub
Sedechia:relinquitur,quòd quadraginta & vno annis prophetauit in Iudæa & Hieruſalem,quouſ-
què caperetur ciuitas. Quoto autem vitæ ſuæ anno vaticinari ſit orſus, & quot annis vel diebus in
Aegypto moratus ſit,ignoratur.Prophetauit ergò ſub Sedechia [vſque ad tranſmigrationem Hie-
ruſalem,] id eſt,captiuitatem ciuium eius[in mẽſe quinto]vltimi anni regni Sedechiæ.Hoc etenim
Ibidèm. menſe Hieruſalem combuſta fuit,& populus Iudæ in Babylonẽ abductus captiuus, quanuìs quar-
to menſe anni iſtius fuerit ciuitas capta,ſicut infrà patebit. [Et factum eſt verbum domini ad me,
dicens:] Sicut in aliorum expoſitione prophetarum frequenter iam dixi, atque diuini Dionyſij
authoritate perhibui,propheticæ reuelationes angelorum miniſterio factæ ſunt.Idcircò dum Iere-
mias & nunc & in ſubſequẽtibus aſſerit,verbum domini factum ad ſe, vel dominum ſibi locutum,
intelligendum eſt,quòd per ſubiectam creaturam,putà per angelum,factum ſit hoc allocutione in-
Dan.8. teriori,iuxta illud Zachariæ 2.Angelus loquebatur in me.vel etiam fortè viciſsìm exteriori, ſecun-
Luc.1. dùm quod Danieli & Zachariæ euangelico Gabriel legitur apparuiſſe. [Priuſquàm te formarem,]
corpus tuum organizando,vel animam tuam creando,ac corpori infundendo, vel totum compo-
ſitum procreando[in vtero]matris tuæ,[noui te] per prædeſtinationem æternam, per electionem
præcipuam, per tuæ futuræ æquitatis approbationem. Hoc modo agnoſcuntur à Deo electi,ſicut
Exo.33. ad Moſen dominus loquitur:Teipſum noui ex nomine. De neſcientia autem notioni huic contra-
ria,

ria,ait Saluator:Tunc confitebor illis,quia nunquàm noui vos.Diſcedite à me omnes operarij ini- Matt.7. & 25.
quitatis.De hac diuinæ electionis notitia ſempiterna,ſcribit Paulᵒ Ephe.1.Deus elegit nos in Chri- Luc.13.
ſto ante mundi conſtitutionẽ.[& antequàm exires de vulua,ſanctificaui te:] id eſt, per gratiam iu-
ſtificantem ac gratificantem,à peccato originali mundaui te,in quo fuiſti cõceptus. Sicq; Ieremiæ
collatum eſt in vtero matris,quod cæteris in veteri lege in circuncisione dabatur,& quod in Euan-
gelica lege in baptiſmo præſtatur.Vndè in illa ſanctificatione infuſa eſt animæ eius gratia gratum-
faciens,virtutes theologicæ,& dona cum virtutibus, eis inſeparabiliter iunctis.Ieremias ergò tam-
etſi in peccato conceptus ſit, non tamen in eo natus eſt. [& prophetam in gentibus dedi te:] id
eſt,quum nondùm ex vtero prodiſſes, ad prophetandum gentibus te præordinaui: Et nunc cùm
hæc tibi reuelo,iſtud officium tibi iniungo.Vndè & infrà legitur Ieremias multa gentibus prophe- Iere.27.
tâſſe.[Et dixi:]me à tanto officio humiliter excuſando:[Ah ah ah domine Deus.Eccè neſcio loq,] & 31.
tam perfectè,ſapienter & eleganter, vt pertinet ad prophetam. [quia puer ego ſum] ætate, non ta-
men animi leuitate,aut ſenſuum ſtoliditate.Moris fuit prophetarum,propter maiorem ſerioſitatem
& attentionem vel aſſertionem,idem ter pronunciare, ſicut & infrà loquitur Ieremias: Terra terra Iere.22.
terra,audi verbum domini.Et Ezechiel ſæpè exclamat: Ah ah ah domine Deus. Et ſicut aliqui di- Ezec.4. & 20.
cunt,Ieremias tribus vicibus dicit ah,vt ſe propter triplicem defectum,videlicet ſcientiæ,eloquen-
tiæ & ætatis,quæ ad doctorem, prædicatorem ac vatem pertinent, à tanto excuſet officio. Et hoc
ſubtiliter dictum eſt,quanquàm quidam affirmet ex Hebraici ignorantia ſermonis id dici, contra
quod ſuper Ezechielem nupèr ſatìs(vt arbitror) tetigi.At verò ſecundùm Hieronymum, Ieremias
deteſtatur officium,quod pro ætate ſuſtinere non poteſt:eadem verecundia,qua & Moſes tenuis &
gracilis vocis eſſe ſe dicit:ſed ille,quaſi magnæ & robuſtæ ætatis,corripitur:huius pueritię datur ve-
nia,quæ verecundia & pudore ornatur.Gratioſè ergò & molliter reſpondet dominus humili vere- Exod.4.
cundoque iuueni,propriam inſufficientiam ſagaciter intuenti.[Et dixit dominus ad me:Noli dice-
re,*puer ego ſum.] Si Ieremias laudabiliter dixit, Puer ego ſum, & cætera verba quibus ſe excuſa- *quia puer ſum
uit,ſapienter atquè humiliter protulit, quomodò dominus ait ad eum: Noli dicere,puer ego ſum,
præſertim cùm verbis his ſaluberrimum omnibus nobis exemplum largitus ſit,nè ad paſtoralis aut
prædicationis officij ſuſceptionem leuiter acquieſcamus, potiſſimùm ſi puerilis adhuc ætatis tene-
ritudine circuncingamur?Et reſpondendum,quòd Ieremias benè dixit,& rectè ſe excuſauit,ac vir-
tuoſè loquutus ſit:nihilominùs melius fuit quod dominus ei indixit, quemadmodùm etiam bonũ
fuit quod Chriſtus dicebat:Pater,transfer calicem iſtum à me: ſed melius fuit quod pater volebat. Mat.26.
Nec tamen creata atq; humana Chriſti voluntas,paternæ fuit contraria voluntati: quoniam ſecun-
dùm diuerſas conſiderationes,& bona extitit iſta,ſed melior illa. Itaque dominus gratioſiſſimo ac
virgineo adoleſcenti reſpondit:Noli dicere,puer ego ſum,hoc eſt,nè ætatem conſideres.Siquidem
vt in libro Sapientiæ legitur, Cani ſunt ſenſus hominum. Vbì alia tranſlatio continet, Cani homi- Sap.4.
nis ſapientia eius,& ætas ſenectutis vita immaculata.Non ergò ô ſacer Ieremia,ad tuiipſius defecti-
bilitatem eatenùs dirigas oculum, vt gratiæ meæ negligas intueri ſubſidium: ſed vtrunque ſimul
conſidera,quatenùs ex conſideratione vnius humilieris & paueas, ex conſideratione verò alterius
animatus confidas.[Quoniam ad omnia] loca ſiue negocia, [ad quæ] viſitanda vel peragenda ſeu
exequenda[mittam te,ibis:& vniuerſa quæcunque mandauero tibi, loquéris.] id eſt, imperfectum
tuum ſupplebo,& obediendi,loquendi, exequendique gratiam tibi præſtabo.[Nè timeas] timore
carnali,ſeculari ſeu inordinato,de quo Salomon loquitur ex perſona Sapientiæ: Qui me audiérit, Prou.1. & 28.
abſque terrore requieſcet.Et poſteà:Iuſtus quaſi leo confidens,abſque terrore erit.[à facie eorum,]
id eſt,ab intuitu & comminationibus crudelium Iudæorum.[quia tecum ego ſum,] te per gratiam
protegendo,patientiam tribuendo,fortitudinem conferendo.Ideò debes eſſe ſecurus,ſicut & ſan-
ctus Iob ait:Pone me iuxta te,& cuiuſuis manus pugnet contra me. Itemq; Pſalmiſta:Nam & ſi am- Iob.17.
bulauero in medio vmbræ mortis,non timebo mala,quoniam tu mecum es. [vt eruam te,dicit do- Pſal.22.
minus.]id eſt,ab aduerſitatibus & perſequutionibus tibi infligendis te liberem,ipſis afflictionibus
finem imponendo,per eas te ad requiem ſempiternam perducendo, atque in ipſis tribulationibus
inconcuſſam patientiam om̃ia ſuperantem condonando.Hinc ait Hieronymus: Liberat dominus,
non quô propheta perſequutionibus & anguſtijs careat, quippe cùm legamus eum multa perpeſ-
ſum:ſed vt patiens omnia ſuperet, nec cedat anguſtiæ. [Et miſit dominus manum ſuam, & tetigit
os meum.]Hoc primò ità intelligi poteſt,vt quia propheticæ reuelationes communiter fiebant per
alienationem ab om̃i ſenſu exteriori,& raptum animæ ad diuina:ipſe Ieremias in tali abſtractione
viderit imaginaria viſione ſimilitudinem manûs corporalis, vel hominis Dei perſonam repræſen-
tantis,& corporeum os prophetæ tangentis.Et æſtimo quòd angelus Ieremię appárens, eumq; in-
ſtruens his verbis,in ſimilitudine hominis apparuiſſe inſinuatur:& dominus appellatur,quia in Dei

perſona hęc dixit,ſicut & Moſes angelum ſibi apparentem,nunc dominũ,nunc angelum vocat.Za-
charias quoq; propheta angelum ſibi loquentem,dñm ſuum frequentiùs nuncupat. Huic expoſi-
tioni conſonat verbum Hieronymi,perhibẽtis:Pulchrè,iuxta literam,manus mittitur,vt humano-
rum membrorum ſimilitudinem videns,tactũ manûs nõ formidet.Secundò, ſpiritualiùs accipi po-
teſt,vt dominus manum ſuam miſiſſe,i.illuſtrationis ſuæ effectum ſeu poteſtatem infudiſſe,osq; Ie-
remiæ tetigiſſe,i.intellectum eius quo verbum mentale profertur, docuiſſe dicatur. Sed expoſitio-
nes iſtæ in idem vidẽtur redire,quia per exterioris oris à ſimilitudine manûs contactum imaginari-
um,ſignificabatur collatio prophetiæ ſeu idoneæ in prophetando facundiæ.Deniq; huic verbo Ie-
Ezech.4. remiæ ſimile eſt, quod de ſeipſo ait Ezèchiel:Vidi,inquit,& eccè manus miſſa ad me,in qua erat li-
Iſa. 6. ber.Iſaias quoq;,quum ſe ad prophetandum, prædicandumq; miſſum deſcribit, os ſuum aſſerit ta-
ctum calculo per miniſteriũ Seraphim.[Et dixit]dominus[ad me:Eccè dedi verba mea in ore tuo,]
Iſaiæ 50. i.gratiam efficaciter loquendi tibi conceſſi,vt dicere poſſis id Iſaię:dominus dedit mihi linguã eru-
ditam.[Eccè]ego[conſtitui te hodiè ſuper gentes & ſuper regna,]i. officium prophetandi tibi in-
iunxi,non contra ſolum populum & regnum Iudæ, ſed etiam contra gentilium nationes atq; im-
peria.Vndè infrà legitur Ieremias contra Ammonitas,Moabitas, Aegyptios& Babylonios vatici-
natus.[vt euellas,& deſtruas,& diſperdas, & diſſipes,]i. gentes impias de ſuis prouincijs euellẽdas
ſeu auferendas pronuncies,& deſtruendas ſeu occidendas ac diſperdendas per loca diuerſa,& diſ-
ſipandas ſeu finiendas,prophetes.[& ædifices, & plantes.]i. tam Iudæos quàm gentes, poſt iuſtam
ac debitam caſtigationem,ad priſtinum locum ac ſtatum reparandos ac ſtabiliẽdos in proprijs ter-
Ezech.46. ris,denuncies.Iuxta hunc modum loquendi ait Dominus Ezechieli:In primo menſe ſumes vitulũ
de armento immaculatum,& expiabis ſanctuarium, i. ſumendum & expiandum prædíces. Poſſunt
quoquè hæc in bono ac ſpiritualiùs accipi,eritq; ſenſus:Euellas, i. per tuas exhortationes, commi-
nationes & prædicationes,de audientium cordibus vitia auferas, & deſtruas mala culpæ, & diſper-
das,id eſt,varijs modis repellas & diſſipes,& ædifices eos in vita virtuoſa ac moribus, ſicut Apoſto-
1. Cor. 14. lus loquitur: Omnia ad ædificationem fiant. Et plantes,hoc eſt,in fundamento virtutum defigas,
non tua,ſed Dei poteſtate & gratia operante.Deus quippe eſt plantator principalis,vt in Euangelio
Mat.15. teſtatur Chriſtus:Omnis plãtatio quam non plantauit pater meus cæleſtis,eradicabitur.Homo au-
1.Cor.3. tem plantator eſt inſtrumentalis,qui propria poteſtate nil efficit, iuxta illud Apoſtoli: Neque qui
plantat,eſt aliud,neque qui rigat:ſed qui incrementum dat,Deus.Deincèps finito procemio,incho-
atur tractatus:[Et factum eſt verbum domini ad me, dicens: Quid tu vides Ieremia? Verecundum
ac pauidum iuuenem dominus exprimit nominatim,dulciterq; affatur,vt confortatus,paulatìm ſu-
mat fidutiam.Interrogat quoq;, non quia ignorat, ſed vt ex reſponſione interrogati, eum congru-
entiùs excitet & informet ad aduertentiam dicendorum. Loquebatur autem angelus ex perſona
Dei loquutione interna. [Et dixi: Virgam vigilantem] id eſt, florentem & mobilem vel actiuam,
[ego video]imaginaria viſione. Huiuſcemodi enim virgæ ſimilitudinem vidit in ſpiritu. Per hanc
virgam vigilantem,deſignabatur diuina iuſtitia ſeu vltio & correctio eius,de qua fertur in Pſal.Vir-
Pſal.22. ga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Solet nempe per virgam rigor iuſtitiæ exprimi, vt
1.Cor.4. quum ait Apoſtolus ſcribens Corinthijs:Quid vultis?in virga veniam ad vos, an in ſpiritu manſue-
tudinis?Interdùm verò per virgam accipitur lex euangelica, ſeu poteſtas diuina, ſicut in pſalmo de
Pſal.44. Chriſto cantatur: Virga directionis, virga regni tui. Et alibì:Virgam virtutis tuæ emittet dominus
&109. ex Sion. Intereà aduertendum, quòd Septuaginta pro virga vigilante, tranſtulerunt,baculum nu-
ceum:& vt aliqui aſſerũt,in Hebræo habetur,baculum amygdalinum.Et puto quòd ſermo Hebra-
icus fortè æquiuocus ſit, ſed ſenſus redit ad idem:quia per iſta figurabatur grauis percuſſio ciuita-
tis Hieruſalem mox futura.Propter quod ſubditur: [Et dixit dominus ad me:Benè vidiſti, quia vi-
gilabo ego ſuper verbum meum,] i.comminationem meam contra ciuitatem prolatam, diligenter
conſiderabo,& rebus complebo.ideò additur,[vt faciam illud.]Quocircà ait Hieronymus:Vigilat
virga, videlicet Deus, vniuerſa populi peccata conſiderans, vt percutiat & corripiat delinquentes.
Pſal.22. Vndè & pulchrè ait Pſalmiſta: Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt: quia ad hoc domi-
nus corripit,vt emendet:& ſicut nux ſiue amygdalum amariſſimam habet corticem atq; duriſſimã
teſtam, vt his detractis, dulciſſimus fructus capiatur: ſic omnis correptio & labor continentiæ,ad
præſens videntur amara,ſed fructum ſuauiſſimũ pariunt, iuxta antiquam illam ſentẽtiam: Literarũ
Hebr.12. radices amaræ ſunt,ſed fructus ſuaues.Hoc eſt quod Paulus,Hebræis ſcribens, ait: Omnis diſcipli-
na in præſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris: poſteà autem fructum pacatiſſimum
exercitatis per eam reddet iuſtitiæ.[Et factum eſt verbum domini ſecundò ad me, dicens: Quid tu
vides?Et dixi:Ollam ſuccenſam ego video,]id eſt,igni plenam,vel fortiter bullientem.[& faciem]
id eſt,adſpectum vel ſuperficiem ſeu os[eius] video [à facie aquilonis.] i. ex parte Babylonis, quia

ex illa parte erat olla hæc viſioni prophetæ obiecta. Per ollam ſuccenſam, figurabatur Hieruſalem
incendenda.Porrò quòd olla à facie aquilonis apparuit,id deſignat,quòd à rege Babylonis ciuitas cõ-
bureretur,qui in hoc fuit diuinæ iuſtitiæ inſtrumentum. Vndè & ipſe per virgam vigilantem intel-
ligi poteſt,tãquàm exequutor æquitatis diuinæ,eo modo quo de rege Aſſyriorum dominus loqui-
tur per Iſaiam: Væ Aſſur,virga furoris mei & baculus ipſe eſt.Sicq; vtraq; viſio ſpectat ad idem,ad Iſaiæ 10.
maiorem certitudinem veritatis, quemadmodùm Pharaoni per boues ac ſpicas idem oſtenſum eſt,
quod Ioſeph interpretans,ait:Quod ſecundò vidiſti,ad eandem pertinet rem, & ſomnium veritatis Geneſ. 41.
indicium eſt,eo quòd fiat ſermo domini, & velociùs compleatur. Intereà quod hìc per ollam ſuc-
cẽſam,hoc Ezechieli per ollam æneam ſupra prunas poſitam,prolixiùs explicatur. Deindè ipſe do- Ezech. 24.
minus viſionem prophetæ ſuo exponit.Et quoniam ex dictis patet ſententia, nõ arbitror literæ im-
morandum, ſed clara & breui expoſitione eſt percurrenda. [Et dixit dominus ad me: Ab aquilonè
pandetur omne malum] i. à regione Chaldæorum aquilonari, videlicet à rege Babylonis & popu-
lo eius, eueniet clarè perſequutio grandis [ſuper omnes habitatores terræ,] præſertim Iudææ, de
qua nunc ad literam ſermo.[Quia eccè ego cõuocabo] hoc eſt, per inſpirationem occultam coad-
unabo [omnes cognationes regnorum aquilonis, ait dominus.]i. gentes regionum regi Babylo-
nis ſubditarum in plaga aquilonari,vel ſimpliciter omnes,vel quaſdam de omnibus: quas Deus di-
citur conuocâſſe, quoniam voluntatem veniendi contra Hieruſalem ipſis inſpirauit, & poteſtatem
faciendi ea quæ fecerunt, ipſis largitus eſt: quanquàm ipſi non venerunt ea intentione qua debue-
runt,& collata poteſtate abuſi ſunt. [Et venient,& ponent vnuſquiſq;]eorum, potiſſimè principa-
les,[ſolium ſuum in introitu portarũ Hieruſalem,& ſuper omnes muros eius in circuitu,& ſup vni-
uerſas vrbes Iuda.]Diſtributio iſta qua dicitur,vnuſquiſq;, non eſt ſtrictè accipienda: neque ſic in-
telligendum,quòd Chaldæi ſedilia ſua vel thronos à Chaldæa ſecum detulerint,& ea in portis Hi-
eruſalem & ſuper omnes muros Hieruſalem,vniuerſasq; Iudæ locârint vrbes:ſed loquutio iſta hy-
perbolica eſt,ſcilicet per exceſſum prolata,ad inſinuandum quòd Chaldæi pleniſſimam contra Iu-
dæos obtinerent victoriam,& quocunq; vellent,ſe ad ſedendum componerent. Diſtributio quoq;
iſta,ſicut & cæteræ,communiter intelligenda eſt,non pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſin-
gulorum. [& loquar iudicia mea cum eis.] i. per verba & perſequutiones Chaldeorum, oſtendam
Iudæis iuſtitiæ meæ cenſuram ac pœnas.vndè infrà habetur, quòd Nabuchodonoſor loquutus eſt Iere.39.
cum Sedechia rege Iudæ iudicia. Nabuzardan quoq; princeps militiæ Chaldæorum, profeſſus eſt
quòd Iudæi propter peccata ſua in Deum commiſſa, deiecti ſint. [Super omnem malitiam eorum
qui dereliquerunt me,]cor ſuum à meo amore,cultu,fide ac obedientiá auertẽdo,iuxta illud Oſeæ: Oſeæ 4.
Dereliquerunt dominum in non cuſtodiendo, i. diuina præcepta tranſgrediendo. [& libauerunt
dijs alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum,] videlicet idola. Libatio autem propriè dicitur
ſacrificatio de materia liqda, vt de vino & oleo. [Tu ergò accinge lumbos tuos,] hoc eſt,paratus &
agilis eſto ad ea quæ tibi iniungo. [& ſurge & loquere ad eos] putà Iudæos, [omnia quæ ego præ-
cipio tibi.Nè formides à facie eorum,] quanuìs increduli ſint & crudeles.[Nec enim timere te faci-
am vultum eorum.] i. propriæ tuæ infirmitati ac formidoloſitati te non relinquam, nec inordinato
pauore affici te permittam. [Ego quippe dedi te hodiè in ciuitatem munitam, & in columnam fer-
ream,& in murum æreum:] i. tantæ fortitudinis gratiam tibi nunc tribuo, vt ſimilis dici poſſis vrbi
roboratæ, columnæq; ferreæ ac æneo muro,ità quòd ſicut talis ciuitas capi nõ poteſt,nec huiuſmo-
di columna confringi,nec æneus murus pertranſiri,ità nec tu poteris ſuperari. Vel altiùs conſide-
rando,ſenſus eſt,quòd Deus per gratiam exuberantem intantùm perfecerit Ieremiam, vt aſſimila-
retur ciuitati,i.eccleſiæ ſeu congregrationi fideli,in qua ſunt diuerſa gratiarum chariſmata,& quod
vnus non habet,poſſidet alius.Vnuſquiſq; enim propriũ donum habet: nihilominùs aliquibus da-
tur indiuiſè cum plenitudine quadã,atq; in toto ſiue collectìm,quod alijs datur per partes, Inſupèr
dedit eum in columnam ferream,ità quòd aliorum imbecillitatem poterit ſuſtentare,eosq; perfice-
re & portare, iuxta quem modum Petrus, Iacobus & Ioannes videbantur columnę eſſe. In ęreum Galat.2.
quoq; murum,qui imbribus non lęditur,nec rubigine violatur, ſed vetuſtate fit fortior. Vel in mu-
rum ęneum,quatenùs inter Deum & populum tranſgreſſorem ſtare valeat medius ſeu mediator ro-
buſtus,nè illud Ezechielis ei obijceretur: Non aſſcendiſtis exaduerſò, nec oppoſuiſtis vos murum Ezech. 13.
pro domo Iſrael, vt ſtaretis in pręlio in die domini. Talem ergò te dedi [ſuper omnem terram,]i.
cunctis hominibus, ſcilicet ad eorum profectum & ad reſiſtendum prauitati malorum, de quibus
ſubiungitur:[regibus Iuda,] videlicet Iechonię, Sedechię &c. [& principibus eius,] i. populi Iudę.
[& ſacerdotibus,& omni populo terrę] Iudęę,qui pro maxima parte impij erant. [Et bellabunt ad-
uerſùm te,] te multipliciter perſequendo. [& non pręualebunt,] tuam patientiam atq; conſtantiã
ſuperando,nec etiam te pro ſuo libito occidendo,donec tandèm illud permiſero. [quia ego tecum
ſum, ait dominus,] tanquàm auxiliator omnipotens, cui nemo poterit reſiſtere. Etenim ſi De- Heſt.13.

Rom.8. us ꝓ nobis,quis contra nos?ſ vt liberem te]de manibus impiorũ &ab impatientiæ caſu. Poſtremò,
q̃ mirabiliter & frequẽter Dominus Ieremiã eruerit, infrà in hoc libro deſcribit & patebit. Eodem
Ezec.2. modo quo nunc legitur dñs Ieremiã conſolatus, corroborans & affatus, etiã Ezechieli fecit, iuxta
illud:Tu ergò fili hominis,nè timeas eos,neq; ſermones eorũ,quoniã increduli & ſubuerſores ſunt
Ezec.3. tecum,nè timeas vultus eorũ. Et ibidẽm ſequenti capitulo Deus Ezechieli loquutus eſt:Eccè dedi
faciem tuam valentiorem faciebus eorum,vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam.

¶Eiuſdem capitis primi expoſitio myſtica. Articulus 3.

SIcut in primo dixi articulo,Ieremias euidentiſſima fuit Chriſti figura. Vndè & ſanctificatio eius
in vtero matris, ſanctificationẽ Chriſti ſecundùm naturam aſſumptam in vtero virginis præfi-
gurauit.Eodem nempe momento,quo anima Chriſti creata eſt,omi gratiarũ chariſmate,donis atq;
virtutibus fuit pleniſſimè decorata. Idcircò quod dñs ait ad Ieremiam, Priuſquàm te formarem in
vtero,noui &c.de Chriſto conuenienter exponitur,qui ſecundùm formam ſerui, in inſtanti fuit in
vtero virginali formatus:quia eodẽ Nunc,quo anima eius creabatur,corpus ipſius perfectè organi-
zatum eſt.Et prophetam in gentibus dedi te.Chriſtus propriè gentium appellatur propheta,de quo
Iſaiæ 55. dñs ait per Iſaiam:Eccè teſtem populis dedi eum,ducem ac præceptorem gentibus.Itemq;:Poſui te
42.49. in lucem gentium.Chriſtus enim quanuìs in propria perſona non niſi paucis gentilibus prędicaue-
rit,nihilominùs per Apoſtolos omnes nationes conuertit, & eius prophetia atq; doctrina gentibus
profuit ad ſalutem.Propterea per hoc quòd audiens Ieremias ſe in vtero matris ſanctificatum,& in
prophetam diuinitùs conſecratum,nihilominùs à prædicationis & prophetationis officio humili-
ter ſe excuſat,arguuntur præſumptuoſi & ambitioſi, qui ad prælationem & aliorum inſtructionem
Heb.5. ingerunt ſemetipſos,cùm tamen dicat Apoſtolus:Nec quiſquam aſſumit ſibi honorem,ſed qui vo-
catur à Deo tanquàm Aaron:ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret.Quid er-
gò damnationis imminet his,q cùm ipſi vitijs pleni ſint,ad paſtoralem dignitatem adſpirant? Qui
Iſaiæ 2. vtinã illud Iſaiæ attenderent & proferrent:Non ſum medicus,& non eſt in domo mea panis:nolite
me conſtituere principem populi.Exemplo igitur Ieremiæ docemur,nos à cura paſtorali & ab ali-
orum regimine humiliter excuſare.Sed quia & ipſe diuinæ iuſſioni dicenti, Noli dicere,+puer ſum,
quia ad oĩa ad quę mittã te,ibis,obtemperauit:rurſus ex eiuſdem exẽplo inſtruimur,vt canonicè electi
ſiue ꝓmoti,non pertinaciter renitamur,ſed poſt moderatam excuſationem, cum ſpe diuini auxilij
acquieſcamus.Veruntamen aduertendũ quod ait ſanctus Gregorius:Officium, inquit,prædicatio-
nis alij laudabiliter appetunt,ad quod alij laudabiliter compelluntur.Iſaias vltrò ſe obtulit,dicens:
Eccè ego,mitte me: Ieremias humiliter reluctatur.Ab vtriſq; diuerſa vox prodijt,ſed non à diuerſo
dilectionis fonte proceſſit. Duo enim præcepta ſunt charitatis,Dei videlicet amor,& amor proxi-
Iſaiæ 6. mi.Per actiuam ergò vitam Iſaias proximis ꝓdeſſe cupiens,officium ꝓdicationis appetijt. Per con-
templatiuam verò,Ieremias amori Dei inhærere deſiderans, mitti ad prędicandum renuit.Sed no-
tandum ꝙ qui excuſauit,pleniter non reſtitit:& qui mitti voluit,ante ſe per altaris calculum purga-
tum vidit,nè aut non purgatus adire quis ſacra myſteria audeat, aut quem Deus elegit,ſub humili-
tatis ſpecie ſuperbè contradicat.Quia ergò difficile eſt ſe purgatum agnoſcere,prędicationis offici-
um tutiùs declinatur. Non tamen pertinaciter declinari debet, cùm ad hoc ſuſcipiendum ſuperna
voluntas agnoſcitur. Quod vtrunq; Moſes mirabiliter expleuit, qui præeſſe tantæ multitudini no-
Exo.4. luit,& tamen obediuit.Fortè enim ſuperbus eſſet,ſi ducatum intrepidus ſuſciperet, vel actoris im-
perio obedire recuſaret.Prætereà quod Dominus loquitur Ieremiæ, Nè timeas à facie eorum, quia
ego tecum ſum vt eruam te:omnis prælatus,prædicator & doctor aduertere debet atq; implere,nè
ſ.carnali aut ſeculari timori ſuccumbens, à debita peccantium increpatione, aut informatione, ſeu
caſtigatione deſiſtat:ſed in Deo confidens, vſq; ad mortem pro iuſtitia elaboret, præſertim cùm
Eccl 4. ſcriptum ſit:Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus ex-
pugnabit pro te &c. Deniq; Chriſtus qui dixit diſcipulis, Eccè ego mitto vos ſicut oues in medio
Mat.10. luporum,iuſſit eiſdem: Nolite timere eos qui corpus occidunt. O q̃ longè ab hac Chriſti doctrina
ac iuſſione diſtant,qui propter temporale aliquod damnum,vel humani fauoris amiſſionem, à fra-
terna correctione os claudunt, qui proximum ſuum vident iugiter ad inferos currere, nec curant
eum retrahere.Si ergò prælatus,prædicator,aut doctor pro iuſtitia fuerit conſtans, & officium ſuũ
implere ſategerit,implebitur quoq; in eo quod ſubdit propheta: Miſit Dominus manum ſuam,&
tetigit os meum,& dixit:Eccè dedi verba mea in ore tuo. Si enim natura non deficit in neceſſarijs,
multo minùs gratia. Idcircò cùm Deus quempiam ad aliquod officium eligit, dat ei illa gratiæ do-
na, quibus ad officij ſui exequutionem idoneam indiget. Itaq; electorum prædicatorum mentalia
ora,quibus intra ſe cum Deo loquuntur, Dominus manu ſua tangit,dum diuina virtute intellectũ
2.Ti.2. eorum illuminat,ità ꝙ vnctio eius inſtruit eos, quemadmodùm ad Timot. ſcribit Apoſtolus: Da-
Pſal.15. bit tibi dñs de omnibus intellectum.Et Pſalmiſta teſtatur:Benedicam dominũ qui tribuit mihi in-
tel

tellectum.Tunc demùm dat verba ſua in ore noſtro, iuxta illud Pſal.Dilata os tuum, & implebo il- Pſal. 80.
lud.Specialiter aũt per manũ Dei intelligi poteſt,vnigenitus filius patris æterni,qui virtus,manus,&
brachium Dei patris vocatur, quia per ipſum omia operatus eſt pater, de quo brachio ſcribitur: Pa- Iſaiæ 52.
rauit dñs brachiũ ſanctum ſuũ in oculis oĩm gẽtium.Ità & ſpiritusſanctus digitus Dei aſſeritur,quia Lucæ 11.
per eum nobis ſalutaria indicantur ſeu oſtenduntur. Hanc manum miſit ad nos pater per incarna- Exod. 8.
tionis eius myſterium,& per eam eiuſq; ꝓdicationem tetigit os noſtrum. Eccè conſtitui te hodiè ſu
per gentes & ſuper regna.Hoc maioribus ꝓlatis Chriſti vicarijs competit:quorũ quo maior eſt ho-
nor ac dignitas,eo & maius periculum ac grauius onus.Sed & vnuſquiſq; fidelium ſuper gẽtes & re-
gna conſtituitur,dum tanta gratia decoratur, ꝙ nec blãditijs emollitur, nec terroribus cõmouetur.
Quod aliorum rectoribus valdè eſt neceſſarium, quibus incumbit, nec honore ſeu fauore extolli,
nec minis aut perſequutionibus deprimi, quatenùs inter proſpera & aduerſa regia ſemper via ince-
dant.Vt euellas prauas ſuggeſtiones,& deſtruas conſenſum illicitum, & diſperdas opera vitioſa,&
diſſipes conſuetudines malas. Hæc in ſeipſo ac ſibi commiſſis agere debet pro ſuis viribus omis ꝓ-
latus:deindè quod ſubditur, Et ædifices. nam verbo & conuerſatione tenetur prælatus ſuos ædifi-
care ſecundùm illud Apoſtoli:Eſto exemplum in verbo,in cõuerſatione,in charitate,profectus tu- 1.Tim. 5.
us manifeſtus ſit omibus.& plantes in eorum cordibus ſemen virtutum,quod eſt verbum Dei. Pri-
mò igitur eradicanda ſuut vitia, deindè bona gr̃æ inſerenda, hæreſes quoq; & ſchiſmata ꝓlatis atq;
doctoribus potiſſimè ſunt euellenda.Origenes exponit hunc locum de Chr̃o, quem ſecundùm na
turam aſſumptam conſtituit pater,immò Trinitas ſuperbenedicta, ſuper gẽtes & regna, iuxta illud
Danielis 7.Dedit ei poteſtatem,honorẽ & regnũ,& om̃es populi,tribus & linguæ ſeruient ei.Chri-
ſtus autem peccata euulſit,idololatriã diſſipauit,aëreas poteſtates deiecit. Virgam vigilantẽ ego vi-
deo.Hanc virgam vigilantẽ,videlicet diuinæ æquitatis rigorem ſeu correctionem,qui animarũ cu-
ram habent,ſingulariter ac iugiter conſiderare ꝓdicareq; debent, quatenùs cũ metu, timore ac tre-
more,ſuam ac gregis ſui operentur ſalutẽ, & cum ꝓcurſore ad peccatores loquant: Progenies vipe- Matth.3.
rarum,quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?Facite ergò dignum fructum pœnitentiæ.Iam enim
ſecuris ad radicem arboris poſita eſt.Quod ergò Ioannes per ſecurim, hoc Ieremias deſignauit per
virgam. Origenes per virgam vigilantem, intelligit Chriſtũ iudicem, de quo loquitur Iſaias cap.11.
Egredietur virga de radice Ieſſæ. Et rurſus:Percutiet terram virga oris ſui. Hæc virga in paſſione
mortua fuit,ſed in reſurrectiõe tertia die refloruit, quod virga Aaron miraculoſè virens, ꝓfigurauit. Num.17.
Vigilabo & ego ſuper verbo meo,vt faciam illud,ait dñs,i.comminationes meas cõtra impœniten-
tes ꝓlatos perducam ad actũ.Huic ſimile eſt,quod per Ezechielem dñs ꝓteſtatur:Non ꝓlongabitur Ezec. 12.
vltrà omnis ſermo meus,& nõ erit omnis viſio caſſa.Hoc attendãt,qui ſibi de miſericordia Dei ſtul-
tiſſimè blandiuntur,& peccãt in ſpe,de quibus Eccl 8.habetur: Quia nõ citò profertur cõtra malos
iudiciũ,abſq; vllo timore filij hoĩm ꝑpetrãt mala. Ollã ſuccenſam ego video,& faciẽ eius à facie aq-
lonis.Per hanc ollam ſuccenſam intelligi poteſt pœna infernalis,quam ſibi & alijs ꝓuidere debet
& præcauere ꝓdicator & paſtor. In ollam iſtam proijciuntur, qui per virgam diſciplinæ Dei in præ-
ſenti vita non emendantur.Per aquilonem aũt deſignatur aërearum poteſtatum crudelitas,vel fri-
gus impietatis oppoſitũ calori charitatis.Aquilo nanq; frigidiſſimus eſt ventus. Ab hoc igitur aqui-
lone imminet olla ſuccenſa,quam peccando meremur. Hinc Amos terribiliter nobis minatur: Iu- Amos 4.
rauit dñs in ſancto ſuo, quia eccè dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias ve-
ſtras in ollis feruentibus.Et dixit dñs:Ab aquilone pandetur om̃e malum,i. à dæmonum impugna-
tione proueniet ruina peccati,& ingens calamitas ſuper omnes habitatores terræ,i.amatores terre-
norum hominesq; mũdanos,qui propriè habitatores terræ dicuntur, q̃m amant ꝓſentia quaſi ſem-
per manſura,& quaſi hic locum fixum & certum haberent. De quibus in Apocalypſi ꝓdictum eſt: Apoc.12. Hebr.13. Pſal.38.
Væ ſuper omnes habitatores terræ.Sancti aũt non ſunt habitatores terræ,ſed aduenæ & peregrini,
in quorum perſona ait Apoſtolus ad Hebræos: Non habemus hic manentem ciuitatẽ,ſed futuram
inquirimus.Et Pſal.Deum exorans,inquit:Nè ſileas,q̃m aduena ego ſum apud te & peregrinus, ſic-
ut omnes patres mei. Per aquilonem etiam accipi poteſt ſeculariũ poteſtatũ crudelitas ac poteſtas,
immò & omium qui in frigore vitiorum morantur, inquietudo atq; tyrannis, à quibus infliguntur
mala fidelibus.Quia eccè ego cõuocabo oẽs cognationes regnorum aquilonis,i.ꝓmemoratos Eccle
ſiæ inuiſibiles ac viſibiles hoſtes,tentatores & perſequutores. Et venient, & ponet vnuſquiſq; ſoliũ
ſuum in introitu portarum Hieruſalem, i. Eccleſiæ, cuius ſpecialiter portæ eſſe debent prælati, per
quos ſubditi introducendi ſunt ad vitam beatam.Sed portas iſtas iam poſſident atq; inhabitant ad-
uerſariæ poteſtates, in illorum corde per peccata regnantes. Et ſuper oẽs muros eius in circuitu, i.
vndiq; ſuper potentes ac principales,qui aliorum muri ſeu defenſores eſſe tenentur, cùm iam dæ-
mone eis dominante,ſint inferiorũ oppreſſores.Et ſuper vniuerſas vrbes Iuda,i.particulares Eccle-
ſias Dño confitentes, ſeu congregationes religioſas Deum laudantes, vt à præfatis perſecutionibus
aa 4 ne-

nemo inueniatur immunis. Siquidé oés qui volunt piè viuere in Chriſto, pſecutioné patientur. Veruntñ mala hæc malis noſtris meremur, & propter impietates noſtras hoſtibus tradimur. Ideò dñs addit: Et loquar iudicia mea cũ eis, i. iuſtitiæ meæ rectitudiné & effectũ in ipſis mõſtrabo, qui dereliquerũt me, & libauerũt dijs alienis, i. rebus carnalibus, tẽporalibus & caducis inhærentes, ac obſequentes magis, q̃ Deo vero om̃ipotenti altiſſimo. Et adorauerũt opus manuũ ſuarũ. Hoc agũt hæretici, auari, ac cæteri vitioſi, qui ſua figmenta, nũmos, & vanitates quaſi adorant, dum in eis potiùs q̃ in Deo confidunt. Tu ergò accinge lumbos tuos, concupiſcentias reſtringendo, & continenter viuen-

Lucæ 12. do. Propter quod ait Saluator diſcipulis: Sint lumbi veſtri præcincti. Et ſancto Iob dñs ait: Accinge
Iob 40. ſicut vir lumbos tuos. Vndè Hieronymus dicit: Quicunq; loquuturus eſt ſermones Dei, debet ac-
Iob 38. cingere lumbos ſuos, ſciens ꝙ diaboli virtus in lumbis ſit. Et ſurge de torpore pigritiæ ad agilitatem virtutum, & loquere ad oés tibi cõmiſſos, om̃ia quæ p̃cepero tibi. Om̃ia hæc prædicatoribus & prælatis dicuntur. Ego quippe dedi te hodiè in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum &c. Quomodò id bonis Chriſti vicarijs conueniat, & cunctis p̃dicatoribus ac prælatis competere debeat, ex præcedentis articuli elucidatione ſatìs reor patére. Etenim prælatus bonus eſt ciuitas, oés ſibi cõmiſſos ſine perſonarum acceptione per charitatis latitudinem ſuſcipiẽdo: Columna, puſillanimes & infirmos hilariter ſuſtentãdo: Murus, ab inimicis humanę ſalutis tuendo. Prædicãdum eſt autem regibus Iuda, principibus & ſacerdotibus, vt pro loco & tempore nulli parcatur, nullus palpetur. Et bellabũt aduersùm te: veritas enim parit odium, & peruerſis amara eſt, qui increpationem non ſuſtinentes, corripienti tendunt inſidias, de quibus ſcriptum eſt Amos 4. Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfectè abominati ſunt. Et non præualebunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt líberem te. In hoc ergò pijſſimo diuinæ conſolationis eloquio fixa ſit ſpes prædicatorum & prælatorum, & debitum opus fidutialiter exequantur.

¶ *Explanatio literalis 2. cap. Et factum eſt verbum Domini ad me.* *Articulus* 4.

CONſequéter incipit Dominus populi Iudaici peccata arguere, & vt vitiorũ populi huius enormitas clariùs innoteſcat, præmittit Dominus breuiter beneficia quæ contulit eidem. [Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Hieruſalem, dicens:] i. cõſtanter & imperterrito animo prædica auribus habitatorum Hieruſalem, vt corda duriſſima ad pœnitentiam emolliantur. [Hæc dicit Dominus: Recordatus ſum tuî] ô Hieruſalem ſeu popule Iſrael, i. per beneficiorum meorum exhibitionem frequenter & nunc oſtendi me memorem tuî, clementer [miſerans adoleſcentiam tuam,] i. tibi miſertus in tempore incolatûs tui in Aegypto. Loquitur autem Deus de toto populo, quaſi de vno aliquo: ſed ad eoſdem numero, totum inferri non poteſt: immò ad eos qui diuerſis fuerunt temporibus. [& charitatem deſponſationis tuæ,] i. dilectionem quã ha-

Exod. 20. buiſti ad me, quandò te deſponſaui, dando tibi legem per Moſen in monte Sinai. Tunc enim Deus accepit ſynagogam in ſponſam, & inſtàr ſponſaliorum ac dotis, legis contulit ei ornamenta, & verborum monilia. [quandò ſequuta es me in deſerto,] ibidèm tunc mihi deſeruiens, & per eremum ad terram promiſſionis accedens. Nam & tunc Dominus præceſſit filios Iſrael per columnam ignis & nubis, ſicq́ue angelum columnæ motorem ſequendo, Dominum dicuntur ſequuti. [in terra quę

Ezech. 16. non ſeminatur,] quia eremus illa ſterilis fuit. De hac deſponſatione Dominus diffuſiùs loquitur in alio propheta, dicens: Expandi, inquit, amictum meum ſuper te, & ingreſſus ſum pactum tecum, & facta es mihi. [Sanctus Iſrael Domino,] id eſt, populus Iſrael tunc ſanctificatus eſt Domino, & eius cultui deputatus, fuitq́ue [primitiæ frugum eius.] id eſt, ſicut de fructibus terræ offeruntur primitiæ Deo, ità præ cæteris populis filij Iſrael deputati & conſecrati ſunt Domino, ſecundùm quod per Moſen Deute. 7. ait: Te elegit Dominus, vt ſis ei populus peculiaris præ cunctis populis qui ſunt

Amos 3. ſuper terram. Vndè per Amos prophetam Dominus ait ad eos: Tantummodò vos cognoui ex
Iſaiæ 19. omnibus cognationibus terræ. Itemq́ue per Iſaiam: Hæreditas mea Iſrael. Illis quippe diebus aliæ nationes ad idololatriam declinabant. [Omnes qui deuorant eum,] id eſt, qui populum Iſrael per-

* delinquent ſequuntur, occídunt, aut ſpoliant, [* delinquunt.] Quemadmodùm enim peccabant qui primitias conſumpſerunt, & de ſacerdotali genere non fuerunt: ſic qui primitias Dei filios Iſrael vaſtauerunt, peccabant. [Mala venient ſuper eos, dicit Dominus.] id eſt, diuinæ vltionis ſubijcientur flagellis. Quanuìs enim ex diuina voluntate & æquitate proceſſit Iudæorum vaſtatio, executores tamen diuinæ iuſtitiæ non excuſabantur, quoniam ex crudelitate & mala intentione id peregerunt,

Iſaiæ 10. quemadmodùm de rege Aſſyriorum Dominus ait per Iſaiam. Quum enim dixiſſet, Virga furoris mei ipſe eſt, adiecit: Ipſe autem non ſic arbitrabitur, ſed ad conterendum erit cor eius. Vndè ex Iſaia cæteriſq́; eluceſcit prophetis, quòd Philiſtæi, Aegyptij, Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi, ac Babylonij à Deo durè plagati fuerunt propter mala, quæ filijs Iſrael intulerunt, vel illata gaudebãt. Poſt deſcriptionem beneficiorũ Dei, narratur ingratitudo populi, vt oppoſita iuxta ſe poſita, clariùs pateãt. [Audite verbum Domini domus Iacob,] i. populus de ſemine Iacob. [& om̃es cognationes domûs

Iſræ

Iſrael.] i. tribus ipſius Iacob, qui alio nomine appellatus eſt Iſrael. Præterea cõſtat ꝙ decẽ tribus tẽpore Ieremiæ captæ fuerũt. Idcircò ſermo iſte generaliter dirigit̃ ad populum Iudæ & Beniamin, & etiam Leui. de alijs verò tribubus aliqui habitabant in regno Iudæ, & ad illos quoq; fit verbũ hoc. [Hæc dicit dñs: Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt.] i. cor ſuũ per diſſimilitudinẽ culpæ lõngè auerterũt [à me, & ambulauerũt poſt vanitatẽ,] idololatriã imitando, [& vani facti ſunt,] i. inanes, & vltimo fine fruſtrati, atq; à vero & incõmutabili bono auerſi? Quaſi dicat: Nil mihi obijcere poſſunt, qm̃ rectus dñs Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Huic verbo Pſal. 91.
cõcordat illud Micheæ: Popule meus, quid feci tibi? aut quid moleſtus fui tibi? reſpõde mihi. [& nõ Mich. 6.
dixerũt: Vbì eſt dñs, qui aſſcendere nos fecit de terra Aegypti?] i. beneficiũ eductiõis ſuę de Aegypto, oblíti ſunt. [qui traduxit nos per deſertũ] annis XL. [per terrã inhabitabilẽ & inuiã:] quia hæc eremus habitationi hominũ apta non fuit, nec vias tritas habebat. [per terram ſitis] i. aquis carenté, [& imaginem mortis,] i. ità deformem ac ſolis ardore aduſtam, omniq́; humano ſolatio deſtitutam, vt morti ſimilis valeat dici. [per terram, per quam non ambulauit vir, neq; habitauit homó?] Quoniam antequàm filij Iſrael per eremum iſtam proficiſcebantur, nõ erat itinerationi apta aut manſioni, propter animalia venenoſa, ſterilitatemq́; loci. Et ſi qui per eam tranſiérunt, tam pauci fuerunt, vt reputentur pro nihilo. [Et induxi vos in terram Carmeli,] i. in terram Iſrael opulentam nimìs ac fertilẽ, in qua locus eſt qui Carmelus vocatur, q̧ locus & fructuoſus & amœnus eſt. Vndè & 1. Reg. 1. Reg. 25.
legitur poſſeſſio Nabal fuiſſe in Carmelo. Fuit quoq; in tribu Ephraim & alius quidam locus vocatus Carmelus. [vt comederetis fructum eius] i. terrænaſcentia terræ iſtius. [& bona illius:] videlicet pecora, & reliqua humano eſui apta. [& ingreſſi, contaminâſtis terram meam,] idololatriam & alia multa facinora committendo in ea, iuxta illud Pſal. Et infecta eſt terra in ſanguinibus, & contami- Pſal. 105.
nata eſt in operibus eorum. [& hęreditatem meam] i. terram promiſſionis, quã vobis hæreditariam dedi, [poſuiſtis in abominationem.] i. per peccata veſtra mihi abominabilem conſtituiſtis, ità quòd manibus impiorum hoſtium veſtrorum tradidi eam. Quanuìs autem terra non ſit virtutis aut vitij ſuſceptiua, nihilo minùs contaminari & abominabilis fieri dicitur, dum habitatores eius grauiſſimis piaculis implicantur: propter homines quoq; eligi & relinqui, ſeu deſpici perhibetur, ſecũdùm illud Machab. Non propter locum gentem, ſed propter gentem locum dñs elegit. De hac autẽ con- 2. Mac. 5.
taminatione terræ, pleniùs in alio propheta ſcribitur: Aedificâſti tibi lupanar, & abominabilem fe- Ezech. 16.
ciſti decorem tuum. [Sacerdotes non dixerunt, Vbì eſt Dominus?] i. Deum non habuerũt præ oculis, nec faciem eius exquiſiêrunt. [& tenentes legem] i. legis doctores [neſciêrunt me] per cognitionem formatam, ſeu charitate ac bonis operibus decoratam, quanuìs informem ac nudam Dei notitiam habuerunt. [& paſtores,] putà pontifices & inferiores p̃lati, [præuaricati ſunt in me,] ſeipſos ac ſibi commiſſos negligendo, atq; diuina præcepta tranſgrediendo. [Et prophetæ prophetauerũt in Baal,] i. pſeudo, non Dei illuminatione, ſed ex diabolica inſpiratione vaticinabantur, credentes idolum Baal futurorũ dare notitiam, quũ diabolus Baal cultores deciperet. [& idola ſequuti ſunt:] deos falſos, vero Deo relicto, colentes. De quibus apud Ezechielem legitur: Væ prophetis inſipien- Ezec. 13.
tibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & quaſi vulpes in deſertis errant. [Propterea adhuc iudicio cõtendam vobiſcum, ait Dominus,] i. quum tot peccata feceritis, per viam iuſtitiæ ſapiẽter, nõ violenter, vos reprobabo. [& cum filijs veſtris] veſtras iniquitates ſequentibus, [diſceptabo] rationabiliter oſtendendo damnabilitatem eorum. Hoc in vita præſente fecit Deus per prophetas, per quos Iudæorum impietates redarguit. Deindè poſt vitam hanc per ſeipſum hoc agit, impœnitentes damnando. [Tranſite] ô Iudæi increduli [ad inſulas Cethim,] i. occidentalium partiũ, ſecũdùm Hieronymum. Veruntamen hoc quod ait Cethim, varijs modis accipi poteſt. Nam & Alexander legitur libro 1. Machab. egreſſus de terra Cethim. Et Numer. 25. habetur. Morabatur autem eo tempore 1. Mac. 1.
Iſrael in * Cethim. Et de lignis * Cethim frequenter inducit Moſes mẽtionem. [& videte: & in Ce- * Sethim
dar] i. ad terram Iſmaelitarum [mittite,] Cedar autem fuit filius Iſmaelis. Vndè per Cedar inter- Exod. 25. 26. 27. 38.
dùm ille homo, interdùm regio poſteritatis ſuæ exprimitur, iuxta illud Iſaiæ: Om̃e pecus Cedar cõ- Gene. 25.
gregabitur tibi. [& conſiderate vehementer, & videte ſi factum eſt huiuſmodi] opus, quale vos per- Iſaiæ 60.
petrâſtis. [Si] i. an [mutauit gens deos ſuos.] i. ad Occidentem Orientemq́; pergite, & diligenter pẽſate, an aliqua plebs idololatra deos ſuos reliquit. q. d. non, niſi fortè viciſsìm neceſſitate compulſa, quemadmodùm tempore Antiochi accidiſſe ſcriptum eſt 1. Mach. Per apoſtolorum quoq; prędi- 1. Mac. 1.
cationem & ſigna reliquerunt gentiles idola ſua, ſed hoc longè poſt Ieremiæ tempora factum eſt. Nihilominùs probabile eſt, etiam ante Ieremiam quoſdam gentilium ab idololatria conuerſos ad Deũ, per veteres ſanctos ac patriarchas, ſicut per Iob, Ioſeph, Dauid, quẽ ſexcenti viri ſecuti ſunt de Geth. Propheta aũt hîc loq videt̃ pro tẽpore ſuo, vel de totali gente. [& certè ipſi] quos gẽtes adorãt, [nõ ſunt dij] veri, ſed falſi & ficti. [Populus verò meus] i. populus Iſrael, quem ad cultũ meum ſpecialiter deputaui, qui & fuit populus Dei vocatione & nomine, non prædeſtinatione & gratia. [mu-

tauit

tauit gloriam ſuam] i.Deum verum,qui fuit gloria populi huius,quãdiù ſibi ſeruiuit,cui ſeruire ho-
norificum glorioſiſſimumq́; cõſiſtit.[in idolũ.] i.Deo relicto,idola coluit.Nam & in eremo vitulũ
Pſal.105. cõflatilem adorauit, quemadmodùm ſcriptum eſt:Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vi-
tuli comedentis fœnum.Dicitur autem populus iſte mutâſſe Deum in idolũ,non quaſi Deus in ido-
lum ſit mutatus,ſed quia poſt Deum eiuſq́; cultum ſe dedit ad idolum,ſicut dicimus auroram muta-
ri in meridiem,quia auroræ ſuccedit meridies, iuxta quem modũ de Deo legitur Amos 5. Conuer-
tens tenebras in manè,& diem nocte commutans.[Obſtupeſcite cæli ſuper hoc,]videlicet de tanta
huius populi impietate.Porrò ſecundùm Hieronymum,de his cęlis nũc loquitur propheta,de qui-
Iſaiæ 1. Deut. 32. bus alibi ſcribitur:Audite cęli,& auribus percipe terra.Item & Moſes: Audite cęli q̃ loquar.Verùm,
vt ſuper Iſaiã induxi,ipſe Hieronymus ibidèm intelligit per cęlos,habitatores cælorũ,angelos ſan-
Pſal. 49. ctos,qui in diuino iudicio pro bonis teſtimonium perhibẽt.Similiter Moſes. Vndè ait Pſal. Aduo-
cabit cęlum deſurſùm,& terrã diſcernere populũ ſuũ. Si ergò de his cęlis, putà cęleſtibus ciuibus,
angelicis quoq; ſpiritibus,nunc loquitur Ieremias:quæritur,quomodò ipſi ſuper hoĩm vitijs obſtu-
peſcere inuitentur,ꝑſertim cùm in eis nulla ſit pœna aut paſſio.Ad quod reſpondere quis poteſt,ꝙ
tanta eſt peccati enormitas,& impiorum peruerſitas, vt nõ angeli tantùm,ſed etiã Dñs angelorũ,per
modum admirantis ſe habeat & loquatur,ſicq́; metaphoricè obſtupeſcere aſſerantur.Sic eñ de So-
domitis loquitur Dñs Geneſis 18. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus
eſt,& peccatum eorum aggrauatum eſt nimìs.Deſcendam & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad
me,opere compleuerint, an non eſt ità, vt ſciam. Hieronymus autem iſta exponens, aliqua inſerit
quæ non ſunt minùs obſcura quàm litera. Etenim ait:Cęlum videns Dei pręcepta calcata,inhor-
reſcit,& ſtuporem diſſimulare non poteſt. Omnis enim creatura congemiſcit & condolet ſup pec-
catis hominum.Si hęc de cęleſtibus ciuibus accipiantur,intelligendũ eſt, eos eo modo inhorreſce-
re,& ſtuporem diſſimulare non poſſe,quomodò iam dixi obſtupeſcere eos. Vel inhorreſcũt ac ob-
ſtupeſcunt ſuper noſtris peccatis,quia q̃ abhorrenda,admirãdaq́; ſint noſtra peccata,oſtendunt no-
bis.Alij iſtud exponunt de materialibus cęlis, cęleſtibus orbibus vel elementis, quæ ſuper peccatis
hoĩm mirantur eo modo,quo Deum benedicere & laudare prouocantur,videlicet occaſionaliter &
materialiter.Dant equidem nobis materiam obſtupeſcendi de hoc, ꝙ diuina ꝑcepta audent homi-
nes tranſgredi,quãdò cęlos hos conſideramus à Deo creatos, & ex magnitudine eorum ac decore,
Dei creatoris maieſtatem perpendimus,quã ex creaturarũ ſpeculatione,immenſam & infinita reue-
rentia dignã cognoſcimus.Iuxta hunc modum etiam elementa creatori ſuo,qui intantùm quotidiè
dehonoratur,cõpati referuntur, nõ ꝙ ſenſum cognitioneq́; habeant.Vndè ſuper illud Matthęi,Et
Matt.27. ſexta hora factæ ſunt tenebræ ſuper vniuerſam terram, aſſerit Gloſſa: Creatori ſuo elementa cõpa-
tiuntur.& denuò,Tenebræ factæ ſunt,nè ſol pendentem Dñm videret,& nè eius luce impij fruerẽ-
tur,ex hac conſideratione,qua oĩs creatura quodammodò pro ſuo creatore zelatur. Itemq́; Sapi-
Sap.5. ens quidam ait: Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit pro illo orbis terrarum
cõtra inſenſatos.Poſtremò,per cęlos hoc loco intelligi poſſunt homines virtuoſi ac iuſti,cæleſtem
Pſal.18. in terris conuerſationẽ habentes,de quibus legitur in libro Pſalmorũ: Cęli enarrãt gloriã Dei.Itẽq́;
Iſaiæ 51. in Iſaia:Plantes cælos,& fundes terrã.Iſti vtiq; tranſgreſſoribus condolent,& de eorum peruerſita-
te atq; duritia obſtupeſcunt.[Et portæ eius deſolamini vehementer,dicit Dñs.]Quum dixit,Obſtu-
peſcite cæli:quarè non addidit, & portæ eorũ?Puto ꝙ ideò, quia ſicut ipſemet tranſlator noſter B.
Hieronymus hîc fatetur,verbum Hebraicum ſchomaijm,pro quo ipſe tranſtulit, cæli, cõmunis eſt
numeri,& ſonat indifferenter cælum & cęlos.Vndè & Septuaginta interpretes,& Theodotio trãſ-
tulerunt, cælum ſingulariter. Quæ ergò ſunt portæ iſtæ cęlorum?Ad quod reſpõdet Hieronymus,
Pſal. 23. ꝙ illæ de quibus habetur in libro Pſalmorum: Attollite portas principes veſtras. quod rurſus ob-
ſcurum eſt.Verùm ſi per cælos intelligamus ciues cæleſtes, portę iſtę ſunt aditus patriæ,vel virtutes
ſupernorum ſpirituum: ſicut & portæ inferni,vitia appellantur. Si autem per cęlos intelligamus or-
bes cęleſtes,aut ſuperiora elementa,vel cęlum aëreum: portæ iſtę,ſunt cataractæ horum cęlorũ,de
quibus ſcriptum eſt Gene.7.Cataractæ cæli apertę ſunt, quę cataractę ſiue feneſtrę metaphoricè po-
nuntur in cælis, quę etiam metaphoricè deſolari dicuntur eiſdem modis, quibus cæli obſtupeſce-
re conſcribuntur. Inſupèr quod ait propheta, Obſtupeſcite cęli, & portę eius deſolamini,intelligi
poteſt per modũ hyperbolicæ loquutionis,quatenùs propheta taliter per exceſſum loquendo,red-
dat nos ad verba ſua intentos,atq; ad conſiderationem grauitatis peccati attonitos.Cuius dicti ſub-
iungitur cauſa:[Duo eñ mala] culpę,videlicet duo peccata in genere, quanuìs penè innumerabilia
in ſpecie,[fecit populus meus:] quorum illud primum eſt,[Me dereliquerunt fontem aquæ viuę,]
id eſt,cor ſuum auerterũt à me,primo æternoq́; fonte aquæ ſapientiæ ſalutaris,atq; totius vitæ prin-
Pſal. 41. cipio, de quo canit Pſal. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Vndè & Moſes ait Nume.20.
Domine Deus,audi clamorem populi huius, & aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ viuæ. De-
niq;

niq; & Eccũs:Fons ſapientię,inquit,verbum Dei in excelſis.Itẽ Pſal.Qm̃ apud te eſt fons vitę.quòd Eccl 1.
aũt per aquã viuã ſapientia & doctrina ſignẽt ſalubris, frequẽtiùs in ſcripturis certum opinor, ꝑſer- Pſal. 35.
tim cùm & Chrs in Euãgelio Ioã.7.dicat: Qui credit in me,flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ.
Et Iſai.cap.12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.Deincèps ſecundum malum expri-
mitur:[& foderũt ſibi ciſternas diſſipatas,] i. impia documẽta, ſeu falſos doctores, deos alienos, &
dæmonũ cultus,q̃ inſtàr puteorũ fractorum,nihil ad ſalutẽ ꝓficuum cõtinẽt, ſtudioſè exquiſierũt.
Hinc de ciſternis his ſubditur:[quæ cõtinere nõ valent aquas,] putà fluenta ſacræ doctrinæ & grẽ.
Inſupèr oſtẽditur, ꝙ filij Iſrael nõ ex defectu naturalis ꝓpagationis, ſed ex impietate operatiõis ꝓ-
priæ inciderunt mala pœnalia eis illata.[Nunquìd ſeruus eſt Iſrael] i. Iſraeliticus populus, [aut ver-
naculus?] Quaſi dicat,nõ,cùm ſit de nobili ſanctorum patriarcharum genealogia exortus. At verò
inter ſeruum & vernaculum hæc diſtinctio ponitur, qm̃ ſeruus pro ſeruo empticio,vernaculus autẽ
pro ſeruo in domo nato accipitur. [Quarè ergò factus eſt in ꝑdam?] hoc eſt, cùm liber ſit populus
iſte,cur terra ſibi cõceſſa ſic ſpoliatus eſt,atq; ab alijs dñis tam dirè afflictus?quaſi dicat:Peccatis ſu-
is hoc meruit.Serui autẽ,qa ſerui,ſolent expelli, ac hæreditate priuari, ſecundùm quod Chrs in Eu-
angelio loquitur:Seruus nõ manet in domo in æternum. Præterea ſuper illud, Nunquìd ſeruus eſt Ioan. 8.
Iſrael,ſic ſcribit S.Hieronymus: Puto ex hoc loco in ſuperbiã elatos, Saluatori dixiſſe Iudæos: Se-
mẽ Abrahæ ſumus,& nemini vnq̃ ſeruiuimus:quomodò tu dicis,liberi eritis? neſciẽtes ꝙ oĩs qui Ibidem.
facit peccatum, ſeruus eſt peccati,& ꝙ ſeruiat vnuſquiſq; illi à quo vincit. Nati ergò de amico Dei
Abraham, vitio ſuo facti ſunt quaſi filij Cham,cui dictum eſt: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorũ Gene. 9.
erit fratribus ſuis.[Super eum rugiêrunt leones.] i. cõtra Iſraeliticum populum vociferati ſunt cru-
deles reges,ſuperbiq́; principes Aſſyriorum,& Aegyptiorum,& Chaldæorum. [& dederũt vocem
ſuam] cõtra eum,cõminando,terrendo,ac inuadendo.[Poſuerũt terrã eius in ſolitudinem,] habi-
tatores Iudææ interimendo,quibus occiſis,loca habitationum in ſolitudinem ſunt redacta. [& ci-
uitates eius exuſtæ ſunt,& nõ eſt qui habitet in eis.]Iam eñ tempore Ieremiæ plurima huius popu-
li vrbiũ multitudo,à ꝑdictis fuit cõbuſta leonibus.Hoc ipſum & Iſaias ſcribit cap.1.Terra veſtra de-
ſerta,ciuitates veſtræ ſuccenſæ ſunt, regionẽ veſtrã coram vobis deuorãt alieni. [Filij quoq; Mem-
pheos & Taphneos] i.Aegyptij,quorũ ꝑcipuæ vrbes ſunt Memphis & Taphnis.[cõſtuprauerunt te
vſq; ad verticem.] i.te penitùs violârunt & deturpârunt, ad ſuã idololatriam te inducendo, de qua
conſtupratione apud Ezechielem multa ſcribuntur: vel te corporaliter perſequendo, quãdò vide- Ezec. 23.
licet Ioſiam regẽ occiderunt, eiuſq́; filium regno priuauerunt, & toti Iudææ grauiſſimum impoſu-
erunt tributum,vt lib.4.Reg.ſcribit.[Nunquìd nõ iſtud factum eſt tibi,quia dereliquiſti Dñm De- 4.Reg.
um tuum] per idololatriam ac cætera vitia,[eo tempore,quo ducebat te per viam?] Hoc quidã ex-
ponunt de ductu,quo Dñs oſtendit filijs Iſrael viam in eremo,ꝑcedens eos per columnã ignis & nu-
bis.Verùm ſi verba ꝑcedentia exponant de Iudæis ꝓ tempore Ieremiæ, vel circitèr,non videbitur Exod. 13.
iſtud cõuenienter exponi de illis,qui tempore Moſis extiterunt.Nã propter illorũ peccata iſti pu-
niti non ſunt.Hinc iſtud ꝑcedentibus cõnectendo, ſic exponendum eſt: Eo tempore quo ducebat
te per viam,i.iſtis temporibus,quãdò per me alioſq́; prophetas viam tibi ſalutis oſtendit, immò per
iter virtutum deduxit per gratiæ illuminationẽ, ꝑſertim in diebus Ioſiæ:quo mortuo,ſtatìm ad ido
lolatriam declinâſtis.Huic verbo,Conſtuprauerũt te vſq; ad verticem,ſimile eſt illud Iſaiæ:A plan- Iſaiæ 1.
ta pedis vſq; ad verticem capitis, nõ eſt in eo ſanitas. Conſequenter arguuntur Iudæi,quòd ad hu-
manum auxilium potiùs quàm diuinum confugerunt. [Et nunc quid tibi vis in via Aegypti,] i. cur
ad Aegyptios pro ſubſidio mittis, [vt bibas aquam] * Sihor [turbidam?] i. Aegyptiorum ſuffragio
reficiaris, quod per potationem aquæ turbidæ, videlicet Nili per Aegyptum currentis, cuius aqua
turbida eſt,deſignatur.[Et quid tibi * & viæ Aſſyriorum,] i.cur ad Aſſyrios pro adiutorio deſtinâ- * in via
ſti,[vt bibas aquam fluminis?] i. Aſſyriorum ope fulciaris,quod per aquã fluminis, vtpotè Euphra- * cum via
tis,per Aſſyriorum regionem fluentis, exprimitur. Porrò ꝙ filij Iſrael nunc ad Aegyptios,nunc ad
Aſſyrios confugerunt,ex libris Regum, item ex Iſaia, Oſee, alijſq́; prophetis pateſcit:nec ad ſingu-
la opùs eſt allegare ſcripturas vel immorari,præſertim in his,quæ nec ſpecialem continent difficul-
tatem,nec ad Chriſti myſteria pertinent, nec viciſsìm propter inſtructionem moralem. [Arguet te
malitia tua,] i. reprænhenſione ac pœna te dignum efficiet, eritque cauſa quòd arguéris. [& auerſio
tua] à Deo & calle iuſtitiæ, [increpabit te] eo modo, quo malitia te redarguet. quaſi Dominus di-
cat:Non ex parte meî, ſed à teipſo eſt cauſa reprobationis punitioniſque tuæ. Vel ſic: Arguet te
malitia tua, & auerſio tua increpabit te, id eſt, ex conſideratione prauitatis tranſgreſſioniſque tuæ
teipſum redargues. Vndè LXX. tranſtulerunt: Erudiet te præuaricatio tua. Frequenter enim
contingit, vt peccatum quum ſatiauerit præuaricantem, & inſtàr coturnicum ad nauſeam eum
perduxerit, erudiat pœnitentem, dum conſpicit ſe in rebus caducis nec pacem, nec requiem inue-
nire,ſed afflictionem, vanitatem & curam ſuperfluam. Sicque peccata compellunt viciſsìm redire
ad

Oſeæ 2. ad Deum.Hinc auerſo à ſe Dominus per alium prophetam ait:Eccè ego ſepiam viam tuã ſpinis,&di-
cet, Vadam & reuertar ad virum meum priorem,quia benè erat mihi tunc magìs quàm nunc.Sic in
Lucæ 15. Euangelio accidit filio prodigo.Poſt repræhenſionẽ ponitur exhortatio ſalutaris:[Scito] p rationẽ
& ſcripturæ authoritatẽ, [& vide] per experientiam pœnæ illatæ ſiue imminẽtis:vexatio nempe dat
Iſaiæ 28. intellectum. [quia malum]ratione culpæ, [& amarum] propter pœnam pro peccato infligen-
amei dã, [eſt reliquiſſe te Dñm Deum tuum,& nõ eſſe timorem ✶ eius apud te, dicit Dominus exercituũ:]
vel caſtum & filialem,vel ſaltem initialem.Melius quoq; eſt, habere timorẽ ſeruilem,& per illũ vi-
tare peccata,q̃ ſine omi timore peſſima libertate peccare: quia & timor ſeruilis principiũ eſt ſapien-
tiæ,diſpoſitiuum ad eam,eo ꝙ retractat à peccato. Denique ſicut animus in Deo tranquillus ac or-
dinatus, ſibijpſi eſt dulcis:ſic animus inordinatus ac vitioſus, ſibijpſi extat pœnalis. Semper quoq;
p̃ſumit ſæua perturbata cõſcientia, vt ſcribitur Sapien.17. Peccatũ etiam conſcientiæ parit remor-
ſum,& remurmurat malo ipſa ſynterefis. Idcircò amarũ & pœnale eſt,etiã in p̃ſenti Deũ reliquiſſe,
Eccle 2. nec eius habere timorem. Prætereà ſcriptũ eſt in Eccleſiaſte: Homini bono dedit Deus ſapientiam,
Eccl 1. ſcientiam & lætitiã: peccatori aũt afflictionem & curam ſuperfluã. Vndè quidã ſapiens: Timor Dñi
delectabit cor:& qui ſine timore eſt,iuſtificari non poteſt. [A ſeculo] ſ.à tẽpore longo [cõfregiſti]
ô Iſrael [iugũ meũ,] i.legẽ tibi per Moſen datam,in qua idololatria prohibetur.Lex em̃ diuina in-
ſtàr iugi,iungit & ſubiugat animã Deo. [rupiſti vincula mea.] i. p̃cepta diuina tranſgreſſus es.[&di-
xiſti] verbis vel factis,[non ſeruiam] Deo. Hoc Iudæi pro maiori parte egérunt.Propter quod Ste-
Act. 6. phanus loquitur eis: Dura ceruice & incircuncifi corde & auribus,vos ſemper reſtitiſtis ſpiritui ſan
Deut. 31. cto,ſicut & patres veſtri.Moſes quoq;:Scio,inquit,quia poſt mortem meam iniquè agetis,& decli-
nabitis citò de via quam vobis monſtraui.[In omni enim colle ſublimi,& ſub omni ligno frondo-
ſo, tu proſternebaris meretrix.] i. in locis ſublimibus & amœnis, tu plebs Iſraelitica cum idolis es
ſpiritaliter fornicata,dæmonibusq́; ſubſtrata.[Ego autem plantaui te vineam electam,] i. olim per
gratiam feci te ſimilem vineæ fructuoſæ ac optimæ, videlicet tempore patriarcharum & benè vi-
uentium Iudæorum,ità quòd ſynagoga à Deo inſtituta eſt virtuoſa. Sic quoq; plantaui te[omne ſe-
men verum,] ità quòd filij ſynagogæ fuerunt ſemen & germen ſeu populus Dei verax,triplici veri-
Iſaiæ 61. tate,videlicet vitæ,doctrinæ, iuſtitiæ, de quo ſemine loquitur Iſaias: Oẽs qui viderint eos, cogno-
Pſal. 79. ſcent illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.Deniq; de hac vinea ſic habetur in Pſal. Vi-
neam de Aegypto tranſtuliſti.Item Oſee 10. Vitis frondoſa Iſrael.[Quomodò ergò cõuerſa es mi-
hi] i. ad meam iniuriam [in prauum] i. in ſterilitatem ac vitia ô [vinea aliena?] à me ob ingratitudi-
nem tuam,ità vt pro fructu virtutum protuliſti germina vitiorũ,& pro dulcibus gratiæ botris,ama-
riſſimos paſſionum aculeos. Vndè LXX.tranſtulerunt: Ego te plantaui vineam fructiferã, omnem
veram: quomodò conuerſa es in amaritudinem vitis alienę?Cui conſonat hoc quod Dñs apud Iſai-
Iſaiæ 5. am de hac vinea proteſtatur: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas. [Si láueris te nitro,] quo
immunditia eminenter benè detergitur. [& multiplicaueris tibi herbam borith,] i. herbam fullo-
uum, quæ ſecundùm Hieronymum, in lauando eandem habet vim quam nitrum. [maculata es in
iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.] i. quantumcunq; per exteriora quædam opera ex
ſuo genere bona, vel per ſacrificia legalia te purgare ſtudueris, nihil tibi proderit, quandiù ab im-
pietatis amore ſeu inordinato affectu intùs non emundaueris.Sic nanq; Dominus per Iſaiam loqui-
Iſaiæ 1. tur,dicens: Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum? Iniqui ſunt cœtus veſtri. Iudæi autem
per exteriora ſacrificia ſe putabant Deo reconciliari atq; purgari.[Quomodò dicis,] te impiè excu-
ſando: [non ſum polluta] peccatis, [poſt Baalim non ambulaui,] idolum illud colendo? [Vide vi-
as tuas in cõualle,] i. opera ſacrilega quæ in valle filiorũ Ennon, quæ aquis Siloæ irrigat̃,feciſti,per-
pende.[ſcito qd feceris.] i.recole ꝙ ibì delubrũ Baalim adorâſti,& filios tuos per ignem duxiſti,eos
ibidèm idolis offerẽdo. Deindè p ſimilitudines pandit̃, q̃ fuerit hęc plebs prona ad peccata,p̃ſertim
ad idololatriam.[Curſor leuis explicans vias ſuas.] ſupplendũ eſt, tu fuiſti,i.ſicut celerrimus curſor
citò ſe expedit de via qua ambulat, ſic tu cum impetu ad idololatriã ferebaris. [Onager aſſuetus in
ſolitudine,in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventũ amoris ſui] i. quemadmodùm onager in deſerto
cõmorari aſſuefact⁹,in deſiderio naturali animæ ſuæ ſenſitiuæ attrahit ventũ, vel ſpiritũ amoris ſui,
videlicet aërem quo refrigerat̃,vel ventũ ſiue aërem,quo amor ſuus naturalis ꝓuocatur ad ſuũ ob-
iectum,& ſubitò fertur ad illud: ſiquidẽ per aëris attractionẽ percipit de lõgè fœmellam, & ſine re-
frenatione mouetur ad eam: ſic plebs hæc toto impetu ad libidinem agebatur, omniumq́; idolorũ
Ezec. 23. amore feruebat,quemadmodùm in Ezechiele pleniùs legitur. [Nullus auertet eam] ab idololatria
ſua ante Babylonicam captiuitatem. Nullus enim prophetarum potuit eos ab hac impietate retra-
here, propter eorum indurationem. [Omnes qui quærunt eam] ad idololatrandum cum ea,[non
deficient,] quia inuenient eam paratam. [in menſtruis eius] i.in impudicitia & immunditia ſua,
[inuenient eam] ſimilem mulieri incontinentiſſimæ, quæ nec tempore ſanguinis menſtrualis vi-
tat

tat concubitũ,De hoc Ezechiel copioſiùs tractat, qualiter miſit ad alias nationes,& venientibus ad Ezec.16.
ſe dedit mercedem.Prætereà,vt quidam aſſerunt,in Hebræo habetur:In menſe ſuo inuenient eam.
Vndè pro menſtruis Symmachus trãſtulit menſem, quod ità exponunt, aſſerentes ipſum onagrum
vno menſe anni,toto menſe dormire:& tunc quæritur vt capiatur,& facilè capitur:Non aũt ſic aliò
tempore,qm̃ propter curſûs ſui velocitatẽ capi non poteſt,per quod captionẽ Iudaicæ gentis men-
ſe quarto à rege Babylonis ſignificari affirmãt. [Prohibe pedem tuũ à nuditate, & guttur tuũ à ſiti.]
i. ab impietatibus tuis deſiſte,nè inſtàr captiuorum nudis pedibus ſitibundiſq́; faucibus capta duca
ris in Babylonem. Vndè Septuaginta tranſtulerunt, Cõuerte pedem tuum à via aſpera. [& dixiſti:
Deſperaui] de emendatione vel remedio. tamen (vt dicitur) in Hebræo habetur:Dixiſti, nõ curo,
ſ.hanc cõminationem.Cui cõcordat Septuaginta interpretũ tranſlatio,quæ eſt: Dixit, viriliter agã.
Vndè ſubiungitur:[Nequaquã faciam] quod hortaris.[adamaui quippe alienos] videlicet deos.[&
poſt eos ambulabo:] priſtinis idololatrijs inhærendo, cuius obſtinationis iuſta vltio ſubdit̃:[Quo-
modò cõfunditur fur quãdò depræhendit̃] in furto, vel eſſe furatus,[ſic cõfuſi ſunt domus Iſrael:]
i.ſic confundentur Iudæi quãdò à Chaldæis fuerint capti. [Ipſi & reges eorũ, principes & ſacerdo-
tes & ꝓphetæ eorum] pſeudo, [dicentes ligno, Pater meus es tu:& lapidi, Tu me genuiſti.] i. idola
lignea atq; lapidea à ſe fabricata,patres ſuos vocauerunt,aliqd numinis illis ineſſe putantes. qui er-
ror ab Iſaia & in libro Sapientiæ diffuſiùs irridetur.[Verterunt ad me tergum,& nõ faciem.] i.more Iſaiæ 44.
cõtemnentium verba mea abiecerunt, & vultũ animæ à mea contemplatione ac fide retorſerũt, iu- Sap. 13.
xta illud Zachariæ:Noluerunt attendere,& auerterunt ſcapulã recedentes,nè audirẽt legem. [Et in Zach. 7.
tempore afflictionis ſuæ dicent,Surge, libera nos.] nã captiuitate Hieruſalem iam inſtante, viden-
tes ꝙ clamãdo ad idola nihil ꝓficerent,Dñm inuocauerũt,quibus Dñs ſubſannãdo reſpõdet: [Vbì
ſunt dij tui quos feciſti tibi?ſurgant,& liberent te in die afflictiõis tuæ.] i. in tẽpore obſidionis Hie-
ruſalem à Chaldæis.quaſi dicat,te iuuare nequibunt.[Secundùm numerũ quippe ciuitatũ tuarum,
erant dij tui Iuda,✶ & iuxta numerũ viarum Hieruſalẽ immolabãt Baal.] i.tu plebs regni Iudæ, ſic- Hæc ali-
ut multas vrbes,ità & multos deos habueras, ità vt vel eoſdẽ vel ſingulos ac diuerſos deos ſingulæ cubì ſu-
ciuitates colebãt, vt nec in impietate viderentur habere cõſenſum,ſed pugnãs cõtra ſe ſuperſtitio, perfluunt.
diuerſum ſequeretur errorẽ. [Quid vultis mecũ iudicio cõtendere?] vos excuſando, & cauſam tri-
bulationis veſtræ mihi potiùs q̃ veſtris exceſſibus imputando. [Oẽs dereliquiſtis me, dicit Dñs.] i.
tam multi,vt hi qui mihi adhæſerunt, reſpectu prauorũ, quaſi nulli viderent̃. Veruntñ aliqui in Iu-
dæa & Hieruſalem iuſti fuerũt, de quibus in Ezechiele Dñs p̃cepit angelo: Signa Thau ſup frontes Ezech.9.
virorũ gementiũ & dolentium ſup cunctis abominationibus Hieruſalẽ. [Fruſtrà percuſſi filios ve-
ſtros:] quia ſe nõ emendauerunt.[diſciplinã] i.paternã caſtigationẽ ſeu informationẽ [nõ recepe-
runt] patienter,ſed murmurãdo,ità ꝙ nec vexatio dedit in eis intellectũ auditui.Quibus cõpetit il-
lud Pſalmiſtæ:Diſſipati ſunt,nec cõpuncti.Idipſum apud Ezechielem cõteſtatur: Multo labore ſu- Pſal.34.
datum eſt,& nõ exiuit de ea nimia rubigo eius neq; per ignẽ.Immunditia tua execrabilis,quia mũ- Ezech.24.
dare te volui,& nõ es mundata à ſordib⁹ tuis.[Deuorauit gladius veſter ꝓphetas tuos.] Hoc dupli-
citer explanatur.Primò ſic: ꝓphetas ſanctos ad vos miſſos à me,interemiſtis.Secundò ſic: ꝓphetas
veſtros, non meos, ſed pſeudo,deuorauit gladius veſter, quem veſtris peccatis meruiſtis: per quod
inſinuatur,ꝙ falſi quoq; prophetæ occidendi exiſterent à Chaldæis, & interdùm antè quidã eorũ
occiſi fuerunt. [Quaſi leo vaſtat̃ generatio veſtra.] i. voſipſi ab inimicis vallamini, ſicut leo à capi-
entibus eum. Aliqui codices habent, leo vaſtator:& tunc ſenſus eſt,ꝙ ſicut leo animaliũ deuorator
crudelis eſt, ità & ꝓgenies Iudæorum. [Videte verbũ Dñi: nunquìd ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut
terra ſerotina?] i.nunquìd incõueniẽs ſum populo Iudæorũ & ineptus eis,vt mihi inhæreãt aut mi-
niſtrent, quemadmodùm ſolitudo & terra ſerotina hoĩm habitatiõi extat incõgrua?quaſi dicat,nõ,
quum ſim naturaliter bonus ac pius. [Quarè ergò dixit populus meus] Iudaicus,meus quidẽ creati-
one,nõ deuotione,[receſſimus] à cultu Dei,[nõ veniemus vltrà ad te?] i. ad cultum Dei nõ reuer-
temur.tanq̃ diceret,Irrationabiliter iſtud loquuti ſunt.[Nunquìd obliuiſcetur virgo ornamẽti ſui,]
quod datur ab eo cui deſpõſatur, [& ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ?] i. ligamenti vberum,nè indecẽ-
ter magna appareãt.quaſi diceret,nõ.Per quod innuit Dñs,ꝙ ſynagoga quã ſibi per legis donationẽ
deſponſauit,nõ debuit eum relinquere,atq; cum idolis fornicari:cuius tamẽ oppoſitũ fecit,vt ſub-
ditur:[Populus verò meus, oblítus eſt meî diebus innumeris.] ſ. à tempore Moſis vſq; ad præſens,
pro maiori parte temporis ac populi huius, ſicut ex libris Iudicum & Regum oſtendit̃.[Quid nite-
ris bonam oſtendere viam tuã] i.quum tot flagitijs inquineris,cur vitam & opera tua cõnaris à cul-
pa inaniter excuſare? [ad quærendam dilectionem?] i.ad hoc,vt diligaris à me,tanquàm iuſta, & ſit
inter me & te amicitia familiaris.Quomodò intelligendum eſt hoc, quum iam pauloantè ſcribatur
plebs iſta dixiſſe,Deſperauimus,receſſimus, nõ reuertemur vltrà ad te?Ex quo elicitur,ꝙ non quę-
rebant Deo rurſus vniri. Et reſpondendum, ꝙ iſta intelligi poſſunt atq; referri ad diuerſas perſo- Iere. 2.

nas in malitia impares, vel certè ad tempora eorundem diuerſa. qui em̃ vno die deſperat nec curat,
die alio ſe emendat. [Quæ inſupèr & malitias tuas docuiſti vias tuas,] i. in prauitate creſcendo, do-
cuiſti teipſam agere malitioſè: vel vias tuas q̃ ſunt malitiæ, i. opera tua malitioſa docuiſti alios, vt tu-
Pſal. 1. Iſaiæ 3. am imitarentur nequitiã: hoc eſt ſedere in cathedra peſtilentiæ. De talibus ſic loquitur Iſaias: Pec-
catum ſuum quaſi Sodoma p̃dicauerunt, nec abſconderunt. [& in alis tuis] i. ſuperſtitiõis tuæ vani-
tate ac pompis, vel in operibus tuis impijs ac ſuperbis. Vndè LXX. tranſtulerunt, In operibus tuis.
[inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocentum.] i. reatus homicidij, qm̃ innocentes &
pauperes occidiſti, iuxta illud Ezechielis: In ſanguine qui à te effuſus eſt, deliquiſti: quod tempore
Manaſſæ potiſſimè accidit, qui impleuit Hieruſalem ſanguine innocentum vſq; ad os. [Nõ in foſſis
inueni eos,] i. nõ inueni iſtos à te latenter occiſos, purà in foueis, vt ſolet cõtingere latronum inſi-
4. Reg. 21. dijs. [ſed in om̃ibus] iſtis [quæ ſuprà memoraui.] i. in locis idololatriæ iã p̃fatis, eos necâſti ſeu ali-
bì, vbì te propter idololatriam redarguerunt. [Et dixiſti] poſt tanta facinora, [abſq; peccato & in-
Prou. 30. nocens ego ſum.] ſicut de muliere adultera Salomon ſcribit, ꝙ poſtq̃ alium amatorẽ admiſit, ter-
git os ſuum, & dicit, Nõ peccaui. [Et propterea auertatur furor tuus] i. vltionis rigor [à me:] quaſi
Deus ſine cauſa puniret. Hoc eſt quod pauloantè diſſeruit: Quid vultis mecum iudicio cõtendere?
[Eccè ego iudicio cõtendam tecum, eo ꝙ dixeris, Non peccaui.] i. rationabiliter te cõuincam pec-
cati ream, pœnaq́; dignam, eo ꝙ mendaciter dixeris, Non peccaui. [Quàm vilis facta es nimìs, ite-
rans vias tuas,] i. vehementer contemptibilis atq; culpabilis es effecta recidiuando, & priſtina vitia
continuando. [& ab Aegypto confundéris, ſicut cõfuſa es ab Aſſur.] i. ſicut dudùm fruſtrata es ſpei
tuæ effectu, quæ in Aſſyriorum auxilio confidebas tempore Achaz, ſic nunc fruſtraberis effectu fi-
dutiæ, qua in Aegyptiorum ope confiſa es, ex tali ſpe regi Babylonis repugnare attentans. Ideò ſub-
4. Reg. 25. ditur: [Nam & ab iſta egredieris,] i. de hac terra Iudææ transfereris captiua in Babylonem tempore
Ioachim & Sedechiæ. [& manus tuæ erunt ſuper caput tuum,] in ſignum deſolationis & captiuita-
tis, quaſi capillos velles detrahere. [quoniam obtriuit dñs confidentiam tuam,] i. ſpem tuam priua-
uit effectu optato, quia & Aegyptios dedit in manus Chaldæorum, ità ꝙ ipſi Aegyptij nec ſe, nec te
poterunt liberare. [& nihil habebis proſperum] in futurum, quantùm ad ea in quibus contra diui-
Iſaiæ 30. næ ſapientiæ atq; iuſtitiæ ordinem procedere ſtudes. Hinc per Iſaiam Dominus ait: Erit vobis forti-
tudo Pharaonis in confuſionem, & fidutia vmbræ Aegypti in ignominiam.

¶ *Eiuſdem capitis 2. ſpiritualis expoſitio.* *Articulus* 5.

PEr Ieremiã, q excelſus Dñi interpretatur, deſignat̃ quicũq; p̃latus, p̃dicator, ſeu doctor Eccleſię,
qui in alto eſt officio cõſtitutus, & per ſapientiæ ac virtutum decorẽ cæteris eminet. Huic itaq;
Iſaiæ 58. Dñs iubet: Vade & clama, i. voce ſonora diſtinctè atq; tubaliter p̃dica, iuxta illud: Clama, nè ceſſes:
quaſi tuba exalta vocẽ tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum. In auribus Hieruſalẽ, i. Eccle-
ſiæ ſeu cuiuſlibet Chriſtiani. Hieruſalẽ quippe interpretatur viſio pacis: & conſtat ꝙ pacem Chriſti,
quæ oẽm ſenſum exuperat, cõtemplari atq; appetere debet Eccleſia, om̃is quoq; anima Chriſtiana,
Col. 3. iuxta illud Apoſtoli: Pax Chriſti exultet ſemper in cordibus veſtris. Quũ em̃ ſecundùm diuinũ Di-
onyſium & S. Auguſtinum, oẽs homines naturaliter appetant pacẽ, Chriſtiani pacẽ veram internam
cæleſtem iugiter debẽt expetere. Hæc dicit Dñs: Recordatus ſum tuî. Inceſſabiliter memor eſt Chri
Matth. 28. ſtus ſuæ Eccleſiæ, deuotæq́; animæ. ſic nanq; promiſit: Eccè ego vobiſcum ſum cũctis diebus. Miſe-
rans adoleſcentiam tuam, quæ fuit in exordio primitiuæ Eccleſię, quãdò excellentiſſima g̃ræ ſuę do-
na, immò primitias ſpiritûs cõtulit Deus fidelibus. & charitatem deſpõſationis tuæ, quãdò te in ba-
ptiſmo vel in Euangelicæ legis latione mihi in ſponſam cõiunxi, & tunc charitatem ad me p̃cipuam
habuiſti ſeu recepiſti. Deſponſatur aũt anima Chriſto, quũ ei per charitatẽ, fidem, cæteraſq́; virtutes
Oſeæ 2. vnitur, iuxta illud ꝓphetæ: Sponſabo te mihi in iudicio & iuſtitia, & in miſericordia & miſerationi-
bus, & ſponſabo te mihi in fide. Quàm verò fuerit ardentiſſima primitiuæ Eccleſiæ ad Chriſtum di-
Rom. 8. lectio, pandit Apoſtolus: Scio, inquiens, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, ne-
que &c. creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quandò ſequuta
es me in deſerto, i. in hoc ſeculo nequam, gratiarum chariſmatibus deſtituto. Vel deſertum eſt ipſa
Pſal. 62. Iſaiæ 45. gentilitas, à Deo diù relicta. De primo deſerto accipi poteſt illud: In terra deſerta & inuia & inaquo-
ſa, ſic in ſancto apparui tibi. De ſecundo, illud: Multi filij deſertæ (id eſt, gentilitatis) magìs quàm ei-
us quæ habet virum, i. ſynagogæ. Plures quippe ex gentilibus, quàm ex Iudæis, ad Chriſtum cõuerſi
Ioan. 12. ſunt. In hoc deſerto ſequuntur Chriſtum, credẽtes in eum, quemadmodùm & ipſe hortatur: Si quis
1. Ioan. 2. mihi miniſtrat, me ſequatur. Itẽ ſecundùm illud: Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille am-
bulauit, & ipſe ambulare. Deniq; ſic Chriſtum ſequi, eſt in medio iniquorum laudabiliter viuere, at-
Matth. 11. que à Chriſto efficaciter diſcere, ꝙ mitis eſt & humilis corde. Iſtud deſertum, eſt terra quæ non ſe-
minatur, i. multitudo hominum impiorum, qui à bonis operibus ſunt ſteriles, nec ſemen verbi cæ-
leſtis fructuoſè recipiunt. non enim habent radicem mentis in Deo, nec rore cæleſti ſeu gratiæ ir-
ri-

rigantur humore. Sanctus Iſrael Domino, primitiæ frugum eius. Per Iſrael, quod interpretatur, vir
videns Deum, intelligitur populus Chriſtianus, Dominum fide ſyncera contemplans. Populus iſte
ſanctus eſt Domino, quia diuino cultui excellentiſſimè præ cũctis nationibus mancipatus. Propter-
eà quoq; eſt primitię frugum eius, i. Deo præ cęteris populis tam ſpecialiter deputatus, q̃ ſpecialiter
primitię fructuum terrę Deo ac ſacerdotibus offeruntur. Hinc Chriſtianis in prima ſua epiſtola lo-
quitur beatiſſimus Petrus: Vos autem genus electum, regale ſacerdotiũ, gens ſancta, populus acqui- 1. Pet. 2.
ſitionis. Non enim vnquàm fuit, nec erit aliquandò in mundo hoc lex tantæ perfectionis, ſicut lex
Chriſti. Hinc Chriſtianis multo eminentiùs quàm Iudæis competit dicere illud: Non eſt alia natio
tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis & cunctis obſe- Deut. 4.
crationibus noſtris. Et item illud verbum Salomonis: Quæ eſt gens vna in terra, ſicut populus tuus 3. Reg. 8.
Iſrael? Omnes qui deuorant eum, delinquunt, i. qui populum Chriſtianũ impiè perſequuntur, ſpo-
liant aut extinguunt, grauiter peccant. Mala venient ſuper eos. Audiant hoc & formident ſubdito-
rum oppreſſores, raptores, cupidi, exactores, qui populum Chriſti deuaſtant, contriſtant, depaupe-
rant. Quibus Dñs loquitur: Quarè atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Item il- Iſaiæ 3.
lud: Comedunt carnes populi mei, & pellem deſupèr excoriauerunt. Vndè fatetur Pſalmiſta: Dum Mich. 3. Pſal. 26.
appropiant ſuper me nocentes, vt edant carnes meas: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Audite ver-
bum Domini domus Iacob, i. Chriſtianorum familia, quæ vitia ſupplantãdo, patriarcharumq́; fidem
ſectando, digna es patriarchę Iacob progenies nuncupari. Hæc dicit Dñs, Ieſus mundi Saluator, vel
Trinitas Deus: Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambula-
uerunt poſt vanitatem? Hoc Deus contra nos loquitur, dum patrum noſtrorum carnalium, terrena,
caduca & vana Deo ac ſpiritalibus pręferentium, vanitates & vitia imitamur, vt conſideratione im-
pietatis eorum, ampliùs humiliemur ac corrigamur, pręſertim cùm ineffabilia Chriſti beneficia cõ-
tuemur. Deniq; qui viam iuſtitię agnoſcentes, & verbum Dei frequentiùs audientes, nõ emendãtur,
ſed in ſuis fęcibus perſeuerãt, iſti elongãt ſe à Deo, & poſt vanitatẽ incedũt, de quibus ſcriptũ eſt: Di- Iob 21.
xerunt Deo, recede à nobis, ſcientiã viarũ tuarũ nolumus. Et vani facti ſunt. Vani ſunt vniuerſi, qui
terrenis iſtis caducis magìs q̃ ſummo & incõmutabili bono inhęrent, qui p̃ceptis diuinis nõ parent,
qui ea per q̃ ab vltimo fine & vera beatitudine impediunt̃, exercẽt. de quibus cantamus: Filij hoĩm, Pſal. 4.
vſq; quò graui corde? vt quid diligitis vanitatẽ, & q̃ritis mendaciũ? Quos Salomon deplorando al- Prouer. 1.
loquitur: Vſq; quò paruuli diligitis infantiã, & ſtulti ea q̃ ſibi nociua ſunt, cupient? Vani ſunt oẽs, qui
omiſſis ijs q̃ Deus ab eis requirit, in alijs occupantur. Ideò ſcriptũ eſt: Quæ p̃cepit tibi Deus, illa cogi- Eccl. 3.
ta ſemp, & inſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. Et nõ dixerũt. Similiter nos ingrati ac ne
gligentes nõ dicimus: Vbì eſt Dñs qui aſſcẽdere nos fecit de terra Aegypti? i. q nobis p̃cepit, & g̃ram
dedit egrediẽdi de vitiorũ caligine & ſeculari cõuerſatiõe. Aegyptus quippe interpretat̃ caligo, eſtq́;
ſeculi huius vitijs obtenebrati figura. Sic egredi, eſt verè aſſcẽdere de baſſitudine vitiorũ, in ſublimi
tatẽ virtutũ. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ Chr̃s ſic nos fecit aſſcẽdere de Aegypto, qui iuſſit Apoſtolis: Prædi Marc. 16.
cate Euangeliũ om̃i creaturę, cuius paſſiõe ac merito g̃ram pœnitendi & ſalutẽ cõſequimur, iuxta il- 1. Pet. 1.
lud: Nõ corruptibilibus auro vel argento redẽpti eſtis de vana veſtra cõuerſatiõe, ſed precioſo ſan-
guine agni immaculati. Qui trãſduxit nos p deſertũ, de quo iã dictũ eſt, ſ. per lubrica & tetra huius
mundi itinera, ità ꝙ in eis deiecti nõ ſumus, ſed Chr̃o duce euaſimus. At verò qui in medio natiõis
ꝑuerſæ ac prauę irrep̃henſibiliter cõuerſatur, per deſertũ iſtud ſalubriter ducit̃, per terrã inhabita-
bilẽ: quia in terra hac nõ ciues & habitatores, ſed peregrini, viatores & exules eſſe debemus, ſecun-
dùm illud Apoſtoli: Nõ habemus hîc manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirim⁹. Et in eadẽ epiſtola de Hebr. 13.
ſanctis veteris teſtamenti fatet̃: Defuncti ſunt oẽs iſti, cõfitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſup & 11.
terrã. Et inuiã. Quia difficile eſt per deſertũ ſeculi huius vaſtiſſimi ad patriã electorũ pertingere per
terrã ſitis, quia in ſeculo iſto maioribus bonis egemus, atq; cæleſtia appetẽdo clamamus: Quẽadmo Pſal. 41.
dùm deſiderat ceruus ad fontes aquarũ, ità deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit aĩa mea ad Deum
fontẽ viuũ. [& imaginẽ mortis] ꝓpter pericula quibus circũdati ſumus. Ideoq́; oramus: Illuminare Lucæ 1.
his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent. Per terrã in qua nõ ambulauit vir, ab animi vigore ſic
dictus, qui & ſi p mundũ iſtum tendat ad patriã, non tñ per latas ſeculi ꝓficiſcit̃ vias. De quibus pręcepit Sapiens: Nè delecteris in ſemitis impiorum, & via impiorum tenebroſa. Nec habitauit homo, Prouer. 4.
rationabiliter intuens, & ſapienter ſe habens. Talis nanque, vt dixi, non arbitratur ſe hîc habere ma
nentem locum, ſed quotidiè ſuſpirat ad patriam. Et induxi vos in terram Carmeli, id eſt, ad regnum
militantis Eccleſiæ, in qua eſt ſpiritalium diuitiarum fertilitas, vbertas virtutum, gratia ſacramen-
torum, opulentia ſcripturarum. De qua terra cantamus: Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in Pſal. 22.
loco paſcuæ, ibì me collocauit. Carmelus interpretatur cognitio circuncíſionis, per quod ſacra ſcri-
ptura vel ipſa deſignatur Eccleſia, in qua eſt * veræ circũciſionis ſpiritalis ſcientia. De hac quoq; in- * verè
ductiõe ait Apoſtolus: Deus pater eripuit nos de p̃ſenti ſeculo nequam, & trãſtulit in regnũ filij dile- Galat. 1.

ctionis ſuæ. Vt comederetis fructus eius & bona illius, i. præfatis Eccleſię ſpiritalibus atq; internis d
uitijs animas veſtras reficeretis, quod de ſacramento altaris præcipuè accipi poteſt. Nempe vt Sapi-
Prou. 9. ens ait, Sapientia ædificauit ſibi domũ, miſcuit vinum, & poſuit menſam. Sapientia iſta eſt Chriſtus,
1. Cor. 1. virtus & ſapientia patris, qui vtiq; Chriſtus de ſeipſo in Euangelio ꝓfitetur: Iuſtificata eſt ſapientia à
Lucæ 7. filijs ſuis. Et denuò ad Iudæos: Propterea, inquit, ſapientia Dei dixit: Ecce ego mitto ad vos prophe-
Lucæ 11. tas & ſapientes. Et ingreſſi, contaminâſtis terram meam, in ipſa Eccleſia impiè cõuerſando, & corda
credentiũ ſcandalizando, & hæreditatẽ meam poſuiſtis in abominationem, i. ſacra loca violâſtis, &
plebem Chriſtifidelẽ ad vitia induxiſtis, ità ꝙ mihi abominabilis eſt effecta. Hoc potiſſimùm con-
tra prælatos negligentes & clericos carnaliter ſe habentes, profert ſermo diuinus. Sacerdotes non
dixerunt, Vbi eſt Dñs? Hoc contra presbyteros Eccleſiæ dicitur, qui ſacerdotalem vitã non ducunt,
ſed ſcurrilitati, iocis atq; riſibus vacant, diuini timoris obliti: nec debita ſolicitudine conſiderãtes
ſacra & metuenda atq; diuina myſteria, q̃ quotidiè tractant. Et tenentes legem, neſciérunt me. Iſti
ſunt literati & doctores ac prædicatores, qui ſcripturas agnoſcunt, alióſve docere prẹſumunt, nec
Titi 1. tamen iuxta ſcripturas vitam ſuam gubernant, de quibus ait Apoſtolus: Inquinatæ ſunt eorum &
mens & conſcientia. confitentur ſe nôſſe Deum, factis autem negãt, quum ſint abominati & repro-
1. Ioan. 2. bi. Deniq; teſte Ioanne apoſtolo, Qui dicit ſe nôſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax
eſt. Hæc de ſcientia formata dicuntur. Eſt autem ſcientia ſeu cognitio Dei informis, de qua ſcribit
Apoſtolus ad Rom. 1. Cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt. Et paſtores præ-
uaricati ſunt in me. Iſti ſunt paſtores nomine, non re, mercenarij & carnales, qui gregem ſibi com-
miſſum non dignè cuſtodiunt, nec ſpiritaliter fouent, immò peſſimis moribus ſcandalizant, & de-
Iſaiæ 54. teſtabili ſua vita inficiunt & corrumpunt. De quibus in Iſaia propheta ſcriptura teſtatur: Ipſi paſto-
1. Pet. 5. res ignorauerunt ſcientiam, vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit. Aduertant hi quod beatiſſimus Pe
trus ait: Obſecro, paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes ſpontaneè ſecundùm Deum, nõ
turpis lucri gratia: neq; vt dominãtes in cleris, ſed forma gregis facti & ex animo. Et prophetæ pro-
phetauerunt in Baal, & idola ſequuti ſunt. Iſti ſunt ſomniatores & diuini inanes, qui ex diuina reue-
latione ſe loqui arbitrantur vel iactant, quæ ex propria imaginatione vel diabolica inſpiratione cõ-
cipiunt, qui ſua phantaſmata tanquàm idola aſſequuntur. Propterea adhuc iudicio contendam vo-
biſcum, & cum filijs veſtris diſceptabo. Quanto maiora Deus omnipotens & æternus, inuariabilis &
perfectus, beneficia populo contulit Chriſtiano, tanto cum ingratis cõtendet diſtrictiùs, & rigoro-
Lucæ 12. ſiùs procedet cum eis, dirioremq́; pœnam infliget, ſecundùm quod proteſtat̃ ipſemet Chriſtus: Cui
1. Pet. 4. multum datũ eſt, multum quæretur ab eo. Inſuper loquitur Petrus apoſtolus: Tempus eſt vt incipi-
at iudicium à domo Dei. Faciamus ergò illud Abacuc 2. Super cuſtodiam meã ſtabo, & figam gra-
dum meum ſuper munitionem, & contemplabor quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguẽ-
tem me. Tranſite ad inſulas Cethim &c. Hoc teſtimonio, ſecundùm Hieronymum, vti poſſumus
contra eos, qui maiori ſtudio ſequuntur vitia quàm virtutes: vel qui poſt conuerſionem nõ ità fer-
uentes inueniuntur ad placendum Deo, vt antè ad placendum mundo. Itemq́; contra inſtabiles, qui
& ſi bonum propoſuerunt vel inceperunt, non tamen id tam conſtanter exequuntur atq; continu-
Rom. 6. ant, ſicut ſeculi amatores illicita. Quibus ad Romanos ait Apoſtolus: Humanum dico propter infir-
mitatem carnis veſtræ. ſicut em̃ exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad ini-
quitatem, ità nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Populus meus mu-
tauit gloriã ſuam in idolum. Hoc proportionabiliter faciunt Chriſtiani, qui cordis affectum carna-
libus & terrenis magìs quàm Deo bonitatis immenſæ infigunt, qui pro eo ꝙ in ſolo Deo delectari
deberent, tanq̃ in obiecto vel ratione delectandi, in tranſitorijs & turpibus gloriantur: immò lætã-
tur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Obſtupeſcite cæli ſuper hoc &c. Quanto Chri-
ſtiani, præſertim religioſi, ſacerdotes ac clerici, ampliùs obligantur obſequi ſaluatori, tãto ſuper in-
gratitudine & negligentia & carnalitate eorum, cæli ampliùs obſtupeſcere aſſeruntur, iuxta ſenſum
in præcedenti articulo introductum. Duo enim mala fecit populus meus, Chriſtianus & potiſſimè
clerici: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, qui ſum eſſentialiter ipſa Vita, qui loquor in Euange-
Ioan. 14. lio: Ego ſum via, veritas & vita. Et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, i. temporalium affluentiam, va-
nam & curioſam ſcientiam, dogmata peruerſa, ex quibus affectum ſuum reficiunt, quod hæreticis &
Prouer. 9 & 5. proprij capitis immanſoribus maximè competit, qui illud Salomonis dicunt: Aquæ furtiuæ dulci-
ores ſunt, & panis abſconditus ſuauior. Quocontrà rurſus Salomon exhortatur: Bibe aquas de ci-
ſternis tuis, i. de ſanctis ac diuinis ſcripturis, ſanctorumq́; patrũ documentis, in quibus veraciter cõ-
tinetur aqua ſapientiæ ſalutaris: quam p̃ſatæ ciſternæ cõfractæ nequeũt cõſeruare, de quibus aquis
Iſaiæ 55. ꝓclamat propheta: Oẽs ſitientes venite ad aquas. De iſtis aũt ciſternarũ fractarũ foſſoribus ait Apo-
2. Tit. 4. ſtolus: Erit tẽpus quũ ſanã doctrinam nõ ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magi-
ſtros prurięntes auribus. Nũquid ſeruus eſt Iſrael, i. populus Chriſtianus, aut vernaculus? quaſi dicat,
non,

nõ, qm̃ ſpiritali libertate à Chriſto ornatur, queẽadmodùm ipſemet ait: Si filius vos liberauerit, verè Ioan. 8.
liberi eritis. Et alibì: Ergò liberi ſunt filij, illi vtiq; q̃bus ipſe dedit poteſtatẽ filios Dei fieri. De qua re Matt. 17.
tractat diffuſiùs Apoſtolus, inter cætera dicẽs: Itaq; iam nõ eſt ſeruus, ſed liber. Et rurſus: Nos ſecũ- Galat. 4.
dùm Iſaac, ꝓmiſſionis filij ſumus. Liberati em̃ ſumus per Chr̃m, eiuſq́; fidem & ſacramenta, à ſerui- Ibidem.
tute peccati ac dæmonũ. Veruntñ per negligentiã noſtrã priſtinæ ſeruituti ſubijcere poſſumus noſ-
metipſos. Corporalis verò ſeruitus, Chriſtianis nõ derogat nec repugnat. Immò ad Corinthios mo 1. Cor. 7.
net Apoſtolus, in ſeruitute hac ꝑmanere, cùm ſit maioris humilitatis occaſio. Quarè ergò factus eſt
in p̃dam, i. in inimicorũ ſuorũ poteſtatẽ redactus, & tam inuiſibiliũ q̃ viſibilium hoſtiũ impugnati-
one ac vinculis irretitus? quaſi diceret, nõ niſi propria impietate hoc meruit & euenit. Vndè de pec-
catoribus ait Apoſtolus ad Timot. Reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius vo 2. Ti. 2.
luntatẽ. Super eũ rugiérunt leones, i. p̃fati crudeliſſimi hoſtes. Nã & diabolus tanq̃ leo rugiens cir- 1. Pet. 5.
cuit, quærẽs quẽ deuoret: cuius crudelitatẽ in ꝑſecutione bonorũ ſectant̃ hæretici, ſchiſmatici, ac ty
ranni, & cæteri malitioſi, iuxta illud Sapientiæ: Imitantur aũt illum qui ſunt ex parte ipſius. Poſuerũt Sap. 2.
terrã eius in ſolitudinẽ, ciuitates eius exuſtæ ſunt. Hoc in terra ſancta & alibì frequẽter cõtigit po-
pulo Chr̃iano à Saracenis & cæteris perfidis. Aëreæ quoq; poteſtates terrã corporis noſtri in ſolitu-
dinẽ redigũt, dũ illud ſpiritusſancti inhabitatione deſtituũt: & ciuitates exurunt, dum collegia, cõ-
gregationes, & clauſtra ad carnalium vitiorũ ardorẽ, ad iræ & impatientiæ ſuccenſionem, vel cætera
ꝑtrahũt mala: vt illud Oſeæ eis conueniat: Oẽs adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽte. Et Oſeæ 7.
non eſt qui habitet in eis, regulares obſeruantias ſiue canonicas ſanctiones implẽdo, ſed mente re-
deunt in Aegyptum ſeculi huius, & vitam ducunt mundanam in locis ſacratis. Filij quoq; Memphe-
os & Taphneos, i. ſeculariũ vanitatum dilectores, conſtuprauerunt te vſq; ad verticẽ, i. om̃ia mem-
bra tua ad impietatis obſequiũ pertraxerũt, ità vt om̃ibus membris tibi ad benè viuendum cõceſſis
abutens, toto corpore violareris, & fornicationẽ illam, q̃ in om̃i peccato mortali eſt, de qua legitur
Oſeæ 4. Fornicati ſunt à Deo ſuo, per cũcta membra efficeres: atq; per hoc, illud Iſaiæ 1. Vulnus & li
uor & plaga tumẽs, tibi cõpeteret. Vel vſq; ad verticẽ conſtuprari, eſt vſq; ad mentis conſenſum ſeu
fidei infectionẽ, tentationi ſuccumbere. Nunquid nõ iſtud tibi factũ eſt, quia dereliquiſti Dñm Deũ
tuum, eo tempore quo ducebat te per viam? id eſt, Hoc tẽpore ad pœnitendũ conceſſo, de quo di-
cit Apoſtolus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. nunc em̃ per angelorum cuſto- 2. Cor. 6.
diam, per paſtorum directionem, per ſcripturarum lectionẽ, ſeu inſpirationem internam, per gratię
irradiationem, ducit nos Chr̃s per viam arctam ad patriam: cùm aũt actualiter in charitate & gratia
ſumus, ſed carnali affectioni & diabolo qualibet occaſione locũ damus, tunc Deum nos per viam
ſalutis ducentem relinquimus, idcircò meremur grauiùs relinqui ab ipſo, & maiora peccata incide-
re: ſicq́; peccata noſtra, ſunt peccata & pœna peccati. Et nunc quid tibi vis, ô plebs Chriſtiana, potiſ-
ſimè religioſa vel Eccleſiaſtica, in via Aegypti, in actiõe ſeculari tenebroſa ac vana? Vt bibas aquam
turbidam, i. falſam doctrinam aut voluptatem carnalem: vndè in locis humentibus dicitur eſſe qui-
es diaboli Iob 40. qm̃ in luxurioſorum cordibus requieſcit. In Ezech. 23. quoq;, fluxus Aegyptio-
rum eſſe aſſeritur vt fluxus equorum, & carnes eorum vt carnes aſinorum. Et quid tibi vis in via Aſ-
ſyriorum? i. in cõmunione & ſocietate ſeu operatione rebellium ſuperborum, qui in oculis ſuis ſa-
pientes ſunt: & ideò dirigere volunt ſeipſos, non regi nec ſubijci? Aſſyrij quippe dirigentes inter-
pretantur. Vt bibas aquã fluminis, i. abundantiæ tẽporalis, vel ſapientiæ ſecularis, de qua dicit Apo-
ſtolus: Stultã fecit Deus ſapientiã huius mũdi. Nã hoc loco per fluuiũ intelligitur Euphrates, qui fru 1. Cor. 1.
gifer interpretat̃. Hæc aũt eſt religioſis & clericis p̃cipua cauſa ruinę, ꝙ poſtq̃ ad clauſtrũ vel Dei ob-
ſequium ſeipſos dedicauerint, ſecularibus, putà Aegyptijs, ſe immoderatè commiſcent, ſicq́; in via
Aegypti incedunt. Vndè & filij Iſrael terram ꝓmiſſionis ingreſſi, cùm ſe Chananæis ac cæteris illis Ioſuæ 7.
nationibus cõiunxiſſent, mox ad eorũ idololatriã declinauerũt. Arguet te malitia tua, & auerſio tua
increpabit te. Cõſideremus ergò diligenter, & cõfiteamur humiliter noſtra peccata, redarguentes
noſmetipſos iuxta illud: Quoniam iniquitatẽ meam ego cognoſco. Nè audiamus à Deo: Arguam te, Pſal. 50.
& ſtatuam te contra faciem tuam. Scito & vide, quia malum & amarum eſt te reliquiſſe Dñm Deum & 49.
tuum. Cùm em̃ Deus ſit fons vniuerſæ bonitatis atq; dulcedinis, om̃i menti creatæ conuenientiſſi-
mus, certum ꝙ ſicut optimum ſuauiſſimumq́; conſiſtit ei inhærere, ſic peſſimum & amarum eſt ab
ipſo recedere. ideò mens in Deo tranquilla ac ſecura, eſt quaſi iuge cõuiuium. A ſeculo cõfregiſti iu- Prou. 15.
gum meũ. q̃uis iugũ Chr̃i amanti ſuaue ſit, multi tñ illud ſup̃ ſe ferre renuunt, qui rectè dicunt̃ filij Matth. 11.
Belial, i. ſine iugo, qui ſine timore Deũ offendũt. Rupiſti vincula mea, i. euangelicæ legis p̃cepta, qui- Deut. 13.
bus anima cũ Deo ligatur, nè per vitiorũ abrupta vaget̃. Et dixiſti, nõ ſeruiam, Saluatori ſ. Hoc om̃es Iudic. 19.
rebelles & impœnitentes, & ſi non verbis, tamen factis dicunt. In omni enim colle ſublimi, id eſt, al-
titudine poteſtatis, vel perſpicacitatis ingenij, vel in appetitu excellentiæ & honoris. Et ſub omni
ligno frondoſo, i. ſub amœnitate vanitatum ac voluptatum carnalium. Tu proſternebaris meretrix,

id eſt, tu plebs mentem tuam à Deo auertens, & cum dæmonibus ſpiritaliter fornicans. De qua ait
Pſal. 72. Pſalmiſta: Qui elongant ſe à te, peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. De qua accipi po
Oſeæ 4. teſt illud Oſeæ: Quaſi vacca laſciuiens declinauit Iſrael. Per ligna quoq; frondoſa intelligũtur prin-
cipes & diuites mundi, qui poteſtate & copia facultatum atq; familia, velut frondibus decorantur,
quemadmodùm Ezec. 31. docetur. Sub his lignis proſternũtur adulatores ac ambitioſi, & qui homi-
nibus placere deſiderant, de quibus fertur in Pſalmo 52. Deus diſſipauit oſſa eorum qui hominibus
placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Ego autem plantaui te vineam electam. Quòd Ec-
Act. 2. 3. clesia ſit vinea Dei, Chriſtus in Euangelio docet. Hanc Deus tempore apoſtolorum primò in Iudęa,
& 5. deindè per totum mundum electiſſimam ſibi plantauit, dulciſſimis fructibus ſpiritûs ſancti imple-
uit, & verum ſemen ſuum effecit: ſed quia paulatìm ad opera vitioſa ſterilitatéq; deuenit, audire me-
retur: Quomodò conuerſa es in prauum vinea aliena? Si láueris te nitro &c. Hoc dicitur contra eos,
qui per exteriora exercitia iuſtificari ſe arbitrantur, cùm tamen interiores ſuas nõ ſatagũt affectio-
1. Ti. 4. nes purificare coram Deo & ordinare in eo, non attendentes illud Apoſtoli: Corporalis exercitatio
ad modicum vtilis eſt. Porrò ſecundùm Hieronymum, nitrum noſtrum & herba fullonum, quibus
purgamur à Dño, ſunt pœnitentia & ſermo diuinus. Quomodò dicis, nõ ſum polluta? Hoc verbo re-
probat Dñs impudentiam ac frontoſitatem eorum, qui vitia ſua audent negare, cùm excuſatio pro-
Pſal. 140. priæ culpæ, ſit grauiſſimũ peccatum. Propter quod orat vir ſanctus: Nõ declines cor meum in verba
malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Et Ioſuæ 7. ſcribitur: Fili mi, da gloriam Deo, & cõ-
fitere atq; indica quid feceris. Vide vias tuas in cõualle, i. peccata q̃ in hac valle miſeriæ vel in carne
mortali feciſti, perpende. Scito quid feceris, i. prauitates tuas obliuioni non tradas, ſed imple quod
Prou. 18. ſcriptum eſt: Iuſtus in principio accuſator eſt ſuî. Curſor leuis explicans vias ſuas. O nager aſſuetus
in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui. Eodem modo pariq; ſenſu, quo id
in præcedenti articulo de populo Iudæorum expoſitum eſt, propter pronitatem & feruorem eorum
ad idololatriæ ſcelus: ità de impijs Chriſtianis accipi debet, qui toto affectu tendunt ad ea quæ mũ-
di ſunt, & non ſolùm ex ignorantia & paſſione, verùm etiam ex habitu prauo & electione delibera-
tionéve peccant: qui ritè curſori veloci & onagro infreni ac voluptuoſo comparantur, & omni bru-
to peiores ac viliores monſtratur. Nullus auertet eam, i. plebem talem à ſua malitia. Qui enim ex ha-
Lucæ 1. bitu vitioſo & cõplacentia mali peccat, difficulter corrigitur, quanuìs non ſit impoſſibile apud Deũ
Ecci 7. omne verbum: & quem Deus ſpernit, nullus corrigere poteſt. Omnes qui quærunt eam, non defi-
cient, i. qui cum talibus peccare molítur, mox inuenit eos ad iniquitatem paratos. Tales ſunt om̃es
qui Deum non habent præ oculis. Propter quod Prouerb. XIX. ſcriptum eſt: Qui timet hominem,
citò corruet. Hinc ergò vitanda ſunt vana conſortia, & omnes qui iuſtitiæ zelum non habent: pro-
pter quod leui occaſione ad peccandum trahuntur, cùm tamen peccatum ſit infinitæ fugibilita-
tis, potiusq́ue deberet homo mortem ſubire, quàm Deum offendere, immò quàm peccatum venia-
le committere. In menſtruis ſuis inuenient eam, videlicet in vitioſis habitibus conſuetudinibusq́ue
peruerſis, quæ ſunt velut impuriſſima atque ſuperflua animæ ſemina, ex quibus prorumpit homo
ſine pudore in fornicationes ſpiritales ac corporales. Prohibe pedem tuum, id eſt, cordis affe-
ctum vel actionis proceſſum, à nuditate, id eſt, à perditione charitatis Dei ac gratiæ, nè ſ. peccando
Gene. 3. mortaliter, informis & nuda ſeu indecora ſit coram Deo omnis affectio & operatio tua. Hanc nu-
ditatem primi parentes peccando illapſi ſunt, de qua Apocalyp. 16. ait Ioannes: Beatus qui cuſtodit
Pſal. 35. veſtimenta ſua, nè ambulet nudus. Veſtimenta enim ſunt virtutes. Hinc orat Pſalmiſta: Non veniat
mihi pes ſuperbiæ. Et Cant. 5. dicitur ſponſæ: Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia
principis? Calceamenta verò hæc, ſunt imitatio veſtigiorum ſanctorum præcedentium patrum, at-
Ephe. 6. que aſſidua mortis memoria. Deniq; Apoſtolus calceatos vult eſſe pedes eorum qui Euangelio præ-
parantur, nè, dum per ſeculi huius ſolitudinem gradiuntur, venenatis animalibus pateant, quæ euã-
gelico pede calcanda ſunt & conterenda, quemadmodùm Lucæ X. ait Saluator diſcipulis: Eccè de-
di vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici. Et
guttur tuum à ſiti. Eſt guttur quoddam mentale, de quo ſcriptum eſt Prouerb. 8. Veritatem medita-
bitur guttur meum. Inſupèr ſitis quædam eſt bona, videlicet auiditas ſpiritalis profectûs, & deſide-
rium diuinorum, de qua Apocalyp. 22. Saluator: Ego, inquit, ſitienti dabo aquam vitę gratìs. & alibì,
Matth. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Hanc ſitim non debemus vitare, ſed augere, atque ad fontem
gratiæ iugiter adſpirare, qui ait Apocalyp. 22. Qui ſitit, veniat ad me & bibat, id eſt, ſtillas cõſolatio-
nis & gratiæ riuos ſuſcipiat. Alia autem eſt ſitis mala, videlicet æſtus mundanæ cupiditatis, deſide-
riumq́; peccati, & voluptatis affectus. Hanc ſitim nefariam à gutture mentis abdicemus. Et dixiſti,
Deſperaui. Hoc æquiualenter dicunt, quibus via ſalutis adeò difficilis videtur, vt aggredi eam non
audeant. Non enim miſeri iſti diuinæ bonitatis immenſam penſant clementiam, quę omnibus ad ſe
confugientibus gratiæ ſuæ ſubſidium & ſpopõdit, & dare parata eſt. Nequaquàm faciam quod hor-
ta-

taris. Hoc rebelles & incorrigibiles dicũt, qui de charitatiua increpatione qua emendari debuerãt,
deteriores reddunt̃, contra quos Pro. 29. Salomon loquitur: Viro qui dura ceruice corripientẽ con-
temnit, repentinus ſuperueniet interitus. Et denuò ait: Qui abijcit diſciplinam, deſpicit animã ſu- Prou. 15.
am: qui aũt acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Iſta indocilitas atq; rebellio ex ipſo im-
pietatis procedit amore, ꝓpter quod ſubditur: Adamaui quippe alienos, i. vanitatis affectus & actus,
errores & vitia, ſeu puerſos & carnales hoĩes, ſecũdùm quod tales, de q̃bus Iſa. 1. habetur: Abalienati
ſunt retrorſum. Et Pſal. 57. Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero. Et poſt eos ambu-
labo, perſeuerando in malis. Hæc eſt conſummata peruerſitas, amatoribus mundi cõueniens, iuxta
illud Sap. 2. Dixerũt impij: Venite, & fruamur bonis quę ſunt, & vtamur creatura tanq̃ in iuuentute
celeriter: Viuo precioſo & vnguẽtis nos impleam⁹, & nõ p̃tereat nos flos tẽporis. Quomodò cõfun-
ditur fur qñ depręhenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, i. Chriſtiani inferiores ac ſubditi. Et reges
& principes & ſacerdotes eorũ. Hoc teſtimonium vtendũ eſt contra eos, qui humanũ oculũ potiùs
quàm diuinum verent̃. Idcircò coram Deo multa agunt illicita ſine timore, quæ corã hoĩbus, vel eis
ſcientibus, facere non auderent. De quibus ait Apoſtolus: Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe eſt & Ephe. 5.
dicere. Sed frequenter cõtingit eorum vitia publicari, & tunc inſtàr furis depræhenſi verecundant̃.
Propter quod loquitur Chriſtus: Omnis qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt nõ ar- Ioan. 3.
guantur opera eius. Talibus vt pœniteant, cõmemorandum eſt illud Apoſtoli ad Rom. 6. Quẽ fru-
ctũ habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorũ mors eſt. Verterũt ad me ter-
gum, & non faciem. Hoc agimus, quandò peccamus mortaliter, præſertim cùm nec increpari pœni-
tem⁹. & qm̃ Chriſtus ſuis ait vicarijs, Qui vos ſpnit, me ſpernit: ſi ſuperiorũ nr̃orũ monita ac p̃cepta 1. Luc. 10.
cõtemnim⁹ intantùm, vt animi pompã geſtu corporis indicem⁹, tergũ & nõ faciẽ ad Dñm vertimus:
in quo magnam nimìs irreuerentiã altiſſimo exhibemus, ꝓpter quod ipſe Prou. 1. terribiliter cõmi-
natur: Quia vocaui, & renuiſtis, deſpexiſtis omne conſilium meũ, & increpationes meas neglexiſtis:
ego quoq; in interitu veſtro ridebo. Et in tempore afflictionis ſuæ dicent: ſurge, & libera nos. Tales
ſunt hodiè multi, qui tẽpore ſanitatis ac proſperitatis Dei ſui obliuiſcuntur, ſed aduerſitate inſtan-
te, ad ipſum exclamant. Quod potiſſimè congruit ijs, q̃ tẽpore iuuentutis ac ſoſpitatis negligunt pœ-
nitentię actibus inſudare, ꝓponentes tẽpore ſenectutis, infirmitatis vel in articulo mortis de pecca-
tis dolere, quod prorſus ſtultiſſimũ eſt. Cumq́; taliũ pœnitentia non ſit ex odio peccati vel zelo iu-
ſtitię ſeu Dei amore, ſed ex ſeruili timore, & ex neceſſitate: idcircò nihil merent̃, immò à Dño reſpõ-
detur: Vbì ſunt dij tui quos feciſti tibi? i. vbì iã iſta carnalia & caduca q̃bus magis inhæſiſti q̃ Deo?
Surgant & líberent te in die afflictiõis tuę. Hoc increpatoriè ac ſubſannatoriè loquit̃ Deus, iuxta il-
lud Pſal. 2. Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dñs ſubſannabit eos. Pręter eà teſte Hieronymo, im-
pudẽs eſt poſtulatio, tempore neceſſitatis & anguſtiæ ab eo auxiliũ quærere, quem qs in pace con-
tẽpſerit. Hinc quoq; Iſa. 21. ait ſpũſſanctus: Si quęritis, q̃rite: conuertimini & venite. Hoc eſt, ſi q̃ritis
Deũ, ex caritate, nõ ſola neceſſitate atq; formidine, quærite eũ. Secundùm numerũ quippe ciuitatũ
tuarũ erant dij tui Iuda. Hoc quidã ſatìs congruè applicant contra eos, q̃ in qualibet ciuitate vel Ec-
clesia quęrunt honorari ac beneficiari, idola ambitionis ac cupiditatis erigentes ſibi hincindè. Quid
vultis mecum iudicio contendere, voſipſos p̃ſumptuoſè iuſtificando, & aduerſitates veſtras veſtris
peccatis nõ aſſcribẽdo, cùm ſcriptũ ſit Ecci 7. Nõ te iuſtifices ante Deũ? Et Iob 9. Non iuſtificat̃ ho-
mo cõpoſitus Deo: & ſi voluerit cum eo contendere, nõ poterit reſpondere vnum ꝓ mille. Oẽs de-
reliquiſtis me, dicit Dñs. Ideò ait Apoſtolus: Oẽs peccauerũt, & indigent gloria & gr̃a Dei. Diſcipul⁹ Rom. 3.
quoq; quẽ diligebat Ieſus: Si dixerim⁹, inquit, q̃a peccatũ non habemus, noſipſos ſeducimus. Quaſi 1. Ioan. 1.
leo vaſtator gñatio veſtra. Hoc ſecũdùm ſenſum p̃cedenti articulo poſitũ, allegandũ eſt contra fero-
ces. Viſcera eñ impiorũ crudelia, q̃bus timendũ eſt illud Iac. 2. Iudiciũ ſine miſericordia illi qui nõ Prou. 12.
fecerit miſericordiã. illud quoq; Ecci, Cor nequã grauabit̃ doloribus: & qui mẽtis eſt duræ, corruet Ecci 3.
in mala. Hæc dicit Dñs: Nunquìd ſolitudo factus ſum Iſraeli aut terra ſerotina &c? Hoc loquit̃ Chri-
ſtus contra Chriſtianos ingratos ac impœnitẽtes, qui nec charitatẽ nec fiduciã habent in ipſo, à quo
tam immenſa beneficia receperũt. Nunquìd obliuiſcet̃ virgo ornamenti ſui, & ſponſa faſciæ pecto-
ralis ſuæ? & patet ꝙ non, populus verò meus Chriſtianus, oblítus eſt meî diebus innumeris, i. valdè
multis. in quo patet, ꝙ plurimi nimiùm paruipendunt Deũ excelſum. Deniq; virgo debet eſſe ani-
ma Chriſtiana, ſoli cæleſti ſponſo coniuncta, cuius ornamentũ eſt charitas, quæ veſtis eſt nuptialis.
Faſcia verò pectoralis, eſt ſobria intelligentia ſcripturarum, quæ in pectore deſignatur. ſed & ſpon-
ſa eſt ſancta Eccleſia, cuius ſponſus eſt Chriſtus, de quo ait Ioannes Baptiſta: Qui habet ſponſam, Ioan. 3.
ſponſus eſt. Hæc igitur virgo ornamenti præfati non obliuiſcatur, nec ſponſa hæc faſciam ſuam pe-
ctoralem relinquat. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam, i. conuerſationem tuam probare iu-
ſtam, ad quærendam dilectionem, vt diligaris à me? Quæ inſupèr malitias tuas docuiſti alios. Hoc
contra eos, qui ſuis meritis ſe gratia dignos exiſtimant. qui ergò cupit amari à Deo, ab humilitate

incipiat,atq; ſeipſum om̃i odio & tormento digniſſimũ reputet, ſicq́; diuinis ſtudeat obtemperare
præceptis,& Deũ in oĩbus honorare conetur.Et in alis tuis inuẽtus eſt ſanguis animarũ pauperum
& innocentũ.Prelati ac principes ſub alis ſuis ſubditos ſuos teneñ protegere ac fouere.ſed heu cõ-
Amos 6. trarium plurimi faciunt,ſubditos opprimendo ac ſpoliando,de quib⁹ loquitur Dñs per Amos: Væ
qui opulenti eſtis, optimates, capita populorũ, ingredientes pompaticè, bibentes in phialis vinũ,&
optimo vnguento delibuti,& nihil cõpatiuntur ſuper cõtritione Ioſeph, i. populi ſibi ſubiecti.De-
niq; qui alios pertrahunt ad peccandũ,animarum ſanguinem fundũt.Et dixiſti,abſq; peccato & in-
nocens ſum ego. Eccè quanta eſt cæcitatis humanę peruerſitas. quo enim diutiùs grauiusq́; pecca-
mus, eo peccata noſtra minùs penſamus. Peccata enim obtenebrant mentem, atq; à luce veritatis
auertunt eandem.Porrò quãto quis cordis puritati vigilãtiùs vacat, eo peccata ſua etiam parua am-
Iob 9. pliùs ponderat.Propterea S.Iob ꝓfitetur:Si iuſtificare me voluero,os meũ condemnabit me. Eccè
Eccẽs 7. ego iudicio contendã tecum,eo ꝙ dixeris,Nõ peccaui.Non em̃ eſt homo ſup terram qui faciat bo-
Prou.24. nũ,& non peccet.ſed & iuſtus ſeptiès cadit in die.Et in Iob habeẽ:Etiamſi ſimplex fuero,hoc ipſum
Iob 9. ignorabit aĩa mea.Itaq; vt diuinæ examinatiõis diſtrictionẽ euadamus,inceſſabiliter toto corde re-
1. Cor. 11. darguamus,omniq́; rephenſione dignos fateamur nosipſos cùm dicat Apoſtolus:Si noſipſos diju-
Pſal.142. dicaremus,non vtiq; iudicaremur.& cum Pſalmiſta humiliter deprecemur:Non intres in iudicium
cum ſeruo tuo Dñe,quia non iuſtificabiẽ in cõſpectu tuo oĩs viuens. Quàm vilis facta es nimìs,ite-
rans vias tuas.Eccè quo frequentiùs in priſtina vitia recidiuam⁹,eo viliores efficimur,& grauiùs vul-
neramur:ſiquidem vulnera repetita diriùs lædũt,difficiliusq́; curanẽ. In hoc quoq; maior eſt ingra-
titudo,ꝙ poſt conſequutam à Dño veniam gratiamq́; refuſam, iterũ ſine pudore offendimus eum.
Et ab Aegypto confundéris,ſicut cõfuſa es ab Aſſur, i. fidutia quam in mundanis atq; ſuperbis ha-
buiſti,erit tibi cõfuſionis dãnationiſq́; cauſa.Nam & ab iſta egredieris, i. de præſenti ſeculo ꝑ mor-
tem corporalẽ tolléris.Et manus tuæ erunt ſuper caput tuum, i. opera manuũ tuarum te ſequentur,
vitiorumq́; tuorum pondus tecum ad Chriſti tribunal portabis. Quoniã obtriuit Dñs confidenti-
am tuã,quia in hora mortis ac diuini iudicij te iuuare non poterunt mundus & ea quæ mundi ſunt,
principum fauor,opulentia rerum,& cætera quæ amâſti.Et nihil habebis proſperum, quia damna-
beris in æternum. Hæc eſt merces, & hic eſt finis eorum, qui ſummo & incommutabili bono præ-
poñunt iſta temporalia & terrena:qui hominibus contra diuinam iuſtitiam quærunt placere,qui ſi-
bi theſaurizant in terra,qui quotidiè peccatis peccata adijciunt, de quibus ait Baruch: Qui argentũ
Bar.3. theſaurizant & aurum,exterminati ſunt,& ad inferos deſcenderunt.

¶ *Expoſitio literalis cap.3. Vulgò dicitur,&c.* *Articulus* 6.

POſt populi Iudę increpationẽ,inuitaẽ à Dño ad emendationem:& nè ſcelerum ſuorũ magnitu-
dine territus deſperet,Deus clemẽtiſſimus pœnitentibus incomphenſibilem miſericordiã pol-
licetur.[Vulgò] i. vulgariter[diciẽ:Si dimiſerit vir vxorẽ ſuam] propter adulteria eius, [& recedens
ab eo]vxor illa per diuortium, [duxerit virum alterũ] nolens continere, nec curans de viro priore.
[nunquìd reuerteẽ ad eam vltrà]primus maritus?q.d.non.[Nunquìd non polluta & cõtaminata erit
mulier illa?Tu aũt]ô Hieruſalem ſeu plebs regni Iudæ,[fornicata es]ꝑ idololatriã, q̃ eſt fornicatio
ſpiritualis.[cũ amatorib⁹ multis.]i.dijs alienis vel regibus populiſq́; gẽtilibus,in quorũ auxilio ma-
gìs q̃ in Dei adiutorio es confiſa.De qbus amatoribus legiẽ Oſe.2. Dixit,vadã poſt amatores meos,
q dant panes meos mihi.[Tñ reuertere ad me,] ꝑ verã pœnitentiã atq; internã conuerſionẽ. [dicit
Dñs.]Porrò quod ſubdiẽ,[& ego ſuſcipiã te:] non habeẽ in expoſitione & textu Hieronymi, & per
conſequens nec in Hebræo. Eccè q̃ ſuperinfinita eſt miſericordia Dei, & q̃ ſuperdulcis eſt bonitas
eius,& q̃ magna eſt dilectio ad rationalẽ creaturã.Etenim per locũ ab impoſſibili, accipit argumen-
tum ſuæ clementiæ:& quod in alijs nõ fit per viã iuſtitiæ,ipſe ſe phibet facturũ ꝑ viã clemẽtię. Syn-
agoga quippe fuit vxor Dei,& ꝓpter idololatriã eius Deus eã abiecit, quæ mox multis ſe amatori-
bus miſcuit,& nihilominùs Deus ſe offert ad recipiendum eam paratũ, dummodò pœnitere cura-
uerit.Hinc de plebe hac peſſima Dñs ait Ezec.16.Filia matris tuæ es tu,quæ proiecit virum ſuũ. [Le-
ua oculos tuos in directum,] i. mentis tuæ conſiderationem ſine falſitatis atq; erroris obliquitate
ad operum tuorum prauitatem dirige intuendam.[Et vide,vbi non]vel nunc[proſtrata ſis.] q. d. in
oĩbus terrę tuę locis idololatriam commiſiſti.[In vijs ſedebas expectans eos,] cum quibus idolola-
Ezech.16. triæ ſcelera facere poſſes,iuxta illud Ezechielis,In capite omniũ platearum ædificâſti tibi lupanar.
* inſidians ĩn [quaſi latro*in ſolitudine.] i. cum ingenti auiditate idololatrandi, ità ſedebas & expectabas, quẽ-
admodùm latrones in deſerto cum magno ſpoliandi affectu tranſeuntes obſeruant ac præſtolanẽ.
Hinc populo huic dicitur Mich.5. Nunc vaſtaberis filia latronis. [& polluiſti terram] i. habitantes
in terra, putà teipſam,& tibi cõmunicantes,[in fornicationibus tuis] ſpiritualibus atq; carnalibus,
[& in malitijs tuis.] i. cæteris iniqtatibus.Propriè autẽ vocant malitias,peccata quæ non ex paſſio-
ne,infirmitate ſeu ignorantia,ſed ex electione & habitu ꝓfluunt vitioſo.Quamobrem ꝓhibitę ſunt
ſtil-

ſtillæ pluuiarum,] i. propter hæc tua peccata,pluuiã pro terræ fœcundatione neceſſariam tibi ſub-
traxi.[& ſerotinus imber non fuit:]i.pluuia veſpertina tibi conceſſa nõ.eſt.Hoc filijs Iſrael accidiſ-
ſe cum magna cariſtia,patet in lib.Regum,&Amos 4.Dñs ait:Ego quoq; prohibui à vobis imbrem, 3. Reg. 17.
cùm adhuc tres menſes ſupereſſent vſq; ad meſſem. Vndè & Iacobi vltimo ſcriptum eſt, quòd ſub
Helia non plueratannos tres & menſes ſex.[Frons mulieris meretricis facta eſt tibi:]i.ſine om̃i pu-
dore peccâſti,& characterem meretricis,qui eſt inuerecundia, tuæ fronti impreſſiſti. [Noluiſti eru-
beſcere]de quacunq; turpitudine vitiorum.Hanc inuerecũdiam ſupermiſeriamq́; inducit conſue-
tudo peccandi & amor peccati.Cumq́; verecundia ſoleat homines à multis peccatis retrahere, dum
quis ad præfatam impudentiam beſtialem peruenerit, ſine menſura & numero grauiſſimè peccat,
ità ꝙ tota vita ſua eſt velut continuum quoddam peccatum.Hoc eſt quod Iſaiæ 3.Dñs loquitur:Pec-
catum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt.& item Ezech.16. Facis hæc om̃ia opera mulieris mere-
tricis & procacis.[Ergò ſaltem amodò voca me,Pater meus,]i.p̃terita mala tibi ſufficiant,& poſt tã-
tam ruinam ſaltem nunc decæterò dic me eſſe patrem tuum ratione creationis ac gubernationis,
iuxta illud Iſaiæ:Ego Deus tuus,docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Iſaiæ quoq; 64. Iſaiæ 48.
habetur:Et nunc pater noſter es tu,nos verò lutum.[Dux virginitatis meæ tu es.] i. ductor meus eo
tempore,quo ſpiritualiter virgo & ſponſa tua fui per abſtinentiã ab idololatria,ac cæteris grauiori-
bus culpis.[Nunquìd iraſcéris in ppetuum,aut perſeuerabis in finem?]Hoc dupliciter poteſt expo-
ni:primò,vt ſit verbũ Dei ad populum iſtũ.q.d.nunquìd iugiter quaſi cõtra me indignans recedes
à me,aut finaliter in vitijs permanebis?Secundò, vt ſit verbũ populi ad Deum. eritq́; ſenſus: Noli ô
Dñe nobis implacabiliter iraſci,aut perſeuerare in rigore iuſtitiæ. ad quod dicendum, Dñs eos hor-
taẽ.Eccè hìc rurſus cõmendatur nobis immenſitas dignationis ac miſericordiæ Dei, ꝙ à tam cõta-
minata & ingratiſſima plebe,nõ ſolùm dignaẽ,ſed inſupèr exhortatur pater & dux appellari & for-
mam orandi eis ꝑfigit.quo innoteſcit,q̃ veraciter per Ezechielem Deus pijſſimus proteſteẽ:Reuerti- Ezech.18.
mini & viuite,quia nolo mortem peccatoris,ſed vt conuertaẽ & viuat. Verùm (vt ait Hieronymus)
quanto Deus clementior,qui poſt fornicationẽ & vitia viam ſalutis oſtẽdit,tanto infelicior eſt pec-
catrix,q̃ non vult poſt vulnera peccatorum recipere ſanitatẽ.[Eccè locuta es,& feciſti mala,]i.ore &
opere exceſſiſti,& mala quæ te facturã dixiſti,es exequuta.[& potuiſti.]i.ad peccandũ potens fuiſti,
potẽtia tibi cõceſſa abutẽdo,iuxta illud:Quid gloriaris in malitia,q potens es in iniquitate?*[Et pro Pſal.51.
verbis pœnitentiæ,verbis ſuperbiæ blaſphemâſti.] i.pro eo ꝙ me verbis pœnitentiæ pro remiſſio-
ne peccatorũ tuorum orare debueras,è cõtrario verbis ſupbiæ me inhonorâſti,dicendo:non ſerui-
am,& idola adorabo,iuxta illud Iſaiæ: Blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael. [Et implêſti cogitationẽ tuã Iſaię 1.
malam,]ei non tm̃ conſentiendo,ſed opere implẽdo eam.[& oſtendiſti contra virũ fortitudinẽ tu-
am,] i. ꝓphetas & iuſtos te increpãtes es ꝑſequuta. [vt poſſes facere,quod ſermone tractâſti]te eſſe
acturã. De hac pfida plebe loquiẽ Moſes Deut.32. Hæccine reddis Dño popule ſtulte & inſipiens?
Nunquìd nõ ipſe eſt pater tuus,q poſſedit te,& fecit & creauit te?Præterea quidã affirmant hũc paſ-
ſum ab illo loco incluſiuè,Et ꝓ verbis pœnitentiæ,non eſſe de textu,nec in Hebræo haberi.Verũ-
tamẽ Hieronym⁹ verba hæc ponit,nec ſonãt quaſi ab aliquo expoſitore adiecta.*[Et dixit Dñs ad
me in dieb⁹ Ioſiæ regis:Nunquìd vidiſti]i.nonnè ô Ieremia ꝓuidè cõſiderâſti,[quę fecerit aduerſa-
trix Iſrael?]i. plebs decẽ tribuum diuinis p̃ceptis aduerſans & idola colens.Porrò quid fecerit,ſub-
diẽ:[Abijt ſibimet]i.ad ſuam pernicíẽ à Deo receſſit,ac profecta eſt[ſuper oẽm montem excelſum,
&*ſubter om̃e lignum frondoſum,& fornicata eſt ibì:] i. in locis terræ ſuæ ſublimibus ac amœnis * ſub omni ligno frondoſo
idolorũ cultum exercuit,ſecundùm illud Oſeæ 4.Sup capita montium ſacrificabant,& ſuper colles
accendebant thymiama,ſubter quercum & terebynthum,quia bona erat vmbra eius.[Et dixi,cùm
feciſſet hæc oĩa,ad me reuertere,& non eſt reuerſa.] Hoc Oſeæ 7.& Amos 4.clariſſimè patet,quia ꝑ
hos ꝓphetas Deus ſpecialiter regnũ Iſrael,ſ.decem tribuũ increpauit,atq; ad pœnitentiã ꝓuocauit,
ſed ſe corrigere noluerũt,immò etiã per diuerſa flagella eos corripuit,nec tñ conuerſæ ſunt,prout
in Amos prophetia contineẽ.Conſequenter oſtendit Dñs enormitatẽ peccati duarum tribuum,cõ- Amos 4. & 5.
paratione peccati decem tribuũ.[Et vidit p̃uaricatrix ſoror eius Iuda.]Loquiẽ Deus de duorum re-
gnorũ populis,ſub figura duarum ſororũ:tum quia ex eodem patre,ſ.Abraham,deſcenderunt, tum
quia in impietate ſimiles factæ ſunt,iuxta quem etiam modũ loquitur de eis Ezech.23. ſub nomine
Oollæ & Oolibæ.Eſt autem conſuetudo ꝓphetis,totũ populũ nomine filiæ aut ſororis ſignificare,
& ſicut Ezechiel populum Iſrael vocat domũ exaſperãtem & exaſperatricẽ,ità hoc loco aduerſatrix Ezec.2. 3.& 12.
eſt nominata.[quia pro eo ꝙ mœchata eſſet aduerſatrix Iſrael,] cum idolis ſeu aureis vitulis forni-
cando,[dimiſiſſem eam,] i.hoſtibus ſuis tradidiſſem, [& dediſſem ei libellum repudij,] eam à ſpi-
rituali coniunctione,quam habuit mecum,ſeparando. Eſt autem libellus repudij, ſcriptura conti-
nens cauſam diuortij.[& non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius: ſed abijt, & fornicata eſt etiam
ipſa,]i.mente à Deo receſſit,& idolis ſe coniunxit.[& facilitate] i. conſuetudine ac promptitudine
[for-

[fornicationis ſuæ] i.idololatriæ,immò etiã aliorum vitiorum, [contaminauit terram,& mœchata
eſt cum lapide & ligno.] i.cum dijs ligneis atq; lapideis.[Et in oĩbus his non eſt reuerſa ad me pręuaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo,] i. verè & ex animo. [ſed in mẽdacio, ait Dñs.] i. ex ſimulatiõe quadam ſicut hypocritæ. In quo patet duritia populi Iudæ,ꝙ exemplo ꝑuaricationis decem tribuum,in captiuitatẽ ac mortem datarum,territus non eſt nec correctus:cùm tamen aliorum
Prou.19. tormenta,aliorũ ſoleant eſſe remedia,iuxta illud Prouerbiorum: Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit.Vndè cõmuniter dicitur:Felix quẽ faciunt aliena pericula peritum. [Et dixit Dñs ad me:
Iuſtificauit] i.minùs polluit,& reſpectiuè loquendo,iuſtitiam fecit. [animã ſuam aduerſatrix Iſrael,
cõparatione pręuaricatricis Iudę.] Idololatria ꝗppe populi Iudæ,grauior facta eſt,qa in templo Dei idola coluit,& in Hieruſalẽ ciuitate ad Dei cultum ſpecialiter ꝑelecta, & qm̃ valdè præcipua beneficia ꝑſtitit Deus populo Iudæ,multosq́; religioſos reges ac ſanctos prophetas.Hinc Ezech.23.legitur,ꝙ Ooliba,i.Hieruſalem,plùs q̃ Oolla,i.Samaria,ſ.decẽ tribus,inſaniuit libidine.At verò de grauiſſima idololatria regni Iudæ,ꝓlixè narratur Ezech.8. & Iſa.2:quomodò ſcilicet reptilia & talpas ac veſpertiliones adorauit.Inſupèr Dñs præcipit Ieremiæ:[Vade, & clama]i.fortiter prædica[ſermones iſtos cõtra aquilonem.]i.ad eos ſeu verſùs eos qui ſunt reſpectu Iudæę in plaga aquilonari. [Et
*auerſatrix dices:Reuertere*aduerſatrix Iſrael,dicit Dñs.] i.pœnitentiam age, vel ad ꝓpriam terram reuertere, ſeu redibis,vt ſit vaticiniũ de futuro,non exhortatio tm̃. Sermo iſte,ſecundùm Hieronymũ, dirigĩ ad decem tribus in Aſſyrijs captas,& item ad duas,quæ iam pro parte in Babyloniã ductæ fuerunt, quarum his verbis reuerſio prædicaĩ.Quidam verò affirmant,Ieremiam à Deo in Aſſyriorum terrã tranſmiſſum,ad prædicandum ibidèm filijs Iſrael captis. quod non videtur quibuſdam probabile. Propter quod dicũt Ieremiã miſſum ad terram decẽ tribuũ,vt pręducaret illis ibidèm,qui manus regis Aſſyriorum effugerant.terram verò decem tribuum,aſſerunt in aquilonari parte ſitam reſpectu Hieruſalem.Arbitror autẽ rationabiliter poſſe dici,ꝙ his verbis non præcipitur Ieremias corporaliter ire ad aliam terram, ſed vultum ſuum loquendo verſùs illam dirigere: ad innuendum,ꝙ ad eos qui ibì degebãt,pertineret hic ſermo eo modo quo Ezech.21. habetur: Factus eſt ſermo Dñi ad me,dicens:Fili hominis,pone faciem tuam, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta cõtra humum Iſrael. Nec obſtat quòd Ieremiæ dicitur, Vade: quia per hoc deſignatur officij ſibi iniuncti exequutio.[Et
Iſa.30. nõ auertã faciem meã] i.pietatis reſpectũ[à vobis]pœnitentibus,iuxta illud Iſaiæ: Si reuerſi fueritis vt quieſcatis,ſalui eritis.[quia ſanctus ego ſum,dicit Dñs,]i.naturaliter bonus,purus,& verax.Idcircò ex propria bonitate vobis miſerebor.Vndè LXX.trãſtulerunt: Miſericors ego ſum. [& non iraſcar in perpetuum] veraciter pœnitentibus in præſenti.In inferno enim nulla eſt redemptio. Ideò
Pſal.76. ait Pſal.Nunquìd in æternum proijciet Deus, aut non apponet vt complacitior ſit adhuc? [Veruntamen ſcito iniquitatem tuam,quia in Dñm Deum tuum præuaricata es:] i.peccata tua humiliter recognoſce,& ſi motus elationis ſubrepſerit, ea animo tuo propone, nè ab humilitate recedas. Hinc
Oſeæ 9. etiam Oſee inducit:Noli lætari,& noli exultare Iſrael,quia fornicatus es à Deo tuo.[Et diſperſiſti] i.hincindè diuiſiſti.[vias tuas alienis]videlicet idolis,eundo corporaliter ad diuerſa loca idolis dedicata.Ideò ſequitur:[ſub omni ligno frondoſo:& vocem meam non audîſti]interiori auditu, prophetarum ſermonibus acquieſcendo,atq; diuinis obtemperando præceptis.[ait Dñs: Conuertimini]ad me[filij reuertentes,dicit Dñs.]quemadmodùm partìm ex verbis Hieronymi,partimq́; ex aliorum verbis eliciĩ,quidam Hebræi,& item quidam catholici exponunt hunc paſſum vſq; ad finem cap.ꝓ tempore reuerſionis Iudæorũ à Babylonica captiuitate:& q̃uis litera valeat applicari ad hoc, multa tñ hìc inſeruñĩ,quæ non propriè aptañĩ ad hoc,ſicut procedendo patebit. Idcircò ſecũdùm Hieronymum & multos catholicorum,immò & ſecundùm ꝑcipuos Iudæorũ doctores, meliùs exponiĩ pro tempore Chriſti,de generali non ſolùm Iudæorũ,ſed & gẽtium cõuerſione. Itaq; in Chr̃i vnigeniti Dei patris perſona nunc dicitur:Cõuertimini ad Deum verũ, & euangelicæ legis doctrinam filij reuertentes à legalium obſeruatione & vmbra figurarũ,ad lucem perſpicuam veritatis impletæ,dicit Dñs.[qa ego vir] i.ſponſus [veſter.]Chriſtus nanq; eſt ſponſus Eccleſiæ,de quo populus Iſrael ait Oſeæ 2.Reuertar ad virum meum priorem.qui ꝑ Oſee iterùm proteſtaĩ:Sponſabo te mihi in fide.[Et aſſumam vos,vnum de ciuitate,& duos de cognatione]i.pauciſſimi ex vobis ô Iudęi cõuertentur,& credent in me,ſicut prophetæ concorditer ꝑdixerunt. Vndè eſt illud Pſal.68. Obſcurentur oculi eorum nè videant.Et Dan.9.Non erit eius populus qui eum negaturus eſt, & finis eius vaſtitas,& vſq; in finem perſeuerabit deſolatio. Itemq́; Iſaiæ 49. Chriſtus ſecundùm naturã aſſum-
Iſaiæ 1. ptam teſtatur:Hæc dicit Dñs, formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum, & Iſrael
Rom.11. non cõgregabitur.ꝙ autem aliqui conuerterenĩ,Iſaias prædixit:Niſi Dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma eſſemus.de quibus ait Apoſtolus: Reliquię per electionem gratiæ ſaluę factę
Pſal.86. ſunt.[Et introducam vos in Sion,] i. in militantem Eccleſiam. De qua ait Pſalmiſta:Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Apoſtolus quoq; ad Hebr.12.Acceſſiſtis ad montem

tem Sion.Deniq; noĩe Sion,Eccleſia Chriſti cõuenientiſſimè deſignaĩ,quia in monte Sion ſumpſit Mat.26.
exordium.Ibì eñ Chr̃s frequenter in tẽplo ꝑdicauit,& multa fecit ꝓdigia,ibì quoq; fecit cœnã no- Ioan.10. Acto.2.
uiſſimã,in qua Eccleſiæ ſacramentũ inſtituit,atq; legalibus quodãmodò finem impoſuit. Inſupèr ibidèm in cœnaculo,ſ.grãdi,miſit diſcipulis ſpiritũ ſanctum,quo illi impleti,mox in tẽplo euangelicam legẽ ꝑdicare exorſi ſunt.Propter quod ſcriptũ eſt Iſa.2.De Sion exibit lex.in Pſal.109. quoq; diciĩ Chr̃o:Virgã virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion. [Et dabo vobis paſtores iuxta cor meũ,] i. mihi placẽtes & voluntati meæ cõformes,ſicut Dauid fuit vir ſecundùm cor Dei,putà apoſtolos,quibus Acto.13.
in Euãgelio loquiĩ Chr̃s:Ite ad oues q̃ periêrunt,domûs Iſrael. Quibus diciĩ Iſa.61. Vos ſacerdotes Mat.10.
Dñi vocabimini:miniſtri Dei noſtri,diceĩ vobis. [& paſcent vos] i.aĩas veſtras reficient [ſcientia & doctrina.] i.noui ac veteris teſtamẽti ſcriptura:vel ſcientia,quãtùm ad theologiæ ſpeculabilia:& doctrina,quantùm ad practica ſiue moralia.Hoc egérunt apoſtoli & apoſtolici viri ꝑdicando, præſertim poſt Chr̃i paſſionẽ,euangelicę legis theoriã ac diſciplinam.Petrus quoq;,Iacobus & Iudas,ſcripſerunt Iudæis epiſtolas,ſimiliter Paulus vnã.[Cumq́; multiplicati fueritis, & creueritis in terra,] i. merito & numero aucti fueritis in Iudæa, quod ſtatìm poſt ſpiritûs ſancti miſſionẽ fiebat, ſicut Act. 6.legiĩ,quia addebat Dñs quotidiè qui ſalui fierẽt:& augebaĩ numerus diſcipulorum in Hieruſalem valdè.& rurſus,Multa turba ſacerdotũ obediebat fidei.[in dieb' illis,ait Dñs,nõ dicent vltrà] ex Iudaiſmo cõuerſi,& cęteri Chriſtiani.Mutaĩ aũt hìc modus loquendi à ſecunda ꝑſona ad tertiã, ſed de eiſdẽ eſt ſermo.[Arca]pacti vel[teſtamenti Dñi,neq; aſſcender ſup cor,] i. eius ꝑſentiam non optabunt,nec ponẽt in ea fidutiã,vt olim qñ ferebant eam ad prælia,vt per eam triumpharent,iuxta illud 1.libri Regũ:Afferamus ad nos arcam Dñi,vt nos liberet de manibus Philiſtinorũ. [neq; recor- 1.Reg.4.
dabunĩ illius,]vt circa eam fiat cultus diuinus.[nec viſitabitur,] i.credentes non ibunt ad locũ qui eſt cauſa deuotionis.[nec fiet vltrà]arca noua,ex quibus clariſſimè error Iudęorũ pateſcit,dicentiũ ſibi in aduentu Meſſiæ arcam Dñi & cæremonialia ac ſacrificia reſtituenda. Siquidẽ arca iſta fuit figura Chriſti,quantùm ad multa.Ideò Chr̃o iam nato ac reuelato,nõ curaĩ de arca. [In tempore illo vocabunt Hieruſalẽ]i.militantem Eccleſiã,cui Iſa.60.dicitur:Surge,illuminare Hieruſalem.[ſolium Dñi,]quia in ea eſt ſedes Dei thronuſq́; Chriſti,qui in fidelium cordibus cõmoratur, atq; ſub formis ſacramentalibus in locis Eccleſiæ conſeruaĩ. Poteſt quoq; de vrbe illa Hieruſalem accipi,in qua Chriſtiana religio viguit primò.[Et congregabunĩ ad eam omnes gentes] i. quidam,immò & plurimi ex cunctis populis mundi ad Eccleſiam congregabunĩ:[in nomine Dñi in Hieruſalem:]Repetitio,confirmationis ac veritatis indiciũ eſt.Hoc ꝑdixit Pſal.Reminiſcentur,inquiens,& conuer- Pſal.21.
tenĩ ad Dñm vniuerſi fines terræ. Et Iſaiæ 60. huic Hieruſalem dicitur:Mirabitur,& dilatabitur cor tuum,quandò conuerſa fuerit multitudo maris,fortitudo gentium venerit tibi.Hoc autẽ poſt reditum à Babylone,impletum non eſt ante Chr̃i aduentũ.[& non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi,] quia de priſtinis malis efficaciter pœnitebunt. [In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael,] i.quidam de populo Iudæ,ad quoſdã de populo decem tribuum. [& venient ſimul de terra aquilonis,ad terram quam dedi patribus veſtris.] Iſtud non fuit impletum tẽpore reuerſionis Iudæorum à Babylonica captiuitate,nec leguñĩ tunc aliqui de populo Iudæ iuiſſe ad decem tribus inter Aſſyrios captas,ità ꝙ ſimul cum eis ad terram Iſrael ſint reuerſi.Iſtud igiĩ tempore gratiæ cõſtat impletũ,quandò nonnulli ex Iudæis in Chr̃m credentes,in terris aquilonaribus euangelicã le- Acto.13.
gem ꝑdicauerunt,tam ipſis gentilibus q̃ filijs Iſrael ibì detentis,cum quibus ſimul venerunt ad ter- & 17.
ram viuentiũ ſeu patriam beatorũ,quã Deus patriarchis principaliter repromiſit: cùm bona iſta terrena non ſint ſufficiens,vltimatũ principaléve ꝑmium operum virtuoſorum.vndè Iſaias inducit:Si glorificaueris Dñm,ſuſtollã te ſup altitudinem terrę,ait Dñs.Præterea ꝓbabile reor,nonnullos iſto- Iſa.58.
rum ex deuotione viciſsìm terram ſanctam viſitâſſe & loca paſſionis Dominicæ. Quidam ꝑ terram aquilonis,intelligunt generaliter eos, in quibus duriſſimũ frigus impietatis atq; diaboli imperium regnant. Conſequenter Dñs quærit ac reſpondet, qualiter memorata terra viuentium obtineatur. [Ego aũt]Dñs[dixi] per ꝓphetas,[quomodò ponã te in filios,] i.in numero filiorũ adoptionis, ſeu electorũ, ſeu in ſorte credentium. [& tribuã tibi terram deſiderabilem,] i.terrã regni cæleſtis,quæ ob firmitatem ac ſoliditatem terra vocaĩ.[hæreditatem ꝑclaram]qm̃ terra hæc nobiliſſima hæreditas.[exercituum gentiũ?] i.omnium turbarum fidelium nationum,de quibus ait Apoc.7. Ioannes: Vidi turbam magnã, quam dinumerare nemo poterat, ex oĩbus gentibus,ſtantes ante thronum. Quidam ꝑ exercitus gentiũ,intelligunt angelos ſanctos, regnorũ hominumq́; cuſtodes. [Et dixi,] i.ad hanc quæſtionem reſpondi, docendo ꝑ prophetas,quomodò iſtud fiat.[patrem vocabis me,] mihi filialiter,charitatiuè & reuerenter adhærendo ac obſequendo. [Et poſt me ingredi non ceſſabis.] id eſt, me indeſinenter ſequéris, meæ bonitati,pietati,charitati,ſanctitati, te pro modulo cõformando. Sic nanque per Moſen Dominus dixit: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Verùm Leu.19.
quia Iudæi pro maiori parte in infidelitate manſerunt,adiunctum eſt:[Sed quomodò ſi contemnat
mulier

mulier amatorē ſuū,ſic contempſit me domus Iſrael,dicit Dn̄s]rex Meſſias,quem Iudęi leguntur in
Euāgelio multipliciter pſecuti,aſpernati, ac blaſphemâſſe.Ad quod allegat Apoſtolus illud ex Iſa.
Rom.11. 65.Tota die expādi manus meas ad populū non credentē, & contradicentem mihi. Chr̄s quoq; ait
Pſal.21. Pſal.68.ad patrē:Improperia exprobrantiū tibi ceciderunt ſup me.Et rurſus:Oēs videntes me,deri-
ſerunt me.Cuius impietatis debita pœna ſubiungit̄:[Vox in vijs audita eſt, vlulatus & ploratus fili-
orū Iſrael.]nēpe propter hāc culpā à Romanis vaſtati ſunt,partìm occiſi, partìm venundati,partìm
captiui abducti,ità q̄ vlulando atq; plorando p vias hincindè progreſſi ſunt.Hinc Iſa.42.de eis p̄di-
ctum eſt:Ipſe aūt populus direptus,& vaſtatus,laqueus iuuenū,oēs facti ſunt in rapinā. [qm̄ iniquā
fecerunt viam ſuā,]i.conuerſationē ſuam vitioſam fecerunt,idcircò excæcauit eos malitia eorū, ità
q̄ Chriſtū qui eſt lux,via,veritas & vita,non cognouerunt,immò grauis fuit eis ad videndū.[& ob-
liti ſunt Dn̄i Dei ſui,]nō credēdo in eū. Nihilominùs inuitant̄ adhuc ad emēdationē, vt vel pœnis
attriti,intelligāt q̄ propter perfidiam ſuā & Chriſti negationē,iſta perpeſſi ſint.[Cōuertimini]ad fi-
dem Chr̄i[filij reuertentes]ab errore ad veritatē, [& ſanabo auerſiones veſtras.] i.blaſphemias cæ-
Acto.2. teraq; peccata in Chr̄o per gratiæ infuſionem delebo.Vndè Petr᷒ dixit Iudæis: Pœnitentiā agite, &
baptizetur vnuſquiſq; veſtrū in nomine Ieſu Chr̄i in remiſſionē peccatorū.Deindè in perſona cō-
uerſorū nunc ſubdit̄:[Eccè nos venimus ad te]Chr̄e Saluator ſpirituali mentis acceſſu,per fidem &
Pſal.33. charitatē,de quo fertur in Pſalmo: Accedite ad eū, & illuminamini. Tu enim es Dn̄s Deus noſter.]
Iere.23. Vndè infrà habetur de Chr̄o:Hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dn̄s iuſtus noſter. Et de ipſo
Pſal.44. dicit Pſal.Concupiſcet rex decorem tuū,qm̄ ipſe eſt Dn̄s Deus tuus. Deniq; in perſona iſtorū cre-
dentiū ſcriptum eſt Iſa.25. Eccè Deus noſter, expectauimus eū,& ſaluabit nos. [Verè mēdaces erāt
colles,& multitudo montiū.]i.ſcribæ & phariſæi ac ſacerdotes,qui erāt eminētiores in populo,Ie-
ſum Chriſtum negando,mēdaces fuerunt, q̄bus & Ioan.8. loquitur Chr̄s:Si dixero quia non noui
patrē,ero ſimilis vobis,mendax.Et Sap.2.dixiſſe legunt̄: Tanq̄ nugaces æſtimati ſumus ab eo. Solet
Zach.4. ſcriptura nomine collium & montiū,ſuperbos exprimere,iuxta illud Zachariæ: Quis tu mons ma-
gne coram Zorobabel in planum?atq; Iſa.40.Om̄is mons & collis humiliabitur. [Verè in Domino
Deo noſtro ſalus Iſrael:]i. beatitudo Iſraelitici populi in Chriſto conſiſtit,quemadmodùm Act.4.
Petrus teſtatur:Nec eſt nomen aliud ſub cælo datū hoībus,in quo oporteat nos ſaluos fieri.Inſupèr
iſti pœnitentes adijciunt:[Confuſio]i. punitio cōfuſiua nobis,propter peccata noſtra in Chr̄m cō-
miſſa.[comedit laborē patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, greges eorū & armenta eorum,
filios eorū & filias eorū.] i.q̄a non ſolùm à Romanis fuerunt ſpoliati & partìm occiſi Iudæi,ſed etiā
multis diebus ante Romanorū aduentum plura eis acciderunt aduerſa, vt patet ex Ioſepho.[Dor-
miemus in confuſione noſtra,& operiet nos ignominia noſtra:] i.diebus ac noctibus confuſio no-
ſtra durabit,& tantā ignominiam pro noſtris recipiemus ſceleribus,vt ea operiri dicamur. Et hoc
accipi poteſt de cōfuſione ſalubri,qua de ſuis peccatis in ſeipſis confuſi ſunt. [quomodò Dn̄o Deo
noſtro peccauimus nos & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſq; in hanc diem:]Chriſtū negando
1.Ioan.5. ad irreuerentiam patris,(qui enim non credit in filium,mendacem facit patrem,vt ait Ioannes)im-
mò totiùs ſupergloriosiſſimæ Trinitatis.[& non audiuimus vocem Dn̄i Dei noſtri.] propter nos in-
Ioan.5. carnati,qui locutus eſt nobis:Si crederetis Moſi,crederetis forſitan & mihi.

¶*Elucidatio myſtica & moralis eiuſdem cap.3.* *Articulus* 7.

Mat.5. & 19. VLgò dicitur:Si dimiſerit vir vxorem ſuam. Quod,Chr̄o docente, excepta fornicationis cau-
ſa,non licet:& recedens ab eo,duxerit virum alterum, nunquid reuertet̄?&c. & ſi hoc nō fiat
in corporalibus illis cōmercijs matrimonioq́; carnali,nihilominùs pater miſericordiarū & Deus to-
tius cōſolationis,ex incomp̄henſibili ſua benignitate loq̄tur animæ peccatrici,vel cuicunq; Eccle-
ſiæ particulari p̄uaricatrici: Tu aūt fornicata es cum amatoribus multis, peccando cū impijs & im-
mundis,immò etiā finaliter inhærendo reb᷒ viliſſimis, caducis & inanimatis,quas Deo altiſſimo p̄-
tuliſti,& ob illarū amorem oīpotentis legiſlatoris mādata ſpreuiſti.Eccè quanta eſt ingratitudo,vi-
litas,atq; p̄uerſitas peccatoris,q̄ Deo ſublimi, bono, immēſo,à quo tanta bn̄ficia ſumpſit,terrena &
carnalia iſta p̄ponit.Et meritò prorſus aīa illa fornicatrix,meretrix & adultera nuncupat̄,quę men-
tem ſuam ampliùs vnit iſtis viliſſimis, q̄ ſuperdigniſſimo creatori. Quemadmodùm nanq; carnalis
coniunctio fit p ſeminū commixtionē, ità ſpiritalis cōiunctio fit p affectuū vnionē.Et ſicut carnalis
coniunctio,matrimonialis aſſerit̄,dū eſt inter perſonas legitimas: ſic quoq; ſpiritalis coniūctio mē-
tis creatæ,nuptialis ac matrimonialis,immò & virginalis cenſet̄,dū eſt cū mente increata Deo æter-
no,cui ſoli debet inhærere finaliter,& ei p̄cipuè charitatiuè vniri. Vndè cum tot amatoribus forni-
cat̄,quot rebus creatis caducis atq; vanis,magìs q̄ Deo,cōiungitur aut inhæret. Quidam eq̄dem for-
nicantur cum carne,quidā cum argento & auro, quidā cum tēporali honore, quidam cum veſte &
domo,quidā cum propria voluntate,quidam cum informi ſcientia, quidā cum oībus iſtis aut pluri-
bus horum.Nihilominùs ipſe miſericordiſſimus Deus, qui offenſus eſt & contemptus, & primò ad
mi-

ſerendū pulſari debuerat,primitùs ad pœnitentiā prouocat & inuitat: ſeq́; ad ignoſcendum,dili-
gendum,ac benefaciendum paratiſſimum præbet.Nam ſubditur: Tamē reuertere ad me, dicit Dn̄s.
Redeundum eſt aūt ad Deum intra nos,quoniā ipſe tanq̄ immenſus & incircūſcriptus, in omnibus
eſt,nō incluſus:& extra om̄ia,non excluſus:& iſta reditio,eſt mentis ad Deum conuerſio:hæcq́; cō-
uerſio,eſt Dei contēplatio atq; dilectio. Ideò loquit̄ Dn̄s Iohel.2. Cōuertimini ad me in toto corde
veſtro,putà per intellectū ac bonam voluntatem, vt mentis aciem ad Dei conſiderationē, volunta-
tiſq́; auiditatem ad eius amorē,immò ad ipſum Deum intuendum ac diligendum viriliter intra nos
erigamus. Et ego ſuſcipiam te,i. vlnis clementiæ, pietatiſq́; brachijs te conſtringā inſtàr indulgen-
tiſſimi patris,qui filio prodigo reuertenti occurrit,eundē deoſculans & amplexans.Sic enim Dn̄s per Luc.15.
prophetam ait:Ego quaſi nutritius Ephraim,portaui eos in brachijs meis.Vndè de ipſo loquitur:In Oſeæ 11.
brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit.Leua oculos tuos in directum, quaſi lineali- Iſaię 40.
tèr ad veritatem,& ſolum Deum præ oculis habendo:& vide vbì nunc proſtrata ſis,i.in quibus viti-
orum generibus ſuccubuiſti,& quibus tentationibus victa es, circunſtantias etiam peccatorū pen-
ſando,ſ.locum,tempus,quotiès,quo fine, cum quibus, & qualiter, ſeu ex qua cauſa. Prætereà conſi-
derandum,quòd aliqui peccatores oculos ſuos aperiūt,quia ſe peccatores eſſe cognoſcunt:ſed eos
non leuant ſeu erigunt ſurſum,quia ad temporalem diffamiā ſiue præſens incommodum magìs re-
ſpiciunt,q̄ ad Deum.Alij oculos leuant ad Deum,ſed obliquè, non penitùs in directū. Nam quāuìs
intuitu Dei peccatores ſe eſſe fateantur,impietates tamē ſuas perfunctoriè & ſemiplenè corde per-
tractant:& quod magnū eſt vitium,reputant paruū:quod eſt fraudis ac doli,prudentiam. ſed miſeri
fallunt ſeipſos.De quolibet tali accipi poteſt illud Pſal.35.Quoniā doloſè egit in cōſpectu eius. Ve-
rùm ſapienter agamus,& peccata nr̄a grauiſſima reputemus: quoniā verè grauiora omninò ſunt, q̄
comp̄hendere poſſumus:& quicq̄d aduerſitatis acciderit propter ea & pro eis, cū gaudio patiamur.
In vijs ſedebas,expectans eos cū q̄bus impietatē & vanitatem cōmitteres. Hoc cōpetit ijs, qui pec-
candi occaſionē exquirunt,& tentatorem p̄ueniunt potiùs q̄ expectant,pergentes ante faciē ſubſe-
quentis.Qui,ſicut ſcriptū eſt,parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. Item in Pſal.72. Prodijt quaſi ex adipe Iob 3.
iniquitas eorū,trāſiērunt in affectum cordis.Huiuſmodi aſſimilant̄ & latroni. Nam ſicut ille corpo-
ra,ità hi & ſuā & aliorum perimunt animas:quod totum etiā de his quoq; accipiendū eſt,qui & alios
ſcandalizare & malè informare non trepidant.Ideò ſubiunctum eſt in textu:Quaſi latro in ſolitudi-
ne.& polluiſti terrā,i.propriā carnem in fornicationib᷒ & in malitijs tuis, quū dicat Apoſtolus: Qui 1.Cor. 6.
fornicat̄,in corpus ſuū peccat:& q̄ adhæret meretrici,vnū cū ea corpus efficit̄.Deniq; q̄ vitioſè agē-
do,congregationē ſuā ſeu alios quoſq; inficiunt,polluunt in fornicationib᷒ ſuis ſpiritalibus vel cor-
poralibus terrā,quibus cōuenit illud:Polluerunt tabernaculū noīs tui. Om̄e aūt peccatum mortale, Pſal.82.
eſt fornicatio ſpiritalis:quia p ipſum aīa à ſponſo cæleſti recedit,atq; caducis ac dæmonibus ſe pro-
ſternit.Quoddā verò mortale,eſt etiā fornicatio corporalis. Ideò ſanctus vir loquit̄ Deo: Perdidiſti Pſal.72.
oēs qui fornicātur abs te.Quāobrem p̄hibitę ſunt ſtillę pluuiarū,i.ob hæc tua peccata,ablata eſt tibi
gr̄a doctrinarum & illuminationū cæleſtium.In maleuolā enim aīam non introibit ſapientia.Et ſe- Sap.1.
rotinus imber,i.ros & humor gr̄æ ſupnę,nō fuit tibi cōceſſus. Vn̄ ait Iſa.5.Mandabo nubib᷒ meis nè
pluant ſup eam imbrem.Itē alius:Petite pluuiā à Dn̄o in tēpore ſerotino.Quòd em̄ peccatis nr̄is me- Zach.10.
remur nobis,immò & p̄latis nr̄is,auferri verbum p̄dicatiōis idoneæ,innoteſcit ex eo quod apud p̄-
phetā Ezechielē ſcriptum eſt:Linguā tuam adhęrere faciā palato tuo,& eris mutus,nec quaſi vir ob- Ezech. 3.
iurgans,q̄a domus exaſperās eſt.Frons mulieris meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere.In qui-
buſdā eſt pudor caſtus,ex ipſo bonitatis ſyncero amore & dono ſapiētię p̄fluens,quo in p̄ſentia lu-
cis,ſanctitatis ac ſapientię ſummi Dei,inhoneſtè ac turpiter cogitare,deſiderare,loq̄ aut agere vere-
cundant̄.In alijs verò hic pudor nō eſt,ſed pudor human᷒,quo p̄pter communē honeſtatē hoīmq́;
iudiciū vel adſpectū,vitioſè ſe habere verent̄.Alij demùm ità corrupti ſunt,vt velutì impudentiſſimi
canes,ſine om̄i verecundia peſſimè viuant,& oēs generaliter ſcādalizent, atq; in rebus exultēt peſ-
ſimis:q̄ intātùm obtenebrant̄,vt praua,appareāt eis bona:& q̄ verè vituperabilia dānabiliaq́; conſi-
ſtunt,laudabilia reputent.De quibus ait Iſa.5.Vę qui dicunt malū,bonum:& bonū,malū:ponentes Prou.28.
tenebras lucē,& lucem tenebras.Inſupèr quidā ſunt,qui quum de ſuis exceſſibus increpantur, non
erubeſcunt nec formidant,immò de ſua ſecuritate & inuerecundia glorian̄t: qui ſi in cōſcientia ſua
immunes ſunt,rectè glorian̄t in Dn̄o: ſi autē culpabiles ſunt, de ſui peccati deformitate erubeſcere
debent:increpationem tamen & debitam caſtigationem non timere, immò appetere debent,tanq̄
animæ purgamenta & ſalutis antidotū.Expedit tamē, vt ſe homo ſemp humiliet, nec nimìs ſecurus
ſit,cùm(teſte Gregorio)piarū mentium ſit illic timere culpā,vbì non eſt culpa.Et in Prouerbijs Sa-
lomon faſſus eſt:Beatus homo qui ſemp eſt pauidus.Poſtremò,quod Ieremias nunc ait, cōuenit his
qui ſine rubore tranſgrediunt̄,quod eſt infeliciſſimū hominū genus, cui illud p̄phetę Iſa.48.aptat̄:
Scio q̄a durus es tu,& neruus ferreus ceruix tua,& frons tua ęnea.Erubeſcamus ergò,& infinito ru-

bore verecundemur, coram supermũdiſſimo ac ſanctiſſimo Deo, & ſanctis angelis eius, habere nos
inhoneſtè ac turpiter, pẽſantes illud quod ipſe aſſerit: Ego glorificantes me glorifico: q autẽ conte-
1.Reg. 2. mnunt me, erũt ignobiles. Veneremur ergò totis ꝑcordijs atq; conatibus ꝑſentiã diuinæ maieſtatis,
vbiq; cordis puritati ſemꝑ intenti. ergò ſaltẽ à modò voca me, pater meus & dux, i. dator, conſerua-
tor & cuſtos virginitatis meæ ſpiritalis, q̃ in Dei cultu per fidẽ, ſpem & charitatem cõſiſtit, es tu. Ex
quo elicitur, ꝙ De⁹ in vita ꝑſenti nunq̃ deſpicit veraciter pœnitentẽ, nec vitæ noſtræ reliquias, quã-
Luc. 12. tunlibèt paruas, contẽnit. Propterea Saluator ait: Et ſi in ſecunda vigilia vel tertia venerit, & ità in-
Pſal. 64. uenerit, beati ſunt ſerui illi. Itẽq; Pſal. Exitus matutini, & veſpere delectabis. Et in hoc oſtendit̃ di-
gnatio infinita ſupbeatiſſimi Dei, ꝙ à nobis miſeris atq; viliſſimis, à qbus totiès & tã grauiter offen-
Matt. 6. ſus eſt, monet ſe patrẽ vocari. Vndè & Chr̃s docuit, vt orantes Deum, dicamus: Pater noſter q es in
cælis. Sed q Deum nominat patrẽ, eius dignationi ac gr̃æ non ſit ingratus. ſic nanq; ſcriptum reperi-
Malac. 1. mus: Si pater, inquit, ego ſum, vbì eſt honor meus? Nec dignè eum patrẽ vocamus, niſi filialiter eum
amemus. Tuncq; filialiter eum diligimus, ſi eius ꝑcepta ſolicitè adimplemus. Nunqd ô miſer pecca-
Heb. 3. tor iraſcéris in ꝑpetuum? in vitijs pertinaciter remanendo, cùm dicat Apoſtolus: Non obduret̃ quis
ex vobis fallacia peccati. Sic iraſcẽtibus, & quaſi cum furioſo prauitatis affectu peccãtibus, competit
Oſeæ 7. illud: Oẽs quaſi clibanus ſuccẽſus à coquẽte. Pro verbis pœnitẽtiæ, verbis ſupbiæ blaſphemâſti. Ta-
les ſunt, q cùm Deum ꝓ malis ꝑteritis remittẽdis precari deberẽt quotidiè cum om̃i humilitate, ecõ-
trariò om̃i die eum verbis vitioſis offendũt. Et dixit Dñs ad me: Nunquìd vidiſti qd fecerit aduerſa-
trix Iſrael? Ieremias ſpeciẽ tenet ꝑlatorum ſeu ꝑdicatorum & doctorũ Eccleſiæ, quib⁹ ex diuina cõ-
miſſione incumbit, vt ſubditorum Deo aduerſantium peccata diligẽter cõſiderent, increpẽt & ca-
ſtigent. Inſupèr ꝑ populum Iſrael ſeu decẽ tribuum, intelligunt̃ vulgares & illiterati: ꝑ populum Iu-
dæ, religioſi & clerici. Quẽadmodùm ergò duæ tribus nõ fuerunt correctę exemplo punitionis de-
cẽ tribuum, ſed eis deteriora fecerunt, ſic nunc multi religioſi, literati & clerici, ruinã laicorum ſim-
pliciumq; videntes, nõ ſe continuò correxerunt aut corrigunt, ſed grauiùs illis delinquunt, intãtùm
1.Pet. 4. vt laici cõparatione iſtorum iuſti appareãt, quemadmodùm dicit ſcriptura: Tẽpus eſt vt incipiat iu-
dicium à domo Dei. Immò iſti ꝑ populum Iudæ ſignati, facilitate fornicationis & impiæ conuerſa-
tionis ſuæ contaminant terrã, qm̃ ſuo exemplo dant alijs peccãdi audaciã. Clama contra aquilonẽ,
i. ad eos qui in vitijs ✶ congelant, & ſanctæ dilectionis calore priuati ſunt. Reuertere aduerſatrix Iſ-
Eccl. 2. rael, i. plebs Chriſtiana Deum fide conſpiciens. Et non auertam faciẽ meam. Quis enim inuocauit
Luc. 18. eum, & deſpexit eum? Sed quomodò ſit orandum, edocet Chriſtus: Oportet, inquiens, ſemper ora-
re, & non deficere. Tñ ſcito iniquitatem tuam. Nam q̃uìs Deus mox vt cordialiter pœnitemus, pec-
cata indulgeat quantùm ad culpam, non tamẽ quantùm ad pœnam: ſed vult vt ſacerdoti confitea-
mur, & iuxta eius iudicium ſatisfaciamus: ſicut & nos iniuriantibus nobis tenemur dimittere culpã,
Pſal. 11. non tamen emendam ſeu pœnã, quam ſecundùm ordinẽ iuris expetere licet. Et diſperſiſti vias tuas
Eccl. 5. alienis, i. affectiones & opera tua nõ adunâſti in Dño Deo, ſed per creata hincindè ea dimiſiſti, & ani-
mo vagabundo per inania diſcurriſti, iuxta illud: In circuitu impij ambulant. Item: Nõ te ventiles in
omnem ventum. Eſto firmus in via Dñi & in veritate ſenſûs tui, & proſequatur te verbum pacis. Cõ-
uertimini filij reuertẽtes à multis ad vnum illud, quod ſolum neceſſarium eſt, & à vanitatibus ſeculi
ad veritatem Dei. quia ego vir veſter, i. ſponſus animarum veſtrarum. Vndè Apoc. 19. inducitur: Ve-
nerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Et aſſumam vos, vnum de ciuitate, & duos de con-
Matt. 20. gregatione. Per hoc ſignatur paucitas ſaluandorum, quoniam multi vocati, & pauci electi. In diebus
illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra aquilonis. Hoc (ſicut iam dictum
eſt) fit, dum ſpiritales & literati pergunt ad vulgares ac ſimplices, vt eos informent, & de reproborũ
ſocietate ac dæmonum grege eos educant, ſimulq; veniant ad patriam beatorũ. Prætereà quod ſub-
dit̃, Chriſtus de Eccleſia dicere poteſt & conqueri: Quomodò ſi contemnat mulier amatorẽ ſuum,
Rom. 2. ſic cõtempſit me domus Iſrael. Vndè Apoſtolus: An diuitias bonitatis eius & patientię & longani-
mitatis contẽnis? Vox in vijs audita eſt, vlulatus & ploratus filiorum Iſrael, i. fidelium pœnitentiũ,
qui poſt priſtina gradiuntur vitia, in vijs præceptorum cõſiliorumq; Chriſti, in quibus peractas de-
plangant malitias, vt q̃tùm ſe glorificauerũt vanè & in delicijs fuerunt, tantum nũc ſibi infligãt tor-
menti ac luctûs, iniuriã, quam Deo intulerunt, in ſeipſis ſalubriter vlciſcentes. Cumq; audiêrimus
benigniſſimam Dei exhortationem, q̃ ſubdit̃: Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones
veſtras: acquieſcamus celeriter, & mente compuncti, reſpondeamus veraciter: Eccè nos venímus ad
te, tu enim es Dñs Deus noſter, animarum amator, q totiès à nobis contẽptus, non ceſſas nos reuoca-
re ad te. Verè mẽdaces erant colles, & multitudo montiũ, i. fallax & vana eſt oĩs mundi huius ꝓſpe-
ritas, eminẽtia, opulentia, & q confidunt in eis: nã beatitudinẽ quandã amatoribus ſuis ꝓmittũt, ſed
ſoluere nequeunt, immò ſeducũt, quod in iudicio particulari ac gñali planè patebit, qñ dicturi ſunt
Sap. 5. impij illud Sapiẽtię: Quid profuit nobis ſuperbia? aut qd diuitiarũ iactantia contulit nobis? tranſiê-
runt

runt om̃ia illa tanq̃ vmbra. Hinc quoq; eſt illud: Laus impiorũ breuis eſt, & gaudium hypocritæ ad Iob 20.
inſtar pũcti. Verè in Dño Deo nr̃o laus Iſrael. Deus em̃ ſublimis & benedictus, eſt beatitudo noſtra
obiectalis: & eius clara ꝑ ſpeciẽ viſio, eſt noſtra beatitudo formalis, quemadmodũ vnigenitus Dei in Ioan. 17.
euangelio ait ad patrẽ: Hęc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ verũ Deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chri
ſtum. Confuſio comedit laborẽ patrum noſtrorũ, i. confuſiua vitioſaq; actio, ſpiritaliter mortifica-
uit, prǽmioq; priuauit ꝑcedentia merita maiorum ſeu parẽtum noſtrorum. Nam peccato mortali ſe-
quenti ꝑcedentia merita conſumunt̃, per pœnitentiã tñ reuiuiſcunt. Greges eorũ & armenta, i. paſ-
ſiones & opera ſenſitiuę partis, qua beſtijs cõmunicamus. Filios eorũ & filias eorũ, q patrũ vitia ſunt
ſecuti, inquantùm ea ſecuti ſunt, ità ꝙ cõfuſio ſimilis etiã iſtos cõſumpſit. Aliâs autẽ filius nõ porta-
bit iniquitatẽ patris. Specialiter autẽ confuſio vitæ luxurioſæ, oĩa iſta abſorbet. Dormiemus in cõ-
fuſione nr̃a, i. tantũ de vitæ nr̃æ impietate ac turpitudine verecundari debemus, vt die ac nocte ꝑ-
ſeueret in nobis cõfuſio verecundiæ ſalutaris, & viciſsìm obdormiamus in ea. Operiet nos ignomi-
nia nr̃a. Beatus homo q nunc ſic corripit̃ atq; confundit̃ à Dño oĩpotente, vt per temporalẽ punitio-
nem euadat æternã. Qm̃ Dño Deo noſtro peccauim⁹ & nos & patres noſtri ab adoleſcentia nr̃a vſq;
ad hanc diẽ. Immò ab ea hora, qua ratione vti cœpimus, nè vnum qdem diem ſine peccato tranſegi-
mus. Idcircò tenemur noſipſos maximè humiliare, ac ſeruos inutiles reputare, atq; de infinitis imꝑ-
fectionibus ac inhoneſtatibus nr̃is corã Deo perfecto & ſuperſapientiſſimo verecundari. Et nõ au-
diuimus vocẽ Dñi Dei noſtri nec ſemꝑ, nec in oĩbus, qui inter cæteras ſermonũ ſuorum ait ſenten-
tias: Quum feceritis oĩa quæ ꝑcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus. quod debuimus facere, Luc. 17.
fecimus. Quo ſaluberrimo documento oẽm ſuperbiendi nobis abſtulit occaſionem. Poſtremò in-
tueamur peccata noſtra tanto eſſe enormiora, quãto maior eſt bonitas, ſanctitas, maieſtas & iuſtitia
legiſlatoris noſtri Dñi Dei, quo itẽ plura nobis beneficia præſtitit, & quanto maiora promiſit, quo & 1. Ioan. 4.
ipſe magìs dilexit nos: quæ om̃ia ſi diligenter penſemus, vehementer erubeſcemus.

¶ *Explanatio literalis cap. 4. Si reuerteris Iſrael, ait Dominus, ad me cõuertere.* *Art.* 6

CONſuetudo ꝓphetarum eſt, vt de Iudęorũ populo loquẽtes ac ꝓphetantes, eorum peccata re-
darguant, ad pœnitentiã prouocent, futuras punitiones nõ pœnitentibus ꝑnuncient: & inter
hæc de Chriſto nõnulla viciſsìm interſerãt. Immò hoc eſt eorũ principale intentum, Chr̃i atq; Ec-
cleſiæ ꝑnunciare myſteria, prout Acto. 3. ſcribit̃: Oẽs prophetę à Samuel & deincèps qui locuti ſunt,
ꝑnunciauerunt dies iſtos. Quod & euãgelicus Zacharias inſinuãs: Benedictus, inquit, Dñs Deus Iſ- Lucæ 1.
rael, quia viſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ, Sicut locutus eſt ꝑ os ſanctorum, q à ſeculo ſunt,
ꝓphetarum eius. Pariformiter igit̃ ſanctus Ieremias procedit. Et qui in vltima parte cap. ꝑcedentis
de Chriſti aduẽtu & populo Iudæorũ locutus eſt pro tempore illo, nunc denuò populũ ſui tempo-
ris affatur, hortat̃, & non ſe corrigentibus, Chaldæorũ aduentum vaticinat̃. Veruntñ quidam, vt Hi-
eronymus & eum in hoc aſſecuti, exponunt iſta, ſicut & paſſum ꝑcedentem, ꝓ tempore Chr̃i: quæ
expoſitio infrà tanget̃, & ſpiritalis & allegorica magìs q̃ literalis videt̃, quemadmodùm totã huius
capituli ſeriẽ intuentibus innoteſcere poteſt. Itaq; dicit: [Si reuerteris Iſrael, ait Dñs, ad me cõuerte-
re.] i. ô popule Iudæorũ, ſi verè & ex animo ab idololatria cæteriſq; redis ac pœnites vitijs, nõ niſi ad
me verum Deum cõuertere, q ſolus poſſum ſaluare. Vel ſic: [Si reuerteris ad me,] i. ſi verè, vt dicis, te Iſaiæ 21.
vertis ad me. [cõuertere.] i. dignè & efficaciter te cõuerte, vtpotè toto corde ac ſtabili reditione. cui
conſonat illud Iſaiæ: Si quæritis, quærite. [Si abſtuleris offendicula tua à facie mea,] i. ſi pœniten-
do peccata tua deleueris, ità vt ego ea dimittam quaſi nunq̃ fuiſſent. [non cõmoueberis] de terra
hac in captiuitatẽ, vel non agitaberis aduerſis & paſſionum impulſibus, immò fixa mente Deo in- Iſaiæ 58.
hęrebis. Hinc eſt illud quod per alium prophetã dicit Dñs: Si abſtuleris de medio tuî catenam, & de-
ſiêris loqui quod non prodeſt: requiem tibi dabit Dñs ſemper, & eris quaſi hortus irriguus. [Et iura-
bis, Viuit Dñs,] i. ampliùs non per idolum, ſed per Deum verum iurabis, ſub hac verborum forma:
Viuit Dñs. Hoc enim, ſecundùm Hieronymum, in veteri teſtamento iuſiurandum eſt ad conde-
mnationem mortuorum, per quos iurant idololatræ. Quomodò autẽ iurare ſit licitũ & actus virtu-
tis, in ſequenti tangã articulo. Huic aũt Hieremiæ eloquio conſonat illud Deut. 6. Dñm Deum tuũ
timebis, & per nomen eius iurabis. Quõ autẽ iurandũ ſit, ſubdit̃: [in veritate, & in iudicio, & in iuſti-
tia.] Circa quod ſcribit Hieronym⁹: Iuramentum hos tres habet comites, veritatem, iudicium, & iu-
ſtitiã. ſi iſta defuerint, nequaq̃ erit iuramentum, ſed periuriũ. De hoc in ſequenti articulo pleniùs di-
cam. [Et benedicent eum] videlicet Iſraelem ſeu Iſraeliticũ populũ, per quem hîc intelligit̃ popul⁹
regni Iudæ. [gentes, ipſumq; laudabunt] tanq̃ iuſtum ac proſperum, quia in oĩbus ei benè ſuccedet.
Sic nanq; tempore Dauid & Salomonis quidã gentilium filijs Iſrael benedixerunt, vt Hiram Tyri 2.Reg. 5.
rex, & regina Saba cum ſuis. Vndè etiã prædixit Moſes: Hæc eſt vera ſapiẽtia & intellectus corã ho- 3.Reg. 5.
minibus, vt audientes vniuerſi ꝑcepta hęc, dicant: En populus ſapiens & intelligens. Variat autẽ Ie- 3.Reg. 10. Deut. 4.
remias hoc loco modum loquẽdi à ſecũda perſona in tertiam. [Hæc em̃ dicit Dñs viro Iuda & Hie-

 ruſa-

ruſalē.] Aliqui textus habent, Habitatori Hieruſalē: ſed Habitatori, nec in litera Hieronymi, nec in
Hebræa habet. Præcipit igitur dñs viris Iuda & Hieruſalem, i. populo regni Iudæ, immò & fœminis
ac adoleſcentibus, & cunctis ibidèm ratione vtētibus. Totum autē nomine principalioris partis ex-
primit. [Nouate vobis nouale,] i. terram cordis veſtri de nouo excolite, ſpinas ac tribulos paſſionū
ac vitiorum eijcite. [& nolite ſerere ſup ſpinas.] i. verbum Dei nolite audire corde amaro, pungiti-
uo, iniquo, nec opera ex genere bona faciatis in peccatis mortalibus perdurātes: aliter nullum ſalu-
Oſeæ 10. tis ſortiemini fructū, quēadmodùm propheta Oſeas ait: Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore
miſericordiæ, & innouate vobis nouale. [Circuncidimini dño,] i. in dño & ad eius honorem, vitio-
rum ſuperfluitates reſecando. [& auferte ꝓputia cordium veſtrorum,] i. concupiſcentias & peccata.
Vndè Symmachus tranſtulit, Purificamini dño, & auferte malitias cordium veſtrorum. Hoc dicitur
ad Iudæos, nè corporalē circuncisionē ſine ſpiritali ſibi putarent ſufficere, immò ſpiritalem agno-
ſcerent principalem, ac deo præſertim placentem. Hinc & Moſes Iſraeliticum populum docens, in-
Deut. 16. quit: Circuncidite ꝓputiū cordis veſtri, & ceruicē veſtrā nè induretis ampliùs. [nè fortè egrediatur
vt ignis indignatio mea,] i. zelus iuſtitiȩ meȩ contra vos in vltionem ꝓcedat. [& ſuccendatur] ignis
vindictæ in vobis per Chaldȩos. [& non ſit qui extinguat,] i. à vindicta vos liberet. [propter malitiā
cogitationum veſtrarum.] Ex quo innoteſcit, in cogitationibus eſſe peccatū. Eccè quanta eſt pietas
ſaluatoris: nunc informādo, nunc increpando, nunc blādo ſermone veniam ꝓmittendo, nunc terri-
biliter cōminando admonet reos ad vitæ emendationē, nè pereāt, & nè quaſi inuitus puniat eos di-
riſſimè. Conſequenter punitio iſta notificat futura, ꝙ ꝓuidebant Iudæi pœnitentiā non acturi. Lo-
quit autem propheta ad eos, quos nouerat ex Chaldæorum aduentu terrēdos. [Annunciate in Iu-
da,] i. per oēm Iudææ regionem. [& in Hieruſalem] tanq̄ in metropoli regni ſpecialiter. [auditum
facite: loquìmini, & canite tuba in terra] veſtra, vt moris eſt tempore pugnæ. [clamate fortiter, & di-
cite: Cōgregamini] ô Iudæi, [& * ingrediamur ciuitates munitas] ad defendēdum nos contra Chal-
dæos. [leuate ſignum in Sion.] i. vexillum in Hieruſalem erigite quaſi ad reſiſtendum. Cōfortami-
ni, * nolite ſtare:] ſed æmulis obuiate. Oīa hæc quaſi cum ſubſannatiōe ſeu ironia & more prophe-
* & nolite tali prædicendo, nō exhortando, dicunt. Quaſi dicat propheta: Hæc facietis, & tñ nihil proderit vo-
Ioel 2. bis. Oīa verò hæc, ſicut & ſequentia, in Iſaia, Ezechiele, Sophonia & Ioele habentur. Vndè Ioel: Ca-
nite tuba in Sion, vlulate in monte ſancto meo. conturbentur oēs habitatores terræ, quia venit dies
dñi magnus, dies tenebrarum & turbinis. Vndè nūc ſequitur: [Quia malum] pœnæ [ego adduco ab
aquilone & contritionem] i. deſtructionē [magnam,] videlicet regem Babylonis & eius exercitū,
qui à parte aquilonari contra Iudæam venerunt, atq; eandem grauiſſimè vaſtauerunt. [Aſcēdit leo]
i. Nabuchodonoſor rex Babylonis, fortis & atrox inſtàr leonis. [de cubili ſuo] ſurgens, & induens
ſe, vt veniat in Iudæam. Quòd autem hìc dicitur de rege iſto ſub appellatione leonis, hoc de eodem
Ezech. 17. in alio propheta ſub nomine aquilæ ſcribitur. [& prædo gentium,] i. Nabuchodonoſor, quia gentes
plurimas ſpoliauit ac vicit. [ſe leuabit. egreſſus eſt de loco ſuo,] putà, de Babylone. [vt ponat terram
tuam] ô Iuda [in ſolitudinem,] auferendo ab ea habitatores eius. Ideò ſequitur: Ciuitates tuæ vaſta-
buntur, remanētes abſq; habitatore. Super hoc] i. ob tantam vobis imminentem preſſuram, [accin-
gite vos cilicijs, miſericordiam Dei implorando. [plangite & vlulate, quia non eſt auerſa ira furoris
Domini] i. metuenda vltio iuſtitiæ Dei, [à vobis.] iuxta illud Iſaiæ 5. In omnibus his nō eſt auerſus
furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. [Et erit in die illa, dicit Dominus,] i. tempore obſidionis
4. Reg. 25. Hieruſalem à Chaldæis. [peribit cor regis & cor principum] i. animus Sedechiæ & principum eius
[terrebitur & proſternetur.] ſiquidē occultè fugerunt, & capti fuerunt. [& obſtupeſcent ſacerdotes,
& prophetæ] pſeudo ſcilicet, [conſternabuntur:] quia & ipſi in manus hoſtium inciderunt, & pſeu-
do ſecuritatem prædicantes, mendaces inuenti ſunt. [Et dixi: Heu heu heu Domine Deus.] Conſue-
tudo eſt prophetis quibuſdam, propter ampliorem intentiōem, maximumq; dolorem, idem ter ex-
plicare. Ergó ne decepiſti populum iſtum & Hieruſalem,] i. decipi permiſiſti, [dicens] i. pſeudopro-
phetas dicere permittens: [Pax erit vobis?] Vel ſic: Ergó ne decepiſti populum iſtum, prænuncian-
do eis proſpera per me? Hoc dicit propheta, non quòd putet Deum directè decipere aliquem, ſed
ad inſinuandum animi ſui dolorem. [& eccè peruenit gladius] Chaldæorum [vſq; ad animam:] id
eſt, vſq; ad vitæ corporalis Iudæorum extinctionem, quia de propinquo imminebat multorum oc-
ciſio. [In tempore illo dicetur populo huic & Hieruſalem: Vētus vrens in vijs quæ ſunt in deſerto,]
ſupple, erit ventus [viæ filiæ populi mei] i. ſicut viæ deſerti citò ſiccantur à calido vento, ſic via &
vita Iudaici populi citò conſumetur à rege Babylonis ſimili vento vrenti. Eritq́ue ventus populi
* ſed ad huius, [non ad ventilandum * & ad purgandum.] i. non ad hoc, vt eos purgatiores effectos, in pro-
pria terra relinquat, ſicut viciſſim per ventum paleæ ſeparantur à tritico, vt triticum recondatur in
domo. [Spiritus plenus] i. rapidus ventus [ex his] Chaldæorū vijs [veniet mihi.] i. ad voluntatis meȩ
exequutionem contra Iudæos. Per hunc rapidum ventum, ſignatur furens Chaldæorum exercitus,
iu-

iuxta illud Ioēlis: Ante faciē eius ignis vorans, & poſt eum exurens flamma. [Et nunc ego] ſubaudi, Ioel 2.
hæc facio. quaſi dicat, Nunquìd mihi imputanda eſt iſta Iudæorum punitio, & non magìs eorū ex-
ceſſibus? [Sed loquar iudicia mea cum eis.] i. ipſis monſtrabo ꝙ hæc pro ſuis patiantur ſceleribus.
[Eccè quaſi nubes] i. cum magna abundantia populorum [aſſcendet] leo præfatus, [& quaſi tempe-
ſtas currus eius.] i. quadrigæ eius, quibus victui neceſſaria portabuntur, cum grandi ſtrepitu veni-
ent. [Velociores aquilis equi illius.] Hoc per hyperbolen dictum eſt, ſ. per exceſſum, ad innuendam
magnam omnino velocitatem equorum regis Babylonis. Cui conſonum eſt illud Abacuk: Leuiores Aba. 1.
pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis: volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.
His ergò auditis, Ieremias in perſona populi ait: [Væ nobis, quoniam vaſtati ſumus.] Hoc nempe à
Chaldæis obſeſſi, loquuti ſunt. Quibus ſic deſolatis conſulitur: [Laua à malitia cor tuum Hieruſa-
lem,] i. tu popule Iuda, per compunctionem, contritionem & lachrymas, mētem tuam à vitijs pur-
ga, ſicut ſcriptum eſt: Lauamini, mūdi eſtote, auferte malum cogitationū veſtrarum ab oculis meis. Iſaiæ 1.
[vt ſalua fias.] i. ſalutem animæ conſequaris, etiamſi corpora inimicis dilanianda tradantur. [Vſq;-
quò morabuntur in te cogitationes noxiæ?] id eſt, cur non celeriter repellis à te cogitationes ini-
quas idololatriæ, diffidentiæ, duritiæ, cæterorumq́; vitiorum, quū iam tibi de propinquo immineat
aduerſariorum acceſſus? Propter quod tēpus eſſet pœnitendi, admonente propheta: Væ qui cogita-
tis inutile. [Vox em̄ annunciantis] aduentum Chaldæorum [à Dan,] i. à loco ſic dicto mox veniet, Mich. 2.
[& notum facientis idolum] i. regem Babylonis idololatrā, ſeu deum vel idolum ſuum, quod ſecū
portauit. [de monte Ephraim.] Venit nanq; rex Babylonis primò per tribum dan, deindè circa mō-
tem Ephraim. Et quū ad loca hæc propinquaret, nuncius aliquis ꝓcurrens, nunciauit illius aduentū
regi & habitatoribus Hieruſalē. [Cōcitate gentes,] vt Dei ȩquitatē in punitione Iudȩorū aduertāt.
Vndè alia tranſlatio continet: Dicite in gentibus. [Eccè auditū eſt in Hieruſalem] à nuncijs memo-
ratis, [cuſtodes] i. Chaldæos ciuitatū Iudȩ obſeſſores, [venire de terra longinqua,] putà de Babylo- 4. Reg. 20.
nia. Quamobrē & Ezechias dixit ad Iſaiā de nuncijs regis Babyloniorū: De terra lōginqua venerūt
ad me, de Babylone. [& dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam,] cōminando ꝙ eaſdē demolirentur.
[Quaſi cuſtodes agrorū facti ſunt ſup eam in gyro,] i. ciuitatē Iudæ, ꝓſertim metropolitanā Hieruſa
lem, tam diligēter in circuitu contra eam cuſtodiêrūt, nè quis euaderet, ſicut ager ſegetū cuſtoditur.
[quia me ad iracundiam ꝓuocauit, dicit Dominus.] i. iuſtitiā meam ciuitas hȩc ſeu populus Iuda of-
fendit. Deindè mutato modo loquendi, Dominus ait populo huic: [Viæ tuæ & cogitatiōes tuæ fece
runt hæc tibi.] i. ꝓpter opera tua iniqua & cogitationes peruerſas, ſuſtines iſta. [Iſta malitia tua] ꝓſer
tim idololatria, [quia amara,] i. dulcori virtutis contraria, & amaræ punitionis cauſa. [quia tetigit cor
tuum] per conſenſum, vel per pœnam tibi pro ea illatam. [Ventrē meum doleo, ventrem meum do-
leo:] tantus triſtitiæ & mœroris affectus propter imminētia mala animā meam affligit, ꝙ redundat
in corpus ac vterum. Siquidē affectiōes ſuperioris partis animæ, & paſſiones partis ſenſitiuæ, quanto
maiores ſunt, tātò ampliùs corpus immutatur ex eis. [ſenſus cordis mei turbati ſunt in me.] ſ. ſenſus
interiores & intellectus ex nimia compaſſione ad populū meum, & ꝓpter ciuitatis ac templi deſtru-
ctionem. Similiter Iſaias oſtenſa ſibi diuinitùs vaſtatione Hieruſalem, ait: Propterea dixi, Recedite à Iſaiæ 22.
me, amarè flebo. Nolite incumbere vt conſolemini me ſuper vaſtitate filiȩ populi mei. Itemq́ue ali- Mich. 1.
us: Faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum, quia deſperata eſt plaga eius. * buccinæ
[Non tacebo, quoniam vocem * tubæ audiuit anima mea, * vocem prælij.] id eſt, Deo reuelante * clamorē
percepi Chaldæos cum tubis atq; clamoribus Iudæam protinùs inuaſuros. [Contritio ſuper contri- Ezec. 7.
tionē vocata eſt,] i. multiplicē plagam Dñs populo ſuo infixit, videlicet peſtē, famē, obſidionem &
gladium, iuxta illud: Cōturbatio ſuper conturbationē veniet eis. [& vaſtata eſt om̄is terra.] i. vniuer-
ſa Iudȩæ regio ſtatìm vaſtabitur. [Repentè vaſtata ſunt tabernacula mea,] ædificia templi & vrbes
ac domus Iudȩorum, quæ dicuntur tabernacula Ieremiæ, tanquàm ſibi valdè dilecta. [ſubitò pelles
meæ] vaſtatȩ ſunt. Loquitur autem de futuro per modum præteriti, quia de proximò imminebat,
ſicut ſcriptum eſt: Venit finis, finis venit, nūc finis ſuper te. [Vſquequò videbo fugientes?] i. Iudæos Ibidèm
timore Chaldæorum à proprijs manſionibus recedentes? Et vſquequò [audiam vocem buccinæ?]
id eſt, Chaldæorum clangorem, inuadentium Iudæorum prouinciam? quaſi dicat, Iſta pariunt mihi
afflictionem prægrandem. Cur autem hæc mala incumbant, dominus pandit, dicens: [quia ſtultus
populus meus] id eſt, populus Iudæ idola colens, quod eſt ſumma fatuitas. [me non cognouit] per
fidem formatam & charitatem, nec ſciuit ſoli vero Deo latriam exhibendam. Vndè de filijs Iſrael in
deſerto vitulum conflatilem adorantibus, ſcriptum eſt Exodi 32. Surrexerunt ludere. Item alibì:
Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & Iſaiȩ 1.
populus meus non intellexit. [Filij inſipientes ſunt,] id eſt, dono ſapientiæ ac ſalutari ſcientia, de
qua ſcriptum eſt, Dedit illi ſcientiam ſanctorum, priuati. [& vecordes] i. amentes, quia verbis Dei Sap. 10.
increduli, falſorū prophetarū ſermonibus intenderunt. [ſapientes ſunt vt faciāt mala:] & hoc nō eſt

Iſaiæ 5. vera ſapientia,ſed iniqua aſtutia. De qbus per prophetã dicit: Væ q ſapientes eſtis in oculis veſtris,
& corã vobiſmetipſis prudentes.[benè autẽ facere neſciẽrunt,]inexcuſabilẽ Dei ignorantiã haben-
1.Cor.14. do,vel formatam eius ſcientiã non habẽdo.De qua ait Apoſtolus:Qui ignorat,ignorabit.Circa hũc
locum ait Hieronymus:Hæc ſapientia ꝓ ſtultitia accipiẽda eſt, iuxta quod & filij huius ſeculi ſapi-
Luc. 16. entiores filijs lucis ſunt,& villicus iniquitatis ſapienter feciſſe narratur. Illa eſt ergò vera ſapientia,
quæ Dei * timore coniungit. Alioquì vbì inſidiæ & tergiuerſatio ſunt,non ſapientia, ſed verſutia &
calliditas appellanda ſunt. [Adſpexit terrã,& eccè vacua erat & nihili.] Circa quod ſic ait Hierony-
mus:Propheta cernit in ſpũ quæ ventura ſunt, vt audiens populus terreatur, & acta pœnitentia, ne-
quaq̃ ſuſtineat quæ formidat.Itaq; ait,Adſpexi terram &c.i.in ſpũ vidi ſeu præcognoui Iudæam ha-
bitatoribus deſtituendam, & pro nihilo æſtimandam. [& cælos,& nõ erat lux in eis.] Conſuetudo
ſcripturæ eſt,vt cùm homines in graui preſſura & maxima tribulatione eſſe vel fore ſcribuntur, lu-
Iſaiæ 34. minaria cæli & etiã orbes obtenebrari,operiri, mœrere, immutari dicantur. Vndè Iſaias ait: Cõpli-
Ezec.32. cabunt cæli ſicut liber.Et Ezechiel,Pharaonis deiectione conſcripta:Operiã cælos ſacco quum ex-
Ioel.2. tinctus fueris,& oĩa luminaria cæli ſuper te mœrere faciã. Super hoc & Ioel clariùs ſcribit. Hinc ait
Hieronymus:Cæli non habent lumen,terroris magnitudine populo non vidẽte. [Vidi montes,&
eccè mouebantur,& omẽs colles conturbati ſunt.] Hoc vno modo intelligi poteſt de principibus,
ſiue prælatis maioribus atq; minoribus Iudęorum,qui timore & fuga mouebant ac turbabantur ex
Chaldęorum incurſu.Secundò,de ipſis terræ motibus & collibus,qui per hyperbolẽ moti atq; tur-
bati fuerunt ob magnitudinẽ cladis habitatorũ terrę, & quia nec tuta erant in montibus collibusq;
latibula.[Intuitus ſum] imaginaria viſione,[&] eccè [nõ erat homo] in regione Iudęa: qa tam pau-
ci in ea relicti fuerunt,vt pro nihilo reputetur.[& omẽ volatile cęli receſſit]de terra hac,habitatori-
bus eius ſublatis,quod de illis volatilibus accipi debet,ſecũdùm Hieronymum,quę homines ſequi
ſolent.[Adſpexi,& eccè Carmelus deſertus,] Secundùm Hieronymum, Carmelus de quo nũc ſer-
mo,fuit locus magno mari imminens,oleis conſitus & arbuſtis,vineiſq; condenſus, amœnus & fer-
tilis:per cuius deuaſtationẽ,totius Iudææ deſolatio explicatur, de qua ſubditur: [& omẽs vrbes eius
deſtructę ſunt] i.mox per Chaldæos deſtruentur.[à facie Dñi;& à facię irę furoris eius.]i. ab adſpe-
ctu Dei & diuinę iuſtitię, cuius virtute ꝑualuerunt Chaldęi. [Hæc em̃ dicit Dñs: Deſerta erit omnis
terra]Iudæę, [ſed tamen conſummationẽ non faciam.] i. populum Iudęorum totaliter non deſti-
tuam:nam aliq in vita manſerunt,atq; ad terram ſuam reducti fuerunt, quãadmodùm apud Ezechi-
Ezech. 17. elem & Ioẽlẽ pleniùs continetur.[Lugebit terra] Iudæę, i. habitantes in ea, vel ipſa terra per meta-
Ioel.2. phoram,eo ꝙ erit inculta,quemadmodùm econuerſò pratum virens,dicitur ridens. [& mœrebunt
Ioel.2. cęli deſupèr.]Quod qualiter intelligendum ſit,iam induxi.His conſonat & illud Ioelis: A facie eius
contremuit terra, moti ſunt cęli.[eo ꝙ loquutus ſum.] i. diffinitiuè hęc prędixi futura.Dicit autem
Hieronymus:Irã Dei muta ſentiunt elementa, & irrationalia ánimãtia pertimeſcunt. quód itẽ me-
taphoricè dicitur.[Cogitaui] hęc facere, [& non pœnituit me.] Pœnitentia nanq; propriè dicta,nõ
1.Reg.15. cadit in Deo,quum inuariabilis impaſſibiliſq; conſiſtat,ſicut ſcriptum eſt:Triumphator in Iſrael nõ
pœnitebit.Quomodò autem pœnitentia cõueniat Deo,infrà dicetur.[nec auerſus ſum ab eo]quod
dixi futurum.[à voce equitis & mittentis ſagittam.] i. timore vocis Chaldęorum equeſtrium ac ſa-
gittantium.[fugit omĩs ciuitas.]i.ciuitatum habitatores.[ingreſſi ſunt ardua,& aſſcenderunt rupes.]
Iſaiæ 2. i.in locis difficulter acceſſibilibus ſe abſconderunt,iuxta illud Iſaię:Introibunt in ſpeluncas petra-
rum & in voragines terrę,à facie furoris Dñi, quum ſurrexerit percutere terrã. [Tu autem] ô Iudæa
[vaſtata quid facies?] quaſi dicat, reſiſtere nõ valebis. [Cùm veſtiẽris te coccino, cùm ornata fueris
monili aureo, & pinxeris oculos tuos ſtibio,] ſicut Iezabel feciſſe legitur. [fruſtrà componẽris.] i.
quantumcunq; te inſtàr meretricis ornaueris & precioſè veſtiẽris, nihil proderit tibi. [Contempſe-
runt te amatores tui.] i.Chaldęi quorum idololatriam dilexiſti. [animam] i. vitam [tuam quęrent]
occídere.De hoc diffuſiùs ſcriptum in Ezechiele reperies. [Vocem enim quaſi parturientis audiui,
anguſtias quaſi puerperę.] i. in ſpiritu iam cognoui,ꝙ populus Iudę quaſi parturiẽs prę dolore cla-
mabit,anguſtiatuſq; gemet,cùm à Chaldęis vaſtabitur.[Vox filię Sion] i. populi Iudę atq; Hieruſa-
* inter mo- lem[* inter morientes expandenteſq; manus ſuas.] i. talis erit, qualis eſt vox agonizantium, & ma-
rientis ex- nus ſuas extendentium,vel ad clementiam petendam ab interficientibus, vel ex magnitudine pœ-
pandẽtiſq; nę [Vę] temporalis anguſtię[mihi] Ieremię,[quia defecit anima mea] prę compaſſiõe [propter in-
terfectos.] i.populum Iudęorum mox interficiendum.Loquitur quippe de futuro per modum prę-
teriti,propter prophetię certitudinem.

¶ Quomodò præſens capitulũ 4. exponi poßit pro tempore Chriſti. *Articulus* 9.

SIcut pretetigi,Hieronymus literam iſtam exponit ad tempus primi aduentûs Chriſti. Tanti er-
gò doctoris expoſitio tangenda eſt breuiter.Si reuerteris Iſrael,ait Dominus,ad me conuertere:
id eſt, ſi vt dicis,veraciter pœnites,crede in Chriſtum omniũ dominatorem, & quem negâſti, ado-

ra.Si abſtuleris offendicula tua, nõ cõmoueberis. Chr̃s em̃ in omĩ bono ſtabiliet te,ſi relinquendo
blaſphemiã tuã in eũ,peccata ſatisfaciẽdo deleueris.Circũcidimini Dño,& auferte ꝑputia cordiũ ve-
ſtrorũ.His verbis iubet Iudæis cõuerſis ſeu cõuerti optantibus, vt relinquãt literã occidentẽ, & ſe-
quant ſpiritũ viuificantẽ.Litera em̃ occídit,ſpiritus aũt viuificat.Annunciate in Iuda & Hieruſalẽ,i. 2. Cor.3.
in Eccleſia in qua eſt Dei cõfeſſio & viſio pacis.Cõgregamini p fidẽ & charitatẽ,& ingrediamur ciui-
tates munitas,i.catholicorũ cõgregationes,virtutibus cõtra vitiorũ aciẽ armatas,hęreticorũ cõuen-
ticula deuitantes.Leuate ſignũ in Sion,i. vexillum crucis in populo Chr̃iano, q diuina cõtemplan-
do Sion dicit,quod ſpeculatio interpretat.Confortamini & nolite ſtare,immò ad Chr̃i auxiliũ cur-
rite,qa malũ,putà diabolũ & eius impugnationẽ, ego adduco ab aqlone,i.à loco frigoris vitiorũ ac
tẽpeſtatum.Qui diabolus ideò in mundo eſſe ꝑmittitur, vt credentiũ fortitudo atq; victoria cõpro-
bet.De quo ſequit:Aſſcendit leo,i.diabolus quaſi leo ad deuorandũ circumiens, de cubili ſuo, i. de 1.Pet.5.
abyſſis & loco caliginis,& ꝑdo gentiũ,i.dæmon gentiũ victor,q dono gr̃æ ſpoliat plurimos,ſe leua-
bit ad impugnãdum fideles. egreſſus eſt de loco ſuo,vt ponat terrã tuã in ſolitudinẽ, i.Eccleſiã mili-
tantẽ in terra degentẽ,ſuis ſpoliet filijs,ſeducẽdo credẽtes. Vndè ait ad Dñm:Circuiui terrã, & pam- Iob 1.
bulaui eã.Ciuitates tuæ vaſtabunt,i.particulares Eccleſiæ ſeu cõgregationes deuotæ, à diabolo im-
pugnabunt,remanẽtes abſq; habitatore.Iã videmus ad oculum,qualiter tentãte diabolo ceciderint
clauſtra atq; collegia,ità vt vbì olim fuit ſumma deuotio,iã nullus ſit habitator per gr̃æ manſionẽ,i.
regulariũ obſeruantiarũ ſeu canonicarũ ſanctionũ idoneus obſeruator. Et qa de tanta ruina vehe-
menter dolendũ eſt,ſubdit:Super hoc accingite vos cilicijs, plãgite & vlulate. In die illa peribit cor
regis & cor principum. Nã ſeculi huius magnates magìs à diabolo ſuperantur. & obſtupeſcent ſa-
cerdotes & ꝓphetæ,i.ſomniatores & diuini inanes, de futuris cõiecturantes, cõſternabuntur inci-
dentes in manus diaboli.Et dixi,heu heu heu Dñe Deus,ergóne decepiſti populũ iſtum,dicens:Pax
erit vobis,& eccè peruenit gladius vſq; ad animã? quia ꝑcedenti cap.multa proſpera prędixit Deus
per Ieremiã ipſi Hieruſalem,i.Eccleſiæ eſſe ventura,& nunc tot aduerſa ꝑdicit eidẽ,admiratur pro-
pheta & ait verba nunc memorata.Sed admiratio ſoluitur, qm̃ hæc ad diuerſos & ad diuerſa tẽpo-
ra referuntur:q̃ em̃ nũc ſubſequunt aduerſa, videlicet ꝙ peruenerit gladius vſq; ad aĩam,& de ven-
to vrente &c.referunt ad tẽpus Babylonicæ captiuitatis,ſeu vaſtationis Iudæorũ p Chaldæos. Sicq;
exponit ea Hieronymus.Vndè in expoſitione partis reſiduæ non diſtat expoſitio S.Hieronymi ab
expoſitione ꝑcedentis articuli. Deniq; de hac expoſitione idcircò tam celeriter pertranſiui, qm̃ al-
legorica,non literalis,videtur:& quæ de ea dici queunt,in ſequenti articulo locum habebunt.

¶ Expoſitio ſpiritalis & tropologica eiuſdem 4. cap. *Articulus* 10.

IVxta mortalẽ ſeu tropologicũ intellectũ,ait Deus oĩpotens Eccleſiæ & omĩ aĩæ Chr̃ianę:Si reuer-
teris Iſrael,ad me cõuertere: i.quũ te cõuerteris ad me,plenè & integrè te cõuerte,nè ſ.velis par-
tim adhærere ſiue placere mũdo,& partìm Deo. Nemo em̃ poteſt duobus dñis ſeruire.Et q ità ſe ha- Matt. 6.
bet,nec calidus nec frigidus eſſe videt: ſed tepidus,auditq; increpationẽ illam terribilem:Scio ope-
ra tua,qa nec calidus es nec frigidus: vtinàm calidus eſſes aut frigidus: ſed nũc quia tepidus es,inci- Apocal. 3.
piã te euomere de ore meo.Integra igitur mente ſemper ad Dñm cõuertamur,quia (vt ait Chryſo-
ſtomus) pro quãta re fuerit cor noſtrum ad aliqd aliud, ꝓ tanto minùs erit ad Deũ.Vndè ad nullam
rem creatam affici debemus,niſi in Deo,ſecundùm Deum,& ꝓpter Deum, referẽdo eã ad Dei gloriã:
amando eã,& ea vtendo,inquãtùm ad inhærẽdum ac ſeruiẽdum Deo, neceſſaria eſt nobis ſiue ac-
cõmoda,& ſecundùm quod Dei bonitas in ea reſplẽdet.Hinc Dauid hortat:Tu aũt fili mi,ſerui Deo 1.Para.28.
corde pfecto & animo voluntario. Ioſue quoq;: Timete Dñm,& ſeruite ei corde pfecto atq; veriſſi- Ioſuæ 24.
mo.Si abſtuleris offendicula,i. ſi peccata & ſcãdala actiua & paſſiua tua,à facie mea,i.ab intuitu mẽ-
tis meæ omĩa cõtuentis,non cõmoueberis à ſtatu ſalutis ad ſtatum dãnationis,nec tentationibus ac
paſſionibus tuis vincẽris,nec aduerſis frangẽris: ſed ſtabilis eris in bono, in medio virtutis, in recto
iudicio rationis,in puritate affectionis. Paſſiones nanq; & vitia noſtra mentẽ noſtrã reddunt inſta-
bilẽ,& omĩ vento aduerſitatis ac tentationis agitabilẽ atq; vincibilẽ. Gr̃a verò & virtutes ſtabiliũt
eã.Propter quod ait Apoſtolus ad Hebr.13.Optimũ eſt gr̃a ſtabiliri cor.Salomon quoq;:Iuſtus qua- Prou. 19.
ſi fundamentũ æternũ.Itẽ Iob 11.Si iniquitatẽ abſtuleris,ſtabilis eris,& miſeriæ obliuiſcẽris. Deniq;,
q̃diù ipſi peccata noſtra nõ conſideramus,nec debitè põderamus ac plangimus,audimus à Dño per
ꝓphetã dicentẽ:Cognoui multa ſcelera veſtra,& fortia peccata veſtra.Si aũt implemus quod ſcriptũ Amos 5.
eſt,Dixi,cõfitebor aduersùm me iniuſtitiã meã Dño:Et itẽ,Qm̃ iniquitatẽ meã ego cognoſco, rectè Pſal. 32.
oramus:Auerte faciẽ tuã à peccatis meis.& quod p Iſaiã Dñs ait,in nobis cõplebit: Delebo, inqt, vt Pſal. 50.
nubẽ iniquitatẽ tuã.Faciamꝰ ergò quotidiè quod S.Iob loquit,dicẽs: Vias meas in cõſpectu eius ar- Iſaiæ 44.
guã.& ſoliciti ſimus,nè diuinę maieſtatis adſpectũ in aliquo offendamꝰ.Nõ adijciamus peccata pec- Iob 13.
catis, verùm de ꝑteritis veniam poſtulemus. Et iurabis, viuit Dñs, in veritate & in iudicio & in iu- Eccl 5.
ſtitia.Circa hoc primò quærẽdũ eſt, an iurare ſit licitum,quum Dñs dicat:Ego dico vobis,non iura- Matth.5.

Iacob. 5. re om̃inò.Itẽ Iacobus:Ante om̃ia nolite iurare.Porrò ꝙ iurare ſit licitum,ſcriptura diuerſis locis te-
2. Par. 15. ſtatur,vtpotè:In om̃i corde ſuo iurauerunt Dño,& inuenerunt eum.Itẽ:Laudabuntur oẽs qui iurãt
Pſal. 62. in eo.Et reſpondendum,ꝙ iurare ſecundùm ſe honeſtum eſt & licitum,quum ordinatur ad certifi-
candum hoĩes de veritate,atq; ad finiendum cõtrouerſias.Eſtq́; interdùm nõ vtile tantùm, ſed etiã
neceſſarium,qm̃ facta humana nõ ſemper probari poſſunt per rationẽ,neq; per teſtium inductionẽ:
ideò opùs eſt ad teſtimonium diuinum confugere, Deum teſtem adhibendo. Inſupèr iuramentum
eſt actus latriæ. qui em̃ iurat per Deum, profitetur Deum om̃ium habere prouidentiã, infallibilem
veritatem,atq; notitiam: item ꝙ ipſe maior ſit om̃ibus, cuius teſtimonio certiſſimè ſtandum ſit. Sic
igitur iurans,reuerentiam exhibet Deo: quod ad latriam pertinet. Verùm ſicut in alijs actibus vir-
tuoſis,ità in iuramento debitæ circunſtantiæ ſeruandæ ſunt,videlicet locus, tempus,cauſa, modus,
finis,&c.Idcircò quanuìs iuramentum in ſe bonum cõſiſtat,ei tñ qui malè vtitur eo,iurando videli-
cet ſine neceſſitate,reuerentia & cautela,fit pernicioſum.Et quantùm ad hoc,ꝓhibetur:ꝑſertim, nè
Eccĩ 23. facilitate ſeu vſu iurandi in periurium ruat.Sic em̃ ſcriptum eſt:Iurationi nõ aſſueſcat os tuũ. multi
em̃ caſus in ea.Vir multùm iurãs,replebitur iniquitate.Qm̃ igitur iuramentum nõ eſt virtuoſum,ni-
ſi debito modo agat̃,ideò tribus comitibus eſt vallandũ.Primò em̃ ex parte iurantis exigitur, vt diſ-
cretè & cautè ſe habeat,ſicq́; iudicium ponitur comes iuramenti. Secundò,ex parte materiæ, ſ. eius
quod iuratur,requiritur ꝙ ſit verum: & ità iuramẽti comes ponit̃ veritas. Tertiò,vt quod iuratur,nõ
ſit diuinæ legi cõtrarium, & ſic iuſtitia ponit̃ comes illius. Si horũ triũ aliquod iuramento defuerit,
iuramentũ erit illicitũ,& non obſeruandũ.Nec peccat quis nõ obſeruãdo,ſed vitioſè iurãdo, immò
Marc. 6. ſi cõtra ꝑceptum ſit quod iurat, iurando periurus efficit̃, quia ad nõ implendũ tenet̃. Vndè Herodis
1. Reg. 25. iuramentũ fuit indiſcretũ.Iuramentũ quoq; Dauid,quo iurauit ſe occiſurũ Nabal,& q̃ ꝑtinebant ad
eũ.Et benedicẽt eũ (qui ità ad Deũ cõuertit̃,& offendicula ſua tollit,recteq́; iurat) gẽtes,ipſumq́; lau
dabũt.honor nanq; debet̃ virtuti.Hæc dicit Dñs, nouate vobis nouale,i. agrũ cordis veſtri excolite,
Ephe. 2. ac infuſioni cæleſtiũ donorũ ꝑparate,vt cõueniat vobis illud Apoſtoli: Dei agricultura eſtis.Hoc eſt
Ephe. 4. quod ipſe B.Apoſtolus docet:Renouamini,inquiẽs,ſpiritu mentis veſtræ. quod Ezech.36. Dñs ſe fa
cturũ ꝓmittit,dicendo:Dabo vobis cor nouũ.Et nolite ſerere ſup ſpinas.Spinę ſunt aculei paſſionũ
ac vitia ipſa,ꝑſertim q̃ in ſeipſis amara ſunt,vt motus iræ,inuidiæ,impatientiæ,indignationis,acedię,
timoris,triſtitiæ, ſolicitudiniſq́; terrenæ.Hęc ſuſceptionem ac fructificationẽ euangelici ſeminis in
Marc. 4. mente ꝑpediunt,ſicut veritas atteſtat̃: Aerumnæ ſeculi,& deceptio diuitiarũ,& circa reliqua concu-
piſcentiæ introeuntes in cor,ſuffocãt verbũ Dei,& ſine fructu efficit̃.Porrò q̧ cordis ſui agrũ ab iſtis
Prou. 24. ſpinis ac ſentibus nõ emũdat,meret̃ à iudice Chr̃o audire illud cõfuſibile verbũ:Per agrũ hoĩs pigri
tranſiui,& ꝑ vineã hoĩs ſtulti,& eccè totũ repleuerãt vrticæ, operuerãt ſupficiẽ eius ſpinæ.Hic rurſus
Ibidèm. Salomon monet,dicẽs:Diligenter exerce agrũ tuũ.Vt ergò puriſſimi balſami ſpiritûs ſancti capaces
ſimus,ab hiſce nos immũditijs purgemus:ſicq́; in terrã cordis noſtri mundatã, ſemen verbi cæleſtis
fructuoſè iactemus.Circũcidimini Dño, & auferte ꝑputia cordiũ veſtrorũ. de hac ſpirituali circũci-
Rom. 6. ſione multa ſcribit Apoſtolus.Corpus aũt & animã, vniuerſaq́; corporis mẽbra atq; aĩæ vires circũ-
cidere debemus, inordinatũ vſum ab eis tollendo, nè exhibeant̃ arma iniquitatis peccato, ſed ſint
inſtrumenta virtutũ,quatenùs lapides politi viuidiq́; effecti,in ædificio ſupernæ Hieruſalẽ colloce-
mur. Nè fortè egrediatur vt ignis indignatio mea,& ſuccendat̃,& nõ ſit q̧ extinguat: i.nè vos perire
ꝑmittam,& de peccato in peccatũ corruere,quod eſt maxima ira Dei.Eterñ ſi Deo nõ obedimus, ꝑ-
mittet nos tentationibus ſuperari, vitijs excæcari,& de grauibus ad grauiora corruere, & poſtremò
æternaliter cõdemnari.Propter malitiam cogitationũ veſtrarũ.Si ꝓpter peccatum cogitationũ tan-
ta nobis imminet miſeria,q̃d fiet ſi cogitationes ꝑuerſæ ꝓcedant in opus? Vbì nũc illi, qui excuſan-
do dicere ſolent,Quid facio? q̧ vtinàm cogitationũ & affectionũ ſuarũ obliquitatẽ malitiamq́; pen-
ſarẽt,& itẽ quãta bona omittũt.Itaq; ab occultis noſtris & vanis cogitationibus ac turpibus cor mũ-
Lucæ 8. demus,quia,vt ait Saluator:De corde exeunt cogitationes malæ,q̃ coinquinãt hoĩem.Vndè per ꝓ-
Zach. 7. phetam dicit̃: Vir fratri ſuo malum nõ cogitet in corde ſuo.Cõſequenter Dñs iubet vicarijs ſuis ꝑla-
tis,ꝑdicatoribus atq; doctoribus,qui ſpeculatores dati ſunt populo Chr̃iano:Annunciate in Iuda,i.
populo fideli,qui Dño cõfitetur cõfeſſione laudis. & in Hieruſalẽ,i.in Eccleſia, auditũ facite, loqui-
mini & canite tuba,i.voce tubali ꝑdicate,in terra credentiũ,ꝑdicate fortiter & dicite: Congregami-
ni,ô vniuerſi fideles,& ingrediamur ciuitates munitas, i. cõgregationes deuotas, in quibus ſunt tot
adiutores ad reſiſtendum diabolo,quot habitatores,ad quos confugiendũ eſt pugnantibus contra
peccata ac dæmones,vel ad cõmanendũ,vel ad exquirendum conſilium ac iuuamen.leuate ſignum
Ioan. 3. crucis in Sion,vt crucem & in cruce diſtentum iugiter adſpiciatis,qui ait:Sicut Moſes exaltauit ſer-
pentem in deſerto,ità exaltari oportet filium hominis:vt om̃is qui credit in ipſum, non pereat. Vn-
dè Apoſtolus Hebr.12. Curramus ad propoſitum nobis certamẽ, adſpicientes in authorem fidei &
cõſummatorẽ Ieſum.Hũc aũt intuendo,in om̃i virtute inſtruimur, & à vitiorũ morſibꝰ liberamur.
Con-

Confortamini.* ſimiliter hortat̃ Apoſtolus,dicens:Fratres,cõfortamini in Dño & in potentia virtu- * ſicut
tis eius.Induite armaturã Dei,vt poſſitis reſiſtere aduersùs inſidias diaboli.Sic cõfortari, eſt ſeipſum Eph. 6.
ad virtutũ opera animare,ſpem in Deo erigere,eius auxiliũ inuocare,nouiſſima meditari,ſanctorum
patrum exẽpla ac dogmata ſpeculari.Hinc ſcriptum eſt:Cõfortare & eſto robuſtus valdè, noli me- Ioſuæ 1.
tuere,qm̃ tecum eſt Dñs Deus tuus in om̃ibus ad q̃cunq; prexeris.Nolite ſtare,ꝓprijs viribꝰ inniten-
do,vel à virtutum ꝓfectu ceſſando,potiſſimè cùm in via Dei nõ ꝓgredi, ſit regredi. Quia malũ ego
adduco ab aq̃lone & cõtritionẽ magnã.Malum iſtud & grãdis cõtritio,eſt triplex impugnatio, qua
Deus electos ſuos iugiter impugnari ꝑmittit in ſeculo iſto:videlicet tẽtatio dęmonis,infeſtatio car-
nis,adulatio & ꝑſequutio mundi. Quãto igit̃ aĩa dignior eſt corpore,& quãto periculoſior eſt mors
dãnationis æternæ q̃ carnis:tanto diligẽtiùs admonẽdi ſunt Chr̃iani, vt fortiùs reſiſtant huic tripli-
ci impugnationi,q̃ tẽporali perſequutioni aut dãno corporali. Quantò etiã callidiores nequioreſq́;
ſunt inuiſibiles hoſtes,tanto vigilantiùs hortãdi ſunt cõtra eos Chr̃ifideles.hæc igit̃ agẽda ſunt. Nã
aſſcendit leo de cubili ſuo, videlicet crudeliſſimus ille tentator,vt ponat terram tuã in ſolitudinẽ,i.
corda fidelium ſancti ſpiritûs inhabitatione euacuet.Ideò ſic nos hortat̃ B.Apoſtolus Petrus:Sobrij 1 Pet. 5.
eſtote & vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Ephe. 6.
Paulus quoq;:Non eſt nobis colluctatio aduersùs carnẽ & ſanguinem, ſed aduersùs principes & po 1. Cor. 1.
teſtates.In die illa peribit cor regis & cor principũ.cui cõſonat illud Apoſtoli:Quę ſtulta ſunt mun-
di,elegit Deus,vt confundat fortia. Et dixi,heu heu heu Dñe Deus: qm̃ corde, ore & opere pecca-
mus,meritò ter heu exclamat.Ergóne decepiſti populum iſtum,dicens, pax erit vobis? In tota noui
teſtamenti ſcriptura frequenter pax Chriſtianis annunciat̃,& Chr̃s paſſioni iam proximus dixit:Pa- Ioan. 14.
cem relinquo vobis.Et hoc quidem de pace ſpirituali interna ritè accipit̃. Sed quidam ex magnitu-
dine pietatis & gratiæ Chr̃i fatuè præſumentes, vanam ſibi ſecuritatem & pacẽ carnalem aſſumunt,
qui à Deo permiſſiuè falluntur,ſecundùm quod ſubditur: Et eccè peruenit gladius diabolicæ im-
pugnationis,& vulnus peccati ſeu damnationis ſententia,vſq; ad animã iniuſtorum. De gladio dia-
bolicæ tentationis ſic ſcriptum eſt: Qui fecit illum, applicabit gladium eius. De alio autem gladio Iob 40.
ſic:De ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat.In tempore illo dicet̃ populo huic, i. ꝑdicato- Apocal. 1.
res annunciabunt fidelibus. ventus vrens,i. diabolus ſeu grauis impugnatio eius ad peccandum in-
flammans,& gr̃æ rorẽ deſiccans ac tollẽs. in vijs,i. operationibus, q̃ ſunt in deſerto filiæ populi mei,
i.cordibus infructuoſis Chr̃ianorum,non ad ventilandum & ad purgãdum,i.nõ ad ſeparãdum eos
à reprobis.talibus em̃ tentatio ꝑualet,prædeſtinatos verò,exercitatos reddit ac purgat. ſpiritus ple-
nus,i.magna contra iniquos indignatio ſeu tempeſtas,ex his eorũ vijs & vitijs.veniet mihi,i. ad glo-
riam meã,videlicet ad iuſtitiæ meæ declarationem, q̃ in illorum dãnatione oſtendit̃ ac relucet.Eccè
quaſi nubes aſſcendit,diabolus ad hoĩes impugnandos, videlicet copioſè ac citò. & quaſi tempeſtas
currus eius.Currus eius,ſunt dæmonum turbæ,principis ſui iacula ac venena ad hoĩm corda vehen-
tes,qui inſtàr tẽpeſtatis inuadunt credentes. velociores aquilis equi eius,i. ſupbi ac aliorum ꝑuerſo-
res,qui ad ſpiritalẽ illorum occiſionẽ vehunt diabolũ, qui vt eques ſedet ſup eos, & ducit eos quò
vult. Vndè ſecũdùm Zachariã iniquitas ſedet ſup talentum plumbi. Igit̃ iuſti videntes ſe eſſe in me- Zach. 5.
dio laqueorum,& ex om̃i parte imminere pericula,cum cauto dicãt timore: Væ nobis,qm̃ vaſtati ſu-
mus. & quod grauiſſimum eſt,vallamur inuiſibilibus hoſtibus, à quibus videmur,ſed eos videre nõ
poſſumus.Laua à malitia cor tuum:qm̃ nulla nocebit aduerſitas,ſi nulla dominet̃ iniquitas:Idcò Sa-
piens ait:Qui diligit cordis munditiẽ,amicum habebit regẽ.Vt ſalua fias. ſiquidẽ beati mundo cor- Prou. 22.
de,qm̃ ipſi Deum videbunt.Saluabitur quoq; innocẽs,ſaluabit̃ autẽ munditia manuum ſuarũ.Affe- Matth. 5. Iob 22.
ctuoſiſſimè ergò oremus Dñm,cum Pſal. dicentes: Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato Pſal. 50.
meo munda me. Verùm,vt ait * ſcriptura,Om̃ia in cõfeſſione lauant̃.Qui igit̃ cupit purgari,ad con-
feſſionis ſacramentum,tanq̃ ad optimum lauacrum,ac ſecundã poſt naufragium tabulã, ſemp feſti-
net.Vſq; quò morabunt̃ in te cogitationes noxiæ,quibus aĩa deturpat̃,Deus inhonorat̃,tẽpus amit-
titur,diabolus exhilarat̃, æterna pœna acquirit̃? Dum ergò cõtra aliquẽ mala cogitamus,nobiſmet-
ipſis nocemus.Itaq; mox vt prauã cogitationẽ intra nos eſſe aduertimus, eã abijciamus, pectus tun-
dendo,mentem ad Deum cum oratione leuando,ad meditationẽ Dñicæ paſſionis ac nouiſſimorum
nos cõuertendo. ꝓpter quod in Eccõ ſcribit̃:Memorare nouiſſima tua,& in ęternum nõ peccabis.
Vox em̃ annunciantis à Dan,i. ꝑdicatio annunciãtium aduentum tẽtatoris ex cõſideratione diuini Eccĩ 7.
iudicij.& notum facientis idolũ,i.figmenta diaboli,ſeu ipſum diabolum ſe in angelum lucis tranſfi- 2. Cor. 11.
gurantem. De monte Ephraim,i.de altitudine vbertatis terrenæ, de qua & per quam venit ad hoĩm
impugnationem,quemadmodùm ait Apoſtolus: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & 1. Ti. 6.
in laqueum diaboli.Porrò Dan,interpretatur iudiciũ: Ephraim verò, fructificatio ſeu vbertas. Cõ-
citate gentes,i. ad diligentem horum aduertentiam eas inducite,ô ꝑdicatores atq; ꝑlati.Eccè auditũ
eſt in Hieruſalem, i. in Eccleſia, cuſtodes,i.diabolos & eorum miniſtros hoĩes impios, qui iuſtos ad
no-

Pſal. 70. nocendũ cuſtodiunt & obſeruant. De quibus ſcribitur in Pſal. Qui cuſtodiebant animam meã, con
ſilium fecerunt in vnũ, dicentes: Deus dereliquit eũ, perſequimini & cõpræhẽdite eũ. venire de ter-
ra longinqua, putà de ſuis latibulis. & dare ſup ciuitates Iuda, i. cõtra Chr̃i Eccleſias & cõgregationes
deuotas, vocẽ ſuã, qua ſe inuicèm ad earũ inuaſionẽ hortant̃, quaſi cuſtodes agrorũ facti ſunt ſuper
eam in gyro, i. diligentiſſimè obſidẽt eas, nè eorum rete euadãt. Hæc autẽ Eccleſia ſæpiùs patit̃, quia
nõnunq̃ Deũ offendit. Ideò ſubdit̃: quia me ad iracundiã ꝓuocauit. Circa quod ſic ait Hieronymus:
Quicquid aduerſi nobis accidit, noſtro accidit vitio: quod ſanè & cautè intelligendũ eſt, ſicut illud
quod ſubdit: Quia dulcẽ Deũ in amaritudinẽ vertimus, & cogimus ſæuire nolentẽ. Ventrẽ meũ do-
leo, ventrẽ meũ doleo: ſenſus cordis mei turbati ſunt in me. Si tẽporali afflictioni corporaliq́; occi-
ſioni Iudæorũ eatenùs ità cõdoluit Ieremias, vt verba iſta ꝓferret: quãto magìs ſpiritali fideliũ oc-
ciſioni, qua ꝑ culpã moriuntur in aĩa, atq; æternæ eorum dãnationi eis quotidiè imminẽti ac ꝓpin-
quanti, cõpati debet mens pia, potiſſimè p̃latorum? Nõ tacebo à prædicãdo, increpãdo, obſecrando
fideles, vt vitã emendẽt. qm̃ vocẽ tubæ audiuit aĩa mea, clamorẽ p̃lij, i. cõminationes aduerſariarum
poteſtatũ cõtra fideles. hoc potiſſimùm incũbit p̃latis, aliter ſanguinẽ pereuntiũ requiret Dñs de ma
Ezech. 3. nu eorum, quẽadmodùm in Ezechiele pleniſſimè ſcribit̃. Contritio ſup contritionẽ vocata eſt. per
Act. 14. multas equidẽ tribulatiões oportet nos ingredi in regnũ Dei. Et quanto quis fortiùs ſe cõuertit ad
Deũ, tanto plures inſidias ei molítur diabolus: q̃bus accedunt impugnatiões ꝓprię carnis ac mundi,
2. Cor. 1. vndè ait Apoſtolus: Supra modũ grauati ſumus. Repentè vaſtata eſt oĩs terra, i. tota Eccleſia à prin-
cipibus tenebrarũ. repentè vaſtata ſunt tabernacula mea, i. ſpiritualiũ ædes ſeu clauſtra, q̃bus graui-
ùs inimicat̃ diabolus. ſubitò pelles meæ: quia & corpora miniſtrãtium Deo, varijs caſtigatiõibus ex-
1. Cor 9. ercent̃, dicente Apoſtolo: Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutẽ redigo. Itẽ Pſal. Sitiuit in te aĩa mea,
Pſal. 62. quàm multipliciter tibi caro mea. Vſq; quò videbo fugiẽtes? i. Chr̃ianos aduerſarijs ſuę ſalutis nõ ef-
ficaciter reluctantes, ſed victos & quaſi dorſum vertẽtes. De hoc cordialiſſimè cõtriſtari debemus,
ꝙ modò tam multi ſunt tales, quum tñ dicat Apoſtolus ad Ephe. 4. Nolite locũ dare diabolo. Et Ia-
Iacob. 4. cobus p̃cepit: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Cùm ergò tot ſuperent̃, vir pius adiungit dolẽdo:
Vſq; quò audiã vocẽ buccinæ? i. congreſſum diaboli cõtra tales, de q̃bus Dñs ſubdit: Quia ſtultus po
pulus meus me nõ cognouit. ſtulti, immò ſtultiſſimi ſunt Chr̃iani, p̃cipuè literati, religioſi & clerici,
loquendo de illa ſtultitia, q̃ dono ſapientiæ cõtrariatur, & increatæ ſapientiæ diſſonat, Chr̃i quoq;
repugnat doctrinæ: qui quũ Deũ ratione & fide cognoſcãt oĩm iudicẽ iuſtum, & cætera q̃ ad ſalutem
ꝑtinent ſciant, ſaltẽ cognitione informi, immò & vitã ſuã in mortalibus ꝓſtratam vitijs nõ ignorẽt:
tñ non pœnitent, nec Deo obediunt, nec mundi vanitates cõtemnunt. Tales, prudẽtes ſunt ſecun-
Iacob. 5. dùm carnẽ & huius ſeculi ſapiẽtes, de quorũ ſapientia ſic Iacobus ait: Nõ eſt iſta ſapientia à Deo, ſed
Iſaiæ 47. terrena, animalis, & diabolica. quibus cõpetit illud Iſaiæ: Sapientia tua & ſcientia tua decepit te. Filij
inſipientes ſunt, qm̃ ſtultam fecit Dñs ſapientiã huius mundi, & vecordes. ſapientes ſunt vt faciant
mala, i. ad malè agendũ, atq; ad acquirendũ intentum finẽ veræ ſaluti cõtrarium, acutè ac diligenter
excogitant & impetrant media apta. Tales ſunt carnales, ambitioſi, cupidi, qui p̃ſentis vitæ diuitias,
delicias, & honores principaliter appetentes, vigilanter ac prouidè quærunt media, quibus diuitias,
delicias & honores mundi acquirãt. Et iſti, quantũcunq; ab hominibus prudentes putentur, prorſus
vani ac ſtulti ſunt, quoniã carnem ſuam Deo præferunt, præſentem proſperitatem felicitati æternę,
caduca atq; terrena ſummo, immenſo, ac inuariabili bono. Inſupèr faciunt ſemetipſos viliſſimos, &
pane quo veſcuntur indignos, vitiorum ac dæmonũ ſeruos, æternæ damnatiõi obnoxios. Quid em̃
tam ſtultum, q̃ propter huius breuiſſimæ, immò reſpectu vitæ futuræ, momentaneæ vitę delectatio-
nes & cõmoda, ſummum illud infinitũq; bonũ, & eius beatificã fruitionẽ amittere, & vltra hoc per-
petuam illam tartaream damnationẽ incurrere? Verùm hæc mundi amatoribus nõ ſapiunt. habent
em̃ interiorẽ mentis guſtum omninò infectum, & quaſi febrilibus quibuſdã mortiferis humoribus
intoxicatum: ſed quãto quis ampliùs fuerit diuinitùs illuſtratus, atq; à ſpiritu ſancto tactus, tãto cla-
Rom. 8. riùs ac ſaporoſiùs horũ cõſpicit veritatẽ. Hinc eſt quod ait Apoſtolus: Prudentia carnis, mors eſt, qm̃
ſapientia carnis inimica eſt Deo. Legi em̃ Dei nõ eſt ſubiecta. Benè aũt facere neſciẽrunt, q̃bus cõpe-
Amos 3. tit illud ꝓphetæ: Neſciẽrũt facere rectum, theſaurizãtes impietatẽ. Tales p̃cipuè ſunt ſimulatores &
Iob 36. callidi, qui (teſte ſcriptura) ꝓuocant irã Dei. Hi ergò aliquo modo Deũ cognoſcũt, & quodã modo
Iacob. 4. eum non cognoſcunt. Noſcunt etem̃ eum ſcientia nuda, informi, inſipida. Sic quoq; ſciunt benefa-
Iſaiæ 11. cere, qm̃ habẽt ſcientiã, qua inter bonũ & malũ diſcernũt, cùm dicat Apoſtolus Iacobus: Sciẽti bo-
Col. 1. nũ & nõ facienti, peccatũ eſt illi. Nõ aũt noſcũt Deũ ſcientia actuata, formata & affectiua, illa potiſſi-
Philip. 3. mè, q̃ eſt donũ, de qua ait Apoſtolus: Per oĩa creſcentes in ſcientia Dei. Itẽ alibì: Exiſtimo omnia
detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Dñi noſtri Ieſu Chriſti. De qua Dñs per prophe-
Oſeæ 6. tam conteſtatur: Scientiam Dei plùs volo quàm holocauſta. Adſpexi terram, i. carnales terrena po-
tiùs quàm cæleſtia ac diuina quærentes. Et eccè vacua erat, i. ſpiritalibus bonis carentes, & vera ſa-
pien-

pientia deſtituti, & nihili: tales em̃ ſpiritaliter nihil ſunt, & mortui corã Deo, oĩ eſſe gratiæ ac virtu-
tum priuati, quẽadmodũ ait Apoſtolus Gal. 6. Qui ſe putat aliq̃d eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. &
cælos, i. p̃latos & literatos ſeu religioſos. & nõ erat lux gratiæ & ſapientiæ ſalutaris in eis. Hoc proh
dolor in pluribus iam implet̃, q cùm ratiõe ſtatûs & officij atq; ſcientia ad cæliformẽ teneãtur con-
uerſationẽ, nihilo minùs mente auerſi ſunt, & vitã ducũt carnalẽ, ventrẽ cibo, oculos ſomno, linguã
loquacitate implentes, quibus illud Apocal. aptat̃: Cælũ receſſit ſicut liber inuolutus. Hoc planè eſt Apocal. 6.
illud lamẽtabile, de quo in ꝓpheta: In domo Dei vidi horrendũ. Nam hi alijs p̃eſſe ſatagunt ac p̃ſu- Oſeæ 6.
munt, in quibus lux nõ eſt, ſed vitiorũ tenebroſa caligo, & quomodò alios illuminabũt? Vidi mon-
tes, & eccè mouebantur, & oẽs colles conturbati ſunt. Montes iſti & colles, ſunt principes maiores
atq; minores ſuperbi, qui vitijs paſſionibusq́; varijs agitantur, & in omni penè euentu, tam proſperi-
tatum quàm aduerſitatum, à medio rationis inflectuntur, regiam viam deſerentes. Intuitus ſum, &
eccè non erat homo, i. rationabiliter & virtuoſè ſe habens, eo modo quo ait Apoſtolus: Omnes quę Philip. 2.
ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Item Auguſtinus de ſpiritali loquẽs profectu: Indè, inquit,
nemo vult cogitare. Et item: Nemo ità vult viuere, vt illuc perueniat, vbì dies boni & vita inueniun-
tur. Talia nempe dicuntur ꝓpter bonorum, reſpectu malorum, paucitatẽ. Simili ſenſu ſubijcitur: Et
oĩe volatile cæli receſſit, i. viri cõtemplatiui, heroici & perfecti iã defecerunt. Adſpexi, & eccè Car-
melus deſertus. per Carmelum vberrimum intelligit̃ ordo p̃dicantium, qui olim in vtriuſq; vitę, vi-
delicet actiuæ & cõtemplatiuæ, ꝑfectione eatenùs abundabant, ꝙ de ſua plenitudine multos ſpiri-
taliter locupletabant, cũ Apoſtolo humiliter ꝓfitentes: Quaſi egentes, multos aũt locupletantes. qui 2. Cor. 6.
ad quantam ruinã iam deuenerint, ſcribere nõ oportet. & oẽs vrbes eius deſtructæ ſunt, qm̃ parti-
culares eorum domus ab obſeruantia pro magna parte collapſæ ſunt: à facie Dñi, ſ. permiſſione di-
uina, & à facie furoris iræ eius, qm̃ peccatis ſuis exigentibus, ſic paulatìm à Deo meruerũt relinqui.
Hæc em̃ dicit Dñs, Deſerta erit oĩs terra. Hoc propter pereuntium multitudinẽ dicitur. Quia tamẽ
nõnulli ſaluantur, adiectũ eſt: ſed tñ cõſummationẽ nõ faciã, qm̃ oẽs perire nõ ſinam. Nunq̃ em̃ Ec-
cleſia in toto deficiet, & Deus pijſſimus tempore æquitatis & vltionis nequaquàm obliuiſcitur pie-
tatis, iuxta illud prophetæ: Quũ iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Lugebit terra, & mœrebũt Abac. 3.
cæli, eo ꝙ loquutus ſum, i. p̃dictis imminentibus malis inferiores & p̃lati dolebunt. à voce æquitatis
& mittentis ſagittam, fugit oĩs ciuitas. Hoc in Chriſtianis frequẽter impletur, dũ vel inuiſibilibus
aut viſibilibus hoſtibus ꝓpter ſua traduntur aut ſuccumbunt peccata. Tu aũt, ô Eccleſia, ſeu anima
Chriſtiana vaſtata q̃d facies? quaſi dicat: tuis viribꝰ p̃ualere nequibis. cùm veſtiẽris te coccino, i. cru-
cis vexillo, Chriſti ſanguine inſtàr coccini rubicundo. cùm ornata fueris monili aureo, i. exteriorũ
morum venuſtate ſeu apparenti iuſtitia. & pinxeris ſtibio, i. ſeculari aut philoſophica ſapientia ocu-
los tuos mẽtales. fruſtrà cõponeris, qm̃ ſine vera humilitate & charitate, ſynceraq́; æquitate nulli il
la ſufficiunt ad ſalutẽ. Cõtempſerũt te amatores tui ficti, nõ veri, videlicet dæmones, qui bona trãſi-
toria tibi deſiderant, & mala ſub ſpecie boni ſuggerendo, amatores ſe fingunt, animã tuam quærũt,
quia hæc faciunt, vt eam ad damnationem pertrahant ſempiternam. Vocem em̃ quaſi parturientis 2. Cor. 11.
audiui, quia de tanta calamitate pereuntium plurimorũ mater Eccleſia quaſi parturiens dolet, quẽ-
admodùm & Paulus atteſtatur: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non
vror? Vox filiæ Sion, i. oratio, clamor, ſeu fletus Eccleſiæ inter morientes, expandentesq́; manus ſu-
as: talibus em̃ potiſſimè ſubuenit, ſeq́; commiſcet, deferens eis & exhibens ſaluberrima ſacramenta,
iuxta illud Iacobi: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, vt orent ſuper eum, vn- Iacob. 5.
gentes eum oleo in nomine Domini. Væ temporalis anguſtiæ mihi, quia defecit anima mea pro-
pter interfectos, i. condolendo corde tenus corporaliter ſpiritualitérve occiſis, quibus ex charitate
compatiendum eſt, quum & Salomon dicat: Melius eſt ire ad domum luctûs, quàm ad domum con Eccẽs 7.
uiuij. Et rurſus: Cor ſapientum vbì triſtitia, & cor ſtultorum vbì lætitia. Ibidèm.

¶ *Elucidatio literalis cap. 5. Circuite vias Hieruſalem.* *Articulus* II.

QVemadmodùm Euangeliſtæ, ità prophetæ in maiori parte coincidunt: vndè & vnus ex alio Iſaiæ 1.
intelligitur clariùs, quemadmodùm Iſaias & Ezechiel enormitatem peccati Iudęorũ oſten- Ezech. 12.
dunt, ex multitudine peccantium, & paucitate benè agentium, quòd item ob id irremedia-
biliter ſint vaſtandi, eo quòd deſint iuſti, quorum meritis precibusq́; parcatur iniuſtis: ità nunc be-
atiſſimus agit Ieremias. [Circuite vias Hieruſalẽ.] Iſtud eſt oĩpotentis Dei verbum, ad angelos ho
minum cuſtodes ac interceſſores, vel ad prophetas. [& adſpicite, & cõſiderate,] i. interiora & exteri-
ora habitatorũ Hieruſalẽ diligenter ꝑpendite, [& q̃rite in plateis eius.] veruntñ ad angelorũ cogni-
tionẽ non requirit̃ localis ꝓpinq̃tas, ſed loquit̃ eis creator altiſſimus more humano, vt intelligamus.
[an inueniatis virũ facientẽ iudiciũ.] i. diſcretè & iudicialiter ac rationabiliter ſe habentẽ, & q̃ ab eo
iudicanda ſunt, idoneè iudicantem. [& querentẽ fidem] i. fidelitatem inter ſe & proximũ, ſeu fidem
quæ eſt theologica virtus, vt vni vero Deo fideliter adhæreat, eiq́; in oĩbus fidelitatem obſeruet.
[&

*ei [& propicius ero * eis.] i.habitatoribus Hieruſalẽ,imminẽs malũ ab eis tollendo. Quidã exponunt
iſtud,quaſi Deus pepercißet eis,ſi ſaltem vnũ iuſtum in Hieruſalẽ reperiſſet. Vndè Hieronymus ait:
Gene.18. Grandis amor iuſtitiæ,vt nõ pro decẽ iuſtis, ſicut olim ad Abraham dixit Deus, liberet ciuitatẽ,ſed
ſi inuenerit vnũ in Hieruſalẽ,miſereatur ciuitatis.Sed hoc alijs non videt̃ poſſe teneri,qm̃ ipſe Iere-
mias & Baruch ac alij aliqui iuſti in Hieruſalẽ extiterunt,atq; pro ea preces fundebãt.Siquidẽ Ezec.
9.Dñs p̄cipit angelo:Tranſi per mediũ ciuitatis in medio Hieruſalẽ, & ſigna Thau ſup frontes viro-
rum gementiũ ac dolentiũ ſuper cũctis abominationibus eius. Hi igitur dicũt, ꝙ hoc loco ponitur
ſingularis numerus pro plurali, eritq; ſenſus: An inueniatis virum facientẽ &c. i. viros iuſtos in tali
tantoq; numero,vt cõdecens ſit,ꝓpter eos parcere cõmunitati.Sed nõnè vnus poſſet eſſe tantæ iu-
Exod.32. ſtitiæ,ſanctitatis & amicitiæ corã Deo,ꝙ propter eũ faceret Deus tantùm, ſicut,ꝓpter multos minùs
Nume.20. iuſtos?queadmodùm ad inſtantiã Moſis frequenter pepercit filijs Iſrael in deſerto,atq; in libris Re-
3.Reg. 11. gum multotiès cõteſtatus eſt Dñs,miſereri & auxiliari ſe Iudæ & Hieruſalẽ propter Dauid ſeruũ ſuũ?
12.13.& 14. Idcircò ꝙ quidã affirmat ſufficientẽ requiri numerũ iuſtorũ,vt p̄uerſæ cõmunitati parcatur, nõ eſt
Ezech.22. quomodolibèt acceptandũ.Porrò huic verbo Ieremiæ cõſonat, quod per Ezechielẽ Dñs loquitur:
Quæſiui de eis virum qui interponeret ſepẽ, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra,nè diſſiparem
eam,& nõ inueni,& effudi ſuper eos indignationẽ meam. Quocircà poſſet quis ſciſcitari, ſi hæc ità
Ezech. 14. ſe habeant,quomodò per Ezechielem Dñs ꝓfitetur: Terra cùm peccauerit, interficiã de ea hominẽ
& iumentũ:& ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel & Iob, ipſi in iuſtitia ſua liberabunt
animas ſuas,filiũ aũt & filiam nõ liberabunt. Huius ſolutionẽ pertranſeo,qm̃ nuper ſuper Ezechie-
lem eam poſuiſſe me memini.Iterùm quæritur,qualiter Deus nunc ait,Propter iuſtũ vel iuſtos velle
ſe propiciari Hieruſalem,quũ infrà nõ tãtùm Ieremiam ab oratione pro ea cõpeſcat,ſed inſupèr ad-
dat:Si ſteterint Moſes & Samuel corã me, nõ eſt anima mea ad populũ iſtum. Huius ſolutionem ad
ſequentia differo.[Quòd ſi etiã,viuit Dñs,dixerint,] i.ſi ciues Hieruſalẽ per Deũ iurauerint,tanquàm
veri Dei cultores,eo ꝙ Moſes ſcripſit,Per nomẽ eius iurabis: [& hoc falſò iurabunt,] i. mendaciter,
& non ex vera, ſed ſimulata iuſtitia.[Dñe,oculi tui reſpiciunt fidem.] i.approbant fidelitatem, veri-
tatem & fidem,q̃ eſt theologica virtus, p̄ſertim formatã, ſine qua nemo ſaluatus eſt. Ideò dicit Pſal.
Pſal.32. Omnia opera eius in fide.Et Apoſtolus:Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.Hinc quoq; & Dauid
Hebr. 11. loquitur:Dñs retribuet vnicuiq; ſecundùm iuſtitiam ſuã & fidem. Interdùm autem accipitur fides
1. Reg. 26. pro quadam certitudine fidei,& ſic ponit Apoſtolus fidem inter fructus ſpiritûs. [Percuſſiſti eos;]
Galat.5. dando eos in manus regis Aſſyriorũ & regis Aegypti: [& nõ doluerũt] pro peccatis ſuis. [attriuiſti
eos] varijs tribulationibus,[& renuerunt accipere diſciplinã:] cõtra tuã iuſtitiã murmurando, nec
ſuis demeritis illata ſibi aduerſa aſſcribendo, nec prophetarũ informationẽ humiliter ſuſcipiendo.
[Indurauerunt facies ſuas ſupra petrã.] i.mentem ſuã catenùs firmauerũt in vitijs,tamq; impudenter
trãſgreſſi ſunt, vt faciliùs petra guttis p̄foretur,q̃ corda eorũ ad pœnitentiam emolliantur.[& nolu-
Prou. 18. erunt reuerti] à vitijs ſuis ad virtutes.Nempe vt Salomon ait, Impiùs cùm in ꝓfundum peccatorum
venerit,cõtemnet.De huiuſmodi Iudæorũ duritia ſuprà iam dictum eſt,de qua etiã,& de cuius incu
rabilitate ſcriptũ legimus Iſaiæ 1. Vulnus & liuor & plaga tumẽs,nõ eſt circunligata, nec curata me-
dicamine,neq; fota oleo:immò ex Dei p̄ſecutione potiùs deteriorati fuerũt. Ob hoc & per eundẽ
Iſaiæ 1. ꝓphetam Dñs ait:Super quo percutiam vos vltrà, addentes p̄uaricationẽ? Hoc loco dicit Hierony-
mus:Ex iſto capitulo diſcimus,idcircò inferri ſupplicia,vt vitia corrigantur. Verùm p̄fatis Iudæis,&
cunctis qui ex Dei flagellis non emendantur,Dñs per Ezech.cap.22.ſic cõteſtatur:Verſi eſtis in ſco-
riam,idcircò conflabo vos in medio ignis:Deniq; quæ ſequuntur,accipi poſſunt dicta vel ex perſo-
na Dei,vel ex perſona prophetæ.[Ego aũt dixi:Forſitan pauperes & ſtulti] i. cernens populi huius
duritiam, quaſi eum aliqualiter excuſare cupiens, apud me cogitaui: Vulgares iſti fortaſsis ſpiritali
opulentia carent,& legis doctrina,tanquàm circa alia occupati.[ignorantes viam Domini] i.iter vir-
tutum ſeu legem Moſaicam atque præcepta.[& iudicium Dei ſui.] id eſt,diuina iudicia in ſcripturis
Lucæ 20. commemorata,ſeu p̄cepta legis iudicialia neſcientes.dicitq;, Forſitan,& velut dubitans loquitur, vt
liberum hominis monſtretur arbitriũ,iuxta quẽ modũ Deus pater in Euangelio dixit: Forſitan ve-
rebuntur filiũ meum.[Ibo igitur ad optimates,] i.regem & principes,ſacerdotes & ſeniores. *[ipſi
eñ cognouerũt viã Dñi,& iudiciũ Dei ſui.] vel ſaltẽ cognoſcere debuerunt, qm̃ ſpecialiter præcipi-
tur eis,& ad eorum ſpectat officium,poſſuntq; aptiùs vacare ad hoc,cùm nõ ſicut cæteri circa ſerui-
Iſaiæ 32. lia occupentur.De optimatibus autem talibus loquitur Iſaias:Eccè in iuſtitia regnabit rex, & prin-
cipes in iudicio præerunt. [Et eccè magìs hi ſimul confregerunt iugum.] i. tranſgreſſi ſunt legem.
[ruperunt vincula] præceptorum, ità quòd onus legis abiecerunt, & per præcepta ſub Deo ligati
Pſal. 118. manere noluerunt,iuxta illud,Diſſipauerunt legem tuam. De hoc dictũ eſt pleniùs cap.2. ſuper il-
lud:Sacerdotes non dixerunt,&c. quorũ omniũ grauiſſima vitia per Ezechielem diffuſiùs recitant.
[Idcircò percuſſit eos leo de ſylua.] i. Nabuchodonoſor rex Babylonis, de quo dictũ eſt in p̄cedẽti
capi-

tulo:Aſſcendet leo de cubili ſuo.[lupus ad veſperam deuaſtauit eos.] i.regnũ Medorũ atq; Per-
ſarum ſimile lupo veſpertino,veloci,voraci,quod in Daniele per vrſum, tres ordines dentiũ in ore Dani. 7.
habentẽ,ſignificat̃.[pardus vigilãs ſup ciuitates eorum.] i.regnum Græcorũ,quod p̄ſertim à tẽpore
Antiochi cõtra Iudæorum oppida vigilauit. Quidã aũt p pardum, Alexandrũ Magnum intelligunt.
[Om̃is q egreſſus fuerit ex eis,capiet̃.] quod referri poteſt ad vaſtitatẽ Iudæorũ à Romanis, p̄cipuè
ſub Veſpaſiano & Tito.De his quatuor regnis,Iudęos ſucceſſiuè vaſtantibus,ſcribit̃ Zach.1.& 6.cap.
Hæc itaq; paſſi ſunt:[quia multiplicatæ ſunt p̄uaricationes eorũ:confortatæ ſunt auerſiones eorũ] à
Deo,i.multa & grauia cõmiſerunt facinora,& cum ingenti affectu peccauerũt, ſic ꝙ mala malis ad-
dendo,quaſi aciem vitiorũ intra ſe ſtatuerunt.[Sup quo tibi ꝓpicius eſſe potero] ô Hieruſalẽ?quaſi
dicat:quum tota ſis vniuerſitate vitiorũ repleta,nullã video in te cauſam,qua te à debitis pœnis eri-
piã.[Filij] i.habitatores [tui dereliquerunt me,& iurãt in his qui nõ ſunt dij.] videlicet p deos alie-
nos,tanq̃ cultores eorũ.[Saturaui eos,] tẽporalia eis copioſè p̄ſtando,iuxta illud Oſeę:Ego dedi eis Oſeæ 2.
frumẽtum,vinũ & oleum.[& mœchati ſunt] ſpiritaliter cum idolis & corporaliter, ſicut ſubiungit̃:
[& in domo meretricis luxuriabant̃. Equi amatores in fœminas, & emiſſarij facti ſunt.] i. vagã & ir-
refrenatã exercebãt luxuriã equorum inſtàr,impetuoſè,vt emiſſarij, amoris iacula emittentes, q̃bus
muliercularum corda leuiſſima vulnerant̃. [Vnuſquiſq; ad vxorẽ proximi ſui hinniebat.] i. feruidè
anhelabat,& ſigno laſciuo amorẽ immundum mõſtrabat,iuxta illud Ezechielis:Vnuſquiſq; in vxo- Ezech. 22.
rem proximi ſui operatus eſt abominationẽ.Porrò quod dicit̃, Vnuſquiſq;, nõ eſt intelligendũ ab-
ſolutè de oĩbus,ſed ad inſinuandã multitudinẽ adulterorũ.[Nũquìd ſup his nõ viſitabo,dicit Dñs,]
i.exigente iuſtitia mea,nõ debeo tanta peccata inulta relinquere. [& in gente tali nõ vlciſcet̃ anima
mea?] i.vtiq; tam ſceleratiſſimã plebẽ puniam.Deniq; in ſcripturis viſitatio Dei,quandoq; pœnæ in-
flictionẽ deſignat, queadmodùm apud Sophoniam Dñs ait: Viſitabo ſuper oẽm qui arroganter in- Soph. 1.
greditur.Interdùm verò pietatis & gr̃æ infuſionem importat,vt in pſalm. Viſita nos in ſalutari tuo. Pſal. 105.
Nunc aũt accipitur primo modo.Item quod Dñs ait,Vlciſcetur anima mea:nõ ꝓpriè,ſed metapho-
ricè dicitur eo modo,quo mẽbra humana ei cõſueuerunt aſſcribi. Anima verò hìc pro affectu ſeu
ſpiritu ſumitur,ſicut eſt & illud: Solennitates veſtras odiuit anima mea. Dehinc pœna ſubiungitur, Iſaiæ 1.
fitq; ſermo ad quatuor regna p̄fata,q̃ ſucceſſiuè afflixerunt Iudæos: [Aſſcendite muros eius,] putà
Hieruſalẽ,[& diſſipate] i.deſtruite [eos.] Hoc primò fecerunt Chaldæi, poſtremò Romani. [Con-
ſummationẽ aũt nolite facere.] i.totum populum nõ occidatis, quatenùs ſaluent̃ reliquiæ, iuxta il-
lud Iſaiæ:Niſi Dñs Sabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ,quaſi Sodoma eſſemus.[Auferte ꝓpagines eius,] Ibidèm.
i.filios Iudæorũ incredulos capite & necate.[quia nõ ſunt Dñi.] i. ad Deum nõ pertinent per p̄deſti-
nationẽ & gr̃am,[Præuaricatione eñ p̄uaricata eſt in me domus Iſrael.] i.regnum decẽ tribuum.[&
domus Iuda] i. regnum duarũ tribuum.[ait Dñs.Negauerunt Dñm, & dixerunt: Non eſt ipſe] verus
Deus,& cui ſoli cultus latriæ eſt impendendus, oĩmq; ꝓuidentiã habens. Hinc quãtùm ad decẽ tri-
bus,ſcriptum eſt:Væ eis quia receſſerunt à me:vaſtabunt̃, qm̃ præuaricati ſunt in me: & ego redemi Oſeæ 7.
eos,& ipſi locuti ſunt contra me mendacia. Totum iſtud referendum eſt ſpecialiter ad tẽpus Chr̃i,
quandò dixerunt:Tolle tolle,crucifige eum. quarè & à Romanis oppreſſi ſunt.Propter quod [neq; Ioan. 19.
veniet ſuper nos malũ.] i.pœna quã nobis cõminantur ꝓphetæ.[gladium & famem nõ videbim⁹.]
i.nõ ſentiemus aut patiemur. [Prophetæ fuerunt in ventũ locuti.] i. inaniter & ſine effectu, [& re-
ſponſum non fuit in eis] i.diuinum oraculum, nec eſt factus ad ipſos Dei ſermo.Hi nanq; Iudæi in-
creduli,etiã ſummã Dei prouidentiã negauerunt,iuxta illud Ezech.8. Dixerunt, non videt nos Dñs,
dereliquit Dñs terram.Ideò ſanctorum ꝓphetarum verba quaſi figmenta ſpreuerunt ac deriſerunt.
quapropter ad Ezechielem Dñs ait: Factus es eis quaſi carmẽ muſicum, quod ſuaui dulciq; ſono ca- Ezec. 33.
nitur,quia in canticum oris ſui vertunt ſermones tuos.[Hæc ergò euenient illis:] videlicet pœnæ q̃
ſubſequuntur:[Hæc dicit Dñs Deus exercituum:Quia locuti eſtis verbum iſtud,] ſ.Non videbimus
malum:[eccè ego * dedi verba mea in ore tuo] ô Ieremia [in ignem] i.ignita, & ignis poteſtatẽ ha- *do
bentia. [& populum iſtum in ligna,] i. ſimiles lignis, ità quòd verbis tuis annunciabuntur igne tri-
bulationis vrendi,ſicut ab igne ligna cõburuntur. [& vorabit eos.] i. ignis tribulationis à te prædi-
ctus,eos occidet.Etem̃ nomine ignis, quælibet dira deſignatur aduerſitas. Conſequenter Dominus
loquitur contra id quod dixerunt Iudæi:Nõ veniet ſuper nos malum: [Eccè ego adducam ſup vos
gentẽ de longinquo domus Iſrael, ait Dñs.] putà Chaldæos. Domus Iſrael, nõ ſumitur hìc pro de-
cem tribubus,vt pauloantè.[gentẽ robuſtam,gentẽ antiquam:] qm̃ regnum Chaldæorum non diù
poſt diluuium à Nemroth incepit,vt patet in Geneſi.[gentẽ cuius ignorabis linguam,nec intelligẽs Gene. 10.
quid loquatur.] Ideò verbis tuis eam mitigare nõ poteris. [Pharetra eius quaſi ſepulcrum patens,]
benè diſpoſita ad occidendum,qm̃ periti ſunt ſagittatores.[Vniuerſi fortes. & comedet ſegetes tu-
as & panem tuum,& deuorabit] i. occidet [filios tuos & filias tuas, comedet gregem tuũ & armen-
ta tua,] i.pecorum multitudinem.[& comedet vineam tuam & * ficulneam tuam,] i.fructus earũ. [& *ficum

 con-

conteret vrbes munitas tuas, in qbus tu habes fiduciã,] ꝙ firmitate ædificiorũ poſſis defendi, & illis
reſiſtere [gladio. Veruntñ in diebus illis, ait dñs, nõ faciã vos in cõſummationẽ.] i. aliquos veſtrûm
reſeruabo in vita, quorum nõnulli de Babylonia in Iudæam redibunt. De hac horribili gente Chal
Abac. 1. daica loquit̃ dñs per ꝓphetam Abacuc ſic: Eccè ego ſuſcitabo Chaldæos gentẽ amaram & velocem,
horribilis & terribilis eſt, ex ſemetipſa iudicium eius. De præfata quoq; terræ deſolatione ſic ſcribit
Soph. 1. cap. Cõgregans cõgregabo om̃ia à facie terræ, dicit dñs, congregans hominẽ & pecus, & ex-
tendã manum meã ſuper Iudam & ſuper om̃es habitatores Hieruſalẽ. [Quòd ſi dixeritis,] ô Iudæi,
p̃dicta mala & prophetas vera eſſe locutos experti: [Quarè fecit dñs Deus noſter hęc om̃ia, dices ad
ad eos] in perſona Dei: [Sicut dereliquiſtis me, & ſeruiſtis deo alieno] ſ. Baal. vel ponitur ſingula-
re pro plurali, qm̃ plura deorum coluerunt portenta. [in terra veſtra,] vtpotè in Iudæa: [ſic ſeruietis
* hæc dijs alienis in terra non veſtra.] videlicet in Chaldæa. [Annunciate] ô viri iuſti ac vates [* hoc do-
mui Iacob, &] pro, id eſt, [auditum facite in Iuda,] i. in duarum tribuum populo. [dicentes: Audi po
Oſeæ 4. pule ſtulte] quia idololatra, [qui non habes cor] i. rectum vſum rationis, iuxta illud Oſeæ: Fornica-
tio & ebrietas & vinum auferunt cor. [qui habẽtes oculos] carnis, vel etiam interiores, videlicet in-
tellectum, [non videtis] i. non ſapienter attenditis opera Dei & ſcripturas, nec benè vtimini oculis
Iſaiæ 40. vobis conceſſis, creatorem ex creaturis cognoſcẽdo, iuxta illud: Leuate oculos veſtros in excelſum,
& videte quis creauit hæc. [& aures, & non auditis] i. corporales aures habẽdo, interioribus auribus
non auditis obediendo. Hoc idem ſecundùm tranſlationem LXX. ſcriptum eſt Iſaiæ 1. Moſes quoq;
Deut. 29. ſic legitur allocutus filios Iſrael: Vos vidiſtis vniuerſa magnalia q̃ coram vobis dñs fecit, & non de-
dit vobis dñs cor intelligens, & oculos videntes, & aures q̃ poſſent audire. [Me ergò nõ timebitis,
ait dñs, & à facie mea] i. conſideratione maieſtatis meæ [non dolebitis,] de veſtris piaculis pœnitẽ-
do, ꝙ tam ſublimè om̃ipotentemq́; offendiſtis. [qui poſui arenam] i. terram arenoſam, ſiccam & fra-
gilem. [terminum mari,] ità ꝙ ad ipſam fluctus magni maris reuerberatur ac terminatur. [præceptũ
ſempiternum quod nõ præteribit:] i. perpetua lege firmaui ſic eſſe, & mari p̃cepi, nè terminum trãſ-
Prou. 8. cat ſibi p̃fixum, iuxta illud Salomonis: Certa lege & gyro vallabat abyſſos. Item in Pſal. Congre-
Pſal. 8. gans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. [& cõmouebuntur] fluctus maris intra
ripas, [& non poterunt] egredi: [& intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud.] i. vltra locum
Iob 38. præſtitutum. De hoc apud Iob pulchrè loquitur Deus: Quis, inquiens, concluſit oſtijs mare, quandò
erumpebat quaſi de vulua procedens? Circundedi illud terminis meis, & poſui vectes & oſtia, & di-
xi: Huc uſq; venies, & non procedes ampliùs, & hîc cõfringes tumentes fluctus tuos. In quibus om̃i-
bus declaratur omnipotentia creatoris, qui ex iſtis innuit, quòd meritò timendus ſit, & de eius in-
honoratione dolendum: quod quia Iudæi non attenderunt, adijcitur: [Populo autem huic factum
eſt cor incredulum.] quia ad idololatriã, maieſtate Dei contempta, dilapſi ſunt, nec crediderũt pro-
phetis. [& exaſperans.] i. Deum dulciſſimum ad infligendum amara ſupplicia prouocans. Vndè ad
Ezech. 2. Ezechielem dominus ait: Increduli & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. [Re-
ceſſerunt] mente à Deo, [& abiêrũt] ad idololatriæ phana. [& non dixerunt in corde ſuo: Metua-
mus dñm Deum noſtrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & ſerotinam in tempore ſuo.] i.
Pſal. 146. aptis temporibus moderatam dans pluuiam, iuxta illud Pſal. Qui operit cælum nubibus, & parat ter
* annuæ ræ pluuiam. [plenitudinem * animæ meſſis] i. vberrimos meſſis ab anima affectante fructus, [cuſto-
dientem nobis.] prouidè nobis dantem, atq; ab hoſtibus noſtris eos tuentẽ. [Iniquitates veſtræ de-
clinauerunt hæc,] i. per eas bona iſta pluuiarum ac fructuum vobis ablata ſunt. [& peccata veſtra
prohibuerunt bonum à vobis.] i. cauſa fuerunt, ꝙ ſpiritualia bona gratiæ ac virtutum conſecuti nõ
Iſaiæ 59. eſtis. Huic concordat illud Iſaiæ: Eccè non eſt abbreuiata manus dñi, vt ſaluare nequeat, ſed iniqui-
tates veſtræ diuiſerunt inter Deum veſtrum & vos, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vo
bis. [quia inuenti ſunt in populo meo impij,] ſ. pſeudoprophetę ac alij ſeductores, [inſidiantes quaſi
aucupes,] i. ſic conantes fallere homines, ſicut aucupes aues. [laqueos ponentes & pedicas,] i. varia
deceptionum machinamenta & perſuaſiones fucatas [ad capiendos,] id eſt, decipiendos [viros] iu-
Mich. 7. xta illud Micheæ: Vir fratrem ſuum venatur ad mortem. Porrò de pſeudo & impijs iſtis diffuſiùs
tractat Ezechiel capitulo 13. Væ, inquiens, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manûs, & fa-
Ibidèm. ciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas. Item alibì: Prophetæ liniebant
Soph. 3. eos abſque temperamento, videntes vana, & diuinantes mendacia. Item Sophonias: Prophetæ ei-
us veſani, viri infideles. [Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorum plenæ dolo.] id eſt, re-
bus fraudulenter acquiſitis, potiſſimè à ſimplicioribus ac ſubiectis. Decipula autem à decipiendo
Ibidèm. nomen ſortitur, & hîc pro retiaculo aucupis ſumitur. Hinc Sophonias: Iudices eius lupi veſperti-
ni, non relinquentes in manè. De hac autem maiorum Iudæorum fraudulentia ac rapina, pro-
phetæ conſona voce loquuntur. [Ideò magnificati ſunt] dominatione & fama, [& ditati,] id eſt,
Deut. 32. aliorum diuitijs incraſſati ſunt & impinguati, iuxta illud Deuteronom. Incraſſatus eſt dilectus, &

recalcitrauit. [& præteriêrunt] i. tranſgreſſi ſunt [ſermones meos peſſimè,] i. valdè enormiter. Ra- 1. Ti. 6.
dix etenĩ omnium malorum eſt cupiditas, & nihil iniquius quàm amare pecuniam. [Cauſam viduæ Eccl 10.
nõ iudicauerunt.] eam admittendo & iuſtificando, cùm eſſet iuſta. Hoc nomen, viduæ, nõ eſt in te-
xtu Hieronymi, nec in Hebræo. [cauſam pupilli nõ direxerunt,] eam ꝓmouendo, atq; ad debitum
finem diſponendo. [& iudicium pauperum non iudicauerunt.] i. iuſtè elocuti & proſequuti non
ſunt. In quo patet iudicum horum iniuſtitia atq; ſæuitia. De iſtis pleniùs ſcriptum eſt Iſaiæ 1. Ezech.
22. & Mich. 3. [Nunquìd ſuper his non viſitabo, dicit dominus, &c.] Hoc iam dictum atq; expoſitũ
eſt. [Stupor & mirabilia facta ſunt in terra.] i. opera tam irrationabilia & peruerſa, in Hieruſalem &
Iudæa iam contigerunt, vt ſtupendum ſit atq; mirandum, ꝙ rationales creaturæ, præſertim ſuperio-
res, ac lege diuina inſtructi, tam enormiter peccent. Quæ autem ſint iſta ſtupenda, ſubijcitur: [Pro-
phetæ] videlicet pſeudo [prophetabant mendacium,] loquẽdo ex propria coniectura, vel inſpira-
tione dæmoniaca. [& ſacerdotes applaudebant manibus ſuis:] i. illorum inſanis vaticinijs arriſerũt.
[& populus meus] vocatione, creatione & nomine, non autẽ virtute & gratia. [dilexit talia.] de qui-
bus apud Iſaiã legitur: Dicunt Videntibus, nolite nobis adſpicere ea quæ recta ſunt, loquimini no- Iſaiæ 30.
bis placentia, videte nobis errores. [Quid igitur fiet in nouiſſimo eius?] i. quàm magna pœna huic
congregationi in fine vitę ſuę, vel in die iudicij, aut tempore vaſtitatis eius à Chaldæis eſt infligen-
da? quaſi dicat, tantis exceſſibus grauiſſima debetur punitio.

¶ Einſdem cap. 5. ſpiritalis expoſitio. *Articulus* 12.

CIrcuite vias Hieruſalem. Per Hieruſalem deſignari eccleſiam, frequenter iam dictũ eſt. Deniq;
angelos ſanctos orare pro nobis, orationesq́; noſtras atq; iuſtitias deo offerre, & nè ſecũdùm
rigorẽ iuſtitiæ à dño puniamur, deprecari, ex ſacra ſcriptura cõſtat. Vndè Iob 33. legit̃: Increpat deus
hoĩem per dolorẽ in lectulo, & om̃ia oſſa eius marceſcere facit. appropinquat corruptioni aĩa eius,
& vita illius mortiferis: ſi fuerit pro eo angelus loquẽs vnũ de millibus, vt annũciet hoĩs æquitatem,
miſerebitur eius Deus, & dicet: Libera eũ, nè deſcendat in corruptionẽ. inueni in quo ei propicier.
Præterea, quo aliqd plenius eſt, eo ad plura diffundit̃. Quũ ergò fuerit quiſpiam excellẽter deo pla-
cens ac virtuoſus, charitate & gr̃a plenus, allegabunt angeli æquitatem & merita eius coram deo, nõ
ſolùm vt Deus ei propicietur, ſed inſupèr vt meritis eius miſereatur & alijs. Itaq; ſicut om̃ipotens ſe-
culorum gubernator iuſſit angelis, per plateas & vias ciuitatis Hieruſalem quærere iuſtũ, vt per eum
alijs miſericordia impenderetur: ſic præcipit eis circuire vniuerſa loca eccleſiæ, & Chriſtianorũ me-
rita cõſiderare, vt per iuſtũ ſeu iuſtos, miſereatur & malis, quemadmodùm in Actibus apoſtolorum Act. 27.
leguntur Paulo dati om̃es qui cum eo fuerunt in naui, ità ꝙ meritis eius naufragium euaſerũt. Pro-
pter quod Iacobus ait: Orate pro inuicèm, vt ſaluemini. Quòd ſi etiã, Viuit dñs, dixerint, & hoc falſò Iacob. 5.
iurabunt. Iam videmus ꝙ multi facilè iurant & peierant, quum tñ dicat Saluator: Ego dico vobis nõ Matth. 5.
iurare omninò. Et qui ſuæ falſitati deum adhibet teſtem, nonnè ſummæ & increatæ veritati maxi-
mam facit irreuerentiam? Alij conſuetudinem peccandi pariunt ſibi, qui & ſi verum iurent, Deum
tamen ſine cauſa & tam leuiter atq; inaniter in teſtem ſuæ verboſitatis aſſumendo, non modicam ei
irreuerentiam irrogant. Et ipſa iurandi deteſtabilis conſuetudo, ſine peccato mortali non eſt. Atten-
dat igitur quilibet Chriſtianus illud quod in Eccõ ſcribitur: Vir multùm iurans, replebitur iniqui- Eccl 23.
tate, & non deficiet de domo eius plaga. Domine, oculi tui reſpiciunt fidem. Fides, quæ eſt virtus
theologica, æternæ diuinæq́; veritati innititur. Tam certi igitur eſſe debemus de catholicæ fidei ve-
ritate, quàm certum eſt Deum falſitatis authorem aut teſtem eſſe nõ poſſe. Inſupèr ſingulariter deo
placet, magnam habere fidem in eo. Eſtq́; ipſa ſacratiſſima fides ſalutis operatiua, effectuum oratio- Matth. 15.
nis impetratiua, & vitiorum purgatiua, cùm in euangelio totiès dicat Saluator: Fides tua te ſaluam fe Lucæ 7.
cit. Et: Omnia poſſibilia ſunt credenti. Et: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic mõ- Marc. 9.
ti: Tollere, & mittere in mare, & fiet. Salomon quoq; atteſtatur: Per miſericordiam & fidem purgan- Prou. 15.
tur peccata. Per eam quoq; ſuperamus mundum atque diabolum, ſicut in prima ſua epiſtola, cap. 5.
dicit Ioannes: Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Item beatus archiapoſtolus Pe- 1. Pet. 5.
trus: Diabolo, inquit, reſiſtite, fortes in fide. Ipſa demùm illuminationem meretur à Deo, ſecun- Sap. 1.
dùm illud Sapientiæ: Appáret eis qui fidem habent in ipſum. Ipſa eſt baſis vitæ meritoriæ, oculus
animæ, & fundamentum virtutum. Hæc verò intelligenda ſunt de fide, charitati & operationi bo-
næ coniuncta. Similiter fidelitas ad iuſtitiam pertinens, valdè complacet Deo, quemadmodùm Da-
uid ait ad Ethai: Dominus faciat tecum miſericordiam & veritatem, quoniam oſtendiſti gratiam & 2. Reg. 15.
fidem. Percuſſiſti eos, id eſt, peccatores propter ſuos exceſſus caſtigâſti per teipſum, vel per præla-
tos ac principes, aut per tyrannos, aut alios quoſq;, ſiue per dæmones: & non doluerunt de pecca-
tis, vt ſunt Dei offenſiua & in ſeipſis deformia, atq; veræ iuſtitiæ contraria. Dolere autem de peccato
ob hoc ſolùm vel præcipuè, quia eſt cauſa pœnæ inflictæ aut infligendæ, nõ eſt veraciter pœnitere,
nec meritorium, quia non oritur ex amore infuſo diuino, ſed improbo ac priuato. De talibus ſer-

Pſal. 34. tur in Pſalm. Diſſipati ſunt, nec compuncti. Attriuiſti eos,& renuerũt accipere diſciplinam. Indura-
uerunt facies ſuas ſupra petrã,& noluerunt reuerti. Iſtud murmuratoribus, impatientibus, impœni-
tentibus, cõtumacibus, atq; rebellibus competit, qui à Deo vel eius miniſtris dignè correcti aut re-
darguti, mox indignanť, duri indocileſq; effecti, de quibus ſcriptũ eſt Iob 24. Ipſi fuerunt rebelles
lumini, neſciêrunt vias Dei. Contra quos ſcriptum eſt Prouerb. 3. Diſciplinam Dñi fili mi nè abijci-
as,& nè deficias quũ ab eo corriperis: quẽ eñ diligit Dñs, corripit, & quaſi pater in filio cõplacet ſi-
Prou. 13. bi. Item alibì: Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam: qui aũt acquieſcit arguenti, glorifica-
Iudith 8. bitur. Prætereà hi aduertant illud Iudith: Non vlciſcamur nos pro his quæ patimur: ſed reputantes
peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Dñi, quaſi ſerui qui corripimur, ad emendati-
onem,& non ad perditionẽ noſtram eueniſſe credamus. Verùm q̃ enorme ſit ità renuere diſciplinã,
& faciem indurare, innoteſcit ex magnitudine pœnæ, quam talibus ſeu populo tali Dñs cõminatur
Ezec. 22. per Ezechielem ꝓphetam: Eccè, inquiens, cõploſi manus meas ſuper malitias tuas. Nunquìd ſuſti-
nebit cor tuũ in diebus quos ego faciam tibi,& ſuccendam vos in igne furoris mei, ſicut cõflatur ar-
gentum in medio fornacis? Itaq; in manſuetudine ſuſcipiamus verbũ increpatiõis ac diſciplinæ cũ
oñi gratiarum actione, nec videatur nobis ꝙ ſimus immunes, qm̃ in multis offendimus oẽs. Et pro
occultis noſtris patiamur libenter quicquid occurrit. Ego aũt dixi: Forſitan pauperes ſunt & ſtulti,
i. vulgus iſtud fortè indoctum eſt, & ſpiritali opulentia carens, ac per hoc aliqualiter excuſandum.
Matth. 7. Ignorantes viam Dñi. De qua ait Saluator apud Matthæum: Arcta eſt via quæ ducit ad vitam. Vel per
viam Dñi, euangelica lex & doctrina eſt intelligenda. Ibo ergò ad optimates, i. principes & prelatos.
Ipſi eñ cognouerunt viam Dñi, quia ad hoc ſpecialiter obligantur. Alios eñ informare habẽt, iudi-
Matth. 11. care atq; dirigere. Et eccè magìs hi ſimul cõfregerunt iugum, de quo Chriſtus: Tollite iugum meũ
Matth 19. ſuper vos. ruperunt vincula, de quibus rurſus Chriſtus ait: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Vn-
Ephe. 4. dè & Apoſtolus: Soliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritûs in vinculo pacis. Itemq;: Super omnia aũt charitatẽ
Col 3. habentes, quod eſt vinculum perfectionis. Hæc ſunt vincula felicis captiuitatis, de quibus fateť Apo
2. Cor. 10. ſtolus: In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequiũ Chriſti. De quibus item & qui-
Eccĩ 6. dam Sapiens: Mitte, ait, pedes tuos in compedes eius. Qui ſic vinctus eſt diuinorum vinculis præce-
Iob 10. ptorum, dicere poteſt cum ſancto Iob: Poſuiſti in neruo pedem meum. Rectè etem̃ præcepta voca-
ta ſunt vincula, quoniam ſub diuina voluntate ligant ſic hominem, nè ambulet iuxta propriam vo-
luntatem, nec per impiorum viam incedat. Confringunt igitur iugum hoc, & rumpunt hæc vincu-
la, qui ſuas ſequuntur concupiſcentias, libertatẽ ſectantes. Et hoc Eccleſiæ optimatibus magìs quàm
Dan. 13. alijs conuenire, quis non videat ac deploret? Egreditur iniquitas à maioribus, qui videnť regere po-
pulum. Quocircà ſic dicit Hieronymus: Magiſtri peiores diſcipulis,& quanto in diuitibus maior au-
thoritas, tanto maior inſolentia peccatorum. Idcircò percuſſit eos leo de ſylua, i. ſpiritus ſuperbiæ,
qui mentes illorum ſpiritaliter necat. Sylua autem intelligi poteſt, infructuoſorum hominum mul-
titudo, quorũ negligentiſſimis cordibus dominatur diabolus. Lupus ad veſperam deuaſtauit eos, i.
Eccĩ 5. ſpiritus guloſitatis ac auaritiæ corda eorum vallauit. Quemadmodùm enim lupus vorax eſt,& ſatia-
ri ſe non poſſe exiſtimat, ſic guloſus & auarus. Auarus nempe non impletur pecunia. Pardus vigi-
lans, i. ſpiritus curioſitatis, ſuper ciuitates eorum, i. contra eorum congregationes molitur inſidias.
Omnis qui egreſſus fuerit ex eis, i. ſemitas Domini pulchras reliquerit, vel de ſuggeſtione praua in
1 Ioan. 2 conſenſum aut opus proceſſerit, vel impiorum vano conſortio ſeipſum miſcuerit, iuxta illud: Ex no
Prou. 5. bis prodiêrunt, ſed non erant ex nobis. capietur ſagena diaboli,& nexibus impietatis ſtringetur, iu-
xta illud Sapientis: Iniquitates ſuæ capient impium, & vinculis peccatorum ſuorum conſtringetur.
Quia multiplicatæ ſunt præuaricationes eorum. Vnum nanq; peccatum diſponit & trahit ad aliud.
& dũ peccator incipit obtenebrari & mẽte inſenſibilis fieri, in innumerabilia illabitur peccata: nec
enim animæ ſuæ vulnera ſentit. Super quo tibi propicius eſſe potero? Eccè tanta eſt peccati enor-
mitas, vt Deus impaſſibilis atque omnipotens, ſe noſtris peccatis quaſi grauari affirmet, & ad puni-
Iſaiæ 1. endum compelli. Quarè & per Iſaiam ſic ait: Laboraui ſuſtinens. Et iterùm: Præbuiſti mihi labo-
Iſaiæ 43. rem in iniquitatibus tuis. Filij tui dereliquerunt me. Dum carnales & ſpiritales parentes filios ſuos
pro poſſe non retrahunt à peccatis, nec corripiunt, filiorum peccata in parentes redundant, quem-
1. Reg. 2. admodùm 1. Regum patet de Heli. Idcircò docet Apoſtolus: Patres, educáte filios veſtros in diſci-
Ephe. 6. plina & correptione Domini. Et iurant in his qui non ſunt dij. Hoc contra eos qui per creaturas
ſtolidè iurant. Eſt autem duplex iuramentum. Vnum per ſimplicem conteſtationem, & in tali iura-
mento licet viciſsìm iurare per creaturam non ſecundùm ſe acceptam, ſed vt in ea diuina veritas
reſplendet aut manifeſtatur: ſic enim iuratur per Euangelium. Aliud eſt iuramentum per execra-
tionem,& in illo inducitur creatura, ſicut in qua diuinum execratur iudicium, ſi ità non eſt ſicut
2. Cor. 1. iuratur: vt cùm homo iurat per caput ſuum vel filium. Sic quoq; iurauit Apoſtolus: Ego, inquiens, te-
ſtem inuoco Deum in animam meam. De hoc pleniùs tractat Thomas in ſecunda ſecundę, queſtio-
ne

ne 89. Saturaui eos,& mœchati ſunt,& in domo meretricis luxuriabantur. Hoc Deus altiſſimus ſpe-
cialiter loquiť atq; cõqueritur cõtra diuites & carnales, qui Deo ingrati, vitã ducunt turpiſſimã. Eſtq;
idipſum fœdiſſimum prorſus in clericis. Cõtra quos ſcriptum eſt: Væ qui laſciuitis in ſtratis veſtris. Amos 6.
Ideò clamat Apoſtolus: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Equi amatores in fœminas & emiſ- Ephe. 5.
ſarij facti ſunt. Hoc cõtra immundiſſimos, qui inſtàr equorũ feruntť libidinis ardore, & vagam exer-
cent luxuriam, q̇bus illud Eccĩ eueniet: Si præſtiteris aĩæ tuę cõcupiſcentias eius, faciẽt te in gaudiũ Eccĩ 18.
inimicis tuis. Væ eis,& iterùm ac tertiò Væ eis, qui patrimoniũ Chriſti luxuriãdo cõſumunt. Vnuſ-
quiſq; ad vxorẽ proximi ſui hinniebat. quod q̃ ſit enorme, liquet ex eo quod ſcriptum eſt in Iob: Si Iob 31.
deceptum eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium inimici mei inſidiatus ſum, ſcortum ſit alteri
vxor mea. hoc eñ nefas eſt & iniquitas maxima. Nunquìd ſuper his non viſitabo? i. an mala iſta non
puniam,& in gente tali nõ vlciſcetur aĩa mea? quaſi dicat, hoc maximè derogaret ꝓuidentiæ atq; iu-
ſtitiæ meæ, quæ prouidentia nihil in vniuerſo inordinatum relinquere debet, ſed malum culpæ or-
dinare per malum pœnæ: vt quanto quis ampliùs cõtra diuinã voluntatem, voluntati ꝓpriæ acquie-
uit, tanto plùs per diuinam iuſtitiam contra propriam voluntatem pati cogatur. Ideò ſcriptum eſt: Iob 24.
Deus inultum abire non patitur. Item in Apocalyp. Quantùm glorificauit ſe & in delicijs fuit, tan- Apoc. 18.
tum date illi luctum & tormenta. Quum ergò præmemorata peccata ſint peſſima, debetur eis pœna
grauiſſima, præſertim in clericis, qui præ cęteris ad ſpiritalem vitam tenentur, q̇bus pauendũ eſt il-
lud propheticum: Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Item il Iſaiæ 1.
lud: Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, dirumpam interiora eorum,& conſumã eos vt leo. Con- Oſeæ 13.
ſequenter aduerſarijs poteſtatibus Dñs loquiť: Aſcendite muros eius & diſſipate. Muri Eccleſię, ſunt
ꝓlati, quorũ eſt alios defenſare: ſed cùm negligenter & impiè viuunt, dæmonibus ſubſternuntur, &
oñi ſpiritali eſſe gratificante priuantur. Cõſummationem aũt nolite facere. qm̃ Deus non deſerit
vniuerſos Eccleſiæ prælatos ſubuerti, ſed aliqui permanent iuſti. Auferte propagines eius, i. filios
huiuſmodi prælatorum, qui Maiorum ſuorum ſectantes veſtigia, ſimul cum eis diſpereunt, quia nõ
ſunt Dñi, prędeſtinatione & gratia, quibus in Euangelio loquitur Chriſtus: Neſcio vos vndè ſitis, diſ- Lucæ 13.
cedite à me oẽs operarij iniquitatis. Præuaricatione eñ præuaricata eſt in me domus Iſrael, i. vul-
gares. & domus Iuda, i. miniſtri Eccleſię negauerunt Dñm,& dixerunt, Non eſt ipſe. Tales ſunt oẽs
Chriſtiani iniuſti, qui in mortalibus iacent peccatis proſtrati, qui & ſi non verbis, tamẽ operibus ne-
gant Deum & eius prouidentiam: quia ſic viuunt, quaſi Deus non eſſet actuum humanorum iudex.
De quibus ſic ſcribit Apoſtolus: Coinquinatis & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatę ſunt Titi 1.
eorum & mens & cõſcientia: dicunt ſe nôſſe Deum, factis aũt negant. Neq; veniet ſuper nos malũ.
quicquid eñ viri deuoti his dicant,& de futuris tormentis cõmemorent, ipſi nihilominùs in ſuis ꝑ-
manent fæcibus, atq; inaniter ac periculoſiſſimè de diuina pietate ꝑſumunt, damnabilẽ ſibi ſecuri-
tatem fabricantes. cõtra quos ſic ſcriptũ eſt: Fili mi, nõ adijcias peccatũ ſup peccatũ, & nè dicas, Mi- Eccĩ 5.
ſeratio Dñi magna eſt &c. miſericordia eñ & ira citò ab illo approximãt, & in peccatores reſpicit ira
illius. Deniq; ſi Deus tam pius & bonus eſt, ergò eſt magìs amandus: nõ igiť relinquendus, nec eius
ſpernenda ꝓcepta. Sed excęcat eos malitia eorum. Quoniã itaq; iſti peruerſi tam ſe habent peruersè,
Dñs ait prædicatori ac paſtori idoneo: Eccè ego do verba mea in ore tuo in ignẽ, & populum iſtum
in ligna, ità ꝙ tuis ignitis ſermonibus igne tartareo ꝓdicentur vrendi, iuxta illud in Pſal. Pones eos Pſal. 20.
vt clibanum ignis in tempore vultûs tui, Dñs in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Pro- Iſaiæ 1.
ptereà ſic cõteſtatur ꝓpheta: Erit fortitudo impiorũ vt fauilla * ſtupæ,& opus eorum quaſi ſcintilla, * ſtuppæ
& ſuccendetur vtrunq; ſimul. Interdùm quoq; dat Deus verba ſua in ore ꝓdicantium quaſi ignem,
& auditores in ligna ſalubriter: quandò ꝓdicatorum corda igne ſpiritûs ſancti flammantia, verba lo-
quuntur ardentia, q̇bus audientiũ aĩæ inflammanť, vt ligna ab igne, ità ꝙ in eis lignũ, fœnũ ac ſtipu-
la conſumuntur. quapropter ſic ait Pſal. Ignitum eloquiũ tuum vehementer, & ſeruus tuus dilexit 1. Cor. 3.
illud. Eccè ego adducã ſup vos gentẽ de lõginquo domus Iſrael, gentẽ robuſtã, antiquã, cuius igno- Pſal. 118.
rabis linguam. Sicut in Euangelio noĩe hoĩs deſignať diabolus, cùm diciť, Inimicus homo hoc fecit: Matt. 13.
ità hoc loco per gentẽ aëreæ poteſtates deſignanť, quarum tanta eſt fortitudo, vt de diabolo dicatur
Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terram quę comparetur ei. quarum eſt magna durationis diuturnitas,
& in peccato antiquitas, qm̃ ab initio peccauerunt. Hinc expertiſſimæ ſunt in malo,& ad fallendum
callidiſſimæ vehementer: quarum linguam ignoramus, quia earum ſuggeſtiones, perſuaſiones atq;
fallacias intelligere non valemus, niſi dono diſcretionis ſpirituum accepto, dicere cum ſancto Apo-
ſtolo poſſimus: Non ignoramus cogitationes eius. Vndè ad Dei auxilium ſemper cum inſtantiſſi- 2. Cor. 2.
mis precibus confugere admonemur. Pharetra eius, i. nocendi induſtria, ſepulcrum patens, quoni-
am ſpiritaliter interimit mentem, & fœtor tentationum ex ea procedit. Inſupèr gens iſta vorat &
comedit ſegetes noſtras, i. opera noſtra facit inania & ꝓmio vacua, & panẽ refectionis internæ *. fi-
lios & filias, i. vitiorum noſtrorũ imitatores ac imitatrices. greges, i. opera partis ſenſitiuæ. Ficũ & vi-

neam,i.habitus virtutū atq; donorū.Per hoc enī ꝙ ad mortale peccatū inducit nos, priuat nos cha-
ritate & grā habita,merita quoq; mortificat,& à futuris grę donis nos impedit.& cōteret vrbes mu-
nitas,in qbus tu habes fiduciā.Hoc fit,dum cōgregationes deuotas diabolus deijcit,quarū ſuffragio
alij ſperabāt ſaluari.Inſupèr Dñs ait ad reprobos:Sicut dereliquiſtis me,& ſeruîſtis Deo alieno,i.ven-
tri vel auro ac diabolo,in terra veſtra,videlicet in ſeculo iſto,ſic ſeruietis dijs alienis in terra nō ve-
ſtra,i.in inferno ſubditi eritis dæmonibus.Vel ſenſus eſt ꝙ ſicut peccauerunt in Eccleſia, ſic pecca-
bunt & extra eam.Annunciate domui Iacob,i.fidelibus ꝑdicate ô prælati & viri deuoti,dicētes:Au-
di popule ſtulte,qui ſapientiæ Dei Chriſto vnigenito patris nō pāres nec acquieſcis, qui non habes
Eccēs 1. cor,i.ſpiritalem intelligentiam mentis.De talibus ſic ſcribit Sapiens in Eccleſiaſte:Peruerſi difficilè
corriguntur,& ſtultorum infinitus eſt numerus.Me ergò nō timebitis? timore filiali aut initiali aut
ſaltem ſeruili,& à facie mea non dolebitis,ꝙ totiès offendiſtis me, qui poſui arenam terminum ma-
ri &c? i.qui tam grande ac validum elemētum atq; immenſas gurgitum eius moles littoribus refre-
naui.Ex quibus innuit Dñs,ꝙ etiā naturali ratione ex creaturarum cōſideratione,creatorem intelli-
Rom. 1. gere ac venerari debemus.Inuiſibilia enim Dei,per ea quæ facta ſunt, conſpiciuntur. Sic etenī ſcri-
Sap. 13. ptum eſt: Vani ſunt omnes homines quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his quæ videntur bona,
non potuerunt intelligere eū qui eſt. A magnitudine enī ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter pote-
rit creator horum videri.Populo aūt huic,Deo rebelli,factum eſt cor incredulum: qm̄ & ſi habent fi-
Iacob. 2. dem,non tamē formatam ac viuam,ſed mortuam,iuxta illud Iacobi:Fides ſine operibus mortua eſt
in ſeipſa.Receſſerunt,& non dixerunt,metuamus Dñm Deum noſtrum, i. quum inanimata præce-
ptum meum obſeruent,iſti tamen inobedientes fuerunt,nec beneficia mea perpendunt.Qui dat no
bis pluuiam temporaneam & ſerotinam,i. vtriuſq; teſtamenti doctrinā, ſeu gratiam ꝓuenientem ac
ſubſequentē,immò & pluuiam materialē, & vniuerſa ſpiritalia ac corporalia q̄ habemus,de qbus ait
Iob 26. ſcriptura:Qui ligat aquas in nubibus,vt nō erumpant pariter deorſum. ſi enī pariter eas effunderet,
ſubuerterēt oīa: & ſi cōtineret eas,oīa ſiccarentur. Mittit igitur eas ſecundùm ordinē ſapientiæ
ſuæ guttatìm.Iniquitates veſtræ declinauerūt hæc,& peccata veſtra ꝓhibuerūt bonū à vobis. ſi er-
gò beneficia Dei nō cōſequimur,& ſi eius grā ſpoliamur,noſtris peruerſitatibus atq; ingratitudinibus
Prou. 14. imputemus.Propter quod in Prouerbijs ſcriptū eſt:Iuſtitia eleuat gentē,miſeros facit populos pec-
catum. Vitia igit̄ noſtra ſunt velut murus impediens, nè à ſole ſapientiæ illuſtremur, & nè à ſole iu-
ſtitiæ rectificemur.Quia in populo meo inuēti ſunt,Chriani impij,inſidiantes,quaſi aucupes laque-
os ponentes &c.Iſti ſunt aliorū,ꝑſertim ſimpliciū,deceptores,ſimulatores & callidi, de qbus ſcribit
2. Ti. 3. Apoſtolus:Impij ꝓficient in peius,errantes & in errorē mittētes.de qbus ſcriptū eſt:Hi ſunt in epu-
Iudæ 1. lis ſuis maculæ cōuiuantes abſq; timore.Itē in Pſal. Loquunt̄ pacē cū proximo ſuo, mala aūt in cor-
Pſal 27. Prou. 19. dibus eorū.Quocōtrà Salomon ait:Qui ambulat ſimpliciter, ambulat cōfidenter, & illuſores Deus
illudet.Iſti equidē rei ſunt damnationis oīm,quos pertrahunt ad peccandū.Horū quoq; domus ple
Iob 21. næ ſunt bonis iniuſtè adeptis. Ideò magnificati ſunt poteſtate, fama & gloria temporali. incraſſati
Pſal. 52. ſunt & impinguati,& ꝑterierunt ſermones meos peſſimè, qbus competit illud:Impij cōfortati ſunt,
ſubleuatiq; diuitijs. procedit enim quaſi ex adipe iniquitas eorum: & quo carnem delicatiùs fouet,
eo ampliùs animam ſuam occidunt,ſuntq; nudi atq; macerrimi mente. Iſti cauſas viduarum, pupil-
lorum ac pauperum non iudicant iuſtè,ſed perſonas ac munera accipiunt. Stupor & mirabilia facta
ſunt in terra,i. in Eccleſia. nam prophetæ prophetabant mendacium.Hoc contra prædicatores qui
vitia palpant,& intuitu proprij commodi blandiendo decipiunt,& ſacerdotes applaudunt frequen-
Oſeæ 4. ter huiuſmodi,de quibus per Oſeæ dicitur:Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum
ſubleuabunt animas eorum,& populus meus dilexit talia. Multi ſunt enim quos magìs delectant fa
Ioan. 8. bulosa,vana & friuola,quàm verba ſalutis. contra quos ſic ait Saluator:Qui ex Deo eſt,verba Dei au-
1. Cor. 15. dit.Et Paulus:Corrumpunt mores bonos colloquia mala.Quid ergò fiet in nouiſſimo ✶ eis? putà in
die iudicij. quaſi dicat,tunc æternaliter damnabuntur.

¶ *Declaratio literalis cap. 6. Confortamini filij Beniamin in medio Hieruſalem.* *Art.* 13.

DEſtructionem Hieruſalem & iniquitatem ſacerdotū eius propheta in præſenti cap. deſcribit.
[Confortamini filij Beniamin in medio Hieruſalem.] Hieruſalem etenim, ſicut in libro Io-
Ioſuæ 12. ſuæ ſcribitur,ad ſortem ac tribum Beniamin pertinebat.Idcircò hoc loco per filios Beniamin,habi-
tatores Hieruſalem deſignantur,quorum multi fuerunt de tribu Beniamin,alij de tribu Iuda,alij au
tem Leuitæ.[& in Thecua clangite buccina.] Thecua viculus fuit (ſecundùm Hieronymum) in
monte ſitus,duodecim milliaribus ab Hieruſalem diſtans. [& ſuper Bethacarem leuate vexillum.]
Bethacarem,ſecundùm eundem,etiam viculus fuit Iudeæ,ſitus in monte.[quia malum viſum eſt ab
aquilone & contritio magna:] i. idcircò ô popule regni Iuda confortare, & in Thecua buccina
clange, atq; in Bethacarem leua vexillum, parando te contra Chaldæos ad prælium, qm̄ ex diuina
reuelatione iam vidi tibi grande malū & vaſtitatē ac cladē imminere ab aquilone, videlicet ex ter-

ra & populo Chaldæorum nunc cōtra te venire volentiū.Sicut ſuperiùs,ità & nunc verba iſta ad Iu-
dæos dicunt̄ ironicè,eo ꝙ non in Deo ſperātes,contra ꝓphetæ conſilium oppoſuerint ſe Chaldęis.
Ideò ſubdit̄:[Specioſæ & delicatæ] i. mulieri teneræ ac formoſæ [aſſimilaui filiā Sion] i. vrbem ſeu
potiùs plebem Hieruſalem, qm̄ ſicut huiuſmodi mulier debilis eſt ad pugnandum ac reſiſtendum,
ſic habitatores Hieruſalē Chaldæis reſiſtere nō valebunt. Vel ideò tali fœminę comparatur Hieru-
ſalē,quia ſicut ad fœminam pulchrā ac delicatam amatores confluunt,ità ad Hieruſalē paſtores, de
qbus ſubiungit̄:[Ad eam venient paſtores & greges eorū,] i. principes Chaldæorum cū ſuis phalā-
gis,paſcentes de aliorum ꝑdis ſeipſos.[fixerunt in ea] i. circa Hieruſalē.[tētoria ſua in circuitu:] vr-
bem diligēter vallando.[Paſcet vnuſquiſq;] de ꝑfatis principibus [eos q̄ ſub manu ſua ſunt,] i. par-
tem exercitûs ſibi ſubiectā de fructibus & opibus Iudæorū.Inſupèr principes iſti ad ſuas turmas lo-
quunt̄:[Sanctificate] i. ex imperio diuino confirmate [ſuper eam] i. contra Hieruſalē [bellū.] Vndè
infrà habet̄,quemadmodùm Nabuzardan princeps militię Chaldæorum,ad Ieremiā teſtatus ſit, ſe Iere. 52.
cognoſcere ꝙ ex Dei voluntate ac nutu venerint contra Iudæā.[Conſurgite,& aſſcendamus in me-
ridie] i. ſine timore clara luce inuadamus Hieruſalē.[Væ nobis,quia declinauit dies:] i. dolemus ꝙ
tam citò finit̄ dies,qm̄ deſiderauimus ante noctem capere vrbē. [quia longiores factæ ſunt vmbræ
veſperi.] iſta dicunt̄ ad inſinuandum,ꝙ cum ingenti affectu nitebant̄ Chaldæi ſuperare Hieruſalē,
ꝓpter quod de diuturnitate caliginis nocturnæ doluerunt,immò intm̄ feruebant, ꝙ ſequentis diei
lucē præſtolari nequibant.ideò dicunt:[Surgite,& aſſcendamꝰ in nocte,& diſſipemus domos eius.]
i. domos Hieruſalem deſtruamus.[quia hæc dicit Dñs exercituū.] Hoc eſſe poteſt verbum Ieremię,
ad innuendum ꝙ Deo ꝓnunciante hæc fiunt. Vel ſecundùm Hieronymum eſt verbum Chaldæo-
rum,iſtā ſibi victoriæ ſecuritatē ſpondentium,eo ꝙ Deus Iudæorum hæc fieri iuſſit,quod Chaldęis
aliquo modo innotuit,ſicut & regi eorum.Nam & Ezechiel in Chaldæa eadem ꝓphetauit.[Cædite Ezech. 1.
lignū eius] i.ligna Iudæę ſuccidite ô Chaldęi,[& fundite circa Hieruſalē aggerē,] machinas & muni-
tiones cōtra eam parando.hoc eſt,lignorū congeriē aduerſùs vrbē hanc cōportate. [Hæc eſt ciuitas
viſitationis.] i. vrbs cuius tempus punitiōis modò aduenit.cuius cauſa ſubdit̄:[Oīs calumnia] i. ma-
xima pauperum iniuriatio atq; oppreſſio à maioribus,[in medio eius:] ſicut ſuperiùs dictū eſt,& in-
frà patebit.[Sicut] ergò [frigidā fecit ciſterna aquā ſuam,] frigidā quippe aquā cōmuniter exhibet
puteus.[ſic frigidā fecit malitiā ſuam.] i. ſic Hieruſalem oēm charitatis feruorē amiſit, atq; ex cōſe-
quenti ſuperabundanter peccauit,quemadmodùm ait Saluator: Qm̄ abundabit iniqtas, refrigeſcet Matt. 24.
charitas multorū.[Iniquitas & vaſtitas] i. pauperum oppreſſio ſeu miſeria. [audiet̄ in ea coram me
ſemp.] i. q̄diù ſtabit.[infirmitas & plaga] i.debilitas ad reſiſtendū vel languor,multorū fames ac pe-
ſtis:Per quod dat̄ intelligi,plenā fuiſſe Hieruſalē malis culpæ ac pœnę,& hoc vſq; deſtructionē ipſi-
us.Sed qm̄ pœnæ vitæ ꝑſentis ordinātur à Deo in bonum noſtrum,Dñs ſubdidit:[Erudire Hieruſa-
lē,] i. ex tua caſtigatione magnitudinē culpæ tuæ perpende,& pœnitentiā age,vt vexatio tibi det in-
tellectum.[nè fortè recedat aīa] i. dilectio [mea à te.] Non ꝙ diuinæ mentis dilectio in ſeipſa mu-
tetur,ſed quantùm ad ſuum effectum,recedere atq; accedere perhibet̄.[nè fortè ponam te deſertam
terram inhabitabilem.] i. nè penitùs te relinquā, & in ſempiternā ſolitudinem redigam. Eccè quo-
modò pijſſimus Deus etiam inter flagella quaſi compatiens conſulit, & ſemper rigori iuſtitiæ, cle-
mentiæ miſcet dulcorem.[Hæc dicit Dñs exercituum: Vſq; ad racemum colligent quaſi in vinea re-
liquias Iſrael.] i. Chaldæi Iudæos in Hieruſalem reſiduos capient vſq; racemum,vel incluſiuè,ità ꝙ
nihil ſibi occurrens relinquent:vel excluſiuè,ità ꝙ aliqui Iudæorum occultè euadent, quemadmo-
dùm pauci racemi vindemiatorum manus ſolent effugere. Deindè Dñs ait exercitui Chaldæorum:
[Conuerte manum tuā quaſi vindemiator ad cartallum.] i. ſicut vindemiator vuas colligit & in car-
tallo reponit,vt eas ad torcular deportet,ità tu manus tuas ad Iudæorum captionē extende, vt ꝑtra-
has eos ad Babylonem.Eſt aūt cartallum, inſtrumentum in quo vuæ ponunt̄. Verùm qm̄ Iudæorū
incorrigibilitatē nouit propheta,adiecit:[Cui loquar,& quem conteſtabor vt audiat?] q. d. pauci vel
nulli meis acquieſcēt ſermonibus.[Eccè incircunciſæ aures eorum,] ꝑſertim interiores,i. vitioſæ &
Deo rebelles.[& audire.] i.audiendo obedire [nō poſſunt.] nō ꝙ oīnò non poſſint,cùm oīe pec-
catum ſit voluntarium,ſed quia difficulter id poſſunt, quēadmodùm Chriſtus in Euangelio etiā ait
Iudæis:Quō poteſtis loqui bona,quum ſitis mali? & ſicut incontinens continere non poteſt.Porrò, Ioan. 8.
ſecundùm Hieronymū,circunciſio in ſcripturis in tribus dicitur rebus, videlicet in ꝑputio, in cor-
de,atq; in auribus.Nā & Stephanus ſic legitur dixiſſe Iudæis:Incircunciſi corde & auribus,vos ſem- Acto. 7.
per reſtitiſtis ſpūiſancto.Et Chrs:Qui habet aures,inquit,audiendi,audiat. [Eccè verbum Dñi factū Lucę 8.
eſt eis in opprobrium,] i. in maiorem eorum confuſionem ac pœnam, eo ꝙ illud abiecerint. Vel in
opprobrium,ità quòd illud vituperauerunt.[& non ſuſcipient illud] credendo ac obſeruando.[Id-
circò furore Domini plenus ſum,] i. cognitione furoris Dei contra Iudæos,quia vindictam Dei im-
minentem eis,reuelauit Dominus mihi. Vel furore Domini plenus ſum, i. zelo Dei, zelando contra

iniquos pro eo.[laboraui ſuſtinens.] i.populi huius peccata tolerando,& eis cõpatiendo,labore cõ-
fectus ſum & afflictus.[Effunde] tu popule Chaldæorum,vel tu ô dñe Deus effunde,i. p Chaldæos
aforis effundes[ſuper paruulum * furorem,] i. mortem paruulis inferes.[& ſuper concilium iuuenum ſi-
mul.] i. pariter etiam iuuenibus de reſiſtendo inter ſe conſulentibus,mortẽ infliges,ità ꝙ nec ætati
parcet̃,nec ſexui.[Vir em̃ cum muliere capietur,] i. viros ac cõiuges ſimul captiuabunt Chaldæi.[&
ſenex cum pleno dierum.] i. ſenes atq; decrepiti.Ex quo infert Hieronymus, ꝙ ſenectus non ſit vl-
tima ætas,ſed vltima ætas eorum eſt q ſunt pleni dierum,quos decrepitos appellamus.[Et tranſibũt
domus eorum ad alteros,agri & vxores pariter.] i. habitacula,poſſeſſiones & coniuges Iudæorũ, in
Chaldæorũ dñium redigent̃.[quia extendã manum meã] i. poteſtatis meæ vltionẽ [ſuper habitãtes
terrã] i. Iudæos in terra hac cõmorantes.* [à minore qppe vſq; ad maiorem, oẽs auaritiæ ſtudẽt.] i.
inferiores ac ſuperiores gñaliter cupiditatibus intenti ſunt.[& à propheta vſq; ad ſacerdotem, cun-
Iſaiæ 1. cti faciunt dolum] i. pſeudo ac ſacerdos,oẽs ſunt fraudulenti. Hinc ſcriptum eſt: Oẽs diligunt mu-
Ezech.22. nera,ſequunt̃ retributionẽ.Itemq;:Principes eius auari, ſectantes lucra. [Et curabãt cõtritionem fi-
liæ populi mei] i.deſolationẽ Iudæorum à Deo p̃dictã conſolabant̃ [cum ignominia] i. turpi men-
Ezech. 13. dacio,[dicentes:Pax pax] erit vobis, nec impugnabimini à Chaldæis. [& non erat pax.] vt illi pro-
miſerant.De hoc ſcriptum eſt:Erit manus mea ſuper ꝓphetas qui diuinant mendacium, & decepe-
Mich.3. runt populũ meum,dicẽtes,Pax pax,& non eſt pax.Itẽq;:Hæc dicit dñs ſup prophetas qui decipiũt
populum meum,q mordẽt dentibꝰ ſuis,& p̃dicant pacem: & ſi quis non dederit in ore eorum quip-
piam,ſanctificant ſup eum prælium.Conſequẽter eorum pœna p̃nunciatur: Cõfuſi ſunt,qa abomi-
nationẽ fecerunt] i. p̃fati ſacrilegi in deſtructione Hieruſalẽ confuſioni patebunt,falſitate eorũ de-
tecta,& pœna debita eis inflicta.[quin potiùs confuſione non ſunt cõfuſi,] i. de ſuis ſceleribus non
ſunt ad pœnitentiã veram confuſi.Vel nõ ſunt confuſi ante captiuitatẽ Hieruſalẽ,qm̃ ſuas confictí-
ones impudẽter aſſeruerũt.[& erubeſcere] ſalubri erubeſcentia, q̃ eſt de turpitudine culpæ.] neſci-
êrunt.] i. noluerunt.Eſt itaq; duplex cõfuſio ſeu erubeſcẽtia:vna bona ac ſalutaris,q̃ de peccati de-
formitate verecundamur.Alia mala,qua reprobati, puniti, aut falſi inuenti, confundimur de hoc ꝙ
depræhendimur. Interdùm etiã quidã de bonis operibus verecundant̃, nè derideantur. Hinc eſt il-
Eccĩ.4. lud:Eſt confuſio adducens peccatũ,& eſt confuſio adducẽs gloriã & gratiam. Deniq; & Pſal.preca-
Pſal.24. tur:Deus meus;in te cõfido,non erubeſcã.Et:In te dñe ſperaui,non confundar in æternũ.[Quãob-
&30. rem cadẽt inter ruentes] i.cum cæteris occident̃.[in tempore viſitationis ſuæ corruent,dicit dñs.] i.
tẽpore captionis Hieruſalẽ à Chaldæis interficient̃.[Hęc dicit dñs: State ſup vias,& videte.] Rurſus
poſt denunciationẽ malorum, cõſilium ſalutis dat dñs, p̃ſertim vt ſpũs ſaluus fiat: ſtate ſuper vias,i.
itinera diuerſa,quibꝰ diuerſi inceſſerunt,penſate,videlicet varios modos cõuerſandi,qualiter quidã
per vias virtutũ,alij p vitiorũ calles ambulauerũt,& videte,qd melius vobis ſit & vtilius.[& interro-
gate] à ſanctis ꝓphetis,[de ſemitis antiquis] i. exẽplis & actibus virtuoſis p̃cedentiũ patrum ſancto-
rũ,qualiter illi in via Dei proceſſerint.[q̃ ſit via bona] i. cõuerſatio virtuoſa, & recta doctrina,lexq;
Iacob.4. diuina.[& ambulate in ea.] Scienti em̃ bonum,& non facienti,peccatum eſt illi.[& inuenietis refri-
geriũ aĩabus veſtris.] i. conſolationẽ internã in veſtris anguſtijs,teſtimoniũ quoq; bonæ conſcien-
Iſaiæ 30. tiæ,quod eſt ſolatium magnum:ac deincẽps poſt hanc vitam in patria quieſcetis.Huic dicto conſo-
Prou.1. nat illud Iſaiæ:Hæc via,ambulate in ea,& non declinetis neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram.Vndè
etiam eſt illud Salomonis:Nè ambules cum impijs, prohibe pedẽ tuum à ſemitis eorũ. [Et dixerũt]
vel verbo vel facto:[Non ambulabimus.] per viã ſalutis, tanq̃ indociles & rebelles, quibus dñs ait:
[Et conſtitui ſuper vos ſpeculatores.] i. viros ſanctos vos inſtruentes,videlicet prophetas & præla-
Ezec.3. tos idoneos,ſicut ad Ezeh.dominus loquitur: Speculatorem te dedi domui Iſrael. [Et dixi:Audite
Iſaiæ 50. vocem tubæ,] i. prædicatiõem iſtorum,ad quorũ vnumquenq; per Iſaiam dñs dicit: Quaſi tuba ex-
Mich.3. alta vocem tuam.[& dixerunt,Non audiemus.] ſpreuerunt em̃ verba prophetarum.Nonnè velut tu-
ba Dei fuit Micheas propheta qui ait,Repletus ſum fortitudine dñi, iudicio & virtute,vt annunciẽ
domui Iacob ſcelus ſuum? Deniq; ſicut tuba, niſi inſuffletur, non emittit ſonum: ſic nec prophetæ
non loquuntur,niſi inſpirati per ſpiritũſanctũ.[Ideò audite gentes,] i. gentiles [& cognoſcite con-
gregatio,] i. quæcunq; hoĩm collectio.[q̃ta ego faciam eis.] i.q̃ dira tormenta infligam iſtis peruer-
ſis Iudæis.Hoc admonet Deus,vt ſua iuſtitia oĩbus innoteſcat.[Audi terra:] i.vniuerſi habitantes in
terra.[Eccè ego adducam mala] i. tribulationem & clades multiplices per Chaldæos, [ſuper popu-
lum iſtum,fructum] i. mercedẽ [cogitationum eius] impiarum. Quemadmodùm autem fructus eſt
vltimũ quod de arbore expectatur, ſic merces eſt quod pro opere hominis bono vel malo vltima-
tè recipitur: [quia verba mea nõ audiêrunt,& legem meam proiecerunt] de cordibus ſuis.Quocon-
Prou.7. trà Salomon ait: Serua mandata & legem quaſi pupillam oculi tui: liga eam in digitis tuis,& in ta-
bulis cordis tui ſcribe eam. [Vt quid mihi thus de Saba affertis?] de terra enim illa thus optimum
deferebatur, quo in cultu templi vtebantur Iudæi. [& calamum ſuauè olentem] id eſt,dulciter re-
do-

lẽtem,p quo LXX. interpretati ſunt cinamomum.[de terra lõginqua?] putà de India.Calamus
autẽ ſecu... um quoſdã hĩc ſumitur pro arbore aromatica,gracili ac nodoſa,q̃ ponebatur in vnctio-
ne vaſorum diuino cultui conſecratorum.[holocauſtomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ ve-
ſtræ nõ placuerunt mihi.] Sacrificia em̃ legalia ex ſeipſis non erant accepta Deo, ſed ex offerentiũ
deuotione ac fide. Vndè dñs per Iſaiã:Nè offeratis vltrà ſacrificium fruſtrà, incẽſum abominatio eſt Iſaię 1.
mihi.Hinc Micheas:Quid dignũ offeram dño?Nunquid offerã ei holocauſtum? nunqd placari po- Mich.6.
teſt dñs in millibus arietum?Indicabo tibi homo qd ſit bonũ,aut quid dñs requirat à te:vtiq; facere
iudicium,& diligere miſericordiã, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. [Propterea hæc dicit dñs]
Deus: [Eccè ego dabo in populum iſtũ ruinas,] i. punitiones famis & peſtis ac gladij.[& ruẽt in eis
patres & filij,ſimul vicinus & ꝓximus] i. pariter à Chaldæis interficient̃.[& peribunt,] qa & ęterna-
liter damnabunt̃,qui non veraciter pœnituerũt.[Hæc dicit dñs] Deus:[Eccè populus venit de ter-
ra aquilonis,] videlicet exercitus Chaldæorum.[& gens magna cõſurget à finibus terræ.] i.auxilia-
tores eorum venientes de locis valdè remotis.Iuxta quem ſenſum legit̃ regina Saba veniſſe de fini-
bus terræ,vt audiret ſapientiã Salomonis.[Sagittam & ſcutum arripiet,] quia validi ſagittarij erant. 3. Reg. 10.
[crudelis eſt,& non miſerebit̃] ætati,conditioni,aut ſexui.[Vox eius quaſi mare ſonabit,] i. terribi-
liter cõclamabit,quemadmodùm mare ex colliſione vndarum terribilẽ efficit ſonũ.[& ſuper equos
aſſcendent,p̃parati quaſi vir ad prælium,] i. ſicut viri bellicoſi.Ponit̃ etenim ſingulare pro plurali:&
quaſi,notat hĩc veritatem,non ſimilitudinẽ tantùm.[aduerſùm te filia Sion.] i. contra te ô vrbs ſeu
plebs Hieruſalẽ.Hæc per Ieremiam pręnunciat Deus,vt populus Iudęorum terrore concuſſus,pœ-
nitentiã ageret.Conſequẽter in perſona populi ꝓpheta ait: [Audiuimus famam eius,] ꝙ ſ.nunc cõ-
tra nos properet. [diſſolutæ ſunt manus noſtræ,] i. fortitudo noſtra collapſa eſt. [tribulatio appræ-
hendit nos,dolores vt parturientẽ.] grauior enim fert̃ mors expectata,q̃ illata.[Nolite] ô Iudæi [ex-
ire ad agros,& in via nè ambuletis] extra ciuitates & fortalitia. [qm̃ gladius inimici] i. hoſtium ve-
ſtrorum Chaldæorum,[pauor] i. cauſa pauoris eſt [in circuitu] ciuitatum.Poſtq̃ docuit quid vitan-
dum,nunc inſtruit quid agendum.[Filia populi mei,] i.plebs Iudæ,quia (vt dixi) conſuetudo eſt ꝓ-
phetis,vel potiùs Deo per prophetas,totum populum noĩe filiæ explicare, vt creator ad creaturam
ſuum demonſtret amorẽ Vndè & Iſaias hunc populum alloquens,ait:Tritura mea & filia areę meę, Iſaiæ 21.
quæ audiui à dño,reuelaui tibi.[accingere cilicio,& conſpergere cinere.] i. cilicia indue,& ſuper te
cineres ſparge,cordialiter pœnitendo,atq; diuinam clementiã implorando.Porrò ſic facere tẽpore
anguſtiarum, mos erat Iudæis, [luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.] i. tam intimè dole ac
plange,vt mater vnicum perdidit filium,qui luctus eſt acerbiſſimus, immò ſecundùm Hieronymũ,
nihil doloroſius q̃ vnicum amittere filium. De hac cauſa lugẽdi ait Micheas: Super hoc plangam &
vlulabo,vadam ſpoliatus & nudus, quia deſperata eſt plaga eius.[quia repentè veniet vaſtator ſuper
nos,] videlicet Nabuchodonoſor rex Babylonis,de quo in Iſaia: Cõtritus eſt malleus vniuerſę ter- Mich.1.
ræ.Inſupèr dñs ſic loquit̃ Ieremię:[Probatorem dedi te in populo meo robuſtum,] i.virtuoſum atq; Iſaię 44.
conſtantem examinatorem Iudæorum iſtorum te poſui, ità ꝙ nulla aduerſitate aut terrore ceſſabis
ab eorum increpatione.[& ſcies & probabis vias eorum.] i. opera ipſorum examinabis atq; cogno-
ſces,an ſ.ſint corrigibiles,an non. Quemadmodùm autem Iſaias dicitur fuiſſe populi huius tritura-
tor,& Ezechiel ſpeculator,ſic Ieremias probator. Verùm quia non fuerunt correcti, ſubiungitur:
[Oẽs iſti principes declinantes,] i. à Deo recedentes,fuerunt [ambulantes fraudulenter.æs & ferrũ Ezech. 22.
vniuerſi.] i. duri & incorrigibiles facti,[corrupti ſunt] mente,non purgati.[Defecit ſufflatorium in
igne.] i. ſermo tuus qui inſtàr ſufflatorij nitebatur eos mundare,non eſt cupitum ſortitus effectum.
[Conſumptum eſt plũbum,] i.peccatores iſti grauiſſimi periêrunt,ſicut in fornace conſumitur plũ-
bum.[Fruſtrà cõflauit cõflator.] i. Ieremias ſine effectu ſategit eos verbo Dei purgare, ſicut aurifa-
ber aurum purgat in igne.[malitię enim eorũ non ſunt conſumptæ.] i. pœnitentiã non egérunt,de
quibus ſic dñs ait per Ezechielem: Omnes iſti æs & ſtannum & ferrum & plumbum in medio for-
nacis,& ſuccẽdam eos in igne furoris mei.[Argentum reprobum vocate eos.] i. ſimiles argento ſo-
phiſtico,quod nequit veraciter depurari. [quia dñs proiecit illos.] i. contempſit ac dereliquit iuſto
iudicio.Verùm iſta proiectio,vt eſt pœna, non eſt cauſa, ſed effectus & ſignum impietatis illorum. Iſaiæ 1.
Vndè ad populum iſtum per Iſaiam dicitur: Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. Item per Eze- Ezech. 22.
chielem:Verſa eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam.

¶ *Eiuſdem cap.6.moralis expoſitio.* *Articulus* 14.

COnfortamini filij Beniamin in medio Hieruſalem, & in Thecua clangite buccina, & in Be-
thacarem leuate ſignum.Beniamin interpretatur filius dexteræ, quo ſignãtur filij prædeſtina-
tionis & gratiæ,in quorum perſona ait Apoſtolus: Glorificauit nos Deus pater in dilecto filio ſuo. Ephe.1.
His itaq; iubet ſermo diuinus,vt tempore tribulationis ac tentationis confortentur, confidentes in Rom.8.
dño,atq; dicentes:Si dñs pro nobis,quis contra nos?Et rurſus:Domine,refugium factus es nobis.in Pſal.89.
Hie-

Hieruſalē,i.Eccleſiæ,quatenùs in Eccleſiaſtica ꝑmaneat vnitate & in cōmunione ſanctorum. ſic cō-
Phil. 4. fortatus Apoſtolus,dixit:Oīa poſſum in eo q̄ me cōfortat.Præterea Thecua interpretat̄ tuba,qua ſi-
gnificant̄ hi q̄bus Spirituſſanctus contulit ſermonē ſapientialem ac efficacem in p̄dicando. Vndè in
Euāgelio nominauit Saluator Ioannē & Iacobū filios tonitrui.Talibus ergò iubet̄,vt buccina p̄dica-
Marc. 3. tionis feruentis cōtra inuiſibiliū aut etiam viſibilium ꝑſecutorum aciē clangāt, hortando fideles ad
cordis cuſtodiā,& vt immobiliter diuino auxilio cum inceſſabilibus precibus ac plena fidutia inni-
tant̄.At verò Bethacarē interpretat̄ villa vineæ,qua intelligunt̄,qui p̄clara aut forti diuinorū contē-
Can. 2. platione replent̄,qui cum ſponſa dicere poſſunt:Introduxit me rex in cellā vinariam.Iſtis præcipit̄,
vt contra oēm aduerſariarum poteſtatum inuaſionē leuent crucis vexillum, & Dn̄icæ paſſionis vir-
tute repugnent,cōſiderantes quanta ꝓ eis Chr̄s pertulerit, eiuſq́; meritis defendi orātes, atq; ipſius
Galat. 6. veſtigia validè aſſequentes, vt cum Apoſtolo dicere queant: Ego ſtigmata Dn̄i Ieſu in corpore meo
Cant. 6. porto.Et Chr̄s in Cāticis admonet: Pone me vt ſignaculū ſup cor tuum, vt ſignaculum ſup brachia
tua.His igit̄ fortiſſimis armis accingite vos ad p̄lia ſancta contra hoſtes ſalutis,q̄ Deum vobis aufer-
re nitunt̄,videlicet cōtra mundū,carnem,diabolum. Qm̄ malum viſum eſt ab aquilone,i. quia Deo
monſtrāte viri ſancti viderunt,q̄ ex diaboli regno ſeu ipſis dæmonibus ac eorū miniſtris, imminet
vobis grandis tētatio & contritio magna,i.ſpiritalis occiſio, qua animæ veſtræ,ſi eis cōſenſeritis,oc-
Apo. 3. cident̄ morte peccati. De qua ſcriptum eſt: Nomen habes q̄ viuis, ſed mortuus es.Specioſæ & deli-
catæ mulieri aſſimilaui filiam Sion,i.Eccleſiā ſeu aīam fidelē Chr̄i ſponſam, de qua dicit Apoſtolus:
Ephe. 5. Elegit ſibi glorioſam Eccleſiam,non habentē maculam neq; rugā, q̄ alibì audit à ſponſo:Pulchra es
Cant. 6. amica mea,ſuauis & decora ſicut Hieruſalē.Ad eam venient paſtores & greges eorū.Hoc accipi po-
teſt in bono & in malo:In bono,quia ad ſupremos Eccleſię prȩlatos,atq; ad eos qui ſingulari ſancti-
tatis gr̄a decorant̄,veniunt pro inſtructione atq; conſilio paſtores ac inferiores prȩlati cum ſubditis
ſuis,quorū vnuſquiſq; paſcere debet verbo ac opere eos,qui ſub ſua ſunt manu.In malo autem, qm̄
contra fideles inſurgunt paſtores dānabiles,ſeipſos paſcentes,& ſibi ſubiectos impiè confouentes:
p̄ſertim aëreæ poteſtates,q̄ de credentium ſupplantatione ſeu animarum ꝑditione paſcunt̄,& inter
fideles ſua figunt tentoria: quippe qui die noctuq́; adſunt vt noceant,& ſi viciſsìm recedāt,mox re-
Luc. 4. uertunt̄,cùm & de Chr̄o ſcriptum ſit:Conſummata om̄i tentatione, diabolus receſſit ab eo vſq; ad
tēpus.Non ergò ſimus ſecuri,nec torpeamus ignauia,ſed ſoliciti ſimus ꝓ cordis cuſtodia,in adiuto-
Pſal. 90. rio altiſſimi habitantes.Iſti ad impuguandum fideles,potiſſimè deuotiores,immò totam Eccleſiam,
ſe inuicèm cohortant̄,dicentes:Sanctificate ſuper eam bellum,i. ex diuina permiſſione ſeu cōmiſſi-
one roborate contra iſtorum congregationē tentationis perſecutionisq́; pugnam. Conſurgite, &
aſſcendamus in meridie,i. in luce apparentis iuſtitiæ ſeu bonitatis confictæ:quia,(vt ait Apoſtolus,
2. Cor. 11. Ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis.Cuius fallaciā ſequunt̄ hæretici atq; alij ſeductores,qui
vt faciliùs fallant,mala ꝓponunt ſub ſpecie boni.Poteſt quoq; per meridiē accipi proſperitas mun-
Pſal. 55. di,qua innumerabiles decipit hoſtis nequiſſimus.Ideò timoratus dicere poteſt illud in Pſalmo: Ab
altitudine diei timebo.Tanta demùm ineſt his inuiſibilibus hoſtibus nocendi auiditas, vt ſi aliqua
dies qua nihil nocumenti inflixerint, cœperit terminari, inter ſe dicant: Væ nobis quia declinauit
dies,quia longiores factæ ſunt vmbræ veſperi.Nam & indè dolent, q̄ tempore quo dormit̄, minùs
valent nocere.Verùm nè prorſus optato priuent̄ effectu, adijciunt: Surgite, aſſcendamus in nocte:
q̄a & tunc quieſcētes varijs phantaſijs ac dolis inq̄etant,perturbant,terrent,ac polluūt.Tunc quoq;
ſpecialiter ad furta,adulteria,fornicationes,cæteraſq́; laſciuias,atq; pigritias, q̄ lucem odiunt,magis
inſtigant.Poteſt quoq; per noctem,aduerſitas ſeculi vel manifeſta vitioſitas deſignari.Quos em̄ ne-
queunt ꝓſperitate ſeducere,aduerſitate frangere moliunt̄.Et quoſdam adeò ad vitia ꝓnos cogno-
ſcunt, vt manifeſta mala eis proponere nō formident.Et diſſipemus domos eius,i. congregationes
Eccleſiarū deuotas,ad iniquitatū ruinam trahamus,vel corpora in quibus habitāt aīæ,ſubdam⁹ pec-
Rom. 6. catis,vt exhibeant mēbra ſua,quibus Deū honorare tenent̄, arma atq; inſtrumēta iniq̄tatis,ad crea-
toris iniuriā.quia hæc dicit Dn̄s ꝑmiſſiuè:Cædite lignum eius,i.opera fideliū fructuoſa ab eis ſubtra-
hite,nè ꝑſeuerent vſq; in finē.& fundite circa Hieruſalē aggerē,i.virtutum obſtacula ac terrenorum
amorē.Semp equidē ſtudet tentator ponere obicē boni, atq; p̄bere occaſionē peccandi. Hæc,putà
2. Tim. 3. Eccleſia,eſt ciuitas viſitatiōis,i.tribulationib⁹ expoſita:qm̄ oēs q̄ volunt piè viuere in Chr̄o,perſecu-
tionem patiuntur.Oīs calūnia in medio eius.Nam intra Eccleſiā plurimi inueniuntur falſi Chr̄iani,
iniuriantes,opprimentes,& damna inferre non metuētes.Idcircò diaboli audentiùs impugnāt Ec-
cleſiam.Sicut ergò frigidam facit ciſterna aquam ſuā,ſic frigidā fecit Eccleſia ſeu anima Deo ingra-
ta,malitiā ſuam,dum in peccando indeſinenter magìs abſcedit,& diſtat à fonte viuifici caloris inter-
ni,à feruore amoris diuini, à contactu ſpirituſſancti. Vndè quemadmodùm frigus conſtringit atq;
indurat,ità iſtorum malitia obdureſcit.iniquitas & vaſtitas audietur in ea &c. Hæc mala in Eccleſia
inueniri,dolendū potiùs q̄ exponendum.ſed quoniā mala pœnalia ordinantur in bonum noſtrum,
&

& nobis ꝓficiunt ad ſalutem,ſi benè eis vtamur,Dn̄s ſubdit:Erudire Hieruſalē, i. ô Eccleſia ſeu ani-
ma Chr̄iana,ex tua punitione & increpatione eruditionē aſſume, vitiorū tuorum grauitatem pen-
ſando, diuinā iuſtitiā collaudando,ac decætero cautiùs conuerſando.ſicq́; erudita, Deo gr̄as age,q̄
te in vita p̄ſenti piè & paternaliter caſtigare dignatur, nè poſteà multo grauiùs torquearis, conſide-
rans illud in Iob:Beatus homo q̄ corripit̄ à Dn̄o.Increpationē ergò Dn̄i nè reprobes, quia ipſe vul- Iob. 5.
nerat,& medet̄:percutit,& manus eius ſanabunt.Et illud:Ego quos amo, arguo & caſtigo. Huic ex-
poſitioni congruit tranſlatio LXX.q̄ habet:Per oēm dolorē & flagellum erudiéris Hieruſalē. Circa Apoc. 3.
quod ait Hieronymus:Si qn̄ crebris anguſtijs ſubiacemus,huius verſiculi recordemur,Per oēm do-
lorē &c.Erudiri quoq; debemus,illuminationem ſpirituſſancti deuotiſſimè implorando, ſacrā ſcri-
pturam ſtudioſè ac ordinatè legendo,doctorū ac ſuperiorum noſtrorū informationibus humiliter
acquieſcendo,doctiorib⁹ nos iungendo,& cuiuſcunq; meliùs ſapientis,ſeu charitatiuè hortantis aut
increpantis eloquia amplexando.Hęc poterit adimplere,qui ipſam veritatē ſynceriter diligit, iuxta
illud:Dic ſapientiæ,ſoror mea es:& prudentiam voca amicam.nè fortè recedat anima mea à te.Er- Prou. 7.
gò ab eo qui præfatis modis erudiri nō ſatagit,dilectio Dei recedit.Ideò ſcriptum eſt:Non eſt popu-
lus ſapiens,propterea non miſerebitur eius q̄ fecit eū. Et alibì:Neminem diligit Deus,niſi eū qui cū Iſaię 27.
ſapientia inhabitat.Apoſtolus quoq; teſtat̄:Qui ignorat,ignorabitur.Verùm eruditio ſine Dei amo- Sap. 7.
re ac laudabili vita, damnabiliorem reddit ſcientem. nè fortè ponam te deſertam, i. à gr̄a Dei reli- 1. Cor. 14.
ctam,terram inhabitabilem,i.ſancti ſpiritûs inhabitatione indignam. Hæc dicit Dn̄s: Vſq; ad race-
mum colligent quaſi in vinea reliquias Iſrael.Nil veriùs dici poteſt, p̄ſertim quum Chriſtus teſtatus
ſit:Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Itaq; dæmones intra tentationum ac deceptionum ſuarum Matt. 20.
rete ſeu laqueos,immò & intra carcerem gehennalē,colligunt reliquias Iſrael, i. populum Chriſtia-
num ſuperſtitem vſq; ad racemos excluſiuè, i. p̄ter paucos & paruos, videlicet humiles qui Dn̄o re-
linquuntur.De quibus ſic loquitur Chriſtus: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ve- Lucæ 12.
ſtro dare vobis regnum.Et item:Confiteor tibi pater,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & pruden- Matt. 11.
tibus,& reuelâſti ea paruulis.Maiores autem communiter ſunt de vindemia dæmonum,quum Co-
rinthijs loquens,ſic dicat Apoſtolus:Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes 1. Cor. 1.
ſecundùm carnē,non multi potentes,non multi nobiles ſunt inter vos:ſed quæ ſtulta ſunt mundi,
elegit Deus,vt confundat ſapientes. Hinc Micheas paucitatem eorū qui per ipſum conuertebātur, Mich. 7.
attendens,ait:Væ mihi,quia factus ſum ſicut qui colligit in autūno racemos vindemiæ. Conuerte
manum tuam ô diabole,quaſi vindemiator ad cartallum,trahēdo impios ad infernum.Inſupèr præ-
latus ſeu prædicator deuotus,de auditorum ac obedientium paucitate plurimùm dolens,ait:Cui lo-
quar verbum ſalutis?& quē conteſtabor vt audiat?Eccè incircunciſæ aures eorum,& audire nō poſ-
ſunt.De quibus dicit Apoſtolus:Erit tēpus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſi- 2. Ti. 4.
deria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus:& à veritate quidem aures auertēt, ad fabulas
aūt conuertentur.Quocontrà ait Saluator:Beati q̄ audiunt verbū Dei,& cuſtodiunt illud. Eccè ver- Lucę 11.
bum Dn̄i factum eſt in eis in opprobrium, i. in maiorē confuſionem,& non ſuſcipient illud per ad-
impletionē.Ideò ait Saluator:Seruus ſciens voluntatem Dn̄i ſui,& non faciens eam,plagis vapulabit Lucę 12.
multis.Et de Iudæis loquens diſſeruit:Si non veniſſem,& locutus eis fuiſſem, peccatum non habe- Ioan. 15.
rent.Ex quo innoteſcit,q̄ graue atq; damnabile ſit contēnere Dei verbum,ſeu non implere auditū.
Vn̄ Dei vicarius & diuini verbi miniſter adiūgit:Idcircò furore Dn̄i plenus ſum,i.cōminatione vlti-
onis diuinæ vel zelo diuinæ iuſtitiæ cōtra tales,ſicut Apoſtolus,q̄ fornicatorē illum Corinthiū tra- 1. Cor. 5.
didit ſatanæ in interitū carnis.& iterùm ait:Si venero, vltrà non parcā. & laboraui,ſuſtinens tantam 2. Cor. 13.
inobedientiū Deo ꝑuerſitatem.Ideò dicit Pſalmiſta: Tabeſcere me fecit zelus meus, q̄a oblíti ſunt Pſal. 118.
verba tua inimici mei.Et Chr̄s in Pſal. 68.Zelus domûs tuæ comedit me. Effunde tu dæmon diuinæ
æq̄tatis miniſter,ſup paruulum,i.inuidū.paruulum em̄ occídit inuidia. furorem,i. diuinæ ſententiæ
exequutionē,videlicet pœnā infernalem. Vel paruuli ſunt oēs, qui p̄ dona gr̄æ, eſſe ſpiritale coram
Deo non habēt,immò huiuſmodi ꝓ nihilo reputant̄.Et ſuper conſiliū iuuenum,i.ſuper eos q̄ inſtàr
iuuenū paſſiōes ſuas ſequunt̄.Vir em̄ cum vxore capiet̄,i.dæmonibus ſubijciet̄,dū quaſi equi & muli
voluptatē laſciuiamq́; ſequunt̄,nec in ſtatu cōiugali mandata Dei cuſtodiunt.ſenex cum pleno die-
rum,de q̄bus Iſaias: Puer centum annorum moriet̄, & peccator centum annorū maledictus erit. & Iſaiæ 65.
tranſibunt domus eorū,i.corpora vel cubilia mentis,ad alios,q̄a extendā manum meam ſup habitā-
tes terrā,i.temporaliū amatores,de q̄bus in Apoca.aſſeritur:Vę ſuper habitantes terrā,quales pręci- Apoc. 12.
puè ſunt auari.A minore q̄ppe vſq; ad maiorem,oēs auaritiæ ſtudēt. Hoc nunc videmus impletum,
non ſolùm in laicis,ſed & in clericis,illis potiſſimè,q̄ plura bn̄ficia habere non metuunt,cùm tn̄ di-
cat Apoſtolus:Habentes victū & q̄bus tegamur,his cōtenti ſumus.Ioannes quoq; Baptiſta:Qui ha- 1. Ti. 6.
bet duas tunicas,det non habenti.Vndè & Chr̄s oīm temporaliū præbuit ſemetipſum exemplarem Lucę 3.
ac perfectiſſimum contemptorem. Hinc Sapiens orat: Tātùm victui meo tribue neceſſaria.& alius: Proue. 30.
Aua-

Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius,hic enim animam ſuã habet venalẽ. Propterea dicit Apoſtolus:Qui volũt
1.Tim.6. diuites fieri,incidunt in tentationes & laqueum diaboli. Et à propheta vſq; ad ſacerdotẽ,cuncti fa-
ciunt dolum.Prophetæ quodãmodò vocantur prædicatores verbi Dei,qui futurum iudicium præ-
miumq́; prænunciant,Sacerdotes igit̃ & prophetæ faciunt dolum,dum populi vitia palpãt, vel alios
ſcandalizant,vel debitum ſui officij non exoluunt.& heu q̃ ſunt multi tales. Quibus comminatur
Oſeæ 5. Oſee: Attendite hoc ſacerdotes,quia vobiſcum iudicium eſt,qm̃ laqueus facti eſtis ſpeculationi, &
ſicut rete expanſum ſuper montem.de quibus ſubiungitur: Et curabant contritionem filiæ populi
mei,i.peccata populi Chriſtiani ſe curare dicebãt,cum ignominia,i.falſitate, dicẽtes: Pax pax,& nõ
erat pax.Hoc agunt,dum de miſericordia Dei promittunt nimiam ſecuritatem hoĩbus, vel peccata
eis indulta,ſiue in fine faciliter indulgenda,affirmant.Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt.
Plures eorum qui iſta fecerunt,iam in æternũ damnati ſunt,vel per ſcripturas quotidiè reprobãtur.
Quin potiùs confuſione pœnitentiali ac ſalutari,non ſunt confuſi, & erubeſcere neſciẽrunt,de ſuæ
vitę turpitudine.Quamobrẽ cadent inter ruentes,quia cum his quos fallunt,peribunt,in tẽpore vi-
ſitationis ſuæ,i. in die iudicij vniuerſalis vel particularis. Vt autẽ Hieronymus ait,Grandis impietas
eſt,non ſolùm nõ cauere,ſed nec intelligere peccata. Hæc dicit dñs,ſtate ſuper vias, conſiderando
differentiam inter vias iuſtorum ac impiorum, & diuerſitatem præmij eorundem.& interrogate de
ſemitis antiquis,inueſtigãdo qualiter ſancti apoſtoli ac alij veteres virtuoſi vixerũt.quę ſit via bona,
Matt. 19. ſanctorum trita veſtigijs atq; ſaluifica,de qua loquitur Chriſtus: Si vis ad vitam intrare, ſerua man-
& 7. data.& iterùm: Arcta eſt via quę ducit ad vitam,& pauci inueniunt eam. & ambulate in ea, Chriſti
teſtimonijs credendo,eius p̃ceptis parendo,eius conſilijs acquieſcendo, & ipſius dñi Saluatoris ve-
1.Ioan.2. ſtigia imitando. Nempe qui ſe dicit in Chr̃o manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.
Ephe.5. Hoc agit qui implet illud Apoſtoli: Imitatores Dei eſtote, & ambulate in dilectione, ſicut & Chr̃s
dilexit nos.& inuenietis refrigerium animabus veſtris.quo enim q̃s in virtutibus fuerit magis exer-
citatus,eo delectabilius eſt ſibi,virtutũ operationi inſiſtere. Signũ nãq; virtutis eſt,delectatio fiens
Prou.21. in opere.Ideò in Prouer.ſcribit̃: Gaudium eſt iuſto facere iuſtitiã. Bona autem conuerſatio multi-
plicem habet fructum,& facit mentem in Deo quietam,deindè ſortitur requiem patrię ſempiternã.
Mat.11. Hinc in Euangelio ait vnigenitus Dei:Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã
Iob.22. vos.Hoc eſt quod Iob ait:Acquieſce Deo,& habeto pacẽ,& per hoc habebis fructus optimos.Por-
Prou.4. rò de harum iuſtorum ac impiorũ diſtinctione viarum,ait Sapiens:Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplen-
dens,p̃cedit & creſcit vſq; ad perfectum diẽ:via autem impiorum tenebroſa,neſciunt vbì corruũt.
Si igitur nobilitatem,puritatem ac beatitudinem viæ iuſtorũ, vilitatem quoq;,immunditiam ac da-
mnationẽ viæ impiorum prudenter penſemus,eligemus vtiq; in via bona, quanq̃ arcta ſit, ambula-
re.Et dixerunt,Non ambulabimus in via iuſtitiæ. O q̃ multi dicunt hoc facto, q̃uis non verbo, qui
ſcientes vitam ſuam eſſe damnabilem,nihilominùs ex deliberatione potiùs in ſuis vanitatibus per-
manent,q̃ ad Dei timorem, timoratamq́; vitam ſe donent,quorum damnatio iuſta eſt.& conſtitui
ſup vos ſpeculatores, i. animarum cuſtodes, periculorum veſtrorum præuiſores,quales primi fue-
Mat.5. runt apoſtoli,deindè ſucceſſores eorum,& p̃dicatores atq; paſtores,quibus Chr̃s loquitur:Vos eſtis
Luc. 10. lux mundi. Et:Qui vos audit, me audit. Audite vocem tubæ, i. apertam prædicationem eorum. Et
dixerunt,Non audiemus.iſti ſunt homines impij ac rebelles,ſuperioribus ſuis non obedientes,qui-
Iob 21. bus conuenit illud Iob: Dixerunt Deo, recede à nobis:ſcientiam viarum tuarũ nolumus. qui quaſi
de induſtria receſſerunt à Deo. Ideò audite gentes, i. infideles,quanta faciã eis.q.d.dñs:Multo gra-
uior erit horum inobedientiũ Chriſtianorum,q̃ paganorum,damnatio,cùm ſint Deo magis ingra-
ti.Vt q̃d mihi thus de Saba affertis? i.orationes nõ ex charitate vera prolatas, quum p̃ximis veſtris
nõ ignoſcatis?q̃ orationes alienæ ſunt à Deo,& quaſi de Saba alienigenarũ prouincia.Et calamũ ſua-
uè olentẽ, i. ſimulatã iuſtitiam,hoĩm æſtimatione verã ac dulcem. Holocauſtomata veſtra hæc ſpi-
ritalia,nõ ſunt accepta:victimæ veſtræ non placuerunt mihi:quod etiam accipi poteſt contra eos, q
de rapinis offerunt Deo, & pauperes opprimũt,nihilominùs æſtimantes ſe Deum oblationibus ſuis
placare.Hæc dicit dñs:Eccè ego dabo in populũ iuſtum ruinas,i.in mala culpæ ac pœnæ eos labi p-
mittam,iuxta illud:Ruinæ impiorũ erunt.Eccè populus venit de aquilone. Per populũ iſtũ crude-
Soph.1. lẽ ac fortem,intelligendi ſunt,vt dictũ eſt,dęmones,qui ſagittã & ſcutum arripiũt,vtpotè ſuggeſtio-
nes peſtiferas,& machinamenta q̃bus ſe cõtra noſtras pugnas in eos defendãt.Dũ em̃ eis reſiſtimus,
ſcutũ arripiunt,vt nos à bonis impediant actibus.ſuper equos aſſcendunt, i. ſup corda prauorũ, per
quos decipiũt bonos,q per filiam Sion ſignant̃.Audiuimus famã eius,diſſolutæ ſunt manus noſtræ,
tribulatio app̃hendit nos. Hoc in perſona imperfectorum potiſſimè dicit̃,qui dęmonum crudeli-
tate,aſtutia & fortitudine cognitis perterrentur, penſantes ſe ſuis viribus non poſſe reſiſtere. Qui-
bus conſequenter conſulitur: Nolite exire ad agros, id eſt,ad lata iniuſtorum itinera,& in via iſto-
rum nè ambuletis.hoc eſt,opera mala nec inchoetis, nec continuetis. Filia populi mei, i. tu ô plebs
hęc

hæc Chriſtiana,accingere cilicio,& conſpergere cinere,i.in cilicio & cinere pœnitentiã age, & Dei
inuoca ſubſidium.luctum vnigeniti fac tibi,pro præteritis culpis cordialiſſimè lamentando. immò
incomparabiliter plùs plangẽdum eſſet pro Dei offenſa,& pro infiniti illius boni amiſſione, & ſpi-
ritualium eius donorum ſubtractione, quàm pro alicuius rei temporalis ſeu doni naturalis perditi-
one:ſed in multis contingit oppoſitum.quia repentè veniet vaſtator,i.diabolus ſuper vos, vt rurſus
tentet vel ad inferos pertrahat.Quapropter loquitur Chriſtus:Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſi- Lucæ 13.
militer peribitis.Probatorem te dedi in populo iſto &c. Hoc ad omnem virtuoſum Chriſtianorum
prælatum ac prædicatorem, atq; ad in corrigibiles Chriſtianos loquitur Deus, omninò ſecundùm
eundem ſenſum, quo in præcedenti articulo idipſum de Ieremia ac populo Iudæorum expoſitum
eſt.Iam enim videmus, quàm pauci ex prædicatione bonorum corrigantur. Propter quod meritò
ſunt æri comparandi,& argentum reprobum nuncupantur.

¶ *Elucidatio literalis cap.7. Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino.* *Art.* 15.

RVrſus miſericordiã ſuam oſtendit pijſſimus dñs & Deus oĩpotens.Et quanto diriora ſunt tor-
menta q̃ imminent,tãto abundãtiùs de remedio cõſulit,ad pœnitentiamq́; inuitat, declarãs ſe
in p̃ditione viuentiũ non lætari,ꝙ item vlciſci atq; puniri, ſit quaſi alienum atq; peregrinũ ab ipſo,
quẽadmodùm Iſaias teſtatus eſt.[Verbum quod factum eſt ad Ieremiã à dño,dicẽs:Sta in porta do-
mûs dñi,] ſ.templi,vt oẽs te audiant qui ingrediunt̃.[prædica ibì verbum iſtud, & dic:Audite verbũ
dñi oĩs Iuda,] i. populus regni Iudæ, videlicet filij Iudæ ac Beniamin, & Leuitæ. Oẽs ſiquidem iſti,
nomine Iudæ frequẽter ſignant̃, eo ꝙ reges eſſent de tribu Iudę: quemadmodùm in Oſee, nomine Oſeæ 4.
Ephraim,decẽ tribus ſignificant̃,eo ꝙ cõmuniter reges decẽ tribuum, & primus earũ rex, Ephratæi 5.6.7.
extiterũt.[qui ingredimini p portas has,vt adoretis dñm: Hæc dicit dñs exercituũ, Deus Iſrael:Bo-
nas facite vias veſtras] i. operationes veſtras corrigite. [& ſtudia veſtra] i.deſideria, quæ ſunt velut
quidã conatus ad opera.[& habitabo vobiſcum] i. gratioſè vobis adero[in loco iſto.]Clemẽſſimus
Deus p̃mium pollicet̃,etiam in p̃ſenti vt acquieſcant. Et qm̃ vnuſquiſq; naturaliter terrã diligit na-
talẽ,habitabo,iniquit,vobiſcũ in loco iſto.Simili modo ait p Iſaiam:Si audiẽritis me,bona terrę co- Iſaiæ 1.
medetis.[Nolite confidere in verbis mendacij,dicentes:Templum dñi,templum dñi,templum dñi
eſt.] Tẽplum iſtud veraciter erat templum dñi,ſed non eo modo quo iſti dixerunt.quia eteñ tem-
plum hoc Deo fuerat cõſecratũ, cõfidebant ſanctitate ac precioſitate & eminentia ædificiorũ eius
ab inimicis defendi.Ad quod æſtimandũ, pſeudo ac ſacerdotes cupiditate inducti, populũ iuduxe-
runt.Ter aũt idem profertur,propter aſſertionem maiorem. [Qm̃ ſi benè direxeritis vias veſtras &
ſtudia veſtra,] ordinando ea rectè in vltimum finem,qui eſt beatitudo æterna.[ſi feceritis iudicium
inter virum & proximum eius,] i. ſi ô iudices iuſtè iudicaueritis inter quoſcunq;, inter ſe litem ſeu
cauſam habentes.[aduenæ & pupillo & viduæ nõ feceritis calumniã:] quibus tanto vitioſius eſt in-
iuriari,quanto impotentiores ſunt ad reſiſtendum:& quanto plùs humano ſunt deſtituti ſolatio,tã-
to iniquius eſt eos contriſtari,tanto item benignius eſt eos conſolari. Vndè iniuriã eis illatam Deus
ſpecialiter vindicat,iuxta illud in pſal.Dñs cuſtodit aduenas,pupillũ & viduã ſuſcipiet. [nec ſangui- Pſal.145.
nem innocentem effuderitis in loco hoc:] in quo valdè culpabiles erant,iuxta illud Ezechielis:Ci- Ezech.22.
uitas effundens ſanguinẽ in medio ſuĩ, tu es. [& poſt deos alienos nõ ambulaueritis in malũ vobiſ-
metipſis,] i. ad veſtrã damnationem atq; perniciẽ.quaſi dicat, Nõ mihi, ſed vobis idololatria nocet.
[habitabo vobiſcũ] i. in cordibus ṽris per charitatẽ & gratiã.[in loco iſto,in terra quã dedi patribus
ṽris.] Porrò quod ſubdit̃,[à ſeculo & vſq; in ſeculum.] i. per g̃nationum ſucceſſiones,referri poteſt
ad id quod dixit,Habitabo: & itẽ ad hoc quod ait, Dedi. [Eccè vos confiditis vobis in ſermonibus
mendacij,q non proderunt vobis:] immò nocebunt, quia ex eis occaſionaliter vel directè inducti
eſtis ad peccata præſcripta.[furari,occídere,adulterari:] quæ ſunt peccata in proximum,quorũ pri-
mum eſt auaritiæ,ſecundum inuidiæ,tertium luxurię.[iurare mendaciter,libare Baalim.] i. idolo ſic
vocato ſacrificare.[& ire poſt deos alienos quos ignoratis] eſſe deos,quum non ſint dij. falſum au-
tem non ſcitur,quanuìs ſciri putetur:ſed falſum eſſe falſum,ſcitur,quia hoc verum eſt.Iſta ſunt pec-
cata in Deum,quorum primum eſt irreligioſitas,alia duo ſuperſtitionis,immò & irreligioſitatis.Li-
bare autem Baalim,eſt ſpecies eius,quod eſt ire poſt deos alienos,quum & Baal ſeu Baalim Deus ſit
alienus.ſed & ipſe ſpecialiter explicatur,quia in eius cultu filij Iſrael grauiùs atq; frequentiùs deli-
querunt.[Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatum eſt nomen meum,] qui
vbiq; ſum,tanq̃ incircunſcriptus ac ſimpliciſſimus ſpiritus.[& dixiſtis:Liberati ſumus] de manibus
inimicorum,vel à peccatis, [eo quòd fecerimus omnes abominationes iſtas.] i. oblationes & ſacra
deorum,vndè ipſi dixerunt oblationes vel aliquid tale. ſed quoniam talia erant abominabilia vero
Deo,ideò ponit propheta rem magis q̃ nomen,quẽadmodùm in Apocalypſi reprobi dicuntur cla-
mâſſe,Quis ſimilis beſtiæ?immò dicent,quis ſimilis Chriſto?ſed qm̃ ille non erit Chriſtus,ſed An- Apo.13.
tichriſtus & beſtia ferox,ſcribuntur dicturi,Quis ſimilis beſtiæ?[Nunquid ergò ſpelunca latronum
ee fa-

facta eſt domus iſta, in qua inuocatũ eſt nomen meum] à ꝓphetis cæteriſq; deicolis. [In oculis ve-
ſtris?] i. vobis p̃ſentibus. quaſi dicat, immò facta eſt ſimilis latronum latibulo, in qua tot aĩæ ſpirita-
liter à pſeudo ac ſacerdotibus occiduntur, atq; tot ſcelera cõmittuntur, iniuſtaq; bona ponunt. Vn-
dè quod nunc Chrs loquitur per prophetã, poſteà in propria ait pſona, de hac domo loquẽs Iudęis:
Matt. 21. Scriptum eſt, inquiens: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autẽ feciſtis illam ſpeluncã la-
tronum. [Ego ego ſum, ego vidi, dicit dñs.] i. ego ſolus ſum Deus, q verè & plenè ſum, qui olim dixi
Exod. 3. ad Moſen: Ego ſum qui ſum. & oculi mei ſcelera vr̃a ſunt contemplati. Præterea, quia exempla plùs
terrent, mouent & informant, q̃ verba, oſtendit Deus exemplo, quid pœnæ impœnitentibus iſtis ſit
inflicturus. [Ite ad locum meum in Silo,] Silo aũt vrbs fuit in tribu Ephraim. [vbi habitauit nomen
meum à principio.] i. in quo loco ego inter filios Iſrael ſpecialiter habitaui, ſtatim cùm terram pro-
miſſionis ingreſſi ſunt, quandò videlicet tabernaculum Moſis & arca teſtamẽti ibidèm locata fue-
runt. [Et videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael.] Nam propter duodecim tribuũ
peccata locus ille fuit deſtructus, iuxta illud Pſal. 77. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculũ ſuũ
vbì habitauit in hoĩbus. [Et nunc quia feciſtis oĩa opera hæc,] i. præinducta opera vitioſa. [dicit
dñs, & locutus ſum ad vos] per prophetas, [manè conſurgens,] i. tempeſtiuè ac diligenter hoc faci-
Iſaiæ 26. ens, & in actum iſtum procedens. Vel ideò dicit, manè, quia tunc aĩa aptior eſt ad opera rationis ac
deuotionis. Propter quod dicitur in Pſal. 5. Manè exaudies vocem meam. Iſaias quoq;: De manè, in-
quit, vigilabo ad te. Deus autem frequenter loquit̃ in ſcripturis affectu & more humano. [& loquẽs,
& non audiſtis] interiori obedienti auditu. [& vocaui vos per ꝓphetas, [& non reſpondiſtis,] i. non
exhibuiſtis vos ad obediendum paratos. [faciã domui huic in qua habetis fiduciam, & loco quẽ de-
di vobis & patribus veſtris] i. templo ac Iudæę atq; Hieruſalem. [ſicut feci Silo, & proijciam vos à
facie mea,] i. à pietatis meæ reſpectu iuſtè vos relinquendo. [ſicut proieci oĩes fratres veſtros, vni-
uerſum ſemen Ephraim,] i. decem tribus, quæ per Ephraim deſignãtur ratione prædicta. Quemad-
modùm enim decem tribus ab Aſſyrijs permiſi vaſtari & partìm occídi, partimq; captiuari, ſic tamẽ
ꝙ aliqui euaſerunt, ità vobis accidet per Chaldæos. Vndè quod ait, Vniuerſum ſemen Ephraim &
oẽs fratres vr̃os, non eſt referendum ad ſingulos generũ, ſed ad gña ſingulorũ. [Tu ergò] ô Ieremia
[noli orare ꝓ populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem & orationẽ,] pſalmos ac preces ꝓ ipſorũ re-
demptione fundendo, [& non obſiſtas mihi] i. effectum iuſtæ vltionis quẽ eis inferre intendo, non
coneris impedire. [qa non exaudiã te.] i. nè videaris pati repulſam, quum ſis talis ac tantus corã me,
Ezech. 22. iniungo tibi nè ores ꝓ eis. Circa hoc orit̃ quæſtio, quia per Ezechielem dñs loquit̃: Quæſiui virum q
interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus cõtra me pro terra, nè diſperderem eam, & non inueni. Rur-
ſus pauloantè iuſſit dñs circuiri vias Hieruſalem, vt ſi iuſtus inibi inueniretur, propter eum populo
parceret. Quõ ergò nunc nõ ſolùm non quęrit, ſed nec admittit paratum? Et reſpondendũ ꝙ pec-
cata populi paulatìm intantùm creuerunt ꝙ non decuit ea ꝓpter preces iuſti inulta relinq. vel in au-
thoritatibus p̃allegatis ſumit̃ numerus ſingularis pro plurali, vt intelligatur quæſiſſe iuſtos in tanto
numero, ꝙ per eos peccantibus ignoſceret ex condecenti. Quòd autẽ peccata illorum intãtùm ex-
aquid iſti creuerunt, ſubiungit̃: [Nonnè vides * ꝙ iſta faciunt in ciuitatibus Iuda & plateis Hieruſalẽ? Filij col-
ligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas regi-
næ cæli,] vtpotè Lunę, ſecundùm Hieronymũ, [& libent] i. de humidis rebus ſacrificent [dijs alie-
nis,] ſicq; parentes & proles concorditer in idololatriæ exercitijs occupabant̃: nec ſolùm peccabãt
parentes idololatrãdo, ſed & filios ſuos ac filias eam docendo, quum ex p̃cepto legis ad oppoſitum
Iſaiæ 38. tenerent̃. Vndè in cantico Ezechię habetur: Pater filijs notã faciet veritatẽ tuam. [& me ad iracundiã
prouocent?] Si intantùm peruerſi fuerunt, vt ideò egerint iſta, quatenùs Deum quaſi turbarent, &
eius felicitatẽ minuerent, tunc fuit in eis intolerabilis error & cæcitas atq; inexplicabilis prauitas, &
ex odio quodã in Deum id proceſſiſſet, vel ex zelo vindictę, vt quia Deus aliqua eis diſplicẽtia ege-
rit, ipſi quoq; aliqua Deo diſplicentia facerent, vt inquietarent eundẽ. Et quãtùm ad hunc ſenſum,
mox reprobant̃ à Deo. [Nunquìd me ad iracundiam prouocant, dicit dñs? quaſi dicat, non. Ira eñ &
cæterę paſſiones, cùm ſint affectiones & motus partis ſenſitiuæ ac corporalis naturæ, in ſuperſim-
plici Deo locum non habent, nec ei propriè aſſcribunt̃, videlicet ſecundùm affectionis veritatẽ, ſed
Sap. 12. metaphoricè per effectûs ſimilitudinem. Hinc quidã Sapiens ait: Tu autẽ dñator dñe cum tranquil-
Malac. 3. litate iudicas. Et per Malachiam: Ego dñs, & non mutor. In Iudith quoq; libro: Non quaſi homo ſic
Iudith 8. Deus comminabitur, neq; ſicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. [Nonnè ſemetipſos in
confuſionem vultûs ſui?] i. mihi inobediendo, ſeipſos ad iracundiam prouocant, eô ꝙ mereantur
atq; procurent ſibi inferri ſupplicia, per quę coram hoſtibus cõfunduntur, & ſe vlciſci de eis deſide-
rant. ſicque peccatum nocet eis, non mihi, iuxta illud Iob 35. Si peccaueris, quid ei nocebis? Porrò
ſi iuſtè egeris, quid donabis ei? Itaquè peccando non Deum lædimus, ſed nobiſmetipſis interitum
Rom. 2. præparamus, theſaurizãtes iram in die vindictæ. [Ideò hęc dicit Dominus Deus: Eccè furor meus &
in-

indignatio mea? ſed hoc per metaphoram ait, p furorem intelligens terribilem vltionem: per indi-
gnationem, deteſtationẽ vel effectum deteſtationis peccati. quæ conflant̃, i. per impiorum demerità
procurant̃ ac ſuccendunt̃ ſuper Hieruſalem. [ſuper viros & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis,
& ſuper fruges terræ,] vt ſ. Iudæi prauiſſimi nõ ſolùm in ſuis perſonis, ſed in ſuis quoq; poſſeſſioni-
bus puniant̃, dum propter eorum peccata tolluntur ab eis pecora, ligna, atq; frumenta. [ſuccendet̃,
& non extinguetur] hic furor meus, i. pœna iſta non ceſſabit, donec dignè fuerint per Chaldæos
plagati. Et nè putarent ſe per legalia ſacrificia poſſe ſatisfacere Deo, ſubiungit̃: [Hæc dicit dñs exer-
cituum, Deus Iſrael: Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris,] i. quantùm placuerit, ſacrificia
legis offerte. [& comedite carnes] oblatas. quaſi dicat, ipſi eas vorate, qm̃ mihi non placent. [quia
non ſum locutus cum patribus vr̃is, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de ver-
bis holocauſtomatum & victimarum.] i. in prima decalogi datione non iuſſi mihi holocauſta & vi-
Exod. 20. ctimas immolari, quemadmodùm in Exodo patet. [Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vo-
cem meã,] præcepta decalogi obſeruando. [& ero vobis Deus] per prouidẽtiam ſpecialem, [& vos
Exod. 19. eritis mihi populus] per cultum deuotum. Hoc eſt eñ quod in Exodo dñs dixit: Si audiêritis vocem
meam, & cuſtodiêritis pactum meum, eritis mihi in peculium. [& ambulate in omni via] p̃ceptorum
moralium, [quam mandaui vobis.] Veruntñ Deus præcepit poſtmodùm per Moſen, ſibi offerri ho-
locauſta & victimas, non ꝙ in ſe eſſent accepta, ſed nè idolis immolarentur. Vndè obſeruantia præ-
Oſeę 6. ceptorum moralium, fuit in ſe virtuoſa ac principalis. propter quod dñs ait in Oſee: Miſericordiam
1. Reg. 15. volo, & non ſacrificium, & ſcientiã Dei plùs q̃ holocauſta. Samuel quoq;: Nunquìd vult Dñs holo-
cauſta aut victimas, & nõ potiùs vt obediat̃ voci eius? [vt benè ſit vobis] p grãm in p̃ſenti, & p gloriã
Pſal. 15. in futuro. Ex quo conſtat, ꝙ ꝓpter noſtram felicitatẽ p̃cipit Deus nos ſibi ſeruire. Ipſe quippe bo-
norũ noſtrorũ non eget. [Et non audiêrunt, neq; inclinauerunt aurẽ ſuã, ſed abiêrũt in voluptatibꝰ
ſuis,] i. deſiderijs vitijſq; carnalibus. [& in prauitate cordis ſui mali] i. in ſpiritalibus vitijs. [factiq;
ſunt retrorſum, & non in ante,] i. auerſi à me, ac defectuoſi in oĩbus. [à die qua egreſſi ſunt patres
eorum de terra Aegypti, vſq; ad diem hanc.] Non ꝙ continuè fuerint tales, immò nec oẽs, ſed plu-
res eorum, & pro maiori temporis parte, iuxta illud Pſal. 105. Et crediderũt verbis eius, & laudauerũt
laudem eius. Citò fecerunt, oblíti ſunt operum eius, nõ ſuſtinuerunt conſilium eius. Et iſtud ex de-
Ezech. 22. curſu lib. Iudicum, Regum, librorumq; Moſis patet. De qua re loquit̃ Deus diffuſè per Ezechielem,
vbì etiã inter cætera ait, ꝙ idola Aegypti non reliquerunt. Porrò quę hîc de Iudæis dicunt̃, ad eoſdẽ
referri non poſſunt: ſed de toto populo loquit̃ dñs quaſi de aliquo vno, cùm vtiq; ea quæ dicit, ad
eos qui diuerſis ſucceſſiuè fuerunt temporibus, referantur. [Et miſi ad * vos oẽs ſeruos meos pro- *eos
phetas:] non ſimpliciter oẽs, ſed oĩes qui veſtris fuerunt diebus, & quibus id iuſſi. [per diem con-
ſurgens diluculo, & mittens:] ſecundùm intellectum iam poſitũ. [& non audiérunt me, nec inclina-
uerunt aurẽ ſuam] per obedientiam, [ſed indurauerunt ceruicem ſuam,] i. rebelles fuerunt. [& pe-
iùs operati ſunt q̃ patres eorum. Et loquéris ad eos oĩa verba hæc, & non audient te:] humiliter ac-
quieſcendo. [& vocabis eos] affectuoſè hortando. [& non reſpondebunt tibi] verbo aut facto, ſed
ſpernent. [& dices ad eos: Hæc eſt gens quæ non audiuit vocem dñi Dei ſui,] quod eſt maximè in-
honeſtum. [nec recepit diſciplinam: quod incorrigibilibus proprium eſt. [perijt fides] de cultu &
adoratione vnius veri Dei duntaxàt, nec inter ſe fidelitatem ſeruauerunt. [& ablata eſt de ore eorũ.]
Rom. 10. qm̃ vnum verum Deum non ſunt confeſſi fideliter, immò malè ſenſerunt de Deo. Corde nẽpe cre-
ditur ad iuſtitiam, ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem. Inſupèr dñs præcipit Ieremiæ: [Tonde capillum
tuum,] i. crines capitis tui abrade. [& proijce] eos à te, [& ſume in directum] i. viſum ad populum
iſtum ſeu pilos abraſos, dirigendo. Vel in directum, i. pro cauſa iuſta, pro qua rectè plangendũ. [plã-
ctum, quia proiecit dñs & reliquit generationem furoris ſui.] i. populum Iudæorum, qui iram Dei
Ezech. 5. contra ſe prouocauit. Sancti prophetæ nunc verbis, nunc rebus ac ſignis ſeu factis, prophetauerunt,
quod maximè claret in Ezechiele. Ideò nunc Ieremias tonſione pilorum ſuorum, & proiectione eo-
rum à ſe, præſignauit ꝙ Iudęi, qui aliquãdò Deo adhæſerunt, nunc abijcerentur ab ipſo. Iſtud etiam
Ezec. 5. Ezechieli legitur Dominus iuſſiſſe, dicendo: Fili hominis, ſume tibi gladium acutum radẽtem pilos,
putà raſorium ſiue nouaculam &c. Et ipſe Ezechiel iuſſus eſt pilos abſciſſos in tres partes diuidere,
ſicut ibidèm expoſui. Porrò, ſecundùm Hieronymum, apud veteres conſuetudo fuit lugentiũ, ton-
dere cæſariem. Idcircò illud Ieremiæ præcipitur in ſignum mœroris pro Iudæorum abiectione. [qa
fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. poſuerunt offendicula ſua] i. idola, in quo-
rum cultu Deum grauiſſimè offenderunt. [in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum,] ſ. in tem-
4. Reg. 16. plo, tempore Achaz & Manaſſis, vt 4. Regum volumine legitur. [vt polluerent eam,] i. violarent,
4. Reg. 21. quæ fuit Deo altiſſimo conſecrata. [& ædificauerunt excelſa] i. aras ſublimes [Topheth,] i. idolo ſic
vocato, ſecundùm quoſdam. [quæ eſt in valle filij Ennon,] i. hominis cuiuſdã, cuius pater dictus eſt
Ennon. Nam locus ille, ſecundùm Hieronymum, fuit amœnus & nemoroſus, & Siloę fontibus irri

gabaſ:Propterea idololatriã ibi exercebant more gentilium. [vt incenderẽt filios ſuos & filias ſuas
4.Reg. 19. igne,] i. per ignẽ eos idolo conſecrarent,ſicut de Achaz legiſ: vel vt eos idolo in holocauſtũ offer-
rent,ità ꝙ ad idoli reuerentiã igne conſumebanſ,vt ꝑ hoc ad beatitudinẽ deorum tranſirẽt.Totum
Ezech.22 iſtud in Ezechiele habeſ,nec opùs eſt ad ſingula allegationes adducere.[q̃ non præcepi,nec cogita-
ui in corde meo,] vt facerent talia,immò oppoſitũ iuſſi.[Ideò eccè dies venient,dicit Dñs,& nõ di-
cetur ampliùs Topheth,& vallis filij Ennon,]i. locus iſte priſtinum nomẽ amittet. Ennon autem,
ſecundùm Hieronymũ,interdùm eſt nomen hominis,& interdùm ſignificat gratiã vel conſolatio-
nem,ſicq; nunc ſumiſ.nam ſubditur: [ſed vallis interfectionis,] i. tot Iudæi ibi à Chaldęis occiden-
tur, ꝙ non vocabitur vallis conſolationis & gratiæ, ſed deſolationis. [& ſepelient] occiſos [in To-
pheth.]Quidã (vt tactum eſt) ꝑ Topheth intelligunt idolum Moloch.Alij dicunt ꝙ Topheth ſit lo-
cus ſic dictus qm̃ habet tophos,i. lapides ſpongioſos & concauos,ex quibus egreditur ignis,qui lo-
cus eſt in valle præfata.Aliquandò quoq; accipitur Topheth pro inferno,quemadmodùm Iſaiæ 30.
Præparata eſt ab herì Topheth à rege. In hoc itaq; loco ſepelientur occiſi.[eô ꝙ non ſit locus] ali-
quo cæteri Iudæi poſſint vel audeant fratres ſuos ſepelire. [& erit morticinum populi huius] i. ca-
dauera Iudæorum [in cibum volucribus cæli & beſtijs terræ.] Hoc,ſecundùm Hieronymũ,intelli-
gitur de his,quorum corpora manſerunt inſepulta. Secundùm alios autẽ,quod dictum eſt,Sepeliẽ-
tur,non intelligitur de conſueta ſepelitione ſub terra,ſed de ſepultura tali,qualis inferiùs de Iecho-
Iere.22. nia rege habetur:Sepultura aſini ſepelietur.[& non erit qui abigat] aues ac beſtias à cadaueribus oc-
2.Reg. 21. ciſorum,quomodò Reſpha concubina Saul,abegit eas à corporibus crucifixorũ filiorum filię Saul.
[& quieſcere faciam de vrbibus Iuda & de plateis Hieruſalem vocem gaudij & vocem lætitiæ,vocẽ
ſponſi & vocem ſponſæ.In deſolatione enim erit terra] Iudæę. Siquidem tempore obſidionis tan-
ta fuit anguſtia Iudæorum,quòd non delectabat cantare aut nubere.

¶ *Eiuſdem capituli 7. expoſitio moralis.* *Articulus* 16.

IEremias ſpeciem tenet prædicatorum atq; paſtorum Eccleſiæ, quibus (ſicut & Ieremiæ) Dñs iu-
bet,vt ſtent in porta domûs Dñi,i.in aliquo loco apto in Eccleſia ad prędicandum,quanquàm ſpi-
ritaliter porta domûs Dñi dicatur fides,per quam intramus ſocietatem fidelium.In hac fide firmiſſi-
mè ſtare debet prædicator & paſtor.Iubet aũt Deus vt prædicent,dicentes: Bonas facite vias vr̃as &
Mat.4. ſtudia vr̃a.Hoc eſt quod ipſemet Chriſtus in exordio prædicauit:Pœnitentiã agite.Qui actiones ſu-
as,cogitatus,affectus & verba,per virtutes regulat ac diſponit,vias ſuas efficit bonas & ſtudia ſancta.
Matt.18. Et habitabo vobiſcum in loco iſto.Hoc eſt quod Chriſtus diſſeruit: Vbì fuerint duo aut tres con-
Ioan.4. gregati in noīe meo,ibì in medio eorum ſum.Et rurſus:Si quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit:
1.Ioan.4 & pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& manſionem apud eum faciemus.Deniq;:Qui ma-
Sap.1. net in charitate,in Deo manet,& Deus in eo. Nolite confidere in verbis mendacij. Os enim quod
Pſal.5. mentitur,occídit animam.Et Pſalmiſta loquiſ Deo: Perdes oẽs qui loquunſ mendacium. Dicentes,
templum Dñi,templum Dñi,templum Dñi eſt.Hoc in eos,qui in ædificiorũ Eccleſiæ confidunt ſplẽ-
dore,precioſitate,ac eminentia.Porrò ſecundùm Hieronymũ,iſtud eſt verum Dei templum,in quo
habitat fides & ſancta conuerſatio, omniumq; virtutum chorus,videlicet ipſa anima virtuoſa,cuius
templi ſanctitate ſaluamur.Eccè vos confiditis in ſermonibus mendacij. Tales, ſimulatores ſunt &
callidi,qui verba ſua ſciunt palliare nequiter, ſubtiliter colorare, apparenter proponere, atq; in tali
ſperant aſtutia ꝙ depræhendi non poſſint. Propter quod audent furari, occídere, adulterari,iurare
mendaciter,& ſeruire creaturis,inhærereq; eis magìs q̃ creatori:nihilominùs immunes & innocen-
tes volunt videri,& inſupèr audent cum cęteris templum ingredi,ęqualiterq; dicere:Liberati ſumus
de noſtra inopia,vel aduerſitate captiuitatis aut mortis,eô ꝙ fecerimus peccata pręinducta,præſer-
tim periurij atq; mendacij,quibus ſe iuuãt multi. Nunquìd ergò ſpelunca latronum facta eſt domus
iſta?Eccleſia,ſecundùm Hieronymum,vertitur in ſpeluncã latronum,dum grauia ſcelera in ea ver-
ſantur,& principes eius auaritiæ facibus inardeſcunt.Et qui in Eccleſia laſciuè circunſpiciunt,fabu-
lationibusq; intendunt,nonnè de domo ſalutis locum ſibi faciunt dãnationis? Quibus Dñs terribi-
liter cõminatur,dicendo: Ego ego ſum,ego vidi. quaſi dicat,Ego ſum iudex veſter,ego ſum ille, in
cuius cõſpectu talia facere nõ timetis,ego quem tantùm deſpicitis.Ite ad locũ meum in Silo,vbì ha-
bitauit nomen meũ in principio, & videte q̃ fecerim ei propter malitiã populi mei Iſrael &c.Per Si-
lo,hoc loco Hieruſalẽ,in qua primò cœpit Chr̃iana religio,intelligendam opinor.Quemadmodùm
ergò propoſuit Deus Iudęis deſtructionẽ Silo in exemplum terroris,ſic om̃i particulari Eccleſię ꝓ-
ponit derelictionẽ Hieruſalẽ in exemplum.Meritò enĩ formidare debemus relinqui à Dño,ſi vitio-
ſè vixerimus,cùm cernamus ipſam Hieruſalẽ ciuitatẽ ſanctã & templum eius,etiam poſt q̃ om̃es ibi-
dèm Chriſtiani fuerunt, & terram & loca in quibus ipſemet Chriſtus incarnari, naſci, conuerſari,
mori ac ſepeliri dignatus eſt, eſſe à Deo relicta propter Chriſtianorum ibidèm manentium ſcelera.
Mittit ergò nos Chriſtus ad loci illius cõſiderationem,& ait quòd ſimilia patiemur, niſi correxeri-

mus vitam & mores.Tu ergò noli orare pro populo hoc,nec aſſumas pro eis laudem & orationem:
non obſiſtas mihi,quia non exaudiam te. Quæritur, quomodò Deo quis poſſit obſiſtere, cùm ipſe Iſaię 46.
per Iſaiam teſtetur:Om̃is voluntas mea fiet.Et in libro Heſter legitur:Non eſt qui tuæ reſiſtere poſ- Heſt.13.
ſit voluntati.Rurſusq; ſcriptum eſt in Iob:Quis reſtitit ei,& habuit pacem?Nihilominùs ſanctus Hi- Iob 10.
eronymus ait,ꝙ ſanctorũ preces iræ Dei poſſunt reſiſtere.Et reſpondendum ꝙ voluntati ac omni-
potentiæ Dei propriè & abſolutè acceptæ,nullus reſiſtere valet: ſed iræ eius dicuntur ſancti reſiſte-
re,inquantùm meritis ſuis ac precibus vltionis impediunt effectum, ſicq; reſiſtunt Deo, non quaſi
inuito,compulſo ac victo,ſed quantùm ipſemet vult, & vt decens iudicat, vt vni propter alium piè
parcatur.Prætereà conſtat,quòd preces deuotorum pro alijs fuſæ,quandoq; non exaudiuntur pro-
pter aliorum peccata,quibus obicem gratiæ Dei ponunt. Nonnè vides quid iſti faciunt? Filij colli-
gunt ligna,i.occaſiones ſeu materiam peccãdi,& patres ſuccendunt ignem, i. materiam illam feruo-
re impiæ voluntatis perducunt ad actuale peccatum.& mulieres conſpergunt adipem,i. delectatio-
nem in peccato fouent atq; cõſeruant.vt faciant placentas reginæ cæli,i.poteſtati ſeculari in alta tẽ-
denti complaceant,& Placebo,decantent.Hoc contra adulatores,ambitioſos & vanos,qui homini-
bus magìs q̃ Deo placere cupiunt ac nituntur,cùm tamẽ fateatur Apoſtolus: An quæro hominibus Galat.1.
placere?ſi adhuc hominibus placerem,Chriſti ſeruus non eſſem.Ideò ſuper iſtos conflatur furor &
indignatio Dei.quibus etiam ait:Holocauſta veſtra addite victimis veſtris.quaſi dicat:Exteriora mu-
nera veſtra, oblationes & eleemoſynas corporales, gratas non habeo, nec meritoriæ ſunt, quia in
charitate non eſtis & gratia.Propter quod ait Apoſtolus:Si diſtribuero omnes facultates meas in ci- 1.Cor.13.
bos pauperum,& tradidero corpus meum ità vt ardeam,charitatem autem non habuero,nihil ſum.
Quia nõ ſum locutus cum patribus veſtris,nec præcepi eis de verbo holocauſtomatum ac victima-
rum,i. prædicta exteriora non iuſſi mihi principaliter immolari, ſeu tanq̃ principalia exhiberi. In
die qua eduxi eos de terra Aegypti, i. de præſenti ſeculo nequam, ſeu de conuerſatione mundana.
Sed hoc præcepi eis:Audite vocem meam,i.pręceptis quę ſunt immediatè de actibus virtutum,præ-
ſertim interioribus atq; elicitis,obtemperate,& ambulate in omni via quam mandaui vobis,vt non Galat.5.
quædam tantùm,ſed vniuerſa præcepta ſeruetis.Nam ſi quis totam legem impleuit, offendat autem Iacob 2.
in vno,factus eſt omnium reus. Verùm his Chriſti ſermonibus multi non acquieſcunt, ſed in vo-
luptatibus ſuis ac prauitatibus ſui cordis à Deo recedunt. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos pro-
phetas,i.prædicatores & ſcripturarum interpretatores,& non audièrunt. Perijt fides formata de ore
eorum:fides etenim talium, non eſt charitate & bonis operibus perornata. Tonde capillum tuum,
& proijce.Hoc ſpiritaliter adimplemus,dum cogitationes ſuperfluas & temporalium abundantiam
abdicamus.& ſume in directum planctum,non obliquè, ſicut hypocritæ, i. Chriſtianorum peccata
recta intentione deplora. quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui, i. populum
Chriſtianum diuina vltione prædignum.quia fecerunt filij Iuda,i. Chriſtiani Domino oretenùs cõ-
fitentes,malum in oculis meis.poſuerunt offendicula ſua,i.ſimoniam,ambitionem,laſciuiam,cupi-
ditatem,& cæteras impietates in domo,in qua inuocatum eſt nomen meum. His ſiquidem offenſi-
onibus diuinæ iuſtitiæ pleni ſunt multi,potiſſimè clerici,quas ad Eccleſiam deferũt ſecum,nec eru-
beſcunt ſe tot inquinatos ſordibus diuino ꝓſentare conſpectui. & ædificauerunt excelſa Topheth,
i.titulos latitudinis ſuæ in terrenis diuitijs,delicijs, atq; honoribus. Topheth nanq; latitudo inter-
pretatur.Hi autem mundani quærunt eminẽtiam ſuam oſtentare vbiq;. quæ latitudo eſt in valle fi-
lij Ennon,i. in terra peregrinationis iſtius,in qua filij Ennon, i. conſolationis carnalis, quaſi in pa-
tria habitant.vt incenderent filios ſuos & filias ſuas igni, i.vitiorum quibus ipſi accẽſi ſunt, flamma,
vt filij patrum ſequanſ veſtigia.Ideò eccè dies venient,dicit Dñs,& nõ dicetur ampliùs Topheth,&
vallis filiorum Ennon,ſed vallis interfectionis.Hoc impleſ, dum amatoribus ſeculi ſubitò ſupueniẽ
vltio Dei,peſtilentia, fames,gladius,ità vt in eo loco iam lugeant atq; diſpereãt,in quo deliciari ſole-
bant,diuitijsq; impleri,quibus Saluator ait: Væ vobis diuitibus qui habetis cõſolationem veſtram: Lucę 6.
Vę vobis q ſaturati eſtis,quia eſurietis:Væ vobis qui ridetis nunc,quia lugebitis & flebitis. Et ſepe-
lient in Topheth,videlicet in inferno, in quo reprobi à dæmonibus ſepeliunſ,iuxta illud: Mortuus
eſt diues,& ſepultus eſt in inferno.Topheth autem,ſicut ꝓcedenti articulo dictum eſt, in vna ſigni- Lucæ 16.
ficatione ſumitur ꝓ inferno,eô ꝙ non ſit locus alius eis conueniens,quemadmodùm ſcriptum eſt: Pſal.30.
Erubeſcãt impij & deducantur in infernum.Et item:Tollatur impius nè videat gloriam Dei. Et erit Iſaiæ 26.
morticinum populi huius in cibũ volucribus cęli,i.dæmonibus in aëre volitantibus,& beſtijs terrę.
Dæmones etenim in reproborum corporibus iam extinctis lætanſ,inquantùm cognoſcunt ea ani-
mabus rurſus iungenda,& in infernum trudẽda.In Eccleſiaſtico quoq; legitur: Quum moritur ho- Eccl.10.
mo,hæreditabit ſerpentes & beſtias & vermes.Cætera patent ex præinductis.

¶ *Explicatio literalis cap.8.In illo tempore (ait Dominus) eijcient*
oſſa regis Iuda. *Articulus* 17.

xregis IN tẽpore illo] deſtructionis Hieruſalem à Chaldeis,[ait dñs,eijcient oſſa ⁎ regũ Iuda,] i. Chaldęi
de ſepulcris extrahent ſiue effodient oſſa regum Iudaicæ plebis. [& oſſa principũ eius, & oſſa ſa-
cerdotum,& oſſa ꝓphetarum, & oſſa eorum q̃ habitauerunt Hieruſalẽ, de ſepulcris ſuis.] Hoc egẽ-
runt Chaldæi ex auaritia, quatenùs ornamẽta ac cætera precioſa corporibꝰ defunctorum applicata,
auferrent ac poſſiderent. Solebant q̃ppe Iudæi mortuorum, p̃ſertim maiorum, videlicet regũ,prin-
cipum, põtificum, ꝓphetarum ac diuitum cadaueribus ornamẽta aurea atq; argentea applicare,& in
talibus eadẽ ſepelire,quod Chaldæos non latuit. Arbitror aũt ꝙ ordinatione diuina ſanctorũ pro-
phetarum ac regum oſſa intacta ꝑmanſerint. Nam de idololatris ſermo eſt, vt verba ſequentia pan-
dunt.[Et expãdent] i. ſup terræ planitiẽ proijcient[ea ad ſolem & lunã & oẽm militiã cęli,] i. ſtellas.
[q̃ dilexerunt] tanq̃ deos,ſuosq; gubernatores ac ꝓuiſores, putantes ꝙ corpora cæleſtia eſſent ani-
mata,& aliquid numinis habentia.[& quibus ſeruiêrunt,& poſt q̃ ambulauerunt] per cordis adhæ-
ſionẽ.[& q̃ quæſiêrunt] per diligentẽ ſacrilegamq; culturã.[&] quæ [adorauerunt:] honorẽ & cul-
tum creatoris referentes ad creaturã, ſup qua impietate oĩs creata tabeſcit natura. [non colligent,&
non ſepelientur.] Iudæi em̃ timore Chaldæorum non audebãt ea colligere, & fortè nec poterant,
quia transferebant̃ de propria terra.[in ſterquiliniũ ſuper faciẽ terræ erunt] hæc oſſa.[& eligẽt ma-
gìs mortem q̃ vitam,oẽs qui reſidui fuerint de cognatione]i.plebe Iudæorũ [hac peſſima,] q̃ Chal-
dæorum gladium euaſerunt.[in vniuerſis locis q̃ derelicta ſunt,] i. à Chaldæis nondùm vaſtata.[ad
quæ eieci eos] per captiuitatẽ vel fugam,[dicit dñs exercituum.] Conſequenter poſt cõminationẽ
addit dñs exhortationẽ.[& dices] ô Ieremia [ad eos: Hæc dicit dñs: Nunquìd qui cadit, non reſur-
get?] tanq̃ dicat, qui corporaliter cadunt,feſtinant reſurgere. [& qui auerſus eſt, non reuertetur?] i.
qui à terra ſua vel amico elongatus eſt,conat̃ redire. Quum ⁎ ergò hoc ità ſit in exterioribus rebus,
[Quarè ergò auerſus eſt populus iſte in Hieruſalẽ]habitans,à me Deo ſuo [auerſione cõtentioſa?] i.
pertinaci & obſtinata,ità ꝙ ſemper contra me quaſi cõtendunt ac murmurant, nolẽtes humiliari &
obedire.[App̃henderunt mendacium,] credendo pſeudoprophetis,[& noluerunt reuerti] à vitijs
ad virtutes.[Attendi & auſcultaui] i. corda & opera eorum diligenter cõſideraui,iuxta illud in Pſal.
Pſal.52. Deus de cælo ꝓſpexit ſuper filios hominum,vt videat ſi eſt intelligens,aut requirẽs Deum. [Nemo
quod bonum eſt loquitur.] i. in loquendo nullus iſtorum habet ſe virtuoſè aut benè. [Nullus eſt q̃
agat pœnitentiã ſuper peccato ſuò,dicens: q̃d feci?] i. heu q̃ malè feci, q̃ impiè egi. [Om̃es conuerſi
ſunt ad curſum ſuũ,] i. ad conuerſationẽ iniuſtam,in qua indefeſſè trangreſſi ſunt cum ardore pec-
candi ac ꝑuerſitatis amore.[quaſi equus impetu vadens] i.celerrimè currens [ad p̃lium.] ex quo eli-
cit̃,ꝙ non ex ſola paſſione, infirmitate aut ignorãtia peccauerunt,ſed ex habitu vitioſo, ex delibe-
ratione,atq; ex mera malitia. Veruntamen iſta intelligenda nõ ſunt, quaſi tempore illo nullus peni-
tùs iuſtus inter Iudæos extiterit, ſed quia tam pauci illic tunc iuſti fuerunt cõparatione prauorũ, ꝙ
Mich.7. quaſi nulli videantur fuiſſe. Vndè his Ieremiæ verbis conſonum eſt illud Micheæ: Perijt ſanctus de
terra,& rectus in hoĩbus non eſt. Conſequenter magnitudo & inexcuſabilitas ignorantiæ Iudæorũ
oſtendit̃ exemplo brutorum: [Miluus in cælo] aëreo [cognouit] cognitione ſenſitiua ex naturali
inſtinctu,quo agit̃ magìs q̃ agat.[tẽpus ſuum.] i.tempus faciendi operationes ſibi cõnaturales, quæ
ſunt, q̃rere victũ,nidificare,pullificare. [Turtur & hirundo & ciconia cuſtodiêrũt tempus aduentûs
ſui.] i. abeundi ac redeundi. noſcunt etem̃ q̃ñ ob hyemalis frigoris vitandum rigorẽ, ad calida loca
debeant properare,& rurſus vêris exordio ad ſolitas reuerti regiones. [Populus aũt meus non co-
Iſaiæ 1. gnouit iudicium dñi.] i. pręcepta eius non intellexit,nec iuſtitię eius penſauit effectus. Quibus cõ-
ſonat illud Iſaię: Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præſepe dñi ſui, Iſrael autem me non co-
gnouit,& populus meus non intellexit. Porrò quod ſubdit̃,contra phariſęos ac ſcribas profertur,ſe-
cundùm Hieronymum.[Quõ dicitis, Sapientes nos ſumus,] i. in diuinorum notitia informati, vel
lege inſtructi.[& lex dñi] per Moſen data,[nobiſcum eſt.] ſ. per ſanam intelligentiam.[Verè men-
dacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum:] q̃m ad falſa dogmata populum ſimplicem induxe-
runt verbis & ſcriptis.[Confuſi ſunt ſapientes,perterriti & capti ſunt] i. ſcribę & phariſęi ſeipſos ſa-
pientes iactantes,in captione Hieruſalem confundentur, terrebuntur,& capientur.[Verbum enim
Domini proiecerunt,] eius mandata relinquendo, & prophetarum ſermonibus non credendo. [&
Sap.1. ſapientia nulla eſt in eis.] i. nulla ſapientia ſalutaris,infuſa,formata, de qua ſcriptum eſt: In maleuo-
lam animam non introibit ſapientia.[Propterea dabo] permiſſiuè [mulieres eorum externis,] putà
Chaldæis,qui eas cognoſcent. [& agros eorum hęredibus,] haud dubium quin alienis. [quia à mi-
nimo vſq; ad maximum,omnes auaritiam ſequuntur,] tanquàm ſerui cupiditatis,victi ab ea.[à pro-
pheta] pſeudo [vſq; ad ſacerdotem] incluſiuè,[cuncti faciunt mendacium, agendo contra propria
verba,& contra veritatẽ vitæ atq; iuſtitię. [& ſanabant contritionẽ filiæ populi mei &c.] Locus iſte
vſquè ad illud, Congregans, ſexto capitulo ſcriptus atq; expoſitus eſt, nec idem iam reſumendum
putaui, Congregans congregabo eos,ait Dominus.] id eſt, Iudæos timore Chaldæorum in Hieru-
ſa-

ſalem cõfugere faciã.[Non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea.] i. Chaldæi aduenientes
botros & ficus Iudæorum cõſument.[foliũ defluxit,] i. folia arborũ tempore obſidionis Hieruſalẽ
ceciderunt tẽpore hyemali. Duobus nanq; annis durauit obſidio.[& dedi eis] Iudęis [q̃ prætergreſ
ſa ſunt] i.terræ naſcentia, & arborum fructus q̃ reliquerunt per fugam, nec obſeſſi poterãt ea acqui-
rere. Vndè Deus cõtulit eis hæc,q̃m terrã & arbores eis cõceſſit,& niſi peccâſſent, fructus cepiſſent.
Deindè territi Iudæi inter ſe dicunt:[Quarè ſedemus] extra ciuitatem Hieruſalem? [Conuenite, &
ingrediamur ciuitatem munitam.] putà Hieruſalem,nè à Chaldæis capiamur,[& ſileamus ibì.] tan-
quàm territi,& aduertentes, ſi quid de aduerſariorum percipiamus aduentu.[Quia dñs noſter ſile-
re nos fecit.] i.ad hanc calamitatem peruenire reliquit, immò & fecit, q̃m malum pœnæ eſt effecti-
uè à Deo.[Et potum dedit nobis aquam fellis.] i.amaritudine quaſi poculo nos impleuit.[Peccaui-
mus enim Dño.] Iſta ſunt verba non omnium,ſed quorundam pœnitentium, quibus dedit vexatio
intellectum. [Expectauimus pacem] temporis, ſecundùm quod pſeudo nobis vaticinabantur. [&
non erat bonum] i.pacem conſecuti non ſumus,expectauimus quoq; [& tempus medelæ,] i.reme-
dij contra Chaldęos, ſperantes inaniter liberari ab illis. [& eccè formido.] i. timor quo Chaldæos
timemus,ineſt iam nobis.[A Dan] i.à loco Iudææ ſic dicto, qui fuit in vna extremitate Iudææ. [au-
ditus eſt fremitus equorum eius,] videlicet regis Babylonis, quia per illam partem intrauit cum ſu-
is Iudæam. [à voce hinnituum] i.clamorum indomitorum. [pugnatorum eius] id eſt, ſeruorũ regis
huius.[commota eſt omnis terra,] i.totus Iudæorum populus timore concuſſus eſt,ſicut & Iſaias ad
aliam plebem aduerſantem adſpiciens,loquitur de Iudæis: Commotum eſt cor populi huius, ſicut Iſaiæ 7.
commouentur ligna ſyluarum. [& venerunt] Chaldæi, [& deuorauerunt terram & plenitudinem
eius] i.bona Iudæorum,immò & ipſos Iudæos cõſumpſerunt, illa edendo, iſtos necando. [vrbem]
Hieruſalem [& habitatores eius] abſtulerunt. Loquitur autem de futuro per modum pręteriti con-
ſuetudine prophetali. [quia eccè ego mittam vobis] i.ad veſtram punitionem ô Iudæi [ſerpentes
⁎ peſſimos,quibus non eſt incantatio:] i. Chaldæos ſæuiſſimos, qui deprecationibus non flectent̃. ⁎regulos
[& mordebũt vos,dicit dñs.] i.affligent. Deindè in perſona Ieremiæ vel populi huius afflicti ſubiũ-
gitur:[Dolor meus ſuper dolorem.] i.vehementer auctus eſt.[in me cor meum mœrens.] i. contri-
ſtatum propter tanta aduerſa.[Et eccè vox clamoris filiæ populi mei] i.Iudaicæ plebis [de terra lõ-
ginqua] i.de Babylonia reſonat,quia Iudæi in Chaldæam tranſlati, audita deſtructione Hieruſalẽ,
plangentes eã,dixerunt:[Nunquìd non dñs eſt in Sion,] i.in Hieruſalem[aut rex eius] ſ.Deus om̃i-
potens [nõ eſt in ea?] quaſi dicãt: Quomodò Deus ità locũ ſuum ac templũ reliq̃t? Quibus Deus re-
ſpondet:[Quarè ergò me ad iracundiã concitauerũt in ſculptilibus ſuis,& in vanitatibus alienis?] i.
Iudæi iſta perpeſſi ſunt,q̃m per idolorũ culturam & vanitates ſacrilegas me clementiſſimũ ad rigo-
rem iuſtitiæ excitauerũt. Deincèps populus cladem ſuã deplorans,adiecit: [Trãſijt meſſis, finita eſt
æſtas:] i.tempus quo nobis de vitę neceſſarijs ꝓuidere ſperauimus,iam tranſijt.[& nos ſaluati nõ ſu-
mus] de manibus Chaldęorũ,quia adhuc noſtra durat obſidio,q̃bus Ieremias cõpatiens,ait:[Super
cõtritione filiæ populi mei] i.de Iudęorũ,quorum ego vnus ſum, afflictione [cõtritus ſum & cõtri-
ſtatus,ſtupor obtinuit me.] i.ingenti admiratione admiror, ꝙ populus olim Dei, in tantam conge-
riem malorũ culpæ ac pœnę illapſus eſt.[Nunquìd reſina] i.medicina pœnitentiæ, aut inſtructio ſa-
pientię [non eſt in Galaad?] i. in ſynagoga ſeu populo Iudęorũ. Galaad nanq;, aceruus teſtimonij
interpretatur. Et in ſynagoga fuit aceruus teſtimoniorum ſcripturæ diuinę ſeruorumq; Dei. Galaad
quoq; terra fuit ad filios Iſrael pertinens. [aut medicus nõ eſt ibì?] i. vulnerũ animę ſpiritalis cura-
tor,ſeu vitiorũ ſanator. q.d. immò. Nam in ſynagoga fuerat Ieremias & alij quidam iuſti, dono ſapi-
entię decorati,& pœnitentię medicinã proponentes. [Quarè igitur non eſt obducta cicatrix] i. cur
ſanata non eſt omninò vulneratio peccati [filię populi mei?] i. plebis Iudaicę. quaſi dicat: defectus
fuit ex parte populi,qui rebellis ac pertinax fuit, medicumq; contempſit.

¶ Eiuſdem cap. 8. expoſitio myſtica. *Articulus* 18.

DEniq; iuxta allegoricum vel tropologicum intellectum,quod in huius cap. fertur exordio,de
eiectione oſſium regum Iuda,&c. etiam in Eccleſia corporaliter accidit, quandò Gentiles ex
nimia crudelitate atq; inuidia, beatorum martyrum humata iam corpora effoderunt, atq; oſſa eorũ
hincindè ſparſerunt,nè à Chriſtianis honorarentur. Itemq; dum quidam hæretici aſſerebant ſancto
rum reliquias non honorandas,nec in Eccleſia reuerenter ponendas, propter quod eas foràs proij-
cere præſumpſerunt. Eligent magìs mortem quàm vitam,&c. Hoc quoq; viciſsìm conſtat in Eccle-
ſia impletum, quandò exigente Chriſti iuſtitia, quidam impij Chriſtiani ad tantam afflictionẽ per-
ducti ſunt,vt vitę p̃ferent interitũ. His aũt induratis,à p̃dicatoribus & p̃latis ſeriosè dicendũ eſt: Nũ-
quìd qui cadit,nõ reſurget? quaſi dicant: Humanũ eſt cadere,ſed diabolicũ eſt in peccati ruina per-
manere. Etſi à corporali lapſu non ſurgere,ſtultũ eſt: quanto ſtolidius eſt,à ſpiritali caſu animæ non
mox conari reſurgere? Hinc in Eccõ conſulitur: Fili,peccâſti? nè adijcias iterùm, ſed & de præteritis

Ephe.5. deprecare, vt tibi dimittantur. Apoſtolus quoq; exclamat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Quarè ergò auerſus eſt populus auerſione contentioſa? Auerſione cõtentioſa, indurata ac peſſima, à Deo benedicto auerſi ſunt, q frequentiſſimè ac diligentiſſimè ad emendationẽ admoniti per inſpirationẽ diuinam vel alloquutionẽ humanã, in ſuis vanitatibus perſeuerant, Deum quotidiè grauiter exacerbantes, qui contra Deum quaſi contendũt ac litigant. Nã quicquid ille dicit, monet ac pcipit, ipſi oppoſitum agunt, & prauis ſuis affectibus cõtra legem diuinã recalcitrant, ac Deo, qui eos ad bona inuitat, reſiſtunt. Vndè Iob 15. ſcriptũ eſt: Tetendit impius cõtra Deum manum ſuã, & contra om̃ipotentem roboratus eſt. Prętereà Dñs ptestatur: Attendi & auſcul-
Matth. 12. taui, nemo quod bonum eſt loquitur. Eccè Deus om̃ipotens om̃ia verba noſtra diligenter aduertit ac iudicat, & de om̃i verbo ocioſo rationẽ exquiret. Cur ergò eo audiente & attendente, audemus loqui inania, immò & vitioſa, quæ etiam coram honeſtis hominibus effari verecundaremur? Hinc
Sap.1. ſcriptum eſt in libro Sapientiæ: Qui loquitur iniqua, non poteſt latére. Auris enim cęli audit omnia. Cuſtodite ergò vos à murmuratione, & à detractione parcite linguæ. Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, ſicut equus impetu vadens ad prælium. quemadmodùm vnuſquiſq; fidelium tanto prõptiùs atq; velociùs ea quę Dei ſunt exequitur, quãto ampliùs diuinę charitatis ardore ignitur, ità vt perfecti viam Dei potiùs currere quàm ambulare dicantur: ſic quanto in aliquo plùs mundi amor & carnis libido dominatur, tanto ad vitia inceſſabiliùs & impetuoſiùs fertur. Hinc habituati in vitijs, non ad ambulationem, ſed ad curſum iniquitatis conuerſi ſcribuntur. Vndè Iob 15. legitur: Cucurrit impius aduersùs Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Miluus in cælo cognouit tempus ſuum, &c. Eccè his verbis inſipientia, inobedientia, atq; peruerſitas hominum reprobatur, eô q irrationalibus ea quæ ſibi apta & connaturalia ſunt cognoſcentibus, rationalis creatura præcepta Dei non penſat neq; cuſtodit: immò nec creatorem ſuum per gratitudinis viciſſitudinem recognoſcit. Conſiderantes ergò q inanimata ac bruta leges ſibi diuinitùs præſtitutas cuſtodiunt, atque in ſuis actibus ordinato pceſſu percurrunt, ad obedientiam erudiamur, & legẽ nobis ab om̃ipo-
Iob 12. tente pfixam ſeruemus. Propter quod ſcriptum eſt: Interroga iumenta, & docebũt te: & volatilia cęli, & indicabunt tibi. Quomodò dicitis, ſapientes nos ſumus, & lex Dñi Saluatoris, videlicet lex euãgelica, nobiſcũ eſt? Fruſtrà ergò iactant legis ſcientiã, qui doctrinã operibus deſtruunt. Hoc contra ambitioſos & vanos, q ſapientes ſe arbitrant̃, & tales ab alijs reputari ac dici deſiderãt. Propter quod Prouerb. 3. ſcriptũ eſt: Nè innitaris prudentiæ tuæ, nè ſis ſapiens apud teipſum. Audiant iſti quod ad
Rom. 2. Rom. ſcribit Apoſtolus: Qui aliũ doces, teipſum non doces: q glorariis in lege, per puaricationẽ legis Deũ inhonoras. Verè mendaciũ operatus eſt ſtylus mendax ſcribarũ. Hoc cõtra eos, qui falſa do-
Pſal. 1. cumenta ac deceptorias artes ſeu leges iniuſtas cõſcribunt, & alijs ſcriptas relinquũt, qui in cathedra
Iſaiæ 5. peſtilentiæ ſedentes, multos inficiunt, quibus ait ſcriptura: Væ qui cõdunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt. quid facietis in die viſitationis & calamitatis? Cõfuſi ſunt ſapiẽtes in oculis ſuis, iuxta illud ad Rom. 1. Dicentes ſe ſapientes eſſe, ſtulti facti ſunt. Perterriti, ſecũdùm illud Iob 15. Sonitus terroris ſemper in auribus impij. Quum em̃ non ſint mente fixi in Deo, nunc vana ſecu-
Prou. 28. ritate tumeſcunt, nunc inordinato timore ſuccumbunt. Quocontrà Salomon atteſtatur: Iuſtus quaſi leo confidens, abſq; terrore erit. & capti ſunt vinculis vitiorum & iugo diaboli, confundent̃, perterrebũtur, & capientur à Deo in hora mortis, quum ad Chriſti tribunal fuerint ducti, ad quod per-
Matt. 11. tinet illud Iob 5. Qui appræhendit ſapientes in aſtutia eorum. Verbum em̃ Dñi proiecerunt, quo ait:
Matth. 7. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Et item: Contendite intrare per anguſtam portam.
1. Ioan. 2. Itemq́; Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Et ſapientia nulla eſt in eis, loquendo de ſapientia vera, ſalutari, ſuperna, de qua ſcriptum eſt Iacobi 3. Quę deſurſùm eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deindè pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis. Prætereà quid ſtultius, q̃ propriæ animæ neglecta ſalute, circa alia occupari, & de neceſ-
Eccl 3. ſarijs corporis magìs q̃ de neceſſarijs animæ ſibimet prouidere? Ideò in Eccõ fertur: Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper. Et Saluator Matt. 6. Primùm, inquit, quærite regnũ Dei & iuſtitiã eius. Proptereà dabo mulieres eorum exteris, i. effœminata atq; carnalia ipſorum opera dæmonibus tor-
Apoc. 14. quenda adiudicabo. Opera em̃ illorum ſequuntur illos. Non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea. quemadmodùm tota Eccleſia eſt vinea magna ac generalis, ſic particulares Eccleſiæ ſunt vites ſpeciales. Dum itaq; congregationes eccleſiaſticę ceſſant à vigoroſis virtutum operibus, non eſt vua in vineis. Inſupèr dum hi qui alios ſpiritualiter recreare & cõſolari tenentur, putà prælati, aſperitate verborum potiùs turbant, non ſunt ficus in ficulnea. Ideò ſubditur: Folium defluxit, i. verbũ eorum inutile fuit. Quocõtrà de iuſto ſcriptum eſt in Pſal. 1. Folium eius non defluet. Primo quoq;
1. Reg. 3. Regum de Samuele ſcriptum eſt: Nõ cecidit de verbis eius ſuper terrã. Salomon quoq; Prouerb. 11. loquitur: Iuſti quaſi virens foliũ germinabunt. vbì per virens foliũ, intelligi poteſt ſapientiæ verbũ, quod vtiq; valdè eſt fructuoſum. Dedi eis quæ prætergreſſa ſunt, id eſt, malis & reprobis tranſitoria

iſta

iſta largitus ſum. Deindè in perſona pœnitentiũ ſubditur: Quarè ſedemus? i. à bonis operibus ceſſamus? cõuenite, & ingrediamur ciuitatẽ munitam, videlicet cõgregationem deuotam ſeu clauſtrum, vbì ſunt tot adiutores ad reſiſtendum peccato, quot habitatores. Vel ciuitatem munitam, i. Eccleſiã, eius obtemperando præceptis. Deniq; iſtud ſpecialiter accipi poteſt de ſolitarijs, qui videntes ſe pericula, tentamenta, atq; rigorem omnimodæ ſolitudinis ferre non poſſe, ad fratrum ſocietatem cõfluunt, eô q Salomon dicat: Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et denuò: Fra- Eccl. 4.
ter qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. & ſileamus, ibì ſeruando ſilentium ſecundùm ſancto- Prou. 18.
rum patrum ordinationem, qua Dñs noſter ſilere nos fecit, i. iactantię & confabulationum licentiam occaſionẽq; abſtulit. Hinc Iſaiæ 30. legitur: In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Abacuc quoq; 2. Sileat à facie Dñi omnis terra. & potum nobis dedit aquam fellis, i. conſolationem cum tribulatiõe, refectionẽ cum amaritudine ac diſciplinæ rigore, ità vt cum Pſalmiſta dicere debeamus: Virga tua Pſal. 22.
& baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Et: Cibabis nos pane lachrymarum. Et potum meum cũ fle- 79. & 101.
tu miſcebam. Hæc autem patienter ferre debem9. Peccauimus enim Dño. Idcircò quem vitijs inhonorauimus, virtutibus honoremus: & ſicut voluntati Dei prætulimus noſtram, ità noſtræ præferamus nunc Dei. Poſtremò, ſicut propriæ voluntati immoderanter indulſimus atq; conſenſimus contra voluntatem diuinam, ità iam conſentiamus diuinæ contra propriam, agendo & patiendo q̃ Deo ſunt placita, & quæ nos pati ei placet, quanq̃ propriæ voluntati ac amori priuato vehementer repugnent. Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & eccè formido. Frequenter contingit, vt religionem intrantes, putent ſe ampliùs nõ tentandos, turbandos, terrendos ac affligẽdos: cúq; tempore procedente ſenſerint ſe tanto acriùs impugnari, quãto affectuoſiùs conantur proficere, dicere poſſunt hæc verba. Rurſus nõnulli libenter manẽt in ſeculo, & pacẽ carnalẽ & tẽporalem expectant in eo: ſed ordinatione diuinę clementię, tot eis occurrunt aduerſa, vt quaſi cõpellantur fugere mundũ, qui in clauſtrali quiete ſalubriter conſtituti, cum gratiarũ actione dicere habent hęc verba. A Dan auditus eſt fremitus equorũ &c. hoc antè expoſitũ eſt. Eccè ego mittam vobis ſerpẽtes peſſimos, i. inuiſibiles hoſtes ac tentatores, qbus non eſt incantatio: nõ em̃ faciliter cedũt, quanuìs Deũ laudando atq; orando, eis reluctemur. & mordebunt vos, i. mortifera ſuggeſtione animam lædent, ſi cõſenſum dederitis. vel mordebũt, quia ad minùs moleſtiã inferũt imperfectis. Porrò pro ſerpentibus peſſimis, Aquila tranſtulit regulos, vtpotè baſiliſcos, quod eſt veneno ſiſſimũ ſerpentiũ genus, ſolo flatu deijciens aues volantes: per quod intelliguntur callidiſſimi dæmones, cõtemplatiuis inſidiantes, vt eos flatu ſuggeſtionis, vanitatis ac ſpiritalis ſuperbiæ, mordeant atq; deijciãt. Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meũ mœrẽs. Hoc cõpetit his, qui pro peccato & pro pœna peccati triſtantur: pſertimq́; his qui nõ ſua tantùm, ſed & proximorũ deflent peccata, quod maximè ptinet ad platos. Et eccè vox clamantis filię populi mei, i. Chriſtianorũ, de terra longinqua. Nunquid nõ Dñs eſt in Sion, i. in Eccleſia, aut rex eius, ſ. Chriſtus, non eſt in ea? Hoc fit, dum Chriſtiani in vna parte terrę deplangũt ruinam Chriſtianorũ in locis diſtantibus. quaſi dicãt: Quomodò Chriſtus ità reliquit Eccleſiam? Quibus ipſe reſpondet: Quarè ergò me ad iracundiã concitauerunt? i. ſi verè rex fui eorũ, cur nõ obedierunt, ſed creaturę potiùs q̃ creatori velut quibuſdã ſculptilibus inhæſerunt? Tranſijt meſſis, finita eſt æſtas, i. cõgruum pœnitendi ac pmerendi tẽpus nunc pertranſijt. De quo dicit Apoſtolus: Eccè nũc tẽpus acceptabile, eccè nunc dies ſalutis. Præſertim aũt quadrageſimale 2. Cor. 6.
tempus dicitur meſſis Chriſtianorũ, in quo mentis ſuæ horreum fructibus potiſſimè debent implere. Et nos ſaluati nõ ſumus. hoc quidam in fine vitæ ſerò pœnitentes loquunt̃. Alij aũt qui dies ſuos dimidiant, conſiderantes q magnam iam tẽporis ſui partem infructuosè tranſegerunt, de reliquo pœnitentiam ſtudent peragere. Deniq; ęſtas Eccleſię fuit, quandò in Chriſtianis charitatis viguit ardor. Super cõtritione filiæ populi mei contritus ſum, i. Chriſtianorũ ruinę cõpaſſus ſum. Nunquìd reſina non eſt in Galaad? per Galaad, quod interpretatur tumulus teſtis, vel aceruus teſtimonij, deſignatur Eccleſia, in qua eſt vtriuſq; teſtamenti teſtimoniorũ copia. Per reſinam aũt, Saluatoris doctrina, vel crucis myſterium, ſeu paſſionis Dominicę medicamentũ, videlicet virtus ac meritũ Chriſti, quibus vitiorum vulnera cuncta curantur. aut medicus non eſt ibì? videlicet Chriſtus ſummus Matth 9.
ac optimus animarũ curator, qui ait: Non eſt opùs ſanis medicus, ſed malè habentibus. Et item: Fili- Lucæ 9.
us hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Medicus quoq; eſt, omnis dignus Chriſti vicarius, pdicator ac doctor. Quum itaq; hæc in Eccleſia habeantur, Deus de peruerſitate Chriſtianorum conqueritur: Quarè igitur eſt obducta cicatrix filię populi mei? pro quo alia tranſlatio habet, Quarè ergò non aſcendit ſanitas plebi meę? quaſi dicat, defectus eſt ex parte ipſorum. Vndè & pœnitẽs Pſal. 37.
profitetur: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.

¶ *Explanatio cap. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?* *Art.* 19.

POſtquàm propheta populi ſui iniquitates deſcripſit, nunc eas deplangit. [Quis dabit capiti meo aquam,] i. lachrymandi copioſam materiam, [& oculis meis fontem lachrymarum?] vt iam nõ

ſiue

ſint mihi ſtillicidia,ſed flumina fletûs.[&plorabo die ac nocte]vel ſine interruptione,vel frequẽter
ac cõpetentibus horis dierũ ac noctiũ. [interfectos filiæ populi mei,] i. Iudæos occiſos, & protinùs
* diuerſoritium occidendos,ipſamq́; vrbem ac templũ Hieruſalẽ. [Quis dabit me in ſolitudine in * diuerſorio via-
torum?]i.quis mihi præſtet eſſe ac demorari in ſolitario loco in deſerto,& in diuerſorio ſeu habita-
culo ſeparato,quò ob cauſam viatores ad tẽpus diuertunt? Vndè LXX. tranſtulerunt:Quis mihi det
in ſolitudine manſionẽ nouiſſimã? Talem aũt locum optauit,vt liberiùs fleret pro populo, inſtanti-
usq́; oraret pro eo,p̃ſertim pro animarũ ſalute.Item nè inter tam impios habitaret,quia eorũ pecca-
tis plurimùm affligebat̃ ex zelo iuſtitię atq; diuini honoris,quẽ copioſè habebat.Ideò ſequit̃:[& de-
relinquã populum meũ,] videlicet cõpatriotas,cõciues,amicos & proximos. [& recedã] corporali-
ter [ab eis:] mentis tñ affectu nõ eos relinquo.Et qm̃ mala culpæ peiora ſunt,magisq́; plangenda q̃
mala pœnæ,cõſequẽter oſtẽdit ſe peccata populi ſui potiùs lamentari, q̃ temporalẽ vaſtitatẽ eis de-
proximò imminentẽ.[Quia oẽs adulteri ſunt,] i. q̃dam de om̃ibus,& maxima pars eorũ, vel oẽs ſpi
ritaliter adulteri per idololatriæ fornicationẽ.[& cœtus p̃uaricatorũ,] i.exercitus impiorũ, [& extẽ-
derunt linguam ſuã quaſi arcũ] ſuum,arcũ,inquã,[mendacij,& non veritatis]i.ad loquendũ menda-
cium linguas ſuas mouerunt, vt ſicut ex arcu emittunt̃ occidentia iacula, ità de eorũ lingua p̃cede-
Pſal. 83. rent verba nociua.[Confortati ſunt in terra,] i.in vitijs confirmati. [quia de malo ad malum egreſſi
ſunt,] i.de peccatis in peccata maiora ruerunt, ſicut econtrariò iuſti ambulant de virtute in virtutẽ.
[& me non cognouerunt] per notitiã illuſtrationis diuinæ,[dicit Dñs:Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo
cuſtodiat,] obſeruando ſe nè decipiatur ab eo.[& in om̃i fratre ſuo] i.cognato, vicino aut proximo.
[non habeat fidutiam:quia om̃is frater ſupplantans ſupplantabit:] i.quem poterit, ſuppeditabit ſeu
opprimet.[Et om̃is amicus] qui ſ.putat̃ amicus,[fraudulenter incedet.] Iſta itaq; ſequentia Iudæo-
rum vitia,ſuprà deſcripta ſunt. Nec eſt intelligendum ꝙ omnes Iudæi ſimpliciter tales fuerint, ſed
per exceſſum iſta dicuntur,ad innuendũ ꝙ valdè multi & penè oẽs,fuerunt huiuſmodi, quibus cõ-
Mich. 7. ſonat illud Micheæ: Rectus in hominibus nõ eſt, omnes in ſanguine inſidiant̃, & vir fratrem ſuum
* loquent̃ venatur ad mortẽ.[Et vir fratrẽ ſuum deridebit,& veritatẽ non * loquet̃.]i.miſero non condolebit,
nec informabit errantem.[docuerunt eñ linguam ſuam loqui mendacium.] i. conſuetudinem ſibi
fecerunt flectendi eam ad p̃ferendũ mendacia.[Vt iniquè agerent, laborauerunt.] i. cum induſtria
& labore ſtuduerunt impiè agere,ità ꝙ artes ac modos nocendi non ſine labore excogitauerunt vel
didicerunt.[Habitatio tua in medio doli.] Hoc dupliciter exponitur. Primò, vt ſit verbum Dei ad
Ieremiam directum,ꝙ ſ. habitet in medio hominum doloſorum.Secundò, vt ſit increpatio populi.
eritq́; ſenſus,ꝙ eorum domus ac vita dolis ſit plena.[In dolo] i.vitio doli inſiſtendo, [renuerũt me
ſcire,dicit Dñs] ſcientia efficaci.[Proptereà hæc dicit Dñs exercituũ:Eccè ego cõflabo] i. igne puni-
tionis inuoluam,[& p̃babo eos] i.per pœnã oſtendã quales ſint,reprobi ſ.an patientes,q̃a ſi tempo
ralem hanc vltionẽ patienter p̃tulerint,probi reputabunt̃,atq; ab æternis eruent̃ ſupplicijs.Vndè&
Iob 23. S.Iob ait:Probauit me Dñs,quaſi aurum quod per ignẽ tranſit.[Quid eñ aliud faciam à facie filię po
puli mei?] i.conſideratione peruerſitatis eorũ nõ reſtat,niſi vt totaliter puniam eos. [Sagitta vulne-
rans,lingua eorum] i.ſimilis iaculo ferienti, p̃ferendo verba nociua, detractoria, pungitiua, diſcor-
Pſal. 58. diæ inductiua.Hinc eſt illud in Pſalmo:Gladius in labijs eorũ.[dolum] i.verba doloſa [locuta eſt.
In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias.] Tales ſunt fraudulenti &
domeſtici inimici,qui ſunt ficti amici,qui ſunt grauiſſima peſtis,& ad nocendum magìs idonea. De
Mich. 7. hac Iudæorum fraudulentia ſcriptum eſt pleniùs in Michea: Nolite credere amico, & nolite confi-
dere in duce. ab ea quæ dormit in ſinu tuo,cuſtodi clauſtra oris tui. Inimici hominis, domeſtici ei-
us.Nunquìd ſuper his nõ viſitabo,dicit Dñs, & in gente huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea?] i.
tam impoſſibile eſt hæc peccata inulta manere,& me ea non iudicare,quàm impoſſibile eſt me non
iuſtum conſiſtere.[Super montes aſſumam fletum ac lamentum,& ſuper ſpecioſa deſerti planctũ.]
i.ea quæ in deſerto decora fuerunt,videlicet arbores aut aliqua talia hominibus accommoda.[quo-
niam incenſa ſunt] i.idcircò iſta deploro,qm̃ habitacula ac ſpecioſa quæq; Iudæorũ in montibus ac
ſolitudine poſita,à Chaldæis mox comburent̃. & ideò quoq; lamentor, [eò ꝙ nõ ſit vir pertranſiẽs]
vias montiũ ac deſerti Iudææ.Nã Iudæi de terra ſua trãſlati fuerũt,ità ꝙ pauci aut nulli eorũ ibì trãſi-
bant.[& non audiêrunt vocem poſſidentis,] i.Iudæi non obediêrunt verbis Dei,qui om̃ia poſſidet,
cuius ſunt om̃ia.[à volucre cæli vſq; ad pecora tranſmigrauerunt & receſſerunt.] i. nõ tantùm Iudęi
in Babylonẽ ducentur,ſed aues quoq; & pecora terram iſtã relinquent. Chaldæi eñ pecora cõſum-
pſerunt.Aues autem quæ in terris fructiferis paſtum quærunt, terris illis incultis manentibus, auo-
lant.Iſta ſuperiùs habita atq; expoſita ſunt.[Et dabo Hieruſalem in accruos arenæ,& in cubilia dra-
conum,& ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eo quòd non ſit habitator.] id eſt, funditùs deſtrui
eam permittam,ità quòd ædificia in cineres redigentur,& animalia venenoſa in antris & foueis cæ-
Mich. 3. terisq́; latibulis ibidèm manebũt.Cui ſimile eſt illud Micheæ: Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalẽ
quaſi

quaſi aceruus lapidũ erit,& mons domûs Dñi in excelſa ſyluarũ. [Quis eſt vir ſapiens, qui intelligat
hoc,& ad quem verbum oris Dñi fiat?] i.qui ex impiorũ punitione diuinam cõſideret æquitatem, &
capax ſit ſermonis Dei per prophetas.Cui concordat illud Oſeæ:Quis ſapiens, & intelliget iſta? in- Oſeæ 14.
telligens,& ſciet hæc?[Vt annunciet iſtud,quarè periêrit terra,] i.cur Iudæorum regio ſit vaſtata. [&
exuſta ſit quaſi deſerta,eô ꝙ non ſit qui pertranſeat.] i. per habitaculorum cõbuſtionem in ſolitu-
dinem ſit redacta,& ſimilis facta deſerto.[Et dixit Dñs,quia dereliquerunt legem meam quam dedi
eis,& non audiêrunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea, & abiêrunt poſt prauitatem cordis
ſui,] impijs deſiderijs conſentiendo, & ea in actum perducendo. [& poſt Baalim, quod didicerunt
à patribus ſuis.] Circa hunc locum ait Hieronymus:Baal eſt idolum Sidoniorũ,& eſt numeri ſingu-
laris,Baalim aũt pluralis eſt numeri.Eſt igitur ſenſus,quòd deos Sidoniorum coluerunt, prout à pa
tribus ſuis idololatris didicerunt, ità vt patrem ſequeretur ſua proles. Circa quod ſcribit Hierony-
mus:Ergò nec parentum, nec maiorum ſequendus eſt error, ſed authoritas ſcripturarum. [Idcircò
hæc dicit Dñs exercituum:] i.angelicorum agminum [Deus Iſrael] i.Iacob patriarchæ, qui alio no- Gene. 33.
mine dictus eſt Iſraël,iuxta illud in Pſal. Iubilate Deo Iacob. vel Deus Iſrael,i. Iſraeliticæ plebis de Pſal. 80.
Iacob exortæ.[Eccè ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquã fellis.] i. ama-
ritudinibus atq; anguſtijs eum implebo,ſicut impletur manducans cibo ac poculo. [Et diſpergã eos
in gentibus,quas non nouerunt ipſi & patres eorum,] i.inter Chaldæos,Perſas ac Medos.[& mittam
poſt eos gladium donec conſumantur.] i.quoſdam eorum in via alieniſq́; terris permittam occidi,
iuxta illud Ezechielis:Diſpergam eos in omnem ventum,& gladium euaginabo poſt eos. [Hæc di- Ezech. 3.
cit Dñs exercituum:Contemplamini] i.circunſpicite ô Iudæi iam puniendi. [& vocate lamentatri-
ces,] i.fœminas quæ alios ad fletum prouocare ſolent ac ſciunt. [vt veniant, & ad eas quæ ſapientes
ſunt] in hac arte,videlicet in modo prouocandi ad fletum, quæ cauſam flendi ſagaciter penſent at-
que flebiliter proferant.[mittite,& properent,* feſtinent, & aſſumant ſuper * vos lamentum] q. d. * &
grauiſſima vobis inſtat calamitas. Porrò,ſecundùm Hieronymum, conſuetudo fuit Iudæis,vt mu- * nos
lieres ſparſis crinibus atq; nudatis pectoribus, voce modulata ac lugubri lacertos manibus verbe-
rantes,populum ad lachrymas concitarent. ſunt enim magìs compaſſiuæ, molles ac flebiles, quàm
ſint viri.Vndè & in Euangelio ſcriptũ eſt, quemadmodùm Chriſtus in domo archiſynagogi, cuius Matth. 9.
vnica filia erat defuncta,vidit tibicines,hoc eſt,lugubre carmen cantantes.Conſequenter propheta
populo cõpatiens, ſeq́; ei conſocians, ait: Et [deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ
defluant aquis.] i.abundantiſſimè fleamus,[quia vox lamentationis audita eſt,] i. citò audietur [de
Sion.] i.de Hieruſalem,& loco vbì fuerat templum.quæ aũt ſit vox iſta, ſubiungitur:Quomodò va-
ſtati ſumus] à Chaldæis,[& confuſi vehementer?] ità ꝙ reſiſtere nõ valemus.Hoc habitatores Hie-
ruſalem tẽpore obſidionis dixerunt. atq; ad verba ſua ſub forma quęſtionis propoſita,ipſimet mox
reſpondẽt.[quia dereliquimus terrã,qm̃ deſerta ſunt tabernacula noſtra.] ideò patimur iſta,qm̃ no-
ſtris peccatis meruimus terrã noſtram amittere,domibusq́; priuari. Conſequenter propheta horta-
tur lamentatrices, vt & filias ſuas doceant de Iudæorum miſeria lamentari. [Audite ergò mulieres
verbum Dñi,& aſſumant aures veſtræ verbum eius,] quod per me Dñs loquitur vobis, [& docete fi-
lias veſtras lamentum, & vnaquæq;] lamentatrix doceat [proximam ſuam planctum.] De magnis
nanq; aduerſitatibus conſueuerunt carmina mœſta componere,& hæc ipſa filias proximaſq́; doce-
re.[Quia aſcendit mors per feneſtras * veſtras,ingreſſa eſt domus * veſtras.] i. Chaldæi cum tanto * noſtras
impetu vos inuaſerunt, ꝙ feneſtras ac ianuas confregerunt, ſicq́; per loca talia introeuntes, in pro-
prijs vos domibus occiderũt.Loquitur autem propheta de futuro per modũ præteriti.Itaq; ingreſſi
ſunt [diſperdere paruulos * deforìs & iuuenes de plateis.] i.ad occidendũ iſtos extra domũ exiſtẽ- * de foris
tes,vel in domo,nè decæterò deforìs aut in plateis appareant.* [Et cadet morticinũ hominis] i.oc-
ciſorum corpora.[quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, & quaſi fœnum poſt tergum metentis, & nõ
eſt qui colligat.] i.tot Iudæorum in Hieruſalẽ & circa eam ſunt occidendi,& tanquàm viliſſima ſter-
cora conculcandi,ꝙ cadauera non ſepelientur.[Hęc dicit Dñs:Non gloriet̃ ſapiens in ſapientia ſua,
& non glorietur fortis in fortitudine ſua, & nõ glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur,
qui gloriatur,ſcire & nôſſe me.] Ad literam iſte eſt ſenſus: Nullus Iudæorũ præſumat neq; ſuperbi-
at,putans ſe imminentem vaſtitatem vel per legis doctrinam ſeu quamcunq; ſcientiã, vel per forti-
tudinem corporalem,vel per rerum opulentiam euadere,iuxta illud Amos:Peribit fuga à veloce, & Amos 2.
fortis non ſaluabit animam ſuam.Qui igitur ſobriè vult gaudere,indè lætetur in Deo grata ac humi-
li mente,ꝙ per gratiam illuſtrantẽ ſcit Deum,& noſcit eum per fidẽ ac rationẽ. [quia ego ſum Dñs,]
i. id cognoſcit de me,ꝙ ego ſum Dñs vniuerſorum. Vel idcircò in meî notitia eſt gaudendum,quo-
niam ego ſum omnium dominator altiſſimus. [qui facio miſericordiam & iudicium & iuſtitiam in
terra,] id eſt,omnium prouidentiam habeo,pœnitentibusq́; ignoſco,vniuerſis quoq; quod meren-
tur,retribuo.Hoc idcircò Dominus ait, quoniam plurimi Iudæorum prouidentiam Dei negabant.
De

Soph. 1. De qbus per Sophoniam teſtať: Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis, qui dixerũt, non faciet
Dñs benè, & nõ faciet malè. Hoc eſt, nec pœnã infliget iniuſtis, nec bonis gloriã condonabit. Deniq;
1. Cor. 1. ex hoc Ieremiæ verbo ſumpſit, ſecundùm Hieronymũ, Apoſtolus illud teſtimoniũ ad Corinthios:
2. Cor. 10. Qui gloriatur, in Dño glorietur. Præinducto quoq; verbo cõſonat, quod Sapient. 15. ſcribiť: Nôſſe te
Dñe, cõſummata iuſtitia eſt: & ſcire iuſtitiam & virtutẽ tuam, radix eſt immortalitatis. [Hæc em̃ pla-
cent mihi, ait Dñs.] i. inanem gloriationem abijcere, atq; in ꝓpria meî cognitione fideliter gaudere.
Vel hæc, ſ. miſericordia, iudicium & iuſtitia, placent mihi, quia in meipſo, & item in alijs approbo
ea. immò præcipio, vt rationales creaturæ miſericordiam, iudicium & iuſtitiam agendo, me imiten-
tur, iuxta illud Micheæ 6. Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, aut quid Dñs requirat à te: vtiq; fa-
cere iudicium, & diligere miſericordiã. [Eccè dies venient, dicit Dñs, & viſitabo ſuper oẽm, qui cir-
cunciſum habet præputium.] Aliqui textus habent, incircunciſum, ſed in Hebræo & in textu Hie-
ronymi habetur, circunciſum, & ſecundùm hoc Hieronymus exponit etiam hunc locũ. Deniq; ſe-
quitur: [ſuper Aegyptum & ſuper Iudam] Iudæi autem corporaliter circuncisi fuerunt. [& ſuper
Edom] i. Idumæos, [& ſuper filios Ammon, & ſuper Moab.] Circa q̃ ſcribit Hieronymus: Multę gẽ-
tes, & maximè q̃ Iudææ cõfines ſunt, vſq; hodiè circunciduntur ex quadam parte ſeu partìm, præci-
puè Aegyptij & Idumæi, Ammonitæ & Moabitæ, & oĩs regio Saracenorum, qui habitant in ſoli-
tudine, de quibus in textu ſubiungitur: [& ſuper oẽs qui attonſi ſunt in comam, habitãtes in deſer-
to.] Iſti fuerunt Agareni ſeu Saraceni, filij Iſmaelis, qui patrẽ ſuum in circunciſione carnali & coma
ſequuti ſunt. Præfatas aũt has gentes viſitauit Dñs, puniendo eorum peccata per Nabuchodonoſor
regem Babylonis. Si itaq; legatur, Qui incircunciſum habẽt præputium, intelligendũ eſt de ꝑputio
cordis vel etiam carnis, quantùm ad eos qui inter ꝑdictos populos, carne circuncisi non erant. [quia
omnes gentes habent præputium] carnis. Omnes, videlicet exceptis gentibus nunc præfatis. [Oĩs
autem Iſrael] i. Iudæi [incircuncisi ſunt corde.] i. vitioſi & Deo rebelles. Vndè in Deuteronomio le-
Deut. 30. gitur: Circuncidet Dominus cor tuum, ſi ad eum rediéris.

¶ *De tropologico eiuſdem capituli noni intellectu.* *Articulus* 20.

QVod in exordio ꝑcedentis capituli Ieremias loquitur, Quis dabit capiti meo aquam, &c. oĩs
præſertim prælatus, & animarum curatus, oĩſq; princeps Chriſtianus, immò & omnis ca-
tholicus charitate diffuſus, ac zelo Dei accenſus, dicere debet tempore magnæ aduerſitatis
ac ruinæ confratrum ſuorum ſibi commiſſorum, ſeu quorunlibet proximorum, vt eorum tribula-
Rom. 12. tiones temporales, maximè autem animarum iniquitates deplorent, ſicut Apoſtolos ait: Flere cum
Matt. 5. flentibus. Et Saluator: Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Sic Chriſtus defleuit
Lucæ 19. Rom 9. Hieruſalem, & Paulus Iudæos incredulos, Samuel quoq; Saulem. Deniq; flendum eſt nobis deſide-
1. Reg. 16. rio patriæ, odio culpę, Chriſti compaſſione, proximorum afflictione. & plorabo die ac nocte inter-
fectos filiæ populi mei, i. Chriſtianos in anima ſpiritaliter mortuos, vel innocenter occiſos. quod vt
efficaciùs impleamus, ſolitarium locum quæramus, iuxta illud Pſal. 101. Similis factus ſum pelecano
ſolitudinis. Gratiã eteñ lachrymarũ frequentia hoĩm impedit. Ideò ſubdiť: Quis dabit mihi in ſo-
Pſal. 54. litudine diuerſoriũ viatorũ? Hinc ait Pſal. Eccè elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. & derelin-
quam populum meũ, & recedam ab eis, quia oĩes adulteri ſunt cœtus ꝑuaricatorum. Viri iuſti im-
pijs cohabitantes, videndo prauitates illorum contra Deum atq; iuſtitiam, non mediocriter affligũ-
tur: tum ex zelo Dei, cuius honorem deſiderant, idcircò de eius inhonoratione cordialiter contri-
ſtantur: tum ex charitate fraterna, qua de proximorum periclitatione triſtantur: tum ex zelo iuſti-
tiæ, quo iniquitatem odiunt propter eius in ſeipſam deformitatem, propter quod non ſine dolore
cernunt iuſtitiam conculcari ac vitia perpetrari. Vndè in ſecunda ſua epiſtola ſcribit beatiſſim⁹ Pe-
2. Pet. 2. trus dẽ Loth, ꝙ adſpectu & auditu iuſtus erat, habitãs apud eos qui de die in diem animam iuſtã ini-
Matth. 17. quis operibus cruciabãt. Deniq; Chriſtus in Euangelio loquitur: O generatio incredula, q̃ diù apud
vos ero? q̃ diù patiar vos? At verò ſpiritaliter adulteri ſunt, quorũ animę, ſponſo cæleſti relicto, cum
dæmonibus vitijſq; concordant. Extenderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & non verita-
Pſal. 5. tis. Hoc verbo redarguuntur falſiloqui, qui ſine timore à veritate recedunt, quum tamen Deus ſit ve-
Ephe. 4. ritas, ad quem ait propheta: Perdes oĩes qui loquunť mendaciũ. Apoſtolus quoq;: Deponẽtes, in-
quiens, oĩe mendaciũ, loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Quod q̃ ſit acceptum, Sa-
lomon Prouerb. 3. pandit: Miſericordia & veritas non te deſerant, & inuenies gratiam coram Deo &
hominibus. Honeſtiſſimũ planè eſt, nequaq̃ mentiri. Præinducto inſupèr verbo redarguunť mor-
daces, fallaces, ac ſuſurrones, fraternæ concordiæ corruptores, quibus conuenit illud Pſal. 63. Exa-
cuerunt vt gladiũ linguas ſuas. Cõfortati ſunt in terra. qui terrena magìs q̃ cæleſtia diligunt, in his
q̃ mundi ſunt, cõfortari conanť. quia de malo ad malũ egreſſi ſunt. Tales ſunt, q ſine numero pec-
cant, q conſcientiã ſuã quotidiè examinare ac purificare nõ ſtudent: & prauitatem in cõſuetudinem
conuertentes, animarum ſuarum læſiones atq; pericula non aduertunt. & me non cognouerũt, di-
cit

cit Dñs, nullus qui in peccato manet mortali proſtratus, Deum agnoſcit cognitione clara, formata &
efficaci, nec lympidis, ſed lippis eum inſpicit oculis. Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat, &c. His 1. Ioan. 4.
verbis docemur non omni ſpiritui credere. Vndè Prouerb. 14. ſcriptum eſt: Innocens credit omni
verbo, aſtutus conſiderat greſſus ſuos. In Eccleſiaſtico quoq;: Si poſſides amicum, in tentatione poſ Ecci 6.
ſide eum, & non facilè credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanet
in die tribulationis. Et poſt pauca: Non omni homini cor tuum manifeſtes, nè fortè conuicietur ti- Ibidèm.
bi. Attende tibi à peſtifero. Vir fratrem ſuum deridebit. quod quàm impium ſit, audiant deriſores.
ſcriptum eſt enim Prouerb. 3. Illuſores Deus illudet. Et in Iſaia: Væ qui ſpernis, nõne & ipſe ſperné- Iſaiæ 33.
ris? Docuerunt linguam ſuam loqui mendacium. Hoc faciunt, qui ex conſuetudine & cum delecta-
tione mentiuntur. Item qui verbis coloratis ac callidis, ſophiſticiſq; vtuntur. Vt iniquè agerẽt, labo-
rauerunt. Quàm multi tales? quàm multi diſcurrunt vt luxurientur? quàm multi nituntur ditari, aut
plura beneficia, aut vnum pingue acquirere, non vt Deo per vitam virtuoſam ac ſobriam obſequã-
tur, ſed vt in delicijs viuant, vt ab hominibus honorentur? In dolo renuerũt me ſcire, dicit Dñs. Do-
loſi enim non merentur radio diuinæ cognitionis perfundi. Eccè ego cõflabo & probabo eos in ca-
mino iuſtę vindictę, in quo & reprobi inuenientur. Sagitta vulnerans, lingua eorum, iuxta illud: Fi- Pſal. 56.
lij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Timeant & ſe emendẽt Ecci 28.
ſuſurrones & bilingues, qui teſte ſcriptura maledicti ſunt. Hinc ſcriptum eſt: Purificate corda dupli- Iacob. 4.
ces animo. Et Paulus: Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicèm prouocantes, inuicèm inuiden- Galat. 6. Galat. 5.
tes. Et rurſus: Si inuicèm mordetis & comeditis, videte nè ab inuicèm conſumamini. Deniq; omnes
iſti per linguam ſuam primò occídunt ſeipſos. Et heu quàm multi ſunt tales, ſecundùm quod in Ec-
cleſiaſtico legitur: Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic, ſicut qui interiêrunt per linguam ſuã. Ecci 28.
Ideò qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. In ore ſuo pacem cum amico ſuo, à Prou. 21.
quo amatur, ſed quem non amat veraciter, loquitur, cõcordiam ſimulans: & occultè ponit ei inſidi-
as, cùm tanto acriùs nocet, quãto ille ſe minùs ab ipſo obſeruat. Hinc fertur in Pſalmo: Qui loquũ- Pſal. 27.
tur pacem cum proximo ſuo, mala aũt in cordibus ipſorũ. Da illis ſecundùm opera eorum. Hoc eſt
quod ſubditur: Nunquìd ſuper his non viſitabo, dicit Dñs? q. d. peccata iſta magna ſunt valdè. Super
montes aſſumam fletũ, i. prælatorum ac principum Eccleſiæ deflebo ruinam, qui ad tantam peccati
labem ſunt deuoluti, qui tanto ampliùs ſunt plangendi, quanto eorũ impietas pluribus nocet. Et ſu-
per ſpecioſa deſerti, i. de ſubditorum caſu lugebo, qui ſunt deſerti huius mundi quaſi germina pul-
chra. nec em̃ pulchriùs terræ ornamẽtum inuenitur, q̃ ſint hoĩes, terræ habitatores. qm̃ incenſa ſunt
igne concupiſcentiæ, iræ, ſuperbiæ, eô ꝙ non ſit ex iſtis vir pertranſiens, i. de via huius exilij feſtinãs
ad patriam. A volucre cæli vſq; ad pecora, i. ab elatis ac vanis vſq; ad eos qui vitam ducunt carnalem.
transmigrauerunt, i. de Chriſti imperio ad dæmonum ſeruitium exiêrunt. Et dabo Hieruſalem, i.
animam deuotam atq; Eccleſiam, in aceruos arenæ. Hoc fit, dum ſpiritualiter per peccatum morta-
le omni eſſe meritorio ſpiritali infuſo priuãtur. & in cubilia draconũ, i. dæmonum, qui in taliũ cor-
dibus demorantur. Et ciuitates Iuda, i. congregationes religioſorum ſeu particulares Eccleſias, dabo
in deſolationem, permiſſiuè, ità ꝙ per tentationes deijcientur. Quis eſt vir ſapiens, qui intelligat, i.
qui ex tribulationibus vitæ præſentis attendat æquitatem prouidentiamq; Dei ſublimis, & graue-
dinem propriæ culpæ? Idcircò hæc dicit Dñs: Eccè ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potum
dabo eis aquam fellis, i. pane tribulationis & aqua anguſtiæ reficientur: quia nõ ſolùm in futuro, ſed
etiam in præſenti variæ afflictiones occurrunt mundanis, qui grauiſſimum Dei iudicium nequaq̃
effugient. Hæc dicit Dñs: Vocate lamentatrices, i. deuotas & charitatiuas perſonas, & aſſumant ſuper
vos planctum, i. peccata veſtra deplorent. Hoc conſilium eſt ſalubre, vt qui duro ſunt corde, ad fer-
uentes ac compaſſiuos confugiant: quatenùs orando, condolendo, plorando ſibi ſuccurrant. Con-
ſequenter pœnitentes exclamant: Deducant oculi noſtri lachrymas, quia vox lamentationis audita
eſt de Sion, i. de Eccleſia & principalibus locis eius, quæ ruinam ſuam in ſpiritualibus bonis grauiter
plangit, quòd ſ. iam tot ſunt errores, ſchiſmata, hæreſeſq; in ea, tot abuſiones & ſimoniæ atque ace-
diæ. Ideò ſubditur: Quomodò vaſtati ſumus, i. ab inuiſibilibus ac viſibilibus hoſtibus impugnati, va-
rijſq; peccatis vallati, & confuſi vehementer, quia dereliquimus terram? i. peccatis noſtris amiſimus
militantis ſanctæ Eccleſiæ communionem, & proprij corporis terram non ſubiecimus rationi, quo-
niam deſerta ſunt tabernacula noſtra, i. corpora ſiue collegia noſtra à ſancto ſpiritu ſunt relicta, ità
quòd templum ipſius eſſe iam deſiêrunt. Audite ergò mulieres, i. præfatæ lamentatrices ſeu quæ-
cunq; fœminæ religioſæ ac ſanctæ, & docete filias veſtras lamentum, i. inducite atque inſtruite eas,
vt vobiſcum noſtra deplorent peccata. Quia aſcendit mors per feneſtras veſtras, id eſt, per ſenſus
exteriores non cuſtoditos. qui enim illos non refrenat neq; cuſtodit, haurit per eos mortiferas ſpe-
cies, & peccata incurrit mortalia, inſpiciendo incautè quod non licet appetere, audiendo detracto-
ria ac impia verba, tangendo laſciuè, guſtando cum voluptate, odorando irrefrenatè. Ideò ſcriptum
ff eſt:

Eccí 9. eſt:Noli circũſpicere in vicis ciuitatis,&auerte oculos tuos à muliere cõpta.Et,Pepigi fœdus cũ ocu-
Iob 31. lis meis,nè ſaltem cogitarem de virgine.Itemq;: Sepi aurem tuam ſpinis, & noli audire linguam ne-
Eccí 28. quam.Ingreſſa eſt domus ✳ noſtras,i. cubilia cordis, diſperdere paruulos,i.imperfectos ac ſenſu ſa-
pientiæ minoratos.deforìs,i.qui extra diſciplinæ cuſtodiam inueniuntur, & iuuenes de plateis,i. le-
ues ac petulantes de latitudine charitatis,quam relinquentes, incedũt per latitudinem vanitatis. Et
cadet morticinum hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis,i. corpora horum morte iniquita-
tum turpiter proſternentur.Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua,& non glorietur fortis in fortitu-
dine ſua,& non glorietur diues in diuitijs ſuis. Simili ratione nec nobilis in ſua nobilitate, nec pul-
cher in pulchritudine ſua,nec eloquens in eloquentia ſua, nec ingenioſus in ſubtilitate, nec in ali-
qua perfectione naturali eſt gloriandum inaniter: vt quis de ea lætetur in ſeipſo, quaſi non habeat
eam à Deo:vel vt de ea ſuperbiat, aut alium ſpernat, immò nec in ſupernaturalibus donis gratiæ eſt
gaudendum,ibì vltimatè ſiſtendo,ſed ea ad Deum ac eius honorem finaliter ordinando. Sic quoq;
de cæteris Dei donis ac bonis poſſumus gloriari,inquantùm ad ea per Dei amorem atq; obſequium
expediti efficimur.Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & nôſſe me, in via per fidem illuminatã
ac ſapientiæ donum,in patria verò per ſpeciem.Hæc enim cognitio Dei, eſt noſtra felicitas ac vlti-
Ioan. 17. mus finis,Saluatore id aſſerente ad patrem:Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verũ Deum,
1.Ioan.3. & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum.Ioanne quoq; in prima ſua epiſtola:Nondùm apparuit quid erimus:
ſcimus quoniam quum apparuerit,ſimiles ei erimus,quia videbimus eũ ſicutì eſt. Veruntamen cùm
iſta Dei cognitio ſit quid creatum,nec in ea gloriari debemus,ibì ſiſtẽdo tanquàm in obiecto ſim-
pliciter vltimato,ſed tãquàm in vltimo fine interiori formali,quo immediatè,proximè ac perfectiſ-
ſimè coniungimur Deo,ipſum ad Deum,qui eſt finis vltimus atq; felicitas obiectalis, totaliter refe-
rendo,vt medium quo eum pleniſſimè reueremur.Itaq; in donis Dei gloriandum eſt ordinatè, ſ. in
corporalibus exterioribus ac naturalibus,per relationem eorum ad bona ſpiritualia interiora ac ſu-
pernaturalia.In iſtis quoq; per relationem eorum ad præfatam Dei contemplatiuam cognitionem,
& item in hac per relationem eius ad Deum, vniuerſæ bonitatis atq; totius beatitudinis fontem: vt
1.Cor.1. omninò qui gloriatur,in Domino glorietur,vel ſicut in obiecto,vel ſicut in ratione ac fine gloriati-
onis,quę obiectaliter eſt de bonis creatis.Eccè dies veniunt,dicit Dominus,& viſitabo ſuper omnes
qui ✳ incircuncisum habent præputium circunciſione ſpiritali, qua om̃ia membra corporis, vireſq;
animæ ſunt circuncidendę, nè aliquo horum aliter quàm Deo placet, vtamur. de qua re dictum eſt
pleniùs. ſuper Aegyptum, i. ſuper eos qui in tenebris ſunt vitiorum. Aegyptus enim interpretatur
caligo:& ſic de cęteris gentibus hîc expreſſis ſumendum eſt ſecundùm nominum interpretationẽ.
quod pertranſeo,quum diuerſitas iſta non variet ſenſum. Omnes gentes habent præputium, quo-
niam vitijs carnis laborant.Omnis autem domus Iſrael,i. Chriſtiani,vt ſit diſtributio pro generibus
ſingulorum. incircunciſi ſunt corde,quoniam multi in Eccleſia ſunt,qui &ſi corporaliter caſti ſunt,
ſpiritalibus tamen vitijs inquinantur.

¶ *Elucidatio literalis cap.10. Audite verbum quod locutus eſt &c.* *Articulus* 21.

REuocat inſupèr p̃ſenti capitulo benigniſſimus Deus populũ Iſrael,& ſub illorũ nomine hoĩes
vniuerſos ab idololatriæ ſuperſtitione ad beatificum ſummę deitatis cultum.[Audite verbum
quod locutus eſt Dñs ſuper vos] i.ad vos,primò illud loquendo ad me ſuum ꝓphetam, deindè illud
nunc per me loquitur vobis ô [domus Iſrael.Hæc dicit Dñs:Iuxta vias gentium nolite diſcere,] i.ri-
tus & actus gentiliũ non addiſcatis vt imitemini ea. [& à ſignis cæli] videlicet duodecim ſignis zo-
diaci,ac aſtris & cõſtellationibus varijs. [nolite metuere:] quaſi aliquid numinis ſit in illis, & quaſi
fataliter cogant,aut pro ſuo arbitrio prodeſſe obeſſéve poſſint.[quæ timent gentes] idololatrę.Ve-
runtamen homo,quantùm ad corporis immutationẽ,ſubiacet influentijs cæleſtium corporum. Se-
cundùm diuerſas aũt corporis immutationes, diſponitur anima ad diuerſas affectiones ſeu paſſio-
nes.Immò ex varijs planetarum coniunctionibus ac conſtellationibus, maxima imminent pericu-
la populis,ſ. ſterilitates terræ, inundationeſq; maris. Sed ob hæc aſtra non ſunt veneranda, q̃ agunt
neceſſitate naturę,ſed rector atq; creator eorum,in cuius nutu eſt talia impedire,ac naturalem cur-
ſum mutare.[quia leges populorum vanæ ſunt.] i. ſtatuta ac iuſſa deos colentiũ, extant inania, tan-
quàm verę beatitudinis impeditiua:nam reuerentiam vni ſoli ſummo omnipotentiq; Deo debitam,
✳præſcidit creaturis impendunt. Conſequenter contra idololatras diſputat: [quia lignum de ſaltu ✳ præcídit
opus manuum artificis in aſcia.] i. operatio manuum, ſeu operantes manus artificis, abciderunt de
ſylua cum inſtrumento ferreo (quod aſcia nuncupat̃) lignũ ſeu ligna, vndè idola lignea fabricant̃.
Materia ergò vilis corruptibiliſq; cõſiſtit. [argento & auro decorauit illud,] ſ. lignum iam formatũ
in ſimilitudinem rei q̃ colitur. Aliqui eñ idola coluerunt tanq̃ imagines, alij tanq̃ res viuas.Sic igi-
tur decorauit, vt per fulgorem decipiat intuentes. [clauis & malleis compegit] artifex idolum, [vt
✳plaſmę non diſſoluatur.] Cùm enim ſit opus artis, indiget talibus. [In ſimilitudinem ✳ palmæ fabrica-
ta

ta ſunt] idola,i.eo modo quo cęlatur aut pingitur arbor palmæ vel manus.[& non loquentur.] quia
non viuunt,&ſi loqui videntur,ſpiritus malignus interiùs format verba.[portata] manibus hominũ
ſeu alijs vehiculis,[tollentur] de loco ad locum,[quia incedere nõ valent,iuxta illud:Pedes habent, Pſal. 113.
& non ambulabunt.[Nolite ergò timere ea, quia nec malè poſſunt facere, nec benè.] i. neq; nocere
neq; iuuare. Per quod reprobatur error Hermetis Triſmegiſti, qui dixit,ſtatuas animatas, ſenſu ac
ſpiritu plenas,imbecillitatem ac ſanitatem hominibus facientes.Deniq; de hac materia,ſ.idolorum Iſaiæ 44.
reprobatione,pulchrè ac pleniùs ſcriptum eſt in Iſaia & lib.Sap. Sed breuitati ſtudens, ac tædiũ vi- Sap. 14. & 15.
tans,allegationes dimitto.[Non eſt ſimilis tuî Domine:] qui cuncta in infinitum perfectione exce-
dis.Veruntamen ſi nullus ſimilis Deo,quomodò ait Ioannes:Similes ei erimus?Et quomodò ad ſi- 1.Ioan. 3.
militudinem ſuam fecit nos? Et reſpondendum ꝙ duplex eſt ſimilitudo, videlicet naturalis & imi-
tatiua:Similitudine naturali,putà æqualitatis aut æquiparantiæ, nulla creatura eſt ſimilis Deo, cùm
ab eius maieſtate in immenſum deficiat.Et quo ad hoc,Iſai.40.ſcriptũ eſt:Cui ſimilem feciſtis Deũ?
aut quam imaginem ponetis ei?Porrò ſimilitudine imitatiua,creaturæ creatori aſſimilantur, cùm &
ipſe præcipiat:Sancti eſtote,quoniam & ego ſanctus ſum.[Magnus es tu,] non quantitate aut mole, Leuít. 20.
ſed poteſtate ac perfectione.Deo quoq; idem eſt,eſſe & magnum eſſe:eiuſq; magnitudo, eſt ſua eſ-
ſentia:quæ cùm ſit infinita,verè cãtamus: Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimìs, & magni- Pſal.144.
tudinis eius non eſt finis. De quo ſcriptum eſt Iob 36.Eccè Deus magnus vincens ſcientiã noſtram.
[& magnum] immò immenſum eſt [nomen tuum] nominatum,haud dubium quin tuipſe nomine
deſignatus.[in fortitudine.] quia omnipotens es,de quo ſcriptura ait Iob 9.Sapiẽs corde eſt, & for-
tis robore.[Quis non timebit te ô rex gentium?] i.cùm talis ac tantus ſis,meritò omnes te formida-
rent,ô Deus omnium gubernator, rex gentium vniuerſarum, ità ꝙ tuæ poteſtati ſubduntur, quan-
uìs tuæ voluntati non conformentur, ſe tibi humili obedientia ſubijciendo. Vel ideò ait,rex genti-
um,quia præuidit eas credituras in Deum. Timeamus ergò hunc regem ſeculorum immortalem ac 1.Ti.1.
inuiſibilem,quem vtinàm ſic timeremus nos imperfecti ac vitioſi, ſicut S.Iob timuit eum,ſic prote- Iob 31.
ſtatus:Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum.Vndè Iſai.8. docemur: Dominum ex-
ercituum ſanctificate,ipſe pauor veſter,& ipſe terror veſter.[Tuum eſt eñ decus] i.ſplendor ſancti-
tatis ac veritatis,qui eſſentialiter pulcher es, cuius decor finem non habet. [inter cunctos ſapientes
gentium,] ità ꝙ ipſi hoc noſcunt,putà philoſophi,vel ꝙ præ illis decor cõpetit tibi. Nam & ipſi phi
loſophi deorum cultores, poſuerunt vnum altiſſimum Deum, cui (vt Proclus Platonicus ſcribit)
tota deorum ✳ catena comparari non valet,quem & Porphyrius regem ac patrem deorum appellat. ✳caterua
[Et in vniuerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tuî,] de quo ſcriptum eſt Iob 39.Eccè Deus excelſus
in fortitudine,& nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. atq; in Pſal. Non eſt ſimilis tuî in dijs Domine,& Pſal, 85.
non eſt ſecundùm opera tua.[Pariter inſipiẽtes] per veræ ſapientię carentiam, [& fatui,] propter ir-
rationabilẽ cultum,[probabuntur] à te omniũ iudice,& cunctis illuminatis à te, tam artifices quàm
cultores deorum ſeu idolorum. [Doctrina vanitatis eorum, lignum eſt argento inuolutum] i. vana
eorum doctrina,non circa Deum,ſed circa lignum argento extrà ornatum verſatur.Alij (& meliùs)
habent,argentum:vt ſit ſenſus,argentum inuolutum,i.productum aut aliquo circundatũ.[de Thar-
ſis] i.de India,ſecundùm quoſdam,vel de locis marinis.In Hebręo enim Tharſis mare vocatur.[af-
fertur,& aurum de Ophir.] Vndè & Salomoni aurum afferebatur, vt 3.Regum legitur. Iſta itaq; pro 3.Reg. 10.
idolorum afferuntur ornatu.[opus artificis & manus ærarij] ſupple,eſt idolum vel materia idolorũ,
inquantùm artifex in ea & circa eam operatur: [hyacinthus & purpura indumentum eorum:] vide-
licet idolorum, quia idololatræ viciſsìm veſtes hyacinthinas atq; purpureas idolis circumpoſuerũt,
vt venerabiliora crederentur.[Opus artificum vniuerſa hæc] idola ſunt, vel eorum indumenta iam
dicta.[Dominus autem] qui ſolus eſt per plenam authoritatem om̃ium Dñs. Cæteri autem nõ ſunt
Dñi,niſi particulares & inſtrumentales,ac ſubditi Dño vniuerſali.Ideò Dñs nomen eſt appropriatum
Deo omnibus præſidenti,iuxta illud Amos:Dñs nomen illi. atq; in Pſal. Qui dominatur in virtute Amos 5.
ſua in æternum.[Deus verus eſt.] verus inquam,Deus in ſemetipſo,per veram,perfectam ac incom Pſal. 65.
mutabilem Deitatem,nõ participatam aut dependentẽ. Verus quoq; in ſuis ſermonibus.Immò ipſe
Deus ſublimis & benedictus,eſt veritas ſupereſſentialis,exẽplaris,æterna.à qua tanq̃ ex ſuperſplen-
didiſſimo fonte om̃es veritates cæteræ,tanq̃ riuuli deriuantur, & in ea tanq̃ in ſuperclariſſimo ſpe-
culo idealiter fontaliterq; reſplendent.[Ipſe Deus viuens,] cui idem eſt eſſe ac viuere, qui ſolus per
eſſentiam eſt viuens & vita,vita planè prima,fontana,ſuperditiſſima,à qua vita naturæ, vita gr̃æ, vita
gloriæ profluxerunt.[& rex ſempiternus,] qui vniuerſis legem præfixit,ad quem cuncti rectores ac
principes comparãtur,vt ſerui ad Dñm,quem, teſte Porphyrio, ipſa quoq; deorum numina perhor-
reſcunt.De quo ſcriptum eſt in Eccõ:Vnus eſt altiſſimus creator omnium omnipotens, rex potens Eccl 1.
& metuendus nimìs, ſedens ſuper thronum.Itemq; in Pſalm. Quoniã Deus magnus Dñs,& rex ma- Pſal. 94.
gnus ſuper omnes deos. [Ab indignatione eius commouebitur terra.] Vel ipſum terræ elemen-

Pſal. 130. tum,cuius ſæpè partes diuina iuſſione concutiuntur, ob hominum ſcelera, iuxta illud: Qui reſpicit
terram,& facit eam tremere.Vel impij ac terreni qui commouentur,terrentur, moriuntur, damnã-
tur,quum Deus indignationem ſuæ iuſtitiæ ſuper ipſos effundit. Hinc ſcriptum eſt Iob 9.Qui trãſ-
tulit montes,& neſciêrunt hi quos ſubuertit: qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius
concutientur.[& non ſuſtinebunt gentes comminationem eius.] i.effectui diuinæ comminationis
reſiſtere non poterunt,ſed ſuccumbent. Veniente enim ſuper eos plaga,labuntur ac pereunt,ſecũ-
dùm quod legitur Iob 4.Vidi iniquos Domino flante periſſe. [ſic ergò dicetis eis,] ſ. gentibus ido-
lorum cultoribus, vel ipſis dijs ac idolis. [Dij qui cælos & terram non fecerunt, pereant de terra, &
de his quæ ſub cælo ſunt.] i.falſi dij qui ſuperſtitiosè coluntur, quibus diuinitas mendosè aſſcribi-
tur,nomen & cultum perdant in terra & ſub cælo,nec inter electos Dei computentur.Ex quo con-
ſtat,ſolum omnium creatorem eſſe Deum verum,& cultu latriȩ honorandum.Per quod etiam Por-
phyrius Platonicus,Chriſtianorum hoſtis acerrimus,oſtenditur mendax, qui cùm legem Chriſtia-
nam aſſereret falſam,Moſaicam tamen perhibuit eſſe diuinam.Cùm ergò ſecundùm Moſen & pro-
phetas ſolus omnium creator ſit adorandus,patet errâſſe Porphyrium,qui coluit deos,& dixit id le-
ge non eſſe prohibitum. Immò verba eius implicant contradictionẽ, ſicut in libro de Ciuitate Dei
Auguſtinus clariſſimè probat.Veruntamẽ in ſcripturis rationales creaturæ interdùm certas ob cau-
ſas dij vocantur,ſed non ſic, vt adorentur, vel tanquàm Deus colantur:nunc autẽ agit propheta de
dijs,quos gentiles ſuperſtitiosè colebant. Sed quum quidam eorum aſtra & orbes cæleſtes ac ele-
menta,potiſſimè ſolem & lunam, vt deos coluerint, nunquìd orandum vt iſta pereant? Et reſpon-
dendum,ꝙ immò,quantùm ad hoc ꝙ dij putantur atq; coluntur,non aũt quo ad id quod à creato-
re ſortiti ſunt.[Qui facit terram in fortitudine ſua, præparat orbem] i.mundum [in ſapientia ſua.]
1.Cor.1. quod vno modo ſpecialiter intelligi poteſt de patre,qui per vnigenitum ſuum cuncta creauit. Fili-
Col.1. us eñ,teſte Apoſtolo,eſt virtus & ſapientia patris,de quo filio ad Coloſſ.habetur:Qui eſt imago Dei
inuiſibilis,quia in ipſo condita ſunt vniuerſa. Secundò,de Deo abſolutè ſeu ſuperbeatiſſima Tri-
nitate,quæ eſt vnus Deus,omnium creator,principiũ primum,& finis.Præparat aũt Deus orbem in
ſapientia ſua,quia per eam totum mundum diſponit ac regit.[& prudentia ſua extẽdit cęlos,] dans
eis determinatam quantitatem, ſpecificamq́; figuram, ſecundùm prudentiæ ſuæ determinationem.
Iſaiæ 40. Vndè in Iſaia legitur,ꝙ extendit cælos,& expandit illos ſicut tabernaculũ ad inhabitandũ. Deniq;
his conſonat illud Prouerb.3.Dñs ſapientia fundauit terrã,ſtabiliuit cælos prudentia. [Ad vocẽ ſu-
am dat multitudinẽ aquarum in cælo,] i.ad poteſtatis ſuæ imperium fiunt imbres in aëre,in quo va-
pores humidi de terra eleuati,condenſant̃ in nubes,atq; in pluuias reſoluuntur. Hinc eſt illud Pſal.
146.Qui operit cælum nubibus,& parat terræ pluuiã.[& eleuat nebulas ab extremitatibus terræ.] i.
*facit à magno mari terrã cingẽte.[fulgura in pluuiã * fecit,] i.terminauit.Nubibus eñ in pluuiales aquas
reſolutis,fulgura ceſſant.[& educit ventum] i.ventos [de theſauris ſuis.] i. de poteſtatis ſuæ diuitijs
ſeu ſecretis,vel de locis terræ occultis, quãtùm ad determinatam terræ partẽ, in qua venti incipiũt.
quanuìs ſiquidẽ in generali noſcamus,ex qbus terræ plagis flent venti, neſcimus tñ qua parte inci-
Pſal.134. piant,aut quo loco generent̃.Idem fertur in Pſal.Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in plu-
uiam fecit.Qui ꝓducit ventos de theſauris ſuis.Præterea iſta dicuntur,vt nedum cæleſtia,ſed terre-
ſtria quoq; ac infima per diuinã prouidentiam moderari noſcamus,iuxta illud Sap.12. Non eſt alius
Deus q̃ tu,cui cura eſt de oĩbus. Hinc etiam pulchrè ſcriptũ eſt Iob 37. Nunquìd ſcis quãdò præ-
cepit Deus pluuijs,vt oſtenderent lucem nubiũ eius? qui præcepit niui, vt deſcẽdat ſuper terram &
hyemis pluuijs & imbribus fortitudinis ſuæ, & latiſſimè funduntur aquæ, & nubes ſpargunt lumen
ſuum,q̃ luſtrant cuncta per circuitum, quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod
ꝓceperit illis,ſuper faciẽ orbis terrarũ,ſiue in vna tribu,ſiue in terra ſua,ſiue in quocunq; loco miſe-
ricordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri.[Stultus factus eſt oĩs homo à ſciẽtia ſua.] Hoc dupliciter expla-
nat̃.Primò, vt oĩs homo quantumcunq; doctus aut ſapiens, cõparatione immenſæ ſapientię Dei,
Iſaiæ 40. ſtultus dicat̃,iuxta illud Iſaię:Deus dat ſcrutatores ſecretorũ quaſi nõ ſint. Vndè Prouerb.30. Salo-
mon ait:Stultiſſimus ſum virorũ.Quemadmodùm eñ cõparatione diuini eſſe diuinęq́; lucis,omne
eſſe ac lumen creatũ,eſt velut nihil ac tenebrę: ſic reſpectu ſapientię increatę, creata ſapientia quaſi
ignorantia reputatur.Secundò, vt de idololatris intelligatur, quos ſua ſcientia fabricandi colendiq́;
idola,efficit ſtultos.Poteſt demùm & tertiò accipi,ꝙ ſtultus ſit oĩs homo à ſcientia ſua: qm̃ ſcien-
tia naturalis humanitùs adinuenta aut inuenibilis,nemini ſufficit ad ſalutem.Immò talis ſcientia in-
flat. qui aũt inflatur,ſtultus eſt corã Deo.His conſonat illud ad Rom.16.Soli ſapienti Deo honor &
gloria.[Confuſus eſt oĩs artifex in ſculptili,] i.idolorũ artifices ſunt cõfuſi in ſuis ſculptilibus ſeu
idolis ſculptis,quod ꝑ apoſtolorũ ꝑdicationẽ clariſſimè patuit.[qm̃ falſum eſt quod cõflauit.] i.ido-
1.Cor. 8. lũ cõflatione formatũ,eſt mendax ſignũ.Immò ſecundùm Apoſtolũ,idolũ nihil eſt, qa videlicet id
quod per ipſum repſentatur,nihil eſt,vel tale non eſt quale putatur.Eteñ oẽs dij gentium dæmo-
nia.

nia.[& non eſt ſpiritus in eis.] i. ſpiritus vitæ ſeu anima viuens non eſt in idolis, tanq̃ forma intrin-
ſeca & pars eſſentialis horum.Vel non eſt ſpiritus in eis,putà in artificibus, eo ꝙ ſanctiſpiritûs care-
ant gratia.[Vana ſunt] idola,quia ab vltimi finis adeptione impediunt.[& opus riſu dignum.] i.ope
ra ſunt artificũ deridenda.[In tẽpore viſitationis ſuæ] i.tẽpore vltionis diuinæ,& idola & eorum fa-
ctores atq; cultores [peribunt.Nõ eſt his ſimilis pars Iacob.] i.Deus pars patriarchæ Iacob,filiorũq́;
eius & omnium vitia ſupplantantium,non eſt ſimilis idolis falſiſq́; dijs.Deus autem dicitur pars ſan
ctorum,ſecundùm illud Pſal.15.Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei.Infrà quoq; in Thre- Thren.3.
nis habetur: Pars mea Dominus, dixit anima mea. Et per Moſen Dominus ait frequenter:Ego pars Num.18.
Leuitarum.[Qui enim formauit omnia, ipſe eſt.] i. Deus vniuerſitatis plaſmator, habet eſſe verum,
plenum,perfectum ac infinitum,ità ꝙ ipſe ſimpliciter eſſe aſſeritur,ſicut ad Moſen loquitur:Hæc di Exod. 3.
ces filijs Iſrael:Qui eſt,miſit me ad vos. Ad quem ſanctus Iob dicit: Quis poteſt facere mundum de Iob 14.
immundo conceptum ſemine? Nonnè tu qui ſolus es? [Et Iſrael virga hæreditatis eius.] i.populus
Iſrael, & nunc populus Chriſtianus, eſt ſceptrum & pars Dei, quia ſpecialiter ad ſuum cultum eum
elegit præ cæteris populis. Vndè in cantico Moſes dixit:Pars autem Domini populus eius,Iacob fu- Deut. 32.
niculus hæreditatis eius.Et Pſal.Redemiſti virgam hæreditatis tuæ.Regnum autem Dei ſunt,in qui- Pſal. 73.
bus ipſe per gratiam aut gloriam regnat. [Dominus exercituum nomen illi.] pro quo in Hebræo ha
betur,Dominus ſabaoth:quod ſonat,Dominus oĩpotens,vel Dominus virtutum:quæ nomina Deo
ſunt propria, qui cæleſtium Dominus eſt virtutum, ſeu agminum ſupernorum. Hinc Iſaiæ 47. ſcri-
ptum eſt:Redemptor tuus,Dominus exercituum nomen eius. His inductis, redit propheta ad de-
ſcribendum Iudæorum, qui Deo ſuo relicto,idola venerati ſunt, pœnas. [Congrega de terra con-
fuſionem tuam,] i. terrænaſcentia & cætera bona tua in breui confuſibiliter à Chaldęis vaſtanda,
collige intra vrbem Hieruſalem. [quæ habitas in obſidione.] i. tu plebs Hieruſalem, iam iamq́ue à
Chaldæis obſidenda.Vndè Septuaginta tranſtulerunt:Congregauit deforìs ſubſtantiam ſuam, quę
habitat in munitione.Quòd autem hoc ironicè dictum ſit perfido populo, verba pandunt ſequen-
tia:[quia hæc dicit Dominus:Eccè ego longè proijciam habitatores terræ in hac vice.] i.Iudęos nũc
per captiuitatem proijciam vſq; in Babylonem,[& tribulabo eos] fame,peſte & gladio. [ità vt *non
inueniantur] in terra iſta Iudææ. Inſupèr loquitur Ieremias in perſona Hieruſalem ſeu plebis Iu-
daicæ:[Væ mihi ſuper contritione] i.punitione [mea,peſſima plaga mea.] i.grauiſſima,ſicq́; peſſima
nuncupatur malitia pœnæ,non culpæ, quemadmodùm apud Ionam legitur: Miſertus eſt Dominus Ionæ 3.
ſuper malitiam, quam locutus eſt vt faceret eis, videlicet Niniuitis,& non fecit. Deniq; de hoc in
Ezechiele Dominus dixit:Mittã in eos,putà Iudęos, quatuor iudicia mea peſſima, ſ. quatuor plagas, Ezech.14.
q̃ hìc ſingulariter plaga vocantur, qm̃ vna plaga in genere,& quatuor in ſpecie. [Ego aũt dixi:Planè
hæc infirmitas mea eſt] i.plaga iſta me debilitans,pœna eſt mihi pro peccatis meis inflicta.[& porta-
bo illã] patienter pro meis ſceleribus.Vndè pro infirmitate, Septuaginta tranſtulerũt vulnus.Iſtud
dicitur in perſona pœnitentium Iudęorum, quibus vexatio contulit intellectũ. Et cõſonat his illud
Mich.7.Iram Domini portabo,quia peccaui ei. Deindè Hieruſalem ait: [Tabernaculum meum va-
ſtatum eſt.] i.templum à Chaldæis combuſtum. [omnes funiculi mei dirupti ſunt] i. templi exten-
ſiones ſeu partes,quæ ſimilitudinariè funiculi appellantur:nam de templo Salomonis loquitur nũc
propheta ad modum tabernaculi Moſis,quod funibus extendebatur,& pellibus operiebatur.Vndè
& hoc loco Septuaginta tranſtulerũt:Oĩes pelles meæ conſciſſæ ſunt.[filij mei] i.habitatores [exi-
êrunt à me] in captiuitatem, [& non ſubſiſtunt] in terra hac vel in vita. Nam multos eorum occide-
derunt Chaldęi.[Non eſt qui extendat vltrà tentorium meum,& erigat pelles meas.] i.nemo eſt qui
reparet me,& more ſolito tentoria mea expandat,iuxta illud Iſaiæ 1.Derelinquetur filia Sion vt vm-
braculum in vinea,& ſicut tugurium in cucumerario,& ſicut ciuitas quæ vaſtatur. [Quia ſtultè egê-
runt paſtores,] i.principes ſacerdotum,reges ac præſidentes. [& Dominum non quæſiêrunt] debi-
ta deuotione,& recta intentione,obedientiq́; mente.[proptereà non intellexerũt] ea quæ Dei ſunt,
& verba prophetarum ſanctorum. [& omnis grex eorum * diſſipatus eſt.] i. ſubditi per vitia & tor- *diſperſus
menta diſperſi ſunt ac deſtructi.Cauſa ergò erroris ac peruerſitatis, pœnæ & damnationis ſubdito-
rum,eſt negligentia atq; impietas ſuperiorum, iuxta illud Ecci 10. Secundùm iudicem populi, ſic &
miniſtri eius: & qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Quàm verum ſit hoc, innoteſcit
legentibus libros Iudicum, Regum, ac Paralipomenon. Iſti fuerunt paſtores nomine,non virtute,
quibus competit illud Zachariæ 10. O paſtor & idolum. De hac re ſcriptum eſt pleniùs in Ezechie-
le,vbì inter cætera Dñs ait: Diſperſæ ſunt oues meæ, eô ꝙ non eſſet paſtor. quibus verbis præmiſit: Ezech. 34.
Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos. [Vox auditionis eccè venit,] i. verbum quod à Deo
audiui,nunc adimpletur, ſicut ſubiungitur: [& commotio magna] i. ingens ſtrepitus hoſtium venit
[de terra aquilonis,] ſcilicet de Chaldæa, [vt ponat ciuitates Iuda in ſolitudinem & habitaculum
draconum.] i. funditùs deſtruat eas, ità vt venenata illic animalia demorentur. Conſequenter Ie-

remias communem humani generis fragilitatem inſufficientiamq́; allegat, vt Deum ad miſericor-
diam flectat.[Scio dñe quia non eſt hominis via eius,]i.in hominis naturali ac propria poteſtate nõ
eſt,viam iuſtitiæ ſecundùm diuinæ legis intentionẽ implere. [nec viri eſt vt ambulet,& dirigat greſ
ſus ſuos.] i.in virorum poteſtate propria non conſiſtit, conuerſari atq; operationes ſuas dirigere ſe-
Pſal. 36. cundùm rectitudinem legis diuinæ.Ideò ait Pſal. Apud Dominum greſſus hominis dirigetur, & vi-
Prou. 16. am eius volet.In Prouerbijs quoq; legitur:Cor hominis diſponit viam ſuã,ſed Dei eſt dirigere greſ-
ſus eius.Hoc eſt quod ad Rom.9.poſt multa concludit Apoſtolus:Igitur non volentis neq; curren-
tis,ſed miſerentis eſt Dei.Deniq; cùm beatitudo ad quam conditi ſumus,ſit ſupernaturalis,non ni-
ſi per ſupernaturalia Dei dona & media atq; ſubſidia ad eam peruenire valemus. Propter quod Io-
an.15.ait Saluator:Sine me nihil poteſtis facere.Itaq; nil meritoriè poſſum' cogitare, loqui aut ope-
rari,niſi per ſupernaturalia dona gratiæ & charitatis, immò & per actualem motionem ſpiritûſſan-
2. Cor. 3. cti.Ideo nanq; ait Apoſtolus:Fiduciam talem habemus, non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliqd
1. Cor. 12. ex nobis,quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt:Et rurſus:Nemo poteſt dicere ✱ Dominũ
Philip. 2. Ieſum,niſi in ſpirituſancto.Itemq́;:Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona vo-
luntate,vtiq; ſua,non noſtra:hoc eſt,ex ſua beneuolentia. Sed quoniam infuſionem donorum gra-
tiæ noſtra peccata præpediunt,rectè orare debemus:[Corripe me Domine,] i.in vita præſenti caſti-
ga me.[veruntamen in iudicio] diſcretionis,i. ſecundùm ſapientiæ tuæ diſcretionem ac pietatis tuę
cenſuram,ſecundùm quod noueris me poſſe ferre, fragilitati meæ condeſcendendo, patientiamq́;
donando.[& non in furore tuo:] i.non ſecundùm ęquitatis tuę rigorem,& ſicut magnitudo iniqui-
Pſal. 118. tatum mearum meretur.Hoc eſt quod orat Pſalmiſta:Adſpice in me,& miſerere mei,ſecundùm iu-
6. & 37. dicium diligentium nomen tuum. Et denuò Pſalmiſta orat: Domine, nè in furore tuo arguas me,
neq; in ira tua corripias me.[nè fortè ad nihilum redigas me.]i. nè penitùs me relinquas,perimas,&
condemnes. Quanuìs enim homo non redigatur in nihilum, quantùm ad ſuam eſſentiam, natura-
leq́; eſſe,cùm & anima eius ſit immortalis,materia quoquè prima ingenerabilis incorruptibiliſq́; fe
ratur,nihilominùs ſpiritualiter in nihilum redigitur, quum omni eſſe gratiæ deſtituitur & priuatur.
Galat. 6. Vndè Apoſtolus: Qui ſe putat aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Cùm itaq; nullum malum
maneat impunitum, optemus nunc paternaliter corripi, nec frangamur aduerſis: ſed quicquid oc-
currit moleſtię, tanquàm diſciplinam Dei patris patienter cum gaudio amplectamur, penſantes il-
lud Apoſtoli ad Hebræos 12.Si extra diſciplinam eſtis,ergò adulteri,& non filij eſtis.[Effunde indi-
gnationem tuam ſuper gentes quæ non cognouerunt te,] id eſt, ſecundùm rigorem iuſtitiæ puni
cas. [& ſuper prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt.] Ad literam autem eſt ſermo con-
tra Chaldæos & adiutores eorum. [quia comederunt Iacob,] id eſt, Iudæos filios Iacob, quaſi cibũ
conſumpſerunt ac peremerunt. [& deuorauerunt eum,] bona eorum edendo. [& conſumpſerunt
illum,& decus eius diſſipauerunt.] i.templi decorem,paſcua terræ, & quicquid ſpecioſum apparuit
in Iudæa.Hoc orat propheta ex zelo iuſtitiæ,cõformans ſe æquitati ac voluntati diuinę.Poteſt quo-
què intelligi per modum denunciationis propheticæ,vel vt in præſenti acriter puniantur,quatenùs
poſtremò leuiùs habeant.

¶ De ſenſu morali eiuſdem capituli X. *Articulus* 22.

Galat. 2. QVod in principio huius capituli ꝓpheta ait Iudęis, Iuxta vias gentium nolite diſcere,&c. hoc
eſt quod Apoſtolus loquitur Chriſtianis:Non ambuletis ſicut gentes q̃ ignorant Deũ. Et à
ſignis cæli nolite metuere,ꝑſertim cùm Deuter. 4.Moſes dicat:Solem,lunam,& oĩa aſtra
creauit Dñs Deus in miniſterium cunctis gentibus. Nõ ergò adores ea nec colas, qm̃ leges populo-
rum vanę ſunt.Nõnè & nunc vaniſſimæ ſunt leges Sarracenorũ ac Tartarorũ, qui ſummũ hominis
bonum in carnalibus ponũt voluptatibus? Qui fecit terram in fortitudine ſua,ꝑparat orbem in ſa-
pientia ſua. Quod cõmuniter dicitur, in creatione manifeſtari Dei potentiã, in diſpoſitione rerum,
eius ſapientiam,his quoq; verbis oſtenditur.Porrò cùm aliqd creat Deus, dicitur etiam id ꝑparare,
quia creando diſponit,aptat,ac ordinat illud ad ſuam operationẽ,alioſq́; ꝑfectus aut vtilitates.Præ-
tereà nomine terrę deſignatur peccator,qui terrena magìs amat q̃ Deum,quem Deus in ſua fortitu-
dine fecit,i.ſpiritaliter reficit dum eum iuſtificat,iuxta illud Auguſtini: Maius eſt peccatorem iuſti-
ficare,quàm cęlum & terram creare.Orbem autem,i.Eccleſiam diſponit ac præparat Deus in ſapiẽ-
tia ſua. & prudentia ſua extendit cælos,i. contemplatiuos, quorum conuerſatio in cęlis eſt, mentes
eorum eleuando ad intuitum ſupernorum.Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum,i. expoſiti-
Matth. 13. onum ac documentorum ſacræ ſcripturæ.in cęlo, i. in Eccleſia, quę in Euangelio frequenter regnũ
cælorum vocatur.Et eleuat nebulas ab extremitatibus terrę. per nebulas ſeu nubes ſolent intelligi
prædicatores, quos Deus ab infimis erigit ad diuina. fulgura in pluuiam fecit, quia poſt commina-
tionis terrorem aduerſitatiſq́; ignem, conſolationis ac reparationis dat pluuiam, iuxta quod fertur
in Pſalmo 65. Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Vndè Apoſtolus:
Sicut

Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis,ità & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.Et educit 2.Cor.1.
ventos de theſauris ſuis.Eſt ventus,i.impetus perſequutionis,tentationis, cõmotioniſq́; animæ.Eſt
etiam ventus bonus inſpiratiõis diuinæ.Eſtq́; vterq; à Deo,ſecundùm aliquem modum.Stultus fa-
ctus eſt oĩs homo à ſcientia ſua. Nemo igitur ſcientem ſe iactet, quum ea quæ ſcimus, penè nulla
ſint reſpectu eorum quę ignoramus.Nec ſolùm comparatione Dei,ſed etiam angelorum,homo vi-
ator quantunlibèt doctus,eſt quaſi ignorans ac ſtultus. Confuſus eſt omnis artifex in ſculptili.Hoc
contra hæreticos,qui diuerſa mendaciorum portenta quaſi ſculptilia conflauerunt.Congregans de
terra confuſionem tuam,quę habitas in obſidione. Deus confuſiones & vitia Eccleſiæ inuiſibilibus
hoſtibus ſemper obſeſſæ,aufert de terra,quum ei pœnitentiæ ſalutaris gratiam elargitur, iuxta illud
Iſa.44.Delebo vt nubem iniquitatem tuam.Eccè ego longè proijciam habitatores terræ, i. eos qui
terram quaſi patriam diligunt,atq; in ea morari magìs q̃ peregrinari affectant,quos proijcit Deus in
tartarum. Væ mihi ſuper contritione mea,peſſima plaga mea.Hoc ſobriè dicere poſſumus, quũ vn-
diq; impugnamur, dum corpore & corde affligimur, dum grauiſſimis tentationibus afficimur. Ve-
rùm exceſſuum noſtrorum enormitatem penſantes,patienter cuncta feramus, dicẽtes quod ſubdi-
tur:Ego autẽ dixi, planè hæc infirmitas mea, & portabo illam. ſic em̃ dignè dicemus & illud Iob 33.
Peccaui,& verè deliqui,& vt eram dignus,non recepi.O q̃ patienter fert cuncta aduerſa, qui pecca-
torum ſuorum multitudinem magnitudinemq́; illuminata mente perpendit.Quia ſtultè egẽrũt pa-
ſtores,& Dñm non quæſiêrunt,propterea omnis eorum grex diſſipatus eſt. Timeant hoc prælati,&
ſi vllus ſenſus in eis eſt, horreant vehementer: quia ipſorum negligentia atq; inſipiens coram Deo
vita,cauſa eſt iniquitatis ac damnationis ſubditorum:immò tot hominum patientur tormenta prę-
lati huiuſmodi,quot per eorum negligentiam pereunt.Ideò ſcriptum eſt: Iudicium grauiſſimũ fiet Sap. 6.
in his qui prę́ſunt.Scio Dñe quia non eſt hominis via eius,&c. Non igitur præſumamus,neq; inani-
ter in noſtris meritis,induſtrijs ſeu perfectionibus confidamus,ſed cum Pſalmiſta oremus: Greſſus Pſal.118.
meos dirige ſecundùm eloquium tuum,& nõ dominetur meî omnis iniuſtitia. Illud quoq; Oſe.12.
impleamus:Spera in Deo tuo ſemper.Nempe ob id Oſe.13.Deus omnipotens proteſtatur:Perditio
tua ex te.In me tantummodò auxilium tuum. Veruntamen per iſta homini nõ aufertur libertas ar-
bitrij,cùm in Eccõ ſcriptum ſit:Deus reliquit hominem in manu conſilij ſui. Nec aliquis poteſt ſe Eccl.15.
per ſuam impotentiam excuſare,quum Deus miſericors nulli quod in ſe eſt facienti,gratiæ ſuæ de-
neget opem.Corripe me Dñe &c.Si ſagaciter conſideremus,quàm ſalubrè ac vtile ſit,à Deo paterna-
liter corripi in præſenti,dicemus ex corde:Corripe me Dñe &c.ſecundùm ſenſum iam prę́inductũ.
Hæc quippe correptio,à peccato emundat,gratiam impetrat,Chriſto conformat,à futuris ſupplicijs
eruit,ad gloriamq́; perducit.Effunde iram tuam &c.Hoc & in Pſal.78.qui incipit,Deus venerũt gẽ-
tes,habetur,& contra perſequutores Eccleſiæ ac boni communis impeditores, viciſsìm orandũ eſt.
Cæterorum moralitas patet ex præinductis.

¶ Expoſitio cap.11.Verbum quod factum eſt à Domino ad Ieremiam. *Articulus* 23.

FRequenter in volumine Ieremię eadẽ repetunt̃,ea potiſſimè, q̃ ad moralem ſpectant doctrinã,
non tñ ſuperfluè.admonitiones em̃ oportet frequentiùs iterare, potiſſimè propter duros,qua-
les erant quibus propheta hæc loquebat̃. [Verbum quod eſt factum eſt ad Ieremiã à Dño, dicens:]
His q̃ nullam in ſe cõtinent difficultatẽ,vel q̃ ex ſuperioribus innoteſcunt,immorandum non arbi-
tror.[Audite verba pacti huius,]i. teſtamenti legíſve Môſis. Vndè LXX. tranſtulerunt, teſtamenti
huius.Lex autem fuit quaſi teſtamẽtum Dei & pactum inter Deum & filios Iſrael. [& loquimini ad
viros Iuda] i. de tribu Iudæ,quo nomine etiã filij Beniamin ac Leuitę ſignificant̃.[& ad habitatores
Hieruſalẽ.Et dices ad eos:] Cùm iam pluraliter dixerit Dñs, Audite & loquimini, quõ nunc ſingu-
lariter ꝑcipit Ieremiæ,Dices ad eos?Et reſpondendum ꝙ pluraliter dictum eſt, Audite &c.ad oĩes
prophetas vel iuſtos in regno Iudæ,ꝑſertim in Hieruſalẽ tempore iſto.Nunc aũt ad Ieremiam, tanq̃
ad præcipuum aliquem,ſingulariter dicit̃:[Hæc dicit Dñs:Maledictus vir,] maledicta quoq; & mu-
lier,oĩſq́; adultus,[q non audiêrit] aure interiori efficaci ac obedienti, [verba pacti huius, quod
ꝑcepi patribus veſtris] per Moſen in mõte Sinai [in die] i. tẽpore [qua eduxi eos de terra Aegypti.] Exod.20.
Dies autem in ſcripturis pro tempore accipi conſueuit.[de fornace ferrea] i. de Aegypto ſimili fer- 32.&34.
reę fornaci,quantùm ad Iſraëlitas,qui ibì grauiſſimè affligebant̃. [dicẽs:Audite vocẽ meam,& faci-
te oĩa quæ præcipio vobis.] Qui em̃ vnum pręceptorum tranſgreditur, peccat mortaliter, propter
quod gratia & charitate carens,nullum aliorum ſeruat pręceptorum ſecundùm legiſlatoris intenti-
onem.Idcircò ſeruanda ſunt oĩa.Hinc Eccẽs 9.aſſerit̃:Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.
[Et eritis mihi in populum,& ego ero vobis in Deum.] Vndè in Deute. Moſes ait: Dominus elegit Deut.17.
te hodiè,vt ſis ei populus peculiaris.[vt ſuſcitem iuramentum, quod iuraui patribus veſtris,] id eſt, & 14.
promiſſionem iuramento firmatam, patriarchis factam, impleam opere, vel impletam conſeruem.
Quod autem fuerit hoc iuramentum,ſubditur:[daturum me eis,] non in proprijs eorum perſonis,

ff 4 ſed

ſed poſteris filijſq; eorum.[terram fluẽtem lacte & melle] i. terram Chanaan oĩm victualium opu-
lentia copioſam.Quàm ſæpè hoc Deus Abrahã,Iſaac & Iacob promiſerit, in libris Moſis eluceſcit.
Acto.7. Nihilominùs in Actis loquit̃ Stephanus, ꝙ Deus non dedit in ea Abrahæ hæreditatem nec paſſum
pedis.[ſicut eſt dies hæc,] i.quemadmodùm nunc ad oculum claret,me quod ſpopódi,implêſſe.[Et
reſpondi,& dixi:Amẽ dñe.] i. fiat quod dictum eſt,vt populus tuus in terra iſta permaneat. Hoc ait
propheta impellente amore,quo populum ſuum dilexit.[Et dixit dñs ad me:Vociferare] i.altè ſe-
rioſeq; p̄dica [oĩa verba hæc in ciuitatibus Iuda & foris Hieruſalem, dicens:] Non ergò in Hieruſa-
lem tantùm p̄dicauit Ieremias,ſed in agris & cæteris vrbibus regni Iudæ.ſepiùs tñ & magìs cõtinuè
in Hieruſalem,immò & ibì duntaxàt,vt appáret tempore obſidionis Hieruſalem.[Audite verba pa-
cti huius,& facite illa] i. p̄cepta legis implete.[quia conteſtans cõteſtatus ſum patres veſtros in die,
qua eduxi eos de terra Aegypti,vſq; ad diem hanc.] Nam à tempore illo vſq; ad tempus Ieremiæ,ad-
monuit Deus glorioſus atq; omĩpotẽs filios Iſrael per Moſen,Ioſue,Iudices,reges ſanctos,prophe-
tas ac cæteros iuſtos,vt legem cuſtodirent diuinam,ſicut ex veteris teſtamẽti patet decurſu. [Manè
conſurgens conteſtatus ſum,& dixi:Audite vocem meã:& non audiêrunt,nec inclinauerunt aurem
ſuam,ſed abiêrunt vnuſquiſq; in prauitate cordis ſui mali.] Oĩa verba hæc iam ſæpè expoſita ſunt.
[& induxi ſuper eos oĩa verba pacti huius.] i. comminationes in lege poſitas contra rebelles,inflixi
iſtis Iudæis inobedientiſſimis.[Et dixit dñs ad me:Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda, & in habita-
toribus Hieruſalẽ.] i. vnanimiter ſe conſtrinxerunt iuramento, pacto, ſeu forti aſſertione,facere ea
3.Reg.13. & 18. quæ ego prohibui. Vndè in lib.Reg.& alibì leguntur fœdus inijſſe cum idolis,atq; ad ſcelera perpe-
tranda. Hinc ſubditur: [Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores &c.] ſ.ad idololatrias,
auaritias,indurationes,infidelitates,ac cætera (de quibus p̄dictum eſt) vitia. [Quã ob rem hæc dicit
dñs:Eccè ego inducam ſuper eos mala,de quibus exire non poterunt,] i. tribulationes multiplices
per Chaldæos,videlicet famem,peſtem,captiuitatẽ & gladium.Hinc ſcriptum eſt Mich.2. Hæc dicit
dñs:Eccè cogito malum ſuper familiã iſtam, vndè non auferetis colla veſtra, & nõ ambulabitis ſu-
perbi,qm̃ tempus peſſimum eſt.[& clamabunt ad me] tempore anguſtiæ,[& non exaudiã eos.] quia
non vera charitate & pia deuotione,ſed ſeruili timore ac dira neceſſitate cõpulſi, me inuocant, quẽ
tempore ſecuritatis ſpreuerunt.De hoc quoq; Mich.3.ſcribitur:Tunc clamabunt ad dñm,& nõ ex-
audiet eos,ſicut nequiter egérunt.Et Iſa.1. Cùm extenderitis manus veſtras,auertam oculos meos à
vobis:& cùm multiplicaueritis orationẽ,non exaudiam.Manus eñ veſtræ plenæ ſunt ſanguine.Qua-
liter aũt quærendus & inueniendus ſit dñs,Moſes docet Deu.4.Cùm quæſiêris, inquit, dñm Deum
tuum,inuenies eum:ſi tñ toto corde quæſiêris eum, & tota tribulatione aĩæ tuæ. Propterea hoc loco
ait Hieronym⁹:Si nõ exaudiêrit dñs,nequaq̃ ceſſandum eſt ab orationibus,ſed cõfugiendũ ſemp ad
Dei auxilium,q iratus citò flectit̃,& mutat ſententiã,ſi & hi quibus iratus eſt,cõmutent̃.[Et ibunt ci-
*deos uitates Iuda] i. ciues earũ [& habitatores Hieruſalẽ] ad phana deorũ.[& clamabunt ad *eos quibus
libant] i. ad deos quibus de ligida materia immolant.[& nõ ſaluabunt eos in tẽpore afflictionis eo-
rum,] quia,vt dictũ eſt cap. p̄cedenti, dij nec benè facere poſſunt,nec malè.[Secundùm numerum
eñ ciuitatũ tuarum,erant dij tui Iuda,] i. ô populi Iudæorũ, [& ſecundùm numerũ viarum,] i. pla-
tearũ [tuarum] ô [Hieruſalẽ,poſuiſti aras cõfuſionis,] i. altaria idolorum, per q̃ meruiſti confundi,
[aras ad libãdũ Baalim.] Iſta ſuperiùs dicta ſunt, per q̃ patet intolerabilis multiplicatio idololatriæ
Iudæorũ.[Tu ergò] ô Ieremia [noli orare pro populo hoc,& nè aſſumas ꝓ eis laudem & orationẽ,
quia non exaudiã in tẽpore clamoris eorũ ad me &c.] i. nõ ores pro eis,quia etſi ſimul cum eis ora-
res pro eis,non exaudirẽ propter eorũ malitias.Verba iſta ſuperiùs cap.7.ſcripta, pleniuſq; expoſita
reminiſcor.Cur aũt pro eis nõ exaudiret̃ propheta,dñs pandit.[Quid eſt ꝙ dilectus meus] i. popu-
lus Iudæorũ,cui tã multa beneficia p̄ſtiti,atq; ad cultũ meum elegi, quorũ aliqui fuerunt abſolutè à
Deo dilecti,electi,ac p̄deſtinati:non tñ hi,de quibus nunc ſermo:ſed dilecti vocant̃,quantùm ad tẽ-
poralia bona,vel ꝓpter ſpecialia ſigna dilectionis Dei ad eos, ità ꝙ Deus quãtùm in ſe fuit,præbuit
Deut.32. eis plurimas occaſiones ſalutis.Vndè & de talibus Moſes ait:Incraſſatus eſt dilectus,& recalcitrauit.
*facit [in domo mea] i. in tẽplo [*fecit ſcelera multa?] exercendo idololatrias,ambitiões, vſuras ibidèm.
[Nunquìd carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas,in qbus gloriata es?] i. vanè putas te à tuis impi-
etatibus poſſe per ſacrificia emundari, cùm tu ipſe in affectu peccandi permaneas. Iſtud quoq; ſu-
periùs habitum eſt.[Oliuam vberem,pulchram,fructiferam, ſpecioſam vocauit dñs nomen tuum]
ô ſynagoga ſeu populi Iudæorum, i. tali oliuæ te comparauit, & ità te appellauit pro tempore,quo
2.Reg.6. & 19. Deo dignè miniſtrabas tempore Dauid,antè quoq; & poſteà,vt patet in libris veteris teſtamẽti.Tũc
nempe fuit populus Iudæorum fœcũdus bonis operibus,pulcher p ſapientiã legis,fructifer in exte-
rioribus rebus,ſpecioſus in decore ac cæremonijs tẽpli,ità vt Salomon diceret:Quæ eſt gens ſup ter-
3.Reg.8. ram ſicut populus meus Iſrael? Deniq; iſtud ſuperiùs cap.2. dictũ eſt alijs verbis his: Ego te plãtaui
vineã electam &c.[Ad vocẽ loquelæ grandis,ignis exarſit in ea.] Hoc tripliciter explanatur.Primò,
Ad

Ad vocẽ (i.ad imperiũ) loquelæ grãdis,i.ſermonis Dei magni,ignis exarſit in ea,i. Chaldæorũ igne
ſuccenſa eſt ipſa Hieruſalẽ.Secundò ad vocẽ loquelæ grandis,i. ad ſententiã Nabuchodonoſor re-
gis magni,exarſit ignis in ea.Nam ipſo iudicante,Hieruſalẽ fuit combuſta.Tertiò, ad vocẽ loquelæ
grandis,i.propter verba ſuperba iactantioſi ſermonis huius oliuæ,ipſa cõbuſta eſt,qa intumuit.Præ-
tereà,ſi Pſalmiſtæ licuit dicere, Ego aũt quaſi oliua fructifera in domo Dei: quanto magìs populus Pſal.51.
iſte totalis pro tempore diuini cultûs,oliua modo p̄tacto vocandus eſt?Sed & de populo Iſrael ſcri-
ptum eſt Oſe.14.Erit quaſi oliua gloria eius. [& cõbuſta ſunt fruteta eius,] videlicet rami huius oli-
uæ,i.filij ſynagogæ à Chaldæis duriſſima tribulatione, quæ ſub nomine ignis exprimit̃, conſumpti
ſunt.[Et dñs exercituũ qui plantauit te,] i. in terra iſta conſtituit te ô præfata oliua.[locutus eſt ſu-
per te malũ,] i. vaſtitatẽ tibi inſtare p̄dixit [pro malis domûs Iſrael & domûs Iuda,] i. propter pec-
cata regni Iudæ,q̃ propter propria tua peccata,& propter peccata decẽ tribuum,inquantùm ſecuta
es ea,eorumq; vitia,etiã tua eſſe feciſti.[q̃ fecerũt ſibi] i. ad ſuã perditionẽ domus Iuda ac Iſrael.[ad
iritandum me] conſecutiuè,quia ad eorũ impietatem ſecuta eſt vltio iuſtitiæ meæ.[libãtes Baalim.
Tu autem dñe demõſtrâſti mihi, & agnoui:tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum.] i. machinationes atq;
inſidias Iudæorum.[Et ego quaſi agnus mãſuetus qui portatur ad victimam.] Totus hic locus à q-
buſdam ad literam exponit̃ de ipſo Ieremia, ità ꝙ his verbis inſinuat ſibi diuinitùs reuelatũ, ꝙ Iu-
dæi volebãt eum occídere,eo ꝙ iniquitates eorum argueret,plurimaq; eis aduerſa prædiceret.Ideò
comparat ſe innocentem agno miti,qui fertur ad locum mortis quo immoletur. Vndè & ſubditur:
[& non cognoui] donec tu mihi reuelares.[quia cogitauerunt ſuper me conſilia,dicentes: Venite,
mittamus lignum in panem eius.] Voluerunt quippe Iudæi, vt iſti affirmant, particulas cuiuſdã ar-
boris venenoſæ cibo Ieremiæ miſcere, & ipſum ſic intoxicare. Verùm iſta expoſitio an ſit ſatìs ca-
tholica,ex verbis B.Hieronymi conſideretur,qui ait hoc loco: Oĩm Eccleſiarum iſte conſenſus eſt,
vt ſub Ieremiæ perſona,de Chriſto hæc dicta intelligant̃.Sequendo ergò Hieronymũ,immò Eccle-
ſiam,iſte eſt ſenſus:[Tu autem dñe] pater [demonſtrâſti mihi] Chriſto ſecundùm naturã aſſumptã,
[& cognoui] te reuelante.Siquidem animæ Chr̃i à primo ſuæ creationis inſtanti contulit Deus pa-
ter,immò Trinitas ſupergloriosa,vniuerſorũ notitiam. [Tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum,] quibus
Iudæi conati ſunt me perſequi atq; occídere,iam p̄cipitare,iam lapidare me ſatagentes. [& ego quaſi
agnus mãſuetus qui portatur ad victimam.] Hoc eſt quod de Chriſto Iſa.53. legit̃:Sicut ouis ad oc-
ciſionẽ ductus eſt,& quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Ipſe equidem eſt agnus qui tollit Ioan.1.
peccata mundi.[& non cognoui,] ſubaudit̃ peccatum,ſecundùm Hieronymum,quia Chr̃s peccatũ
non fecit.[quia cogitauerunt ſuper me cõſilia,dicentes:Venite,mittamus lignum] i. crucis patibu-
lum [in panem eius,] i. ad corpus ipſius,de quo ipſemet loquit̃:Caro mea verè eſt cibus. Et denuò: Ioan.6.
Ego,inquit,ſum panis viuus.Quòd itaq; iſta contra Chr̃m cogitauerunt, ſignũ eſt, ꝙ ipſe innocens Ibidèm
fuit ac iuſtus.Nam ideò contra eum conceperunt rancorem, quia eorũ increpabat facinora. Poteſt
& ità intelligi:[& non cognoui,] i. per modum ignorantis me habui, dũ ad eos à quibus mox occi-
dendus erã,acceſſi,nec eorũ inſidias determinatè aperui. Secundùm hunc modum ait in Pſal.34. Et
aduerſùm me lætati ſunt & cõuenerunt,cõgregata ſunt ſuper me flagella,& ignoraui.Et pſalmus il-
le ad literã de Chr̃o exponitur.In Euãgelio quoq; teſtatur Chr̃s diẽ iudicij neminẽ ſcire,nec filium Marc.13.
hoĩs.[quia ſup me cogitauerunt conſilia,dicentes:Venite, mittamus lignũ in panem eius.] i. morte
ſeu paſſione crucis,quaſi pane ac cibo eum impleamus, vt amaritudine adimpletus intereat. Vndè
Sap.2.dicunt:Morte turpiſſima condemnemus eum.Iuxta hunc modũ Chriſtus teſtatur in Pſal. 68.
Dederunt in eſcam meam fel.Eſt quippe conſuetudo ſcripturæ,immò & communis loquendi mo-
dus,vt id quo aliquid vehemẽter implet̃,panis aut cibus eius vocetur.Vndè ſuperiùs dictum eſt:Ci-
babo populum iſtum abſynthio.Dicunt aũt nonnulli,ꝙ quia Chr̃s apertè prædicauit,Caro mea ve- Iere.9.
rè eſt cibus:&,Ego ſum panis vitæ,Iudæi iſti increduli ex deriſiõe corpus eius vel ipſum nomine pa- Ioan.6.
nis expreſſerunt.[eradamus eum de terra viuentiũ,] i. de terra hac,in qua nos viuentes degimus,eũ
per mortem tollamus.[& nomen eius non memoret̃ ampliùs.] i. fama eius omĩnò depereat.Sic eñ
intendebãt Chr̃m occídere,vt nec memoria eius in hominũ cordibus remaneret. Propter quod in
Pſalmo teſtat̃: Inimici mei dixerunt mala mihi, qñ moriet̃ & peribit nomen eius? Inſupèr Chriſtus Pſal.40.
ſecundùm naturam aſſumptam ait ad patrem, vel etiam ad Deum Trinitatem: [Tu autem dñe Sa-
baoth,] i. omĩpotens,vel exercituũ,ſ.angelorum.[qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda,] i. oĩa
interiora hominis, ſ. partem ſenſitiuam ac intellectiuam inſpicis, diſcutis, approbas, vel reprobas.
Hinc eſt illud in Pſal.7.Scrutans corda & renes Deus,quod etiam Apoc.2.Chriſtus loquitur de ſe-
ipſo:Scient,inquiens,omnes Eccleſiæ,quia ego ſum ſcrutans renes & corda, & dabo vnicuiq; iuxta
opera ſua.[videam vltionem tuam ex eis.] i. iniquitatem eorum vlciſcere. Hoc orat Chriſtus zelo
iuſtitiæ,& quantùm ad eos qui in malitia ſua pertinaces permanſerunt. Nam pro alijs ipſemet pre-
cem fudit:Pater, ignoſce illis. Huic conſonat illud quod Iſaiæ 63. Chriſtus fatetur: Dies vltionis in Lucæ 23.
cor-

corde meo. Atq; in Pſal. 40. Tu aũt Dñe miſerere meĩ, & reſuſcita me, & retribuã eis. Hanc vltionem
vidit Saluator, quandò per Romanos Iudæi deſtructi ſunt. [Tibi em̃ reuelaui cauſam meam,] ꝙ ſ.
innocens ſum, nec vllo peccato mortem promerui: ſed tuam voluntatem implendo, odium Iudæo-
rum incurri, & propter humani generis liberationem iſta pati dignatus ſum. Hanc cauſam reuelaui
ſeu faſſus eſt filius patri, dum paſſione inſtante dixit illud Ioã. 12. Nunc anima mea turbata eſt, & qd
dicam? Pater, ſaluifica me ex hac hora, ſed propterea veni in hãc horam. pater, clarifica tuum nomẽ.
Pſal. 68. Itemq́; in Pſal. Qm̃ propter te ſuſtinui opprobrium. [Propterea hæc dicit Dñs ad viros Anathoth, qui
quærunt animam tuã, & dicunt: Non prophetabis in nomine Dñi, & non morieris in manibus no-
ſtris.] Ex his poteſt alicui apparére, ꝙ ſuperiora non de Chr̃o, ſed Ieremia, ad literam dicta ſunt, ità
ꝙ conciues Ieremiæ, videlicet Anathothitæ, voluerunt eum occídere, & à prophetando prohibere,
ꝙ ſi acquieſceret eis, non eum occíderét. Ad quod reſpondet B. Hieronymus, ꝙ hoc loco per viros
Anathoth deſignantur communiter oẽs Iudæi, præſertim habitatores Hieruſalem. Anathoth nanq;
obedientia interpretatᷓ, & Iudæorum populus aliquandò Deo obediens fuit. Poteſt aũt & aliter ac
meliùs dici, quod etiam Hieronymus breuiter tangit, ꝙ ſ. prophetæ multa in figura Chr̃i operati,
paſſi, atq; locuti ſunt. Ideò q̃ de ſe Ieremias aſſerit verbis ꝓpheticis, dixit de ſe, in quãtùm fuit figura
2. Reg. 7. Chriſti. Idcircò de Chr̃o literaliùs principaliusq́; intelligendum eſt, q̃ de Ieremia, ſic & illud, quod
de Salomone ꝑdictum fuit: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, Apoſtolus de Chr̃o pre-
dictum conſcribit. Similiter quod Oſeæ 11. habetur: Ego ex Aegypto vocaui filium meum, euange-
liſta Matthæus de Chr̃o prophetatum allegat. Quod non aduertentes hoſtes fidei Chriſtianæ, Por-
Matt. 2. phyrius, Iulianus ac Celſus, dixerunt Matthæum verbum iſtud mendoſè ac callidè allegâſſe, quate-
nùs eorum qui ex gentibus crediderant, ſimplicitati illuderet. Cœptam ergò de Chriſto interpreta-
tionem ſequendo, dicendum, ꝙ viri Anathoth, putà Iudęi, quærentes eum occídere, voluerunt eum
à prædicationis ac prophetationis ſuæ exercitio impedire: ꝙ ſi ceſſâſſet, non eum occidiſſent. Vndè
& in Euangelio Luc. 11. habetur, ꝙ ſcribæ & phariſæi cœperunt os eius opprimere, de multis ei in-
ſidiantes. [Propterea hæc dicit Dñs exercituum: Eccè ego viſitabo ſuper eos.] i. Anathothitas puniã.
[Iuuenes morientur in gladio, filij eorũ & filię eorũ moriẽtur in fame.] Iſta ꝑpeſſi ſunt à Chaldæis
2. Eſd. 2. atq; Romanis. [& reliquię non erunt eis.] Quõ intelligendũ eſt hoc, cùm in lib. Eſd. legantᷓ 228. de
viris Anathoth à Babylonica captiuitate reuerſi? Et reſpondendũ, ꝙ ſi iſta determinatè ſumantur de
habitatoribus loci illius, dici poteſt, Ieremiam nunc loqui de eis qui eum tentabant occídere. [In-
ducam enim malum] pœnæ [ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum.] i. tempus debitæ
vltionis. ¶ Prætereà iuxta myſticum intellectum loquitur nobis Chriſtus per Euangeliſtas atq;
apoſtolos: Audite verba pacti huius, i. euangelici teſtamenti. Maledictus vir qui non audiérit verba
Pſal. 118. pacti huius. Vndè & ſcriptum eſt: Maledicti qui declinãt à mandatis tuis. quod præcepi patribus ve-
ſtris, i. apoſtolis, & per eos cæteris ſacerdotibus atq; fidelibus: in die qua eduxi eos de terra Aegy-
pti, de fornace ferrea, i. tempore paſſionis, quo eos de tenebris ſeculi, ſupplicijsq́; inferni eripui: ſi-
quidem in cœna nouiſſima nouum teſtamentum Chriſtus inſtituit, atquè Eccleſię ſacramentum
Mat. 26. confecit, dicendo: Hic calix nouum teſtamẽtum eſt in meo ſanguine: hoc quotieſcunq; feceritis, in
meĩ memoriam facietis. Vndè verba pacti huius non audiunt, qui indeuotè & ſine debita reuerẽtia
celebrant ſiue cõmunicant, contra quorum ignauiã ingratitudinemq́;, viri virtuoſi quotidiè prædi-
cant. Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda & in habitatoribus Hieruſalem, i. in Chriſtianis, pręſertim
in clericis ac eccleſiæ miniſtris, qui iam tam vnanimiter ac pertinaciter rebelles ſunt Chriſto, quaſi
aduerſùs eum concorditer coniurâſſent, quorum erit tãto maior intolerabiliorq́; damnatio, quanto
præ cęteris ad conuerſationẽ exemplarem, piã ac ſobriam, ampliùs obligantᷓ. Contra quos etiam Dñs
ſpecialiter ait: Quid eſt quòd dilectus meus, videlicet ordo clericorum ac ſacerdotũ, ad Dei obſeq-
um ſingulariter deputatus, in domo mea fecit ſcelera multa, diuinum officium ac horas curſoriè,
truncatè, indeuotè ſoluendo, ſine debita reuerentia ac feruore celebrando, vel cõmunicando, ſeu
miniſtrando: ambitioſè, luxurioſè, guloſè viuendo, in eccleſia fabulando, hincindè circunſpiciẽdo,
veſtibus curioſis, precioſis, ſuperfluisq́; vtendo, & taliter eleemoſynas pauperum conſumendo? Cui
impijſſimo populo rectè nunc dicitur: Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus
gloriata es? quaſi diceret, non vtiq;. Immò corpus & ſanguinem Chr̃i conficiendo, ſumendo, tractã-
1. Cor. 11. do, damnabiliores redduntur, dicente Apoſtolo: Quicunq; manducauerit panem hũc, & biberit ca-
licem Dñi indignè, reus erit corporis & ſanguinis Dñi. Deniq; cùm vaſtatur eccleſia, iſto teſtimonio
ſecundùm Hieronymum eſt vtendum: Quid eſt ꝙ dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?
Contra eos quoq; qui aliena diripiunt, & pauperum bona guloſè conſumunt, dicendum eſt: Nun-
quid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas? Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam,
vocauit Dñs nomen tuum. Hoc tanto ſublimiùs competit eccleſiæ quàm ſynagogæ, quanto exu-
berantiora ſpiritûs ſancti chariſmata data ſunt populo Chriſtiano, quàm ipſis Iudæis. Eccleſia er-
gò

gò eſt oliua vberrima atq; pulcherrima, miſericordiæ viſceribus plena, non habens maculam neq; Ephe. 5.
rugam ſecundùm Apoſtolum. Ad vocem loquelæ grandis, i. propter eius in quibuſdam ſuperbiam.
exarſit ignis concupiſcentiæ, tẽtationis ac perſecutionis in ea, qm̃ propter ſuperbiam merentᷓ multi
incidere vitia carnis, tentari ac perſequi, quibus diſpereunt plures. Vndè Dñs locutus eſt malum cõ-
tra eam propter eius peccata. Poſtremò Chriſtiani ſceleratè viuẽtes, dicunt cum Iudæis de Chriſto:
Mittamus lignum in panem eius, i. doctrinæ eius reſiſtamus, obicemq́; ponamus, Chriſti nẽpe do-
ctrina, panis eſt aĩæ. & eradamus eum de terra viuentium, i. de corde bonorum. hoc realiter dicunt,
cùm bonos, innocentes, ac ſimplices ad vitia conantᷓ inducere: ꝙ ſi ad fœtorem luxuriæ caſtos indu-
xerint, eradunt Chriſtum de illum corporibus: immò omni peccato mortali auferᷓ Chr̃s de corpo-
re noſtro, per hoc quod ceſſat eſſe templum ſpiritûſſancti. Cætera ex ſuperioribus innoteſcunt.

¶ *Elucidatio cap. 12. Iuſtus quidem tu es Domine.* *Articulus* 24.

ASſerunt quidã Ieremiã hoc loco aduerſariorum ſuorum, videlicet virorũ Anathoth, deflere ꝓ-
ſperitatẽ in tẽporalibus rebus. Sed non videtᷓ in Anathothitis tempore huius prophetiæ, tanta
fuiſſe proſperitas, ſicut hìc tangitᷓ, præſertim cùm tota Iudæa tunc in maxima fuerit afflictione, quẽ-
admodùm ex circunſtantia huius cap. liquet. Alij igitᷓ dicunt, ꝙ ad literã contra Chaldæos loquatur.
Porrò Hieronymus ait, ꝙ contra oẽs iniquè agentes iſta diſputatio eſt, & hoc textui ampliùs cõſo-
nare videtᷓ. Itaq; ait: [Iuſtus quidẽ tu es Dñe, ſi diſputẽ tecum,] ex admiratione veritatẽ piè inquiren-
do, non ex infidelitate reꝑhenſibiliter contendẽdo. quaſi dicat: Sic ô Dñe diſputo tecum, & quæro,
vt te iniuſtum ꝓbare non velim. [Veruntñ * iuſta loquar ad te:] i. ea ꝓponam quæ meritò mouent *iudicia
conſiderantem: [Quarè via] i. operatio [impiorum proſperatᷓ?] i. ad finem ab eis intentum ꝓficit ac
pertingit, ſ. ad diuitias, delicias atq; honores mundi ac carnis. Sed iſta non eſt vera, ſed falſa proſperi-
tas, à vera felicitate impediens, atq; ad ſempiternam damnationem deducens. [Benè eſt om̃ibus qui
ꝑuaricantur] i. ad nutum ſuccedit his qui tua tranſgrediuntᷓ præcepta. Hoc dicitur, quia frequenter
ſic eſt: nihilo minùs certum eſt, quoſdam reprobos etiam in hac vita plenos eſſe afflictione atq; in-
opia. Ideò diſtributio iſta eſt pro generibus ſingulorũ. [& iniquè agunt?] ità ꝙ contra Deũ ac pro-
ximos peccant. [Plantâſti eos,] i. in terra eos firmâſti. [& radicem miſerũt:] i. in terrenis bonis ſunt
radicati. [proficiunt] in temporalibus, in ſpiritualibus autẽ deficiunt: vndè nec verè, ſed ſecundùm
ſuam æſtimationẽ proficiunt. [& faciunt fructum. Propè es tu ori eorum:] quia viciſsìm loquuntur
de te, & propter beneficia tua te laudant, iuxta illud in Pſal. 84. Confitebitur tibi cùm benefeceris
ei. [& longè à renibus eorum.] i. ab interioribus animæ, quia in appetitu ſenſitiuo habent deſideria
carnalia vitioſa, conſcientia quoq; eorum non eſt coram te pura. Tales ſunt om̃es qui mente à Deo
auerſa, labijs Deum alloquuntur, orant, laudant aut prædicant, quibus conuenit quod ex Iſaia Chri- Iſaiæ 29.
ſtus allegat: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Illud quoq; in Pſal. 49. Matt. 15.
Peccatori autem dixit Deus, Quarè tu enarras iuſtitias meas? Prætereà quæſtionem iſtam frequẽter
viri ſancti inducunt. Nam & beatiſſimus Iob ait: Nunquid contra hominem diſputatio mea eſt, vt Iob 21.
meritò non debeam contriſtari? Quarè ergò impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatiq́; diuitijs? ſemẽ
eorum permanet coram eis, & non eſt virga Dei ſuper illos. De hac materia pulcherrimè diſputat
Pſalmiſta Pſal. 72. qui incipit, Quàm bonus Iſrael Deus. De qua etiam Abacuk 1. Malachiæ quoq; 3.
ſcriptum eſt. Hanc autem quæſtionem faciunt viri ſancti in perſona imperfectorum, qui nondùm
ſanctuarium Dei ingreſſi ſunt, nec iuſta eius iudicia ſapienter intelligunt: qui autem diuinitùs illu-
ſtrantur, clarè intuentur, quàm rationabiliter propter varias cauſas Deus iudex iuſtus, electos ſuos in
hac vita exercet aduerſis, reprobos verò proſperari permittit. Aduerſa nanq; electis expediunt pro
pręteritorũ vitiorum purgatione, ꝓ gratię impetratione, pro virtutum exercitatione, pro ęternę vitę
compendioſa adeptione. Reprobis autẽ concedit Deus hæc exteriora, ſuam in hoc liberalitatẽ oſtẽ-
dens, eosq́; quantùm in ipſo eſt, per beneficia ſua ad ſuum amorem inuitans, & vt inexcuſabiles vi-
deantur, pro aliquibus quoq; bonis ex genere, quæ fortè egérunt, nunc ſua præmia ſortiãtur. Quòd
autem in hac vita ſic proſperantur, ſæpè contingit iuſto Dei iudicio, quo eos iratus relinquit, & ea ꝑ
quę damnabiliores fiunt, adipiſci permittit. Conſequenter in perſona cuiuſlibet iuſti loquitur Iere-
mias. [Et tu Domine nôſti me] per approbationem, ſicut ad Moſen Dominus ait: Teipſum noui ex Exod. 33.
nomine. Impijs autem ait: Non noui vos. Apoſtolus quoq;: Si quis, inquit, ignorat, ignorabitur. [vi- Lucę 13.
diſti me] qui infallibiliter iudicas, eô ꝙ cor intuearis. [& probâſti cor meum tecum.] i. per aduerſa 1. Cor. 14.
examinâſti an tibi fideliter adhęreret, & ipſum inueniſti probatum. Hoc & Pſalmiſta fatetur: Do- Pſal. 138.
mine, probâſti me & cognouiſti me. Hinc Sapien. 3. legitur: Tanquàm aurum in fornace probauit
electos Dominus. [Congrega eos quaſi gregem ad victimam,] i. reprobos hìc proſperatos collige,
vt ſimul damnentur, ſicut grex pecorum immolandus congregatur. Sicq́; fuerunt Deo ordinante
Iudæi in Hieruſalem congregati, quandò à Babylonijs ſunt vaſtati. [& ſanctifica eos in die occiſio-
nis.] Hoc dupliciter accipi poteſt. Primò, vt per temporalem perſecutionem ac mortem à pec-
catis

catis purgenẽ, nè æternaliter pereant. Secundò, vt in die ſuæ occiſionis materialiter ſanctificenẽ, ità
ꝙ in eorum punitione ſanctitas atq; iuſtitia Dei manifeſtenẽ. Iſta dicit propheta ꝑnunciando magis
q̃ imprecando, per q̃ ſoluit, quod mouet infirmos, videlicet proſperitatẽ iniuſtorum appreciandam
non eſſe, ſed contemnendã, cùm taliter pereant, quemadmodùm & in Pſal. 72. habetur: Deieciſti eos
dum alleuarentur, quõ facti ſunt in deſolationem? ſubitò defecerunt, periêrunt propter iniquitatem
ſuam. [Vſquequò lugebit terra,] i. q̃ diù erit Iudæa in hac deſolatione? [& herba oı̃s regionis ſicca-
bitur?] i. herbæ ac terrænaſcentia deficiente aquarum humore marceſcent? cuius ratio ſubdiẽ: [pro-
pter malitiam habitantium in ea, conſumptum eſt animal.] i. propter Iudæorum peccata, eorũ ani-
* volucre malia ab aduerſarijs ſeu fame cõſumpta ſunt. [& * volucres] i. aues de terra iſta auolârunt, eô ꝙ pa-
ſtum in ea non inuenirent. [qm̃ dixerunt] habitatores ꝑfati: [Non videbit nouiſſima noſtra.] i. pro-
uidentiã Dei negabant, ità ꝙ finem eorum Deus non cerneret, nec iudicaret. Vndè LXX. tranſtule-
runt, Non videbit Deus vias noſtras. de quo intolerando errore iam ſæpè ꝑdictum eſt. Conſequen-
ter populi Iudæorum inſinuaẽ grauitas perſecutionis eis iam imminentis. [Si cum pedibus currens
laborâſti,] i. quia fatigatus es impugnationibus gentium tibi vicinarum pedeſtriũ, videlicet Philiſti-
norum, Idumæorum, Ammonitarum, ac Moabitarum, [quõ cõtendere poteris cum equis?] i. Chal-
* cõfiſa es dæorum, qui equis vtuntur, impetum ferre. [Cùm autem in terra pacis * ſecurus non fueris,] i. in
propria regione aliquandò tutus ab hoſtibus. [quid facies in ſuperbia Iordanis?] i. cùm Iordanem
tranſiéris, ductus à ſuperbis Chaldæis ad Babylonẽ. Sicq; ſuperbia Iordanis, vocatur elatio Chaldę-
orum, q Iudæos per Iordanem in captiuitatẽ duxerũt. [Nam & fratres tui] i. Idumæi filij Eſau fratris
Iudic 2. Iacob patris Iudæorum. [& domus patris tui] i. filij Ammon & Moab filiorum Loth nepotis Abra-
& 10. hæ. Sicq; erant domus, i. congregatio ſeu conſanguinei Abrahæ patris Iudæorum. [etiã ipſi pugna-
1. Reg. 8. uerunt aduerſùm te.] vt patet in lib. Regum & Iudicum. [& clamauerunt poſt te plena voce.] i. tibi
in miſeria conſtituto altis vocibus inſultauerunt. [Nè credas eis, cùm locuti fuerint tibi bona,] ami-
Proue. 26. citiam tecũ ſimulando & blandiendo. Nam inimico recõciliato facilè credendũ non eſt, eô ꝙ pauci
ex corde indulgeant. Sunt q iſta ab illo loco, Si cum peditibus, de Ipſo Ieremia exponunt. Sed iſta S.
Hieronymi expoſitio conuenientior viſa eſt. [Relíqui domũ meam, dimiſi hæreditatẽ meam, dedi
dilectam aı̃am meam in manus inimicorum eius. Facta eſt mihi hęreditas mea quaſi leo in ſylua, de-
dit contra me vocem, ideò odiui eam.] Hucuſq; textus cohæret, quem quidã exponunt pro tẽpore
Babylonicæ vaſtitatis, ità ꝙ Deus in cuius perſona iſta dicunẽ, tunc domũ ſuam, i. templũ reliq̃t, hę-
Iſaiæ 19. reditatemq́; ſuã, i. populum Iſrael, de quo ait per Iſaiam, Hæreditas mea Iſrael, dimiſit. dilectã quoq;
aı̃am ſuam, i. aı̃am Iudæorum, ſibi præ cęteris dilectorũ, in manus inimicorũ eius, i. Chaldęorũ. Tũc
facta eſt ſibi hæreditas ſua quaſi leo in ſylua, recedendo mente feroci ab ipſo: deditq́; contra eũ vo-
cem ſuã, idola inuocando. Ideò Deus eam odiuit. Sed multo congruentior eſt expoſitio Hierony-
mi, q iſta in perſona Chr̃i exponit: Nẽpe poſt paſſionẽ ſuam Iudæis in incredulitate obſtinatis, Chr̃s
vrbem ac tẽplum Hieruſalem, Iudæorumq́; populum dereliquit, oı̃a tradens manibus Romanorũ,
atq; ad gentium conuerſionẽ mittẽs apoſtolos. Dedit verò dilectã aı̃am ſuam, quę erat ſibi chariſſi-
ma, potiſſimè ꝓpter hypoſtaticam eius vnionẽ cum verbo, in manus inimicorum ſuorum, iuxta il-
lud Iſa. 53. Tradidit in mortẽ aı̃am ſuam. Itemq́;: Oblatus eſt, quia voluit. Vndè & ipſemet ait Ioã. 10.
Nemo tollit aı̃am meam à me, ſed ego pono eã. Tunc demùm facta eſt ſibi hæreditas quondàm ſua,
plebs iſta Iudaica, quaſi leo in ſylua, eum crudeliter perſequendo, deditq́; contra eum vocem ſuam,
Ioan. 19. dicendo: Tolle tolle, crucifige eum. Et, Non habemus regẽ niſi Cæſarem. Idcircò eum odiuit, qa vt
Ibidem ait Apoſtolus: * Peruenit ira Dei in Iudęos vſq; in finẽ. Et Pſalmiſta: Odiſti, inquit, oẽs qui operanẽ
* pręuenit 1. Theſ. 2. iniquitatẽ. [Nunquìd auis diſcolor hęreditas mea mihi? Nunquìd auis tincta ꝑ totum?] q. d. immò
Pſal. 5. populus iſte Iudæorum aliq̃n fuit ad Dei honorẽ ſimilis pauo, qui eſt auis diſcolor tincta per totum,
qa diuerſimodè colorata in pennis: ſic fuerunt Iudęi qñq; diuerſis gratiarũ cęleſtium chariſmatibus
adornati. Secundùm quoſdã verò tali aui cõparantur Iudæi, qa ab hoſtibus grauiter cæſi, læſi, ac cru-
ore perfuſi. [Venite, congregamini oẽs beſtię terrę, ꝓperate ad deuorandum] Iudęos occiſos, quia
Chaldęi eos reliquerant inſepultos: vel beſtię agri intelliguñ crudeliſſimę gentes aquilonariũ regi-
onum, q̃ eos interfecerunt, vel ipſi Romani tempore Titi. Vndè nũc ſubdiẽ: [Paſtores multi] ſ. prin-
cipes Chaldęorum ac Romanorum, [demolíti ſunt vineam meã,] i. populum Iudęorum, de quibus
principibus ſeipſós de rapina paſcentibus, dictum eſt pleniùs cap. 6. [Cõculcauerunt partem meã,]
i. populum olim ad me prę cęteris pertinentẽ occiderunt. [dederunt portionem meã deſiderabilẽ,]
i. plebem hãc quondàm propter virtutes amabilẽ. [in deſertũ ſolitudinis.] i. ſimilẽ tali deſerto, terrã
eius deſolantes, & habitatores indè tollentes. [poſuerunt eam in diſſipationẽ,] i. in deſtructionẽ [lu-
xitq́; ſuper me.] i. vinea iſta plorauit, qm̃ eam relíqui, & quia peccauit in me. [Deſolatione deſolata
eſt om̃is terra] Iudæorum, [quia nullus eſt qui recogitet corde.] i. pauci vel nulli Iudæorum ſuam
malitiam aduerterunt, aut pœnitentiam dignam egérunt. [Super omnes vias deſerti] Iudæę [ve-
ne-

nerunt * oẽs vaſtatores terræ,] i. pręfati aduerſarij Iudęorum. [quia gladius Dñi] i. gladius aduerſa- *] om̃es [
riorum, qui Dei diciẽ gladius, quia diuinæ iuſtitiæ executor ac inſtrumẽtum, [* deuorabit ab extre- * deuorauit
mo terræ vſq; ad extremũ eius.] i. plurimos Iudæorum occídet per totam eorũ terram, ab vno ter-
mino terræ iſtius vſq; ad alium. [Non eſt pax vniuerſæ carni.] i. cunctis Iudęis à facie hoſtium ſuo-
rum. [Seminauerunt] Iudęi [triticum, & meſſuerunt ſpinas.] i. fructum terræ vtilẽ non ſunt adepti,
qm̃ hoſtes om̃ia terræ naſcentia conſumpſerunt. Vel ſenſus eſt, ꝙ proſpera expectabãt, & duriſſima
acciderunt. Vel ꝙ aliq̃ opera bona fecerunt, quod eis non ꝓfuit, eô ꝙ timore ſeruili, nõ amore Dei,
id egerint. [Hæreditatẽ acceperunt,] i. bona hæreditaria in Iudæa. [& non eis ꝓderit:] quia ablata
ſunt eis. [Cõfundemini à fructibus veſtris] ô Iudæi, i. fructus confuſibiliter vobis ab hoſtibus aufe-
renẽ. [propter irã furoris Dñi.] i. ꝓpter vindictã diuinę æq̃tatis, vobis nunc imminentẽ. Poſt cõmi-
natiõem inſerit pius Dñs conſolationẽ. [Hæc dicit Dñs aduerſùs oẽs vicinos meos peſſimos,] i. Phi-
liſtęos, Idumæos, Moabitas & Ammonitas, quorũ terræ erant Iudæis propinquæ. [qui tangunt hæ-
reditatẽ] i. regionẽ Iudææ impugnant. [quã diſtribui populo meo Iſrael. [Fuerunt enĩ, vt dicitur, in
exercitu Chaldæorum contra Iudæos. [Eccè ego euellã eos de terra ſua:] quia poſtmodùm à rege
Babylonis eiecti ſunt locis ſuis, vt infrà diffuſè dicetur. [& domum Iuda] i. Iudæos [euellã de me-
dio eorũ,] reducendo eos de Babylone in propriã terram, præfatis gentibus ad tempus in captiui-
tate relictis. [& cùm euulſero eos, conuertar] per diuerſitatẽ effectûs à rigore iuſtitiæ ad opem cle-
mentiæ. [& miſerebor eorum] videlicet Iudæorum. [& reducã eos, virum ad hæreditatem ſuã, & vi-
rum in terrã ſuam.] i. vnumquenq; eorum ad propria loca, ſicut in lib. Eſdrę impletũ deſcribiẽ. [Et 1. Eſdr. 1.
erit, ſi eruditi didicerint vias populi mei,] i. ſi aliqui gentiliũ prædictorum ſeu Babyloniorũ fuerint & 2.
à Iudæis conuerſi, & in lege Moſis eruditi, [vt iurent in noı̃e meo, Viuit Dñs:] i. me ſolum verũ Deũ
coluerint, atq; per me cum debitis circunſtãtijs in iurãdo ſeruãdis iurauerint, ità ꝙ iuramentũ illud
ſit actus latriæ. [ſicut docuerunt populum meũ iurare in Baal,] i. ꝑ idolum ſic vocatum. nam anteq̃
ſic conuertebanẽ, induxerunt quoſdam filiorum Iſrael ad ritũ idololatriæ ſuę. [ædificabunẽ in me-
dio populi mei.] i. inter Iudęos morabuntur in ipſa Iudęa, atq; ſpiritalem ædificationem in doctri-
na, vita ac moribus ab eis ſuſcipient. Iſtud quidam dicunt impletum, ità ꝙ quidam Chaldęorum cõ-
uerſi, cum Iudæis in Iudæã venerunt. [Quòd ſi non audiêrint] gentes hæ informationẽ Iudæorum,
[euellã gentem illã euulſione & perditione, ait Dñs.] vndè & Chaldæos Deus euulſit per Perſas &
Medos. ¶ Porrò iuxta tropologiam, ex huius capituli docemur principio, ꝓſperitatem mundanã
penitùs contẽnere, nec florentes in mundo, ſecũdùm quod tales ſunt, quippiã reputare, immò po-
tiùs aſpernari, iuxta illud in pſalmo: Ad nihilũ deductus eſt in cõſpectu eius (ſ. iuſti) malignus, timẽ- Pſal. 14.
tes aũt Dñm glorificat. Si cum peditib⁹ currens laborâſti, i. ſi viſibilibus hoſtibus cum difficultate re-
ſtitiſti, videlicet mundo & carni, quõ poteris contẽdere cum eq̃s? i. inuiſibilibus fortiſſimis ac velo-
ciſſimis aduerſarijs reluctari. Vel ſenſus eſt: Si inferiorum ꝑſecutiones ferre nõ vales, quõ prælatorũ
ac principum infeſtationes ſuſtinebis? In paruis igiẽ patientiã obſeruemus, mũdo quoq; ac propriæ
carni renitamur, quatenùs in magnis aduerſitatib⁹ diſcamus patientiã cuſtodire, atq; dæmonibus ꝑ-
ualere. Nam & fratres tui & domus patris tui pugnauerunt aduerſùm te, & clamauerũt poſt te plena
voce. Hoc eſt quod Chr̃s in euangelio ait diſcipulis: Trademini autem à parentibus & fratribus & Lucę 21.
amicis & cognatis, & morte afficient ex vobis. Sic & boni Chr̃iani ab impijs Chr̃ianis & hæreticis ſi-
bi propinquis infeſtanẽ, & ad vitia alliciunẽ. Relíqui domum meam, dimiſi hęreditatem meam. Hoc
facit Chr̃s, cùm Eccleſię vel cuicũq; fidelium, gr̃am ſuę inhabitatiõis iuſtè ob eius iniquitatẽ ſubtra-
hit. Dedi dilectam aı̃am meam, i. aı̃am Chriſtiani huiuſmodi mihi valdè dilectam, quantùm ad ea q̃
habet à mę, intantùm vt pro ea ponerem aı̃am meam in manus inimicorum eius, i. diabolorũ quib⁹
impiè cõuerſando deſeruiuit, & cum eis in infernum deſcẽdit. Facta eſt mihi hæreditas mea, i. Eccle-
ſia, quaſi leo in ſylua. Hòc ſit, dum Chriſtiani fiunt Chr̃o rebelles, vel pauperes perſequuntur, aut in
hęreſes vel ſchiſmata dilabuntur: dedit contra me vocẽ ſuam mentiendo, blaſphemãdo, vel paupe-
res opprimendo. Qui enĩ conuiciatur pauperi, exprobrat factori eius, vt Sapiens ait. Et Chr̃s teſtaẽ: Proue. 14.
Quod vni ex meis minimis feciſtis, mihi feciſtis. Vndè & Paulo dixit: Quid me ꝑſequeris? Ideò odi- Matt. 25.
ui eam, relinquendo eam in ſuis vanitatibus & peccatis, quod eſt grauiſſima Dei plaga, deindè eam Act. 9.
æternaliter condemnando. Nunquìd auis diſcolor, i. ſimilis aui multiformiter coloratę hęreditas
mea, i. Eccleſia vel anima mihi eſt, i. ad meum honorem? Nunquìd auis tincta per totum? i. ſimilis aui
toto ſuo corpore varijs perfuſę colorib⁹. Et hoc accipi poteſt in bono, itemq́; in malo. In bono, pro-
pter multiplicem ornatum Eccleſię vel animę in habitibus virtutum, donorum, beatitudinum, ac
fructuũ. In malo quoq;, ſicq́; potiſſimè competit his qui bilingues ſunt, & duplices corde, adulato-
res ſiue hypocritę, contra quos in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Væ duplici corde & labijs ſceleſtis, & Eccl. 2.
peccatori ingredienti terram duabus vijs. Tales quàm plurimùm diſplicent Deo, & de huiuſmodi
vitijs Chriſtus pręcipuè arguit phariſæos. Quòd autem Eccleſia vel anima religioſa, ſecũdùm primũ

Pſal.44. modum ſit auis diſcolor, tincta per totum, ex pſalmo pateſcit: Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu
deaurato, circundata varietate. Quid verò mereantᷣ, qui ſecundo modo huiuſmodi aui aſſimilantur,
Pſal.73. ſubiungitᷣ: Venite, congregamini oés beſtiæ agri, videlicet dæmones, de q̃bus cãtatur: Nè tradas be-
ſtijs aĩam confitentem tibi. Properate ad deuorandam eam. Incorporantᷣ enim dæmonibus, & ab-
ſorbentᷣ ab eis. Paſtores multi demolíti ſunt vineam meã, conculcauerunt partem meã. Audiant hoc
principes & prælati negligentes, qui populum Dei ſpũaliter deſtruunt, eum ad vitia inducendo, aut
à peccatis non retrahendo, ſeu debitam diſciplinã non infligendo, aut gregem ſibi commiſſum ſeu
pauperes contra iuſtitiã opprimendo: quum tñ ratione officij teneantᷣ vita & moribꝰ, ſalutari quoq;
ſcientia vineam iſtam ædificare ac cuſtodire. poſuerunt portionem meã deſiderabilem, i. ꝑmemora-
tam hæreditatem ac partem ſeu plebem Chriſtianam, in deſertum ſolitudinis, ità vt in ea non ſit ha-
bitatio ſpiritusſancti, ſed dæmonum. Deſolatione deſolata eſt oĩs terra, i. tota Eccleſia propter varia
quæ occurrunt in ea pericula tentationum, perſecutionũ, hæreſum, ſchiſmatum, aliorumq́; criminũ:
quia nullus eſt qui recogitet corde, i. pauci omĩnò ſunt qui ea quæ Dei ſunt & veræ ſalutis, ritè per-
pendant. ſuper oés vias deſerti, i. ſeculi huius nequã, Dei gratia deſtituti. venerunt oés vaſtatores ter-
Ioan.16. ræ, i. viſibiles ac inuiſibiles hoſtes Eccleſiæ. Propter quod Chrs prædixit diſcipulis: In mundo preſ-
ſuram habebitis. quia gladius Dñi, i. impugnatio iſta à Deo permiſſa ſiue inflicta. Deuorabit ab ex-
tremo terræ vſq; ad extremũ eius, i. per totum orbem quo Eccleſia dilatatᷣ. vbiq; enim innumerabi-
les pereunt ex impugnatiõe diaboli, carnis, ac mundi. Non eſt pax vniuerſæ carni, i. pax interna, vera
Rom.8. ac ſpũalis, carnalibus non ineſt hominibus, cùm dicat Apoſtolus: Prudẽtia carnis inimica eſt Deo:
& qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Seminauerunt triticũ, & meſſuerunt ſpinas. Hoc cõ-
petit his qui bona incipiunt, ſed nõ perſeuerantes, ſpinas æternæ mortis acquirunt: His quoq;, qui
alijs bona impendunt, ſed ꝓ eis mala recipiũt: His item, qui in aliorũ cordibꝰ cæleſtis ſeminis verbũ
ſpargunt, ſed alij poſteà ſubuertunt. Hinc in euangelio ſcriptum eſt: Dñe, nonnè bonum ſemen ſe-
Mat.13. minâſti in agro? Vndè ergò habet zizania? Qui reſpondit: Inimicus homo hoc fecit. Hæreditatẽ ac-
* & non ceperunt, i. incorporati ſunt Chro, & ei per ſpem cohæredes effecti ſunt. *ſed non proderit eis. Hoc
fertur de eis, qui in bonis non permanent ſtabiles. Cõfundemini à fructibus vrĩs, i. operibus carnis,
pro quibus diram vltionẽ Deus infligit. Hæc dicit Dñs aduerſùs oés vicinos meos peſſimos, ſ. hære-
ticos, ſchiſmaticos, tyrãnos, aliorumq́; ad vitia inductores, qui tangunt hæreditatẽ, i. gratiarum cha-
riſmata & ſpiritalem opulentiam bonis auferre nituntur. quã diſtribui populo meo Iſrael, i. Chriſti-
anis, quibus Chriſtus contulit pignus ſpũs, immò primitias eius ſanctis apoſtolis. Eccè ego euellam
eos de terra ſua, i. de Eccleſiaſtica vnitate & myſtico corpore Chri, cuius membra fuerunt, charitatẽ
gratiamq́; habẽdo. & domum Iuda, i. electos euellã de medio eorum, i. loco & merito ab illis ſecer-
nam ac diuidam, nè cum peruerſis peruertantᷣ. & miſerebor eorum, qui à reprobis illis fuerunt dece-
pti. Et reducam eos ad hæreditatẽ ſuam, i. ad priſtinas gratiarum diuitias. Et erit, ſi didicerint vias po-
puli mei, i. ſi vitioſi ab electis ſuſceperint informationem, eorumq́; virtutes fuerint imitati, vt iurent
in nomine meo, i. per Deum, ſecundùm rationis cenſuram ſicut docuerunt populum meum iurare
in Baal, i. per caduca & vana, quibus magìs q̃ Deo inhæſerunt altiſſimo, ædificabuntur in virtutibus,
in medio populi mei, i. vnus cum eis populus erunt, & ſaluabuntur. ꝙ ſi non audiérint verba ſalutis
cum obedientia efficaci, euellam gentem illam perditione, quemadmodùm ſcriptum eſt: Tollatur
Iſaiæ 26. impius nè videat gloriam Dei. Et denuò: Ite maledicti in ignem æternum.
Mat.25.

¶ Declaratio cap.13. Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & poſſide tibi lumbare. *Art.* 25.

PRophetæ nunc rebꝰ, nunc verbis ꝓphetant. Nunc ergò iubetᷣ Ieremias facto ꝑdicere vaſtitatem
ac incorrigibilitatẽ Iudæorum, per ſimilitudinẽ lumbaris vetuſtate conſumpti, atq; oĩnò inuti-
lis facti. [Hæc dicit Dñs ad me: Vade, & poſſide tibi lumbare lineum:] id emendo aut aliter acquirẽ-
do. [& pone illud ſup lumbos tuos,] i. cingẽdo te illo ſub veſtibus. Vndè Septuaginta tranſtulerũt,
cinctorium. [& in aquam nõ inferes illud.] i. nõ humectabis, nè ex hoc videatᷣ citiùs reſolui. Porrò
quid iſta ſignificẽt, ſtatìm patefiet in litera. [Et poſſedi lumbare iuxta verbum Dñi, & poſui circa lũ-
bos meos. Et factus eſt ſermo Dñi ad me ſecundò, dicens: Tolle lumbare quod poſſediſti, quod eſt
circa lumbos tuos, & ſurgens, vade ad Euphratẽ] fluuiũ, [& abſcõde illud ibì in foramine petræ:] nè
aquis tingatᷣ [Et abij, & abſcondi illud in Euphrate, ſicut ꝑceperat mihi Dñs. Et factum eſt poſt dies
plurimos, dixit Dñs ad me: Surge, & vade ad Euphraten, & tolle indè lumbare, quod præcepi tibi vt
abſcõderes illud ibì. Et abij ad Euphraten, & fodi, & tuli lũbare de loco vbì abſcõderam illud: & ec
cè computruerat lumbare,] i. ꝑ antiquitate cœpit reſolui, [ità vt nullo] ſecundùm antiquam grã-
maticam [vſui aptũ eſſet. Et factum eſt verbum Dñi ad me, dicens: Hæc dicit Dñs: Sic cõputreſcere
faciam ſuperbiam Iuda & ſuperbiam Hieruſalem multam:] i. populum regni Iudæ, & principaliter
habitatores Hieruſalem valdè ſuperbos, atq; in ea inueteratos, humiliabo ac perimam per Chaldæ-
os. [Et] pro, i. [populum iſtum peſſimum, qui nolunt audire verba mea,] ità quòd peccant non ex
paſ-

paſſione aut infirmitate duntaxàt, ſed deliberata malitia. [& ambulant in prauitate cordis ſui peſſi-
mi, abiérunt q́; poſt deos alienos, vt ſeruirent eis, & adorant eos. & erunt ſicut lumbare iſtud &c.] ità
ꝙ prorſus inutiles erunt, & fame, peſte, ac gladio conſumentᷣ. Conſequenter clementiſſimus Deus
ſimilitudinẽ iſtam exponit, & cur ſit poſita, pandit. [Sicut eñ adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic
agglutinaui] i. charitatis coagulo ſpecialiq́; amicitia copulaui [mihi oẽm domum Iſrael,] i. decem
tribus, [& oẽm domum Iuda, dicit Dñs.] i. duas tribus. Hoc potiſſimè fuit, cùm per legiſdationem Exod. 20.
ſibi ſynagogã in monte Sinai deſponſauit. Hinc in Deuteron. ſcriptum eſt: En Dñi Dei tui cælũ eſt Deut. 10.
& cæli cælorum: & tñ patribus tuis conglutinatus eſt Dñs, & elegit eos, amauitq́; ſemen eorum poſt Oſeæ 11.
eos. In Oſee quoq;: Puer Iſrael, & dilexi eum, & ego quaſi nutritius Ephraim portaui eos in brachijs
meis. [vt eſſent mihi in populum] peculiarẽ, deuotum, ſaluandum. [& in nomen] i. per eos nomina-
rer in terra, & ipſi meus populus dicerentᷣ. [& in laudem, & in gloriã.] i. per eos & per beneficia mea
circa ipſos laudarer & glorificarer ab oĩbus. Item vt ipſi per virtutes ac merita eſſent vbiq; famoſi ac
glorioſi in terra, ſicut quandoq; fuerunt, maximè tempore Dauid ac Salomonis. Et hoc ad gloriam
Dei. Oĩa enim propter ſeipſum operatus eſt Dñs, vt dicitur in Prouerb. Propter quod in Iſaia Dñs lo- Pro.16.
quitur: Oẽm qui inuocat nomen meũ, in gloriam meam creaui eum. Non itaq; ſimus laudis aut glo- Iſaiæ 43.
riæ cupidi, ſed cum Pſalmiſta cordialiter exoremus: Non nobis Dñe, non nobis, ſed nomini tuo da Pſal.113.
gloriam. [& non audiérunt,] ſed tantæ beneuolentiæ fuerunt ingrati, cuius ingratitudinis ſubditur
pœna. [Dices ergò ad eos ſermonẽ iſtum: Hæc dicit Dñs Deus Iſrael: Oĩs laguncula implebitur vi-
no,] cùm fuerit opportunum. [& dicent ad te] mente indocili: [Nunquìd ignoramus quia oĩs la-
guncula implebitur vino?] Attenderunt eñ verbum Ieremiæ, quaſi non eſſet prophetale ac myſti-
cum, quia & virũ ſanctum ſpreuerunt. [& dices ad eos:] Hæc dicit Dñs: Eccè ego implebo oés habi-
tatores terræ huius & reges] ſ. filios Ioſiæ, [qui ſedent de ſtirpe Dauid ſuper thronum eius, & ſacer-
dotes & prophetas, videlicet pſeudo, [& oĩes habitatores Hieruſalem ebrietate,] i. afflictione eos
inſtàr ebrietatis turbante, & robur corporis auferente. [& diſpergam eos, virum à fratre ſuo, & patres
ac filios pariter, ait Dñs.] i. propinquiſſimos atq; chariſſimos inter ſe ab inuicèm ſeparabo per capti-
uitatem ac peſtem. [Non parcam, & non concedam] veniam, [neq; miſerebor vt non diſperdã eos.]
i. pœnas comminatas certiſſimè inferam eis. Eundem ſenſum frequenter propheta ſub alijs repetit
verbis, vt moris eſt hortantibus, in dolore grandi locatis, quatenùs hi quibus fit ſermo, terreantur,
magiſq́; aduertant atq; proficiant. Cõſequenter propheta ait ad populum: [Audite] auribus carnis,
[& auribus] interioribus [percipite: Nolite eleuari] tumore ſuperbiæ. Quid eñ ſupbit terra & cinis? Eccſi 10.
[quia Dñs loquutus eſt.] ideò verba mea non contemnatis, ſed intuitu vitiorum veſtrorum & pœ-
narum iam cõminatarum, humiliamini ſub potenti manu Dei. [Date Dño Deo veſtro gloriã,] cum 1.Pet.5.
in oĩibus honorando per veſtræ impietatis & ſuæ bonitatis confeſſionẽ. [anteq̃ contenebreſcat] i.
priuſq̃ aduerſitatis caligo diraq́; perſecutio vos inuoluat. [& anteq̃ * offendant pedes veſtri ad mõ-
tes caliginoſos,] i. priuſq̃ in captiuitatem ducamini, atq; ad montes tenebroſos in via poſitos pes ve-
ſter impingat. [Expectabitis lucem] i. proſperitatẽ & ſecuritatẽ, ſecundùm verba pſeudo, & ex cõ-
fidentia regis Aegypti, ad cuius confugiſtis auxilium. [& ponet eam in vmbram mortis & caliginẽ]
i. expectatio iſta, veriſſima erit vobis maioris tribulationis anguſtiæq́; cauſa. [Quòd ſi * hoc non au- *] hoc [
diéritis,] i. niſi huic meo conſilio acquieueritis, [in abſcondito plorabit anima mea] i. vobis vſq; ad
lachrymas condolebo & contriſtabor [à facie ſuperbiæ.] i. conſideratione veſtræ elationis. Magìs
eñ ſunt deplangenda mala culpæ, q̃ mala pœnæ, quanq̃ vtrunq; deflẽdum ſit, cùm ratio exigit. Ideò
ſubditur: [Plorãs plorabit] Hieruſalem, [& deducet oculus meus lachrymam, quia captus eſt grex
Dñi.] i. populus Iudæorum ſtatìm iam capietᷣ, qui fuit grex Dei per ſpecialem vocationem, non ꝑ ve-
ram obeditionẽ. Prætereà, qm̃ ex bonitate ſuperiorum dependet ſubditorũ correctio, ſubinfertur:
[Dic] ô Ieremia regi & dominatrici.] i. regi Iuda atq; reginæ, videlicet Iechoniæ eiuſq́; matri, ſecũ-
dùm quoſdam. Vel Sedechiæ & eius vxori, ſecũdùm alios. [Humiliamini] i. ſpontè vos humilietis,
& in manus Chaldæorum vos tradite, [& ſedete *] i. in imo quieſcite. [qm̃ de capite veſtro deſcẽdit *in ter-
corona gloriæ veſtræ.] i. regia poteſtate & diademate ſolito priuabimini ꝑ Chaldæos. [Ciuitates au- ra]
ſtri clauſæ ſunt,] i. Hieruſalẽ & cæteræ vrbes regni Iudæ, ſitæ verſùs plagam auſtralem, q̃ præ Chaldæ-
orum timore diebus ac noctibus ſteterãt clauſæ. [& non eſt qui aperiat.] i. aperire audeat, vel ſecurè
hoc facere poſſit. [Tranſlata eſt oĩs Iuda tranſmigratione ꝑfecta.] i. vniuerſus Iudæorum populus de
ꝓpria terra ſub Sedechia tolletᷣ. Nam & ſiqui manus Chaldæorum euaſerunt, pauciſſimi erant, nec
in Iudæa manere audebant. [Leuate oculos veſtros] ô Iudæi, [& videte qui * veniunt ab aquilone.] *venitis
i. conſiderate quàm terribilis exercitus Chaldæorũ contra vos veniat. Deindè ad Iudæam vel ad ci-
uitatem Hieruſalem dicitᷣ: [Vbì eſt grex qui datus eſt tibi?] i. vbì nunc habitatores tui, & qui in te tu-
ti eſſe ſperabant, qui erant [pecus inclytum tuum?] i. animalia nobilia, quia rationabilia. quaſi dicat,
Ablatus eſt grex iſte à te. [Quid dices quum viſitauerit te?] i. quum Deus per Chaldæos cœperit

te punire.[Tu em̃ docuiſti eos aduerſum te,] i.Chaldæis dediſti notitiam, quõ te capere poſſent.[&
erudiſti] eos [in caput tuum.] i.ad tuiipſius perditionẽ atq; diſpendium. Quemadmodùm enim in
Ezech. 23. Ezechiele legit̃,Iudęi idololatrijs grauiſſimè dediti,contraxerunt amicitiã cum Chaldæis, & per le-
gatos adduxerunt quoſdã Chaldæorum ad ſe, vt ab eis idololatrias Babylonis addiſcerent, qui ve-
nientes,conſiderauerunt aptiora ad inuadendum Iudæã itinera. [Nunquid non dolores apprę̃hẽ-
derunt te quaſi mulierẽ parturientẽ?] i.vtiq; irruente ſuper te Chaldæorum exercitu dolebis ac af-
fligéris,ſicut parturiens mulier,cuius eſt anguſtia maxima.[Quòd ſi dixeris in corde tuo,Quarè ve-
nerunt mihi hæc] mala pœnalia?audi reſponſum: [Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata
ſunt verecundiora tua,pollutę ſunt plantę tuę.] i.ſine om̃i reuerentia à Chaldæis tractata es,punita,
atq; ſpoliata,immò nudata & violata quantùm ad fœminas.De hoc in Ezechiele plura dicunt̃.Con-
ſequenter oſtenditur impoſſibilitas,vel potiùs difficultas emendationis Iudæorum exemplo æthi-
opis & pardi.[Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam,] i. cutis ſuæ nigredinẽ,[aut pardus varietates
ſuas,] i.colorum ſuorum diuerſitates,quod vtiq; nequeunt.[& vos poteritis benè facere,] i.virtuoſè
ac meritoriè,[cùm didiceritis malũ.] i.cõſuetudinem peccandi vobis feciſtis, & cum propoſito di-
diciſtis perpetrare iniuſta.Habitus aũt ſeu conſuetudo,vim habet naturę, & quaſi altera natura vo-
catur:ideò difficulter relinquit̃. Itaq; in propoſito eſt ſimilitudo quantùm ad hoc, ꝙ ſicut illud eſt
impoſſibile ꝑ naturã,ſic iſtud difficile eſt.Nõ eſt aũt per oĩa ſimile, qm̃ cauſa nigredinis in æthiope,
& varietatis in pardo,eſt penitùs naturalis.Idcircò naturaliter non mutatur eius effectus.Cauſa autẽ
peccati in hoĩe,eſt voluntaria,ideò liberè ad contraria fertur.Poteſtq́; homo ſe emendare,ꝓſuppo-
ſito ſemper Dei auxilio,ex cuius parte defectus nõ eſt.Secundùm hunc modum & Chr̃s in Euange-
Ioan. 8. lio Iudæis loquutus eſt:Quõ poteſtis loqui bona,cùm ſitis mali?Tantæ demùm iniquitatis ſubiun-
gitur pœna:[Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulã,quę vento raptatur in deſerto.] i. per captiuitatem ac
fugã in locis hincindè diuerſis diuidam eos.[Hæc ſors tua,] i.iſte eſt euentus tibi iuſtè pro tuis pec-
catis inflictus. [parsq́; menſurę tuæ] i.pœna tibi debita ſecundùm menſurã diuinę iuſtitiæ, q̃ punit
ſecundùm exigentiam culpæ.[à me,dicit Dñs,quia oblíta es meî,& confiſa es in mendacio,] ſ. pſeu-
doprophetarum ac Pharaonis regis Aegypti,qui tibi proſpera prædixerũt. [Vndè & ego nudaui] &
reuelabo [femora] & poſteriora [tua contra faciem tuam,] i. contra tuũ naturalẽ ruborem, in vultu
potiſſimè apparentẽ,te per Chaldæos nudaui,& impudenter tractari permiſi. [& apparuit ignomi-
nia tua,] i.inhoneſtiſſima tua vita.[adulteria tua,& hinnitus tuus,] i.impatiẽs furor libidinis,quo in-
ſtàr equi ad immunditiã ferebaris.[ſcelus fornicationis tuæ.] i. idololatria tua. Oĩa iſta facinora Iu-
dæorum apparuerunt in punitione eorum,ſicut cauſa relucet in ſuo effectu.Deus em̃ non vindicat
niſi peccata,nec maximam infert vltionẽ,niſi propter offenſam grauiſſimam. [Super colles in agro
vidi abominationes tuas.] i.idololatrias vidi te exercere in montibus qui erant in agro. Vel in mõ-
tibus & in agris.[Væ tibi Hieruſalem,non mundaberis] à tuis peccatis per pœnitentiam ſalutarem
[poſt me] i. ità vt me imiteris,ſeruiendo mihi in ſanctitate,pietate atq; iuſtitia.Ideò inſtat tibi nõ ſo-
lùm væ præſentis perſecutionis,ſed æternę inſupèr damnationis.[Vſquequò adhuc?] i. q̃diù in hac
prauitate durabis?quandiù te expectabo? q̃diù te feram? ¶ Prætereà iuxta myſticã interpretatio-
nẽ,Lumbare eſt ipſa Eccleſia,& oĩs homo veraciter Chr̃ianus, Deo charitate vnitus.eſtq́; lumbare
hoc lineum,qa de terra formatum.Quemadmodùm itaq; lumbare iſtud Ieremię computruit, ità ſu-
perborum Chr̃ianorum vanitatem & pompã Chr̃s in nihilum rediget, eosq́; æterna humiliatione
in infernũ retruſos deijciet. Deniq; ſicut adhęret lumbare ad lumbos viri,ſic vnigenitus Dei agglu-
Ioan. 15. tinauit ſibi Eccleſiam & oẽm animam Chriſtianã,quibus teſtatur:Sicut dilexit me pater,& ego dile-
& 10. xi vos,& animã meam pono pro ouibus meis.Deniq; noſtram aſſumpſit naturam,& noſter effectus
eſt frater,vt ſimus ei in nomen, laudem & gloriã. Sed multi eum nõ audiunt, quibus pronunciat,ꝙ
ſicut laguncula impletur vino,ità & ipſi ſempiternis implebuntur tormentis in tartaro,eruntq́; mi-
Eccẽs 9. ſerijs ebrij: qa vt Salomon loquit̃,Nec ſciẽtia,nec opes,nec ratio,erunt apud inferos. Inſupèr oĩbus
Ecci. 10. nobis ait ſcriptura:Nolite eleuari.Odibilis em̃ coram Deo & hoĩbus eſt ſuperbia.Ideò Iob 15.legit̃:
Ecci 6. Quid te eleuat cor tuum?& quid tumet contra Deum ſpũs tuus?In Eccõ quoq;: Non te extollas in
Matt. 11. cogitatione tua velut taurus.quia Dñs loquutus eſt,ſ.Chr̃s in Euãgelio: Diſcite à me,quia mitis ſum
Lucę 18. & humilis corde.Itemq́;:Oĩs qui ſe exaltat,humiliabit̃.Date Dño Deo veſtro gloriam, om̃e bonum
iugiter ſibi cum om̃i humilitate aſſcribendo,eum ſemp laudãdo, atq; vosipſos iugiter accuſando,vt
1. Ti. 1. cum Apoſtolo ritè dicatis:Regi aũt ſeculorum immortali,inuiſibili,ſoli Deo,honor & gloria in ſe-
1. Cor. 15. cula ſeculorũ.Rurſusq́;:Gratia Dei ſum id quod ſum.Et iterùm:Venit Ieſus Chr̃s peccatores ſaluos
1. Tim. 1. facere,quorum primus ego ſum.Anteq̃ tenebreſcat,i.priusq̃ vitiorum caligo & ignorantiæ tenebrę
veſtrã occupent mentem.Ideò Chriſtus:Ambulate, inquit,dum lucem habetis, vt non tenebrę vos
Ioan. 12. compræhendant. Et antequàm offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos,i.priuſquàm ſuper-
biſſimorum dæmonum finibus gehennalibus appropinquetis,vel manus illorum incurratis.Pedes
quoq;

quoq; aĩæ noſtræ,ſunt eius affectus:qui ad mõtes caliginoſos offendunt, dum contra Dei pręcepta
ad ea quæ dęmonibus cõplacent,tendunt.Expectabitis lucẽ, & ponet eam in vmbram mortis. Oĩs
qui in rebus caducis,terrenis,mortalibúsve confidit,proſperitatẽ veram ex eis expectans,falletur,&
ſua expectatiõe inani incidet vmbram mortis, immò & mortẽ gehennę. Quòd ſi hoc nõ audiéritis,
in abſcondito plorabit aĩa mea,& educet oculus meus * lachrymas, eô ꝙ captus eſt grex Dñi. Eccè
his verbis beatiſſimus inſtruit Ieremias,quid ad oẽm prælatum,ꝑdicatorem, & feruidum hortatorẽ
pertineat,vt ſ.cordetenùs in ſuo ſecreto doleat ac lamentet̃,dum hi quibus loquitur, verbis Dei nõ
acquieſcunt:& lachrymas fundat, eô ꝙ ab inuiſibilibus hoſtibus captus ſit grex Dñi, ſ. populus ſibi
cõmiſſus,vel is quem exhortat̃. Qui em̃ in mortalibus vitijs cõtabeſcit, dæmonũ vinculis captus eſt
& adſtrictus.Talem fuiſſe apoſtolum Paulum,eius teſtant̃ epiſtolæ. Hoc eſt contra eos,qui non ac-
quieſcẽtibus mox iraſcuntur,indignant̃, & auerſi ceſſant ab informatione ipſorum.Dic regi & Dñã-
trici:Humiliamini & ſedete,qm̃ de capite veſtro deſcendet corona gloriæ veſtrę.Iſtud vniuerſis re-
gibus,principibus,pręlatis,reginis,dñabus, cunctisq́; pręſidentibus diligenter dicendum eſt, vt ti-
morati ac humiles ſint,implentes illud Ecci:Quanto maior es, humilia te in oĩbus. Aduertãt quoq;, Ecci 3.
ꝙ potentes potenter tormenta patientur. Et cui plus datum eſt, plus requiret̃ ab eo.Penſent ergò ſe Sap. 6.
Dñm iudicem habere in cælo,cui pro ſe & ſubditis rationẽ daturi ſunt.Quumq́; hæc vita momentã- Luc. 12.
nea ceperit finem in eis, om̃i mox poteſtate & gloria priuabuntur:nec quippiam, niſi opera eorum,
cum ipſis tranſibit.Hinc ait Chriſtifera virgo: Diſperſit Deus ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit Luc. 1.
potentes de ſede,& exaltauit humiles. Ciuitates auſtri clauſę ſunt. Hoc fit, dum congregationes &
clauſtra olim deuota ac ſancta,à priſtina puritate labunt̃,ità ꝙ ſpũſſanctus ad eos non intrat,nec ſu-
pernis viſitationibus patent, & non eſt qui aperiat eas, niſi Deus om̃ipotens. Tranſlata eſt oĩs Iuda
tranſmigratione perfecta.dum Chr̃iani à Chriſti imperio recedentes,diabolicę ſeruituti ſe ſubdũt,
transferuntur oĩnò perfectè,immò & peſſimè, Leuate oculos veſtros interiores, & videte qui * ve-
niunt ab aquilone,i.dæmonum agmina contra vos venire attendite, atq; ad reluctandum vos præ-
parate.Tu em̃ docuiſti eos aduerſùm te:frequenter per negligentias noſtras hoſtibus noſtrę ſalutis
oſtendimus viam,damusq́; occaſionem nos impugnãdi ac ſuperandi.Ideò ait Apoſtolus:Nolite lo-
cum dare diabolo. Vndè & noſtris meremur peccatis à Deo relinqui,& aduerſariorum tentationibꝰ Ephe. 4.
perſecutionibusq́; proſterni. Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam &c. Iſtud vniuerſis obſtinatis,
duris ac incorrigibilibus,inconuertibilibusq́; dicendum eſt, qui verbo Dei nullatenùs acquieſcũt,
atq; ex intentione permanent in peccatis,malẽtes iſtis terrenis,carnalibus atq; vaniſſimis inhærere,
q̃ Deo,à quo tot bona ſortiti ſunt:& conuerſionem ſuã ſtultiſſimè differunt,cùm nec diẽ ſciant nec
horã.idcircò eueniet eis quod Dñs ſubdit:Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulã quę vento raptatur.ſunt
em̃ tanq̃ puluis quem ꝓijcit ventus à facie terrę,& circunferunt̃ impetu paſſionũ ſuarum inſtàr bru-
torum.Hinc quotidiè per varia vitiorum gñа diſpergunt̃,mente inani vndiq; euagantur, nec vllam
in Deo ſortiunt̃ quietem.Hęc ſors tua, parsq́: menſurę tuę, ô plebs intimorata, à me,dicit Dñs, quia
oblíta es meî,i.iſtud inconueniens incurrere meruiſti,meî obliuiſcendo.Itaq; Dei obliuio, oĩm vi-
tiorum origo conſiſtit.Et iſta obliuio opponit̃ recordationi,qua qs Deum habet ꝑ oculis cum reue-
rentia & timore,q̃ vtiq; recordatio ab om̃i hominẽ auertit peccato. Vndè & ego nudaui femora tua
contra faciem tuam,& apparuit ignominia tua &c.Iſtud potiſſimè fiet om̃i peccatori in die ſui iudi-
cij tã particularis q̃ vniuerſalis,cùm in conſpectu angelorũ oĩmq́; ſanctorum, oĩs eius confuſio,ne-
gligentia,immunditia atq; ꝑuerſitas innoteſcent.Literaliter quoq; fit iſtud, cùm Deus quẽpiam ꝓ-
pter præcedentia ſua peccata,in fœditates luxurię ſinit cadere. Eſt aũt & ſpiritale aĩæ femur, quo in
gñationem operum bonorum ꝓcedit, videlicet intellectus ſeu ratio ac voluntas. De quo,Chriſto Pſal. 44.
cantat̃ in pſai.Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſſime.quod nudat̃ in nobis,quum do-
nis gratiæ,qbus ſpiritaliter fœcundi efficimur, aĩa noſtra ob ſua demerita deſtituit̃,quo facto,appá-
ret ignominia eius hoſtibus ſuę ſalutis dęmonibus,immò & angelis ſanctis atq; beatis.Super colles
ſuperbiæ in agro huius ſeculi vidi abominationes tuas.Hoc Deus altiſſimus om̃ia intuens,loquitur
his qui erecta ceruice contra diuina mandata incedunt.Væ tibi Hieruſalem,i. Eccleſia, quantùm ad
impœnitentes in ea.non mundaberis poſt me,i.me ſequendo,vt impleas illud Apoſtoli: Imitatores
Dei eſtote,ſicut filij chariſſimi. Ad quam deiformem imitationem etiam Chriſtus nos hortatur, di- Ephe. 5.
cendo:Eſtote perfecti,ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.

¶ *Expoſitio literalis cap. 14. Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam.* *Art.* 26.

PRæſenti capitulo deſcribit propheta mala pœnalia,mala quoq; culpabilia Iudæorum,quædam
pulchra de myſterijs Chriſti interſerens:Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiã de ſer-
monibus ſiccitatis. [prædixerat enim Deus prophetæ, magnam ſterilitatem imminere Iudæis ex
pluuiarum defectu propter eorũ peccata.[Luxit Iudæa,] i. adueniente cariſtia & cæteris plagis eius,
ſtatìm lugebit.[& portæ eius corruerũt,& obſcuratæ ſunt in terra.] i.à Chaldęis deſtruent̃ portę ci-

 ui-

uitatum Iudææ,ità ꝙ materia harum portarũ in terrã proiecta, rediget in pulueres: quo prænunciat
deſolatio terræ huius diutiùs duratura.Loquit̃ autẽ propheta de futuro p modum præteriti. [& cla-
mor Hieruſalẽ aſcendit.] i.habitatores Hieruſalẽ tempore obſidionis ſuæ p̃ miſerijs eiulabũt.[Ma-
iores] eius [miſerunt minores ſuos] i.dñi ſeruos [ad aquam.venerũt] minores [ad hauriendũ,& nõ
inuenerunt aquã,] eô ꝙ putei eſſent ſiccati. [reportauerunt vaſa ſua vacua, cõfuſi ſunt & afflicti] tã
minores,q̃ maiores.[operuerunt capita ſua] in ſignum doloris,quẽadmodùm Dauid,audita morte
Abſalonis,caput operuit.[propter terræ vaſtitatem,quia non venit pluuia in terrã.] Terra nanq; Iu-
dææ ſpecialiter indiget pluuijs,prout Deut.11. loquitur Moſes populo Iſrael: Terra ad quam ingre-
dieris,non eſt ſicut terra Aegypti,vbì iacto ſemine aquæ ducuntur irriguæ,ſed montoſa eſt & cam-
peſtris,de cælo expectans pluuiam.[Confuſi ſunt agricolæ,operuerunt capita ſua.] i.mœrore ac cõ-
turbatione perfuſi.[Nam & cerua in agro peperit & reliquit,quia non erat herba.] i.tanta erit ſteri-
litas,ꝙ ceruæ parientes in agro fœtus ſuos relinquent,qm̃ herbas circa ſe non inuenient, ideò alibi
quærent paſtum.[Et onagri] i. aſini ſylueſtres, de quibus fertur in Pſal.103. Expectabunt onagri in
Iob 39. ſiti ſua.In Iob quoq;:Quis dimiſit onagrum liberum?[ſteterunt in rupibus,] campeſtria relinquen-
Ibidèm tes,atq; in locis eminentioribus loca paſcuæ explorantes, iuxta illud Iob: Circumſpicit onager mõ-
tes paſcuæ ſuæ, & virentia quæq; perquirit. [traxerunt ventum] pro refrigerio contra ſitis ardorem.
[quaſi dracones:] qui ſunt animalia calidiſſima intùs,idcircò contra interioris caloris exceſſum ſæ-
piùs attrahunt aërem. [Defecerunt oculi eorum,] i. animalium horum euerſi ſunt oculi, & vita ex-
tincta eſt.[quia non erat herba.] i.quia alimenta non inuenerunt. Inſupèr propheta in perſona im-
piæ plebis loquens, & pro ſubuentione diuinæ pietatis exorans, adiecit: [Si iniquitates noſtræ re-
ſponderint nobis,] i.quia peccata noſtra reale reſponſum nobis dederunt, ità quòd propter ea no-
bis inflicta ſunt iſta mala pœnalia.Pœna quippe dicitur effectus peccati. Hinc Iſa.59. habetur: Pec-
cata veſtra abſconderunt faciem Dei à vobis. Et ibidèm: Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ co-
ram te Domine,& peccata noſtra reſponderunt nobis. [Domine, fac propter nomen tuum.] i. pro-
pter tuiĵpſius bonitatem ac pietatem,atq; ob maieſtatis tuæ honorem & gloriam miſericorditer age
nobiſcum,& pœnas iſtas auerte.[quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ,] quibus à te corda noſtra
auertimus,inobedientesq́; fuimus.ideò propter noſtram iuſtitiam exaudiri non petimus,quemad-
4.Reg.20. modùm Ezechias,qui veraciter dixit:Memento Domine quomodò in veritate ambulauerim coram
Pſal.85. te.Et Pſalmiſta:Cuſtodi animam meam quoniam ſanctus ſum.Præthereà cõnumerat ſe Ieremias po-
Dan.9. pulo peccatori,ſicut & Daniel qui ſimili modo orat: Propter temetipſum Deus meus audi.[Tibi] i.
contra te & ad tuam iniuriam [peccauimus, expectatio Iſrael.] i. ſummum bonum à bonis Iſraeliti-
cis finaliter expectatum,immò ab omnibus expectãdum,iuxta illud in Pſal.39. Expectans expecta-
Pſal.38. ui Dominum.Rurſus quoq;:Et nunc quæ eſt expectatio mea?nonnè Dominus? Vndè Iſaias inducit:
Iſaiæ 25. Eccè Deus noſter iſte,expectauimus eũ,& ſaluabit nos. [ſaluator * eius] i. Iſraelitici populi in tem-
*noſter pore tribulationis,] iuxta illud Iudicum 2.Flectebatur Dominus miſericordia, & audiebat afflicto-
rum gemitus,& liberauit eos de cæde vaſtantium.qui Oſeæ 13.teſtatur:Ego Dominus Deus tuus, &
ſaluator non eſt p̃ter me.Deniq; ſancti prophetæ de ſynagoga loquẽtes, frequenter myſteria Chr̃i
atq; Eccleſiæ intermiſcent.Ità nunc agit Ieremias. Quia itaq; ſuperiùs frequenter iam dixit, qualiter
Deus à populo Iudæorum receſſerit,ſubitò illuſtratus à ſpirituſancto, oculum mentis ad Chr̃i ad-
uentum in carne,conuertit.Et ꝙ in tanta paupertate atq; humilitate venturus ſit, vehemẽter admi-
rans,ſubiecit:[Quarè] ô vnigenite Dei vere,[quaſi colonus futurus es in terra,] p incarnatiõis my-
ſteriũ ſeu humanitatẽ aſſumptã?Colonus nẽpe vocat̃,qui in alterius habitat terra, & vt paup hæredi-
tatẽ non habet,inquantùm colonus:ſic Chriſtus ꝓpter nos pauper effectus eſt,& adeò pauper,vt di-
Matt.8. ceret:Aues cæli nidos habent, & vulpes foueas:filius aũt hominis non habet vbì caput reclinet.[&
quaſi viator declinans ad manendũ?] i.modico tempore habitaturus in terra,quia in iuuẽtute occi-
ſus eſt.[quarè futurus es velut vir vagus,] i.quietã manſionem non habens?Chriſtus ſiquidẽ prædi-
Lucæ 4. cando hincindè multotiès diſcurrebat,ſicut in euang.ait:Quia & alijs ciuitatibus oportet me euan-
gelizare,quia ad hoc miſſus ſum.In pſal. quoq; 87.Paup ſum ego,& in laboribus à iuuẽtute mea. Ve-
nit etiã ſicut vir vagus,quia Iudæos relinquens,ad gentes migrauit. [* aut fortis qui non poteſt ſal-
*& uare?] i.quarè venturus es ſicut verè robuſtus,fortitudine propria in ſaluando non vtens?Quanuis
enim Chriſtus om̃ipotens fuerit,non tamen per viam potentiæ,ſed iuſtitiæ,genus humanum ſalua-
uit.Nec in paſſione poteſtatem ſuam in ſeipſo oſtendit, ſed velut infirmum ac impotentem ſe per-
Matt.27. miſit occidi. Idcircò dixerunt increduli: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Et
Iſaiæ 53.de ipſo prædictum eſt: Quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vndè nec reputauimus
eum. Quòd autem primus Chriſti aduentus eſſe debuerit in paupertate & humilitate, Zacharias
Zach.9. oſtendit: Exulta ſatis filia Sion, Eccè rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcen-
dens ſuper aſinam. Intereà quanuis Ieremias iſta per modum mirantis & interrogantis proponat,
non

non tamẽ tanti myſterij fuit ignarus.Nouerat nempe quarè Dei filius ità venire elegerit,ſ.vt ad ter-
renarum ac temporalium rerum contemptum induceret homines:viamq́; veniendi ad regna cæle-
ſtia demonſtraret,ad humilitatem,patientiã,fortitudinemq́; in aduerſis ſeruandam inſtrueret.Item
vt moreretur pro mundo,& vt agnoſcamus nos in hoc ſeculo quaſi in exilio relegatos, ſicq́; iugiter
ad patriam reſpiremus.Poſtremò, vt ſua nos paupertate ditaret,ſua nos humilitate exaltaret,merito
ſuæ patientiæ ac rigidæ cõuerſationis nos iuſtificaret.Tota enim vita eius, nobis meritoria fuit.Ve-
runtamen Ieremias iſta quaſi mirans & inquirens proponit, vt altitudinem tanti pandat myſterij,
noſq́; ad diligentem iſtorum conſiderationem inducat.Prætereà ex his verbis probatur Chriſti di-
uinitas,ità quòd in vnitate perſonæ ſit verus Deus & verus homo.[Tu autem in nobis es Domine,]
i.tu Chriſte in terris viſus es, & inter homines conuerſatus, per fidem quoq; & gratiam fideliũ cor-
da inhabitas.Sed & ſacramentaliter ades,& Chriſtianis promittis:Ego vobiſcum ſum cũctis diebus. Matt.28.
[& nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos.] i.teipſum oramus & inuocamus, ſancti quoq; tẽ inuo-
cant ſuper nos.Atq; à nomine tuo nomen ſortiti ſumus, quia à te Chriſto Chriſtiani vocamur. Vn-
dè & in Iſaia Eccleſiæ dicitur:Vocabitur tibi nomen nouum,quod os Domini nominauit.[nè dere- Iſaiæ 62.
linquas nos.] i.non nos cadere ſinas, nec gratiam tuam amittere, nè promiſſionibus tuis efficiamur
indigni.Iudæi,& quidam eos ſequentes,prædictum locum exponũt pro tempore Ieremiæ,ità quòd
propheta in perſona populi ſui conqueritur,quarè Deus à Iudæis ſe ſegreget, nec diutiùs apud eos
aut in templo ſuo remaneat,ſed cuncta manibus tribuat Chaldæorum.Hæc autem expoſitio nõ con
ſonat textui.Iam enim Deus prædixit,quòd auxilium ſuum eis non ſolùm abſtraheret, ſed & nunc
ſubtraxerit.Ideò non videtur conuenienter dici ad eum: Quarè quaſi colonus futurus es in terra,&
quaſi viator declinans ad manendũ,præſertim quũ iam multo tempore in tẽplo ac populo Iudæorũ
permanſerit.Conſequenter redit propheta ad populum ſynagogæ.[Hæc dicit Dñs populo huic] Iu-
dæorum,[qui dilexit mouere pedes ſuos,] quærendo auxiliũ ab Aegypto,atq; ad idola cõcurrendo,
quibus loquitur Iſaias:Væ qui deſcenditis in Aegyptũ. [& nõ quieuit] in Dei obſequio,nec ceſſauit Iſaiæ 31.
à vitijs.[& Dño non placuit] propter ſua peccata.[Nũc recordabitur iniquitatũ eorum] i.debitè eos
puniendo,oſtendet ſe memorẽ,q̃ peſſimè fecerint.Ideò ſubditur: [& viſitabit peccata eorũ,] ea per
Chaldæos vindicando.[& dixit Dñs ad me:Noli orare pro populo iſto in bonũ,] videlicet vt parcã
eis,ſed potiùs vt puniant̃.Hoc iam ſuprà pleniùs dictũ eſt atq; expoſitũ. Nunc enĩ apud Dei ſapien-
tiam diffinitũ fuit vt punirentur. Et non ceſſando à peſſimis vitijs, reddebant ſe indignos oratione Iere.7.
ſanctorũ.[Quum ieiunauerint,nõ exaudiam preces eorũ, ità ꝙ nec ieiunia eorũ nec preces ſunt mi
hi acceptæ:eô ꝙ corda eorũ maneant in affectu peccandi,nec amore, ſed timore ſeruili ac dura ne-
ceſſitate hæc agant.Hinc in Iſaia exclamãt:Quarè ieiunauimus, & nõ adſpexiſti?humiliauimus ani- Iſaiæ 58.
mas noſtras,& neſciſti? quibus à Dño reſpondetur, quia in diebus ieiunij veſtri inuenitur voluntas
veſtra.Et poſteà ibì docet̃,ꝙ ieiuniũ ſine actibus pietatis, nihil proſit. [Et ſi obtulerint holocauſto-
mata & victimas, nõ ſuſcipiam ea.] quia non agunt hæc ex vera deuotione. Sacrificia aũt legis non
erant Deo accepta,niſi ex offerentium deuotione, quemadmodùm pleniùs dictum eſt ſuprà.[quo-
niam gladio & fame & peſte ego conſumam eos.] Coniunctio iſta cauſalis,potiùs notat hìc ſignum
q̃ cauſam.[Et dixi,ah ah * ah Dñe Deus] meus. Hoc ait propheta condolendo miſeris iam vaſtãdis, *Iah Dñe
pro eo quod audiuit à Domino, Gladio & fame & peſte conſumam eos. [Prophetæ dicunt eis.] Iſti
fuerunt pſeudoprophetæ, [Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis: ſed pacem veram
dabit vobis] Dominus [in loco iſto.] iſtam ſecuritatem promittebant, ex parte Dei ſe loqui dicen-
tes.[Et dixit Dñs ad me:Falsò prophetæ] pſeudo [vaticinantur in nomine meo.] i.dicendo ſe loqui
in nomine meo,vel ex mea perſona, mentiuntur. [Non miſi eos, & non præcepi eis,] vt iſta loque-
rentur.[neq; loquutus ſum ad eos. Viſionem mendacem & diuinationem fraudulentã, & ſeductio-
nem cordis ſui prophetant vobis.] i.ex propria imaginatione,confictione & diabolica inſpiratione
loquuntur.[Idcircò hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo,quos ego nõ
miſi, dicentes: Gladius & fames non erit in terra hac: gladio & fame conſumentur prophetæ illi.]
Nam quoſdam eorum occiderunt Chaldæi. [& populi quibus * prophetauerunt, erunt proiecti in *ꝓphetãt
vijs Hieruſalem præ fame & gladio,& non erit qui ſepeliat eos,ipſi & vxores eorum,filij & filiæ eo-
rum,] id eſt,in plateis Hieruſalem corruent præ fame & gladio. [& effundam ſuper eos malum ſu-
um,] id eſt, pœnam iniquitatum eorum.[& dices ad eos verbum iſtud:Deducant oculi mei lachry-
mam per diem & noctem, & non taceant,] i. à motu plorationis non ceſſent. Hæc in perſona Iere-
miæ dicuntur, quaſi dicat ad populum: Quanuìs iam prohibitus ſum orare pro vobis, nihilo mi-
nùs intantùm vobis condoleo, vt nocte & die plorare deſiderem. Nam & dolor interior per fle-
tum quodammodò releuatur ac minoratur. Simili compaſſionis affectu loquitur Iſaias:Nolite, in- Iſaiæ 22.
quiens, incumbere vt conſolemini me ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Deniquè Micheas ineffa-
bili compaſſione affectus, ait capitulo ſecundo: Vtinàm non eſſem vir habens ſpiritum, & men-

Iere. 9. daciū potiùs loquerer. Quòd aūt hîc loquit̃ Ieremias, ſuprà dixit: Quis dabit capiti meo aquã, & ocu
lis meis fontẽ lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Vndè & nunc tanti
planctûs cauſam ſubiecit: [Qm̃ contritione magna] i. grandi deſtructione [cõtrita eſt virgo filia po
puli mei.] i. ſynagoga ſeu plebs Iudæorum, q̃ & virgo & filia appellat̃. Virgo, vt naturæ puritas deſi-
gnetur: filia, vt creatoris ad eã dilectio declaret̃. Natura quippe ſecundùm ſe pura ac nobilis eſt, ſicq;
à Deo diligitur paterno amore. Nec mirum, ſi populus Iudæorum, quanuìs prauiſſimus, virgo filiaq;
Iſaiæ 48. dicat̃, cùm & in Iſaia de populo Chaldęorum ſcriptum ſit: Deſcende, ſede in puluere virgo filia Ba-
bylon. [plaga peſſima vehementer.] i. grauiſſima prorſus punitio huic populo eſt inflicta. Dicit̃ ergò
Amos 3. plaga hæc peſſima malitia pœnę. Vndè & ſcriptum eſt in Amos: Si erit malũ in ciuitate quod Dñs nõ
fecit? Deindè ꝑ partes oſtendit plagę iſtius diriſſimæ grauitatẽ. [Si egreſſus fuero ad agros, eccè oc-
ciſi gladio: & ſi introiêro in ciuitatẽ, eccè attenuati fame.] i. quôcunq; me verto, Iudęos occiſos in-
uenio vel afflictos. qui eñ extra vrbiũ mœnia inueniunt̃, Chaldęorum gladio feriuntur: & qui intra
Hieruſalem ꝓpter ſecuritatem ſe collegerunt, fame deficiunt. Tanta equidẽ erat in Hieruſalẽ fames,
Ezech. 5. vt per Ezechielem p̄dixerit Dñs: Patres comederunt filios in medio tuî, & filij patres. Nec mirũ iſtud
* nanq; de vulgo. [Propheta * quoq; & ſacerdos] i. pſeudoprophetæ ac ſacerdotes, de ꝗbus ſuperiùs cap. 2.
dictum eſt: Sacerdotes nõ dixerũt, vbì eſt Dñs? & ꝓphetæ ꝓphetauerunt in Baal. De quibus Mich. 3.
legit̃: Principes eius (putà Hieruſalẽ) in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede doce-
bant, & ꝓphetæ eius in pecunia diuinabant. [abiêrunt in terrã quam ignorauerunt.] i. in Babyloni-
am captiui abducti ſunt. Loquit̃ autem ꝓpheta de futuro ꝑ modum p̄teriti, quia cùm dixit hęc, non-
dùm capta fuit Hieruſalẽ. Deincèps doloroſè alloquit̃ Dñm: [Nunquìd proijciens abieciſti Iudã? aut
Sion abominata eſt anima tua?] quod intelligi poteſt & negatiuè, & affirmatiuè. Negatiuè, hoc mo-
do: hucuſq; non penitùs abieciſti, nec dereliquiſti regnum ac populum duarũ tribuum, nec anima
3. Reg. 13. (i. mens) tua penitùs deteſtata eſt Sion, i. templum ac vrbẽ Hieruſalẽ. Vndè in lib. Reg. frequenter
14. & 15. habet̃, ꝙ licèt reges & populus Iudæ grauiter Deum offenderint, noluit tñ diſperdere Iudã propter
ſe & propter Dauid ſeruum ſuum. Porrò affirmatiuè legendo hæc, iſte eſt ſenſus: Nunc vtiq; vehe-
menter abieciſti populum tuum, vrbẽ & templum. Primę aũt expoſitioni magìs concordat ſequens
verſiculus: [Quarè ergò ꝑcuſſiſti nos ità, vt nulla ſit ſanitas?] i. cur nunc præ ſolito tam dirè ꝑ Chal-
dæos nos afflixiſti, vt nullus aut pauci euaſerint, & his qui cæſi aut capti ſunt, ſubueniri non queat?
Cui conſonat illud Iſai. 59. Rugiemus quaſi vrſi oẽs, & quaſi colũbæ meditãtes gememus. [Expecta-
uimus pacẽ] ſecundùm pſeudo ꝓmiſſa, de ꝗbus Mich. 3. ſcribit̃: Sup Dñm requieſcebãt, dicentes: Nũ-
quìd non Dñs in medio noſtrî eſt? nõ veniet ſup nos malũ. [& nõ eſt bonũ.] i. ꝓſperitatẽ aut tran-
quillitatẽ cõſecuti non ſumus. Expectauimus quoq; [& tẽpus curationis,] i. remedij, à te ꝓtegi ꝓpter
tẽpli ſanctitatẽ putantes. [& eccè turbatio] accidit nobis. Iſtud loquit̃ Ieremias in pſona peccantiũ,
Iſaiæ 59. ꝗbus ſeipſum cõnumerat, quia pars populi huius fuit. Simili modo loquit̃ Iſaias: Expectauimus lucẽ,
& eccè tenebræ: ſplendorẽ ignis, & in tenebris ambulamus. Deindè in pſona pœnitentiũ ait: [Co-
gnouimus Dñe impietates noſtras] itẽ [& iniquitates patrum noſtrorũ,] quas & nos operati ſumus,
[quia peccauimus tibi.] Hoc dixerunt aliqui boni in Hieruſalẽ, de ꝗbus Ezechiel. 9. habetur, ꝙ Dñs
iuſſit ſup eos poni ſignũ thau, qui dolent ac gemunt ſup cunctis abominationibus q̃ fiunt in medio
Hieruſalẽ. [Nè des nos in opprobrium ꝓpter nomẽ tuum,] i. ꝓpter teipſum, ꝓpter tibi connaturalẽ
bonitatẽ atq; clementiã, ꝓpter nominis tui honorẽ erue nos ab opprobrio Chaldęorum. [neq; faci-
as nobis cõtumeliam.] i. non nos ꝑmittas ab hoſtibus noſtris cõtumelioſè tractari. [Solij glorię tuæ
recordare.] i. templi in quo tua habitauit maieſtas, memor eſſe digneris, illud illæſum ſeruãdo. [Nè
irritum facias fœdus tuum nobiſcum.] i. pactum pacis quod cum patribus noſtris iniſti, quod in mõ-
te Sinai percuſſiſti cum eis, quũ eos in populum peculiarẽ aſſumpſiſti, non ſinas caſſari in nobis, nec
Exod. 19. tua nos ꝓtectione deſtituas. Vel, Solij gloriæ tuæ recordare, i. ſanctorum patriarcharũ & cæterorum
Deut. 7. iuſtorum, in quorum mentibus habitâſti, & ꝓpter illorum merita nos tuere. Circa p̄habita oritur
quæſtio, quomodò Ieremias nunc oret pro populo, & à Chaldęorũ opprobrio erui poſtulet, cùm iã
Dñs vicibus repetitis dixerit ei, nè oraret ꝓ eo, & ꝙ certiſſimè dandus eſſet manibus Chaldæorũ. Et
reſpondendũ, ꝙ Dñs nõ abſolutè aut p̄ceptiuè ꝓhibuit Ieremiã ab oratione ꝓ populo iſto, ſed hor-
tatiuè & conſultoriè loquebat̃, nè ꝓpheta immoderato orandi labore ſeipſum conficeret. Quanuìs
etiam audiuit ſe nõ exaudiendũ, nihilo minùs confidebat preces ſuas non totaliter eſſe fruſtrãdas,
& pœnas inſtantes mitigari optauit, p̄ſertimq; aĩarum ſaluti diuinitùs ſubueniri gliſcebat. Feruẽs et-
eñ amor nõ citò neq; faciliter ab oratione ꝓ amato cõpeſcit̃. Vndè & B. antiſtes Seruatius, audita à
Petro apſtolo Tungrenſiũ deſtructione, & nè oraret pro eis, nihilo minùs ardentiſſimè orauit ꝓ eis.
Lucæ 18. Nã & importuna oratio nõnunq̃ cõtra Deũ p̄ualere videt̃, queãdmodùm Chr̃s in Euangelio ponit
2. Reg. 11. exemplũ de iudice, qui nec Deũ nec hoĩem verebatur, tñ viduã importunè rogantẽ audiuit. Deniq;
& 12. Dauid, audita à Nathan prophetia, quòd infans ſibi de Bethſabee genitus, mox moreretur, depreca-
tus

tus eſt Deum inſtanter, nè infantẽ ſibi auferret. Poſtremò, qm̃ in principio huius cap. de ſiccitate fa-
cta eſt mentio, nunc ſubditur: [Nunquìd ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant,] i. gentilium ſi-
mulacra pluuiam dare non valent. [aũt cæli poſſunt dare imbres?] q. d. non, niſi per tuam virtutem
qua mouentur & agunt, & ſine qua nec ad momentum ſubſiſtere poſſunt. [Nõnè tu es Dominus De-
us * noſter, quẽ expectauimus?] i. à quo pluuiam & cætera omnia neceſſaria poſtulauimus? [Tu eñ *] Inf̃ [
feciſti omnia hæc.] ſ. cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur. Ideò ſolus es verus De-
us, propria virtute operans, atq; finaliter expectandus. Eccè blandè & commendatiuè propheta De-
um affatur, vt pleniùs exaudiatur, ſciens orationem laudibus Dei mixtam & amaroſè propoſitã, eſſe
efficaciorem, iuxta illud in Pſal. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. Pſal. 17.

¶ *Eiuſdem cap. 14. myſtica pertractatio.* *Articulus* 27.

IEremias ſpeciẽ tenet p̄latorum, doctorũ ac p̄dicatorũ Eccleſię, ad quos fit ſermo à Deo de ſpirita-
li ſiccitate fideliũ, i. de carentia gr̃æ, de ſubtractione roris cõſolationis diuinæ, de defectu aquę ſa
pientiæ ſalutaris, ꝓpter Chriſtianorum negligentias & peccata. Luxit Iudæa, i. Eccleſia vel anima pia,
in qua eſt Dei cõfeſſio. Iudæa nanq; confitens vel cõfeſſio interpretat̃. & portę eius corruerunt, &
obſcuratæ ſunt, i. exteriores eorũ ſenſus nõ ſunt refrenati. Immò ꝑ eos mors culpæ ingreſſa eſt mẽ-
tem, & ſic organa ſenſuum facta ſunt inſtrumẽta vitiorum. Vel portę Eccleſię, ſunt p̄lati ac p̄dicato-
res, per quorum doctrinã exemplaremq; vitã ac preces alij patriã ingredi debẽt. Qui ſui officij debi-
tum nõ implentes, labunt̃, ac obſcurant̃, gr̃æ luce ablata, & peccati caligine introducta. Ipſis quippe
dicit̃: Vos eſtis lux mundi. Et clamor Hieruſalẽ aſſcendit, i. Eccleſia ad Deum ꝓ gratioſo auxilio voci- Matt. 5.
ferata eſt. Maiores, i. p̄lati. miſerunt minores, i. vicarios ſuos ad aquam, i. ad ſacræ ſcripturæ fluenta ac
fontes, de ꝗbus Iſaias ait: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Venerunt ad hauriendũ, Iſaiæ 12.
& non inuenerunt aquã, i. ſacrę ſcripturę ſcientiã. quod fuit ex incapacitate, imperfectione & rudi-
tate eorũ, qm̃ ineruditi & inexercitati, ſcripturarum myſteria intelligere nequiuerunt. Iſtud potiſſi-
mè cõuenit paſtoribus & p̄latis, q in locis ſuis pſonaliter reſidere nolũt, & vltra hoc ineruditos, car-
nales, inſufficientes vicarios ſibi ſubſtituũt, quod eſt vtiq; ineffabiliter periculoſum, cùm oĩm per-
euntium dãnatio, nedùm in vicarios, ſed & in maiores redũdet p̄latos, qui gregi ſibi cõmiſſo nec di-
gnè nec debitè ꝓuident. Aduertãt hi quod Ioſeph Chr̃i tenẽs figurã, fratribus ſuis patriarchis, p̄la-
torum typum gerẽtibus, dixit: Nõ videbitis faciẽ meã, niſi fratrẽ veſtrum minimum adduxeritis ad Gene. 43.
me. Reportauerunt iſti minores vaſa, i. corda ſua vacua, qm̃ in ſcripturis nihil ꝓfecerunt, nec dono
ſapientiæ ſunt impleti. confuſi ſunt ꝓpter ignorantiã ſuã, & afflicti de ſua imperfectione, & vtinàm
modò cõfunderent̃, & affligerent̃ ſyncerè, ꝓfectuiq; ſtuderẽt, nec poſt vitã hanc à Chr̃o æternaliter
reprobarent̃. operuerunt capita ſua, i. ſuperiores aĩæ vires habuerunt velo inſipientię tectas, ità ꝙ cũ
Apoſtolo dicere nõ valebãt: Nos aũt reuelata facie gloriã Dñi ſpeculantes. iuxta hunc modũ ait Apo- 2. Cor. 3.
ſtolus de Iudæis: Velamẽ ſup cor eorum poſitum eſt. ꝓpter terræ vaſtitatẽ, i. cordis ſui inopiã. quia Ibidèm.
nõ venit pluuia in terrã, i. qm̃ rore gr̃æ nõ ſunt fœcũdati, nec claritate ſapiẽtiæ illuſtrati. Cõfuſi ſunt
agricolæ, i. paſtores qui agrum mentalẽ ſubditorum ſuorum excolere debẽt, ſicut diſcipulis ſuis ſcri
bit Apoſtolus: Dei agricultura eſtis. Iſti deficiẽte auxilio illuſtrationis ſupernæ, cõfunduntur. operu- Ephe. 2.
erunt capita ſua, ſenſu p̄tacto. Interdùm tñ defectus culturæ ſubditorũ, nõ eſt ex parte paſtorum, ſed
ex negligentia pueſitateq; ꝓpria: & tñ tunc de impfectione gregis ſui paſtores virtuoſi intra ſe con
fundunt̃, atq; in ſignum mœroris caput ſuum operiunt, & foris apparére refugiunt. Nã & cerua, i. aĩa
in bonis operibus velox, in agro Eccleſiæ peperit, alios cõuertendo, ac iuſtè viuendo, & reliquit ger
men virtutum ſpiritaleſq; filios. qa nõ erat herba, i. viror refectionis internæ. Hoc fit, dum aĩę deuo-
tæ paulatìm vitioſæ reddunt̃, & gratiarum humore ꝑ negligentiã ꝑdito, ſteriles efficiunt̃. Et onagri, i.
viri ſerioſi & rigidi. ſteterunt in rupibus, i. in locis diſciplinaribus. traxerunt ventum, i. caduca & va-
na, carnaliterq; oblectantia requirebant, quaſi dracones, i. ſicut concupiſcentijs inflammati, & alio-
rum peruerſores. Hoc cõtingit, dum ꝗdam religioſi aut ſpiritales in corporalibus ſuis exercitijs pręſ-
ſumptuoſè confidunt, ac ſecretè ſuperbiunt: propter quod diuina conſolatione priuari merentur,
qua ſubtracta, ad exteriora, inania atq; carnalia diffunduntur, ꝗbus ad Galatas ſcribit Apoſtolus: Sic Galat. 3.
ſtulti eſtis, vt quũ ſpiritu cœperitis, nũc carne cõſummemini? defecerũt oculi eorũ, i. excæcati ſunt
mẽte. qa non erat herba, i. aĩæ eſca ſeu obedientiæ cibus, qui eſt obſeruantia p̄ceptorum, de quo lo-
quitur Chr̃s: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ patris mei. Si iniquitates noſtræ reſponderint no- Ioan. 4.
bis Dñe, fac ꝓpter nomen tuum. Iſtud in oĩ aduerſitate dicamus, & quicquid aſperum nobis oc-
currit, humiliter cogitemus, ꝙ iniquitates noſtræ nobis reſpondent, ità ꝙ nedùm ea quæ patimur,
ſed duriora quoq; pati meruimus. Vndè de impijs Iſaiæ 3. ſcriptum eſt: Agnitio vultûs eorum reſpõ-
debit eis. Iuxta hunc ſenſum ſcriptum eſt Iob 15. Os tuum condemnabit te, & nõ ego, & labia tua re-
ſpondebunt tibi. Et item in Pſal. 49. Arguã te, & ſtatuã contra faciẽ tuam. Idcircò oremus: Dñe, non Pſal. 78.
ſecundùm peccata nr̃a facias nobis: ſed mirifica miſericordias tuas, q ſaluos facis ſperãtes in te. Qm̃ Pſal. 146.
mul-

multæ ſunt auerſiones noſtrę.In om̃i equidẽ peccato mortali ꝑponimus Deo oĩpotenti ſummo in-
finitoq́; bono,bonũ creatũ,caducũ & vanũ,immò in ipſo cõſtituimus nobis vltimũ finẽ,qa plùs il-
1.Eſdrę 9. li ꝗ̃ Deo inuariabili inhæremꝰ.qd igiẽ reſtat nobis,niſi vt illud Eſdrę dicamꝰ: Deus meus, cõfundor
& erubeſco leuare faciẽ meã ad te:qm̃ iniqtates nr̃æ multiplicatæ ſunt ſup caput nr̃m, & delicta nr̃a
2.Par.36. creuerũt vſq; ad cęlũ?Illud quoq; in fine 2.Paral.Qm̃ peccaui ſup numerũ arenæ maris,multiplicatę
ſunt iniquitates meæ:excitaui iracundiã tuã, & malũ corã te feci, ſtatuẽs abominatiões, & multipli-
cãs offenſiões &c.Tibi peccauimus expectatio Iſrael,i.tibi ô Chr̃e expectatio gentiũ electarũ,& de-
ſideratus carũ,inobediẽtes ingratiq́; fuimus,qui ꝓ nr̃a ſalute tot & tãta aſſumpſiſti, feciſti ac ꝑtuliſti.
Saluator in tẽpore tribulationis.tẽpore em̃ aduerſitatis, tentatiõis & ꝑſecutionis, maximè ꝓnus eſt
Deus ſuccurrere,iuxta quod ait in Pſal.90.Cũ ipſo ſum in tribulatiõe, eripiã eum, & glorificabo eũ.
Ionæ 2. Vndè & Ionas ait:Clamaui ad Dñm de tribulatione mea, & exaudiuit me.Deniq;:Sacrificiũ Deo ſpi
Pſal. 50. ritus cõtribulatꝰ.Quarè quaſi colonus futurus es in terra,& quaſi viator declinãs ad manendũ?Hoc
cordiali cum gemitu ꝓferamus,cùm Deũ in nobis vel in Eccleſia ꝑ ſtabilẽ gr̃am habitare nõ inueni-
mus,ſed citò gratioſam ſuã nobis ſubtrahere ꝑſentiam. Hæc dicit Dñs populo huic, qui dilexit mo-
uere pedes ſuos,& nõ quieuit,& Dño nõ placuit.Iſtud vagis,intimoratis, ac inſtabilibus cõpetit, qui
diligũt ꝓpriã libertatẽ:& quôcũq; mẽs ſuggerit,ꝓficiſcunẽ: nec cor ſuũ quietãt in Deo,ſed volupta-
tẽ ac vanitatẽ ſectanẽ.Pedes itaq; aĩæ noſtræ,videlicet cordis affectiões,teneamus ancoratas in Dño.
Nũc recordabiẽ iniquitatis eorum,deſerẽs eos quotidiè in grauiora vitia labi,donec tandèm omni-
nò damnenẽ.Et dixit Dñs:Noli orare ꝓ populo iſto in bonũ. quidã nimìs cõfidunt in precibus ali-
orũ,ità vt ꝓ ſeipſis negligãt orare, & cũ ſecuritate quadã peccẽt,nõ attendentes ꝙ iniquitatũ ſuarũ
cõtinuatione ponãt obicẽ gr̃æ Dei,om̃iq́; exauditiõis diuinæ affectu prorſus indignos ſe exhibeant.
Lucæ 9. Pœniteant ergò,& orẽt etiam ipſi pro ſeipſis,manũ mittentes ad aratrũ,nec retrò adſpicientes.Cùm
ieiunauerint,nõ exaudiã preces eorum:& ſi obtulerint holocauſta & victimas, nõ ſuſcipiã ea. Audi-
ant hoc & formidẽt, qui in peccatis mortalibus manẽt ſciẽter, nec plenũ nec ſyncerũ habẽtes emẽ-
dationis ꝓpoſitũ:qm̃ quicqd patianẽ vel agãt,donẽt aut offerãt, nihil apud Deũ merenẽ. Qm̃ gladio
diabolicæ tẽtationis,& fame,i.carentia gr̃æ, & peſte,i.ſcandalo ſuo actiuo atq; paſſiuo.cõſumã eos,i.
in aĩa perire ꝑmittã.Hæc audiẽs Chr̃i amator,veruſq́; paſtor,& vulgo pereunti cõpatiens, vociferat:
Iah [Ah ah * ah Dñe Deus,ꝓphetæ,i.ꝑdicatores,immò impij adulatores ac negligentes paſtores, dicunt
eis:Nõ videbitis gladium,ſed pacẽ dabit Dñs in loco iſto.Quocircà ait Hieronymus:Audiãt hęc ma-
giſtri,qui peccãtibus atq; in ſuis vitijs ꝑmanentibus,ꝓſpera pollicenẽ:qui dicunt diuitibus,nõ vide-
bitis gladium tormentorũ Dei.Tales ſunt,qui ꝓprium & carnale emolumẽtum exquirunt. De iſtis
igiẽ Dñs ꝓteſtatur,ꝙ ipſe eos nõ mittat, nec verba eius verè loquanẽ, ſed viſiones mẽdaces: propter
quod ipſi peribũt,& qui eis cõſentiunt. Erũtq́; ꝓiecti in vijs Hieruſalẽ,i.in ſemitis mandatorũ Eccle
ſiæ corruẽt,iuxta illud Oſeę 14.Quia rectæ ſunt viæ Dñi,& iuſti ambulabunt in eis: ꝑuaricatores ve-
rò corruent in eis.Inſupèr vir Eccleſiaſticus ac deuotus,qui animarũ curã accepit, proximorũ vel ſi-
bi cõmiſſorũ,immò totiùs Eccleſię varias ꝑſecutiões,tẽtationes,ruinas,pericula pẽſans,pijſſimę cha-
ritatis cõpaſſiuo & doloroſo dicat affectu:Deducãt oculi mei lachrymã per diẽ & noctẽ,i.aſſiduè in
aduerſis ac ꝓſperis,om̃iq́; tẽpore cõpetenti.Quaſi dicat:Video quidẽ proximis atq; Eccleſiæ cordi-
aliter cõpatiendum,ideò precor Deum, vt tribuat mihi cõdignarũ gr̃am lachrymarũ,vt ſecundùm
magnitudinẽ aduerſitatis & culpæ,ſit magnitudo doloris & lachrymæ.qm̃ cõtritione magna cõtri-
ta eſt virgo filia populi mei,i.Eccleſia ſeu aĩa Chr̃iana,in ſpiritualibus ꝗ̃plurimùm eſt deſtructa. Tot
em̃ lœthalibus eſt ſauciata vulneribus,quot mortalia incurrit peccata.Et quo magìs peccauit, tanto
ampliùs eſt deſtructa,in nihilumq́; redacta,quia peccatũ nihil eſt,& peccãdo nihil efficimur,iuxta il
Pſal.72. lud in Pſal.Ego ad nihilum redactus ſum,& neſciui.Hinc ſubditur:plaga peſſima vehementer,i.cõ-
ſuetudo peccati & obſtinatio in peccato, in plebe Chr̃iana præualuit, & hæc plaga eſt prorſus pra-
uiſſima.Nempe quo peius eſt malum culpæ malo pœnæ, eo maior eſt plaga peccati ꝗ̃ plaga ſuppli-
cij.Tũc quoq; Deus terribiliùs nos relinquit,dum nos impunè ac diù peccare permittit, quẽadmo-
Pſal. 80. dùm in Pſal.ait de impijs:Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorũ,ibunt in adinuẽtionibus ſuis.
Incõparabiliter itaq; ampliùs cõdolendũ eſt aĩæ læſioni,ꝗ̃ corporis. Si egreſſus fuero ad agros,i.ſi la
ta ſeculariũ hoĩm ꝑpendã itinera.eccè occiſi gladio,i.tales gladio dæmoniacæ impugnatiõis victos
inuenio,mucrone cõcupiſcentiæ,iræ,impatientiæ, ac cæteris vitijs proſtratos conſpicio. Non enim
paſſionibus ſuis reſiſtunt,nec dæmonum tentamentis reluctari idoneè nôrunt. De hoc gladio ad
Iob 19. S.Iob de diabolo dicitur:Qui fecit eum,applicabit gladium eius. & ſi introiẽro in ciuitatem, i. clau-
ſtralium & clericorum cõuerſationem penſauero. eccè attenuati fame, ibì quoq; ſpiritali inopia ſeu
gratiarum carentia confectos reperio, in quibus non eſt interna mentis refectio, nec verus cordis
ꝓfectus.Hi ſunt,qui ſub veſte religioſa cor gerũt mundanũ,qui non ſatagunt dignè Deo cõuerſari,
ſecundùm exigentiã ſui ſtatûs & ſuę vocationis:quibus tãto grauior reſtat dãnatio,quãto aptiora ha
buę-

buerũt media ꝓficiendi.Propheta namq; & ſacerdos,i. aliorum inſtructores ac ſacerdotes Eccleſiæ,
qui de futuro ſeculo cõtinuè fantur:abiẽrunt in terram quã ignorauerunt,i.myſtico Chriſti corpo-
re relicto,dæmonis cõgregationi ſunt incorporati,immò ad infernum ꝓfecti ſunt.Quocircà ſcribit
Hieronymus:Audiant hoc ꝓphetæ noſtri & ſacerdotes, ꝙ nec intùs nec foris propter negligentiã
eorum ſit vlla ſecuritas:& ꝙ eos ſcandalizent qui foris ſunt,& eos qui intùs ſunt,fame interire pati-
antur.Nunquìd abiecisti Iudam,i.Eccleſiaſticam plebẽ:aut Sion,i.religioſos ac cõtemplatiuos(Sion
quippe ſpeculatio interpretaẽ)abominata eſt anima tua?Nõ vtiq;,quãtùm ad ea ꝗ̃ habent à te,immò
animam tuã ô Chriſte poſuiſti pro eis.Et,Diligit Dñs portas Sion ſup om̃ia tabernacula Iacob.Qua- Pſal. 86.
liter aũt anima Deo,ſecũdùm ꝓpriam eius naturã,metaphoricè cõuenire dicaẽ,dictum eſt antè.Ve-
rùm tẽpore gr̃æ verbo Dei incarnato,Deus verus aĩam verè habet. Quarè ergò ꝑcuſſiſti nos ità,i.cur
nos quos catenùs dilexiſti,tam grauiter ab inuiſibilibus & viſibilibus hoſtibus, à mundo,carne,di-
abolo impugnari ac lædi permiſiſti,vt nulla ſit ſanitas?quia in anima & corpore vitijs noſtris ſumus
fœdati ac vulnerati,ſed & vires aĩæ infectæ ſunt nimìs: ratio ignorantia,voluntas malitia,vis concu-
piſcibilis cõcupiſcentia,iraſcibilis infirmitate: om̃ia inſupèr mẽbra nr̃a exhibuimus arma peccato,
idcircò à planta pedis vſq; ad verticẽ capitis,nõ eſt in nobis ſanitas pura & integra.Expectauimꝰ pa- Iſaiæ 1.
cẽ,i.mentis trãquillitatẽ in te,& nõ eſt bonũ pacis iſtius in nobis.& tẽpus curationis à noſtris piacu-
lis,& eccè turbatio,i.inquietudo,impugnatio,tentatio nos moleſtat.Tales ſunt multi, qui intuentes
quod ait Saluator,Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiã vos: Iugum em̃ meũ Matth. 11.
ſuaue eſt,& onus meum leue: quũ ſe ad Deum cõuertunt,mundũ cõtemnere inchoant, aut clauſtrũ
introẽunt,mox ſibi grandẽ ſpondent quietẽ,putantes ꝙ ampliùs nõ occurret turbatio atq; tẽtatio.
Sed aduertant quod ait Apoſtolus:Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei. Act. 14.
Illud quoq; Eccĩ 2.Fili,accedens ad ſeruitutẽ Dei,ſta in iuſtitia & in timore,& ꝑpara aĩam tuã ad ten
tationẽ.Verùm ꝑmemorata mala nõ in Deum declinemus,ſed noſtris ꝑuerſitatibus imputemus, di
centes:Cognouimus Dñe,i.humiliter cõfitemur impietates noſtras,iniquitates patrũ noſtrorũ,quia
peccauimus tibi: qui peccatis patrum noſtrorum cõtenti nõ fuimus,ſed peiora agentes, plura adie-
cimus.Nè des nos in opprobrium ꝓpter nomen tuum,i.hoſtibus noſtræ ſalutis non tradas nos,ſed
propter tuam nos eripe benignitatem. neq; facias nobis cõtumeliam, i.ab æterna cõfuſione nos li-
bera,nè cadat ſuper nos illa formidanda ſententia, Ite maledicti in ignẽ æternum. Solij gr̃æ tuæ rẽ- Matth. 25.
cordare,i.ſanctorum apoſtolorum ac martyrum,cæterorumq́; electorum, in quibus ſedem habita-
tionis habere dignatus es,& ꝑ illorũ nos merita ſalua. Nè irritum facias fœdus tuum nobiſcum, i.
nè verbũ quo pœnitentibus miſericordiã ſpopondiſti,caſſeẽ in nobis.Nunquìd ſunt in ſculptilibus
gentiũ qui pluãt,i.nõ vtiq; gẽtilium dij, gr̃am ſalutis & aquã ſapientię ſalutaris influere poſſunt. aut
cæli poſſunt dare imbres? i.nec ciues cæleſtes pluuiã iſtã queunt ꝓpria poteſtate conferre. Nonnè
tu es Dñs Deus noſter,quẽ expectauimus? qui ſolus vales tua virtute ſaluare. Nec em̃ aliud nomẽ eſt Act. 4.
ſub cęlo datum hominibus,in quo oporteat nos ſaluari, niſi nomen Dñi Ieſu Chriſti. ¶Meritò pla-
nè cãticum iſtud,ſecundùm hunc myſticũ eius intellectũ, tẽpore quadrageſimali cãtamus, quo vi-
tia noſtra ſingulariter deplorare cum plena humilitate debemus. Tuncq́;,immò & ſemper,cum Iſa-
ia voce gratulabunda de vnigenito Dei filio Ieſu Chriſto dicamus: Eccè Deus noſter iſte, expecta- Iſaiæ 25.
uimus eum,& ſaluabit nos.Iſte Dominus,ſuſtinuimus eũ:exultabimus & lætabimur in ſalutari eius.

¶*Expoſitio cap.15.Et dixit Dominus ad me:Si ſteterint &c.* *Articulus* 28.

RVrſus inexcuſabilẽ grauitatẽ ſcelerum Iudæorum oſtendit Deus.[Et dixit Dñs ad me:Si ſtete-
rint Moſes & Samuel corã me,] i.mẽte erecta ad me,ad deprecandũ ꝓ ereptione Iudęorum.
[nõ eſt aĩa] i.voluntas ſeu mens [mea ad populũ iſtũ:] ad parcendũ eis.q.d.Tu qdem ô Ieremia iam
affectuoſè precatus es pietatẽ meã pro plebe hac peſſima,ſed nè grauiter feras, vel ob tuã indigni-
tatẽ accidere putes,ꝙ te non exaudio, eccè perhibeo tibi atq; ꝓteſtor, ꝙ quamuìs Moſes & Samuel
orarent ꝓ eis,non exaudirenẽ.Cur aũt Moſes & Samuel prę cęteris exprimunẽ,aſſerit quidã,ꝙ ideò,
quia hi duo duntaxàt in veteri teſtamento legunẽ pro ſuis aduerſarijs exorâſſe.Vnus quippe à popu Exod.17.
lo lapidibus impetitur,& tñ orans ait:Dimitte populo hanc noxã.Alter ex principatu eijcitur, & ni- 1.Reg. 8.
hilo minùs dicit:Abſit à me hoc peccatum in Dño,quo minùs ceſſem orare pro vobis. Circa ꝗ̃ verba & 12.
poteſt quis dubitare:quamuìs em̃ Moſes dixit ad Dñm,Adhuc pauxillum,& lapidabũt me, nõ tñ le- Exod.17.
gunẽ filij Iſrael id attentâſſe.Deniq; dũ Samuel dixit verba nunc introducta, nõ habuerunt contra
eũ filij Iſrael odiũ,immò tunc cõcorditer venerunt de cæde filiorum Ammon, quẽadmodùm 1.lib.
Reg.legitur.Rurſus,ꝙ filij Iſrael Samuelem eiecerint de principatu,regẽ petendo,non ex odio Sa- 1.Reg.12.
muelis,ſed occaſione iniuſtitiæ & auaritiæ filiorum eius, quos cõſtituit iudices populi, feciſſe ſcri-
buntur.Inſupèr non tantùm Moſes & Samuel,ſed & Aaron quoq; pro aduerſarijs ſuis legitur Dñm
deprecatus in Nume.vbi habetur:Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Iſrael contra Mo- Nume. 16.
ſen & Aaron,dicẽs:Vos interfeciſtis populum Dei. Et poſt pauca dixit Moſes ad Aaron:Tolle thu-
ribu-

ribulum,pergens citò ad populũ,vt roges pro eis:obtulitq́; Aaron thymiama, & ſtans inter viuos &
2.Reg. 18. mortuos,pro populo deprecatus eſt,& plaga ceſſauit.Deniq; Dauid iuſſit principibus militiæ,vt ſer
uarent ſibi puerũ Abſalon,inimiciſſimũ ipſi Dauid. nec dubium quin ſicut præcepit ipſum ſeruari à
4.Reg. 6. corporis læſione,ſic Deum orauit pro animæ eius ſalute:ſicut & Heliſeus orauit pro Syris hoſtibus
ſuis,vt aperirentur eorũ oculi,liberauitq́; eos de morte.Iſta inquiſitiuè ſint dicta, non ꝙ p̄memora-
tam reſponſioné reprobare p̄ſumam, quũ talis ac tantus ſit qui eam aſſignat. Vndè hoc ipſo ꝙ dñs
aſſerit ſe nec illos in caſu ꝓpoſito exauditurũ,oſtendũtur ad orandũ valdè idonei,& tẽpore magnæ
anguſtiæ fuerant exauditi. Hinc ait Hieronymus:Hos legimus iræ Dei pro populo reſtitiſſe,& iam
impendentẽ auertiſſe ſententiã.[Eijce illos à facie mea,] i.eijciendos à terra & tẽplo Iudææ,vbì ſpe-
cialiter habitaui,p̄nuncia. Vel à facie mea,i. à mea protectione ac pio reſpectu, ità ꝙ eos perire per-
mittam. [& egrediantur] ad debitas pœnas. [Quòd ſi dixerint ad te, quò egrediemur? dices, qui ad
mortẽ,ad mortẽ:& qui ad gladiũ,ad gladiũ:& qui ad famẽ,ad famẽ: & qui ad captiuitatẽ, ad captiui-
tatẽ.] i.q̃dam veſtrûm ſuſtinebũt mortẽ,q̃dam gladiũ, q̃dam famẽ, q̃dam captiuitatẽ. Verùm quum
mors,ſit genus ad mortẽ gladij ac famis, poteſt hoc loco intelligi per mortẽ, peſtis ſeu peſtilentialis
interitus.[Et viſitabo] i. viſitando inducã [ſuper eos quatuor ſpecies] plagationũ, ſeu quatuor mo-
dos puniendi.[dicit dñs] vtpotè [gladiũ ad occiſionẽ,& canes ad lacerandũ] cadauera occiſorũ,vel
viuentes penè mortuos.[& volatilia cęli,& beſtias terræ,ad deuorandũ & diſſipandũ] occiſos. De-
Ezech. 5. & 6. niq; in Ezechiele ponunt̃ hæ plagæ:gladius,fames & peſtis, q̃bus viciſsìm annumerat̃ captiuitas,in-
terdùm aũt & beſtiarum laniatus.[Et dabo eos in feruorem] i.cõmotionẽ & anguſtias [vniuerſis re-
gnis terræ.] q̃m oẽs qui tantam Iudęorum calamitatẽ perceperũt,cõtremuerũt,& multi anguſtia-
4.Reg. 21. bant̃ timore,nè & eis ſimilia fierent à Chaldæis. [ꝓpter Manaſſen filiũ Ezechię regis Iudę ſuper oĩ-
2.Par. 33. bus] i.ob vniuerſa ſcelera [q̃ fecit in Hieruſalẽ,] q̃ vltra modũ enormia erant,& 4.Reg.& 2.Paralip.
ſcripta ſunt.Huic aũt verbo cõcordat illud 4.Reg.23. Veruntñ non eſt auerſus dñs ab ira furoris ſui
2.Par.33. 2.Par. 36. magni,quo iratus eſt furor eius cõtra Iudã,ꝓpter irritatiões q̃bus ꝓuocauerat eũ Manaſſes.Sed quo-
modò hæc ſtare poſſunt,cùm & ipſe Manaſſes pœnituerit, miſericordiamq́; ſortitus ſit? Et per Eze-
Ezech. 18. chielem dñs cõteſtat̃: Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, & vnuſquiſq; in peccato ſuo moriet̃. De-
niq; in hoc ipſo Ieremia dñs ait,ꝙ ſi Iudęi veraciter pœnituiſſent,manſiſſet habitãs inter eos.Et re-
ſpondendũ,ꝙ Iudæi propter peccata Manaſſæ dicuntur puniti, inquantùm peccata illius fecerunt
eſſe ſua,q̃a eadẽ atq; ſimilia perpetrârunt.Vndè ait Hieronymus:Sicut ſanctorũ merita deſcendunt
ad poſteros,ſic impiorũ flagitia,ſi liberi nepoteſq́; ſimilia geſſerint,ad poſteros ꝑueniunt. [Quis eñ
miſerebitur tuî Hieruſalẽ?aut quis cõtriſtabitur pro te?aut quis ibit ad rogandũ pro pace tua?] tanq̃
dicat:Nõ es digna vt aliquis tuî miſereat̃,vel propter tuã ruinam triſtetur,vel dñm pro te oret.Cuius
ratio ſubdit̃:[Tu reliquiſti me,dicit dñs.] per cordis tui auerſionẽ à me.[retrorſum abijſti] p inobe-
dientiam.[& extendã manũ] i.poteſtatẽ [meã ſup te,& interficiã te,] inducendo vindictã. [labora-
*rogatus ui * rogans] i.totiès & tam diù per ꝓphetas ad emendationẽ te inuitaui atq; rogaui, vt iam quaſi laſ-
ſatus appareã,nec vltrà ſic faciã.Loquitur Deus affectu ac more humano. Simili ſenſu teſtatur Iſai. 1.
Laboraui ſuſtinens. Et Malach.2. Laborare feciſtis dñm in ſermonibus veſtris, in eo quod dicitis:
Oĩs qui facit malũ,bonus eſt:aut certè,Vbì eſt Deus iudicij?[Et diſpergã eos vẽtilabro] i.exami-
natione ſeu exercitatione iuſtitię meę, qua areã meam purgo, & bonos à malis ſeiungo. [in portis
terræ.] i.per portas alienarũ terrarũ,p quas ibunt captiui.[interfeci & diſperdidi populũ meũ.] i.Iu-
dęos per manũ Chaldęorũ.Quomodò aũt iniuſti ac reprobi dicãtur populus Dei,dictũ eſt ſępè.[&
tñ à vijs ſuis nõ ſunt reuerſi.] i.de peccatis ſuis nõ ſunt p pœnitentiã emendati. [Multiplicatæ ſunt
mihi] i.ad iuſtitiæ meę oſtenſionẽ.[viduæ eius] ſ.populi Iudęorũ [ſup arenã maris.] i.abundantiſſi-
mè,vehemẽter,occiſis earũ maritis.Eſtq́; locutio iſta hyperbolica,i. per exceſſum dicta, quẽadmo-
Iudic. 20. dùm in lib.Iudicũ ſcribunt̃ filij Beniamin potuiſſe fundis tangere pilũ. & [Induxi eis] putà Iudæis
[ſuper matrẽ adoleſcentis] i.adoleſcentũ matribus.[vaſtatorẽ meridie] i. Chaldæos vaſtantes aper-
tè claraq́; luce. Vel per matrẽ adoleſcentis,deſignatur Hieruſalem,q̃ fuit mater vrbium Iuda,quem-
2.Reg. 20. admodùm 2.Reg.mulier ſapiens clamauit ad Ioab:Quæris ſubuertere matrem in Iſrael,i. Abela vr-
bem.[Miſi ſuper ciuitates repentè terrorem.] i.habitatores ciuitatum Iudeæ de aduentu Chaldęo-
rum ſubitò terrui.[Infirmata eſt quæ peperit ſeptẽ.] i.mulieres filios quantũlibèt multos habentes,
præ tribulatione elanguerunt,Aliqui libri habent,ſeptem filios.ſed in textu Hieronymi non addi-
tur,filios: ideò nec in Hebræo habetur. [defecit anima eius,] filijs ſuis occiſis. [Occidit ei ſol, cùm
adhuc dies eſſet.] i.clara luce,alijſq́; lætantibus,in maximo eſt conſtituta mœrore.De iſto modo lo-
quendi, quo luminaria cæli dicuntur obtenebrari, mœrere, ſiue occidere, dum homines in grandi
afflictione ſunt poſiti,dictum eſt ſuprà.[Confuſa eſt & erubuit,] i. intùs & foris rubore perfuſa eſt,
tantam ignominiam patiendo,ac ſola manendo. [Et reſiduos eius] videlicet populi Iudę, i. reliquã
populi partem.[in gladium dabo in conſpectu inimicorum eorum,ait Dominus.] id eſt, gladijs ho-
ſtium

ſtium ſuorũ Chaldęorũ.Prætereà ꝓpter abundantiã malorũ iſtorũ culpabiliũ atq; pœnaliũ,lamẽta-
tur ꝓpheta,& ait:[Væ mihi mater mea.] i. væ magni mœroris ac varię ꝑſecutionis imminet mihi, ô
mater mea.[quarè genuiſti me virũ irę,virũ diſcordię] i.virũ cõtra quẽ Iudęi iniuſtè rixant̃, & à quo
penè oẽs diſcordãt,ità ꝙ quaſi oĩbus factus ſum oneroſus & diſcors.[in vniuerſa terra?] i.in tota re-
gione Iudęæ.De hac nẽpe terra nunc ſermo eſt, ſicq́; in lib. Ioſuæ dicit̃ filijs Iſrael: Dñs Deus dedit Ioſuæ 1.
vobis requiẽ & oẽm terrã.Hæc aũt loquit̃ Ieremias,non ꝙ ſe propter aduerſa doleat natũ,ſed ꝙ ma
la vitæ p̄ſentis deploret deſiderio felicitatis futuræ,nõ ex defectu patientiæ. [Nõ fœneraui,] i. nulli
q̃d cõmodaui.[nec fœnerauit mihi quiſquã:] hoc eſt,cũ tẽporalibus rebus atq; negocijs nõ me oc-
cupaui. Vndè Theodotion tranſtulit:Nõ debui,nec debuit mihi quiſquã.quaſi dicat,non nocui eis:
ideò iniuſtè me perſequunt̃.[Oẽs maledicunt mihi,] i.q̃dam de oĩbus,& penè oẽs,eô ꝙ eorũ incre-
pem vitia,atq; imminentia ſupplicia p̄dicem. Ad hæc cõſolatoria voce dñs reſpondet: [dicit dñs: Si
non reliquiæ tuæ in bonũ,] i.immò nouiſſima tua erunt ſalubria,& aduerſitatũ iſtarũ finis erit bea-
tus.Deindè ponit̃ conſolatio alia:[Si nõ * occurri] i.immò iam antè ſubueni, & in futuro ſubueniã, *occurrã
[tibi in tẽpore afflictionis] interioris,[& in tẽpore tribulationis] exterioris & anguſtiæ cuiuſcunq;
[aduersùs inimicum.] i.cõtra quoſcunq; tibi inſidiantes. Hoc eſt quod in libri huius principio di-
xit dñs ad prophetam:Nè timeas à facie eorũ, quia ego tecum ſum vt eruã te. Eſt aũt hoc loco trun- Iere. 1.
cata locutio,ſicut in Iob:Niſi in faciẽ benedixerit tibi.Itemq́; in Euangelio, Et ſi quidem fecerit fru- Iob 1.
ctum.[Nunquìd fœderabitur ferrum ferro ab aquilone,] i.populus Iudæorum inſtàr ferri durus ad Lucæ 13.
ea q̃ Dei ſunt,nõ amicabiliter vnietur nec pacificabit̃ populo Chaldęorũ duriſſimo. [& æs] i.ſermo
tuus ô Ieremia,vel tuipſe dura denunciãs,quẽ dedi in murũ ferreum, vt dictũ eſt 1.cap. nõ cõueniet
populo tuo duriſſimo.Quaſi dicat:Noli triſtari,quia vt dicis, ità eueniet populo tuo. Ideò dñs ait ad
populũ:[Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionẽ dabo gratìs,] i. oẽs opes tuas ſine precio da-
bo Chaldæis.[in oĩbus peccatis tuis] i.propter vniuerſa ſcelera tua. [& in oĩbus terminis tuis,] i.
vbiq; per totã Iudæam. Oĩa eñ obtinuerunt Chaldæi.[& adducam inimicos tuos de terra quã ne-
ſcis.] ſ.de regione Babyloniorũ,quã antè non adſpexiſti.[quia ignis ſuccẽſus eſt in furore meo,] i.
ignis à Chaldæis ſuccendet̃ in te,mea dictante iuſtitia.[& ſup vos] ô Iudæi [ardebit.] i.vrbes veſtras
cõburet.Cõſequenter ſanctus ꝓpheta videns ſe inter lupos verſari,petit auxilium gr̃æ Dei.[Tu ſcis
Dñe] i.cordis mei intima nôſti.[recordare meî] me ſemp paternaliter intuendo. [& viſita me] gra-
tioſè ac cõſolatoriè,[& tuere me ab his q ꝑſequunt̃ me,] incõcuſſam patientiã tribuendo,tribula-
tionẽ releuando ac terminando,nè vincar à malo, ſed vincam in bono malũ. [Noli in patientia tua Rom. 12.
ſuſcipere me,] i.preces meas non ità accipias,vt ꝑſecutoribus meis parcas.Si ſic exponat̃,intelligen-
dũ eſt,prophetã hoc dicere zelo iuſtitiæ,quo ſe cõformat voluntati ac æquitati mentis diuinæ,à qua
nouit decretũ vt iſti perirẽt. Vel orat vt in p̄ſenti puniant̃,nè æternaliter pereãt, vel vt leuiùs habeãt
in futuro.Poteſt quoq; ità exponi,Nõ in tua longanimitate me ſuſcipe, precũ mearum affectũ diffe-
rendo diutiùs, ſed ſtatìm exaudi. Vndè,vt dicit̃,in Hebræo habet̃:Noli in ꝓlongatione tua ſuſcipe-
re me.[Scito] i.me exaudiẽdo oſtende te ſcire.[q̃m] i. ꝙ [ſuſtinui ꝓpter te] i.pro tuo amore & ho-
nore,pro veritate atq; iuſtitia.[opprobriũ] à Iudæis, qui me velut arrepticiũ ac falſariũ ꝑſequuntur.
[Inuenti ſunt ſermones tui] i.verba q̃ per me locutus es,vera eſſe ꝓbata ſunt,quia impleta cõſiſtunt.
[& comedi eos] i.animam meã ex eis refeci & confortaui.Sic quoq; in Ezechiele legit̃: Fili hoĩs,co- Ezech. 3.
mede volumen iſtud.Et aperui os meũ, & cibauit me volumine, & factum eſt in ore meo quaſi mel
dulce. Vndè nunc ſubdit̃:[& factũ eſt mihi verbum tuũ in gaudiũ & in lętitiã cordis mei:] i. de tua
illuminatione gauiſus ſum, & ꝙ totiès me es per angelum allocutus. Et item, quia ſperaui fructum
magnum ex tuis ſermonibus mox futurum. Rurſus gauiſus ſum de verbis tuis, eô quòd illis humi-
liter obediui.Contemplatio quoq; ſeu conſideratio veritatis ſecundùm ſe,delectabilis eſt. Propter
quod,iuxta prophetam, delectationi q̃ eſt in conſiderando,nõ eſt triſtitia contraria. Hinc ait Pſal-
miſta:Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua?[q̃m inuocatum eſt nomẽ tuum ſuper me.] i.ego ipſe Pſal. 118.
te fiducialiter inuocaui,& alij boni qui orauerunt pro me,vt Baruch &c.[Dñe Deus exercituum, nõ Iere. 36. Tob. 3.
ſedi in concilio ludentium,] i.vanis atq; ludentibus non me p̄bui ſocium,iuxta illud in Pſal. Nõ ſe- Pſal. 25.
di in concilio vanitatis &c. Odiui Eccleſiam malignantium &c.[& gloriatus ſum] ſpirituali iucundi-
tate in te. Qui eñ carnalia oblectamenta cõtemnit propter Deum, cõſolationem meret̃ diuinã, iu-
xta illud:Renuit conſolari anima mea.Memor fui Dei,& delectatus ſum.&c. Vel ſi illa negatio Nõ, Pſal. 76.
cadat ſuper totum, ſenſus eſt ꝙ non ſit carnaliter gloriatus. [A facie manûs tuæ ſolus ſedebam,] id
eſt,conſideratione tuæ poteſtatis, æquitatis ac vltionis, ab alijs me ſubtraxi. [quoniam amaritudine
replêſti me,] reuelãdo mihi deſtructionem templi & ciuitatis ac populi:& permittendo me tot per-
ſecutionibus infeſtari,& quia peccata populi, tuamq́; deploraui iniuriam. Simile eſt quod Ezechiel
de ſeipſo ſcribit,quòd ſeptem diebus ſederit tacens ac mœrens. [Quarè factus eſt dolor meus per- Ezech. 3.
petuus?] i.quaſi nulla habeo interualla triſtitiæ, eô quòd cauſæ iſtæ me contriſtantes, non ceſſent.

[& plaga mea deſperabilis,renuit curari.]i.vulnus ſpiritale doloris animæ meę,tam dirum eſt,ꝙ re-
mediũ non inuenitur.Hoc ait ꝓpheta,qm̃ nouerat certiſſimè vrbẽ ac templũ Hieruſalẽ deſtruẽda,
nec ſuo tempore reparãda.Et de huiuſmodi deſtructione ſemper congruis horis dolebat.[facta eſt
mihi] plaga hæc [quaſi mendaciũ aquarum infidelium,] i. ſicut deceptio quæ contingit ex aquis nõ
opportunis,quæ ſcilicet aſſunt,dum opùs non eſt:& deſunt,dũ neceſſariæ ſunt:ſic em̃ & mihi nunc
adeſt plaga triſtitiæ,quandò conſolatio mihi neceſſaria eſſet propter diuerſa me affligentia. Iam di-
xit propheta, Factum eſt mihi verbum tuum in gaudium & lætitiam: quomodò ergò nunc aſſerit,
Factus eſt dolor meus perpetuus &c? Et reſpondendum, ꝙ dolor eius non fuit ſic iugis ſiue perpe-
tuus,quaſi ſemper in actuali triſtitia fuerit,vel ꝙ contriſtationi eius non fuerit conſolatio mixta,ſed
quia ſæpiùs mouebatur in eo, ità ꝙ actu vel habitu ſeu in diſpoſitione propinqua ſemp inerat ſibi,
viciſsìm verò conſolabatur diuinitùs. Immò cùm omnis actus virtuoſus habeat ſuam delectationẽ
ſibi annexam,& triſtitia iſta prophetæ extiterit virtuoſa, certum ꝙ ei erat delectatio quædã adiun-
Rom. 9. cta.Iuxta hunc modum teſtatur Apoſtolus ad Romanos:Triſtitia mihi magna eſt & dolor continu-
2.Cor. 7. us &c.ſcilicet propter excæcationem Iudæorum.Nihilominùs alibì loquitur: Repletus ſum conſo-
latione,ſuperabundo gaudio in om̃i tribulatione noſtra.Poſtremò commemoratæ deſolationi Ie-
remiæ offert clementiſſimus Deus maximam conſolationem.[Si cõuerteris,cõuertam te:] i.ſi tu ali-
quos Iudęorum à peccatis cõuerteris,ego te à mœrore ad exultationem conuertã,atq; in te gratiam
contemplationiſq; lucem augebo.[& ante faciem meã ſtabis.] i. in regno maieſtatis & gloriæ mihi
Iacob. 5. æternaliter aderis,& vultum meũ beatifica viſione conſpicies.Hinc ſcriptum eſt:Qui cõuerterit pec-
catorem ab errore viæ ſuæ,ſaluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.Et in
Pſal. 139. Pſal.Habitabunt recti cum vultu tuo.[Et ſi ſeparaueris precioſum à vili,] i. iuſtos ab impijs,virtutes
à vitijs,vera à falſis,inter hæc idoneè diſcernendo,& bonos à malorũ conſortio abſtrahendo,[qua-
ſi os meum eris.] i.mihi chariſſimus,& in hoc quaſi proloquutor meus: ſicut qui pro alio loquitur,
os eius vòcatur.Vndè Bernardus nominat Auguſtinum linguam Eccleſiæ.[Cõuertentur ipſi ad te,]
1. Cor. 4. i. hi quos conuerteris,tuas imitabuntur virtutes,ſicut diſcipulos ſuos hortatur Apoſtolus: Imitato-
res meî eſtote,ſicut & ego Chriſti.[& tu non conuertéris ad eos,] eorum ſequendo vitia & errores,
nec cum peruerſis peruertéris.[& dabo te populo huic in murum æreum fortem.] i.conſtantem ac
inſuperabilem te faciam in omni impugnatione Iudæorũ aduersùm te.[& bellabunt aduersùm te,]
i.te perſequentur & occídere conabuntur. [& non præualebunt, quia ego tecum ſum, vt ſaluem te
& eruam,dicit Dominus. & liberabo te de manu peſſimorum,] videlicet pſeudo ac ſacerdotum.[&
Iere. 23. redimam te de manu fortium.] ſcilicet regum Iuda ac principum.Nam & Ioachim & Sedechias per-
& 1. ſequuti ſunt Ieremiam.Iſta primo capitulo dicta ſunt pleniùs.

¶ *Eiuſdem capituli 15.ſpiritalis explanatio.* *Articulus* 29.

DIxit Dñs ad me:Si ſteterint Moſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populũ iſtum.
Quædã ergò ſunt peccata prorſus enormia, pro qbus Deus vel non, vel difficile, audit oran-
1. Ioan. 4. tes pro remiſſione illorũ,quãuìs qui orant,ſint ſancti. Nam & Ioannes in prima ſua ſcribit epiſtola:
1. Reg. 2. Eſt peccatũ ad mortem: nõ dico vt pro illo quis roget.Primo quoq; Regũ habet:Si peccauerit vir in
Ecci 28. virum,placari ei poteſt Dñs: ſi aũt in Deum peccauerit,quis orabit pro eo?Itẽq; in Eccõ:Homo ho-
mini ſeruat iram,& à Deo quærit medelam? quis orabit pro delictis illius?Iſta dicunt,nè quis pecca-
ta in Deum cõmiſſa,reputet parua,& nè in aliorum orationibus inſipienter cõfidat,cùm ipſe ad Dei
gratiã ſeipſum nõ diſponit.Eijce illos à facie mea,i.impœnitentes ac duros, à diuinæ pietatis adſpe-
ctu abijciẽdos denuncia.Hoc prælatis ac prædicatoribus imperat Dñs,quatenùs taliter cõminando,
ad pœnitentiam inducant peruerſos.Iſtud etiam eis fit,qui in Eccleſia excõmunicantur, & à fideliũ
communione tolluntur:quorum alij pereunt peſte,i.malo aliorũ exemplo,perſuaſione ſeu ſcãdalo:
alij gladio tentationis diaboli,alij fame ex inopia verbi Dei,alij captiuitate propriæ iniquitatis.Et vi
ſitabo ſuper eos quatuor ſpecies,dicit Dñs: gladium, iam præfatum, ad occiſionẽ: quia per eum ani-
ma ſpiritualiter moritur,ſi tentationi conſentiat contra charitatem Dei,quæ vita eſt animæ. & canes
1. Cor. 13. ad lacerandum,i.ſpiritus iræ ac impatientiæ.Dæmones nanq; à peccatis, ad quæ homines conantur
inducere,nomen accipiunt.Et congruenter canes vocantur,quia in eis ſecundùm diuinum Diony-
ſium,eſt amens furor ac phantaſia proterua.iſti lacerant mẽtem.& volatilia cæli,i. ſpiritus ſuperbiæ,
Matth. 13. de quibus in Euangelio dicitur:Volucres cæli comederunt ſemen Dei.& beſtias terræ,i.ſpiritus cu-
piditatis terrenæ,ad deuorandum.Hi etenim ſpiritus maligni,iuſto Dei iudicio permittuntur tenta-
re,ſuperare,ac deuorare iniquos,qui creatorem ſuum indeſinenter offendere non verentur. Et da-
bo eos in furorem,i.animi commotionem. in vniuerſis regnis,i. in cunctis Eccleſijs virtuoſorũ, qui
impiorum ſpiritali deiectione audita,tremunt ac condolent. propter Manaſſen filium Ezechiæ re-
gis Iuda.Per Manaſſen,qui interpretatur obliuio,intelliguntur prælati ac principes negligentes,qui
Deum ſuum non intuentes, ſunt cauſa perditionis ſubditorum: qui ſuperiores, quanuìs iniqui,
ſi-

filij tñ Ezechiæ regis Iuda,i.Chr̃i dñatoris Eccleſię,nuncupant̃:qm̃ eius vicẽ gerunt, & nihilominùs
abominabilia mala in Hieruſalẽ,i.in Eccleſia operant̃, qbus cõpetit illud Eſdræ: Manus principũ & 1. Eſdrę 9.
magiſtratuũ fuit in tranſgreſſione hac prima.Quis miſerebit̃ tuî Hieruſalẽ,i.ô Eccleſia iſta maligno-
rũ?aut quis cõtriſtabit̃ pro te,tuã iniquitatẽ dignè deflendo? aut quis ibit ad rogandũ pro pace tua?
Audiant hæc,qui ſpiritalibus ac deuotis dicere ſolent,Orate ꝓ me:nec tñ verecundant̃,quotidiè p̃-
teritis vitijs æqualia aut maiora adijcere. Tu reliquiſti me,dicit Dñs.Deũ potiſſimè deſerunt, qui nõ
ex paſſione duntaxàt,ſed ex certa ſcientia deliberationeq; peccant,qbus ait Archiapoſtolus:Melius 2. Pet. 2.
erat illis nõ cognoſcere viã iuſtitiæ,q̃ poſt agnitionẽ retrorſum reuerti. Retrorſum abijſti. Retror-
ſum abit, qui in ſpiritualibus bonis decreſcit, & inſtàr cancri per ſcelera ſua quotidiè magìs ac ma-
gìs à Deo & patria elongatur. quocontrà dicit Apoſtolus:Quæ priora ſunt obliuiſcens,in anteriora Philip. 3.
extendo meipſum.Simus igitur diligentes, præſertim cùm in via ſalutis nõ procedere,ſit retrorſum
abire.Laboraui rogans.Iſtud,iuxta expoſitionem p̃habitam, dicit Dñs de quolibet noſtrûm, dũ nec
àdmonitionibus,nec iuſſionibus ſæpiùs iteratis corrigimur. pro quo alia tranſlatio habet, laboraui
rogatus.Rogatus quippe Deus quaſi laborat, dum peccantibus nobis veniamq; petentibus,crebrò
ignouit: nec tñ recidiuare cõfundimur,ſed cõfeſſione peracta, ad priſtinas leuitates ac vanitates re-
uertimur.Prætereà Chr̃o ſecundùm naturã aſſumptam cõpetit propriè dicere:laboraui rogãs. Nam
ipſe p̃dicando,atq; ad pœnitentiam inuitando,non parùm laborauit in mundo. Propter quod ſcri- Ioan. 4.
ptum eſt:Ieſus fatigatus ex itinere. Vndè & illud Iſaiæ ei veraciter conuenit dicere:Seruire me feci- Iſaiæ 43.
ſti in peccatis tuis:p̃buiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et diſperdam eos,qui vitam non cor-
rigunt,ventilabro,i.iudiciariæ meæ poteſtatis ſententia,qua triticum à paleis ſeparo. Vndè Ioannes
Bap.de Chr̃o fatet̃:Cuius ventilabrũ in manu eius. in portis terræ,i. in aditu inferni,in medio terræ Matth. 3.
ſiti,de qbus portis loquit̃ Ezechias,quãtùm ad limbũ patrũ:Ego dixi,in dimidio dierum meorũ va-
dam ad portas inferi.Interfeci & ꝑdidi populum meum,& tñ à vijs ſuis non ſunt reuerſi.Hoc de illis Iſaiæ 38.
aſſerit Chr̃s,qui pro ſuis ſceleribus corporaliter occiduntur,vel graui languore vel peſtilentia con-
ſumunt̃,ità ꝙ pœnitentię habẽt tempus,nec tñ veraciter pœnitẽt.quocontrà de quibuſdam ait Pſal.
Cùm occíderet eos,q̃rebãt eũ. tñ ibidèm nõ de eiſdẽ ſit ſermo Chr̃ianis,aut turbis occiſis ſeu mor- Pſal. 77.
tuis.Viduę ſup numerũ multiplicant̃.Et induxi ſup matrẽ adoleſcentis, i. ſup Eccleſiã q̃ mater eſt fi-
deliũ,piaq; genitrix & inſtructrix adoleſcentũ, vaſtatorẽ, i. viſibiles ſiue inuiſibiles hoſtes meridie,
de quorũ aduentu atq; hoſtili incurſu terrent̃ vrbes, clauſtra ſeu collegia deuotorũ. Infirmata eſt q̃
peperit ſeptẽ,i.Eccleſia oĩm Chr̃ianorũ parẽs,in mẽbris ſuis impfectis defectũ ꝑpeſſa eſt, ità ꝙ tales
q̃plurimi ab inuiſibilibus hoſtibus deijciunt̃, de quorũ ruina confundit̃ pia mater Eccleſia. Væ mihi
mater mea,quarè genuiſti me virũ rixę,virũ diſcordiæ? Hoc iuxta expoſitionẽ p̃habitã quilibet iu-
ſtus ꝓpter iuſtitiam, aliorum rixas ac diſcordias patiens, dicere poteſt. Sed ſecundùm Hieronymũ,
iſtud p allegoriã potiſſimè cõpetit Chr̃o:ſicq; quod dicit̃,væ,nõ maledictionẽ aut dãnationẽ,ſed tẽ-
poralẽ ſignificat pœnã,quã Chr̃s naturali appetitu formidauit, qui fuit vir rixæ atq; diſcordię aliorũ
in eũ,ſicut S.Simeon p̃dixit:Eccè poſitus eſt hic in ſignũ cui cõtradicet̃. Nec mirũ ſi iſta exponãtur Lucæ 2.
de Chr̃o,cùm de ipſo in Iſaia ad literã ſcriptum ſit: Et ego dixi, in vacuũ laboraui:ſine cauſa & vanè Iſaiæ 49.
fortitudinẽ meã cõſumpſi. Hoc nẽpe ait Saluator,ꝓpter paucitatẽ Iudæorũ eius p̃dicationibus cõ-
uerſorũ.Nõ fœneraui, qa de ſpiritalibus bonis plus dare optaui, q̃ aliquis recipere ſatagebat. Tẽpo-
rales quoq; diuitias nõ habuit Chr̃s,nec cũ exterioribus ſe occupauit negocijs.Oẽs maledicunt mi-
hi,videlicet hæretici,pagani,Iudæi,& vniuerſi increduli,de qbus Iſaias inducit:Ad eũ veniẽt,& con- Iſaiæ 45.
fundent̃ oẽs qui repugnãt ei.Porrò quod ſubdit̃,Si nõ reliquiæ tuæ in bonũ:tã Chr̃o, q̃ eius electis,
aptat̃ ac cõpetit.Chr̃s nãq; p tẽporalia mala q̃ ptulit,accidẽtale ſibijpſi ꝓmeruit p̃miũ,ſ.corporis glo
rificationẽ:ſicq; pſequutiones ſuæ venerũt ſibi ad bonũ finẽ.De reliquis verò ſcribit Apoſtolus:Sci Rom. 8.
mus qm̃ diligentibus Deũ oĩa cooperant̃ in bonũ.quorũ nouiſſima ſunt tãto feliciora, quãto plura
& grauiora ꝓpter Deum fuerint perpeſſi.Ideò Petrus ait:Si exprobramini in noĩe Chr̃i,beati eritis. 1. Pet. 4.
Et rurſus:Cõmunicantes,inqt,Chr̃i paſſionibus gaudete,vt & in reuelationibꝰ gloriæ eius gaudea- Ibidèm.
tis.Si nõ occurri tibi in tẽpore afflictionis. Chr̃o adhuc mortali occurrit pater in omni aduerſitate,
aĩam eius in immobili patientia atq; cõſtantia ſeruans.Propter quod Chr̃s teſtat̃:Pater nõ reliqt me Ioan. 8.
ſolũ.Et in Iſaia:Quis eſt aduerſarius meus?accedat ad me:eccè Dñs Deus auxiliator meus. Similiter Iſaiæ 5.
cunctis ꝓpter ſe patientibus adeſt benignitas Dei,iuxta illud Nahũ:Bonus Dñs & confortans in die Nahũ 1.
tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe. Nunquìd fœderabitur ferrũ ferro? vnus em̃ durus alium du-
rum ſuſtinere nõ poteſt.Duritia quoq; iniuſtitiæ Iudæorum,duritiæ ſeu rigori iuſtitiæ Chr̃i nõ con
cordabat.Ferrũ verò ab aquilone ſunt,q in malis ꝑtinaces exiſtũt,quos cõſtat eſſe ex parte diaboli.
Diuitias tuas & theſauros tuos in direptionem dabo gratìs in om̃ibus peccatis tuis. Hoc contingit
Eccleſiæ,& om̃i Chr̃iano quãtunlibèt virtuoſo,dũ peccat mortaliter,qa tũc om̃i virtute,charitate & Ezec. 18.
gr̃a ſpoliatur,ità ꝙ nulla manet in eo virtus ſpiritaliter viua,quemadmodùm in Ezechiele Dñs ait:Si & 33.

1. Cor. 10. auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,&fecerit iniquitatẽ,oẽs iuſtitię eius nõ recordabunẽ.Itaq; qui ſtat,vi-
Philip. 2. deat nè cadat. Nec aliquis vana ſecuritate à cordis timorata reſoluaẽ cuſtodia,ſed cũ timore ac tre-
Iſaiæ 33. more noſtrã operemur ſalutẽ.De p̄fatis aũt diuitijs loquiẽ Iſaias: Diuitię ſalutis,ſapiẽtia & ſciẽtia:ti-
mor dñi,ipſe theſaurꝰ eius.Et adducã inimicos tuos de terra quã neſcis.nõ eñ ſcimus,è qbus latibu
lis cõtra nos inſurgant ac veniãt dęmones.Tu ſcis dñe, recordare meĩ &c. Iſtud quilibet iuſtus po-
teſt pro ſeipſo orare,ſecũdùm intellectũ p̄ſcriptũ.inuẽti ſunt ſermones tui,i.poſt diligentẽ inqſitio-
nẽ verba tua ſuſcepi,eadẽq; plena veritate eſſe cõſpexi.& comedi eos. cibus eñ mẽtis,eſt verbũ Dei.
Et ſicut illius vita naturalis deſperatur,ꝗ corporalẽ cibũ nõ retinet: ſic aĩæ illius vita ſpiritalis deſpe-
ratur,q̃ verbum Dei nõ ſeruat. Propterea verba Dei auidè ſuſcipiamus, ſtomacho mẽtis digeramus,
atq; memoriter cõſeruemus ac impleamus.Et factũ eſt mihi verbũ tuũ in gaudiũ & in lætitiã cordis
mei.Primùm oĩm corde lætemur, ꝙ ſpiritusſanctus dignatus eſt nos ſupernaturaliter illuſtrare, ſa-
cræ ſcripturæ verba infundere,intellectũ eorum p̄ſtare. Et de verbis Dei nõnè vehementer gaudẽ-
dum eſt,in qbus Deũ agnoſcimus,& quicquid ad ſalutẽ noſtrã exigiẽ,diſcimus? Hinc ad Romanos
Rom. 15. dicitur:Per cõſolationẽ ſcripturarũ,ſpem habeamus.Et 1.lib.Mach.Ionathas cum ſuis dicunt ſe ſo-
1.Mac. 12. latio habere libros ſanctos.Qui aũt veritates diuinorũ eloquiorum cõtemplaẽ,totius ſanctæ iucun-
ditatis in eis materiã inuenit.Nõ ſedi in × concilio ludẽtium. Vanitates eñ admittere,nõ eſt animæ
Lucæ 5. Chr̃ianæ.Ideò ait Saluator:Væ vobis ꝗ ridetis.&,Væ vobis diuitibus, ꝗ nunc habetis conſolationẽ
Iacob. 4. veſtrã. quibus Iacobus dicit: Riſus veſter verteẽ in luctum, & gaudiũ in mœrorẽ. Hinc Sara Tobiæ
Tob. 3. vxor ꝓteſtaẽ:Nunq̃ cũ ludentibus miſcui me, neq; cum his qui in leuitate ambulant,participẽ me p̄-
bui. A facie manûs tuę ſolus ſedebã, qm̃ amaritudine replêſti me. Electis ſuis dat Deus multiplices
☞ bonæ amaritudinis ſeu doloris laudabilis cauſas.Primò,de Dei magna ac inceſſabili oĩ hora inho
noratione.Secundò,de ꝓpria tranſgreſſione & impfectione.Tertiò,de Chr̃i acerbiſſima ꝓpter nos
paſſione.Quartò,de proximorũ noſtrorum iniquitate. Quintò,de futuræ gloriæ dilatiõe. Sextò,de
boni cõmunis iactura,p̄ſertim quãtùm ad ſpiritalẽ ꝓfectum Eccleſiæ. Qui iſta ꝓfundè ppẽdit,hoĩm
cõfabulationes vitabit,& corã Deo cor ſuum in ſecreto effundet.Quarè factus eſt dolor meus ppe-
tuus?Si hęc ꝓtulit de ſe Ieremias ꝓpter materialis tẽpli ruinã,& corporalẽ ſui populi necẽ:quãto ma
gìs ꝓpter cauſas p̄tactas,& ꝓpter magnũ iſtud ſchiſma Eccleſiæ,cæteraſq; abuſiones in ea,ità dolere
& iſta ꝓferre debemus,ſi tñ ſyncerè diligimus Deum, & bonum proximorũ cõmune?Si cõuerteris
peccatorẽ,conuertã te ad meã beatificã viſionẽ,& ante faciẽ meã ſtabis.Eccè q̃ meritorium ac ſalu-
bre eſt,iniquos cõuertere.Immò,ſecundùm Dionyſium,diuiniſſimũ prorſus eſt, Deo cooperari in
aĩarum reductiõe ad ſuæ beatitudinis fontẽ.ſecundùm Gregoriũ quoq;,acceptiſſimum Deo ſacrifi-
1.Pet. 5. cium eſt zelus aĩarum.Hinc paſtoribus loquiẽ Petrus in 1. ſua canonica: Paſcite ꝗ in vobis eſt gregẽ
Dei &c.forma gregis facti & ex aĩo,vt cùm apparuerit princeps paſtorum,percipiatis immarceſcibi-
lẽ gloriæ coronã.Si ſeparaueris precioſum à vili,i. aĩam tuã Dei imagine inſignitã, & Chr̃i ſanguine
liberatam,à carnis impuritate:& ſi inter virtutes ac vitia,inter lepram & non lepram,diſcretè diſtin-
xeris,quod ad cõfeſſores & p̄dicatores potiſſimè ſpectat, quaſi os meum eris, qui loquar p te loquẽ-
tem pro me.Conuerteñẽ ipſi ad te,tuã iuſtitiã imitantes:& tu nõ cõuertẽris ad eos, videlicet ad pra-
uitatẽ eorum:quod eſt cõtra nõnullos,qui aĩarum curã aſſumentes, ab eis ad quos ibãt cõuertẽdos,
paulatìm ſubuertuñẽ. Et dabo te populo huic in murum æreum. Indiget nempe magnæ conſtantiæ
gr̃a,ꝗ alios regere atq; cõuertere debet iniquos.& bellabunt aduersùm te,murmurãdo, detrahẽdo,
contradicendo & pſequẽdo.Qui eñ veritatẽ atq; iuſtitiã ꝓſequi curat, multos vtiq; ſibi aduerſarios
Rom, 8. procurat.& non præualebunt,quia ego tecum ſum. Si enim Deus pro nobis,quis contra nos?

¶Elucidatio cap.16.Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Non accipies &c. *Art.* 30.

RVrſus præſenti capitulo Iudęorum calamitas,culpa & pœna deſcribuñẽ. [Et factum eſt verbũ
Domini ad me,dicens:Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco iſto.] Vndè
ſecundùm Hieronymum,Ieremias virgo permanſit, & ſua virginitate euangelicæ perfectionis virũ
ſe præbuit.[Quia hæc dicit Dominus ſuper filios & filias qui generantur in loco iſto,]ſ. in Hieruſalẽ
& in tota Iudęa.[& ſuper matres eorum quæ genuerunt eos, & ſuper patres eorum de quorum ſtir-
pe nati ſunt in terra hac:Mortibus ægrotationum] ſ. famis & peſtilẽtiæ,[morieñẽ, & non plangeñẽ]
tãtum,vt tẽpore ſecuritatis ſolitum fuit,qm̃ viuẽtium vnuſquiſq; ſatìs habuit agere cũ ſeipſo. [& nõ
ſepelieñẽ] ſaltem oẽs,eo ꝙ propter multitudinem mortuorum, viuentes non ſuffecerant ad ſepul-
turæ officium.[in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt,& gladio & fame cõſumentur.]i.in cœno
terræ iacebunt.[Et erit cadauer] i.cadauera eorum [in eſcã volatilibus cęli & beſtijs terræ.Hæc eñ
dicit Dñs: Non ingrediaris domum conuiuij,] i. iſtis ſacrilegis te non cõmiſceas in epulando.[neq;
vadas ad plangendum] defunctos, neq; conſoleris eos,] quorum propinqui mortui ſunt:per quod
inſinuatur,quod non erat tempus conuiuij,ſed mœroris,& tanti mœroris,vt nec mortui plangeren-
tur, nec viuentibus conſolatio adhiberetur. tantum quiuis circa ſeipſum anguſtiabatur, & mor-
tui

tui feliciores viuẽtibus quodãmodò reputabañẽ.[qa abſtuli pacẽ meã] i.verã tranquillitatẽ,atq; ab
hoſtium impugnatione ſecuritatẽ.[à populo iſto,dicit Dñs] ꝓpter eius peccata, abſtuli quoq; ab eis
[miſericordiã,] nõ dimittẽdo eorũ peccata.[& miſeratiões,]nõ liberãdo à pœnis. Veruntñ Deus in
oĩ actu iuſtitię miſericordiã admiſcet,ſed in qbuſdã Dei operibus iuſtitia clariùs manifeſtaẽ: & ab
illis diciẽ miſericordia Dei auferri, ſecundùm quẽ modũ Iacobus ſcribit: Iudiciũ ſine miſericordia Iacob. 2.
fiet ei ꝗ nõ fecerit miſericordiã.[& morieñẽ grandes & parui] i.magni atq; puſilli,ſuperiores & ſub-
diti.[in terra iſta,nõ ſepelieñẽ neq; plangeñẽ,& nõ ſe incidẽt,] i.viuentes nõ incidẽt lacertos. Vndè
(vt diciẽ) in Hebræo habeẽ, Nõ ſe lacerabũt vnguibus. [neq; caluitiũ fiet ꝓ eis,] i. euulſio capillorũ
ſeu tonſio capitis.Hæc quippe apud veteres fiebãt ꝓ mortuis.Nã & Iob in ſignũ doloris tõſo capite Iob 1.
ruit in terrã.[& nõ frangẽt inter eos lugenti panẽ ad cõſolandũ ſup mortuo,] i.amici defuncti non
cõuenient more cõſueto ad mãducandũ cũ eo,cuius ꝓpinquus defunctus eſt. Nec erũt qui lugen-
ti huic p̄parent cibũ pro cõſolatione ſua de morte ſui ꝓpinqui.[& nõ dabũt eis] videlicet filijs ac fi-
liabus mortẽ parentũ dolentibus,illi qui aderunt.[potũ calicis]i.hauſtũ vini aut ſicerã.[ad cõſolan-
dũ ſup patre ſuo & matre] defunctis. Talia eñ in releuamẽ doloris fieri cõſueuerũt,iuxta illud Pro-
uerb.Date vinũ mœrẽtibus,& ſicerã his qui amaro ſunt aĩo: bibãt,& obliuiſcañẽ doloris ſui.[qa hęc Prou. 31.
dicit Dñs exercituũ,Deus Iſrael:Eccè ego auferã]p Chaldæos [de loco iſto in oculis veſtris & in die-
bus veſtris vocẽ gaudij,& vocẽ lætitiæ,& vocẽ ſponſi,& vocẽ ſponſæ] i.carmina iucunditatis ac nu-
ptiæ iam ceſſabũt.Cõſequenter Dñs loquiẽ Ieremiæ: [Et cùm annunciaueris populo huic oĩa verba,
& dixerint tibi:Quarè locutus eſt Dñs ſup nos oẽe malũ grande iſtud?] i. tam magnã vindictã atq;
miſeriã.[q̃ eſt iniquitas noſtra] cõtra Deũ?[aut quod peccatum noſtrũ,quod peccauimus Dño Deo
noſtro] in proximũ? [dices ad eos: Quia dereliquerũt me patres veſtri, ait Dñs, & abiẽrũt poſt deos
alienos &c.ſed & vos peiùs operati eſtis q̃ patres veſtri. Eccè eñ vnuſquiſq; veſtrũ ambulat poſt pra
uitatẽ cordis ſui mali &c.] impia deſideria operibus adimplendo, cuius ſubiungiẽ pœna: [& eijciam
vos de terra hac,in terrã quã ignoratis vos & patres veſtri,]i.p captiuitatẽ ducemini in Chaldæã,quã
anteà nõ vidiſtis.[& ſeruietis ibì dijs alienis die ac nocte] i.aliqbus horis diei & noctis.[qui non da-
bũt vobis requiẽ.] i.à veſtra calamitate nõ eripiẽt vos.Ex quo innoteſcit, aliquos Iudęorũ in Baby-
lonia poſitos,ſeruîſſe ibidẽ idolis Chaldęorũ.Circa hunc locũ ait Hieronymus:Quicqd peccauimꝰ,
quicqd malorũ operũ die ac nocte facimus,imperiũ eſt dæmonum, qui nunq̃ nobis dãt requiẽ,ſed
ſemp impellũt delictis augere delicta,& cumulũ facere peccatorũ. Deniq; q̃ ſequuñẽ,dupliciter ac-
cipiuñẽ.[ꝓpterea eccè dies veniũt,dicit Dñs,& nõ diceẽ vltrà. Viuit Dñs ꝗ eduxit filios Iſrael de terra
Aegypti:ſed,Viuit Dñs qui eduxit filios Iſrael de terra aquilonis,]i.de Babylonica captiuitate.[& de
vniuerſis terris ad quas eieci eos] per captiuitatẽ & fugã,ſeu alio modo.[& reducã eos in terrã ſuã,]
i.in Iudæã.ſiquidẽ de terra regni Iudæ nũc ſermo eſt.[quã dedi patribus eorũ] tẽpore Ioſuæ.Hiero- Ioſuæ 18.
nymus & eum ſequentes, iſtã prophetiã quaſi cõſolatoriũ verbũ exponunt,ità ꝙ poſt cõminationẽ
ſubdit Dñs cõſolationẽ,ꝓmittens reductionẽ Iudæorũ à Babylonica captiuitate.Alij verò oppoſito
modo accipiunt,ſ.ad maiorẽ mali exaggerationẽ, ità ꝙ verbis his inſinuatur Babylonica captiuitas
durior Aegyptia calamitate,ſeu captiuitate vel ſeruitute,eô ꝙ Babylonica captiuitas obliuionẽ in-
ducet Aegyptiæ ſeruitutis,ſecundùm quod motus vehementiores expellunt remiſſiores.Verùm ſe- 2. Eſd. 1.
cundùm vtranq;,expoſitionẽ iſtud impletũ eſt tempore Cyri regis,quãtùm ad reditũ de Babylone. & 3.
Sed quod diciẽ de vniuerſis terris &c. ſecundùm Hieronymũ implebiẽ in fine mundi, quãdò iuxta
Apoſtolũ gentiũ plenitudine ingreſſa,oĩs Iſrael ſaluus fiet.De hac quoq; reductione cæteri ꝓphetę, Rom. 11.
p̄ſertim Iſaias atq; Ezechiel diffusè ꝓphetãrũt.[Eccè ego mittã piſcatores multos dicit Dñs. [Locus
iſte multipliciter explanaẽ. Quidã eñ p piſcatores intelligũt Chaldæos, ꝗ inſtàr piſcatorũ ceperunt
Iudæos infra ſuæ retia poteſtatis.[& piſcabuñẽ eos.] putà Iudęos,ſicut à piſcatoribus capiuñẽ piſces.
Vndè Ezechielis 12.Dñs ait:Extendã ſup eum (ſ.Sedechiam regẽ Iuda) rete meum,& capieẽ in ſage-
na mea.[Et poſt hæc mittam eis] ſ.Iudæis [venatores multos,& venabuñẽ eos de oĩ monte,& de
oĩ colle,& de cauernis petrarum.]Quidam per venatores hos,intelligunt miniſtros regis Babylo-
nis,qui inſequuti ſunt Sedechiam regem fugientem,eumq́; ceperunt:& multos qui cũ eo fugerunt,
in diuerſis latibulis compræhenderunt.Iudæi verò (vt refert Hieronymus) per venatores intelligi
volunt Romanos,qui in oĩ loco Iudææ cõpræhenderunt Iudæos. Quidam aũt per piſcatores in-
telligunt apoſtolos, quibus ait Saluator: Faciã vos fieri piſcatores hoĩm, per quorũ p̄dicationẽ mul- Matth. 4.
ti Iudæorum cõuerſi ſunt.Per venatores quoq; intelligunt Eccleſiaſticos viros, vel angelos,ꝗ in fine
ſeculi colligent electos de montibus,i.excelſis dogmatibus. & collibus, i. bonis. & cauernis petra-
rum,apoſtolis & apoſtolicis viris. Hæc expoſitio ſpiritalis & myſtica magìs,quàm literalis videtur,
potiſſimè quum ſubdaẽ:[Quia oculi mei ſup omnes vias eorũ,non ſunt abſcondita ea à facie mea,]
i.cũcta eorum opera praua cognoſco,& latibula qbus ſe abſconderũt,inſpicio:quaſi dicat,me ordi-
nante, à ſuis hoſtibus inuenieñẽ. [& non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis] iuxta illud

Eccĩ 23.Oculi dñi multo plùs lucidiores ſunt ſole,circunſpiciẽtes oẽs vias hoĩm. [& reddã primùm
duplices iniquitates & peccata eorum.] i.anteq̃ de Babylonica captiuitate eos reducã,puniã iniqui-
tates eorum duplices, ſ.interiores & exteriores,& peccata in proximum. Vel iniquitates Iudæorum
duplices appellanĩ,quia eodẽ gñe peccati grauiùs peccauerũt q̃ gentes, q̃ legẽ diuinã nõ receperũt,
Lucæ 12. nec audiẽrũt ꝓphetas.Eteñ ſeruus qui ſcit voluntatẽ dñi ſui,& nõ facit, multo grauiùs peccat. [* q-
* quia bus cõtaminauerunt terrã meã] i.Iudæã[in morticinis idolorum ſuorum,] i.p ſacrificia aĩalium ido-
lis oblatorum.[& abominationibus ſuis] i.idololatrijs ac cæteris abominationibus & vitijs.[imple-
uerunt hæreditatẽ meã] i.terrã ac populum Iuda,immò ſèipſos,qui vocati ſunt & eſſe debuerũt hę-
reditas mea,tanq̃ ad meũ cultum ſpecialiter deputati atq; vocati.[Dñe, fortitudo mea & robur me-
Pſal. 17. um,] i.cauſa totius virtutis & efficaciæ meæ in aĩa atq; in corpore,in natura & gr̃a,de quo ait Pſal.Di
ligã te dñe fortitudo mea.Et Iſai.50.Dñs deus auxiliator meus.[& refugium meum in die tribulati-
onis.] i.tẽpore oĩs aduerſitatis & pſequutionis, ſecundùm illud Pſalmi 60. Deduxiſti me,quia factus
es ſpes mea,turris fortitudinis à facie inimici.Propter quod Prouer.17. inducit:Turris fortiſſima no
men dñi.ad ipſum currit iuſtus,& exaltabiĩ.[ad te gentes venient ab extremis terræ.] Iſtud cũ paſſu
ſequenti,quidã exponunt de cõuerſione gentilium ad fidẽ Chr̃i in oĩbus finibus mundi p p̃dicati-
Pſal. 18. onem apoſtolorum:ſiquidẽ in oẽm terrã exiuit ſonus eorum. Vndè & Iſai.24.p̃dixit:A finibus terrę
audiuimus laudes, gloriam iuſti.[& dicẽnt] poſt conuerſionẽ de priſtinis dolendo erroribus.[Verè
* vanitatẽ mendacium] i.errores falſiſſimos in cultibus idolorum.[poſſederunt patres noſtri] gentiles,[* va-
quæ nitatẽq; quæ eis nõ profuit,] immò maximè nocuit, ſ.auerſionẽ mentis à ſummo veroq; deo. Ideò
addunt:[Nunquìd faciet ſibi homo deos,] i.cùm homo ſit mortalis, atq; à Deo formatus, nõ poteſt
Sap. 15. facere deos.Ex quo innoteſcit,ꝙ nihil vitæ aut numinis ſit in dijs.Hinc in libro Sap. legitur: Quum
ſit ipſe mortalis,videlicet homo idolorum artifex,mortuum fingit manibus iniquis. Hinc ſubditur:
[Et ipſi non ſunt dij] ſecundùm veritatẽ, ſed à ſuis cultoribus eſſe putanĩ. Porrò huic tã humili cõ-
feſſioni viciſſitudinẽ dñs reddens,ait:[Idcircò ego oſtendã eis per vicẽ hanc,] i.tempore iſto p apo-
ſtolorum p̃dicationem.Quid aũt oſtenſurus ſit eis, adiecit: [Oſtendã eis manum meã] i. opera mea
mirifica.[& virtutẽ meã.] oĩpotentiam, qualiter ſ. p Chr̃i paſſionẽ mundum redemi, dæmonesq;
proſtraui.Vndè Iſaiæ 12.habeĩ: Parauit dñs brachium ſanctum ſuum in oculis oĩm gẽtium. [Et ſciẽt
quia nomẽ mihi dñs.] Hoc nẽpe conuerſi nouerunt,ꝙ ſolus verus atq; oĩpotens deus,ſit vniuerſalis
oĩm dñs independens,ꝓpria authoritate glorioſiſſimè p̃ſidens, in cuius ditione vniuerſa ſunt poſi-
ta.Prætereà quidã paſſum iſtum exponunt de Iudæis ac gentibus ad Iudaiſmum cõuerſis, qui à Ba-
bylonica captiuitate rediẽrunt in Iudęã: oĩñq; idololatria ſpreta, Deum verum coluerunt,quibus
1.Eſd. 3. & 6. Deus virtutẽ ſuam oſtendit,multipliciter eis ſuccurrens,quemadmodùm in lib.Eſdrę ſcriptum eſt.
¶Inſupèr tropologia huius capituli ex ſuperioribus clariſſimè innoteſcit. Quòd verò in principio
cap.huius dñs p̃cipit Ieremiæ,nè ſumat vxorẽ,nec filios in Hieruſalẽ habeat,eô ꝙ filij loci illius ſint
perituri:applicari poſſet ad hoĩes ſpiritales deuotos,vt ſ.nullum ſpiritalem pariãt filium,inducendo
quempiã ad ingrediendum clauſtrũ,cõgregationẽ ſiue collegium, vbì nõ eſt obſeruantia regularis,
monaſtica ſeu deuotionalis, eô ꝙ hi qui ibì admittunĩ in filios aut filias,ſpiritaliter pereãt,ſi ſe com-
munitati cõforment.Hæc dicit dñs:Non ingrediaris domũ conuiuij &c.ſicut hoc dictũ eſt Ieremię
ꝓpter multitudinẽ corporaliter occiſorum,vel occidentium in Iudæa:ſic, immò & multo ampliùs,
dici id poteſt cuilibet Chr̃iano.Nunc eñ quotidiè tot Chr̃iani in aĩa pereunt,dæmonum manus in-
cidunt,in mortalibus vitijs moriunĩ, æternaliterq; damnanĩ, vt veraciter nõ ſit iã tempus conuiuij,
ſed mœroris.Et eñ qui hęc ritè atq; cõdignè perpẽderit,nõ vtiq; epulari aut ſeculariter delectari,ſed
contriſtari ac flere libebit.Deniq; tam innumerabiles peunt, vt ſingulatìm defleri nõ queãt. Ad li-
teram quoq; palàm,ꝙ frequentare conuiuia, maximũ impedimentum eſt veræ deuotionis,& mentẽ
Prou. 21. à timorata ſuî reſoluit cuſtodia,ſobrietatẽq; lædit. Idcircò ait ſcriptura: Qui amat vinum & pinguia.
Eccẽs 7. nõ ditabiĩ, In Eccleſiaſte quoq; legiĩ: Melius eſt ire ad domum luctûs q̃ ad domũ cõuiuij In illa eñ
(videlicet in domo luctûs)finis cunctorum admoneĩ hoĩm:& viuens cogitat quid futurum ſit.Ideò
Matth. 5. loquitur Chr̃s:Beati qui lugẽt.Et rurſus:Quum facis conuiuiũ,noli vocare amicos & diuites qui poſ
Lucæ 14. ſunt retribuere tibi,ſed pauperes,debiles,claudos & cæcos, qui non poſſunt retribuere tibi:& fiet ti
bi retributio in reſurrectione iuſtorum.Domine, fortitudo mea & robur meum, & refugium meũ
in die tribulationis &c.Hunc præclarum dulciſſimumq; verſiculum animo reponamus,atq; in oñi
tentatione ac perſecutione præ oculis habeamus. Si ergò cogitatio deteſtanda ſuggeſſerit nobis ꝙ
aliquid ſimus,vel proprio profectu ac perfectione quicquam poterimus,aut alijs ſpiritualiter robu-
ſtiores conſiſtamus,mox cum oñi humilitate & propriæ paruitatis contemptu dicamus: Dñe,forti-
Ioan. 15. tudo mea & robur meum.Nam & Chr̃s conteſtatur:Sine me nihil poteſtis facere.Et Apoſtolus ſcri-
1.Cor. 4. bit:Quid habes quod non accepiſti?Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?Similiter
in omni aduerſitate ac perſecutione ad Deum, ſicut ad clementiſſimum patrem, ad fideliſſimum
ama-

amatorem,ad omnipotentẽ adiutorem,cum plena ac timorata confugiamus fidutia,nec aliquo mo-
do frangamur aduerſis,attendentes illud 2.Par. In nobis non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus reſi- 2. Par. 20.
ſtere:ſed quum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolũ habemus reſidui, vt oculos noſtros di-
rigamus ad te.Dicamus igitur mente grata ac humili: Dñe, refugium factus es nobis.Et item:Quo- Pſal.89. Pſal.17.
niam in te eripiar à tentatione,& in Deo meo tranſgrediar murum.

¶ *Declaratio literalis cap.17. Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo.* *Artic.* 31.

QVàm indelebilia fuerint ſcelera Iudæorum,in p̃ſentis cap...onſtraĩ exordio.[Peccatum Iuda
ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino] i.tam ineradicabiliter impreſſum cordi eo-
rum,vt literæ in lapide adamante,qui lapis nomine adamas,inſtàr vnguis nitorem habent ac
lenitatem,ità ꝙ omninò politus,non aſper eſt.Sicq; in eo ſcribi poteſt ſtylo ferreo per ſculpturam,
& literæ ibì formatę,deleri non valent:qm̃ lapis iſte duriſſimus eſt,infrangibilis atq; indomitus,fer-
roq; durior.Quòd autẽ per vnguem adamantinum intelligaĩ cor Iudæorum, verba pandunt ſequẽ-
tia.[exaratum ſuper latitudinem cordis eorum,] i.in tabulis mẽtis, videlicet in intellectu,q̃ in prin-
cipio ſuî eſt quaſi tabula raſa,depingibilis,nõ depicta,cui ſpecies intelligibilium imprimuntur, & in
ipſo peccata aliqua ſubiectanĩ,ac per rationis conſenſum conſummantur,atq; in voluntate, quæ eſt
principale ſubiectum peccati:quemadmodùm & virtutis, quum peccatum ſit adeò voluntarium,ꝙ
ſi non eſſet voluntariũ,non eſſet peccatum.[& in cornibus ararũ eorũ:] i.in cornibus altariũ,ſuper
quæ idolis ſacrificabant,in quibus peccata iſtorum exarata dicuntur, vel quia opera eorum ſacrile-
ga fuerunt ibidèm ad perpetuam rẽi memoriam ſcripta, vel quia illic potiſſimè exercuerunt ſua fa-
cinora,& in altaribus illis quaſi in ſigno certiſſimo manifeſtabatur impietas Iudæorum.Per quę oĩa
demonſtratur,ꝙ noluerũt verba ſalutis recipere,nec vitam corrigere. Propter quod Ezechieli dñs Ezec.2.
loquitur:Filij dura ceruice & indomabili corde ſunt,ad quos ego mitto te.Zach.quoq; 7.legiĩ: Cor
ſuum poſuerunt vt adamantem,nè audirent legem.[Quum recordati fuerint filij eorum ararum ſu-
arum] i.ſacrilegorum altarium [& lucorum ſuorum,] i.locorum arboribus cõſitorũ,in quibus idola
coluerunt. [lignorũ frondentium,] quæ erant [in montibus excelſis.] loca etenim alta & arbores
pulchras quęrebant,vt illic idololatriã exercerent propter amœnitatem locorum. [ſacrificantes in
agro,quia viciſsìm in locis planis idem fecerunt.Vel ſacrificando in montibus ſitis in agro,dicũtur
ſacrificâſſe in agro.[fortitudinem tuam] i. robur exercitûs [& oẽs theſauros tuos in direptionẽ da-
bo,] i.Chaldæis diripienda donabo ô popule Iuda. [excelſa tua] i.loca idololatriæ tuæ, diripienda
tradam p̃fatis.[propter peccata in vniuerſis finibus tuis,] i.peccata per totam Iudæam commiſſa.[Et
relinquẽris ſola] i.deleta,abſtracta ſeu priuata.[ab hæreditate tua,quã dedi tibi.] i.à terra Iudęę.[Et
ſeruire te faciam inimicis tuis,] putà Chaldæis.[in terra quam ignoras,] i. in regione Babyloniorũ.
[qm̃ ignem ſuccendiſti in furore meo,] i. cauſam tuæ punitiõis præbuiſti iuſtitiæ meæ,& zelũ ęqui-
tatis meæ ad vltionem tuis ſceleribus incitâſti.[vſq; in ęternum ardebit,] i.vltio ſeu punitio iſta ſine
fine durabit.Ex hoc verbo aliqui putant,præhabita exponenda de grauitate peccati Iudæorum pro
tempore Chriſti, contra quem clamauerunt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Vndè Mat. 27.
peccata eorum indelebilia facta ſunt, & durat iſta captiuitas Iudæorum vſq; in finem mundi, iuxta Dan. 9.
illud Danielis:Vſque in finem perſeuerabit deſolatio. Sed Iudæi pro tempore illo non inueniũtur
idololatriæ dediti:propter eà,quòd dominus ait, Vſq; in æternum ardebit, referri poteſt ad eos qui
ſine vera contritione defuncti, poſt temporalem punitionem, damnationem inciderunt æternam,
Prætereà quia Iudæi & principes, eorũq; rex Sedechias,Dei relicto ſubſidio, in auxilio regis Aegy-
pti confiſi ſunt, ſubditur: [Hæc dicit dominus: Maledictus homo qui confidit in homine] puro, 4.Re.25.
tanquàm in principali adiutore,ac vltimato ſpei ſuæ obiecto. Hinc ſperare in Chriſto,iniuſtum nõ
eſt,ſed ſalubre:quum ipſe ſit Deus & homo,& inquantùm eſt Deus,ſperamus in eo,ſicut in princi-
pali,ſummo,omnipotentiq; adiutore,& tanquàm in vltimato ſpei noſtræ obiecto. Inquantùm verò
eſt homo ille,Dei ac hominum mediator,ſperamus in eo ſicut in adiutore inſtrumentali præcipuo,
& ſicut in ſecundario ſpei noſtrę obiecto. Sic quoq; ſperamus ſeu confidimus in ſanctis, precibusq;
ſanctorum,præſertim in virgine benedicta,cui cantamus:Salue regina miſericordiæ, vita, dulcedo,
& ſpes noſtra.Deniq; cùm benedictio Dei, ſit collatio munerum eius & multiplicatio eorundem:è
contrario maledictio eius,eſt ſubtractio donorum gratię eius,ità vt maledictus voceĩ,qui à Deo re-
lictus eſt,miſer atq; damnabilis factus.Et talis eſt, qui in hoĩe aut in aliqua pura creatura ſpem ſuam
defigit.Creatura eteñ ex ſe & in ſe defectuoſa conſiſtens,ſalutem conferre non valet,nec ꝓpria au-
xiliari virtute:nec aliquo modo magìs ad eam,q̃ ad creatorem eſt confugiendum.Ideò ait Pſal.Non Pſal. 32.
ſaluaĩ rex per multam virtutem.Et Sap.5.habetur:Spes impij tanq̃ lanugo eſt,quæ à vento tollitur,&
tanq̃ ſpuma.[& ponit carnem brachium ſuum,] i. fortitudinem ſuam conſtituit in robore corporis
potiùs,q̃ in auxilio gr̃ę.Ideò 1.Mach.Iudas ille fortiſſimus dixit:Nõ in multitudine exercitûs victo- 1.Mac.3.
ria belli,ſed de cælo victoria eſt.[& à dño recedit cor eius.] q̃a de creaturę auxilio inordinatè con-

 fi-

fidit,nec mentẽ per ancoram ſpei in Deo conſtabilit,ſed eam ab illo auertit. Confidere aũt de hoĩe,
quantùm ad aliquẽ determinatũ effectũ ordinatè ſub Deo,ità ꝙ confidẽtia principaliter ſit in Deo,
Oſeæ 14. laudabile eſt.Sed filij Iſrael inordinatè ſperabant in auxilio hominũ.Idcircò ꝑ Oſeam dicĩ eis:Cõ-
uertimini ad Dñm Deum,& dicite ei:Oẽm aufer iniquitatẽ: Aſſur non ſaluabit nos:ſuper equũ non
aſſcendemus.[Et erit quaſi myricę in deſerto,] i.infructuoſus atq; inutilis erit, ad nihil aptus niſi ad
ignem damnationis æternæ:ſicut myrica deſerti eſt frutetum inutile, non aptũ,niſi ad ignẽ.[& non
videbit cùm venerit bonũ.]i.dona pacis & grãæ non ſortieĩ à Deo,nec particeps erit bonorũ q̃ dañ
cõfidentibus in Dño Deo:quod etiã Iudæis in rege Pharaone ſperantib⁹,certũ eſt cõtigiſſe.[ſed ha-
bitabit in ſiccitate,] i. in carentia roris grãæ & conſolatiõis ſupernæ. [in deſerto]i.inter eos q à Deo
relicti ſunt,ità ꝙ de eorum erit catalogo,quos Deus deſerit ſua p̃ſentia deſtitutos. [in terra ſalſugi-
nis,] i.in ſocietate eorum qui amaritudine vitiorum replẽtur,indignatione, ira,inuidia.Impij nanq;
terreniq; hoĩes,meritò deſertum & terra ſalſuginis nuncupantur.[& inhabitabili.] qm̃ tale conſor-
tium aptum non eſt Deum habere hoſpitem,nec cohabitatione condignum eſt angelorum, neq; à
ſpũſancto inhabitatur. Prætereà cùm oppoſita iuxta ſe poſita, euidentiùs agnoſcuntur,nunc ſubdi-
tur:[Benedictus vir qui confidit in Dño,] i.tanq̃ in oĩm prouidentiſſimo prouiſore, miſericordiſſi-
mo patre,optimo Dño,oĩpotenti creatore,ac proprio Saluatore,ſperans eius bonitate ac pietate iu-
Pſal.30. uari ac ſaluari,defendi & exaudiri. Ideò loquitur Pſalmiſta:Deus iudicij Dñs, beati oẽs qui expectãt
Pſal.83. eum.Et Pſal.Dñe virtutũ,beatus homo qui ſperat in te.Et item:Mihi adhærere Deo bonum eſt,po-
&72. nere in Dño Deo ſpem meam.[Et erit Dñs fiducia eius.] i.principale ac immediatũ obiectum & pro-
pria cauſa ſuæ ſpei ſiue fiduciæ,ità ꝙ ſemp ad Deũ ſe eriget,atq; in ipſo reſpirabit,fiduciãq; aſſumet.
Spes autẽ, quæ eſt theologica virtus, non niſi à Deo infundiĩ,& bonis operibus decoratur.Idcircò
ſpes noſtra nõ debet eſſe informis,ſed formata.Non em̃ ſic in Deo ſperare debemus, vt negligamus
facere quod in nobis eſt,& quod Deus à nobis requirit.Nihilominùs tota ſpes debet eſſe in Deo fi-
naliter, qa & merita noſtra eius eſſe dona fatemur, nec ꝓprijs viribus aliqd boni largimur.Propter
Oſeę 12. quod in Oſee legiĩ:Miſericordiam & iudicium cuſtodi,& ſpera in Deo tuo ſemper.[Et erit quaſi li-
gnũ quod tranſplantaĩ ſuper aquas.] i.queadmodùm arbor ſtans in loco ſicco ac ſterili,dum à loco
illo circa aquas plantaĩ,fructificat:ſic homo iſte à propria infirmitate ad Dei inuocationem erectus,
& aquis ſeu donis ſanctiſpũs irrigatus, mox bonis operibus abundabit. [quod ad humorem mittit
radices ſuas.] nam ſicut arbor aquarũ humore ſufficienter rigata,radices dilatat ac figit ſub terra:ſic
iſte in Deo confidens,& ſpiritusſancti riuulis fœcundatus,intimas cordis ſui vires,virtutes ac dona,
1.Cor.15. figet & cõſeruabit in Deo,vt impleat illud Apoſtoli ad Corint.Stabiles eſtote & immobiles, abun-
dantes in om̃i opere Dñi ſemper.[& non timebit cùm venerit æſtus,] i.feruor ſeu impetus aduerſi-
tatis.Queadmodùm em̃ arbor circa aquas plantata, æſtu percuſſa, virorẽ non ꝑdit:ſic iuſtus in Deo
cõfidens,tribulatione concuſſus,ęquitatem grãæq; decorẽ non deſerit. Vndè in Pſal.de ipſo induci-
Pſal. 1. tur:Et erit tanq̃ lignũ quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum,quod fructũ ſuum dabit in tẽpo-
Ecci 39. re ſuo.Hinc & in Eccõ habeĩ:Audite me diuini fructus, & quaſi roſa plãtata ſuꝑ riuos aquarum fru-
ctificate.[& erit foliũ eius viride,] i.ſermo eius vtilis erit & fructuoſus, ſicut Apoſtolus monet: Ser-
Col.4. mo veſter ſemp in grã ſale ſit conditus.Et rurſus:Adhortamini,inqt, voſmetipſos per ſingulos dies,
Heb.4. vt non obduretur quis in vobis fallacia peccati. Vana igitur & infructuoſa, immò & nociua ver-
1.Cor.15. ba vitemus,qm̃ teſte Apoſtolo:Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et de om̃i verbo ocioſo
reddenda eſt ratio.[& in tempore ſiccitatis] i.tẽpore quo alijs ꝓpter eorũ peccata ſubtraheĩ verbum
Dei,& gratia ſpiritusſancti.[nõ erit ſolicitũ.] i.formidoloſum & anxiatũ ꝑ ſpiritualium inopia diui-
tiarũ,immò & nunc grã abundabit.Vel non erit tunc ſolicitum ꝓ tẽporalibus rebus,aut de futuris
Mat.6. incertis.De hac malã ſolicitudine loquiĩ Dñs:Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ.Et Apoſtolus:Nihil ſo-
Philip.4. liciti ſitis. Salomõ quoq; in Prou.Expectatio ſolicitorũ ꝑibit.[nec aliqñ deſinet facere fructũ.] Nõ
Pro.11. ꝙ aliqs viator nunc inceſſabiliter ſemp in actu poſſit benè agere ac mereri, ſed ꝙ om̃i tempore de-
bito faciat opus Dei.Iuxta quẽ modum ait ſaluator:Oportet ſemp orare,& nunq̃ deficere.[Prauum
Luc.18. eſt cor hoĩs]i.defectuoſum ac fragile,pronũ ad om̃e malũ, iuxta illud in Eccleſ. Corda filiorũ hoĩm
Eccles 9. implenĩ malitia & cõtemptu in vita ſua.Et in Geneſi:Senſus & cogitatio cordis humani, proni ſunt
Gene.8. in malum ab adoleſcentia ſua.[& inſcrutabile] ab alio hoĩe,iuxta illud 1.lib.Reg. Homo videt ea q̃
1.Reg.16. párent,Deus aũt intueĩ cor.Vndè ait Apoſtolus:Quis ſcit quid agaĩ in hoĩe, niſi ſpiritus eius?[Quis
1.Cor.2. cognoſcet illud?] Quid ſit homo, & quid cor eius ſeu mens, diffinitiuè ſciri poteſt per philoſophi-
cam rationem:ſed quale ſit cor hominis,quantùm ad meritum vel demeritum, & quæ ſint cogitati-
ones & affectiones ipſius,ſciri non poteſt certitudinaliter,p̃ſertim ab alio homine, niſi per reuelati-
onem diuinam.Ideò ſequitur:[Ego Dominus ſcrutans cor] i.intima eius inſpiciens, non dubitando
inquirens. [& probans renes.] i.affectiones etiam ſenſitiuæ partis diſcutiens,ſicut in Pſal. habetur:
Pſal.7. Diriges iuſtum,ſcrutans corda & renes Deus.Ad quẽ S.Iob faſſus eſt:Scio Domine quia nulla te la-
Iob 42. tet

tet cogitatio.[q do vnicuiq; iuxta viam ſuã,& iuxta fructum adinuentionum ſuarum.] i. ſecundùm
quod meruit cogitando aut operãdo,proprijſq; adinuentionibus acquieſcendo vel reſiſtẽdo. Hoc
nempe requirit diuinę ꝓuidentię atq; iuſtitiæ ſumma ꝑfectio,vt nullum ſit malum impunitum,nul-
lum bonum irremuneratum:& quicquid inordinatum eſt per culpã,ordineĩ à Deo per pœnã. Hinc
in Iob ait ſcriptura:Abſit à Deo impietas,& ab oĩpotente iniquitas.opus em̃ hominis reddet ei,& iu- Iob 34.
xta vias ſingulorum reſtituet.[Perdix fouit q̃ non peperit.] Circa hoc ſcribit Hieronymus: Dicunt
ſcriptores naturalium ꝓprietatum & actuum tã beſtiarum q̃ volucrum,arborum & herbarum,quo-
rum principes ſunt apud Græcos Ariſtoteles & Theophraſtus,hanc ꝑdicis eſſe naturã,vt alterius ꝑ-
dicis oua fureĩ & foueat:cumq; pulli nati fuerint,& volare potuerint, auolãt, & relinquunt nõ verũ
parentẽ.Immò,vt alij dicunt,audientes vocẽ propriæ matris,q̃ ſ.oua produxit, naturali induſtria fe-
ſtinant ad eã.Huic aui cõparatur auarus populus Iudæorum,de quo ſubdiĩ: [fecit diuitias * ſuas,] i. *] ſuas
alienas diuitias iniuſtè collegit,& [non in iudicio:] qa contra rationis iudicium fecit hoc, & contra
prudentiã,cuius actus eſt iudicium ſiue diſcretio.[In dimidio dierũ ſuorum derelinquet eas] ſubita
morte,vel Chaldęorum ſpoliatione.[& in nouiſſimo ſuo erit inſipiens.] qa hora iudicij fatuè feciſ-
ſe monſtrabiĩ.Item in morte inſipiens apparebit, & ſuã ſerò fatuitatẽ agnoſcet. Hoc quoq; cunctis
diuitibus,rapacibus,& auaris poterit applicari,quorum q̃ plurimi imparata morte decedẽtes,oĩa ſua
in hoc mundo relinquunt,atq; à Deo ſtultiſſimi iudicabunĩ, ꝙ æternis prætulerint tranſitoria iſta.
Ideò ait Pſal.Nè timueris quum diues factus fuerit homo, & quũ multiplicata fuerit gloria eius: qm̃ Pſal.48.
cùm interiêrit,non ſumet oĩa.Et rurſus:Nihil inuenerunt oẽs viri diuitiarum in manibus ſuis. [ſoli- Pſal.75.
um gloriæ altitudinis] i.cælum altiſſimum atq; empyreum,quod diciĩ ſedes maieſtatis diuinæ, non
ꝙ in eo circunſcribaĩ,aut diffinitiuè locetur,ſed qm̃ illic euidẽtiùs operatur,clariuſq; videtur,& in-
ceſſanter laudatur. [à principio,] quia in initio temporis factum eſt, cùm ſit vnum de quatuor coæ-
quęuis.[locus ſanctificationis noſtræ,] i.patria ad quã ordinaĩ ac tẽdit ſanctificatio nr̃a in vita p̃ſen-
ti.Ideò ſequiĩ:[expectatio Iſrael] i.locus iſte eſt bonum quoddã à veris Iſraelitis affectuoſiſſimè ex-
pectatum,iuxta illud ad Hebręos:Expectabat Abrahã fundamẽta habentẽ ciuitatẽ, cuius artifex & Heb.11.
conditor Deus.Itemq;:Iuxta fidem defuncti ſunt oẽs iſti,non acceptis repromiſſionibus,ſed à lon- Ibidem
gè eas adſpicientes ac ſalutantes,& confitentes qa peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã. Porrò quid
impijs accidet,adiecit ꝓpheta:[Dñe, oẽs qui te derelinquũt] per auerſionẽ & inobedientiã mentis
ſuæ,inhærentes creaturę magìs q̃ creatori.[confundenĩ:] quia æternaliter damnabuntur.[receden-
tes] à te per liberã voluntatem,[in terra ſcribenĩ:] i.inter terrenos atq; carnales in inferno deputa-
bunĩ,iuxta illud in Pſal.Introibunt in inferiora terræ.In Apoc.quoq;:Pars illorum erit in ſtagno ar- Pſal.62.
denti igne & ſulfure.[qm̃ dereliquerunt venã aquarum viuentium Dñm.] i. te Deum fontem aquæ Apoc.21.
ſapientiæ ſalutaris,aquæ ſupernæ refectionis. Vndè ait Saluator: Qui credit in me, flumina de vẽtre Ioan.7.
eius fluent aquæ viuæ.Et Pſal.Torrente voluptatis tuæ potabis eos, qm̃ apud te eſt fons vitæ. De his Pſal.35.
inſupèr aquis,quibus reficiunĩ electi,quas negligunt reprobi,ſcriptum eſt in Iſaia:Nõ eſurient neq; Iſaiæ 49.
ſitient,quia miſerator eorum regẽt eos,& ad fontes aquarum potabit eos.Prętereà ad p̃ſatum beati-
tudinis locum cupiens Ieremias perduci,precaĩ:[Sana me Dñe] à læſione peccati,[& ſanabor:] qa tu
verus es aĩæ medicus.[ſaluum me fac,] dona gratiæ & glorię conferendo,[& ſaluus ero:] quia tu ſo-
lus es Deus ſalutis meæ.[qm̃ laus mea tu es.] i.bonum quod iugiter laudo,& æternaliter laudare de-
ſidero,vtpotè materia ſeu obiectum laudis meæ. Eccè deuota & induſtrioſa oratio,quia vt exaudiaĩ
celeriùs,laudatio ei miſceĩ.Hęc igiĩ frequenter toto dicamus affectu cum debita humilitate.In mul-
tis em̃ offendimus oẽs,nec ipſe Ieremias ſine venialibus vixit.Id quoq; notandum,quanta contriti-
one nos iſta orare oporteat,cùm vates ſacer in vtero ſanctificatus,tam deuotè hæc proferat. Igitur
cum Pſalmiſta dicamus:Miſerere meî Dñe, qm̃ infirmus ſum:ſana me Dñe,qm̃ conturbata ſunt oſſa Pſal. 6.
mea.[Eccè ipſi] increduli Iudęi,[dicunt ad me:Vbì eſt verbum Dñi?] i.vbi ſunt q̃ dixiſti nobis ven-
tura?[Veniat]q.d.Patet ꝙ falſa locutus ſis,nec timemus ea implenda.Talia em̃ dicebant deridendo
prophetas,iuxta illud in Iſaia:Manda,remanda:manda,remãda:expecta,reexpecta &c.Ad Ezechie- Iſaiæ 28.
lem quoq; Dñs ait:Filij populi tui dicunt:Eamus & videamus quis ſit ſermo egrediens ex ore Domi- Ezech.16.
ni &c.& factus es eis quaſi carmen muſicum.[& ego nõ ſum turbatus] turbatione culpabili, de hac
illorum deriſione,ſed æquanimiter toleraui. [te paſtorem ſequens,] i. tuæ voluntati me ſubdens ô
omnium paſtor, qui tua beatifica viſione paſcis Eccleſiam triumphantem, doniſq; gratiæ Eccleſiam
militantem.[& diem hominis,] i.vitæ prolongationem vel conſolationes humanas,& vitam delici-
oſam,[nõ deſideraui,tu ſcis,] qui es iudex ac teſtis.[Quod egreſſum eſt de labijs meis,rectum in cõ-
ſpectu tuo fuit.] i.verba mea iuſta ac vera fuerunt: & quæ dixi ad populũ, te inſpirante locutus ſum.
His verbis deſcribit ſuam perfectionem propheta, non ad iactantiam, ſed ad Dei honorem & no-
ſtram ædificationem, vt eius exemplo ſimus in aduerſis imperturbati, nec mundanas vanitates aut
carnales delicias affectem⁹,neq; à veritate ſermo noſter vnq̃ diſcordet,p̃ſertim cùm ipſemet Deus ſit
veri-

veritas.[Non ſis tu mihi formidini,] i.ab inordinato pauore me eripe,atq; ab inſtanti terribili Chal-
dæorum inuaſione.[ſpes mea tu in die afflictionis] i.omĩ tempore meæ perſecutionis.[Confundã-
tur qui me perſequunt̃,& non confundar ego.] i.Iudæi me impiè perſequentes, à Chaldęis cõpræ-
hendantur,& liberer ego.[paueant illi,& non pauea᷉ ego] obſeſſa Hieruſalẽ.[induc ſuper eos diem
afflictionis,] i.Babylonicę vaſtitatis.[& duplici contritione contere eos.] i.ſame & gladio eos occí-
de.Iſta,ſicut præhabitum eſt,profert Ieremias vel propheticè denunciando,quia ſic erit:vel impre-
cando,vt fiat,non zelo vltionis,ſed æquitatis:&vt per præſentem calamitatẽ à futuris ſupplicijs eru-
antur.Poſſunt quoq; iſta exponi in perſona Chriſti,cuius figura fuit Ieremias verbis, rebus ac perſe-
cutionibus.Eodem etem̃ modo competit Chriſto hæc loqui de Iudęis ipſum perſequẽtibus, vt Ie-
remiæ.Nos quoq; hęc dicere poſſumus pro loco & cauſa & tempore,& p̃ſertim contra inuiſibiles
*mei hoſtes.[Hæc dicit Dñs ad me:Vade, & ſta in porta filiorum populi * tui, per quam ingrediunt̃ reges
Iuda & egrediuntur,] i.in porta templi.[in cunctis portis Hieruſalẽ,& dices ad eos: Audite verbum
Dñi reges Iuda & oĩs Iuda,cunctiq́; habitatores Hieruſalẽ,qui ingredimini per portas has.Hęc dicit
Dñs:Cuſtodite animas veſtras] à ruina peccati,[& nolite pondera portare in die ſabbati,nec infera-
tis] ea [per portas Hieruſalẽ,& nolite eijcere onera de domibus veſtris in die ſabbati, & om̃e opus
non facietis.] i.opera corporalia atq; ſeruilia,culturã Dei impedientia,& q̃ poſſunt ante diem ſabba-
ti vel poſteà fieri: quæ autem differri vel pręueniri congruenter non poterant, in ſabbatis fiebant,
ſicut brutis dare neceſſaria vitæ, & contra hoſtes inuadentes pugnare. [Sanctificate diem ſabba-
ti,] i.actus diuini cultûs in ea peragite,& Deo cũ quiete mentis corporisq́; vacate.[ſicut præcepi pa-
tribus veſtris] per Moſen,[& non audiêrunt, nec inclinauerunt aurem ſuam,ſed indurauerunt cer-
uicem ſuam &c.] i.inobedientes fuerũt patres vr̃i,ſabbatum violando,quia in eo collegerũt manna
contra Dei p̃ceptum.[Et erit,ſi audiêritis me,dicit Dñs, vt nõ inferatis onera p portas ciuitatis huius
in die ſabbati,ingredient̃ per portas ciuitatis huius reges & principes ſedẽtes ſuper ſolium Dauid,]
i.ſucceſſores regis Dauid,ſimiles ei in poteſtate & throno regali.[& habitabitur ciuitas hæc in ſem-
piternum.] ità ꝙ Chaldæi eam non deſtruent.Sempiternum autem non dicit hîc durationẽ nunq̃
finiendã,ſed plurimùm longã.Et fortè ſi Iudęi ſemper Deo obediuiſſent,atq; in Chr̃m credidiſſent,
vſq; in p̃ſens habitarẽt in ea.[Et venient de ciuitatibus Iuda,& de circuitu Hieruſalẽ, & de terra Bẽ-
iamin &c. portantes holocauſtũ & victimam & ſacrificiũ & thus, & inferent oblationẽ in domum
Dñi.] Iſta,cùm ſint planiſſima,expoſitionẽ non exigũt.Sed dubitare quis poteſt,quõ nunc promit-
titur Iudæis,ſi vitã corrigerent,liberatio à Chaldæis:quũ ſuperiùs dictũ ſit,Deum diffinitiuè ꝑnun-
ciâſſe captiuitatẽ ac deſtructionẽ eorũ.Et reſpondendum,ꝙ Deus hoc dixit,qm̃ vidit eos non emẽ-
daturos ꝓpriam vitam,p hoc tñ non abſtulit eis libertatẽ agendi quod bonum eſt. De hac quęſtiõe
ptranſeo,nè maiore difficultate inuoluar. [Si aũt non audiêritis me, vt ſanctificetis diẽ ſabbati &c.
ſuccendã ignem in portis eius,] putà Hieruſalẽ,[& deuorabit domos Hieruſalẽ.] Hoc factũ eſt per
Chaldęos.[& non extinguet̃] ignis ille ab hoĩe,vel donec cõbuſſerit vrbem hanc,ſed materia ignis
cõſumpta,in ſeipſo ignis defecit. ¶ Porrò iuxta intelligentiã ſpiritalẽ,quod in principio huius cap.
dictũ eſt de duritia & indelebilitate iniquitatis Iudæorũ,ꝙ ſ.ſcriptum ſit in vngue adamãtino ſtylo
ferreo,de oĩbus incorrigibilibꝰ grauiſſimisq́; peccatoribus,ꝗ quotidiè ſine freno ac numero peccãt
ſine omĩ timore Dei,accipi poteſt,quorũ corda exaratione vitiorũ ſunt plena,p ferreũ ſtylum,i. ve-
hementẽ peccandi delectationẽ inſcripta,vel p conſenſum intẽſum. Veruntñ abſolutè loquendo,
nullus viator intm̃ grauatur peccatis, quin per oĩpotẽtis medici gratioſam ſubuentionẽ queat cura-
ri.Idcircò de nullo eſt deſperandũ.Hęc dicit Dñs ad me:Vade & ſta in porta &c.p hoc,ſicut ſuperiùs
dictũ eſt,inſinuatur ꝙ p̃dicator ac paſtor verbũ ſalutis oĩbus publicè ꝓponere debet, ac ꝓficiſci ad
locũ quò cuncti cõueniunt,immò etiã ire ad eos ꝗ audire refugiũt,atq; induſtrioſè excogitare, quõ
eos cõueniẽtiùs inuenire & alloꝗ poſſit.Quòd ſi hoc ità eſt, ꝗd dãnationis imminet his,ꝗ gregi ſibi
cõmiſſo,q̃uìs audire parato,auido &cupiẽti,negligunt p̃dicare?Cuſtodite aĩas vr̃as, & nolite põdera
portare in die ſabbati.Per ſabbatũ vno modo intelligunt̃ dies Eccleſię feſtiui,ꝗbus præcipuè vacan-
dum eſt Deo.Alio modo om̃e opus vitę p̃ſentis dicit̃ ſabbatum,quia ſemper ſabbatizare,i.à peccatis
ceſſare,atq; in Deo quieſcere nos oportet.Itaq; onera,i.vitiorũ prauitates deorſum trahẽtes,& in ꝓ-
funda tartari demergẽtes, portare nunq̃ debemus,p̃ſertimq́; diebus feſtis ea abijcere.Propter quod
Heb.12. ad Heb.ait Apoſtolus:Deponamus om̃e pondus,&circunſtãs nos peccatũ.Et in Iſaia habet̃:Diſſol-
Iſaiæ 58. ue colligatiões impietatis,ſolue faſciculos deprimentes,&om̃e onus diſrumpe.Sunt aũt & alia one-
ra ſeu pondera bona,videlicet lex Chr̃i,& eius mandata atq; conſilia, ꝗbus reddimur graues contra
Matt.11. leuitatem peccati ac facilitatẽ peccandi. De quibus ait Saluator: Tollite iugum meum ſuper vos.Et
Galat.6. Apoſtolꝰ:Alter alterius onera portate,i. defectus veſtros mutuò & charitatiuè & æquanimiter ſup-
portate. Onera autem vitioſa non ſunt inferenda per portas Hieruſalem,i. per ſenſus exteriores. Si
igitur taliter obſeruemus ſabbatum ſpiritale,ingredientur reges & principes cum ſubditis per por-
tas

tas ciuitatis huius,i.per virtutes ac valuas Eccleſię:& habitabitur ciuitas hęc,i.Eccleſia in ſempiternũ
à ſpiritu ſancto,cuius eſt tẽplum.Et veniẽt de ciuitatibꝰ Iuda & de circuitu Hieruſalẽ, i.de particula-
ribus Eccleſijs ac locis fideliũ,&de terra Beniamin,i.de cõgregatione eorũ ꝗ ſunt filij gr̃ę.Beniamin
nanq; filius dexteræ interpretat̃:& dexterum appellamus,quod proſperum ac fauorabile nobis eſt.
portantes holocauſtum & victimam,i. ſpiritalia ſacrificia, immò & ſeipſos in domo Dñi.Dum enim
Eccleſia in aliquo loco ſingulari ac maxima Dei gratia decorat̃ ac fulget,cæteri Chr̃iani ad tã deuo-
tos ac diuinos accedunt,& eorũ exemplo vitam emendant.De moralitate me expedire cõpellor,nè
prolixitate operis tædio afficiantur legentes,potiſſimè quum iam ſuperiùs habita ſint quę omitto.

¶ *Expoſitio cap.18. Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino.* *Articulus* 32.

MIſericordiam ſuam circa populum ſuum Deus ſublimis & benedictus multifariè multisque
modis oſtendit.Et quo grauior eſt vltio atq; aduerſitas imminẽs, eo multipliciùs eam præ-
nunciat,ad pœnitentiamq́; inuitat,quia vt ait Gregorius, non vult inuenire quos puniat. Vndè &
nunc pietatem ſuam circa Iudæos oſtendens,aſſerit ſibi eſſe in promptu reparare deſtructa,& à cõ-
minatiõe ſua velle ceſſare,nec mala comminata inferre,dummodò tranſgreſſores pœniteant: quod
vtiq; eſt ineffabilis prorſus clementiæ. [Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens:
Surge,& deſcende in domum figuli,& ibì audies verba mea.] Fortè figulus iſte in Hieruſalem mo-
rabatur vel propè.Voluit autem Dñs loqui Ieremiæ in domo hac figuli,quatenùs per ea quæ corpo-
raliter ilicò cerneret,cordi ſuo tenaciùs,quæ à Deo audiret,imprimeret, clariusq́; intelligeret ea per
exemplum ſenſibile.Ezechieli quoq; Dñs iuſſit:Egredere in campum, & ibì loquar tecum, quia vi- Ezec.3.
delicet ſolitarius locus conuenientior eſt ad ſuſcipiendum illuminationes diuinas.Itaq; diuerſis ex
cauſis mittit viciſsìm Deus ſuos electos ad loca determinata, vt Deum audiant ſibi loquentem: vel
ob conuenientiam loci,vel propter ea quæ fiunt aut ſunt in loco,per quæ iuuatur homo ad cogno-
ſcenda diuina.Vndè & Moſi iuſſit aſſcendere montem. [Et deſcendi in domum figuli, & eccè ipſe Exod.24.
faciebat opus] videlicet luteã ollam vel ſimile aliquid [ſuper rotã. Et diſſipatũ eſt vas quod ipſe fa- Nume.27.
ciebat ex luto manibus ſuis.] i.diuina ordinatiõe frangebat̃,vt Dñs ex hoc ſumeret occaſionem lo- Deut.32.
quendi propoſitum ad prophetam. Eſt autem conſuetudo idiomatis Hebręorum, vt omne inſtru-
mentum ſeu receptaculum,vas vocetur. Vndè de Paulo dictum eſt: Vas electionis mihi eſt iſte.Et Act.9.
Pſal.Nam & ego,inquit,confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam Deus.[Conuerſusq́;] figulus Pſal.70.
de vno actu ad alium,[fecit illud vas,alterum,] i.de luto vaſis confracti,formauit vas alterum,[ſicut
placuerat in oculis eius,vt faceret] ſ.pulchrum ac integrũ.[Et factum eſt verbum Dñi ad me, dicẽs:
Nunquìd ſicut] fecit [figulus iſte,non potero vobis facere domus Iſrael, ait Dominus?] q.d.immò,
quia læſos & penè deſtructos poſſum facilè reparare atq; ſanare.Ideò ſubditur:[Eccè ſicut lutum in
manu figuli,ſic vos * in manu.] i.in poteſtate [mea.] quæ cùm ſit immenſa, nihil ei reſiſtere poteſt. *domus
Et in inſtanti quicquid placuerit, poteſt agere & implere. Veruntñ cùm omne ſimile ſit diſſimile, Iſrael in
idcircò de luto ad figulum, & homine ad Deum, quantùm ad hoc, eſt diſſimilitudo, ꝙ in luto non
eſt ratio neq; voluntas, quibus à figuli ordinatione ſe poſſit ſubtrahere: ſicut homo libero arbitrio
declinare poteſt à lege diuina,quod tñ ità non poteſt,quin Deus om̃ipotens poſſit cor hominis in-
clinare in omne quod ſibi placuerit, ſic ꝙ homo reſiſtere non valeret, nec tamen propriè cogere-
tur.Deus nanq;,& ipſe ſolus,immediatè agit ac imprimit in hominis volũtatem, & ſine eius coacti-
one vertit eam quò vult,iuxta illud Prouer.Cor regis in manu Domini:quôcunq; voluerit,inclina- Proue: 21.
bit illud.Deniq; ex hoc loco ſumpſit Apoſtolus illud ad Romanos:An non habet poteſtatẽ figulus Rom.9.
luti,ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in cõtumeliam?Sic itaq; Deus
de omni homine facit,quod ſuæ infinitę ſapientię placet:& cuius vult, miſeretur: & quem vult, in-
durat:& aliquos ſanat,alios frangi ac perire permittit.Conſequenter oſtendit Dñs, quòd propter p̃-
nunciationem pœnarum imminentiũ,non debemus à bono ceſſare:perhibens ſe mâlle verba com-
minatiõis ſuę non adimplere,q̃ homines perdere. [Repentè loquar] per prophetas & angelos [ad-
uerſùm gentẽ & aduerſùs regnum,] vel aduerſùs determinatam perſonã. [vt eradicem & deſtruã &
diſperdã illud.] i.peccatores huiuſmodi puniam,occídam, condemnem propter eorum peccata.[Si
pœnitentiã egẽrit gens illa à malo ſuo,quod locutus ſum aduerſùs eam,] i.de peccatis quę ei impu-
to,pœnituerit verè.[agam & ego pœnitentiã] i.per modũ pœnitẽtis habebo me. [ſuper malo quod
cogitaui vt facerẽ ei.] i.de ſupplicio quod illis infligere cogitaui.Loquitur em̃ de malo pœnę,quod
non eſt ſimpliciter malum,ſed malũ videtur ei qui patitur,& aliquod nocumẽtum inducit.[Et ſub-
itò loquar de gente & de regno, vt ædificẽ & plantem illud,] i. homines illos bonos in ſpiritalibus
& temporalibus bonis confirmem.[Si fecerit malum in oculis meis,] pręcepta tranſgrediendo, [vt
non audiat vocem meam,pœnitentiam agam ſuper bono quod locutus ſum vt facerem ei.] i. bona
ei ꝓmiſſa non adimplebo.Pretereà agnoſcendũ,ꝙ cùm Deus ſit immutabilis,iuxta illud Malachiæ: Mal.3.
Ego Dominus,& non mutor:cogitatio quoq; eius non variatur, ſecundùm illud in Pſal. Cogitatio- Pſal.32.
nes

nes cordis eius in gñationem & gñationem.Idcircò pœnitentia propriè non cadit in Deo,ſicut nec
cæterę paſſiones,ſed per ſimilitudinẽ operis dicit̃ pœnitere, dum non agit quod ſe acturum p̃dixit,
Gene.6. vel quod fecit,deſtruit,ſicut in Geneſi hoı̃es occiſurus:Pœnitet,inqt, me feciſſe hoı̃em. Et 1.Re.15.
Pœnitet me ꝙ conſtituerim Saul regẽ.Verùm tunc quęritur,quõ iſtud,videlicet non fieri quod di-
xit futurũ,non repugnet veritati & immutabilitati mentis ac voluntatis diuinę?Ad quod reſpondẽ-
dum,ꝙ Deus dupliciter pronũciat quid futurum,videlicet per cõminationem malorum & promiſ-
ſionem bonorum.Primò,vt eſt in conſilio ac diſpoſitione æternę ſuę prouidentiæ,ſicq; infallibili-
ter venit:& in talibus Deus nullatenùs pœnitet, in quibus etiã locum habet illud Samuelis 1.Reg.
1.Reg.15. Porrò triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectet̃. Neq; enĩ homo eſt vt agat pœ-
nitentiã.Secundò,aliquid à Deo prædicit̃ ſecundùm comparationẽ eius ad cauſas naturales ꝓprias,
ſecundas ſeu proximas,q̃ ſubiacent mutationi,potiſſimè humana volũtas. Taliter igitur pronunci-
ata,non ſemper eueniunt,qa cauſæ mutant̃:nec tñ Deus mentitur,quia non abſolutè,ſed conditio-
naliter intelligenda eſt prænunciatio talis. Vndè ſecũdùm doctores prophetia p̃deſtinationis ſem-
per implet̃,non autem prophetia cõminationis.Et Gregorius ait, ꝙ Deus mutat ſententiã, non au-
tem conſilium. Quũ ergò hæc ità ſe habeãt,pręcipit Dñs Ieremię:[Nunc ergò dic viro Iuda,& * ha-
*habitatoribus bitatori Hieruſalẽ,] i.viris ac ciuibus iſtis,[dicens:Hęc dicit Dñs:Eccè ego fingo] i.inſtàr figuli for-
Iſaiæ 45. mo ac præparo [contra vos] i.ad veſtram punitionem [malum] pœnæ,de quo in Iſaia habetur:Ego
Dñs faciens pacem,& creans malum. [& cogito contra vos cogitationẽ] de vltione, niſi pœnitueri-
Mich.2. tis,iuxta illud Micheæ:Eccè ego cogito malum ſuper familiã iſtam.[Reuertatur vnuſquiſq; à via ſua
mala,] i.actione iniqua,qua pergit̃ ad infernum,qua iuſtitię derogat̃,qua Deus ſanctus offendit̃.[&
dirigite vias vr̃as & ſtudia veſtra.] i.actiones, affectiones,atq; conatus veſtros, ſecundùm diuinã le-
gem rectamq; rationem ordinate in vltimum finẽ veramq; felicitatem. [Qui dixerunt:Deſperaui-
mus] de noſtra ſalute & diuino auxilio,vel de veritate eorum q̃ nobis pręnunciantur. [Poſt cogita-
Iſaiæ 22. tiones enĩ noſtras ibimus &c.] illis conſentiendo & opere exequendo. Vndè in Iſaia huiuſmodi di-
xiſſe ſcribunt̃:Comedamus & bibamus,cras enĩ moriemur &c. [Ideò hęc dicit Dñs, interrogate gẽ-
tes,] i.à gentilibus quærite.[qs audiuit talia horribilia] i.tam deteſtandiſſima vitia.[quæ fecit nimis]
i.exceſſiuè cõmiſit [virgo Iſrael] i.populus Iudęorum,videlicet ſynagoga,quę fuit aliquandò ſpon-
Ezech.16. ſa Dei. Vndè nunc quaſi deriſoriè virgo vocatur,cui alibì à Deo ſerioſè denunciatur:Meretrix,audi
Iſaiæ 1. verbum Dñi.Et in Iſaia:Quõ facta es meretrix ciuitas fidelis? q.d.In nationibus paganorum nõ ſunt
audita tam enormia peccata,vt fecit populus iſte.[Nunquid de petra agri deficiet nix Libani,] i.nix
in Libanum montem deſcendens,non deficiet,ſed illic tam abundanter deſcendet,vt petra agri, i.
ager petroſus iuxta Libanum ſitus,indè rigetur. [aut euelli poſſunt aquę erumpentes frigidę & de-
fluentes?] i.aquę frigidę ex niuis reſolutione erumpentes ad agros, nõ ceſſant ad eos defluere.[qa
oblitus eſt meî populus meus.] per modum admirantis loquitur Deus. q.d.minùs videretur mirabi-
le,ſi aqua q̃ eſt res inanimata,naturalẽ curſum relinqueret, q̃ quòd popul⁹ meus diuina lege inſtru-
ctus,ratione vtens,legem ſibi pręfixam abiecit.Et tñ oppoſitum accidit,quia Iudęi me reliquerunt.
[fruſtrà libantes,] i.idolis ſacrificantes, [& impingentes in vijs ſuis,] i.in ſuis operibus contra iuſti-
tiam offendentes,ac pedem cordis,putà affectum,in id quod verè nocet ac lædit,tendẽtes.[& in ſe-
mitis ſeculi,] i.in vitioſis ac latis tramitibus hominũ mundanorum, q̃ ducunt ad mortem æternam.
[vt ambularent per eas in itinere non trito,] i.calle ſanctorum patrũ veſtigijs nõ p̃oſtenſo,nec trãſi-
Pſal.34. to. Vndè habet̃ in pſalmo: Fiat via illorum tenebræ & lubricum.[vt fieret terra eorum in deſolati-
onem] i.Iudæa habitatoribus priuaretur.[& in ſibilum] i.in deriſionem.[ſempiternum.] i.valdè lõ-
gum vel certè perpetuum,quantùm ad memoriã eorum qui impietatis ac deiectionis Iudęorũ nunq̃
obliuiſcuntur.Coniunctio illa vt,tenetur hîc concomitanter, non directè cauſaliter. [Oı̃s qui præ-
teriérit per eam,] i. per terram Iudęæ tẽpore ſuę deſolationis. [obſtupeſcet,] i. de tanta eius deſtru-
ctione multùm mirabitur.[& mouebit caput ſuum.] i.exteriori ſigno mentis admirationẽ monſtra-
bit.q.d.O qualiter accidit iſtis. [Sicut ventus vrens, diſpergã eos coram inimico.] i. corã Chaldæis
cum impetu & tormento multipliciter eos perdam, fugabo & perimam. [Dorſum,& non faciem,
oſtendam eis in die perditionis eorum.] i.tempore deſtructionis & occiſionis preces eorum non
Leui.26. exaudiã,nec clementer eos adſpiciam. Vndè per Moſen Dñs ait:Si ambulaueritis exaduerſò contra
me,ambulabo & ego exaduerſò contra vos.Inſupèr ſubditur ingratitudo,& indocilitas, atq; incor-
rigibilitas Iudęorum,pium inſtructorem perſequẽtiũ.[Et dixerunt:Venite,& cogitemus contra Ie-
remiã cogitationes.] i.inter nos conſulamus, qualiter Ieremiam poſſimus occídere quaſi falſum ꝓ-
phetam.[Non enim peribit lex à ſacerdote,] i. in ſacerdotibus noſtris manet ſcientia & obſeruan-
Malac.2. tia legis,iuxta illud Malach.Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam,& legem de ore eius requirent.
[neq; conſilium à ſapiente,] i.à ſenioribus noſtris ſapientia non tolletur,qui ſunt iudices ordinarij.
[nec ſermo à propheta.] i.de prophetis noſtris nõ auferet̃ verbũ veritatis. quaſi dicant: Quũ hęc ità
ſo

ſe habeant,occidendus eſt Ieremias,qui contra ſacerdotes & ſapientes ꝓphetaſq; nr̃os vaticinatur,
& oı̃m horum iudicio reprobat̃.[Venite, & percutiamus eum] in [lingua,] i. graues accuſationes &
cauſas mortis ei obijciamus.[& non attendamus ad vniuerſos ſermones eius:] in quo patet eorum
deliberata peruerſitas.Contra quos orat ꝓpheta:[Attende Dñe ad me,] vota mea benignè ſuſcipiẽ-
do.[& audi vocem aduerſariorum meorum,] eos iuſtè caſtigando.Iſta, ſicut & verba ſequentia, in-
telligi poſſunt tripliciter.Primò,per modum ꝓpheticæ denunciationis. Secundò, per modum iuſtæ
imprecationis,vt diuinæ æquitati ſatisfiat,& honor Dei recuperet̃ in punitione prauorum. Tertiò,p
modum charitatiuæ precis,vt in pręſenti corrigant̃, quatenùs poſteà meliùs habeãt. [Nunquid red-
detur pro bono malum] mihi?quaſi dicat,vtiq;.[quia foderunt foueã animæ meæ.] i.vitę meæ para-
uerũt inſidias ac laqueum mortis [Recordare ꝙ ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bo-
num,] orõnes & laudes tibi pro eis fundendo,eoſq; quantùm valui excuſando, dicens: Non eſt in
hoı̃e via eius &c.[& auerterem indignationẽ tuam] i.iuſtitiæ tuæ vltionem [ab eis.] Oı̃a iſta aduerſa
Ieremias in typo Chriſti perpeſſus eſt.Et verba nunc introducta, in Chriſti perſona accipi poſſunt,
qui ait in Pſalmo:Locuti ſunt aduerſùm me lingua doloſa:Pro eo vt me diligerent,detrahebant mi-
hi,ego autem orabam:Et poſuerunt aduerſùm me mala pro bonis,& odium pro dilectiõe mea.De- Pſal.108.
niq; pœnas ſequentes Iudęi potiùs perpeſſi ſunt propter iniquitatem eorum in Chr̃m,q̃ in Ieremiã.
[Propterea da filios eorum in famẽ,& deduc eos in manus gladij.] i.fame & gladio Chaldęorum in-
terfice parentes cum filijs,patrum peccata ſequentibus.[Fiant vxores eorum abſq; liberis & viduæ,
& viri earum interficiant̃ morte,iuuenes eorum confodiant̃ gladio in prælio, & audiatur clamor de
domibus eorum:] ingredientibus hoſtibus, & occidentibus eos in ꝓprijs domibus. [Adduces enĩ
ſuper eos latronẽ repentè,] i.latrunculos Chaldæorum, vel Nabuchodonoſor crudeliſſimum regẽ
eorum.Rex enĩ ſine iuſtitia,quid eſt niſi latro magnus?[quia foderunt foueã,] i.deceptiones excogi-
tauerunt, [vt caperent me, & laqueos abſconderũt pedibus meis.] i. ꝓceſſui vitæ meę tetenderunt
nocendi aſtutias.Iſta,ſecundùm Hieronymum,veriùs exponunt̃ de Chriſto,q̃ de Ieremia.[Tu autẽ
Dñe ſcis om̃e conſiliũ eorum aduerſùm me in mortẽ.] i.cauſam meã tibi cõmendo, cui oı̃a conſtãt.
[Nè propicieris iniquitati eorum,& peccatum eorum à facie tua non deleat̃.] Si in propria perſona
hæc dixit propheta & ex zelo vindictæ,cur poſt deſtructionem Hieruſalem,populiq; ruinam, eate-
nùs deplorauit? Idcircò iſta petuntur, nè diuina iuſtitia peccatũ relinquat inultũ,& vt in obſtinatis
ac reprobis voluntas Dei ſanctiſſima cõpleatur.[Fiãt corruentes in conſpectu tuo,] i.ab hoſtibus te
cernente ſuperent̃. [in tempore furoris tui] i. tempore diræ vltionis per Chaldæos ſiue Romanos.
[abutere eis.] i.ad pœnã atq; damnationẽ applica eos, quos ad gratiã beatitudinemq; creâſti. Abuti
equidem aliqua re,eſt vti ea ad contrarium eius,ad quod directè ordinatur. Quum ergò homo ſit ad
felicitatem creatus,dicitur Deus abuti eo,dum ad pœnas damnationis eum impellit,potiſſimè ſi cõ-
ſideret̃ homo ſecundùm ea q̃ habet à Deo:ſi verò conſideretur ſecundùm ea quæ habet à ſeipſo,vi-
delicet ſecundùm malitias ſuas,quibus diſponitur ad infernum,non abutit̃ eo Deus dum eum con-
demnat. ¶ Præterea iuxta myſticum intellectum,per domum figuli quam ingreſſus eſt Ieremias,
deſignat̃ Eccleſia,in qua verbum Dei audimus. Illic Chr̃s eſt figulus,q ex eadẽ maſſa facit vaſa quæ-
dam in honorem,q̃dam in contumeliam,ſ.vaſa iræ & vaſa miſericordiæ. Frequenter autem opus in
manu Chr̃i confringitur,dum ſ.regñatus in Chriſto, vel per pœnitentiã reformatus, denuò labitur
in peccata.Eſtq; confractio iſta non ex defectu ſapientiæ aut ſaluatoris,ſed eius qui cadit. Verùm in
manu Chr̃i eſt,ipſum continuò reparare & facere de eo vas pulchrius q̃ anteà fuit:vt vbì abundauit
delictum,abundet & gr̃a. Nunquã igit̃ deſperemus,nec ſic nr̃a ſcelera aggrauemus,vt puſillanimi-
tate aut alio modo à pœnitentia retrahamur: immò quo grauiùs lapſi fuerimus, eo celeriùs ad ſum-
mum artificem,reparatoremq; om̃ipotentem ac ſuperclemẽtiſſimum properemus,qm̃ ipſe vniuerſę
ait Eccleſiæ:Eccè ſicut lutum in manu figuli,ità vos in manu mea.nempe in manu eius ſunt oẽs fines
terræ.Et de ipſo ſcriptum eſt:Et nũc pater noſter es tu,nos verò lutum:& fictor noſter es tu,& ope- Iſaiæ 64.
ra manuum tuarum om̃es nos. Et eccè Deus iſte om̃ipotens & æternus, nequaq̃ ſe implacabilẽ ex-
hibet:ſed quicquid minarum protulerit,libenter minas remittit: & propria verba quaſi retractat ac
parcit,dummodò nos de nr̃is exceſſibus veraciter pœniteamus, immò tunc in priſtinam amicitiam
nos recipit,& tantam pietatẽ oſtẽdit,gratiamq; infundit,quaſi nunq̃ offendiſſemus eum,quod vtiq;
eſt miſericordiæ penitùs incomprænhenſibilis & immenſæ. Vndè per Ezechielem ait:Si dixero im- Ezech.18.
pio,morte morieris,& ille egerit pœnitentiam;vita viuet, & non morietur: om̃ium iniquitatum eius
non recordabor.Hoc eſt igitur quod nunc ait:Repentè loquar aduerſùs gentem & regnum,vt era-
dicem &c. quibus verbis quid dulcius? quæ etiã ſpecialiter perpendẽda ſunt his, qui de deſperatio-
ne tentantur. Inſupèr ſicut Iudæi reſponderunt Ieremiæ, Deſperauimus, poſt cogitationes enim
noſtras ibimus &c.ità nunc plures à viris deuotis admoniti,vel verbo vel facto reſpondent, quòd à
ſuis peruerſitatibus non deſiſtent:quibus improperat Dñs,quòd nix & aqua fluẽs,creatori ſuo obe-

 di-

diunt,& miſer ingratuſq́; homo ei recalcitrat, impingens in vijs ſuis,i. ſcandalizãs & ſcandala pati-
Iſaiæ 26. ens,offendẽs ac ruens. Quia vt Iſaias teſtat̃,Semita iuſti recta eſt,& rectus callis iuſti ad ambulandũ.
Prou.4. Via aũt impiorum,iuxta Salomonẽ,eſt tenebroſa.neſciunt vbì corruunt. Nunquìd de petra agri de-
ficiet nix Libani?Per petram agri,intelligit̃ mens viatoris, firma ſolidaq́; in Deo: p niuem verò, gr̃a
Pſal.50. ſpiritusſan cti.Nix nẽpe alba & frigida eſt.ſic gr̃a à peccati purgat nigredinẽ,iuxta illud in pſalmo:La
Iſaiæ 1. uabis me,& ſuper niuem dealbabor.Et in Iſaia:Si fuerint peccata veſtra vt coccinum,quaſi nix alba
erunt.Gratia quoq; concupiſcentiæ temperat ac frigefacit calorem. Libanus aũt candidatio inter-
pretatur.Itaq; nix Libani,i.gr̃a Chriſti qui eſt candor lucis æternæ,nõ deficiet de petra agri,de cor-
de firmo ac ſtabili.Aut euelli poſſunt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes? Aquæ iſtę ſunt fluen-
ta ſapientiæ & ſcientiæ,cæterorumq́; donorum ſancti ſpiritûs,quas tẽtator auellere nequit, quin ex
fonte æterno paracleto adorando deſcendant in aĩas electorum.& dixerunt, Venite, & cogitemus
contra Ieremiam cogitationes.non enim peribit lex à ſacerdote,nec conſilium à ſapiente.Iſtis nunc
☞ multi ſunt ſimiles:qui à viris ſpiritalibus redarguti,indignantur & obloquuntur,atq; inſidias moli-
untur, vel ſaltem non acquieſcunt, allegantes ꝙ in ſuis ſacerdotibus, ſapientibus, atq; doctoribus,
ſana conſilia & legis diuinæ ſcientia inueniantur:& tñ agunt & approbant ea, quæ iſti deuotarij da-
mnabilia aſſerunt,vt eſt pluralitas Beneficiorũ,&c. Vndè nonnulli de hac pluralitate piè increpati,
ſtatìm reſpondent:Eccè ille & illi doctores ac ſapientes multa Beneficia habent. quaſi nõ quotidiè
videamus q̃ plures contra vitia prædicantes,loquentes,ſcribentes, qui tñ impiè, immò & ſceleratiſ-
ſimè viuunt.ꝙ item excæcant eos malitia,cupiditas,ambitio, carnalitasq́; ipſorum, cùm & Iſaias de
Iſaiæ 47. talibus proteſtetur:Sapientia tua & ſcientia tua deceperunt te.Prætereà,q̃ damnabile & enorme ſit,
iuſtum propter iuſtitiam veritatemq́; perſequi,innoteſcit ex eo ꝙ Ieremias contra perſequutores tã
horribiliter loquitur,tantaq; mala eis infligenda effatur.In tempore furoris tui abutere eis. Electis,
qui ſunt vaſa miſericordiæ,vtitur Deus tanquàm inſtrumentis ad omne opus bonum,& ad finẽ be-
atum,ad quem condidit eos,miſericordiamq́; ſuam in eis declarat, quia ad hoc creati ſunt, vt crea-
toris benignitas in eis ſempiternè reluceat. Reprobis verò abutitur Deus ſecundùm vnam cõſide-
rationem,quæ dicta eſt.Sed conſiderando eos vt præſcitos & reprobos atq; iniuſtos,non eis abuti-
tur,ſed vtitur valdè benè,ex eorum malitia plura eliciens bona, & ex eorum damnatione ſimiliter
bona multa ac magna eliciens,ſicut ex tyrannorum & perſecutorum crudelitate cõſecuta eſt iuſto-
rum exercitatio fructuoſa,ac martyrum coronatio glorioſa.Deniq; in damnatione prauorum diui-
Pſal.57. na declaratur iuſtitia,& electorum lætitia ex illorum augetur miſeria.Lætabitur etenim iuſtus cùm
viderit vindictam.Hinc ſecundùm Auguſtinum, tam bonus & ſapiens eſt Deus, quòd non ſineret
eſſe malos aut mala,niſi ſciret,poſſet,ac vellet indè elicere bona. Cætera, quomodò ſ. Deus impios
diſperdet quaſi ventus vrens,& qualiter dorſum,non faciem,eis tempore damnationis,vel etiã prę-
ſentis neceſſitatis oſtendet,patent ex præinductis.

¶ *Explanatio cap.19.Hæc dicit Dominus,Vade & accipe lagunculam.* *Articulus* 33.

HOc cap.p̃nunciat Dñs deſtructionem Hieruſalem facto viſibili,quia (vt ait Hieronymus) ſcri-
ptura diuina non ſolùm vult auribus docere populum,ſed etiam oculis.magìs enim mẽte re-
tinetur quod viſu,q̃ quod auditu ad animum puenit.[Hęc dicit Dñs:Vade,& accipe laguncũlã figuli
*à teſteã, & *de ſenioribus populi, & *de ſenioribus ſacerdotum,] i.lagunculã iſtam ſume tam de ſe-
nioribus populi,q̃ de ſenioribus ſacerdotum.Vel ſenſus eſt,ꝙ accipiat lagũculam luteam, & quoſ-
dam de ſenioribus iſtis ſecum.Iſti nanq; ſpecialiter debuerunt audire verbum Dei, atq; ad hoc vul-
* filij gum inducere. [& egredere de ciuitate] Hieruſalẽ [ad vallem * filiorũ Ennon:] de quo loco dictũ
eſt cap.7.[quæ eſt iuxta introitum portę fictilis,] i. extra muros Hieruſalem non remotè, ſed prope
portam fictilem,de qua (non eadem numero,ſed aliqua eiuſdẽ nominis) mentio fit in Eſdra,q̃ por-
ta dicta eſt fictilis,qm̃ prope eam (vt dicitur) figuli morabant̃. [& prædicabis ibì verba quæ ego lo-
quor ad te,& dices.] Ad hunc locum mittitur Ieremias,vt ibì redarguantur Iudæi,vbì peccauerunt.
Sap. 11. Siquidem per q̃ quis peccat,per hęc & punitur,ſicut in lib.Sapiẽtiæ legitur. [Audite verbum dñi re-
ges Iuda.] nõ quòd ſimul & ſemèl fuerint plures reges Iuda,ſed ſucceſſiuè,p̃ſertim ſub Ieremia.[&
habitatores Hieruſalem.Hæc dicit Dñs:Eccè ego adducam afflictionẽ ſuper locum iſtum,] i. ſup
Hieruſalem.vel ſuper hanc vallem,vtpotè ſuper exiſtentes in eis.[ità vt om̃is qui audiêrit illam] af-
flictionem,[tinniant] ambę [aures eius,] i.vehementer miretur,terreatur,ſiue condoleat,quod per
aurium deſignatur tinnitum,qui ex magno ſono cauſatur.Eſtq́; iſtud quidam modus loquendi.[eô
ꝙ dereliquerunt me] per idololatriam aliaq́; peccata. [& alienum fecerunt locum iſtum &c.] à me,
cum idolorum cultui deputando, quod fecerunt Iudæi in templo & plateis Hieruſalẽ, atq; in valle
præfata,ſicut frequenter prędictum eſt.[& repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum,] i.pue-
rorum quos idolis ſacrificauerũt, & iuſtorũ quos occiderũt,potiſſimè in diebus Manaſſæ regis Iu-
4.Reg. 22. da,q̃ repleuit Hieruſalem ſanguine innocentum vſq; ad os,vt ſcribitur 4.Reg.[Et ædificauerũt ex-
cel-

celſa Baalim,] i.aras & lucos,altaq́; loca idolis Baal.[ad comburendos filios ſuos ignì in holocauſtũ Iere.7.
Baalim.] quod 7.cap.diligenter expoſitum eſt.[quę non p̃cepi,] immò ꝓhibui,[neq; locutus ſum,]
vt facerent talia.[nec aſſcenderunt in cor meum] per complacentiã vel cõſenſum. [Propterea ecc̀è
dies venient,dicit Dñs, & non vocabitur ampliùs locus iſte Topheth,& vallis filij Ennon, ſed vallis
occiſionis,] propter multitudinem Iudæorum,qui ibidèm à Chaldæis occident̃. Totum iſtud ſuprà Ibidèm
ꝓhabitum atq; expoſitum eſt, & de multiplici acceptione noĩs Topheth, dictum eſt ibì. [Et diſſipa-
bo conſilium Iuda & Hieruſalem in loco iſto,] i. effectum conſiliorũ quibus inter ſe tractauerunt,
quõ reſiſtere poſſent Chaldæis,impediam,eoſq́; aduerſarijs tradam.[& ſubuertam] i.occídam [eos
gladio &c. & ponam ciuitatem hanc in ſtuporẽ & in ſibilum.] i. ità eam per Chaldæos demoliar &
comburam,ꝙ erit hominibus materia ſiue occaſio maximæ admirationis,aſpernationiſq́; Iudęorũ.
[Om̃is qui prætereiêrit per eam,obſtupeſcet,&c.] Iſtud p̃cedenti cap.conſtat expoſitum.[Et cibabo
eos carnibus filiorum ſuorum & filiarum ſuarum,& vnuſquiſq; carnẽ amici ſui] i. cadauer ſeu cor-
pus amici ſui occiſi,aut fame aut peſte defuncti. [comedet in obſidione & anguſtia,in qua conclu-
dent eos inimici eorum,] putà Chaldæi.[& qui quęrunt animas eorum,] i.p̃fati Chaldæi vitam Iu-
dęorum quærentes extinguere.Ex quo patet duriſſima fames, quæ fuerit obſidionis Hieruſalem à
Chaldęis. Verùm quod ait,vnuſquiſq;,intelligendum eſt per diſtributionem accommodam.Cõſe-
quenter ſubditur,cur lagunculam tulerit ſecum propheta.[Et conteres] i.fruſtatìm confringẽs [la-
gunculam in oculis virorum qui ibunt tecum.] vt ſigno viſibili præfiguretur deſtructio, quam ver-
bis pronuncias.[Et dices ad eos:Hæc dicit Dominus exercituum, ſic conteram populũ iſtum] i. per
Chaldęos occídam.[& ciuitatẽ iſtam] Hieruſalem, [ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vl-
trà inſtaurari.] i.reintegrari.ex quo aliqui dicũt, ꝙ iſtud de vaſtitate Iudæorum per Romanos facta,
intelligẽdum ſit, quia poſt Babylonicam illam demolitionem,rurſum ædificata fuit Hieruſalem,&
Iudęi ad eã reducti. Præſens autem captiuitas eorum,durat in finem:& fortè ad vtranq; deſtructio-
nem Ieremias oculum mentis direxit.[Et in Topheth] ſ.in valle prędicta,[ſepelientur] Iudęi occiſi
non oẽs,ſed quidam,[eô ꝙ non ſit alius locus ad ſepeliendum.] non ꝙ terra Iudæę fuerit tam an-
guſta,ſed metu Chaldęorum alibì iſtos ſepelire non audebant.[Sic faciã loco huic,] putà Hieruſa-
lem,[ait Dñs,& habitatoribus eius,& ponam ciuitatem iſtã ſicut Topheth,]i.in planum eam deijciã,
ità ꝙ habitacula cõburentur.Ideò ſubditur:[Et erunt domus Hieruſalem,& domus regum Iuda] i.
palatium [ſicut locus Topheth,immundę] i.funditùs deſtruentur,nec inhabitabuntur[oẽs domus,
in quarum domatibus] i.tectis ac cæteris eorum partialibus locis, [ſacrificauerunt om̃i militiæ cæli
&c.] i.planetis ac ſtellis.Erant enim tecta domorum illarum deſupèr plana.[Venit autẽ Ieremias de
Topheth &c.& ſtetit in atrio domûs dñi,] ſ.in atrio templi,vt ibì omnibus prædicaret,quod in To-
pheth coram paucis p̃dixit.[& dixit ad oẽm populum] illic prę ſentem:[Eccè ego inducam ſuper ci-
uitatem hanc,& ſuper oẽs vrbes eius] i.reliquas ciuitates Iuda,quarum Hieruſalem fuit metropolis.
[vniuerſa mala] pœnalia,[q̃ locutus ſum aduerſùm eam,qm̃ indurauerunt ceruicem ſuã, vt non au-
dirent ſermones meos.] i.habitatores eius ſuperbi,duri,atq; mihi rebelles fuerũt. ¶Prætereà ſicut
intelligentia literalis huius cap. ex ſuperiorib⁹ innoteſcit,ità & myſticus intellectus, qui p̃cipuè pa-
tet ex his quæ ſpiritualiter in expoſitione cap.7.dicta ſunt.Modicè tñ tangẽdo, per hoc,ꝙ Ieremias Iere.7.
iuſſus eſt ſecum ferre lagunculam teſteam, deſignatur ꝙ paſtor ac p̃dicator verbi Dei, loquuturus
ad populum,ſecum in corde ſuo aſſumere debet conſiderationẽ fragilitatis ac corruptibilitatis hu-
manę,quæ per lagunculam luteam ſignificat̃.Propter quod ait Apoſtolus:Habemus theſaurum iſtũ 2.Cor.4.
in vaſis fictilibus.Hanc itaq; vitæ noſtrę labilitatem ac breuitatem proponat populo p̃dicator ac pa- 1.Par.29.
ſtor,allegans illud 1.lib.Paral.Dies noſtri ſicut vmbra ſuper terrã,& nulla eſt mora.Deniq; laguncu-
lam iſtam à ſenioribus populi ſacerdotumq́;,ſumere,eſt propriæ vitæ inſtabilitatẽ atq; humanæ cõ-
ditionis miſerias,ex breuitate vitę ac morte Maiorum, ſ. p̃latorum ac principum conſiderare, iuxta
illud Baruch:Vbì ſunt principes gentium, qui in auibus cæli ludunt, qui argentum theſaurizant & Bar.3.
aurum?& tamen exterminati ſunt,& ad inferos deſcẽderunt.Inſupèr prędicator atq; pręlatus egre-
di debet ad vallem filiorum Ennon,i.ad conſiderationem noſtrę deiectionis,multiplicisq́; mœro-
ris.Vallis nanq; depreſſionem deſignat,& Ennon fons triſtitię interpretatur,quę vallis eſt iuxta in-
troitum portę fictilis,i.ingreſſum vitæ hominis in hunc mundum. Nam ab exordio noſtrę natiuita-
tis,noſtra inchoatur miſeria.Vndè infans natus,mox quaſi propheta & pręco eſt miſerię ſibi inſtan-
tis,lugubri clamans voce. Hinc in Eccõ ſcriptum eſt: Occupatio magna creata eſt om̃ibus homini- Eccl 40.
bus,& graue iugum ſuper omnes filios Adam, à die exitûs de ventre matris eorum, vſq; in diem ſe-
pulturæ in matrem omnium.Dè his itaq; prædicandum eſt populo, & adijciendum, quanta ſuppli-
cia inferat Deus impœnitentibus ac mundanis.Inſupèr ſicut conteritur lagũcula, ſic iniquos ſub-
itò conteret Deus, iuxta illud in Pſal. Deiecisti eos dum alleuarent̃, velut ſomniũ ſurgentium Dñe Pſal.72.
in ciuitate tua imaginẽ ipſorum ad nihilũ rediges.Iob quoq; 20.de impio legit̃:Si aſſcenderit vſq; ad

cælũ ſuperbia eius,& caput eius nubes tetigerit,quaſi ſterquiliniũ in fine perdeẽ, tranſiet quaſi viſio nocturna.Quicquid autẽ in iſto capitulo atq; in cæteris contra Hieruſalẽ & populum Iudæorum ad literam dicitur,& ad Chaldæos refertur,de Eccleſia ac populo Chriſtiano ſimilia vitia perpetranti, ſpiritaliter accipi debet,& de punitione eorum per viſibiles aut inuiſibiles hoſtes.

¶ *Expoſitio literalis cap.20.Et audiuit Phaſſur filius Emmer ſacerdos.* *Art.* 34.

* Phashur DEincèps deſcribiẽ diſceptatio Ieremiæ contra aduerſarios veritatis:[Et audiuit *Phaſſur filius Emmer ſacerdos, qui conſtitutus erat princeps in domo Dñi,] i. pontifex templi ſecundùm Hieronymum.[Ieremiã prophetantẽ ſermones iſtos] de deſtructione Hieruſalẽ,in præcedenti capitulo ſcriptos.[& percuſſit Phaſſur Ieremiam prophetã,] vel per ſeipſum, vel per aliquẽ miniſtrorum, Acto.23. quemadmodùm in Act.legitur Ananias princeps ſacerdotũ iuſſiſſe cædi os Pauli. [& miſit eũ in neruum,] i.cippum,[quod erat in porta Beniamin ſuperiori.] Fuit equidem ibì duplex porta,videlicet ſuperior atq; inferior.[in domo Dñi.] i. infra eorum ambitum, quæ ad templum ſpectabant.[Cumq́; illuxiſſet in craſtinum] i.ſequenti die [eduxit Phaſſur Ieremiam de neruo] per ſuos miniſtros.Ex ꝑdictis oſtendiẽ patientia Ieremiæ,qui propter iuſtitiam cæſus, æquanimiter tulit ac tacuit. Porrò ex verbis ſequẽtibus fortitudo itemq́; conſtantia eius inſinuatur. [& dixit ad eum Ieremias: Non Phaſſur vocauit Dñs nomen tuum,ſed pauorem vndiq;] i. cùm nomen à proprietate imponaẽ, * os nigredinis pristinum nomen amittes,quod *oris nigredo interpretatur.Per os autẽ,iubendi authoritas:per nigredinem verò, poteſtatis abuſio deſignatur. Quoniam ergò mox poteſtatem & authoritatem ſua abuſione erat amiſſurus,non ampliùs Phaſſur vocatur à Deo,ſed pauor vndiq;. cuius noĩs ſubditur ratio:[quia hæc dicit Dñs:Eccè ego dabo te in pauorẽ, te & oĩes amicos tuos,] i.tanto timore atq; anguſtia te ac tuos implebo,vt meritò pauor vndiq; nomineris,quia ex oĩi parte miſeriæ tibi inſtabunt,& huc illucq́; pro refugio circunſpicies. [& corruent gladio inimicorũ ſuorum,] i. à Chaldæis amici tui interficientur.[& oculi tui videbunt] hoc,vt non ſolùm in ꝓpria pſona, ſed & in perſonis amicorum tuorum affligaris,quos ſeduxiſti.[& oẽm Iudam] i.totum populũ Iudęorũ.[dabo in manus regis Babylonis &c.] nõ abſolutè oẽs,nam aliqui euaſerunt,vt infrà patebit.ſed oẽs dandi dicũtur,qa tam pauci euaſerunt,ꝙ cõparatione aliorum quaſi nulli videbanẽ.[& dabo vniuerſam ſubſtã * oĩes labores tiam] i.facultates[ciuitatis huius,& *oẽm laborẽ eius,oĩeq́; precium] i.diuitias laboribus acquiſitas, & cætera q̃ laborando fecerunt. [& cunctos theſauros regũ Iuda] i.adhuc in Hieruſalẽ exiſtẽtes,[in manu inimicorũ eorũ] ſ.Chaldæorum.[& diripient eos,& tollent,& ducent in Babylonẽ.] Iſta expoſitione nõ egent.[Tu aũt Phaſſur,& oẽs habitatores domûs tuę,ibitis in captiuitatẽ,& in Babylonem venies,& ibì morieris, ibiq́; ſepeliéris tu,& oẽs amici tui,] illi videlicet, q in terra hac non fuerint interfecti. [quibus ꝓphetâſti mendacium,] vtpotè ciuitatẽ Hieruſalem à Chaldæis non capiendam.Inſupèr Ieremias ſermonẽ ſuum dirigit ad Deũ, afflictiones ſuas illi humiliter confitens ac fiducialiter conquerẽs, non quaſi vltionẽ affectans, ſed conſolationem diuinã efflagitans: [Seduxiſti me Dñe,& ſeductus ſum.] Hunc locum ſic exponit S.Hieronymus:Dicit ſe ꝓpheta à Dño eſſe ſeductum,quia in principio ſuæ illuminationis ꝓphetalis audiens à Deo, Prophetã in gentibus dedi te:
Iere.1. Et iterùm,Eccè conſtitui te hodiè ſuper gentes & regna,vt euellas & deſtruas, & ędifices & plãtes:
Ibidèm arbitratus eſt nihil ſe contra Iudęos eſſe dicturũ, ſed contra diuerſas in circuitu natiões:vndè & ꝓphetandi officium libenter aſſumpſit.Nunc verò teſtaẽ eueniſſe contrarium,ità vt captiuitatẽ Hieruſalẽ prenũncians,pſecutiones & anguſtias ſuſtineret.Sed cùm Deus ſit veritas ipſa,quõ ad eum ptinet ſeducere quenquã?Et reſpondendum, ꝙ directè & per ſe ſeu effectiuè neminẽ fallit, erraréue
Ezech.14. facit,ſed pmiſſiuè duntaxàt,iuxta illud Ezechielis: Propheta cùm errauerit, ego Dñs decepi ꝓphetã illum:hoc tñ de pſeudo ꝓphetis exponiẽ, qui errauerunt errore culpabili.Prætactus aũt error Ieremiæ,quo ſe putauit cõtra Iudæos nil loquuturũ,non habuit rationẽ peccati,nec fuit culpabilis, ſed qdam defectus plenioris cognitiõis.Deniq; eſt quædã bona & fructuoſa ſeductio,tam actiua q̃ paſſiua.Seductio actiua laudabilis, eſt dum qs induſtrioſè per verba aut facta non falſa neq; iniuſta,ſed prudenter ꝓpoſita, inducit aliquem ad id quod expedit ſibi, ad quod non induceret tam promptè, ſi alter totum quod habet in mente ſua,ei manifeſtaret.Seductio verò paſſiua fructuoſa,eſt qua aliquis per talem proceſſum ad bona induciẽ, cum æſtimatione actuali aut virtuali, ꝙ alter non indu-
Iere.1. ceret eum ad talia.Sicq́;,ſecundùm Hieronymũ, videtur contigiſſe Ieremiæ. Nam quia in principio cùm loqui cœpit ad eum Dñs, adhuc puer fuit, Dñs non ſtatìm ei reuelauit, qualiter contra Iudæos loquuturus,atq; ab eis paſſurus eſſet.Alij dicunt,ꝙ Ieremias verba hæc profert ſecundùm inferiorẽ animæ patrem,appetitumq́; ſenſitiuum ſeu ſenſualem, quo naturaliter tantas perſecutiones refugiebat atq; abhorruit,quanuìs ſecundùm ſuperiorem animæ portionem eas propter Deum accepta-
Mat.26. uit,quemadmodùm & Chriſtus orauit calicem paſſionis auferri à ſe. Vndè textũ ità expono:Seduxiſti me Dñe,& ſeductus ſum,i. per hoc quòd me ad prophetandum deſtinâſti, incidi in tanta mala pœnalia,quòd ſecundùm partem ſenſitiuam ſupra modum abhorreo. Sed non appáret quòd pro-

pter

pter iſtum horrorẽ aſſereret ſe ſeductum, niſi fortè inquãtùm hic horror fuit ei occaſio proferendi hæc verba.Idcircò prima expoſitio aptior eſt,ità ꝙ Ieremias dicit ſe quaſi circunuentum à Deo,qui ei velutì magna ac proſpera prænunciauit atq; ſpopondit,& nunc cum tot aduerſitatibus addicit,& exercet.[Fortior me fuiſti,] quia oĩpotens es. [& inualuiſti,] i. per oĩipotentiam tuã gratiamq́; mirabilẽ,inclinâſti me ad loquendum, agendũ, ac patiendum ſecundùm beneplacitum tuum,ſeu tibi placentia,ad quæ ex meipſo nequaq̃ afficiebar,immò potiùs abhorrebam.Corda ſiquidem hoĩm in Prou.21. manu Dei ſunt,& quôcunq; voluerit vertit ea, etiã abſq; eorum violentia: immutat eñ voluntatem immediatè,& afficit eam vt vult,iuxta illud Iob:Qui immutat cor principum terræ.quibus verbis S. Iob12. Iob addit,& decipit eos vt fruſtrà incedant per inuium.quod Deum facere permiſſiuè,intelligendũ eſt.[Factus ſum in deriſum tota die.] i.inceſſanter à Iudęis derideor,tanq̃ arreptitius atq; phantaſticus. Ezech.12. Vndè ad Ezechielem Dñs ait:Portentũ te dedi domui Iſrael.[Oẽs] iſti ſ.qui ſunt de parte Phaſſur pontificis.[ſubſannant me:] deriſum & aſpernationẽ mentalẽ cum exteriori indicio,vtpotè naſi rugatione,monſtrantes.[quia iam olim loquor] i.multis iam diebus denunciaui deſtructionẽ Hieruſalem.[vociferans iniquitatẽ] i.Chaldęorum crudelitatẽ,vel Iudæorũ iniqtatem, qua vaſtari meruerunt.[& vaſtitatẽ clamito.] i.Iudęorum oppreſſionem indeſinenter ꝓnuncio.[Et factus eſt mihi ſermo Dñi in opprobrium & in deriſum tota die.] i.qa ea quæ diuinitùs ſum locutus,non ſtatìm impleta ſunt,neq; adhuc implentur,reputant me mendacem ac ſeductorem.[Et dixi:Non recordabor eius] i.verba Dñi vltrà in animo non reuoluam,[neq; loquar vltrà in noĩe eius.] i.decæterò nõ prophetabo ad populum in noĩe Dñi. Hoc dixit propheta humanum aliqd paſſus, videlicet ſecundùm inferioris partis impulſum,non ſecundùm deliberatã rationem.Vndè ſecundùm Hieronymũ,dixit ſeu cogitauit hoc ſtultè,tactus pudore.Cumq́; hæc dicerẽ,[factus eſt in corde meo quaſi ignis exęſtuans] i.ſermo Dei intrà conceptus,mentẽ meam vehementer accendit atq; percuſſit, ità ꝙ erumpere conabaẽ,hoc eſt,Deus inflãmauit me ad loquendũ,ità ꝙ gratia dñabatur naturæ, & ad id quod ꝓpria infirmitate abhorrui,diuino adiutꝰ ſubſidio,æſtuabã ac plurimùm afficiebar, ſicut de Ioſeph Pſal.104. habeẽ in pſal.Verbum Dñi inflãmauit eum.[clauſuſq́; in oſſibus meis.] i.intra me quaſi violenter arctatus,inſtàr aquę bullientis,quę prohibeẽ aſcendere.Feruor aũt atq; affectio ſuperioris animę partis,in ſenſitiuam partem & corpus redũdat.Sunt quoq; ſpiritalia animę oſſa,putà virtutes,intra quas Eccl.3. cuſtodiẽ & claudiẽ ſermo Dei,vt opportuno tempore effundatur.Tempus eñ tacendi,& tempus loquendi,ſecundùm quod prudentia docet,charitaſq́; requirit.[Et defeci,] i.ſpũaliter quaſi reſolutus ſum calore verbi infuſi,[ferre non ſuſtinens] tantũ ſpũſancti impulſum, quin ſequerer eũ, diuinæ negens inſpirationi reluctari.Vñ alia tranſlatio habet:Vndiq; diſſolutꝰ ſum. Deniq; tã intentiſſimæ illuminationes & affectiones ad Deũ,corporalẽ naturam non parùm debilitant & affligunt,ità vt homo exuberantiam illuminationis inflãmationiſq́; ſpiritusſancti ferre non valeat,iuxta illud Danielis: Dan.8. Ego Daniel langui & ægrotaui poſt viſionem per dies. Porrò quòd Ieremias taliter victus ſit à ſpũſancto ad proferendum quæ horruiẽ, ſequẽtia verba teſtantur. [Audiui enim] ego Ieremias[cõtumelias multorum,] ſ.Iudæorum mihi iniuriantium. [& terrorem] i. verba terrifica [in circuitu] i. ex oĩi parte aduerſùm me.Et quæ fuerint verba hæc,ſubditur:[Perſequimini, & perſequamur eũ.] Ità nanq; dixerunt aduerſarij Ieremiæ,ſe mutuò cohortantes ad eius perſecutionẽ,vna parte dicente ad aliam,Perſequimini eum:& omnibus concorditer colloquentibus,Perſequamur eum.Iſta audiui [ab omnibus viris qui erant pacifici mei,] i.qui ante vaticinia mea fuerunt amici mei,vel adhuc pacificos ſe mihi fingebant.[& cuſtodientes latus meum,] i. mihi ſe familiariter applicantes, quanuis cõfictè.vel cuſtodientes latus meum, i. me vndiq; obſeruantes, & vbilibèt inſidiantes,qui inter ſe dixerunt:[ſi quo modo decipiatur,] i.ſi aliqua via,ſiue per ſimulationem,ſiue per territionẽ, cum fallamus. [& præualeamus aduerſùs eum.] i. taliter eum accuſemus, quòd ſe nequeat excuſare. [& conſequamur vltionem ex eo,] i. morti eum faciamus adiudicari, ſicq́; quaſi ſecundùm legem eum interficiamus.Hoc dixerunt,quanuìs Ieremias ſecundùm veritatem nihil forefecerit eis,ſed ſuperbi irrationabileſq́; effecti,reputabant ſibi ab eo illatam iniuriam,quòd eos repræhẽdit tam ſtrenuè, & tot pœnis mox puniendos aſſeruit.Deincèps Ieremias ſecundùm rationem diuinitùs illuſtratam loquens,conſolatur ſeipſum: [Dominus autem mecum eſt] per gratiam adiutricem. [*quaſi bella- * tanquàm tor fortis.] i. pugnans potenter pro me,aduerſariorumq́; deiector, de quo Moſes fatur: Dominus Exod.15. quaſi vir pugnator,omnipotens nomen eius. [Idcircò qui perſequuntur me, cadent:] quia à Chaldæis occiſi fuerunt,& ipſa ſua impietate ſpiritaliter corruerunt,iuxta illud Prouerb.In impietate ſua Prouc.11. corruet impius. [& infirmi erunt:] quoniam aduerſarijs reſiſtere non valebant. [& confundentur vehementer,] tam in præſenti coram Chaldæis, quàm in die iudicij. [quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum,quod nunquàm delebitur.] i.damnationem ęternam non conſiderauerũt, vel diffamiam quam incurrunt in cordibus iuſtorum ac ſapientum, qui perſequuntur Dei miniſtros ac ſanctos:[Et tu Domine exercituum, probator iuſti,] id eſt, iuſtitiæ approbator, & iuſtorum exa-

 mi-

minator atq; probator, q̄ ſicut ſolus cordis intima cōſpicis, ſic ſolus iuſtitiā probas, de quo fertur in
Pſal. 9. Pſal. Sediſti ſup thronū qui iudicas iuſtitiā. Eſt quoq; Deus ꝓbator iuſtorū, q̄m per aduerſa eos ex-
Zach. 13. erçet & probat, vt pateat alijs, an veraciter iuſti ſint. Ideò per Zach. loquiť: Ducam eos per ignem, &
vram eos ſicut vriť argentum, & probabo eos ſicut probať aurum. [qui vides renes & cor,] i. intelle-
Pſal. 85. Pſal. 25. ctiuam ac ſenſitiuam aīæ partem cognoſcis, de quibus ait Pſal. Cor meum & caro mea exultauerunt
in Deum viuum. Et itē: Vre renes meos & cor meum. [Videam, quęſo, vltionē tuam ex eis.] zelo ęq-
tatis, non impatientia, id precať. Ideò nempe ait, vltionem tuam, non meam: vt ſatisfiat diuinæ maie-
ſtatis honori, nec ſapiētiæ Dei, quæ nihil inordinatum deſerit, derogeť, atq; vt impij in p̄ſenti ad ſu-
am vtilitatem corrigantur. [Tibi enī] non quaſi ignoranti, ſed noſtram verā ac humilem confeſſio-
nem amanti ac requirenti, [reuelaui cauſam meā:] i. negocium meum, quod cum perſequutoribus
Rom. 2. habeo, illius deciſionem tibi cōmittens, qui infallibiliter iudicas, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. Sci-
Deut. 32. mus q̄m iudicium Dei ſecundùm veritatem eſt. Ipſe etenī ait: Mihi vindictam, & ego retribuā. [Cā-
tate Dño] gratias referendo. [Laudate Dñm,] eius bonitatem, æquitatem, virtuoſaq́; opera extollē-
do. [q̄m liberauit animam pauperis,] vtpotè Ieremiæ humilis ac egeni, [de manu malorum,] vtpotè
infidelium Iudæorum. Inuitat Ieremias vniuerſos, vt gratias referant Deo, eô ꝙ ſe iam viciſsìm eri-
puit, & poſt ſæpiùs erepturus fuit de ſupplicijs perſequutorum ſuorum, ſecundùm quod Deus reue-
Pſal. 9. lauit eidem. Deniq; Deus piiſſimus ſpecialiter pauperum eſt adiutor, & iniuriarum eorum terribi-
& 33. lis vltor, iuxta illud in Pſalmo: Tibi derelictus eſt pauper. Et rurſus: Iſte pauper clamauit, & Domi-
Iſaiæ 25. nus exaudiuit eum. De quo beatiſſimus Iſaias gratias referens Deo ſublimi & benedicto, ait: Exal-
tabo te Domine, & confitebor nomini tuo, qui factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatione
ſua. Quæ autem ſequūtur, eo maiorem expoſitionem requirunt, quo prima facie mirabiliùs ſonant.
[Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Maledictus
vir qui annunciauit patri meo, dicens: Natus eſt tibi puer maſculus, &c.] His ſimile eſt, quod in Iob
Iob 3. ſcriptum eſt: Aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, & dixit: Pereat dies in qua natus ſum, & nox
in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo. Dies illa vertatur in tenebras. Maledicant ei qui maledicūt
diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan, quia non concluſit oſtia ventris qui portauit me. quarè non
in vulua mortuus ſum? egreſſus ex vtero non ſtatìm perij? Hæc & cætera verba Iob, dicit B. Grego-
rius non poſſe ad literam accipi. Primò, q̄m videntur verba hoīs penitùs impatientis ac deſperan-
tis. Secundò, q̄m irrationabiliter ſonant, impoſſibilitatemq́; continent. Quō enim dies natiuitatis iā
diù elapſa, poſſet perire, aut verti in tenebras, quum eadem redire non poſſit, præſertim cùm ſit de
gn̄e ſucceſſiuorum? Hinc ſecundùm Gregorium S. Iob parabolicè & ęnigmaticè loquitur. Vndè 4.
Moralium ait Gregorius: Quid enim debet per diem natiuitatis, niſi omne hoc tempus noſtrę mor-
talitatis, intelligi? quod q̄ diù nos in hac noſtræ mortalitatis corruptione retinet, æternitatis nobis
incommutabilitas non appáret. Qui igitur diem æternitatis iam fideliter videt, ægrè diem ſuæ mor-
talitatis ſuſtinet. Quid eſt ergò diei natiuitatis maledicere, niſi apertè dicere: Dies mutabilitatis per-
eat, & lumen æternitatis erumpat? Porrò ſi verba Iob ad literam ſtare non poſſunt, ergò nec Iere-
miæ, immò & verba Ieremiæ minùs q̄ verba Iob. Iob enim non maledixit, niſi diei & nocti, Ieremi-
as etiam homini qui beatitudinis capax eſt, maledicit, & vt appáret, ſine cauſa. Quid enim homo
ille peccauit, natiuitatem Ieremiæ ſuo patri narrādo? Inſupèr, quod mirabiliùs ſonat, adiecit: Sit ho-
mo ille ſicut ciuitates, quas ſubuertit Dñs, qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea ſe-
pulcrum, & vulua eius conceptus æternus. Quarè de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborem & do-
lorem, & conſumerentur in confuſione dies mei? Quid prima facie mirabiliùs ſonat? quis nanq; po-
tuit infantem ſine peccato mortali occídere? Et cur quis maledicitur, eô quòd prętermiſit, quod ſi-
ne grauiſſimo ſcelere perpetrare non potuit? Poſtremò, quæ eſt iſta patientia, malle non eſſe na-
tum, quàm mala huius ſeculi ſuſtinere? Itaq; pro explanatione horum verborum, primò videndum,
quid circa hunc locum S. ſcribat Hieronymus. Ait enī: Verba Iob huic Ieremiæ teſtimōio coapta-
mus, quòd ſ. melius ſit non eſſe, quàm viuere in ſupplicijs. Iuxta illud quod ſcriptum eſt Iob 3. Qua-
Mat. 26. rè data eſt miſero lux, & vita his qui in amaritudine animæ ſunt? Et in Euangelio: Melius fuerat illi,
Gen. 47. ſi natus non eſſet homo ille. Non ꝙ ſit qui natus non fuerit, ſed ꝙ melius ſit non eſſe, quàm malè
eſſe. Vndè & Iacob eô ꝙ vixerat in labore & anguſtia, dies ſuos paruos & malos appellat. Verùm his
verbis obijci poſſet, ꝙ cùm mala pœnæ, ſ. tribulationes vitæ præſentis, cooperentur electis ad maxi-
ma bona, videlicet ad incrementum grǣ in via, atq; ad incrementum gloriæ in patria, ad prætérito-
rum quoq; peccatorum emundationem: non eſt abſolutè loquendo, melius non eſſe, q̄ eſſe in ſup-
plicijs vitæ p̄ſentis, aut etiam purgatorij. Prætereà, cùm patientia ſit virtus moralis, paſſionem triſti-
Prou. 13. tiæ moderans ac refrenans, ad virtuoſum pertinet, ꝓpter aduerſa non immoderanter contriſtari, p̄-
Iaco. 1. ſertim cùm Salomō dicat: Nō cōtriſtabit iuſtū quicq̄d ei acciderit, immò potiùs de eis gaudere, quē-
admodùm Iacobus loquiť: Omē gaudiū exiſtimate fratres, cùm in diuerſas tētatiōes incideritis. Chri-

ſtusq́; in Euangelio: Gaudete in illa die & exultate, q̄m merces veſtra copioſa eſt in cęlis. Hinc ergò Lucæ 6.
S. Thomas ſup Iob, expoſitionē S. Hieronymi quaſi reſoluens atq; p̄ficiens, ait, ꝙ aliq̄d ſit cōtriſta-
bile ac fugibile, conſideratū ſecundùm ſe, quod tn̄ acceptabile eſt & amabile, relatū ad finem, ſicut
medicina amara, & ſecari & vri. Referre aūt aliq̄d ad finē, non eſt ſenſitiuæ partis, ſed rationis. Vndè
ſi quis de potione amara vel ſecatione loquereť ſecundùm ſenſitiuā partē, diceret eam durā ac fugi-
endā: ſi verò ſecundùm rationē, diceret eā bonā & appetendā. Similiter ipſum eſſe & viuere, quāuìs
ſit ſecundùm ſe amabile ac delectabile, ſi tn̄ ſubditū ſit varijs afflictionibus, reddiť cōtriſtabile atq;
odibile: & hoc ſecundùm ſenſitiuam aīæ portionē, non autem ſecundùm rationem, cuius eſt cuncta
aduerſa pro Dei honore futuræq́; felicitatis amore æquanimiter ferre. Beatus itaq; Iob volens ſim-
pliciter enunciare diſpoſitionē ſuæ ſenſitiuæ partis, miſerias in q̄bus erat, abhorreſcentis, principio
ſuæ vitæ, eiuſq́; continuationi maledixit: quanuìs ſecundùm rationē, per virtutem patientiæ illas ac-
ceptârat miſerias, quēadmodùm Chriſtus apud Matthęum dixit: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mor- Matth. 26.
tem. Et, Tranſeat à me calix iſte, volens exprimere diſpoſitionem ſuæ animæ ſecūdùm partem ipſi-
us ſenſitiuam. Eodem modo nunc dicendum de Ieremia, ꝙ ſ. omnia verba hîc poſita, dicit ad inſi-
nuandum magnitudinē ſuæ afflictionis, & quantùm pars ſenſitiua infeſtationes illas abhorruit. Hāc
quoq; Thomæ explanationem ſequitur Lyra hoc loco, quāuìs eandem ſuper Iob inſufficientię no-
tet inſufficienter. Scribit nanq; hoc paſſu: Verba Ieremiæ non ſunt impatientis, ſed exprimētis hor-
rorem ſenſualitatis reſpectu mali imminentis, quod tamen ſecundùm rationem patienter portauit.
Eritq́; ſenſus: Maledicta dies in qua natus ſum, i. ſi ſenſualitatis imitarer horrorem, maledicerem di-
ci ortûs mei, ſicut & hi, qui ſeipſos propter aduerſa illata aut imminentia perimunt. Pari modo adie-
cit: [* Maledictus vir qui annunciauit patri meo, natus eſt tibi puer: & maledictus, qui non interfe-
cit me à vulua:] i. ante egreſſum de ea, [vt fieret mihi mater mea ſepulcrum,] ità quòd de eius vtero
nunquàm exirem. [& vulua eius, conceptus æternus.] i. ſic eſſem per genitale maternum conceptus,
quòd nunquàm prodiſſem ad ortum. [Sit homo ille vt ſunt ciuitates quas ſubuertit Dñs, & non pœ-
nituit eum:] i. irreparabiliter pereat, quemadmodùm Sodoma & Gomorrha, de quarum ſubuerſio- Gene. 19.
ne Deus nunq̄ pœnitere ſe oſtendit, quoniā eas non reparauit. [Audiat clamorem manè, & vlulatū
in tempore meridiano,] i. etiam in præſenti continuis terroribus affligatur vlulatu ac ſtrepitu, hoc
eſt, tantis calamitatibus premor, ꝙ ſi ſenſualitatem ſectarer, & mala quibus circundor, ſecundùm ſe
conſiderarem, præfato modo maledicerem iſtis. Pariformiter intelligendum quod ſubditur: [Qua-
rè de vulua egreſſus ſum, vt viderem] i. ſentirem atq; pœnaliter experirer [laborem & dolorem, &
conſumerentur in confuſione dies mei?] i. tempus vitæ meæ in præmemoratis irriſionibus, ſubſan-
nationibus, confuſionibus mihi ab aduerſarijs meis illatis, expenderem. Quibus verbis pandit pro-
pheta, quanta ſuſtinuerit mala. Secundùm hunc modū etiā Salomon ait in Eccleſiaſt. Vidi calumni- Ecclés 4.
as q̄ fiunt ſub ſole, & laudaui magìs mortuos quàm viuentes, & feliciorē vtroq; iudicaui qui necdū
natus eſt, nec vidit mala q̄ fiunt ſub ſole. Prætereà aliqui aſſerūt, ꝙ Ieremias dixit hæc verba ex ſub-
ita mentis turbatione, ſcripſit tamen ea ex deliberatione, nè deſperemus, ſi viciſsìm graui turbatio-
ne, aut irrefrenata locutione lapſi fuerimus. Poſtremò, mihi appáret ꝙ totus hic locus exponi poteſt
per modum hyperbolicę locutionis, qua aliquid dicitur per exceſſum, non ꝙ loquens ſic aſſerat vel
intendat, ſicut verba eius prima facie ſonant, ſed quoniā magnitudinem rei vel ſuæ affectionis ali-
ter nequit tam conuenienter exprimere, vt in Ioanne legitur: Multa alia fecit Ieſus, quæ ſi ſcribātur Ioan. 12.
per ſingula, nec ipſum mundum arbitror poſſe capere eos qui ſcribendi ſunt, libros. Quo enim viri
virtutum præſentis vitæ mala vitioſa atq; pœnalia profundiùs penſant, futuræq́; vitæ pacem & glo-
riam magìs perpendunt, eo plùs attædiantur de vita præſenti. Poteſt aūt circa prædicta moueri hæc
quæſtio. Nam teſte Apoſtolo, Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt. Quomodò Rom. 15.
ergò viri ſancti verba iſta maledictoria ꝓtulerūt, in q̄bus potiùs ſcandalizari quàm doceri videmur?
Et reſpondendū, ꝙ vtiq; ex verbis p̄fatis documenta ſaluberrima ſumere poſſumus, Primò ſ. quāta
electi Dei in ſeculo iſto perpeſſi ſunt. Secundò, ꝙ vita ſeculi huius nō ſit immoderantiùs appeten-
da, in qua tot calamitates occurrunt, totq́; peccata cōmaculant. Tertiò, ꝙ hominibus virtuoſis non
ſemper æqualiter adeſt conſolatio illa exuberans ſpiritûs ſancti, ſed ſæpè diſpenſatiuè ſubtrahitur.

¶ *De myſtico eiuſdem cap. 20. intellectu.* *Articulus* 35.

PEr Phaſſur pontificem Iudæorum, qui Phaſſur os nigredinis interpretatur, intelliguntur prin-
cipes & prælati Eccleſiæ ſua poteſtate abutentes, in quibus eſt os per authoritatem loquendi, &
nigredo per libertatem, conſuetudinem, audaciamq́; peccandi. Eo quippe licentiùs ſiue audaciùs
peccant, quanto magìs impunè: qui tanto horribiliori ac duriori iudicio iudicabuntur à Deo, quā-
to nunc minùs iudicanť, repræhenduť, ac puniunť ab hoīe. Quēadmodùm igiť Phaſſur pcuſſit, in
imoq́; poſuit Ieremiam, quia verbū Dei ſine alicuius palpatione p̄dicauit, corripiens impios, & tor-
menta eorum p̄dicens: ità nunc multi ſuperiores cædūt aut perſequunť hos, qui eis verbū veritatis

Prou. 15. liquidò ꝑdicant.Ideò in Prouerb.Salomon proteſtaẽ:Non amat peſtilens eũ qui ſe corripit, & abo-
minantur impij iuſtũ.Deniq; iſtis iuſtorũ perſecutoribus tãta imminet clades,pœna ac vaſtitas,ſaltẽ
in morte & poſt mortẽ, ꝙ priſtinũ nomen rectè dicunẽ amittere, & pauor vndiq; appellanẽ,quibus
Iob 22. eueniet illud in lib.Iob:Propter iniquitatẽ tuã circundatus es laqueis,& cõturbat te formido ſubita.
Vndè Dñs ait ad eos:Eccè dabo te in pauorẽ,te & oẽs amicos tuos,i.horribiliter vos dãnabo,& cor-
ruent gladio inimicorũ ſuorũ.Nũc eñ quotidiè ruunt peccãdo, & ſpiritaliter occidunẽ gladio dia-
bolicæ tẽtationis,deindè torquebunẽ ab eis in inferis. Et oẽm Iudam dabo in manus regis Babylo-
nis,i.principis totius cõfuſionis,putà diaboli,cui tradunẽ qui iniuſtis principibus & ꝑlatis cõformã-
tur in vitijs.Tu aũt Phaſſur,& oẽs habitatores domûs tuæ,i.tu ꝑlate & princeps iniuſte, cũ vniuerſis
tibi miniſtrantibus,cohabitantibus,cõſentientibusq; in malo.ibitis in captiuitatẽ: qa nunc vinculis
1.Ti.2. dæmonũ conſtringunẽ,& ſerui ſunt impietatis,dicẽte Apoſtolo ad Timot.Reſipiſcãt à laqueis dia-
boli,à quo captiui tenenẽ ad ipſius voluntatẽ.Deindè in tartarei carceris captiuitatẽ trahenẽ, ſecun-
Iſaiæ 24. dùm illud Iſaiæ:Viſitabit Dñs ſup militiã in excelſo, & ſup reges terræ, & cõgregabunẽ cõgregatiõe
vnius faſcis in lacũ,& claudenẽ in carcere.& in Babylonẽ,i. in confuſionẽ vitiorũ, & in infernũ, vbì
vmbra mortis & nullus ordo,venies,ibiq; morieris morte miſeriæ æternalis, q̃ eſt mors ſecunda,iu-
Apoc. 21. xta illud Apocal.Pars illorũ erit in ſtagno ardente igne & ſulfure,quod eſt mors ſecunda,cui oppo-
Lucæ 16. niẽ vita gloriæ.& ibì ſepeliẽris,ſicut mortuus eſt diues,& ſepultus eſt in inferno. & oẽs amici tui, q-
bus ꝓphetâſti mendacium. Prophetãt nempe mẽdacium, qui ſubditis ſuis ſeu proximis nimiùm de
diuina miſericordia blandiunẽ, & vana ſecuritate eos reſoluunt ac fallunt.Seduxiſti me Dñe,& ſedu
ctus ſum.Beati qui bona ſeductione ſeducunẽ à Deo,& quaſi cõtra proprium velle inducunẽ ad ope-
ra virtuoſa,qui etiã dicere habẽt: Fortior fuiſti,& inualuiſti. Non eñ ignoramus, qualiter interdùm
nonnulli quaſi reluctari nitunẽ contra ſpiritûsſancti inſtinctũ, quo inclinanẽ ad mundi contemptũ,
vel religionis ingreſſum. ſed ꝑualet ſpiritusſanctus, & ipſi ſalubriter ſuperantur.Factus ſum in deri-
ſum tota die.ſicut frequenter iam patuit, Ieremias verbis ſuis, factis, ac perſecutionibus ꝑfigurauit
apertiſſimè Chr̃m.Hinc multa eorum q̃ nunc dicit,competunt Chriſto, qui ait in Pſal.21.Om̃es vi-
Pſal. 68. dentes me,deriſerunt me.Om̃es ſubſannant me,iuxta illud:In me pſallebant qui bibebant vinum.
Iſaiæ 52. Iſaias quoq; ait:Inglorius erit inter viros adſpectus eius.quia iã loquor vociferans iniquitatẽ,i.Iudę-
Matth. 23. orum peccata redarguens,ſicut in Euangelio recitaẽ:& vaſtitatem clamito,dicens Iudæis: Relinquẽ
Lucæ 19. vobis domus veſtra deſerta.Et iterùm dicens cũ fletu:Circundabunt te inimici tui vndiq;.Hinc eñ
perſecuti ſunt Chr̃m,quẽadmodùm Sapient.2.habẽ:Dixerunt impij: Circumueniamus iuſtum, qm̃
contrarius eſt operibus noſtris,& improperat nobis peccata legis.Promittit ſe ſcientiam Dei habe-
re,& filium Dei ſe nominat.Et factus eſt ſermo Dñi mihi in opprobrium & in deriſum tota die.Hoc
eſt quod loquiẽ Chriſtus ad patrẽ in Pſal.68. Qm̃ propter te ſuſtinui opprobrium. Et dixi:Non re-
cordabor eius,neq; loquar vltrà in nomine eius.Iſtud nõ cõpetit propriè Chr̃o, ſed mẽbris eius in-
terdùm cõtingit hæc dicere,quãdò videlicet viri ſpiritales vident ſe ꝑdicando nihil ꝓficere:immò
econtrariò ab auditoribus minas,irriſiones aut obloquutiones,vel ictus recipere: tunc eñ quãdoq;
ꝓponunt à ꝑdicatione ceſſare, hoc eſt,nõ recordari noĩs Dei ad alios,neq; in noĩe Dei ipſis ſermo-
cinari:ſed nõnunq̃ ſubitò accendunẽ à ſpiritusſancto ad ꝑdicandum,ità ꝙ zelo Dei charitateq; pro-
ximorũ ſuccenſi,tacere nõ queant.& tunc dicere poſſunt quod ſubditur: Et factus eſt in corde meo
quaſi ignis æſtuãs,clauſusq; in oſſibus meis:& defeci,ferre nõ ſuſtinẽs.Hoc dicãt,qbus & illud Pſal-
Pſal. 38. mi cõtingit:Cõcaluit cor meũ intra me,& in meditatione mea exardeſcit ignis.Hinc in Prouerb.le-
Prou. 30. gitur:Om̃is ſermo Dei ignitus.Et in Pſal. Ignitũ eloquiũ tuũ vehemẽter. Quid eñ ſunt verba Dei,
Pſal. 118. niſi ſcintillæ ſpiritûsſancti,qui eſt ignis & ardentiſſimus amor? Væ igitur his, q frigido corde verba
Dei ꝓferunt,cogitãt ſiue ſuſcipiũt.Nõnè ſermo Dei in pectore ſancti Effrem arſit vt ignis, q̃ abun-
dantiã gr̃arum ſibi deſupèr influentiũ ferre non valens,clamauit ad Dñm:Cõtine vndas gr̃æ tuæ? O
quotiès talia cõtigerunt amãtiſſimis Dei pueris,Bernardo,Franciſco,multisq; alijs, ità vt munificẽ-
tiã cæleſtis influxiõis ferre nequaq̃ valentes,laberenẽ in ecſtaſim & ſtuporẽ,totiusq; corporis obri-
geſcentiã & defectũ. Audiui eñ cõtumelias multorũ, & terrorẽ in circuitu, Perſequimini,& perſe-
quamur eũ:ab om̃ibus viris,qui erãt pacifici mei,& cuſtodientes latus meũ.Hæc Chr̃o multo pleni-
Pſal. 30. ùs q̃ Ieremiæ cõueniunt.Chr̃s equidẽ ait in Pſal.Sup oẽs inimicos meos factus ſum opprobrium vi-
cinis meis valdè: factus ſum tanq̃ vas perditum,qm̃ audiui vituperationẽ multorum cõmorantium
in circuitu,in eo dum cõuenirent ſimul aduerſùm me,accipere animam meam cõſiliati ſunt.Itemq;:
Pſal. 70. Quia dixerunt inimici mei mihi.Et qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum,
dicentes:Deus dereliquit eum,perſequimini & cõpræhendite eũ,quia nõ eſt qui eripiat.ſi quo mo-
do decipiaẽ,& ꝑualeamus aduerſùs eũ. voluerunt nanq; decipere Chr̃m, dicendo: Magiſter, ſcimus
Matth. 22. quia verax es,& viam Dei in veritate doces,& non eſt tibi cura de aliquo &c.Vndè Sapient.2. inter
ſe dicunt: Gloriatur ſe Deum patrem habere. videamus ergò ſi ſermones illius veri ſunt, & tente-
mus

mus q̃ ventura ſint illi:Si eñ eſt verus filius Dei,ſuſcipiet illũ,& liberabit illũ de manibus cõtrariorũ.
Dñs aũt mecũ eſt quaſi bellator fortis.Hoc eſt quod ait Ioan.8.Non reliq̃t me pater ſolum, qa ego q̃
placita ſunt ei,facio ſemp.Atq; in Pſal.21.Tu aũt Dñe nè elongaueris auxiliũ tuũ à me, ad defenſio-
nẽ meã cõſpice.Ideò q me ꝑſequunẽ,cadẽt,& infirmi erũt.Hoc nõ oportet exponere,cùm ineffabi-
lẽ Iudæorũ miſeriã ac ruinã,quã poſt Chr̃i paſſionẽ inciderũt, & vſq; in ꝑſens patiunẽ,videamus ad
oculũ.cõfundenẽ vehementer, quãdò videbũt in quẽ transfixerunt. [qa non intellexerunt oppro-
briũ ſempiternũ,videlicet infernale ſupplicium,quod Chr̃s eis frequẽter ꝑdixit.De quo opprobrio
ſcriptũ eſt Dan.12.Multi de his q dormiũt in terræ puluere,euigilabũt,alij in vitã æternã,alij in op-
probriũ vt videãt ſemp.& tu Dñe, videã quęſo vltionẽ tuã ex eis.Hoc eſt quod ait in Pſal.Tu aũt Dñe Pſal. 40.
reſuſcita me,& retribuã eis.In Iſaia quoq;:Dies vltionis in corde meo. Non ex ira & impatiẽtia,ſed Iſaiæ 63.
ex vera iuſtitia loquiẽ hæc Saluator,quod vtiq; ei incumbit & cõpetit,cùm ipſe cõſtitutus ſit om̃ium
iudex.Cantate Dño,quia liberauit animã pauperis de manu malorũ.Hinc & in Pſal.loquiẽ Chriſtus Pſal. 108.
de ſeipſo:Cõfitebor Dño nimìs in ore meo, & in medio multorũ laudabo eũ, quia adſtitit à dextris
pauperis,vt ſaluam faceret à perſequentibus animã meam. Poſtremò om̃ia iſta ab illo loco,Factus
ſum in deriſum tota die,om̃es ſubſannant me,exponi poſſunt de Chriſti diſcipulis, verbũ Dei præ-
dicantibus,& propter iuſtitiam multa perpeſſis,quibus ipſe prædixit:Eritis odio omnibus homini- Lucæ 21.
bus propter nomen meũ.Et denuò:Trademini,inquit, à parentibus & fratribus & cognatis & ami-
cis,& morte afficient ex vobis.Grauius autem eſt,à talibus tam propinquis & charis,quàm ab extra-
neis,pati.Cùm vérò à fratribus & proximis noſtris, diuerſis pulſamur iniurijs, dicamus cum humili
fiducia,menteq; hilari,quod ait Propheta:Dominus mecum eſt quaſi bellator fortis &c.

¶ *Expoſitio cap.21.Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino.* *Articulus* 36.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Dño,quandò miſit ad eum rex Sedechias Phaſſur filiũ
Melchiæ.] vndè iſte eſt alius ab illo,de quo in præcedentis cap.dicebaẽ principio. [& Sopho- Iere. 20.
niam filium Maaſiæ ſacerdotem,dicens: Interroga pro nobis Dñm, quia Nabuchodonoſor rex Ba-
bylonis præliatur aduerſùm nos.] Ex quo patet,ꝙ tempore huius legationis,ipſa Hieruſalem iam à
Chaldæis fuit obſeſſa.[ſi fortè faciat Dñs nobiſcum] merito orationum tuarum. [ſecundùm omnia
mirabilia ſua,] i.gratioſè atq; magnificè,miraculoſè nobis ſubueniendo, ſicut ſubuenit Ezechiæ re-
gi contra regem Aſſyriorum,& filijs Iſrael contra regem Aegypti,& cõtra Seon & Og,regesq; Cha- 4.Reg. 19.
naan.[& recedat à nobis,] exeundo Iudæam virtute diuina,ſicut rex Aſſyriorum,viſa Dei plaga,fu- Iſaiæ 37.
git à regione Iudææ,vt habetur 4.Regum.[Et dixit Ieremias ad eos.] Ex quibus appáret,ꝙ iam ſer- Num. 21.
mo Dei ſuper hac quæſtione factus fuit ad Ieremiam,antequàm nuncij iſti accederent ad eum,quẽ-
admodùm alijs prophetis ſæpiùs palàm eſt contigiſſe.[Sic dicetis Sedechiæ:Hæc dicit Dominus De-
us Iſrael:Eccè,ego conuertam] i.à vobis ad veſtros æmulos vertam [vaſa belli,] i.bellica arma [quæ
in manibus veſtris ſunt, & quibus vos pugnatis aduerſùm regem Babylonis,&] contra [Chaldæos
qui obſident vos.] Dictum eſt autem, ꝙ iuxta morem Hebręi ſermonis, omnia alicuius rei inſtru-
menta,vocantur vaſa:ideò arma dicuntur vaſa belli.[& congregabo ea,] videlicet arma hęc,vel eos,
putà Chaldęos [in medio ciuitatis huius] Hieruſalem, [& debellabo ego vos in manu extenta,] i.
poteſtate mea ad actum deducta,[& in brachio forti,] i.virtute inſuperabili,[& in furore,& indigna-
tione,& in ira grandi,] i.cum terribili vltione,& zelo æquitatis pauendo,non ſolùm gladio Chaldę-
orum, ſed inſupèr fame ac peſte vos occidendo. Ideò ſequitur: [Et percutiam habitatores ciuitatis
huius.Homines & beſtiæ peſtilentia magna morientur.Et poſt hæc, ait Dominus, dabo Sedechiam
regem Iuda,& ſeruos eius,& populum eius,& qui derelicti ſunt] i.qui relicti atq; reſidui tunc adhuc
fuerint [in ciuitate hac à peſte & gladio & fame,] ità quòd plagis iſtis non interiẽrint,[in manu Na-
buchodonoſor regis Babylonis, & in manu inimicorum &c.] ſ. Chaldęorum, [& percutiet eos in
ore gladij,& non flectetur] à rigore ad pietatem, [& non parcet neq; miſerebitur] Iudęorum iſto-
rum ac regis eorum.Capta enim Hieruſalem, Sedechias cum ſuis militibus ac miniſtris fugit ab vr-
be per viam occultam,ſed à Chaldæis comprę̄henſus fuit,atq; ad regem Babylonis deductus,qui fi-
lios Sedechiæ & nobiles eius occídit, & Sedechiam oculis ſpoliatum, duxit in Babylonem, quod
infrà clariùs ſcribitur.Deindè Dominus præcipit Ieremiæ:[Et ad populum hunc] ſ.habitatores Hie-
ruſalem, [dices: Hæc dicit Dominus * Deus:Eccè ego do coram vobis viam vitæ & viam mortis.] *]Deus [
id eſt,medium conſeruandi vitam corporalem,medium quoquè ſeu modum perdendi eam, veſtræ
libertati propono,vt eligatis quod placeat,nec me poſteà crudelitatis arguatis.Eccè in omnibus re-
dolet dulcedo diuinæ clementiæ,quæ tot modis conſulit miſeris. [Qui habitauerit,] id eſt, manſe-
rit [in vrbe hac,morietur gladio & fame & peſte:] i.aliqua harum plagarum:[qui autem egreſſus fu-
erit & transfugerit ad Chaldęos qui obſident vos,viuet: & erit ei aĩa ſua quaſi ſpoliũ.] i. à Chaldæis
relinqueẽ in vita,de euaſione animæ ſuæ lætabitur, ſicut qui rapuit prædam. Nã & animam ſuam ſic
de pœna extrahet * de numero occidendorũ,ſicut extrahitur ſpoliũ de ſorte alienorum. [Poſui eñ for. * ac
fa-

faciẽ meã,] i.æquitatis meæ adſpectũ,& ſapiẽtiæ oculũ [ſup ciuitatẽ hãc in malũ] pœnę,[& nõ in bo
nũ] veniæ,i.iuſtitiã meã exercebo in ea.[In manu regis Babylonis dabiť,& exuret eã igni.] His ver-
bis oſtendiť Ieremiæ fortitudo atq; cõſtantia,ꝙ nõ ſolùm regi deiectionẽ ſuã p̃dicit, ſed & populo
eius cõſulit,ad aliũ regẽ transfugere contra ꝓprij regis decretũ,[*Audite verbũ Dñi domus Dauid:]
i.regalis ꝓgenies, ſ. rex & eius cognati, q̃ eſtis p̃cipua cauſa malorũ ruinæq́; populi. [Hæc dicit Dñs:
Iudicate manè iudiciũ,] i.iuſtũ iudicium facite manifeſtè & in luce veritatis atq; celeriter. Vel ad li-
terã manè,tempore ſobrietatis: qm̃ ante cibũ & potũ aptior eſt ratio ad iudicandũ. Propter quod ait
Eccle. 10. ſcriptura: Væ tibi terra,cuius rex puer eſt,& cuius principes manè comedũt. [& eruite vi oppreſſum
de manu calumniatoris] i.eos qui à potentioribus violentiam patiunť,eripite, & ſatisfieri eis iubete,
[nè fortè egrediať vt ignis indignatio mea,] i. effectus iuſtitiæ meæ dirè cõtra vos ſæuiat. [& ſuccẽ-
dať,] i.actualiter inſligatur.[& nõ ſit qui extinguat] ante veſtrã afflictionẽ & conſumptionẽ.[ꝓpter
malitiã ſtudiorũ veſtrorũ.] Incredibilis hoc loco, ſecundùm Hieronymũ, Dei clementia demon-
ſtrať,vt de q̃bus iam paulò antè dixit: Poſui faciẽ meã ſup ciuitatẽ hanc in malũ,& non in bonũ:iam
ingruente ſententia,eos ꝓuocat ad ſalutẽ:non ꝙ ignoret vrbem capiendã,ſed quo ꝓprium homini
ſeruetur arbitriũ,vt nõ ignorantia futuri,ſed ꝓpria voluntate perire videanť: quemadmodùm & Sal-
uator ſciebat Iudæos ipſum negaturos ac crucifixuros, nihilominùs ad pœnitentiã eos cõmonebat,
vt quicq̃d poſteà ſuſtinerent,ſuo vitio,non duritia cõminantis,eis accideret.[Eccè ego ad te habi-
tatricẽ vallis ſolidæ atq; campeſtris,ait Dñs.] i.ad te puniendam ô plebs Iudaica venio,q̃ in Hieruſa-
lẽ habitas ciuitate,ſita in ſolida valle pro parte, & loco cãpeſtri ac montoſo ꝓ alia parte. Nã tẽplum
regisq́; palatiũ erant in mõte. Deindè habitatricẽ iſtam pluraliter exprimit, ad inſinuandũ ꝙ per eã
intelliganť habitatores Hieruſalẽ.[qui dicitis: Quis percutiet nos?& quis ingredieť domus noſtras?]
quia cũ Hieruſalẽ clauſa fuit triplici muro,putabãt Chaldæos vrbẽ ſuperare nõ poſſe,nec ingreſſu-
ros domus eorũ.[Et viſitabo] i.pœnã inducã.[ſup vos iuxta fructũ ſtudiorũ] i.merita deſideriorum
operumq́; [veſtrorũ,dicit Dñs,& ſuccendã ignẽ in ſaltu eius,] i.domũ ſaltûs Libani à Salomone cõ-
ſtructã,per Chaldæos cõburam. [& deuorabit oĩa in circuitu eius.] i. habitacula cætera in eius cir-
cuitu collocata. vel ſecundùm Hieronymũ, ſaltum vocat Hieruſalẽ, & oẽm Iudææ regionẽ, in qua
hoĩes infructuoſi fuerunt,quẽadmodùm ſaltus vocať multitudo arborũ infructuoſarum. Inſupèr ꝙ
Sedechias rex in anguſtijs poſitus,hoſtibusq́; vallatus, mittit & quærit à ꝓpheta ſuffragiũ, quẽ antè
deſpexit,hoc ſignat,ꝙ multi inſipientes & intimorati tẽpore ſecuritatis ac pacis carnalis, deſpiciunt
ſpiritualium virorũ cõminationes,nec adhibẽt curã ſe emendandi, quicq̃d eis p̃nuncieť: verùm im-
minente iã clade,vaſtitate,aut morte,quærunt conſiliũ, petunt ſuffragiũ,emendationem ꝓmittunt,
neceſſitate potiùs,q̃ charitate ac deuotiõe. Idcircò ſicut rex Iuda dabať cũ ſuis in manu regis Baby-
lonis,ſic iſti tradunť inuiſibilibus hoſtibus,& pereũt in æternũ. Eccè ad te habitatricẽ vallis ſolidæ,
i.contra te plebs Chr̃iana,in Eccleſia peregrinante nũc habitans,q̃ in proprijs viribus meritíſve cõ-
fidis,vel de exterioribus bonis ac poteſtate terrena te iactas,quaſi ſuperari non poſſis, nec diuinum
formidas iudicium. Ideò ſuper te viſitabo,teq́; tanto terribiliùs condemnabo,quãto beneficijs me-
is magìs abuſus es:& ſuccendam ignem in ſaltu eius,i.in congregatione hominũ fructũ virtutũ non
Matth. 3. habentium,igni damnationis æternæ eam inijciens. Vndè ait Baptiſta: Iam ſecuris ad radicẽ arboris
poſita eſt. Omnis ergò arbor quæ non facit fructum bonum,ſuccidetur & in ignem mittetur.

¶ *Elucidatio cap.22. Hæc dicit Dominus: Deſcende in domum regis Iuda.* *Articulus* 37.

PRæcedenti cap. ſcribit Ieremias,nuncios regis miſſos ad ſe ad interrogandum Dominum,nunc
perhibet ſe miſſum à Deo ad regem præfatum,vt pleniùs eum inſtruat, quomodò poſſet hoſtiũ
Iere. 1. manus euadere.[Hæc dicit Dñs] ad me Ieremiam: Deſcende in domum regis Iuda, [ſ. Sedechiæ ſe-
cũdùm Hieronymum.[& loquéris ibì verbum hoc,& dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui ſe-
*ingredimini des ſuper ſoliũ Dauid,] i.eius vice poteſtateq́; fungeris.[tu & ſerui tui & populus tuus, qui * ingre-
diuntur per portas iſtas] palatij,vel templi prope palatium ſiti.[Hæc dicit Dominus: Facite iudicium
& iuſtitiam,] rectè iudicando & iuſtè viuendo, atq; vnicuiq; quod ſuum eſt tribuendo. [& liberate
vi oppreſſum] i.violentiã paſſum [de manu calumniatoris,] calumniatorem etiam compellendo,vt
ſatisfaciat ſic à ſe oppreſſo. Hæc potiſſimè ſpectãt ad regem & iudicem, qui eſſe debet quaſi anima-
ta iuſtitia,& pauperum indigentiumq́; refugium.[& aduenam & pupillum & viduam nolite contri-
Leuit. 19. ſtare,] niſi iuſtitia id exigeret propter eorum exceſſum, iuxta illud Leuit. Iuſtè iudicabis, nec con-
ſideres perſonam pauperis, neque honores vultum potentis. [neq; opprimatis iniquè:] immò iſtis
perſonis ſpecialiter à maioribus impendenda eſt conſolatio,ſubuentio atque protectio,quanto mi-
nùs humano fulciuntur ſolatio. De his,quia ſuperiùs diffuſiùs elucidata ſunt,pertranſeo.[& ſangui-
nem innocentem nè effundatis in loco iſto.] ſ. in Hieruſalem, immò neque alicubi. [Si enim faci-
entes feceritis verbum iſtud,] id eſt, verba iam dicta impleueritis: ponitur enim ſingulare pro plu-
rali. [ingredientur per portas domûs huius] putà palatij regis, [reges ſedentes de genere Dauid
ſuper

ſuper thronũ eius,& aſſcendentes currus & equos,ipſi & ſerui & populus eorũ.] i. ſucceſſio regia &
principatus ſtirpis Dauidicæ nõ ceſſabit, nec Hieruſalẽ deſtrueť. His verbis datur reſponſio rationa-
bilis valdè regi Sedechiæ,qui in p̃cedẽtis cap. exordio miſiſſe legiť ad Ieremiã,vt interrogaret Dñm,
an faceret cũ populo ſuo nũc ſecundùm oĩa mirabilia ſua,cui Dñs optimũ conſilium donat,vt ſ. ipſe
inprimìs & ſui palatij principes ac miniſtri,deindè populus, vitam corrigerent, & tunc diuino pro- 4.Reg. 18.
tegerentur auxilio, ſicut Ezechias rex ſanctus.[Quòd ſi non audiéritis verba hæc] auribus corporis
& animæ,[in memetipſo iuraui] i. in me firmiter ſtatui, nec alium magìs idoneum veritatis teſtem,
q̃ meipſum adhibere potui.[dicit Dñs,quia in ſolitudinẽ erit domus hęc.] i.à Chaldęis funditùs de-
ſtructur.[quia hæc dicit Dñs,ſuper * ſolium regis Iuda,] i.de throno atq; palatio regis p̃ſati. [Gala- * domum
ad,tu mihi caput Libani.] Quia iam præmiſſum eſt, Hæc dicit Dñs, ſuper ſolium regis Iuda: ſtatimq́;
ſubditur, Galaad,tu mihi caput Libani: certũ eſt, hoc loco per Galaad intelligi regiã dignitatem ac
ſtirpem,q̃ dicitur caput Libani,i.Iudaici regni, inſtàr montis Libani in excelſo locati, ſeu diuinitùs
ſublimati ac decorati. Vel, Libani,i.templi,de quo loquitur Zacharias: Aperi Libane portas tuas. Ga
laad autem propriè nomen eſt terræ,quam poſſedit vltra Iordanem media tribus Manaſſæ, ſicut in
lib. Numer. Moſes ſcribit. Vel nomen eſt montis, vndè in Geneſi legitur, ꝙ Laban compræhendit Nume. 23.
Iacob in monte Galaad. Libanus quoq; mons eſt altus & pulcher, cõſitus cedris, quo nomine pro- Gene. 31.
pter ſimilitudinem,templum vel vrbs Hieruſalem,aut regnum Iudæ exprimi ſolet. Galaad verò, ſe-
cundùm Hieronymum,eſt caput ſeu principium Libani:& aliqui aſſerunt, ꝙ ſit monticulus in Li-
bani montis ſummitate exiſtens, & per modum capitis ſe ilicò habens, propter quod nunc regiam
domum ſignificat. Deniq; ſuprà per Galaad, deſignatur templum vel ſynagoga, cùm dicitur: Nun- Iere. 8.
quìd reſina non eſt in Galaad? propter rationem ibì expreſſam. [Si nõ poſuero te * in ſolitudinem, *] in [
vrbes inhabitabiles.] i.immò vtiq; per Chaldęos te deſtruam,tuasq́; vrbes demoliar.[Et ſanctiſica-
bo] i.ad declarationem & exequutionem ſanctitatis atq; iuſtitiæ meæ,ordinabo ſeu præparabo.[ſu
per te interficientem] i. regem Babylonis, & eius exercitum [* currum] i.quadrigas [& arma eius,] * virum
quæ ſancta vel ſanctificata dicuntur,quia per ea diuina ſententia contra Iudæos eſt conſummata ſi-
ue impleta. [& ſuccídent electas cedros tuas,] id eſt,potentes ac nobiles inſtàr cedrorum eminen-
tes occídent.[& præcipitabunt in ignem,] i.maximæ tribulationi eos immittent. [& pertranſibunt
gentes multæ per ciuitatem hanc,] poſt eius deſtructionem,id eſt,per ſpatium in quo ciuitas ſtetit.
[Et dicet vnuſquiſq; proximo ſuo: Quarè fecit Dominus ſic ciuitati huic grandi?] i.quæ magna fuit,
& nunc tam dirè deſtructa eſt.[Et reſpondebunt: Eô quòd dereliquerint pactum Domini Dei ſui,]
i.legem diuinam tranſgreſſi ſint.[& adorauerint deos alienos,& ſeruiêrint eis. Nolite flere mortuũ,
neq; lugeatis ſuper eum fletu. Plangite eum qui egreditur,quia non reuertetur vltrà.] Quemadmo-
dùm 4. Regum habetur, Ioſias rex Iuda tres habuit filios: primus dictus eſt Ioachaz, qui Ioſiæ ſuc- 4.Reg. 23.
ceſſit in regno. cumq́; menſibus tribus regnâſſet,vicit,cepit,vinxitq́; eum Nechao Pharao,& ſecum
duxit in Aegyptum,qui mortuus eſt ibidèm. Secundus filius Ioſiæ,fuit Eliachim,quem rex pręfatus
conſtituit regem in Hieruſalem pro fratre ſuo in Aegyptum tranſlato. Et ipſum Eliachim vocauit
Ioakim,qui vndecim annis regnauit,contra quem venit Nabuchodonoſor, & vallauit Hieruſalem,
factusq́; eſt ei Ioakim tributarius tribus annis,ſed anno quarto rebellauit, fauẽs regi Aegypti, à quo
conſtitutus eſt rex: quo cognito,miſſis Nabuchodonoſor ſeruis ſuis, fecit eum occídi, & extra por-
tas Hieruſalem proijci, nec ſepeliri. Poſuitq́; filium eius nomine Ioakim, pro patre ſuo regem. Ve-
rum poſt tres menſes venit contra eum, & obſedit Hieruſalem. Propter quod territus iſte Ioakim,
tradidit ſe manibus regis Nabuchodonoſor, qui duxit eum ſecum in Babylonem, & mortuus eſt
ibidèm. Tertius filius Ioſiæ, dictus eſt Matthathias, quem Nabuchodonoſor rex poſuit regem pro
Ioakim,vocans eum Sedechiam. Itaq; quod propheta nunc ait, Nolite flere mortuum, quidam ex-
ponunt de Ioachaz rege in Aegyptum ducto ac mortuo. Porrò quod ſubditur, Plangite eum qui
egreditur,quidam exponunt de Ioachim ducto in Babylonem. Hieronymus autem exponit de Se-
dechia,qui tempore prophetiæ huius citò fuerat capiendus. Vndè de futuro loquitur per modum
præſentis. Hunc Sedechiam Nabuchodonoſor exoculatum duxit in Babylonem,& obijt ibì in car-
cere.[nec videbit terram natiuitatis ſuæ.] i.Iudæam, quia cæcatus ductus eſt in Chaldæam. [Quia
hæc dicit Dominus ad Sellum,filium Ioſiæ, regem Iuda, qui regnauit pro Ioſia patre ſuo, qui egreſ-
ſus eſt de loco iſto. Non reuertetur huc ampliùs.] Per Sellum Hieronymus intelligit Sedechiam,
qui regnauit pro Ioſia non immediatè,ſed mediatè,vt patet ex dictis,quem propheta dicit egreſſum
de Hieruſalem,loquens de futuro per modum præteriti, iuxta morem propheticum, propter certi-
tudinem prophetiæ. Alij per Sellum intelligunt Ioakim,qui in Babylonem tempore huius prophe-
tiæ iam erat tranſlatus. Sellum nanq; interpretatur conſummatio ſiue completio. Hinc,teſte Hiero-
nymo,Iudæi quenlibet filiorum Ioſiæ, nominant Sellum, quia in ipſis finitum eſt regnum Iudæ.
Verùm Hieronymus dicit per Sellum intelligi Sedechiam, in quo regnum Iudę conſtat finitũ.[Sed
in

in loco ad quẽ tranſtuli eum,] ſ.in Babylonem,[ibì morietur,& terram iſtam non videbit ampliùs.
Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia.] Iſtud ſecundùm Hieronymum dicitur contra Ioakim,
quem rex Aegypti conſtituit regẽ,qui Ioakim erat crudelis,cupidus & ſuperbus:vndè ędificia ſum-
ptuoſa conſtruxit,idq; de bonis iniuſtè adeptis,&violenter à populo ſuo extortis.[& cœnacula ſua]
* oppri-mct ædificat [non in iudicio,] i.abſq; diſcretione,curioſè ac vitioſè.[amicum ſuum * opprimit fruſtrà]
i.amicos ſuos & ſubditos irrationabiliter aggrauauit,exigendo multa ab eis.[& mercedem eius non
* reddet * reddit ei.] i. ſibi ſeruientibus ac operantibus mercedem non dedit, non obſtante quod Leuit.19.
Moſes iuſſit:Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum, nec morabitur opus mer-
cenarij apud te vſq; manè. [Qui dicit: Aedificabo mihi domum latam & cœnacula ſpatioſa,] quaſi
volens familiam magnam habere.[qui aperit ſibi feneſtras,] vt iacẽs in eis,hincindè irrefrenatè cir-
cunſpiciat.[& facit laquearia cedrina,] ſ.de lignis precioſis. [pingitq; ſinopide.] i.tali colore curio-
ſo,ornando ea ſuperfluè pro concupiſcentia oculorum ſuorum.[Nunquìd regnabis] q.d.Principa-
quoniam tus tuus diuturnus non erit.[qui confers te cedro,] i. comparare te niteris patri tuo Ioſiæ, regimi-
tiſſimo in fama & gloria.Vel vt quidã exponunt,Salomoni in ædificiorũ qualitate. [Pater tuus] pu-
tà Ioſias,[nunquìd non comedit & bibit, & fecit iudicium & iuſtitiam, tunc quum benè erat ei?]i.
quum temporalibus abundauit & proſperabatur, meî nõ obliuiſcebatur, nec mihi diſplicuit come-
dendo atq; bibendo ſecundùm regiam dignitatẽ, quia à iuſtitia non receſſit, cunctiſq; ſubditis ſuis
iuſtum fecit iudicium.[Iudicauit cauſam pauperis & egeni,] non deferens diuitibus contra egenos.
[in bonum ſuum,] i.ad ſuiјpſius magnam ſalutem.[Nunquìd non ideò,quia cognouit me,dicit Do-
minus?] notitia formata & efficaci, quæ procedit ex fide charitati vnita, & ſapientiæ dono,quæ co-
Pſal.90. gnitio facit hominem deteſtari peccata,& Deum vereri ac reuereri, de qua Dñs ait in Pſal. Protegam
eum, qm̃ cognouit nomen meum. Quam Dei cognitionem nemo, in peccato exiſtens mortali,ha-
bet.[Tui verò oculi] interiores,vel etiam exteriores.[& cor] i.voluntas ſeu affectio tua, diriguntur
& tendunt [ad auaritiam] i. diuitias temporales contra iuſtitiam. [& ad ſanguinem innocentẽ fun-
3.Reg.21. dendum,] vt occiſorum opes diripias,ſicut ad Achab dictum eſt:Occidiſti,& inſupèr poſſediſti. [&
ad calumniam,& ad curſum mali operis.] i.ad celerem vitioſorum operum exequutionem. Deindè
deſcribitur tantæ impietatis debita pœna: [Proptereà hæc dicit Dñs ad Ioakim filium Ioſiæ, regem
Iuda:Non plangẽt eum,Væ frater & væ ſorór.] i.à fratribus & ſororibus non plangetur,dicentibus:
Væ nobis quòd frater noſter deceſſit. [Non increpabunt ei:Væ Domine, & væ inclyte,] i. carmen
lugubre cum reuerentia ſuper eius morte non dicent, dicendo:Væ nobis de tua morte ô rex, & vir
illuſtriſſime.[Sepultura aſini ſepelietur,] i.more ſolito nõ ſepelietur, ſed inſtàr cadaueris aſini pro-
ijcietur in lutum & ſterquilinium.Ideò ſubditur: [Putrefactus & proiectus extra portas Hieruſalẽ.]
ità quòd inhumatus remanſit, & ſecundùm Hieronymum à beſtijs auibusq; eſt laceratus. Vndè 4.
4.Reg. 25. Reg.legitur cum patribus ſuis dormîſſe,i.obijſſe, ſed de eius ſepultura ibì tacetur. Aliqui tamen di-
cunt,ꝙ Iudæi poſteà impetrauerunt à rege Babylonis licentiam ſepeliendi eum. Verùm circa hoc
2.Par.36. oritur quæſtio,cur 2.lib.Paralip.ſcriptum ſit,ꝙ Nabuchodonoſor rex hunc * Ioakim vinctum cate-
nis,duxit in Babylonem. Ad quod reſpondetur, ꝙ cœpit eum perducere ſecum, ſed in via eum re-
miſit.Deincèps Dñs ait ad Ioakim:[Aſcende Libanum & clama,& in Baſan da vocem tuam,]i.in fi-
nibus terræ Iſrael calamitatem tuam denuncia.Libanus em̃ & Baſan ſunt loca in extremitatibus ter
ræ prædictę.[& clama ad tranſeuntes] omnibus tuas propalando miſerias. [quia contriti ſunt om̃es
amatores tui.] i.Aegyptij, in quorum p̃ſidio confidebas, à Chaldæis deuicti ſunt. [Locutus ſum ad
te] per prophetas.Quod autem ſubiungitur,[in abundantia tua.] i.tempore proſperitatis & opulen-
tiæ tuæ,referri poteſt ad verbum,locutus ſum,item ad verbum quod ſubditur:[Dixiſti, non audiã.]
i.non acquieſcam.[Hęc eſt via tua] i. impietas & peſſima conſuetudo tua ô Ioakim, vel Hieruſalem,
ſeu popule Iuda,[ab adoleſcentia tua,quia non audîſti vocem meam.] ſed à tempore Moſis pro ma-
iori parte rebellis fuiſti.[Omnes paſtores tuos] i.ſacerdotes ac principes [paſcet ventus,]i.ſua vani-
tate fallentur,atq; inani ſpe quam in Aegyptijs habent, ad tempus recreabuntur, ſed citò labentur.
[& amatores tui] præfati Aegyptij [in captiuitatem ibunt,] quia à Chaldæis vincentur ac vincien-
tur.[& tunc confundéris & erubeſces,] i.intùs & foris rubore impleberis [ab omni malitia tua.]i.
propter tua peccata & flagella pro eis tibi illata. [quæ ſedes in Libano,] i. in Hieruſalem vrbe pul-
cherrima. [& nidificas in cedris.] i. ex lignis cedrinis habitacula conſtruis, vel per hoc notatur in
mundi diuitijs abundare.[Quomodò côngemuiſti,cùm veniſſent tibi dolores,quaſi dolores partu-
rientis?] id eſt, vehementer gemes inflicta tibi perſecutione Chaldæorum,quæ tantæ erit anguſtiæ,
ſicut eſt dolor puerperæ.In iſto capitulo locutus eſt Ieremias contra tres reges Iuda,videlicet con-
tra Ioachaz & Ioakim fratrem eius,ac Sedechiam.Nunc ſermo fit contra Iechoniam,qui & alio no-
aE honias mine dicitur Ioakim,eſtq; ſuperioris Ioakim filius.[Viuo ego,dicit Dominus,quia ſi fuerit * Iecho-
nias filius Ioakim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, indè euellam eum.] id eſt, quantum-
cunq;

cunq; fuerit mihi cõiunctus per beneficia gratiæ gratìs datæ,quæ ſtant cum peccato mortali,& ele-
ctis reprobiſq; cõmunia ſunt,nihilominùs eum à mea protectione abijciam. Conſequenter mutato
modo loquendi,Deus ait ad eum:[& dabo te in manu quærentium animam tuã &c.] ſ.Chaldæorũ.
tantùm em̃ Deus perterruit eum,ꝙ vltrò ſe obtulit eis.[& mittam te,& matrem tuã quę genuit te,in
terram alienã,in qua nati nõ eſtis,] videlicet in Chaldæã.Exiuit em̃ cum matre ſua,vxore,atq; prin-
cipibus ſuis ad Nabuchodonoſor regem Babylonis,vt legitur 4.Reg. [* & ad terram, ad quam ipſi 4.Reg.24.
leuant animam ſuam,vt reuertantur illuc.] i.ad Iudæam,ad quã in Babylone exiſtentes Ioakim iſte *ibiq; mo
& mater ac principes eius,deſiderabant reuerti, [non reuertentur. Nunquìd vas fictile atq; contri- riemini. Et
tum vir iſte Iechonias?]i.immò tali vaſi eſt ſimilis,tanq̃ ad reſiſtendum impotẽs, & à proprio regno in terram
confractus.[Nunquìd vas abſq; om̃i voluptate?]i. doloribus plenus eſt ad longum tempus. [quarè
abiecti ſunt ipſe & ſemen eius] i.à Deo relicti,[& proiecti] per captiuitatẽ [in terram quã ignoraue-
runt?Terra,terra,terra]i.ô ſynagoga,[audi ſermonem Dñi.] propter maiorem attentionẽ prouocã-
dam,ter poſuit, Terra.[Scribe virum iſtum ſterilem] ſ.Iechoniam, [virũ qui in diebus ſuis non ꝓ-
ſperabitur.] Quomodò intelligi poteſt id de Iechonia,cùm in Babylone genuerit Salathielem,& il
le Zorobabelẽ: itemq; cùm Euilmerodach rex Babylonis, eduxerit eũ de carcere,& poſuerit thro-
num eius ſuper thronum regũ,qui ſecum erant in Babylone,vt infrà habet? Et reſpõdendum ꝙ iſta
ſterilitas referri poteſt ad hoc,ꝙ in ꝓpria terra non genuit quenquã, nec proſperabatur in ea,quan-
tùm ad principatum.Vndè & ſterilis appellatur, quia nõ habuit filiũ ſibi in regno ſuccedentẽ. Ideò
ſubditur:[Nec em̃ erit de ſemine eius vir,qui ſedeat ſuper ſolium Dauid,& poteſtatẽ habeat vltrà in
Iuda.] Circa quod iterùm obijci poteſt,ꝙ Zorobabel filius filij eius,fuit dux & princeps Iudæorum 1. Eſdre 5.
poſt reditũ Iudæorum de Babylone,ſicut in Aggæo Zachariaq; legit.Prætereà de ſemine eius natus & 2.
eſt Chr̃s,de quo locutus eſt angelus:Dabit ei Dñs Deus ſedem Dauid patris eius.Et Iſaias:Super ſo- Agg.2.
lium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit.Et reſpondendum ꝙ nullus de ſemine Iechoniæ fuit in- Zac.4.
ter Iudæos,temporale corporaleq; regnum in terra habendo. Vndè & Chriſtus teſtatur: Regnum Luc.1.
meum non eſt de hoc mundo. Et cùm voluiſſent Iudæi eum facere regem,fugit. Iſaiæ 9.
Ioan.18.
& 6.

¶*Expoſitio moralis eiuſdem capituli* XXII. *Articulus* 38.

QVemadmodùm Ieremiæ Dñs iuſſit, Deſcende in domum regis Iuda:ſic viris deuotis ac ſan-
ctis frequenter p̃cipit ire ad domum p̃latorum ac principum populi Chriſtiani, qui ſedent
ſuper ſolium Dauid,i.Chriſti vice funguntur,& eius vicarij ſunt,quibus dicendũ eſt: Facite
iudicium & iuſtitiam. Sic em̃ Chriſtus diſſeruit: Nolite ſecundùm faciem iudicare, ſed iuſtum iudi- Ioan.7.
cium iudicate.ad quos p̃cipuè pertinet,oppreſſos de calumniantium manu eripere, ac cætera chari-
tatis ac pietatis opera in p̃cedenti articulo explanata, circa ſubditos exercere. Sed heu iam cõtingit
oppoſitum.Et ſanguinẽ innocentem nè effundatis, nec ſpiritaliter, nec corporaliter. Siquidem ſpi-
ritaliter ſanguinẽ innocentem effundit,qui bonos ac ſimplices ſcãdalizat, cui timendũ eſt quod ait
Saluator Matth.18.Væ homini illi per quẽ ſcandalũ venit.Deniq; ſi p̃lati ac principes Eccleſiæ fece-
rint iſta,egredientur per portas virtutũ,aſcendentes ſuper currus & equos, i.ſuas ac ſubditorũ paſ-
ſiones ac perturbationes,beſtialeſq; motus ſedantes ac ſubiugantes,& tradita ſibi poteſtate ſalubri-
ter ſtabiliterq; vtentes.Quòd ſi non fecerint iſta, in ſolitudinem erit domus hæc,i.Eccleſia, ſeu cor-
da fidelium ſpiritaliter deſtruent,& ſancti ſpiritûs inhabitatione priuabunt,corruentq; virtutũ ſtru-
cturæ ac baſes.Dum em̃ caput ægrotat, alia mẽbra periclitantur: & qualis eſt rector, tales & ſubditi.
Galaad,tu mihi caput Libani. Per Galaad, ratione altitudinis ſuæ, deſignatur authoritas eorum qui
Chriſti populo p̃ſident.Et qm̃ Galaad interpretatur tumulus teſtimonij, ſpecialiter ſignat ſpiritales
rectores ac p̃dicatores atq; doctores, in q̃bus eſt copia teſtimoniorũ ſacræ ſcripturæ. Iſti ſunt caput
Libani,i.Eccleſiæ virtutũ decore p̃fulgidæ.Verùm dum cõceſſa ſibi, abutunt virtute, & negligenter
atq; carnaliter viuũt,nec ſibi cõmiſſos ad Deũ reducunt: ponunt à Deo in ſolitudinẽ, quia ab eius
gr̃a penitùs relinquunt,multoq; grauiùs q̃ cæteri peunt. Et ſanctificabo, i. p̃parabo ſuper te interfi-
cientẽ currũ & arma eius,q̃a ad horũ punitionẽ p̃parat Deus inuiſibiles hoſtes diabolos,quorũ ma-
chinamentis ſeu tentationibus nunc quotidiè ſpiritualiter occidunt in aĩa,ruendo in peccata mor-
talia,qui ſuccídunt electas cedros Eccleſiæ,i.eos qui magna authoritate atq; ſciẽtia pollẽt, & in ignẽ
p̃cipitantur æternũ,eô ꝙ ſcientia ſua inflati ſunt,& de cæteris Dei donis intumuerunt. Et pertranſi-
bunt gentes multæ p ciuitatẽ hanc,i.per Eccleſiæ loca deſtructa, vel potiùs per cõgregationes Chri-
ſtianorũ prauorũ,cõſiderando impiam vitã ipſorũ,& dicẽt:Quarè fecit Dñs ſic ciuitati huic grandi?
& reſpondebunt, Quia dereliquerunt pactum Dñi Dei ſui.Iſtud contingit, dum aliqui ruinã Chri-
ſtianorum, p̃ſertim religioſorum ac clericorum & ſacerdotum perpendunt, & mirantes, inquirunt
qualiter ad tantum deuenerint caſum. Quibus reſpondetur,ꝙ ideò,quia Chriſti mandata non ſer-
uauerunt, ideò reliquit eos de peccatis in peccata corruere, atq; ad vitam ſecularium hoĩm vita de-
teriorẽ,infeliciter peruenire.Nolite flere ſup mortuum corporaliter,p̃ſertim ſi iuſtus extiterat.Bea-

Apoc.14. ti em̃ mortui qui in Dn̄o moriunt̃.Ideò nõ ſunt immoderanter deflendi,vel quaſi malè acciderit eis.
plangite eũ qui egredit̃,i.vniuerſos qui recta fide relicta,ad hæreſes cõuertunt̃,&de myſtico corpo-
I.Ioan.2. re Chr̃i ſeparant̃,atq; dæmonibus ſociant̃.De q̃bus ait in prima epiſtola ſua Ioannes:Ex nobis pro-
dierũt,ſed nõ erant ex nobis.Iſti nõ reuertunt̃ ad terrã natalem,i.electis inter quos in Chr̃o rege-
nerati ſunt,nõ rurſum aſſociant̃,niſi fortè perrarò. Hæc dicit Dn̄s ad Sellũ filiũ Ioſiæ &c.Per Sellum
iſtũ intelligit̃ p̃latus & princeps iniquus,qui tñ per fidẽ & poteſtatẽ,Chr̃i filius appellat̃.Quẽadmo-
dùm ergò Sellũ fuit à rege Babylonis exoculatus,in Babylonẽq; ductus,ſic iſti à principibus tene-
brarũ mẽtaliter excæcant̃,& in tartara ꝑtrahunt̃,nec vnq̃ hinc eruunt̃. Væ qui ædificat domũ ſuã in
iniuſtitia &c.Iſtud exponendũ eſt cõtra eos,qui ſtructuras & domus ad oſtentationẽ efficiunt,& cũ
grauamine aliorũ,nec neceſſitatem ac vtilitatẽ duntaxàt,ſed viſûs oblectationẽ ac famã exquirunt.
Quẽadmodùm em̃ in cibis ac veſtibus eſt exceſſus,tam in materia q̃ in forma,ſi nõ ad neceſſitatẽ &
vtilitatẽ,ſed ad voluptatẽ ac vanitatẽ quærant̃ vel habeãtur,ità & in ædificijs: in quo & religioſi nõ-
nulli nõ mediocriter rep̃henſibiles cõprobant̃.Iſtis itaq; Dn̄s ait:Nunquìd regnabis?quaſi dicat:Ità
ædificas tibi in terra,quaſi moriturus nõ eſſes,& de via atq; exilio tibi patriã facis,qm̃ confers te ce-
Rom.12. dro,i.mundanis ac vanis hoĩbus qui exteriora ornamenta affectãt. quocontrà ait Apoſtolus:Nolite
Pſal.36. cõformari huic ſeculo.Et Pſal.Vidi impiũ exaltatũ & eleuatũ ſicut cedros Libani,& tranſiui,&eccè
nõ erat.Pater tuus nunquìd nõ cõmedit & bibit,& fecit iudiciũ & iuſtitiam &c?His verbis rep̃hen-
dunt̃ principes,potentes,locupletes ac nobiles,ex virtuoſis parentibus nati,qui maiorũ ſuorũ vir-
tutes imitari nõ ſatagunt,ſed poteſtate,nobilitate,ac abundantia abutẽtes,auaritiæ crudelitatiq; ſer-
uiunt:qui nõ plangunt̃,Væ frater & Væ Dn̄e:quia eorũ damnationi non cõpatiunt̃ beati,immò di-
Pſal.57. uinæ cõgratulantur iuſtitiæ,iuxta illud: Lætabit̃ iuſtus cùm viderit vindictã. Inſupèr ſepultura aſini
ſepelientur,quãdò ligatis manibus & pedibus,proijcient̃ in tenebras exteriores.De qua ſepultura in
Ezech.32. Ezechiele pleniùs legit̃.Et ſicut cadauer aſini proijcit̃ in foſſatũ,ſic ſeculi amatores in foueã inferna-
lem.Aſſcende in Libanũ,i.in virtutũ candorẽ.Libanus em̃ candidatio interpretat̃. & clama,Dei gra
tiam inuocãdo,& proximos admonendo.Et in Baſan da vocem tuã,i. in cõſideratione confuſionis
ſeu inordinationis vitiorũ tuorũ ac proximorũ,illam deflendo.Baſan nempe cõfuſio interpretatur.
Nihil aũt ità deordinat hoĩem,ſicut peccatũ.Clama ad tranſeuntes,vt orẽt pro te,& ſibijpſis de pe-
riculo aĩæ caueant. quia cõterriti ſunt oẽs amatores tui,i.carnales ac vitioſi quos carnaliter dilexiſti,
& à q̃bus ſimiliter dilectus fuiſti.Iã nanq; videmus quotidiè,q̃ multi om̃i die moriunt̃ in ſeculo,qui
ſuos nõ niſi carnaliter amare nouerunt,immò verò oderũt,appetendo eis diuitias,delicias & hono-
res,q̃ eorũ ſaluti potiſſimè aduerſant̃.Locutus ſum ad te in abundantia tua.dixiſti,nõ audiã.Quoti-
diè per p̃dicatores & ſcripturas atq; deuotos loquit̃ Deus diuitibꝰ,dũ adhuc in ſecuritate & pace ſua
eſſe vident̃,vt vitã emendent,auaritiã calcẽt,vanitates mundi relinquant,ſuperbiã,oĩmq; immode-
rantiã ciborũ,potuũ,veſtimentorũ & reliquorũ q̃bus vtunt̃,abijciãt. Verùm ipſi mundo & his quæ
mundi ſunt,delectati,vel verbo vel facto reſpondẽt:Nõ audiã,nõ faciã,nõ obediã.Et hęc eſt via ſeu
Marc.10. cõſuetudo eorũ ab adoleſcentia ſua,ꝑpter quod ait Saluator: Quàm difficilè qui pecunias habent,
Luc.6. intrabũt in regnũ cælorũ?Et, Væ vobis diuitibus qui nũc cõſolationẽ veſtrã habetis,quia plorabi-
tis & flebitis.Horũ paſtores,q̃ vitia palpant & nõ corrigũt,paſcet vẽtus inſtabilitatis & impetꝰ æter-
Pſal.48. næ punitiõis,iuxta illud in Pſal.Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos.Et amatores tui
in captiuitatẽ ibunt,qui diligunt diuites ac mundanos carnali affectu ꝑpter affluentiã rerũ,& quia
in hoc ſeculo florẽt,ſimul cũ ipſis peribũt. Nunc quoq; à dæmonibus capti tenent̃,& funibus pec-
catorũ ſuorũ conſtricti ſunt.Cõfundéris à malitia tua q̃ ſedes in Libano,i. q̃ in exteriori pulchritu-
dine requieſcis,aĩæ puritatẽ nõ efficaciter appetis. & nidificas in cedris,i.inter magnos & primos in
ſeculo iſto nequiſſimo,eſſe ac cõmorari lætaris,& reputari ac ꝑmoueri ab eis,nõ obſtãte quod ſcri-
Pſal.52. ptum eſt: Deus diſſipauit oſſa eorũ qui hoĩbus placẽt:cõfuſi ſunt,qm̃ Deus ſpreuit eos. Quomodò
cõgemiſces,cùm venerint tibi dolores quaſi parturiẽtis?i.in hora mortis atq; die iudicij,quãdò iniu
Sapien.5. ſti turbabunt̃ timore horribili,præ anguſtia ſpiritûs intra ſe gemẽtes atq; dicentes: Errauimus à via
veritatis,& iuſtitiæ lumẽ nõ luxit nobis.Viuo ego,dicit Dn̄s,quia ſi fuerit Iechonias ſicut annulus in
manu dextera mea,indè euellã eũ,& dabo in manus q̃rentiũ aĩam eius &c.Nullus ergò p̃ſumat aut
inſipienter ſecurus ſit:qm̃ quantumcunq; videatur Deo cõiunctus per eccleſiaſticam p̃laturam vel
ſeculare dñium,aut ſpiritalẽ poteſtatẽ ſeu reliqua dona naturæ,ſi peccauerit,repelletur à Deo,dæ-
monibus tradetur,atq; in terra aliena,videlicet in inferno,morietur,morte quæ nõ habet finem,ni-
ſi hîc verã egerit pœnitentiam amore boni,ac odio vitij.*Nunquìd vas fictile atq; cõfractum vir iſte
Iechonias? i. omnis tranſgreſſor atq; impœnitens,vas fictile eſt per fragilitatem ac ꝑnitatẽ ad ma-
Pſal.37. la,& vitijs diſſipatum,qui dicere habet:Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ. immò vniuerſi,
vaſi fictili comparamur.Omnes em̃ quaſi aqua dilabimur.& quæ eſt vita noſtra,niſi vapor ad modi-
cum párens? Terra,terra,terra,i.Eccleſia in terra peregrinans,atq; in ſuperbenedictæ Trinitatis fi-
de

de viuens,audi ſermonẽ Dñi,iſtũ videlicet:Scribe virũ iſtum ſterilẽ,i.oẽm iniquũ,in bonis operibus
nõ creſcentẽ,neq; diuina gr̃a fœcundatũ,cõſidera q̃ miſer ac miſerabilis ſit,quãtumcunq; in exteri-
oribus ꝑſperet̃: & ſic eius exẽplo tranſitoria deſpice,q̃ reſpectu diuinorũ bonorũ prorſus ꝓ nihilo
ſunt habenda.Qui in diebus ſuis non ꝓſperabitur,i.ad verã felicitatẽ nil ei ꝓficiet cõpletiuè,immò
& bona cooperant̃ ei in malũ: ſicut econtrariò diligentibus Deũ electis etiam mala cooperantur in
bonũ,dicente Apoſtolo:Scimus qm̃ diligentibus Deũ om̃ia cooperãtur in bonũ. Vndè in Eccõ ha Rom.8.
betur:Om̃ia ſanctis in bona,impijs aũt & peccatoribus cõuertentur in mala.Nec em̃ erit de ſemine Eccl.39.
vir,i.de imitatoribus eius,qui ſedeat ſuper ſoliũ Dauid,i.Chriſti,ſalubriter vel certè in patria,quod
Chriſtus iuſtis promittit Apocalyp.3.Qui vicerit,dabò ei ſedere mecum in throno meo.

¶*Elucidatio cap.23.Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregem.* *Art.* 39.

QVoniam cauſa ruinæ vulgi,eſt negligentia ac reproba vita præſidentium ac paſtorum,Dn̄s ait
ad eos:[Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ &c.] Iſti paſtores
populi Iudæorum,fuerunt ſacerdotes,ſcribæ & phariſęi,pſeudo quoq; prophetę,vel etiam
reges ac principes,qui per ſemitas vitiorũ diſperſerũt,& ſpiritaliter aut inſupèr corporaliter dilace-
rauerunt gregẽ paſcuę Dei,i.plebẽ Iudaicam,quã Deus ſpiritalibus ac corporalibus beneficijs con-
fouebat.Diſperſerunt aũt & intùs in corde corruperunt eã exemplis,peruerſis doctrinis,& item nõ
auertendo à vitijs. [Ideò hęc dicit Dn̄s Deus Iſrael ad paſtores qui paſcunt gregẽ meum] i. paſcere
obligantur,idq; facere ſe teſtantur,& ſi paſcebãt eum,paſcebant in malis. [Vos diſperſiſtis gregem
meum,ſicut iã dictum eſt,[& eieciſtis eos] de ꝓprijs locis,quia fuiſtis occaſio captiuitatis eorum,nõ
iuſtè eos regendo.Vel eieciſtis eos de ſynagoga electorũ & de ſtatu ſalutis. [& nõ viſitâſtis eos] ve-
raciter inſtruendo,miſericorditer cõſolando,ſtrenuè corrigendo.[Eccè ego viſitabo ſup vos,] i.pu
niam in vobis [malitiã ſtudiorum veſtrorũ.] i. excogitatã prauitatẽ actionũ veſtrarum,q̃bus nõ ex
paſſione vel infirmitate & ignorantia tãtùm,ſed ex induſtria ꝑuerſè egiſtis. De his paſtoribꝰ ſcriptũ
eſt pleniùs in Ezęchiele:Væ paſtoribꝰ Iſrael qui paſcebãt ſemetipſos:lac comedebatis,& lanis ope- Ezech.34.
riebamini,gregẽ aũt meum nõ pauiſtis.& diſperſæ ſunt oues meæ.Deniq; q̃ ſequunt̃,ſecũdùm Hie-
ronymũ cæteroſq; doctores catholicos cõmuniter,referunt̃ ad tẽpus Chr̃i. [Et ego cõgregabo re-
liquias gregis mei de om̃ibus terris,ad quas eiecerã eos illuc,]i.Iudęos hincindè per mundũ diſper-
ſos,per apoſtolorũ p̃dicationẽ & ſancti ſpiritûs illuſtrationẽ colligã ſpiritali vnione per fidẽ & cha-
ritatem. Vndè & Iacobus ſcribit duodecim tribubus q̃ ſunt in diſperſione,ſalutẽ. de qua etiã vnio- Iacob.1.
ne Dn̄s loquit̃ per Iſaiã:Mittam ex eis qui ſaluati fuerint,& adducent oẽs fratres veſtros ad montem Iſaiæ 66.
ſanctũ meum Hieruſalẽ.Chr̃s quoq; in Euangelio:Alias oues habeo,q̃ non ſunt ex hoc ouili,& illas Ioan.10. & 11.
oportet me adducere. Et rurſus euangeliſta Ioannes teſtat̃,quia Ieſus moriturus erat pro gente:&
non tantùm pro gente,ſed & vt filios Dei qui erant diſperſi,cõgregaret in vnũ.De iſtis aũt reliquijs
ait Apoſtolus ad Rom.11.Reliquiæ per electionẽ gratiæ Dei ſaluę factę ſunt. [& conuertã eos ad ru-
ra ſua,] i. ad loca paſcuæ ſpiritalis,ad agrũ dñicum qui eſt Eccleſia,iuxta illud Pſal.22.Dn̄s regit me,
& nihil mihi deerit,in loco paſcuæ ibì me collocauit. Et Saluator:Si quis,inquit,per me intrauerit, Ioan.10.
ingredietur & egredietur,& paſcua inueniet.[& creſcent] per incrementa virtutum,[& multiplica-
buntur] numero ac merito. Potiſſimè aũt multiplicati ſunt,ſpiritales filios generando ſeu alios con
uertendo.Vndè Iſai.45.Dn̄s loquitur: Noli timere ſerue meus Iacob,effundam ſpiritum meũ ſuper
ſemen tuum.[Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores,* & paſcent eos,]putà apoſtolos & apoſtolicos viros, *qui
qui in primitiua fuerunt Eccleſia,& plurimos Iudæorum in Iudæa,Galilæa,Samaria,alijſq; prouin-
cijs conuerterunt,eos quoq; verbo & opere nutriẽrunt,ſecundùm quod erant capaces. His em̃ pa-
ſtoribus dixerat Chriſtus: Vos eſtis ſal terræ. Et ſpecialiter Petro: Paſce oues meas. [Non formida- Matth.5.
bunt vltrà] inordinato timore,[& non pauebunt.] Impleuerunt nempe quod ait Saluator: No- Ioan.21.
lite timere eos qui corpus occídunt.Immò parati fuerũt mori pro Deo,ſicut in Actis apoſtolorum Matth.10.
habetur,& in aduerſitatibus quaſi in omnibus diuitijs gloriabantur,eô quòd dixerit Chriſtus:Bea- Matth.5.
ti eritis quum perſequuti vos fuerint homines.Hinc de eis Dominus Iſai.32. diſſeruit:Sedebit popu-
lus meus in pulchritudine pacis & in tabernaculis fidutiæ. Veruntamen hanc credentium ſecuritatẽ
& confidentiam quidam referunt ad ſtatum Eccleſiæ triumphãtis.[Et nullus quæretur ex numero:]
i. nullus de iſtis p̃deſtinatis atq; reliquijs deſeretur,ſed credent & ſaluabuntur,quotquot p̃ordinati
ſunt ad vitã.Vndè Chriſtus fatetur:Nõ de om̃ibus vobis dico,ego ſcio quos elegerim.Prætereà cer- Ioan.13.
tum eſt,ꝙ Iudæi de Babylonica captiuitate reuerſi,fuerunt pro maiore temporis parte in timore &
tribulationibus multis,vt patet in lib. Eſdræ,Machabęorum,Iudith,immò & Aggæo & Zacharia.
Nec omnes fuerunt de captiuitate illa reuerſi. Idcircò iſta pro tempore illo exponenda non ſunt.
Quomodò autem hęc fiant,ſubiungitur:[Eccè dies veniunt,dicit Dominus,& ſuſcitabo] i. in terris
concipi generariq; faciã,[Dauid germen iuſtum,] i.Chriſtum ſecundùm naturã aſſumptã,qui vt ho
mo,eſt germẽ iuſtũ ſeu filius ſanctus ipſius Dauid regis,ꝓphetæ,ac patriarchæ,iuxta illud ad Rom.1.

Factus eſt ex ſemine Dauid ſecundùm carnem. Ad Chriſtiferã quoq; Mariã angelus dixit: Dabit illi
Luc. 1. Iſaiæ 4. dñs Deus ſedem Dauid patris eius. De his diebus ſcribit Apoſtolus ad Gal. 4. Vbi venit plenitudo
tẽporis, miſit Deus filium ſuũ. Et de germine iſto ſcriptũ eſt in Iſaia: In die illa erit germẽ dñi in ma-
gnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis. [Et regnabit rex.] Chrs nanq; nunc regnat, & à prin-
cipio cõuerſionis credentiũ in ipſum, regnauit in corde eorũ ſeu in militãti Eccleſia, ſpirituali regimi-
ne per fidẽ, charitatẽ & grãm, inducendo mentes eorum ad obediendum ſuis p̄ceptis. Et per p̄latos
Eccleſiæ fuit p̄ſidens ſuis electis. Nunc quoq; regnat in triumphanti Eccleſia. Idcircò angelus nun-
Lucæ 1. ciauit: Regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. De quo Iſai. 33. legit: Dñs iudex
noſter, Dñs legifer noſter, Dñs rex noſter, ipſe veniet & ſaluabit nos. Cõpetit aũt Chro eſſe regẽ, ſe-
cundùm vtranq; ſuã naturã: quia vt Deus, eſt rex per increatã authoritatẽ: ſed vt homo, per cõceſſam
Matth. 28. in tẽpore poteſtatẽ, ſecundùm quod ait: Data eſt mihi oĩs poteſtas in cælo & in terra. [& ſapiẽs erit.]
Nam ſecundùm diuinã naturã ſapiens eſt ſapientia increata, q̃ cum ipſo ſubſtantialiter idẽ eſt. Vndè
1. Cor. 1. Apoſtolus Chrm appellat Dei virtutẽ & Dei ſapientiã. Sapientia nanq; appropriat filio, quẽadmo-
dùm veritas, ars, exemplar, &c. quia ꝓcedit à patre per intellectum. Porrò ſecundùm naturã huma-
nam, ſapiens eſt ſapientia creata infuſa, q̃ in Chriſto multiplex aſſignatur, vt patet in Summis & ſcri-
Ioan. 3. ptis Doctorum. [& faciet iudicium & iuſtitiam in terra.] Quum dicat ipſemet Chrs, Non miſit Deus
filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum: quomodò Chri-
ſtus in primo ſuo aduentu fecit iudicium, p̄ſertim cùm dicat, Ego nõ iudico quenquã? Et reſpondẽ-
dum, ꝙ duplex eſt iudicium, ſ. diſcretionis, quod ad prudentiam pertinet, & etiã ad iuſtitiam, & hoc
fecit Saluator in primo ſuo aduentu, inter bonum & malum, ſeu inter bonos ac malos diſcernẽdo,
illos approbando, iſtos rep̄hendendo, quemadmodùm in Euangelio patet: quoſdam etiam occulto
ſuo iudicio ad fidẽ ac grãm deducendo, alios relinquendo. ſicq; inter p̄deſtinatos ac p̄ſcitos diſcre-
uit, propter quod dixit Ioan. 12. Nunc iudicium eſt mundi. Aliud eſt iudicium diſcuſſionis ſeu dãna-
tionis, quod particulariter fit in mortibus ſingulorum, & vniuerſaliter fiet in fine ſeculorum, cuius
iudicij exequutio ſpectat ad Chrm ſecundùm naturã aſſumptã. Iudiciariã nanq; poteſtatẽ & eius ex-
equutionẽ ſeu ſententię ꝓlationem meruit Chriſtus ſua humiliatione ac paſſione: quanq̃ & aliundè
ſibi cõpeteret, vtpotè ratione hypoſtaticę vnionis ſuę humanitatis cũ verbo: Propter quod ait: Neq;
Ioan. 5. eñ pater iudicat quenquã, ſed iudicium omne dedit filio. Et denuò: Dedit ei (haud dubium quin pa
ter filio) poteſtatem & iudicium facere, quia filius hominis eſt. Fecit autẽ iuſtitiam Chriſtus in ter-
Iſaiæ 53. & 11. ra, qm̃ (Iſaia teſtante) peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Hinc de ipſo ſcriptum
eſt: Non ſecundùm viſionem oculorum iudicabit, neq; ſecundùm auditum auriũ arguet: ſed iudica-
bit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ. [In diebus illis ſaluabitur Iuda,] i.
omnis populus Iudęorum, immò & omne genus humanum, quãtùm ad ſufficientiã, non quantùm
ad efficientiam. Chriſtus nanq;, quantùm in ſe eſt, pro totius humani generis ſatisfecit peccatis, ſan-
ctiſſimè conuerſando, innocenterq; moriendo. Verùm non oẽs paſſionis eius fructum & efficaciã
ſortiuntur, quod nõ eſt ex defectu Chriſti, ſed eorum. Tunc quoq; oẽs Iudęorũ patriarchę, ꝓphetę,
Ioan. 12. ac cæteri p̄deſtinati olim defuncti, ab originalis peccati reatu erepti ſunt. Hinc dixerat Chrs: Si ex-
altatus fuero à terra, oĩa traham ad meipſum. Prętereà in primo Chri aduentu ſaluati ſunt veri Iudęi,
i. Deo fideliter confitentes. Iuda nanq; interpretatur cõfeſſio. Non aũt carnales reprobiq; Iudęi, qui
Lucæ 2. ſynagoga ſatanæ ſunt vocati. Propter quod Simeon iuſtus dixit de infantulo Ieſu: Poſitus eſt hic in
Iſaiæ 4. ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſrael. Vndè de electis Iudæorum reliquijs ab Iſaia fuit
prædictum: Sanctus vocabitur omnis, qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem. Prætereà de ſaluatione
non Iudęorum duntaxàt, ſed & totius mundi per Chriſtum, omnes penè ꝓphetę loquuntur. Vndè
Gene. 12. & 22. ad Abraham dictũ eſt: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Eſtq; ſaluatio iſta, intelligẽda de
reatu originalis peccati, de poteſtate diaboli, de abſolutione ab omni iniq̃tate, de infernali punitio-
ne, de verę atq; æternæ beatitudinis conſequutione, non de corporali ac temporali liberatione ab
omni humana captiuitate ad regnandum in ſeculo iſto, ſicut excæcati putant Iudæi. Hanc ſpirita-
Gene. 49. lem ſaluationem optauit beatiſſimus patriarcha Iacob, cùm ait: Salutare tuum expectabo domine.
[& Iſrael habitabit confidenter.] Iam enim præhabitum eſt, quòd non formidabunt vltrà neq; pa-
uebunt, immò ad mortem pro Chriſto ibant cum gaudio. Iſti ſunt veri ac præelectiſſimi Iſraëlitę, de
Act. 2. & 4. quibus Lucas inducit: Omnes qui credebant, erant pariter, & ſumebant cibum cum exultatione &
ſimplicitate cordis, & collaudabant Deum, habentes gratiam ad omnem plebem. Et iterùm: Cùm
oraſſent, motus eſt locus in quo erant, & repleti ſunt oẽs ſpirituſancto, & loquebantur verbum Dei
cum fiducia. Prætereà habitatio iſta cõfidentialis, referri poteſt ad illam ſecuritatẽ ac pacem, de qua
Iſaiæ 2. Mich. 4. ſcriptum eſt in Iſaia & Michea: Erit in nouiſſimis diebus pręparatus mons domûs Domini in vertice
montium, quod omnes exponunt de primo Chriſti aduentu, & illic ſubiungitur: Conflabunt gla-
dios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Tunc etenim ſub Cæſare Auguſto, & multo poſt
tem-

tempore inaudita pax fuit in mundo, & populus Iſraël ſatìs ſecurè in ſua ꝓuincia ſub Romano man-
ſit imperio. Aliqui tamen referunt iſtud ad ſtatum Eccleſiæ triumphantis. [Et hoc eſt nomen quod
vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter.] Ex hoc oſtenditur Chriſti diuinitas. nempe pro eo quod di
citur hîc, Dominus iuſtus, in Hebræo ponitur nomen Dñi tetragrammaton, quod ſecundùm Rabbi
Moſen, cæteroſq; Hebręorum doctores, incommunicabile eſt creaturis, cùm impoſitum ſit Deo al-
tiſſimo, ad deſignandum nudam eius eſſentiam abſq; omni ad creaturas reſpectu. Moderni autem
Iudæi, qui nec ex hoc loco conuincuntur Chriſti diuinitatem fateri, (expectant enim Meſſiam ven-
turum, hominem purum) dicunt in Hebręo ſic contineri: Et hoc eſt nomen * quo vocabit eum Do- *qui
minus iuſtus noſter. Veruntamen ſecundùm Hieronymum, in Hebręo habetur, * quo vocabunt *quod
eum. Nicolaus quoq; de Lyra, in hac parte ſatìs efficaciter Iudęorũ oſtendit errorem. Diuinitas au-
tem Chriſti alijs multis locis monſtratur, præſertim in Iſaia vbì inter cætera legitur: Paruulus natus
eſt nobis, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſeculi, Prin- Iſaiæ 9.
ceps pacis. Itẽ in Michea: Egreſſus eius à principio, à diebus æternitatis. in Pſalmo quoq;: Sit nomen Mich. 5.
eius benedictum in ſecula, ante ſolem permanet nomẽ eius. quod alijs quaſi innumerabilibus pro- Pſal. 71.
bari teſtimonijs poteſt. Itaq; credentes in Chriſtum, vocabunt eum, Dñs iuſtus noſter. Eteñ in ſe-
ipſo iuſtus eſt, & nos ipſe iuſtificat, iuxta illud Actuum: In hoc omnis qui credit, iuſtificatur. Qui an- Actu. 13. & 7.
tonomaticè iuſtus vocatur, ſecundùm quod Stephanus ait: Patres veſtri occiderunt eos qui annun-
ciauerunt de aduentu iuſti, cuius vos nunc ꝓditores & homicidæ fuiſtis. [Propter hoc eccè dies ve
niunt, dicit Dñs, & non dicent vltrà, Viuit Dñs qui eduxit filios Iſraël de terra Aegypti: ſed, Viuit Dñs
qui eduxit & adduxit ſemen domûs Iſraël de terra aquilonis, & de cunctis terris ad quas eiecerã eos
illuc, & habitabunt in terra ſua.] Totum hunc textûs paſſum pariter poſui, eò ꝙ expoſitio id requi-
rat, vt pleniùs veritas innoteſcat. Doctores autem catholici ſequentes Hieronymum, iſta exponunt
de Iudæorum conuerſione ad fidem, per quam ſpiritaliter adunati ſunt in Chriſto Ieſu, atq; ad Deũ
reducti: habitaueruntq; in terra ſua, videlicet in Eccleſia militante, deindè in Eccleſia triumphante
ſeu regno cælorum, quod eſt terra viuentium, regioq; viuorũ, quam Deus antiquis patribus ſub no-
mine terræ promiſſionis principaliter ꝓmiſit in præmium. Sed huic expoſitioni videtur obuiare, ꝙ
ſuprà hæc eadem verba, penè ſub eadem forma habẽtur, & tamẽ ibidèm de reditu à captiuitate Ba-
bylonica exponuntur. Et reſpondendum, quòd ibì propheta præmiſit de Babylonica captiuitate,
quòd ſ. Iudæi ob ſua facinora in Babylonem ducerentur captiui, & ſtatìm adiunxit verba nunc in-
troducta. Idcircò ibidèm de reditu à Babylone in Iudæam, expoſita ſunt: hîc verò prænunciat pro-
pheta de Chriſti incarnatione & mundi ſaluatione per ipſum, protinuſq; ſubiecit verba iam allega-
ta. Ideò in hoc loco exponẽda ſunt de ſpirituali eductiõe Iudæorũ à locis terrarũ in quibus diſperſi
fuerũt. Aliqui aũt eorum in oĩbus huiuſmodi locis cõuerſi ſunt. In Actis quoq; habet, quẽadmo- Act. 2.
dùm in Hieruſalẽ fuerunt habitantes Iudęi viri religioſi, ex oĩ natione q̃ ſub cælo eſt, & horũ mul-
ti per apoſtolos crediderũt, erantq; diuina ordinatione de varijs regnis ac ſedibus ad Iudęam redu-
cti, & in Hieruſalẽ adunati, habitãtes ibidèm in terra patrũ ſuorum. Itaq; verbis his declarat magni-
tudo & grata recognitio beneficiorũ Chri, ità ꝙ Iudæi in Ieſum credẽtes, beneficia ſuæ incarnatio-
nis, informationis, paſſionis, miſſioniſq; ſpiritûs ſancti, & donorũ grãe ac ſalutis, intantùm magni pẽ-
derent, ꝙ beneficiũ eductionis de Aegypto, traderent obliuioni, cùm incõparabiliter Chriſti bene-
ficia ſint maiora. Liberatio aũt de Aegypto & Babylone, fuit figura liberationis ſpiritalis factæ per
Chrm. Figura verò & vmbra, veritate patefacta, & figurato iã apparente, radianteq; luce, ceſſant. ſed
& motus maiores expellũt minores, & maius lumen offuſcat minus. Cõſequenter agitur cõtra pſeu-
do impioſq; Iudęorũ paſtores. [Ad ꝓphetas] i. ad pſeudo prophetas pertinent q̃ ſequuntur. Deindè
Ieremias in propria ait perſona: [Contritum] i. compunctum vel dolore affectũ, & quaſi ad nihil re-
dactum. [eſt cor meum] i. anima vel ratio [in medio mei] i. in meipſo. Iſta aũt contritio intelligi po
teſt vel de peccatis, vel quia cõparatione Dei, cuius vultum fuerat cõtemplatus, nihil ſe eſſe perpen-
dit, iuxta illud in Pſalmo: Subſtantia mea tanq̃ nihilum ante te. Vel quia de aliorum iniquitate vehe- Pſal. 38.
menter dolebat, eiſq; propter imminentes pœnas cõdoluit. [contremuerũt oĩa oſſa mea.] i. pro-
pter mala culpę ac pœnę Iudęorum, intãtùm expauit cor meum, ꝙ etiam timor in corpus redunda-
uit, & oſſa concuſſit, iuxta illud Iob: Inhorruerunt pili capitis mei. Et Pſalmiſta: Conturbata ſunt, in- Iob 4.
quit, oĩa oſſa mea. Vel de ſpiritalibus oſſibus ſermo eſt, q̃ ſunt fortitudo mentis, cõſtantia, cæterǽq; Pſal. 6.
virtutes. [Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino:] i. inſtàr ebrioſi quaſi obſtu-
pui & defeci. [à facie Dñi.] i. à conſideratione diuinę iuſtitię. [& à facie verborum ſanctorum eius] i.
intuitu comminationum, quibus iuſtè ac ſanctè minatur inferre vindictam Iudæis. [quia adulteris
repleta eſt terra.] i. Iudęa, de qua iam ſermo. Vndè ſuperiùs dictum eſt, Vnuſquiſq; ad vxorẽ proxi- Iere. 5.
mi ſui hinniebat. [quia à facie maledictionis luxit terra:] quod intelligi poteſt dupliciter: Primò, de
maledictione & blaſphemia Iudęorum in Deum, propter quam inflicta fuit à Deo ſterilitas ter-

 ræ,

ræ,ob quã luxerunt habitatores Iudææ. Secundò,de maledictione Dei,i. de vltione quã Deus iuſtè
Abac. 3. inflixit.[areſacta ſunt arua deſerti.] i.ſterilia facta ſunt,iuxta illud Abac. Arua nõ afferent cibũ.[factus eſt curſus eorũ malus.] i.ad opera mala feſtinabant cũ feruore ac auiditate peccandi. [& fortitudo eorũ diſſimilis.] i.à diuina æquitate diſcordans,& ſanctorũ patrũ virtuti diſſimilis,ità ꝙ fortitudine ſua abuſi ſunt. Et ſicut boni fuerunt fortes ad benè agendũ,ſic ipſi ad malè agendũ.[Propheta nanq; & ſacerdos polluti ſunt] varijs vitijs. Loquitur aũt de pſeudo ac malis presbyteris.[& in do
Nume. 12. mo mea.] i.in populo meo,de qua Dñs ait in Nume. Moſes in omĩ domo mea fideliſſimus eſt. Vel in domo mea,putà in templo.[inueni malum eorũ, ait Dñs.] quia in tẽplo grauiter peccauerunt.q̃ oĩa, ſicut & conſequentia,referri poſſunt ad Iudæos,qui Chrm̃ non receperunt,ſed blaſphemauerũt: & item ad eos qui erant tempore Ieremiæ.[Idcircò via eorum erit quaſi lubricum in tenebris.] i. proſperum ꝓceſſum non habebunt.[impellentur em̃,& corruent in ea.] i. ab aduerſarijs ſuis deijcientur. [afferã em̃ ſuper eos mala.] i.ſupplicia pro peccatis eis infligam. [annum viſitationis] i. tempus iuſtę
Iſaiæ 59. punitionis [eorũ,ait Dñs.] De hac punitione ſcriptum eſt in Iſaia. Annus aũt viſitationis, hoc loco in malo accipit̃ pro tẽpore,quo Deus in ſua ſapientia peccatũ prauorum punire decreuit,quẽadmo-
Ezech. 21. dùm apud Ezechielẽ profat̃: Tu aũt ꝓphane, cuius venit dies in tẽpore iniquitatis ꝑfinita. [& in ꝓphetis Samariæ.] i.in pſeudoprophetis decem tribuum.[vidi fatuitatem.] i. idololatriã qua nihil eſt ſtultius,ac cætera ſcelera.[& ꝓphetabant in Baal,] idolum inuocando. [Et decipiebãt populũ meũ Iſrael.] i.decẽ tribus. Tales fuerunt ꝓphetæ Achab & Iezabel, prout legit̃ 3. Reg. 16. [Et in ꝓphetis
*adulterã-tium Hieruſalẽ vidi ſimilitudinẽ.] i.ſimilia vitia cũ ꝑdictis. Pſeudo aũt vulgato noĩe vocat ꝓphetas.[*adulteriũ & iter mendacij,] i.verba mendoſa & ſimulationes ac fallacẽ ꝓceſſum.[Et cõfortauerunt manus peſſimorũ,] ſ. regũ ac principũ, aliorũq; idololatrarũ aut ſceleratorũ.[vt non cõuerteret̃ vnuſquiſq;] illorũ [à malitia ſua.] Nã vitia cõmendabant, & impijs ſecuritatẽ & impunitatẽ ſpondebãt. [Facti ſunt mihi oẽs vt Sodoma, & oẽs habitatores ei⁹ quaſi Gomorrha.] i. pſeudo iſti facti ſunt mi-
Iſaiæ 1. hi deteſtabiles vt Sodomitæ,& incolæ Hieruſalẽ vt habitatores olim Gomorrhæ. Immò in Ezechiele peccata iſtorũ grauiora feruntur vitijs Sodomæ & Gomorrhæ. Hinc Iſaias dicit ad eos: Audite verbũ Dñi principes Sodomorũ,auribus percipite legem Dei veſtri populus Gomorrhæ. [Proptereà hæc dicit Dñs: Eccè ego cibabo eos abſinthio,& potabo eos felle.] i.doloribus & amaritudinibus
Mich. 2. ego implebo,ſicut impletur homo eſca & potu. Hinc in Michea Dñs ait: Stillabo tibi in vinum & in
*ſicut qui inſtillatur ebrietatem,& erit * ſuper quem ſtillatur populus iſte. [A prophetis enim in Hieruſalem egreſſa eſt pollutio.] i.immunditia vitiorum, præſertim idololatria, quæ eſt fornicatio ſpiritalis. [ſuper omẽm terram] i.ad omnes habitatores Iudææ. Induxerunt enim exemplis & verbis alios ad peccata, potiſſimè reges ac principes quos ſequebantur, vt adulando ac quæſtuando traherent eos ad ſibi cõ-
Iſaiæ 9. ſentiendum. Ideò ab Iſaia caudæ vocantur: Propheta, inquit, docens mendacium, ipſe cauda eſt. [Hæc dicit Dominus: Nolite audire verba prophetarum,qui prophetant vobis,& decipiunt vos. Vi-
*]&[ſionem] i.adinuentiones & imaginationes [cordis ſui loquuntur, * & non de ore Domini. Dicunt
*omnibus qui ambulant his qui blaſphemant me, Locutus eſt Dominus] bona de vobis ad nos,ſ.[pax erit vobis,& * omĩ qui ambulat in prauitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper * vos malum] i. afflictio per Chaldæos ſeu alios. Quòd aũt iſtis pſeudo credendum non ſit,oſtendit. [Quis enim adfuit in conſilio Domi-
*nos ni?] i.iſti mendoſi non ſunt de numero eorum,qui ad diuinorum ſecretorum reuelationem admittuntur.[& vidit] i.intellexit,[& audiuit] interiori auditu [ſermonẽ eius?] i.verba prophetica. [Quis conſiderauit verbum illius & audiuit?] q.d.nemo iſtorum. Sic nanq; conſilio Dei adeſſe,eiuſq; ver-
Sap. 7. ba ſuſcipere ac dignè penſare, non competit niſi purificatam habentibus mentem, iuxta illud Sap.
Amos 3. Sapientia Dei in animas ſanctas ſe transfert,amicos Dei & prophetas cõſtituit. Propter quod Amos ait: Non faciet Dominus verbum,niſi reuelauerit ſecretũ ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Inſupèr ꝙ pſeudo mentiti ſunt,monſtratur.[Eccè turbo] & commotio [dñicę indignationis] i.impetus vltionis diuinæ iuſtitiæ,[egredietur,& tẽpeſtas erumpẽs] i. turbulenta & copioſa perſequutio Chaldęorum [ſup caput impiorũ veniet] ſ.ſuper impios iſtos Iudęos capitaneoſq; eorũ,ſ.reges,principes,ſa-
Soph. 3. cerdotes,& pſeudoprophetas. Hinc ſcriptũ eſt in Soph. Effundam ſuper eos indignationẽ meam &
&[oẽm iram furoris mei.[non reuertetur furor Dñi] i. zelus diuinæ iuſtitię non deſiſtet ab illatione vindictæ. [vſq; dum faciat,& vſq; dum cõpleat cogitationẽ cordis ſui.] i. decretum vlciſcendi per-
Ezech. 4. ducat in opus,quemadmodùm in Ezech. teſtatur: Complebo furorem, & requieſcere faciam indignationẽ meam.[In nouiſſimis diebus intelligetis conſilium eius] i. Chaldęorũ exercitu ingrediẽte ac deſtruente Hieruſalẽ,vobiſq; in captiuitatem euntibus ô Iudæi,ſcietis per experientiã pœnarum veſtrarum,vera eſſe q̃ vobis ex ore Dei veri prophetæ locuti ſunt. [Non mittebam prophetas,] videlicet pſeudo,de quibus nunc ſermo.[& ipſi currebant] ad vaticinandum impijs proſpera. [Non loquebar ad eos,& ipſi prophetabant] ſuas confictiones ac diabolicas inſpirationes. [Si ſtetiſſent in conſilio meo,] i. documentis atq; conſilijs meis, quæ per ſcripturas ac prophetas veraces noue-
runt

runt,vel noſcere potuerunt ac debuerunt,[& nota feciſſent verba mea populo meo,] i.verba ſalutaria,non mendoſa & vana,prædicâſſent Iudęis.[auertiſſem vtiq; eos à via ſua mala,] i.prauis operibus
[& à peſſimis cogitationibus ſuis] quoſdam vtiq; conuertiſſem. De his prophetis ſcriptum eſt plenè Mich. 7.
in Michea: Hæc dicit Dñs ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum,qui mordent dentibus ſuis,& prædicant pacẽ: & ſi quis non dederit in ore eorũ quippiã,ſanctificant ſuper eum ꝑlium. Conſequenter reprobat Deus ſtultiſſimam quorundam opinionem,dicentiũ Deum non eſſe vbiq;,nec
cũcta cognoſcere,ſed ꝙ ſit tm̃ in cælis,& ſuperiorum duntaxàt prouidentiã habeat,iuxta illud Iob: Iob. 22.
An cogitas ꝙ Deus excelſior cælo ſit,& ſuper ſtellarum verticem ſublimet̃? Et dicis, quid em̃ nouit Dñs,& quaſi per caliginem iudicat? Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat. Cõtra ſic æſtimantes,nunc dicit̃: [Putás ne Deus è vicino ego ſum,dicit Dñs, & nõ Deus de longè] i.æſtimas ô homo inanis,ꝙ eorum tm̃ inſpector,prouiſor & iudex ſum,q̃ prope me ſunt,& non eorum q̃ veſtra opinione longè diſtant à me,quaſi vbiq; non eſſem? Vel quę verè longè
ſunt à me,non loco,ſed diſſimilitudine,quemadmodùm Salomon loquit̃: Longè eſt Dñs ab impijs. Prou. 15.
Et Pſal. Alta à longè cognoſcit.[Si occultabit̃ vir in abſconditis,& ego non videbo eum,dicit Dñs?] Pſal. 137.
i.non vtiq; loca tenebroſa ac abdita,aliquid poſſunt ab intuitu meo abſcõdere. Quidam nempe putabant ea quæ in tenebris ac abditis fiunt,non videri à Deo. Contra quos oẽs conuenientiſſimè ac
ſubtiliſſimè ſcriptum eſt in Iſaia: Quaſi ſi lutum contra figulum cogitet,& dicat opus factori ſuo: Nõ Iſaiæ 29.
fecisti me.& figmentum dicat factori ſuo,non intelligis: ſic omnes quorum ſunt in tenebris opera,
&dicunt: quis videt nos? aut quis nouit nos? Hoc eſt quod ait Pſal. Intelligite inſipientes in populo, Pſal. 93.
& ſtulti aliqñ ſapite: qui plantauit aurem,non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat? [Nun-
quìd non cælũ & terrã ego impleo,dicit Dñs?] i.incircunſcriptus ſum penitùs & immenſus. Magnus Pſal. 147.
enim Dñs & laudabilis nimìs,& magnitudinis eius non eſt finis. Ideò ait vir ſanctus: Quò ibo à ſpiri- Pſal. 138.
tu tuo? & quò à facie tua fugiam? ſi aſcẽdero in cælum,tu illic es,&c. In Iob quoq; fert̃: Excelſior cæ- Iob 11.
lo eſt,& profundior inferno: longior terra menſura eius, & latior mari. Quum enim Deus ſublimis & benedictus,ſit ipſum eſſe,in ſua puritate ac plenitudine ſumptum,nullo modo poteſt eſſe finitus. Nihilominùs ſimpliciſſimus omninò eſt Deus,& ipſe vbiq; veraciter eſt per eſſentiam,potentiã atq; præſentiam. Eſtq; intimus vniuerſis, & omnia penetrat. Ipſe etem̃ ſolus illabitur eſſentijs rerum, & propinquior extat enti,q̃ eſſentialia principia eius. Poſtquàm Deus omnipotens cuncta ſibi certa eſſe probauit,rurſus falſos repræhendit prophetas. [Audiui] i. intùs in luce ſapientiæ meæ cognoui. [quæ dixerunt prophetæ,prophetãtes in nomine meo] ſecundùm ſuam aſſertionem [mendaciũ] i. mẽdacia ſua dixerunt eſſe reuelatiões diuinas.[atq; dicẽtes: Somniaui,ſomniaui,] i.p ſomnũ allocutionẽ diuinã ſortitus ſum,& viſionẽ prophetalẽ recepi. Interdùm em̃ reuelationes diuinæ fiunt in
ſomno,ſicut illud Iob: Per * ſomnum in viſione nocturna aperit Deus aures virorum,& inſtruit eos. Iob 33.
[Vſquequò iſtud eſt in corde prophetarum,vaticinantium mendacium & ſeductionem cordis ſui,] vel paſſiuã,qua à diabolo ſunt illuſi: vel actiuam, qua alios ſcienter ſeducunt, [qui volunt facere, vt obliuiſcat̃ populus meus nominis mei &c.] Ad hoc vana fingebant, vt Iudæi implicarentur erroribus,ſecuriuſq; peccarent.[Propheta qui habet ſomnium, narret ſomnium.] i. falſi vates ſuis ſomniationibus intenti, proponant ea vt ſomnia,nõ vt verba prophetica ac diuina,ꝓmittendo, Hæc dicit Dñs. Pſeudo etem̃ conformabant ſe veris ꝓphetis in modo loquendi,vt à Deo illuminati putarẽtur. [Et qui habet ſermonem meum,loquatur ſermonem meum verè.] i. ille ſe dicat in nomine Dei vaticinari,atq; ꝓmittat, Hęc dicit Dñs,ad quem verè factus eſt ſermo Dei ad prophetãdum.[Quid paleis ad triticum,dicit Dñs?] i.ſicut paleę non ſunt tritico cõmiſcendę,ſic falſi prophetæ non ſunt veris prophetis cõparandi, nec in nomine Dei ſe loqui debent aſſerere. Cui ſimile eſt illud Apoſtoli: Quæ ſocietas luci ad tenebras? [Nunquìd nõ verba mea ſunt,quaſi ignis] ardens,[dicit Dñs?] i.ad diuinũ amorẽ,& ad zelum iuſtitiæ,ac virtutum dilectionẽ inflammant.[& quaſi malleus cõterens petram?] i.cordium tollunt duritiã,& ad pœnitentiam emolliunt mentẽ, vt ablatis lapideis cordibus,
remaneant carnea corda. Rurſus,quemadmodùm ignis conſumit paleas,& malleus conterit petras, Eccẽs 12.
ſic reprobat & cõdemnat iniquos. Iuxta huiuſmodi ſimilitudinẽ,etiã in Eccleſiaſte ait ſcriptura: Ver Pſal. 38.
ba ſapientũ quaſi ſtimuli,& quaſi claui in altum defixi. Porrò ꝙ verba Dei ſint quaſi ignis ardens,ex- Pſal. 72.
pertus fuit qui dixit: Concaluit cor meũ intra me. Et, Inflãmatũ eſt cor meum. Cùm em̃ ſpũs ſanctus ſit ignis ille immẽſus,ſupdulciſſimè ardens,meritò verba eius ardentes faculæ appellant̃. Talia aũt non ſunt verba ꝓphetarum fallaciũ.[Propterea eccè ego ad prophetas, ait Dñs,] i.ad eos puniendos intendo.[qui furant̃ verba mea] i.modum loquendi ſanctorum vatum conſiderant & ſequunt̃,rapientes verba mea de ore illorũ,[dicẽtes: hæc dicit Dñs.] Circa quod ſcribit Hieronymus: Semp imitat̃ mendaciũ veritatem: & niſi habuerit aliquã recti ſimilitudinẽ, decipere non poteſt innocentes. [vnuſquiſq; à proximo ſuo,] videlicet vero Dei ꝓpheta. Vel ſic,q furant̃ verba mea,vnuſquiſq; à ꝓximo ſuo,i. ꝓximos ſuos ab auditu verborũ Dei impediũt, verbumq; auditũ de eorũ corde auferre

conantur,nè in eis fructificet,quod prorſus diabolicum eſt.Eccè ego ad prophetas,ait dñs,qui aſſu-
munt linguas ſuas,]i.ad libitum ſuum flectunt eas ad proferendũ inania,& aliorũ Dei vatũ loque-
las,ſeu modos loquendi aſſumũt. [& aiunt, dicit dñs.Eccè ego ad prophetas ſomniantes mendaciũ
dicit dñs,qui narrauerunt ea,]i.ſomnia ſua tanquàm vaticinia recitauerunt.[& ſeduxerunt populum
meum in mendacio ſuo & in miraculis ſuis,&c.]i. magnis ac miris ſermõibus atq; ꝓmiſſis,vel ſimu-
latis virtutum operibus confictíſve raptibus,[& cæteris diabolica ope peractis, quæ vulgo mirifica
Iob 33. apparebant.Vndè & Elihu ait ad Iob:Miraculum meum non te terreat. [qui nihil profuerunt popu-
lo huic,dicit dñs.]immò quàmplurimũ nocuerunt.Conſequenter dñs loquitur Ieremiæ: [Si igitur
interrogauerit te populus iſte]Iudæorũ[vel propheta]pſeudo,[aut ſacerdos,dicens: Quod eſt onus
dñi?dices ad eos:Vos eſtis onus.] Quandò in libris propheticis grauia aut moleſta prædicũtur, prę-
mittitur:Onus dñi. Quoniam ergò ſancti prophetæ iugiter minabantur peccatoribus vltionis ſup-
plicia,& hęc ipſa viciſsìm ex longanimitate miſericordiſſimi Dei diutiùs differebant,peruerſi Iudęi
reputabant huiuſcemodi verba vana ac friuola: & vaticinia ꝓphetarum ſanctorũ,irriſoriè onus vo-
cabant:iubet ergò dñs,vt malitioſè petentibus,quod eſt onus dñi,i.qd nunc enuncias nobis ex par-
te Dei,& quid aduerſitatis imminet nobis?Ieremias reſpõdeat:Vos eſtis onus,i. graue pondus pro-
pter veſtra facinora,& eſtis velut importabiles Deo,ꝓpter inexcuſabilia veſtra peccata. [Proijciam
quippe vos,dicit dñs,] i.in captiuitatem expellã,& de brachijs patientię meę,in quibus hucuſq; vos
tuli,iactabo vos in terrã non veſtram.Vñ Iſaias inducit:Proiecisti populum tuum domũ Iacob. In-
Iſaiæ 2. Iere. 44. frà quoq; habetur:Non poterat vltrà vos dñs portare ꝓpter malitiã ſtudiorum veſtrorum. [Et pro-
pheta & ſacerdos & populus qui dicit, onus dñi,] ſecundùm ſenſum iam poſitum, [viſitabo ſup vi-
rum illum,& domum eius,] i.eum & eius familiã ſeu congregationem ſibi in vitijs conſentientem,
grauiter puniã,eô ꝙ verbum Dei in ludum ac iocum cõuerterit. [Hæc dicetis vnuſquiſq; ad proxi-
mum & ad fratrem ſuum:] i.cùm taliter caſtigati fueritis, ceſſabitis ab huiuſcemodi irriſorio modo
loquendi,& decæterò loquemini reuerenter de propheticis ſciſcitando ſermonibus. Sic ergò vnus
& onus dicet ad alium: [Quid reſpondit dñs] ꝑ prophetas? [& quid locutus eſt dñs] ad nos per eos? [quia
onus dñi vltrà non memorabit,]i.priſtino modo loquendi ampliùs non vtemini,prophetiam onus
vocando.[qa onus erit vnicuiq; ſermo ſuus.] i. ꝓ intemperantia ſui ſermonis,diuina vltione graua-
bit,præſertim ſi dixerit:Quod eſt onus dñi?His ſimile eſt quod in Ezechiele ſæpè ſcriptũ eſt.Verba
autẽ illa breuitatis grã prętermitto.[Et puertiſtis] ô Iudæi [verba Dei viuentis,dñi exercituum,Dei
Ezech. 33. noſtri.] i.irreuerenter ac deriſoriè ea audîſtis & ꝓtuliſtis,quẽadmodùm ad Ezechielẽ dñs proteſta-
tur:Veniunt ad te,& audiunt verba mea ex te,& non faciunt ea, qa in cãticum oris ſui vertunt illud.
Porrò ſecundùm Hieronymũ,Verba Dei viuentis &c.Latini & Gręci codices nõ habebant.Et He-
brȩi contra ſe in ſuis libris legunt,qa myſteriũ ſignificant Trinitatis.Cui cõſonat Lyra,dicens ꝙ in
Hebrȩo habeat,Peruertiſtis verba deorũ viuentium,quo pluralitas pſonarum in Deo innuit. vnitas
verò eſſentię deſignat,cùm ſingulariter ſequit, dñi exercituũ, Dei noſtri.[Hæc dices ad ꝓphetam:]
ô quicunq; Iudæe,ſic reuerenter alloquéris quemlibet verum ꝓphetam.[Quid reſpondit tibi dñs?
& qd locutus eſt dñs?] Iſtud expoſitũ eſt.[Si aũt onus dñi dixeritis,] i.prophetã Dei interrogaueri-
tis more cõſueto,dicentes,Quod eſt onus dñi? [ꝓpter hoc hęc dicit dñs,qa dixiſtis ſermonẽ iſtum,
onus dñi,& miſi ad vos,dicens:Nolite dicere onus dñi, propterea eccè ego tollã vos] prophetas de
Iudæa,[portans] vos in Chaldȩam.[Et derelinquã vos, & ciuitatem quã dedi vobis & patribus ve-
ſtris] putà Hieruſalem [à facie mea,] i.à pietatis & defenſionis meæ gratioſo adſpectu. [& dabo vos
in opprobrium ſempiternum,& in ignominiam æternã, quæ nunquàm obliuione delebitur.] Hoc
intelligendum eſt,quantùm ad infernales punitiones eorum,qui non pœnituerunt.Vel ad captiui-
tatem iſtam à Romanis inflictam,in qua vſq; ad mundi permanent finem.

¶ *Declaratio ſpiritualis eiuſdem cap.23.* *Articulus* 40.

VAe paſtoribus,i.epiſcopis,cæteriſq́; prælatis, prædicatoribus atq; doctoribus, qui diſpergunt
& dilacerant,i.ſua negligentia, carnalitate, impijs moribus; prauis exemplis, conuerſatione
iniqua lædunt & ſpiritualiter necant gregem paſcuæ meæ, i.plebem Chriſtianam eis ſubditam aut
commiſſam,quæ per ſacram ſcripturam,ſacramenta Eccleſiæ,virtutes ac dona ſpiritûs ſancti, mente
1.Pet. 5. Ioan. 10. nutriri deberet,& cum omni diligentia cuſtodiri,quemadmodùm Petrus adhortatur:Seniores,ob-
ſecro,paſcite,qui in vobis eſt gregem Dei ſpontaneè & ex animo. veruntamen vt ait Saluator, Bo-
nus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.Iſtis indignis paſtoribus Dominus ait: Vos diſper-
ſiſtis gregem meum. Quod contingit dupliciter: Primò, non impendendo auxilium debitum, ſeu
pro poſſe non retrahendo à malis. quod eſt contra eos,qui vicarios ſubſtituunt inſufficientes: Se-
Apoc. 3. cundò,verbo vel exemplo ad vitia inducendo.Hinc in Apocalypſi paſtori præcipitur: Eſto vigilãs,
& confirma cætera quæ moritura erant.Et eieciſtis eos,de ſtatu ſalutis ad multa pericula.Et non vi-
1.Theſ.5. ſitâſtis eos,implendo quod ad Theſſalonicenſes docet Apoſtolus:Corripite inquietos,conſolami-
ni

ni puſillanimes,ſuſcipite infirmos,patientes eſtote ad oẽs. Eccè ego viſitabo ſuper vos malitiã ſtu- Sap. 6.
diorum veſtrorũ,ait dñs.Ideò quoq; ſcriptum eſt in lib.Sapientię:Audite reges & intelligite,diſcite
iudices terræ,qm̃ data eſt vobis à dño poteſtas, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra,
& cògitationes veſtras ſcrutabit.Citò & horrendè apparebit vobis,qm̃ iudicium duriſſimum in his
qui præſunt,fiet.Eccè ego congregabo reliquias gregis mei de oĩbus terris,ad quas eiecero eos.
Nouit dñs qui ſunt eius.idcircò quantumcunq; errent qui pſunt, nullum tñ electorum ſuorũ Deus 2.Ti. 2.
perire permittit,ſed de prauis conſortijs vitijſq́; terrenis colligit eos per gratiam ſpecialem, ità ꝙ in
ſpũalibus bonis proficiunt.Propter quod per Ezechielem teſtat: Ego ipſe requirã oues meas & vi- Ezech. 34.
ſitabo,ſanabo & confirmabo.Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores *qui paſcent eos,verbo pdicationis & *, &
operatione virtutis,quod eſt vnum de præcipuis beneficijs Dei, cùm profectus ac ſalus ſubditorũ,
ex bonitate paſtoris magna ex parte dependeat.Non formidabunt vltrà, implentes quod ait Salua-
tor:Nolite timere puſillus grex, quia cõplacuit patri veſtro dare vobis regnũ. Et item: Nolite time- Lucæ 12. Matth. 10.
re eos,q corpus occidunt.Hinc ait ſcriptura:Qui timet hoĩem,citò corruet. Et qui timet dñm, nihil Proue. 29.
trepidabit.Vndè in Prouerbijs Salomon ſcribit:Fili, honora Deum, & valebis:præter eum verò nè Prou. 7.
timueris alienum. Qui ergò pro ſuis defectibus metuit increpari & caſtigari,imperfectus eſt ſatìs,
cùm hæc deſiderare oporteat.Et qui in diuini vultûs præſentia nõ erubeſcit malum cogitare aut fa-
cere,quod coram hoĩbus loqui vel operari verecundaretur,nonnè imperfectus eſt nimìs?Et nullus
quęretur ex numero,i.nemo ex numero prędeſtinatorum à beatitudine excludetur.Vndè Chriſtus Ioan. 17.
loquit:Pater,non pro mundo rogo,ſed pro his quos dediſti mihi de mundo,quia tui ſunt.Contritũ
eſt cor meum in medio meî. Tam vehementer propria & proximorum peccata deflere, & propter
futurum Dei iudicium æternamq́; damnationem contremiſcere debemus,vt verba hæc verè ac di-
gnè valeamus proferre.Contremuerunt oĩa oſſa mea.Ex contemplatione nempe maieſtatis diuinę,
concuti debent oĩa interiora noſtra reuerentiali timore, ac profundiſſimè humiliari ſub manu ſu-
perexcelſi oĩpotentiſq́; Dei,qui reuerentia dignus eſt infinita.Propter quod nullus,quantumcunq;
ad honorem Dei peregerit, aliquid egiſſe ſe exiſtimet. Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo
madidus *vino à facie dñi,& à facie verborum ſanctorum eius,i.contemplatione gloriæ ac ſapiẽtiæ * à vino
Dei,atq; imperſcrutabilium teſtimoniorum ipſius me nihil ſcire putaui,immò cum Salomone pro-
fiteor:Stultiſſimus ſum virorum.Poteſt quoq; oppoſito modo exponi: vt homo illuminatus aſſerat Prou. 30.
ſe à vultu ſapientię Dei,& à reuelatione verborum eius,tanta cæleſtium theoriarum claritate perfu-
ſum,tantaq́; conſolatione & opulentia interna perfuſum,vt inſtàr ebrij ſit abundans, & ſpũali ebri-
etate repletus,iuxta illud:Inebriabuntur ab vbertate domûs tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis Pſal. 35.
eos.Vndè per Iſaiam loquit Deus:Eccè ego declino in eos vt flumẽ pacis.Hoc dicere poteſt,cui in- Iſaiæ 66.
cumbit illud Pſalmi dicere Deo:Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi.Deniq; LXX.ſic Pſal. 50.
tranſtulerunt:Factus ſum quaſi homo ſoporatus à vino à facie dñi,& à facie decoris gloriæ eius.Vbì
per dñm intelligendus eſt Deus pater:& per decorem gloriæ eius, vnigenitus filius: qui eſt ſplen-
dor gloriæ,imago & figura ſubſtãtiæ patris. Circa hunc locum ait Hieronymus: Certè nullum puto Heb. 1.
ſanctiorẽ eſſe Ieremia,q virgo & propheta ſanctificatuſq́; in vtero, ipſo nomine pfigurat dñm Sal-
uatorem.Ieremias em̃ interpretat dñi excelſus.Quia adulterijs repleta eſt terra.quod in Eccleſia heu
contingit,& ſpũali adulterio,quod eſt auerſio aĩæ noſtrę à Deo,cuius ipſa ſponſa eſſe tenetur,nimi-
ùm maculamur.A facie maledictiõis luxit terra,i. hoĩes propter plagas ſibi à Deo ob ſua peccata in-
flictas luxerunt.Quicquid em̃ patimur & grauiora, noſtris meremur exceſſibus. Ideò modica quæ
patimur,reſpectu maximorum ſuppliciorum q̃ pati meruimus,æquanimiter toleremus,nec peccata
quibus Dei ſanctitatẽ offendimus,paruipendamus.Factus eſt curſus eorum in malum.Quanto quis
ardentiùs diligit Deum,tanto eſt promptior ad diuina:quo aũt plùs amat q̃ mundi ſunt, tanto cele-
riùs atq; auidiùs non ſolùm tendit,ſed etiam currit ad mala.Et fortitudo eorum diſſimilis.Fortitudo
bonorum & electorum,eſt carnis concupiſcentias, mundi vanitates, diabolica tentamenta calcare,
Deo conſtanter ſeruire,cunctis vitijs viriliter reluctari,atq; in his ad finem perſeuerare.Econtrariò
fortitudo prauorum,eſt deſiderijs carnalibus præbere effectum,ſatagere in hoc mundo ditari,ad al-
tiora prę cęteris promoueri.fortes ſunt ad executionem peccati, debiles ad reſiſtendum iniquitati.
Propheta nanq; & ſacerdos polluti ſunt. Per prophetã intelligunt doctores ac prædicatores,q pol-
luunt,dum ea q̃ docent,non operant.Et in domo mea,ſ.in Eccleſia,inueni malũ eorum,de qua do-
mo ait Apoſtolus ad Heb.Chrs tanq̃ filius in domo ſua,q̃ domus ſumus nos.Idcircò via eorum erit Heb. 3.
quaſi lubricum in tenebris.Via eſt conuerſatio noſtra,q̃ tunc eſt quaſi lubricum in tenebris, dũ per
abrupta ac mollia gradimur vitiorum, luce grã deſtituti,atq; in tenebris impietatis & errorũ locati.
Impellent & corruent in ea.Impellunt quippe iniqui & præcipitantur à diabolo,& proprijs motibus
ad innumerabilia mala,deindè incidunt ſempiterna ſupplicia. Et in prophetis Samariæ vidi fatui-
tatem. Iſti ſunt magiſtri hæreticorum, in quibus ſunt errores prauiſſimi, qui decipiunt populum
Iſra-

Iſrael,trahendo catholicos ad ſuas perfidias. Et in ꝓphetis Hieruſalem, i. doctoribus eccleſiæ,vidi
ſimilitudinē.qm̄ quantùm ad multa peccata,cōformes ſunt illis,ꝗ nonnunq̃ confortant manus peſ-
ſimorum ſuis verbis vel vitioſis exemplis,dando illis peccandi audaciā, vel potētibus atq; diuitibus
ſibiq́; charis blandiendo. Eccè ego cibabo eos abſynthio &c. i.infernalibus pœnis,iuxta illud Iob:
Iob 21. De furore oīpotentis bibet malus.A prophetis em̄ Hieruſalē,i.à doctoribus & magiſtris eccleſiæ,
egreſſa eſt pollutio ſuper oēm terrā,i.ad vniuerſos Chrianos, quorum ruinę cauſa potiſſima, eſt er-
ror & impia vita eorū,à quibus fuerant informādi.Deniq; iubet dn̄s,nè ꝓphetarum fallaciū,aut de-
ceptorum & ſomniatorū,qui quicqd ſomniāt,reuelationē Dei exiſtimāt,verbis credamus. Stultum
Eccl. 34. eſt em̄ intendere ſomnijs,iuxta illud eccleſ.Quaſi qui apphendit vmbrā & perſequit̄ ventum, ſic vi-
Iſaiæ 40. ſio ſomniorum.Quis em̄ adfuit in cōſilio dn̄i,&vidit & audiuit ſermonem eius?Conſilio Dei inter-
ſunt,qui p donum ſapientiæ quaſi ſecretarij Dei efficiunt̄, quibus Deus operum ſuorū reuelat my-
ſteria,occultorumq́; pandit cauſas effectuum,ac de agendis inſtruit. Sic conſilio Dei interfuit Pau-
lus qui loquit̄:Non ſubterfugi quo minùs annunciarem vobis oīe conſilium Dei. Et in libro Sapi-
Act. 20. entię ſcriptum eſt:Quis hoīm poterit ſcire conſilium Dei?aut quis poterit cogitare quid velit Deus?
Sapien.9. Senſum aūt tuum dn̄e quis ſciet,niſi tu dederis ſapientiā,&miſeris ſpiritum ſanctum tuum de cælis?
Itaq; ꝗ Dei cōſilio cupit adſtare,& de ſecretis ab ipſo doceri,ſtudeat cordis puritati ac diuino amori,
vana cuncta deſpiciens.Veruntn̄ cùm conſilium ſit proceſſus inquiſitiuus, non ſortit̄ propriè locū
in Deo,ſecundùm Damaſcenum,qui & aſſerit ꝙ conſilium ſit ignorantis naturę: ſed aſcribit̄ Deo,
quantùm ad id perfectionis,quod in ratione conſilij continetur.In conſilio em̄ notatur ſagax pro-
uiſio,ꝗ competit Deo.Eccè turbo dn̄icę indignationis egredietur. Hoc erit potiſſimè in die iudicij,
Matth. 25. cùm dicturus eſt Chr̄s:Ite maledicti in ignem æternum, qn̄ complebitur illud Iſaiæ: Eccè nomen
Iſaiæ 30. dn̄i venit de longinquo,ardens furor eius,& grauis ad portandum.Labia eius repleta ſunt indigna-
tione.Spiritus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes. Non reuertetur furor dn̄i vſque
dum faciat,& vſq; dum compleat cogitationes cordis ſui.Quidam putabant omnes in die iudicij eſ-
ſe ſaluandos impios,ſ.precibus ſanctorum,alij quoq; imaginabantur pœnas inferni tandèm aliquā-
dò finiendas,ſicut in lib.de Ciuitate Dei pleniùs recitat Auguſtinus.Iſtis ergò dicēdum, quòd non
deſinet furor dn̄i Saluatoris, quoadusq; cuncta impleuerit, quæ per ſeipſum & per prophetas atq;
apoſtolos Dei,de finali iudicio infernaliumq́; perpetuitate pœnarum p̄dixit. In nouiſſimis diebus,
videlicet in fine mundi, immò & in particulari veſtro iudicio. Intelligetis ô impij conſilium eius:
tunc enim per effectum ſcietis vera eſſe quæcunq; de die iudicij ac pœnis inferni credit eccleſia.&
videntes tunc quæ modò non creditis,aut non ſatis perpenditis,turbabimini timore horribili.Non
mittebam prophetas,& ipſi currebant.Hoc applicādum eſt contra eos,qui proprijs induſtrijs & co-
natu ad curam perueniunt animarum,ad eccleſiaſticas dignitates,ad p̄dicationis officium: non ob-
Hebr. 5. ſtante quod ait Apoſtolus,Nemo aſſumit ſibi honorem,ſed qui vocat̄ à Deo tanq̃ Aaron. Et rurſus:
Ibidèm. Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret.Non loquebar ad eos,& ipſi prophetabant.
Sic multi nunc docere & prædicare præſumunt,cùm non audiant dn̄m Deum ſibi interiùs loquen-
tem,immò & quod eis inſpirat,non audiunt,i.non implent.Aduertant ergò quod ſcriptum eſt:Pec-
Pſal. 49. catori aūt dixit Deus,Quarè tu enarras iuſtitias meas?Et item:Cœpit Ieſus facere & docere.Si ſtetiſ-
Act. 1. ſent in conſilio meo &c.Si prædicatores & paſtores Dei conſilio acquieſcerēt benè viuendo,eiusq́;
verba populo Chriſtiano notificarent, nullum eſt dubium quin plurimos à peccatis ſuis auerterent.
Nunquìd Deus è vicino ego ſum? Qm̄ itaq; Deus altiſſimus his verbis oſtendit ſe vbiq; præſentem
& omnia intuentem,eius vbiq; & ſemper ſuperbenedictam præſentiā conſideremus ac veneremur,
3. Reg. 17. & 18. dicentes cum ſanctis: Viuit Dn̄s,in cuius conſpectu ſto hodiè. Et, Meditatio cordis mei in conſpe-
Pſal. 18. ctu tuo ſemper.Grandis nobis benè agendi neceſſitas,ꝙ ante conſpectum iudicis vniuerſa vidētis,
agimus cuncta.Quid paleis ad triticum?Paleæ ſunt cogitationes inanes,& vanitates & leuitates mū-
danæ,quas prorſus abiectare oportet,ſi ſanctis meditationibus ac virtuoſis affectibus, quibus velut
tritico paſcitur anima,impleri optamus:alioquì erimus ſicut arundo vento agitata. Nunquìd non
verba mea ſunt quaſi ignis ardēs,dicit Dominus? Quid ergò eſt,quòd verba ſpiritûſſancti quotidiè
audimus ac legimus,nec tamen accendimur,ſed frigidi remanemus, niſi ꝙ indiſpoſitio materiæ eſt
in cauſa?Quemadmodùm enim ligna viridia & humecta non faciliter inflammantur,niſi humor in-
cluſus aut ſuperinductus repellatur & conſumatur:ſic corda carnalium concupiſcentiarum humo-
re ac propriæ peruerſitatis & vanitatis abundantia, quaſi aquarum liquore perfuſa, igne diuini elo-
quij non incenduntur,niſi à præfatis paſſionum ac vitiorum humoribus deſiccentur. Ceſſent ergò
huic mundo vireſcere & florere, immò ab amore ſeculi prorſus areſcant,vt inſtàr ſiccorum ligno-
Cant.5. rum verba Dei audiendo protinùs caleſiant. ſic aruit mundo quæ dixit: Anima mea liquefacta eſt,
haud dubium quin igne diuini amoris,vt dilectus locutus eſt. Et quaſi malleus conterens petram.
Diuerſis rebus verba Dei comparantur, propter varias ſuas operationes. Apoſtolus nempe ad
Ephe.

Ephe.6.gladiū ſpiritûs vocat verbū Dei,de quo Pſalmiſta ait ad Chr̄m:Accingere gladio tuo ſuper Pſal.44.
femur tuū potentiſſime,de quo in Apocalypſi habet̄:De ore eius gladius ex vtraq; parte acutus ex- Apoc.1.
ibat.Porrò Ioannes Baptiſta verbū cōminationis diuinę,appellat ſecurim,dicēdo:Iam ſecuris ad ra- Mat.3.
dicē arboris poſita eſt.Vn̄ & hoc loco, ꝓ malleo,Septuaginta tranſtulerunt,ſecurim. Rurſus verbū
Dei,virga aſſerit̄ Iſa.11.quod de Chr̄o inducit̄: Percutiet terrā virga oris ſui. Iterùm verbū Dei dicit̄
cibus & potus,ignis & baculus.Gladius,qm̄ penetrat mentē:ſecuris,qa amputat vitia:virga, qa cor-
rigit delinquentes:cibus ac potus,quia reficit aīam. Duriora ergò ſaxis ſunt corda eorum,qui verba
Dei totiès audiunt, nec tn̄ à ſua frangunt̄ duritia, neq; recipiunt diſciplinā. Poſtremò, ex fine huius
cap.terribiliter arguunt̄,qui verba diuina irriſoriè audiunt aut peruertunt,vel ea in ludum ac iocum
accipiunt.Non enim vult ſpiritûſſancti adoranda maieſtas, verba ſua irreuerenter tractari.

¶ *Elucidatio cap.24.Oſtendit mihi Dominus,& eccè duo calathi pleni ficis.* *Art.* 41.

HOc nunc explanando breui cap. oſtendit dn̄s differentiam inter ſibi obedientes ac rebelles.
[Oſtendit mihi Dominus.] oſtēſio iſta quæ ſubditur,facta eſt Ieremię per imaginariam viſio-
nem,cuius ſignificationem dn̄s reuelauit prophetæ.[Et eccè duo calathi]i.ſportę ſeu cophini.[ple-
ni ficis,poſiti ante templum dn̄i, poſtq̃ tranſtulit Nabuchodonoſor Iechoniam filium Ioacim regē
Iuda,& principes eius,& fabrum, & incluſorem de Hieruſalem.] putà auri fabros, & qui auro atque
argento gemmas includunt, quæ ars apud barbaras nationes precioſiſſima eſt,ſecundùm Hierony-
mum.[Et adduxit eos in Babylonem.]Iſte eſt Iechonias,qui ad conſilium Ieremiæ exiuit ad regem Iere. 22.
Babylonis,cum matre & coniuge atque principibus,de quo dictum eſt.[Calathus vnus ficus habe- Mich.7.
bat bonas nimìs,vt ſolent ficus eſſe primi temporis]maturatiōis ficuum,quæ optimæ ſunt. Vndè in
Michea ſcriptū eſt:Præcoquas ficus deſiderauit anima mea.[Et calathus vnus]i.alter:[ficus habebat
malas nimìs,quæ comedi non poterant,eô ꝙ eſſent malæ.Et dixit dn̄s,]non quaſi ignorans,ſed in-
ſtruere volēs.[Quid tu vides Ieremia?Et dixi, ficus,ficus bonas, bonas valdè: & malas, malas valdè.
Et factum eſt verbum dn̄i ad me,dicens:Sicut ficus hæ bonę, ſic cognoſcam tranſmigrationem Iu-
da,quā emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum in bonum.] i. regi Iechonię ac cæteris, de quibus
nunc dictum eſt,qui magìs propriè dicuntur tranſmigrati, q̃ capti, qm̄ ſpontè ſe hoſtibus tradide-
runt,benefaciam.[Et ponā oculos meos ſuper eos ad placandum] i. clementer eos adſpiciā ad par-
cendum.[Et reducam eos in terram hanc,& ędificabo eos,& non deſtruam.]Per hoc non eſt intel-
ligendū ꝙ oēs redirent, ſed multi de quibus in Eſdra habetur: Multi quoq; eorū qui in Chaldæa 1. Eſd. 1. & 2.
& alijs hincindè locis manſerunt,ꝓſperabantur ibidèm,& meliùs valdè habuerunt,q̃ illi qui contra
conſilium Dei per Ieremiā, in Hieruſalem reſidebant, repugnare nitentes regi Babylonis. Nam &
ipſe Iechonias (vt dictum eſt) fuit tandèm eductus de carcere, & ſuper alios reges locatus. Daniel Dan.12.
autem & ſocij eius,principes Babyloniorum effecti fuerunt. Mardochæus etiam maximè fuit exal- Heſt.6.
tatus,nec dubium quin iſti,Iudæis ſecum abductis,atq; hincindè diſperſis,valdè extiterunt genero- 7.8.9.
ſi:immò quantùm fuerint per Mardochęum ſublimati,patet in lib.Heſter.[Et dabo eis cor vt ſciant 1.Eſd.1. 2.&3.
me,quia ego ſum dn̄s] i.ſalutari ſcientia ac ſpūalibus donis corda eorū implebo, quod conſtat im- Neem.1.
pletum in Eſdra,Nehemia,Ieſu ſacerdote magno,Zorobabel,multiſq́; alijs,qui cum eis de Babylo- Pſal. 9. 85.
nia reuerſi ſunt in Iudæam.[Et erunt mihi in populum] per prudentiā ſingularem, ità ꝙ efficaciter 110. 137.
dirigā eos in viā ſalutis ęternę.ſic nanq; oēs electi ſunt populus Dei.[& ego ero eis in Deū] per de- Ioel.2.
uotionem & cultum.[quia reuertent̄ ad me in toto corde ſuo]i. intellectu ac voluntate, iuxta illud
in Pſal.Confitebor tibi dn̄e in toto corde meo.Et in Iohele dn̄s ait:Cōuertimini ad me in toto cor-
de veſtro, in ieiunio & fletu & planctu. Deniq; qui in oīibus actibus ſuis Deum intendit, eiuſque
gloriam quærit,& omnes ſuas affectiones in ipſo ordinat,nec aliquem affectum diuino amori con-
trariantem admittit,iſte in toto corde ſuo ad Deum cōuertit̄,non ille qui partìm Deo,& partìm ad-
hæret mundo.Conſequenter exponit̄ quid malę ficus deſignent. [Et ſicut ficus peſſimæ quæ come-
di non poſſunt,eô ꝙ ſint malæ,hæc dicit dn̄s,ſic dabo Sedechiā regem Iuda,& principes eius,& re-
liquos de Hieruſalē,qui remanſerunt in vrbe hac,] putà in Hieruſalē.[& qui habitant in terra Aegy-
pti.] i.illuc timore Chaldęorum fugerunt,& poſt mortē Godoliæ illuc iuerunt.[Et dabo eos in ve-
xationem afflictionemq́; oībus regnis terrę]ità ꝙ ab oībus ad quos venerint,vexabuntur,vel ꝙ cę-
tera regna,Iudęorum tam graui vaſtitate audita,timore vexabunt̄,nè & eis talia à rege Babylonis in-
ferant̄ aduerſa.[in opprobrium,& in parabolā,ac in prouerbium, & in maledictionem, in vniuerſis
locis ad quę eieci] i.iam ſtatìm eijciam [eos.Et mittā in eos gladium & famem & peſtem,donec con
ſumantur de terra quam dedi eis & patribus eorum:] ſcilicet de Iudæa. Aliqui enim eorum interiē-
runt gladio Chaldęorum, alij fame, alij peſte, ipſeq́; Sedechias rex exoculatus, ductus eſt in Baby-
lonem,& ibidèm in carcere obijt.Prætereà quæ hîc de Sedechia ac populo eius dicuntur ſub ſimili-
tudine calathi,ficus inutiles continentis,in Ezechiele de eiſdem leguntur,ſub ſimilitudine ligni vi- Ezech. 15.
tis,quod eradicatum,ad nihil vtile eſt niſi vt comburat̄. Allegationes,breuitati ſtudēs, omitto. Por-
rò

rò iuxta ſenſum moralẽ per ficus bonas ſignantur Chriſtiani, potiſſimè religioſi,diuinæ dulcedinis
gr̃a decorati,affabiles,manſueti,ad alios dulciter ſe habẽtes.Per ficus verò malas,duri,ꝓterui agre-
Iaco.2. ſtes,ac Deo rebelles,q̃ principibus tenebrarũ traduntur,atq; iudicium ſine miſericordia ꝓmerentur.

¶ *Elucidatio cap.25.Verbũ quod factum eſt ad Ieremiã de omni populo Iudæ.* *Art.* 42.

VErbum quod factum eſt] vtiq; à dño,[ad Ieremiã de om̃i populo Iudæ,in anno 4.Ioacim filij
Ioſiæ regis Iuda.] Ex hoc innoteſcit,ꝙ hoc loco non obſeruat̃ à propheta tẽporis ordo, vt q̃
priùs reuelata ſunt vel facta,priùs ſcribantur, ſicut nec alijs locis frequenter in hoc volumine alijsq;
4.Reg.25. prophetis. [poſtq̃ Iechonias tranſlatus eſt in Babylonem.] *Iechonias iſte fuit filius Ioacim,& poſt
mortẽ eius tranſlatus eſt.Idcircò quod ait,Poſt quã,ſunt duę dictiones,vt ſit ſenſus, poſt quã, ſ. re-
2.Para.35. uelationẽ hîc poſitam,tranſlatus eſt Iechonias in Babylonẽ. Ioacim q̃ppe regnauit vndecim annis,
ideò octauo anno poſt iſtã reuelationẽ tranſlatus eſt Iechonias. Vel,poſtquã tranſlatus eſt,i.iam an-
tè p̄dictus eſt transferendus.[Ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis,] qui ſecun-
dùm Hieronymũ,cœpit regnare quarto anno Ioacim filij Ioſiæ. Vndè annus q̃ primus erat imperij
*Et Nabuchodonoſor in Babylone,fuit quartus regni Ioacim in Hieruſalẽ.[*Quod] ſ. verbũ diuinitùs
reuelatũ,[locutus eſt Ieremias ad oẽm populum Iudæ, & ad vniuerſos habitatores Hieruſalẽ,] qui
fuerunt p̄cipua pars populi Iudę,[dicens: A tertiodecimo anno] regni [Ioſiæ,filij Amon,regis Iuda,
vſq; ad diem hanc:iſte eſt tertius & viceſimus annus,] i. annus viceſimuſtertius. quemadmodũ em̃
Iere.1. in exordio libri huius ſcriptum eſt,Ieremias orſus eſt vaticinari tertiodecimo anno regni Ioſię, qui
4.Reg.22. regnauit annis xxxi.Sicq; à tẽpore illo vſq; ad quartũ annũ regni Ioacim,tranſiêrunt vigintitres an-
ni.[Factum eſt verbum dñi ad me.]i. infra hos tres annos dñs mihi locutus eſt per ſpiritũ ꝓphetiæ.
deindè ſubditur verbum,quod dñs frequenter locutus eſt per Ieremiam.[Et locutus ſum ad vos de
nocte conſurgens,] i. nocturno tempore propheticas illuſtrationes infundẽs,ſicq; in actum proce-
dens.[& loquens,& non audîſtis,i.non obedîſtis.verba iſta ſuperiùs pleniùs expoſita ſunt.[Et miſit
dñs ad vos om̃es ſeruos ſuos prophetas.]om̃es videlicet, qui iſtis veſtris diebus fuerunt,& vobis lo
cuti ſunt:quorum vnus fuit Sophonias, vnus duodecim ꝓphetarum. Prophetæ quoq; qui diù ante
iſtos fuerunt Iudęos, ad eos miſſi dici poſſunt, vel quia eorum libri iſtis relicti ſunt, vel q̃a nomine
horum,totus Iudęorũ populus,qui ſucceſſiuè à principio fuit, ſignat̃.[cõſurgens diluculo,mittẽſq;]
i.manè atq; celeriter faciens admonitiones.Tempus aũt nocturnum, ad diuinarũ ſuſceptionem il-
luminationum magìs idoneum eſt:quia tunc oĩa conquieſcunt,& imaginatiua extat quietior, exte-
rioreſq; ſenſus à ſuis ſuſpenſi ſunt actibus.Diluculo quoq; dum hoĩes adhuc ſobrij ſunt,ad audien-
dum verbum Dei,cæteroſq; actus rationis,aptiores conſiſtunt.[& non audîſtis, neq; inclinâſtis au-
res veſtras vt audiretis, cùm diceret] dñs per prophetas, [reuertimini vnuſquiſq; à via ſua mala, & à
peſſimis cogitationibus veſtris.] ineffabilis eſt iſta clementia, cùm is qui offenſus eſt atq; iniuriam
paſſus,hortatur offendentes quatenùs ſe emendent.[Et habitabitis in terra &c.] ſ,in Iudæa.iſta ſunt
plana.[Et nolite ire poſt deos alienos &c.& non affligam vos &c.] ſi in iſtis obediêritis mihi. Q.d.
p̄terita mala,etiam & quantùm ad pœnam,remittam,nec Chaldęi affligent vos.[Propterea hęc dicit
dñs exercituum:Pro eo ꝙ nõ audîſtis verba mea,eccè ego mittã & aſſumam vniuerſas cognationes
aquilonis,]i.Chaldęos qui iuxta ſitum Hieruſalẽ,in aquilonari ſunt parte, ſecundùm Hieronymũ.
[& Nabuchodonoſor regẽ aquilonis ſeruum meum] i.meę iuſtitiæ exequutorem, & voluntati meæ
in Iudæorum afflictionibus ſeruientẽ. Miſit autem dñs ad Chaldæos, quia ex eius inſtinctu contra
Iudęos venerunt,& idipſum p̄ angelos eis inſpirauit. Vñ ſecundùm Hieronymũ, angelos miſit ad
eos. veruntñ q̃m Chaldæi non recta intentione venerunt,neq; quod Deus inſpirauit,iuſtè ſunt ex-
ecuti,quãtùm ad hoc ꝙ cum prauo affectu cogitauerunt venire,ab angelis malis,quod & dñs mitte-
re perhibet̃,inſpirati fuerant.[Et adducam eos ſuper terrã iſtam,] putà Iudęam.[& ſuper oẽs natio-
nes q̃ in circuitu illius ſunt.] i.Philiſtęos,Ammonitas,Moabitas,ac Idumęos,quos vaſtauerũt Chal-
dęi.[Et interficiam eos] gladio Chaldęorũ.[& ponã eos in ſtuporẽ, & in ſibilum, & in ſolitudines
ſempiternas.] quantũ ad hoc,ꝙ iſti occiſi,nunq̃ redeunt ad huius ſeculi vitã. Poſuit autẽ eos dñs in
ſtuporem ac ſibilum, q̃a tam grauiter eos puniuit,ꝙ alij obſtupeſcebant,atq; in ſignum ſui ſtuporis
ſibilum emiſerunt.[Perdamq; ex eis vocẽ gaudij,vocẽ ſponſi & ſponſæ, vocem molæ, & lumen lu-
cernę &c.] ità ꝙ vltrà non vtent̃ molis aut lucernis in ꝓprijs terris.[& ſeruient oẽs gentes iſtæ] ſ.Iu-
dæi ac cæteræ nationes p̄fatæ,ac aliæ multæ, [regi Babylonis ſeptuaginta annis.] non ꝙ ipſi Nabu-
chodonoſor tanto tẽpore ſeruiêrunt,cùm nec tam diù regnauerit,ſed tẽpus iſtud à Nabuchodono-
ſor cœpit,& in eius nepote,ſ.Balthaſar rege filio filij huius Nabuchodonoſor, fuit finitum. [Cumq;
impleti fuerint lxx.anni,viſitabo] i.vindictam inducam,ſuper regẽ Babylonis] ſ.ipſum Balthaſar fi-
lium filij Nabuchodonoſor regis.[& ſuper gentẽ illam &c.] putà Chaldæos, [& ſuper terram Chal-
dæorum] nõ ſolùm habitatores,ſed & habitacula deuaſtando. quod cõſtat impletũ per Dariũ regẽ
Dan.5. Medorũ, & Cyrum regẽ Perſarum. [Et ponã illã in ſolitudines ſempiternas,] potiſſimè quantũ ad
eius

eius metropolim.vſq; in præſens em̃ Babylon manet deſerta. [Et adducam ſuper terram illam om̃ia
verba quæ locutus ſum contra eam] per prophetas. De hac etenim Chaldæorum viſitatione, multa
valdè in Iſaia cæteriſq; ꝓphetis conſcripta ſunt.[Om̃e quod conſcriptũ eſt in libro iſto,] i. vniuerſa Iſaiæ 13.
ſupplicia quæ Ieremias in hoc ſcripſit volumine cõtra eos.[quæcunq; ꝓphetauit Ieremias aduerſùs & 43.
om̃es gentes,quia ſeruiêrunt eis,] i.Chaldæis,tanq̃ eis ſubiugatæ.[cùm eſſent gentes multæ & reges Abac.1.
magni.] Habuerunt em̃ aliquæ gentium harum reges eximios,& aliquæ nationum iſtarum fuerunt
Chaldæis auxilio contra Iudæos: propter quod meruerunt puniri ſicut Chaldæi. Quanuìs etem̃ hi
Chaldæi fuerunt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ in Iudæos,hoc tñ fecerũt inuidioſè atq; crudeliter,
& ſuis viribus,non poteſtati diuinæ,aſcripſerunt victoriã: nec Deo vero, ſed ſuis idolis gr̃as reddi-
derunt,quemadmodùm in Iſaia dñs de rege Aſſyriorũ teſtatur: Væ Aſſur,virga furoris mei & bacu- Iſaiæ 10.
lus,ipſe eſt: ipſe aũt nõ ſic arbitrabitur,ſed ad conterendũ erit cor eius. Veruntñ Nabuchodonoſor
rex per Dei flagella,Deum verum cognouit,eiuſq; potentiã humiliter faſſus eſt, dicendo iſtud Da- Dan.4.
nielis: Ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cęlum leuaui,& altiſſimo benedixi,& viuentẽ in ſem-
piternum laudaui & glorificaui:quia poteſtas eius, poteſtas ſempiterna, & regnum eius in genera-
tionẽ & generationẽ:& oẽs habitatores terræ apud ipſum in nihilum reputantur. [Et reddam eis]i.
Chaldæis [ſecundùm opera eorum &c.] puniendo eos p̄ Medos & Perſas. [Quia ſic dicit dñs exer-
cituũ Deus Iſrael*] ad me Ieremiã:[Sume calicem vini furoris huius] i.grauis punitionis [de manu *ad me]
mea,& ꝓpinabis de illo cunctis gentibus] i.vniuerſas gẽtes p̄nunciabis de hoc calice bibituras, ſeu
pœnam à me infligendam paſſuras.[ad quas ego mittam te.] i. ad quarum conſideratiõẽ cor tuum
conuertam,teq; ſpiritaliter dirigam:non enim Ieremias corporaliter iuit ad oẽs gentes ſubſcriptas.
[Et bibent,] i.pœnam hanc ſentient.[& turbabuntur,& inſanient] i.vſum rationis amittent.[à facie
gladij quem ego mittam inter eos.]i.prę adſpectu atq; timore gladiorum hoſtilium, quibus trucida-
buntur.[Et accepi calicem de manu domini,] i.punitionem hanc gentium ſuſcepi,alijs prænunciã-
dam ex diuino præcepto.Eſtq; probabile ꝙ in imaginaria viſione apparuit Ieremiæ, quaſi de manu
dñi ſumeret calicem,atq; ex illo gentibus propinaret: moxq; Deo docente per angelum intellexit,
quid hęc deſignarent.De calice iſto ait Pſalmiſta: Calix in manu dñi, vini meri plenus mixto, bibẽt Pſal.74.
om̃es peccatores terræ.Item ad Hieruſalẽ Iſaias: Calicẽ furoris bibiſti vſq; ad fundum. [& propina- Iſaiæ 51.
ui cunctis gentibus,ad quas miſit me dñs.]i.puniendas eas p̄dixi.Deniq; nè Deus videatur perſona-
rum acceptor,à ſuo incipit populo. nam ſubdit̃:[Hieruſalem & †cunctis ciuitatibus Iuda,& regibus †] cun-
eius] ſ,Ioacim,Ieconię,ac Sedechiæ,[& principibus eius, vt darẽ] i.dandos prędicerẽ [eos in ſolitu- ctis [
dinem,] i.deſolationẽ ac derelictionẽ.[& in ſtuporẽ,& in ſibilum, & in maledictionẽ:] q̃ verba iam
pauloantè expoſita ſunt.[ſicut eſt dies iſta,] i.quemadmodùm citò implebitur ſub Sedechia. loquit̃
em̃ de futuro inſtàr p̄teriti.propinaui quoq; [Pharaoni regi Aegypti,& ſeruis eius & principibꝰ eius
&c.]q̃ antè afflixerunt Iudæos, deindè dederunt eis vanã fidutiam audaciamq; reſiſtẽdi Chaldæis
contra conſiliũ Ieremiæ.[& vniuerſis gñaliter,] i.cæteris habitantibus in Aegypto, qui tñ non erãt Iere.37.
Aegyptij,ſed aduentitij. [cunctis regibus terræ Auſitidis,] quę terra ſecundùm Hieronymũ in He-
bręo dicit̃,Terra Hus,de qua fuit Iob.vndè quod nr̃a tranſlatio habet,Vir erat in terra Hus,nomine
Iob:alia,ſ.Septuaginta interpretũ,cõtinet:Homo erat in regione Auſitidis,nomine Iob. [& cunctis Iob.1.
regibus terræ Philiſtijm,] cuius vrbes ſubduntur;[& Aſcalonis,& Gazę,& Azoti,& Accaronis:] in-
ſupèr [& *reliquis] regibus [Idumææ,] in qua Eſau habitauit.[& Moab,& filijs Ammon, & cunctis * reliquiis
regibus Tyri,& vniuerſis regibus Sidonis.] Iſtę vrbes fuerunt in littore Phœniciæ,& à Chaldęis vi-
ctæ fuerunt.[& regibus terrę inſularum,q̃ ſunt trans mare,]i.vltra partem maris,tamen incluſę ſunt
mari,propter quod inſulę nominantur,vt Cyprus & Rhodus,ſecundùm Hieronymum.[& vniuer-
ſis qui attonſi ſunt in comam.] i. q̃ comam nutriêrunt, de quibus dictum eſt ſuprà. [& cunctis regi-
bus Arabiæ,& cunctis regibus Occidentis,*& cunctis regibus terræ qui ſunt ſuper faciem]id eſt,ſu
perficiem [eius.] Iſta hypbolicè dicta ſunt.non em̃ abſolutè loquendo, om̃ia regna terræ fuerunt à
Chaldæis vaſtata aut ſubiugata,ſed multa,iuxta quem modum Cyrus ait: Omnia regna terræ dedit 1.Eſd.1.
mihi Deus cæli.& Iudæi dixerunt de Chriſto:Eccè totus mundus abijt poſt eum. [Et rex Seſach]i. Ioan.12.
Babylonis.[bibet poſt eos]i.p̄fatæ nationes à Chaldæis vaſtãdæ ſunt:quo facto,& ipſi Chaldæi va-
ſtabuntur.Cur autẽ Babylon dicat̃ Seſach,ſanctus Hieronymus ſatìs declarat. Nec valet quod qui-
dam per Seſach intelligit regẽ Aegypti proprio nomine deſignari.Rex enim Aegypti non fuit vlti-
mò à Chaldæis vaſtatus,ſed penè cum primis,quod ex 4.Regum & his quæ infrà dicentur, innote-
ſcit.expoſitio quoq; Hieronymi,conuenientiorẽ habet cõdependentiã ad p̄dicta.infrà quoq; ad li-
teram per Seſach intelligitur Babylon,cùm dicitur, Quõ capta eſt Seſach? nec dubium quin ibì de
Babylone ſit ſermo.Rex aũt Aegypti eſt Suſac.[Et dices]ô Hieremia[ad eos]videlicet populos an-
tè dictos:[Bibite & inebriamini,]i.pœnã hãc ſentite,& ea implemini.[& vomite,& cadite]i.ſangui-
nẽ proprium,ab hoſtibus vulnerati, fundetis,ac moriemini. [Cumq; noluerint accipere calicem de

manu tua vt bibant,] i.ad ſuſtinendum ſupplicia eis ꝓnunciata exhibuerint ſe imparatos. [dices ad
eos:] non ꝙ oretenùs locutus ſit gentibus iſtis Ieremias,niſi Iudæis,& fortè aliquibus alijs.ideò di-
ces ad eos,vel de eis,ità ꝙ prophetia tua eos cõcernat.[Hęc dicit dñs exercituũ:Bibentes bibetis.]i.
punitionem ꝑfatam vtiq; ſuſtinebitis. quod patet per locum à maiori.[Quia eccè in ciuitate in qua
inuocatum eſt nomen meũ,] i.in Hieruſalẽ, in qua eſt tẽplum diuino cultui deputatũ.[ego incipio
affligere:] i.Iudęos punire.[& vos quaſi innocẽtes,immunes eritis?] i.peccata vña erunt inulta,cùm
ſitis idololatræ & idolorũ phana habentes?quaſi dicat, nequaq̃. ideò ſubdiť: [Non eritis immunes.
Gladiũ eñ ego voco ſuper oẽs habitatores terræ.] i.gẽtibus de q̃bus iam dictũ eſt, inducã gladium
Ezec.21. Chaldęorũ.Totum iſtud in Ezechiele habeť.[Et tu] ô Ieremia[prophetabis & dices:Dñs de excel-
ſo rugiet] i.aduerſarios ſuos vehementer terrebit,atq; per inſtrumenta ſuæ iuſtitię Chaldęos,terri-
biliter alloqueť.[& de habitaculo ſancto ſuo dabit vocẽ ſuam] i.de cęlo altiſſimo,in quo ſpecialiter
eſſe reſidereq; diciť,eô ꝙ ibì clariùs videať ac euidentiùs opereť,iubebit impleri,q̃ per ꝓphetas prę-
Amos 1. dixit.Simile huic eſt,quod Iohelis vltimo & in Amos habeť:Dñs de Sion rugiet,& de Hieruſalẽ da-
bit vocẽ ſuam.Nam & hìc ꝑ excelſum,intelligi poteſt tẽplum in mõte Sion locatũ, in quo fuerat ſe-
des Dei.[Rugiens rugiet ſuper decorẽ ſuum.] i.quaſi leo cõmotus ſuper tẽplum hoſtes adducet.per
Amos 3. rugitum autẽ terror diuini iudicij deſignať,iuxta illud Amos:Leo rugiet,quis non timebit? [Celeu-
ma] i.carmen huiuſcemodi.[quaſi calcantium] in torculari [concineť aduerſùs oẽs habitatores ter-
ræ.] i.quẽadmodùm vuarum calcatores hilariter cãtant,dum copioſum vinũ expreſſerint:ità Chal-
dæi in occiſione habitantium ſuper terrã,lętabanť atq; cantabãt.Eſt autẽ celeuma ꝓpriè carmẽ vin-
demiatorum,qñ in fine vindemiæ abundans vinũ habuerint.[Peruenit ſonitus vſq; ad extrema ter-
rę,] i.vlulatus & fletus pœnitentiũ,vel exultatio Chaldęorum vincentium,audieť vſq; ad remotiſſi-
ma mundi loca,vbicunq; ſ.venerint.[q̃a iudiciũ dño cum gentibus.] i. gentes ipſe dñs dijudicabit,
& dignas ꝑcuti gladio Chaldęorũ eas cenſebit.[Iudicať ipſe] i. iuſtus monſtrať [cum oñi carne.] i.
in recta oĩm hoĩm iudicatione,impiorũq; punitione.ideò ſubdiť:[Impios tradidi gladio,] i. occi-
ſioni adiudicaui.[dicit dñs &c.Eccè afflictio egredieť de gente in gentẽ:] quia Chaldæi per ordinẽ
diuerſas nationes vaſtârunt.[& turbo magnus egredieť à ſummitatibus terrę] i.perſecutio vehemẽs
orieť à principibus Chaldęorum.[& erunt interfecti dñi] i.hoĩes diuina virtute occiſi. [in die] i. tẽ-
pore [illa à ſummo terræ vſq; ad ſummũ eius.] Hoc rurſus hyperbolicè diciť,ſ. per exceſſum, ad in-
nuẽdum ꝙ in varijs regionibus fieret quaſi incredibilis hoĩm ſtrages,cui ſimile eſt quod Chrs præ-
Marc.13. dixit:Angeli electos à ſummo terræ vſq; ad ſummũ cæli colligent. [Non plangenť, neq; colligẽtur,
neq; ſepelienť,] i.tot erunt occiſi, ꝙ ſigulatìm defleri non poterunt nec ſepeliri. Deniq; redit ꝓ-
pheta ad ſuos:[Vlulate paſtores] i.ſacerdotes atq; doctores Iudęorum iniqui.[& clamate,& adſper-
gite vos cinere] in ſignum doloris [optimates gregis] i.principes populi huius.[q̃a cõpleti ſunt dies
vñi vt interficiamini] i.tẽpus vñæ occiſionis nunc inſtat.tunc eñ compleť tempus punitionis prauo-
Gen.14. & 18. rum,qñ complentur peccata eorum.propter quod in Geneſi dñs ait: Nondùm complete ſunt ini-
quitates Amorrhæorum. Et poſteà ait: Clamor Sodomorum venit ad me. Suſtinet eñ Deus hoĩm
prauitates vſq; ad certã menſuram,qua impleta,vltionem vltrà non differt,ſecundùm Auguſtinum.
[& diſſipationes] i.deſtructiones [veſtræ] ac rerum veſtrarum iam inſtãt.[& cadetis quaſi vaſa pre-
cioſa:] quæ fracta,reparari de facili nequeunt:& perdita,non faciliter inueniunť:quia qui inuenit ea,
abſcondit.[Et peribit fuga à paſtoribus, & ſaluatio ab optimatibus gregis.] i. manus non effugient
Chaldęorum.[Vox clamoris paſtorum,& vlulatus optimatum gregis:] ſubaudi, hinc erit: [quia va-
ſtauit dñs paſcua eorum,] i.opes eorum & fruges ac victualia tradidit manibus Chaldęorum.[& cõ-
ticuerunt arua pacis.] i.agri inculti & infructuoſi fuerunt,qui agri antè fuerũt pacificè à Iudæis poſ-
ſeſſi,& ſua fructificatione fecerunt poſſeſſoribus ſuis quietem. Arua autẽ metaphoricè dicunť tace-
Pſal. 64. re,qñ ſunt infructuoſa:& clamare atq; cantare,quãdò ſunt fructuoſa,iuxta illud in pſal. Valles abũ-
dabunt frumento,clamabunt,etenim hymnum dicent. ſimili modo dicimus pratum ridere.& iſtud
contigit [à facie irę furoris dñi] i.ab adſpectu ſeu illatione vltionis diuinæ iuſtitiæ.[Dereliquit qua-
ſi leo tabernaculum ſuum.] i.Deus templum ſuum deſeruit ſicut leo. Quemadmodùm enim leone
cuſtodiente locum, aliæ beſtiæ non audent accedere: eo autẽ recedente, accedunt ſecurè:ſic q̃ diu
Deus templum cuſtodiuit,non poterat deijci:Deo autẽ ipſum derelinquente,à Chaldæis eſt demo-
lítum.[Quia facta eſt terra eorum] vtpotè Iudæorum, [in deſolationem à facie iræ columbæ] i. Na-
buchodonoſor regis,ſecundùm Hieronymum.vndè ꝓ columba,Septuaginta tranſtulerunt,Gladij
magni:& ſecundùm quoſdam,in Hebræo habeť,A facie iræ vinoſæ,i.acerbę.verbum enim Hebra-
icum fortè ęquiuocum eſt. Nec mirandum, ſi Nabuchodonoſor dicatur columba, cùm pauloantè
dictus ſit ſeruus Dei. vel ironicè vocatur columba,ob ſuam ſęuitiam atq; aſtutiam. [& à facie furo-
ris domini:] cuius iuſtitia,fuit principalis cauſa punitionis Iudaicæ plebis. Neq; enim rex Babylo-
nis quicquam potuiſſet in eam,niſi Deus ei fuiſſet iratus.Inſupèr iuxta allegoricum ſenſum, quicq̃d
iſto

iſto capitulo dictũ eſt contra rebelles Iudęos,& cęteras gentes iniquas,ꝙ traderenť regi Babylonis
& eius miniſtris:referendum ad Chrianos Deo inobediẽtes,tam clericos q̃ vulgares, q̃ ob ſua pec-
cata princip' tenebrarum regi totius confuſionis, & angelis eius tradunť. à q̃bus & occidunť nunc Matth.8.
morte culpę,q̃ peſſima eſt,de qua ait Saluator:Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos:deindè mor
te infernalis miſeriæ,q̃ eſt mors ſecunda ac pœnaliſſima. Iſtis paratus eſt calix iræ Dei, quo catenùs Eccẽs 9.
implebunť, ꝙ penitùs cadent atq; inſanient:quia vt Salomon loquiť,Nec opes, nec ratio,nec ſapiẽ-
tia,neq; ſcientia ſunt apud inferos.Inſupèr rugiens rugiet dñs iudex oĩpotens in die particularis iu-
dicij ſingulorum prauorũ,atq; in die iudicij vniuerſorũ.Quod aũt ſubiungiť, de fletu ac vlulatu pa-
ſtorũ ac optimatum:referendum eſt ad negligentes,ambitioſos,carnales,vitioſos Eccleſię principes
& ꝑlatos, qui cadent irreparabiliter quaſi vaſa precioſa,quorũ erit tanto grauior cruciatus, quanto
nunc eſt eorũ maior atq; iniq̃or principatus.Aduerſùs hos oẽs celeuma cantabiť, qm̃ de eorum im-
pia conuerſatione ac ꝑpetua dãnatione inuiſibiles hoſtes lætanť,quẽadmodùm ſcriptũ eſt: Qui tri- Pſal. 12.
bulant me,exultabunt ſi motus fuero.Iudiciũ dño cum gentibus.Hoc eſt quod Oſe.4.habeť:Iudi- Pſal.9.
cium dño cum habitatoribus terræ.Ipſe eñ iudicat populos in æq̃tate.Iudicať ipſe cum oñi carne.
Diciť Deus iuſtus ac ſanctus in hoĩbus,cum hoĩbus,& ab hoĩbus iudicari,inquantùm eius iuſtitia in
hominum æquiſſima ab ipſo iudicatione cognoſciť,& ipſe à cognoſcentibus iuſtus cenſetur. Hinc Ezech.20.
per Ezechielem ad filios Iſrael loquiť:Iudicabor vobiſcum facie ad faciem.& Pſal. Tibi, inquit, ſoli Pſal.50.
peccaui,vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cùm iudicaris.Eccè afflictio egredietur de gente
in gentem &c.Simile eſt quod in euangelio ait Saluator:Surget gens contra gentem, & regnum ad- Lucæ 21.
uerſùs regnum.Cætera ex præhabitis patent,nec eadem reſumenda ſunt ſæpiùs.

¶ *Expoſitio cap.26.In principio regni Ioacim filij Ioſiæ.* *Articulus* 43.

IN principio regni Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda,factum eſt verbum iſtud à dño] ad me Ieremiam,
[dicens:Hæc dicit dñs:Sta in atrio domûs dñi,& loquéris ad omnes ciuitates Iudæ,] i.ad vrbium
habitatores.[de quibus veniunt] earum habitatores,[vt adorent in domo domini.] Idcircò iuſſus
eſt Ieremias ſtare in atrio templi,quia ad illum locum cauſa orationis & oblationis cõfluebãt Iudęi:
& quia in locis ſacris potiſſimè prædicandum eſt verbum Dei.hinc paſtores & prędicatores publicè
coram vniuerſis in locis Eccleſiæ verbum Dei cum diligentia & feruore proponere debẽt. [vniuer-
ſos ſermones,quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos.] ſ.Iudęos.[Noli ſubtrahere verbum,] i. ex
timore aut fauore humano nihil minùs dicas,q̃ tibi iniungo:quod omni prædicatori ac paſtori præ-
cipitur,nè ſ. aliquorum vitia palpet,aut verbum euangelicę inſtructionis ad aliorum ſalutem neceſ-
ſarium,ab eis abſcondat amore proprij commodi aut horrore periculi. Hinc in Deuteronomio lo-
cutus eſt Moſes:Non adijcietis ad verbum quod ego loquor vobis,neq; auferetis ex eo. [ſi fortè au- Deut.4.
diant,& conuertetur vnuſquiſq; à via ſua mala.] Loquitur dominus,Si fortè,ad inſinuandum quòd
propter eius prouidentiam,præſcientiam, prænunciationem, non aufertur homini ſua libertas, ità
ꝙ ſe excuſare non valet,quaſi ob præſcientiam Dei infallibilem,nõ potuerit aliter euenire.[& pœ-
niteat me mali] pœnæ,i.vltionis.[quod cogito facere eis propter malitiam ſtudiorum eorũ.] Qua-
liter Deo pœnitentia iſta conueniat,dictum eſt 18.capitulo.Loquitur quippe in ſcripturis affectu &
more humano,vt meliùs capiatur:cæterùm ipſe in ſeipſo inuariabilis ꝑſeuerat.Ex pręhabitis inno-
teſcit,Ieremiam nõ obſeruare ordinẽ rerum geſtarum ac temporis in his q̃ ſcribit.Reuelatio nanq;
ꝑcedenti ſcripta capitulo,facta eſt quarto regni Ioacim anno:hęc autẽ,in principio regni eius, ſ. an-
no primo.[& dices ad eos:Hæc dicit dñs:Si non audiêritis me &c.] i.niſi mihi obediêritis, legis di- Iere.25.
uinæ ſeruando pręcepta ac prophetarum eloquia.[dabo domum iſtam ſicut Silo,] i.templum ꝑmit-
tam deſtrui, ſicut permiſi deſtrui locum Silo, vbì à tempore Ioſuæ conſtitutum fuit tabernaculum
Moſis.Iſtud ſuperiùs habitum eſt,pleniuſq; expoſitum.[& vrbem hanc] putà Hieruſalem,[dabo in
maledictionem cunctis gentibus terræ,] ità ꝙ eius deſtructio ſeu maledictio oñibus patefiet. Cir-
ca quod ſcribit Hieronymus: Sicut conſtructo templo in area Ornan Iebuſæi & in monte Moria,i.
viſionis, in quo Abraham Iſaac filium ſuum obtuliſſe narratur, ceſſauit religio Silo, nec poſteà ibì
ſunt ſacrificia celebrata:ſic extructa Eccleſia, & ſpiritalibus in ea victimis immolatis, ceſſauerunt le-
gis cæremoniæ,& data eſt vrbs Iudęorum in maledictionem oñibus gentibus terræ. [Et audiêrũt
ſacerdotes & prophetæ] i.videlicet pſeudo,[& omnis populus] ibì exiſtens, [Ieremiam loquentem
hæc verba,* & apꝑhenderunt eum,&c.dicentes: Morte moriať.] ſicut & de Chriſto dixerũt, Cruci- Mat. 27.
figatur.[Quarè prophetauit in nomine dñi,] i.cur aſſeruit ſe iſta dicere ex cõmiſſione diuina, [di-
cens:Sicut Silo,erit domus hęc?] Iſti autem arbitrabantur Ieremiam hęc loq̃ nõ ex inſpiratione di-
uina,ſed diabolica aut conficta.ſed error eorum inexcuſabilis fuit, & ignorantia affectata, grauans
potiùs q̃ excuſans peccatum,quoniã inſtrui renuebant. [Et congregatus eſt oñis populus] qui iſta
audiuit,[aduerſùs Ieremiam in domum dñi.] nam & creſcente rumore, plurimi concurrebant. [Et
audiêrũt principes Iuda] i.maiores palatij,[oĩa verba hęc.] talia nempe ſolent celeriter principalio-

ribus,ad quos regimen ptinet,nunciari.[Et aſſcenderunt de domo regis in domũ dñi.] tẽplum eñ
fuit altius ſitũ regali palatio.fuit nanq; in vertice mõtis Sion,palatium verò in mõtis decliui.ſpirita-
liter quoq; in domũ dñi ire, aſſcendere eſt.[Et ſederunt in introitu portæ domûs dñi nouæ.] Offi-
cium nanq; eorũ erat,ſeditionis atq; negocij cognoſcere veritatem. quidã affirmant hanc eſſe portã
4. Reg. 15. illam ſublimiſſimã,quã Ioathan rex ædificâſſe legitur 4.lib.Regum.[Et locuti ſunt ſacerdotes & ꝓ-
phetæ ad principes,& ad oẽm populum: Iudiciũ mortis eſt viro huic, quia prophetauit aduerſus ci-
uitatẽ iſtam,ſicut audîſtis &c.] Iſta fuit accuſatio prorſus irrationabilis,quaſi non liceret contra Hi-
eruſalẽ prophetare,vel quaſi eius habitatores non eſſent,ſi peccarẽt,puniendi:vel quaſi oẽs prophe-
tæ q contra eam vaticinati ſunt,meruerint mortem.Ex quo ſecundùm Hieronymum intelligimus,
crudeliores fuiſſe in ꝓphetam per inuidiã ſanctitatis,q religioni videbant̃ dediti,q̃ qui neceſſitatib⁹
publicis ꝑerant. [Et ait Ieremias ad oẽs principes & ad oẽm populum] illic ꝑſentes: [Dñs miſit me
vt prophetarẽ] pertinentia [ad domum iſtã & ad ciuitatem hanc oĩa verba q̃ audîſtis.] Hæc fuit ve-
ra reſponſio,deindè ponit ſalubre conſilium:[Nunc ergò bonas facite vias vr̃as & ſtudia vr̃a,& au-
dite vocem dñi Dei veſtri,& pœnitebit dñm mali quod locutus eſt aduerſus vos.] i. per modũ pœ-
nitentis ſe habebit,pœnam cõminatam non inferendo:quia cõminatio eius ſic fuit intelligẽda, niſi
vitam & mores corrigeretis: & ſi abſolutè ac diffinitiuè veſtram punitionem prædixit,hoc fuit, qm̃
veſtram impœnitentiã præcognouit, nec tñ ob id ceſſat vos admonere,eô ꝙ eius ꝑcognitio neceſ-
ſitatem vobis non inferat.[Ego autem,eccè,in manibus veſtris ſum:facite mihi quod bonum & re-
ctum eſt in oculis veſtris] interioribus,i. ꝓut iuſtum ac bonum vera ratio iudicat,idonea diſcuſſiõe
ꝑhabita.Non autem licentiat eos ad faciendũ ſibi, quod oculis eorũ, paſſiõum fumo infectis, bonũ
rectumq́; apparuit. Eccè hæc fuit reſponſio humilis ac modeſta, nihilominùs conſtanter adiecit:
* veruntñ [*Vniuerſi ſcitote & cognoſcite,] i.ſemèl iterumq́; perpendite,[ꝙ ſi occideritis me,ſanguinẽ inno-
centẽ tradetis contra voſmetipſos,& cõtra ciuitatẽ hanc & habitatores eius.] i.effuſio ſanguinis mei
redundabit in vos,& veſtræ punitionis erit cauſa.[In veritate eñ miſit me dñs ad vos,vt loquerer in
auribus veſtris oĩa verba hęc.]Quocircà ait Hieronymus: Si qñ ergò & nobis pro neceſſitatis angu-
ſtijs humilitate opùs eſt,ſic eam aſſumamus, nè veritatem & conſtãtiam deſeramus. Aliud eſt enim,
ſuperbè contumeliam facere iudicanti,quod ſignum ſtultitię eſt:aliud, ſic impendens ſeu imminẽs
vitare diſcrimen,vt de veritate nil ſubtrahas.[Et dixerunt principes & oĩs populus ad ſacerdotes &
prophetas.] Populus qui antè conſenſit ſacerdotibus ac ꝓphetis, malè ſuaſus ab eis,nunc pro Iere-
mia ſe iungit principibus,pręſertim qm̃ tam rationabili reſponſione fuerunt placati,potiſſimè quia
ſpem veniæ dñs eis,ſi ſe emendarent,ſpopondit:citò equidem vulgus indoctum mutat ſententiam,
ſecundùm Hieronymum.Sacerdotes verò & pſeudo permanent in erroris malitia: quo patet, ꝙ hi
qui ſunt ſancti & ſapientes vident̃,difficiliùs corrigũtur.ſubditur enim quid dixerint ſeculares:[Nõ
eſt viro huic iudicium mortis,] i.ſententiam damnationis non meruit.[quia in nomine dñi Dei no-
ſtri locutus eſt ad nos.Surrexerunt ergò de ſenioribus terræ,] Iſti fuerunt inter Iudæos grandæui
& benè auditi:[& dixerunt ad omnem cœtum populi,loquentes:Micheas de Moraſthi fuit prophe-
ta in diebus Ezechiæ regis Iuda,& ait ad om̃em populum Iudæ:Hæc dicit dominus: Sion quaſi ager
arabitur,& Hieruſalem in aceruum lapidum erit,& mons domûs domini] in quo ſ.monte ſitum fu-
erat templum,erit [in excelſa ſyluarum.] i.mons Sion & Hieruſalem totaliter deſtruentur,ità quòd
Mich.3. arbuſta quaſi in ſyluis ilicò creſcent.Iſte eſt Micheas vnus duodecim prophetarum,qui in libro ſuo
præallegata verba conſcripſit. Fuit quoq; & alter ſanctus Dei propheta Micheas tempore Achab,
3.Reg. 22. quemadmodùm 3.Regum habetur.[Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda,& om̃is
Iuda?] id eſt,populus eius?[Nunquid non timuerunt dominum,& deprecati ſunt faciem domini,]
qua eos velut iratus atq; comminans adſpexit. [& pœnituit dominum mali, quod locutus erat ad-
*non fa- uerſùm eos?Itaq; *nos facimus malum grande contra animas noſtras] perſequendo hunc Ieremi-
ciamus am. quaſi dicant: Si occideremus eum, grauiſſimè peccaremus. deindè exemplum iſtud introduci-
tur:[Fuit quoq; vir prophetans in nomine domini, Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophe-
tauit aduerſùm ciuitatem iſtam, & aduerſùm terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. Et audiuit
rex Ioacim,& omnes potentes & principes eius,omnia verba hæc] Vriæ.[Et quæſiuit rex] iſte, ſ.Io-
acim filius Ioſiæ.[interficere eum.& audiuit Vrias, & timuit] mortem naturali horrore, non ex in-
fidelitate vel carnali ac vitioſo timore. [Fugitq́;,& ingreſſus eſt Aegyptum.] & hoc fuit prudentiæ,
non vitij,ſecundùm Hieronymum,nè fruſtrà nos offeramus periculo. Nam & Chriſtus ait apoſto-
Mat.10. lis:Cùm perſecuti vos fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam.Porrò cùm publica vtilitas exigit,& fi-
dei veritas id requirit, vel ex fuga animarum inſtat periculum, non eſt fugiendum, ſed pro iuſtitia
fortiter moriendum aut patiendum. [Et miſit rex Ioacim viros in Aegyptum, & eduxerunt Vri-
am ad regem Ioacim,& percuſſit eum gladio.] id eſt, occídi ꝑcepit.Deniq; Ioacim iſte à rege Aegy-
pti fuit rex conſtitutus,ideò amicitiam habebat cum eo. ſicque potuit Vriam de Aegypto reduce-
re

re de regis Aegypti conſenſu.Et qm̃ iſta ꝑdicatio Ieremiæ,facta eſt primo anno Ioacim regis, con-
ſtat ꝙ eodem anno ante hanc ꝑdicationem contigit,quod de Vria hîc dicit̃:niſi fortè dicatur,ꝙ an-
te principiũ regiminis Ioacim,Vrias verba inducta locutus ſit:& Ioacim factus rex,indè ſit indigna-
tus.[Et proiecit cadauer eius in *ſepulcro] i. in vno ſepulcrorũ [vulgi ignobilis,] ità ꝙ non ſolùm *ſepulcris
viuentem,ſed & mortuũ calumniatus eſt rex impius & crudelis.Conſueuerunt aũt reges & pontifi-
ces atq; ꝓphetæ Iudæorum,cæteris honorificentiùs ſepeliri.Pręterea aliq asſerunt, ſecundum iſtud
exẽplum ab eiſdem allegatum,à quibus & primũ, & ꝓ liberatione Ieremiæ:ac ſi ſeniores dicerent,
ſequi debemus Ezechiã virum ſanctum, q non occídit Micheã ꝑfata denunciantẽ: non aũt Ioacim
regem malum,qui Vriam iniuſtè peremit.Alij dicunt,iſtud ſecundum exẽplum ab aduerſarijs Iere-
mię,& ꝓ eius condemnatione inductũ.quaſi dicant: ſicut Ioacim interfecit Vriã,ſic occidendus eſt
Ieremias.Non eñ videtur,ꝙ ſeniores facerent argumentum ad liberationẽ Ieremiæ ex malitia pro-
prij regis actu regnantis. [Igit̃ manus Ahikam filij Saphan, fuit cum Ieremia, vt non traderet̃ in ma-
nus populi, & interficeret eum] populus. Vndè Ahikam iſte fuit vnus principum,& in determinati-
one huius negocij principalis:infrà quoq; de iſto Ahikam legitur,ꝙ ſubuenerit Ieremiæ.

¶ *Expoſitio cap.27. In principio regni Ioacim.* *Articulus* 44.

QVidam 27.cap. aſſerunt inchoari in verbis q̃ mox ſubſequuntur, videlicet: [In principio re-
gni Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda,factum eſt verbũ iſtud ad Ieremiã à dño,dicens.] ſed S.Hie- Iere.26.
ronymus aſſerit iſtud nullatenùs eſſe verum, immò pertinere dicit hæc verba ad cap.ꝑce- Ibidèm
dens,vt ſit ſenſus:In principio regni Ioacim factum eſt verbum iſtud,ſ.cap.26. deſcriptum, ad Iere-
miam à dño,dicens ea quæ iam habita ſunt. Vndè ſecundùm Hieronymum,exordium cap.27. iſtud
eſt:[Hæc dicit dñs ad me:Fac tibi vincula & catenas,] quæ fuerunt ligneæ, vt infrà in textu conſcri-
bitur.Iſta reuelatio facta eſt diù poſt eam,q̃ præcedenti narratur cap. ſ. tempore Sedechiæ regis.[Et
pones eas in collo tuo,] vt nõ verbis dũtaxàt,ſed facto quoq; ſenſibili futura ꝑſignes. [Et mittes eas
ad regẽ Edom,& ad regem Moab,& ad regẽ filiorum Ammon, & ad regem Tyri,& ad regẽ Sidonis,
in manu nunciorum qui venerunt Hieruſalem, & ad Sedechiam regem Iuda.] Præfati quinq; reges
miſerunt legatos ſuos in Hieruſalem ad Sedechiam,vt tractarent cum eo de modo rebellandi con-
tra Nabuchodonoſor regem Babylonis,vt aliqui dicunt.Præcepit ergò dominus Ieremiæ, vt p ma-
nus nunciorum iſtorum mittat quæ dicta ſunt, ad reges eorum, immò etiam ad regem Sedechiam
hæc mittat,vt nuncij iſti aduerterent ſe per Sedechiam non poſſe iuuari.[Et præcipies eis] ſ.nuncijs
iſtis,[vt ad dominos ſuos loquantur.] diuina enim collatione & commiſſione habuit Ieremias au-
thoritatem præcipiendi. [Hæc dicit dñs exercituum, Deus Iſrael:Hæc dicetis ad dominos veſtros:
Ego feci terram & hominem,& iumenta q̃ ſunt ſuper faciem vniuerſæ terræ.] oĩa quippe fecit Deus
mediatè vel immediatè:& quicquid agunt cauſæ ſecundæ,inſtrumẽtaliter agunt,reſpectu cauſę pri-
mæ,à qua om̃e illud principaliùs fit.[in fortitudine mea magna] putà immenſa. Creare eñ non per-
tinet niſi ad infinitam potentiam,cùm non eſſe,diſtet ab eſſe in infinitum.[& in brachio meo extẽ- Ioan.1.
to] i.virtute eleuata in actum procedente:quanq̃ per fortitudinem Dei & brachium, intelligi poſſit 1.Cor.1.
verbum ſeu vnigenitus filius,per quem om̃ia facta ſunt:qui ſecundùm Apoſtolum,eſt virtus & ſapi- Iſaiæ 53.
entia patris æterni,de quo verbo & filio patris æterni loquitur Iſaias:Brachium dñi cui reuelatũ eſt?
[Et dedi eam ei qui placuit in oculis meis,] i.terram diuiſi, eiuſq́; portiones diſtribui cuicunq; pla-
cuit mihi. vndè non eſt intelligendum, ꝙ omnes quibus Deus largitus eſt terram, placuerint Deo
ſimpliciter,ſ.per charitatem infuſam & gr̃am gratum facientem: ſed quãtùm ad hoc ei complacue-
runt,ꝙ præſtitit eis tẽporalia dona. [Et nunc itaq; ego dedi oẽs terras iſtas,] i.regum iſtorum regi-
ones & opes.[in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei] i.executoris iuſtitiæ meę con-
tra iniquos.[Inſupèr & beſtias agri dedi ei,vt ſeruiant illi] eo modo,quo iumenta deſeruiunt homi-
num vtilitati.cùm eñ hominũ, tunc & iumentorum ad hoĩes pertinentium, obtinuit principatum.
[Et ſeruient ei oẽs gentes,] iuxta hyperbolicum intellectum,ſicut ꝑcedenti dixit cap. [& filio eius]
Euilmerodach, qui patri ſuo Nabuchodonoſor ſucceſſit in regno. [& filio filij eius,] videlicet Bal-
thaſar regi, [donec veniat tempus terræ eius & ipſius &c.] i. quouſq; compleantur anni diuinitùs
præſtituti,in quorum fine ſeu vltimo viſitabitur,atq; vaſtabit̃ terra Babylonis, & Balthaſar rex eius,
quem Perſæ ac Medi occiderunt. ſicq́; in ipſo regnum Babylonis ſortitum eſt finem. [Gens autẽ & Iere. 26.
regnum quod non ſeruiérit Nabuchodonoſor, & quicunq; non curuauerit collum ſuum ſub iugo Dan.5.
regis Babylonis,] ei ſe ſubmittendo, [in gladio & fame & peſte viſitabo ſuper gentẽ illam,] his fla-
gellis eã plagãdo,[ait dñs,donec conſumã eos in manu eius.] vel in toto, vel in maxima parte,quod
verum eſt de gentibus q̃ regi pręfato reſiſtere pręſumpſerunt. Multę tñ fuerunt natiões in mundo,
ad quas poteſtas regis Babylonis extendere ſe nequiuit.[Vos ergò] ô Iudęi vel cæterę gentes,[no-
lite audire prophetas veſtros] pſeudo,[& diuinos,] qui ſibi futurorum notitiam vſurpauerunt purè
contingentiũ,q̃ Deo eſt ꝓprium ſcire,ſecundùm quod ait Iſaias: Ventura annunciate,& ſciemus qa Iſaiæ 41.

dij eſtis vos. idcircò à ſua ꝓſumptiõe dicunẽ diuini. [& ſomniatores,] qui ſibi in ſomnis reuelata di-
cunt ſecreta. [& augures,] qui ex auium garritu atq; volatu prognoſticant quid agendũ, quid omit-
tendum. [& maleficos,] qui per ſacrificia dæmonijs oblata coniectabant. [qui dicunt vobis, Nõ ſer-
uietis regi Babylonis. Porrò gens ꝙ ſubiecerit ceruicẽ ſuam ſub iugo regis Babylonis, dimittã eam
in terra ſua, & colet eam. Et ad Sedechiam regem Iuda, locutus ſum ſecundùm oĩa verba hæc, dicẽs:
Subijcite colla veſtra ſub iugo regis Babylonis &c. Quarè moriemini tu] ô Sedechia, [& populus
tuus gladio, fame & peſte,] cùm habeatis conſilium euadendi? Veruntñ Sedechias nulla harũ mor-
Iere. 33. tuus eſt plagarum. Vndè & infrà Ieremias ait ad eum: In pace morieris. Idcircò quod ait hoc loco ꝓ-
pheta, non eſt referendum ad ſingulos, & regem connumerat populo: ſicut frequenter aliqua com-
*eijciant munitas dicit̃ pati vel agere, quod maior pars agit aut patit̃. [Nolite audire verba ꝓphetarũ veſtro-
rum &c. qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter, vt *eijciã &c.] vos de loco hoc in Chal-
dęam. Quod ait, Vt eijciam vos, intelligendum eſt concomitanter, non directè cauſaliter. [Et ad ſa-
cerdotes & ad populum iſtum] Iudæorum [locutus ſum, dicens: Nolite audire verba prophetarum
veſtrorum, qui prophetant vobis, dicentes: Eccè vaſa dñi] i. vaſa templi quæ ſecum tulit rex Baby-
lonis, quandò Iechoniam eiuſq; matrem ac principes duxit in Babylonem, vt legitur 4. Reg. 25. [re-
uertentur de Babylone nunc citò. Mendacium enim prophetant vobis &c. quarè datur ciuitas hęc]
Hieruſalem [in ſolitudinem?] i. cùm offeratur vobis ſalubre cõſilium euadendi occiſionem ac cõ-
buſtionem ciuitatis Hieruſalẽ, cur obtemperare reſpuitis? [& ſi prophetæ] veraces [ſunt] iſti pſeu-
do, [& eſt verbum dñi in eis,] ità ꝙ diuinitùs inſpirant̃, [occurrant dño] i. iuſtitiam eius orando ac
alijs medijs mitigent. [vt non veniant vaſa, quæ derelicta fuerant in domo dñi & in domo regis Iu-
da & in Hieruſalẽ,] quandò videlicet Iechonias tranſlatus eſt, [in Babylonem.] quaſi dicat, Non ſo-
lùm in hoc inuenient̃ mendoſi, ꝙ dicunt vaſa ablata mox reditura, ſed nec impedire poterunt, quin
& ea quæ hìc remanſerunt, citò in Babylonem portent̃. Vaſa autem appellat vtenſilia, & in quibus
miniſtrabatur Deo in templo, quæ precioſiſſima erant. [Quia hæc dicit dñs exercituũ ad columnas
*reliqua & ad mare,] videlicet æneum, in quo ſe ſacerdotes lauabant. [& ad baſes, & ad *reliquias vaſorum
quæ remanſerunt in ciuitate hac, ꝙ non tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis, cùm transferret Ie-
Iere. 37. choniã &c. In Babylonem transferentur] hęc oĩa: quod factum eſt, Sedechia capto, ſicut infrà diffu-
ſiùs ſcribitur, & 4. Reg. 25. [& ibì erunt vſq; ad diem viſitationis ſuæ, dicit dñs] i. vſq; ad tempus quo
per Cyrum regem Perſarum faciam ea reſtitui. [& auferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto.] Cyrus
nanq; (vt legit̃ 1. Eſdr. 1.) dedit primo regni ſui anno Iudæis licentiã redeundi ad propria, inſtaurã-
1. Eſd. 3. & 6. diq; templum, & protulit vaſa Dei, reddens ea Iudæis, qui ſecum portauerunt ea, atq; in templo reæ-
dificato eadem ſtatuerunt, ſicut in Eſdræ volumine pleniùs ſcriptum eſt.

¶ *Explanatio cap. 28. Et factum eſt in anno illo.* *Articulus* 45.

ET factũ eſt in anno illo,] de quo in ꝓcedenti cap. dictũ eſt, ſ. quarto anno Sedechię, quo nuncij
regũ ad eum venerunt. [in principio regni Sedechię regis Iuda:] qa adhuc nõ diù regnauit. vel
ideò dicit, in principio regni eius, qa vt aliqui dicunt, Sedechias circa hoc tẽpus redijt de Babylone,
ad quã erat ꝓfectus, vt regi Babylonis ferret encęnia: qa cõſtituit eum regẽ, tuncq; confirmatus fuit
1. Reg. 9. ab eo in regno, & in aliquibꝰ negocijs ſublimatus. [in anno quarto regni eius, in mẽſe quinto] huius
quarti anni. [dixit ad me Hananias filius Azur, ꝓpheta de Gabaon ciuitate,] de qua fuit rex Saul. [in
domo dñi, corã ſacerdotibus & coram oĩi populo: Hæc dicit dñs exercituum Deus Iſrael: Contri-
ui iugum regis Babylonis.] i. onus quo ipſe alios grauat, iam ſtatìm confringã, ità ꝙ gentes vltrà non
Iſaiæ 10. opprimet, de quo iugo loquit̃ Iſaias: Cõputreſcet iugum à facie olei. Sicut ſuperiùs dictũ eſt, pſeudo
ꝓphetę, vt diuinitùs loqui putarent̃, conformabant ſe modo loquẽdi prophetarum ſanctorum, ità &
Hananias pſeudo nunc agit. [Adhuc duo anni dierum,] i. euolutis annis duobus, [& ego referri faciã
ad locum iſtum oĩa vaſa dñi, ꝙ tulit Nabuchodonoſor de loco iſto, & Iechoniã regem Iuda, & oẽm
tranſmigrationẽ Iudę,] i. Iudęos cum Iechonia in Babylonẽ tranſlatos. [conuertam] i. reducam [ad
*Hic deficit aliquid in archetypo. locum iſtum, ait dñs.] Porrò quod ait, Adhuc duo anni * *, [& dixit Ieremias ad Hananiã: Amen, ſic
faciat dñs, ſuſcitet] i. impleat [dñs verba tua:] concupiuit Ieremias fratrum amator, populi ſui pro-
ſperitatẽ, quanq̃ ipſe frequenter oppoſitũ prophetâſſet, potiùs optans non impleri quod prædixit, q̃
populum ſuum grauari: ſuppoſita tñ Dei in hoc voluntate, quod fuit eximiæ charitatis. Vndè & Mi-
Mich. 2. cheas ſuo compatiens populo, ait: Vtinã nõ eſſem vir habens ſpũm, & mendacium potiùs loquerer.
Ioan. 3. Hinc & Ionas arguitur, ꝙ contriſtat̃ de hoc, ꝙ verbum ſuũ in ſubuerſione Niniuæ non impletur, ſe-
cundùm Hieronymũ. Inſupèr Ieremias loquit̃ Hananiæ cum grandi modeſtia, quem ſciebat mẽti-
ri. [Veruntñ audi quod loquor in auribus tuis & vniuerſi populi: Prophetæ qui fuerunt ante me &
te ab initio,] ſ. Iſaias, Amos, Ioel, [& prophetauerunt ſuper terras multas, & ſuper regna multa de ꝓ-
lio & de afflictione & fame, propheta qui vaticinatus eſt pacẽ,] i. proſpera futura prædixit. [cùm ve-
nerit verbum eius,] i. effectum habuerit. [ſciet̃ propheta] i. tunc cognoſcetur eſſe verax propheta,

[quẽ miſerit dñs in veritate.] iam Ieremias dixit pluraliter, fuiſſe ꝓphetas qui ꝓnunciauerũt aduer-
ſa, & nõ adiecit, tunc eos cognoſci eſſe miſſos à Deo, cùm quod ꝓdixerunt, euenerit. Deindè ſingu-
lariter dixit, ꝓpheta qui vaticinatus eſt pacẽ, moxq; ſubiecit: Cùm venerit verbũ eius, ſcietur ꝓphe-
ta quẽ miſit dñs. Hinc qdam ſic intellexerunt hunc paſſum, ꝙ ꝓphetiæ diuinitùs factæ de proſperi-
tate ſeu bonis, ſemper implent̃: ideoq; per rei euentũ cognoſci, in talibus verum eſſe ꝓphetam. Pro-
phetias aũt de aduerſis & malis futuris, non ſemꝑ impleri, ſed aliquãdò retractari ꝓpter pœnitentiã
hoĩm aut preces ſanctorũ: ſed iſtud nullatenùs verũ eſt, quãtùm ad primum punctũ, ſed ex plurimis
ſcripturæ locis poteſt oſtendi, ꝓſertim ex 1. Reg. vbì dñs per ꝓphetã ait ad Eli ſacerdotẽ: Loquẽs lo- 1. Reg. 2.
cutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtrarẽt in cõſpectu meo in ſempiternũ: nunc aũt di
cit dñs, abſit hoc à me. Suprà quoq; locutus eſt dñs: Repentè loquar de gẽte & regno, vt ædificem &
plantẽ iſtud: ſi fecerit malũ in conſpectu meo, agã & ego pœnitentiã ſuꝑ bono quod locutus ſum,
vt facerẽ ei. Hinc ergò Hieronymus ità exponit hunc locũ, vt tam ꝓphetarũ ꝓnunciantiũ aduerſa, q̃
ꝓnunciantiũ proſpera, veritas bonitaſq; penſent̃ rerũ euentu. ſed quicqd horũ dicatur, non modica
quęſtio orit̃. Primò, qm̃ & falſi ꝓphetę quãdoq; ex diabolica ſuggeſtione vel ꝓpria cõiecturatione
ꝓnunciant, propter quod in Deut. Moſes populo Iſrael ait: Si ſurrexerit in medio tuî prophetes, aut Deut. 13.
qui ſomniũ vidiſſe ſe dicat, & ꝓdixerit ſignũ atq; portentũ, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit ti-
bi, Eamus & ſequamur deos alienos, nõ audies verba ꝓphetæ illius: ex quo cõſtat, de falſo propheta
Moſen loqui. Prætereà ſancti ꝓphetæ, quãdoq; aliqua ꝓdixerunt, ꝙ non habuerũt effectum, vt cùm
Iſaias locutus eſt Ezechiæ: Diſpone domui tuæ, quia morieris & nõ viues. In oppoſitũ eſt authori- Iſaiæ 38.
tas Ieremię, cuius etiã verbo nunc dicto, cõſonat quod in Deute. habet̃: Si tacita cogitatione reſpõ- Deut. 18.
deris, quomodò poſſum intelligere verbũ quod nõ eſt locutus dñs? hoc habebis ſignũ, quod in no-
mine dñi propheta ꝓdixit, & nõ euenerit, hoc dñs nõ eſt locutus. Ad hæc qdam reſpondent, ꝙ ver-
ba Ieremiæ ac Moſis, locũ habent in ꝓphetia ꝓdeſtinationis, qua aliqd ꝓnunciatur ſecundùm quod
eſt in ꝓcognitione diuina: non aũt in ꝓphetia cõminationis, qua aliqd ꝓnunciatur ſecundùm com-
parationẽ vel habitudinẽ ad cauſas naturales immediatas ſeu proprias, mutationi & contingentiæ
ſubiacentes. Sed tunc remanet difficultas, quomodò ex rei euẽtu agnoſcatur verus ꝓpheta, cùm &
falſi ꝓphetę viciſsìm vera ꝓnuncient: ad quod aliqui dicunt, ꝙ Ieremias ꝓinductis verbis aſſignat
probabile ſignũ, quo verus propheta queat cognoſci. [Et tulit Hananias catenã de collo Ieremiæ,
& fregit eam.] ex quo certum eſt, fuiſſe de ligno catenam. [Et ait Hananias in conſpectu oĩs po-
puli: Hæc dicit dñs, ſic confringam iugum Nabuchodonoſor regis Babylonis poſt duos annos die-
rum, de collo oĩm gentium. Et abijt Ieremias in viam ſuã:] quaſi cõfuſus & victus, ſecundùm aliorũ
æſtimationẽ, & nolens cũ pſeudo cõtendere, implenſq; illud Pſal. Factus ſum ſicut homo non audi- Pſal. 37.
ens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Ex quibus oſtenditur patientia Ieremiæ, ꝙ paſſus iniu-
riam, æquanimiter ſuffert. [Et factũ eſt verbum dñi ad Ieremiã: Vade & dic Hananiæ, hæc dicit dñs:
Catenas ligneas contriuiſti, & facies pro eis catenas ferreas.] i. tua ſuaſione iniqua populum ſeducẽ-
do, eris cauſa ꝙ tu ipſe & populus iſte multo duriora incurret aduerſa, q̃ hucuſq;: quia tu morieris
hoc anno, & populus rebellando ad maximã cladem perueniet. Hinc ſequitur: [Quia hęc dicit dñs:
Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum gentium iſtarũ,] ſ. tam Iudęorum q̃ nationum. [vt
ſeruiant regi Babylonis. Et dixit Ieremias ad Hananiam: Audi Hanania, Non miſit te dñs, & tu feci-
ſti confidere populum iſtũ in mendacio.] ſ. in tua ꝓmiſſione mendoſa: ſiquidẽ in anguſtijs conſti-
tuti, libẽter audiũt proſpera ſibi ꝓmitti. [Idcircò hæc dicit dñs: Ego emittã te à facie terrę,] i. de ter-
ræ ſuperficie tollam te. [hoc anno morieris, aduerſùs dñm em̃ locutus es,] ei aſſcribendo tua men-
dacia, eius verbis per me dictis contradicendo. [Et mortuus eſt Hananias in anno illo, in menſe ſe-
ptimo] ab hac prænunciatione prophetica, vel quod verius reor, in menſe ſeptimo anni illius, cuius
quinto menſe hæc contigerunt, prout in huius cap. principio dictum eſt. ſicq; poſt duos menſes vel
menſe ſecundo ab hac prophetia, obijt Hananias, quatenùs eius peccatum puniretur, & populus à
priſtina ſeductione eriperetur, veritas quoq; diuini ſermonis per Ieremiam prolati oſtenderetur.

¶ *Expoſitio cap. 29. Et hæc ſunt verba libri.* *Articulus* 46.

COnſequenter Ieremias conſulit Iudęis in Chaldęam tranſlatis, quid agere debeant. [Et hæc
ſunt verba libri] i. epiſtolę. Vndè in Iſaia legitur rex Babylonis miſiſſe libros vel epiſtolas ad Iſaiæ 36.
Ezechiam. [quem miſit Ieremias propheta de Hieruſalem ad reliquias ſeniorum tranſmigrationis]
i. ad ſeniores Iudęorum in Chaldæam tranſlatos. [& ad ſacerdotes & prophetas] pſeudo, qui cum
Iechonia erant tranſlati. [& ad omnem populum quẽ tranſduxerat Nabuchodonoſor de Hieruſalẽ
in Babylonem, poſtq̃ egreſſus eſt Iechonias rex de Hieruſalẽ, tradens ſe ſpontè manibus Nabucho-
donoſor regis. [Et dña] i. mater eius vel vxor. [& eunuchi & principes Iuda & Hieruſalem, & faber,
& incluſor] i. auriſabri & q gẽmas in auro includebãt. deindè ponunt̃ q librũ Ieremię portabãt, mi-
ſit etem̃ librũ [in manu Elaſa filij Saphã & Gamaliel, &c. quos miſit Sedechias rex Iuda ad Nabucho-

donoſor regẽ Babylonis in Babylonem,dicens] ipſe Ieremias in ſua epiſtola: [Hæc dicit Dñs omĩ
tranſmigrationi,quã tranſtuli de Hieruſalẽ in Babylonẽ.] diuina em̃ voluntate & poteſtate tranſla-
ti fuerãt per Chaldęos tanq̃ per inſtrumẽta æquitatis diuinæ.[Aedificate domos,]vbì nunc eſtis,[&
habitate in eis,& plantate hortos,& comedite fructum eorũ.Accipite vxores,& generate filios & fi-
lias,& nolite eſſe pauci numero.Et quærite pacẽ ciuitatis,ad quã trãſmigrare vos feci,] ſ.Babylonis.
[& orate pro ea] Dñm,vt det ei temporalẽ tranquillitatẽ.internæ em̃,veræ,ſpiritaliſq́; pacis nõ erant
capaces,cùm eſſent idololatrę,niſi etiam pro eorũ cõuerſione ad fidẽ & cultũ vnius veri Dei orare-
tur.[qa in pace illius erit pax veſtra.] i.ſi Babyloni benè ſucceſſerit,tũc & vos meliùs habebitis.[Nõ
vos ſeducant ꝓphetæ veſtri & diuini veſtri,& nè attendatis ad ſomnia veſtra q̃ ſomniatis, quia falsò
ꝓphetãt vobis.] iſta ſunt plana.[quia hæc dicit Dñs:Cùm cœperint impleri in Babylone ſeptuagin-
ta anni,] i.ſeptuaginta annis completis à tranſmigratione ſeu captiuitate Iudęorum, [viſitabo vos]
per gratiam liberationis à veſtra captiuitate,[& ſuſcitabo ſuper vos] i.in vobis implebo [verbũ me-
um bonum,] ſ.promiſſionem iſtam gratioſam de liberatione veſtra. [vt reducam vos] i.aliquos ve-
ſtrûm tunc vſq; victuros, & redire optantes, [ad locum iſtum,] putà Hieruſalem ac Iudęam. multi
aũt interìm obiêrunt,& plurimi noluerunt reuerti amore cõiugum, & prolis ac facultatum, quas in
Babylonia poſſederunt. [ego em̃ ſcio cogitationes, quas cogito ſup vos, cogitationes pacis] vobis
donandæ.[& nõ afflictionis] vlteriùs ꝓtendendæ, [vt dem vobis finem] captiuitatis, [& patientiã]
interìm in aduerſis.In ſimpliciſſimo aũt Deo non eſt cogitationũ pluralitas,neq; diuerſitas,ſed co-
gitationes in Deo pluraliter aſſeruntur,per relationem ad creata diuerſa à diuino intellectu cœpta:
quẽadmodùm etiã in Deo plures dicunť ideæ, ſic quoq; miſericordia & potentia pluraliter ferť in
Pſal. 88. Deo, ꝓpter diuerſitatẽ effectuũ,iuxta illud:Miſericordias Dñi in æternũ cantabo.Et item: Qm̃ non
Pſal. 70. cognoui literaturã,introibo in potentias Dñi. [Et inuocabitis me, vt vos ad terrã veſtrã reducam.]
vult em̃ Deus,vt orando obtineamus quod ipſe decreuit,qa ſic accipere nobis plùs expedit.[& ibi-
tis] ad terrã veſtram,[& adorabitis me,]p̃ſertim in tẽplo in Hieruſalem inſtaurando,quanq̃ & alibì,
immò vbiq; adorandus ſit Deus.[& exaudiam vos:quęretis me] per deſideria virtuoſa,preceſq́; de-
uotas,mihi vniri,cõplacere,& oculũ mentis infigere cupientes.[& inuenietis,cùm quæſiéritis me in
toto corde veſtro.] i. cum integra diligentia & ardenti affectu.ſic eſt quærendus Deus ſtabiliter, nõ
Deut. 4. cũ tepore aut ſegniter,aut vſq; ad tempus. ꝓpter quod ſcriptũ eſt in Deut.Cùm quæſiéris Dñm Deũ
Lucæ 18. tuũ,inuenies eum,ſi tñ toto corde quæſiéris eũ,& tota tribulatiõe aĩæ tuæ.Hinc ait Saluator:Opor-
tet ſemp orare,& nõ deficere.[Et reducã captiuitatẽ veſtram,] i. vos ipſos captiuos, [& cõgregabo
vos de vniuerſis gẽtibus,& de cunctis lòcis ad q̃ expuli vos.] in regno etem̃ Babyloniæ fuerunt va-
riæ gentes,in qbus diſperſi erant Iudæi.[Et reuerti vos faciã,quia dixiſtis,ſuſcitabit Dñs nobis pro-
phetas in Babylone.] i.idcircò iſta vobis p̃nuncio,ꝙ ſ. non ſtatìm, ſed poſt lxx. annos erit reductio
veſtra,quia dixiſtis atq; putâſtis,ꝙ pſeudoprophetæ veſtri vobis in Babylone ꝓmittentes, ꝙ ſtatìm
reuertimini,ſint veri prophetæ vobis diuinitùs dati:nè igitur eis credatis,iſta p̃nunciaui. [Quia hæc
dicit Dñs ad regẽ qui ſedet ſuper ſolium Dauid] i.ad Sedechiã. [& ad oẽs habitatores vrbis huius,]
putà Hieruſalẽ.[Mittam in eis gladium, famem,& peſtẽ,& ponã eos quaſi ficus malas, q̃ comedi nõ
poſſunt,eô ꝙ ſunt peſſimæ,] i.ob ſuam rebellionem contra Deum & regẽ Babylonis, in tãtam de-
uoluentur miſeriã, ꝙ prorſus inutiles erunt & abominabiles vniuerſis. [Et dabo eos in vexationẽ
vniuerſis regnis terræ,& in maledictionẽ & in ſtuporẽ & in ſibilum &c.] Iſta iam frequẽter p̃habita
ſunt atq; expoſita.[Hæc dicit Dñs ad Achab filium * Goliæ,& ad Sedechiã filium Maaſiæ, qui ꝓphe
tant vobis in noĩe meo] nõ verè,ſed ſecundùm ſuã confictionẽ,[mendacium.] vndè quod dicitur
mendacium,referť ad verbũ, ꝓphetant, nõ ad determinationẽ, in noĩe meo: nemo em̃ in noĩe Dei
1.Cor. 12. loquens,mentiť,ſecũdùm quod ait Apoſtolus:Nemo in ſpiritu Dei loquẽs,dicit anathema Ieſu.Vel
quod ait,in noĩe meo,intelligendũ eſt de noĩe nominãte, non in noĩe nominato, i.in re ſignificata
per nomẽ.Pſeudo equidẽ Dei nomẽ aſſumebant,nõ tñ in Deo loquuti ſunt.Deniq;, vt refert Hie-
ronymus,Hebræi,immò & doctores catholici,aſſerunt hos duos pſeudo, fuiſſe duos presbyteros,
Dani. 13. qui in Daniele leguť inuaſiſſe Suſannã:aliqua tñ hîc ſcripta, videnť cõtraria his q̃ in Daniele de eis
leguť, quorũ cõcordiã tangã. [Eccè ego tradã eos in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, &
Ibidèm. percutiet] i.occídet [eos in oculis veſtris.] In Daniele lapidati dicunť à populo Iudæorũ,quomodò
ergò percuſſit eos rex Babylonis?Prętereà ſubdiť:[Et aſſumetur ex eis maledictio omĩ tranſmigra-
tioni Iudæ,q̃ eſt in Babylone.] i.ex punitione iſtorum ſument Iudæi tranſmigrati modũ atq; exem-
plum maledicendi alicui ſub hac forma verborũ:[Ponat te Dñs] i.ità te puniat [ſicut Sedechiam &
Achab, quos frixit rex Babylonis in igne.] Eccè hîc dicuntur cõbuſti,quomodò igiť lapidati?Et re-
ſpondendũ, ꝙ rex Babylonis percuſſit,occídit,frixit eos,ferendo ſententiã per ſe vel ſubſtitutum.
Iudæi aũt executiuè de regis licentia ictibus lapidum eos interfecerunt.Cùm em̃ eſſent captiui,pro-
pria id authoritate facere nõ valebãt,ſed reos corã rege vel eius miniſtris accuſabãt. Eſt quoq; con-
ſue-

ſuetudo ſcripturæ,vt quælibet dira afflictio, noĩe ignis exprimatur.[Pro eo ꝙ fecerunt ſtultitiam] i.
irrationabilia opera [in Iſrael,& mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum.]& ſic fuerunt pſeudo-
prophetę atq; adulteri.[& loquuti ſunt in nomine meo mendaciter,quod non mandaui eis.]Refert
Hieronymus, ꝙ Hebræi affirmant, presbyteros iſtos dixiſſe mulieribus, Nos ſumus de tribu Iuda,
ideò Chriſtus de ſemine noſtro naſcetur.ſicq́; mulierculæ conſenſerunt, quaſi matres Chriſti futu-
ræ.[Ego ſum iudex & teſtis,dicit Dñs exercituum.] q.d.Vera & certiſſimè vera ſunt hæc,nec eſt lo-
cus tergiuerſandi,cùm egomet Deus ſim horũ teſtis ac iudex,qui cuncta inſpicio,& decipi nequeo.
Cõſequenter fit ſermo cõtra alium ſeductorẽ.[Et ad Semeiam Neelamitẽ dices] ô Ieremia. [Pro eo
ꝙ miſiſti libros] i.epiſtolas [in noĩe meo ad oẽm populũ, qui eſt in Hieruſalẽ, & ad Sophoniã filiũ
Maaſiæ ſacerdotẽ,] i.ſummũ ſeu templi pontificem. [& ad vniuerſos ſacerdotes, dicens: Dñs dedit
te] ô Sophonia [ſacerdotẽ pro Ioiada ſacerdote,] qui pontifex fuit,[vt ſis dux in domo Dñi] i.prin-
ceps ſacerdotũ atq; diſcretor ac iudex.[ſuper oẽm virum arrepticium & ꝓphetantẽ,] i.eos qui à dæ-
monibus ſunt arrepti,inſpirationibuſq́; eorũ loquũtur & vaticinanť.[vt mittas eum in neruũ] i.cip-
pum [& carcerẽ,] nè hincindè pergendo, alios fallat. [Et nunc quarè nõ increpas Ieremiã Anatho-
thiten,qui prophetat vobis? quia ſup hoc miſit ad nos in Babylonẽ,dicens:Longũ eſt,] i.diù dura-
bit veſtra captiuitas.[Aedificate domos &c.] Itaq; Semeias cùm eſſet pſeudopropheta,ægrè ſuſcepit
epiſtolam à Ieremia miſſam contra ꝓphetas mendaces. ideò quod Ieremias ſibi imponit,ipſe in Ie-
remiã retorquet,eumq́; falſum & arrepticium nuncupat. [Legit ergò Sophonias ſacerdos librum
iſtum] i.epiſtolam Semeiæ [in auribus Ieremiæ prophetę. Et factum eſt verbum Dñi ad Ieremiã, di-
cens:Mitte ad oẽm tranſmigrationẽ,] i.vniuerſos Iudæos in Chaldæam tranſlatos [dicens: Hæc di-
cit Dñs ad Semeiam Neelamiten: Pro eo ꝙ ꝓphetauit vobis Semeias de celeri reditu veſtro, & ego
non miſi eum,& fecit vos confidere in mendacio: idcircò hæc dicit Dñs, Eccè ego viſitabo ſup Se-
meiam & ſuper ſemen eius:] tam ipſum, q̃ ſobolem eius, ei in peccato conſentientem ac ſimilem,
puniendo.[Non erit ei vir ſedens in medio populi huius,] i. nullus de eius poſteritate habitabit aut
erit inter Iudæos,quos de Babylone reducam. [& non videbit bonũ quod ego faciã populo meo,]
i.beneficia quæ reuertentibus dabo. [quia præuaricationem] i. mendacium [locutus eſt aduerſùs
Dñm.] ¶Prætereà iuxta myſticã expoſitionẽ, ꝙ filij Iſrael ob ſua peccata regi Babylonis traduntur,
ſignificat ꝙ Chrs populũ ſuum viciſsìm ab infidelibus & tyrannis ac impijs opprimi & affligi per-
mittit. Tuncq́; admonendi ſunt Chriſtiani, vt æquanimiter ferant. Et domus, i. virtutum machinas
erigant. vxores accipiant,i.ſapientiam ſibi deſponſent, de qua ſcriptum eſt:Hanc amaui & exquiſi- Sap. 8.
ſiui,& quęſiui eam ſponſam mihi accipere,ſimiliter charitatẽ,fidem & ſpem:atq; ex iſtis coniugibus
filios ac filias procreent,i.opera virtuoſa,cogitationes ſanctas & amoroſos in Deum affectus produ-
cant.Nec ſint pauci numero meritorum,immò & alios ad ſimilia prouocent,* ſicq́; populus Deo in *ſitq́;
aduerſitatibus ſeruiens,& merito & numero augeatur. Inſupèr quærant pacem eorũ, à quibus affli-
guntur,pro aduerſarijs ſuis orando,quia & hoc cedet in proprium bonum. Vndè Apoſtolus ad Ti- 1.Ti. 4.
motheum obſecrat fieri orationes pro regibus & omnibus in ſublimitate conſtitutis, vt quietam &
tranquillam vitam agamus in omni pietate. Si verò tempore tribulationis quiſpiam vanè ſpopon-
derit,ſtatìm nos de aduerſitatibus eruendos, nõ citò credamus, ſcientes ꝙ militia eſt vita hominis
ſuper terram,& ꝙ tentatio durat vſq; in finẽ,vtpotè quouſq; finias vitam:hoc eſt,quouſq; ad requiẽ
patriæ perducamur,q̃ per ſeptuaginta exprimitur. ſeptenario nanq; quies & ſabbatiſmus ſignať. vel
ideò ſeptuaginta annis captiuitatis afflictio durare aſſeritur,qm̃ ſcriptum eſt:Dies annorũ noſtrorũ Pſal. 89.
in ipſis lxx.* anni.Electi nanq; vſq; ad terminum vitę exercentur aduerſis, qbus expletis, ad cęleſtẽ *annis
Hieruſalẽ ducimur.Interìm verò conſolatur nos Dñs,perhibens ſe cogitare ſuper nos cogitationes
pacis,& non afflictionis:vt det nobis finem harum aduerſitatum, & patientiam in eiſdẽ. Nempe per
momentaneas has tribulationes,ad pacem cęleſtem internalem nos perducit: & breuis iſta mœſti-
tia,in ſempiternum gaudium commutatur. Porrò qui in hac vita pro ſuis peccatis Dei flagella per-
peti renuunt,nec in aduerſis patientiam ſeruant,ſic tradũtur dæmonibus in opprobrium ſempiter-
num,tanq̃ peſſimę ficus,quemadmodùm Sedechias cum ſuis traditus eſt regi Babylonis.grauiſſimè
aũt peribunt noſtri presbyteri,vana loquentes,alioſq́; fallentes,qui proximorum ſuorum vxores &
filias maculant & corrumpunt,qui per Achab & Sedechiam presbyteros ac iudices deſignanť.Po-
ſtremò per Semeiam,qui ſcripſit contra Ieremiam,deſignanť hi,qui iuſtos ac veraces perſequũtur,
eoſq́; à qbus arguuntur,redarguunt, & grauiora eis imponũt. Timendũ quoq; eſt nobis, quod Dñs
ꝓteſtatur:Ego ſum iudex & teſtis,qm̃ ante oculos iudicis cuncta cernentis omĩa agimus, de quo ait Pſal.88.
Pſal.Et teſtis in cęlo fidelis. Et ſanctus Iob: Eccè in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Iob 16.
Hinc in Apoc. Chriſtus vocatur teſtis fidelis. Non ergò excuſemus nos ſtultè, maximè nos iniuſti, Apoc.1.
quum dicat ſcriptura: Iuſtus in principio accuſator eſt ſuĩ. Si verò ratio exigit excuſationẽ, nè ſcan- Prou. 18.
dalum oriatur,modeſtè erit excuſatio proponenda cum debita humilitate & veritate.

¶Ex-

¶*Expoſitio cap.30.Hoc verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino.* *Art.* 47.

Rom.10. OMnium ꝓphetarum opus, finis & cõſummatio,Chr̃s eſt.Propter quod ait Apoſtolus, ꝙ finis
legis eſt Chr̃s,ad ſalutẽ om̃i credenti.Hinc principalis intentiò ꝓphetarũ,eſt de Chriſti my-
ſterijs vaticinari,eius aduentũ,paſſionẽ,ac Iſraeliticæ plebis cõuerſionẽ ad ipſum, immò totius hu-
mani generis ſaluationẽ per ipſum,p̃nunciare. Vndè queẽadmodùm etiã Hebręorum doctores affir-
mant,vniuerſi ꝓphetæ locuti ſunt de diebus Meſſiæ, q̃bus cõſonat quod princeps apoſtolorũ diſ-
Act. 3. ſeruit:Oẽs prophetæ à Samuel & deincèps annunciauerunt dies iſtos. Itaq; de vera liberatione Iu-
dæorũ per Chriſtũ,nunc loquit̃ Ieremias,cuius liberationis fuerunt figuræ, eductio eorũ ab Aegy-
pto,& reuerſio de Babylone.[Hoc verbũ quod factum eſt ad Ieremiã à dñ̃o,dicens: Hæc dicit dñ̃s
Deus Iſrael:Scribe tibi om̃ia verba,q̃ locutus ſum ad te,in libro.] tanq̃ dicat,magna ſunt, & de ma-
gnis,ac iugi memoria digna.dicit aũt Hieronymus,ꝙ quantùm Ieremias in verbis ſimplex videtur,
tantùm in maieſtate ſenſuum ꝓfundiſſimus eſt.[Eccè em̃ dies venient,dicit dñ̃s,& conuertã cõuer-
ſionẽ populi mei Iſrael & Iuda,] i.populum regni Iudæ ſeu duarum tribuum,decemq́; tribus,qui po
pulus fuit conuerſus ad aliena, eſtq́; cõuertendus ad me ſecundùm p̃deſtinationẽ æternã.Hunc,in-
quam,populum cõuertam ad me,atq; ad loca ſalutis & ad ſpiritalia bona q̃ ei paraui.[Et cõuertã eos
ad terrã,quã dedi patribus eorum.] i. ad terram ꝓmiſſionis, ſanctis patriarchis principaliter finali-
Pſal. 141. terq; ꝓmiſſam,vtpotè ad patriam beatorum, de qua fertur in Pſal. Portio mea dñ̃e (ſit) in terra vi-
uentium.Hæc eſt terra Eccleſiæ triumphantis,q̃ ſanctis veteris teſtamenti ſub ꝓmiſſione terræ Cha
naan principaliter intelligitur repromiſſa,de qua terra ſcriptum eſt Prouerb.2. Qui recti ſunt, habi-
tabunt in terra,& ſimplices pmanebunt in ea.Stultum verò eſt æſtimare,ꝙ terra illa Iudęæ ſeu Cha
naan,vel eius diuitiæ,fuerunt p̃mium virtuoſæ vitę ſanctorum, cùm Gene.15. Dñ̃s dicat ad Abrahã:
Ego protector tuus,& merces tua magna nimìs.immò ſecundùm veritatẽ, terra p̃fata non eſt patri-
Act. 7. bus Iudæorum,ſ.Abrahã,Iſaac & Iacob,actualiter data, ſed filijs eorum dari promiſſa.propter quod
Stephanus ait,ꝙ Deus nõ dedit Abrahæ in ea hęreditatem nec paſſum pedis. Terra itaq; patriarchis
Heb. 11. his data,eſt paradiſus cęleſtis.Propter quod ad Hebręos de ſanctis veteris teſtamenti loquens Apo-
ſtolus:Iuxta fidem,inquit,defuncti ſunt om̃es iſti,nõ acceptis repromiſſionibus,ſed à longè eas ad-
ſpicientes & ſalutantes,& confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã.Prętereà locus iſte
1.Eſd.1. exponi nõ poteſt de reditu Iudęorum à captiuitate temporali humana. quanuìs em̃ tempore Eſdræ
& 2. rediêrint duę tribus de Babylone,tñ̃ decem tribus adhuc tenentur captiuæ, nec à Iudęis reuerſuræ
ſperantur,niſi in aduentu ſui Meſſię.Neceſsè eſt ergò iſtud referri ad tempus Chr̃i. Vndè quidã do-
ctores catholici aſſerunt hęc impleta in Chr̃i aduentu,quandò ad Chr̃i eiuſq́; apoſtolorũ & apoſto-
licorũ virorũ p̃dicationẽ plurimi Iudęorũ fuerunt cõuerſi, nõ ſolùm de duabus tribubus, ſed & de
decẽ.Multi quippe filiorũ Iſrael de regno decẽ tribuũ in regno Iudę habitauerunt, & cum duabus
tribubus in Babylonẽ deducti,atq; cum eiſdẽ indè reducti ſunt,quorũ poſteri poſt Chr̃i aduentum
Matth.4. partìm crediderunt.Propter quod ſanctiſſimus Euangeliſta Matthęus in p̃dicatione Chr̃i impletum
allegat illud Iſaię 9.Primo tẽpore alleuiata eſt terra Zabulon & terra Nephtalim. Populus qui ſede-
Iacob. 1. bat in tenebris,vidit lucem magnã.Iacobus quoq; in ſua Canonica ſcribit duodecim tribubus,quæ
Actu. 21. ſunt in diſperſione,ſalutem.Deniq; de his conuerſis ad Chriſtũ, Iacobus ait ad Paulum: Vides fra-
ter,quot millia ſunt in Iudęis qui crediderunt, qui in Chriſtum credentes, non fuerunt duo populi
vel in duo regna diuiſi,vt populus Iuda diſtingueretur ab Iſrael,ſed vnus in Chriſto effecti ſunt po-
Ezec. 37. pulus,quod in Ezechiele continetur,atq; ibidèm per duo ligna in vnum coniuncta, pręfigurat̃. Ve-
runtamen quoniam abſolutè loquendo, Iudęi ad Chriſtum conuerſi, reſpectu aliorum pauci fue-
runt,hinc alijs rationabilius viſum eſt,vt paſſus iſte exponatur de generali duodecim tribuum con-
uerſione ad Chriſtum per pręedicationem Helię,Antichriſti fallacijs manifeſtatis, quandò vt Pau-
Rom. 11. lus fatetur,Omnis Iſrael ſaluus fiet,implebiturq́; iſtud Oſeę 3.Poſt hęc reuertẽtur filij Iſrael,& quę-
rent Dñ̃m Deum ſuum & Dauid regem ſuum,i.Meſſiam, vt om̃es etiam Hebręi exponũt.Vndè ho-
rum dicta concordando,dicendum,ꝙ iſta in primo Chriſti aduentu,& poſt eius reſurrectionem in
Iudęorum conuerſione partìm completa ſunt,& in fine ſeculi pleniùs implebuntur. [Et hęc verba
quæ locutus eſt Dñ̃s ad Iſrael,] i.ad decem tribus.[& ad Iudam,] i.duas tribus,tanq̃ dicat,iſta perti-
nent ad totum duodecim tribuum populum.[Qm̃ hęc dicit Dñ̃s] de populo Iudęorum, vel in per-
ſona eorum.[Vocem terroris audiuimus.] i. verba cõminatoria atq; terrifica. [Formido inerat no-
bis.Et nõ eſt pax] i. quies ab hoſtibus & perſequutoribus. iſtud contigit Iudęis tempore vaſtitatis
obſidioniſq́; ſuę ab exercitu Chaldęorum. Quod item euenit eis ad fidem conuerſis, & generaliter
populo Chriſtiano tempore perſecutionis Antichriſti.Iudęi quoq; in primitiua Eccleſia conuerſi in
Hieruſalem ac Iudęa, grauiſſimam ab incredulis Iudęis tribulationem perpeſſi ſunt, quemadmo-
Actu. 6. dùm legitur in Actis & alijs locis.Certũ eſt aũt,ꝙ in libris propheticis ſecundùm varium tactũ ſpi-
& 8. ritûſſancti,frequenter tranſitur de tẽpore ad tẽpus, ità ꝙ temporis ordo nõ obſeruat̃, & de diuerſis
pre-

perſonis quaſi de eiſdẽ ſit ſermo.[interrogate & videte,ſi generat maſculus.] q.d. tantus tunc viros
appręhendet pauor atq; anguſtia,àc ſi inſtàr fœminarũ pariendi doloribus premerent̃.Nã & ſi hi qui
pro Chr̃o occiſi fuerunt,vel occident̃,patienter tulerunt, naturali tñ̃ affectu abhorrębant acerbita-
tes pœnarũ,& de eorũ oppreſſione alij Chriſtifideles multotiès affligebant̃ & affligent̃. [Quarè er-
gò vidi om̃is viri manũ ſuper lumbum ſuũ?] loquitur admirando, vt ſit ſenſus: Viri, q̃bus proprium
eſt reluctari & manus ad arma extendere, præ timore & tribulationũ magnitudine, manus ad reſi-
ſtendum nõ pręparabunt,ſed iuxta parturientiũ modũ conſiſtẽt. hoc eſt em̃ manus tenere ad lum-
bos ſeu renes.[quaſi parturiẽtis,] qm̃ mulierum parturientiũ cõſuetudò eſt, mittere manus ad lum-
bos.[Et conuerſæ ſunt vniuerſæ facies in auruginẽ?] i.cordis pauorem animiq́; preſſuram,pallor &
diſcoloratio vultûs monſtrabunt.Hęc futura Ieremias in ſpiritu quaſi p̃ſentia vidit, queẽadmodùm
Iſaias Babylonis vaſtitatẽ deſcribens:Corrui, inquit,cùm viderem. [Væ] tẽporalis afflictionis tunc Iſaiæ 21.
erit,& mihi Ieremiæ per cõpaſſionem nunc adeſt. [Quia magna dies illa] i. grandis tribulatio con-
tinget. [Nec eſt ſimilis eius,] quod licèt ad tẽpus Babylonicæ captiuitatis & pſecutionis primitiuæ
Eccleſię aliquo modo poſſit referri,quia pro tunc nõ fuit tanta calamitas ſeu hoſtiũ rabies,alibì eui-
dentiùs tñ̃ de tempore pſecutionis Antichriſti exponitur,quia vt ait in Euangelio Chr̃s:Erit tũc tri- Matth.24.
bulatio magna,qualis nõ fuit ab initio vſq; modò,neq; fiet. Cõſonatq́; iſtud dicto Danielis: Veniet Dan. 11.
tempus,quale nõ fuit ex eo,ex quo gentes eſſe cœperunt vſq; ad tempus iſtud.[Tempuſq́; tribula-
tionis eſt Iacob] i.duodecim tribubus in Chriſtũ credentibus,de q̃bus p̃dictum eſt, q̃ ab Antichri-
ſto grauiter vexabuntur,p̃ſertìm poſtq̃ Heliam & Enoch occíderit.ſed & tẽpore Babylonicę vaſti-
tatis nõ ſolùm duæ tribus,ſed multi etiã de reliquis tribubus in Iudæa à Babylonijs tribulabant̃.[&
ex ipſo ſaluabitur.] i.de perſecutione hac eruentur,atq; per Chr̃m conſequentur ſalutẽ, quod de p̃-
deſtinatis accipitur,de q̃bus Gabriel loquitur Danieli:In tẽpore illo ſaluabitur populus tuus, om̃is Dan. 12.
qui ſcriptus eſt in libro.Chr̃s quoq; diſcipulis ſuis p̃dixit:Inijcient vobis manus,& pſequentur,tra- Lucæ 21.
dentes in ſynagogas & cuſtodias.Et item:Amèn dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus Ioan.16.
aũt gaudebit,ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.Hinc in Iſaia habet̃: Ad punctũ in modico re- Iſaiæ 54.
líqui te,& in miſerationibus magnis congregabo te.In quo momento indignationis meæ abſcon-
di parumpèr faciẽ meam à te,& in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tuî,dixit redemptor meus.
[Et erit in die illa,ait Dñ̃s exercituum,conterã iugum eius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam.]
quod quidam de rege Babylonis exponunt,ſed quia p̃dicta ad tẽpus Chr̃i relata ſunt,Hieronymus
de diabolo ſub typo Nabuchodonoſor dictum affirmat. Chriſtus nanq; iugum cõtriuit diaboli &
vincula impietatis,q̃bus corda hominũ vinxit, ideò dixit: Nunc princeps huius mundi eijcietur fo- Ioan. 12.
ràs.Alij de iugo Antichriſti exponũt,quẽ Chr̃s ſpiritu oris ſui occídit:ſicq́; ab eius onere eruet Chri 2.Theſ. 2.
ſtianos,queẽadmodùm in Daniele ſcriptũ eſt,& Iſai. 25.habet̃: Pręcipitabit Dñ̃s faciẽ vinculi colliga- Dani. 7.
ti ſuper oẽs populos.[Et non dñ̃abuntur ei ampliùs alieni.] poſt mortẽ Antichr̃i, certũ eſt, Iudæos
conuerſos alijs regibus nõ ſubdendos,& qui in primo Chr̃i ∗ eius aduentu crediderunt,quãtùm ad
aĩam in libertate manſerunt,nec principibus terrę ſic ſubdebant̃, vt à Chr̃o recederẽt. Hinc ait Sal-
uator:Si filius vos liberauerit,verè liberi eritis.[Sed ſeruient Dñ̃o Deo ſuo,& Dauid] i.Meſſię,qui eſt Ioan. 8.
manu fortis & pulcher adſpectu,tanq̃ virtus,ſapiẽtia,imagoq́; patris.[regi ſuo] vndè per Dauid hoc
loco om̃nes intelligunt Chr̃m.[quẽ ſuſcitabo eis] i.ad eorũ ſalutẽ, quantùm ad naturã aſſumptã ex
ſemine patriarcharũ ꝓducã,de morte ſuſcitabo,ac manifeſtabo eiſdẽ,iuxta iſtud in Pſal. Notũ fecit Pſal.97.
Dñ̃s ſalutare ſuũ.Et,Nõ dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ.Quibus cõcordat quod in Ezech. loq̃- Pſal. 15.
tur Deus:Saluabo gregẽ meũ,& ſuſcitabo ſup eũ paſtorẽ vnũ qui paſcat eũ,Dauid ſeruum meũ:ego Ezech. 34.
Dñ̃s ero eis in Deum,& ſeruus meus Dauid princeps eorũ. [Tu ergò nè timeas ſeruus meus Iacob,
neq; paueas Iſrael.] his verbis admonent̃ duodecim tribus,nè timore carnali mundano aut vitioſo
deijciantur,ſed auxilij ſpe diuini firmentur.[Quia eccè ego ſaluabo te de terra longinqua,] i. de di-
uerſis mundi partibus populum Iſrael colligã per gratię dona. vel etiam per localẽ ad terrã ꝓmiſſi-
onis reditionẽ,quod partìm impletũ eſt in reuerſione à Babylonica captiuitate, veriùs aũt per Chr̃i
& apoſtolorum p̃dicationẽ,pleniùs verò implebitur in fine ſeculi, dum oẽs Iudęi ad Dñ̃m conuer-
tentur.[Et ſemen tuum] i.filios Iſrael ſaluabo [de terra captiuitatis eorum] i. de locis in quibus per
mundum diſperſi fuerunt,perducendo eos ad paſcua Eccleſiæ militantis, deindè ad opulentias Ec-
cleſię triũphantis.Plures quoq; Iudæi poſt Chr̃i aſſcenſionẽ cõuerſi,ex deuotione ſancta loca Dñ̃i-
cę paſſionis viſitauerũt,& poſt Antichr̃i deiectionẽ accedent.[& reuertet̃ Iacob] ſpiritali reuerſio-
ne iam dicta,& etiã corporali.[& requieſcet] à priſtinis ſuis preſſuris,[& cunctis affluet bonis] i.ſpi-
ritualibus diuitijs.[& nõ erit quẽ formidet] inordinato timore.Iuſtus nãq; quaſi leo cõfidens,abſq; Prou. 28.
terrore erit.Hinc in Pſal.Dñ̃s regit me,& nihil mihi deerit,in loco paſcuæ ibì me collocauit.De pri- Pſal. 22.
mitiua quoq; Eccleſia in Act.ſcribit̃:Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, nec quiſquam egens erat in- Act.4.
ter eos. Propter quod Ioelis 3. legitur: In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac,
&

& per oẽs riuos Iuda ibũt aquæ. Hæc atq; ſimilia, q̃ vas electionis diuinus Apoſtolus docet ſpiritali-
ter exponenda, & in Chr̃i aduentu ſpiritaliter impleta, rudes Iudæi ꝑſtolant̃ corporaliter adimplen-
da. Hæc itaq; fient: [Qm̃ ego tecũ ſum, dicit Dñs, vt saluẽ te.] Aliqui aũt catholicorũ ꝑdicta referunt
ad ſtatũ Eccleſiæ triumphantis, in qua eſt pax plena, felicitasq́; perfecta. [Faciã em̃ conſummationẽ
in cunctis gẽtibus, in qbus diſperſi te.] i. ꝑſecutores tuos deijciã, ſicut deiecti fuerunt Aſſyrij p Chal
dæos, & Chaldæi per Perſas ac Medos, & iſti per Græcos, Græci inſupèr p Romanos. [Te aũt non
faciã in conſummationẽ,] i. quanuìs te multipliciter tribulari permittã, non tñ perire, aut in vita hac
omĩnò cõſumi te ſinã, iuxta illud Mich.5. Exaltabitur manus tua ſup hoſtes tuos, & oẽs inimici tui
peribunt. [Sed caſtigabo] i. pro tuis peccatis paternaliter flagellabo [te in iudicio,] i. ſecundùm ſa-
pientiæ meæ diſcretionẽ, prout video pati te poſſe. Vel, in iudicio, i. iuſtè ac rationabiliter, immò &
citra condignũ. [vt non tibi videaris innoxius,] i. nè innocentem & nimìs iuſtum te reputes. Cùm
em̃ pœna debeatur culpæ, frequenter contingit, vt qui in ſeculo iſto à Deo non caſtigantur, ſe in-
Iacob. 3. noxios arbitrentur. Itaq; per flagella diſcimus noſipſos cognoſcere, & dicere cum viro ſancto: In
Iob 5. multis offendimus oẽs. Ideò ſcriptũ eſt: Beatus homo qui à Dño corripitur. Hieronymus quoq; cir-
ca hunc aſſerit locũ: His verbis ſignificatur, ꝙ totus mundus indiget miſericordia Dei: ꝙ etiã nul-
lus, quanuìs ſanctus ſit, ſecurus pergit ad iudicẽ. De hoc dictum eſt pleniùs ſuprà Iere.10. quo habet̃,
Corripe me Dñe. [Quia hæc dicit Dñs: Inſanabilis fractura tua,] i. tua virtute aut via humana integri-
tatẽ priſtinã recuperare nõ poteris. [peſſima plaga tua,] i. pœnaliſſima, quia de malitia pœnæ eſt ſer-
mo. Vel peſſima, i. impijſſima, ex parte crudelitatis perſecutorum, ſicut paſſio vel mors Chriſti vocat̃
pijſſima ex parte patientis, impijſſima verò ex parte inferentis. Iſtud ad Iudæos à Babylonijs captos,
& ab incredulis poſt Chriſti paſſionem vaſtatos, atq; in fine ſeculi ab Antichriſto vaſtandos, poteſt
referri. [Non eſt qui iudicet iudicium tuum.] i. iuſtè iudicet pro te. [ad alligandum] i. ad medendum
tuis vulneribus. [curationũ vtilitas non eſt tibi.] i. præter me nemo te poteſt ſanare. [Om̃es amato-
res tui oblíti ſunt tuí.] i. qui tempore pacis & proſperitatis te diligere videbantur, videlicet ſacerdo-
tes & principes tui, in ꝑſatis perſecutionibus te relinquent. [te non quærent,] vt ſuffragentur, immò
ſuperiùs patuit, quẽadmodùm in Chr̃i Eccleſia ꝓximi à ꝓximis ꝓ Chr̃i noĩe tradebãtur. & Antichri
ſti perſecutione inſtante, vìx aliquis pro Chriſtifidelibus loqui audebit. [Plaga em̃ inimici percuſſi
te, caſtigatione crudeli.] i. per inimicos tuos te flagellaui, vel plaga qua hoſtes cæduntur, te quoq;
percuſſi: non ꝙ abſolutè loquendo, electi percutiãtur vt reprobi, ſed quia viciſsìm tam grauiter in-
Iob 30. feſtantur, vt videãtur quaſi à Deo relicti ac deſpecti, ſicut B. Iob loquitur Deo: Sto, & nõ reſpicis me,
2. Cor. 1. mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manûs tuæ aduerſaris mihi. Ità & Paulus: Supra modum,
inquit, grauati ſumus, ità vt tæderet nos etiam viuere. Quod electis potiſſimè cõtinget ab Antichri-
ſto, cuius perſecutio erit tam rabida, ꝙ niſi breuiati eſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed
propter electos dies illi breuiabuntur, ſicut Matth 24. Chriſtus fatetur. [Propter multitudinem ini-
quitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua.] i. indurata ac habituata in te, fortiq́; correctione & morda-
ci medicatione egentia: quo em̃ peccata ſæpiùs iterantur, eo ampliùs aggrauantur, & radicantur in
anima: vndè & grauiorem exigunt diſciplinam, vt inter vulnus & medicinam ſeruetur proportio.
[Quid clamas ſuper cõtritione tua?] i. cauſam conquerendi de tua punitione non habes, cùm maio-
ra tormenta merueris. [Inſanabilis eſt dolor tuus.] i. afflictio tua irremediabilis eſt via humana, nec
tuis viribus vales euadere. [Propter multitudinem iniquitatis tuæ & dura peccata tua, feci hæc tibi.]
i. non mea ſeueritate, ſed tua peruerſitate hæc incurriſti. Quanta autem fuerit Iudæorum peruerſi-
tas tempore Chaldęorum, & dum mortẽ Chriſti ꝓcurauerunt, quanta inſupèr erit, quouſq; per He-
liam conuertant̃, penſantibus, innoteſcit ꝙ tanta aduerſa meruerunt aut ꝓmerebuntur. [Propterea
omnes qui comedunt] i. grauiter tribulant vel occídunt [te, deuorabuntur:] quia in præſenti me-
ruerunt occídi, ſuntq́; damnati, quia ſiniſtra intentione te perſequebantur. [& vniuerſi hoſtes tui in
captiuitatem ducentur: & qui te vaſtabunt, vaſtabuntur, cunctoſq́; ꝑdatores tuos dabo in prædam.]
Iſtę vindictæ æquitatis diuinæ, contigerunt Chaldæis incredulisq́ue Iudæis, qui primitiuam Eccle-
ſiam perſequebantur ac ſpoliauerunt, quos oppreſſerunt Romani. Sic etiam continget Antichriſto
ac ſatellitibus eius, qui ab inuiſibilibus hoſtibus in carcerem infernalem captiui trahentur. [Obdu-
cam em̃ cicatricem tibi, &] pro, i. [à vulneribus tuis ſanabo te,] i. à peccatis, quæ ſunt animæ vulne-
ra, per gratiam te curabo, atq; à cæteris incommodis liberabo. [quia eiectam vocauerunt te Sion.] i.
ô Eccleſia ex electis Iudæis collecta aut colligenda, perſecutores tui te ſpreuerunt ſeu ſpernent, atq;
à Deo abiectam dicturi ſunt: hoc enim infideles Iudæi dixerunt, & Antichriſtus cum ſuis id aſſe-
ret. [Hæc Sion eſt quæ non habebat requirentem.] i. ab omnibus videbatur relicta tẽpore afflictio-
Iſaiæ 60. nis, cui per Iſaiam Dñs ait: Pro eo ꝙ fuiſti derelicta & odio habita, ponam te in ſuperbiam ſeculorũ,
gaudium in generationem & generationem. [Hæc dicit Dominus: Eccè ego conuertam conuerſio-
nem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor.] i. vrbes & habitacula Iudęorum, vel potiùs
con-

congregationes eorũ recuperabo. [Et ædificabit̃ ciuitas in excelſo ſuo, & templum iuxta ordinẽ ſuũ
fundabit̃.] Iſtud, ſecundùm Hieronymũ, figuraliter tẽpore Zorobabel fuit impletũ, quãdò Hieru-
ſalem eiuſq́; templũ reparata fuerunt, ſed per Chr̃m verè cõpletum eſt, qui ciuitatẽ, i. Eccleſiã, de qua
legit̃, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, ædificauit in fide, ſacramentis ac moribus, & templũ in ea Pſal. 86.
conſtituit, corda & corpora Chriſtianorũ diuino cultui dedicãdo, qbus ait Apoſtolus: Vos eſtis tẽ- 1. Cor. 3.
plum Dei viui. Hinc Zachariæ 6. de Chr̃o inducit̃: Eccè vir, oriens, nomen eius, & ædificabit templũ
Dño, & dñabitur ſup ſolio ſuo. De hac re multa in Iſaia cõſcripta noſcuntur, & ſanctus Apoſtolus ad
Epheſios 2. In Chr̃o Ieſu, inquit, oĩs ædificatio cõſtructa, creſcit in templũ ſanctũ in Dño. Porrò Ec-
cleſia in excelſo ſuo, i. in magno honore & gloria eſt cõſtructa, cui per Iſaiã 60. cap. Dñs pollicetur:
Gens & regnũ quod non ſeruiêrit tibi, iſtud peribit. [& egrediet̃ de eis laus] i. diuinæ maieſtatis lau-
datio, [voxq́; ludentiũ:] ſecundùm quod ludus ponitur actus virtutis, & ex deuotionis abundantia
oritur, de quo loquit̃ Dauid: Ludam corã Dño, & humilis ero in oculis meis. Eſt aũt & ludus damna- 2. Reg. 14.
bilis, de quo ait ſcriptura: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Prædicta inſu- Exod. 32. 1. Cor. 10.
pèr implebunt̃ in generali Iudęorũ conuerſione, quãdò ex eis cõſtruetur tanq̃ ex viuis lapidibus ci-
uitas Dei & templũ, in qbus erit laus voxq́; ludentiũ, iuxta illud in Pſal. 117. Vox exultationis & ſa-
lutis in tabernaculis iuſtorũ. [& multiplicabo eos numero & merito, & nõ imminuent̃:] immò quo-
tidiè mirabiliter augebantur. Apoſtoli nanq; & cæteri ex Iudaiſmo cõuerſi, innumerabiles ſpiritali
fœcunditate genuerunt, tam ex Iudæis q̃ ex gentibus, quos conuerterunt ad Chr̃m. [& glorificabo
eos] excellentiſſimis donis gr̃æ gratum facientis, & gr̃ę gratìs datę. Deniq; apoſtoli qui primitias ſpi
ritûs receperunt, intantùm à Deo glorificati ſunt, vt dicat Pſalmiſta: Conſtitues eos principes ſuper Pſal. 44.
oẽm terram. Et, Qm̃ dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. [& nõ attenuabunt̃:] immò quotidiè Pſal. 46.
ſpiritaliter ditabantur, dicente Apoſtolo: *Si exterior noſter homo corrumpatur, tñ is qui intùs eſt, 2. Cor. 4.
renouatur de die in diẽ. De hac ſpiritali electorũ Iudęorum multiplicatione ſcriptũ eſt Iſai. 27. Flo-
rebit & germinabit Iſrael, & implebunt faciẽ orbis ſemine. [& erunt filij eius] i. apoſtoli cæteriq́; Iu-
dęi in Chr̃m credentes, qui ſunt filij ſynagogę electę. [ſicut à principio] i. tales in gr̃a, quales fuerunt
ſancti patriarchę atq; ꝓphetę. Hoc eſt quod fert̃ in Pſalmo 44. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.
Iudęi quoq;, qui tẽpore Antichriſti credẽt, ꝑcipuæ ꝑfectionis cõſiſtent. [& fœtus eius corã me ꝑma-
nebit,] i. multitudo iſta fidelium Iudęorũ in gr̃a erit ſtabilis, & mihi accepta, de quibus Dñs ꝓteſtat̃
Michęę 2. In vnum reducã reliquias Iſrael, ponã illum quaſi gregẽ in ouili. [& viſitabo aduerſùm oẽs
qui tribulant *eã.] i. ꝑſecutores huius fidelis multitudinis pũniã & damnabo. quod cõſtat factum in *eum
Iudæis incredulis per Romanos deiectis, atq; in Antichriſto, eiuſq́; ſatellitibus fiet. Hinc Iſaiæ 41.
Dñs loquit̃: Nè timeas, quia ego tecum ſum: nè declines, quia ego Deus tuus. Eccè cõfundentur oẽs
qui pugnant cõtra te. [& erit dux eius] i. Chr̃s rex fidelium Iudæorũ. [ex eo.] quia ex populo iſto ſe-
cundùm carnẽ natus eſt, iuxta illud Apoſtoli ad Hebr. 2. Nuſquã angelos app̃hendit, ſed ſemẽ Abra-
hæ app̃hendit, de quo duce aſſerit Deus Mich. 5. loquẽs ad Bethlehem: Ex te mihi egredietur qui ſit
dñator in Iſrael. [& princeps eius] putà Saluator, [de medio eius ꝓducetur:] quia ex ſemine Iſraeli-
tici populi ꝓdijt, ſicut Matthęus 1. cap. docet. De quo principe legit̃ Michęę 2. Tranſibit rex eorum
corã eis, & Dñs in capite eorum. [applicabo eum] i. Chr̃m ſecundùm formã ſerui inſeparabiliter ac
intimè mihi coniungã: fuit nempe ab inſtanti incarnationis confirmatus in bono. Propter quòd ait
in Ioanne: Pater non reliquit me ſolum, quia ego q̃ placita ſunt ei, facio ſemp. Et rurſus: Ego, inquit, Ioan. 8.
in patre, & pater in me eſt. [& accedet ad me] mentali inceſſu, orando pro generis humani ſalute, ſe- & 14.
cundùm illud ad Hebr. 7. Chriſtus eò ꝙ maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotiũ. Vndè
& ſaluare poteſt in perpetuum, accedẽs per ſeipſum ad Deũ, ſemper viuens ad interpellandũ pro no-
bis. De quo ait Ioannes: Aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum Chr̃m iuſtum, qui etiã ait: Aſſcen- 1. Ioan. 2.
do ad patrẽ meum. Acceſſit ꝑtereà Chriſtus ſecundùm naturã aſſumptã ad patrẽ, immò ad totã ſup- Ioan. 20.
beatiſſimã Trinitatem, per beatificam cõtemplationem, fruitiuam dilectionẽ, inceſſabilẽ virtutum
executionem, à primo ſuæ incarnationis momento. Hinc de ipſo ſubiungitur: [Quis em̃ iſte eſt,] i.
quàm magnæ vtiq; eminentiæ extat, [qui applicet cor ſuum] i. voluntatis ſuæ affectum mihi ſemper
conformet, ac mentis intuitum indeſinenter infigat, [vt appropinquet mihi?] non qualitercunq;, ſed
tã propinquè, ſicut poſſibile eſt naturæ creatæ. Loquitur aũt Deus quaſi optando & congratulando.
Deniq; ſpiritualiter generaliterq́; loquẽdo, vniuerſos electos Deus miſericorditer ꝑuenit, & grati-
oſè applicat ſibi, ſicq́; accedunt ad ipſum per charitatem infuſam & gratiam. Id quoq; quod Dñs ait,
Quis eſt iſte qui applicet cor ſuũ, vt appropinquet mihi, generaliter accipi poteſt, ꝙ Deus oĩm ſalutẽ
deſiderat, dicente Apoſtolo, ꝙ vult oẽs hoĩes ſaluos fieri, ſecundùm quod Deut. 5. ait ad Moſen, lo- 1. Titi 2.
quens de filijs Iſrael: Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mã-
data mea, & benè ſit eis? Itaq; Dominus ait: Quis eſt iſte, qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mi-
hi, i. ad gratiam ſe diſponat, vt mihi cor ſuum vnire exquirat, vt tanquàm vltimo fini mihi approxi-

met per grãæ incremẽta in via,& glorię dona in patria. quaſi dicat: Talẽ vtiq; citò exaudiã, & iuuabo, ac poſſidebo. Ideò ſcriptũ eſt Iob 34. Si direxerit homo cor ſuum ad Deũ, ſpiritum illius & flatũ ad ſe trahet. Itaq; faciamus ſemp quod in nobis eſt, & ex parte Dei defectus nõ erit, cùm dicat Saluator:
Lucæ 11. Om̃is qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulſanti aperiẽt. [& eritis mihi] ô Iudęi in Chr̃m credentes, [in populũ, & ego ero vobis in Deum.] Cùm ergò tam ſupincomp̃henſibilis ſit miſericordia Dei, quid reſtat iniuſtis ac reprobis, niſi quod ſubdit? [Eccè turbo Dñi] i. vltio æquitatis diuinę. [furor egrediẽs,] i. terribilis ab ipſo p̃cedens punitio. [p̃cella ruens,] tempeſtas grauiter incidens. [in capite impiorũ requieſcet.] i. in p̃fatis iuſtorũ perſecutoribus, qui in die iudicij audient ſibi dici:
Matth. 25. Ite maledicti in ignẽ æternum. quod item de oĩbus impijs accipi poteſt, iuxta iſtud: Pluit ſup peccatores laqueos: ignis & ſulfur & ſpiritus p̃cellarũ, pars calicis eorũ. [Nõ auertet irã indignationis ſuæ
Pſal. 10.
Dñs, donec faciat, & donec cõpleat cogitationẽ cordis ſui.] i. Deus vindictã iſtam non differet vltra tempus p̃fixum, & certiſſimè inferet eã, quod etiã fuit impletum in deſtructione Hieruſalẽ per Romanos. [In nouiſſimo dierum intelligetis ea.] i. veritatẽ iſtorũ per experientiã cognoſcetis, p̃ſertim
1. Cor. 4. in die iudicij, quo Dñs illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Circa quod ait Hieronymus: Quomodò artifex nõ poteſt intelligi, niſi opere cõpleto, neq; medicinæ induſtria, niſi fuerit ſanitas cõſecuta: ità cùm euerſa fuerit Hieruſalẽ, & incredulorũ Iudęorũ abiectio facta, tunc intelligẽt credentes, ꝙ repulſio Iudęorũ, noſtrę ſalutis occaſio ſit. [In tempore illo, dicit Dñs, ero Deus vniuerſis cognationibus Iſrael,] i. oẽs tribus Iſrael cõuertent̃ ad me. [& erunt mihi in populum.] quod poſt Chr̃i aduẽtum partìm impletum eſt: immò ſecundùm Hieronymũ, tunc verè impletum eſt, quia ſecundùm eũ nunc ſermo eſt de Iſrael ſecundùm ſpiritũ, nõ de Iſrael ſecundùm carnẽ tantùm, hoc eſt, de cunctis fidelibus Deũ oculo mentis per fidẽ cernentibus: carnales aũt impijq; Iudęi, nõ ſunt noĩe Iſrael digni, nec filij patriarcharũ cenſent̃, q̃bus Ioan. 8. ait Saluator: Vos ex patre diabolo eſtis. Et denuò: Si filij Abrahę eſtis, opera Abrahæ facite. Veruntñ ſicut p̃habitũ eſt, poſt primum Chriſti aduentum multi ex ſingulis tribubus Iſrael crediderunt, ſed in fine ſeculi iſtud implebitur plenè per generalem duodecim tribuum conuerſionẽ, quãdò & iſtud Mich. 2. eueniet: Cõgregatione cõgregabo Iacob totum te in vnum, conducã reliquias Iſrael pariter. Conſiderandũ aũt, ꝙ quidam incipiunt capitulum XXXI. in verbo expoſito, ſ. In tempore illo &c. ſed in commentarijs Hieronymi aliter reperi, in quo inchoatur cap. in verbis immediatè ſequentibus. Senſus quoq; præexpoſiti verbi, ad ſuperiora pertinet atq; concernit. ¶ Poſtremò, qualiter ea quæ de ſynagoga eiuſq; perſecutione, tranſgreſſione, emendatione, grauiſſima afflictione ad literã dicta ſunt, Eccleſię valeant coaptari, per ſe facile, & ex præcedentibus facilimum reor. Idcircò pertranſeo, nõ niſi breuiſſimè tangens, ꝙ Eccleſia ab inuiſibilibus ac viſibilibus hoſtibus impugnatur, atq; à terra ſua eijcitur, dum per peccata mortalia Chriſtiani à myſtico Chriſti corpore ſeparantur, ac dęmoni incorporantur, ſed frequenter per diuinam recuperant̃ clementiam. Multi aũt tam debiles ſunt ad reſiſtendum diabolo, vt inſtàr parturientis teneant manus ad lumbos, cõcupiſcentijs acquieſcendo, & vir-
2. Ti. 2. tuoſa exercitia abhorrendo, nõ aduertentes iſtud Apoſtoli, ꝙ non coronatur niſi qui legitimè certauerit, quorum interiores facies in auruginem conuertentur, dum tot mortalibus vitijs deformant̃.

¶ *Explanatio cap. 31. Hæc dicit Dominus: Inuenit gratiam in deſerto &c.* *Articulus* 48.

HOc nunc pertractando capitulo Chriſti myſteria diffuſiùs deſcribuntur. Agitur enim præſenti cap. de Chriſti incarnatione, p̃dicatione, & legislatione. [Hæc dicit Dñs: Inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat gladio. Vadet ad requiem ſuam Iſrael.] Clauſula iſta dupliciter explanatur: Primò, ſecundùm Hieronymum: Populus qui remanſerat gladio, i. Iudæi qui manus effugerant Romanorum, inuenit gratiã in deſerto gentilium, i. inter gentiles olim à Deo relictos, inter quos habitauerunt fugitiui Iudæi, & ſimul cum ipſis gentibus ad Chriſtũ cõuerſis, cõuerſi ſunt plurimi Iudęorum, qui in Eccleſia Chriſti ſaluati ſunt, ſicq; venerunt ad requiẽ verã ac ſempiternã, ſanctis patribus olim in p̃phetis p̃miſſam. Porrò alij ità exponunt, ꝙ populus Iſrael per deſertum tendens ad terram p̃miſſionis, qui remãſit gladio & cæteris plagis, quibus alij in ſolitudine proſternebantur, inuenit gratiã Dei in deſerto præfato, qm̃ filij proſtratorum ſimul cum Ioſue adepti ſunt bona patribus ſuis promiſſa, videlicet terram melle & lacte manantem, in qua requieuerunt. Veruntñ qm̃ terræ illius ingreſſus, requieſq; Iſraelitarum in ea, fuit figura ingreſſionis atq; quietis regni cæle-
Heb. 9. ſtis, quẽadmodùm ad Hebræos docet Apoſtolus: idcircò Ieremias per modum futuri locutus eſt,
& 10. Vadet ad requiem ſuam Iſrael. De primo deſerto multa ſcribuntur in Iſaia, videlicet: Lætabitur de-
Iſaiæ 35. ſerta & inuia, & exultabit ſolitudo. &, Quia multi filij deſertæ, magìs quàm eius quæ habet virum.
& 41. Itemq;, Dabo in ſolitudinem myrtum, & ſpinam & lignum oliuæ &c. Deindè ait propheta: [Longè Dñs apparuit mihi,] i. in longinquum, ſeu poſt longum tempus implebuntur quæ Dominus mihi oſtendit, videlicet ſaluatio Iudęorum per Chriſtum, quæ in primo Chriſti aduentu fieri cœpit, atq; in fine ſeculi pleniùs fiet. Ad quod Dominus reſpõdet: [Et in charitate perpetua dilexi te.] tanq̃ di-

ceret: Quãuìs ô popule Iudęorum in vltima mundi ætate te ſaluo, tñ ab æterno dilexi te, ſicut & oẽs p̃deſtinatos. [Ideò attraxi te miſerans.] i. non tuis meritis atq; virtutibus, ſed ex mea gratiſſima dilectione ac miſeratione clementer per grãm beneficiaq; diuerſa, te traxi ad me. Deniq; qm̃ Deus ex ſemine Iudęorũ incarnari elegit, ſpecialiter populum ipſum dilexit, maximiſq; beneficijs decorauit, iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 9. Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum Dei, & gloria, & teſtamentum, & legislatio, & obſequium, & p̃miſſa, quorum patres, ex quibus Chriſtus ſecundùm
carnẽ. Hinc fertur in Pſal. Non fecit taliter om̃i nationi. Deut. quoq; 7. Te elegit Dñs, vt ſis ei popu- Pſal. 147.
lus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram. Sed & Oſeæ 11. Dñs ait: Puer Iſrael, & dilexi eum. [Rurſusq; ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael.] i. ô electe popule Iudæorum poſt Babylonicam vaſtitatem ædificabo te ſpiritaliter per conuerſionem ad Chriſtum, corda credentiũ ædificando in virtute & gratia multiformi ſpiritûſſancti, atq; ex ipſis conuerſis Iudæis cõſtruendo præclariſſimam illam primitiuam Eccleſiam, in omni decore præcipuam. De qua ædificatione apoſtolus Iacobus Act. 15. allegat, quod Dñs loquitur Amos 9. In die illo ſuſcitabo tabernaculum Dauid
quod cecidit, & reædificabo aperturas eius. De qua vtiq; ædificatione Iſaias, Ezechiel, cæteriq; pro- Iſaiæ 60.
phetæ concorditer prælocuti noſcuntur in quàmplurimis locis. [Adhuc ornaberis tympanis tu- Ezech. 36.
is,] i. diuinæ laudis inſtrumentis, quæ ſpiritaliter & corporaliter in Eccleſia Chriſti habent̃, & à Chri-
ſtifidelibus frequentantur, pręſertimq; in primitiua reſonabant Eccleſia, quę diebus & noctibus va- Lucæ 24.
cabat Dei præconio, vt patet in Luca, & in Act. diuerſis capitulis. Hinc in Pſalmo prædictũ eſt: Præ- Act. 1. 2. 3. & 4.
uenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum. Hoc enim ad Pſal. 67.
literam, ad primitiuam refertur Eccleſiam. [& egredieris in choro ludentium] i. in proceſſionibus
fidelium Deum cũ iubilo cordis laudantium, iuxta illud: Laudate eũ in tympano & choro. [& ad- Pſal. 150.
huc plantabis vineas in montibus Samariæ.] Iudæi à Babylone reuerſi, nõ obtinuerunt Samariam, ſed electiſſimi illi Iudæi ſancti Apoſtoli & apoſtolici viri, ſpiritusſancto recepto, plurimos in Samaria conuerterunt, ex quibus conſtruxerunt Deo Eccleſias, quę in ſcripturis vineæ appellant̃. Et ſicut generaliter eſt vna Eccleſia militans, toto orbe terrarum diffuſa, ità & vna eſt vinea, de qua ſuprà dictum eſt ſæpè. Veruntamen ſicut plures dicuntur Eccleſię propter diuerſitatem fidelium penès tempus, locum, perſonas, gradus & linguas, ità & plures dictę ſunt vineę. Deniq; Ioan. 4. leguntur
multi Samaritanorum ad Chriſti prædicationem conuerſi. In Actis quoq; habetur: Cùm audiſſent Actu. 8.
apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Itemq;: Eccleſia quidem per totam Iudæam & Galilęam & Samariam, habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſpiritûſſancti replebatur. [Plantabunt plantantes,] id eſt, euangelici prædicatores præfati, præmemoratas vineas in Deo fundabunt. [& donec veniat tempus, non vindemiabunt] i. conuerſos in fide plantatos, ad operum bonorum maturitatem perducent, ità quòd vſq; in finem perſeuerabunt, tuncq; ad regna cæleſtia de hac vita de-
poſiti transferentur. De hac plantatione loquitur Chriſtus: Omnis plantatio quam non plantauit Matth. 15.
pater meus cęleſtis, eradicabitur. Et Paulus: Ego, inquit, plantaui. Vndè rurſus ait Saluator: Pater me- 1. Cor. 3.
us agricola eſt. [quia erit dies] i. tempus eueniet, [in qua clamabunt cuſtodes] i. prędicatores & paſtores, qui ſunt animarum cuſtodes, quales potiſſimi erant primi ex Iudaiſmo conuerſi. [In monte Samarię & in monte Ephraim:] quia in locis illis habitauerunt plurimi Chriſtiani, & ibidèm prędicauerunt apoſtoli & apoſtolici viri. Vel per montem Samariæ montemq; Ephraim, Eccleſia generaliter deſignatur, in qua eſt cordis cuſtodia, & ſpiritualium gratiarum vbertas. Samaria quippe cuſtodia, Ephraim verò vbertas ſeu creſcens vel frugifer, interpretatur. quid autem clamabunt, ſubiungitur: [Surgite] ab obſeruantijs legalibus ad euangelica inſtituta. [& aſſcendamus] per incremẽta virtutum [in Sion.] i. militantem Eccleſiam, in qua eſt ſpeculatio Dei. Solet enim per Sion etiam ad literam Eccleſia deſignari, quia in monte Sion ſumpſit exordium, & quoniam Sion ſpeculatio dicitur. Vndè ad Hebr. 12. legitur: Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis. Atq; in Pſal. 86. Diligit Dñs portas Sion ſuper om̃ia tabernacula Iacob. Prætereà locus iſte exponi poteſt de corporali aſſcenſu à terris p̃fatis ad montem Sion ſeu vrbẽ Hieruſalem, ad quã frequenter venerunt conuerſi, ob ſanctitatem ac loci reuerentiam, & quia ibidèm ad tempus reſidebant apoſtoli, poſt quorum diuiſionem manſit Iacobus illic. Ad vtranq; aũt expoſitionẽ pertinet iſtud Iſaiæ 2. Ibunt populi multi, & dicent: Venite, aſſcendamus ad montem Dñi, & ad domum Dei Iacob, quia de Sion exibit lex. Itaq; aſſcendamus in Sion [ad Dñm Deum noſtrum,] qui in Eccleſiaſtica vnitate maximè inuenitur. [quia hæc dicit Dñs: Exultate in lætitia Iacob] i. ô fideles, ſpiritali iucundicate de electorum Iudæorum lætitia interna gaudete, congratulando eiſdem. [& hinnite] i. ex abundantia gaudij interioris clamate. [contra caput gentium] i. diabolum, cui gentes per idololatriam ſubdebantur, à cuius poteſtate per gratiam Chriſti eſtis erepti. Vel, contra caput gentium, i. ad ipſas gentes conuerſas, vel conuertendas, de earum quoq; cõuerſione lætando. Contra enĩ, nõ ſemper contrarietatem im-

portat,ſed viciſsìm habitudinem ad aliquid,iuxta illud in Pſal.76.In die tribulationis meę Deũ ex-
quiſiui manibus meis nocte contra eum.Sic exultâſſe Iudæos conuerſos de gentium gratia, ſcriptũ
eſt Act.21.vbì legitur,ꝙ introibat Paulus ad Iacobum,omnesq́; collecti ſunt ſeniores:quos cùm ſa-
lutâſſet,narrabat per ſingula,quæ Deus feciſſet in gentibus per miniſterium illius:at illi cùm audiſ-
ſent,magnificabant Deum.[Perſonate,canite,& dicite:Salua Domine populum tuum reliquias Iſra-
el.] i. filios Iſrael incredulis Iudæis reſiduos, qui poſt multos relicti ſunt, quorum conuerſionẽ in-
tãtùm Paulus deſiderauit,vt diceret ad Rom.9.Optabam egoipſe anathema eſſe à Chriſto pro fra-
Iſaiæ 10. tribus meis,de quibus Iſaias exclamat: Si fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ
& 9. ſaluę fient.Qui & de præfata credentium lætitia loquitur Deo: Lætabuntur coram te,ſicut qui lætã-
tur in meſſe.Inſupèr precem iſtam Dominus ſe impleturum promittit:[Eccè ego adducam eos] ad
fidem & charitatem,atq; Eccleſiam electorum.[de terra aquilonis,& congregabo eos] in eccleſiaſti-
ca vnitate ac indiuidua charitate.[ab extremis terræ:] quia vt iam ſæpè oſtenſum eſt,in oĩbus mun-
di plagis quidam Iudęorum conuerſi,reducti,ac ſaluati ſunt. Spiritualiter autem de terra aquilonis,
i.confuſione infidelitatis & infrigidatione gratuitæ charitatis. à Chaldæa etiam cęteriſq́; prouincijs
Actu. 2. reduxit Deus plurimos filiorum Iſrael in Iudęam, quorum poſteri crediderunt in Chriſtum. Erant
equidem,vt Lucas teſtatur,in Hieruſalẽ habitantes Iudęi viri religioſi ex omni natione quę ſub cę-
lo eſt.[Inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens ſimul:] quia inter conuerſos fue-
runt nonnulli corporaliter cæci & claudi,qui per Chriſti diſcipulos curabantur:plures autem ſpiri-
taliter cæci fuerunt,vitijs atq; erroribus inuoluti, & claudi tanq̃ impediti à via virtutum, inſtàr eorũ
3.Reg. 18. quibus ait Helias: Vſq;quò claudicatis in duas partes? Hinc Iſaias prędixit: Tunc aperientur oculi
Iſaiæ 36. cęcorum,tunc ſaliet ſicut ceruus claudus.Prægnantes verò & parientes intelliguntur, vel qui bonis
operibus abundabant,vel fœminei ſexûs perſonę conuerſę. hi omnes erunt [cœtus magnus reuer-
tentium huc.] ſ.ad Sion prefatam.Iudęi,ſecundùm Hieronymum, putant iſtud impletũ, quãdò ſub
1. Eſd. 1. Eſdra de Babylone reuerſi ſunt,in quo typus fuit,nõ veritas.Neq; enĩ illo in tempore vniuerſa quę
hîc ſcripta ſunt,fuiſſe completa poterant approbare.[In fletu venient,] i. cum lachrymis contritio-
nis fidem Chriſti ſuſcipient,ſummè de innocenti Chriſti occiſione dolentes,ſaltem per piam com-
paſſionem,ſecundùm quod Zach.12.legiĩ:In die illa erit planctus magnus in Hieruſalẽ,& plangent
eum planctu quaſi ſup vnigenitum.[& in miſericordia reducã eos.] à tenebris ignorantiæ & pecca-
ti,ad viã ſalutis veritatiſq́; lumen: nõ enĩ ſuis meritis, ſed Dei clementia ſunt ſaluati. [& adducã eos
per torrentes aquarũ] i.per fluenta doctrinarũ & prędicationũ apoſtolorum & apoſtolicorũ viro-
Iſaiæ 35. rũ,de qbus fertur in Pſal.67.In Eccleſijs benedicite Deo Dño de fontibus Iſrael.Et Iſaias:Sciſſę ſunt,
& 12. inquit,in deſerto aquę.Et item:Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. Chrs quoq; Ioã.4.
Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei,nõ ſitiet in æternum.[in via recta,] videlicet in fide Chriana &
pceptorum cuſtodia,de qua ait Saluator Matt.7. Arcta eſt via q̃ ducit ad vitam. [& nõ impingent in
ea,] i. ſine obſtaculo & ruina per viam hanc, quantùm eſt ex parte vię, tranſibunt ad patriam. Chrs
Ioan. 14. etiam via intelligi poteſt,in qua nemo impingit qui ſequiĩ eum, de ſe teſtantem: Ego ſum via, veri-
& 8. tas,& vita.Et,Ego ſum lux mundi:qui ſequiĩ me,non ambulat in tenebris. [quia factus ſum Iſraeli]
i.conuerſis fidelibuſq́; Iudæis [pater] per gratiam adoptantem.[Et Ephraim] i. populus decem tri-
buum.[primogenitus meus] i.valdè mihi dilectus,quantùm ad eos qui ex hoc populo ſunt conuer-
ſi: inter quos quidam præcipui fuerunt apoſtoli,ſcilicet Petrus,Andreas, Philippus.Ephraim autem
in ſcripturis,pręſertim in Oſeę, frequenter pro populo decem tribuum ſumitur. Deindè gentium
vocatio tangitur:[Audite verbum Dñi gentes] ad fidem conuerſę, & annunciate in inſulis quę pro-
cùl ſunt,& dicite:Qui diſperſit Iſrael,congregabit eum,] i. Deus qui populum Iſrael ob ſua peccata
per loca diuerſa diſperſit,ſpiritualiter quoq; per errores ac vitia diſpergi reliquit, per pietatẽ ſuam
& gratiam colliget eos.[& cuſtodiet eum] à ſeductione diaboli,periculiſq́; peccati,[ſicut paſtor gre
Ioan. 10. gem ſuũ.] Vndè & Chriſtus:Ego,inquit, ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas. Hinc loquitur
Iſaiæ 40. Iſaias:Sicut paſtor ſuum gregẽ paſcet,in brachio ſuo congregabit agnos,& in ſinu ſuo leuabit.[Re-
demit enim Dñs Iacob,] i.populum Iudęorum,quem ſanguinis ſui ſuperdigniſſimi precio vnigeni-
tus Dei ſaluauit.De quo & teſtatur Matth.15.Non ſum miſſus niſi ad oues,quæ periêrunt,domûs Iſ-
rael.[& liberauit eum de manu potentioris:] ſ.inuiſibilium hoſtium,quibus debilior homo eſt per
Lucæ 11. naturam,fortior autem per gratiam. Chriſtus quippe fortem iſtum armatum ligauit,& vaſa eius di-
ripuit. De quo vtiq; ſaluatore ſcriptum eſt Mich.5. Stabit, & paſcet in fortitudine Domini: & con-
uertentur,quia nunc magnificabitur in medio vniuerſæ terrę: & erit iſte pax Aſſyrijs cùm venerit,
& quandò calcauerit in domibus noſtris, & liberabit ab Aſſur. [Et venient liberati, & laudabunt
Iſaiæ 35. ſaluatorem:] de quo loquitur Iſaias:Deus ipſe veniet,& ſaluabit nos.[in monte Sion,] id eſt, in Ec-
cleſia,quod etiam in Hieruſalẽ præſertim fecerunt.[& confluent ad bona Domini] i. beneficijs Dei
implebunĩ.[ſuper frumento,vino & oleo:] per q̃ ſpiritalia animæ alimenta ſignanĩ, & maximè cor-
pus

pus & ſanguis Saluatoris, de quibus Zach.9. pdictum eſt: Quid bonũ Dñi, & quid pulchrũ eius,niſi
frumentum electorũ,& vinum germinans virgines?De Chro quoq; ait Pſalmiſta:Erit firmamentũ Pſal.71.
in terra in ſummis montiũ.Pro firmamento,alia translatio habet,frumentũ:& alia,memoriale triti-
cum:& alia habet,placenta tritici.Per oleum verò,gr͞a ſacramẽtalis & vnctio ſpiritûsſancti exprimiĩ,
iuxta illud:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.Et item: Impinguâſti in oleo caput meum. Eſt aũt Pſal. 44.
conſuetudo ſcripturę,ſpiritalia per corporalia parabolicè deſignare, quod in veteri teſtamento fre- & 64.
quẽtiùs agitur,ppter illius populi ruditatẽ.Vndè in talibus ſenſus literalis nõ eſt, q per noĩa imme-
diatè ſignaĩ,ſed qui per res ſignificatas intelligi datur ſecundùm pprietatũ conformitatẽ,vt cùm 4.
Reg.14.legiĩ:Carduus Libani miſit ad cedrum q̃ eſt in Libano,dicens:Da mihi filiam tuã vxorẽ.[Et
fœtu pecorũ & armentorũ] i.de maxima pcreatione ſpiritualiũ filiorum,q ſunt oues & pecora Dei,
qui ait per Ezechielẽ:Vos aũt oues meæ oẽs eſtis. De tali quoq; pecore hiſq́; armentis Salomon ait Ezech. 34.
Prou.27.Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſq́; greges cõſidera.De quibus & Iſaiæ 60. pri- iuxta lxx.
mitiuę Eccleſię ſub noĩe Hieruſalem pmittitur:Oĩe pecus Cedar congregabiĩ tibi. Deniq; ꝙ præ-
dicta ſpiritualiter ſint ſumenda,pandunt ſequentia:[Eritq́; anima eorũ quaſi hortus irriguus,] i.ſpi-
ritualibus * bonis plena,riuis ſapientiæ perornata,virtutibuſq́; florida & fœcunda.[& vltrà non eſu- * diuitijs
rient.] i.animæ euacuationẽ nõ ſuſtinebunt,immò quotidiè mentaliter impinguabunĩ,iuxta illud: Pſal. 33.
Inquirentes Dñm,non minuentur oĩ bono.Præterea ex lib.Eſdrę Aggęiq́; cõſtat,Iudæos à Baby- 2. Eſd. 5.
lone reuerſos,in magna fuiſſe inopia. ppter quod etiam Malachias dixit ad eos:In penuria maledi- Agg. 2.
cti eſtis.Corporalium quoq; alimentorũ vſum ſequitur fames. Non ergò pdicta carnaliter poſſunt Malac. 3.
exponi,nec poſſunt ad tempus Zorobabel plenè referri.[Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes &
ſenes ſimul.] i.virgines,iuuenes quoq;,& ſenes in locis & choris Eccleſiæ Deo gratias agent, de qui-
bus in prima ſua ait canonica S.Ioannes: Scribo vobis iuuenes, quia viciſtis malignum: ſcribo vo- 1.Ioan. 2.
bis patres,qm̃ cognouiſtis eum qui ab initio eſt. Quod totum in clauſtris & congregationibus ſan-
ctis copioſiſſimè adimpletur.[Et conuertam luctum eorum] pœnitentialem & charitatiuũ,[in gau-
dium ſempiternum.Et conſolabor eos,& lętificabo à dolore ſuo.[Hoc eſt quod ſpondet Saluator:
Beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabuntur. Et rurſus loquens diſcipulis: Plorabitis, inquit, & flebitis Matth. 5.
vos,&c.iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrũ nemo tollet à vobis. Ioan. 16.
[& inebriabo animas ſacerdotum pinguedine,] i.gratia abundanti,deuotione præexcellenti:quod
in ſanctis apoſtolis,alijſq́; deuotis presbyteris,ex perceptione ſacramentorum Eccleſiæ conſtat im-
pletum,& omni die impletur in his qui dicere poſſunt:Calix meus inebrians q̃ præclarus eſt. Vndè Pſal. 22.
oramus:Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.Quo conſtat,ſpiritualiter loqui ſcripturam & 62.
præſentem. [& populus meus bonis meis implebitur, dicit Dominus.] beneficijs enim Dei & Sal-
uatoris fideles multipliciter ſunt repleti, præſertim in primitiua Eccleſia. Veruntamen quoniam in
præſenti multis aduerſitatibus exercentur electi,ſubiungitur: [Hæc dicit Dominus: Vox in excelſo
audita eſt lamentationis & fletûs & luctûs Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper
eis,quia non ſunt.Hanc ſcripturam beatiſſimus euangeliſta Matthęus tempore ortûs Chriſti,inno-
centibus ab Herode occiſis,docet impletam,dicendo:Tunc impletum eſt quod dictum eſt per pro- Matth. 2.
phetam Ieremiam,dicentem:Vox in Rhama audita eſt,ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans
filios ſuos.Allegat autem Euangeliſta ſenſum magìs, quàm formam verborum. Septuaginta quoq;
interpretes trãſtulerunt,Vox in Rhama audita eſt.Hieronymus aũt p Rhama tranſtulit, excelſum.
Rhama enim ſignificat vel ciuitatem, quæ fuit iuxta oppidum Gabaa, vndè in Iudicum libro legi-
tur,Tranſibo vſq; Gabaa,aut certè in vrbe Rhama.Vel excelſum,ſicq́; in præſenti accipitur.Idcircò Iudic. 19.
Hieronymus tranſtulit pro Rhama, excelſum.Eſt igitur ſenſus: Vox lamentationis altè inſonuit &
latè diffuſa eſt,quæ fuit Rachelis plorantis filios ſuos,i. fœminarum in Bethlehem Iuda habitantiũ, Gene. 35.
atq; plorantium de infantum ſuorũ occiſione per miniſtros Herodis. quia enĩ Rachel ſepulta fuit
iuxta Bethlehẽ,per eam mulieres loci illius vicinarũq́; vrbium & villarũ ſignanĩ:& ipſa mater infan-
tum illorũ vocatur,ratione hoſpitij ſui corpuſculi. ſicut & nunc ſancti in aliquo loco ſepulti, loci &
populi eius appellanĩ patroni. Porrò aliqui Iudeorũ dicunt, ꝙ iuxta ſepulcrum Rachelis ducebanĩ
Iudæi in Babylonem captiui:alij dicunt, ꝙ ſub Veſpaſiano & Tito iuxta hunc locum innumerabi-
lia Iudęorum millia in captiuitatem perducta ſint Romam. Alij ſub Adriano imperatore hoc aſſe-
runt factum. Ideò Rachel plorare deſcribitur. ſed Euangeliſtæ, à ſpiritusancto clariſſimè erudito,
credendum eſt.Tantus autem fuit mulierum iſtarũ dolor & ploratus,ꝙ conſolari renuerunt de pu-
erorum nece ſuorum, quia non ſunt ampliùs in vita iſta viuentes. Veruntamen qm̃ occiſio illa fuit
eis loco martyrij,Dominus ait:[Quieſcat vox tua à ploratu,& oculi tui à lachrymis] ô Rachel,i.mul-
titudo mulierum iſtarum,[quia eſt merces operi tuo.] i. huic tuo negocio doloroſo & filijs tuis,qui
ſunt parentum effectus & opera. Merceſq́; hæc eſt beatitudo æterna, atq; martyrij præmium ſi-
ue aureola. [Et reuertentur de terra inimici,] id eſt, de limbo inferni, ad quem etiam ſancti veteris

teſtamenti deſcenderunt, ſed hora reſurrectionis à Chriſto educti ſunt, ſecundùm iſtud Zachariæ:
Zach. 9. Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo nō eſt aqua.[Et eſt ſpes in
nouiſſimis tuis.] i.in fine ſeculi plenam beatitudinē conſequéris. Vel: Reuertētur de terra inimici,
Eccés 12. i.de regno Herodis ad creatorem ſuū redibūt,iuxta illud Eccleſiaſtę:Spiritus redeat ad Deū qui de-
dit illum. [Et reuertentur filij ad terminos ſuos,] i. ad ſedes cæleſtes, ad quas finaliter ſunt creati.
Quidam iſta exponunt de reditu Iudęorū ac decem tribuum à ſuis captiuitatibus in Iudæam, ſed in-
tentioni Euangeliſtæ ampliùs conſonat expoſitio præinducta. Inſupèr dñs loquitur: [Audiens au-
diui Ephraim tranſmigrantē.] i.decem tribus de ſua terra captiuas egredientes,in cuius populi per-
ſona ſubiungitur:[Caſtigâſti me] per captiuitatem,aliaq; aduerſa.[& eruditus ſum] flagellis,quem-
Iſaiæ 28. admodùm aſſerit Iſaias:Vexatio dabit intellectum auditui. afflictio nanq; facit hominem redire ad
ſuiipſius cōſiderationem. [quaſi iuuenculus indomitus.] qui non niſi per rigorē iuſtitiæ refrenatur
ac emendatur.Hæc aūt in eorum dicuntur perſona, qui de populo iſto conuerſi ſunt, vel in fine ſe-
culi conuertentur.[Conuerte me] per gratiam p̄uenientem,[& cōuertar] per gratiam ſubſequentē.
[quia tu es dñe Deus meus.] nemo quippe niſi gratioſè prȩuentus,ad Chriſtū conuertitur,ſecūdùm
Ioan. 6. quod ipſe teſtatur:Nemo poteſt venire ad me,niſi pater meus traxerit eum.Itemq;:Nemo,inquit,ve
Ibidèm. nit ad me,niſi fuerit ei datū deſupèr.[Poſtq̄ enim conuertiſti me] per fidem & gratiā,[egi pœniten-
tiā] de priſtina infidelitate ac vitijs.[Et poſtq̄ oſtendiſti mihi] veritatem per ſpiritûſſancti illuſtrati-
onem,[percuſſi femur meū,] priſtinam carnalitatē deteſtando,deflendo atq; refrenando. [Confu-
ſus ſum] in meipſo,q̄ tam inordinatè me habui.[& erubui,] q̄ totiès Deū offendi. vel cōfuſus ſum,
per inimicorū deriſionem:& erubui,propter pœnas illatas. [Qm̄ ſuſtinui opprobrium adoleſcentię
meæ.] i.probroſas & ignominioſas adoleſcentiæ meę paſſiones ſecutus ſum, & pœnas pro his illa-
Rom. 1. tas perpeſſus ſum.vndè de q̄buſdam ait Apoſtolus ad Romanos: Dedit illos Deus in reprobū ſen-
ſum,vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. ad hanc humilē confeſſionem Ephraim,dñs
piè dulciterq; reſpondet:[Si] pro quia [filius honorabilis mihi Ephraim] i. populus decem tribuū,
quantùm ad p̄deſtinatos. diuino em̄ iudicio honore ſunt digni, qui conuertuntur plena mente ad
Saluatorē,iuxta iſtud Pſal.71.Honorabile nomen eorum corā ipſo. Et 1.Reg.2.dñs ait: Ego glorifi-
cantes me glorifico.[Si puer delicatus] teneritudine mentis,qua ſpretis carnalibus,nobili corde in-
hæſit cæleſtibus.loquitur aūt Deus de populo iſto,quaſi de aliquo vno,quēadmodùm in Exodo ait
Exod. 5. de vniuerſo populo Iſrael:Dixi tibi,ſ.Pharaoni, dimitte filium meum. [Quia ex quo loquutus ſum]
de eo per prophetas,[adhuc recordabor eius] per miſericordiæ meę gratioſos affectus.[Idcircò cō-
turbata ſunt viſcera mea ſuper eum.] i.ei multùm compaſſus ſum. loquitur aūt Deus affectu & mo-
re humano,quanuìs ipſe imperturbabilis inuariabiliſq; conſiſtat: viſcera aūt Dei ſunt, charitas atq;
benignitas eius,de quibus loquitur Zach.Per viſcera miſericordię Dei noſtri,in quibus viſitauit nos
Lucæ 1. oriens ex alto.[Miſerans miſerebor eius,] dando eis gratiarū chariſmata. Hinc etiam per Oſee dñs
Oſeæ 6. & 11. quaſi pietate concuſſus,effatur: Quid faciam tibi Ephraim? q̄d faciam tibi Iuda? Ruſuſq;: Conuer-
ſum eſt in me cor meum,pariter conturbata eſt pœnitudo mea,non faciam furorē iræ meę.Non re-
uertar vt diſpergam Ephraim.Conſequenter ad cōtemplationem myſterij incarnationis Chr̄i hor-
tatur p̄pheta:[Statue tibi ſpeculam ô Ephraim.] i. arcē ſpeculationis aſſcende,vt futura Dei magna
cōtempleris.vndè LXX.tranſtulerunt:Statue tibi ſpeculatores,i. diuinorum inſpectores,qui ventu-
Iſaiæ 21. ra p̄nuncient, quales p̄ſertim fuerunt ſancti p̄phetę, quēadmodùm Iſaias loquitur de ſeipſo:Super
ſpeculam dñi ego ſum ſtans iugiter per diē.Hortatur ergò hanc plebē,vt credat p̄phetis.[Pone tibi
amaritudines.] i.pœnitentiales dolores aſſume, & peccata p̄terita defle, per quod ad Chr̄i aduentū
ac ſuſceptionem diſponitur homo,p̄dicante Ioanne:Pœnitentiam agite, appropinquabit em̄ regnū
Matth. 3. cælorum.[Dirige cor tuum in viam rectā,] i.p̄ceptorum cuſtodiam in euangelicā legem,q̄ omnem
Lucæ 3. aufert iniuſtitiæ diſtortionē. hoc eſt quod docuit Chriſti p̄curſor:Parate viam dño, rectas facite in
ſolitudine ſemitas Dei noſtri.[In qua ambulâſti] i.in qua patriarchæ ſancti ambulauerunt.loquitur
em̄ de toto populo,quaſi de vno aliquo,ſed diuerſa ad diuerſos referūtur. [Reuertere virgo Iſrael,]
p̄ſata plebs Iſraelitica.[Reuertere ad ciuitates tuas iſtas,] quas per captiuitatē & culpam deſeruiſti,
videlicet ad congregationes fideles,vel ad Eccleſiam militantem ac triumphantem:vel ad vrbes ter-
ræ promiſſionis,in quibus in primo Chriſti aduentu multi ex decem tribubus habitabant, & in fi-
ne ſeculi ſuſcepta prædicatione Heliæ, plures accedent, & viſitabunt ſacra loca Iudææ, in quibus
Chriſti myſteria ſunt peracta.[Vſquequò delicijs diſſoluéris?] i. carnalibus delectationibus & va-
nis erroribus efflues, irrefrenata eris. [Filia vaga] i. præfata plebs per loca aliena ac vitia vagabun-
Oſeæ 9. da,vndè de populo iſto ſcriptum eſt in Oſee: Abijciet eos Dominus Deus meus,& erunt vagi in na-
tionibus. Cur autem ſtatuenda ſit ſpecula, & diſſolutio atque carnalitas deſerenda, ſpiritaliſq; vita
appræhendenda,ſubiungitur:[Quia creauit dñs nouum ſuper terram.] loquitur autem propheta de
futuro inſtàr præteriti, vt ſit ſenſus: Nouam & miram, inauditamq; rem operaturus eſt Deus in
mun-

mundo,& q̄ ſit illa,per modum futuri expreſſit:[Mulier circundabit virum.] quod ſi de conſueto ac
naturali circundatione,complexu,ſeu vnione intelligatur,nouum non erit.Itaq; ſenſus eſt,q̄ ſuper-
naturaliter mulier circundabit virum, quod in virgine ſancta ſcimus impletum, q̄ intra ſui virginei
vteri clauſtra filium Dei concepit de ſpiritu ſancto, ipſo Dei vnigenito ex eius puriſſimis ſanguini- Luc. 1.
bus humanam aſſumente naturā,qui à primo incarnationis inſtanti fuit vir,nō corporis quantitate,
ſed totius ſapientiæ omniumq; virtutum perfectione, cuius incarnatio incōpræhenſibilis eſt omni
viatori,de quo loquitur Iſaias:Generationem eius quis enarrabit? Angelus quoq; ad Ioſeph: Quod Iſaiæ 53. Matth. 1.
in ea (ſ.Maria) natum (i.conceptum) eſt,de ſpū ſancto eſt. [Hæc dicit dñs exercituum Deus Iſrael:
Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda,& in vrbibus eius] i.in Eccleſia & congregationibus fide-
lium.ſicut em̄ per Iudam intelligitur oīs fidelis confitens Deo,ſic per terram Iuda deſignat̄ Eccleſia,
de qua cecinit Iſaias:Vrbs fortitudinis noſtræ Sion,ſaluator ponet̄ in ea murus & antemurale.[Cùm Iſaiæ 26.
conuertero captiuitatem eorum] ſ.Iſraelitarum,omniumq; confitentium Deo,liberando eos de iu-
go diaboli & ſeruitute peccati.[Benedicat tibi] ô Eccleſia [dñs pulchritudo iuſtitiæ,mons ſanctus.]
quod dupliciter explanatur:Primò, vt ipſe dñs,qui eſt pulchritudo iuſtitiæ, & mons ſanctus atq; al-
tiſſimus,quia oīm entium vertex eſt,& qui ad ipſum confugerit,erit ſecurus: benedicat Eccleſię: vel
dñs benedicat Eccleſiæ,q̄ eſt pulchritudo iuſtitiæ,propter eminentiam æterni ornatûs,& gratię ſibi
conceſſæ:& mons ſanctus,propter ſcientiæ atq; virtutum ſublimitatē.hoc em̄ orant fideles,vt Deus
benedicat Eccleſiæ ſuę in omnibus bonis. [Et habitabunt in eo,] videlicet monte p̄ſato. [Iudas] i.
credentes,& dño confitentes.[Et omnes ciuitates eius] i.vrbium habitatores,putà fideles,per con-
tinens intelligendo contentum.Non em̄ videtur,q̄ conuerſi credētes ſiue Iudæi,in vno aliquo ma-
teriali monte Iudæę poterunt habitare, ſed iſte eſt mons, de quo in Iſaia loquitur Deus: Adducent Iſaiæ 60.
oēs fratres veſtros ad montem ſanctum meum Hieruſalem,ſ.ad Eccleſiaſticam congregationem,in
gratiarum apice conſtitutam.[Agricolæ & minantes greges] i.prædicatores & paſtores,credentium
corda vomere verbi Dei arantes,colentes & fœcundantes,atq; in agro dñico laborātes, vndè fide-
libus ait Apoſtolus 1.Cor.3.Dei agricultura eſtis,Dei ædificatio eſtis.Quidam putant iſta corporali-
ter tempore Eſdræ impleta,Iudæis de Babylonica captiuitate reductis.quo facto,reducti imprecati
ſunt bona ciuitatibus ſuis,potiſſimè monti Sion,dicentes:[Benedicat tibi dñs] &c. Hæc itaq; fient.
[Quia inebriaui animam laſſam,] i.homines peccatis afflictos,& pœnis grauatos, gratiarum exube-
rantia adimpleui.[& omnem animam eſurientem.] i. ſpiritualia auidè cupientem. [ſaturaui] bonis
optatis,quemadmodùm ait virgo Chriſtifera:Eſurientes impleuit bonis.de quo in Iſaia legit̄:Deus Luc. 1.
ſempiternus dñs dat laſſo virtutem.Deniq; ad tanta Dei beneficia reſpondet propheta, vel in pro- Iſaiæ 40.
pria,vel in populi fidelis,præſertim ex Iudaiſmo conuerſi,perſona:[Ideò quaſi de ſomno ſuſcitatus
ſum.] i.priſtinarum afflictionum releuamen accepi, cognitis bonis per Chriſti aduentum p̄ſtandis.
[Et vidi] i.ſpiritaliter intellexi diuina promiſſa,iuxta quem modum in Geneſi legitur Iacob quaſi de Gen. 45.
graui ſomno euigilâſſe,auditis his verbis:Ioſeph viuit,& ipſe dominatur in omni terra Aegypti. [Et
ſomnus meus dulcis mihi.] i.oppreſſio illa prior in aduerſis, in ſuauitatē mihi cōuerſa eſt,quia poſt
fletum Deus exultationē infudit.vel [Somnus meus dulcis.] i.decæterò in ſpe aduentûs Chriſti p̄-
miſſionumq; eius dulciter requieſcam ac repauſabo.Deindè pandit propheta,quid dñs ſibi mōſtra-
uerit.[Eccè dies veniunt,dicit dñs,& ſeminabo domum Iſrael & domum Iuda] i.ſynagogā electo-
rum ex 12.tribubus Iſrael in Chr̄m credentium, vel generaliter domum cunctorum Chriſtifideliū.
[ſemine hoīm & ſemine iumentorum] i. literatorum atq; ſimplicium,ità q̄ in Eccleſia iſta quidā ex
ſapientibus,& quidā ex idiotis,erunt conuerſi ad Chriſtum. vel per hoīes intelliguntur conuerſi ex
Iudaiſmo,per iumenta, conuerſi ex paganiſmo. de talibus quoq; iumētis ſcriptum eſt Iſa.11.Habita-
bit lupus cum agno,& pardus cum hœdo accubabit:vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur,& puer
paruulus minabit eos.Hinc ait Pſal.Hoīes & iumenta ſaluabis dñe.[& ſicut vigilaui ſuper eos] ſ.po-
pulum Iſrael.[vt euellerem & demolirer,& diſperderē,& affligerē] eos tempore Babylonicæ capti- Pſal. 35.
uitatis,& anteà & poſteà.[Sic vigilabo ſuper eos,vt ædificem & plantem.] i.in Eccleſiæ ſtructura eos
conſtituam,doniſq; gr̄ę roborem,de qua ędificatione iam dicta ſunt plurima.vndè Apoſtolus:Ego,
inquit, plantaui, Apollos rigauit, Deus autem incrementum dedit. Per Iſaiam quoq; populo Iſrael 1. Cor. 3.
pro magno promittit: Vocaberis ædificator ſepium.quod materialiter capere ſtultum eſſet.prędicta Iſaiæ 58.
autem tribuum Iſrael cōuerſio,ædificatio atq; plantatio, pleniùs erit in fine mundi. [In diebus illis
non dicent vltrà,Patres comederunt vuam acerbam,& dentes filiorum obſtupuerunt.] i. in Chriſti
aduentu & electis Iudęorum reliquijs ad ipſum conuerſis, tam manifeſta & vera erit Iudæorū iſto-
rum ſaluatio,q̄ nemo eorum ampliùs dicet ſe propter parentum ſuorum peccata à Deo relictum
ſiue punitum,ità q̄ parentum peccata filijs non imputabuntur:immò per Chriſti paſſionem,à reatu
originalis peccati priorum parentum,ſumus ſaluati.Erat autē tempore Ieremiæ prouerbiū quoddā
in Iſrael,dicentium filios pro peccato parentum puniri. Vndè in Ezechiele habetur: Factus eſt ſer- Ezec. 18.

mo dñi ad me, dicẽs: Quid eſt quod inter vos in parabolá vertitis in terra Iſrael, dicentes: Patres co-
mederunt vuã acerbam, & dentes filiorũ obſtupeſcunt? viuo ego, dicit dñs Deus, ſi erit vltrà vobis
parabola iſta in ꝓuerbium. Eccè oẽs aĩæ meæ ſunt. vt aĩa patris, ita & aĩa filij mea eſt. Aĩa quę pecca-
uerit, ipſa moriet̃. Hoc eſt quod nunc dicit̃: [Sed vnuſquiſq; in iniquitate ſua moriet̃.] i. proprię cul-
pæ mortalis demerito in æternum dãnabit̃, niſi pœniteat. Peccator quoq; peccando, in aĩa moritur,
qm̃ charitatem q̃ aĩæ vita eſt, perdit: ſicq́; vnuſquiſq; in iniqtate ſua formaliter morit̃, quia iniquitas
1. Ti. 5. mors aĩæ eſt, de qua morte ait Apoſtolus: Vidua q̃ in delicijs viuit, viuens mortua eſt. [Oĩs homo qui
comederit vuã acerbam,] i. iniquitatẽ cõmiſerit. [obſtupeſcent dentes eius.] i. luet q̃ fecit, & debitã
pœnam portabit. Vñ & hoc loco ſenſus literalis non eſt, qui immediatè per voces exprimit̃, ſed q per
res vocibus iſtis ſignatas innuit̃. Rectè aũt peccatum, vua acerba vocat̃: qm̃ ad æternã amaritudinẽ
trahit, diuinæq́; ſuauitatis impedit guſtum, conſciẽtiæ parit remorſum, & animus peccato inordina-
tus, ſibijpſi pœnalis & grauis cõſiſtit: quanq̃ nonnulla vitia in ſe delectabilia afferant̃, potiſſimè pec-
cata q̃dam carnalia. Conſequenter de euangelicæ legis latione fit ſermo. [Eccè dies] i. tẽpus euãge-
Acto. 3. licæ legis & grãæ incarnationiſq́; Chriſti, de quib⁹ ſcriptum eſt, Oẽs prophetæ annunciauerunt dies
iſtos. [veniunt, dicit dñs: & feriã] i. percutiã, dabo, diſponã. [domui Iſrael & domui Iuda] i, primitiuę
Eccleſiæ, ex Iudaiſmo ſeu duodecim tribubus Iſrael cõgregatę. [fœdus nouum] pro quo LXX. trãſ-
tulerunt, teſtamẽtum nouum, i. euangelicã legem, q̃ eſt pactũ nouũ reſpectu veteris teſtamẽti, quod
Matth. 15. primò atq; p̃cipuè datũ eſt veris Iſraelitis, de qbus dixit Saluator: Nõ ſum miſſus niſi ad oues, q̃ per-
Matth. 10. iêrunt, domûs Iſrael. Et ad diſcipulos: In viã gentium nè abiêritis, ſed potiùs ite ad oues, q̃ periêrũt,
Acto. 15. domûs Iſrael. Vñ Paulus & Barnabas dicunt Iudęis: Vobis oportebat primùm loq verbum Dei. [Nõ
ſecundùm pactum quod pepigi cum patribus eorum.] i. non tale, quale dedi per Moſen filijs Iſrael
in deſerto, qa pactum ſeu teſtamentum iſtud fuit in terrenis ꝓmiſſis & cæremonialibus obſeruan-
tijs, fuitq́; lex timoris: iſtud verò eſt in promiſſis cæleſtibus, & lex amoris. Hinc ad Heb. 7. ait Apo-
ſtolus: Nihil ad perfectũ adduxit lex: introductio verò melioris ſpei, p quã approximamus ad Deũ,
intm̃ melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus. de quo iterùm teſtamento fatet̃, ꝙ in melioribus
repromiſſionibus ſancitum ſit. [In die qua apphendi manum eorum, vt educerẽ eos de terra Aegy-
pti,] i. tẽpore quo de Aegypto eos eduxi, qñ tam familiariter me ad eos habui, tãq́; paternè, vt manũ
Ezech. 20. apphendiſſe me aſſerã, duxiſſeq́; eos ſicut pater paruulũ ducit filiũ, per ſe tendere nõ valentẽ. Vndè
in Ezechiele dñs loquit̃: In die illa leuaui manum meã pro eis, vt educerẽ eos de terra Aegypti. [Pa-
ctum quod irritum fecerunt] i. legẽ illã Moſaicã multipliciter ſunt tranſgreſſi. [Et ego dñatus ſum
eorum,] i. in manu valida p̃uaricatores corripui. Pro quo LXX. tranſtulerũt: Et ego neglexi eos, i. re-
líqui, ſicq́; ſcripturã iſtã allegat Apoſtolus ad Heb. 8. quo totum hunc locũ allegat Apoſtolus de im-
Ezech. 20. preſſione euangelicę legis. Deniq; de hoc modo dñandi per rigorẽ iuſtitiæ, loquit̃ Deus per Ezechi-
elẽ: Viuo ego, qm̃ in manu forti & brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Quale igit̃
erit teſtamentũ nouum, ſubiungit̃: [Et hoc erit pactum quod feriã cum domo Iſrael,] i. veris electis
Ioan. 1. Iſraelitis, quorũ vnus fuit Nathanael frater Philippi apoſtoli, cui dixit Saluator: Eccè verè Iſraelita,
in quo dolus non eſt, [Poſt dies illos, dicit dñs,] i. conſummato curſu veteris teſtamenti. [dabo legẽ
meam in viſceribus eorum] i. affectibus credentium imprimã euangelicam legem, vt animo prom-
pto ei obtemperent. [Et in corde] i. intellectu. [eorum ſcribã eam] non atramẽto, ſed ſpiritu ſancto,
qui eſt digitus Dei, quo diuina mõſtrant̃ & inſcribuntur hoĩm cordibus. Iſtud per ſeipſum Chriſtus
Matth. 5. incepit, prædicando proprio ore euangelicam legem, p̃ſertim in monte, vt ſcribit Matthęus, item in
cœna. quam legẽ non pellibus aut tabulis, ſed cordibus inſcripſit humanis, tunc potiſſimè, qñ in die
pentecoſtes miſit diſcipulis ſpiritũſanctum, qui de euangelicæ legis myſterijs eos pleniſſimè erudi-
Ioan. 16. diuit, qbus, paſſione inſtante, Chr̃s profeſſus eſt: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis
portare modò. Cùm autẽ venerit ille ſpũs veritatis, docebit vos oẽm veritatẽ. Vndè & Chr̃s librum
nullũ compoſuit, qm̃ excellentior modus docendi eſt, ore inſtruere. deniq; de hac euangelica lege
Iſaiæ 51. multa in Iſaia p̃dicta ſunt. Ait nanq; Iſaias: Attendite ad me popule meus, quia lex à me exiet. Et de
& 42. Chr̃o loquens Iſaias: Legem eius, inquit, inſulæ expectabunt. [Et ero eis in Deum] per gratiam ſin-
gularem, [& ipſi erunt mihi in populum] per verã deuotionem. [Et non docebit vltrà vir proximum
ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſce dñm. Omnes enim cognoſcent me, à minimo eorum
vſq; ad maximum, ait dñs.] Quidã affirmant, iſtud ad ſtatum Eccleſiæ triumphantis referendum, in
qua oẽs vident Deum p ſpeciem: nec de his in quibus eſſentialiter ipſa beatitudo conſiſtit, vnus aliũ
docet. ſed qm̃ dñs abſolutè non dicit, Nõ docebit vir proximum ſuũ: ſed addidit, dicens, Cognoſce
dñm, oẽs enim cognoſcent me: generaliter accipi poteſt de Eccleſia militante, ꝙ in ea tantum vul-
gatum ſit, idola non eſſe colenda, ſed vnum verum eſſe Deum oĩpotentem ac adorandum, quòd de
hoc quodãmodò neceſſè nõ ſit inſtruere Chriſtianũ. Eatenùs quippe tempore gratiæ abundat Dei
Iſaiæ 11. cognitio, vt in Iſaia ſit p̃dictũ: Repleta eſt terra ſciẽtia dñi, ſicut aquę maris operientis. ſpecialiter au-
tem

tem q̃ ſpiritum ſanctũ in die pentecoſtes in cœnaculo receperunt, humana inſtructione non egue-
runt. Cõſequenter de perpetuitate ſeu ſtabilitate Eccleſiæ agit̃: [Hęc dicit dñs, q dat ſolem in lumi-
ne diei,] i. ad hoc, vt ſuo lumine efficiat claritatẽ diurnã. [ordinẽ lunæ & ſtellarum] i. lunam & ſtel-
las ſibi inuicèm ſapientiſſimè coordinatas. q̃ enim à Deo ſunt, ordinata ſunt, & ipſe in ſapientia oĩa Rom. 13.
fecit. [& in lumine noctis] i. vt noctis caliginem temperẽt, nec ſint horribiles & intolerabiles, tene- Pſal. 103.
bræ, ſed aliquid claritatis tunc diffundat̃ per terrã & aquam, propter hoĩm neceſſitates & cõmodi-
tates. Hinc in Geneſi ſcribit̃ Deus feciſſe duo magna luminaria: luminare maius, vt p̃eſſet diei: lumi- Gen. 1.
nare minus, vt p̃eſſet nocti. [Qui turbat mare,] ventis & tẽpeſtatibus illud concutiendo. [& ſonant
fluctus eius,] magnum faciendo fragorem. [Dñs exercituum, nomen eius.] qm̃ ipſe ſolus ſuperno-
rum angelorumq́; dñs eſt. [Si defecerint leges iſtæ corã me, dicit dñs, tunc & ſemen Iſrael deficiet,
vt non ſit gens coram me cunctis diebus] i. quemadmodùm naturalis curſus, ordo & cõſtitutio re-
rum non poteſt deficere poteſtate creata, vel quouſq; tẽpus à Deo p̃fixum aduenerit, vt cęleſtiũ ceſ-
ſet corporum motus, ſic & populus Iſrael vſq; ad finẽ mundi manebit cunctis diebus, qui ſolis cir-
cunuolutione agunt̃, deindè electi ex populo iſto in Eccleſia triumphãte, in aĩa & corpore glorifica-
ti, æternaliter permanebunt, videlicet diebus æternitatis, qñ in eis complebitur iſtud Iſaiæ: Non erit Iſaiæ 60.
tibi ſol ampliùs ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi dñs in lucem
ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltrà ſol tuus, & luna tua non minuetur.
[Hæc dicet dñs, ſi menſurari poterunt cæli deſupèr, & inueſtigari fundamẽta terræ deorſum,] i. ſic-
ut homo altitudinem cæteraſq́; dimenſiones cæleſtium orbium metiri ac ſcire non valet, nec ſcru-
tari, qua in parte determinatè locata ſint fundamenta terræ, vtpotè illæ partes terræ, q̃ per metapho-
ram fundamenta eius vocantur, ſiue illæ dicantur mediæ, ſiue infimæ partes terræ. [Et ego abijciam
vniuerſum ſemen Iſrael propter oĩa quæ fecerunt, dicit dñs,] i. nequaq̃ totum populum iſtum pro-
pter peccata eorum relinquã, ſed reliquiæ ſaluabuntur ex eis, & in fine ſeculi generaliter conuertẽ-
tur. interìm quoq; increduli in eſſe naturæ conſeruabunt̃, quod totum ex diuina ꝓcedet clementia.
Porrò de incognoſcibilitate cælorum & immenſurabilitate eorũ, fundamentorumq́; terræ, dñs lo-
quitur ad Iob: Indica mihi, ſi habes intelligentiã, quis poſuit menſuras terræ, aut quis tetendit ſuper Iob. 38.
eam lineã? ſuper quo baſes eius ſolidatæ ſunt? Nunquid nôſti ordinẽ cæli, aut pones rationẽ eius in
terra? Et Eccleſiaſticus ait: Altitudinẽ cæli, & latitudinẽ terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus Eccl. 1.
eſt? Conſequenter agit̃ de ciuitate ſeu populi cõmunitate & vnitate, cui p̃memoratum nouũ euan-
gelicæ legis fœdus ſeu teſtamẽtum collatũ eſt. [Eccè dies veniũt, dicit dñs, & ædificabit̃ ciuitas dño
à turre *Hanameel vſq; ad portã anguli &c.] Hanc ędificationẽ expectãt Iudæi in aduentu ſui Meſ-
ſiæ corporaliter extruendã atq; complendam, ità ꝙ Meſſias ędificabit tunc eis aureã ac gemmatam
Hieruſalẽ, tẽplumq́; in ea magnificum ſecundùm ambitum qui p̃ſente loco deſcribit̃. Verùm Chri-
ſtum iam veniſſe cognoſcimus, atq; in primo eius aduentu ſpiritaliter eſſe impleta ſcimus, q̃ à pro-
phetis obſcurè ac myſticè ſub corporalium rerum nominibus deſcribunt̃, & ab excæcatis carnali-
buſq́; Iudęis materialiter & carnaliter implenda expectant̃ & exponunt̃. Idcircò ciuitatis iſtius ſtru-
ctura, ſpiritaliter eſt intelligenda, ſicut ædificium ciuitatis ac templi ab Ezechiele cõſcriptum: ſiqui- Ezec. 40.
dem conſuetudo erat prophetis, immò ſpirituiſancto per ꝓphetas, ſpiritalia bona ac diuina promiſ- & 42.
ſa ſub corporalium rerum figura & appellatione proponere. Vndè in talibus ſumenda eſt expoſitio
ab interpretationibus noĩm ac proprietatibus rerum, nec obtenebrati Iudæi poſſunt negare hæc ſe
ità habere. Fateriq́; compellunt̃, ꝙ prophetæ ſæpiſſimè metaphoricè ſunt loquuti. Deniq; in veteris
teſtamenti libris hoĩes noĩbus beſtiarum inanimatarumq́; rerum exprimunt̃, & ſpiritalia corporaliũ
nomina ſortiunt̃, vnaq́; res alterius noĩe deſignat̃, propter interpretationem vel proprietatem. quõ
enim aliter Chr̃s vocatur Dauid ab Oſee? Quærẽt, inqt, Dauid regem ſuum. in Ezechiele quoq;: Su- Oſeæ 3.
ſcitabo, ait dñs, ſuper gregẽ meum paſtorem vnum Dauid ſeruum meum. & pauloantè in hoc ipſo Ezec. 34.
ꝓpheta, Seruient Dauid regi ſuo. Inſupèr iuxta hunc modũ patriarcha Iacob ait in Geneſi: Catulus Iere. 30.
leonis Iuda, Beniamin lupus rapax, Iſachar aſinus fortis, Fiat Dan coluber in via, Nepthalim ceruus Gen. 49.
emiſſus. De Chr̃o etiam loquitur Iſaias: Egrediet̃, inquit, virga de radice Ieſſæ, & flos de radice eius Iſaiæ 11.
aſcendet. Et erit iuſtitia cingulum lũborum eius, & fides cinctorium renum eius. Immò in nouo
etiam teſtamento fit iſtud, p̃ſertim in Apoc. dum eq in cælis viſi dicunt̃. Et in Luca ait Saluator apo- Apo. 19.
ſtolis: Ego diſpono vobis regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. In quibus Lucæ 22.
oĩbus ſenſus veraciter literalis eſt, qui per res, nõ qui per nomina, immediatè ſignificat̃. Cur aũt pla-
cuerit ſpũiſancto, viciſsìm metaphoricè tamq́; obſcurè & myſticè loqui, docet ſublimis theologus
diuinus Dionyſius: vt ſ. veritas abſcondat̃ indignis, electis verò vtilis exercitatio detur. ſic ergò ex-
ponendus eſt præſens locus: [Eccè dies veniunt, dicit dñs,] i. tempus euangelicæ prædicationis &
primi aduentũs Chriſti. [& ędificabitur] in virtutibus, donis ac ſacramentis, [ciuitas] de qua ſcriptũ Pſal. 86.
eſt: Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Et, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, de qua in lib. Pſal. 45.
de

de ciuitate Dei p̃clariſſimè loquit̃ Auguſtinus,de qua & Apoc.21.ſcribit Ioãnes.ciuitas itaq; iſta ędi-
Mat.16. ficabit̃ [Dño] i.à dño Saluatore & ad gloriã eius,ſecundùm quod ait: Sup hanc petrã ædificabo Ec-
Gal 4. cleſiam,quã Paulus apoſtolus vocat Hieruſalẽ.[à turre *Hananeel,] i.ab altitudine gr̃ę & obedien-
tiæ,à qua fideliũ ſpiritalis ædificatio inchoat̃. poſſuntq́; per terrã hanc ſancti apoſtoli deſignari, qui
primitias ſpiritûs ſortientes,facti ſunt cæteris eminentiores, atq; in ſtructura Eccleſiæ primarij lapi-
des.[vſq; ad portã anguli.] i.ad ingreſſum ſeu receptionẽ gentilium,qui ad fidẽ ſuſcepti ſunt,cõuer-
1.Pet.2. ſiſq; Iudæis in Chr̃o,tanq̃ in lapide angulari coniuncti ſunt: vñ & ipſi veniẽdo ad fidẽ per vnã viam
ſeu lineam,& Iudæi per aliã, quaſi angulum in Chr̃o fecerunt, ſed & duo parietes in lapide quo cõ-
currunt.vel ſecũdùm Hieronymũ ideò dicit̃,vſq; ad portam anguli,qm̃ licèt ſtructura Eccleſię ſub-
lime habuerit exordium,nihilominùs in vita p̃ſenti multipliciter incuruat̃ à plana atq; rectiſſima p-
fectione,ità q̃ rectã veritatis lineam non poſſumus poſſidere,ſed in angulo ſtamus, ſecũdùm quod
1.Cor.13. ait Apoſtolus:Ex parte cognoſcimus.Et,Ego nõ arbitror me cõphendiſſe.In multis quoq; offen-
Phil.3. dimus oẽs.Et iuſt⁹ ſepties in die cadit.[& exibit vltrà *norma mẽſuræ in cõſpectu eius,] ſ.portæ an-
Iaco.3. Prou.24. guli.[ſuper collẽ Gareb] i.Eccleſię ædificiũ atq; ꝓtenſio,nõ iuſtos duntaxàt,ſed & peccatores intra
* normam ſe cõtinebit.*Gareb qppe ſecundùm Hieronymũ,incolatus vel ſcabies interpretat̃,ſeu gens pecca-
* Gares trix,ſecundùm alios:per quod vitijs ſordidi inſinuantur,pręſertim ſupbi.[& circuibit Goatha] i.col-
legium viuorum & rationabilium lapidum, ſ. deuotorum. vndè pro Goatha, LXX. tranſtulerunt,
1.Pet.2. Electorum lapidum,de quibus loquitur Petrus:Ipſi tanquàm lapides viui ſuperædificamini domus
ſpiritualis,ſacerdotiũ ſanctum,offerentes hoſtias ſpiritales. [& oẽm vallẽ cadauerum] i.carnales ac
lubricos.[& cineres] i.pœnitentes ac humiles,qui cùm ſint timorati,terrã & cinerem ſe eſſe perpen-
Pſal.101. dunt,ac pœnitent,dicentes:Quia cinerem tanq̃ panem manducabã.Et cũ S.Iob: Ipſe me rep̃hendo,
Iob 42. & ago pœnitentiã in fauilla & cinere. [& vniuerſam regionẽ mortis,] i. cunctos morte peccati per-
emptos,q intra Eccleſiæ gremium ſuſcipiunt̃ ad veniã.[vſq; ad torrentẽ Cedron] i. abundantiã im-
pietatis aĩam obfuſcantis. Cedron nanq; tenebræ interpretat̃. [& vſq; ad angulum portę equorum
orientalis] i. introitum feruentiũ ſpiritu,q inſtàr equorum feruent & currunt in opere Dei,ad quos
ſe habet ſpũſſanctus,ſicut eques ad equũ,de qbus dicit Apoſtolus Ro.8. Quicunq; ſpiritu Dei agũ-
tur,hi filij ſunt Dei.Eſtq́; porta ſiue introitus iſte, orientalis:quia p eum lux gr̃æ infundit̃, & lumen
Abac.3. gloriæ obtinet̃.De talibus equis dicit Deo Abacuc: Qui aſſcẽdis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ
ſaluatio.Deniq; noĩe equorum,angelorũ agmina atq; p̃ſidia,quib⁹ electi ad fidẽ pducti ſunt, Iſa.66.
deſignant̃:Adducent,inquit, oẽs fratres vr̃os in equis & quadrigis ad montẽ ſanctum meũ. De qui-
Pſal. 67. bus & alibì legit̃:Currus Dei, decẽ millibus multiplex,atq; Gen.32. Caſtra Dei ſunt hæc. Et Ioel.2.
Multa ſunt nimìs caſtra Dei,fortia & faciẽtia verbum eius.[Sanctum Dñi] i.ſpiritale iſtud ædificium
Dei.[non euellet̃,& non deſtruet̃ vltrà in perpetuum:] quia hęc ciuitas Dei in p̃ſenti ſeculo perdu-
Mat.26. rabit,donec curſu ſeculi conſummato,ad cęleſtẽ Hieruſalem perducat̃.Propter quod Chr̃s in cœna
perhibuit:Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti.Præstereà,huic expoſitioni de inclu-
ſione & ſuſceptione peccatorum intra gyrum Eccleſiæ,conſonat quod in euangelica parabola ſcri-
Mat.21. bit̃:Ite ad exitus viarũ:& oẽs quos inueneritis,debiles,claudos & cæcos, adducite. Itemq́; Simile eſt
Mat.13. regnum cælorum ſagenę miſſæ in mare,& ex om̃i genere piſcium cõgregãti. Illud quoq; in Pſal.86.
Eccè alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopũ,hi fuerunt illic.Expoſitio aũt inducta,procedit ſe-
cundùm Hieronymũ,eſtq́; catholica:aliqui verò locum iſtum literaliùs explanare nitunt̃,de reædi-
ficatione Hieruſalẽ per Hadrianum Imperatorẽ, qui ciuitatem hanc ex vna parte intãtùm dilatauit,
q̃ Chriſti ſepulcrum fuit incluſum,deditq́; ciuitatem hanc Chriſtifidelibus inhabitandã, prohibẽs
Iudæos ab ea.Per collem autẽ Gareb,intelligunt montem Caluariæ.Et per Goatha,locũ qui in euã-
gelio dicit̃ Golgatha,circa quẽ fuit vallis cadauerum:quia ibidèm rei occidebantur,& cineres eorũ-
dem ſpargebantur.Quòd verò in fine habetur,Sanctum Dñi non euelletur &c.exponunt de Salua-
uatoris ſepulcro,ibidèm à gentibus vſq; in præſens honorificè conſeruato. Expoſitionem iſtam nõ
proſequor,quia in commento Lyræ ſatìs deducitur, & rationabilis acceptabiliſq́; videtur.Prætereà
ſanctus Hieronymus ex iſto capitulo argumentatur contra carnales Iudæos, qui aſſerunt Meſſiã in
Luc.21. terrena Hieruſalem cum Iudæis perpetuò regnaturum: quia ſecundùm veteris teſtamenti ſcriptu-
ras,cælum & terra tranſibũt,& curſus ſeculi finietur, eritq́; generale iudicium, poſt quod generatio
& corruptio in hoc mundo ceſſabunt: quæ omnia ex lege & prophetis multipliciter queunt proba-
ri,ſed nunc propter prolixitatem vitandam pertranſeo.

¶ *De myſtico eiuſdem cap.31. ſenſu.* *Articulus* 49.

DE ſpiritali intelligentia huius cap.plurima dici poſſunt, ſed feſtinare propter operis prolixita-
tem compellor.Hæc dicit Dñs,inuenit gratiam in deſerto,i.in ſolitarijs pœnitentiæ locis,vbì
Pſal.101. præcipuè vacandum eſt Deo,actibuſq́; pœnitentiæ inſiſtendum,quemadmodùm pœnitẽs ait:Simi-
lis factus ſum pelecano ſolitudinis,vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Populus qui
re-

remanſerat gladio,i.Chr̃iani q diabolicæ tentationis mucrone ſpiritaliter occiſi nõ ſunt,neq; mor-
tiferis concupiſcentijs ſuccubuerunt.Iſtud in eremitis & anachoretis, cæteriſq́; verè religioſis, co-
pioſè impletum eſt.Vadet ad requiem ſuam Iſrael, i. contemplatiui per pœnitentiæ actus ad contẽ-
platiuæ ſuauiſſimã pertingunt quietẽ,& per hanc ad requiem ſempiternã. Hinc ait vir ſanctus: Cõ- Pſal.114.
uertere aĩa mea in requiem tuã,quia Dñs benefecit tibi.Longè Dñs apparuit mihi,i. per fidem, non- 1.Cor.13.
dùm clarè per ſpeciem,dicente Paulo:Videmus nunc p ſpeculum in ænigmate.Deus autẽ oĩpotens
& immenſus,oĩa implet,ambit,& penetrat.nec lõgè eſt ab vnoquoq; noſtrûm,quia in ipſo viuimus, Acto. 17.
mouemur,& ſumus.ſed tãto contẽplantibus viciniùs appáret,quo eum clariùs contuent̃. Hinc ſcri-
ptum eſt in Iob:Oẽs hoĩes vident Deum,vnuſquiſq; intuet̃ procul. In Numerorum libro Balaã ait: Iob 36.
Videbo eum,ſed non modò: intuebor illum, ſed non propè. Ideò ſponſa deprecans vociferat̃: In- Num. 24.
dica mihi,quem diligit aĩa mea,vbì paſcas,vbì cubes in meridie.Sed nè Dei amator & cultor,mani- Cant.1.
feſtam eius viſionem deſperet,aut eius dilationẽ impatientiùs ferat,audit à Dño:Et in charitate per-
petua dilexi te.ideò dicit Apoſtolus:In fide viuo filij Dei,qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro Gal.2.
me.Et ipſemet Chr̃s:Maiorem hac dilectionẽ nemo habet,vt aĩam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Ioan. 15. 1.Ioan.4.
Nos ergò diligamus Deum,qm̃ ipſe prior dilexit nos. Ideò attraxi te miſerans. magna gr̃æ cõmen-
datio.Loquit̃ Auguſtinus:Nemo venit niſi tractus, indigem⁹ ergò p̃ueniri & tangi à Deo, cùm dicat
Apoſtolus:Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis. Oremus itaq; affectu- 2.Cor.3.
oſiſſima mente cum ſponſa:Trahe me poſt te.Ipſe nanq; eſt qui mentẽ creatam ad ſuum libitum af- Cant.1.
ficit,vertit,immutat,qui in Oſee proteſtat̃:In funiculis Adam trahã eos,in vinculis charitatis.Quic- Oſeæ 11.
quid igitur boni,quicquid virtutis & gr̃æ obtinemus, dilectioni Dei, non proprijs viribus, tribua-
mus.Ruſuſq́; ædificabo te,i.ſi per culpam corrueris,nè deſperes:quia dolentem paratus ſum refor-
mare,ità q̃ per dona gloriæ te,ſi perſeueraueris vſq; in finem,ædificabo in Eccleſia triumphante. Et
ædificaberis ità à me Virgo Iſrael, i. anima ſpeculatiua cæleſtium, cuius interna virginitas, caſtitas,
ſiue integritas mentis,conſiſtit in actibus fidei,ſpei & charitatis: quib⁹ Deus immediatè colit̃, ipſiq́;
integrè adhæretur.Adhuc ornaberis tympanis tuis,i.ſi interdùm gratia conſolationis ac diuinę dul-
cedinis guſtus tibi diſpenſatoriè ſubtrahat̃,& multiformis afflictio oriat̃,nè puſillanimitate aut im-
patientia deijciaris:quia adhuc ornaberis diuinæ maieſtatis p̃conijs, & Deum laudando delectabe- Iaco.5.
ris in eodem. ꝓpter quod Iacobus docet: Triſtat̃ aliquis veſtrûm? oret. Aequo aĩo eſt? & pſallat. Et
egredieris de inferioribus ad ſuprema per contemplationẽ diuinorum. In choro ludentium,i. inter
eos qui Deo cũ iubilo mentis deſeruiunt.Adhuc plantabis vineas, i. cõgregationes deuotas vel ha-
bitus virtuoſos.In montibus Samariæ,i.ſublimitate internæ cuſtodiæ mentis,ſine qua cuſtodia nul-
lus eſt verè religioſus,nec virtuoſus efficit̃.Ideò ait ſcriptura:Om̃i cuſtodia cuſtodi cor tuũ.Erit dies Prou. 4.
in qua clamabunt cuſtodes,i.animarum rectores, quos Deus cõſtituit ſpeculatores domui Iſrael.In Ezec.5.
monte Samariæ & in monte Ephraim,i. gregibus ſibi commiſſis qui in cordis alta cuſtodia & vberi
fructificatione conſiſtunt.Surgite,per ardentia diuini amoris deſideria, oĩmq́; terrenorum cõtem-
ptum.Et aſſcendamus in Sion,i.in arcem ſpeculationis & in cęleſtem Hieruſalem, vt facie ad faciem
Deum deorum cernamus.hoc clamant,qui cum Apoſtolo cupiunt diſſolui & eſſe cum Chr̃o.qualis Phil.1.
fuit deuotiſſimus pater S. Bernardus,q ait:Tolerabilior eſſet infernus vita p̃ſenti, ſi non eſſet expe-
ctatio alterius vitæ in patria.Huic verò deſipuit mundus, quanq̃ per totum penè mundũ famoſiſſi-
mus haberet̃,atq; vt angelus honoraret̃.Exultate in lętitia Iacob,i.ſupplantantibus vitia congaude-
te ex charitate,qa & angelis Dei gaudiũ eſt ſuper vno peccatore pœnitentiã agente. Iacob aũt ſup- Lucæ 15.
plantator interpretat̃.Et hinnite contra caput gentiũ,i. diabolum, eius machinationib⁹ inſultando,
oẽſq́; iniquos,ſecũdùm quod tales, paruipẽdẽdo.Hinc Iacobus monet:Reſiſtite diabolo,& fugiet à Iaco. 4.
vobis.Et Pſalmiſta:Deſpexit oculus meus inimicos meos,& inſurgentibus in me malignantibus au- Pſal. 91.
diet auris mea. Perſonate & dicite,ſaluum fac populũ tuum.itaq; quotidiè, immò indeſinẽter orare
debemus ꝓ cõmuni bono,& pro toto populo Chr̃iano,cõmuniterq́; pro viuis atq; defunctis.Bonũ
em̃ quanto cõmunius, tanto diuinius:& tales orationes p̃cipuè placent Deo. Eccè adducam eos de
terra aquilonis. Hoc efficit Deus, dum peccatores vitiorũ deformitate confuſos,ad vitã virtutibus
ornatã reducit.In fletu venient,qa per lachrymas contritionis ad Deum redim⁹. Et adducã eos per
torrentes aquarũ.hoc implet Saluator,qñ in aquis concupiſcentiarũ carnaliũ & fluctibus aduerſita-
tum,non ſinit nos ſubmergi ſeu vinci,ſicut p Iſaiã promittit:Cùm tranſieris p aquas, tecũ ero,& flu- Iſaiæ 43.
mina non operient te.Quia factus ſum Iſraeli pater,i. populo Chr̃iano Deũ mente fideli cernẽti. Et
Ephraim,i.q in bonis operibus inceſſabiliter proficit.[Primogenitus meus.] Hinc Chr̃s in Euange-
lio totiès vocat Deum patrem ſuum,& formã orandi p̃figens:Sic inquit,orabitis:Pater noſter qui es
in cælis.Tantã ergò Dei altiſſimi circa nos pauperrimos vermiculos charitatẽ ac pietatẽ non parui- Matth. 6.
pẽdamus,ſed grati eſſe conemur,& filialiter obedire,reuerenterq́; obſequi, penſantes quod ipſe ait
per Malach.Si pater ego ſum,vbì eſt honor meus? Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum, i. qui fide- Mal. 1.
les

les per vitia ab inuicèm diuidi iuſtè permiſit, eos per charitatem & gratiam miſericorditer adunabit.
Cùm ergò aliquos cernimus diſcordantes, de eorum reconciliatione nõ deſperemus. Vox in excel-
ſis audita eſt, &c. quemadmodùm Rachel deflêſſe narrat̃ filios ab Herode occiſos, ità Eccleſia plan-
git filios ſuos ab inuiſibilibus hoſtibus ſpiritaliter interfectos, eos videlicet qui vitam ducunt mun-
danã, & per latam ambulant viam. nec recipit conſolationem, quia huiuſmodi filij non ſunt, i. ſpiri-
tale atq; gratuitum ac meritorium eſſe totaliter amiſerunt. veruntñ ei & oñi piè lugẽti Dñs ait: Qui-
eſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, nè ſcilicet immoderato ſe mœrore conficiat aut ni-
Mat. 5. miùm ploret, quia & bonis operibus adhibendus eſt modus. Quia eſt merces operi tuo, i. magna re-
tributio, immò æterna conſolatio, tuo fletui ac labori reddetur. Beati em̃ qui taliter lugent, qm̃ ipſi
conſolabuntur. Itaq; conſideratio præmij, animare nos debet & conſolari in omni labore virtuoſo,
2. Par. 15. afflictione, planctuq́;, ſecundùm iſtud Paralip. Confortamini, & non diſſoluant̃ manus veſtræ. erit
1. Cor. 15. em̃ merces operi veſtro. Apoſtolus quoq; ad Corin. ait: Fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immo-
biles, abundantes in opere Dei ſemper, ſcientes ꝙ labor veſter non eſt inanis in Dño. ſed in præſen-
ti quoq; multiplex eſt fructus lachrymarum & orationum piarum. ideò ſubditur: Et reuertentur de
terra inimici, i. filij, quorum ruinam ſpiritalemq́; mortem ſeu impiam vitam deploras, per pœniten-
tiam redibunt ad Chr̃m, & ei per charitatem incorporabuntur, reuertentes de ſocietate miniſtrorũ
diaboli. hoc em̃ piè plangentes frequenter merentur, ꝙ ſ. eorũ meritis hi quos deflent, conuertunt̃:
quo facto, maximè conſolant̃, immò & interìm in ſpe humili recreant̃. Et reuertent̃ filij ad terminos
ſuos, i. ad fines Eccleſię, vt merito & numero ſint in ea. Audiẽs audiui Ephraim trãſmigrãtẽ. Ephraim
nomine deſignant̃, qui in actibus virtuoſis pręgnantes ſunt: qui tranſmigrant, qñ à bonis operibus
corruunt, & inuiſibilium hoſtiũ iugo per peccata ſubdunt̃. quorum tranſmigrationẽ Deus auribus
audit clementię, dum auxiliari diſponit. Caſtigâſti me, & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus:
qui ſ. concupiſcentias ſequit̃, & vanitatibus acquieſcit, ambulans abſq; iugo legis diuinæ. Hoc dica-
mus, dũ per increpationes, infirmitates, diſciplinas, & alias quaslibet diuinę pietatis paternas corre-
ptiones, ad ꝓprię peruerſitatis & defectuoſitatis conſideratioñe perducti fuerimus, & humiliati ac
Pſal. 117. emendati, gr̃as Deo referamus, cum Pſal. canentes: Caſtigãs caſtigauit me Dñs, & morti non tradidit
Pſal. 89. me. Et itẽ: Lætati ſumus pro diebus q̃bus nos humiliâſti, annis quibus vidimus mala. Multi aũt ſunt
Iſaiæ 26. duræ ceruicis, qui non emendant̃ vel p aſpera medicamenta, de quibꝰ Iſaias inducit: Dñe, in tribula-
tione murmuris doctrina tua eis. Conuerte me Dñe, & conuertar. à te em̃ eſt bonæ conuerſionis in-
Phil. 2. choatio, cõtinuatio & conſummatio, dicẽte Apoſtolo: Deus eſt qui operat̃ in vobis & velle & pfice-
re. Poſtq̃ em̃ conuertiſti me, egi pœnitentiã. itaq; nil penitùs gloriemur inaniter, ſed pro gr̃a conuer-
ſionis Dñm inuocemus: conuerſi quoq;, pro gr̃a perſeuerãtię iugiter exoremus. Et poſtq̃ oſtendiſti
mihi, i. nouiſſimorum meorum idoneã conſideratioñe mihi dediſti, videlicet mortis, diuini iudicij,
pœnarum inferni, gaudiorumq́; cæli, de quibus Eccĩ 7. ſcriptum eſt: Memorare nouiſſima tua, & in
æternum non peccabis. Percuſſi femur meum, carnem propriam cum vitijs & concupiſcentijs cru-
Eccl. 18. cifigendo, ſicut ſcriptura hortat̃: Poſt concupiſcentias tuas nõ eas, & à voluntate tua auertere. Si, pro
quia: Filius honorabilis mihi Ephraim, i. oĩs Chr̃i fidelis in ſanctis actibus fertilis, qui etiam eſt puer
Ioan. 12. delicatus, de quo ait Saluator: Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ pater meus. Peccatore aũt
nil vilius, & amante honoranteq́; Deum nil dignius. Idcircò cõturbata ſunt viſcera mea ſuper eum.
Acto. 9. Intm̃ Chr̃s electis ſuis tribulationem ferentibus condolet, vt dixerit: Saule Saule, quid me perſeque-
ris? Statue tibi ſpeculã, i. ſublimia ſcripturæ ſanctæ documenta ingredere, in quibus te ipſum & vẽ-
tura ſuper te ſpeculeris. Pone tibi amaritudines, Chr̃o pro te paſſo cõpatiendo, cunctiſq́; proximis
viuis ac mortuis in afflictionibus poſitis, p̃ſertim vanis & mente obcęcatis hoĩbus, condolendo. In-
ſupèr quandocunq; carnis concupiſcentia aut voluptas ſeu aliqua delectatio vana te pulſat, mox
amaritudines in anima tua pone, cogitando de pœnis inferni, diſtrictione diuini iudicij, acerbiſſima
paſſione Chriſti, & conſideratioñe tuam ab oñi carnali obiecto auerte. Dirige cor tuum in viã re-
ctam in qua ambulâſti. Hoc dicendum eſt his, qui à bono propoſito & cœpto ſalutis itinere corrue-
2. Pet. 2. runt, quibus melius erat viam iuſtitiæ ignorâſſe, q̃ agnitam reliquiſſe. contigit nanq; eis iuxta Petrũ
Prouer. 26. Apoſtolum iſtud veri Prouerbij: Canis reuerſus ad vomitum ſuum, & ſus lota in volutabro luti. Vſ-
quequò delicijs diſſolueris filia vaga? i. anima leuis, inanis, mundana, quæ cùm naturaliter ſis de in-
tellectualium ſubſtantiarum ſorte ac numero, ad æternam atq; cæleſtem beatitudinem ſortiendam
plaſmata, in carnalibus delectari ſuperfluè nõ deberes, ſed in ſpiritualibus & in Deo duntaxàt. Quo
demùm quis in exterioribus atq; carnalibus ampliùs delectatur, eo plùs à Deo diſiungitur, diſſolu-
Heb. 2. tus, vagus, inſtabiliſq́; effectus: propter quod ad Hebr. ait Apoſtolus: Abundantiùs oportet nos ob-
ſeruare ea quæ audiuimus, nè fortè pereffluamus. quomodò em̃ effugiemus, ſi tantam neglexerimus
ſalutem? Itaq; dum animam noſtram hincindè vagari, inaniterque lætari ſentimus, protinùs dica-
mus eidem: Vſquequò delicijs diſſolueris filia vaga? Qui autem in hoc ſeculo quærit deliciari, ne-
qua-

quaq̃ poterit in regno cæleſti lætari. Quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum. Hoc dicamꝰ, qñ per gr̃am ſpũſ-
ſancti à mentis nr̃æ torpore reſurgimꝰ, ſicut Apoſtolus monet: Surge q dormis. [Et vidi] ea q̃ perti- Ephe. 5.
nent ad ſalutẽ. Et ſomnus meus dulcis mihi. q em̃ tempore vigiliarũ in diuinis ſe occupat, fortiterq́;
laborat, in ſomno ſuauiter requieſcit, iuxta iſtud Eccẽs 5. Dulcis eſt ſomnus operãti, ſiue multùm, ſiue
parùm comedat. ſomni aũt dulcedinẽ, vinum immoderanter potatum, plurimùm impedit. Hęc dicit
Dñs qui dat ſolẽ, i. Chr̃m. in lumine diei, ad illuminationẽ iuſtorũ, iuxta illud Mal. 4. Oriet̃ vobis ti-
mentibus nomẽ meũ ſol iuſtitię. Ordinẽ lunę & ſtellarũ, i. virginẽ glorioſam & cæteros ſanctos, de
q̃bus Daniel ſcribit: Fulgebũt quaſi ſtellæ in ꝑpetuas æternitates, in lumine noctis, i. ad illuminatio- Dan. 12.
nẽ peccatorum, q per ſanctorũ preces & merita, gr̃am illuſtrantẽ conquirunt, propter quod in Iob
conſulit̃: Ad aliquem ſanctorũ conuertere. Qui turbat mare, i. p̃ſens ſeculum vitiorum iniquitudine Iob 5.
plenum, cuius carnalem pacẽ Deus per aduerſa conturbat, vt per talia ad veram redeat pacem.

¶ *Elucidatio cap. 32. Verbum quod factum eſt ad Ieremiã à Domino.* *Articulus* 50.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Dño in anno decimo Sedechię regis Iuda,] qui vnde-
cim annis regnauit. [ipſe eſt annus octauusdecimus Nabuchodonoſor,] qui quarto anno Io- Dan. 1.
acim regis Iuda cœpit regnare, ſecundùm Hieronymum. tñ in Daniele habetur, ꝙ tertio anno Io- 4. Reg. 24.
acim, Nabuchodonoſor venit contra eum. Ioacim autem vndecim annis regnauit, quem Nabucho-
donoſor rex octauo ſui imperij anno cepit, & Sedechiã ſubſtituit: ſicq́; decimus annus regni Sede-
chiæ, fuit XVIII. annus Nabuchodonoſor regis. [Tunc exercitus regis Babylonis] videlicet præfati
Nabuchodonoſor, [obſidebat Hieruſalem.] ſiquidem nono anno Sedechiæ, cœperunt Chaldæi
obſidere Hieruſalẽ, vt infrà dicetur. [Et Ieremias propheta erat clauſus in atrio carceris, qui erat in
domo regis Iuda:] ſ. intra palatium. [Clauſerat enim eum Sedechias rex Iudæ, dicens: Quarè vatici-
naris, dicens: Hæc dicit Dñs: Eccè ego dabo ciuitatẽ iſtam in manu regis Babylonis, & in Babylonẽ
ducet Sedechiam: & ibì erit donec viſitem eum, ait Dñs.] i. donec moriatur ibidèm. Mors quippe eſt
extrema Dei viſitatio ſuper hominem in hac vita. [Si aũt dimicaueritis] vos Iudæi & rex veſter [ad-
uerſùs Chaldæos, nihil proſperum habebitis.] immò malè vobis ſuccedet, atq; vincemini. [Et dixit
Ieremias] exiſtentibus ſecum in atrio carceris: [Factum eſt verbum Dñi ad me, dicens: Eccè *Hana- *Hanameel
meel filius Sellũ patruelis tuus] i. patrui tui filius. Sellum em̃ pater huius Hanameel, fuit frater Hel- Iere. 31.
chiæ patris Ieremiæ. Iſte Hanameel aliter ſcribitur in Hebræo, ſecundùm Hieronymum, q̃ Hana-
meel pręcedẽti capitulo, quo dictum eſt: Aedificabitur ciuitas à turre Hanameel. vndè nec pro eodẽ
ſumuntur. [Veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum qui eſt in Anathoth.] i. in ſuburbanis eius.
ſacerdotibus em̃ data erant ſuburbana pro alendis pecoribus. Iſtud dixit Hanameel ex inſpiratione
diuina, vt nõ verbis tantùm, ſed facto quoq; deſignaretur reditus Iudæorum à Babylonica captiui-
tate in propria. [Tibi enim competit ex propinquitate vt emas:] ſecundùm legem enim non licuit
poſſeſſionem tranſire de tribu in tribum, & de familia vna ad aliam: potiſſimè verò ſuburbana ſacer-
dotum nulli alij poterant venundari, niſi cui ex cõſanguinitate emere competebat. [Et venit ad me
Hanameel ad veſtibulum carceris, & ait ad me: Poſſide] emẽdo [agrum meum qui eſt in Anathoth
in terra Beniamin:] quia Anathoth fuit ad ſortem Beniamin pertinens. [Quia tibi competit hæredi-
tas, & tu propinquior es, vt emas. Intellexit autem ꝙ verbum Dei eſſet] ſermo mihi propoſitus à ne-
pote de ſui agri emptione, ꝙ ſ. propter myſticã rationẽ Deus illum ad iſta inſtigaret. [Et emi agrum,
& appendi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos.] ſtater, medietas vnciæ dicitur. [Et ſcri-
pſi in libro.] i. in litera huius contractûs. [& ſignaui] literã iſtam ſigillo aut ſimili ſigno. [& adhibui
teſtes,] vt fieri ſolet in confectionibus inſtrumẽtorum. [& appendi argentum in ſtatera.] i. pecuniã
ſeu precium emptionis, iuſti ponderis eſſe ꝓbaui. [Et accepi librum poſſeſſionis ſignatum] i. char-
tam emptionis huius, per quam poſſidendi ius obtineretur, nè quis contradicere poſſit contractui.
[& ſtipulationes,] videlicet interrogationes ac reſponſiones ementis atq; vendentis. [& rata] i. ver-
ba continentia vtriuſq; cõſenſum. [& ſigna forinſecùs] ſ. applicata: vel literam apertam ſimilẽ clau-
ſæ, vt infrà ſtatìm patebit. quo patet ꝙ in teſtamentis & contractibus oñia iura ſeruanda ſint, ordi-
nateq́; ꝓcedẽdum. [Et dedi librum poſſeſſionis Baruch filio Neriæ, filij Maaſiæ, in oculis Hanameel
& teſtium, qui ſcripti erant in libro emptionis] i. in præfata charta contractûs. [in oculis Iudæorum
omnium qui ſedebant in atrio carceris.] qui ſcilicet ad Ieremiam venerunt, vel vt verbum Dei au-
dirent, vel vt clauſum viſitarent. [Et pręcepi Baruch coram eis, dicens: Sume libros iſtos,] videlicet
[librum emptionis hunc ſignatũ, & librum hunc qui apertus eſt,] i. chartas p̃dictas, quarum vna fuit
aperta, de qua dictũ eſt, Et ſigna forinſecùs. [& pone eos in vaſe fictili, vt ꝑmanere poſſint diebꝰ mul-
tis:] ſecundùm quod tales literæ conſueuerunt diligentiſſimè cuſtodiri. Conſequẽter ponit̃ ſigna-
tum huius typici facti. [Hæc enim dicit Dñs: Adhuc poſſidebuntur domus & agri & vineæ in terra
iſta.] ſ. poſt reditum captiuorum à Babylone. [Et oraui ad Dñm, poſtq̃ tradidi librum poſſeſſionis
Baruch, dicens: Heu, heu, heu Dñe Deus.] Cur ter dicat, Heu, dictum eſt ſæpè. Eccè tu feciſti cęlum

& terram in fortitudine tua magna,] videlicet infinita, quia creare eſt actus infinitæ potentiæ. [& in
brachio tuo extento.] i. in poteſtate tua ad actum ſe protendente, nõ ſecundùm totum ſuum poſſe,
ſed ſecundùm ordinem ſapientiæ ſuæ. verba iſta ſuperiùs diligentiùs expoſita recolo. [Non erit tibi
difficile omne verbum.] i. nullum verbũ tibi difficile eſt, quin poſſis illud implere: quod facere, po-
Luc. 1. teſtatis eſt & perfectionis. ſimile eſt quod in Euangelio angelus loquitur: Quia non erit impoſſibile
apud Deum omñe verbum. Cùm em̃ ſit infinitæ potentiæ, non poteſt in tot & tanta, quin poſſit in in-
Sap. 12. finitum plura atq; maiora. Hinc à Sapiente ſcriptum eſt: Supereſt tibi, cùm volueris, poſſe. [Qui facis
miſericordiã in millibus.] quo patet magnitudo diuinæ clementiæ. [& reddis iniquitatem patrũ in
ſinum filiorum poſt eos,] p̃ſertim ſi filij parentum peccata ſequanť: interdùm aũt filij propter paré-
tum peccata tẽporali pœna, etiam ſi non fuerint ea ſequuti, puniunť, inquantùm ſunt aliquid paren-
tum ſuorum ſecundùm corpus quod habent. quõ autẽ iſtud intelligendum ſit, diffuſiùs dictum eſt
Exo. 34. ſuprà. Deniq; his verbis conſonat quod in Exodo loquiť Moſes: Dñator dñe, miſericors & clemẽs,
qui cuſtodis miſericordiã in millia, qui reddis iniquitatẽ patrum filijs ac nepotibº in tertiã & quartã
generationẽ. Cùm verò diciť Deus miſericordiam facere in millibus, poniť numerus determinatus
pro indeterminato, ad innuendum ꝙ pronior ſit Deus ad miſerendum, q̃ vindicandum, iuxta illud:
Pſal. 144. Miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. Iacobus quoq;: Superexaltat autẽ miſericordia iudiciũ. [For-
Iaco. 1. tiſſime,] immò cunctis & ſingulis in infinitum fortior. [Magne,] non mole, ſed maieſtate, & in omñi
nobilitate immenſe. [Potens:] cui idem eſt eſſe & poſſe. [Dñs exercituũ nomẽ tibi eſt.] qm̃ tu ſolus
ſupernis angelicisq́; agminibus dñaris. [magnus conſilio,] i. ſapientię profunditate. quõ autẽ conſi-
lium Deo conueniat, dictũ eſt ſuprà. [& incomp̃henſibilis cogitatu.] Deus em̃ in infinitum oĩs cre-
atæ mentis capacitatem excedit, neq; ab aliquo, niſi ſeipſo, propriè cõprẹhendi cenſetur, cùm ſit p-
fectionaliter infinitus, & tm̃ habeat de cognoſcibilitate, quantũ de actualitate. Eſt aũt purus & incir-
Iob 36. cunſcriptibilis actus, de quo ſcriptũ eſt in Iob: Eccè Deus magnus vincens ſcientiã noſtram. Et de-
Ibidem nuò: Eccè Deus excelſus in fortitudine ſua, qs poterit ſcrutari vias eius? [Cuius oculi aperti ſunt ſup
oẽs vias filiorũ Adã,] i. cuius mens & ſapientia æternaliter contẽplantur oĩm hoĩm actus, cogitatus,
affectus, verba & opera, iuxta illud Eccĩ 23. Oculi dñi multo plùs lucidiores ſunt ſole, circunſpicien-
tes oẽs vias hoĩm. [vt reddas vnicuiq; iuxta vias ſuas, & ſecundùm fructum adinuentionum ſuarũ] i.
ſecundùm conuerſationis ſuæ merita ſiue demerita, & ſecundùm vtilitatẽ vel inutilitatem excogi-
Iob. 34. tationum ſuarũ. Hinc ſcriptum eſt in Iob: Abſit à Deo impietas, & ab oĩpotente iniquitas. Opus em̃
hoĩs reddet ei, & iuxta vias ſingulorũ reſtituet. Ex quo conſtat, ꝙ prouidentiã Dei negantes, ſapiẽ-
tiæ atq; iuſtitiæ eius derogant vehementer. [Qui poſuiſti ſigna & portẽta] i. mirabilia magna p Mo-
ſen ppetrâſti [in terra Aegypti,] ſ. decem plagas qbus percuſſiſti Aegyptios. [vſq; ad diẽ hanc,] i. ab
illo tẽpore vſq; in p̃ſens, cunctis temporibus continuâſti, & reiterâſti mirabilia tua per Ioſue, Heliã,
Heliſeum, ac cæteros ſanctos. [in Iſrael & in hoĩbus] i. tam in Iſraelitico populo, q̃ in cæteris genti-
bus: ſicut em̃ Aegyptios, ità & Amorrhæos & Philiſtæos ac cæteros populi Iſrael aduerſarios, Deus
tempore veteris teſtamenti mirabiliter ſæpè pcuſſit atq; plagauit. [& feciſti tibi nomen, ſicut eſt dies
hæc.] i. per operũ tuorum inſignia ſublimem tibi ſamã feciſti, ità ꝙ tuę maieſtatis eminentia hoĩbus
innotuit, ſicut in præſenti tempore innoteſcit & conſtat. [& eduxiſti populum tuum Iſrael de terra
Aegypti in ſignis & in portentis & in terrore magno,] i. per horribiles Aegyptiorum plagas, qbus &
ipſi Aegyptij terrebantur, p̃ſertim primogenitis eorum occiſis, & cùm in mari rubro ſubmergerẽ-
tur. [& dediſti eis] ſ. populo Iſrael. [terram hanc fluentem melle & lacte] i. vberrimã. [quam iurâſti,
per teipſum te eis daturum. Et ingreſſi ſunt, & poſſederunt eam, & non obedíerunt voci tuæ, & in le
ge tua non ambulauerunt, & euenerunt eis oĩa mala hæc.] loquiť autem de toto populo Iſrael Iere-
mias quaſi de vno aliquo atq; eiſdẽ: ſed diuerſa ad diuerſos ſunt referẽda, ſeu quædã ad quoſdã, nõ
oĩa ad ſingulos. Nempe qui terram Iſrael cum Ioſue ingrediebanť, Deo efficaciter obedîerunt, nec
Iudic. 1. eis euenerunt oĩa mala hæc: ſed eorum filij iniqui fuerunt, quemadmodùm in lib. Iudic. & Regũ cõ-
2. & 10. ſcriptum eſt. Et hic modus loquendi frequens eſt in ſcripturis, quod quidã non attendentes, putãt
4. Reg. 18. ſe viciſsìm aliorum expoſitiones idoneè reprobare, & ſe meliùs dicere, cùm ità non ſit. [Eccè muni-
tiones extructæ ſunt] i. iam Chaldæi in gyro fecerunt machinas. [aduerſùm ciuitatem Hieruſalem,
Ezech. 4. vt capiatur.] de quibus inſtrumentis præliandi, in Ezechiele pleniùs diſtinctiuſq́; habetur. [Et vrbs
data eſt in manu Chaldæorum] i. deproximò danda, vel data ſecundùm ſapientiæ tuæ præordinati-
onem. Eſt autem modus loquendi, vt aliquid factum dicamus, cùm iam inproximò eſt vt fiat. [à fa-
cie] i. ex p̃ſentia [gladij] Chaldæorum [& famis & peſtilentiæ] in ciuitate iſta regnantis. [Et q̃cunq;
loquutus es] de punitione ciuitatis huius, [acciderunt,] quia iam partìm euenerunt, & cætera mox
erant complenda. [Et tu dicis mihi Domine Deus, eme agrum?] quaſi dicat: hoc prima facie mirabi-
liter ſonat, ad quod clementiſſimus Deus reſpondet: [Eccè ego dñs Deus vniuerſæ carnis,] i. oĩm
gentium, iuxta illud Pſal. 64. Ad te omnis caro veniet: atque Iſaiæ 40. Videbit omnis caro Salutare
Dei

Dei noſtri, Vel ſecundùm Hieronymũ, ideò ait, Vniuerſæ carnis, vt innuat irrationabilia quoq; di-
uinæ p̃uidentię ſubiacere. [Nunquìd mihi difficile erit omñe verbum?] nõ vtiq;, immò oĩa ſunt Deo
æquè facilia, quantùm eſt ex parte omñipotentiæ eius, cui nil valet reſiſtere, & cui cõpetit in inſtanti
ad libitum agere. [propter eà] ſ. quia ego dñs Deus vniuerſæ carnis, ad cuius prouidentiam pertinet,
cunctis quod merenť rependere. [Eccè ego tradam ciuitatem iſtam in manus Chaldęorum, & ſuccẽ-
dent eam, & domus in quarum domatibus] i. tectis ſuperiùs planis, ſeu reliquis locis, idololatrię ex-
ercitio deputatis, [ſacrificabant Baal. Erant em̃ filij Iſrael & filij Iuda] i. decem & duæ tribus [iugiter
facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua.] vel ab adoleſcentia vniuſcuiuſq; eorum impiè
agentis, vel ab adoleſcentia totius populi, i. à tẽpore incolatûs eorum in Aegypto, egreſſionísve in-
dè: non ꝙ oẽs ſimpliciter & quolibet tempore praui extiterint, ſed quia pro maiori parte, & vt fre-
quentiùs, ità fuit. [Filij Iſrael qui vſq; nunc exacerbant me.] i. ad infligẽdum pœnas acerbas ſuis fla-
gitijs me naturaliter pium ac dulcem inducunt, ità ꝙ inſtàr exacerbati me habeo. [Quia in furore & Ioſep. lib.
in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc] i. iram & punitionem meam habitatores eius prome- 7. bell. iu-
ruerunt, ſecundùm ſenſum p̃tactum. [à die qua ædificauerunt eam] ſtructores eius, quod fuit tem- daic ca. 18.
pore Melchiſedech, qui vrbem iſtam ædificauit, vel Salomonis, qui eam auxit, & triplici muro valla- 3. Reg. 9.
uit. [vſq; ad diem iſtam, qua auferť de conſpectu meo.] i. me cernente per Chaldæos deſtruiť. [pro- & 10.
pter malitiã filiorũ Iſrael &c. Et verterunt ad me terga, & nõ facies,] i. rebelles fuerunt, & verba Dei
audire aſpernabãtur. [cùm docerem eos diluculo,] i. manè & tempeſtiuè atq; celeriter per prophe-
tas & per angelicas inſpirationes. [vt acciperẽt diſciplinam.] i. paternam inſtructionem, vel punitio-
nes & correctiones ſibi à me illatas, patienter ferrent p ſuis exceſſibus, ſeq́; corrigerent. [Et poſue-
runt idola ſua in domo, in qua inuocatũ eſt nomen meum,] putà in templo Hieruſalẽ, vt dictum eſt
ſæpè. [Et ædificauerunt excelſa Baal, q̃ ſunt in valle filij Ennon &c.] iſtud ſuprà habitum atq; expo-
ſitum eſt. Inſupèr poſt triſtium pronunciationem, nunc proſpera promittunť, quia nõ continet dñs Pſal. 76.
in ira ſuã miſericordias ſuas, & lætior atq; acceptior eſt ſoſpitas ægritudine pulſa. ſiquidem oppoſita
iuxta ſe poſita, meliùs dijudicanť. [Et nunc propter iſta] q̃ dicta ſunt de punitione peccantium, vel
potiùs de agri emptione. hîc em̃ ponitur ipſa Dei reſponſio ad verba Ieremiæ: [Hæc dicit dñs ad ci-
uitatem iſtam, de qua vos dicitis, ꝙ tradatur in manus regis Babylonis: Eccè ego congregabo eos]
videlicet ciuitatis iſtius & cæterarum vrbium Iudæę habitatores quoſdam [de vniuerſis terris, ad
quas eieci eos] vel nunc eijciam [in furore meo.] i. rigore iuſtitiæ. [Et reducam eos ad locum iſtum,
& habitare eos faciam confidenter.] quod aliqui dicunt tempore Eſdræ impletum, veruntñ Hiero- 1. Eſdr. 3.
nymus contradicit: quia pro tunc in timore magno ſæpè fuerunt, ſicut in lib. Eſdræ habetur: & etiã 4. & 6.
poſteà ſępè, vt patet in lib. Machabęorum & Iudith. Fuit tñ aliquo modo impletum, & etiam poſteà 1. Ma. 2.
interdùm cum ſecuritate in Iudęa habitauerunt. pleniùs aũt impletum eſt tẽpore Chriſti in apoſto- & 6.
lis cæteriſq; credentibus, ſicut frequenter expoſitum eſt, quibus & ſequẽtia magìs conueniunt. [Et Iudit. 4.
erunt mihi in populum, & ero eis in Deũ, & dabo eis cor vnum.] i. voluntatis concordiã in cultu di- 5. & 6.
uino, ſicut Apoſtolus admonet: Idipſum dicatis oẽs, & nõ ſint in vobis ſchiſmata. Et rurſus: Vno ore 1. Cor. 1.
& corde honorificetis Deum. Et aĩam vnam, per charitatẽ Dei ac Chriſti, quemadmodùm Acto. 4. Rom. 15.
legitur: Multitudinis credentiũ erat cor vnum & aĩa vna. Vndè & Chriſtus orauit: Pater ſancte, ſerua
eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos. Hoc eſt quod docet Apoſtolus: So- Ioan. 17.
liciti ſeruare vnitatem ſp̃us in vinculo pacis. [vt timeant me] filiali timore, de quo cantamus Pſal. 33. Ephe. 4.
Timete dñm oẽs ſancti eius, qm̃ non eſt inopia timentibus eum. [vniuerſis diebus, & benè ſit eis] i.
ſalubriter viuant, atq; in ſpiritalibus donis proficiant. [& filijs eorum] ſpiritalibus, putà diſcipulis &
imitatoribus, ſiue carnalibus. [poſt eos. Et feriam eis pactum ſempiternum:] quod de euangelica le-
ge præſertim accipiť, cui alia non ſuccedet. [& non deſinam eis benefacere.] quod in Iudæis à Ba-
bylone reuerſis, non ſatìs impletum videtur, niſi forſitan in quibuſdam & pro aliquo tempore: ſed
in conuerſis ad Chr̃m, copioſè impletum eſt. [& timorem meum] filialem, caſtum, & reuerentialẽ, Eccĩ 1.
[dabo in corde eorum, vt non recedant à me:] de quo timore ait ſcriptura: Qui timet Deum, nihil & 25.
negligit. Et iterùm: Nihil dulcius q̃ timere Deum. Itemq́; Pſal. 18. Timor dñi ſanctus, permanens in
ſeculum ſeculi. quod etiã de timore illo, qui eſt vnum ſeptẽ donorũ, intelligi poteſt: vel de illo, qui
eſt actus quidã ſiue effectus diuini amoris, & eum includit. [Et lætabor ſuper eis, cùm benè eis fece-
ro:] non ꝙ delectatio diuinæ mentis ex creato oriatur dependátve obiecto: ſed in ſeipſo Deus læ-
tatur de proſpero electorum ſuorum ſucceſſu, inquantùm ipſe eſt cauſa oĩs boni in eis, & connatu-
rale eſt ſibi, potiùs beneficia impartiri q̃ vindicare. propter quod ſcriptum eſt Pſal. 103. Lætabiť dñs
in operibus ſuis. Et Pſal. 149. Beneplacitum eſt dño in populo ſuo. In libro quoq; Eſdrę ſeu Nehe- 2. Eſd. 8.
mię: Gaudium Domini eſt fortitudo veſtra. Hinc ſcribit Apoſtolus: Voluntas Dei eſt ſanctificatio 1. Theſ. 4.
veſtra. Sed & ipſemet Deus glorioſus & adorandus teſtatur: Deliciæ meę, eſſe cum filijs hominum. Prou. 8.
[Et plantabo eos in terra iſta in veritate.] i. ſicut promiſi, vel in fidei veritate. vndè Septuaginta trãſ-
nn 2 tu-

tulerunt,In fide: quod in Chriſti aduentu in electis reliquijs Iudæorum conſtat impletum. [in toto corde meo & in tota anima mea] i.pleno animo ac integra mente. quõ autem Deo conueniat animã habere, dictum eſt ſæpè. Hæc tanta promiſſio videtur excedere tempus & beneficia poſt reditum à Babylone, niſi ad Chriſti tẽpus referatũ, qñ electis Iudæis data ſunt beneficia ampliora, q̃ anteà vnq̃: partim tñ pro tunc fuit impletum. propter quod ſubditur: [Quia hæc dicit dñs: Sicut induxi ſup populum iſtum omne malum hoc grãde,] videlicet obſidionem, famem, gladium, peſtem, captiuitatẽ: [ſic adducam ſuper eos omne bonum, quod ego loquor ad eos.] i. quod me eis daturum prænuncio. Et poſſidebuntur agri in terra iſta] Iudæę, [de qua vos dicitis ꝙ deſerta ſit, eô ꝙ non remanſerit in ea homo & iumentum.] Iam quippe tempore vaticinij huius Iudæa pro magna fuit parte vaſtata, & cõparatiuè quaſi nulli relicti: & hi mox pro maiori parte erant vaſtandi.] Agri pecunia emẽtur, & ſcribentur in libro,] i.in chartis ſeu literis contractuum. [& imprimetur ſignum,] putà ſigillum chartis. [& teſtis adhibebitur] i.teſtes aderunt emptionibus iſtis agrorum. [in terra Beniamin & in circuitu Hieruſalem.] nũc enim eſt ſermo de duarum tribuum, ſ.Iudæ ac Beniamin, terra. ſubditur nanq;: [Et in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis,] i. in mõtibus ſitis. [& in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad auſtrum ſunt,] i. vrbibus meridianis. [quia conuertam] i. ad terram iſtam reducam [captiuitatem eorum, ait Dominus.] ¶ Porrò ſpiritaliter agri in terra Iuda

Luc.16. emuntur pecunia, quandò de mammona iniquitatis, facimus nobis amicos qui recipiãt nos in ęterna tabernacula. Et ſcribuntur emẽtes in libro viuentium, ſignãturq; crucis ſignaculo, & teſtes adhibentur omnes chori beatorum: tunc etiam captiuitatem noſtrã Deus conuertit, ad paradiſum cęle-

Pſal.67. ſtem nos conuertendo, de qua ait Pſalmiſta: Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem. Hucuſq; habui expoſitionem S.Hieronymi, nec ipſe vltrà expoſuit.

¶ *Expoſitio cap.33. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam &c.* *Articulus* 51.

CApitulo iam tractando ꝓnunciatur figura, videlicet reditus Iudæorum à Babylonica captiuitate: deindè figuratum, ſ. redemptio vera ac plena Iudæorum, oĩmq; credentium, per Chr̃m. [Et factum eſt verbum Dñi ad Ieremiã ſecundò,] nõ abſolutè ſecũdò, quia iam ſæpè factus fuit ſermo Dei ad eum, ſed ſecundò [cùm adhuc clauſus eſſet in atrio carceris] pro cauſa ꝓcedenti capitulo poſita. [Hæc dicit Dñs, qui facturus eſt & formaturus iſtud & paraturus.] i.qui verbum mihi reuelatum implebit, ſeu rem verbis ſignificatam faciet & formabit. quæ autem ſit iſta res, ſtatìm ſubditur: [Dñs nomen eius:] qm̃ ipſe ſolus oĩbus propria authoritate dñatur ac præſidet, de quo ſcriptũ eſt

Iob 34. in Iob: Quem conſtituit alium ſuper terrã? aut quem poſuit ſuper orbem, quẽ fabricatus eſt? ad quẽ videlicet oẽs alij dñatores & Dñi comparantur, ſicut inſtrumenta & ſerui ad primum opificẽ ſummumq; principem, de quo Ariſtoteles 12. Philoſophiæ diſſeruit: Entia nolunt malè diſponi, pluralitas principum mala, vnus igitur princeps. qui in Iſaia teſtatur: Ego Dñs, & non eſt alius. Et rurſus per

Iſaiæ 45. & 42. Pſal. 82. Iſaiam: Ego Dñs, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri nõ dabo. de qua ait Pſalmiſta: Cognoſcant quia nomẽ tibi Dñs. Deindè ponũtur verba Dei ad Ieremiam: [Clama ad me,] i.affectuoſè me inuoca, vt in corde potiùs q̃ in voce ſit clamor: & hic clamor, eſt feruidus amor, ſeu ignita ad Deum affectio. [Et annunciabo tibi grandia & firma,] i.magnifica atq; ſtabilia opera Dei, [q̃ neſcis.] Prophetæ em̃ paulatìm, diuinis illuminationibus in eis creſcentibus, profecerunt. Porrò grandia & firma iſta, ſunt quæ infrà in iſto capitulo deſcribuntur, videlicet myſteria Saluatoris, incarnatio, ſaluatio, dñatio eius: quę licèt iam antè fuerint Ieremiæ aliqualiter reuelata, non tamẽ eatenùs plenè atq; diſtinctè, vt nunc: nec etiam aliquis viatorum valet myſteria iſta compræhendere plenè ac clarè. Et quia reductio Iudæorum à Babylonica captiuitate, fuit figura ſaluationis tunc fiendæ, nunc factæ per Chriſtum: primò breuiter tãgitur figuratiua illa ſaluatio, deindè vera per Chriſtum redemptio. [Quia hæc dicit Dñs ad domus vrbis huius, & ad domus regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt,] i. iam protinùs deſtruentur, & iam partìm deſtructæ fuerunt. [& ad munitiones] i.ad ea quibus habitatores Hieruſalem muniẽrunt ſe contra Chaldæos, prouidendo ſibi de victualibus ac defenſamentis, [& ad gladium venientium, vt dimicent cum Chaldæis,] i.ad auxilitatores Chaldæorum, qui quotidiè accurrerunt ad auxiliandum exercitui obſidenti Hieruſalem. [vt impleant eas] ſ.domus Hieruſalem [cadaueribus hominum] i.Iudæorum iam occidendorũ. [quos percuſſi] id eſt, iam per Chaldæos percutiam [in furore meo,] id eſt, iuſto rigore. Chaldæi nanq; erant quaſi inſtrumenta & executores diuinæ iuſtitiæ in Iudęos: nec hoc faciẽdo peccâſſent, ſi recta fuiſſet eorum intentio. [abſcondens faciem meam à ciuitate hac.] i.ab habitatoribus Hieruſalem gratiam protectionis ſeu pietatis adſpectum ſubtrahens iuſto iudicio propter omnem malitiam eorum. [Eccè ego obducã eis cicatricem & ſanitatem, & curabo eos:] i.populum iſtum de ſuis afflictionibus eruam, de ſuis peccatis purgabo, & ciuitatem ac domus deſtructas recuperabo: quod poſt reditum à Babylonia, cœpit impleri: ſed per Chriſti incarnationem ac paſſionem, perfecta à læſione peccati ſanitas eſt effecta. Quæ autem ſequuntur in iſto capitulo, non ſolùm à Catholicis, ſed ab Hebræis quoq; doctoribus,

ſal-

ſaltem aliquibus, pro tempore Chriſti exponuntur: ſed quæ nos verè ac ſpiritaliter facta cognoſcimus, illi in Meſſiæ aduentu implenda inaniter pręſtolantur. [Et reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis,] i.pacem internam & veritatem, pro qua ipſi & patres eorum deprecati ſunt me, eis oſtẽdam ſeu exhibebo. vndè in Ioanne habetur: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et vt do- Ioan.1.

cet Apoſtolus, Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum. Hinc angeli ipſo nato, mox cecinerũt: Ephe.2. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Chriſtus quippe prophetarum impleuit & verificauit oracula, & inter Deum humanumque genus edidit pacem, iuxta illud ad Epheſios: Soluens inimicitias Lucæ 2.

in carne ſua, vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciẽs pacem, vt reconciliet in Ephe.2.

vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo: & veniens, euangelizauit pacem his qui longè, & pacem his qui propè: qm̃ per ipſum habemus acceſſum in vno ſpiritu ad patrẽ. [Et conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionem Hieruſalem] i.electos Iudæorum atq; Hieruſalẽ reliquias à captiuitate peccati & iugo diaboli eruam, de quibꝰ loquitur Iſaias: Niſi Dominus ſabaoth Iſaiæ 1.

reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma eſſemus. Et per Iudam ac Hieruſalem, omnis Deo confitẽs, & ipſa Eccleſia militans, intelliguntur etiam ad literam, ſicut frequenter iam patuit, præſertim 30. ac 31. capitulis. Et ædificabo eos in donis gratiæ atq; virtutum, in ſacramentis, documentis ac moribus. [ſicut à principio] ſ.tempore Moſis, quandò de Aegypto educti ſunt, ac diuina lege inſtructi: & quẽadmodùm tunc ædificatio ſeu inſtructio Dei fuit per diuerſa miracula roborata, ità & Chriſtus per innumerabilia miracula ædificauit ac roborauit Eccleſiam, ſicut euangelia pandunt. Vndè ſcriptum eſt ad Hebr.2. Quomodò effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis & potentis & virtutibus, ac varijs ſpiritusſancti diſtributionibus? [& emundabo illos ab omni iniquitate ſua, in qua peccauerunt mihi, & propicius ero cunctis iniquitatibus eorum.] Hoc nullus fecit niſi Saluator, qui precio ſanguinis ſui genus humanum perfectè redemit, quantùm in ipſo eſt, ſeu ſufficienter. Quòd autem aliqui fructum ſuæ paſſionis non ſortiuntur, ex eorum contingit defectu. Hinc de Chriſto ſcriptum eſt Apo.1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. De quo Iſa.53. legitur: Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrûm. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Sicq; Deus pater, vel Trinitas ſuperbenedicta, per Chriſtum hominem à peccatis ſuis humanum genus redemit. propter quod ait de Chriſto Zacharias: Eccè ego adduco ſeruum meum orientem. [& auferam iniquitatem terræ Zach.3.

illius in die vna:] videlicet in die paraſceues, qua paſſus eſt Chriſtus. De qua emundatione peccati in veritate facta per Chriſtum, clariſſimè ſcriptum eſt Daniel.9. loquente angelo ad prophetam: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt cõſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. [& erunt mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audiẽrint oĩa bona, quæ facturus ſum eis.] Iſtud poſt primum Chriſti aduentum verè & copioſè impletum eſt. In toto etem̃ orbe terrarum gentiles ad Deum conuerſi, audientes q̃ ineffabilia gratiæ beneficia contulit Chriſtus primitiuæ Eccleſiæ, ex electiſſimis illis Iudæis collectæ, Chriſtum multipliciter nominauerunt, laudauerunt, & glorificauerunt cum gaudio. Propter quod ab Iſaia prædictum eſt: A finibus terræ Iſaiæ 24.

audiuimus laudes, gloriam iuſti. Deus autem in ſuis electis ac famulis honoratur, ſecundùm quod Pſal.150.

Iſaię 43. dicit: Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. Et Pſalmiſta: Laudate, inquit, Dominum in ſanctis eius. [& pauebunt, & turbabuntur] i.vehementer admirabuntur & obſtupeſcent. [in vniuerſis bonis, & in omni pace quam ego faciam eis] i.ex conſideratione atq; intuitu beneficiorum quæ eis pręſtabo. In miraculis quoq;, quæ Chriſti diſcipuli peregerunt, plurimi obſtupuerunt. Hoc eſt quod Pſalmiſta prædixit: Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: Pſal. 45.

dedit vocem ſuam, mota eſt terra. Pauor itaq; iſte, ex conſideratione magnalium Dei proceſſit. Vndè in euangelio ſcribitur, quòd turbæ videntes miracula Chriſti, timuerunt. Turbatio quoq; hæc, Matth.9.

non fuit vitioſa, ſed ex commotione ingenti. Non enim omnis turbatio, mala eſt, præſertim cùm de Chriſto ſcriptum ſit Ioan.XI. Turbauit ſeipſum. Et alibì: Turbatus eſt ſpiritu. Prętereà certum eſt, Ioan.13.

prędicta poſt reditum à Babylone, ante Chriſti aduentum non eſſe impleta, nec Iudęi tunc erant in tanta magnificentia, pace & gloria. [Hęc dicit Dominus: Adhuc audietur in loco iſto,] ſcilicet in Hieruſalem & in Iudęa, [quem vos dicitis eſſe deſertum,] id eſt, à Chaldęis vaſtatum, [eô quòd non ſit homo, nec iumentum in ciuitatibus Iuda, & foris Hieruſalem, quę deſolatę ſunt abſque homine, & abſque habitatore, & abſque pecore,] id eſt, hominibus eas habitare ſolitis, pecoribusque priuatę. Dicitque Dominus hæc eſſe facta, quoniam ſtatìm erant fienda. Nam quandò hęc dixit, obſeſſa fuit Hieruſalem. [vox gaudij & vox lętitię, vox ſponſi & vox ſponſę, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in ęternum miſericordia eius.] Totum illud in primo aduentu Chriſti exuberanter impletum eſt, cœpitque impleri, dum angelus paſto-

Luc.2. ribus loquebatur:Eccè euangelizo vobis gaudium magnum. *deindè in parentibus præcurſoris, &
Luc.1.2. iuſto Simeone,ſanctaq; Anna propheteſſa.Lucas quoq; teſtatur,quòd populus Iudæorum gaudebat
13.18. in omnibus,quæ glorioſè fiebant à Chriſto.Et rurſum:Om̃is plebs vt vidit,dedit gloriam Deo.Po-
Acto.1. tiſſimè autem impletum fuit, miſſo deſupèr ſpiritusſancto, quandò primitiua Eccleſia diuinis lau-
& 2. dibus die & nocte vacabat, ſicut in Actibus legitur. Porrò per ſponſum intelligi poteſt Chriſtus,
Pſal.18. de quo ait Pſal.Ipſe tanquàm ſponſus procedens de thalamo ſuo.Cuius vox in templo & in Hieru-
Ioan.7. ſalem ac Iudæa audiebatur,quãdò ibidèm perſonaliter prædicauit.Per ſponſam verò, Eccleſia.Vn-
dè de Chriſto & Eccleſia loquens præcurſor,ait Ioannis 3. Qui habet ſponſam,ſponſus eſt.Qui & in
Pſal.21.fatetur:Narrabo nomen tuum fratribus meis,& in medio Eccleſiæ laudabo te. Fuit nihilo-
minùs in conuerſis Iudęis caſtum connubium & torus immaculatus,ità vt de talibus ſponſo ac ſpõ-
ſa,hęc queant exponi.[& portantium vota in domo Domini.] i.credentium,vota & deſideria ſua of-
ferentium Deo in Eccleſia,quod & primitiuæ Eccleſiæ filij ex iudaiſmo conuerſi, in templo Hieru-
Pſal.49. ſalem feciſſe noſcuntur,iuxta illud Acto.1.Et erant vnanimiter om̃es in porticu Salomonis.Fideles
quoq; quotidiè offerunt Deo vota ſua in domo eius,iuxta illud:Sic pſalmum dicam nomini tuo in
ſeculum,vt reddam vota mea de die in diem.Et item:Immola Deo ſacrificium laudis,& redde altiſ-
ſimo vota tua.[Reducam em̃ conuerſionem terræ ſicut à principio.] i.ſtatum ſynagogę recuperabo
in his qui credent in Chriſtum, quorum maior fuit excellentia in donis ſpiritusſancti,q̃ omniũ prę-
cedentium Iudæorum.Vndè aduerbium,ſicut,non æqualitatem, ſed ſimilitudinem quandam deſi-
gnat.[Hæc dicit Dñs exercituum:Adhuc erit in loco iſto deſerto abſq; homine,& abſq; iumento,&
in cunctis ciuitatibus eius.] i.in Iudæa,vrbibuſq; eius [habitaculum paſtorum & accubantium gre-
gum,] i.diſcipulorum Chriſti & congregationum fidelium,quibus præerunt illi, videlicet apoſtoli
cooperatores eorum,qui per vniuerſam Iudęam prædicando, plurimos cõuerterunt atq; rexerunt.
Ideò ſubditur:[& in ciuitatibus *montuoſis & campeſtribus,&c.adhuc tranſibunt greges ad manũ
numerantis.] i.paſtori ſuo eos ſingulatim conſideranti,ſubditi erunt, potiſſimè ei qui nouit nume-
rum prædeſtinatorum,ſecundùm quod ait Ioan.13.Et ego ſcio quos elegerim.Qui oues ſuas p̃ceſſit,
duxit,pauit,& computauit, quemadmodùm Ioan.X. faſſus eſt: Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco
oues meas,& cognoſcunt me meæ. Rurſuſq; de bono loquens paſtore: Proprias, inquit, oues vo-
cat nominatìm,& ante eas vadit,& oues illum ſequuntur. Refert Lyra,ꝙ etiam Hebræorum qui-
dam Doctor præcipuus,in iſto capitulo per oues, iumenta ac pecora, intelligit homines inferiores
ac ſubditos.Hoc dico,nè quis expoſitionem iſtam non literalem,ſed ſpiritualem tantummodò ſu-
ſpicetur.Prætereà, ꝙ præinducta,ſint ad tempus Chriſti referenda,probant verba ſubſequẽtia:[Ec-
cè dies veniunt,dicit Dñs,] ſ.tempus euangelicæ legis,[& ſuſcitabo] i.implebo. [verbum bonum] i.
promiſſionem de Chriſto ac eius myſterijs. [quod locutus ſum ad domum Iſrael,] i. ad decem tri-
bus,[& ad domum Iuda,] i. duas tribus.Chriſti enim aduentus, duodecim tribubus eſt promiſſus,
quia ad omniũ filiorum Iacob redemptionem Chriſtus deſcendit. Quo patet,ꝙ nunc ſermo nõ eſt
2.Eſd.2. de liberatione Iudæorum facta tempore Eſdræ atq; Zorobabel. Siquidem decem tribus vſque in
præſens manent captiuæ:quod & verba ſubiecta apertiſſimè pãdunt. [In diebus illis,&] pro, id eſt,
[in tempore illo germinare] i. oriri [faciam Dauid germen iuſtitiæ,] i.Chriſtum iuſtum iuſtorum,
qui eſt filius Dauid ſecundùm naturam aſſumptam, de quo loquitur Iſaias:In die illo erit germen
Iſaiæ 4. Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerint de
Iſrael.[& faciet iudicium & iuſtitiam in terra.In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael] ſiue Hieruſa-
lem [habitabit confidenter.Et hoc eſt nomen,quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter.] To-
tum iſtud ſcriptum atque expoſitum eſt diffuſè ſuprà capitulo XXIII. Conſequenter agitur de ſta-
bilitate & perpetuitate regni & ſacerdotij Chriſti. [Quia hæc dicit Dominus:Non interibit de Da-
uid vir, qui ſedeat ſuper thronum domûs Iſrael,]id eſt, de ſucceſſoribus Dauid regis erit vir, qui
perpetuò regnet atque præſideat electis filijs patriarcharum, putà conuerſis & conuertendis Iudæ-
Iſaiæ 9. is,& cunctis credentibus.Vir iſte, eſt Chriſtus,de quo ſuperiùs dictum eſt capitulo XXXI. Mulier
circundabit virum,de quo loquitur Iſaias: Super thronum Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, vt
confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia,amodò & vſque in ſempiternum. Angelus quo-
Luc.1. què in euangelio: Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in
æternum,& regni eius non erit finis.Thronus autem domûs Iſrael, in quo Chriſtus ſedit, fuit regia
dignitas,iudiciariaq; poteſtas ipſius.[& de ſacerdotibus & de Leuitis] id eſt,presbyteris & diaconis
nouæ legis Chriſti miniſtris.[non interibit vir à facie mea,] id eſt,ſacerdotes iſti non deerunt, vel
de ſacerdotibus veteris teſtamenti non interibit vir: quia Chriſtus ſacerdos fuit & rex, & de regia
ac ſacerdotali tribu deſcendit, eiuſque ſacerdotium extat æternum, iuxta illud in pſal. 109. Tu es
ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.Ad Hebræos quoquè 7.Chriſtus eô quòd
maneat in æternum,ſempiternum habet ſacerdotium,qui offerat holocauſta,& incendat ſacrificiũ,
&

& cædat victimas om̃ibus diebus.Chr̃s em̃ ſeipſum pro nobis offerendo Deo patri in cruce, obtulit
holocauſtũ,ſacrificiũ & victimã,qm̃ eius in cruce oblatio,oĩm oblationũ legaliũ efficaciã ſuperemi-
nenter cõtinebat & cõtinet,cuius oblatio quotidiè frequentat̃,& vſq; in finẽ frequentabit̃ in Eccle-
ſia in ſacramento altaris.Poſſunt quoq; noĩe holocauſtorũ,ſacrificiorũ,& victimarũ, cætera Chr̃ia-
norũ ſpiritalia ſacrificia cõuenienter intelligi,q̃bus ſeipſos & ſua,cũ oratione & obedientia in igne
ſancti amoris offerũt Deo,ſicut Apoſtolus ſcribit ad Rom.12. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiã vi-
uentẽ,ſanctã,Deo placentẽ.Et de Chr̃o loquẽs ad Ephe.5.Dilexit,inq̃t, nos, & tradidit ſemetipſum
pro nobis oblationẽ & hoſtiam Deo in odorẽ ſuauitatis. Deniq; ſacrificiũ Deo ſpiritus cõtribulatus.
Et in Eccõ legitur:Salutare ſacrificiũ,attendere in mandatis Dei.Inſupèr ponitur cõfirmatio huius Eccĩ 35.
per locũ ab impoſſibili.[& factũ eſt verbum Dñi ad Ieremiam, dicẽs: Si irritũ fieri poteſt pactũ meũ
cum die,& pactum meum cũ nocte,] i.ſtatutum ſeu ordinatio mea de dierũ noctiumq; ſucceſſione,
[vt non ſit dies & nox tẽpore ſuo,] i. indeſinenter vſq; ad terminum à Deo p̃fixum, quo & motus
cæli ceſſabit,& tempus vltrà nõ erit,quẽadmodùm in Apoc.ſcriptum eſt.[& pactum meum irritum
eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo,vt nõ ſit ex eo filius] ſ.Chr̃s, ſecundùm carnẽ ab eo deſcendens,
[qui regnet in throno eius,] i.regnãdo per gr̃am in credentium cordibus, & per vicarios ſuos fide-
lium gregibus p̃ſidens,immò & per angelos dirigens eos. [& Leuitæ & ſacerdotes miniſtri mei] i.
miniſtri altaris in regno Chr̃i atq; Eccleſia.Vndè Apoc.1.de Chriſto inducit: Fecit nos regnum & ſa
cerdotes Deo & patri ſuo,q̃bus & Petrus:Vos,inquit, genus electum, regale ſacerdotium, gens ſan- 1.Pet. 2.
cta.Vndè ſecundùm om̃es doctores,regnum Dauid perpetuatur in Chriſto, iuxta illud in Pſal. Se- Pſal.88.
mèl iuraui in ſancto meo,ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit. Et thronus eius ſicut
ſol in conſpectu meo,& ſicut luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis. Porrò de prætacto
diei noctiſq; pacto,quod naturaliter immutari non poteſt,ſcriptum eſt Gen.8.Dies & nox non re-
quieſcent.[ſicut enumerari nõ poſſunt ſtellę cæli] ab homine mortali.[& metiri arena maris,] quã-
tùm ad multitudinem eius,[ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei] i. ſpirituales filios Chriſti. [&
Leuitas miniſtros meos] de quibus Iſaiæ 53. ſcriptum eſt:Si poſuerit animam ſuã pro peccato,vide-
bit ſemen longæuum.Innumerabiles aũt ſunt Chriſtifideles,quẽadmodùm Chriſtus ait in Pſal. An- Pſal.39.
nunciaui & locutus ſum,multiplicati ſunt ſuper numerũ.Quod aũt per Dauid,Chriſtus intelligatur
ad literam,dictum eſt ſæpè.[Et factum eſt verbum Dñi ad me,dicens:Nunquìd nõ vidiſti?] i. audìſti
ſeu aduertiſti.Viſus em̃ ſæpè ponitur pro auditu,vt Apoc.1.Conuerſus ſum,vt viderem vocem q̃ lo-
quebatur mecum. [ꝙ populus iſte locutus ſit,dicens: Duæ cognationes] i.tribus Iuda ac Beniamin,
[quas elegerat Dñs,] quia in eis permanſit cultus diuinus,alijs decẽ tribubus ad idololatriã lapſis, &
captis.[abiectæ ſunt,] i.à Deo relictæ.Iſtud dixerunt aduerſarij Iudæorũ Chaldæi,& alij vidẽtes ci-
uitatem Hieruſalem iam capiendã ſeu captam.[& populum meũ] i. duas has tribus [deſpexerũt, eô
ꝙ non ſit gens vltrà coram eis.] i. quia reputatione eorum nullius momenti ſunt, vel quia iam eis
cernentibus pro maxima parte deſtructus eſt hic populus meus.[Hæc dicit Dñs]contra iſtos aduer-
ſarios Iudæorum:[Si pactum meum inter diem & noctem irritum eſſe poterit,] i.quia non erit caſ-
ſum,vt dictum eſt.Sol em̃ ſolitum ſeruat curſum, & gyrando diem cauſat & noctem. [& ſi leges cæ-
lo & terræ nõ poſui.] i. *quia immò ſuperioribus inferioribuſq; corporibus certas leges naturaleſq; *immò q̃a
curſum, proprietatem, cauſalitatem, & ordinem ab exordio creationis præſtitui, vt patet Gene.8.
Propter quod ait Boethius:Legemq; pati ſidera cogis, Omnia certo fine gubernans. Rerum nanq; me.5.lib.1.
fœdera nectis.Et Pſal.148.Statuit ea in ſeculum ſeculi,p̃ceptum poſuit,& non pręteribit.[equidẽ & quanq̃ ali-
ſemen Iacob & Dauid ſerui mei proijciam,] i.filios Iſrael & ſucceſſores Dauid,nequaq̃ in toto abij- quãtò ali-
ciam,immò multi eorum electi ſunt,& regnum Dauid ſtabilitur in Chriſto. ideò ſubditur: [vt non ter,nequa-
aſſumam de ſemine eius principes] quia ex ſemine Dauid deſcendit Chriſtus & aliqui apoſtolorũ, cõtinuatiã
qui ſacerdotes principeſq; fuerunt Eccleſiæ, immò totius mundi facti ſunt capita, & iudices 12. tri-
buum Iſrael,Chriſto teſtante: Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes 12. iudicantes 12.tribus Matth.19.
Iſrael.De quibus & in Pſal.cantatur: Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Pſal. 44.

¶ Explanatio cap.34. Verbum quod factum eſt. *Articulus* 52.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Dño, quandò Nabuchodonoſor & om̃is exercitus ei-
us,vniuerſaq; regna terræ, quę erant ſub poteſtate manûs eius, & omnes populi,] i. * quæ-
dam de omnibus iſtis [bellabant contra Hieruſalem,] nitentes eam diuerſis machinationibus obti-
nere, [& contra omnes vrbes eius] i. cæteras ciuitates nondùm deſtructas,quarum metropolis fuit
Hieruſalem.[Hæc dicit Dominus: Vade & loquere ad Sedechiam regem Iuda: Hæc dicit Dominus:
Eccè tradam ciuitatem hanc in manu regis Babylonis,& ſuccendet eam, & tu non effugies de ma-
nu eius,ſed comprehenſione comprehendéris.] quia, vt infrà habetur, fugiente Sedechia, inſe-
cuti ſunt eum Chaldæi, & captum adduxerunt regi Babylonis in Reblata. [& oculi tui oculos
regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur,] redarguendo tuam infidelitatem ac

rebellionem. Iſtud auxit Sedechiæ mœſtitiã & timorẽ. Quid enĩ moleſtius, q̃ potentiori atq; crudeli offenſo ac indignanti, p̄ſentari, loqui, eumq́; intueri, & ab ipſo redargui? Nonnè frequenter grauior mors expectata, q̃ illata, & vehementior dolor cordis q̃ corporis? [& Babylonẽ intrabis. Attamẽ audi verbum Dñi: Non morieris in gladio, ſed in pace.] i. nõ morte violenta ab hoĩe, ſed naturali morte morieris. Obijt enĩ in carcere. Legitur nanq; in Scholaſtica hiſtoria, ꝙ Nabuchodonoſor iuſſit eũ iam excæcatum, educi è carcere, & coram ſe præſentari, vt derideretur. Inſupèr iuſſit ei dari poculũ laxatiuum, quo facto, paſſus eſt reſolutionẽ. ſicq́; vehementer confuſus, reductus in carcerẽ, ibidèm ex triſtitia obijt: quo audito, Nabuchodonoſor rex ei compatiens, præcepit eum honorificè ſepeliri. Ideò ſubditur: [Et ſecundùm combuſtionem patrum tuorum regum priorum, ſic te comburent.] i. aromata ſuper corpus tuum incendent, quemadmodùm patribus tuis defunctis fieri cõſueuit. Hoc autem fiebat ad regum honorem, & contra corporis exanimati fœtorem. [& væ dñe, plangent te.] i. lugubre carmen ſuper tua morte cantabunt. Fortè Iudæi ibidèm capti, iſta de licentia regis Babylonis egérunt. [Et locutus eſt Ieremias vniuerſa verba hæc ad Sedechiam.] in quo obedientia atq; cõſtantia Ieremiæ monſtratur, ꝙ impio regi tam aſpera, Deo iubente, denunciare non recuſauit, vt diſcamus & nos Deo & eius vicarijs etiam in arduis obedire, nec remurmurare. [Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Dño, poſtquàm percuſſit Sedechias rex fœdus cum omni populo in Hieruſalem, prædicans] i. ſerioſè mandans atq; inſinuans. [vt dimitteret vnuſquiſq; habitatorum Hieruſalẽ ſeruum ſuum & ancillam ſuam, Hebræum & Hebræam liberos,] i. ſeruos ac famulas emptitias de ſemine Iſrael, [& nequaquàm dominarentur eis.] i. ſub iugo ſuo non tenerentur, ſed priſtinæ redderentur libertati. [Audiêrunt ergò omnes principes & vniuerſus populus,] i. principes Sedechiæ, & cæteri habitatores Hieruſalem, acquieuerunt regi Sedechiæ, ſimulq́; cum eo pactum iniêrunt quòd facerent ità. [& cõuerſi ſunt,] i. voluntatem atq; propoſitum mutauerunt, verſi de bono in malum. [& retraxerunt ſeruos & ancillas quos dimiſerant liberos, & ſubiugauerunt in famulos & in famulas.] Quocircà penſandum, quod Exodi 21. cap. Deus per Moſen iuſſit: Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in anno autem ſeptimo egredietur liber gratis. Iſtud præceptum Iudæi tempore Sedechiæ, & ſæpiùs antè tranſgreſſi fuerunt. Quum autem rex Babylonis nono anno Sedechiæ cœpiſſet obſidere Hieruſalem, territi Sedechias & populus eius, vt impetrarẽt auxilium Dei, præfatum præceptum implere cœperunt. Cumq́; Chaldæi, audito ꝙ Aegyptij exiſſent contra eos, abîſſent ab Hieruſalem, vt Aegyptijs obuiarent, Sedechias cum ſuis putans ſe à Chaldæis ſecurum, à bono inchoato defecit, & tam ipſe quàm principes ac populus eius, ſeruos famulasq́; licentiatos, in ſeruitutem priſtinam ex auaritia redegerunt. Hoc eſt quod nunc in textu prolixè narratur. [Et factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam: Hæc dicit Dominus: Ego percuſſi fœdus cum patribus veſtris] i. legem tradidi eis [in die] i. tempore, [qua eduxi eos de terra Aegypti, dicens: Quum completi fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſquiſq; fratrem,] id eſt, proximum [ſuum Hebræum,] qui venditus eſt ei in ſeruum. [& non audiêrunt me patres veſtri. Et conuerſi eſtis vos] de malo ad bonum hodiè,] id eſt, tempore iſto, [& feciſtis quod rectum eſt in oculis meis, vt prędicaretis vnuſquiſq; libertatem ad amicum ſuum,] id eſt, ſeruum Hebræum, eiuſdem ſecum generis exiſtentem, ideoq́; magìs amandum. [& iniſtis pactum in conſpectu meo,] quòd ſ. ità faceretis. [in domo in qua inuocatum eſt nomen meum,] putà in templo. [& reuerſi eſtis ad priſtinam tranſgreſſionem, [& commaculâſtis nomen meum,] id eſt, me multùm inhonorâſtis. [Propterea hæc dicit Dominus: Vos nõ audîſtis me, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſq; fratri & amico ſuo,] i. Iudęis ſeruis veſtris emptitijs. Iam dixit ꝙ prędicauerunt libertatem. quomodo ergò nunc dicitur, ꝙ non prædicauerunt libertatem? Et reſpondendum, ꝙ ideò nunc dicuntur eam non prædicâſſe, quia non prędicauerunt eam ſtabiliter, nec ſemper quandò debuerant. Tanti autem piaculi ſubditur pœna: [Eccè ego prædico vobis libertatem,] i. à meo obſequio vos ſecluſos denuncio, & ſicut mali ſerui licentiantur & repelluntur, nec à ſuis dominis proteguntur, ità à mea defenſione repello vos. [& ad gladium, & ad famem, & ad peſtẽ] i. iſta libertas vobis collata, qua à mea ſeruitute eſtis alienati, erit vobis cauſa pereundi gladio, fame, ac peſtilentia. [& dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ,] i. tam horribiliter vos plagabo, vt quicunq; audiêrint, animo moueantur vel timore, vel admiratione, ſeu cõpaſſione, aut alio modo. [& dabo viros qui pręuaricantur fœdus meum,] i. pręceptum de danda ſeruis libertate. [& non obſeruauerunt verba fœderis mei, in quibus aſſenſi ſunt] i. ſtatutum ſeu pactum quod concorditer mihi percuſſerunt in templo, fregerunt. [vitulum quem conſciderunt in duas partes.] i. verba pacti huius confirmauerunt facto vel ſigno ſenſibili, diuidẽdo vitulum in duas partes. [& tranſiêrunt inter diuiſiones eius.] i. inter partes has vituli. Conſuetudo nanq; fuit Iudæis, vt verba & pacta ſua quibuſdam ſenſibilibus factis & ſignis firmarent, ſicut in memoriam trãſitûs filiorum Iſrael per arentẽ Iordanis alueũ, Ioſue poſuit xij. lapides in tabernaculo. (Ioſuæ 4. & 22.) Duæ quoq; tribus cũ media, fecerũt altare magnitudinis infinitę in teſtimoniũ, ꝙ Dñs ipſe eſt Deus. Dicũtq́; aliqui

ꝙ

ꝙ inter partes vituli tranſiêrunt, ꝓteſtando ꝙ digni eſſent occidi ac diuidi, qui ſtatutũ iſtud infringerent, [& dabo eos in manus q̃rentium animas eorum.] i. Chaldæorum, q̃rentium vitam eorum extinguere. [Eccè ego p̄cipio, dicit Dñs] i. Chaldæos, qui ab Hieruſalẽ recedendo iuerunt cõtra Aegyptios, volo iubeoq́; reuerti. Aegyptij nanq;, cognito Chaldæorũ aduẽtu cõtra ſe, in ꝓpria rediêrũt. [& reducã eos] putà Chaldęos [in ciuitatẽ hanc,] i. ad Hieruſalẽ, [& capient eã.] Ex quibus elicitur, q̃ graue ſit, pactũ & votũ Deo exhibitũ, frangere. Multi autẽ tempore anguſtiæ ꝓmiſſiones & fœdera faciunt Deo, ſed ſecuritate paceq́; reddita non exoluunt. Ideò gladio diuinę condemnatiõis, & fame ſpiritualis inopiæ, peſte quoq; ſcandali actiui atq; paſſiui horribiliter pereunt, & regi Babylonis, i. diabolo principi confuſionis traduntur. Locis facilibus immorandum non eſt.

¶ *Elucidatio Cap. 35. Verbum quod factum eſt.* *Articulus* 53.

QVemadmodùm ſæpiùs dictum eſt, Ieremias in recitatione non ſeruat ordinem temporis rerum geſtarum aut fiendarum. Vndè quæ iſto refert cap. ante ea quæ p̄cedenti numerauit capitulo, acciderunt, videlicet quæ ſub Ioacim rege filio Ioſiæ, poſt quẽ Ioacim regnauit Sedechias, frater ipſius. [Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à Dño, in diebus Ioacim regis Iuda, dicens: Vade ad domum Rechabitarum, qui ad Hieruſalem timore Chaldæorum confugerãt, & ibidèm in domo quadam hoſpitabantur. [& loquere eis] quæ tibi iniungo, [& introduces eos in domum Dñi,] ſ. infra ſepta templi, [*& vnam exedram theſaurorum] i. in vnam de thalamis ſeu cameris, in quibus reponebanẽ & cuſtodiebãtur ꝑtinentia ad *myſteria Dei in tẽplo, vt vaſa & veſtes ſacerdotales. (*in *miniſteria) [& dabis] i. p̄bebis [eis bibere vinũ.] ipſi tñ non bibent. Deindè ponitẽ executio Ieremię. [Et aſſumpſi *Iezoniã filium Ieremię, & fratres eius] Rechabitas, [& omnes filios eius & vniuerſam domum Rechabitarum] i. cæteros ſui generis exiſtẽtes cum eis. [& introduxi eos in domum Dñi ad gazophylacium,] i. repoſitorium oblationum [filiorum Ennon filij *Iezedeliæ hoĩs Dei,] i. viri virtuoſi, quẽ aliqui dicunt fuiſſe ꝓphetam. Vndè & filij eius creduntẽ fuiſſe meliores & Ieremiæ chariores, ꝓpter quod ſecurus iuit ad eos. [quod erat iuxta gazophylacium principum] in quo eorũ oblationes mittebãtur, [ſuper theſaurum] i. iuxta locum theſauri [Maaſię filij Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli] tẽpli, [& poſui corã filijs domûs] i. familię ſeu tribûs [Rechabitarũ ſcyphos plenos vino, & dixi: Bibite vinum. Qui reſpõderunt: Non bibemus vinũ, quia Ionadab filius Rechab pater noſter, p̄cepit nobis, dicens:] Rechabitę autẽ, ſecũdùm Doctores, nati fuerunt ex ſemine Iethro ſoceri Moſis. [Nõ bibetis vinum vos & filij vr̃i vſq; in ſempiternũ, & domũ nõ ędificabitis, & ſementẽ nõ ſeretis, & vineas nõ plantabitis, nec domos] i. firmas, fixas, & ſtabiles manſiões. [habebitis, ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vr̃is, vt viuatis diebus multis ſuꝑ faciẽ terræ, in qua vos peregrinamini.] Ionadab iſte fuit vir religioſus, mundanorum contemptor, q religioſæ vitæ modũ poſteris ſuis oſtẽdit, p̄fixit, reliq̄t. Siquidẽ ità viuendo teſtabanẽ ſe terrena deſpicere, aliamq́; patriã ſemꝑ manſurã inquirere, & peregrinari in ſeculo iſto. Vñ quod Ionadab ait, Vt viuatis multis diebus ſuꝑ faciẽ terræ, in qua ꝑegrinamini, nõ eſt intelligendũ, ꝙ ꝓpter hoc principaliter atq; finaliter p̄dicta eis p̄cepit: ſed cõformauit ſe modo diuinarũ ꝓmiſſionum veteris teſtamẽti, in quibus tẽporale aliquod bonũ, quo ad obediendum allicerentur, exprimebaẽ, vt cùm Iſa. 1. Dñs ait: Si audiêritis me, bona terræ comedetis. Pręcepit ergò filijs ſuis, vt à temporalibus expediti, liberiùs Deo vacarẽt, futuraq́; bona auidiùs q̃rerẽt: quẽadmodùm ad Hebręos de veteribus ſanctis tractans Apoſtolus: Fide, inquit, (Heb. 11.) Abraham moratus eſt in terra promiſſionis tanq̃ in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohęredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriã inquirere. [Obediuimus ergò voci Ionadab &c. in oĩbus q̃ p̄cepit nobis, ità vt non biberemus vinũ &c.] in quo oſtenditẽ magna fuiſſe obedientia horum. [Cùm autẽ aſcendiſſet Nabuchodonoſor ad terram noſtram,] i. habitationes noſtras. [diximus: Venite & ingrediamur Hieruſalem à facie exercitûs Chaldęorum, & à facie exercitûs Syriæ,] qui auxiliabatur Chaldæis cõtra Iudęam. [& manſimus in Hieruſalem.] per quod ſe excuſabãt, quod pro nunc habitabant in domo. Neceſſitas quippe eſt mater diſpenſationis, propter quod dicitur legem non habere. Conſequenter ponitur ratio huius facti, ſeu commiſſionis factę diuinitùs Ieremię. [Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens: Vade, & dic viris Iuda & habitatoribꝰ Hieruſalẽ,] qui erant principales inter viros Iuda. [Nunquìd non accipietis diſciplinã,] i. debitam correctionem, [vt obediatis verbis meis?] quo patet, ꝙ caſtigatio Dei in hac vita ad noſtram ordinatur vtilitatem, vt ſ. per pœnas illatas, Deo obedire diſcamus. [Pręualuerunt ſermones Ionadab, quos p̄cepit filijs ſuis] i. verba viri illius diligentiùs obſeruata ſunt à poſteris eius, q̃ multùm ardua erant, q̃ verba q̃ ego Deus oĩpotens, pater ſpirituum immortalis, vobis præcepi, quia rebelles meis mandatis fuiſtis. [Firmauerunt ergò] i. firmiter impleuerunt [filij Ionadab præceptum patris ſui] i. cuncta eius pręcepta. [populus autem iſte] Iudæorũ [non obediuit mihi. Idcircò hęc dicit Dominus: Ec-

cè

cè ego adducā &c.] i.pœnas cōminatas infligam Iudæis iſtis rebellibus. [vocaui illos] id eſt, per ꝓ-
phetas ad emendationē inuitaui.[& nō reſpōderunt mihi reſponſiōe reali,i.obedire nō curauerūt;
nec beneficijs meis viciſſitudinem repēderunt. [Domui aūt Rechabitarū dixit Ieremias:Hæc dicit
dn̄s:Pro eo ꝙ obedîſtis p̄cepto Ionadab patris vr̄i,& feciſtis vniuerſa q̄ vobis p̄cepit, nō deficiet vir
de ſtirpe Ionadab filij Rechab,ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.]quod in p̄deſtinatis atq; ſal
uatis ex illa familia conſtat impletū, ꝗ in ecclesia triumphāti ſtant æternaliter corā Deo laudātes &
obſequentes.Videtur quoq; his verbis ſignatum, ꝙ Rechabitæ non eſſent à Chaldæis penitùs occi
dendi,ſed diuinitùs eruendi,ac dn̄o ſeruituri,ꝓtracta eorum ꝓgenie in longinquum.Prætereà ver-
ba literæ quæ tranſilio, nullam penitùs continent difficultatē, & quantùm ad ſenſum,p̄habita ſunt.
Porrò iuxta moralitatem non ſolùm Iudæi,verùm & om̄es impij Chriſtiani ex obedientia Rechabi
tarum confundunt ac reprobantur, qm̄ illis p̄cepto viri mortalis ac patris carnalis tam ſtudiosè ob-
temperantibus,iſti vnigeniti filij Dei præceptis renuunt obedire,immortaliſq; patris cæleſtis verba
non metuunt tranſgredi. Potiſſimè autem clauſtrales carnales,duri, atq; rebelles ſeu negligentes,
hoc facto redarguuntur,qui amāt vinum & pinguia,qui ſuperiorum ſuorum verba ac dogmata par-
uipendunt:idcircò grauiſſimam paſſuri ſunt diſciplinam.

¶*Expoſitio cap.36.Et factum eſt in anno quarto Ioacim.* *Articulus* 54.

QVanta ipſe beatiſſimus Ieremias propter iuſtitiam paſſus ſit,& quanta fuerit incorrigibilitas Iu
dæorum,quanta item benignitas ac longanimitas Dei circa eos, præſenti cap.atque ſequen-
tibus aperitur.[Et factum eſt in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda,]quarto ſ.anno regni,non
vitæ ipſius.[factum eſt verbum Domini ad Ieremiam dicens: Tolle volumen libri, & ſcribes in eo]
non propria manu,ſed per notarium tuum Baruch, vt ſtatìm ſubdetur: [omnia verba quæ locutus
ſum tibi aduerſùs Hieruſalem & Iudā,] i. decem tribus & duas,[& aduerſùs om̄es gentes,]ſ.de qui-
bus mentionē habui tecum.[à die qua locutus ſum ad te,]i.ad te loqui exorſus ſum.[ex diebus Io-
ſiæ vſq; ad diē hanc.]ſub Ioſia etenim rege cœpit vaticinari.[ſi fortè audiente domo Iuda,]i. popu-
lo regni Iudæ[vniuerſa mala]i.tormēta,[quæ ego cogito facere]i.infligere eis, [reuertat̄ vnuſquiſq;
à via]i.vita ſua peſſima,[& propicius ero iniquitati eorū.] Hæc eſt infinita miſericordia Dei, qui of-
fenſoribus mittit legatum,vt reconcilient̄,etſi non amore iuſtitiæ,ſaltē formidine pœnæ. Itaq; me-
dicus mittit ægrotis conſiliarium,vt curari dignent̄.iſtud facit pater miſericordiarum & Deus toti-
us cōſolationis quotidiè,dum corda mūdana,vitioſa & intimorata,per ſeruos ſuos ad emendationē
hortatur,impœnitentibuſq; æternam damnationem minatur. Porrò quòd Dominus ait,Si fortè,no
tat noſtri libertatem arbitrij,non aliquam ignorantiam Dei.[Vocauit ergò Ieremias Baruch filium
Neriæ,& ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Domini, quos locutus eſt ad eum, ſcili-
cet Ieremiam,[in volumine libri.]eſtque conſtructio hæc intranſitiua, [Et præcepit Ieremias Ba-
ruch,dicens:Ego clauſus ſum,nec valeo ingredi domum Domini.]i.templum. Ioacim enim rex vi-
tioſus incluſit Ieremiam,nè deſtructionem Hieruſalem prænunciaret,regis quoquè & populi vaſti-
tatem. [Ingredere ergò tu] templum,[& lege de volumine verba Domini audiēte populo in domo
Domini in die ieiunij,] Quod intelligitur vel de ieiunio legali,vel de ieiunio tunc inſtituto ad impe
trandum auxilium Dei contra Chaldæos. [Inſupèr & audiente vniuerſo Iuda,]id eſt, cunctis Iu-
dæis,[qui veniūt de ciuitatibus ſuis]ad templum,[leges eis]hæc verba:[ſi]id eſt,quatenùs,[fortè ca
dat oratio eorum in conſpectu Domini]i. Deo accepta ſit,eiq; placidè præſentetur. Et benè loqui-
tur,fortè:qm̄ ſpes noſtra etſi certitudinem habeat ex parte obiecti,ſ.Dei & miſericordiæ eius,cui in-
nititur,non tamen ex parte ſubiecti,videlicet noſtræ fragilitatis,quia neſcimus an gratiæ Dei obicē
ponimus.[quoniam magnus furor eſt]i.grauis afflictio[& indignatio, quam locutus eſt Dominus
aduerſùs populū hunc.[Et fecit Baruch iuxta om̄ia q̄ præcepit ei Ieremias.]in quo vtiq; magna con
ſtantia & obedientia eius oſtenditur,nec ſine ſpeciali gratia Baruch hęc fecit,immò cōſcius fuit cę-
leſtium ſecretorum,& mirabilium Dei circa Ieremiā,cuius oratiōe & meritis ſperauit ſe de Chaldę-
orum rabie eruendum.[Factum eſt autem in anno 5.Ioacim,p̄dicauerunt]principales in regno [ie-
iunium in conſpectu Domini om̄i populo in Hieruſalē,& vniuerſæ multitudini quę confluxerant
de ciuitatibus Iuda in Hieruſalem]cauſa oratiōis in templo,]vt de manibus Chalæorū eriperentur.
[Legitq; Baruch ex volumine ſermōes Ieremię in domo dn̄i in gazophylacio Gamarię filij Saphan
ſcribę in veſtibulo ſuperiore,in introitu nouę portę domûs dn̄i,audiente om̄i populo.] Stetit itaq;
Baruch in altiori veſtibulo,vt ab om̄ibus meliùs audiretur,Porta autem hęc noua,eſt quam ædifica-
Iere. 31. uit Ioathan rex Iudę,vt dictum eſt ſuprà. [Cumque audîſſet Micheas filius Gamarię,omnes ſermo-
nes Domini ex libro, deſcendit in domum regis Ioacim,] quia palatium erat proximum ædificio
templi,quod fuit in altiori parte montis Sion,quàm regis palatium. [ad gazophylacium]i.thalamū
[ſcribæ]alicuius principalis, forſitan de quo ſubditur. [& eccè ibì omnes principes] regis Ioacim
[ſedebant,Eliſama ſcriba,&c. & nunciauit eis Micheas omnia verba quæ audiuit legētem Baruch:]
non

non penitùs omnia ſigillatìm, ſed in quodam generali,& quantùm ad principalia puncta. [Miſerūt
itaque om̄es principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ,dicētes: Volumen ex quo legiſti]ô Baruch
[ſume & veni.& venit Baruch ad eos.Et dixerūt:Sede, & lege hęc in auribus noſtris. & legit Baruch
in auribus eorum.Igitur cùm audîſſent oīa verba,obſtupuerunt]timore & admiratione.[& dixerūt
ad Baruch:Nunciare debemus regi om̄es ſermones iſtos.]Sciebant enim regem eſſe crudelem,& ta
lia grauiter auditurum.[& introduxerunt eum]ſ.Baruch[dicentes:Indica nobis,quō ſcripſiſti om̄es
ſermones iſtos ex ore eius,]videlicet Ieremiæ.Hoc quæſiērunt,vt conijcerent an Ieremias ex diui-
na reuelatione,vel potiùs ex ꝓpria confictione iſta compoſuiſſet.[Dixit autē eis Baruch:Ex ore ſuo
loquebat̄, quaſi legens ad me om̄es ſermones iſtos]de malis imminētibus populo Iudæ, i.tam ꝓm-
ptè iſta dictauit,quaſi ex libro ea ꝓnunciâſſet,quod fuit ſignum inſtructionis ſupernæ. Nulla quip-
pe in addiſcendo eſt difficultas aut mora,qn̄ illuminat mentē ſpirituſſanctus,cuius neſcit gratia tar
da molimina ſeu diuturnos conatus.Vndè & plurimi in dictando & cōſcribendo ſeu exponēdo ità
iuuantur à ſpiritu ſancto,vt ꝓmptiſſimè ex quadam plenitudine mētis, om̄ia ꝓmant.[Et ego ſcribe-
bam atramento.Et dixerunt om̄es principes ad Baruch: Vade,& abſcondere tu, & Ieremias, & ne-
mo ſciat vbì ſitis.] Hoc dixerunt,qm̄ intenderunt hæc regi inſinuare, quem opinabantur ex his ver
bis contra Ieremiā & Baruch indignaturum,& fortè inquiſiturum eos ad mortē. Videtur autem ꝙ
tempore huius denunciationis Ieremias non fuerat clauſus.ꝙ ſi fuiſſet,quonàm ſe abſcondere po-
tuiſſet?Sed cur tunc ꝓprio ore iſta nō prędicauit in populo? an fortè ad tēpus ſubtraxit ſe perſequu-
toris furori,quēadmodùm Chriſtus facta Iudæorū conſpiratione, vt interficerent eum, iam non in
palàm ambulabat,ꝓut Ioan.11.legitur?[Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium.Porrò volumen cōmen Ioan.11.
dauerunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, & nunciauerunt audiente rege om̄es ſermones Baruch.
Miſit itaq; rex Iudi,vt ſumeret volumen, qui tollēs illud,legit audiēte rege.Rex autē ſedebat in do
mo hyemali.]Palatia em̄ regum habent diſtinctas manſiōes ſecundùm officiorū, negociorum,ne-
ceſſitatum & temporum diuerſitates.[Et poſita erat arula coram eo plena prunis:] quia carbones ar
dentes in huiuſcemodi ferreo inſtrumento ꝓ calefactione ponuntur.[Cumq; legiſſet Iudi tres pa-
gellas vel quatuor]Per pagellas quidā intelligūt verſus,[ſcidit illud]ipſe rex,vel Iudi dē p̄cepto re-
gis.[ſcalpello ſcribę]i.cultello facto ad radēdū materiā in qua ſcribit̄,[& ꝓiecit in ignē.Et nō timu-
erunt neq; ſciderunt veſtimēta ſua rex & ſerui eius]audita vaſtitate eis iā imminēte,quēadmodū fe-
cit Ioſias pater regis iſtius,ꝗ auditis verbis ꝓphetiſſę,veſtes ſcidit,fleuit,& indulgentiam poſtulauit.
[Veruntñ Eluathan & Dalaias & Gamarias cōtradixerūt regi] nè cōbureret librū. Hoc em̄ videbat̄ 4.Reg.22.
eis in magnā Dei iniuriā cedere,atq; maiorē iracundiā ꝓuocare. [Et p̄cepit rex,vt comp̄henderent
Baruch ſcribā & Ieremiā ꝓphetam,]fortè ad occidendū:in quo patet obſtinatio & contumacia re-
gis.[Abſcondit autē eos dn̄s,]ſupnaturaliter eos p̄ſeruando. Quō autē abſcōderit eos, non dicit̄,&
fortè eo modo,quō poſtea Chriſtus abſcondit ſe,& exiuit de tēplo. Nō vtiq; Chriſtus abſcondit ſe Ioan.8.
retrò ꝯ palernā,ſed inuiſibilē ſuis aduerſarijs ſeipſum exhibuit,vel fortè dn̄s trāſtulit Ieremiā & Ba-
ruch ad locū cunctis ignotū,q̄uis nō remotū. [Et factū eſt verbū dn̄i ad Ieremiā,]libro combuſto:
[Rurſuſq; tolle volumē aliud,& ſcribe in eo oēs ſermōes priores,& ad Ioacim dices: Tu cōbuſſiſti
volumē illud.Propterea hæc dicit dn̄s cōtra Ioacim:Nō erit ex eo ꝗ ſedeat ſup ſoliū Dauid,& cada-
uer eius ꝓijcietur ad æſtum per diem,& ad gelu per noctem.]Quō intelligenda ſint hæc,expoſitum
eſt cap.22.quo legitur:Scribe virum iſtum ſterilē qui in diebus ſuis non proſperabitur. Non erit de
ſemine eius vir qui ſedeat ſuper ſolium Dauid. Et pauloantè eodem cap. Sepultura aſini ſepelietur,
putrefactus & proiectus extra portas Hieruſalem. [Ieremias tulit volumen aliud, & dedit illud Ba-
ruch,qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſit rex: & inſupèr additi
ſunt ſermones multo plures]de tribulatione imminente regi ac populo eius,[q̄ antè fuerunt.] Iam
enim peccata fuerant aucta,ideò maiorem pœnam promeruerunt. Deniq; hunc Ioacim imitantur
& increduli & proterui ac vniuerſi ſuperbi, qui charitatiuas increpationes piaſque comminationes
& auiſationes perpeti dedignantur,& vndè emendari debuerant,grauiùs indurantur. Poſtremò in-
crepantibus auiſantibuſq;,quibus gratias agere deberēt,iraſcuntur,atque inſidias moliuntur,cōtra
quos in Prouerbijs Salomon ait: Viro qui dura ceruice corripientem contemnit,repentinus ſuper- Pro.29.
ueniet interitus.Hi nempe aſſimilātur phreneticis & inſanientibus ægris, qui patrem ſuccurrentem
medicumque ſanantem repellunt aut mordent.qui talem ſe inuenit,ſe emendet.

¶*Expoſitio cap.37. Et regnauit rex Sedechias.* *Articulus* 55.

ET regnauit rex Sedechias filius Ioſiæ, pro Iechonia filio Ioacim, quem conſtituit regem Na-
buchodonoſor rex,] Cùm enim Nabuchodonoſor occidiſſet Ioacim filium Ioſiæ, poſuit fi-
lium huius Ioacim, ſcilicet Iechoniam,regem loco patris:quem, cùm tribus menſibus regnâſſet,
priuauit regno,conſtituens patruum eius regem,vtporè Sedechiam. Iſta frequenter iam dicta ſunt,
nec opùs eſt immorari. [& non obediuit ipſe] ſcilicet Sedechias[& ſerui eius & populus ter-
ræ]

ræ] Iudææ [verbis dñi q̃ locutus eſt in manu] i. per miniſteriũ & exequutionẽ [Ieremiæ ꝓphetæ. Et miſit rex Sedechias Iothal filiũ Selcaniæ, & Sophoniã ſacerdotẽ ad Ieremiam, dicẽs: Ora pro nobis dñm Deum noſtrũ.] Videns Sedechias vaticinia Ieremiæ impleta in fratre ſuo Ioacim rege eiuſq́; filio: tenuit Ieremiam pro vero Dei ꝓpheta, famulo & amico, idcircò orationũ eius poſtulauit ſuffragium. Dicuntq́; alij, & ſatìs verum videtur ex his q̃ infrà ſcribuntur, ꝙ Sedechias iſte in ſe ſatis pius fuit & mitis. vndè infrà legit̃ faciliter flexus, & ad Ieremiam vtcunq; benignus, ſed aliorum prauis conſilijs fuit ſubuerſus, ſicut in p̃ſidentibus quotidiè accidit. [Ieremias aũt liberè ambulabat in medio populi,] ſ. in Hieruſalẽ. [non eñ miſerant eum in cuſtodiã carceris.] quo patet ꝙ Sedechias fuit ei clementior q̃ Ioacim. [Igitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de Aegypto] ad auxiliandũ Sedechiæ atq; Iudæis, ſicut ei condixerat. [& audientes Chaldæi qui obſidebant Hieruſalẽ, huiuſmodi nuncium, receſſerunt ab Hieruſalẽ,] vt rebellarent cõtra Aegyptios, q̃bus abeuntibus, Sedechias putauit eos non reuerſuros. miſitq́; ad Ieremiã, quatenùs oraret, nè Chaldæi redirent contra Hieruſalem. [Et factum eſt verbum dñi ad Ieremiã, dicens: Hæc dicit dñs: Sic dicetis regi Iuda, qui miſit vos ad interrogandũ me.] Hæc verba dixit Ieremias præfatis nuncijs Sedechiæ, qui nõ ſolùm miſit eos ad Ieremiam vt oraret pro populo, ſed etiam vt ſciſcitaretur à Deo, an Chaldæi eſſent reuerſuri, ad quod dñs per Ieremiam reſpondet: [Eccè exercitus Pharaonis qui egreſſus eſt vobis in auxiliũ, reuertetur in terram ſuam.] quia in via mutauerunt conſilium, conſiderantes potentiam Chaldæorum: ſicq́; pauentes regreſſi ſunt. [Nolite decipere animas veſtras, dicentes: Euntes abibunt à nobis Chaldæi,] ità ꝙ vltrà non redient. [quia non abibunt:] i. Chaldæam non introibunt, niſi primò terram iſtam vaſtauerint. [ſed & ſi percuſſeritis om̃em exercitum Chaldæorum, & derelicti ex eis fuerint aliqui vulnerati, ſinguli de tentorio ſuo conſurgent, & incendent ciuitatem hanc,] i. quantumcunq; pauci & debiles fuerint Chaldęi, vobis nihilo minùs præualebũt, quia iuſto Dei iudicio eſtis plagandi, ità ꝙ & ſi illi pauciſſimi eſſent, Deus tamen corda veſtra terreret, illiſq́; daret triumphum. [ergò cùm receſſiſſet exercitus Chaldæorum ab Hieruſalem, egreſſus eſt Ieremias de Hieruſalem,] i. egredi cœpit, non eñ in toto exijt vrbem, ſicut patebit. [vt iret in terram Beniamin,] putà in Anathoth, ſitam in ſorte tribũs Beniamin. [& diuideret ibì poſſeſſionem in conſpectu ciuium.] i. agrũ quem à patruele ſuo emit, in poſſeſſionem coram habitatoribus Anathoth ſumeret, cumq́; à venditore decęterò ſeparatum monſtraret. [Cumq́; perueniſſet ad portam Beniamin,] i. ad portam illam Hieruſalem, per quam ad terram Beniamin de Hieruſalem iter fuit. [erat ibì cuſtos portæ per vices] i. in tempore & ordine ſuo [nomine Ierias, & appræhendit Ieremiam, dicens: Ad Chaldęos profugis?] tanq̃ proditor populi tui. [Et reſpondit Ieremias, Falſum eſt, non fugio ad Chaldęos. Et non audiuit eũ.] i. Ierias excuſationi Ieremiæ non credidit. [Et appręhendit Ieremiã, & adduxit ad principes.] Cur non magìs ad regem? fortè quia rex aliqualiter pius fuit prophetę, principes autem nouerat crudeliores eſſe ad eum. [Quamobrem irati principes contra Ieremiam,] magìs eñ credebãt cuſtodi portæ, q̃ ſancto ꝓphetę. [cæſum eum miſerunt in carcerem.] forſitan flagellauerunt eum aut manibus percuſſerunt. [qui erat in domo Ionathę ſcribę.] Carcer iſte, vt ſtatìm patebit, pœnaliſſimus fuit. [Itaq; ingreſſus eſt Ieremias in domum laci,] i. in carcerem. [& ſedit ibì diebus multis,] ſuſtentatus pane tribulationis & aqua anguſtiæ, ſed conſolationes diuinę ei non deerant. Diſcamus ergò exemplo tãti prophetę, ſaltem parua & modica ad breue tempus ęquanimiter ferre, pręſertim quandò meremur, ſi ob imperfectionis noſtræ miſeriam, magna diù propter iuſtitiam pati nõ poſſumus. [Mittens itaq; rex Sedechias, tulit eum.] i. Ieremiam de carcere deduci, atq; ad ſe duci præcepit, idq́; occultè, nè offenderet principes ſui palatij. [Et interrogauit eum in domo ſua abſconditè: Putás ne eſt ſermo à dño?] i. reuelauit tibi Deus aliquid de his q̃ ſuperuentura ſunt nobis? [Et dixit Ieremias: Eſt, & ait: In manu regis Babylonis tradéris.] in hoc patet conſtantia Ieremiæ atq; iuſtitia, ꝙ in tantis tribulationibus tam abſolutè locutus eſt regi, quod ei moleſtiſſimum fuit audire. Non ergò propter humanum fauorem ſiue pauorem recedamus à veritate, nec viam iuſtitiæ relinquamus, nec alicui adulemur. [Et dixit Ieremias ad regem: Quid peccaui tibi & ſeruis tuis,] i. principibus, [quia miſiſti me in domum carceris?] Principes enim fecerunt hoc, rege permittente. idcircò & regi aſcribitur, qui tenebatur hoc impedire: quoniam rex debet eſſe quaſi viua lex & animata iuſtitia, ſuoſq́; ſubditos ab iniuſtitia, præſertim à pauperum ac iuſtorũ oppreſſione, reprimere. [Vbi ſunt prophetæ veſtri] videlicet pſeudo, [qui prophetabant vobis, Non veniet rex Babylonis ſuper vos?] quaſi dicat, ad oculum patet ꝙ ego ex Deo locutus ſim, & illi mentiti ſint. [Nũc ergò audi obſecro dñe mi rex, & nè me remittas in domum Ionathæ, nè moriar ibì.] ſ. in carcere eius propter loci horrorem & pœnam. Itaq; viri ſancti poſſunt viciſsìm perſecutionum ſuarum petere releuamẽ, ſalua triplici veritate, videlicet vitæ, doctrinæ, atq; iuſtitiæ. [Præcepit ergò Sedechias, vt traderetur Ieremias in veſtibulum carceris,] ſ. ſuperiùs in loco mitiori. [& daretur ei torta panis quotidiè, excepto pulmento:] id eſt, præter ſeu vltra pulmentum, ità quòd vtrunq; miniſtrabatur ei quotidiè.

[do-

[donec conſumerentur omnes panes * ciuitatis] Hieruſalem. [Et manſit Ieremias in veſtibulo carceris.] in quo oſtenditur aliqualis pietas Sedechiæ, qui tamen ſecundùm veram iuſtitiam debuit Ieremiam tanq̃ innocentem omninò dimittere. ſed nè principes ſuos offenderet, in veſtibulo carceris clauſit prophetam. Tales ſunt multi, qui volunt dominis duobus ſeruire, Deo & mundo placere, atq; vbiq; gratioſi parére: quos conſtat errare, & à tramite æquitatis ſæpiſſimè deuiare.

(* de ciuitate) (Matth. 6.)

¶ *Elucidatio cap. 38. Audiuit autem Saphatias filius Mathan.* *Articulus* 56.

AVdiuit aũt Saphatias filius Mathan, & Iedelias &c. ſermones quos Ieremias loquebat̃ ad oẽm populum.] Poterant eñ habitatores Hieruſalẽ veſtibulo carceris ꝓpinquare, vel ingredi circa hoc, q̃bus Ieremias mala imminentia prædicauit, [dicens: Quicunq; manſerit in ciuitate hac,] nõ tradens ſe manibus Chaldæorũ, aut fugiens. [morietur gladio, fame, & peſte.] i. aliqua harũ plagarũ, quod non eſt de om̃ibus illic manentibus, abſolutè intelligendũ. Nam q̃dam eorum manſerunt viuentes, ſicut & Sedechias rex, cui iam dixit ꝓpheta, In pace morieris. (Iere. 34.) ſed eſt diſtributio pro generibus ſingulorũ, & ideò ait, Quicunq;: q̃m comparatiuè loquendo, pauciſſimi euaſerunt. quod aũt modicum eſt, pro nihilo reputat̃. [Qui aũt profugerit ad Chaldæos, viuet: & erit anima] i. vita [eius] ſeu ipſe viuens [quaſi ſpolium.] Nam & animæ cæterorũ immortales fuerunt. [& dixerũt principes regi: Rogamus vt occidatur homo iſte. De induſtria eñ] i. malitioſè & callidè [diſſoluit manus virorũ bellantium] i. corda habitatorum ac pugnatorum Hieruſalem perterret, ſicq́; robur eorũ debilitat, & tremulas efficit manus. Paſſio nanq; timoris, vires diſſoluit, infrigidat, & tremorem inducit. [Siquidem homo iſte] ſ. Ieremias [non quærit pacem populo huic, ſed malum.] i. reipublicæ aduerſatur. [Et dixit rex: Eccè in manibus veſtris eſt] i. poteſtatẽ do vobis in eum. & in hoc peccauit mortaliter, ꝙ virum innoxium tradidit morti, quanq̃ hoc egerit timore humano, nè ſuos offenderet. obedire aũt oportet Deo magìs q̃ hominibus. (Actu. 5.) [Nec eñ fas eſt, regem] ſ. me [vobis quicquam negare.] quod falſum fuit, quia cõtra iuſtitiam voluntatemq́; Dei, nulli acquieſcẽdum eſt, p̃ſertim inferiori ac ſubdito. Immò talis, ſi erret, inſtruendus increpanduſq́; eſt, non fouendus in malo. [Tulerunt ergò Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Helchiæ, & ſubmiſerunt * in funibus in lacũ in quo non erat aqua, ſed lutum.] vt dira longaq́; morte moreretur ibidèm fame & luti oppreſſione. [Deſcendit itaque Ieremias in cœnum.] Eccè quanta vir iſte ſanctiſſimus paſſus eſt propter iuſtitiam. Erubeſcat ergò infelix impatientia noſtra. [Audiuit autem Abdemelech æthiops vir eunuchus, qui erat in domo regis, ꝙ miſiſſent Ieremiam in lacum, & locutus eſt ad regem: Domine mi rex, malè fecerunt viri iſti contra Ieremiam. non ſunt enim vltrà panes in ciuitate.] per quod patuit verbum, ꝙ Ieremias dixit eos fame perituros. [Præcepit itaque rex Abdemelech æthiopi: Tolle hinc triginta viros, & leua Ieremiam de lacu.] Innoteſcit ex his ꝙ Sedechias fuit vir mollis, & citò hincindè flexibilis. Dixitq́; Abdemelech ad Ieremiã: Pone veteres pannos ſub cubito manuum tuarum & ſuper funes. Fecit ergò Ieremias ſic. & extraxerunt Ieremiam funibus de lacu. Manſit autem Ieremias in veſtibulo carceris:] nè in oculis principum appareret. [Et miſit rex, & tulit ad ſe Ieremiam ad oſtium tertium, quod erat in domo Domini.] Erant quippe ante templum tria oſtia. Primum & exterius, fuit oſtiũ atrij mulierum: ſecundum, atrij virorum: tertium, atrij ſacerdotum, ad quod adductus eſt Ieremias. [& dixit] rex [ad Ieremiam: Interrogo te ſermonem, nè abſcondas à me aliquid. Dixit autem Ieremias: Si annũciauero tibi, nunquìd non interficies me? & ſi conſilium tibi dedero, non me audies.] ex diuina equidem reuelatione nouerat Ieremias, ꝙ Sedechias ſibi non acquieſceret. [Iurauit ergò rex Ieremiæ, clàm dicens: Viuit Dominus qui fecit animam hanc,] i. animas noſtras creauit, & vitam ſeu voluntatem iſtam donauit. [ſi occídero te.] i. nõ occídam. [Et dixit Ieremias ad Sedechiam: Hæc dicit Dominus: Si profectus exiêris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua.] i. tuipſe incolumis permanebis. [& ciuitas hæc non ſuccendetur, & saluus eris tu & domus tua.] i. tua familia. [ſi autem nõ exiêris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & ſuccendetur, & tu non effugies de manu eorum. Et dixit Sedechias ad Ieremiam: Solicitus ſum] i. timore anxior [propter Iudæos qui transfugerunt ad Chaldęos, nè fortè tradar in manus eorum,] à Chaldæis vel alio modo. [& illudant mihi:] me viliter moleſtando, aut turpiter occidendo. [Reſpondens autem Ieremias, dixit ei: Non te tradent Chaldæi in manus Iudęorum iſtorum. Audi quæſo vocem Domini, quam loquor ad te] de exeundo ad Chaldæos. [& benè tibi erit, & viuet anima tua] ſecundùm modum expoſitum. [Quòd ſi nolueris egredi, iſte eſt ſermo quem oſtendit mihi Dominus:] i. quem reuelauit mihi implendum in te. [eccè omnes mulieres quæ remanſerunt in domo regis Iuda,] i. in domo tua ô Sedechia. [educentur ad principes regis Babylonis.] Chaldæi eñ capta Hieruſalem, intrauerunt palatium, & fœminas eduxerunt captiuas. [& ipſæ dicẽt tibi,] cùm te viderint captũ & exoculatũ: [Seduxerunt te, & præualuerunt aduerſùm te viri pacifici tui.] Hoc quidam exponũt de pſeudo ꝓphetis, qui conſiliũ dederunt regi reſiſtendi Chaldæis, & pacẽ & ſecuritatem ei denunciauerunt. Poteſt quoq; exponi de rege ac plebe Aegypti, qui Sedechiæ atq; Iudæis

 pro-

promiſerunt auxiliũ contra Chaldęos,ſed nihil iuuerunt. Generaliter quoq; accipi poteſt de cũctis, quorũ perſuaſione Sedechias ad reſiſtendũ fuit inductus atq; ſeductus. [demiſerunt te in cœno,] i. ad magnã deiectionẽ te perduxerunt. [& in lubrico pedes tuos.] i. ad ruinã & ad vacillationẽ te deduxerunt. quod moraliter exponi poteſt de vniuerſis,qui aliorũ adulatione, promiſſione,ſeu qualibet inſtigatione molliti,iuſtitiæ ſe opponunt, & cadunt ac pereunt, qui demerguntur in cœno viliſſimæ iniquitatis,& affectiones ſuas ponunt in lubrico,hoc eſt,in rebus labentibus ac terrenis,nõ
Pſal. 68. in ſummo & incommutabili bono. Oremus igitur cum Pſal. Eripe me de luto,vt non infigar. Deniq; præhabita verba locutæ ſunt mulieres domûs Sedechię contra eum, inſultando eidem ex impatientia & mœrore,eô ꝙ eius impietate ipſæ ad tantam deuenerint calamitatem. ſed & viris pœnaliſſimum eſt,ꝙ eorum vxores hoſtium exponuntur libidini. [Dixit ergò Sedechias ad Ieremiã: Nullus ſciat verba hæc.] nullus videlicet habitatorum Hieruſalem pro præſenti. Timuit enim Sedechias principum indignationem. [ſi autem audiérint principes,quia locutus ſum tecum,& dixerint tibi,indica nobis quid locutus ſis cum rege,dices: Proſtraui preces meas coram rege,] i. humiliter rogaui,[nè me reduci iuberet in domum Ionathæ,& ibì morerer.] i. ad carcerem,qui eſt in domo illius. Ieremias autem ità reſpondit principibus, nec tamẽ mentitus eſt. Intelligendum eſt nanq;, ꝙ Ieremias id vtiq; poſtulauit, ſicut & præcedenti capitulo idipſum efflagitâſſe deſcribitur. [Manſit ergò Ieremias in veſtibulo carceris,vſq; ad diem quo capta eſt Hieruſalem.]

¶ *Explanatio cap. 39. Anno nono Sedechiæ regis Iudæ.* *Articulus* 57.

ANno nono Sedechiæ regis Iudæ, venit Nabuchodonoſor & omĩs exercitus eius, & obſidebãt Hieruſalem. Vndecimo aũt anno Sedechiæ aperta eſt ciuitas] per violentiam Chaldęorũ exteriorem murum eiuſq; portas frangentium: non enĩ habitatores Hieruſalem,eam aperuerunt. [Et ingreſſi ſunt principes regis Babylonis.] Rex aũt Nabuchodonoſor non erat tũc cum eis,vt ſtatìm patebit. [& ſederunt in porta media,] q̃ ſ. erat inter duos muros exteriores, voluerũtq; cęteras portas deſtruere. Hieruſalem aũt circundata fuit triplici muro. [Cumq; vidiſſet eos Sedechias & omnes bellatores] ſecum tunc exiſtentes,[fugerunt & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti regis,] quia hęc via fuit in horto ipſius,vel duxit ad eum. & [per portã quæ erat inter duos muros ciuitatis.] & dicunt nõnulli,ꝙ fuerat ibì porta intrandi ſubterraneam viam, cuius egreſſus fuit remotè ab vr-
4. Reg. 25. be,per quã rex & eius miniſtri fugerunt. Iſta 4. Regum lib. pleniùs ſcripta ſunt, & ad iſta propheticè deſignanda,pręcepit Dñs Ezechieli perfodere parietẽ, egrediq; per eum,& vaſa trãſmigrationis fer-
Ezech. 18. re in humeris,ꝑut Ezech. 12. diffusè deſcribitur. [Perſecutus eſt aũt eos exercitus Chaldęorũ, & cõpræhenderunt Sedechiam in campo ſolitudinis Hierichontinę,] i. deſerti quod fuit prope Hieri-
4. Reg. 25. cho. Vndè ſcriptum eſt 4. Reg. ꝙ in planitie Hierichontina fuerit cõpræhenſus. [& captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor in Reblata] i. vrbẽ q̃ alio nomine dicitur Antiochia. [& locutus eſt ad eum iudicia] i. increpatoria & dijudicatòria verba, repræhendendo eum de fœderis fractione, infidelitate,rebellione,periurio. In Scholaſtica hiſtoria fertur,ꝙ dixit ad Sedechiam: Deus tuus q̃ odio habet iniquitatẽ tuam,tradidit te in manus meas. [Et occídit rex Babylonis filios Sedechię in oculis eius:] quod fuit ei ineffabiliter graue videre. [& oẽs nobiles Iuda] i. maiores ac principales populi Iudæ ſimul captos cũ Sedechia. [oculos quoq; Sedechiæ eruit] per miniſtros, [& vinxit eum com-
Ezech. 12. pedibus,vt duceretur in Babylonẽ.] Vndè ab Ezechiele fuit ꝓdictum: Babylonẽ intrabit, & ipſam nõ videbit. [domũ quoq; regis] i. palatiũ [& domũ vulgi] i. domus vulgariũ [incenderunt Chaldęi, & murum Hieruſalẽ ſubuerterũt] i. tres muros ipſius. [Et reliquias populi Iudęorũ quę remanſerũt in ciuitate] Hieruſalẽ,[& proſugos qui transfugerãt ad eũ] i. ad regẽ Babylonis. [& ſuperfluos vulgi] Iudaici [tranſtulit Nabuſardam magiſter militũ regis Babylonis in Babylonẽ. Et de plebe pauperum] ſ. Iudęorũ,qui nihil penitùs habebant,[dimiſit Nabuſardã in terra Iuda,vt colerent eam, & dedit eis vineas & ciſternas in die illa,] vt regi Babylonis ſeruirẽt,tributumq; ſoluerẽt per Godoliã eis ꝑfectum,vt infrà dicetur. [Præcepit aũt Nabuchodonoſor de Ieremia magiſtro militię: Tolle illum de veſtibulo carceris,& pone ſuper eũ oculos tuos,] i. clemẽter te habe ad eum. [nihilq; ei mali facias,ſed vt voluerit, ſic facias illi.] Aeſtimandum eſt autẽ ꝙ Chaldæi, rege ſuo abſente,ingreſſi Hieruſalem,& inuenientes ibidèm virum quendam clauſum,ſcilicet Ieremiam,intelligenteſq; cauſam,retulerunt negocium iſtud ad regẽ ſuum in Reblata, qui tunc, Deo ordinante, præcepit magiſtro militiæ,ſicut iam dictum eſt. [tuncq; magiſter iſte & cęteri optimates ſeu principes regis Babylonis,miſerunt ſeruos ſuos,& tulerunt Ieremiam de veſtibulo carceris,] ſicut in textu habetur. [& tradiderunt eum Godolię,] quẽ rex Babylonis ꝑfecit Iudææ. [vt intraret domum Godoliæ, & habitaret in populo.] i. inter Iudæos in terra cũ Godolia relictos. [Ad Ieremiam aũt factus fuit ſermo Domini,cùm adhuc clauſus eſſet in veſtibulo carceris: Vade,& dic Abdemelech Aethiopi: Hęc dicit Dominus: Ego ego inducam] id eſt, opere adimplebo [ſermones meos] de vaſtitate Hieruſalem propheticè prænunciatos [ſuper ciuitatem hanc in malum] ſupplicij, [& non in bonum] liberatio-

nis. [& erunt in conſpectu tuo in die illa,] i. tempore vaſtitatis & deſtructionis Hieruſalem,videbis impleri hæc verba, eriſq; memor ſermonum meorum. [Et liberabo te in die illa, ait Dñs, & non tradéris in manus virorum quos tu formidas:] videlicet Chaldæos. [ſed eruens liberabo te, & gladio non cades,ſed erit tibi anima tua in ſalutem.] i. ſanus manebis, vel in æternum ſaluaberis, quia in me habuiſti fiduciam. Hæc fuit ſpecialis & maxima ratio ſuæ liberationis, confidentia quam habuit in Deo. Meruit quoq; idipſum per aliqua opera bona, præſertim ꝙ de liberatione Ieremię à lacu,tam ſolicitus fuit. Prætereà verba hæc omni in Deo ſperanti dicuntur, qui ſi conſtanter ſperet, ſortitur ſalutem,iuxta illud in Pſalmo: Adiuuabit eos Dominus,& liberabit eos,& eruet eos à pecca- Pſal. 36.
toribus,& ſaluabit eos,quia ſperauerunt in eo. Prætereà Sedechias eiuſq; principes ac miniſtri, ſpeciem gerunt inobedientium Chriſtianorum, qui regi confuſionis diabolo traduntur: à quo & filij eorum ſpiritales ſeu ſubditi, ſpiritualiter occiduntur, dum eius tentationibus acquieſcunt. Diabolus quoq; oculos eruit Sedechiæ,eumq; ligat compedibus: quia iniquorum prælatorum ac principum Eccleſiæ corda vehementer excęcat,impietatis vinculis ſtringit,& in infernum tranſmittit.

¶ *Explanatio cap. 40. Sermo qui factus eſt ad Ieremiam à Domino.* *Articulus* 58.

SErmo qui factus eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquàm dimiſſus eſt à Nabuſardan magiſtro militiæ de Rhama,] i. de ciuitate ſic dicta, quia vſq; ad locum illum Ieremias ab Hieruſalem venit cum captiuis Iudæis,compatiens eis. [quandò tulit eum vinctum catenis in medio omnium] ſ. captiuorum,qui migrabant de Hieruſalem,& ducebantur in Babylonem. [Tollẽs ergò magiſter militię Ieremiam,] i. à grege captiuorum ſeparans eum,vt iuxta imperium Nabuchodonoſor regis honorificè eum tractarent. [dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc] pœnale [ſuper locum iſtum,quia peccâſtis Domino.] Quod ait, peccâſtis, non ad Ieremiam, ſed ad alios refert. Sed vndè huic gentili notitia Dei Iſrael,& quòd ipſe per ꝓphetas iſta fuerit prælocutus, quòd item ipſe Dominus propter Iudęorum peccata eos Chaldęis tradiderit? Ad quod dici poteſt, quòd etiam Dominus eius rex Nabuchodonoſor iſta cognouit,& fortè à tempore captiuitatis Ioacim, talia didice-
runt ex relatione Iudæorum in Babyloniam tranſlatorum, inter quos Daniel & tres ſocij eius fue- Dani. 1.
runt,qui in regis Babylonis ſteterunt palatio,à quibus potiſſimè eos iſta intellexiſſe opinor. [Nunc ergò eccè ſolui te hodiè de catenis,quæ ſunt in manibus tuis.] Aſſerunt quidam, quòd miniſtri regis Babylonis ſoluerunt Ieremiam à catenis,quibus ligauerunt eum Iudęi & rex Iuda in ipſa Hieruſalem,ſed Ieremias cum Iudæis ligatis & catenatis egrediens, ſuppoſuit collum ſuum catenis eorum,quantùm valebat: & ab iſtis catenis fertur nunc à magiſtro militiæ liberatus. Veruntamen ex ordine textûs magìs videtur,quòd Ieremias adductus ſit vſq; ad magiſtrum militiæ cum prioribus vinculis. Neq; enim magiſter militiæ per ſeipſum tulit eum de carcere, ſed per famulos ſuos, vt patuit præcedenti capitulo. [Si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni. ponam oculos meos ſuper te.] id eſt, benefaciam tibi ibidèm iuxta regis mei edictum. [Si autem diſplicet tibi venire mecum,reſide hîc] in Iudæa. [Eccè omnis terra in conſpectu tuo eſt.] id eſt, libertatem habes manendi in quocunq; Iudææ loco volueris. [habita apud Godoliam,quem prępoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ,] iam in poteſtatem regis Babylonis redactis. Godolias iſte fuit natione Iudęus, & (vt dicitur) ad Chaldęos transfugit, ſicut & alij multi, de conſilio Ieremiæ. [Dedit quoquè ei magiſter militiæ munuſcula & cibaria] Ieremiæ, [& dimiſit eum] non ſine grandi honore, tanquàm Dei amicum ac ſanctum prophetam: quo demonſtratur peruerſitas regum ac populi Iudæ, quòd rege Babylonis eiuſq; principe credentibus, atq; honorem deferentibus Ieremiæ, ipſi perſecutionem intulerunt eidem. [Venit ergò Ieremias ad Godoliam in Maſphat.] Hoc ex diuina inſpiratione fecit propheta. [& habitauit cum eo. Cumq; audîſſent omnes principes exercitûs] Iudæorum, [qui diſperſi fuerant per regiones,] id eſt, in prouincijs Iudææ vicinis, ad quas timore Chaldæorum fugerunt, [quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliam terræ Iudææ, & quòd commendâſſet ei viros & mulieres & paruulos, &c. venerunt ad eum Iſmael filius Nathanię, & Iohannan filius &c. Et iurauit eis Godolias filius &c. dicens: Nolite timere ſeruire Chaldęis. habitate in terra &c.] Cum iuramento aſſeruit, quòd ſecurè habitarent in Iudęa, dummodò ſeruirent Chaldęis. [Eccè ego habito in Maſphat, vt reſpondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos.] quaſi dicat, Nullus erit vobis moleſtus, & ſi opùs fuerit, reſpondebo pro vobis. [Manete in vrbibus quas tenetis,] id eſt, quas nunc tutè obtinere poteſtis. [Sed & omnes Iudęi qui erant in Moab & in finibus Ammon &c.] id eſt, Iudęi inter Moabitas, Ammonitas, Idumęos, ac cęteras nationes diſperſi, [audito quòd &c.] id eſt, auditis quę de prę fectione Godolię iam dicta ſunt, [venerunt] ad eum, malentes in terra natali quàm alibì demorari. [Et collegerunt vinum & meſſem multam nimìs.] Non enim Chaldęi Iudęam eatenùs deſtruxerunt, quin ea quę remanſerunt de vineis, agris, atq; oliuis, ſuffecerint copioſè his paucis Iudęis ad Godoliam collectis. [Iohannan autem filius Careę & omnes principes] ſ. ſocij eius, [ad Godoliam dixerunt: Scito quòd * rex filiorum Ammon, miſit Iſmael filium Nathaniæ]

de quo Iſmaele pauloantè dictũ eſt, ꝙ venit, quemadmodùm & Iohannan, ad Godoliam. Vndè Iohannan tanꝙ vir acutus, cõſiderauit aũt percepit machinationes Iſmaelis. [percutere animam tuã,] i. teipſum occídere, ſumendo partem pro toto, iuxta conſuetudinem ſcripturarum. Dicunt aliqui, ꝙ Iſmael iſte, qui dudum ad regem Ammonitarum confugit, de conſilio regis illius quæſiuit occídere Godoliam, quia rex Ammon optauerat obtinere Iudæam, tunc deſolatam. Alij aſſerũt, ꝙ Iſmael ex proprio animo iſtud concepit, inuidens Godoliæ principatum Iudææ, quia Iſmael hic fuit de ſemine regum Iudæ. [& non credidit eis Godolias,] ꝙ ſ. Iſmael in tanta deſolatione Iudææ, tantum cõmitteret ſcelus. [Iohannan aũt dixit ſeorſum ad Godoliam: Ibo & percutiam Iſmael, nullo ſciente, nè interficiat animam tuam.] i. te, ſumendo partẽ pro toto. [& diſſipentur] i. hincindè diſpergantur. [& pereant oẽs Iudæi qui congregati ſunt ad te. Et ait Godolias: Noli facere verbum hoc. falſum enim loqueris de Iſmael.] Quanuìs benè fecerit Godolias, non ſtatìm credendo omni ſpiritui, incautè tamen ſe habuit, quòd non meliùs ſe obſeruauit, nec rem diligentiùs inueſtigauit.

¶*Expoſitio cap. 41. Et factum eſt in menſe ſeptimo.* *Articulus* 59.

ET factum eſt in menſe ſeptimo] anni captiuitatis Sedechiæ, deſtructioniſq́; templi, [venit Iſmael de ſemine regali] regum ſ. Iuda. fuit enim natione Iudęus. [& optimates regis] forſitan Ammonitarum, à quo fuerat miſſus. [& decem viri cum eo.] Dicunt quidam ꝙ plures erant cũ eo, ſed decem tanꝙ principales exprimuntur. ſed hoc certum non eſt. [ad Godoliam, & comederũt panes ſimul in Maſphat.] Godolias nanq; ſplendidè eos recepit atq; refecit, nil ſuſpicans mali. Per panem aũt in ſcripturis oẽ genus alimenti exprimitur. [Surrexerunt autem Iſmael & decem viri cum eo, & interfecerunt Godoliam, omnes quoq; Iudæos qui erant cum Godolia, & Chaldæos qui reperti ſunt ibì.] Viciſsìm enim mittebantur Chaldęi ad Godoliam, vt de principatu ſuo redderet regi Babylonis rationem. [& viros bellatores] exiſtentes ibidèm [percuſſit Iſmael.] Ex quo ſequi videtur, ꝙ multo plures quàm decem viros habuerit ſecum. ſed in Scholaſtica hiſtoria dicitur, ꝙ dormientibus poſt prandium Godolia cæteriſq́; conuiuis, percuſſerit eos Iſmael iſte crudeliſſimus & nefandus. [Secundo aũt die poſtquàm occíderat Godoliam, nullo ſciente] extra ciuitatem & locũ vbì iſtud commiſit, [venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria, & octoginta viri raſi barba, & ſciſſis veſtibus & ſqualentes, munera & thus habebant in manu, vt offerrent in domo Domini.] Oẽs iſti fuerunt de populo Iudęorum ſeu Iſrael, qui ex triſtitia fecerunt ſibi barbam radi, & veſtimenta ſua ſciderunt propter miſerias quæ acciderant Iudæis. veneruntq́; vt munera ſua Deo offerrent in domo Domini, i. in templo Hieruſalem, ſecundùm quoſdam, ità ꝙ viri iſti quãdò de locis ſuis egreſſi ſunt, nondùm nouerunt templum & Hieruſalẽ eſſe incenſa, in via tamen id audiêrũt. Alijs aũt videtur, ꝙ quia templum incenſum fuit quinto menſe, & iſti venerunt ſeptimo menſe, iam dudũ perceperunt templi deſtructionẽ. idcircò per domum Dñi, intelligunt domum in qua aſſerunt Godoliam ædificâſſe altare Deo, deſtructa Hieruſalem. [Egreſſus ergò Iſmael in occurſum eorum de Maſphat,] quia à longè vidit aut percepit eos venire, [incedens & plorãs ibat.] quod ſimulatoriè fecit, vt viri illi putarent eum de Iudęorum aduerſitate dolere, ſicq́; crederent ſibi. [dixit ad eos: Venite ad Godoliam. Qui cùm veniſſent ad medium ciuitatis Maſphat, interfecit eos.] Ex quo ſequi videtur, ꝙ plures ꝙ̃ decem erant cum Iſmael. [Decem aũt viri reperti ſunt inter eos, qui dixerunt ad Iſmael: Noli occídere nos, quia habemus theſaurum in agro] ſ. abſconditum [frumenti & hordei & olei & mellis. & non interfecit eos:] non pietate, ſed cupiditate, quia ſine eorum ducatu putauit ſe hanc copiam rerum inuenire nõ poſſe. Porrò an viri iſti cõfinxerint iſta, vt tali mendacio euaderẽt mortem, certum non eſt. [Lacus aũt in quem proiecit Iſmael cadauera omnium virorũ, quos interfecit propter Godoliam, ipſe eſt quem fecit Aſa rex Iuda propter Baaſa regem Iſrael,] de quorũ inimicitia & compugnatione ſcriptum eſt pleniùs 3. Reg. 15. [Et captiuas duxit Iſmael omnes reliquias populi] Iudæorum, [quæ erant in Maſphat,] ſ. filios regis Sedechiæ, & vniuerſum populum qui remanſerat in Maſphat. [quos commendauerat Nabuſardan princeps militiæ, Godoliæ.] Nec obſtat ꝙ iam dictum eſt, quemadmodùm Iſmael vniuerſos Iudæos qui erant cum Godolia in Maſphat, occídit. hoc enim de eis dicitur, qui cũ Godolia erant in domo eius atq; conuiuio. Hîc aũt per Maſphat, intelligitur locus hincindè vicinus loco ſeu habitaculo Godoliæ. [Audiuit Iohannan & oẽs principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum quod fecit Iſmael, & aſſumptis vniuerſis viris] ſibi ſubiectis ac ſociatis, [profecti ſunt vt bellarent aduerſùs Iſmaelem: & inuenerunt eum ad aquas multas quę ſunt in Gabaon.] circa quas aquas pueri Ioab & Abner leguntur cõtra ſe pugnâſſe, & pariter cecidiſſe, 2. Regum 2. [Cumq́; vidiſſet omnis populus qui erat cum Iſmael,] i. capti ab eo, [Iohannan & principes, læti ſunt,] videntes ſe eruendos de manibus Iſmaelis, qui voluit eos ſecum ducere ad regem filiorum Ammon. [Et reuerſus eſt omnis populus, quem ceperat Iſmael, in Maſphat. Iſmael aũt fugit cum octo viris,] duobus de decem occiſis aut debilitatis. [Tulit ergò Iohannan & oẽs principes bellatorum qui erant cum eo, vniuerſas reliquias vulgi, quas reduxerant

ab Iſmaele de Maſphat.] quia vt iam dictum eſt, reliquiæ iſtæ viſo Iohannan, rediêrunt de Gabaon in Maſphat, ſicq́; reduxit eas Iohannan de Maſphat ad ſe, quas primò reduxerat de Gabaon. [abiêrunt Iohannan & principes cum præfatis reliquijs populi, & ſederunt peregrinantes in terra Chanaan] i. in terra Iſrael, quæ olim dicta eſt terra Chanaan, Chananæis in ea manentibus. [vt introirẽt Aegyptum à facie Chaldæorum.] Timuerunt equidem à Chaldęis occídi, eô ꝙ Iſmael vir Iudæus, occidiſſet Godoliam officialem regis Babylonis, aliquos quoq; Chaldęos cum eo.

¶*Expoſitio cap. 42. Et acceſſerunt omnes principes bellatorum.* *Articulus* 60.

ET acceſſerunt oẽs principes bellatorum, & reliquum vulgus, à paruo vſq; ad magnum, dixêruntq́; ad Ieremiam: Ora pro nobis Dñm Deum tuum &c.] qui licèt ſit omnium Deus, ſpecialiter tamẽ tuus propter pręcipuam tuam deuotionem ad eum, & maxima eius beneficia ſuper te. [& annunciet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus.] quãuìs enim intenderent fugere in Aegyptum, voluerunt nihilomiuùs de hoc Dei oraculum conſiliumq́; inquirere. [Dixit aũt ad eos Ieremias: Audiui] i. quod rogâſtis me, faciã. [Eccè ego oro ad Dñm Deũ veſtrum ſecundùm verba veſtra.] i. iuxta modum & formam veſtrę petitionis. [Omne verbũ quodcunq; reſponderit mihi, indicabo vobis.] quaſi dicat: Vultis etiam facere quod Dñs mihi reſponderit? Ieremias aũt tam familiaris extitit Deo, ꝙ non dubitauit quin citò ab eo reſponſum acciperet. [At illi dixerunt ad Ieremiam: Sit Dñs inter nos teſtis veritatis & fidei] i. fidelitatis, quæ eſt pars iuſtitiæ, quam homo potiſſimè Deo tenetur intantùm, vt grauius ſit frangere votum, quàm crimẽ periurij. [ſi non] immò [iuxta omne verbum in quo miſerit te Deus tuus ad nos, ſic faciemus, ſiue bonum eſt, ſiue malum.] i. ſiue ſit proſperum, ſiue pœnale & aſperum. [Cùm autem completi eſſent dies ſeptem, vel decem,] vt Lyra aſſerit in Hebręo haberi, infra quos dies Ieremias intentus fuit orationi pro habenda reuelatione diuina. ꝙ ſi tãtus Dei vates tam multis diebus orationi inſtabat pro vna reſponſione, quid eſt ꝙ nos imperfectiſſimi atq; pauperrimi, tam citò ab orationis ſtudio fatigamur atq; ceſſamus, dum non ſtatìm ad libitum exaudimur? [Factũ eſt verbum Dñi] i. diuina reſponſio [ad Ieremiam, vocauitq́; Iohannan & principes & populum, & dixit ad eos: Hæc dicit Dominus: Si quieſcentes] à peccati tumultu & propoſito eundi in Aegyptum, [manſeritis in terra hac, ædificabo vos] i. de neceſſarijs prouidebo vobis. [& non deſtruam] i. per Chaldæos interfici nõ permittam. [Iam enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis.] i. peccata veſtra, ſecundùm quod ſufficit pietati meæ, ſatìs iam vltus ſum, ità quòd mala pœnalia vobis illata, iram meam quaſi extinxerũt. Loquitur autem Deus more hominis, qui iniuria ſibi illata, ad libitum vlta, placatur. [Nolite timere à facie regis Babylonis, quia vobiſcũ ſum ego] per gratiam defenſionis, dummodò in terra iſta manſeritis. [Si autem dixeritis, Ad terram Aegypti pergemus, audite verbũ Domini: Si intraueritis Aegyptum, gladius quem formidatis,] id eſt, gladius Chaldęorum, [ibì compręhendet vos, & ibì moriemini.] Litera iſta difficultatem non habet. [omneſq́; viri qui poſuerint faciem ſuam, vt ingrediantur Aegyptum, morientur gladio & fame & peſte.] i. aliqua harum plagarũ. Quòd ſi diſtributio iſta ſtare non poteſt pro ſingulis generum, accipienda eſt pro generibus ſingulorum. Rex autem Babylonis pòſt in breui vaſtauit Aegyptum, & Iudæos exiſtentes ibidèm. [ſicut conflatus eſt furor meus,] i. rigor iuſtitiæ meæ debacchatus eſt [ſuper habitatores Hieruſalem, ſic conflabitur indignatio mea ſuper vos, cùm ingreſſi fueritis Aegyptum,] i. zelus iuſtitiæ meæ vltionem diram exercebit in vobis. [& eritis in iuſiurandum,] i. forma iurandi per execrationem, ſumetur à vobis ob nimiam veſtram calamitatem, ità ꝙ multi ſic iurabunt: Niſi id fecero, patiar quod paſſi ſunt Iudæi ad Aegyptum confugientes. [& in ſtuporem,] ità quòd homines de miſeriarum veſtrarum mgnitudine mirabuntur. Conſequenter Ieremias admonet eos, nè intrent Aegyptum, [eô quòd Dominus iſta loquutus eſt:] & quia miſerunt Ieremiam ad Deum pro habendo conſilio, & quoniã iurauerunt quòd verbo Domini obedirent: & item quia niſi ſic fecerint, malè omninò habebunt. ex quibus reſiduum huius capituli clarum eſt.

¶*Expoſitio cap. 43. Factum eſt autem cùm complêſſet Ieremias &c.* *Articulus* 61.

FActum eſt autem cùm complêſſet Ieremias loquens ad populum] Iudæorum [vniuerſos ſermones Domini &c.] quòd ſcilicet remanerent in terra Iudææ, nec ingrederentur Aegyptum, [dixit Azarias & Iohannan & omnes viri ſuperbi:] immò multùm ſuperbi, qui tot tribulationibus non erant humiliati, & inſupèr ſanctum prophetam tam contumelioſè affati ſunt, ſecundùm quod ſubditur: [Mendacium tu loqueris. non miſit te Dominus Deus noſter, dicens, Nè ingrediamini in Aegyptum. ſed Baruch te incitat aduerſùm nos, vt tradat nos manibus Chaldæorum.] Viri iſti reputabant Ieremiam hominem ſimplicem, non malitioſum: ideò à Baruch eius notario & amico dixerunt eum callidè informatum. Deniquè horum ſuperborum malitiam multi ſequuntur, qui aliquid facturi, primò à ſapientibus & deuotis quærunt conſilium, adſtruentes ſe eorum informationem recepturos. ſed cùm ea ab his audiunt, quæ ſæpè carnalitati aut peruerſitati ſeu propriæ vo-

luntati contraria ſunt, indignantur, neq; aſſentiunt: quin potiùs tales errare, mentiri, aut callidè ſeu malitioſè loqui exiſtimant. [ſed tollens Iohannan & principes, vniuerſos reliquiarum Iuda, & filias regis, & Ieremiam, & Baruch, ingreſſi ſunt terram Aegypti.] Dicunt aliqui, ꝙ Ieremias ex compaſſione iuit cum eis: alij, ꝙ coactus. [& venerunt vſq; ad Taphnis vrbem præcipuam in Aegypto.] quia enim rex Aegypti aduerſarius fuit regis Babylonis, & cõfœderatus regibus Iudæ, Ioacim ſ. & Sedechiæ, putabant Iudæi iſti ſe à rege Aegypti benè tractandos, atq; in eius territorio ſecurè manſuros. fuitq́; magna nimis eorum peruerſitas, ꝙ Ieremiæ totiès vero inuento, non crediderunt. [Et factus eſt ſermo domini ad Ieremiam in Taphnis, dicens: Sume lapides grãdes, & abſconde eos in crypta, quæ eſt ſub muro lateritio in porta domûs Pharaonis in Taphnis, cernentibus Iudęis, & dices ad eos: Hæc dicit dñs: Eccè ego mittam & aſſumam Nabuchodonoſor regẽ Babylonis ſeruum meũ:] quia diuinę iuſtitiæ executorem contra iniquos. Miſit autem dñs ad eum, quia diuina inſpiratione factum eſt, ꝙ venit contra Aegyptum, inquantùm diuina iuſtitia voluit per eum Aegyptiorum punire peccata. & quantùm ad hoc, intelligi poteſt, ꝙ angelum bonum miſit, qui ei hoc inſpirauit: inquantùm verò rex Babylonis bonæ inſpirationi propriam adiecit malitiam, ex crudelitate & cupiditate atq; ſuperbia veniendo ſuper Aegyptum, faciensq́; mala intentione, quod Dominus bona intentione fieri voluit, ab angelo malo creditur inſtigatus. [& ponam thronũ eius ſuper lapides iſtos, ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos.] i. in loco iſto vel propè, tanquàm victor & Dominus terræ Aegypti, ſedebit. [veniensq́; percutiet terram Aegypti.] i. Aegyptios. [quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium.] id eſt, quoſdam occídet, quoſdam captiuabit, quoſdam grauiter vulnerabit. [Et ſuccendet ignem in delubris Aegypti.] id eſt, phanis ſeu templis idolorum. [Et amicietur terra Aegypti] id eſt, multitudine populi regis Babylonis operietur. [ſicut amicitur] id eſt, veſtitur [paſtor pallio ſuo.] hoc eſt, exercitibus aduerſariorum adimplebitur. [Et egredietur indè] ſcilicet de Aegypto rex Babylonis [in pace,] optato potitus triumpho. [Et conteret ſtatuas domûs] id eſt, templi [ſolis,] quem Aegyptij pro Deo colebant. [quę ſunt in terra Aegypti:] In pluribus nanq; locis Aegypti fuerunt ſimulacra ſolis, præſertim in ciuitate Heliopoleos, quæ vocatur ab ἥλιος, quod eſt ſol, & πόλις ciuitas. Solem quoq; gentiles communiter coluerunt, quem Empedocles appellauit patrem deorum atq; virorum. Propterea Epiphanius & doctores communiter aſſerunt, quòd dum Ieremias ſecundùm diuinum præceptum lapides poneret in loco præfato, exacerbati Iudæi, * cum eiſdem lapidibus lapidauerunt occideruntq́; eum. Vn-
Heb. 11. dè quod de veteribus ſanctis ait Apoſtolus, Lapidati ſunt, de Ieremia exponitur.

¶ *Elucidatio cap. 44. Verbum Domini quod factum eſt.* *Articulus* 62.

VErbum dñi quod factum eſt ad Ieremiam, & ad omnes Iudęos qui habitabant in terra Aegypti.] verbum iſtud primò fiebat diuinitùs ad prophetam, deindè per eum ad populum. [Hæc dicit dñs: Vos vidiſtis] corporalibus oculis [om̃e malum] pœnale, i. genera plagarum. [quod adduxi ſuper Hieruſalem, & ſuper omnes vrbes Iudæ,] i. vrbium habitatores, & etiam ſuper ſtructuras. [& eccè ſunt deſertæ propter malitiam quam fecerunt] habitatores earum, [vt colerent deos alienos. Et nunc hæc dicit Dominus: Quarè vos feciſtis malum hoc grande contra animas veſtras,] i. ad veſtram perditionem. Vobis enim, non mihi, veſtra nocet iniquitas. [ſacrificando dijs alienis in terra Aegypti?] i. cùm Iudęorum idololatriam puniri videritis, meritò eſſetis emendati, idololatriamq́; abijcientes, & nunc ecõtrariò imitamini illorum facinora, etiam in Aegypto deos alienos colendo. [vt diſpereatis, & ſitis in maledictionem & opprobrium cunctis gentibus terræ, & vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactãs de medio Iudæ,] i. ex grege reliquiarũ Iudæ exiſtentiũ in Aegypto. [nec relinquatur vobis quicquam reſiduum.] Iſti enim idololatræ, & qui ſpontè intrauerunt Aegyptum, poſteà à Chaldęis ibidèm oppreſſi fuerunt. Porrò quod ait, vt diſpereatis: &, vt intereat: intelligendum eſt concomitanter, non directè cauſaliter. [Nunquìd oblíti eſtis mala patrũ veſtrorum?] quaſi dicat, Non, ſed ea pertinaciter continuatis. [Ideò hæc dicit Dominus: Ponam faciem meam in vobis in malum,] i. ad puniendum vos intuebor. [& diſperdam omnem Iudam:] quia oẽs Iudęorum reliquiæ Aegyptum ingreſſæ, fuerunt per Chaldęos indè deletæ, quanuìs nõ omnes occiſæ. [Et aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt facies ſuas vt ingrederentur terrã Aegypti] i. ſpontè & facie obfirmata, ſeu animo pertinaci eam ingreſſę ſunt. [& conſumentur] i. morientur [omnes in terra Aegypti in gladio & fame, à minimo vſq; ad maximum, & erunt in iuſiurandum & in miraculum,] i. ſtuporem. iſtud capitulo 42. expoſitũ eſt. [& non erit qui effugiat & reuertatur in terram
Iere. 42. Iuda, ad quam ipſi eleuant animas ſuas, vt reuertantur & habitent ibì.] Iſti nanq; Iudæi intrauerunt Aegyptum, vt ibì ad tempus peregrinarentur, deindè ad Iudæam redirẽt, ſublato Chaldæorũ timore atq; incurſu. [Nõ reuertentur, niſi qui fugerint. Aliqui eñ iſtorũ Iudęorũ fuerũt cæteris meliores, & Ieremiæ magìs acquieſcẽtes, qui etiã dicuntur inuitè Aegyptũ ingreſſi, ſed à principibus eſſe cõpulſi, qui diuinæ pietatis moderamine, Chaldęorum manus euaſerunt, & poſt vaſtitatem Aegypti, in

in Iudęam reuerſi ſunt, quẽadmodùm Iſaias & Ezechiel p̃dixerant. Deniq; q̃ irrationabiles & obſti- Iſaiæ 51.
nati fuerint hi Iudæi ſpontè Aegyptum ingreſſi, ſubiungitur: [Reſponderunt autẽ Ieremiæ oẽs viri] Ezec. 24.
ſ. Iudæi, [ſcientes ꝙ ſacrificarent vxores eorum dijs alienis,] quarum peccatũ redundabat in viros, qui eas cõpeſcere à tanto debuerunt flagitio. [& vniuerſæ mulieres & om̃is populus habitantiũ.] ſ. Iudæorum in terra Aegypti. [Sermonẽ quem loquutus es ad nos in nomine Dei noſtri, non audiemus ex te:] i. admonitionibus quibus nos hortaris relinquere idola, non acquieſcemus. [ſed facientes faciemus om̃e verbum quod egredietur de ore noſtro.] i. non verbis tuis, ſed p̃prijs verbis tribuemus effectũ, [vt ſacrificemus reginæ cæli,] i. lunæ vel Iunoni. [& libemus ei libamína,] offerendo ei de materijs liquidis, [ſicut fecimus nos & patres noſtri in vrbibus Iuda, & ſaturati ſumus panibus, & benè nobis erat qñ hoc fecimus. Ex eo autẽ tempore quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cæli, indiguim̃us oĩbus, & gladio & fame conſumpti ſumus.] Eccè q̃ta fuit iſtorum cæcitas atq; peruerſitas. Iſtorum quoq; errori ſimilis fuit peruerſitas Romanorum quorũdam, qui vrbem ſuã cernentes vaſtari, contra Chriſtianos clamare cœperunt ac dicere, ꝙ ex quo ſacra deorum in Roma omiſſa fuerunt, & cultus Chr̃i inualuit, ciuitas ipſa periſſet, & hoc fuit ſancto Auguſtino occaſio ſcribẽdi librũ de ciuitate Dei, vt ipſemet in eodẽ libro teſtatur, vbì falſitatẽ iſtorum demõſtrat. Inſupèr fœminæ fœminea leuitate ſe excuſando, vel potiùs in malis defendendo ac iuſtificando, adijciunt: [ꝙ ſi] pro qa [nos ſacrificamus reginæ cæli, nunquìd ſine viris noſtris] i. non ſine eorũ conſenſu & cõmunione, [facimus ei] ſ. lunę [placentas,] eas offerendo eidem? Conſequenter p̃pheta rep̃hendit vaniſſimam reſponſionẽ iſtorum. [Et dixit Ieremias ad oẽm populum] Iudęæ p̃fatum: [Nunquìd non ſacrificiũ quod ſacrificâſtis in ciuitatibus Iuda, recordatus eſt dñs, & aſcendit ſup cor eius?] i. ſacrificiorum q̃ idolis immolâſtis in Iudęa, oſtendit ſe dñs memorem, inferendo vobis pro eis debitam pœnam. [Et non poterat dñs vltrà portare vos p̃pter malitiam ſtudiorũ veſtrorũ.] i. propter idololatrias, & cętera veſtra facinora, non decuit Deum diutiùs differre vindictã. ſicq́; de Dei potentia ordinata loquẽdo, non potuit iſtud, quanuìs ſecùs ſit, loquendo de eius abſoluta potentia. [Et dixit Ieremias: Hæc dicit dñs: Vos locuti eſtis, dicentes, faciamus vota,] i. promiſſa noſtra impleamus, [vt ſacrificemus reginæ cæli. Eccè ego iuraui in nomine meo magno, ait dñs.] i. per meipſum immenſum & ſummũ, quia maiorem per quem veritatem proteſter, non habeo. [quia nequaq̃ vltrà vocabitur.] i. exprimetur [nomen meum ex ore omnis viri Iudæi.] i. viri iſti prauiſſimi occidentur. quo facto, me ampliùs nominare, vt antè, non poterunt in iurãdo, in p̃ſentiq́; ſeculo. [Qui fugerint gladium] ſ. Chaldæorum, [reuertentur in terram Iuda viri pauci.] Hoc iam dictum atq; expoſitum eſt. [Et ſciẽt] prædicti rebelles, cuius ſermo compleatur, meus an illorum. Nam in anguſtijs conſtituti, per experientiam pœnæ ſibi illatæ nouerunt Deum veracem, ſe autem mendaces. [Et hoc vobis ſignum] ꝙ ſcilicet præfatis plagis ô Iudæi in Aegypto peribitis. [Ego tradã Pharaonem regem Aegypti in manu inimicorum eius,] videlicet Chaldæorum. Iſtud intelligendum eſt de ſigno prænoſticatiuo futuri, non recordatiuo preſentis, ſicut ad Moſen dñs dixit: Hoc habebis ſignum quòd miſerim te: cùm eduxeris popu- Exod. 3.
lum meum de Aegypto, immolabis Domino in monte iſto. Itemq́; Iſaias: Dabit Dominus vobis ſi- Iſaiæ 7.
gnum: Eccè virgo concipiet & pariet filium. Deniq; in eo quod ait propheta, [Non poterat dñs vos vltrà portare propter malitiam veſtram,] inſinuat infinitam miſericordiam Dei, quòd quaſi inuitus atq; coactus, peccata noſtra viciſcitur, qui quãtùm in ſe eſt, mallet ſaluare q̃ perdere. Poſtremò, præinductis Iudæis qui Ieremiæ dixerunt, Benè nobis fuit, dum ſacrificauimus reginæ cæli &c. aſſimilãtur aliqui Chriſtiani imperfectiſſimi vehementer, qui tempore ſuæ impię & mundanæ conuerſationis proſperantur, cumq́; ad vitam pœnitentialem parùm conuerſi, & Deum colere orſi, viderint ſe aduerſitatibus exerceri, ſcandalizantur, & ęqualiter intra ſe dicunt: Benè nobis fuit, quandò ſacrificauimus reginæ cęli & dijs alienis, id eſt, quandò rebus ſecularibus & terrenis carnalibusque inhæſimus, & creaturam magìs quàm creatorem dileximus atq; quæſiuimus. Ex quo autem ab huiuſcemodi vita receſſimus, appræhenderunt nos plurima mala. ſicq́; fracti & miſerabiliter victi, ad vitam vertuntur priorem.

¶ *Expoſitio cap. 45. Verbum quod loquutus eſt Ieremias.* *Articulus* 63.

VErbum quod locutus eſt Ieremias ad Baruch, cùm ſcripſiſſet verba hęc,] id eſt, verba ſuperiùs introducta de cladibus Iudęorum. [in libro ex ore Ieremię,] quemadmodùm dictum eſt 36. Iere. 36.
capit. [anno quarto Ioacim regis Iuda.] quod fuit ante deſtructionem Hieruſalem diù. Quo conſtat, quod dictum eſt ſæpè, in hoc Ieremię volumine ordinem temporis in deſcriptionibus rerum non obſeruari. [Hęc dicit Dominus ad Baruch: Dixiſti, vę] temporalis afflictionis [mihi miſero,] i. tribulationibus aduerſitatibusq́; repleto, & ità à veræ beatitudinis fonte multùm diſtanti. [quoniã addidit Dominus dolorem dolori meo] i. abundanter afflixit & multipliciter contriſtauit me, tum propter Ieremiæ magiſtri & patris mei perſecutiones, & propter mala toti populo meo & ciuitati ac templo Hieruſalem imminentia, tum propter proprias perſecutiones. Nam Ioacim rex librum

Baruch cōbuſſit, ipſumq́; Baruch ac Ieremiā trucidare quæſiuit. nec mirum, ſi Baruch ità loquutus
Iere.20. ſit,cùm & Ieremias ſuperiùs dixiſſe ſcribat: Vę mihi mater mea,cur genuiſti me?&,maledicta dies in
qua natus ſum.q̄ quomodò intelligenda ſint,dictū eſt,&eodem ſenſu Baruch verba accipi poſſunt.
Aliqui dicunt ꝙ Baruch doluerit,& ideò verba hæc dixerit, quia ſpiritum prophetiæ aſſecutus non
Exo.17. eſt,cùm miniſtrauerit Ieremiæ,quemadmodùm miniſter Moſis Ioſue,Heliſeus quoq; miniſter He-
3.Reg.19. liæ.[laboraui in gemitu meo] propter hæc mala laborioſè intùs dolendo.Hoc quoq; ait Pſal.quia &
Pſal.6. oēs pœnitentes peccata ſua debent cum interiore labore deflere,& per actus pœnitentię laborioſos
ſatisfacere ꝓ eiſdem. [& requiem non inueni.] i.tranqllitatem,ſed tribulationes multiplices. Nam
& q̄ in p̄ſenti requies eſt bonorum,breuis & imperfecta,multisq́; inqetudinibus eſt pmixta.vndè &
ab eis non requies reputat̄, præſertim futuræ quietis intuitu.[Hæc dicit Dn̄s:ſic dices:] ô Ieremia ad
Exo.19. eum.[Eccè quos ædificaui,]putà populum Iudæorū,[ego deſtruo.]i.mox deſtruā per Chaldæos,[&
quos plantaui] in terra hac, [euello] de ea per mortē & captiuitatem,[& vniuerſam terrā hanc] Iu-
dæę vaſtabo,[& tu quæris tibi grandia?] i.proſpera magna in vita præſenti & propria terra,ſecūdùm
quod lex iuſtis ſæpè promittit, ꝙ ſ.omnibus rebus abundarēt, atq; ſecurè in terra demorarent̄,nec
hoſtili moleſtarent̄ incurſu. [Noli quærere] grandia iſta, quia temporalibus malis frequenter iuſti
cum iniuſtis premuntur,ideò ſubditur:[quia eccè ego adducam malū]i.punitionē & tribulationem
multiplicem.[ſuper om̄em carnem,ait Dn̄s.] i.ſuper totūpopulum Iudæorum, de quo nunc ſermo.
Sicut em̄ per om̄em terrā,frequenter exprimitur in ſcriptutis terra determinata,de qua mētio fit: ità
& hîc per oēm carnē,deſignat̄ totū Iudaici populi genus:vel ſi p oēm carnē,intelligant̄ & cæteræ na
tiones per Chaldæos vaſtatę,hyperbolica erit loquutio,ad deſignandum multitudinem afflictorū.
[Et dabo tibi aīam tuam in ſalutem,] i. à morte te p̄ſeruabo [in oībus locis ad quæcunq; perrexeris.
[dedit etiā ei Deus bona gratiæ neceſſaria ad ſalutē.Pręterea Chriſtiani aduerſitatibus preſſi,his ver
bis ſe conſolent̄,intendendo q̄ multi electi & boni, eisq́; multo meliores, paſſi ſint,atq; quotidiè pa
tiantur magna aduerſa & tribulationes grauiſſimas.Id ergò ſufficiat eis,ſi anima eorum vbiq; cuſto
diatur à Deo,& ad veram perducatur ſalutem. Immò inquantùm aduerſa ad hoc eis conferunt,gau
Iaco.1. Rom.12. deant in eiſdem,iuxta illud: Omne gaudium exiſtimate, cùm in diuerſas tentationes incideritis.In-
ſupèr ex verbis his docemur flere cum flētibus,nec tempore aduerſitatis confratrum,velle inaniter
Eccl.7. gloriari. ideò in Eccleſiaſtico legitur: Nè deſis plorantibus in * deſolatione.

¶ *Elucidatio cap. 46. Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam.* *Articulus* 64.

CONſuetudo eſt prophetis,vt poſtq̄ ea q̄ populum ſuum,ſ.populū Iudæorum concernunt, de-
ſcripſerint,illarum gentiū vaſtitatem p̄nuncient,q Iudæis moleſtiā intulerunt.ità nūc agit Ie-
remias,immò ſpiritusſanctus per eum,& primò loquitur cōtra Aegyptios, q Ioſiæ regis Iuda filium
captū in Aegyptū duxerunt,& populū Iudæ graui afflixerunt tributo, deindè vanā eis confidentiā
tribuerunt contra Chaldæos.Præmittit̄ aūt in principio hui⁹ capituli ꝓlogus breuis,ad ſequētia pti-
nens. [Quod factum eſt verbū Dn̄i ad Ieremiā contra gentes.] nam conſequenter fit ſermo contra
quinq; gentes,vt patebit. deindè deſcendit̄ ad Aegyptum, aduerſùs exercitum Pharaonis Nechao
regis Aegypti.Porrò Pharao cōmune eſt nomen regum Aegypti, ſicut Delphinus regum Franciæ.
Nechao autē proprium nomen eſt regis Aegypti,contra quem nunc ſermo dirigitur. [Qui] exerci-
tus vel rex Aegypti [erat iuxta flumen Euphraten] currentem per Babylonem. [in Charcamis] i.
in loco ſic dicto.[quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis in quarto anno Ioacim regis Iu-
da.] Deindè Aegyptijs ironicè dicitur ex zelo iuſtitię,quod etiam per modum propheticæ pręnun-
ciationis intelligi poteſt:[Præparate ſcutum & clypeum,] vt armetis vos contra Chaldæos,[& pro-
cedite ad bellum:iungite equos,] vt ordinatè procedant,[& aſſcendite] eos ô [equites, ſtate in ga-
leis,] i.galeati manete.[polite lanceas,] acuēdo eas & adornando.[& induite vos loricis.] Q. d. cùm
om̄ia iſta feceritis,nil proderit vobis.ideò ſubditur:[Quid igitur?vidi] ego Ieremias,i.in ſpiritu prę-
cognoui,& imaginaria viſione cōſpexi [ipſos] putà Aegyptios [pauidos] in congreſſu cōtra Chal-
dæos,[& terra vertentes] in bello iam inchoato.vidi [& fortes eorum cæſos] i.à Chaldęis occiſos.
[Et fugerunt conciti,] i.feſtinantes.[nec reſpexerunt.] i. præ feſtinatione & pauore retrò adſpicere
non audebant. [Non fugiet velox] i.veloces Aegyptij effugere non valebunt, inſequentibus eos
Chaldęis.[nec ſaluari] i.de manibus hoſtium erui,ſe putet fortis quiuis de exercitu Pharaonis.[Ad
aquilonem,] i.verſùs plagam aquilonarem [iuxta flumen Euphraten victi ſunt] à Chaldęis. [& rue-
runt] Aegyptij.Quòd autem de eadem re loquantur prophetę ſub eodem ſermonis contextu, nūc
per verba pręteriti,nunc per verba pręſentis,nunc per verba futuri temporis, certum eſt. [Quis eſt
iſte qui quaſi flumen aſſcendit,] i.quis eſt iſte Nechao rex Aegypti,cum copioſo exercitu,cum im-
petu contra Babylonios pergens.[& velutì fluuiorum intumeſcunt gurgites eius?] i.eius phalangę
ſeu populi, inflante ſuperbia, inſtàr fluminum eleuantur. Q. d. Quanuìs cum apparatu pompatico
pergat,ſuperabitur tamen.quòd autē iſtud de Aegyptijs aſſeratur,verba pandunt ſequentia:[Aegy-
ptus

ptus fluminis inſtàr aſſcēdit,] i.Aegypti habitatores cum multitudine ad ſimilitudinē aquę copioſę
contra Chaldæos ꝓcedent. [& velutì flumina mouebunt̄] in pergendo [fluctus] i. copioſæ turbæ
[eius.] Quòd aūt p flumina deſignent̄ exercitus regū, in Iſaia cęterisq́; vbertìm liquet ꝓphetis.[&
dicet] rex Aegypti,cum exercitibus ſuis aſſcendēs contra Chaldæos: [Operiā terram] per multitu-
dinē hoīm ad me ptinentium.[perdā ciuitatē &habitatores eius.] i. Babylonē Chaldæosq́; deſtruā.
[Aſſcendite equos] ô Aegyptij,[&exultate in curribus,] in qbus contra aduerſarios tenditis.[& ꝓ-
cedant fortes.] i.robuſti ex Aegypto cōtra aduerſarios ꝓficiſcant̄. Hoc ironicè dicitur, tanq̄ dicat:
Cùm fecerint ità,eis non ꝓderit.[Aethiopię & Libyæ tenentes ſcutum] i. auxiliatores Aegyptiorū
exiſtentes de Aethiopia &Libya ſcutati.[& Lydij] q erant in Lydia [arripiētes,& iacientes ſagittas]
i.validi ſagittatores.[Hi] inquā [procedant] q. d. fruſtrà hoc facient, quia & ipſi pariter à Chaldæis
ſuperabunt̄.[Dies aūt ille Dn̄i Dei exercituum,dies vltionis,] i. tēpus belli oīm horum cōtra Chal-
dæos à Deo p̄ordinatum,tēpus vindictæ diuinę iuſtitiæ. [vt ſumat vindictā de inimicis ſuis.] i. pec-
cata populorū iſtorum puniat per Chaldęos.[Deuorabit gladius,] i.gladius Chaldęorū iſtos occí-
det,[& ſaturabit̄ & inebriabit̄ ſanguine eorum,] i.abundātiſſimè eorum ſanguinē fundet.[Victima
em̄ Dn̄i in terra aquilonis.] i.populus iſte p̄ſatus diuino iudicio aduerſariorū gladio offerendus, erit
in p̄dicto loco aquilonari,[iuxta flumen Euphraten.] Inſupèr Aegyptijs ironicè dicit̄: [Aſſcende in
Galaad,] i.in terram illā in qua medicinalia abundabant. [& tolle reſinā.] i. medicamentum ꝓ vul-
neratorum curatione tuorū.[Virgo filia Aegypti] i.popule Aegyptiorū. Vocatur autē tota plebs,nō
ſolùm fidelium,ſed infidelium quoq;,virgo filia,ad inſinuandum puritatē naturæ humanæ in ſe, &
ꝙ creator diligat eam amore paterno ſecūdùm id quod ab ipſo ſortita eſt,ſicut iam antè pleniùs re-
colo dictum.[Fruſtrà multiplicâſti medicamina,ſanitas non erit tibi.] i. incurabiliter ab aduerſarijs
es percuſſa,[Audiêrunt gentes ignominiā tuā,] i.cæteræ nationes tuā inhoneſtam fugā ac deiectio-
nem perceperunt. [& vlulatus tuus] i. cadentium ac fugientium vox turbata, [repleuit terrā.] quia
latè diffuſa eſt,& in remotis locis percepta. [quia fortis impegit in fortē,] i. vnus fugientium bella-
torum tuorum, ad alium fugientē ſe truſit. [ambo pariter conciderunt.] i. ſimul in terram collapſi
ſunt.[Verbum quod loquutus eſt Dn̄s ad Ieremiā, ſuper eo ꝙ venturus eſſet Nabuchodonoſor rex
Babylonis,& percuſſurus terrā Aegypti.] Iſta vaſtatio totius Aegypti à rege Babylonio,facta eſt diù
poſt bellum præmemoratum,vt Ioſephus ſcribit.Itaq; Dn̄s ait:[Annūciate] ô prophetæ ſeu alij rem
cernentes,[Aegypto,& auditum facite in Magdalo, & reſonet in Memphis, & in Taphnis dicite.]
poſtq̄ generaliter nominauit Aegyptum, in particulari exprimit p̄cipuas eius vrbes.[Sta & præpara
te] ô tota plebs Aegypti,vrbiumq́; iſtarum,contra Chaldæos.[quia deuorabit gladius ea quę in cir-
cuitu tuo ſunt.] i. Chaldęi oīa ad te ſpectantia deſtruent. [Quarè computruit fortis tuus,] i. robuſti
tui cur occiſi & in putredinē verſi ſunt?[non ſtetit] i.deiecti ſunt,&ſubditur cauſa,[qm̄ Dn̄s ſubuer-
tit eum.] i.Chaldæis contulit poteſtatem ſuperandi Aegyptios,[multiplicauitq́; ruentes,] i. multos
Aegyptios cadere fecit.[ceciditq́; vir ad proximum ſuum.] i. vnus Aegyptiorum iuxta aliū paſsìm
ruit in prælio.[Et dicent] auxiliarij Aegyptiorum,videntes ſic labi Aegyptios: [ſurgite, & reuerta-
mur] de terra Aegypti,[ad populum noſtrum,& ad terrā natiuitatis noſtrę] videlicet ad Aethiopiā,
Libyam,ac Lydiam.[à facie gladij columbæ.] i.regis Babylonis,cui reſiſtere non valemus. Cur aūt Iere.25.
Nabuchodonoſor columba dicatur, expoſitum eſt 25. cap.in fine illius. [Vocate nomen Pharaonis
regis Aegypti,] i.in adiutorium veſtrum,vocate regem veſtrum Aegyptij.[tumultum adduxit tem-
pus,] i.tempus diuinitùs præſtitutum debellationi Aegyptiorum, adduxit tumultuātem exercitum
Chaldæorum ſuper Aegyptum.Dicitur autem tempus facere ea, quæ fiunt in tempore, & ea deno-
minant tempus,ſicut cùm dicitur,dies mali ſunt,& tempus adiuuat illum.[Viuo ego,inquit rex vni-
uerſorum Deus omnipotens, Dominus exercituum nomen eius.] quod iam ſuprà expoſitum eſt.
[quoniam ſicut Thabor in montibus,& ſicut Carmelus in mari veniet.] i. tam verè & clarè eueniet
quod de Aegypto prænuncio, quàm verum & clarum eſt, montem Thabor eſſe inter montes, atq;
Carmelum prope mare locatum. Plura autem fuiſſe loca nomine Carmeli vocata,docet ſcriptura,
ſed nunc de vno eorum eſt ſermo.[Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti.] i. tu po-
pule Aegyptum habitans, ad fugam diſpone te, faciendo tibi ea, quę ſecum ferre ſolent tranſmi-
grantes ac fugientes,[quia Memphis] i.regia illa Aegypti vrbs [in ſolitudine erit,] i. ſimilis deſerto,
habitatoribus eius occiſis.[& deſeretur inhabitabilis] vſq; ad tempus. [Vitula elegans atq; formo-
ſa Aegyptus] i.populum eius indomitus ac laſciuus, de quo ait Ezechiel, quorum carnes vt carnes Ezec.23.
aſinorum,& fluxus eorum vt fluxus equorum.[ſtimulator ab aquilone veniet ei.] ſ. rex & populus
Chaldęorum, refrenans ac domans ſeu pungens Aegyptios. [Mercenarij quoq; eius] putà Aegy-
pti.[qui verſabantur in medio eius,] quærentes lucra & cōmoda ſua in terra Aegypti. [quaſi vituli
ſaginati,] i.locupletati ac lubrici,quia Aegyptus fertiliſſima terra eſt, verſi ſunt ad latibula, & fuge-
runt timore Chaldęorū.[quia dies interfectiōis eorū venit ſup eos,] quos Chaldęi ap̄hendere po-
tue-

tuerunt.[Vox eius] vtpotè exercitûs huius Chaldęorũ.[quaſi æris ſonabit,] i.magnũ fragorē impetumq́; producet p̃ colliſione armorũ,ſeu vociferatione hortantiũ ad pugnandũ. [qm̃ cum exercitu properabũt] Chaldæi contra Aegyptũ. [& cũ ſecuribus venient ei,] ad deſtruendũ ciuitates ac machinas eius.[quaſi ligna cædentes,ſucciderunt ſaltum eius] i.multitudinē populorũ Aegypti interfecerũt Chaldæi,ſicut ꝗs amputat ligna.Per ſaltum aũt, qui accipi ſolet pro infructuoſarum multitudine arborum,ſignãtur hoc loco infructuoſi ac vitioſi Aegyptij.[qui] populus Aegypti vel Chaldæorum[ſupputari non poteſt,] quia hoĩm innumerabilis fuit multitudo vtriuſq; exercitûs. [Multiplicati ſunt ſuper locuſtas,& non eſt in eis numerus] homini certus, per quod maxima horũ multitudo inſinuatᷣ,eſtq́; hyperbolica iſta loquutio.[Cõfuſa eſt filia] i.plebs [Aegypti,& tradita in manu populi aquilonis,] ſ.Chaldæorum.[Eccè ego viſitabo ſuper tumultũ Alexãdriæ,] i.plurimos ciuitatis ſic dictæ in Aegypto exiſtentis habitatores puniam per Chaldæos. [& ſupèr Pharaonē & ſuper Aegyptũ,] quantùm ad reliquas eius vrbes à Chaldæis vaſtandas.[& ſuper deos eius,] ꝗa Chaldęi Aegyptiorum phana atq; ſimulacra deſtruxerunt,& idolorũ precioſas rapuerunt materias,argẽ-
Pſal.104. tum & aurum.[& ſuper reges eius,] i.regulos Pharaoni ſubiectos. Tales em̃ in Aegypto fuerunt,iuxta illud in Pſal.Et dedit terra eorum ranas in penetralib⁹ regum ipſorum. [& ſuper eos ꝗ confidũt in eo] i.in Pharaone,ſperantes eius poteſtate à Chaldæis defendi,quales fuerunt reliquiæ Iudæorũ Aegyptum ingreſſæ.[Et dabo eos in manu regis Babylonis.Et poſt hoc habitabitᷣ] i. Aegyptus re-
Ezech.29. ducetᷣ ad ſtatum priorem, & populus eius in ea morabitᷣ. [ſicut diebus priſtinis, ait Dn̄s] iuxta illud Ezech.Dabo terrã Aegypti deſertam 40.annis, dicit Dn̄s. Poſt finem autē 40. annorũ congregabo Aegyptũ de populis.Conſequẽter inducitᷣ conſolatio Iudæorũ. [Et tu nè timeas ſerue meus Iacob, neq; paueas Iſrael:ꝗa eccè ego ſaluum te faciã de longinquo,& ſemen tuũ de terra captiuitatis ſuæ.] Totum iſtud cap. húius reſiduum,vſq; ad vltimã eius clauſulã,ſuprà etiã ſub eadem ferè forma ver-
Iere.30. borum ſcriptum eſt,atq; ibidèm diffuſè expoſitum.Quidã autē exponunt ipſum de reditu Iudæorũ de Babylonica captiuitate.ſed loco p̃allegato pleniùs ſuper hoc dictũ eſt. [Caſtigabo te in iudicio] i.per tēporales aduerſitates te paternaliter ac diſcretè corrigã & purgabo, quod & loco p̃fato prolixiùs recordor tractatum.[nec quaſi innocenti parcã tibi,] i.à malis pœnalibus non habebo te penitùs ſupportatum,quaſi oĩnò innocens eſſes,ſed peccata tua in p̃ſenti vlciſcar. [nè tibi videaris innoxius.] Poſtremò de Aegyptiorũ punitione in tribus capitulis Ezechielis,in Iſaia quoq;, alijſq́; locis ꝓphetarum, multa conſcripta ſunt, q̃ hîc poterant allegari. ſed propter breuitatem tranſij, p̃ſertim quum materia non ſit magni ponderis,nec fidem ſeu Chriſti myſteria directè reſpiciens.

¶ *De moralitate eiuſdem capituli 46.* *Articulus* 65.

QVòd vniuerſitatis creator primò de populo Iudæorum, deindè de alijs locutus eſt gẽtibus p̃ prophetas:id ſignat,ꝙ de fidelibus ſuis ſpecialis cura & ſingularis ꝓuidentia Deo ſit,nihilominùs cæterorũ oĩm iudex,prouiſor & Dn̄s ipſe eſt.Inſupèr Babylon interpretatᷣ confuſio,
*author idcircò per regē Babylonis diabolus ſignificatᷣ,*actor inordinationis:cuius inuidia mors culpæ cõfuſionis origo,intrauit in orbē terrarũ.Aegyptus verò caligo ſeu tenebræ interpretatᷣ.Ideò p̃ Aegyptum ſiue Aegyptios,ſeculi amatores,vitiorũ caligine inuoluti,intelligunᷣ.Per Ieremiam quoq;, p̃dicator ſeu quilibet aĩarum paſtor exprimitᷣ.Fit itaq; verbũ ad Ieremiam, videlicet ad ſpiritualē huiuſmodi. contra Aegyptum eiuſq́; regem, i. contra mundanos & dn̄atores eorum,ꝙ à rege Babylonis,i.diabolo & angelis eius ſint impugnandi,vincendi,& torquendi:& hoc iuxta fluuiũ Euphratē, i.temporalium affluentiã rerum:qui em̃ volunt diuites fieri,incidunt in tentationes & laqueum diaboli.Hinc vir ſpiritalis admonet iſtos, præparate ſcutum & clypeum, i.ſpiritalia arma accipite,ſicut
Ephe.6. Apoſtolus loquitᷣ:Induite armaturã Dei,vt poſſitis ſtare aduerſùs inſidias diaboli.Specialiter quoq;
1.Pet.5. per ſcutũ intelligitᷣ fides & propugnaculum eius. Vñ Petrus,diabolo,inquit,reſiſtite fortes in fide.& ꝓcedite ad bellũ,contra inuiſibiles hoſtes,reſiſtendo tentationibus & peccatis: ꝗa vt ait Apoſtolus,
Eph.6. non eſt nobis colluctatio aduerſùs carnē & ſanguinem,ſed aduerſùs principes & poteſtates, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus.Iungite equos,i.beſtiales motus ſubijcite rationis iudicio,vel iungite equos,i.eos qui in via Dei fortes,veloces atq; feruentes ſunt, ſemitam mandatorum ac conſiliorum inſtàr equorum celerrimo gradu currentes,vobis in auxiliũ aſſociate, vt cum ſanctis ſanctificemini.& aſſcendite eꝗtes,i.horum orationi,conſilio & auxilio innitimini,vt ipſi vos portent ac di-
4.Reg.2. tẽt,quemadmodùm Helias & Heliſęus,currus Iſrael & auriga eius fuiſſe ſcribunᷣ.ſtate in galeis,i.fir-
4.Reg.13. mi ac longanimes eſtote in ſpe,dicente Apoſtolo:Galeã ſpem ſalutis aſſumite. Polite lãceas,i.ſapiẽ-
Eph.6. tiales conſiderationes,ꝗbus veritatis aduerſarij confodiunᷣ & vincunᷣ,acuite operibuſq́; fulcite:in-
Ibidèm duite vos loricis,i.iuſtitia,Paulo hortãte:induti loricã iuſtitiæ.Hæc em̃ vndiq; circundat ac protegit hoĩem.Verùm his ſaluberrimis documẽtis hoĩes carnales,molles & effœminati nõ acꝗeſcunt. ideò
Pſal.13. ſubditᷣ:Vidi ipſos pauidos ad cõgreſſum contra peccata, ꝗa ad ardua virtutũ debiles ſunt ac pauen-
& 52. tes, iuxta quod ſcriptum eſt: Illic trepidauerunt timore vbì non erat timor, ſiquidem carnis ma-

cerationē,per deuota ieiunia,vigilias in oratione nocturnas,diſciplinas, increpationes, & tēporales afflictiones abhorrent.& terga vertentes,i.virtutũ exercitia fugientes.fortes eorũ cæſos,i. in aĩa læſos ac interfectos morte peccati. Fortes quippe ſunt propria æſtimatione, corporaliq́; robore,& in actibus culpæ,debiles verò ad ea quæ Dei ſunt ac ſuæ ſalutis.Et fugerunt conciti.conciti fugiunt,ꝗ ab inchoatis bonis operibus citò deſiſtunt,tentationibuſq́; diaboli mox præbent conſenſum, cõ-
tra quos ait Saluator:Nemo mittẽs manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.nec Lucæ 9.
reſpexerunt,vt ſe vitiorum aciei opponerent,& ſuam ſuperarent acediam.Nõ fugiet velox, i. iſti ad peccata procliues,nec manum Dei effugient,nec rete diaboli,eiuſq́; poteſtati ſubduntur, cuius impugnationi non renituntur.nec ſaluari ſe putet fortis,i.qui prætacto modo robuſti ſunt,ſalutem nõ
conſequentur,quibus per Amos Dn̄s comminatur: Eccè ego ſtridebo ſuper vos, ſicut ſtridetᷣ plau- Amos 2.
ſtrum fœno,& peribit fuga à veloce,& fortis non ſaluabit animam ſuam.Ad aquilonem,i. in frigore vitiorum,victi ſunt à diabolo mundanis vanitatibus & concupiſcentijs propriæ carnis. Quis eſt iſte qui quaſi flumen aſſcendit?quaſi flumen aſſcendunt potẽtes ac diuites huius ſeculi, in temporalibus floridi, exterioribuſq́; ornati.& veluti fluuiorũ intumeſcunt gurgites eius,i.deſideriorum eius profluuia,ſuperbiæ replentur tumore.Agyptus,i.mundi amator,fluminis inſtàr aſſcendit,i.in tẽporalibus proſperatur,& velut flumina inuoluũtur fluctus eius,i.fluctuantes cogitationes ipſius inſta-
biles erunt,vagæ atq; nihilum redigenᷣ,iuxta illud 1.Mach.Gloria peccatoris ſtercus & vermis.Ho- 1.Ma.2.
diè extollitur,& cras non inuenitᷣ,quia conuerſus eſt in terram ſuam,& cogitatio eius perijt.Item in Pſal.144.
Pſal.Exibit ſpiritus eius,&reuertetᷣ in terram ſuam:in illa die peribũt oẽs cogitationes eorum.Et dicet:Aſſcendens operiam terram,i. in diuitijs, poteſtate & gloria dilatabor. Hoc modo auari terram operire conantur,dum multa terrarum ſpatia in ſuam redigere poſſeſſionem exoptant.perdam ciuitatem & habitatores eius.hoc cõtra eos qui dn̄andi libidine victi,aliorum principum terras & vrbes ſibijpſis per violentiam ſubijcere ſatagunt, qui cum auxiliarijs ſuis diſpereunt, ſecundùm quod ſubditᷣ:Dies autem ille Dn̄i,dies vltionis eſt.quia & nunc iuſto iudicio ſinit eos ad tempus peccare, dæmonum voluntati ſeruire,atq; innumerabilia peccata incidere, quod eſt maxima ira Dei. Deindè pœnas infligit æternas,vt ſumat vindictam de inimicis ſuis.Deuorabit gladius,i.diuina ſententia
conſumentur:& ſaturabitur, propter quod in Oſee Dn̄s loquitur: Iuxta deſiderium meum corripiã Oſeæ 10.
eos, & inebriabitᷣ ſanguine eorum,i.copioſè eos damnabit.Hinc in Deute.teſtatur:Si acuero vt fulgur gladium meum,& arripuerit iudicium manus mea,reddam vltionem hoſtibus meis,inebriabo Deut.32.
ſagittas meas ſanguine &c.de quo & per Iſaiam: Inebriatus eſt, inquit, gladius meus in excelſo. Vi- Iſaiæ 34.
ctima enim Dn̄i,i.multitudo hæc reproborum,quos Deus morte æternæ miſeriæ percutit,eſt in ter-
raaquilonis,i.in ſeculo iſto nequam,ſeu in mundo qui totus in maligno poſitus perhibetur. iuxta 1.Ioan.5.
fluuium Euphraten,i.vbertatem,abundãtiamq́; terrenam. Euphrates em̃ frugifer dicitur. Hinc per
Iſaiam aſſeritur: Victima Dn̄i in Boſra.qui em̃ terrena pro cæleſtibus diligunt, occiſi in aĩa traduntur Iſaiæ 34. Iſaiæ 14.
diabolo,qui dicebat:Sedebo in lateribus aquilonis.Verum nè peccatores in tanta incidãt mala,cõſulitur oĩni ſocietati eorum:Aſſcẽde in Galaad,i.in Eccleſiã ſeu ad ſacram ſcrpturam,in qua eſt aceruus teſtimoniorũ pro expurgatione culparum. Galaad quippe aceruus teſtimonij interpretatur. & tolle reſinã,i.ſalutarem doctrinam contra peccati læſuram.fruſtrà multiplicâſti medicamina.ſanitas non erit tibi.Hoc contra eos,qui ſibi contra corporalē infirmitatem,læſionem vel infectionem,varia quærunt remedia.De aĩæ autem curatione non curant, aut minùs q̃ dignum eſt curant. Idcircò ſanitas vera mentalis eis non erit.Ttereà vani & ſcioli,ꝗ quærunt ſapientes ac docti videri, & alijs multa pulchra loquuntur ſeu p̃dicant,quę ipſi non operantur:fruſtrà multiplicant ſibi medicamina ſcripturarum, quibus curantur aĩarum vulnera, dum proprijs vitijs non medentur,quibus & dicitᷣ:
Medice,cura teipſum.Et rurſus:Hypocrita,eijce primò trabē de oculo tuo,deindè feſtucã de oculo Luc.4.
alieno.Horum ignominia oĩbus innoteſcet, & vlulatus eorum in die perditionis terram implebit: Mat.7.
quia fortis impegit in fortem, qñ videlicet vnus iſtorum trahit alium ad peccandum, ambo pariter
conciderunt propria iniquitate,q̃ ruina eſt animæ,iuxta illud in Iſaia: Erunt, ꝗ beatificant populum Iſaiæ 9.
iſtũ,ſeducentes:& ꝗ beatificanᷣ,præcipitati.atq; in Euangelio:Cæcus ſi cæco ducatũ præbeat,ambo Matth.15.
in foueam cadũt. Annũciate, ó viri deuoti & p̃dicatores idonei Aegypto,in Magdalo, in Memphis, in Taphnis,i.in vniuerſis ſeculariũ hominũ locis.ſta in gratia & timore, & præpara te contra aciem vitiorũ & tentamenta diaboli:ꝗa niſi hoc feceris,deuorabit gladius diuinæ ſententiæ vel impugnationis dęmoniacę,ea q̃ per circuitũ tuũ ſunt,i.vniuerſam operationũ tuarũ congeriem, ità quòd nihil proficies neq; mereberis,ſed peribis.Quarè computruit fortis tuus? i.cur potens in ſeculo, ꝗ vitiorũ conſuetudine putreſcit in anima,non ſtat in ſtabilitate virtutũ? qm̃ Dn̄s ſubuertit eum, i. iuſto iudicio gratiam ei ſubtraxit, multiplicauitq́; ruentes, ꝗa multos perire iuſtè permittit: quod videntes medici & auxiliarij animarũ, inuicèm dicunt: Reuertamur ad populũ noſtrũ,quandò videlicet cernunt ſe nil poſſe circa induratos proficere,à facie gladij colũbæ,i.Chriſti innocẽtis ac ſimplicis,ꝗ

Mat.10. ait:Eſtote ſimplices ſicut colũbæ.Ipſe eſt leo,ipſe colum ba ſecũdùm proprietates diſtinctas, nè & ipſi à Chriſto relicti,cum peruerſis peruertantur. Vocate nomen Pharaonis. Hoc impijs ironicè dicitur,qui dum viuunt,quærunt potẽtibus diuitibusq́; placere, quibus hora mortis atq; iudicij iuuari non poterunt,ſed tum verè veniet eorum damnatio. ſicut eſt Thabor in montibus.Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix Aegypti, ô anima ſecularis,de impiorum conſortio ad eos qui timorati ſunt,fuge,ſicut Apoſtolus ait:Exite de medio eorum, & immundum nè tetigeritis. 2.Cor.6. quia Memphis in *ſolitudine erit,i.congregationes carnalium diuinitùs deſerentur. Vitula elegans atq; formoſa Aegyptus,i.mundi amator laſciuus & forìs decorus appáret.ſtimulator ab aquilone,putà diabolus,veniet ei: quia quantum glorificauit ſe ille in delicijs, tantũ iſte dabit ei tormentum & luctũ. Mercenarij quoq; eius,qui verſabantur in medio eius,i.adulantes ac ſeruiẽtes mundanis, & cooperantes eis in malo,propria atq; carnalia commoda requirentes,quaſi vituli ſaginati ſunt, craſſi diuitésve effecti,fugerunt,non reſiſtendo hoſtibus ſuæ ſalutis: quia dies interfectionis eorum ſpiritalis ac corporalis,veniet ſuper eos. hos oẽs ſuccídunt diaboli de electorum grege ac vita, ſicut in ſaltu ligna cæduntur,multiplicatíq; ſunt ſup locuſtas,tam reprobi qui vincuntur,q̃ ipſi qui tentant. Cõfuſa eſt filia Aegypti,i.plebs iſta mundana diabolo tradita,cuius in oĩbus ſuggeſtioni conſentit. Et poſt hæc habitabitur ſicut diebus priſtinis.Frequẽter nanq; contingit, vt impijs pereuntibus ac deletis,in loco eorum iuſti morẽtur.Verùm nè ex his terribilibus Dei ſermonibus puſillanimitas,diffidẽtia,aut timor inordinatus incutiatur electis,ritè ſubiungitur: Et tu nè timeas ſerue meus Iacob, i.ô Chriſtiane pœnitens & peccata ſupplãtans.Iacob nempe ſupplantator interpretaẽ. & nè paueas Iſrael,religioſe & cõtemplator,quia eccè ego ſaluum te faciam de longinquo,i. de regione diſſimilitudinis ac peccati,& ſemen tuum,i.conuerſationis tuæ opera ſeu imitatores ſpiritualesq́; filios, de terra captiuitatis ſuæ,i.de p̃ſenti exilio,& terra peregrinatiõis præſentis, in qua etiam electi viciſſim funibus peccatorum capiuntur ac ſtringuntur. & reuertetur Iacob iſte præfatus de peccato ad gratiam,de via ad patriam, & requieſcet in Deo ac beneficijs eius,& proſperabitur. Rom.8. Omnía enim diligentibus Deum electis cooperantur in bonum:& iam proſperantur in bonis gratię,deincèps in bonis gloriæ ſempiternæ. & non erit qui exterreat eum,præſertim in patria, vel nunc formidine inordinata,cùm patientiæ fortitudiniſq́; virtutes adeptus extiterit. conſumam cunctas gentes ad quas eieci te,i.reprobos inter quos nunc conuerſaris, & à quibus affligeris. te verò non conſumam: quia etſi te ad tempus errare aut tribulari permitto,finaliter tamen conuertam & eruam te,ſed caſtigo te paterna clementia,in iudicio ſapientiæ meæ,& iuxta diſcretionis meæ cenſuram, nec quaſi innocẽti parcam tibi in ſeculo iſto,vt parcam tibi ſalubriùs in futuro.Qui enim diligit filium ſuum,inſtanter corripit illum:& ego,quos amo, arguo & caſtigo. Eccl.30. Idcircò qui extra diſciplinam eſt,nõ filius,ſed adulter reprobusq́; vocatur.

¶*Elucidatio cap.47.Quod factum eſt verbum Domini.* *Articulus* 66.

CONſequenter cõtra Palæſtinos allophylos ſeu Philiſtæos,ſermo diuinus ac prophetalis dirigitur.[Quod factũ eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam, anteq̃ percuteret Pharao] rex Aegypti [Gazan] vrbem Philiſtinorum,quã aliqui dicunt ab Aegyptijs ſpoliatam: qm̃ egreſſi ſunt ad auxiliandum Sedechiæ regi Iudæ contra Chaldęos.[Hæc dicit Dñs:Eccè aquę] i.exercitus Chaldęorum inſtàr aquarum multarum copioſus, impetuoſus, terribilis.[aſſcendunt ab aquilone,] i. de Chaldęa.[& erunt quaſi torrens inundans] cum tumultu & ſtrepitu accedendo. [& operient terrã] ſ. Philiſtinorum,de qua nunc ſermo.[& plenitudinem eius. Vrbem] i.ciuitates terræ iſtius [& habitatores eius.] oĩa enim terrę naſcentia,homines & iumenta terrę iſtius, occupauerunt rex Babylonis & populus eius.Iuxta hanc ſimilitudinem etiam ab Iſaia de rege atq; exercitu Chaldæorum prędictum eſt: Iſaiæ 8. Adducet Dñs ſuper eos,ſ.ſuper decem tribus Iſrael,aquas fluminis multas & fortes,& ibit per Iudam *inundans & tranſiens*.[*Clamabunt homines*] ſ.habitantęs in terra Philiſtijm, præ anguſtia & dolore.[& vlulabunt à ſtrepitu pompę armorum & bellatorum eius.] tam fortem em̃, pompoſum ac ſonorum apparatum exercitûs & curruum Chaldęorum cernentes Philiſtijm, ingemuerunt ac vlulârunt.[Non reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis,] i.tanta fuit Philiſtinorum anguſtia,ꝙ patres populi huius filios ſuos in anguſtijs conſtitutos nõ attenderunt: tm̃ quilibet habuit agere cum ſeipſo,omni ſua tabefacta virtute,& prę timore collapſa:[prę aduentu diei] i.ex conſideratione temporis iam imminentis.[in quo vaſtabuntur] à Chaldęis [oẽs Philiſtijm.] Loquitur autẽ propheta de eodem negocio iam per verba temporis prętériti,iam futuri,conſuetudine prophetali. Prophetalis nempe cognitio, eſt reſplendentia ſeu impreſſio & irradiatio quædam diuinę ſcientię:in qua cuncta quaſi principaliter innoteſcunt,& ſine differentia temporis in ipſo ęternitatis Nũc inuariabiliter eluceſcunt.[Et diſſipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus auxilijs ſuis,] i.vrbem Tyri & Sidonis auxiliarioſq́; eorum vaſtabunt Chaldęi, de qua re in Iſaia & Ezechiele plura ſcribuntur. Iſaiæ 23. Ezec.28. [Depopulatus] i. demolítus [eſt enim Deus Palæſtinos, reliquias inſulæ Cappadocię:] quia Pa-

læſtini deſcendernnt de gente terræ illius,de qua & Cappadoces, vt legiẽ in Geneſi. Gen.10. Et in Amos Dñs ait: Amos 9. Nunquid non Iſrael aſſcendere feci de terra Aegypti, & Palæſtinos de Cappadocia? [Venit caluitium ſuper Gazam.] i.tribulatio magna ſuper Gazæ habitatores.Caluitium em̃ fieri conſueuit in ſignum mœroris.[Conticuit Aſcalon,] i. populus ciuitatis huius Philiſtinorum Chaldæis reſiſtere non valebit.[& reliquiæ vallis earum,] i.populi ei vicini, in baſſioribus locis harum vrbium ſiti. [Vſquequò occidéris] ſeu concidéris? i. q̃ diù tu popule Philiſtijm, ità rues & interficieris ab iſtis Chaldæis?Hoc propheta quadam compaſſionis affectione,& charitate & pietate dicebat,naturę eorum (quos in ſpiritu vidit ruentes) cõpatiens,ſicut & Iſaias Babylonijs & Moabitis ſe compati profitens:Corrui,inquit,cùm viderẽ.&, Cor meum ad Moab quaſi cithara ſonabit. Iſaiæ 21. Iſaiæ 16. ſimili pietate Ieremias ſubiungit: [O mucro Dñi,] i. gladie Chaldæorum, diuinæ inſtrumentum iuſtitiæ, de quo per Ezech.Dñs ait: Ezech.32. Cùm cœperit gladius meus volare ſuper terram Aegypti.[Vſquequò non quieſces] à Palęſtinorum occiſione tam dira?[*Ingredere in vaginam tuam,& refrigerare*] *ab vltionis feruore.* [& ſile à ſonitu ictuum.] Loquiẽ autem propheta ad gladium rem inanimatam,non vt gladius intelligat,ſed vt pietatem ſuam nobis inſinuet,& gladius materialiter intelligat,i. vtile aliquid nos intelligere faciat:iuxta quem modum hortamur inanimata, vt creatorem benedicant ac laudent. Quòd autẽ propheta hæc dixerit potiùs ex naturali quadam compaſſione,q̃ ex illuminata & Deo ſe cõformante ratione,inſinuat ſubdens: [Quomodò quieſcet] mucro iſte ab occiſione præfata, [cùm Dominus præceperit ei aduerſùs Aſcalonem] vrbem Philiſtijm,[& aduerſùs maritimas eius regiones,] i.partes huius prouincię iuxta mare ſitas, vel contra regiones Palæſtinæ confœderatas ad reſiſtendum Chaldæis,[ibiq́; condixerit illi?] ſ.gladio Chaldæorum,vt iſtos occídat.Deus autem omnipotens oĩ præcepit creaturę,quanq̃ per hoc quòd gladio præcepiſſe adſtruitur,intelligi queat, quòd Chaldæis idipſum inſpirauerit modo ſæpè præhabito.Vndè per Ezech.ait:Et dixero gladio,tranſi per terram. Ezec.14. De hac Philiſtinorum punitione Sophonias etiam breuiter ſcribit, Soph.2. de quo in Iſaia plura prædicta noſcuntur. Iſaiæ 14. Poſtremò morale huius cap.ex præinductis frequenter pateſcit, & ex nominum interpretatione accipitur. Siquidem per Philiſtæos,qui interpretantur libantes ſanguinẽ, truculenti & cupidi deſignantur,qui aliorum bona diripiunt,labores conſumunt,ſanguinem fundũt: contra hos venient principes totius confuſionis & turbationis,diaboli tãquàm impetuoſiſſima flumina,eoſq́; operient,& in locum trahent gehennę vlulantibus miſeris. Erit quoq; tanta vniuſcuiuſq; iſtorum calamitas,vt ſeipſum ferre non valens, alium quantumlibèt propinquum, damnatum releuare non curet ob commodum eius.Iſtis autem cęteriſq́; in miſerijs conſtitutis homo pius cõdolens,ait: Vſquequò mucro Domini nõ quieſces? Verùm cuncta ex ordine ęternę ſapiẽtię ac ſummę iuſtitię Dei contemplans procedere,ſeipſum conſolatur.

¶ *Explanatio cap.48. Ad Moab. Hæc dicit Dominus exercituum.* *Articulus* 67.

HOc cap.propheta deſcribit Moabitarum deiectionẽ, dicũtq́; aliqui ꝙ à principio huius capit. vſq; ad id, Hęc dicit Dñs:Eccè quaſi aquila volabit,deſcribatur deſtructio Moab per Aſſyrios: & ab illo loco,eiuſdem populi vaſtitas per Chaldęos:quod,vt videtur,ſtare non poteſt. Ieremias em̃ hoc loco propheticè loquitur de futuro,non hiſtorialiter de præterito. Vaſtitas autem Moabitarum per Aſſyrios facta,diù p̃ceſſit tempus vaticinij huius,immò & natiuitatẽ Ieremię. Facta eſt enim per Sennacherib regem Aſſyriorum,qui fuit tempore Ezechiæ.Deniq; rex Babylonis tempore huius prophetiæ demolítus iam fuit regnum Aſſyriorum.quòd aũt per Sennacherib victi fuerint Moabitę,conſtat ex verbis Hieronymi ſuper Iſaiã.Hinc arbitror totum p̃ſens cap.eam Moabitarũ deiectionem p̃nunciare,q̃ per Chaldęos peracta eſt.Nec obſtat ꝙ iſtud cap.in multis coincidit cũ his,q̃ in Iſaia de vaſtitate Moab p Aſſyrios facta ſcribunẽ:ſiquidẽ ciuitates quas rex Aſſyriorũ vaſtauit,poſteà Iſaiæ 15. rex Babylonis Nabuchodonoſor cũ Chaldęis oppreſſit.[Ad Moab] ſupple pertinent q̃ ſequuntur, quorũ punitio accidit,quia frequenter aduerſati ſunt filijs Iſrael, & de eorum oppreſſione p Chaldęos lętati:quemadmodùm & filij Ammon, quorum eadem ratione vaſtitas ſequenti prophetatur cap.Vndè per Sophoniam Dñs loquitur: Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorũ Ammõ, Soph.2. q̃ exprobrauerunt populo meo,& magnificati ſunt ſuper terminos eorum.Propterеà viuo ego,dicit Dñs,quia Moab vt Sodoma erit,& filij Ammon quaſi Gomorrha.[Vę] temporalis afflictiõis [ſuper Nabo] ciuitatem Moabitarum,quo nomine habitatores eius intelliguntur. [qm̃ confuſa eſt & vaſtata] per Chaldęos,qui poſt deſtructionem regni Iudæ,regnum Moab debellârunt.[Capta eſt Cariathiarim] i.ciuitas in terra Moab ſic dicta.[confuſa eſt fortis,] i.ciuitas iſta robuſta.[& tremuit] timore Chaldęorum,quibus reſiſtere non valebat.[Et non eſt vltrà exultatio in Moab] i. in populo Moabitarum, ingredientibus terram eorum Chaldęis, non exultatio, ſed vehemens fuit triſtitia. [Contra Heſebon] vrbem Moab [cogitauerunt malum] Chaldęi,dicẽtes:[Venite, & diſperdamus eam de gente,] populum eius interimendo ſeu captiuando,vel ipſam demoliendo [Ergò ſilens cõticeſces] ô Moab, i. aduerſarijs tuis repugnare aut reclamare non audebis, [ſequeturque gladius

te,] i.Chaldęi cum gladijs fugientes Moabitas inſequentur,vel poſt ſilentium gladio ferieris. [Vox
clamoris de Pronaim,] i.de ciuitate ſeu loco ſic dicto,procedet ac audiet̃ clamor pereuntium Moa-
bitarum.item [vaſtitas & contritio magna] eorundẽ.[Contrita eſt Moab] i. regio Moabitarũm de-
uicta.[annunciate clamorem paruulis eius] i.ſubditis ſiue iuuenibus eius dicite imminere clamorẽ,
vel maiorum eiulatũ eis narrate.[Per aſſcenſum enim Luith,] i. per iter ciuitatis ſic dictæ,vel mon-
tis,ſecundùm quoſdam.[plorans aſſcendit] Moab [in fletu,qm̃ in deſcenſu Pronaim] ciuitatis [ho-
ſtes] Moab, putà Chaldæi, [vlulatum contritionis] Moabitarum [audiérunt:] illum à longe per-
cipiendo.[Fugite] ô Moabitæ.[ſaluate aĩas veſtras,] i.voſipſos de manibus Chaldęorum:quod vel
ironicè ex zelo iuſtitiæ,vel conſultoriè dicitur ex amore & compaſſione. [& eritis quaſi myricæ in
deſerto] i.infructuoſi ac miſeri.Conſequenter pręter cauſas ꝑtactas ponũtur breuiter duæ alię cau-
ſæ,quibus meruerunt Moabitæ vaſtari. [Pro eo enĩ ꝗ habuiſti fidutiã in munitionibus] i.in fortali-
tijs tuis [& in theſauris tuis,] i.multitudine diuitiarum [tu quoq; capieris.] Hęc enĩ fecerunt populo
Moab confidentiam vanam & impiam præſumptionem. [Et ibit Chamos] deus ſeu idolum filiorũ
Moab in tranſmigrationem] i.ad terram aliam. Chaldæi quippe idola Moabitarum propter valorẽ
materiæ ſecum ad propria detulerunt.[ſacerdotes eius & principes eius ſimul:] quia nonnulli iſto-
rum à Chaldęis per captiuitatem abducti ſunt.[& veniet ꝑdo] i. rex & populus Babylonis [ad oẽm
vrbem] Moab,[& vrbs nulla] ex vrbibus Moab [ſaluabitur] euadendo hoſtium manum. [Et peri-
bunt valles,& diſſipabunt̃ campeſtria,] i.fructus ſeu habitatores vallium atq; camporum terrę Mo-
ab,à Babylonijs occupabuntur. [qm̃ dicit Dñs: Date florem Moab,] i. virorem ac dignitatem ipſius
Moabitici populi date Chaldęis hoſtibus eius, vel ipſum Moab comparate flori decidẽti. [quia flo-
rens egredietur,] i.populus iſte dudum poteſtate atq; diuitijs florens, à proprijs expelletur, & pri-
ſtinum florem amittet.[& ciuitates eius deſertæ erunt] à ꝓprijs incolis. [& inhabitabiles] ad tẽpus
ſeu deſtructę.[Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter.] Ad literam ſenſus eſt, maledictum eſſe
exercitum Chaldęorum, ſi punitionem Moabitarum iuxta Dei voluntatẽ non adimpleret, nec ta-
men id faciendo benedicti fuerunt,qa non recta id intentione egérunt,ſed animo cupido atq; cru-
deli.[& maledictus] quicunq; de bellatoribus Chaldæorũ, [qui ꝓhibet gladium ſuum à ſanguine,]
i.ab effuſione ſanguinis Moab.[Fertilis] in propagatione filiorum & opibus ac fructibus terræ [fu-
it Moab] i.populus natus de filio Loth,nomine Moab.[ab adoleſcentia ſua] i.à principio ſuæ mul-
tiplicationis in propria terra.[& requieuit in fæcibus ſuis,] i.immunditijs vitiorum & carnalitatibus
ſeu rebus terrenis,quę inquinant aĩam,& comparatione ſpiritualium bonorũ quaſi fæces & ſtercora
ſunt ſpernenda.[nec transfuſus eſt de vaſe in vas,] i. ſtatum ſuum non emendauit, nec de loco pec-
cati ad locum pœnitentiæ tranſijt.[& in tranſmigrationem non abijt] i. per captiuitatem ad aliã ter-
rã tranſlatus non eſt.[Idcircò permanſit guſtus eius in eo,] i. ſapor mentis ſuæ,quo ab antiquo car-
nalia,non ſpũalia,ſapuit,in ipſo perſeuerauit.&hic ſapor eſt amor ſiue affectio vel oblectatio in car-
nalibus & caducis.[& odor eius non eſt immutatus,] i.fama ſiue perceptio eius, turpis & vitioſa re-
manſit.vel odor,i.fœtor,quo in peccatis ſorduit coram Deo, non eſt immutatus ad ſuauitatẽ virtu-
Iſaiæ 28. tum ac famam honeſtã.Ex quibus conſtat,ꝗ temporalium opulẽtia atq; proſperitas,paxq́; carnalis,
cauſæ ſunt perſeuerandi in vitijs itemq́; diffamijs. Vexatio enĩ dat intellectum:& paupertas peccato-
rum multorũ occaſionẽ abrumpit.Loquit̃ quoq; propheta de populo iſto ſub metaphora vini,quod
dum in fæcibus ſuis perdurat,neq; de vaſe priore ad aliud fundit̃,ſaporem priſtinum retinet & odo-
rem,ac peioratur.[Eccè dies veniunt,dicit Dñs,& mittã ei] ſ.populo Moab [ordinatores] i.Chaldę-
os,qui ſuperfluitatem & immoderantiã diuitiarum deliciarũq́; Moab tollent ab eo, & ad debitam
mediocritatẽ penuriamq́; reducent.[& ſtratores laguncularũ] i.occiſores corporum humanorũ in-
ſtàr lagunculę fragilium.[& ſternent] i. ꝑcutient [eum] ſ.Moab. [& vaſa eius] i. diuitiarũ repoſito-
ria.[& haurient] bona Moabitarum in vſum ꝓprium redigendo. [& lagunculas eorum collidẽt,] i.
corpora diſſipabunt. [Et confundet̃ Moab à Chamos] i. propter idololatriam qua coluit Chamos.
[ſicut confuſa eſt domus Iſrael,] i. decẽ tribus [à Bethel] i. ꝓpter idololatriã qua in Bethel vitulum
3.Reg.12. aureum adorauit, vt 3.Regum libro habetur. Quemadmodùm enĩ ob id decẽ tribus datę ſunt ma-
nibus Aſſyriorum,ſic ꝓpter cultum Chamos traditus eſt populus Moab Chaldęis.Ex his patet,non
de Aſſyrijs loqui prophetã eo modo,quo illi à Chaldęis diſtinguunt̃.Inſupèr increpant̃ Moabitę,ꝗ
ſuam fortitudinẽ iactitabant. [Quomodò dicitis] ô Moabitę,[fortes ſumus & viri robuſti ad pręli-
andum?] quaſi dicat, Nunc inſtante Chaldęorum inuaſione, patet oppoſitum. [Vaſtata eſt Moab]
i.terra illa,[& ciuitates illius aſſcenderunt] Chaldæi,intrando *ſuper muros. [& electi] i. elegantes
iuuenes eius [deſcenderunt in mortem] i. à ſua præſumptione vſq; ad mortem deiecti ſunt. [Pro-
pè eſt interitus Moab vt veniat, & malum] id eſt, punitio eius velociter accurrit nimìs. citò enim
poſt huius vaticinij tempus vaſtati ſunt filij Moab, tribus ſcilicet annis reuolutis à deſtructiõe regni
Iudæ per Chaldęos,ſecundùm Hieronymum. [Conſolamini eum] ſ. populum Moab deſolatum.
[oẽs

[oẽs qui eſtis in circuitu eius,vniuerſi qui ſcitis nomen eius,] i.populum iſtũ & eius poteſtatẽ agno-
ſcitis.[dicite:Quõ confracta eſt virga fortis] i.regia dignitas Moab,[baculus glorioſus] i.rex ſeu po
pulus iſte olim inclytus & famoſus?Iſtud vel ironicè dicitur,vel compaſſiuè,quia & qui deſolato ac
flenti compati ſe oſtendit,ei efficit releuamẽ.[Deſcende de gloria,] i.de priſtina maieſtate. [ſede in
ſiti] i.grandi inopia.[habitatio filiæ Dibon,] i.populus habitans in Dibon vrbe Moab, vndè Iſaias Iſaiæ 15.
ſcribit: Aſſcendit domus & Dibon.[qm̃ vaſtator Moab] ſ.rex Babylonis.[aſſcendit ad te:diſſipabit
munitiones tuas] i.turres & fortalicia reliqua.[In via ſta,& ꝓſpice habitatio Aroer:] i.popule in vr-
be ſic dicta habitãs,ſta & vide hincindè,ſi quem videas,à quo,quid acciderit, poſſes percipere,quẽ-
admodùm in anguſtia poſiti facere ſolent.[Interroga fugientem,& qui euaſit] rabiem Chaldæorũ.
[Dic] ei [quid accidit,] cuius reſponſio ſubditur:[Confuſus eſt Moab] i.populus noſter ſuccubuit.
[quoniam victus eſt] à Chaldęis.Ideò [vlulate & clamate,annunciate in Arnon] oppido ſic vocato.
[quoniã vaſtata eſt Moab,& iudicium] i.vltio ſeu punitio iuſta, vel ſecũdùm iudicium Dei inflicta.
[venit ad terram campeſtrem] i.habitatores locorum campeſtrium.[ſuper Halon & ſuper Iaſa &c.]
i.vrbes Moab,quę nominantur in textu. [Abſciſſum eſt cornu Moab,] i. celſitudo eius regalis, [&
brachium] i.robur [eius contritum eſt.Inebriate eum] ô Chaldęi,i.pœnis replete,vtpotè calice iræ
Domini ſeu potione vindictę diuinę iuſtitiæ,cuius exequutores circa Moabitas fuerunt Chaldæi.
Porrò particula illa,Calice iræ Domini,non eſt de textu, [quoniam contra Dñm erectus eſt] Moab
tumore ſuperbię atq; blaſphemijs.[& allidet] Dominus [manum] i.virtutem [Moab in vomitu ſuo]
i.in deiectione & occiſione ipſius Moab,qua ſanguinem ſuum effluet, ſicut inebriatus ea quæ intra
ſe habet,per vomitum reijcit.Vndè quia iam dixit,Inebriate eum,ſeruat metaphoram,per vomitum
ſignificans mortem.[& erit in deriſum etiam ipſe] Moab hoſtibus ſuis. [Fuit enim in deriſum tibi
Iſrael] i.tibi tempore vaſtitatis tuæ ab Aſſyrijs & Chaldęis illuſit. [quaſi inter fures reperiſſes eum.]
i. ſicut irridetur qui inter fures depræhenditur,vel quaſi ipſe te inter fures inueniſſet, ſicq́; à te in-
ter fures eſſet repertus, per hoc quòd ibidèm tibi occurriſſet. [Propter verba ergò tua] irriſoria &
blaſphema,[quæ aduerſùm illum] videlicet populum Iſraël.[loquutus es, captiuus ducéris] ô Mo-
ab.Vndè per Iſaiam Dominus ait: Væ qui ſpernis,nonnè & ipſe ſpernéris?Et Salomon: Illuſores,in- Iſaiæ 33.
quit,Dominus illudet.[Relinquite ciuitates] proprias fugiendo,[& habitate in petra,] i.ad loca fir- Prou. 3.
ma ſaxeaq́; latibula confugite,[& eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis] i.ſubti-
lioribus inacceſſiſq́; rupibus, nè vos deprænhendant Chaldæi.Deindè magnitudo elationis populi
Moab exprimitur:[Audiuimus ſuperbiam Moab:Superbus eſt valdè] ſ.in corde,in verbis,in factis,
in apparatu,& in cunctis quæ eum circunſtant.ideò ſubditur:[ſublimitatem eius] in ambitione,[&
arrogantiam & ſuperbiam, & altitudinem cordis eius] in cogitando, & in appetendo, & magna de
ſe ſentiendo.[ego ſcio,ait Dominus,iactantiam eius & arrogantiam, eô quòd non ſit iuxta eam vir-
tus eius,] i.non tantùm ſe extendit ſua potentia,vt præſumpſit:nec fortitudo eius tanta fuit, vt æſti-
mauit. Superbus enim quo extat ſuperbior, eo excæcatior inuenitur. ideò non verè cognoſcit ſe-
ipſum nec propriam vilitatem,& plùs vero ac iuſto ſe reputat,cùm à luce veritatis ſit alienus.[nec iu-
xta quod poterat,conata ſit facere.] i.ea quæ vires ſuas excedunt, hic populus attentauit. Hoc & in Iſaiæ 16.
Iſaia habetur:Superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius, plùs quàm fortitudo eius. Conſe-
quenter in perſona propria ait propheta: [Ideò ſuper Moab euigilabo] i.eius calamitatem deflebo.
[& ad Moab vniuerſam] i.ad totam hanc plebem,[clamabo,] compatiendo naturę humanę in tan-
ta ſanguinis effuſione naturali affectu. Naturale eſt nanque,conſorti naturæ in aduerſitatibus con-
dolere.gratia autem naturam non aufert,ſed perficit. Maximè autem idcircò propheta eis condo-
luit,quia de populo illo,ſ.Ruth Moabitide,Chriſtum cognouit naſciturum, iuxta illud Iſaię: Emit- Ibidèm
te agnum Domine dominatorem terrę de petra deſerti,ad montem filiæ Sion. Itaq; clamabo [ad vi-
ros muri fictilis lamentantes] i.ad flentes Moabitas, quorum vrbes clauſæ fuerunt muris factis de
coctis lateribus, iuxta illud in Iſaia: His qui lætantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas Ibidèm
eius.[de planctu Iazer plorabo tibi] i.de fletu populi Iazer ciuitatis in terra Moab, habebo materi-
am deplorandi te ô Moab,& ô [vinea Sabama] i.popule vrbis illius.[propagines tuę] i.filij in te ha-
bitantes & nati,[tranſiérunt mare] nauigio,[ſupra meſſem tuam & vindemiam tuam prædo irruit,]
i.terræ naſcentia tua exercitus Chaldæorum vaſtauit. [Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo,] i.
à populo Moab ablatum eſt gaudium, quod habebat de fertilitate ac amœnitate Carmeli, qui fuit
locus in Moab,alius à Carmelo Iudæę.[Vinum de torcularibus ſuſtuli,] dando Chaldæis virtutem
deſtruendi vineas Moab.[nequaquàm calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit.] id eſt,Moabitę qui
vuas calcare conſueuerunt, vltrà non canent carmen illud lætitiæ: quod, vuis expreſſis & vino ab-
undante,conſueuerunt cantare.[De clamore Eſebon vſq; Eleale & Iaſa] i.ab vrbe Eſebon vſq; ad
ciuitates,Eleale & Iaſa dictas. [dederunt vocem ſuam] filij Moab plangentes. Item [& Segor vſque
ad Horonaim] id eſt,locum ità vocatum.[vitulam *conſternantem.] Ipſa etenim Segor,vitula con-

pp 2 ſter-

ſternãs vocaẽ,quia Sodomitico fuit infecta peccato, eratq́; vna vrbium cum Sodoma ſubuerſarum.
Iſaiæ 15. Vndè in Iſaia habeẽ:Vſq; Segor vitulã *conſternantem.[Aquæ Memrim peſſimę erunt] i.infectę &
*conter- conturbatę ſanguine occiſorum atq; equitibus Chaldæorum. Memrim aũt nomẽ eſt ciuitatis Mo-
pantem ab.[Et auferã de Moab,dicit Dñs,offerentẽ in excelſis & ſacrificãtem] in excelſis [dijs ſuis.] i.ſacer-
dotes & cæteros Moabitas,qui in locis ſublimioribus idola coluerunt.[Propterea cor meũ ad Mo-
ab quaſi tibia æris reſonabit] i.verba compaſſionis altè producet.[& cor meũ ad viros muri fictilis]
i.Moabitas,quorũ vrbes erant munitæ muris,ex lateribus coctis confectis. [dabit ſonitũ tibiarum,]
i.voces doloroſas altas,vt tibiarum ſunt ſoni.[quia plus fecit]populus Moab in operibus vitioſis.[q̃
potuit,] i.licuit,vel q̃ quod moderãter valebat,vel quia plùs fecit,i. facere ſtuduit q̃ potuit: [idcircò
periêrunt] hi Moabitæ hoſtibus traditi.[Omne eñ caput, caluitium: & oĩs herba,raſa erit.] i.capita
Deut. 32. eorum erunt raſa,ſimiliter barba,in ſignum captiuitatis atq; triſtitiæ.Sic nanq; conſueuerunt capti-
uari,iuxta illud in cantico Deut.De captiuitate nudati inimicorũ capitis. [In cũctis manibus colli-
gatio,] i.Moabitæ captiui erunt manibus ſuis ligati, vel manus vnius erunt alterius manib⁹ colliga-
tæ,ſicq́; pariter capti ducenẽ.[& ſuper oĩe dorſum cilicium,] i.veſtibus vilib⁹ duris velut ſaccis atq;
cilicijs,ab hoſtibus induenẽ,proprijs veſtibus eis ablatis. [& ſuper oĩa tecta Moab, & in plateis eius
oĩs planctus.] tecta eñ aſcenderant,vt viderent ſi aduerſarij appropinquarent:quibus viſis, plã-
xerunt.[qm̃ contriui] i.deſtruxi [Moab ſicut vas inutile,ait Dñs:Quomodò victa eſt] plebs Moabi-
tica,[& vlulauerunt] Moabitæ?[quomodò deiecit ceruicẽ,] deſeruiens ſuperbiæ? [Eritq́; Moab in
deriſum & in exẽplum] perditionis [oĩbus in circuitu ſuo.Hæc dicit Dñs.] Quæ ſequunẽ,quidã ex-
ponunt de punitione Moab per Chaldęos cõpleta:& cur iſta potiùs,q̃ pręcedẽtia,referant ad Chal-
dæos,nec ex textu,nec ex circunſtantia eius elicere queo.[Eccè quaſi aquila volabit,] i. Chaldęorũ
exercitus celerrimè terrã Moab intrabit.de quibus ſcriptum eſt Abac.1.Equites eius delongè veni-
Iſaiæ 8. ent.volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum. [& extendet alas ſuas] i. exercituum ſuorum
partes [ad Moab.] Iuxta quem modum in Iſaia de rege Aſſyriorũ ſcriptum eſt:Erit extenſio alarum
eius,implens latitudinem terræ tuæ Emanuel.Capta eſt Carioth ciuitas Moab,& munitiones com-
præhenſæ ſunt] ea videlicet,quibus ſe contra Chaldæos muniuit. [Et erit cor fortium Moab in die
illa,ſicut cor mulieris parturientis.] i.Moab robuſtioribus tunc inerit dolor grauiſſimus.[Et ceſſa-
bit Moab eſſe populus,] quantùm ad eos qui occidentur,&quia comparatiuè perpauci remanebũt,
nec hi ſimul conſiſtent,vt propriè populus appellentur.[quoniam contra Dñm gloriatus eſt,] ea ſi-
bijpſi & idolis aſſcribendo,quæ à vero Deo ſuſcepit.[Pauor & fouea & laqueus ſuper te ô habitator
Moab] i.popule terram Moab inhabitans,i.diuerſa tibi inſtabunt pericula & aduerſa, ità vt ſi vnum
euaſeris,aliud incidas.ideò ſubditur:Qui fugerit à facie pauoris,] i.à terribili aduerſariorum adſpe-
ctu,[cadet in foueam:] i.aliud genus periculi ſibi à Chaldæis paratum.[& qui conſcẽderit de fouea,
capietur laqueo.Adducam enim ſuper Moab annum viſitationis eorum.] i.tempus eorum punitio-
*Heſebon ni prefixum.[ait Dñs.in vmbra *Eſebon ſteterunt de laqueo fugientes.] i.Moabitę cùm multa eua-
ſiſſent periculorum genera,ad fortem vrbẽ, Eſebon nomine,confugerunt,vt in ea eſſent ſecuri, ſeu
*eis in eius vmbra,i.protectione.ſed fruſtrà. [quia ignis egreſſus eſt de Eſebon, & flamma de medio Se-
*verticem on] ciuitatis.Dicitur enim exercitus Chaldęorum has vrbes combuſſiſſe & exiſtentes in *ea.ideò
ſequiẽ:[& deuorauit partem] regni ſeu populi [Moab,& *virtutem filiorum tumultûs] i. fortitudi-
nem inquietorum ac tumultuantium Moabitarum.[Væ tibi Moab,periſti] i. à Chaldæis vaſtatus es
[popule Chamos.] i.colens idolum nomine Chamos.[Et conuertam captiuitatẽ Moab in nouiſſi-
mis diebus] i.poſt tempora multa ſubuerſis Chaldęis, populus Moab redibit ad priſtinum locum
& ſtatum.[ait Dñs.Hucuſq; iudicia Moab.] i.vſq; ad locum hunc deſcripta ſunt iuſta flagella, Moa-
bitis ex diuinæ æquitatis cenſura ſuperuẽtura.Sed huic verbo obuiare videtur, quod Sophonias de
Soph. 2. Moab & populo Ammon aſſerit:Siccitas ſpinarum erit,& acerui ſalis, & deſertum vſq; in æternum.
Ad quod reſpondit Hieronymus ſuper Sophoniam, quòd dictio Hebraica,pro qua ipſe tranſtulit,
in ęternum,ſignificat duo,videlicet ſeculum,i.longam quamlibet durationem, & item,in ęternum.
Secundùm primam itaq; acceptionem,Moab & filij Ammon deſerti fuerunt,quãtùm ad populi re-
parationem.Porrò iuxta ſecundam acceptionem, deſerti fuerunt & ſunt in æternum, quantùm ad
hoc,quòd reges de proprio populo ſuo exortos,poſt vaſtitatẽ à Chaldęis inflictam, ſortiti nõ ſunt.
De hoc ſuper Sophoniam pleniùs dixi.

¶ *De moralitate eiuſdem capituli 48.* *Articulus* 68.

DE expoſitione moralitatis præſentis capituli plurima poſſunt commemorari, de quibus per-
tranſeo,tum quia virtualiter iam ſæpè inducta ſunt,tum quia ſuper Iſaiam in expoſitiõe mo-
rali capitulorum 15. & 16.pro maxima parte iam dixi,quæ hîc eſſent dicenda:tum quia omnia huius
capituli verba per moralitatem extenuare, faſtidium magìs pareret,q̃ profectum.Hinc nõ niſi quæ-
dam principalia præſentis capituli moralizabo.Ad Moab. Moab interpretatur,Ex patre.quo nomi-
ne

ne hoc paſſu impij deſignantur,de qualibus ait Saluator:Vos ex patre diabolo eſtis.Ad horum ergò Ioan. 8.
punitionem atq; æternam damnationem pertinent quæ ſequuntur.Hæc dicit Dñs, Væ ſuper Nabo.
Nabo,ſeſſio interpretatur:per quod delectatio, quies ſeu mora in vitijs deſignantur. Væ ergò da-
mnationis æternæ debetur & imminet his,qui delectantur & pſeuerant in ſuis vanitatibus & pecca-
tis:quia etſi humanum ſit peccare,diabolicum tamen eſt in peccatis perſiſtere.quoniam vaſtata eſt,
anima talis ab inuiſibilibus hoſtibus.Et non erit vltrà exultatio in Moab,i.generatiõe peruerſa,quæ
impietatem diaboli imitando,eum habere patrem cenſetur: quę etſi nunc in rebus peſſimis gaudet,
tamen id gaudium eſt inſtàr puncti, atq; ad æternum perducit mœrorem. His quoq; verum ſpirita- Gal. 5.
leq́; gaudium,quod ab Apoſtolo inter fructus ſpiritûs computatur, non competit. Contra Eſebon
cogitauerunt malum,i.cogitantibus iniqua per conſenſum,cogitant hoſtes maligni inferre pœnam 2. Reg. 2.
perpetuam,iuxta illud Mich. 2. Vę qui cogitatis inutile.Ergò ſilens cõticeſces, iuxta quod ſcriptum Ezec. 16.
eſt:Impij in tenebris conticeſcent.Et per prophetam Dñs loquitur:Non erit tibi aperire os prę con-
fuſione.Deniq; omnis reprobus in hora iudicij ſui particularis & vniuerſalis, quandò Deus ſtatuet
eum contra faciem ſuam,ſilebit,reſpondere non valens. nec aliquis noſtrûm putet ſe omnipotenti
poſſe reſpondere,præſertim cùm ſcriptum ſit in libro Iob: Si voluerit homo contẽdere cum Deo, Iob 9.
non poterit reſpondere vnum pro mille.Annunciate clamorem paruulis eius,i.poſteris ſeu filijs in-
ſinuate clamorem patrum ſuorum Deo rebellium, quem ſuſtinent in inferno, nè eorum ſectentur
peccata.Pro eo ꝙ habuiſti fidutiã in munitiõibus tuis,& in theſauris tuis,i. diuitijs corporalibus vel
ſpiritualibus,& virtutibus,machinamẽtis quoq; illicitis capieris,i.funib⁹ vitiorũ ſtringéris,& ſubie-
ctus eris dæmonibus,atq; in carcerem corrues infernalem. Hoc contra eos qui non ponunt Deum
adiutorem ſuum,ſed ſperant in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualent in vanitate ſua, vel de
proprijs meritis nimìs præſumunt.Cõtra eos inſupèr,qui in creaturis magìs q̃ in creatore confidũt,
& qui iniquitates ſuas magiſtraliter excuſare,palliareq́; nôrunt,ac increpantem argumẽtorum ſuo-
rum munitionibus retundere atq; conuincere.Date florẽ Moab,i.iniquos ſinite ad tempus florere,
vt temporali proſperitate calamitatem,quæ finem non habet, cõquirant, ſicut Hieronymus loqui-
tur: Gaudeant nunc reprobi. vel floribus mox marceſcentibus eos aſſimilate, iuxta quod ait Pſal. Pſal. 36.
Quoniam tanq̃ fœnum velociter areſcent,& quemadmodùm olera herbarum citò decident.Male-
dictus qui facit opus Dei fraudulenter,i.Deo,quod ſibi debetur,non exhibet:qui diuinæ maieſtatis
honorationi debitum ſubtrahit,qui in cultu diuino fraudem cõmittit,qui ſimulator & callidus eſt,
qui altiſſimo nõ obedit,iuxta illud in pſal. Maledicti qui declinãt à mandatis tuis. Huic maledictiõi Pſal. 118.
ſubiacẽt,qui opus Dei faciunt negligenter,irreuerẽter,ſine timore,ſine cura,ſine cuſtodia,ſine affe-
ctu.Cõſideremus ergò vbiq; & ſemp æternæ ſapiẽtiæ intuitũ ſuper nos fixum,infallibilẽ iudicẽ nos
indeſinenter adſpicientẽ,creatoris noſtri maieſtatẽ prorſus immẽſam: ſicq́; oĩ diligentia, caſto pu
dore,filiali,timore, incaleſcẽti amore aſſiſtamus & obſequamur Deo ſublimi & benedicto: atq; ad
id peragendum,ſui auxilij gratiã humili mente infatigabiliter inuocemus. Maledictus qui prohibet
gladium ſuum,i.ſacræ ſcripturæ verbum ſibi cognitum.ſiquidẽ teſte Apoſtolo, Gladius ſpiritûs eſt Ephe. 6.
verbum Dei.à ſanguine,i.vitiorum operumq́; carnis & ſanguinis increpatione, ſeu propinquorum
informatione, qñ locus,tempus & cauſa id exigunt. Correptio nanq; fraterna, vno modo cadit ſub
præcepto.Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua.quia vt cernimus,reprobi in temporalibus proſpe-
rantur.& requieuit in fæcibus ſuis,i.quicunq; non pœnitet,ſed mundanã conuerſationem cõtinuat,
in ſuis fæcibus requieſcit, quod præſertim carnalibus obſcœniſq́; competit, contra quos Dominus
ait in Sophonia:Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis. Nec transfuſus de vaſe in vas.Vaſa no-
ſtra ſunt corpora noſtra,de quibus Apoſtolus:Habemus, inquit,theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. 2. Cor. 4.
Qui ergò carnaliter viuunt,de vaſe ſuo non transfunduntur,de quibus ad Rom.ait Apoſtolus: Qui Rom. 8.
in carne ſunt,Deo placere non poſſunt. qui autem ab oĩ inquinamento carnis ſe purgant, & cor-
pus ſuum priùs fœdum vitijſq́; deſeruiens ac ſubditum, ſubdit ſpiritui, de vaſe in vas transfunditur.
Immò de corpore diaboli ad myſticum corpus Chriſti transfertur, & de vaſe digno damnatione,
tranſit ad vas dignum ſaluatione. Ad quod 1. Theſſal. 4. Paulus nos admonens: Hæc eſt,ait,volun-
tas Dei, ſanctificatio veſtra, vt ſciat vnuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione &
honore,non in paſſione deſiderij.Sed & corda noſtra vaſa noſtra vocantur,& qui de impuritate ve-
nit ad puritatem mentalem, ſalubriter prorſus transfunditur: & in tranſmigrationem non abijt, de
vitijs ſcilicet ad virtutes.Idcircò permanſit guſtus eius in eo, id eſt,ſenſus carnalis, terrenorumq́; ſa
por.Etenim iuxta Apoſtolum, animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritûs Dei. Tales guſtare 1. Cor. 2.
non valent,quàm dulcis eſt Dñs.Vndè etſi verba Dei audiant,eis non ſapiunt, nec dulciter afficiun- 1. Pet. 2.
tur ad Deum.Deniq; ipſi vitioſi affectus mundani atque carnales,ſunt velut humores febriles, cor-
dis palatũ inficiẽtes,& felle venenatiſſimo intoxicãtes, ità vt ſpiritalia & diuina, quæ verè ſuper mel
& fauum extant ſuauia, ei videantur amara, vel ſaltem non dulcia: carnalia autem,immunda atque

caduca,ei dulceſcunt.& odor eius non eſt immutatus,i. fama eius meliorata non eſt. Peccata enim
faciunt peccantem diffamem,& alijs ſcandaloſum, & fama mala plurimùm eſt vitanda, cùm dicat
Eccl.41. ſcriptura:Curã habe de bono nomine.Hoc eñ plùs ꝓderit tibi,q̃ mille theſauri.Vel odor prauorũ,
eſt fœtor eorum in vitijs.Porrò q vitam emendat,& virtuoſus efficit,immutat odorem, poteſtq́; di-
2.Cor.2. cere cum Apoſtolo: Chriſti bonus odor ſumus. Talis eſt odor ſponſę, de qua fertur Cant.4. cuius
inæſtimabilis odor erat nimìs in veſtimentis eius, putà virtutibus, quibus anima induitur & ornat.
De quo & Gen.27.Iſaac,loqués de Iacob:Eccè,inquit,odor filij mei ſicut odor agri pleni. Propter-
eà dies veniunt, dicit dñs,& mittam ei ordinatores & ſtratores laguncularum.Hoc accipi poteſt in
bono, & itẽ in malo. In bono equidem ordinatores,ſunt p̃dicatores atq; paſtores virtuoſi, qui pro-
ximos peccatis deordinatos,ad formam virtutum,ordinatamq́; vitã reducunt, qui etiã ſtratores la-
guncularum,i.mortalium ac fragilium corporum humanorum vocantur, per hoc quòd ea quotidi-
anæ mortificationi in actibus pœnitentialibus exhibent & exponunt,quemadmodùm Paulus hor-
tatur ad Coloſ.3.Mortificate membra veſtra q̃ ſunt ſuper terram. In malo autem, per ordinatores &
ſtratores laguncularum,nominantur inuiſibiles hoſtes,vel cæteri per quos Deus oĩpotens repro-
borum peccata vlciſcitur,& quod in eis inordinatum eſt per peccatum, ordinat iuſtè per pœnã.Et
confundetur Moab & Chamos.Moabitis idolum Chamos dictum colẽtibus, aſſimilãtur, quicunq;
temporalibus,carnalibus,mundaniſq́; rebus magìs inhęrent,intendunt,iunguntur,q̃ Deo adoran-
Phil.3. do & glorioſo:& guloſi,quorum deus vẽter eſt:auari,quorum deus pecunia: ſuperbi, quorum deus
honor inanis:lubrici,quorum deus fœtidiſſima caro.Hi oẽs cõfundentur à caducis quibus inſiſtũt.
Quõ dicitis,fortes ſumus & viri robuſti ad p̃liandum? Hoc cõtra eos,qui in oculis ſuis ſpiritales,ſa-
pientes ac virtuoſi ſunt,ſeq́; ad reſiſtendum diabolo,mundo & carni arbitrantur robuſtos: nihilo-
minùs facili tentatione turbantur,paſſionibus agitãtur, vanitatibus delectantur. Propè eſt interitus
Moab vt veniat,& malum eius accurrit velociter nimìs.Planè nil verius. quãuìs eñ iniqui diù in ſe-
culo videantur florere,ſi tñ futuri ſeculi æternitatẽ penſemus, agnoſcimus q̃ momentaneũ ſit quod
nunc delectat,& ꝙ vapor ac fumus ad modicum pãrens,ſit vita gaudiumq́; ipſorum:ꝙ item poſt la-
biliſſimam iſtam breuiſſimamq́; in mundo hoc cõſolationem, ituri ſint ad irreparabilem perditio-
nem.Deſcende de gloria,ſede in ſiti,i.ô homo mundane, de excellẽtia & præſumptione tua deſiſte,
& humiliare,requieſce in temporali penuria,vt in æternum diteris.Siti iuſtitiam, vt ſpiritaliter ſati-
eris.In via ſta,i.in obſeruatione præceptorum, & imitatione veſtigiorum præcedentium patrum, &
proſpice conſiderando nouiſſima tua.Interroga fugientem, qui relicto ſeculo, ad conuerſationem
confugit clauſtralem.&ei qui euaſit impugnationes diaboli,dic,quid accidit amatoribus ſeculi?qui-
bus dicendum eſt:Confuſus eſt Moab,qm̃ victus eſt, i. oĩs iniquus deperijt,ſuccumbens diabolo &
deſiderijs carnis. Inebriate eum pœnis damnationis, videlicet calice iræ domini, quoniam contra
dñm erectus eſt.Oĩs quippe ſuperbus,quia diuinæ voluntati propriã p̃fert,& præcepta altiſſimi de-
ſiderijs ſuis poſtponit,nec Deo ſecundùm formã mandatorum legis diuinæ ſe ſubijcit, contra Deũ
Iob.15. erigit.cui dicendum eſt illud Iob:Quid te eleuat cor tuum,& contra Deum tumet ſpiritus tuus? De
& 25. quo in eodem libro aſſerit:In diem perditionis ſeruatur malus,& ad diem furoris ducet,& de furore
omnipotentis bibet. Erit etiam ipſe in deriſum, fuit eñ in deriſum tibi Iſrael.Ex quo innoteſcit,ꝙ
aliorum,potiſſimè deuotorum atq; ſimplicium,irriſores,& de proximorum ruina gaudentes,irride-
Iſaiæ 28. ri & perire merẽtur.Ideò in Iſaia habet:Nolite illudere, nè conſtringantur vincula veſtra.Malachi-
Mal 2. as quoq; ait:Cuſtodite ſpiritũ veſtrum,& nolite deſpicere.Relinquite ciuitates,ſ.loca deliciarũ,vn-
Amos 3. dè per Amos dominus ait,Non ingrediamur ciuitatem.& habitate in petra,putà in Chriſto,ſeu loco
clauſtrali contra peccata firmato:eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis,i.in vul-
nere pectoris Chriſti figite mentem.Audiuimus ſuperbiam Moab,i.peccatoris impœnitẽtis,ex dæ-
1.Ioan.3. mone (quantùm ad hoc) procedentis,dicente Ioanne apoſtolo in prima ſua Canonica: Omnis qui
peccat,ex diabolo eſt.Superbus eſt valdè,quòd tam pertinaciter paruipendit & negligit diuina prę-
cepta,& vniuerſa ſpiritusſancti eloquia, quæ audit quotidiè & cognoſcit. Sublimitatẽ,arrogantiam
& ſuperbiam eius ego noui,ait dñs,& iactantiam eius,& quòd non ſit iuxta eum virtus eius.Penſent
& timeant iſta ſummi iudicis verba,vniuerſi ſuperbi & præſumptuoſi,qui horribiliter incident ma-
nus Dei viuentis: contra quem tam audacter, quàm impudenter, ſe extenderunt & cucurrerunt:
qui tanto pœnaliùs premuntur infimis locis carceris infernalis,quanto ſe nunc liberiùs efferunt in
rebus caducis.Iſtis,quàm diù in via ſunt,condolere debemur:debemus & orare pro ipſis, ſecũdùm
quod ſubditur: Ideò ſuper Moab euigilabo, ſuper meſſem tuam prædo irruit. quia etſi iſti aliqua
opera de genere bona facere videantur,per vanam gloriam tentante diabolo perdunt, ſicut ait Sal-
Mat. 6. uator:Receperunt mercedem ſuam.Quia plùs fecit quàm potuit, idcircò perijt.Hoc contra eos,qui
in Dei obſequio indiſcreto ſe ieiunio ſeu labore conficiunt, qui per lucem prudentiæ (quæ virtu-
Rom.12. tum auriga eſt) non reguntur, quibus clamat Apoſtolus:Rationabile obſequium veſtrum.Et item:
Ho-

Honeſtè & ſecundùm ordinẽ omnia fiant in vobis. Nempe quę à Deo ſunt,ordinata ſunt. Hinc ait 1.Cor.14.
Bernardus:Paulatim proficere volo,ſubitò ſummus fieri nolo. Dociles ergò & dirigibiles ſimus,ſe-
nioribus ſuperioribuſq́; credamus,nec proprię prudentiæ innitamur, iuxta illud Prouerbiorũ:Ha- Prou.5.
be fiduciam in domino ex toto corde tuo, & nè innitaris prudentiæ tuæ.

¶ *Explanatio cap.49. Ad filios Ammon.* *Articulus* 69.

CApitulo iſto plurimarũ gentium vaſtitas ꝓphetatur,& primò Ammonitarũ, quorum punitio-
nis deiectioniſq́; cauſa per Chaldæos factę,à Sophonia (vt dictum eſt) ponit.Ezechiel aũt ple- Soph. 2.
niùs aperit,cùm dicit,ꝙ filij Ammon toto affectu gauiſi ſunt de ſubuerſione tẽpli ac populi Iſrael,& Ezech. 25.
pede percuſſerũt terrã,manibuſq́; plauſerũt præ gaudio,in quo grauiter peccauerũt,cùm eſſent nati
de Loth nepote Abrahæ patris filiorum Iſrael,& qm̃ Abraham plurima beneficia contulit Loth,ſic-
ut in Geneſi ſcribitur.Item,vel Ite,ad filios Ammon. Aliqui textus habent,item,ſicq́; ad p̃cedentia
continuatur p̃ſens capitulum.Aliqui,ite,& ſic eſt verbum Dei ad Chaldęos,vt pergant contra Am-
monitas.[Hæc dicit dñs:Nunquìd non filij ſunt Iſrael?] i.an patriarchę ſancto Iacob, qui alio noĩe
dictus eſt Iſrael,nõ ſuperſunt in mundo aliqui filij? vel,an ipſi filij Iſrael penitùs periẽrunt?[aut hæ-
res nõ eſt ei?] i.an Iacob ſeu Iſrael non habet hæredem? q.d.cùm ſint multi viuentes de filijs Iſrael.
[Cur ergò hęreditate poſſedit Melchon] i. rex ſeu deus filiorum Ammon, [Gad] terram ſeu ſortẽ
tribûs Gad? Hęc ſiquidem tribus,ſicut in Deute.ſcriptum eſt,cum tribu Ruben,& media Manaſſis, Deut. 3.
hæreditatem accepit trans Iordanem,non longè à terra filiorum Ammon. Vndè & poſteà Ammo- & 29.
nitę terram Gad inuaſerunt.Porrò idolum Ammonitarum, Melchon vocatum eſt.Et quoniã Mel-
chon interpretatur rex eorum,ſępè pro rege Ammon accipitur.Si aũt pro deo ſeu idolo illorum ac-
cipitur,non eſt intelligendum,ꝙ idolum illorum fuerit aliquid in terra hac poſſidens, ſed nomine
idoli eius exprimuntur cultores.Vndè in libro Iudicum Iephthe mandauit regi Ammon:Nonnè ea Iudic. 11.
quæ poſſedit Chamos deus tuus, tibi iure debẽtur? Putabant quippe gentiles collata ſibi à dijs,quæ
à vero Deo habuerũt. nec obſtat ꝙ hoc loco dicitur Melchon deus Ammonitarum, cùm præfato
loco Chamos dicatur deus regis Ammon. nam & 3.Reg.11.fertur Salomon coluiſſe Moloch idolũ
filiorum Ammon. plurimis eñ idolis ſeruiẽrunt, vel viciſsìm per temporũ interualla,vel ſimul. [&
populus eius.] regis Ammon, [habitauit in vrbibus eius,] videlicet filiorum Gad. Q.d. hoc iniuſtè
eſt factum.Hinc pręter cauſam ſuperiùs aſſignatam,ponitur alia cauſa punitionis filiorum Ammon.
Ideò [eccè dies veniunt in te] ô popule Ammon,[dicit dñs,& auditum faciam ſuper Rabbath] vr-
bem regiam atq; metropolim filiorum Ammon,[fremitum pręlij] ſ. feruorem exercitûs Chaldęo-
rum,[& erit in tumultum] ſeu tumulum [diſſipata] i.deſtructa vſq; congeriem ruinarum.[filięq́; ei-
us] i.ciuitates vrbi prefatæ ſubiectę,[igne ſuccendentur.] Vndè in libro Ioſuę, ciuitates inferiores, Ioſuæ 17.
principalioris vrbis filię appellantur.[& poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos] i. terram & populũ Am-
mon,eius terram iniuſtè poſſidẽtem,habebit ſubiectũ. Quod tempore Machabęi videtur impletũ,
iuxta illud 1.Mach.5.Et tranſiuit Iudas ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, commiſit præ-
lia multa,& contriti ſunt filij Ammon ab eo,& cepit ciuitatem Iaſer & filios eius. [vlula Heſebon,]
i.habitatores ciuitatis illius, [qm̃ vaſtata eſt *Hai] i. locus ſic dictus. Vndè in Deut. ait dñs: Filijs *Ar
Loth dedi Hai in poſſeſſionem.[Clamate filij Rabbath] de quibus iam dictum eſt,intelligendo no- *Hur
minibus vrbium,habitatores earum. [accingite vos cilicijs] in ſignum doloris. [circuite per ſepes] Deut. 2.
hincindè vagantes ac fugientes.[quoniam Melchon in tranſmigrationem ducetur.] Chaldęi enim
idola Ammonitarum propter precioſitatem materiæ & ornamentorum, ſecum tulerunt. [ſacerdo-
tes eius] ſcilicet idoli huius,[& principes eius ſimul.] Quoſdam enim iſtorum abduxerunt Chaldæi
captiuos.[Quid gloriaris in vallibus?] i.fertilitate & fructibus locorum illorum magìs q̃ in creatore
eorum? [Defluxit vallis tua] i.vallium terrænaſcentia ab hoſtibus diripientur. [filia delicata] i. gens
Ammonitarum carnalis & mollis,quæ confidebas in theſauris] i.in diuitijs [tuis,& dicebas,quis ve-
niet ad me?] i.quis me impugnare audebit? quod quia ſuperbè mendoſeq́; dixerat, ſubditur: [Eccè
ego inducam ſuper te terrorem,ait dñs,ab oĩbus qui ſunt in circuitu tuo,] i.ex Chaldęorũ aduen-
tu te perterrebo,inter quos erant auxiliarij ex diuerſis natiõibus in gyro territorij Ammon. [& di-
ſpergemini ſinguli à cõſpectu veſtro.] i. vnus filiorũ Ammon ab alio elongabitur captiuitate,mor-
te ſeu fuga.[Et poſt hæc reuerti faciam fugientes & captiuos filiorum Ammon, ait dñs.] i. Ammo-
nitas ad propriam terram reducam,vel eoſdem qui fuerunt abducti,aut natos ipſorũ.Sed huic con-
trariari videtur,quod per Ezech.dñs loquitur:Dabo eam in hæreditatem, vt non ſit memoria vltrà Ezec. 25.
filiorum Ammon in gentibus.Ad hoc ex pręcedentis cap.expoſitione patet reſponſio, vbì de filijs
Moab inducta eſt obiectio ſimilis: vel dicendum,ꝙ filij Ammon poſt vaſtitatem præfatam nõ fue-
runt tantæ famę vt antè. ſed & dictio vltrà,non ſemper perpetuitatem,ſed viciſsìm longã ſiue inſo-
litam durationẽ importat,quod iam alijs locis ſæpiùs dixi.Cõſequenter ꝓpheta inducit cõtra Idu-
mæos,q cũ eſſent nati de Eſau fratre Iacob,debuerũt filijs Iſrael eſſe beneuoli,ſed frequẽter erãt eis

 con-

contrarij.[ad Idumæã] i.terrã & populũ filiorũ Eſau,ꝑtinent q̃ ſequuntur.[Hęc dicit Dñs:Nunquid
nõ vltrà eſt ſapientia in Theman?] i.ſapientia Idumæorũ in vrbe noĩe Theman morantiũ perijt,in-
fatuataq́; eſt.[perijt conſiliũ à filijs] ſ. Eſau vel vrbis p̄fatæ. [inutilis facta eſt ſapientia eorũ] i.nil ꝓ-
fuit eis ad reſiſtendũ Chaldæis,q̃bus terram eorum ingredientibus, ità territi ac turbati fuerunt,ꝙ
mens & cõſilium fugit ab eis.Exceſſiuæ eñ paſſiones aĩæ,actum impediunt rationis. Vndè in viſio-
Abdiæ 1. ne Abbiæ Dñs ait:In die illa perdã ſapientes de Idumæa,& prudentiã de monte Eſau.Nec intelligē-
da ſunt hæc,ꝙ ante Chaldęorũ aduentũ fuerit in Idumęa & Theman ſapientia ſpiritalis ac vera,ſed
carnalis & ſecularis:vel etiã philoſophicalis, cuius ſtudiũ in Theman viguiſſe aſſeritur, ꝓpter quod
Baruch 3. ſcriptũ eſt apud Baruch:Diſciplina nõ eſt audita in terra Chanaan, neq; viſa in Theman. [Fugite &
terga vertite] ô Idumæi,q̃a nec fortitudine nec ſapientia poteſtis reſiſtere. [Deſcendite in voragi-
nē] i.in antra & ſubterranea quælibet loca [habitatores Dedan] vrbis Idumææ. [qm̃ perditionem
Eſau] i.vaſtitatē populi huius [adduxi ſup eum tempus viſitationis] i.punitionis [eius] per exercitũ
Chaldęorũ.Deniq; q̃ de Idumæorũ preſſura ſubdunẽ, penè oĩa & quaſi eiſdē verbis, in viſione Ab-
diæ,qui diù Ieremiã p̄ceſſit,habenẽ:& quia ibidèm ea ꝓlixè expoſui, nunc ꝑtranſire intēdo. [Si vin-
demiatores eius] qui vuas abſcindunt,[veniſſent ſuper te] ô Idumæa, [reliquiſſent racemũ.] i. ali-
quas vuas in vineis tuis reliquiſſent.[Si fures in nocte] domus tuas intrâſſent, [rapuiſſent quod ſuf-
ficeret ſibi.] i.nõ totum,ſed quod portare potuiſſent. Vel ſi auſi fuiſſent, ſecum tuliſſent.[Ego verò
diſcooperui Eſau,] i.bona eius occultata, feci à Chaldæis inueniri. [reuelaui abſcondita eius,] quia
Chaldæi,Deo diſponente,ſecretiſſima loca iſtorũ ſcrutati fuerunt. [& celari non poterit] populus
Idumææ,vel eius poſſeſſio.[Vaſtatũ eſt ſemē eius,] i.generatio ſeu filij Idumęę.[& fratres eius & vi-
cini eius.] i.proximi & ꝓpinqui.[Et nõ erit] popul⁹ iſte,quãtùm ad interfectos,vel in fortitudine pri-
ſtina.[Relinque pupillos] i.infantes & pueros [tuos,& ego faciã eos viuere] i.à Chaldæis nõ ſinã oc-
cídi.[& viduę tuę in me ſperabũt,] i.me ꝓtegente,de manibus Chaldęorũ euadēt. Paruuli nanq; &
viduę p̄ſeruari ſolent à morte,viris parentibuſq́; occiſis,quo inſinuatur,ꝙ viri Idumęę erãt genera-
liter deuaſtandi,cuius & ratio ſubditur:[Quia hæc dicit Dñs:Eccè q̃bus nõ erat iudiciũ vt biberēt,]
i.qui ꝓprijs culpis à Chaldęis ſeu alijs p̄ſecutionē pati nõ meruerũt.[bibentes biberũt,] i. pœnã ne-
Ezech. 26. cemq́; ſentient,ꝓut in Ezech.ad Hieruſalē loquiẽ Deus:Eijciam gladiũ meum de vagina ſua,& occí-
dã in te iuſtũ & impium.[& tu] Idumęa vitijs plena,[quaſi innocēs] i.impunita [relinquéris? Nõ eris
innocens,ſed bibens bibes:] i.calicē iræ Dei ſenties. [quia per memetipſum iuraui,[dicit Dñs] qui
maiorē nõ habet per quē iuret.Idcircò ſeipſum in teſtē verborũ ſuorũ aſſumit. [quia in ſolitudinē]
per habitatorũ carentiã.[& in opprobriũ & in deriſum & in maledictionē erit Boſra.] Per quod hoc
loco intelligiẽ Idumęa.Veruntñ ſecũdùm Hieronymũ ſup illud Iſa. Quis eſt iſte qui venit de Edom,
tinctis veſtibus de Boſra? Boſra non fuit in terra Edom ſeu Idumææ,ſed erat ciuitas terræ Moab, de
Gene. 36. qua fuit Iobab rex Edom,quēadmodùm in Geneſi habeẽ:& q̃a hic Iobab rex Idumææ,fuit de Boſ-
ra,per Boſra exprimiẽ Idumæa.[& oẽs ciuitates eius in ſolitudines ſempiternas.] Hoc idem ab Eze-
chiele p̄dictum,& Abdias dixit ad Edom:Propter iniquitatē tuã in fratrē tuũ Iacob, peribis in æter-
num.q̃bus repugnare videẽ,ꝙ gens Idumææ poſt ſuã à Chaldęis deiectionē legiẽ reparata.Ad quod
reſpondeẽ,ꝙ dictio Hebraica,pro qua Hieronymus ſæpè tranſtulit,ſempiternũ, etiã ſignificat ſecu
lum,vt ipſemet ait Hieronymus:vndè & nunc per ſempiternũ intelligiẽ duratio longa.Conſequen-
ter loquitur Ieremias de ſeipſo.[Auditum] i.verbum propheticę reuelationis de vaſtitate Idumææ.
Zach. 2. [audiui à Dño] miniſterio angeli ſancti interiori auditu, quemadmodùm Zacharias teſtatur: Ange-
lus loquebatur in me. [& legatus ad gentes miſſus ſum.] i. diuinitùs deputatus loqui de Chaldæis,
quòd contra Idumæam ituri ſint.Non autem iuit Ieremias corporaliter ad Chaldęos, vt eis proprio
ore iſta denunciaret.[Congregamini,& venite contra eam, & conſurgamus in prelium.] Iſtud po-
teſt eſſe verbum Chaldęorum,ſe mutuò exhortantium ad cõueniendum & p̄liandum contra Idu-
męam. vel eſt verbum Dei ad Chaldęos,quibus Dñs ſe cõnumerat,dicens:Cõſurgamus, ad inſinu-
andum,ꝙ eum habeant adiutorē, belliq́; ducē contra Idumęos. vndè in perſona Dei ſubiungitur:
[Eccè enim paruulum dedi te in gentibus,] i. modicum in numero feci te populum Idumææ inter
gentes,multis de tuis per Chaldęos occiſis. [cõtemptibilē inter hoĩes,] quia Chaldęis te vehemē-
ter ſubieci.[arrogantia tua decepit te,] i.cor tuum excæcauit,& nimìs de teipſo p̄ſumere fecit, [& ſu
perbia cordis tui,] ità ꝙ mente & verbis ac apparatu & facto fuiſti ſuperbus. [qui habitas in cauer-
nis petræ] i.ſpeluncis ſaxorum ꝓpter ardorem ſolis valdè vigentē in Idumęa,vel in habitaculis for-
tibus, quæ faciliter accedi & expugnari nõ valent. [& appræhendere niteris altitudinem collis,] i.
immoderatè omninò conaris exaltare teipſum.[Cùm exaltaueris quaſi aquila nidum tuum,] i.quã-
tumcunq; in honore & poteſtate aſſcenderis. [indè detraham te] i.per Chaldęos deijciam & occí-
dam.[Et erit Idumęa deſerta.] i. hoĩm habitatione priuata. [Oĩs qui tranſibit per eam,ſtupebit &
ſibilabit ſuper oẽs plagas eius.] i.de tanti regni tam multiplici vaſtitate mirabitur, & in ſignum ſtu-
po-

poris ſeu irriſionis faciet ſibilum oris. [Sicut ſubuerſa eſt Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius,ait
Dñs.] i.aliæ tres ciuitates ſimul cum illis ſubuerſæ, vtpotè Adama, Seboim, Segor. [Non habitabit
ibì] ſ.in Idumæa [vir,& nõ incolet eã filius hoĩs.] quod intelligendũ eſt de ſempiterno p̄fato,ſ.ſecu
lo,eſtq́; ſimilitudo iſta aliqualis,nõ aũt oĩmoda, partìm quoq; hyperbolica eſt iſta locutio. [Eccè
quaſi leo aſſcendet] rex Babylonis [de ſupbia Iordanis,] i.de animoſitate ſua, ſeu poſt animoſitatē
quã exercuit in terra Iudææ, vbì fluit Iordanis: q̃a cùm hanc vaſtâſſet, poſteà ingreſſus eſt Idumæã.
[ad pulchritudinē robuſtã.] i.terrã vrbibus,populis,diuitijſq́; ornatã. Vel ſic:de ſupbia Iordanis, i.
inſtàr tumoris ſeu elationis,vel inundatione ipſius Iordanis, qui intumeſcendo operit terrã vicinã:
quo inſinuaẽ,ꝙ rex Babylonis eſſet cũ magna poteſtate & pompa cõtra Idumæam vēturus, & iuxta
hunc ſenſum verbũ hoc ſequenti cap.de rege Perſarũ ſiue Medorũ contra Babylonē veniente, cõ-
ſcriptũ eſt.Propter quod ſubdiẽ:[Quia ſubitò currere] i.celeriter tendere [faciã eum ad illã. Et quis
erit electus quē p̄ponam ei?] i.quis ex Idumæis tam elegãs erit,vt p̄feram eũ regi Babylonis in pote-
ſtate? q.d.nullus. [Quis eñ] in creaturis [ſimilis meĩ?] ſimilitudine naturali, ſeu æqualitatis.[& quis
ſuſtinebit me,] cùm eũ voluero ſeparare ſiue punire? [Et quis eſt iſte paſtor] i.Idumæorũ princeps,
[qui reſiſtat vultui meo?] i. p̄ſentiæ meæ aliq̃d operari ſeu vlciſci volenti. q.d. cùm tã ſummus atq;
oĩpotens ſim,victoriã cui voluero dabo. [Propterea audite cõſilium Dñi quod inijt] i. mente tra-
ctauit ſeu inquiſitionis diſcurſu [de Edom:] i.populo Idumææ. Quēadmodùm eñ Eſau vocatus eſt Gene. 25. & 26.
etiam Edom,& Seir,ità & populus ab ipſo deſcendens,his tribus deſignaẽ nominibus.[& cogitatio-
nes eius,quas cogitauit de habitatorib⁹ Theman] vrbis ſic dictæ, qui fuerũt principalior pars popu
li Idumææ.[Si non deiecerint eos] ſ.habitatores Idumææ, [paruuli gregis] i. minores de exercitu
Chaldæorũ,iuſtitiam meã exequentes.[niſi diſſipauerint cum eis habitaculũ eorum,] i.vrbes & do-
mus Idumęorum. quaſi dicat,immò deijcient. [A voce ruinæ eorũ cõmota eſt terra,] i. habitatores
diuerſarum regionum audito rumore vaſtitatis Idumæorũ,terrore & admiratione turbati ſunt.[cla
mor in mari rubro auditus eſt vocis eius.] i.clamorem vocũ populi Idumęę vaſtati,perceperunt na-
uigantes in mari rubro.[Eccè quaſi aquila] i. valdè velociter [aſſcendet] Nabuchodonoſor rex Ba-
bylonis.[& euolabit] de loco ſuo.[& expandet alas ſuas] i. populi ſui acies [ſuper Boſram,] i. Idu-
mæam.[& erit cor fortium Idumęæ in die illa,quaſi cor mulieris parturiētis.] i. pauidũ valde ac do-
loroſum.Cõſequenter loquitur propheta contra Syriã,cuius p̄cipua vrbs fuit Damaſcus, iuxta illud Iſaiæ 7.
Iſaiæ: Caput Syriæ Damaſcus, ad quã pertinent q̃ ſequunẽ: [Cõfuſa eſt Hemath & Arphad] i. gens
habitãs in iſtis ciuitatibus Syriæ, [q̃a auditũ peſſimũ] i.rumorē grauiſſimũ [audiêrũt] de Chaldęo-
rũ aduẽtu. [turbati ſunt in mari.] i. negociantes & occupati ibidē [præ ſolicitudine q̃eſcere nõ po-
tuit] i. populus in mari circa Syriam cõſiſtens, intantùm anxiabitur propter aduenie͂tes Chaldæos,
quorũ crudelitatē potentiãq́; cognouit. [Diſſoluta] i.virib⁹ deſtituta.[eſt Damaſcus] i.populus eius
timens Chaldęos. [verſa in fugam, tremor appræhendit eam,] ità ꝙ ex vehementi interiori pauore
torporeq́; intremuit. [anguſtię & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem.] quid eñ tam pœnale,
vt expectare aduerſarios,q̃bus ſe poſſe reſiſtere homo deſperet? [quomodò dereliquerint] fugi-
entes ex Damaſco [ciuitatem laudabilē,vrbem lætitiæ] ipſam Damaſcũ,elegantem, opulentam, &
delicioſam.[ideò cadent iuuenes eius in plateis eius,] occiſi ilicò à Chaldęis. [omnes viri prælij] i.
pugnatores Damaſci [conticeſcent in die illa.] i.reclamare hoſtibus non audebunt.[& ſuccendam
ignem in muro Damaſci,] eam per Chaldæos incendendo.[& deuorabit mœnia Benadab.] i. ſtru-
cturas quas olim in Damaſco fecit Benadab rex eius.Huic ſimile eſt quod Amos 1. Dominus loqui-
tur:Mittam ignem in domos Azahel, & deuorabit domos Benadab. Iſa. quoq; 17. de deſtructione
Damaſci legitur prophetatum:Eccè Damaſcus deſinet eſſe ciuitas.Fuerunt equidem reges Syrię fi-
lijs Iſrael vltra modum moleſti,quemadmodùm 3.& 4.lib.Reg. ſcribitur. Inſupèr ſermo propheta- 3.Reg. 20.
lis dirigitur contra Hazorenos.] Ad Cedar,] primogenitus Iſmael fuit Nabaioth, poſt quem natus 4. Reg. 7.
eſt Cedar,cuius poſteritas iam nomine Cedar exprimitur,quemadmodùm populus Iudæorum fre- Gene. 25.
quenter nomine Iacob & Iſrael deſignatur. [Et ad regna Hazor] i. populos quorum metropolis
fuit Hazor. [quæ percuſſit] i.quę percutiet.Loquitur enim propheta de futuro inſtàr præteriti.[Na-
buchodonoſor rex Babylonis. Hæc dicit Dominus: Surgite] ô Chaldæi [aſſcendite ad Cedar,] i.
*Hazorenos. [& vaſtate filios orientis.] videlicet Hazorenos in orientalibus partibus demorãtes] *Agarenos.
[tabernacula eorũ & greges eorum] ſ.pecora [capient] Chaldæi,[pelles eorum ac omnia vaſa eorũ,
& camelos eorum tollent ſibi] Chaldęi.[& vocabunt] i.ſuo aduentu inducent [ſuper eos formidi-
nē.] Habitabant aũt hi Hazoreni in tabernaculis ſeu tentorijs, in locis paſcualibus ſeu deſertis vnà
cũ gregibus ſuis.[Fugite,abite vehementer,in voraginibus ſedete,] i.ſpeluncis & ſubterraneis lati-
bulis vos abſcondite.[qui habitatis Hazor,ait Dominus:Inijt enim contra vos rex Babylonis conſi-
lium] dicens ad ſuos:[Conſurgite,& aſſcendite ad gentem quietam,& habitantem confidenter,] i.
nil aduerſi ſuſpicantem, videlicet contra Hazorenos. [non oſtia nec vectes ei,] i. contra aduerſa-
rios

rios non eſt machinis firmis munita.[ſoli habitant,] i.ſeparati ab alijs gentibus.[& erunt cameli eo-
rum in direptionem,& multitudo iumentorũ in prædam.] i.oĩa pecora eorum obtinebunt Chal-
dæi.[& diſpergã eos] ſ.Hazorenos [in oẽm ventum,] i. per loca terrarũ hincindè diuerſa. [qui ſunt
attonſi in comã,] i. comã curioſè nutrierũt,habẽtes (vt aliqui dicũt) crines reciſos vt pugiles. [& ex
oĩ confinio eorum adducam interitum ſuper eos.] i. in exercitu hoſtiũ vaſtantiũ eos,erunt auxi-
liarij ex regionibus per gyrum Cedar, à quibus partim occiſi fuerunt. [& erit Hazor] ſ. ciuitas me-
morata [in habitaculum draconum,deſerta vſq; in æternum.] i.irreparabiliter demolita, vel ſaltem
in longum tempus.Prætereà vaticinatur Ieremias cõtra Elamitas.[Quod factum eſt verbum Dñi ad
Ieremiam aduerſus Elam,] i.Elamitas. Elam, ſecundùm Hieronymum, eſt regio Perſidis. Elamitæ
ergò ſunt Perſæ.[in principio regni Sedechiæ regis Iuda, dicens: Hæc dicit Dñs: Eccè ego confrin-
gam] per Chaldęos [arcum Elam,] i. arma & robur Elamitarum, qui (vt dicitur) validi ſagittatores
fuerunt.[& inducam ſuper Elam quatuor ventos] i.vaſtatores ex quatuor partibus terrę,vndè qua-
tuor principales flant venti.[à quatuor plagis cæli] i.ſub cælo,vel aëreo cælo cõtiguis, [& ventilabo
eos] per fugã ſeu captiuitatẽ [in oĩes ventos] iſtos,i. ad præfatas plagas terræ. [& non erit gens,ad
quam non perueniant profugi Elam.] Hoc hyperbolicè dicitur, ad inſinuandum ꝙ ad prouincias
varias plurimasq́; confugerent.[& pauere faciam Elam coram inimicis ſuis,] quia cernebant ſe non
poſſe præualere Chaldæis.[& mittam poſt eos gladium,donec cõſumam eos,] vel in parte magna,
ſiue in toto.[& ponam ſolium meũ in Elam,] i. præſidentiam ſeu dominandi authoritatem in terra
Elam,alteri mihi in hoc placenti præſtabo,vtpotè regi Babylonis.[& perdam indè reges & princi-
pes] ex proprio populo illo deſcendentes, ità ꝙ alieni regnabunt ibidèm ad tempus, non ſemper.
Ideò ſubditur:[In nouiſſimis aũt diebus] i.poſt longum tempus, vel in fine regni Chaldæorum per
Medos Perſasq́; deſtructi.[reuerti faciam captiuos Elam] ad propriam terram, [dicit Dominus.] vel
eoſdem numero,qui fuerunt indè abducti, aut poſteritatem eorum.

¶ *Expoſitio moralis eiuſdem cap.* 49. *Articulus* 70.

AMmon interpretatur populus turbidus, quo nomine paſſionati,potiſſimè impatientes,ac ira-
cundi ſignantur.Ira eñ & impatientia pcipuè hoĩem inquietant,perturbãt,& ſtulto aſſimilãt.
Prou. 14. Propter quod Salomon loquit̃: Impatiens operatur ſtultitiam.Et, Ira in ſinu ſtulti requieſcit. Porrò
Eccl 7. Melchon interpretat̃ rex eorũ,per quod principes talium exprimunt̃. Itaq; per Ammonitas & Mel-
chon,terram Iſraeliticã & tribus Gad violenter poſſidẽtes,ſignificant̃ iniuſti, vitioſi & inquieti, qui
iuſtorũ atq; ſimpliciũ ſeu minùs potentũ bona diripiunt,poſſident,aut cõſumunt.Hinc ſuper Rab-
bath,i.auaritia violentiaq́; iſtorũ filiorum Ammon,ſeu hoĩm turbidorũ,auditũ faciet Dñs fremitum
plij,quia permittet eos ab inuiſibilibus hoſtibus impugnari, ſuperari, torqueri. Rabbath aũt inter-
pretatur grande peccatũ,& iuxta rei ꝓprietatem,per Rabbath metropolim filiorũ Ammon, ſignati
ſunt principales in talibus malis,qui cæteris grauiùs punient̃,iuxta illud Sap.6.Potentes potẽter tor-
menta patient̃,& fortioribus fortior inſtat cruciatus.Et poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos,i.fideles &
iuſti,qui in pſenti ſeculo ab impijs opprimunt̃ ac poſſident̃, in futuro habebũt eos ſibi ſubiectos,p-
ſertim in die iudicij,iuxta illud Sap.3.Dijudicabũt iuſti nationes,& dñabuntur populis.Atq; in Pſal.
Pſal. 149. Gladij ancipites in manibus eorũ ad faciendũ vindictã in nationibus. Propter quod ait Apoſtolus:
1.Cor. 6. Neſcitis qa ſancti de hoc mundo iudicabũt? Vlula Heſebon, qm̃ vaſtata eſt Ar. Heſebon interpre-
tatur cogitatio,Ar aũt appræhendẽs.Itaq; vlulant cogitantes iniqua, qm̃ appræhendentes eam, ſ. ei
cõſentientes,in aĩa vaſtant̃,atq; diſpereunt.Clamate ex pœnitentiali dolore filiæ Rabbath,i.cõgre-
Matth. 5. gatiões ſeu aĩæ magnis vitijs implicatæ.Accingite vos cilicijs, pro ſatisfactione: plangite veſtra pec-
cata.Beati eñ qui lugẽt:Et qui in hoc mundo peccata ſua non deflent, ad eum deuenient locum,vbì
Matth. 21. (Chriſto teſtante) eſt fletus & ſtridor dentiũ, haud dubiũ quin æternus. Circuite per ſepes, i. diſci-
plinæ cuſtodias ſeu actus virtuoſos, qbus ſpiritales mentis diuitiæ ab aduerſarijs noſtræ ꝓteguntur
Eccl 36. ſalutis.Nempe vt in Eccõ ſcriptum eſt: Vbì nõ eſt ſepes, diripietur poſſeſſio. Salomon quoq; teſta-
Eccles 10. tur:Qui diſſipat ſepes,mordebit eũ coluber. qm̃ Melchon,quod interpretat̃ rex eorũ, i. princeps p-
dictorum peccantiũ,nec eos virtuoſè regens, in tranſmigrationẽ ducet̃, quia ſimul cum ſubditis ſu-
is peribit,ductus ad carcerẽ, ad quẽ qui ſemèl deſcenderit, nunq̃ liberandus exibit. ſacerdotes eius,
& principes eius ſimul,qui eũ non increpãt neq; erudiunt, aut eius vitia imitantur.Quid gloriaris in
vallibus? i.in ſubiectis tibi familijs,ſeu rebus terrenis,lutoſis,ac infimis.Filia delicata,i. anima ſecu-
laris,mollis,ſuperba,q̃ opera ſeruilia atq; humilia tãgere aſpernaris.Defluxit vallis tua,i.familia tua,
ſeu facultas terrena tecum pariter defluet,nec verã ac ſtabilem tibi cõferre poteſt felicitatẽ,ſecun-
dùm quod ſcriptũ eſt Sap.5.Quid ꝓfuit nobis ſupbia? aut diuitiarũ iactantia qd contulit nobis? Ad
Idumæã,i.cõtra terrenos atq; carnales,Nõ eſt vltrà ſapientia in Theman.Theman,auſter ſeu Aphri-
cus interpretat̃. per quod hoc loco ſapientes ſeculi deſignant̃,qui ſapientes & in lumine eminentiæ
alicuius ſe arbitrantur, præſuntq́; in ciuili regimine, in quibus non eſt vera ac ſalutaris ſapientia,
dum

dum exterioribus & terrenis magìs q̃ æternis intenti ſunt, & de tẽporalibus potiùs q̃ diuinis ac ſpi-
ritalibꝰ curãt. Rurſus per Theman ſpiritales & religioſi ſeu cõtemplatiui intelligunt̃,qui ſi inaniter
gloriari inceperint,vel carnaliter affici,infuſam veràq́; ſapientiam perdũt.Perijt conſiliũ,illud vtiq;,
quod eſt vnum de donis ſpiritûs ſancti, à filijs huius ſeculi. Inutilis facta eſt ſapientia eorũ carnalis,
immò multùm nociua,quia à vera felicitate retraxerunt.Prudentia eñ carnis,mors eſt. Deſcendite
in voraginẽ,i.profundè vos humiliate,&iram Dei oĩpotentis declinare curate:habitatores Dedan,
i.mundani, qui de carnis nobilitate vos iactatis, aut carnalibus affectibus inhæretis. Dedan quippe
cognitio interpretatur. Iſtis ergò dicendũ eſt illud Malach. 2. Nonnè pater vnus oĩum noſtrũm?
nonnè Deus vnus creauit nos? qm̃ perditionẽ Eſau,i.eorũ qui fortes ſunt ad perpetrandũ opera vi-
tioſa,adduxi ſuper eum,videlicet damnationẽ æternam.Eſau aũt quercus interpretat̃.Ego verò diſ-
cooperui Eſau,reuelaui abſcondita eius,& celari non poteſt. Oĩa eñ impiorum peccata deducẽ- Matth. 10.
tur in publicum,Chriſto teſtante:Nihil abſconditum quod non reueletur.Hinc monet Apoſtolus: 1. Cor. 14.
Nolite ante tempus iudicare,quoaduſq; veniat Dñs,qui manifeſtabit cõſilia cordiũ, & reuelabit ab-
ſcondita tenebrarum Relinque pupillos tuos, i.ad imitationem prauitatis non attrahas eos,ſicut de
quibuſdam ait Pſal. Dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis. & ego faciam eos viuere, vita virtutum Pſal. 16.
per charitatem & gratiam. vel relinque eos, permittendo & perſuadendo, vt religionem ſanctã in-
troeant,vbì ſi ordinem dignè obſeruent,erunt filij Dei chariſſimi. Porrò ꝙ tranſgreſſores legis di-
uinæ vindictã Dei nequaq̃ effugiant,ipſemet Dñs monſtrat per hoc,ꝙ etiã innocẽtes, electos ac vir-
tuoſos,varijs aduerſitatibus tribulationibusq́; exercet.Per memetipſum iuraui,dicit Dñs,quia in ma
ledictionem erit Boſra,i. omnis anima vel perſona contra æquitatem munita,quæ iuſtitiæ ſe oppo-
nit,nec veritati ſtabiliter acquieſcit:& omnes ciuitates eius,i. ſocietates ei conformes. Boſra autem
interpretatur munita. Auditum audiui à Dño,i.verbum ſalubre,& legatus ad gentes miſſus ſum.Hoc
dicat prælatus ſeu princeps fidelis,quem Deus ad cuſtodiendum gregem ſibi commiſſum trãſmit-
tit,qui ad ſpiritales pugnas hortari debet ſuos, dicendo: Congregamini per charitatẽ & ſapientiam
ſalutarem,vt idipſum dicatis omnes,& non ſint in vobis ſchiſmata. Conſurgamus in præliũ contra
aciem vitiorum & inuiſibilium æmulorũ. Eccè paruulum dedi te in gentibus, cõtemptibilem inter
homines.Hoc Dñs loquitur omni terreno,ſuperbo & vitioſo,qui quanto ampliùs ſe magnificare,cę-
terisq́; pferre conatur,tanto à Deo altiſſimo minor ac vilior reputatur.Ideò in Prouerbijs Salomon
ait:Iuſtitia eleuat gentẽ,miſeros facit populos peccatũ. Arrogantia tua decepit te, qui habitas in ca- Prou. 14.
uernis petræ,i.in duritia proprij ſenſûs,in pertinacia animi,in deriſione cordis tui lapidei, & appræ-
hendere niteris altitudinem collis,i.dignitatem eccleſiaſticam,ſcientiamq́; inflantem, ſeu eminen-
tiam aliquam.Horum corda non intrat ſpiritusſanctus, qui ſuper humiles requieſcit. Intantùm aũt
ſuperbia noſtra decipit nos,vt proprias iniquitates,vilitates,ingratitudines, defectuoſitates,atq; pe-
ricula non penſemus: quod ſi faceremus, humiles vtiq; efficeremur,& ſubeſſe potiùs q̃ præeſſe ap-
peteremus.Nunc autem iſta eſt natura ſuperbiæ,vt pro eo quòd homo deberet ſe Deo tanto humi-
liùs ſubdere,quanto plura ab ipſo bona ſortitus eſt, & quo plura mala commiſit: econtrariò de bo-
nis à Deo conceſſis vaniſſimè extollatur,nec q̃ vilis factus ſit per peccata, intueatur. Vndè,non ob-
ſtante quòd reuerà viliſſimus ſit,alijs cupit præferri & præfici.Cùm exaltaueris quaſi aquila nidum
tuum,indè detraham te,dicit Dñs. Qui & in Euangelio proteſtatur:Qui ſe exaltat,humiliabitur. Su- Lucæ 18.
perbis enim Deus reſiſtit.Hinc Iob 20.Si aſſcenderit vſq; ad cęlum ſuperbia impij, & caput eius nu- Iacob. 4.
bes tetigerit,quaſi ſterquilinium in fine perdetur.Et erit Idumæa,i. plebs terrena quærens carnalia
commoda, deſerta à ſpiritusancto, & data diabolo, intantùm vt omnes qui eius calamitates mente
guſtauerit,obſtupeſcat.Eccè quaſi leo aſſcendet ipſe diabolus de ſuperbia Iordanis,i.de illorum tu-
more,ſpiritaliq́; pompa, qui de ipſa ſua humilitate ſpiritaliq́; vita ſuperbiũt. Iordanis quippe, deſcẽ-
ſus humilis interpretatur.& quidam incauti,de ſuo ſpirituali profectu & diuturno labore adepta hu
militate,ſtultiſſimè intumeſcunt,alioſq́; deſpiciunt: quibus à ſe vaſtatis ac victis,aſſcendit diabolus
tanquàm leo rugiens, quęrens quem deuoret: ad pulchritudinem robuſtam,i. ad auferendum per 1. Pet. 5.
ſuas tentationes ſpiritalem decorem de corde eorum,qui fortes ac perfecti videntur. Non enim ſa-
tiatur ſanguine animarum atrociſſimus homicida,habẽs fidutiam ꝙ influat Iordanis in os eius. Vn-
dè & vno ſpirituali deiecto, animatur ad impugnandum alium, quanuìs perfectiorem. Et quis erit
electus,quem pręponam ei?putà diabolo. quaſi dicat Dñs Deus: Nemo ſuis viribus præualebit. Au-
dite conſilium Dñi,quod cogitauit contra Edom, i. crudeles,& viros ſanguinum, immiſericordes.
Edom equidem cruentus interpretatur.Si non deiecerint,i.immò deijcient eos paruuli gregis,i.in-
feriores & minores ſpiritus maligni,qui ſunt de grege primi apoſtatæ angeli:niſi diſſipauerint cũ eis
habitaculum,i.corpora eorũ.Hi eñ homines vitioſi à quacunq; tentatione facilimè ſuperantur,eo-
rũq́; corpora vitijs ſubſternuntur,quorũ damnatio atq; punitio tanta eſt,vt quicunq; eã audièrint,
expaueſcãt. Moralitas iſta nimìs extenditur, idcircò percurrere cogor,& in ſumma aliqd dicere. Ad
Da-

Damaſcum.Damaſcus ciuitas delicioſiſſima fuit, & eſt,interpretaturq́; ſanguinem bibens.Nomine
ergò Damaſci,voluptuoſi,carnales,guloſi ſignantur,qui omnes inordinatis replentur affectibus,&
diabolicarũ tentationũ gladijs inceſſanter grauiſſimè in anima vulnerantur, & tanto miſerabiliùs,
quo minùs attendunt aut ſentiunt.Deniq; iſti diſſoluentur in morte, & loca priſtinæ voluptatis re-
linquent:quærentes quoq; iudiciũ Dei effugere,anguſtijs atq; doloribus inſtàr parturientium tene-
buntur.Iuuenes aũt Damaſci cadent in eius plateis, dum in lata ſeculi via & voluptatis libertate ru-
unt lapſu peccati ad Cedar,& ad regna Hazor.Cedar,caligo ſeu tenebræ:Hazor verò, ſagitta lumi-
nis interpretat̃.Per Cedar itaq;, diffames & vitijs denigrati, atq; erroribus implicati: per Hazor aũt,
pungitiui & callidi, qui ſuam prauitatem iuſtitia palliant apparenti, & verbis mordacibus quaſi ſa-
gittis apparenter lucidis,ſed verè prouocatiuis,alios lædunt,intelliguntur.Hos vaſtat,impugnat,oc-
cídit rex Babylonis,princeps totius inordinationis diabolus: daturq́; ei à Deo licentia irruendi in
eos,& cuncta eorum opera inficiendi intentione peruerſa, ſuggeſtione peſtifera, affectione illicita,
qui camelos eorum & pecora,i.deſideria ſenſualitatis,& opera carnis in ſuam redigunt poteſtatem:
2.Ti. 2. captiui em̃ ab ipſo tenentur ad ipſius voluntatem, ſecundùm Apoſtolum. Inſupèr diſperguntur in
omnem ventum paſſionum atq; inanium doctrinarum. fiunt quoq; habitaculum draconum,i. ma-
lignorum ſpirituum,venenatorum & callidorum,de quibus fertur in Pſal.90.Conculcabis leonem
& draconem.Et diſpergam eos,qui attonſi ſunt in comam. Hoc quibuſdã clericis præſertim timen-
dum eſt,qui contra Decretalem criſpantes fouent capillos.Aduersùs Elam.Elam interpretatur de-
ſpiciens.Itaq; contra aliorum deſpectores & irriſores, qui intantũ viliores ſunt his quos deſpiciunt,
quo ampliùs intumeſcunt,quo vehementiùs ſpernunt, quo ſibi plùs placent.Cõtra hos, inquam,fit
ſermo Dei, ꝙ omne eorum robur peribit,& grauiſſimis ſupplicijs affligentur.

¶*Expoſitio literalis cap.50. Verbum quod loquutus eſt Dominus de Babylone.* *Art.* 71.

POſtq̃ Ieremias in diuerſis cap.de plurimorum populorum vaſtatione per Chaldęos ſeu Baby-
lonios facta prophetauit: nunc poſtremò contra Babylonẽ vaticinatur, & imperij eius deſtru-
ctionem deſcribit, qm̃ poteſtate ſibi conceſſa abuſi fuerunt Chaldæi,& contra Deum erecti. Fuerũt
aũt quaſi virga & flagellum Dei in punitione peccantium:ſed ſicut virga,correcto filio,in ignẽ pro-
ijcitur,ità & ipſi cùm ſatìs percuſſiſſent ac tenuiſſent Iudæos,à fonte totius iuſtitiæ Deo æterno ho-
ſtibus ſuis ſunt traditi.[Verbum quod locutus eſt Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum
in manu] i.per miniſterium [Ieremiæ:Annunciate in gentibus,] i. vbiq; vulgate, qui noua percipe-
re & promulgare ſoletis.[leuate ſignum,] quòd Chaldæi deuicti ſunt,oſtendendo vexillum eorum
qui ipſos vicerunt. [Dicite: Capta eſt Babylon] per Perſas ac Medos. [Confuſus eſt Bel] Deus ſeu
idolum Babylonis.[victus eſt Merodach.] per quem quidam intelligunt regem Babylonis nomi-
ne Balthaſar,à Medis ac Perſis occiſum. Alij aſſerunt quòd Merodach nomen ſit idoli Babylonio-
rum,ſicut & Bel: quæ idola in deſtructione Babylonis confuſa & victa narrantur: qm̃ terram & po-
pulum ſe colentem,tunc adiuuare non potuerunt.Hinc ſubditur:[Confuſa ſunt om̃ia ſculptilia co-
rum,ſuperata ſunt idola eorum,quoniam aſſcendet contra eam] ſ. Babylonem [gens ab aquilone]
ſ.Perſæ ac Medi,qui reſpectu Babylonis verſùs aquilonem ſituati feruntur. [quæ ponet terram eius
in ſolitudinem,] occidendo & auferendo indè Chaldæos. [& nõ erit qui habitet in ea,] i. Babylo-
nia ſeu Babylonica vrbe,quæ interìm inhabitata nõ fuit, [ab homine vſq; ad pecus. & moti ſunt,&
abiêrunt.] i.tam ipſi Chaldæi,q̃ eorum pecora,de terra iſta ablati ſunt. Loquebatur aũt Ieremias de
futuro per modum præteriti.[In diebus illis venient filij Iſrael,] i. illi qui de decẽ tribubus ſimul cũ
duabus tribubus in Babylonia tenebantur.[& filij Iuda] i.duæ tribus,etiã cum tribu ſacerdotali Le-
uitica,qui om̃es per Iuda frequenter ſignantur.[ambulantes & flentes,] vel ex dolore peccatorum,
vel ex recordatione deſtructionis templi atq; Hieruſalem,vel ex ingenti lætitia, ꝙ liberati de capti-
uitate gentilium,ad ſolum natale & locum cultûs diuini redirent.[properabũt] deſiderio terrę ſan-
ctæ,& propter viarum diſcrimina.[& domum Dñi ſui quærent in Sion] i. Hieruſalem,vel in monte
3.Reg.6. in quo templum primum ſteterat,& ſecundum reparatum eſt tempore Eſdræ. Ibì em̃ Deum deuo-
1.Eſd.6. tionaliter coluerunt ſub Eſdra & Neemia, Aggeo & Zacharia, iuxta illud Neemiæ: Quater in die &
2.Eſd.9. quater in nocte confitebantur, & adorabant Dñm Deum ſuum. [Interrogabunt viam,] quæ inter
Nehe.9. Babyloniam & Iudæam longiſſima,eisq́; ignota erat. [huc] ſ. ad Hieruſalem [facies eorum veniẽt.]
Babylone nanq; deſtructa, regnauit Darius rex ſenex modico tempore, poſt quem imperauit Cy-
rus,qui primo ſui imperij anno dedit Iudæis licentiam redeundi ad propria, & inſtaurandi Hieru-
2.Eſd.1. ſalem,templumq́; in ea,vt ſcribitur 1.Eſd.lib.[Et apponentur ad Dñm fœdere ſempiterno,quod nul
la obliuione delebitur.] i.firmo pacto & ſtabili amicitia Deo adhærebunt,nec vltrà ad idololatriam
declinabunt generaliter ſicut antè. Iſtud, quantùm ad electos illius plebis, oportet accipere. In
Chriſti autem aduentu electi ex illis Deo perfectiſſimè ſunt vniti, increduli autem ab ipſo omni-
1.Theſ. 2. nò relicti ſunt, de quibus ait Apoſtolus: Peruenit ira Dei ſuper eos vſq; in finem. quod etiam ſu-
prà

prà iſte ꝓpheta p̃dixit.Nec ipſi Iudæi queunt negare,quin à deſtructione Hieruſalem per Romanos,
à Deo ſint relicti in hac captiuitate longiſſima atq; grauiſſima.Aliqui tñ affirmant, ꝙ in Hebręo ha
betur,Fœdere in ſeculũ.& fortè dictio illa Hebraica vtrunq; ſignificat.[Grex perditus factus eſt po
pulus meus,] i.Iudæi quandò à Chaldæis partìm occidebantur, partìm in captiuitatẽ Babylonicam
ducebantur.[paſtores eorũ] videlicet reges & ſacerdotes,idololatræ ac pſeudoprophetæ, [ſeduxe-
runt eos] malo exemplo & informatione peruerſa,vt dictum eſt ſæpè.[feceruntq́; vagari in monti-
bus,] in q̃bus vagam idololatriam exercebant. [de monte in collem tranſiêrunt:] quia in locis ex-
celſis idola coluerunt.[obliti ſunt cubilis ſui,] i.templi in quo fideles in Deo requieſcere,& per cõ-
templationẽ quaſi obdormire in Dño debent.[& hoſtes eorũ [putà Chaldæi & cæteri [dixerũt: Nõ
peccauimus] vaſtando Iudęos, [pro eo ꝙ] ipſi Iudæi [peccauerunt Dño decori iuſtitiæ,] i.primæ &
exẽplari pulchritudini totius æquitatis & ſanctitatis,qui eſſentialiter iuſtus eſt,& ipſa iuſtitia,fonsq́;
vniuerſę iuſtitiæ ac virtutis.[& expectationi patrũ eorum Dño] i.ipſi Dño, quẽ patres eorũ expecta-
uerunt conſtanti fidutia,iuxta illud Iſaię:Deus iudicij Dñs,beati omnes qui expectant eũ.Et in Pſal. Iſaiæ 30.
Expectans expectaui Dñm.Quoniam itaq; Iudæi frequenter Deum patrum ſuorum dereliquerunt, Pſal. 39.
idola venerantes,reputabant inimici eorum ſe non peccare perſequendo occidendoq́; eos: in quo
tñ errauerunt,quia crudeliter nimìs & impia intentione, cupiditate,& ambitione illud fecerũt. [Re
cedite] ô Iudæi [de medio Babylonis,& de terra Chaldęorum egredimini,] habita à Cyro rege re-
deundi licentia.[& eſtote quaſi hœdi ante gregẽ,] i.imperterrito,forti,& hilari animo redite. [quo-
niam eccè ſuſcito & adducam in Babylonẽ congregationẽ multarum gentium,] i. exercitus Darij
regis Medorum & Cyri regis Perſarum.[de terra aquilonis] reſpectu Chaldęæ.[& p̃parabuntur ad-
uerſùs eam] ſ.Babylonem. [& in die capietur Babylon] ſ. clara luce, ſicut infrà dicetur. [ſagitta ei-
us] videlicet congregationis gentium venientiũ contra Babylonẽ.[quaſi viri fortiſſimi interfecto-
ris] i.acuta & penetrans erit,ſicq́; aduerbiũ Quaſi, dicit hîc veritatẽ, non ſimilitudinẽ tantùm. [non
reuertetur vacua,] i.ſine effectu non erit,ſed tanget atq; occídet. Fuerunt em̃ in regum iſtorũ exer-
citu validiſſimi ſagittatores. [& erit Chaldęa in p̃dam,] i. ab hoſtibus ſuis p̃dabitur. [om̃es vaſtantes
eam] Perſę & Medi [replebuntur] ſpolijs Chaldęorũ.[ait Dñs.] cuius ratio ſubditur, dirigitq́; pro-
pheta eloquium ad Chaldęos:[qm̃ exultatis, & magna loquimini diripientes hæreditatẽ meam,] i.
in deuaſtatione,expugnatione,& ſpoliatione Iudææ ſeu plebis Iudaicæ, malitioſè gauiſi eſtis, & p̃-
ſumptuoſè locuti,quaſi veſtris viribus cuncta perfeceritis.[quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſup her-
bam,] i. cum grandi auiditate & voracitate irruiſtis ſuper populum meum, quemadmodùm vituli
eſurientes effundunt ſe ſuper gramina. [& mugîſtis vt tauri] eos horribilibus clamoroſisq́; verbis
terrendo.hinc [confuſa eſt] i.per Perſas & Medos confundetur [mater veſtra nimìs] vtpotè Baby-
lon,quæ fuit in regno Chaldęę metropolis,quemadmodùm 2.Regum mulier ſapiens dixit ad Ioab: 2.Reg.20.
Quæris ſubuertere matrem ciuitatum in Iſrael? [& adęquata pulueri] i. omninò deiecta, quãtùm ad
principales ipſius partes.[quę genuit vos:] quia in Babylone magna pars Chaldęorum genita fuit.
vel genuit vos,quantùm ad pręſidentialem hanc ſublimitatem,qua cæteris gentibus imperatis.[Ec-
cè nouiſſima erit in gentibus,] i.viliſſima reputabitur,quæ prima & glorioſiſſima fuit.[deſerta] à ꝓ-
prio populo.[inuia] i.publicus tranſitus non erit per eam propter animalia venenoſiſſima in ea.[&
arens] i.priuata fluentis Euphratis fluuij, quem Perſæ & Medi per diuerſos meatus à Babylone re-
traxerunt,& priſtinum eius alueum ſiccauerunt.[ab ira Dñi,] i.effectu & vltione diuinę iuſtitiæ.[nõ
inhabitabitur,ſed redigetur tota in ſolitudinem,] i.hominibus inhabitabilis fiet. [Omnis qui trãſit
Babylonẽ,] Iam dixit ꝙ inuia erit,quomodò ergò tranſietur per eam? Et reſpondendum, ꝙ armati
& congregati ad inuicèm tendunt per eam,ſecundùm Hieronymũ,qui aſſerit,ꝙ tempore ſuo & an-
tè fuit locus venationis.[ſtupebit & ſibilabit ſuper vniuerſis plagis eius,] i. de tam graui ac varia va-
ſtitate ipſius mirabitur,& præ ſtupore ſibilum oris formabunt. [Pręparamini contra Babylonẽ per
circuitum omnes qui tenditis arcum,] i.emiſſarij vniuerſi,[non parcatis iaculis, quia Dño peccauit]
per crudelitatẽ,ſuperbiam &c.[Clamate aduerſùs eam,] cohortando vos mutuò contra eam.[vbiq;
dedit manum,] i.ad omnia penè regna vaſtanda poteſtatem ſuam extendit: vel vbiq; dedit manum,
promittendo auxilium ſibi cõfœderatis & charis.[Ceciderũt fundamenta eius, & deſtructi ſunt mu
ri eius.] Loquebatur aũt Ieremias de futuro tanq̃ præterito,ꝓpter certitudinẽ prophetiæ. [qm̃ vltio
Dñi eſt,] i.diuina voluntate & ope cõpleta eſt iſta Babylonis deſtructio per Medos Perſasq́;. [vltio-
nem accipite de ea,] ſecundùm quod vltio eſt effectus iuſtitiæ,non iræ per vitium. Non em̃ ad pec-
candũ Deus licentiat vel hortat̃.[ſicut fecit] alijs gentibus & terris veſtris,[facite ei.Diſpergite ſato-
rem de Babylone,& tenentẽ falcẽ in tẽpore meſſis,] i. ſeminatores agrorũ, collectoresq́; fructuum
tollite indè,vt terra inculta remaneat.[à facie gladij columbæ] i. ob nimiam ferocitatem ac cædem
Babylonij regis,qui cur vocetur columba,dictum eſt 25.cap. qui etiam columba forſitan nuncupa-
tur,ob ſtoliditatem ſeu veræ ſapientiæ defectum,præſertim in idololatria apparentem, quẽadmo-

Oſeæ 7. dùm in Oſee de populo decem tribuum legitur: Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor. [Vnuſquiſq; ad populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient.] Hoc intelligendũ eſt de gentibus alienis, q̃ fuerunt in Babylone, & ea vaſtata, rediêrunt ad ſua, atq; fugerunt vt poterant. & iſtud Iſaiæ 13. ſub eadem forma verborũ habetur: immò penè om̃ia quę in iſto cap. itemq; ſequenti cap. de Babylonis preſſura ſcribuntur, in diuerſis capitulis Iſaiæ leguntur. Allegationes aũt cauſa breuitatis omitto. [Grex diſperſus Iſrael,] i. duodecim tribus per diuerſas terras diuiſæ & captæ tenentur. [Leones eiecerunt eum,] i. reges fortes & atroces, de propria terra hunc populum expulerunt, de quibus regibus ſequitur: [Primus comedit eum rex Aſſur,] i. ante regẽ Babylonis rex Aſſyriorũ populum Iſrael, potiſſimè X. tribus, grauiter oppreſſit, cepit, ac deuorauit, quẽadmodùm
4. Reg. 15. & 17. 4. Regum deſcribitur. [nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis,] i. vehementiùs deuaſtauit, afflixit, & debilitauit. Non em̃ X. tribus tam dirè afflictę fuerunt ab aliquo rege Aſſyriorum, vt duæ à rege Babylonis. [Proptereà hæc dicit Dñs: Eccè ego viſitabo,] i. puniam regẽ Babylonis, [& terram] i. populum [eius:] quod fuit in Balthaſar rege à Perſis occiſo impletum, qui licèt tempore deſtructionis Iudeæ nondùm extiterit, tamen patrũ ſuorum peccatis cõſenſit, tenuitq; Iudæos captiuos: idcircò iuſtè punitus eſt. [ſicut viſitaui regem Aſſur.] Regnum quippe Aſſyriorũ Deus per Chaldęos & Nabuchodonoſor regem deſtruxit. [Et reducam Iſrael] i. captiuos de regno Iu-
Eſd. 1. dę. [ad habitaculum ſuum,] videlicet ad Iudęã tempore Eſdræ. [& paſcetur Carmelus & Baſan] i. populus in his locis habitans. [in monte Ephraim & Galaad, & ſaturabitur anima eius] i. abundanter aletur: quod ſi corporaliter impletum nõ eſt in Iudæis poſt reuerſionẽ de Babylone, ſpiritualiter tñ impletum eſt poſt Chriſti aduentum per apoſtolorũ p̃dicationem, qui in locis his plurimos cõuerterunt, ſpiritualibusq; diuitijs ac epulis ſaginauerunt, ſicut de hoc ſuperiùs pleniùs dictũ eſt. [In diebus illis, & in tempore illo, ait Dñs, quæretur iniquitas Iſrael, &] i. ſi quæſita fuerit, [non erit, & peccatum Iuda, & nõ inuenietur, qm̃ propicius ero] i. clementer ignoſcam eis [quos reliquero] i. ab hoſtibus ſuis eruero ac reduxero. Diſtinguit aũt Dñs hoc loco inter Iudam & Iſrael, idcircò per Iſrael intelliguntur hi, qui de decem tribubus inter alias duas fuerunt captiui, & in Iudæam reducti, qui
Nehe. 9. tempore Eſdrę & poſteà ſæpè Dño fideliter ſeruiêrunt. Meliùs tamẽ & veriùs iſtud ad tempus Chriſti refertur, quandò electæ reliquiæ duodecim tribuum per electionẽ gratię ſaluæ factæ ſunt, Chriſtiq; ſanguine ac baptiſmo penitùs emundati, quẽadmodùm ſuprà copioſè deductũ eſt. [ſuper terrã dominantiũ] i. Chaldęorum plurimis nationibus imperantiũ. [Aſcende tu] popule Cyri ac Darij regum, [& ſuper habitatores eius viſita] i. vindictã inflige. [diſſipa & interfice eos, qui poſt eos ſunt, ait Dñs,] i. auxiliatores eorum, iuxta illud Iſaiæ: Omnis qui ſuperuenerit, gladio cadet. [& fac iuxta omnia quæ p̃cepi tibi] per inſpirationẽ occultam ſiue angelicam, vel per propheticam p̃nunciationẽ. [Vox belli audietur in terra] ſ. Chaldęorum. [& contritio] i. deſtructio [magna. Quomodò confractus eſt & contritus malleus vniuerſæ terræ?] i. regnum Babyloniæ, quod diuerſas gentes vaſtauit. Vndè quod ait, vniuerſæ terrę, hyperbolicè ſumitur. [Quomodò verſa eſt in deſertũ] i. in ſolitudinem redacta [Babylon in gentibus?] i. p̃cipua inter gentes. [illaqueaui te] i. per Perſas & Medos te improuiſè occupaui & cepi. Cùm em̃ Euphratẽ hincindè diuiſiſſent, per arentẽ alueum eius ingreſſi ſunt Babylonẽ. [& capta es, & neſciebas.] i. de tali modo vincendi vrbẽ nil ſuſpicabaris. [Inuenta es & appręhenſa] ab hoſtibus tuis. [qm̃ Dñm prouocâſti.] quaſi diceret: Nõ humana, ſed diuina virtute ſic victa es: immò ſecundùm doctores mirabilius fuit ꝙ Babylon capta fuit, q̃ ꝙ ædificata. [Aperuit Dñs theſaurum ſuũ,] i. diuitias om̃ipotentiæ ſuæ in Chaldęorũ punitione monſtrauit. [& p̃tulit vaſa iræ ſuæ] i. inſtrumenta ſuę vindictę ſup Chaldęos effudit, vel p̃tulit vaſa iræ ſuæ, dando aduerſarijs Chaldęorum arma, quibus deijcerent eos. [qm̃ opus] i. effectus iuſtitię [eſt Dño in terra Chaldęorum. Venite ad eã ab extremis terræ,] i. à finibus regnorũ Cyri ac Darij. [aperite] portas ciuitatũ veſtrarũ, [vt exeant de eis, qui cõculcẽt eam] ſ. Babylonẽ. [Tollite de via lapides, & redigite in aceruos.] i. impedimenta veniendi auferte. [& interficite eam] i. habitantes in Babylone. [nec ſit quicquã reliquum] i. nil in ea viuũ permaneat. [Væ eis, qm̃ venit dies viſitationis] i. punitionis [eorum.] Conſequenter ponitur ratio, cur Deo diſponente, aliqui de Babylonia euaſerunt. [Vox fugientium & eorum qui euaſerunt de terra Babylonis, vt annuncient in Sion] i. in Hieruſalẽ. [vltionem Domini Dei noſtri, vltionem templi eius,] i. ad hoc effugient & loquentur, vt in Hieruſalem profiteantur Babylonẽ deſtructam in vltionem peccati Chaldęorum, quo templum Dei in Hieruſalem cõbuſſerunt. [Annunciate in Babylonem] i. contra eam [plurimis] ſ. [om̃ibus qui tendunt arcum. Conſiſtite] ô ſagittarij [aduerſùs eam per gyrum, & nullus euadat.] nullus, ſ. de genere Chaldęorũ exiſtentiũ in Babylone. [Reddite ei ſecundùm opus ſuũ,] i. iuxta quod meruit. [quia cõtra Dñm erecta eſt] per ſuperbiam atq; blaſphemiam. [aduerſùs ſanctum Iſrael] i. Deum, ſanctificatorem Iſraelis, & ſanctum ſanctorum, quem Iſrael colit, de quo ſcriptum eſt Iſaiæ 47. Redemptor noſter Dominus exercituum, ſanctus Iſrael nomen eius. [Idcircò cadent iuuenes eius] ſ. Babylonis, [in medio eius:] gladio

dio Perſarũ atq; Medorũ. [& oẽs viri bellatores eius conticeſcent,] i. aduerſarijs reſiſtere nõ audebunt, ſed vt victi obmuteſcẽt. [Eccè ego ad te ſuperbe] Balthaſar rex Babylonis, [dicit Dñs, quia dies tuus] vtpotè [dies viſitationis] i. occiſionis [tuæ. Et cadet ſuperbus] iſte [& corruet, & nõ erit q̃ ſuſcitet eũ:] niſi in die iudicij. Fuit em̃ à Perſis ſeu Medis occiſus, vt legitur Danielis 5. vbì Daniel loquitur ei: Tu quoq; non humiliâſti cor tuum, ſed aduerſùs dominatorẽ cæli eleuatus es. [& ſuccendam] per manus hoſtiũ [ignem in vrbibus eius, & deuorabit om̃ia in circuitu eius.] Circa quod aliqui dicunt, ꝙ Perſæ & Medi non combuſſerunt nec deſtruxerunt vrbes regis Babylonis, ſed alia q̃ in circuitu vrbium erant. [Calumniam ſuſtinent filij Iſrael,] ſcilicet de decem tribubus, capti in Babylonia, [& filij Iudæ ſimul. Om̃es qui ceperunt eos, tenent] in captiuitate eoſdem. [nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis.] immò om̃ipotens. [Dñs exercituũ nomen eius.] ideò facile ei eſt liberare. [iudicio] i. cenſura ſapientiæ ſuæ [defendet cauſam eorũ,] q̃ inter eos vertitur & Chaldæos. [vt exterreat terrã] Chaldęę, i. habitantes in ea, [& commoueat habitatores Babylonis] modo quo ſubditur: [Gladius] Perſarum & Medorũ veniet [ad Chaldęos, ait Dñs, & ad habitatores Babylonis, & ad principes & ad ſapientes eius, * & ad diuinos eius:] qui ſibi vſurpabant quod Dei eſt, ſ. p̃nunciare futura purè cõtingentia. [qui ſtulti erunt,] quia inuenientur mentiti Babylone vaſtata, cui proſpera diuinabant, de q̃bus in Iſaia multa ſcribuntur. [Gladius ad theſauros eius qui diripientur,] Iſaiæ 47.
quia virtute belli obtinuerunt Perſæ ac Medi diuitias Babylonis. Nec obſtat quod per Iſaiam Dñs ait: Eccè ego ſuſcito ſuper eos, vtpotè Babylonios, Medos qui argentum non quærant, nec aurũ ve- Iſaiæ 13.
lint. Nempe hoc dicitur, ꝙ principaliter quærebant interitum Chaldęorũ & Babylonis ruinã. [Siccitas ſuper aquas eius erit] i. ſuper Euphraten, qui per medium Babylonis currebat. [& areſcet:] nõ ꝙ aqua, manendo aqua, ſicca fiat ſiue areſcat, cùm humiditas ſit ei connaturalis: ſed idcircò hoc dicitur, quia fluuius Euphrates à ſolito loco fuit abductus, eiusq; alueus deſiccatus. [quia terra ſculptilium eſt] Chaldęa, i. idololatrijs dedita. [& in portentis gloriatur.] i. in mendacibus ſignis, impijsq; figmentis, diuinationibus atq; augurijs, prout in Iſaia legitur: Sta cum incantatoribus tuis, & cũ multitudine maleficorum tuorum, in quibus laborâſti ab adoleſcentia tua. [Proptereà habitabunt dracones in Babylone cum fatuis ſicarijs.] per quos intelligunt quidam homines ſylueſtres, alij dęmones in effigie talium apparentes, iuxta quod Iſaiæ 34. fertur ad Edom: Occurrent dęmonia, onocentaurus & piloſus, clamabit alter ad alterum. In eodem Iſaia quoq; (cap. 13.) fertur de Babylone: Piloſi ſaltabunt ibì, & reſpondebunt ibì vlulæ & ſirenæ in delubris voluptatis. [& inhabitabunt in ea ſtruthiones:] quæ pennas habent, ſed volare non valent, de quarum natura Iob 39. habetur. [& non inhabitabitur] Babylon ab hominibus [in æternum, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham,] i. quantùm ad hoc ꝙ non inhabitabitur Babylon, ſimilis erit ſubuerſio eius ſubuerſioni Sodomæ & Gomorrhæ. [Eccè populus veniet ab aquilone,] ſ. exercitus Cyri ac Darij. [& gens magna, & reges multi] videlicet Cyrus & Darius, & qui eis ſe in auxilium iunxerunt. [conſurgent à finibus terræ,] i. à diuerſis regionibus valdè remoti, ſicut regina Saba dicitur veniſſe in Hieruſalem 3. Reg. 10.
à finibus terræ. [Arcum & ſcutum appræhendent, crudeles ſunt & immiſericordes.] vndè in Iſaia de Iſaiæ 13.
eis prædicitur, ꝙ paruulis atq; lactantibus non miſerebuntur. [Vox eorum quaſi mare ſonabit,] prę multitudine vociferantium contra Chaldęos, & colliſione armorum. [Super equos aſcendent contra te filia] i. plebs [Babylonis. Audiuit rex Babylonis] videlicet Balthaſar, [famam eius, & diſſolutę ſunt manus,] i. virtus eius contabuit præ pauore. [anguſtia appræhendit eum.] Poſtremò, quod ſequitur, [Eccè quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtam:] vſq; ad id, [A voce captiuitatis Babylonis commota eſt terra,] ſuprà cap. 49. ſub eadem forma ſcriptũ eſt atq; expoſitũ. vndè ſicut ibidèm expoſitum eſt de rege Babylonis contra Idumæam, ità hîc exponendũ eſt de rege Medorum ſiue Perſarum contra Babylonẽ veniente. A voce, i. à rumore captiuitatis Babylonis, cõmota eſt terra, i. habitantes in terra vbiq; vehementer mirati ſunt. [& clamor inter gentes auditus eſt:] alijs gaudentibus, alijs dolentibus, quanuìs dolentes de hoc fuerint pauciores.

¶ *De tropologia eiuſdem capituli* 50. *Articulus* 72.

QVòd Babylonij, cùm varias gentes & populum Dei vaſtâſſent, à Perſis & Medis vincuntur, & tunc populus Dei eripitur, atq; ad ſua regreditur, & Deum ſuum quærit in Sion, id figurauit, quòd hi qui ſunt flagella Dei in punitione peccantium, potiſſimè electorũ, & idipſum crudeliter vitioſeque faciunt, cùm alios puniunt, tunc & ipſi diſpereunt atque damnantur, quemadmodùm pater, correcto filio virgam iactat in ignem. Hoc in Hunnis ac Vandalis, cæteris quoquè nonnullis nationibus & tyrannis Chriſtianos vaſtantibus, conſtat impletum. Proptereà Iſaiæ X. Dominus loquitur: Væ Aſſur, virga furoris mei & baculus ipſe eſt, & erit cùm impleuerit Dominus cuncta opera ſua in Sion, viſitabo ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur. Porrò iſtis ità deletis, fideles, qui opprimebantur per eos, vexationibus eruditi, conuertuntur ad Deum, & in Eccleſiaſtica congregatione eum requirunt. Inſupèr Babylon, quæ interpretatur confuſio, figura eſt mundi, vitio-

rum inordinationibus pleni.Idcircò per irrecuperabilem Babylonis deiectionẽ,totius mundi hu-
us inferioris finalis exterminatio, irrecuperabiliſq́; deſtructio figuratur. de qua ſcriptum eſt Iſaiæ
Apoc.18. 24.Eccè dñs nudabit terram,& diſſipabit eam,defluxit orbis. Itemq́; in Apocalypſi: Væ væ Baby-
lon ciuitas illa magna & fortis, quia vna hora venit iudicium eius. Grex perditus factus eſt populus
meus,ſ.Chriſtianus,qui peccando perit,& dæmoni ſeruit,cuius perditionis ſubditur cauſa:Paſtores
eorum ſeduxerunt eos,vel mala eorum laudando,vel vitia reprehendendo, vel impia conuerſatio-
ne peccandi audaciam tribuendo,vel debitam informationem nõ impendendo,vel directè ad illi-
cita inducendo.De hoc præinducta ſunt multa. feceruntq́; vagari in montibus, ſuperbię, pręſum-
ptionis,ambitionis,atq; in altis,magnis,&mirabilibus ſuper ſe.Obliti ſunt cubilis ſui,i.eccleſiæ,vel
clauſtri,ſeu cuiuſlibet loci ad deuotionem ordinati & congrui, malentes eſſe in foro hominũq́; tu-
multu,q̃ in Eccleſia, clauſtro, aut loco ſecreto ad vacandum ſoli Deo,vt dulciter requieſcant in eo,
Matth.6. cùm tamen dicat Saluator:Intra cubiculum,& clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito. Omẽs
qui inuenerunt,comederunt eos.Tales enim ab inuiſibilibus hoſtibus ſpiritaliter deuorantur. Et-
enim dęmonum cibus ſunt impij: fluuium quippe abſorbet.Recedite de medio Babylonis, i. à con-
1.Cor.6. fuſione peccati & conſortio mundanorum, dicente Apoſtolo: Exite de medio eorum, à quibus ad-
minus recedendum eſt mente,nè conſenſu eorum vitioſis communicemus operibus:& dum con-
Eccl 13. uenienter fieri poteſt,expedit prorſus,vt corporaliter ſe ab illis homo elonget ac ſubtrahat. Nempe
Pſal.17. qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Et: Qui communicat ſuperbo, induetur ſuperbiam, cum per-
uerſisq́; peruertetur quiſpiam.Et eſtote quaſi hœdi ante gregem, vt ſicut hœdus gregem præuenit,
& ſaliendo præcurrit:ſic alios in humilitate, patientia, manſuetudine præueniatis, atque cum corde
promptiſſimo ac feruenti dño miniſtretis: ſicq́; ante illos in via mandatorum & ſemita cõſiliorum
præcurrere ſtudeatis,& veſtro fauore,alacritate ac perſeuerantia,corda inflammetis pigrorum. Ta-
2.Reg.6. lis fuit ſanctus Dauid,totis viribus ludens & ſaliens ante arcam.Exultatis, & magna (id eſt, pręſum-
ptuoſa) loquimini,diripientes hęreditatem meam.Hoc contra iniuſtos,qui fidelium bona diripiũt,
aut fideles deijciunt,& pręſertim contra hos, qui eccleſiaſtica bona aut religioſorum poſſeſſiones
ſibi vſurpant.Effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam.Hoc competit his, qui concupiſcentiarũ ſuarum
feruorem ſequuntur,& ſuper carnalia beſtialiter effunduntur. Mugiſtis vt tauri. Hoc agunt crude-
les & animoſi,qui clamando & comminando alios terrere nituntur. Confuſa eſt mater veſtra, i. ec-
cleſia malignantium, ſocietaſq́; iniqua: & adæquata pulueri, nouiſſima erit corruens in infernum.
Grex diſperſus Iſrael,i.populus Chriſtianus per vitia & errores diuiſus eſt. leones, i. dæmones ten-
tatores crudeles & fortes,eiecerunt eum de eccleſiaſtica vnitate,de indiuidua charitate, de myſtico
corpore Chriſti.Primus comedit eum rex Aſſur,i. ſpiritus ſuperbiæ ad impia dirigens. Aſſyrij nan-
que dirigentes interpretátur.Nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis,id eſt,ſpi-
ritus luxuriæ,qui hominem totum deordinat,eneruat,conſumit,beſtialemq́; efficit. Reducam Iſra-
el ad habitaculum ſuum,quia nonnullos per ſuperbiam luxuriamq́; à dęmonibus abſorptos, Deus
omnipotens miſericorditer reparat,ſanat & ſaluat,vt fide & charitate ſint in habitaculo eccleſię mi-
litantis, deindè fruitione & viſione beata in habitaculo eccleſiæ triumphantis. Vox belli in terra.
Iob 7. Militia eſt enim vita hominis ſuper terram, in qua electi contra diabolum, mundum, & propriam
carnem inceſſabiliter præliantur.Et contritio magna.maior ſiquidem pars hominum,hoſtibus iſtis
ſuccumbit.Quomodò confractus eſt & cõtritus malleus vniuerſæ terræ?Hoc electi de diabolo ma-
1.Cor.15. ximè dicent in die iudicij, quandò & dicent: Vbi eſt mors aculeus tuus? Ad quod illud Apocal.12.
pertinet: Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui ſeducit vniuerſum orbem. Illud
quoq; Iſaiæ 24. Viſitabit dñs ſuper militiam cæli, & claudentur in carcere. Quomodò verſa eſt in
deſertum Babylon? i.omnis terrena voluptas,inordinata confuſione peccati repleta eſt. Illaqueaui
te,& capta es Babylon,& neſciebas. Sic peccatores, qui Deum prouocare non metuunt, repentè &
improuiſè tolluntur de medio,à dęmonibus mentaliter ſtrangulantur, eorumq́; laqueis irretiti, ad
Lucæ 12. inferos pertrahuntur, quemadmodùm in euangelio diuiti dicitur: Stulte, hac nocte animam tuam
1.Theſ.5. repetunt à te:quæ autem paráſti,cuius erunt?Et Apoſtolus ait:Cùm dixerint,pax & ſecuritas,tunc re-
Eccés 9. pentinus eis ſuperueniet interitus.Hoc eſt quod Eccleſiaſtes inducit:Neſcit homo finem ſuum,ſed
ſicut piſces capiuntur hamo & aues laqueo, ſic homines capiuntur tempore malo, cùm eis extem-
plò ſuperuenerit.Inuenta es ab aduerſarijs tuæ ſalutis,& appręhenſa in iniquitatibus tuis.Hoc con-
tra eos,qui tempore iuuentutis & ſoſpitatis negligunt per arctam viam incedere,tempore infirmita-
tis aut ſenij pœnitentiam agere proponentes.Aperuit dñs theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ.
Rom.2. quod in die iudicij apertiſſimè fiet,ſingulis quoq; reprobis in morte contingit, qui ſecundùm ſuam
duritiam & impœnitens cor,theſaurizant ſibi iram in die iuſti iudicij Dei. Vox fugientium & eorum
qui euaſerunt de terra Babylonis, i. qui mundum & ea quæ mundi ſunt, fugiunt, nec cum repro-
bis, mundi vanitatibus tentationibuſq́; vincuntur: vt annuncient in Sion, i. inter electos,deuotos
&

& religioſos,ſeu in eccleſia.vltionem Dei noſtri,vltionem templi eius,i.damnationẽ ac pœnas per-
petuas eorum,qui Deo contempto,vanis atq; caducis inhæſerunt,& alios ſcandalizando ſpiritaliter
deſtruxerunt,ſuaq́; corpora,quæ templum ſpiritûsſancti eſſe debuerunt,& interdùm fuerunt, man-
cipauerunt diabolo,exhibendo ea arma iniquitatis peccato.Conſiſtite aduerſùs eam, ſ.Babylonem
per gyrum,nullus euadat:Reddite ei ſecundùm opus ſuum.iuxta omnia quæ fecit,facite ei,qm̃ con-
tra Dñm erecta eſt.Hîc loquitur dñs contra collectionem hominũ mundanorum,carnalium,ſuper-
borum,qui à dæmonibus obſidentur,ità ꝙ nullus eorum pœnas æternas euadere valet:ſed & ange-
li ſancti contra eos mittuntur,& qua menſura menſi ſunt, remetietur eis, ità ꝙ quantũ glorificaue-
runt ſe,in delicijsq́; vixerunt,tantum de luctu atq; ſupplicijs rependitur ipſis. Eccè ego ad te ſuper-
be,dicit dñs,qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam: qm̃ venit dies tuus, ſ. dies mortis ac da-
mnationis, quandò pro temporali iſta, infelici, ac obtenebrata ſuperbia, æternaliter depriméris &
oppriméris, multo pœnaliùs q̃ ſi vniuerſa terræ moles ſuper pectus alicuius iacéret. Et cadet ſuper-
bus,& non erit qui ſuſcitet eum ad veniam.Timeant hæc ſuperbi,qui idcircò ſuperbiunt, quia mẽ-
te cæcati ſunt.Hæc dicit dñs:Calumniam ſuſtinent filij Iſrael, i. electi, qui in ſeculo iſto multiplici-
ter infeſtantur à prauis,à quibus vaſtantur,tenentur, nec volunt eos in pace dimittere. Redemptor
eorum fortis,iudicio defendet cauſam eorum. Vndè in Euangelio ait Saluator, ꝙ Deus citò faciet Lucæ 18.
vindictam ſeruorum ſuorum.Cui ait Pſalmiſta: Quoniã tu feciſti iudicium meum & cauſam meam. Pſal. 9.
Iob quoq; ab Helihu dictum eſt:Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudiciũq́; recipies.Haud Iob 36.
dubium quin ab eo,de quo fatetur in Pſalmo:Qui cuſtodit veritatem in ſeculum, facit iudicium in- Pſal. 145.
iuriam patientibus.

¶*Explanatio cap.51.Hæc dicit Dominus:Eccè ego ſuſcitabo.* *Articulus* 73.

ADhuc cõtra Babylonẽ agit ſermo diuinus, eius deſtructionẽ nunc planè,nunc ſub parabolis
exprimens.[Hæc dicit dñs: Eccè ego ſuſcitabo ſuper Babylonem, & ſuper habitatores eius,
qui cor ſuum leuauerunt cõtra me] per tumorẽ ſuperbiæ, per idololatrias atq; blaſphęmias, [quaſi
ventũ peſtilentem,] ità ꝙ cor eorũ ſimile fuit huiuſmodi vento infectiuo,qm̃ alios multipliciter in-
fecerunt ac ſubuerterũt Chaldæi. Vel,quaſi ventũ peſtilentẽ,i.exercitũ Cyri ac Darij,qui inſtàr no-
centiſſimi venti ſubuerterunt Babylonẽ & populum eius.[& mittam in Babylonẽ ventilatores,]vi-
delicet Perſas ac Medos,qui Babylonios hincindè currere atq; diffugere faciebant. Ideò ſequit̃: [&
ventilabunt eã,& demolient̃ terram eius,] domos deſtruendo, terræ naſcentia occupando, diuitias
rapiendo,hoĩes occidendo:[qm̃ venerũt] i.venient.[ſuper eam vndiq; in die afflictionis ſuæ] i. tẽ-
pore diuinitùs ꝓordinato ad deſtruendã Babylonẽ.[nõ habitabit] ſiue [nõ tendat qui tendit arcum
ſuũ,& non aſcendet loricatus] i.ſagittarij & armati,ſeu loricati Babylonis contra Medos & Perſas
reſiſtere non valebunt,nec iacula mittere,atq; conſurgere.[Nolite] ô Medi & Perſæ [parcere iuue-
nibus eius,]videlicet Babylonis.[interficite oẽm militiam eius,& cadent interfecti in terra Chaldę-
orum in regionibus eius] i.ꝓuincijs ei ſubiectis,vel vna totalis regio pluraliter nominatur, iuxta di-
uerſas ſuas portiones Regulis ſiue principibus ſubditas. [Qm̃ nõ fuit viduatus] i.omninò relictus [Iſ-
rael & Iuda] i.duodecim tribus,quantùm ad eos qui à Chaldæis vexati fuerũt.[à dño Deo ſuo,] qui
fuit ſponſus & vir ſynagogæ,quemadmodùm nunc eccleſiæ, qui & ſi populum ſuum temporaliter
affligi permiſit,non tamen in toto deſeruit.[Terra aũt eorum,] ſ.filiorum Iſrael. [repleta eſt delicto
à ſancto Iſrael] i.permiſſiuè à Deo, iuxta illud Iſaiæ 63. Quarè nos errare feciſti à vijs tuis? Vel per
hoc quòd receſſerunt à Deo ſanctificante Iſraelem,idcircò permiſit eos ad tempus affligi vt purga-
rentur,non vt penitùs interirent.[Effugite de medio Babylonis] filij Iſrael. [vt ſaluet vnuſquiſque
animam ſuam.] i.vitam ſuam à morte præſeruet.[Nolite tacere ſuper iniquitatem eius,] i. culpam &
pœnam pro culpa illatam Chaldęis,vbiq; ad gloriam Dei,& ad declarationem iuſtitiæ eius narrate.
[qm̃ tempus vltionis eius] ſ. Babylonis. [eſt dño.] qm̃ ad Dñm pertinet debito tempore peccata il-
lius vlciſci.[viciſſitudinem ipſe] Dominus [retribuet ei] i. pœnam pro culpa, ſeu talia genera tor-
mentorum,qualia alijs gentibus illa inflixit. [Calix aureus Babylon in manu Domini,] i.rex ſeu po-
pulus Babylonis ſimilis fuit aureo calici in manu Dei,qui per regnum Babyloniæ cætera regna va-
ſtauit.Hinc ſubditur:[inebrians omnem terram,] i. habitantes in terra diuerſis tribulationibus ab-
undanter adimplens. Vndè quod ait,omnem terram,per hyperbolen dictum eſt,quomodò libro 3.
Eſdræ cap.1. Cyrus rex ait, Omnia regna terræ dedit mihi Deus cæli. [de vino eius biberunt gen-
tes,] id eſt, poculum perſequutionis eius expertæ ſunt.[& indè commotæ ſunt,] per captiuitatem
& mortem,ac varias animæ affectiones.[ſubitò cecidit Babylon,& contrita eſt,]quia vt præcedenti
dicebatur capitulo,improuiſè capta eſt. [Tollite reſinam ad dolorem eius,] id eſt,ad medẽdum ei-
us doloribus medicinalia adhibete. [ſi fortè ſanetur.] quod ex zelo iuſtitiæ ironicè dicitur. [Cu-
rauimus Babylonem, & non eſt ſanata.] Iſtud ſecundùm Gloſſam eſt verbum angelorum ſancto-
rum,qui ad cuſtodiam Babylonis fuerant delegati, dicentes: Curauimus, id eſt, curare & benè gu-
qq 3 ber-

bernare voluimus Babylonẽ,inſtigando tam ad bona, & pro eius protectione ſatìs agendo: & non
eſt ſanata à læſionibus grauiſſimorum facinorum, qm̃ bonis inſtinctibus non acquieuit. [dereli-
quamus eam,] ceſſando ab eius defenſione atq; cuſtodia, propter incorrigibilitatem ipſius, & quia
diuina æquitas id requirit vt inimicis tradatur. [& eamus vnuſquiſq; ad terram ſuã] i. ad manſiones
terræ viuentium ac patriæ beatorum, vel ad alia loca terræ, in q̃bus ex commiſſione diuina aliqua
operari habemus.Iuxta hunc modum refert Ioſephus in templo Hieruſalem à Romanis deſtructo,
deſtructione eius iam imminente, voces angelorum auditas: Tranſeamus ex his ſedibus. [qm̃ per-
uenit vſq; ad cęlos iudicium eius:] i.à Deo executionem requirit, ità ꝙ ſuis criminibus meretur da-
mnationis iudicium ſibi inferri. Quemadmodùm em̃ opera virtuoſa dicuntur ad cælos aſſcendere,
Gene. 4. cæloſq́; penetrare,& coram Deo commemorari,ità & quædam grauiora peccata, ſicut ad Cain Dñs
proteſtatur: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me.[& eleuatum eſt vſq; ad nubes,] i.cauſa damnati-
onis eorum vehementer excreuit.[protulit] i.in lucem deduxit,& ſe acceptare monſtrauit [Dñs iu-
ſtitias noſtras.] Hoc dicitur in perſona iuſtorum Iudæorum, à Babylonica captiuitate redeuntium,
qui orationes ſuas & actus virtutum in aliena terra à Deo acceptas confitebantur.[acuite ſagittas ve-
ſtras] ô Perſæ & Medi.[implete pharetras] ſagittis contra Chaldęos. [Suſcitauit Dñs ſpiritũ regum
Medorum] i.Dario regi Medorum,& regibus ſibi opem ferentibus Dñs inſpirauit.[vt veniant con-
tra Chaldęam & contra Babylonem.Mens eius eſt] i.propoſitum Dei, [vt perdat eam, qm̃ vltio Dñi
eſt,vltio templi ſui,] i.æquitas Dei requirit peccata Babyloniorũ puniri, maximè ꝙ templum eius
irreuerenter deſtruxerunt, & vaſa templi Dei in phana idolorum ſuorum poſuerunt. Deindè Bal-
thaſar vſus eſt eis ſine reuerentia in luxurioſis ſuis conuiuijs,vt legitur Danielis 5.[Rex Medorum]
vtpotè Darius [contra Babylonem à Dño ſuſcitatus eſt.] i.motus & roboratus.[Super muros Baby-
lonis leuate ſignum] vos ciues Babylonis,ſicut venientibus aduerſarijs,leuatur ſignũ in muro. [au-
gete cuſtodiã] contra Medos & Perſas.[leuate cuſtodes] in turribus,vt circunſpiciant vndiq;.[prę-
parate inſidias contra hoſtes.] Quòd aũt totum hoc ironicè dicatur, oſtendunt verba ſubiecta: [q̃a
cogitauit Dñs & fecit] i.ſtatim nunc faciet, [quodcunq; locutus eſt] per prophetas contra habitato-
res Babylonis.[Quæ habitas ſuper aquas multas,] i.plebs Babylonica ſuper fluuium Euphraten ha-
* tuus bitans.[locuples in theſauris,] quia multa regna tributaria erãt ſub rege Babylonis.[venit finis *tu-
us pedalis præciſionis tuæ,] i.qua penitùs & quaſi radicitùs vſque ad infimum delearis [Iurauit Do-
minus Deus exercituum per animam ſuam.] Hoc,quantùm ad animam,metaphoricè dicitur,intel-
ligendo per animam,mentem ſeu ſpiritum,qui eſt ipſemet Deus.[quoniam replebo te] ô Babylon
Iſaiæ 33. [hominibus] ſ.hoſtibus tuis [quaſi brucho] i.in copia magna,iuxta illud in Iſaia: Congregabuntur
ſpolia veſtra ſicut colligitur bruchus. [ſuper te celeuma cantabitur.] i. de tua occiſione hoſtes gau-
debunt.Celeuma autem vocatur canticum vindemiatorum, quod vino copioſo expreſſo, decan-
tant cum gaudio.[Qui fecit terram in fortitudine ſua,] i. propria poteſtate.[pręparauit] i. conueni-
enter produxit atq; diſpoſuit,[orbem in ſapientia ſua,& prudentia ſua] i.practica ſua rerum creata-
rum ſcientia increata.[extendit cælos,] i. certam quantitatem & dimenſiones congruas ſecundùm
dictamen ſuæ immenſæ ſcientiæ tribuens eis. [Dante eo vocem,] i. ad eius præceptum, [multipli-
cantur aquæ in cælo] ſcilicet nubes,niues,& pluuiæ in aëre.[Qui leuat nubes ab extremo terræ.] i.
virtute caloris ſolis,& per cauſas naturales eleuat vapores à mari Oceano, terram cingente ſeu am-
biente,& etiam ab alijs locis aquaticis.[Fulgura in pluuiam fecit,] i. terminauit, quia in magnis im-
bribus fulgura ceſſant.[& produxit ventos de theſauris ſuis.] i.de ſuæ poteſtatis diuitijs,ſeu locis no-
bis occultis.Iſta ſuperiùs habita ſunt atq; expoſita.[Stultus factus eſt omnis homo à ſapientia] i.cõ-
paratione diuinæ,increatæ,infinitæ ſapientiæ Dei, omnis homo inſipiens eſt, & quaſi ſcientia ca-
rens. vel ſtultus factus eſt,à ſcientia vtiq; ſua carnali & ſuperſtitioſa. vel, ſtultus factus eſt à ſcientia,
Iſaiæ 46. inquantùm per ſcientiam ſuam inflatus eſt,iuxta illud Iſaiæ: Sapientia tua & ſcientia tua decepit te.
[Confuſus eſt omnis conflator in ſculptili,] i.artifices idolorum atq; figurarum ſiue imaginum ſu-
perſtitioſè factorum.[quia mendax eſt conflatio eius] i.idolum quod formauit, vanum eſt, nec tale
quale putatur.Reſponſa quoq; quæ dantur per idola,frequenter mendoſa ſunt. [quia non eſt ſpiri-
tus in eis,] i.in ſculptilibus iſtis ſeu idolis nõ eſt ſpiritus vitæ ſiue anima, ità ꝙ materia illa informe-
tur ab aliqua forma vitali: ſpiritus tamen maligni inhabitant eam,atq; aſſiſtunt.[Vana ſunt opera] i.
idola iſta,quia mendacia,nec numinis quicquã habentia: fiuntq́; fruſtrà, quia ad beatitudinem,non
perducunt,ſed ab ea impediunt.[& riſu digna,] i.deridenda.q̃d em̃ tam fatuum, vt opus manuum
mortalis artificis adorare?[& tẽpore viſitationis ſuę peribunt] i.dum Babylon fuerit capta,eius ido-
la deſtruentur.Vel,ſi generaliter intelligatur,ſenſus eſt,ꝙ in Chriſti aduentu per apoſtolorũ prędi-
Zach. 13. cationẽ,idola gentium ſint per vniuerſum mundum deſtructa, ſecundùm illud Zach. In die illa, di-
cit Dñs,diſperdam nomina idolorum de terra.[Non ſicut hæc pars Iacob,] i.Deus,qui eſt pars quam
Iacob patriarcha & populus ex eo deſcendens,elegit & coluit,non eſt ſicut hæc opera vana ſeu ido-
la.

la.De ipſo nempe ait Pſal.Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Et infrà in Threnis: Pars Pſal.72.
mea Dominus, dixit anima mea. [quia qui fecit omnia] ſcilicet Deus verus, vniuerſorum creator, Thre.3.
[ipſe eſt] i.verum,plenum,& incommutabile eſſe habet, qui ait ad Moſen: Sic dices filijs Iſrael: Qui Exod.3.
eſt,miſit me ad vos.vel ipſe eſt Deus verus,& pars Iacob:[& Iſrael] i.fideles & electi ex populo Iſra-
el,ſunt [ſceptrum hæreditatis eius.] id eſt, regia eius hæreditas ſeu hæreditarius populus, tanquàm
à Deo gratioſè poſſeſſus,atq; ad bona gloriæ præordinatus, de qua cantatur in Pſal. Redemiſti vir- Pſal.73.
gam hæreditatis tuæ.Et in Iſaia: Hæreditas mea Iſrael. Cui & in Deute. Moſes loquit̃: Te elegit Do- Iſaiæ 19.
minus,vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram. [Dominus exercituum] Deut.26.
id eſt,angelicarum virtutum ſupernorumq́; agminum, [nomen eius.] Deindè Babyloni eiuſq́; re-
gi Dominus ait: [Collidis tu mihi] ad oſtenſionem iuſtitiæ meæ ſecundùm meam ordinationem.
[vaſa belli] id eſt,bellica inſtrumenta gentium alienarum,& etiam ipſas gentes.[& ego collidam in
te] ô Babylon [gentes] i.habitantes in te quas occiderunt Medi.[& diſperdam in te regna] i.homi-
nes regnorum tibi ſubiectorum: vel te deſtruendo,regna quoq; tibi ſubiecta,hoſtibus tuis ſubden-
tur.[Collidam] id eſt,per Perſas & Medos occídam ſeu deſtruam.[in te equum & equitem eius,] id
eſt,equos & ſeſſores eorum,& iuxta hunc ſenſum ſubditur,[Collidam in te currum & aſſcenſorem
eius:] per ſingulare intelligendo plurale. [collidam in te virum & mulierem, ſenem & puerum, iu-
uenem & virginem,& collidam in te duces & magiſtratus,& reddam Babyloni & cunctis habitato-
ribus Chaldææ omne malum,] id eſt,pœnam pro omni malo,[quod fecerunt in Sion,] templũ de-
ſtruendo,& Iudæos crudeliſſimè perimendo.[in oculis veſtris] ô Iudæi qui in Babylonia eſtis ca-
ptiui.[Et eccè ad te mons peſtifer,] id eſt, vrbs Babylon, [qui corrumpis vniuerſam terram,] id eſt,
plurimas nationes occídis, atq; ad vitia pertrahis, & grauiſſimè ſcandalizas. Dicitur autem Babylon
mons,propter eminentiam ſuæ potentiæ ac præſidentiæ.[& extendam manum meam ſuper te] per
Perſas ac Medos.[& euoluam te de petris] id eſt,de firmitatibus tuæ ſtructuræ. [& dabo te in mon-
tem combuſtionis,] id eſt,ab hoſtibus combu_éris,eriſq́; ſimilis monti combuſto.[& non tollent
de te lapidem in angulum,& lapidem in fundamento,] id eſt, de materijs tuæ ruinæ non denuò cõ-
ſtruéris.[ſed perditus eris,] id eſt,deſtructus manebis [in æternum.] Aliqua horum cõueniunt Ba-
byloni,quantùm ad ædificia: aliqua,quantùm ad habitantes in ea, ſicut corrumpere vniuerſam ter-
ram.[Leuate] ô aduerſarij Babylonis [ſignum in terra,] id eſt, indicia veſtra ſiue vexilla ad pugnã.
[clangite buccina in montibus,] animando & prouocando vos contra Chaldæos. [Sanctificate,]
id eſt,ad diuinæ iuſtitiæ demonſtrationem ordinate & conformate [ſuper eam,] id eſt, contra Ba-
bylonem [gentes] veſtri exercitûs.[annunciate contra illam regibus Ararat,] id eſt, Armeniæ,[Me-
nni & Aſcanez,] id eſt,regionum illarum. [numerate contra eam Taphſar,] id eſt, exercitum. [ad-
ducite equum quaſi bruchum aculeatum,] i.equos in copia,qui ſint audaces atq; veloces. [ſanctifi-
cate contra eam gentes,reges Mediæ,duces eius &c.& commouebitur terra] Chaldæę, [& turbabi-
tur,] per terram habitatores eius intelligendo. [quia euigilabit] id eſt, publicè in actum procedet
[contra Babylonem cogitatio Domini,] quę antè quaſi dormiens apparebat differendo vindictam.
[vt ponat terram] Babylonis [deſertam.Ceſſauerunt fortes Babylonis à prælio.] Deo eis reſiſten-
te,qui antè auxiliabatur eis.[habitauerunt in præſidijs,] nõ audentes egredi contra hoſtes. [deuo-
ratum eſt robur eorum] i.ab hoſtibus ſuperatum, Deo corda eorum infirmante ac perterrente. [&
facti ſunt quaſi mulieres,] id eſt,infirmi ac pauidi.[Incenſa ſunt tabernacula eius,] videlicet Baby-
lonis.[contriti ſunt vectes eius] ab hoſtibus portas Babylonis frangentibus. [Currés,obuiàm cur-
renti veniet,& nuncius obuius nuncianti,vt annuncient regi Babylonis] Balthaſar, [quia capta eſt
ciuitas eius] à Perſis ac Medis. [à ſummo vſq; ad ſummũ,] id eſt, ab vna eius extremitate vſq; ad ali-
am.In ciuitate enim tam grandi,& in tam magno negocio diuerſi hincindè currebãt,vt regi impro-
uiſam vrbis vaſtitatem inſinuarent.[& vada præoccupata ſunt,] id eſt, aquæ Euphratis, per cuius al-
ueum introiêrunt Medi, vada Euphratis per alios meatus ab vrbe diuertentes. [& paludes incenſæ
ſunt,] id eſt, habitacula in eis locata.[& viri bellatores] ipſius Babylonis [conturbati ſunt de ad-
uerſariorum ingreſſu atq; adſpectu.[quia hęc dicit Dominus: Filia Babylonis] id eſt,plebs vrbis iſti-
us,[quaſi area,] id eſt,domus frugibus plena.[tempus triturę eius,] id eſt,tempus venit quo habita-
torȩs eius excutiantur de ea, quemadmodùm blada excutiuntur de culmis & area. [Adhuc modi-
cum temporis reſtat,& veniet tempus meſſionis eius,] id eſt, deletionis eius totalis à terra. Conſe-
quenter ipſa Hieruſalem, ſcilicet populus eius, contra Babylonem conqueritur: [Comedit me,&
deuorauit me Nabuchodonoſor rex Babylonis,] id eſt, populum Hieruſalem varijs modis cõſum-
pſit ac ſpoliauit. [reddidit me quaſi vas inane:] populum vulnerando, & ciuitatem inhabitabilem
faciendo.[Abſorbuit me quaſi draco,] multos crudeliter perimendo. [repleuit ventrem ſuum te-
neritudine mea,] i. me tenera & delicata ac nobili per cultum vnius Dei ac templum, quæ in Hie-
ruſalem frequenter vigebant,ſatiando affectũ ſuũ ſupplicijs meis.[& iecit me de priſtino ſtatu ac lo-

co iniquitas aduerſùm me,] i. perſecutio mihi ab eo & ſuis iniuſtè, ſ. praua intentione crudeliterq́; illata. [& caro mea] i. corpus meum ab ipſo tam dirè afflictum. [ſuper Babylonem] i. contra eam clamat, & vltionem requirit. [dicit habitatio Sion,] populus Iudęorum in monte Sion moratus, & templum conſiſtens in eo. [& ſanguis meus] à Babylonijs fuſus, ſuper habitatores Chaldæę [vindictam expoſtulat, dicit Hieruſalem.] hanc aũt orationem oſtendit ſe dñs exaudiſſe. [Propterea hæc dicit dñs: Eccè ego iudicabo cauſam tuam iuſto iudicio, & vlciſcar vltionem tuam.] i. exequar vindictam iniquitatis commiſſæ in te. [& deſertum faciam mare eius] i. fluuium Euphraten ab alueo ſuo auertam. [& ſiccabo venam eius,] i. locum per quem introijt Babylonem, à quo loco retraxerunt Perſæ ac Medi Euphratis aquas. Eſt autem conſuetudo linguæ Hebręæ, quamlibet magnam congregati-
Ioan. 21. onem aquarum, mare vocare, ſicut in Euangelio legitur mare Tiberiadis. [Et erit Babylõ in tumulos,] ædificijs eius in terram collapſis. [habitatio draconum, ſtupor & ſibilus] i. obiectum ſeu materia ſtuporis & ſibili admirantium de eius ruina. [eô ꝙ non ſit habitator] in ea, in qua antè tam innumerabiles commorabantur. [ſimul vt leones rugient,] i. Babylonij victi, prę doloribus atq; miſerijs ſuis horribiles ſonos emittent, ſicut leones dum ſuperantur. [& excutient comas] i. crines ſuos præ anguſtijs extrahent. [veluti catuli leonum,] qui dum capti ſunt, ex indignatione ac dolore capillos ſuos extrahere aſſeruntur. [In calore eorum ponam potus eorum,] i. vino quod bibent Babylonij, calefient. [& inebriabo eos] permiſſiuè, [vt ſopiantur] dormiendo, vt moris eſt ebriorum. [& dormiant ſomnum ſempiternum,] i. interficiantur [& non conſurgant] ad viuendum in ſeculo iſto.
Dan. 5. quemadmodùm eñ in Daniele habeẽ, Balthaſar rex Babylonis vrbe ſua obſeſſa, grande fecit cõuiuium optimatibus ſuis, & factus iam temulentus, iuſſit vaſa templi Dei ad menſam ſuam afferri, eademq́; nocte occiſus eſt & cæteri ſecum. [Deducam eos quaſi agnos ad victimam, & quaſi arietes cũ
Iere. 25. hœdis] i. ſine repugnatione & reclamatione ab hoſtibus necabuntur, quemadmodùm oues cùm ad mortem ducuntur, obmuteſcunt neq; reſiſtunt. [Quomodò capta eſt Seſach] i. Babylon, quæ & ſuprà ità vocata eſt. quo innoteſcit, impium eſſe ꝙ quidam ibidèm per Seſach intelligit regem Aegypti. [& compræhenſa eſt inclyta vniuerſæ terræ,] i. Babylon quæ fuit inter ciuitates cunctas p̃clara. [& aſſcendet ſuper Babylonem mare] i. copioſus tumultuoſuſq́; populus Medorum atq; Perſarum, [multitudine fluctuum] i. acierum ſeu infeſtationum [eius operta eſt] Babylon, quia ſuccubuit eis. [factæ ſunt ciuitates eius] i. vrbes Chaldææ, quarum Babylon erat metropolis, [in ſtuporem.] ità ꝙ de earum deiectione admirati ſunt plurimi. [terra inhabitabilis &c.] quantùm ad Babylonem. [in qua nullus habitet, nec tranſeat per eam filius hominis] i. aliquis homo frequenter ſeu ſolito more, ſeu ſeorſum, ſicut prædictum eſt pleniùs. [& viſitabo ſuper Bel in Babylonem] i. idolum Babyloniorum nomine Bel per Medos confringam, eiuſq́; cultores occídam. [& eijciam quod abſorbuerat, de ore eius] i. diuitias Babyloniorum idolum iſtud colentium, quas ab alijs violenter tulerunt, Perſis Mediſq́; dabo. [& non confluent ad eum] putà ad Belem [vltrà gentes] in Babylonem, vt ibi ipſum adorent. [Egredimini de medio eius] videlicet Babylonis [populus meus] i. Iudæi in ea morantes. [vt ſaluet vnuſquiſq; aĩam ſuam,] i. vitam præſeruet. [ab ira furoris dñi,] i. à punitione imminente Chaldęis ex diuina iuſtitia. dicuntq́; aliqui ꝙ Iudæi ex reuelatione diuina præmoniti, & forſitan per Danielẽ prophetam, egreſſi ſunt Babylonem anteꝗ̃ vaſtaretur. [& nè fortè molleſcat cor veſtrum,] i. timore reſoluatur ex perceptione aduenientium contra Babylonem. [& timeatis auditum] i. rumorem, qui audietur in terra Chaldęę de ferocitate ac robore Perſarum ac Medorum cõtra Chaldęam properantium. [& veniet in anno auditio] de interfectione regis Babylonis ac populi eius, ideò eum non habetis timere. [& poſt hunc annum auditio] i. promulgatio de licentia vobis data per Cyrum redeundi ad propria. [& iniquitas in terra.] quia Perſę ac Medi crudeliſſimè impia intentione peruerſoque fine vaſtauerunt Chaldæam, idolis quoq; ſeruiêrunt. [& dominator ſuper dñatorem,] qm̃ Dario tempore modico imperãti, ſtatìm in imperio Cyrus ſucceſſit. [laudabunt ſup Babylonem] i. de eius deſtructione diuinam collaudabunt iuſtitiam [cælum & terra] i. habitantes in eis, videlicet beati in patria, & fideles in via. [& oĩa quę in eis ſunt] i. vniuerſæ virtutes & vires iu-
Psal. 102. ſtorum, iuxta illud in Pſal. Benedic aĩa mea dño, & omnia q̃ intra me ſunt, nomini ſancto eius. [quia ab aquilone] i. plaga aquilonari, venient ei p̃dones, videlicet Medi & Perſæ. [& quõ fecit Babylon, vt caderent occiſi in Iſrael] i. ſicut Babylonij Iudæos in terra ſua interfecerũt, [ſic de Babylone cadent occiſi in vniuerſa terra] Chaldęæ, vel in quacunq; à Medis fuerint inuenti. Deindè ſermo dirigitur ad Iudæos: [Qui fugiſtis gladium] Medorum irruentium ſuper Chaldæos, inter quos habitâſtis, [venite] redeundo in Iudæam, & [nolite ſtare] in Chaldæa. [Recordamini procùl dñi] i. à terra Chaldææ memores eſtote Dei qui in Hieruſalem habitationem ſibi elegit. [& Hieruſalem aſſcẽdat ſuper cor veſtrum,] attendendo qualiter ſit deſtructa, & curando de eius reparatione. Ad quod reſpondent Iudęi: [confuſi ſumus, quoniam audiuimus opprobrium] i. irreuerentiam templo Dei à Chaldæis illatam, & contumelioſam noſtrę plebis deiectionem. [operuit ignominia facies noſtras,

quia

quia venerunt alieni] videlicet infideles & reprobi, [ſuper ſanctificationẽ domûs dñi,] i. ſup templum Dei in Hieruſalem, quod Chaldæi funditùs ſubuerterunt. [Propterea eccè dies veniunt, dicit dñs, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis,] idola eius conterendo. [& in om̃i terra eius mugiet vulneratus] i. per totam Chaldęam ab hoſtibus ſuis ſic vulnerabunẽ Chaldæi, ꝙ præ dolore miſerabiliter inſtàr beſtiæ mugient, verba formare nõ valentes. [Si aſſcenderit Babylon in cælũ, & firmauerit in excelſo robur ſuum,] i. quatunlibèt ſe iactauerit atq; p̃ſumpſerit, roborataq́; fuerit. [ad me venient vaſtatores eius, ait dñs] i. Perſæ & Medi ad me exiſtentem vbiq;, ſpecialiter aũt ibì, vbì aliquid ſpecialiter operor, confluent, qui cùm Babyloniorũ peccata vlciſci cœpero, in Babylone ſpecialiter ero, & ibì venient iſti vaſtatores ad me, tanꝗ̃ executores iuſtitiæ meę. [Vox clamantis de Babylone] i. hoĩm in Babylone cadentium miſerabiles voces hincindè audientur. [& contritio] i. deſtructio [magna de terra Chaldęorũ] audienda eſt. [qm̃ vaſtauit dñs Babylonem, & perdidit ex ea vocẽ magnam] i. p̃ſumptuoſa verba Babyloniorum compeſcuit & fecit ceſſare. [& ſonabunt fluctus eorum] i. populi Babyloniorum. [quaſi aquæ multæ] grauiter eiulando, gemendo, clamando. [dedit ſonitũ vox eorum] i. in altum excreuit. [quia venit ſuper eam] i. ſuper Babylonẽ [prędo] videlicet rex ſiue exercitus Medorum prædantium terram Chaldęæ. [& appræhenſi ſunt fortes eius] ab hoſtibus, [& emarcuit arcus eorum] i. bellicis ſuis inſtrumẽtis vti non valuerunt. [quia fortis vltor dñs] qui nullum peccatum relinquit impunitum. [reddens retribuit Babyloni] quod meruit, Babyloniorumq́; corda formidoloſa fecit ac tabida. Deo eñ corda terrente ac tabefaciente, nemo poteſt reſiſtere. [& inebriabo principes & ſapientes eius, duces & magiſtratus] i. doloribus eos replebo vel vino, qa (vt dictum eſt) in conuiuio à Balthazar celebrato, vino æſtuauerunt, & nocte immediatè ſequenti fuerunt perempti. ideò ſequitur: [Et dormient ſomnum ſempiternũ, & non expergiſcentur] ante diem iudicij. [ait rex] vniuerſorum, qui ſolus propria authoritate p̃ſidet cunctis, & legem regiminis præſtituit vniuerſis. [dñs exercituum, nomen eius.] quem & Platonici appellauerunt patrem regemq́; deorũ, quem & numina, vt inquiunt, perhorreſcunt. [Hęc dicit dñs: Murus Babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodieẽ, & portę eius excelſę igne comburentur.] Hęc fecerunt Perſæ ac Medi muro & portis Babylonis, de cuius diſpoſitione & forma aliquid in fine huius cap. inſerã. [& labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt.] i. ędificia Babylonis, maximis populorum ac gentium laboribus, diuitijs atq; expenſis conſtructa, redigentur in puluerẽ. Poſtremò deſcribit Ieremias hiſtoriam breuem, in qua deſtructio Babylonis ſenſibili facto pręfigurata narraẽ. [Verbum quod p̃cepit Ieremias propheta Saraię filio Nerię, cùm pergeret cum Sedechia rege Iuda in Babylonem in 4. annò regni eius.] Tunc eñ vt dictum eſt ſuprà, Sedechias ad Nabuchodonoſor regem profectus eſt in Babylonem pacificè, vt ei ferret encęnia, & de quibuſdam ſecum tractaret ac reſponderet. Saraias autem erat princeps prophetię, quod quidam exponendo, affirmant quòd fuit inter Leuitas, diuina pręconia, pſalmos & vaticinia prophetarum in templo canẽtes principalis: vel princeps prophetiæ vocatur, tanꝗ̃ pręcipuus executor prophetalis ſermonis in ſibi cõmiſſis. Videtur enim fuiſſe vir deuotus & virtuoſus, & S. Ieremię conſocialis. [& ſcripſit Ieremias omne malum, quod venturũ erat ſuper Babylonem, in libro vno,] ſ. in epiſtola vel libello omnia verba hęc, quę ſcripta ſunt cõtra Babylonem in cap. iſto ac pręcedenti. [Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cùm veneris in Babylonem, & víderis] id eſt, diligenter conſideraueris atq; inſpexeris. [& légeris omnia verba hęc,] forſitan coram aliquibus Iudęorum, pro conſolatione eorum, [dices: Domine, tu locutus es contra locum iſtũ, vt diſperderes eum nè ſit qui in eo habitet &c. Cumq́; compleueris legere librum iſtũ,] i. totum perlégeris, [ligabis ad eum lapidem, & proijcies illum in medium Euphraten,] currentem per Babylonem. [& dices: Sic ſubmergetur] i. vaſtitate & deſtructionibus opprimetur, ſeu aquis tribulationum operietur. [Babylon, & non cõſurget] ad priſtinum ſtatũ, [à facie afflictionis,] i. ab ipſa afflictione ſibi præſenti. [quam ego adduco ſuper eam,] deijciendo eam per Medos. [& diſſoluetur] à ſua integritate, firmitate & nexu. Hucuſq; verba Ieremię tenduntur, vndè ſequens capitulum, epilogus eſt libri Ieremiæ hucuſq; protenſi.

¶ *De moralitate eiuſdem cap. 51.* *Articulus* 74.

POterant quidem de tropologia explanati cap. multa induci. ſed quia iam pręhabita ſunt, reiteranda non reor, vndè non niſi aliqua principaliora huius cap. loca breuiter tropologicè tangã. Cadent interfecti in terra Chaldęorum, id eſt, in cõſortio impiorum populum Dei vaſtantium, qui proprijs ſuis crudelitatibus animas ſuas occídunt, atq; ab inuiſibilibus hoſtibus conculcantur, quoniam non fuit viduatus Iſrael, id eſt, populus Chriſtianus Deum fide contemplans, & Iuda, i. plebs fidelis confitens Deo, à Deo ſuo. Horum enim Eccleſia ſponſa eſt Chriſti, quę etſi viciſsìm exigentibus ſuis peccatis, vel ob maiorem ſuam felicitatem permittatur à Chriſto temporalibus aduerſitatibus affici ac impleri, non tamen viduatur ab ipſo, quia non in finem eam relinquit, immò purgatam gratioſiùs recipit. Calix aureus Babylõ, i. ſocietas reproborum ac iniuſtorum, in manu Domini,

ine-

inebrians oẽm terram,i.eccleſiam militantem peregrinãtem in terra,quia per reprobos purgat,pro-
bat,exercet Deus electos.Ideò Abel eſſe renuit,quem Cain malitia non exercet.Curauimus Baby-
lonem,& non eſt curata.Ex hoc innuitur, ꝙ angeli qui animabus noſtris quaſi medici adhibentur,
obſtinationem & incorrigibilitatem ſibi cõmiſſorum cernentes,deſerunt eos ſaltem in parte.Iſtud
quoq; prælati & ꝑdicatores dicere poſſunt,dum peccatores quibus verba Dei proponunt,& oĩbus
ſibi poſſibilibus modis pro eorum conuerſione diù laborant,intuentur nullatenùs velle conuerti.
Luc.10. Vndè & Chr̃s ait diſcipulis:Quicunq; non receperint vos,exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem
Pſal.36. pedum veſtrorum excutite ſuper eos. Protulit Dñs iuſtitias noſtras.Hoc eſt quod ait Pſalm.Educet
Iſaiæ 58. quaſi lumen iuſtitiam tuam. Et erumpet quaſi lumen iuſtitia tua. Quæ habitas ſuper aquas multas,i.
in carnalium affectionum profluuijs,& in fluxu luxuriæ vel abundantia ſecularis prudentiæ,Locu-
ples in theſauris tuis venit finis tuus. Breuis nempe eſt delectatio vitæ carnalis. pedalis præciſionis
tuæ,vt penitùs de electorum conſortio eradiceris.Metuant id,qui diuitias atq; delicias ſeculi quæ-
runt & diligunt:quorum interior obturatus eſt oculus,non apprecians dignéve ponderans ſpirita-
Eccl 1. lia ſpiritusſancti dona.Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia.Qui ſ.ſe ſapientem reputat, inaniter
Gal.6. glorians in ſeipſo,& alios ſpernere pronus, quia Salomon ait:In multa ſapientia multa eſt indigna-
tio.Paulus quoq;:Qui ſe exiſtimat,inquit,aliquid ſcire,nondùm ſcit quemadmodùm oporteat eum
ſcire.Et reddam Babyloni omne malũ quod fecit in Sion,i.in ſecularibus vindicabo quicquid mo-
leſtiæ deuotis ſpiritualibusq́; intulerint. Eccè ego ad te mons peſtifer, ait Dominus, qui corrumpis
Zach.4. vniuerſam terram.Quanuìs hoc contra diabolum dictum intelligi queat,cui per Zachariam Dñs lo-
quitur:Quid tu mons magne coram Zorobabel in planum? qui habitantes in terra ſeducit, conue-
nienter tamen accipitur contra principes iniuſtos atq; indignos prælatos,qui ratione poteſtatis,au-
thoritatis & præſidentiæ,montes dicuntur: & qm̃ alios ſcandalizant, peſtiferi nuncupantur, qui di-
rectè aut indirectè vniuerſam terram ſibi ſubiectam,i.gregem ſibi creditũ mente corrumpunt pec-
cati læſura,à veritatis atq; iuſtitiæ integritate eos trahendo: quos vtiq; montes Deus altiſſimus ni-
mìs horribiliter viſitabit, quemadmodùm ſubditur: Euoluã te de petris,i.cordis tui duritijs vel fir-
mitate habitaculi,cæteriſq; munitionibus quibus inniteris,& contra Deum ac æquitatem te armas.
Et dabo te in montem combuſtionis,i.in ignem gehennæ te mittam. Et non tollent de te lapidem
in angulum,& lapidem in fundamento,i.nullum relinques filium tibi in prauitate conformem,qui
aptus ſit præeſſe & eſſe lapis angularis,cæteros per charitatem & pacem coniungens:vel aliorũ fun-
damentum,quod illorum imbecillitatem portet ac roboret. Deuoratum eſt robur eorum,& facti
ſunt quaſi mulieres.Hoc cunctis iniquis impœnitentibus, potiſſimè carnalibus, competit, quorum
corda priuauit diabolus donis gratiæ atq; virtutum,ità vt infirmiſſimi ſint ad reſiſtendum peccatis:
immò vt mulier,concupiſcentijs ſuis, vanitatibus, tentationibuſq́; vincuntur, quibus competit il-
lud Oſeæ 7.Comederunt alieni robur eius,& ipſe neſciuit. Hæc dicit Dñs: Filia Babylonis, i. plebs
mundana peccatis confuſa,quaſi area.tẽpus trituræ,i.hora caſtigationis ſeu punitionis eius propin-
quat & inſtat.Adhuc modicum, & veniet tempus meſſionis eius, vt de ſocietate & horreo Eccleſiæ
Iaco.5. militãtis tollatur,in tartarumq́; labatur. Vndè Iacobus proteſtatur: Eccè iudex ante ianuam aſſiſtit.
Deindè in perſona Eccleſiæ afflictæ,ſeu animæ tentationibus victæ, ſubiungitur: Comedit me, de-
uorauit me Nabuchodonoſor rex Babylonis,i.diabolus princeps confuſionis, vel quicunq; perſe-
quutor iniquus,qui me ad peccata inducendo,ſpiritualiter me conſumpſit ac depauperauit omninò,
reddidit me quaſi vas inane,ità ꝙ vaſis iræ ac perditionis ſimilis ſum effecta, nec apta ad actus virtu-
tum,niſi reformer à Deo.abſorbuit me quaſi draco,repleuit ventrem ſuum teneritudine mea,i.me-
ipſa quę dum fui in charitate & gratia,eram Dei ſponſa ac filia,habens cor molle & carneum,ad cõ-
punctionem oẽmq́; deuotionem benè diſpoſitum.In calore eorum ponam potum eorum.Hoc re-
probis accidit in inferno, vbì de potu ſulfureo bibent. vt leones rugient, excutient comas ſuas, iu-
Apoc. 16. xta illud Apocal.Manducauerunt linguas ſuas præ dolore, & blaſphemauerunt Deum cæli præ do-
loribus & vulneribus ſuis.Deducam eos quaſi agnos ad victimam,id eſt,in infernum corruent,non
Pſal.48. valentes reſiſtere, iuxta illud Pſal. Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos. Quomodò
capta eſt Seſach? i.quicunq; diues, precioſè indutus & ſplendidè epulans, qui vinculis dæmonum
vndiq; circunligatur,& cum epulone in inferno ſepelietur.Seſach autem byſſus ſacci interpretatur.
Et viſitabo ſuper Bel in Babylone. Per Bel qui interpretatur vetuſtas, deſignat̃ diabolus hoſtis an-
tiquus,vel quicunq; in vitijs inueteratus, qui alios traxit ad culpam.& eijciam quod abſorbuerat de
ore eius,i.animas q̃ per ſimplicitatem,aut ſimili modo ab iſtis deceptæ ſunt, per gratiã recuperabo,
& Chriſto incorporabo.Exite de medio Babylonis,i. ſecularis conuerſationis, vt ſaluet vnuſquiſq;
animam ſuam euadendo pœnas inferni,& promerendo gaudia cęli, & nè molleſcat cor veſtrũ for-
midoloſa mollitie,quę contrariatur conſtantię atq; fidutię mentis in Deo, & timeatis auditum qui
2.Ti.3. audietur in terra, quòd ſ. oẽs qui volunt piè viuere in Chriſto, perſequutionem patientur, ꝙ item
per

per multas tribulationes oportet ſaluari. Item ꝙ arcta ſit via ſalutis, grauis quoq; infeſtatio dæmo- Acto. 14.
nis.Et veniet in anno *auditio:ideò non timeatis, qm̃ citò primo veſtrę conuerſionis anno percipi- Rom.16.
etis, ꝙ Dñs conteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter, ꝙ etiam iugum Dñi ſit ſuaue, quod ipſe
quoq; affirmat Matth.11. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos. & poſt
hunc annum auditio,i.conſolatio magna de reditu veſtro ad patriam beatorũ, iuxta illud: Lætatus
ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Dñi lætãtes ibimus. Vel conſolatio de ſpiritali profectu, Pſal.121.
ità ꝙ omnia quæ antè cum difficultate feciſtis,iã cum ingenti alacritate agatis, mundo vobis in nau-
ſeam verſo,atq; q̃ dulcis ſit Deus guſtato.& iniquitas in terra,i.in eis qui terrena amantes nolunt cõ-
uerti, & dñator ſuper dominatorem,i.Chriſtum dñatorem habebitis,q incomparabiliter fortior eſt
ad ſaluandum vos,diabolo cui antè ſeruîſtis.Laudabunt ſuper Babylonem cæli & terra,i.de impio-
rum & perſecutorum damnatione laudabunt oĩpotentis Dei iuſtitiã oẽs iuſti in cælo & in terra,iu-
xta illud Apoc.Exultate cæli & ſancti apoſtoli & prophetæ, qm̃ iudicauit Deus iudicium veſtrũ de Apo.18.
illa,ſ.Babylone.Qui fugiſtis gladium,quo mundus iſte percutitur,ſ.impugnationem diaboli.Veni-
te proficiendo de virtute in virtutem,& nolite ſtare, appropinquando ad Deum affectione amoris.
Recordamini procùl Dñi,ſ.de præſenti exilio, quia dum ſumus in corpore, peregrinamur à Dño, & 2.Cor.5.
longè diſtamus à Deo diſſimilitudine,non loco. & Hieruſalem illa cæleſtis aſſcendat ſuper cor ve-
ſtrum,vt contemplemini non ea quæ videntur,ſed quę non videntur,adſpirantes ſemper ad patriã, 2.Cor.4.
cupienteſq́; diſſolui & eſſe cum Chriſto.Operuit ignominia facies veſtras, quia venerunt alieni ſup
ſanctificationem domûs Dñi,i.inuiſibiles hoſtes,vel cæteri animarum corruptores atq; indigni prę-
lati ſuper congregationem fidelium,quibus Apoſtolus ait:Templũ Dei ſanctum eſt quod eſtis vos. 1.Cor.3.
Poſtremò per Saraiam principem prophetiæ,& proijciẽtem libellum Ieremiæ in Euphraten,ad de-
ſignandum Babylonis ruinam,ſignificantur viri diuini, laudibus Dei ſemper intenti, & contra mũ-
di vanitatem iugiter prædicantes ſiue ſcribentes,eius inſtabilitatem,fallaciam,damnationemq́; pan-
dentes, qui & ſenſibilibus ſignis lapſum eius demonſtrant. His verò quæ in iſtis duobus capitulis
contra Babylonem dicuntur,conſonant quæ in Apoc.18.de Babylone myſticè conſcribuntur. Vbì
& dicitur:Suſtulit vnus angelus fortis lapidem quaſi molarẽ magnum, & miſit in mare, dicens: Hoc
impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà non inuenietur. Qualis autem fuerit Babylon,
hiſtoriographi ſcribunt, dicentes: Babylon erat ciuitas ità excellens, vt penè incredibile videatur,
eam potuiſſe conſtrui aut deſtrui humano opere aut arte humana. Erat etenim ſita in amplitudine
latiſſimi atq; planiſſimi campi,vndiq; conſpicua & in quadro poſita,atq; ex natura loci lætiſſima:la-
titudo muri quinquaginta cubitorum,altitudo verò ducentorum extitit cubitorum.à fronte muro-
rum habuit cẽtum æreas portas.murus quoq; ex cocto latere & interfuſo erat bitumine. quodlibet
aũt latus ciuitatis ſedecim milliaria,i. octo leucas in longitudine habuit. Capitoliũ verò ipſius, fuit
turris illa Babel poſt diluuium facta,habens in altitudine quatuor millia paſſuum.In hac vrbe erant Gen.11.
tẽpla marmorea,ſtatuæ aureæ,plateę auro lapidibuſq́; fulgentes. Nunc verò infra mœnia eſt vaſtiſ-
ſima ſolitudo & beſtiarũ tumultus,& ſicut beatus Hieronymus ꝑcepiſſe ſe dicit,ſunt ibì venationes
regales.vndè & muri coctiles aliqñ inſtaurantur propter beſtias includendas,vt faciliùs capiantur.

¶ *Explanatio cap.52.Filius viginti & vnius anni erat Sedechias. Articulus* 75.

OMnia quæ nunc in hoc declarando conſcribuntur cap. ex præindictis & item ex his quæ 4. 4.Reg.24.
Reg.lib.leguntur,pateſcunt.Eſt nempe cap. iſtud recapitulatio compendioſa eorum, quæ in
hoc ipſo volumine habita ſunt atq; expoſita. Primò igitur dicitur, quo vitæ ſuæ anno Sedechias
rex Iuda ſumpſerit regnum.[Filius viginti & vnius anni] i. filius Ioſiæ habens 21. annos [erat Sede-
chias cùm regnare cœpiſſet] à Nabuchodonoſor rege conſtitutus in regno.[& 11. annis regnauit in
Hieruſalem] metropolitana vrbe regni Iudææ. Vndecimus tamen annus regni Sedechiæ non fuit
completus:quia,vt dictum eſt cap.39. 11.anno regni Sedechiæ, menſe 4. quinta die menſis, aperta
eſt ciuitas ipſa Hieruſalem. [& fecit in oculis Domini *mala] culpæ, [iuxta omnia quæ fecerat Ioa-
cim] frater eius, rex Iuda, filiuſq́; Ioſiæ. [quoniam furor Domini erat in Hieruſalem & in Iuda.] id *malum
eſt,quia rigor diuinæ iuſtitiæ eum & populum eius iuſtè reliquit,ipſam quoq; Hieruſalem & Iudæã
abijcere voluit.Vndè furor ſeu rigor æquitatis diuinæ, non fuit cauſa vitiorum Sedechiæ, niſi per-
miſſiuè,ſeu non influendo dona gratiæ ac virtutum,quemadmodùm ſol recedendo à nobis, fertur
cauſa congelationis:& nauta per ſuam abſentiam,cauſa eſt ſubmerſionis.Iuxta quem modum Iſaias
loquitur Deo:Quarè errare nos feciſti de vijs tuis? induraſti corda noſtra nè timeremus te? [vſque- Iſaię 63.
quò proijceret eos] i. Sedechiam & populum eius [à facie ſua.] id eſt, à ſua gratia,defenſione ac pio
reſpectu.[Et receſſit Sedechias à rege] Babylonis,inobediendo,rebellando, pactum ſeu iuramen-
tum frangendo.Porrò quo tempore rex Babylonis venerit contra Sedechiam, obſederitq́; Hieru-
ſalem,declarat̃ quum ſubdit̃: [Factum eſt aũt in nono anno regni eius] ſ. Sedechiæ,[venit rex,] &c.
quæ omnia dicta ſunt ſuprà.[Menſe autem 4.] vndecimi ſ.anni regni Sedechiæ, [obtinuit fames ci-
ui-

uitatem.] i.habitatores Hieruſalem compulſi ſunt fame dare ſe victos ac fugere.[Exiêruntq́; omnes
viri bellatores de ciuitate nocte per viam portę,&c.] Totum iſtud ſcriptum eſt ſuprà atq; expoſitū.
Iere.39. [In menſe aūt 5.]vndecimi anni Sedechię,[venit Nabuſardan princeps militię in Hieruſalem,&in-
cendit domum Dñi & domū regis.] i. templum itemq́; palatium.q̃uis autem ciuitas fuerit capta mē-
ſe 4.anni p̄fati,quinto tñ eiuſdem anni menſe cōbuſta eſt,cuius ratio eſt inducta.[Columnas quoq;
æreas,q̃ erant in domo Dñi,] quas Salomon fieri iuſſit,&in porticu templi conſtituit.[& baſes] co-
3.Reg.7. lumnarum iſtarum [& mare æreum,]quod erat vas rotundum & magnum, in quo lauabāt ſe ſacer-
dotes.[quod erat in domo Dñi,] putà in atrio ſacerdotum,confregerunt Chaldęi & tulerunt omne
æs eorum in Babylonem.integra eñ conuenienter ferre non poterant, vel fortè in contemptū Iu-
dęorū ea fregerunt.[& lebetes] i.ollas ſiue caldarias,in q̄bus ſacrificiorū carnes coqui ſolebant. [&
creagras] i.fuſcinulas ad extrahendum carnes oblatas,[& pſalteria] i.muſica inſtrumenta,in quibus
canebant Leuitæ.[& phialas] i.vaſa vnguentorū,ex quibus reges & ſacerdotes, vaſaq́; templi (vt di-
citur) vngebant̄. [& mortariola,] in quibus ſ. cōminuebant̄ materiæ vnguētorum. [& hydrias,] in
quibus vinū & oleū ſeruabant̄.[& vrceos,& pelues, & candelabra, & cyathos] i.vaſa in q̄bus (vt di-
cit̄) probabant̄ vinum & oleum, an eſſent apta in ſacrificium. [& vitulos duodecim æreos,qui erant
ſub baſibus.] i.ſuppoſiti baſibus ſeu partibus fundi maris ænei,ſecundùm quoſdam.[Non erat pon-
dus æris oīm vaſorum horum.]Hoc per hyperbolen dicit̄,ad deſignandum magnam valdè quanti-
Ioſue 22. tatem materiæ vaſorum illorum,ſicut in lib.Ioſuæ,filij Ruben & Gad legunt̄ cōſtruxiſſe altare ma-
gnitudinis infinitæ. Conſequenter diuerſarum p̄dictarum ærearum, forma deſcribit̄ columnarum.
[De columnis aūt] duabus p̄fatis [decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna,] ſimiliter
in alia,& hoc q̃tùm ad ſtipitem columnarum. [& funiculus duodecim cubitorum circuibat eam,]
quo ad eius rotūditatē.[Porrò groſſitudo eius,quatuor digitorum:] per groſſitudinē,ſpiſſitudinem
columnæ intelligendo. columnæ eñ erant interiùs cauæ.ideò ſequit̄,[Et intrinſecùs caua erat] co-
lumna, non ſolida. [& capitella] ſ. parua capita ſuper vtranq; columnā [ærea.] quælibet eñ habuit
proprium capitellum artificioſè formatū. [& altitudo capitelli vnius quinq; cubitorū.] tot cubitos
habuit capitellum vtrunq;.[& retiacula & malogranata] circa vel ſupra [coronā] i. capitellum con-
ſiſtens ſuper caput columnæ.ſiquidē ad capitelli decorem appoſita ei fuerunt ærea malogranata ac
retiacula.[Et fuerunt malogranata nonaginta & ſex dependentia] à quolibet capitello prædicto.[&
centum retiaculis circundabātur oīa malogranata hæc. Fuit quippe in qualibet columna vnum to-
tale retiaculū,tñ in eo fuiſſe ſcribunt̄ centum diſtinctiones,quot &ordines in malogranatis ponun-
4.Reg.25. tur.De iſtis hoc loco ſuperficialiter tranſeo,q̄a non hîc,ſed in lib.Regum & Paralip.ſpecialem obti-
nent locum.[Et tulit magiſter militię Saraiam ſacerdotem primum,& Sophoniam ſacerdotē ſecun-
dum.] Dauid nanq; conſtituit viginti quatuor ordines ſacerdotum in miniſterio templi, vt legitur
2.Par.36.[Et tres cuſtodes veſtibuli templi.Et de ciuitate Hieruſalem eunuchum vnum,qui erat p̄-
poſitus ſuper viros bellatores,& ſeptē viros de his qui videbant faciem regis] Sedechię, i.ei familia-
Ibidem riùs adſtiterunt.Veruntñ 4.Reg.leguntur quinq; fuiſſe, ſed numerus minor non excludit maiorē,
niſi cum ſigno adiuncto.[qui inuenti ſunt in ciuitate Hieruſalem] in qua ſe abſconderunt. [& ſcri-
bam principem militum, q̄ probabat tyrones.] an ſ. apti eſſent ad actus militares exercitiumq́; ar-
morum.Iſte princeps militiæ,4.Reg.dicit̄ Sophor.[& 70.viros de populo terræ] Iudæę, [& adduxit
eos ad regem Babylonis in Reblatha,& percuſſit] i. occídi fecit [eos rex Babylonis. Et trāſlatus eſt
Iuda] i.populus regni Iudę [de terra ſua] in Babylonem. cœpitq́; trāſlatio iſta ſub Iechonia filio Io-
acim rege Iuda,vt legitur 4.Reg.25.ideò ſubditur: [Iſte eſt populus quem trāſtulit Nabuchodono-
ſor in anno 7.regni ſui, Iudęos 3023.] Iſtud fuit qñ tranſtulit Iechoniam. Veruntñ 4.Reg.leguntur
multo plures tunc fuiſſe tranſlati, ibì quoq; habetur, q̄ 8.anno regni ſui tranſtulerit eos. Ad quorū
primum aliqui dicunt,q̄ hîc ſolummodò exprimuntur illi,qui fuerunt de tribu Iuda:ibì verò & illi,
qui de alijs tribubus Iſrael erant.Ad ſecundum dicunt,q̄ hîc ponunt̄ anni Nabuchodonoſor ab eo
tēpore, quo ſibi ſubiecit Ioacim regē Iuda, ibì verò anni eius à principio regni ſui. Vno autē anno
ante hanc ſubiectionē regnauit. Poſſet etiam reſponderi, q̄ in talibus computationibus interdùm
pars anni pro anno annumeratur,& interdùm ob ſuam incompletionē omittitur. [In anno 18.] im-
perij ſui [Nabuſardan tranſtulit de Hieruſalem animas 832.] i.totidem hoīes, ſumendo partem pro
toto,præſertim cùm principalior pars hoīs anima ſit, dicente philoſopho, q̄ homo maximè eſſe vi-
detur ſuus intellectus. Iſti fuerunt cum Sedechia rege tranſlati. Quod autem hîc dicitur, factū hoc
eſſe anno 18.Nabuchodonoſor,cùm iam in præſenti cap. dictum ſit combuſtam Hieruſalem 19.an-
no Nabuchodonoſor, concordandum eſt ſecundùm duplicem reſponſionem prætactam. [Anno
23.Nabuchodonoſor,tranſtulit Nabuſardan magiſter militiæ Iudæorum animas 745.] Hoc factum
aſſeritur, quandò Nabuchodonoſor vaſtauit ac vicit ciuitates ac regiones Iudææ vicinas, ad quas
multi Iudæorum confugerant, qui ilicò depræhenſi, in Babylonem abducti feruntur. [Omnes

ergò aīæ,] i.numerus iſtorū diuerſis tēporibus tranſlatorū,[4600.] Iſta eſt ſumma eorū,de quibus
iam facta eſt mētio.Dicunt quoq; aliqui,q̄ multo plures fuerunt,q̃ vel hîc,vel 4.Regū determinat̄.
ſed notabiliores hoc loco & in libro Regū ſunt computati.[Et factum eſt 37.anno tranſmigrationis
Ioacim regis Iuda,] q̄ alio noīe dictus eſt Iechonias. [eleuauit Euilmerodach rex Babylonis,] filius
Nabuchodonoſor,qui patri ſuo ſucceſſit in regno.[12.menſe] anni 37.iam p̄fati,[*9.die menſis] 12. *25.die
[ipſo anno regni ſui] i.primo anno ſui imperij. Vndè 4.Regū legitur, Anno quo regnare cœpit,ſub- 4.Reg.25.
leuauit &c.[caput Ioacim regis Iuda, & eduxit eum de domo carceris, & locutus eſt cum eo bona.
Et poſuit thronum eius ſup thronos regum,q̄ erāt poſt ſe in Babylone.] i. cæteris regibus ipſi Euil-
merodach in Babylone ſubiectis,p̄poſuit Ioacim regem.[& mutauit veſtimēta carceris.] i. veſtibus
triſtibus abiectis,induit eum veſtimētis iucunditatis,precioſis, regalibus ſiue purpureis. [Et come-
debat panem corā eo ſemp cunctis diebus vitæ ſuæ:] q̃diù incolumis fuit & ſimul vixerunt. & noīe
panis,oīe genus cibi ac potûs exprimit̄.[Et cibaria perpetua dabant̄ ei à rege Babylonis] p̄nomina-
to [per ſingulos dies vſq; ad diem mortis ſuæ.Hanc aūt proſperitatem Iechoniæ Ieremias ſuprà p̄-
dixit.Prætereà,ſicut quidam p̄babiliter dicunt,cùm Nabuchodonoſor in amentiā verſus fuiſſet, fi-
lius eius Euilmerodach regnum aſſumpſit,& crudeliter ſe habebat, multaq́; mala cōmiſit, & de pa-
tris ſui plagatione gauiſus eſt.Hinc Nabuchodonoſor ad ſe reuerſus, & reſtitutus in regno, auditis
impietatibus filij ſui,eum incarcerauit in domo,vbì &Ioacim fuit:ſicq́; cum eo familiaritatē contra-
xit,vndè & eum p̄mouit.[Et factum eſt poſtq̃ in captiuitatem ductus eſt Iſrael,] i.populus regni Iu-
dæ,& q̄ de cæteris tribubus Iſrael fuerūt in regno Iudæ.[& Hieruſalem deſtructa eſt,ſedit Ieremias
flens,& planxit lamentationē hāc in Hieruſalē] i.in loco vbì antè ſtabat Hieruſalem,& amaro ani-
mo ſuſpirans & eiulans dixit.Totum iſtud ſecundùm expoſitores, ab aliquo forſitan expoſitorum
adiectum eſt,ad continuandū ſequentia,ſ.Threnos Ieremiæ libro eius,ità q̄ non eſt de integritate
libri.Conſequenter ergò ad expoſitionē Threnorū eſt procedendum, ad gloriam oīpotentis ſu-
perdigniſſimi creatoris,qui eſt ſuper oīa Deus ſublimis & benedictus, Amen.

Enarrationis in librum propheticum Ieremiæ, finis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI, IN THRENOS (ID EST, LAMENTATIONES) IEREMIAE PROPHETAE, ENARRATIO.

PRAEFATIO.

VIdens IESVS ciuitatē,fleuit ſuper eam, Luc.19. Ieremiā figuram fuiſſe
Saluatoris,vitæ ſanctitate & tribulationū acerbitate, p̄dicationis inſtan-
tia,dilectioniſq́; eminentia,ex p̄inductis patére non dubiū eſt.Quemad-
modùm itaq; Dñs Ieſus Chrs vnigenitus Dei patris,vrbē ac plebem Hie-
ruſalē ſibi inimicā,& ſanguinem eius crudeliter ſitientē, à qua iam plura
fuit perpeſſus aduerſa,acerbiſſimā quoq; mortē paſſurus, indicibili cha-
ritate deplanxit, p̄pter vaſtitatem & calamitatem ſibi à Romanis infligē-
dam:ſic Ieremias ciuitatē populumq́; Hieruſalē iam à Chaldæis vaſtatos
defleuit.quos vtiq; &anteq̃ deijcerent̄,ſępiùs luxit:Deducant,iniquiens, Iere. 9.
oculi mei lachrymas die ac nocte. Idq́; eximiæ extitit charitatis, q̄ eos à & 13.
quibus tanta ſuſtinuit,deplorauit.Itaq; de ſuæ plorationis materia edidit verſus, atq; internum do-
lorē metris expreſſit, ipſos quoq; verſiculos à literis Hebraici alphabeti ſecundùm earū ordinē in-
choauit,ità q̄ litera verſui p̄poſita,erat exordiū, primaq́; litera primi verbi verſiculi. Deniq; ſecun-
dùm Hieronymum,ruinā Hieruſalem quadruplici planxit alphabeto,i.eodē alphabeto quater pro-
lato,ſecundùm quod quatuor exiſtunt capitula planctûs ſeu lamētationis iſtius,& in quolibet capi-
tulo incipiunt verſus à literis alphabeti. Protendunt̄ etiā vſq; ad vltimā literam Hebraici alphabeti.
Veruntñ in primo ac ſecundo capitulis ſub eadē litera plures ponūtur verſiculi.In tertio aūt quæli-
bet litera alphabeti ter ſecundùm ordinē ponitur. Et quia Hieronymus in tranſlatione inchoatio-
nem verborum ſeu verſuum Latinorum ſecundùm ordinē alphabeti Latini conuenienter ſeruare
nequiuit,ipſas literas alphabeti Hebraici verſibus Latinis p̄ponit, ad innuendum q̄ verſus in He-
bręo ſecundùm ordinē literarū habent exordiū.Inſupèr aliqui aſſerunt, q̄ Ieremias non ſolùm ſui
temporis Hieruſalē iam deſtructam deplanxit,ſed eam quoq; quam à Romanis ſpiritu intuebat̄ de-
moliendā.Siquidē Hieruſalem vidit p̄ſentem,luxit p̄teritam, prophetauit futuram: quam à Roma-

nis non ignorauit vaſtandam. Hinc & quatuor ponit lamentationum capitula, quia Hieruſalem tri-
bus vicibus à rege Babylonis eſt impugnata: primò, dum Ioacim regem filium Ioſiæ deuicit: ſecun-
dò, dum filium eius Iechoniam duxit in Babylonem: tertiò, dum Sedechiam cepit, exoculauit, trā-
tulit, & vrbem prorſus euertit: quartò Hieruſalem à Romanis eſt demolíta. Metrico igitur carmine
Ieremias vrbem populumq; deplanxit, quia (vt dictum eſt ſæpè) quędam ſunt ſymphonię & carmi-
na fletum prouocantia, ipſeq; fletus exterior mœrentibus prębet ſolatium. minuit nempe dolorem
internum, dum dolor ipſe incluſus quaſi erumpit, & cordis intentio ad alia ſe diffundit. Poſtremò,
quicquid in threnis, i. verbis lugubribus ſeu lamentationibus iſtis ad literam de ciuitate illa Hieru-
ſalem dicitur, de Eccleſia allegoricè, & de anima fideli tropologicè explanatur.

¶ *Expoſitio literalis* I. *cap. Quomodò ſedet ſola ciuitas &c.* *Articulus* I.

QVomodò ſedet ſola ciuitas plena populo?] Verbũ eſt admirantis atq; dolentis,
non ignorantis, aut ſciſcitantis. vt ſit ſenſus: Quõ ciuitas Hieruſalem, quæ paulo-
antè fuit habitatoribus plena, fortis, ac pulchra, nũc habitatoribus caret, eſtq; de-
ſtructa? Vndè hoc loco ſedere non ſumit, ſecundùm quod diſtinctũ ac propriũ
ſitum importat, ſed pro conſiſtentia quadam, quemadmodùm dicimus, Iſte ſedit
in pontificatu quindecim annis. Nec in hoc ꝙ ciuitas iſta dicit ſedere ſola, aſſeri-
tur eſſe, ſed eſſe deſolata ac demolíta. [Facta eſt quaſi vidua dña gentium] Quæ
in lamentationibus iſtis de Hieruſalem deſcribuntur, interdùm ad habitatores eius, interdùm ad
ædificia ſeu ſtructuram, interdùm ad vtrunq;, videlicet partìm ad populum, partìm ad habitacula re-
feruntur. Quod ergò nunc dicitur, Facta eſt quaſi vidua, ad plebem in Hieruſalem olim morantem
2.Reg.8. refertur, ità ꝙ Hieruſalem dña gentiũ appellatur, qm̃ Dauid & Salomon, & quidā ſucceſſorum eo-
3.Reg.9. rum in Hieruſalē regnantes ac habitantes, non Iudæis duntaxàt, ſed & alijs diuerſis gentibus dña-
Iere.51. bantur, ſicut in libris Regum & Paralipomenon recitatur. Nec ait ꝓpheta, Facta eſt vidua: ſed, quaſi
vidua dña gentium: quia vt dictum eſt, Non fuit viduatus Iſrael & Iuda à Domino Deo ſuo. Nam etſi
ad tempus permiſit Deus altiſſimus, qui fuit maritus & ſponſus ſuæ plebis, ſeu ſynagogæ fidelis,
ſynagogam à Chaldęis dirè affligi, non tamen totaliter eam reliq̃t: immò ea per Babylonicā captiui-
tatem purgata, ad priſtinam amicitiam ipſam recepit, ad terram natalem reduxit, ciuitatem & tem-
4.Reg.24. plum reſtituit. [Princeps prouinciarum] i. Hieruſalem, quæ præfatis diebus varias prouincias ſubie-
& 25. ctas ac tributarias habuit, ſcilicet Idumęam, filios Ammon, Moab, Syriam, Philiſtæos. [facta eſt ſub
tributo] regis Babylonis tempore Ioacim & Sedechiæ. [Plorans plorauit] i. vehementer luxit &
doluit populus in Hieruſalem habitans. [in nocte,] ad literā, alijs occupationibus & curis ceſſanti-
bus. vel in nocte, i. aduerſitatis caligine ſeu tempore ſuę anguſtię, prę ſertim tempore obſidionis à
Chaldęis ſub Sedechia, videns ſe obſidentium manus non poſſe effugere, quandò & maxima fa-
mes, peſtis ac deſolatio fuerunt in ciuitate. [Et lachrymę eius in maxillis eius,] i. abundantia fletûs,
lachrymæ abundanter per genas fluebant. [Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius.] i.
Ezec.23. ex populis quos dilexit, quorum & idola coluit. Sed per Ezechielem Dominus ſæpè ad Hieruſalem
ait: Adducam ſuper te oẽs amatores tuos, de quibus ſatiata eſt anima tua, & trucidabunt te. Aegy-
ptij quoq;, & alij quidam Iudæorum populo confœderati contra regem Chaldæorum, non impen-
derunt eis auxilium. [Omnes amici eius ſpreuerunt eam, facti ſunt ei inimici.] Qui enim antè fue-
Iere.38. runt ei fauentes, poſteà à Chaldæis victi, eiſq; iuncti, aduerſati ſunt ei. Quod etiam intelligi poteſt
de Iudæis, qui ante deſtructionem Hieruſalem ad Chaldęos confugerunt, & his qui in ciuitate mā-
ſerant, aduerſabantur: propter quod Sedechias extimuit Iudæorùm manus incidere & illudi, vt di-
ctum eſt. Inſupèr accipi poteſt de angelis ſanctis, Iudæorum cuſtodiæ delegatis, qui zelo iuſtitiæ
receſſerunt ab eis, & facti ſunt eis inimici, inquantùm tam peſſimi erant. [Migrauit Iudas] id eſt,
populus Iudæorum de Hieruſalem ac Iudæa ablatus. [propter afflictionem] ſibi à Chaldæis illatā,
à quibus compulſus eſt ſubijcere ſe hoſtibus ſuis, vel propter afflictionem famis, ſcilicet ex defe-
4.Reg.25. ctu venalium, iuxta illud quarti Regum: Præualuit fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ.
[& multitudinem ſeruitutis:] id eſt, idololatriæ ſuę, ob quam Chaldęis eſt traditus. Vel, propter
multitudinem ſeruitutis, quia ad hoc à Chaldæis in Babylonem deductus eſt, vt ibidèm in du-
ris operibus ſeruiret regi Babylonis, quemadmodùm in Aegypto Pharaoni. Vel propter multitu-
dinem ſeruitutis, id eſt, idcircò quia Iudæi potentes ac diuites, fratres ſuos & proximos in ſeruos
& ancillas crudeliter redegerunt contra legem. propter quod hoſtibus tradi ac ſubijci meruerunt,
Iere.34. prout trigeſimoquarto capitulo diffuſè expoſitum eſt. [Habitauit inter gentes,] ſcilicet inter Ba-
bylonios, alioſque gentiles in Chaldæa. [nec inuenit requiem:] quia ab hoſtibus ibì oppreſſus
eſt. [Omnes perſecutores eius] id eſt, Chaldęi ac populi eis adiuncti, de quibus primo capitulo
Iere.1. Dominus dixit: Eccè ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis, & venient, & po-
net vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Hieruſalem. [appręhenderunt eam,] putà Hi-
eru-

eruſalem eiuſq; plebem. [inter anguſtias] i. per preſſuras famis & peſtilentię regnātium in Hieruſa-
lem. vel inter anguſtias viarum, per quas fugere conabant̃ aliqui Iudæorum, iuxta illud in viſione
Abdiæ ad Idumæam: Neq; ſtabis in exitibus viarum, vt interficias eos qui fuerint, & non concludes Abdiæ 1.
reliquos eius in die perditionis. [Viæ Sion lugent, eô quòd non ſint qui veniant ad ſolennitatem.]
Templum Hieruſalē fuit in mōte Sion, ad quod, ipſo combuſto, populoq; Iudæ abducto, nullus ve-
nit ad ſolennia Paſchę & Pentecoſtes ac Tabernaculorum, in quibus tribus feſtiuitatibus Iudæi ſe-
cundùm legem confluebāt ad templũ. Idcircò viæ ducentes ad montem Sion ac templum, per me-
taphoram lugere feruntur, quemadmodùm in multitudine venientium lętari aſſerebantur, inquan-
tùm videlicet materiam luctûs ſiue lætitiæ præbuerunt Iudæis ſeu alijs, ſecundùm quod 1. Macha- 1.Ma.14.
bæorum libro legitur, quòd Iudas & fratres eius, viſis virgultis in atrijs templi exortis, planxerint.
Vndè ſecundùm Lyram in Hebræo habetur, Viæ Sion herboſæ, videlicet nullo per eas pergente.
Verùm in talibus eius dictis potiùs puto verbum Hebraicum eſſe æquiuocum. Iuxta hunc modum
ſcriptum eſt in Oſee, Lugebit terra. Et Amos propheta: Luxerunt, inquit, ſpecioſa paſtorum. [Oẽs Oſeæ 4.
portæ eius deſtructæ,] i. à Chaldæis combuſtę. [ſacerdotes eins gementes] præ deſolatione & do- Amos 1.
loribus ſibi illatis. [Virgines eius ſqualidæ.] i. diſcoloratæ, & priſtino deſtitutæ decore. puellas au-
tem ſqualentes videre, ſpecialiter miſerabile eſt ac doloroſum. [& ipſa] Hieruſalem [oppreſſa ama-
ritudine,] i. acerbitate tribulationum deiecta ac victa, nequiens ſe erigere, ſicut qui grauiſſimo pon-
dere aggrauatur. [Facti ſunt hoſtes eius in capite.] i. Chaldæi ſuperiores fuerunt, & capita habitato-
rum in Hieruſalem conculcauerunt ac vulnerauerunt. [Inimici eius locupletati ſunt.] Omnia enim
bona Iudæorum diripuerunt Chaldæi. [quia Dominus loquutus eſt ſuper eam,] i. contra Hieruſalē,
quòd taliter puniretur. [propter multitudinem iniquitatum eius.] Nam varijs idolis, cunctiſque vi-
tijs miniſtrauit. quaſi dicat, Iuſto Dei iudicio, non propria virtute Chaldæorum, id accidit. [Paruu-
li eius ducti ſunt in captiuitatem] ſcilicet in Chaldęam, vt ilicò maturam ætatem ſortiti, ſeruirent
regi Babylonis, eratq; flebile hoc videre. [ante faciem tribulantis.] id eſt, coram eo qui ipſos duxit
captiuos, qui ſolet ante ſe minare captiuos, nè fugiant. [Egreſſus eſt à filia Sion,] id eſt, à populo Iu-
dæorum, [omnis decor eius:] quia priuatus eſt regno ac ſacerdotio, vrbe & templo, priſtina faculta-
te, pulchritudine & virtute, donis quoquè & gratia ſpiritûs ſancti. Porrò conſuetudo eſt ſcripturæ,
totum populum filiam appellare, vel propter puritatem naturæ in ſe, vel quia à Deo paterno amore
diligitur, quo ad ea quæ habet ab ipſo. Vndè in Sophonia legitur: Lauda filia Sion. Et in Zacharia: Soph.3.
Iubila filia Hieruſalem. [Facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua.] i. eſurien- Zach.9.
tes ac robore deſtituti, gregem populi præcedere uon valentes ad defendēdum. [& abiérunt in ca-
ptiuitatem] ſine fortitudine, [ante faciem ſubſequentis,] id eſt, Chaldæi ducentis & minantis eos
ante ſe verſùs Chaldæam, vel ad regem Nabuchodonoſor in Reblatha. [Recordata eſt Hieruſalē]
id eſt, populus eius, [dierum afflictionis ſuæ & præuaricationis] i. quanta tempore obſidionis & an-
tè pertulerit, & qualiter per peccata ſua pœnas illas meruerit. [& omnium deſiderabilium ſuorum,]
id eſt, multiplicium beneficiorum ſibi diuinitùs præſtitorum in ſpiritualibus & corporalibus bo-
nis, in naturalibus & ſupernaturalibus donis, præſertim in templo & tabernaculo. [quæ habuerat à
diebus antiquis.] ſcilicet à tempore Moſis, Dauid, & Salomonis. Horum ergò eſt recordata, [cùm
caderet populus eius in manu hoſtili,] id eſt, Chaldæorum manus incideret, ac periret. [& non eſſet
auxiliator.] Tunc enim vexatio dedit intellectum: ſicut & idem eſt ſenſus oppoſitorũ, eadem quo-
què *ſententia contrariorum, ità quòd vnum ad alterius memoriam ducit: & oppoſitis iuxta ſe po-
ſitis, vtrũque magìs percipitur. De deſiderabilibus iſtis fertur in pſalmo ſeptuageſimoſeptimo: Quā-
ta audiuimus, & cognouimus ea. Et alibì: Non fecit taliter omni nationi. Horum verò recordata Pſal.147.
fuit Hieruſalem, id eſt, aliqui habitatorum eius pœnitentes, non omnes, vtpotè indurati, de quibus
& dictum eſt: Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Rurſuſque: Noluerunt Iere.5.
accipere diſciplinam. [Viderunt eam hoſtes,] putà Chaldæi, [& deriſerunt ſabbata eius.] Erant Ibidèm
enim idololatræ, & cultum ac cæremonias Iudæorum ſpreuerunt, eoſque inaniter cuſtodiſſe ſab-
bata legis arbitrabantur, quia à Deo ſuo non eſſent protecti. [Peccatum peccauit Hieruſalem,]
id eſt, vehementer tranſgreſſa eſt. Talis enim ingeminatio ſeu duplicatio, vehementiam rei ſeu
facti importat, & per ſingulare, plurale datur intelligi: innumerabilia enim commiſit facinora,
quæ Ezechielis viceſimoſecundo ſpecificantur. Vel per peccatum idololatria, in qua grauiùs pec-
cauit, accipitur. [propterea inſtabilis facta eſt.] id eſt, deſtructa, capta, tranſlata, menteque vaga.
[Omnes qui glorificabant eam] olim in proſperis, [ſpreuerunt eam] in aduerſis. [quia viderunt
ignominiam eius.] id eſt, opprobrioſam eius deiectionem. de iſtis iam dixit: Omnes amici eius
ſpreuerunt eam. [Ipſa autem gemens] præ dolore atque anguſtijs. [& conuerſa eſt retrorſum.] id
eſt, viliter deiecta, iuxta illud Baruch ſecundo: Facti ſumus ſubtùs, & non ſuprà. [Sordes eius in pe-
dibus eius:] id eſt, maculæ eius ſibi adhæſerunt, & per lutoſa itinera ducta eſt in Chaldęam. Immò

Iſaiæ 1. iuxta Iſaiam, à planta pedis vſq; ad verticem, non fuit in eo ſanitas. [nec recordata eſt finis ſui.] id
eſt, propter quid creata eſſet à Deo, non conſiderauit, nec mortis ſuæ horam penſauit, neq; præco-
Pſal. 38. gitauit punitionem ſibi pro ſuis ſceleribus finaliter infligendam. Quocontrà ait Pſalmiſta: Locutus
ſum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum. [Depoſita eſt vehementer] à priſtino ſta-
tu, honore, & gloria: id eſt, per Chaldęos maximè humiliata. [non habens conſolatorem. Ideò ipſa,
vel in eius perſona Ieremias, precatur: [Vide Domine] oculo pietatis [afflictionem meam,] illã cle-
menter ſubleuando. [quoniam erectus eſt] contra me per victoriam, fortitudinem, atq; ſuperbiam
inimicus.] i. rex ſiue exercitus Chaldæorum, de quo ſubditur: [Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia
id eſt, deſiderabilia eius.] i. templum eiusq; ornamenta, videlicet vaſa, volumina, ac reliqua quælibet pre-
cioſa inuaſit, cuius ſignum eſt, [quoniam vidit Hieruſalem] *ſcilicet populus eius, [gentes] putà
Chaldæos, & nationes gentilium eis commixtas, [ingreſſas ſanctuarium] i. templum [tuum, de qui-
bus præceperas] per Moſen Deuteronomij viceſimotertio, [nè intrarent in Eccleſiam tuam.] i. in
templum. [Omnis populus eius gemens, & quærens panem.] Tempore enim obſidionis ſub Sede-
chia, fuit in Hieruſalem fames quàm maxima. [dederunt precioſa quæque pro cibo ad refocillan-
dam animam.] i. ad recreandam & ſuſtentandam eam aliqualiter. Diuites quippe à ditioribus ali-
menta permodica pro maximis precijs emerant, iuxta quod libro quarto Regum recitatur: Tam
4. Reg. 6. diu obſeſſa eſt Samaria, donec venderetur caput aſini octoginta argenteis: & quarta pars cabi ſter-
coris columbarum, quinque argenteis. Charior nempe eſt homini vita ſua, quàm quælibet exterio-
ra: ſed famis afflictio, vehemens & protenſa eſt nimis. [Vide Domine] miſericorditer ſuccurrendo,
[& cõſidera] infallibiliter ac diſtinctiſſimè intuendo, [quoniam facta ſum vilis.] id eſt, multùm ab-
iecta, hoſtibusq; ſubiecta, & vitijs vilificata. Hoc in perſona pœnitentium dicitur, in quorum quoq;
perſona ſubiungitur: [O vos omnes qui tranſitis per viam] circa Hieruſalem, vel vbicunq; me cer-
nitis. [attendite] oculis cordis, [& videte] oculis corporeis, [ſi eſt dolor ſicut dolor meus.] quaſi di-
cat: Tantam afflictionem in aliquo populo nunquàm vidiſtis, nec percepiſtis. [Quoniam vindemi-
auit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.] i. ipſe Dominus per Chaldæos, habitatores
meos abſcidit, quemadmodùm vuæ præſcinduntur à vinea, ſicut per prophetas prædixit. & factum
eſt iſtud in die furoris, videlicet tempore rigoris diuinæ iuſtitię ſuper me. Hieruſalem aũt ſeu ſyna-
goga, vinea Dei vocata eſt, iuxta illud Iſaiæ quinto: Vinea Domini exercituum, domus Iſrael eſt, &
vir Iuda, germen delectabile eius. Porrò de incomparabili iſto dolore Hieruſalem, ſcriptum eſt Da-
nielis nono: Vt ſuperinducerent in nos malum magnum, quale nunquàm fuit ſub omni cælo, ſe-
cundùm quod factum eſt in Hieruſalem. Vndè Ezechielis viceſimoquinto Dominus prædixit: Fa-
ciam in te iudicia, qualia non feci, nec faciam. Itemq; Iſaiæ decimooctauo: Ite angeli (id eſt, nuncij)
veloces ad gentem conuulſam & dilaceratam, ad gentem terribilem, ſcilicet in miſerijs, poſt quam
non eſt alia, ſupple, tam miſera. eſtq; ſermo ad literam de Iudæis pro tempore Sedechiæ. [De excel-
ſo miſit ignem in oſſibus meis.] id eſt, de ſublimitate ſuæ iuſtitiæ, & de cenſura ſuæ altiſſimæ ſapiẽ-
tiæ, miſit Dominus per Chaldæos acerbiſſimam tribulationem in robuſtioribus partibus corporis
mei, quæ tribulatio nomine ignis exprimitur, dicente Deo Ezechielis viceſimoſecundo ad habita-
tores Hieruſalem: Congregabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in me-
dio eius, ſicut conflatur argentum in medio fornacis. Vel, quia Hieruſalem loquitur, per oſſa eius
intelligi poſſunt templum atque palatium, quæ erant verè oſſa, ſeu firmiora ipſius, quæ combuſſe-
runt Chaldæi. [Et erudiuit me] per iſta aduerſa, vt vexatio daret intellectum auditui, ſicque pecca-
torum meorum enormitatem perpenderem, diuinam iuſtitiam conſiderarem, veritatem propheta-
Iere. 31. lium ſermonum penſarem, & decæterò cautior eſſem. Hinc ſuprà ſcriptum eſt: Caſtigâſti me Do-
mine, & eruditus ſum. [Expandit rete pedibus meis.] id eſt, à Chaldęis permiſit me capi & illaque-
Ezec. 12. ari, à pſeudoque decipi. Vndè per Ezechielem Dominus ait frequenter: Expandam ſuper eum rete
19. 32. meum, & capietur in ſagena mea. vbi etiam per rete accipi poteſt exercitus Chaldæorum. [con-
uertit me retrorſum.] id eſt, conculcari & deprimi fecit. [Poſuit me deſolatam, tota die mœrore
confectam] tempore obſidionis, præſertim quandò ciues Hieruſalem viderunt ſe ſuperandos, nec
poſſe effugere. [Vigilauit] id eſt, vigilanter ſeu diligenter conſideratum eſt [iugum iniquitatum
mearum in manu eius.] id eſt, in poteſtate & ſapientia Dei, qui peccata mea tam diſtinctè puniuit.
Hinc ſuprà ſæpiùs comminatus eſt Dñs: Vigilabo ſuper eos in malum, & non in bonum. Et Sopho-
niæ 1. Scrutabor, inquit, Hieruſalem in lucernis. Porrò iugum iniquitatum ſunt ipſæmet iniquita-
tes, peccantem infeliciter vincientes, atque in dęmonum captiuitate tenentes, ſecundùm illud Pro-
Prou. 5. uerbiorum: Iniquitates ſuę capient impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. [Cõuo-
lutę ſunt & impoſitę collo meo.] id eſt, omnes iniquitates meę mihi pariter inexcuſabiliter ſunt re-
putatę, & pœna eis debita, mihi eſt euidenter inflicta, quemadmodùm chorda imponitur collo fu-
Ezech. 32. ris. Hoc eſt quod totiès per Ezechielem Dominus prædixit: Iniquitates veſtras ponam in caput ve-
ſtrum.

ſtrum. ideò dictum eſt antè: Sicut confunditur fur cùm depræhenditur, ità confuſa eſt domus Iſra- Iere. 2.
el. [confirmata eſt virtus mea.] i. corporis fortitudo ex fame atq; fortitudine, multoq; plùs virtus
animæ per peccata. [Dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere.] i. manibus Chaldæo-
rum me tradidit, qui nec templo, nec ciuitati, nec populo pepercerunt. [Abſtulit omnes magnificos
de medio meĩ,] videlicet reges, ſacerdotes, & principes, qui de Hieruſalem ſunt ſublati, & hoſtibus
dati. [Vocauit aduerſùm me tempus,] i. tempus vltionis mihi induxit. [vt conterat] i. deſtruat per
Chaldęos, [electos meos,] i. elegantes præcipuosq; habitatores Hieruſalem. Hoc eſt quod Ezechi-
elis 7. Dominus loquitur: Venit tempus, propè eſt dies occiſionis. Nunc de propinquo effundã iram
meam ſuper te. [Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.] i. inſtrumenta punitionis ſeu gladi-
um occiſionis Deus per Chaldæos ſuper populum Iudęorum adduxit ſiue inflixit, eorùm ſangui-
nem effundendo, ſicut de vuis educitur vinum per vindemiatorem torcular mouentem. Cur autem
totus populus filia appelletur, iam dixi: & eadem ratione dicitur virgo, propter puritatem naturę ſe-
cundùm ſe, vel quia in electis Dei extitit ſponſa & animo integra. [Idcircò] ego Hieruſalem [ſum
plorans, & oculus meus deducens aquam.] id eſt, lachrymas exuberantes. [Quia longè à me factus
eſt conſolator conuertens animam meam.] i. Deus gratiam ſuæ defenſionis mihi ſubtraxit, qui ſo-
lus animam meam poteſt ab omni malo conuertere, Longè autem fit Deus ab homine, non loco,
ſed diſſimilitudine, & gratioſi influxûs ceſſatione, Salomone in Prouerbijs aſſerente: Abominabile Prou. 11.
Domino cor prauum, & longè eſt Dominus ab impijs. [Facti ſunt filij mei perditi.] id eſt, habitantes
in me, fame & peſte & gladio periêrunt. [quoniam inualuit inimicus cõtra me,] ſcilicet rex ſiue ex-
ercitus Chaldęorum, [Expandit Sion manus ſuas:] id eſt, populus Hieruſalem ſuppliciter manibus
iunctis auxilium à Deo, & miſericordiam à Chaldæis quæſiuit, [Non eſt qui conſoletur eam,] quo-
niam à Deo exaudiri non meruit, ſola neceſſitate ac ſeruili timore precando, nec Chaldæi propicij
facti ſunt ei. [Mandauit] i. inſtigauit [Dominus aduerſùm Iacob.] id eſt, populum Iudæ. [In circu-
itu eius hoſtes eius:] putà Chaldæi, qui vrbem Hieruſalem per gyrum vallabant, vel gentes in cir-
cuitu Iudææ, quę ſimul cum Babylonijs contra Hieruſalem confluxerunt. [Facta eſt Hieruſalem
quaſi polluta menſtruis inter eos.] id eſt, viliſſima reputata, confuſibiliterq; tractata, iuxta illud in
Ezechiele: Iudicio mulierum adulterarum iudicabo te. Deindè in perſona propria loquitur Iere- Ezec. 16.
mias: [Iuſtus eſt Dominus,] in punitione Hieruſalem, [quia os] i. ſapientiam eius per quam loqui-
tur nobis, [ad iracundiam prouocauit] i. dirè offendit, ità quòd per modum irati & prouocati vin-
dictam exercuit, quanuìs certum ſit, incommutabilem Deum nec prouocari, neque iraſci, ſicut di-
ctum eſt: Nunquìd me ad iracundiam prouocant, ait Dominus? Nonnè ſemetipſos in cõfuſione vul- Iere. 7.
tûs ſui? Idcircò in libro Sapientiæ legitur: Tu dominator cum tranquillitate iudicas. Inſupèr Hieru- Sap. 12.
ſalem ait: [Audite, obſecro vniuerſi populi dolorem meum.] id eſt, cordis afflictionem. [Nam virgi-
nes meæ & iuuenes mei,] qui habitauerunt in me, [abiêrunt in captiuitatem,] ità ꝙ nec ętati, nec ſe-
xui pepercerunt aduerſarij mei. [Vocaui amicos meos,] in quibus inordinatè confiſa ſum, ſcilicet
in Aegyptijs ac cęteris gentibus mihi confœderatis, à quibus poſtulaui ſubſidium. [Et ipſi decepe-
runt me,] prębendo vanam fiduciam, propter quam merui à Deo relinqui, nec impendendo ſuffra-
gium. [Sacerdotes mei & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt.] Aliqui nanq; eorum in Hieruſalem
fame periêrunt. [quia quęſiêrunt cibum ſibi, vt refocillarent animam ſuam.] id eſt, ſaltem medio-
criter vires reſumerent. [Vide Domine quoniam tribulor] à Chaldęis. [Conturbatus eſt venter me-
us.] id eſt, tantus fuit cordis dolor, quòd redundauit in corpus, & dolui ventrem, iuxta illud Iſa. 21.
Propterea impleti ſunt lumbi mei dolore. [Subuerſum eſt cor meum in memetipſa,] id eſt, prę ex-
ceſſiua afflictione vſu rationis penè priuata ſum, & quid agerem, ignoraui. Siquidem immoderatæ
paſſiones vſum mentis prępediunt, iuxta illud: Omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Et Iob 9. Neq; Pſal. 106.
enim poſſum metuens reſpondere. [Quoniã amaritudine plena ſum:] per quod ſenſus cordis quaſi
abſorptus eſt. [Forìs interſecit] Iudęos [gladius] Chaldęorum. [Et domi,] id eſt, infra mœnia Hie-
ruſalem, [mors ſimilis eſt] quia in ciuitate quidam fame & peſtilentia corruerunt, quemadmodùm
Ezechielis ſexto inducitur: Heu ad oẽs abominationes domûs Iſrael, quia gladio, fame, peſte rui-
turi ſunt. qui longè eſt, peſte morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & ob-
ſeſſus, fame morietur. Totum iſtud refertur ad tempus obſidionis Hieruſalem à Chaldęis. [Audiê-
runt] Chaldęi me obſidentes, [quia ingemiſco ego] prę dolore & timore. [Et non eſt qui conſole-
tur me. Omnes inimici mei] pręfati & eorum fautores [audiêrunt malum meum,] id eſt, calami-
tatem quam incidi. [Lætati ſunt, quoniam tu feciſti,] id eſt, ità me reliquiſti, & eos contra me ro-
borâſti. Conſequenter Ieremias in perſona Hieruſalem loquens, Chaldæorum deiectionem præ-
nunciat, loquens de futuro tunc inſtàr præteriti. [Adduxiſti diem conſolationis,] id eſt, tempus de-
ſtructionis Babylonis adduces, de qua gauiſi ſunt boni Iudæi zelo iuſtitiæ congratulando æquita-
ti diuinæ, & quia per hoc à priſtina captiuitate eruebantur, atque ad propria redire per Cyrum li-

centiati fuerunt.[& fient ſimiles mei.] i. ſic vaſtabũtur Chaldæi à Medis ac Perſis, ſicut nunc vaſtor
ab eis.[Ingrediatur omne malum eorum coram te.] i. peccata eorum à te ad puniendum adſpician-
tur.[& vindemia eos] i. de ſuis vrbibus amputa, ſicut vuę amputantur à vinea.[ſicut vindemiâſti me
propter iniquitates meas.] Iſtud non rancore aut vltionis affectu, ſed amore iuſtitiæ petitur, & item
vt impij in pſenti corrigantur, quatenùs poſteà meliùs habeant. Atq; ob id, nè bonum commune &
cultum diuinitatis valeant impedire, iuxta quem ſenſum Nehemias cõtra Samaritanos expetit: De-
Nehe. 4. us noſter, conuerte opprobrium ſuper caput ipſorum, nè operias iniquitatem eorum, & peccata eo-
rum coram facie tua non deleant, quia irriſerunt ædificantes.[Multi enim gemitus mei, & cor meũ
mœrens.] Ideò conſolationem requiro, & vindemiatam me aſſero.

¶ *Elucidatio allegorica eiuſdem capituli I.* *Articulus* 2.

ECcleſia militans, ciuitas appellatur, de qua fertur in pſalmo 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas
Dei. Ad Hebræos quoq; 12. Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis. Et item in
Matth. 5. euangelio: Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Quemadmodùm ergò terrenã illam
Hieruſalem, eiusq; populi ruinam, immò & vitia Ieremias deplanxit: ità militantis Eccleſiæ aduer-
ſitates, vaſtationes, ſciſſuras, peccata, atque multiplicem lapſum doloroſa mente deplangere debet
omnis deuotus. Nec ſolùm Eccleſiam in communi, ſed & particulares Eccleſias ſeu congregationes
fidelium debet deflere. Conſiderans igitur verus Chriſticola, præſertim prælatus, prædicator, ſeu
doctor, vel religioſus, calamitates, tentationes, perſecutiones Eccleſiæ, potiſſimè autem iuſtorum,
dicat ex animo: Quomodò ſedet ſola, i. priſtinis deuotis & ſanctis perſonis, quæ aliquandò in Ec-
cleſia abundabant, priuata ciuitas, i. Eccleſia, de qua ad literam loquitur Iſaias viceſimoſexto: Vrbs
fortitudinis noſtrę Sion, Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Quam in vltima ſua obſcuriſ-
ſima viſione deſcribit myſtico ſermone Ezechiel cap. quadrageſimo. Plena populo, i. aliquãdò ho-
minibus rationabiliter ſe habentibus repleta: nunc autem carnalibus copioſa, qui inſtàr brutorum
concupiſcentias aſſequuntur, paſſionibusq; vincuntur. Deniq; iam multa regna à fide Chriſti auer-
ſa ſunt, ità quòd in regionibus, vbì olim fuit Eccleſia populo plena, ſedet nunc ſola: quod valdè de-
flendum eſt, potiſſimè quantùm ad terram ſanctam. De qualibet etiam ciuitate & congregatione,
vbì aliquãdò deuotio viguit, & modò refriguit, iſtud flebile dici poteſt. Quemadmodùm autem in
ciuitate terrena ſunt nobiles & ignobiles, iuſti & fures: ità in Eccleſia ſunt fideles cæleſtes, & ad ſen-
ſibilia iſta depreſſi, electi ac reprobi. Et ſicut qui ſedet, partìm erigitur, & partìm deprimitur: ità Ec-
cleſia quo ad virtuoſos, ad cæleſtia eleuatur: quo ad carnales, ad infima declinatur. Sed & electi ac
boni, quantùm ad ſuperiorem animæ partem, ad ſuperna ſe erigunt: nihilominùs quantùm ad infe-
Rom. 7. riorem ſenſitiuamq; partem, frequenter ad inferiora trahuntur, dicente Apoſtolo ad Romanos:
Ego ipſe mẽte ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati. Facta eſt quaſi vidua, i. à ſponſo cæleſti vni-
genito Dei Ieſu Chriſto, ad tempus ſeu partìm relicta. Domina gentium, i. Eccleſia cui omnes nati-
ones ad fidem conuerſæ, obedire tenentur, & qui iſtud renuunt, pereunt. Ideò Iſaiæ 60. dicitur ei:
Gens & regnum quod non ſeruierit tibi, peribit. Micheæ 5. Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tu-
os, & omnes inimici tui peribunt. Præterea tempore Caroli Magni & quorundam principũ Chri-
ſtianorum, fideles multis gentibus præualuerunt, & dominati fuerunt. Quanuìs autem Eccleſia in-
Mat. 28. terdùm ad tempus à Chriſto relinquitur, non tamen in toto nec ſemper, cùm ipſe teſtetur: Ego vo-
biſcum ſum cunctis diebus vſq; ad cõſummationem ſeculi. Princeps prouinciarum, i. Eccleſia prin-
cipatum aliquandò prouinciarum ſortita. Facta eſt ſub tributo, quod corporaliter verum eſt, quan-
tùm ad Chriſtianos inter gentiles ſub graui tributo degentes. Spiritualiter autem id agitur, dum
Chriſtiani vitijs ſeruiunt, & dæmonum iugo ſe ſubdunt, à quibus ad ipſorum voluntatem ſecũdùm
2. Ti. 2. Apoſtolum captiui tenentur: & quicquid eis dæmon ſuggerit, vel tentando requirit, ipſi conſentiẽ-
do aut operando, quaſi tributa quædam impietatisq; nũmos exoluunt. Plorans plorauit in nocte. In
nocte aduerſitatis & caligine tentationis, plorat Eccleſia tam ſua quàm aliorum peccata, deſiderio quoq;
felicitatis futuræ, & Chriſto pro ſe paſſo compatiendo. Sic in primitiua Eccleſia iuſti planxerũt mar-
Acto. 7. tyres ſanctos, & nimias perſecutiones iuſtorum à perfidis atque hæreticis, ſicut in Actibus de Ste-
Acto. 12. phano legitur: Curauerunt eum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. Petro quo-
què capto, oratio ſine intermiſſione fiebat ab Eccleſia ad Deum pro eo. Non vtiq; fiebant iſta dãno
cadentium, quorum beatitudini fuit congratulandum, ſed deſiderio recedentium, quorum præ-
ſentia fuit tam grata, fructuoſa, ac plurimis neceſſaria. Et lachrymæ eius in maxillis eius, ſicut Pau-
2. Cor. 2. lus fatetur: Scripſi, inquit, vobis per multas lachrymas. Itemque: Quis infirmatur, & ego non infir-
& 11. mor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? O quantùm luxit electorum Eccleſia, erumpente Arria-
norum aliorumque hæreſiarcharum errore ac rabie, quandò tot iugulabantur catholici, & tot
ſimplices inficiebantur? Nunc quoquè nonnè cordialiſſimè flendum eſt omni Eccleſiæ veraciter
Chriſti fideli, propter ſchiſma nunc præſens, & propter multarum religionum ruinam, potiſſi-

mè quoq; ob lapſum prælatorum Eccleſię? Inſupèr propter clericorũ, canonicorũ, ſacerdotũ carnalem
ac miſerabilem conuerſationem, immò communiter propter populi Chriſtiani multiplicẽ iniqui-
tatem, tamq; grauiſſimam ruinã ab illa perfectione virtutũ, in qua olim Chriſtianus populus gene-
raliter floruit, quandò & paſsìm tam multi cõuertebantur ad fidem. tunc enĩ Chriſtiani impleuerũt
illud primæ Petri: Conuerſationem veſtrã inter gentes habentes bonã, vt in eo quod detrectant de 1. Pet. 2.
vobis, tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deũ in die viſitati-
onis. Et rurſus: Sic eſt voluntas Dei, vt benefacientes, obmuteſcere faciatis imprudentum hominũ Ibidèm.
ignorantiam. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eam,
facti ſunt ei inimici. Eccleſia Chriſti omnes etiam aduerſarios diligit. Quod ergò nunc dicitur, tem-
pore perſecutionum contingebat Eccleſiæ ſiue electis fidelibus, quibus Chriſtus prædixit: Trademini Lucæ 21.
à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ me-
um. Multi quoq; nũc ſunt in Eccleſia falſi fratres ac ficti amici, à quibus iuſti vexantur & cõtemnun-
tur: ſed & tempore aduerſitatis aliqui aduerſantur Eccleſiæ, qui tempore proſperitatis videbantur
amici, Chriſto dicente: Inimici hominis, domeſtici eius. Hinc in Eccõ habetur: Si poſſides amicũ, Matth. 13.
in tentatione poſſide illum, & non facilè credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundùm tempus ſuũ, Ecci 6.
& non permanet in tempore tribulationis. Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinẽ ſer-
uitutis. Per Iudam, qui interpretatur confeſſio, deſignatur Eccleſia confitens Deo duplici confeſſi-
onẽ, videlicet laudis diuinę, de qua ait Saluator, Confiteor tibi pater: ac proprię culpę, de qua Iaco- Lucæ 10.
bus loquitur: Confitemini alterutrùm peccata veſtra. Itaq; primitiua Eccleſia à Iudęa migrauit ad Iacob. 5.
gentes propter afflictionem & ſeruitutem, quibus à perfidis opprimebatur Iudæis, & hæc bona fuit
migratio. Eſt quoq; Eccleſię mala migratio, dum propter ſua peccata deſinit eſſe in myſtico corpo-
re Chriſti, & incorporatur diabolo. Migrans de virtutibus ad peccata propter afflictionem pœniten-
tialem, & multitudinem ſeruitutis in obedientia præceptorum, quæ afflictio & ſeruitus, pigris, va-
nis ac reprobis tam duræ videntur, vt dent locum diabolo, & Babylonem (id eſt, vitiorum confuſi-
onem) introëant. Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Cùm enim Eccleſia Iudæam relin-
quens, inter gentiles habitare cœpiſſet, à tyrannis paganis grauiter cœpit vaſtari, occídi, diſpergi.
Cùm verò peccantes, à Chriſto ſeparantur, & corpori ſeu generationi reproborum miſcentur, pu-
tantes in ſeculo rebusq; terrenis inuenire quietem: falluntur, & ſæpè in aduerſa labuntur: quòd etſi
viciſsìm pacem carnalẽ vitioſamq; requiem habeant, veram tamẽ quietẽ in caducis rebus nequeunt
inuenire, Auguſtino teſtante: Dñe, creâſti nos propter te, & inquietũ eſt cor noſtrũ, donec quieſcat
in te. Præterea electos ſuos à ſe per vitiorũ itinera recedentes, Chriſtus frequẽter tot aduerſitatibus
viſitat, vt quaſi compellantur reuerti, quẽadmodùm loquitur per Oſee: Sepiam viã tuam ſpinis. Tũc Oſeæ 2.
electus inter gentes, i. malos Chriſtianos, gentiliter, non Chriſtiformiter, cõuerſantes, quietem non
inuenit, immò ad Saluatorẽ cõuertitur. Rurſus cùm ciuitas vel regio Chriſtiana corporaliter capti-
uatur atq; transfertur, hæc de ipſa congruenter dicuntur: Oẽs perſecutores eius, i. tyranni, hæretici,
ſchiſmatici, falſi fratres, & homines paſſionati, appræhenderunt eam inter anguſtias, i. in vitæ pſen-
tis preſſuris. quod & de inuiſibilibus hoſtibus verificatur, qui infatigabiliter perſequuntur Eccleſiã,
plurimosq; fidelium inter anguſtias tentationum appræhendunt, vincunt & capiunt. Viæ Sion lu-
gent, eò quòd non ſint qui veniant ad ſolennitatem. Hoc iuxta expoſitionem præhabitam, metaphoricè
dici poteſt, quandò ad feſta Eccleſiæ negligunt Chriſtiani venire, vel materiales Eccleſiæ hincindè
destructæ ſunt. Spiritaliùs autem viæ Sion, i. præcepta Eccleſię, quę ſunt ſemitę pulchrę & arctę. lu-
gent, i. materiam flendi virtuoſis hominibus præbent, eò quòd non ſint qui veniant ad ſolennitatem, i.
celebritates ab Eccleſia inſtitutas ritè obſeruent, vel qui ad triumphantis Eccleſiæ ſolennitatẽ feſti-
nent. Pauci nanq; per vias ſalutis incedũt. viæ quoq; boni ſunt prælati ac prædicatores, & cęteri alijs ex-
emplares, per quos cęteri, quaſi per vias & media ducunt ac tendunt ad patriã, qui lugẽt, ſubditorũ
ac proximorũ negligentias cõſiderando. Oẽs portæ eius deſtructæ. portę Eccleſiæ ſunt virtutes, qui-
bus intrãt ad patriã, quæ nec peccata deſtruunt. portę quoq; Eccleſię ſunt ipſi Apoſtoli, qui in viſio- Apoc. 21.
ne Ioannis ac Ezechielis per duodecim portas ciuitatis ſignantur, & ipſi martyriũ ſuſtinendo cor- Ezech. 40.
pore deſtructi fuerunt. Et iam heu in plurimis locis ac regnis ciuitates & portæ materiales Chriſtia- & 43.
norũ, propter eorũ peccata à perfidis ſunt deſtructæ. Sacerdotes eius gementes, ob tanta aduerſa, &
propter ſua & aliorum peccata. veruntñ proh dolor multi ſunt nunc in Eccleſia ſacerdotes, tempo-
ralia & terrena magìs quàm æterna atq; cæleſtia diligentes, qui exteriora & corporalia damna potiùs quàm
ſpiritualia ac æterna diſpendia ſiue incommoda deflent, quorum obturatus eſt oculus, mensq; den-
ſiſſimis tenebris inuoluta, quia nõ erigunt oculos ſuos in cælum, nec recordantur iuſti iudicij Dei,
cuius manus horribiliter incident. Virgines eius ſqualidæ, i. tempore perſecutionũ multæ ſanctiſſi-
ſimæ virgines pro fide, carceris ſqualore, fame, ac cæteris afflictionibus ſunt affectæ. ſpiritualiter ve-
rò ſunt virgines, quæ fide, ſpe, charitate ſpõſo cæleſti adhærẽt: ſic enĩ tota Eccleſia virgo vocatur, cùm

ei integra mente inhæret, & iſtę carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs crucifigendo ac mace-
Pſal. 33. rando, ſqualidæ fiunt, in q̄bus pallor & macies ſunt ſigna amoris. Et ipſa oppreſſa amaritudine. mul
2. Cor. 1. tæ em̃ tribulationes iuſtorũ. Et Paulus: Supra modùm, inquit, grauati ſumus, ità vt tæderet nos etiã
viuere, quibus & Chriſtus loquitur Ioan. 16. In mundo preſſuram habebitis. Deniq; viri ſancti gra-
uiùs dolent, atq; amariùs affliguntur ꝓpter mala culpæ ſuæ ac proximorum, q̄ propter mala pœnæ
ſuæ ac illorũ: tum quia Deũ plùs diligunt q̄ alia vniuerſa, ideò de eius inhonoratiõe, offenſa ſiue in-
iuria maximè dolent: tum quia malum culpæ incõparabiliter peius eſt malo pœnæ, quod ſolùm pœ
na cõſiſtit, vndè & zelus iuſtitiæ iſtud requirit. Facti ſunt hoſtes eius in capite. Hoc fit, dum tentatio-
nibus dęmonũ Chriſtiani conſentiunt, dum mundi vanitatibus & proprijs paſſionibus acquieſcũt:
item dum iuſti ab impijs conculcantur, vel mali Chriſtiani exigentibus ſuis peccatis, ab inimicis ſu-
is ſeu paganis vincuntur. Inimici eius locupletati ſunt, quia Dñs loquutus eſt ſuper eam, ꝓpter mul-
titudinem iniquitatis ſuæ, locupletari ſe arbitrantur diaboli, dum grandem prædã diripiunt, i. mul-
tos ſupplantant ac poſſident, ad inferosq́; deducunt. ſic & viſibiles hoſtes, bona Eccleſię inuadẽdo
ditantur. ſic aũt ab hoſtibus his Deus fideles vaſtari propter eorum exceſſus permittit. Paruuli, i. in-
feriores, ducti ſunt in captiuitatem ſpiritualem ſeu corporalem. Ante faciem tribulantis, i. dęmonis
tentantis, vel ad infernum trahentis, ſeu hominis perſequentis. ſuperiores aũt, ſunt frequenter cau-
Hebr. 12. ſæ ruinæ infimorum. Et egreſſus eſt à filia Sion, i. ab Eccleſia, de qua ait Apoſtolus: Acceſſiſtis ad mõ-
tem Sion. Omnis decor eius, i. ſpiritalis iſta ſpecioſitas diuerſorum chariſmatum ſpiritûſſancti in do
nis gratię gratum facientis & gratiæ gratìs datę, quibus olim multiformiter ornabatur Eccleſia, ſicut
1. Cor. 12. Apoſtolus ſcribit: Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientię, &c. Hæc ornamẽta amiſit Eccleſia per ne-
gligentiam ſuam & impugnationem diaboli, carnis ac mundi. Facti ſunt principes eius velut arietes
non inuenientes paſcua. Arietes Eccleſię, ſunt principes & p̃lati, quorum eſt oues dñicas alere, p̃ce-
dere, cuſtodire: qui nunc ſimiles facti ſunt arietibus non inuenientibus paſcua, qm̃ ſpiritualiter ma
cri & inopes ſunt, pane vitæ & intellectûs, & aqua ſapientiæ ſalutaris carentes. Et abiêrunt, receden-
Eccĩ 15. do à Deo ac via iuſtitiæ, imitandoq́; carnales affectus, abſq; fortitudine gratię ac virtutum, cùm di-
Hebr. 13. cat Apoſtolus: Optimum eſt gratia ſtabiliri cor. Ante faciem ſubſequentis, i. dęmonis eos ad vitia
impellentis ſeu inſtigantis, cuius etiam tentationes frequenter præueniunt, & ipſi ſibijpſis dęmones
ſunt, ex propria malignitate ſe prouocantes ad peſſima. Et recordata eſt Hieruſalem, i. Eccleſia. Die-
rũm afflictionis ſuę, i. tentationis & perſecutionis ſeu contriſtationis. Et præuaricationis, contra Eu-
angelicam legem. Et om̃ium deſiderabilium ſuorum, i. ineffabilium beneficiorum Chriſti in ſacra-
mentis, donis, gratijs atq; virtutibus, potiſſimè in ſacramẽto altaris, in quo benefactor noſter donat
ſeipſum. Quæ habuerat à diebus antiquis, i. à tempore apoſtolorũ. Cùm caderet populus eius in ma-
nu hoſtili, & non eſſet auxiliator: quia tunc ſancti à tyrannis nullo reſiſtente trucidabantur. vel re-
cordata eſt horum nunc, cùm caderet populus eius in manu hoſtili, i. cùm videret filios ſuos ab inui-
ſibilibus hoſtibus tam grauiter ſupplantari, vndè ad memoriam reuocat q̄ fortiter conſueuerunt fi-
deles hoſtibus ſuæ ſalutis reniti ac dominari, iuxta quod ſcriptum eſt Pſal. 90. Cadent à latere tuo
mille, & decem millia à dextris tuis. & non eſſet auxiliator, immò qui ſe mutuò iuuare deberent in
conflictu præfato, ſe inuicèm ſcandalizant, impediuntq́; à ſalute. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt
ſabbata eius. etem̃ inuiſibiles hoſtes, videntes Chriſtianos diebus feſtis à ſeruilibus operibus, non à
peccatis, ceſſare, immò tunc multo plùs inaniter agere, ſolennitates eorum & eos derident: quod
etiam infideles facerent, ſi inſanias Chriſtianorum diebus ſolennibus contingentes, conſpicerent.
Peccatum peccauit Hieruſalem, i. Eccleſia nimìs multa peccata incurrit. ponitur em̃ ſingulare loco
pluralis. Propterea inſtabilis facta eſt. nam ideò terram ſanctã & Dñi ſui ſepulcrũ amiſit: hinc etiam
corde fit vaga, nec in Deo permanet fixa. Quemadmodùm em̃ gratia mentẽ in Deo figit ac roborat,
ſic culpa eam vagam ac debilem reddit. vndè paſſionati ac vitioſi, vndiq; animo diffunduntur, nec
aliquid diuinorum ſtabiliter exequuntur: citò mouentur, turbantur, leuiter exhilarantur, & contri-
ſtantur, omniq́; vento paſſionũ faciliter agitantur. Porrò iuſti & animo reformati, inter proſpera &
aduerſa ſtabiles perſeuerant, Deo ſublimi & benedicto forti mente intendũt, à medio rationis non
Prou. 10. flectuntur. Propter quod in Prouer. lib. legitur: Iuſtus quaſi fundamentum æternum, impius quaſi
Iob 11. tempeſtas tranſiens. In Iob quoq;: Si iniquitatem abſtuleris, leuare poteris faciem tuã, & eris ſtabilis,
1. Reg. 1. nec timebis. Hinc de Anna ſcriptũ eſt 1. Reg. Vultus eius nõ ſunt ampliùs in diuerſa mutati. Om̃es
qui glorificabãt eã, ſpreuerũt eam: hoc eſt quod iã diſſeruit, oẽs amici eius ſpreuerunt eam, facti ſunt
ei inimici. Sordes eius in pedibus eius. Pedes Eccleſiæ, quandoq; p̄dicatores vocantur, vndiq; verbũ
Dñi circunferentes, qui dũ non viuunt vt p̄dicant, dupliciter prorſus ſordeſcunt ac inquinañ. Rur-
ſus pedes Eccleſię, q̄ myſticũ Chriſti corpus eſt, ſunt coniugati aut ſeculares, quemadmodùm reli-
gioſi ac contemplatiui, quaſi oculi ſunt in corpore iſto Eccleſiæ. Coniugati aũt & ſeculares, tractan-
do terrena plurìes maculantur. Spiritaliter quoq; pedes Eccleſiæ fideliſq́; animæ, ſunt eius affecti-
ones

ones, q̄bus potiſſimè ad cælũ vel inferos pergit. Sordes ergò Eccleſię in pedibus eius, qm̃ ratio cul-
pæ p̃ſertim in interiori cõſiſtit affectu, nec opera mala cenſeñ, niſi ex interiori corruptione affectûs
ac mentis. Cùm ergò Eccleſia iſta temporalia, vana ac vilia quærit ac diligit, pedes eius ſordidiſſimi
ſunt, de q̄bus ait ſponſa in Canticis: Laui pedes meos, quomodò inquinabo eos? Nec eſt recordata Cant. 5.
finis ſui, ob quẽ à Chriſto creata atq; redempta eſt, vt ſ. cõtemptis terrenis, & cunctis creatis tranſcẽ-
ſis, Deo inhæreat ac vacet, vniatur, fruatur. qui aũt hunc finem & cętera ſua nouiſſima ſagaciter in-
tuetur, à vitijs abſtinebit, iuxta illud Eccĩ: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in Eccĩ 7.
æternum nõ peccabis. verùm multi ſunt hęc paruipendentes, & corã Deo ſtultiſſimi, de q̄bus Salo- Eccẽs 1.
mon inquit: Stultorũ infinitus eſt numerus. Moſes quoq; in Deut. Gens abſq; cõſilio eſt & ſine pru- Deut. 23.
dentia: vtinàm ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima ꝓuiderent. Depoſita eſt vehementer, i. ad ma-
gnam ruinam venit Eccleſia, & ab honorabiliſſimo illo ſtatu virtutũ, in quo fuit aliquãdò, nimìs de-
fecit. Nõ habens conſolatorẽ, ſicut iam dictum eſt, Nõ eſt qui cõſoletur eam ex om̃ibus charis eius.
ſed inter hæc rediens ad ſeipſam, Dñm deprecatur: Vide Dñe afflictionẽ meam, i. dolorem quo pec-
cata mea deplango, accepta, & ab aduerſis me libera. Qm̃ erectus eſt inimicus meæ ſalutis aduerſùm
me. Manum ſuam miſit hoſtis ad om̃ia deſiderabilia eius. diabolus nanq; Eccleſiam om̃ibus virtu-
tũ & gratiæ diuitijs, precioſiſſimis ornamentis, nititur ſpoliare, idq́; in pluribus fecit. Quia vidit gen-
tes ingreſſas ſanctuarium tuũ, de q̄bus pręceperas, nè intrarent in Eccleſiam tuam. Per gentes intelli-
gi dæmones poſſunt, cùm de diabolo Chriſtus in Euangelio dicat: Inimicus homo hoc fecit. iſtos Matth. 13.
cernit Eccleſia intrâſſe ſanctuarium Dei, i. corda eorum quæ fuerant Chriſto dedicata, iuſſitq́; Deus
nè fideles darent eis ingreſſum, dicẽte Paulo ad Ephe. 4. Nolite locum dare diabolo. Iacobo quoq;, Iacob. 4.
Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Vel gentes ſunt impij Chriſtiani, qui ſanctuarium Dei ingrediũ-
tur, quandò deuotis qui verè ſunt templum ſpiritûſſancti, ſe miſcent vt eos ſubuertant, quod De-
us prohibuit, quod contra hęreticos atq; ſchiſmaticos maximè dicitur, immò contra omnes qui
ſcandalizant puſillos. Omnis populus eius gemens, & quærens panem. dederũt precioſa quæq; pro
cibo ad refocillandam animam. Populus Eccleſiæ, qui olim auida mente ſpiritualia alimenta & panẽ
cæleſtem petiuit à Deo, & propter virtutum defectum ingemuit, charitate diuina ſuccenſus, nũc po-
tiùs quærit panem terrenũ & carnales delicias, dantq́; precioſa pro iſtis, dum opera de genere bona,
propter terrena commoda faciunt, de quibus loquitur Chriſtus: Receperunt mercedem ſuã. & Apo Matth. 6.
ſtolus: Huiuſmodi nõ Chriſto, ſed ſuo ventri deſeruiunt. Nuncq́; impletur quod idem ſcribit: Oẽs Rom. 16.
quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Itaq; quicunq; ſpirituali præferunt corporale, precio- Philip. 2.
ſa dant pro cibo carnali, & recreantur in eo, qui in Deo delectari non nôrunt. Et eccè q̄ multi pro
beneficijs laborãt, ad tẽporale cõmodum magìs q̄ ad Dei cultũ adſpicientes: quod in his qui ad plu-
ra beneficia adſpirãt, facile eſt penſare, potiſſimè dum ſimplici victui atq; veſtitui ſufficit vnũ. Vide
Dñe & cõſidera, qm̃ facta ſum vilis, i. à dęmonibus ſuperata, peccatis ſeducta, paſſionibus victa, quod
prorſus viliſſimũ eſt. & vt nihil nobilius, q̄ Deũ glorioſum & ſanctũ amare ac venerari, cui ſeruire,
regnare: ſic vilius nihil, q̄ ipſum negligere, offendere, inhonorare. Hinc peccator deciès milliès vili-
or atq; deterior eſt iumento. Ab his vilitatibus petit ſaluari Eccleſia: O vos oẽs qui tranſitis per viam,
attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Maximus nanq; eſt dolor Eccleſię, potiſſimè ꝓpter
inundantiam iniquitatũ, q̄bus replentur credentes, & q̄a in om̃i penè ſtatu & gradu inueniuntur di-
uerſi lapſus, defectus, exceſſus, & quia tã multi quotidiè pereunt, Deumq́; tam dirè offendunt. Item
ꝓpter perſecutiones iuſtorũ, tentationes infirmorũ, ſcandala puſillorũ. Iſtud quoq; dici poteſt in ꝑ-
ſona Chriſti in cruce pendentis, cuius fuit acerbiſſimus dolor: vndè nos admonet, vt quãta pro no-
bis paſſus ſit intueamur, cõpatiamur, & imitemur, tollentes crucẽ noſtrã quotidiè. Qm̃ vindemia-
uit me, vt locutus eſt Dñs, i. affligi, tentari, vinci ꝑmiſit. In die iræ furoris ſui, i. tempore iuſtę vltionis.
Eccleſia nempe eſt vinea Dei, à qua quaſi tot botri per dæmones p̄ſcinduntur, quot credentes ruũt
ac cõdemnantur. De excelſo miſit ignem tribulationis in oſſibus meis, i. vſq; ad interiora fortioraq́;
mea. Et erudiuit me per aduerſa, ſecundùm illud Prouerb. Virga atq; correptio tribuet ſapientiam. Prou. 29.
Vel ignem, i. charitatis ardorẽ: miſit in oſſibus meis, i. virtutibus cæteris, quę niſi charitatis igne vi-
uificentur, informes & inefficaces redduntur, de quo igne Saluator teſtatur Lucæ 12. Ignẽ veni mit-
tere in terrã. Oſſa quoq; ſunt ſancti Apoſtoli, q̄bus in igneis linguis miſſus eſt ſpiritusſanctus, & fer-
uor amoris in die pentecoſtes, tuncq́; per eos Deus erudiuit Eccleſiã. Expandit rete pedibus meis.
In medio em̃ laqueorũ nunc ambulamus, & varijs modis Deus ſuos exercet, atq; vt in lib. Sapientię Sap. 14.
legitur: Creaturæ Dei factæ ſunt in tentationem animæ hoĩm, & in muſcipulã pedibus inſipienti-
um. Rete quoq; aduerſitas eſt, qua Deus multos ad viam ſalutis reducit. Poſuit me deſolatam, tota
die mœrore confectam, propter cauſas prædictas. Deniq; etiam iuſtis interdùm conſolatio diuina
ſubtrahitur, & grauiter affliguntur, ità vt ſint eis lachrymæ ſuæ panes die ac nocte. Vigilauit iu- Pſal. 41.
gum iniquitatum mearum in manu eius &c. Iſtud ſecundùm expoſitionem præhabitam Eccleſiæ
con-

conuenit,quam Deus ob ſua peccata aduerſitatibus ſubijcit,tentari, & de vno peccato in aliud gra-
uius labi,permittit.Præthereà eſt iugum legis diuinę, de quo admonet Chriſtus Matthæi 11.Tollite
Eccí 40. iugum meum ſuper vos: & eſt iugum pœnæ, de quo in Eccõ fertur, Graue iugum ſuper omnes fili-
os Adæ: eſt & iugum culpę,de quo nunc ſermo, & de vtroq; hoc iugo accipi poteſt, quod loquitur
Iſaiæ 11. Iſaias:Putreſcet iugum à facie olei. à diuinæ enim pietatis adſpectu pœna & culpa tolluntur. Infir-
mata eſt virtus mea,i.gratiæ fortitudo ſeu virtus infuſa,quę per mortale aufertur,per venialia debi-
litatur. tempore quoq; perſecutionum,quorundam conſtantia infirmabatur. Vndè habetur in Pſal
Pſal. 67. mo:Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu verò perfeciſti eam.
Dedit me Dominus in manu tentatorum, de qua non potero ſurgere propria poteſtate. qui enim
tentationi ſuccumbit, niſi miſericorditer præueniatur à Deo, non emendatur. Inſupèr manus ty-
rannorum primitiua Eccleſia propria virtute nequaquàm ferre quiuiſſet, nec de tantis perſecutio-
nibus ad tantam fidelium multiplicationem veniſſet, niſi maximo Dei auxilio. Abſtulit Dominus
omnes magnificos meos de medio meí. Hoc dicere potuit Eccleſia, quandò apoſtoli & alij ſancti
epiſcopi ac prædicatores euangelicæ legis paſsìm trucidabãtur: nunc quoquè doloroſiùs id dicere
debet, propter idoneorum prælatorum principumq́ue iuſtorum defectum. Vocauit aduerſùm me
tempus,vt conterat electos meos,id eſt, tribulari permittit, aut iuſtè damnari eos, qui cæteris emi-
Pſal. 140. nentiores videntur,de qualibus fertur in Pſalmo: Non communicabo cum electis eorum. Torcu-
lar calcauit Dominus virgini filię Iuda,i. Eccleſiæ ſecundùm expoſitionem præcedẽtis articuli.My-
ſticè autem Dominus Chriſtus calcauit torcular,.i. ſua paſſione mortem deſtruxit ac vicit. Virgini
Iſaiæ 36. filiæ Iuda,id eſt,ad profectum Eccleſię, ſecundùm quod in Iſaia profitetur: Torcular calcaui ſolus.
Apoc.19. de quo in Apocalypſi ſcribitur: Indutus erat veſte adſperſa ſanguine, & ipſe calcat torcular vini fu-
roris iræ Dei omnipotentis. Idcircò * ego Eccleſia * plorans,conſiderando defectum bonorum pa
ſtorum,& Chriſti paſſionibus condolendo.Quia longè factus eſt à me conſolator conuertens ani-
mam meam, id eſt, Chriſtus quantùm ad hoc, quòd idoneos pręlatos mihi non pręſtitit. vndè &
Lucæ 10. ipſemet ait: Rogate Dominum meſſis,vt mittat operarios in meſſem ſuam. Facti ſunt filij mei perdi-
ti. defectus quippe rectorum, cauſa eſt periclitationis filiorum Eccleſię. Quoniam inualuit inimi-
cus diabolus,qui poſtquàm deiecit paſtores,deuorauit & oues.Expandit Sion,id eſt,Eccleſia Deum
fide ſpeculans: manus ſuas,quærendo ſuccurſum. Non eſt qui conſoletur eam, conſolatione perfe-
cta,niſi ipſemet Deus,qui ſolus poteſt conferre quo Eccleſia eget.Mandauit Dominus aduerſùm Ia-
cob,id eſt,populum Chriſtianum vitia ſupplantantem.Iacob ſiquidem interpretatur ſupplantator.
In circuitu eius hoſtes eius: quod fit, dum ordinatione ſeu permiſſione diuina fideles ab inuiſibili-
bus ac viſibilibus hoſtibus multipliciter infeſtantur. Facta eſt Hieruſalem, id eſt, Eccleſia in qua eſt
viſio pacis, ſicut interpretatur Hieruſalem, quaſi polluta menſtruis inter eos, id eſt, aſpernata & ir-
reuerenter tractata: quia vt Salomon proteſtatur Prouerb. 29.Viri ſanguinum oderunt ſimplicem,
& impij abominantur iuſtum. Præthereà quandò Eccleſia tentationibus acquieſcit, cum dęmonibus
fornicatur, & quaſi menſtruis ſpiritualibus inquinatur: ſimiliter omnis anima Chriſtiana. & quia
hæc mala pro ſuis peccatis ſuffert Eccleſia, ſubditur: Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracundiam
1.Cor.4. prouocauit. deindè Eccleſia ait: Audite obſecro vniuerſi populi dolorem meum, virgines meæ &
iuuenes mei abiêrunt in captiuitatem, peccati atque diaboli concupiſcentijs adhęrendo, vanæ glo-
riæ conſentiendo,à priſtina innocentia decidendo. Iuuenes autem & virgines ad mala iſta procli-
ues ſunt.Vocaui amicos meos, carnales & ſimulatos, de quibus prędictum eſt: Et ipſi deceperunt
me. tales enim conſulunt ea, quæ mundi ſunt, ſcilicet diuitias, delicias & honores. Animalis enim
homo non percipit ea quæ Dei ſunt.Sacerdotes mei & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt. ſacerdo-
tes ac ſenes in vrbibus commorantes, dum carnaliter ac pueriliter viuunt, ordinem & ætatem di-
gnis moribus non ornantes,ſed iocis, ludis ac riſibus inſiſtentes, auaritiæ, acediæ, voluptati inten-
dentes,ſpiritualiter mortui ſunt & conſumpti. animę enim mors, culpa eſt, Chriſto dicente Matth.
8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.Quia quæſiêrunt cibum ſibi,id eſt, de corporali alimen-
to ſuperfluè ſolicitabantur, quum tamen dicat Saluator Matthæi 6. Nolite ſoliciti eſſe in craſti-
num.Vt refocillarent animas ſuas delectatione carnali,quę ſpiritalem conſolationem experiri non
promerentur. Vide Domine quoniam tribulor, conſiderando mala culpæ in pręfatis fidelium gra-
dibus.Conturbatus eſt venter meus.Cùm tota Eccleſia vnum myſticum corpus vocetur, venter ei-
us dici poſſunt, qui mediocris ſunt conditionis & in proficientium ſtatu locati, qui cùm nondùm
perfecti ſint, ſæpiùs conturbantur ex varijs proficiendi obſtaculis, occurrentibusq́ue aduerſis.
Subuerſum eſt cor meum in memetipſa. Nomine cordis, quo reliqua membra viuificantur ſeu
gubernantur, rectores atque doctores intelliguntur,qui ſi virtuoſi conſiſtant, alijs tam cordialiter
compatiuntur & mala eorũ ſic deflent,vt cor eorum penè deficiat,& quid facere debeant vix agno-
ſcant.Si autem carnales negligenteſq́ue fuerint, ſubuertitur cor eorum ſenſualitatem ſequendo, &
car-

carni,cui dñari debuerant, obediendo, quẽadmodùm Daniel ait ſeni presbytero: Concupiſcentia Dani. 13.
ſubuertit cor tuũ.Qm̃ amaritudine plena ſum,i.varijs afflictionibus ex charitate atq; iuſtitia proflu-
entibus,ſicut iam dictũ eſt.Eſt aũt & mala amaritudo,de qua ait Apoſtolus ad Ephe. Om̃is amaritu- Ephe. 4.
do,& ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis. Qui hanc amaritudinem in ſe admittit, ſapientia
caret,iuxta illud Eccĩ:Non eſt ſenſus vbì abundat amaritudo.Foris interficit gladius,i. perſequutio Eccĩ 21.
manifeſta.Et domi mors ſimilis eſt,i.perſecutio latens:vel forìs interficit gladius,i.impugnatio mũ-
di, quæ nunc per proſpera, nunc per aduerſa, nunc per dulcia, nunc per amara nititur fideles à Dei
amore & æquitate auertere.Et hoc loco nomine mundi, mundani homines vanitateſq́; ſeculi deſi-
gnantur.Et domi mors ſimilis eſt,ſcilicet impugnatio hoſtis domeſtici, quæ eſt caro aduerſùs ſpiri-
tum concupiſcens,& animam aggrauans,iuxta illud ad Galatas 5. Caro concupiſcit aduerſùs ſpiri-
tum,& ſpiritus aduerſùs carnem:hęc enim ſibi inuicèm aduerſantur,vt non quęcunq; vultis, illa fa-
ciatis.Rurſus domi mors eſt, quandò in clauſtro ſiue collegio ſeu congregatione quacunq; fideliũ,
fratres inter ſe diſſonant & diſcordant, charitate & humilitate carentes, quibus clamat Apoſtolus: Galat. 5.
Quòd ſi inuicèm mordetis & comeditis,videte nè ab inuicèm conſumamini. Et ad Philip. Nihil,in- Philip. 2.
quit, agatis per contentionem, neq; per inanem gloriam, ſed per humilitatem ſuperiores ſibi inui-
cèm arbitrantes,non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes,ſed quæ aliorum. Audiêrunt q̃ ingemiſco
ego,omnes inimici mei audiêrunt malum meum,i.pœnas & culpas quibus ſubiaceo.Lætati ſunt qm̃
tu feciſti,effectiuè vel permiſſiuè. impij enim, potiſſimè dęmones, de aduerſitatibus bonorũ lætan-
tur:malorum autem pœnalium cauſa eſt Deus,iuxta illud Amos:Si erit malum in ciuitate quod Dñs Amos 3.
non fecit? Adduxiſti, i. adduces & partìm iàm adduxiſti. Diem conſolationis, i. tempus punitionis
aduerſariorum meorum.Et erunt ſimiles mei,qm̃ quicquid mali mihi intulerũt, redundabit in eos,
eruntq́; miſeri & afflicti,immò æternaliter damnabuntur. Hæc autem ſequẽtia verba profert Eccle-
ſia ex zelo iuſtitiæ,conformans ſe æquitati diuinæ,ſicut præcedenti dicebatur articulo. Iuſta autem
perditio ſiue punitio impiorum hoc modo eſt iuſtis materia gaudiorum, ſecundùm illud Pſal. Re- Pſal. 90.
tributionem peccatorum videbis.Et,Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam. In Iob quoq;: Vide- Pſal. 57.
bunt iuſti & lætabuntur,& innocens ſubſannabit eos. Ingrediatur omne malũ eorum coram te &c. Iob 22.
ſecundùm ſenſum in p̃cedenti articulo poſitũ. Multi eñ gemitus mei, quia multa aduerſa me pre-
munt,& penè innumerabiles habeo cauſas gemendi,dolendi,plangendi,qm̃ circundederũt me ma
la quorũ non eſt numerus,compꝛehenderunt me iniquitates meę. ideò pœnitens ꝯfitetur: Afflictus Pſal. 37.
ſum & humiliatus ſum nimìs, rugiebam à gemitu cordis mei. Et item: A voce gemitûs mei adhæſit Pſal. 101.
os meum carni meæ.Et ſanctus Iob: ait:Anteq̃ comedam ſuſpiro, & quaſi inundantis aquę ſic rugi- Iob 3.
tus mei.Et cor meum mœrens. conſtituti eñ ſumus in valle lachrymarum,in loco exilij,in terra pe
riculoſiſſimę peregrinationis. væ ergò filijs huius ſeculi qui gaudent cum mundo,& de loco plora-
tionis locum ſibi efficiunt voluptatis,quibus clamat Saluator: Væ vobis diuitibus qui nunc habetis Lucæ 6.
cõſolationem veſtram. væ vobis qui ridetis,quia plorabitis & flebitis. væ qui ſaturati eſtis, væ cùm
benedixerint vobis homines.Idcircò nunc procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui Pſal. 94.
fecit nos, tam propria quàm proximorum peccata & cętera Eccleſiæ mala.

¶ Explanatio eiuſdem cap. 1. tropologica. *Articulus* 3.

PEr Hieruſalem literaliter ſignificari vrbẽ illam regum Iſrael,allegoricè Eccleſiã militantẽ,ana-
gogicè Eccleſiã triumphantem,tropologicè animam viatricẽ fidelem ſeu Chriſtianã, omnibus
palàm eſt.Quomodò aũt anima ciuitas atq; Hieruſalẽ appelletur, in lib. de ſpiritu & anima pulchrè
docetur cùm dicitur:Nobilis creatura eſt anima.Ciuitas nanq; eſt Dei,de qua tã glorioſa dicta ſunt,
q̄ ad imaginem & ſimilitudinem Dei eſt facta.Hęc ciuitas,Hieruſalem meritò appellanda eſt, quia
ad fruendum viſione ſummę pacis creata eſt. Mens paradiſus eſt animę,in qua cùm cęleſtia medita-
tur, quaſi in paradiſo voluptatis delectatur.Domus etiam ſummi patrisfamiliâs eſt anima, propter
vnitatem atq; concordiam morum,ſponſa Chriſti per dilectionem,templum ſpiritûsſancti per ſan-
ctificationem.Igitur præſens capitulum ad animam referendo,homo deuotus animæ olim virtuo-
ſæ ruinam deplangens,ait:Quomodò ſedet ſola,i.qualiter ità depreſſa eſt,ac priſtinis intra ſe habi-
tantibus perfectionibus deſtituta?Ciuitas, i. anima Chriſtiana, in qua fuit & eſſe deberet affectio-
num quaſi ciuium ſuorum concordia ordinata,vt omnes diuino amori ſubijcerentur ac deſeruirẽt.
Plena populo,i. quę ante lapſum in vitia,fuit donis ſpiritûsſanctì ac virtutibus quaſi rationabilibus
entibus plena. qui enim vnam habet virtutem,habet omnes:& qui vnam perdit per peccatum mor-
tale,omnes amittere perhibetur, propter virtutum connexionem, præſertim quantùm ad eſſe ea-
rum formatum ac meritorium. quemadmodùm autem in ciuitatibus benè diſpoſitis ſunt ſapien-
tes ad conſulendum,milites ad propugnandum,artifices ad miniſtrandum, ità in anima quæ ſpiri-
tualiter ciuitas dicitur, ciues ſunt naturales atque ingenitæ eis vires, earumq́ue habitus & actus,
quarum triplex eſt gradus. Nam quædam ſunt ſupremæ ac intellectuales, aliæ mediæ ac rationa-
les,

les,tertię aũt inferiores ac animales. Animales ſeu ſenſuales ſunt circa ſenſibilia,rationales verò de-
ſtruunt diſcretionisq́; oculo deſpiciunt illa, intellectuales ꝓtrahunt ad diuina. Intellectuales itaq;
Eccés 12. vigores ſunt tanq̃ conſiliarij animæ,dicentes: Deum time,& mandata eius obſerua. Rationales ſunt
tanq̃ milites animæ,qui hoſtiles concupiſcentias impugnant per arma iuſtitiæ. Animales ſunt tanq̃
ruſtici & artifices,qui corporalibus rudimentis inſiſtunt,& corpori neceſſaria miniſtrãt. Vndè cùm
vires hæ donis gratiæ atq; virtutibus perficiuntur,actusq́; debitos ordinatè ꝓſequuntur, anima ſeu
ciuitas iſta plena eſt populo. murus verò ciuitatis iſtius,dici poteſt angelica cuſtodia. Facta eſt quaſi
vidua,amittendo ſponſum cæleſtem,cui erat per charitatem & fidem formatam deſponſata,iuxta il
Oſeæ 2. lud Oſeæ: Sponſabo te mihi in fide. Omnis aũt anima, vel Chriſti eſt ſponſa, vel diaboli adultera.
Mente eñ ad ſummum atq; incommutabile bonum virtuoſè ac gratioſè conuerſa,ſponſa eſt Chri-
ſti: mente verò ad caduca iſta terrena ac vana conuerſa,diaboli extat adultera. Nihilo minùs anima
talis dicitur quaſi virgo magìs q̃ vidua,quia ſponſus & vir eius non eſt mortuus: immò pœnitentem
ac redeuntem amplecti paratus eſt,& quod clementiùs ſonat, etiam auerſam ac fornicantem ad re-
deundum inuitat dicendo: Tu fornicata es cum amatoribus multis, tñ reuertere ad me. Dña gentiũ:
anima nempe quandiù ſuo animo,carni, mundo ac dæmoni per Dei gratiam præualet, dña eſt oĩm
qui carnaliter ſiue gentiliter conuerſantur. ſicq́; princeps prouinciarum,quarũ conuerſatio eſt ter-
rena,facta eſt ſub tributo,dando in ſe locum diabolo,cui tanq̃ crudeliſſimo principi famulatur: ſol-
uitq́; tributũ,agendo quod ipſe tentando requirit. Plorans plorauit in nocte,i. ex ſubtractione con-
ſolationis diuinæ,& propter carentiã perfectionis ac gratiæ priſtinæ,quandò videlicet à ſpiritu ſan-
cto miſericorditer præuenitur,ac tangitur ad pœnitendum. Et lachrymæ eius in maxillis eius,i. in-
teriori facie ſeu conſcientia, dũ cordialiter dolet, ꝙ vnq̃ cæleſtem ſponſum offendit, & eo abiecto
dæmonibus ſe coniunxit. Nõ eſt qui conſoletur eam ex oĩbus charis eius. Cùm eñ luctus iſte ſa-
lubris ſit,expedit ei manere in eo: idcircò nec Deus,nec angeli ſtatìm conſolationẽ adducũt. Vel nõ
eſt,qui cõſoletur eam ex oĩbus charis eius,quos tẽpore ſuæ tranſgreſſionis dilexit: ſuntq́; carna-
les & mundani affectus,diabolici cogitatus, impurę delectationes,q̃ oĩa pœnitenti animę dolorẽ
augent,non minuũt. Oĩes amici eius ſpreuerunt eã,quãdò videlicet dæmonũ tentamentis cõſen-
ſit,atq; à Deo auerſa, fœdus ꝑcuſſit cum morte, vitia q̇bus quotidiè necabatur,amplectẽs. Tunc eñ
aſpernabilis fit Deo & angelis ſanctis. Et facti ſunt ei inimici, ſicut de Deo ait Pſal. Odiſti oĩes qui
Pſal. 5. operantͬ iniquitatẽ. Et rurſus: Virum ſanguinũ & doloſum abominabitͬ Dñs. Migrauit Iudas, i. anima
cõfitens Deo,à via virtutũ receſſit,redijtq́; ad vitam mundanã. Propter afflictionẽ,i. aſperitatẽ quam
ſenſit in Dei obſequio. Et multitudinẽ ſeruitutis,latriæ. Cùm eñ virtus ſit circa ardua,incipientibus
& imperfectis interdùm laborioſum eſt,priſtinis libertatibus,vanitatibus,delectationibusq́; carere,
Galat. 3. & ſemper ſub iugo diuinæ legis manere. Idcircò animę q̃dam à bono inchoato deſiſtunt,& quũ ſpi-
Matth. 11. ritu cœperint,carne conſummantur,non attendentes ꝙ regnum cælorũ vim patitur, & violenti ra-
Pſal. 16. piunt illud: ꝙ item fatetur Pſalmiſta, Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Hoc
contra eos,qui nunc volunt gaudere cum ſeculo,& pòſt regnare cum Chriſto. Habitauit inter gen
Ephe. 5. tes,i. carnalium hominum conuerſationi ſe miſcuit,cùm tamen dicat Apoſtolus: Nolite communi-
care operibus infructuoſis eorum,magìs autem redarguite. Nec inuenit requiem, veram ac plenam
Lucæ 8. inter iſtos,vel in rebus caducis. Immò diuitiæ ſeculi, à Chriſto ſpinæ vocantur. Vndè in Eccleſiaſte
Eccss 2. habetur: Homini bono dedit Deus ſapientiam & lætitiam,peccatori aũt afflictionẽ & curam ſuper-
Iob 15. fluam. In Iob quoq; legitur: Sonitus terroris ſemper in auribus impij,& cùm pax ſit, ille inſidias ſu-
ſpicatur. Porrò nihil quietius,q̃ vniuerſis quæ mundi ſunt ſpretis,pura mẽte Dèo vacare. Oĩes per-
ſecutores eius,inuiſibiles hoſtes,mundus & propria caro. Apprę henderunt,i. multipliciter vulnera-
uerunt,atq; in legem peccati captiuam duxerunt eam inter anguſtias,i. impugnationũ inſtantias. Ab
his nanq; anima omni hora grauiſſimè læditur,cùm fuerit donis gratiæ ſpoliata. Viæ Sion lugent,i.
anima q̃ ſpeculando diuina,eſt Sion,cuius viæ,i. virtutes, potiſſimè charitas & miſericordia, lugent,
Pſal. 75. Eô ꝙ non ſint qui veniant ad ſolennitatẽ,i. ad eam Deo celebriter intendentẽ,iuxta illud: Reliquię
cogitationũ diem feſtum agent tibi. Anima nanq; affectuoſa & pia,Dei gratiam in ſe experiens,alijs
1. Pet. 4. cupit,quod ſibi datũ eſt,communicare,quẽadmodùm Petrus hortatͬ: Vnuſquiſq; ſicut accepit grãm,
in alterutrum illã adminiſtrantes: & dolet, dũ non eſt qui curet ſuſcipere. Dolet inſupèr, ꝙ tã pauci
ſunt,qui veniant ad ſolennitatẽ Eccleſiæ militantis ac triumphantis. Oẽs portæ eius deſtructę. ꝑ por
tas aĩæ,exteriores ſenſus poſſunt intelligi,quos in ſanctis martyribus ꝑſequutores corporaliter de-
ſtruxerũt. ſpiritualiter etiã deſtruuntur,dũ vitijs obſequuntur, & per eos aĩa inquinatͬ. Facti ſunt ho-
ſtes in capite,i. rationi p̃dominantes,quam ad vitioſum trahunt cõſenſum, ità ꝙ dña fit pediſſequa,
ratione ſenſualitati ſubiecta. Inimici eius locupletati ſunt,quia dè animæ ſeductione ſpiritualiumq́;
diuitiarum eius ablatione lætantur,ac ditatos ſe reputant dæmones. Paruuli eius,i. affectiones ſen-
ſitiuæ partis. Ducti ſunt in captiuitatem peccati, non manendo ſub lege ac ordine rationis, pro-
pter

pter quod hoſtium incidunt manus. Et egreſſus,i. ablatus eſt à filia Sion,i. ab anima. omnis decor ei-
us,i. ſpiritualis pulchritudo,in donis virtutibusq́; conſiſtens. De quo habetur in Pſalmo: Concupi- Pſal. 44.
ſcet rex decorẽ tuum,qui peccato mortali aufertur. Et facti ſunt principes eius,i. principales animæ
vires,in q̇bus ſuperbenedictæ Trinitatis conſiſtit imago. Velut arietes nõ inuenientes paſcua. hoc
fit,dum intellectus diuinorũ contemplatione non paſcitur, nec eorundẽ amore voluntas accendi-
tur,nec in his memoria ſtabilitur. ſiquidem in cognitione primę virtutis,dilectioneq́; ſummę bo-
nitatis,& fixione in vtroq;,perfectio animæ eſt locata. Et abiêrunt abſq; fortitudine, gratię ac virtu-
tum. Ante faciem ſubſequentis, ſine reſiſtentia conſentiendo cogitationibus affectionibusq́; iniu-
ſtis,à dęmone inſpiratis: dum eñ ſpiritusſanctus infirmitatem animæ nõ fulcit,mox vincitur. Quo-
contrà deuotus promittit Apoſtolus: Deus conteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. & recor- Rom. 16.
data eſt Hieruſalem,i. anima in qua eſt viſio pacis, dierum afflictionis ſuæ &c. iuxta ſenſum præce-
dentis articuli. Dum eñ anima priùs deuota, ſenſit populum ſuum,i. cogitatus atq; affectus cadere
in manu hoſtili,i. per impugnationem diaboli deordinari, & à mercede euacuari, tunc reminiſcitur
quid ſit paſſa,& qualiter ſit tranſgreſſa. Oĩum quoq; deſiderabilium ſuorũ,i. chariſmatum gratiæ,
quę habuerat à diebus antiquis,i. à die baptiſmatis, vel à principio ſuę conuerſionis. Viderunt eam
hoſtes,putà diaboli,& deriſerunt ſabbata eius,i. quietem ſuæ contemplationis: quandò videlicet in-
ordinato tempore vult cõtemplationi inſiſtere, dum ſ. charitas fraterna vel obedientia exigit eã in
operibus vitę occupari actiuæ,vel dum eſt ſpecies fictæ deuotionis,vel contemplatio inflationi per-
mixta, ſiue dum vult contemplationi vacare, paſſionibus nondùm reformatis per virtutes mora-
les. Peccatum peccauit Hieruſalem,ſ. anima ſe à Deo auertens. Propterea inſtabilis facta eſt,iuxta il- Pſal. 11.
lud: In circuitu impij ambulant. Nempe à fonte virtutum auerſa, per omnium vitiorũ vagatur abru-
pta,& pondere vnius peccati ad aliud trahitur,atq; ad innumerabiles ſe vanitates diffundit. Oẽs qui
glorificabant eam,i. Deus,angeli ſancti,& homines virtuoſi,animam tempore ſuę laudabilis cõuer-
ſationis beatificantes: ſpreuerunt eam, à ſponſo cæleſti auerſam. Quia viderunt ignominiam eius, i.
turpitudinem qua cum vitijs atq; dęmonibus fornicatur. Ipſa aũt gemẽs,inordinatè propter damna
vel aſpera iſta terrena,nõ propter p̃dicta. Et cõuerſa eſt retrorſum,quia à Deo auerſa, qui ſurſum eſt.
Sordes eius in pedibus,i. affectionibus eius,ſicut expoſitum eſt. Quocõtrà animæ ad Deũ ordinatè
tendenti,in Canticis dicitͬ: Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamẽtis filia principis? Chr̃s quoq; Cant. 7.
diſcipulis ait: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet. Nec recordata eſt finis ſui nobiliſſimi, Ioan. 17.
ob quẽ eſt creata. Depoſita eſt vehementer. nam de ſponſa, amica, ac filia Chriſti, facta eſt adultera
filiaq́; diaboli. verùm tacta à ſpiritu ſancto,ac pœnitens,orat: Vide Dñe afflictionẽ meã,qua meipſam
pœnitẽdo affligo,qua item ab inimicis meæ ſalutis afflicta ſum. Qm̃ erectus eſt inimicus,inflatus ſu
perbia,& me impugnare paratus. Manũ ſuam,i. tentandi poteſtatẽ atq; induſtriam. Miſit hoſtis,dia-
bolus. Ad oĩa deſiderabilia eius,i. omnia gratiæ dona auferre molítus eſt animę. Quia vidit gentes
ingreſſas in ſanctuariũ tuum,i. conſiderauit ꝙ anima,q̃ fuit & eſſe tenetur ſanctuarium Dei,in ſe in-
trare permiſit affectus carnales,per quos gentes ſeu hoĩes ſeculares animã intrâſſe ferũtur. De qui-
bus p̃ceperas,nè intrarẽt in Eccleſiam tuã,i. nè carnaliter à fidelibus diligerentur, nec per talẽ amo-
rem animę intima ingrederentur. Oĩs populus eius gemens,& quærens panem,i. p̃fatę vires ſimul
cum anima doluerunt,& panem cæleſtẽ quęſiêrunt. Dederunt precioſa quæq;, in eleemoſynas. Pro
cibo,i. vt per hoc à ſpiritu ſancto refici mererentur. Vide Dñe & conſidera, qm̃ facta ſum vilis. Quẽ-
admodùm nemo in vita hac cõpræhendere valet,quanta ſit peccati enormitas,grauitas ſeu offenſa:
ſic nec concipere,nec eloqui poteſt,quãtùm peccando inquinetur vilificeturq́; anima. Nam & ſum-
mæ Trinitatis imago in ea deformatur, ipſa cum dæmone fornicatur, oĩbusq́; beneficijs Dei in-
grata efficitur, nec eſt digna pane quo veſcitur, nec ſuſtentaculo terræ. O vos oẽs qui tranſitis per
viam,attendite & videte,ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Maximè equidem anima debet dolere,ꝙ cæ-
leſtem ſponſum abiecit,& peccatis dęmonibusq́; permixta eſt. Immò quemadmodùm malũ culpæ
incomparabiliter peius eſt malo pœnæ, omniq́; damno terreno & vulnere corporali, ità incompa-
rabiliter ampliùs dolendum eſt de peccato,quàm de alijs malis pœnalibus iam expreſſis. Qm̃ vinde-
miauit me Dñs,i. tentari ac ſuperari permiſit ſecundùm quod merui. De excelſo miſit ignem in oſſi-
bus meis,i. fortiores vires meas,videlicet intellectũ ac voluntatẽ,ſpiritu ſancto accendit. Et erudiuit
me: quia per charitatẽ ardentem maximè diſponitur anima ad fortiſſimas illuminationes ſpiritûs ſan
cti. Charitas quippe animam efficit Dei amicam: amicis aũt reuelantur ſecreta,& quanto fuerit ani-
ma charior Deo,tanto exuberantiùs dona illius participat. Hinc per inardeſcentẽ purum amorem
fit velut ſecretaria & conſiliaria Dei, auditq́; omni hora quid Dñs Deus loquatur in ipſa. Poſuit me
deſolatam. interdùm eñ præſentiæ ſuæ ſolatioſum adſpectum ſponſus cæleſtis ſubtrahit animę, ꝓ-
pter multiplicem eius profectum, præſertim vt ipſe fructuoſiùs ab ea deſideretur, inſtantiùs requi-
ratur, abundantiùs ſalubriusq́; inueniatur: idcircò ſubtractione iſta durante, habenda eſt patien-

tia,nec vilis conſolatio admittenda,ſed precibus inſtandum eſt continuis. Vigilauit iugum iniqui-
tatum mearum in manu eius.Quo enim Chriſtus animam ampliùs amat, eo citiùs ac feliciùs peccã-
tem caſtigat & reuocat, cùm magnæ dilectionis indicium ſit, peccanti ſtatim vltionẽ correctoriam
adhibere. Abſtulit dñs om̃es magnificos meos,i.ſuperiorum virium actibus atq; habitibus ſuperna-
turalibus gratioſis infuſis,me,quandò peccaui,priuauit,atq; per hoc,Contriuit electos meos,i. ele-
gantiores mentis meæ perfectiones.Idcircò ego plorans, quia de ſpiritualium harum amiſſione di-
uitiarum potiſſimè eſt plangendum, quia per eas fit anima Deo accepta, & ad promerendum vitam
æternam idonea,deiformis,& omni naturali decore, perfectione ac dono præclarior.Facti ſunt filij
mei perditi,i.actus mei priores virtuoſi ac meritorij, per peccatum mortale ſequẽs mortificati ſunt,
præmioq́; priuati.Quoniam inualuit inimicus, putà tentator, ſeu concupiſcentia carnalis vel mun-
dus,rationi præualuit,atq; ad conſenſum perduxit illicitum.Virgines meæ & iuuenes mei abíerunt
in captiuitatem.Virgines,animę dici poſſunt caſtæ intentiones,atq; virgineæ affectiones ipſius:Iu-
uenes verò,opera bona poſt conuerſionem mox facta.Pergũt in captiuitatem, dum vana gloria in-
ficiuntur,aut ſimili modo per tentationem diabolicam cæleſti mercede priuantur. Cætera ex præ-
cedentis expoſitione articuli clara ſunt.Multa enim huius capituli verba, ſecundùm eundẽ ſenſum
Eccleſię & vnicuiq; Chriſtianæ animæ lapſæ conueniunt.

¶*Elucidatio cap.2.Quomodò obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion.* *Art.* 4.

COnſtat in his, q̃ ex ingenti ꝓferuntur dolore, nõ obſeruari, neq; debere attendi artificialẽ aut
magiſtralẽ proceſſum, ſed mœſti ſpiritûs amoroſum affectum, eundẽ ſenſum ſub alijs ac alijs
verbis ſæpiùs iterantem,& modũ loquendi vbertìm mutantem,ſecundùm variã appræhenſionẽ di-
lecti,multiplicẽq́; amoroſum impulſum ad ipſum.Ità in lamentationibus iſtis ꝓgreditur Ieremias,&
Thre.1. ruina Hieruſalẽ ſub primo alphabeto iam deplorata, nunc in ſecundo iſto capitulo eã ſub ſecundo
alphabeto,i.alphabeto Hebraico ſecunda vice per ordinem introducto,deplanxit. Itaq; mirans ge-
mensq́; ait:[Quomodò obtexit caligine] i.tenebris aduerſitatis ac tribulatiõis vel etiã iniquitatis p-
miſſiuè operuit,[in furore ſuo] i.diuinę æquitatis rigore atq; terribili vltione.[dñs filiã Sion?] i. ple-
bem & vrbem Hieruſalẽ.[Proiecit de cęlo in terrã] i.de cæliformi eminẽtia,ac honeſtiſſimo atq; al-
tiſſimo ſtatu ad maximã calamitatẽ.[inclytã Iſrael] i. Hieruſalẽ totius Iſraelitici regni olim metro-
polim,vel populũ Iſrael,ex nobili ſanctorũ patriarcharũ ſemine natũ.[& nõ eſt recordatus] i.p gra-
tiã defenſionis nõ oſtẽdit ſe memorẽ.[ſcabelli pedũ ſuorũ] p quod intelligunt̃ duo Cherubim glo-
Pſal. 79. rię,obumbrantia ꝓpiciatoriũ.Vndè & dicit̃:Qui ſedes ſup Cherubim. Vel ipſum templũ,in quo ar-
ca & ꝓpiciatorium erãt: pedes aũt in Deo, ſpiritualiter nominant̃ impreſſiones q̃dam extremę ſuæ
virtutis.[in die furoris ſui] i.tẽpore quo ꝑmiſit à Chaldęis ſcabellũ hoc deſtrui.[Pręcipitauit dñs] i.
per Chaldęos deiecit.[nec pepercit om̃ia ſpecioſa Iacob] i.pulchra atq; p̃cipua Iudęorum,videlicet
templũ & contenta in ipſo, vrbes ac populũ, de q̄bus p̃cedenti cap. dictũ eſt: Manũ ſuã hoſtis miſit
ad om̃ia deſiderabilia eius. [deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda &c.] i. muros, turres,
caſtra,fortalicia,machinas Iudaicę plebis. [Polluit] i. vitioſa monſtrauit, & irreuerẽter tractari fecit.
[regnũ Iudę & principes eius] quos manib⁹ tradidit Chaldęorũ. [Cõfregit in ira furoris ſui] i. ex ri-
gore ſuæ metuendę iuſtitię,cuius effectus ſeu vltio tã pauenda, impetuoſa ac dira eſt, quaſi ex furo-
re ꝓcederet.[omne cornu Iſrael.] i.ſublimitates ac fortitudines Iudęorũ,vel reges eorũ filios Ioſię,
quantùm ad hoc q̄ priuati ſunt regno. [Auertit retrorſum dexterã ſuã] i.ꝓtectionem ſuã ſubtraxit
Iudęis.[à facie inimici.] i.p̃ſente hoſtili exercitu Chaldęorũ.[Et ſuccendit in Iacob] i. vrbibus Iu-
dęorũ.[quaſi] immò veraciter [ignem flammę deuorantis in gyro.] Nã per Chaldęos templũ & ci-
uitatem Hieruſalẽ,multaq; loca Iudęę combuſſit.[Tetendit arcũ ſuũ quaſi inimicus] i.per occultos
modos atq; inſidias Chaldęorũ inuaſit Iudęos, quorũ & arcus cõtra Iudęos extendit vt hoſtis, ſ. ad
necandum & cõdemnandũ,quantùm ad reprobos:quãtùm verò ad electos,multùm rigoroſè,ità q̄
apparuit eſſe hoſtile negocium: quanuis ſecundùm veritatẽ fuerit paternum ac pium, vt ſ.p̃ſentibus
purgarentur aduerſis,& iuxta hunc ſenſum ſubiungitur:[Firmauit dexterã ſuam quaſi hoſtis] i.val-
dè durè percuſſit Iudęos.Cùm em̃ dextera fortiùs cędat q̃ ſiniſtra,cùm Deus per dexteram pœnam
Pſal. 20. inferre deſcribitur,per dexterã dura percuſſio deſignatur,iuxta illud Pſal. Dextera tua inueniat oẽs
qui te oderunt.Cùm verò per dexterã Dei, clemens ſubuentio inſinuatur, ſingularis & magna per
Pſal. 79. eam miſericordia importatur,vt ibì: Fiat manus tua ſuper virum dexterę tuę.[Et occídit om̃e quod
pulchrũ erat viſu] i.iuuenes,virgines,cæteroſq́; qui dudũ egregiæ formę fuerunt.[in tabernaculis fi-
lię Sion.] i.in domibus Iudęorũ,quas Chaldęi ingreſſi,occiderunt habitãtes in eis. Veruntñ diſtri-
butio iſta intelligenda eſt pro generibus ſingulorũ,non pro ſingulis generũ.Vndè & in doloribus
conſtituti,(vt Ieremias quandò hęc edidit) ſæpè per exceſſum loquuntur. [Effudit quaſi ignem in-
dignationem ſuam,] i.zelum iuſtitiæ ſuæ terribilibus modis veraciterq́; exercuit. [Factus eſt Domi-
nus quaſi inimicus] peccantiũ Iudęorũ,ſecundùm expoſitionẽ p̄habitam: ſitq; Deus hoĩm inimicus
ſi-

ſine ſua mutatione,mutatis hoĩbus à bono in malũ, dum his q̄bus gratioſus fuit, vlciſcens ac metu-
endus efficitur.[p̃cipitauit Iſrael] i.populũ ipſum per Chaldęos. [Pręcipitauit oĩa mœnia eius,diſſi-
pauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda] i. plebe Iudaica [humiliatũ & humiliatã.] i. vtriuſq;
ſexûs multas pſonas per Chaldęos deiecit & captiuauit.[Et diſſipauit quaſi hortũ tentorium ſuum,]
i.templũ quod antè in amœnitate & pulchritudine horto ſimile fuit, vel quaſi hortũ, i. celeriter ne-
mine reſiſtente.vel per tentoriũ Iudęorum,tentoria à Chaldęis vaſtata dant̃ intelligi.[demolítus eſt
tabernaculum ſuũ:] videlicet templum. [Obliuioni tradidit dñs in Sion feſtiuitatẽ & ſabbatum,] i.
ſolennitatum ac ſabbatorũ legalium obſeruantiã fęcit ceſſare in Hieruſalẽ, quouſq; poſt reditũ de
Babylone,recuperata ſunt iſta.[& in opprobriũ,& in indignationẽ furoris ſui] i.ꝓcedentem ex ſuæ
rigore iuſtitiæ obliuioni tradidit.[regẽ & ſacerdotẽ] i.reges Iudæ ac ſacerdotes, quos opprobrioſis
Chaldęorũ ſubiecit ſupplicijs.[Repulit dñs altare ſuũ.] i.altaria templi ꝑmiſit incendi.[maledixit] i.
malum inferri fecit.eius em̃ dicere,facere eſt.[ſanctificationi ſuæ.] i.templo, vbì Iudęi per oratiões
& ſacrificia purificabant̃. fuitq́; hic locus dño conſecratus. Vndè primo Machabęorum legit̃ Anti- 1.Mac.2.
ochus intrâſſe ſanctificationẽ cum ſuperbia.[Tradidit in manus inimici muros turriũ eius:] q̃ erant
ad templi ornatum,& loci ꝓtectionẽ,quos deſtruxerunt Chaldęi.[Vocẽ dederunt in domo dñi,] i.
Chaldęi in templo altè atq; hilariter cõclamabant,de eius deſtructione lætando.[ſicut in die ſolen-
ni,] i.quẽadmodùm miniſtri templi cõſueuerunt diebus feſtis in Dei laudibus exclamare. [Cogita-
uit dñs] cogitatione practica & æterna,q̃ tempore præſtituto ꝓceſſit in opus.[diſſipare murum filię
Sion] i.muros Hieruſalẽ.quaſi dicat,nõ impetu,ſed ſapienti id egit cõſilio.[Tetendit funiculũ ſuũ]
i.æquitatis ſuę menſurã ſuper peccatores Iudęos expandit,puniendo eos ſecundùm exigentiã ſeu li-
neam vel menſurã ſuæ iuſtitiæ,vt in qua menſura menſi fuerunt,remetiretur eis,iuxta illud in Iſaia: Matth.7.
In menſura contra menſurã,cùm abiecta fuerit,vindicabit eã.In menſura,inquã,ſuæ iuſtitiæ,contra Iſaiæ 27.
menſuram culpæ illius.Iuxta hunc ſenſum legitur Dauid 2.Reg.8. menſus duos funiculos in filijs
Ammon,vnum ad occidendũ,alium ad viuificandũ.[& non auertit manum ſuã à ꝑditione] Iudęo-
rum,quouſq; de terra ꝓpria tollerent̃.[Luxitq́;] i.materiã flendi p̃buit ſua deſtructione.[antemura-
le] quod fuit in gyro Hieruſalẽ,extra murũ interiorẽ ac principalẽ.[& murus pariter diſſipatus eſt:]
quia & principalem murum Hieruſalẽ deſtruxerunt Chaldæi. [Defixæ ſunt in terra portæ eius] i. à
ſuis locis amotæ,atq; in terrã proiectę. [Perdidit & contriuit dñs] per Chaldęos [vectes eius] putà
Hieruſalem,[regẽ] vel reges [eius] videlicet Ioacim & Sedechiã,[& principes eius in gentibus:] q̄
in Babylonẽ deducti ſunt,per Ioacim intelligendo Iechoniam,cuius pater noĩe Ioacim,fuit à Chal-
dęis occiſus,vt dictum eſt.[Non eſt lex] i. obſeruantia legis in populo Iudæorũ. vel hoc ideò dicit̃,
quia Chaldæi ſeu auxiliatores eorum, libros legis combuſſiſſe, doctoreſq́; eius occidiſſe leguntur.
[Et prophetæ eius non inuenerunt viſionẽ à dño.] Hoc de pſeudo aſſeritur, q̄bus reuelationes di-
uinæ nõ fiebant.[Sederunt in terra:] in ſignum humiliationis,vt reſpicerentur à Deo. [Conticuerũt
ſenes filiæ Sion] i.Iudaicę plebis,qui antè in ſolijs reſidebant,& documenta atq; iudicia ꝓferebant.
Et hoc miſerabile erat videre.[Cõſperſerunt cinere capita ſua,accincti ſunt cilicijs:] in ſignum do-
loris ac pœnitentiæ,vt miſericordiã impetrarẽt. ſic em̃ tempore magnæ afflictionis facere conſue-
uerunt Iudæi,immò & alij. Vndè & ſanctus Iob:Pœnitentiam,inquit,ago in fauilla & cinere.De Ni- Iob 42.
niuitis quoq; habet̃ in Iona:Induti ſunt ſaccis, & rex Niniuę ſurrexit de ſolio ſuo,& indutus eſt ſac- Ionæ 3.
co,& ſedit in cinere.[Abiecerunt in terra capita ſua virgines Iuda] ex deſolatione & fame. Inſupèr,
q̃ intimè Ieremias compaſſus eſt iſtis,ſubiungit̃:[Defecerunt præ lachrymis oculi mei,] i. plorando
laſſati atq; afflicti ſunt. Vndè ſuperiùs dixit:Deducãt oculi mei lachrymas per diẽ & noctẽ, & nõ ta-
ceant.[Cõturbata ſunt viſcera mea,] i.vehementer cõmota, dolore cordis intenſiſſimo fortiter re-
dundante in corpus.Vel cõturbata ſunt ſpiritualia viſcera aĩæ meæ, videlicet charitas & miſericor-
dia,q̃ in validiſſimã cõpaſſionẽ eruperũt:[Effuſum eſt in terra iecur meũ.] Hoc per hyperbolen di-
cit̃,tanq̃ dicat:In tantũ cõpaſſus ſum, vt viderent̃ mihi interiora ſeu inteſtina in terrã caſura. [ſuper
cõtritione filiæ populi mei.] i.de deſtructione ac multiplici anguſtia plebis Iudæ.[cùm deficeret] i.
præ fame moreret̃ [paruulus & lactẽs] i.vbera ſugẽs [in plateis oppidi] Hieruſalẽ. Ponit aũt ſingu-
lare pro plurali,q̃m multi infantes ex materni alimenti carentia defecerunt.[Matribus ſuis dixerũt]
paruuli,qui iam vocem formare valebant.[Vbì eſt triticũ & vinum?] q̃ in Hieruſalẽ abundare ſole-
bant.[Cùm deficerent fame, quaſi vulnerati in plateis ciuitatis] Hieruſalẽ, [cùm exhalarent] i. ſta-
tim effuſuri erant [animas ſuas in ſinu matrum ſuarũ.] Hoc de paruulis ac matribus egenis ac mẽdi-
cantibus potiſſimè verum eſt,quæ oſtiatìm pergendo præ inedia corruerũt, quod fuit lamentabile
vehementer:ſed & ſola recordatio prouocat fletum,præſertim quoniam Ieremias omnia hæc mul-
tùm affectuoſè ac doloroſè deſcribit.[Cui comparabo te?] comparatione æquiparantiæ. [& cui aſ-
ſimilabo te] comparatione participantiæ. [filia Hieruſalem?] i. plebs degens in ea. [Cui adæquabo
te,& conſolabor te,] aliorum afflictionem atque miſeriam tibi in exemplum patientiæ, vel in re-

leuamen doloris ꝓponendo, [virgo filia Sion?] Deſolati nãq;, audientes ꝙ alij ſibi ſimilia aut maiora ſuſtineãt, ad patientiã ꝓuocanẽ. Hęc quærit ꝓpheta, vt innuat ſe nõ inuenire gentẽ tam miſeram.
ideò addit: [Magna eſt eñ velut mare cõtritio] i. deſtructio [tua.] ideò afflictionibus aliorũ q̃ maximè grauior, ſicut & mare valdè in quantitate cæteras aquas excedit. [Quis medebiẽ tui?] i. humano
Iere. 30. auxilio liberari aut reparari nõ vales. Vndè ſuperiùs dictum eſt: Inſanabilis plaga tua. Et in Michea:
Mich. 1. Deſperata eſt plaga eius, & venit vſq; ad Iudã, & tetigit portas populi mei vſq; Hieruſalẽ. [Prophetę
tui] nõ Dei, videlicet pſeudo. [viderunt tibi falſa & ſtulta,] i. diabolica illuſione aut ꝓpria imaginatione ſeu adinuentione cõcepta. [nec aperiebãt iniquitatẽ tuã,] te verè, iuſtè, & charitatiuè rephendendo. [vt te ad pœnitentiã ꝓuocarent.] Nõ eñ aĩarum ſalutẽ & Dei honorẽ, ſed ꝓpriã vtilitatẽ mẽdacẽ quærebãt, ſ. lucrũ terrenũ, temporalẽ honorẽ, humanũ fauorẽ, delicias ſenſus. [Viderũt aũt tibi
aſſumptiones falſas] i. aſſertiones à ꝓprio corde aſſumptas. [& eiectiones.] q̃a illis credẽdo, eijci de
Iere. 14. terra ꝓpria meruiſti. De iſtis pſeudoprophetis dictũ eſt copioſiùs ſuprà & alijs locis. [Plauſerũt ſup
te manibus ſuis,] tibi inſultando, & tuis miſerijs cõgaudendo, [oẽs trãſeuntes ꝑ viã, ſibi lauerunt, &
mouerunt capita ſua ſup filiã Hieruſalẽ,] de eius tã maxima deſolatione ſtupẽtes. [Hæccine eſt vrbs,
dicentes, pfecti decoris,] i. ecce ciuitas iſta nunc demolita, fuit præ cæteris vrbibꝯ ſpecioſa. [gaudiũ]
i. materia gaudẽdi [vniuerſæ terræ] Iudęę, i. cunctis Iudęis, vel vniuerſæ terræ ſeu cunctis hoĩbus, q
3. Reg. 3. & 6. eius pulchritudinẽ viderunt aut pceperunt. Fuit quippe Hieruſalẽ à Salomone pulcherrimè ordinata, à Ioſaphat quoq; & alijs q̃buſdã regibus eius multipliciter decorata. [Aperuerunt ſup te] ô Hieruſalẽ [os ſuum oẽs inimici tui] Chaldæi, tibi cõminando & inſultando. [ſibilauerunt & fremuerũt
dentibus ſuis] ex ira furenti. [& dixerunt: Deuorabimus] i. ciuitatẽ & populũ iſtũ totaliter perimemus. [En iſta eſt dies] dies ſ. qua vrbẽ ingredimur, [quã expectabamus. inuenimus] quod q̃ſiuimus.
[vidimus] i. ſortiti ſumus quod p̃ſtolabamur. [Fecit Dñs q̃ cogitauit,] deſtruẽdo Hieruſalẽ ſicut decreuit. [cõpleuit furorẽ ſuum] i. iuſtã ſuã vindictã executus eſt ꝑ Chaldęos. [quẽ p̃ceperat à diebus
antiquis] i. quã per Moſen alioſq; ꝓphetas idololatrantibus Iudæis futurã p̃nunciauit, inferriq; iuſſit. [deſtruxit ciuitatẽ & populum, & nõ pepercit,] tñ citra cõdignum puniuit. [lætificauit ſup te inimicum,] i. Chaldęos, te eorũ voluntati tradendo. [& exaltauit cornu] i. regẽ ſeu fortitudinẽ [hoſtiũ
tuorũ. Clamauit cor eorũ] ſ. inimicorũ iſtorũ, [ad Dñm ſup muros filiæ Sion.] Chaldæi eñ cum victoria aſcendentes muros Hieruſalẽ, ad Deum locuti ſunt varijs modis. Nã q̃dam eorum fatebantur
ſe virtute Dei Iſraelis p̃naluiſſe, quẽadmodùm ſuprà princeps militiæ Chaldęorum locutus eſt Iere-
Iere. 40. miæ: Dñs Deus tuus locutus eſt malum ſup locum iſtum, & fecit ſicut locutus eſt, q̃a peccâſtis Dño.
Alij aũt nõ Deo, ſed idolis aſcripſerunt victoriã: & iſti locuti ſunt ad Dñm, blaſphemãdo ſ. cõtra eũ.
Poteſt quoq; de Iudęis exponi, quorũ nõnulli vidẽtes ſe ſuperãdos, Dei ſubſidiũ inuocabãt: ſed q̃a
nõnulli de populo Hieruſalẽ remãſerunt vrbe deſtructa, ideò plebi huic cõſulit Ieremias: [Deduc
quaſi torrentẽ lachrymas ꝑ diẽ & noctẽ.] i. copioſiſſimè plora indeſinenter ſeu cõpetentibus horis.
[Nõ des requiẽ tibi,] i. ſomnũ vel corporalẽ repauſationẽ, vel à bonis actibꝯ ceſſationẽ. [Neq; taceat
pupilla oculi tui] à motu plangẽdi. [Cõſurge] i. mente & corpore ad cælum te erige, ad Deum te oĩbus ſimul viribꝯ dirige. Cõſurge quoq; à vitijs & ab immoderato mœrore, atq; in aduerſis grãs age.
ideò ſequiẽ: [Lauda] diuinã iuſtitiã, q̃ te iuſtè puniuit, eius quoq; paternã clementiã, qua te in p̃ſenti
ſeculo caſtigauit. Multùm vtiq; placet Deo grãs agere in aduerſis, & vehemẽter conaẽ diabolus tũc
Iob 1. 2. & 6. ad murmurationẽ, puſillanimitatẽ, deſperationẽ inducere, vt patet in S. Iob. [in nocte:] q̃a ad literã
tempus nocturnum aptiſſimum eſt ad vacandũ Deo, iuxta iſtud Iſaiæ 26. Aĩa mea deſiderauit te in
nocte. Itemq; in Pſal. 118. Media nocte ſurgebã ad cõfitendum tibi. Tunc eñ quietiores ſunt ſenſus,
& ſtrepitus cõquieſcunt, menſq; intra ſe colligiẽ, & ſimplificata in Deum mox ferẽ. Propter quod ait
Mich. 7. Micheas: Cùm ſedero in tenebris, Dñs lux mea eſt. [in principio vigiliarum] i. in prima vigilia noctis:
ſiquidẽ quatuor diſtinguebanẽ vigilię noctis ſecundùm excubias, q̃bus tẽpore belli milites alternatìm vigilabãt. Prima diciẽ cõticinium: ſecunda, intẽpeſta: tertia, galliciniũ: quarta verò, antelucanũ.
& (vt diciẽ ſup illud Pſal. 89. Cuſtodia in nocte) q̃libet vigilia tres horas continebat. [Effunde ſicut
aquã cor tuum ante cõſpectum Dñi.] i. cum oĩ fiducia ac deuotiõe p̃cipua, deſideria tua offer Deo,
indigẽtias calamitateſq; tuas cõfitere eidẽ, & pete ab eo quod cupis in charitate cõſtanti, nec quid-
Pſal. 36. & 141. quã à Deo abſcõdere velis. Hoc eſt quod monet Pſalmiſta: Reuela Dño viã tuã, & ſpera in eo, & ipſe
faciet. Itemq;: Effundo, inquit, in conſpectu eius orationẽ meam, & tribulationem meam ante ipſum
1. Reg. 1. pronuncio. ſicut & S. Anna loquitur 1. Regum: Effudi animam meam ante conſpectum Domini. vel,
effunde ſicut aquã cor tuum, i. quãtùm ad ſuam malitiam, proijce iſtud oĩnò à te, ità ꝙ nihil peccati
remaneat, ſicut dum aqua de vaſe effunditur, nec ſaporis nec coloris veſtigium in illo manere videtur. [Leua ad eum manus tuas] corporales, illas in oratione extendendo ad eum ex vehementi affe-
Pſal. 142. & 140. ctu, quia & illa extenſio prouocat, auget, conſeruat deuotionem. Propter quod ait Pſalmiſta: Expãdi manus meas ad te. Et, Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. De Salomone quo-
què

què 3. Reg. 8. inducit, ꝙ manus in oratione expandit ad cęlũ. Immò q̃ fructuoſa & efficax ſit iſta ex-
Exod. 17. tenſio, innoteſcit ex eo quod ſcriptũ eſt in Exod. Cùm eleuaret Moſes manus, vincebat Iſrael: ſi aũt
paululùm remiſiſſet, vincebat Amalech. Deniq; nõ ſolùm orãdo, ſed & laudando Deũ, manus ad eũ
Pſal. 62. leuare debemus, iuxta iſtud: Sic benedicã te in vita mea, & in noĩe tuo leuabo manus meas. Hinc &
1. Ti. 2. Apoſtolus ad Timotheũ: Volo, inq̃t, viros orare in oĩ loco, leuãtes puras manus ſine ira & diſceptatione. Veruntñ in his ꝑ manus intelligi poſſunt opera & deſideria virtuoſa, q̃ cum bona intentione, humilitate, fide ac pſeuerantia, ad Deũ ſunt eleuãda, nè fauor aut gloria hoĩm ſtultè quæratur.
Lucæ 16. Itaq; leua ad Deũ manus tuas, [ꝓ aĩabus paruulorũ tuorũ:] vt ſ. in ſinu Abrahæ ſuſcipianẽ, vel vt Deus innocentũ mortẽ attendendo, tibi fiat ꝓpicius, & hoſtibus tuis aduerſans. Verùm ſicut nunc non
eſt orandũ pro aĩabus infantũ baptizatorũ, ante vſum rationis migrãtium, q̃ñ nulla pœna poſt mortẽ afficiunẽ: ſic in veteri teſtamento orãdum nõ fuit pro paruulis circunciſis defunctis nõdùm adultis, ſed pro his qui ꝓprio peccato pœnæ fuerunt obnoxij. Viciſsìm aũt fideles mortẽ innocẽter oc-
2. Mac. 8. ciſorũ, in oratione cõmemorant corã Deo, vt aduerſarijs aduerſeẽ, & ſic ꝓpicietur, quẽadmodùm 2. Machabæorũ libro Iudas & ſui inter cætera orauerunt, vt Deus memorareẽ iniquiſſimas mortes in-
*pereunt nocentũ paruulorũ, & indignareẽ ſup his. [q̃ fame * periẽrunt in capite oĩm cõpitorum] ex inſtante
obſidione Chaldęorũ. Porrò cõpitum vocaẽ locus, quo diuerſæ viæ cõueniunt. Præterea, q̃uis iſta
ad literã ad plebẽ Hieruſalẽ dicta ſint, tñ per hæc ſalubriter ipſa Eccleſia & quilibet Chr̃ianus mo-
Ephe. 5. neẽ, ſemp in ſtatu vitę p̃ſentis laqueis plenæ modo p̃fato cõſurgere, dicente Apoſtolo: Surge q̃ dor-
Rom. 13. mis. Et, Tempus eſt iã nos à ſomno ſurgere. Et, Si cõſurrexiſtis cum Chr̃o, q̃ ſurſum ſunt q̃rite, q̃ ſur
Col. 3. ſum ſunt ſapite. Deum quoq; in aduerſis laudare, nõ tantùm p̃dicta hora vigiliæ noctis, immò ſingulis horis diei ac noctis, cor etiã noſtrum corã ipſo effundere, & reliqua q̃ nunc ſcripta ſunt, obſeruare, oĩ abiecto torpore acediæ. [Vide Dñe & cõſidera, quẽ vindemiaueris ità:] ꝙ ſ. populum tuum
olim tibi tã peculiarẽ & p̃dilectũ, nunc ità p̃dari, vaſtari, & auferri pmiſeris. [Ergóne comedent mulieres fructum ſuum paruulos ad menſurã palmæ?] Hoc ait ꝓpheta dolendo ac admirando. quaſi dicat: ſi ità hoĩes tribulari pmiſeris, matres ex magnitudine famis cõpellentur comedere ſuos infantes
quotidiè certa menſura, quod & tempore obſidionis in Hieruſalẽ contigiſſe, ſequenti patebit cap.
Thre. 3. ſicut & 4. Reg. 6. in Samaria legiẽ factum. [Si occíditur in ſanctuario Dñi] i. in templo [ſacerdos & ꝓpheta.] i. tanta fuit noſtra calamitas, ꝙ Chaldæi in domo Dei interfecerunt ſacerdotes & ꝓphetas,
quod de pſeudo intelligi poteſt, vel fortè de aliquo vero ꝓpheta, quia in Hieruſalẽ aliqui iuſti cum
Ezech. 3. & 4. impijs fuerunt occiſi, vt ſuprà ex Ezechiele oſtenſum eſt. [Iacuerunt in terra foris puer & ſenex:]
quod intelligi poteſt vel de his, qui (vt p̃cedenti capitulo ſcriptum eſt) in plateis præ inedia corruerunt, vel de cadaueribus eorum inhumatis. [Virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio, interfecti in die furoris tui] ô Deus, i. diſtrictę vltionis, fuitq; dura Chaldęorum crudelitas, ꝙ nec virginibus pepercerũt. [Percuſſiſti] oẽs hos per Chaldęos peſte quoq; & fame. [nec miſertus es] à corporali hac vaſtitate, quanq̃ pœnitentibus, quantùm ad aĩarum ſalutẽ, miſertus ſis. [Vocâſti quaſi ad
diem ſolennẽ,] i. cum gaudio adduxiſti, ſicut ad feſta cõfluunt hoĩes. [qui terrerent me de circuitu.]
i. eos qui cum Chaldæis cõtra me venerunt de ꝓuincijs circa Iudęam iacentibus. Hæc ait Hieruſalem in perſona habitatorum ſuorum. [Et nõ fuit qui aufugeret] manus iſtorum [in die furoris Dñi,
& relinquereẽ] in vita, vel in ꝓprio loco. Hoc intelligendum eſt de his, quos hoſtes poterant inuenire: vel ſi generaliter ſumitur, per hyperbolen dictum eſt, ad innuendum ꝙ comparatiuè loquendo euaſerunt pauci. [quos educaui & enutriui.] i. habitãtes in me & infra me, à ſuis parentibus educatos. [inimicus meꝯ] putà exercitꝯ Chaldęorũ, [cõſumpſit eos] gladio, obſidione, fame, captiuitate.

¶ *Elucidatio myſtica eiuſdem ſecundi cap.* *Articulus* 5.

QVemadmodùm literalis præſentis capituli intellectus, à p̃cedenti modicè differt, immò quaſi totaliter continetur in illo, ità & de myſtico cenſendum eſt intellectu. Hinc minùs arbitror immoderandum, & allegoricam tropologicamq; intelligentiam ſub vno compræhendã articulo. Itaq; vir deuotus calamitates Eccleſiæ militantis vel animæ Chriſtianę, in malis pœnæ & culpæ conſiderans, eaſq; deplorans, ait ſtupens ac mœrens: Quomodò obtexit caligine, i. tenebris ignorantiæ & peccati, nebulis paſſionum, tetris euentibus aduerſitatum, triſtitiarum ac tentationũ: in furore ſuo Dñs, de quo ſcriptum eſt Nahum 1. Deus æmulator, & vlciſcens Dñs, vlciſcens Dñs, & habens furorem, vlciſcẽs ipſe in hoſtes ſuos. Quæ oĩa de inuariabili, dulciſſimo, delicioſiſſimo, & ſuperquietiſſimo Deo metaphoricè proferuntur per ſimilitudinem operis, nõ per veritatẽ affectûs, ſeu exiſtentiam paſſionis. filiam Sion, i. Eccleſiam, quæ ſtatìm poſt Chriſti paſſionem cœpit multipliciter tribulari, & de ſanctorum ſuorum crudeliſſimis perſecutionibus mortibuſq; triſtari, ſecundùm quod diuinus Dionyſius in morte magiſtri ſui B. Pauli dolebat. Et nunc iſta Eccleſia præfatis tenebris errorum ac vitiorum infeliciter cernitur inuoluta. Vel filiam Sion, i. animam ſpeculatiuam, quæ viciſsìm malis iſtis afficitur. Præcipitauit de cælo in terram, id eſt, à conuerſatione cæ-

 le-

leſti ad vitã carnalẽ mundanã labi permiſit, inclytã * Hieruſalẽ, i. nobilẽ ſuã Eccleſiã, ſponſam p̄cla-
ram, ſeu aĩam ſummę Trinitatis imagine inſignitã. Iſtud deflendum eſt magis q̃ exponendum, cùm
oculis pateat, à quanta excellentia ſanctitatis ac grãæ ſit collapſa Eccleſia. Et nõ eſt recordatus ſcabel-
li pedum ſuorum, i. Eccleſię in terra peregrinantis, vel animę q̃ per gratiã fuit Dei locus atq; ſtramẽ-
tum. in die furoris ſui, i. tempore tẽtationis, quo iuſto iudicio reliquit ſcabellum iſtud à dęmonibus
expugnari, paſſionibus vinci, ſpiritualiterq́; occidi. Pręterea ſcabellum verbi, eſt humanitas Chriſti,
cuius verbum quaſi obliuiſci videbatur, cùm tempore paſſionis ſolitã conſolationem eidẽ ſubtra-
xit, ità vt ex parte naturæ aſſumptæ clamaret: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et in
Pſal. 21. & 87. Pſal. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber: Sicut vulnerati dormiẽtes in ſepul-
cris, quorum nõ es memor ampliùs. idq́; factum eſt in die furoris Dei, quãdò iuxta Eſaiæ oraculum,
Iſaiæ 53. Dñs poſuit in Chriſto iniquitatẽ oĩm noſtrûm, & propter ſcelus populi ſui percuſſit eum, ità vt Chri-
Pſal. 87. ſtus teſtetur alloquẽs patrẽ: Super me cõfirmatus eſt furor tuus. Vndè & tunc obtexit caligine affli-
ctionum filiã Sion, ſ. animã Chriſti, ſicut verbis inductis adiecit: Oẽs fluctus tuos induxiſti ſup me.
quã demùm tunc p̄iecit de cælo, i. de collegio apoſtolorum ſanctorum in terrã, i. inter ſceleratiſſi-
mos peccatores, ſecundùm quod paſſione inſtãte dixit diſcipulis: Venit hora, & filius hoĩs tradetur
Matth. 26. in manus peccatorum. Pręcipitauit Dñs, nec pepercit, oĩa ſpecioſa Iacob, i. ornamenta grãæ in Chri-
ſtianis, quorum eſt vitia ſupplantare. Iacob nanq; ſupplantator interpretatur. Deſtruxit munitiones
virginis Iuda, i. virtutes ac dona Eccleſiæ ſeu animę lapſę, quibus contra vitia fuit munita. Polluit re-
gnum & principes, i. populum cum p̄ſidentibus. Hæc dicitur Deus permiſſiuè feciſſe, quandò per-
miſit Eccleſiam ſeu animã mortalibus inquinari peccatis. Intãtùm quippe omẽ bonum noſtrum de-
pendet à Deo, vt cõtrarium eius eſſe dicatur ab illo, iuxta illud in Pſalmo 43. Declinâſti ſemitas no-
Exod. 4. ſtras à via tua. Et per Moſen Dñs: Indurabo, inquit, cor Pharaonis, obfirmabo cor Seon regis Amor-
rhęorũ. Quomodò aũt Eccleſia in diuerſis locis mala iſta corporaliter paſſa eſt ab infidelib⁹ ſeu alijs
perſecutoribus, tam clarum eſt, vt ſuperfluum ſit ea cõſcribere. Cõfregit in ira furoris ſui omẽ cor-
nu Iſrael, i. p̄latos Eccleſiæ, quos in mala culpæ ac pœnæ corruere p̄miſit. Vel omne cornu, i. poteſta-
tẽ & animoſitatẽ eorum, q̃ per cornua deſignantur. Vndè & Amos 6. Væ qui dicitis, Nunquid nõ in
fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Auertit retrorſum dexteram ſuã à facie inimici, i. ab
impugnatione diaboli Eccleſiã ſeu animam nõ ſaluauit. Et ſuccendit in Iacob, de quo iam dictũ eſt,
quaſi ignẽ flammæ deuorantis in gyro, i. ardore libidinis flammaq́; vitiorum corda populi ſui ſuc-
cendi p̄miſit. De quo igne ſcriptum eſt Oſeæ 7. Oẽs adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquẽ-
te. Tetendit arcum ſuum, i. inſtrumenta vindictę, vel antiqui hoſtis inſidias ſiue tormenta, quaſi ini-
micus, iuxta ſenſum p̄cedentis articuli. Vndè in Pſal. 7. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibra-
bit: arcum ſuum tetendit, & parauit eum, & in eo parauit vaſa mortis. Firmauit dexteram ſuam quaſi
hoſtis, ad inferendum mala pœnę p̄miſſiuè, & mala culpę affectiuè. quãdoq; eñ fecit hæc quaſi pa-
ter atq; amator, ſ. in electis, q̄bus oĩa cooperantur in bonum: quandoq; vt iudex metuendus ac ho-
ſtis, putà in reprobis, quos cędit vt pereant. Et occídit omẽ quod pulchrũ erat viſu, i. chariſmata gra-
tiarum p̄decora, internoq́; viſu amœna, ſubtraxit. In tabernaculis filiæ Sion, i. ab intimis aĩæ, ſeu con
gregationibus Eccleſiæ. factus eſt Dñs velut inimicus, p̄ſertim quantùm ad impœnitentes, vel etiam
quãtùm ad electos ac virtuoſos, quos viciſsìm tot afflictionibus diſpenſatiuè exercet, vt ſe à Deo re-
Iere. 30. lictos ac odio habitos ſuſpicentur. Vndè & dixit: Plaga inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. Et S.
Iob 30. Iob loquitur Deo: Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me: mutatus es mihi in crude
lem, & in duritia manûs tuæ aduerſaris mihi. Veruntamen fidutia noſtra maneat ſemper fixa in Deo,
Iob 13. vt cum S. Iob profiteamur: Etiã ſi occíderit me, in ipſo ſperabo. Præcipitauit Iſrael, i. Eccleſiã ſeu ani-
mam, q̃ fuit per fidem formatam & gratiam cernens Deum. Pręcipitauit oĩa mœnia eius, i. bonorũ
p̄latorum cuſtodijs eam priuauit, qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. & repleuit
in filia Iuda, i. Eccleſia Deo confitente. humiliatum & humiliatam, i. de vtroq; ſexu multos cadere ſeu
perire p̄miſit. & diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, i. Eccleſiam illam per donorũ gratiæ ſub-
tractionem ſpiritaliter annihilando. Peccatum enim nihil eſt, & peccator peccando fit nihil. Et iſta
Prou. 8. Eccleſia eſt hortus delicioſus, quantùm ad ſpiritales verè deuotos, de quibus per Salomonem teſta-
tur: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum: Demolítus eſt tabernaculum ſuum, i. animã lapſam, quæ
fuit membrum, tabernaculum, ſedesq́; Chriſti, & nunc peccando facta eſt lucus diaboli. Obliuioni
tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem & ſabbatum, i. vitioſæ congregationis Eccleſiæ, ſeu animę im-
piæ celebritates non habet acceptas, quas animo explet polluto, & in terrenis quieſcit. & in oppro-
brium & in indignationem furoris ſui, oblítus eſt regem & ſacerdotem, id eſt, reges & ſacerdotes,
debitum ſuum officium non implentes. Vel rex, animæ dicitur intellectus: ſacerdos, voluntas, qua
* miniſteria ſeipſam debet Deo offerre. Repulit Dominus altare ſuum, maledixit ſanctificationi ſuæ. Hoc cor-
poraliter fit, dum ſacra loca Eccleſiæ diſſipari permittit: item, dum ſacerdotum * myſteria ſibi
non

non placent, & populo ſibi in baptiſmate conſecrato magna mala infligit. Porrò ſpiritualiter Dei al-
tare, eſt mens vel fides, in qua omẽ quod Deo offerimus, offerre oportet: q̃ tunc à Deo repellit̃, dum
deſinit eſſe formata, ſeu charitate actibusq́; virtutum polita: ſed & ſanctificationi ſuæ Dñs maledi-
cit, dum laudes, q̄bus eum ſanctum fatemur, reprobat, eô ꝙ ore, non corde, ipſum honoremus. Qui
eñ auertit aurem ſuã nè audiat legem, oratio (haud dubium quin & laudatio) eius erit execrabilis:
ideò cum puritate animi Deum laudare, & ſanctificare eundem cum reuerentia mẽtis debemus, di-
cente Pſal. Sanctimonia & magnificentia in ſanctificatione eius. Tradidit in manus inimici muros Pſal. 95.
turrium eius, i. fortitudinem & altitudinem prælatorum ac principum. Vocem dederunt in domo
Dñi, ſicut in die ſolenni, i. inuiſibiles hoſtes de ruina & vitijs horum vehementer gauiſi ſunt, iuxta il- Pſal. 12.]
lud: Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero. Etenĩ quo virtuoſa conuerſatio pręſidentium am-
pliùs in Dei gloriam ac ſubditorum redundat ſalutẽ, eo de illorum caſu magìs tripudiat hoſtis ne-
quiſſimus. Oret ergò oĩs præſidens illud Eccĩ 23. Dñator vitæ meæ Dñe pater, nè derelinquas me in
cogitatu & conſilio illorum, & incidã in conſpectu aduerſariorum meorũ, & gaudeat inimicus me-
us. Sed & oẽs qui concupiſcentijs acquieſcunt, riſus ſunt dæmonum, iuxta illud Eccĩ 28. Si præſtes
animæ tuæ concupiſcentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Quo cõſtat, hos prorſus diabo-
licos eſſe, qui de aliorum ruina, diſcordia, exceſſu lætant̃. Cogitauit Dñs diſſipare murum filiæ Sion,
i. indignum prælatum Eccleſię, vel duritiam animæ: nec ſubitò facit hoc, ſed longanimiter præſtola-
tur, diſſimulans peccata hominũ propter pœnitentiam, Hinc ait p̄curſor: Securis ad radicem arborũ Sap. 11.
poſita eſt. Tetendit funiculum ſuum, iuxta p̄cedentis articuli intellectum: & nõ auertit manum ſuã Matth. 3.
à perditione ingratorum ac impiorum, quos in inferno æternaliter punit. Luxitq́; antemurale, &
murus pariter diſſipatus eſt. Quemadmodùm per murum prælatus ſeu princeps, ſic per antemurale
eius vicarius deſignat̃, qui ſimul lugebunt in pœnis, ſi indignè ſe habeãt. Sed & Chriſtus, de quo lo-
quit̃ Iſaias, Saluator ponetur in ea murus & antemurale: noſtra luxit peccata, atq; pro nobis occiſus Iſaiæ 26.
eſt. Defixæ ſunt in terra portæ eius, i. opera p̄latorum ac principum q̃ alijs eſſent exempla ac ianuæ
intrandi regnum cæleſte, tẽporalibus inhæſerunt: vel portæ Eccleſiæ ac animæ, ſunt ſenſus exterio-
res, qui ſi ad terrena atq; carnalia totaliter cõuertant̃, figunt̃ in terra. Portæ quoq; ſunt ipſę virtutes,
quæ in terra defixæ ſunt, cùm actus earũ propter humanum fauorẽ, honorem, aut cõmodum fiunt.
idcircò Chriſtus hortat̃: Nè faciatis iuſtitias veſtras coram hominibus, vt videamini ab eis. Perdidit Mat. 6.
& cõtriuit vectes eius, i. clauſuras cuſtodiasq́; virtutum ac ſenſuũ. Hæc Deus effecit permiſſiuè, gra-
tiam cuſtodiendi virtutes ac ſenſus iuſtè tollendo ſiue non influendo. Reges eius ac principes eius
in gentibus, i. conuerſatione gentium ſeculi, ità ꝙ inſtàr gentium viuunt, iuxta iſtud Iſaiæ 24. Erit
ſicut populus, ſic ſacerdos. Nõ eſt lex, i. cuſtodia euangelicæ legis in Chriſtianis, qui viuunt ſine iu-
go, & peccant ſine timore. & prophetæ eius, doctores, & prædicatores, non inuenerunt viſionem à
Dño, i. diuina inſtructione ac reuelatione indigni fuerũt, & ſunt, dum quæ carnis ſunt ſapiunt terre-
nis intenti. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion, conſperſerunt cinere capita ſua, amicti
ſunt cilicijs, abiecerunt in terra capita ſua virgines Iuda. Totum iſtud accipi poteſt in bono de ſeni-
oribus, presbyteris ac prælatis virtuoſis, potiſſimè religioſis, ſuas & aliorũ miſerias flentibus, Deiq́;
gratiam humili p̄ſtratione, ac carnis maceratione petentibus. Defecerũt præ lachrymis oculi mei,
&c. Tam cordialiter de proximorum ruina ac deſolatione dolere debet Chriſtifidelis, præſertim
pręlatus ac pręſidens, vt cum Ieremia verſum hunc ſecundùm ſenſum pręhabitũ dicere queat: Cùm
deficeret paruulus & lactens, i. puſilli ac imperfecti, quibus ſcribit Apoſtolus ad Corinth. Quaſi par- 1. Cor. 3.
uulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, nõ eſcam. Et denuò ad Hebręos: Quum deberetis magiſtri Heb. 5.
eſſe propter tempus, rurſus indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa exordij ſermonis Dei: &
facti eſtis quibus lacte opùs ſit, nõ ſolido cibo. In plateis oppidi, i. in latis vijs, ſeu diſſolutis operibus
huius mundi, in quibus qui ambulant, ex ſpiritalis alimenti moriunt̃ inopia: & tamen frequenter
cõtingit tales deſiderare verbum ſalutis à ſuis paſtoribus. ideò ſequitur: Matribus ſuis, i. paſtoribus,
qui fouendo ac conſolando, ſunt matres, corripiendo, patres. Propter quod ait Apoſtolus ad Theſ. 1. Theſ. 2.
ſe quaſi nutricem ac matrem tractâſſe diſcipulos. Dixerunt, Vbì eſt vinum & triticum, i. ſpiritalis re-
fectio, cùm deficerent quaſi vulnerati peccatis in plateis ciuitatis, cùm exhalarent animas ſuas, i. dę-
monibus per conſenſum illicitum exhiberent, & vitam gratiæ perderent. in ſinu matrum ſuarum,
id eſt, ſub cuſtodia prælatorum. Vndè Amos 8. Dominus ait: Emittam famem in terra, non famem
panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Quoniam ergò calamitates iſtæ Eccleſiæ ſeu
animæ, ſunt incomparabiles, quantùm ad mala culpę & gratiarum carentiam, atque æternæ da-
mnationis periculum: immò quo maiora ſunt beneficia Chriſti in Eccleſia, eo de Chriſtianorum
negligentia atque ingratitudine ampliùs eſt dolendum. Hinc ſubditur: Cui comparabo te, vel aſſi-
milabo te filia Hieruſalem, &c. Quòd Dominus Eccleſiam ſeu animam totiès nominat virginem &
filiam, debet eam meritò ad amorem ac pœnitentiam prouocare, maximè quia & poſt lapſum
ſſ 4 ità

ità vocaẽ.Prophetæ tui,videlicet ſacerdotes,doctores,p̃lati,& p̃dicatores,viderunt tibi vana & ſtul-
ta:nec aperiebãt iniquitatem tuã,vt te ad pœnitentiam prouocarent. Hoc contra p̃dictos, qui ſub-
ditorum vitia palpant,qui hoĩes magìs q̃ Deum verenẽ,qui q̃runt placere,& carnalem pacem habe-
1.Cor.15. re,atq; pro verbis ſalutis proferunt vana ac friuola,cùm tñ dicat Apoſtolus:Corrũpunt bonos mo-
Iſaiæ 56. res colloquia praua.De talibus loquiẽ Iſaias: Speculatores eius cæci oẽs, neſciérunt vniuerſi, canes
muti,non valentes latrare,videntes vana,dormientes &c.De quibus Ezech.13.ſcribitur:Væ qui cõ-
ſuunt puluillos ſub om̃i cubito manûs,& faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſę carnis ad capiendas
aĩas.Plauſerunt ſuper te manibus oẽs tranſeuntes per viam,ſibilauerunt,& mouerũt capita ſua.Hoc
agunt diaboli & eorum miniſtri hoĩes malitioſi,perfidi atq; hæretici,qui de Eccleſiæ fidelisq́; animę
lapſu ac cladibus glorianẽ,dicentes:Hæccine eſt vrbs perfecti decoris,gaudiũ vniuerſæ terræ? i.Ec-
cè quomodò Eccleſia ſeu anima,q̃ ſe Dei ciuitatem vocauit & cunctis gratijs decoratã, ità vt de eius
eminentia alij hincindè gauderent,quomodò nunc inueniẽ deiecta ac miſera?Aperuerunt ſuper te,
ô Eccleſia vel anima,os ſuum omnes inimici tui,iam nominati,& dixerunt:Deuorabimus te corpo-
raliter vel ſpiritualiter.Fecit Dñs quæ cogitauit,i.peccata tua vltus eſt ſicut concepit. Lætificauit ſu-
per te,i.de tua afflictione,inimicum, i. hoſtes præfatos. Clamauit cor eorum, videlicet inimicorum
iſtorum,ad Dñm.Nam & dæmones à diuina iuſtitia expetunt ſibi donari iniquos, & maximè clamãt
ſuper muros filiæ Sion,i. contra prælatos ac principes Eccleſiæ vt damnentur. Propterea ô Eccleſia
& anima Chriſtiana,pœnitentiam age, & deduc quaſi torrentem lachrymas per diem ac noctẽ, iu-
xta illud Pſal.118.Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei,quia non cuſtodiérunt legem tuam.Deniq;
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus,cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit, qui pœni-
tentiam noſtram intantùm deſiderat,vt totiès prouocet nos ad eam.Conſurge, lauda in nocte. De
verbis his præcedenti articulo ſatìs dictum opinor. Leua ad eum manus tuas pro animabus paruu-
lorum tuorum,i.ſubditorum ac puſillorum, ſiue humilium, viuorum ac mortuorum, vt viuis Deus
gratiam,defunctis requiem donare dignetur.Qui fame ſpiritali periêrunt in capite omnium compi-
torum,i.tentationũ ac operum,plura vitia in ſe virtualiter continentium, ità quòd in eodem plures
deformitates culpabiles attenduntur,ſicut in compito plura concurrunt itinera. Vide Dñe & conſi-
dera,quem vindemiaueris ità,i.penſa ô Chriſte,quòd populum Chriſtianum, pro cuius ſalute tan-
ta feciſti ac perpeſſus es,tam grauiter afflixiſti ac reliquiſti, & decæterò eſto benignus. Ergó ne co-
medent matres fructum ſuum?Hoc fit,quandò ſuperiores ſibi commiſſos ſpiritualiter perdunt, aut
bona eorum diripiunt.Si occíditur in ſanctuario Domini ſacerdos & propheta.Si,pro quia. Nam in
eccleſia ſacerdotes,paſtores,ac prædicatores,ſæpè periculoſiùs tentãtur,peccãt,ac pereunt.Deniq;
1.Pet 4. teſte Petro,tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Domini.Et per Ezech.9.cap.Dominus loquitur:
A ſanctuario meo incipite percutere. Iacuerunt in terra foris puer & ſenex, i. ſuperiores & inferio-
Prou.26. res,ſeniores & iuniores,concorditer in terrenis ſunt occupati & nimìs intenti, ſicut ſus lota in vo-
lutabro luti. Vel foris,per excommunicationem. Virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio
diabolicæ tentationis,& mucrone carnalitatis.Interfecti,in anima morte peccati. Inſupèr ait Eccle-
ſia ſeu anima:Vocâſti quaſi ad diem ſolennem qui terrerent me, i.viſibilium ac inuiſibilium hoſtiũ
multitudinem vndiq; ſuper me adduxiſti,nec fuit qui effugeret.Pauci enim laqueos mundi, carnis,
dæmonisq́; euadunt.immò nemo adultus eſt,qui non viciſsìm mente lædatur,venialibus ſaltem:In
Iacob.3. multis enim offendimus omnes.Quos educaui & enutriui,ſcilicet filios meos,quos in fide ac mori-
bus inſtruxi,pane ſacramẽtali refeci,conſolationibus maternalibus confortaui: Inimicus meus cõ-
ſumpſit, id eſt, diabolus ei cooperans,ſeculum nequam,fomesq́; carnis ad peccata induxit,decepit,
damnationi adiecit,de quo pia mater Eccleſia intimè dolet, cùm dicat Apoſtolus: Quis ſcandaliza-
2.Cor.11. tur,& ego non vror?

¶ *Expoſitio literalis 3.cap.Ego vir videns paupertatem meam.* *Articulus* 6.

PRæcedentibus duobus cap.ſub vna litera alphabeti Hebraici, tres continentur verſiculi. In
hoc autem cap.cuilibet verſiculo litera certa præponitur, & quælibet litera ter præfertur atq;
repetitur. Vndè & huius cap.profundiores ſunt ſenſus,& altiora myſteria.Sed & pręſens cap.magna
pro parte etiam de Chriſto, ſicut patebit, exponitur. Itaque Ieremias in ſua ac populi ſui loquens
perſona,humiliter profitetur:[Ego vir videns paupertatem meam] id eſt,inopiam corporalem,ſpi-
ritalem quoquè defectuoſitatem,afflictionem, miſeriam:erant enim Iudæi à Chaldæis ſpoliati.[in
virga indignationis eius:] Si hoc ad participium, videns, referatur:ſenſus eſt, quòd ex percuſſione
diuinæ iuſtitiæ vlciſcentis,ſit inductus ad paupertatis ſuæ conſiderationem, ità quòd vexatio dedit
intellectum.Porrò ſi referatur ad nomen hoc,paupertatem, ſenſus eſt, quòd ex diuina percuſſione
ſeu vltione inflicta ſit ſibi ſua paupertas. [Me minauit] Deus in captiuitatem per Chaldæos, vel
exercitus Chaldæorum minauit me. [& adduxit in tenebras] carcerum, ſeu aduerſitatum, iuxta
capituli præcedentis principium: Quomodò obtexit caligine, &c. Iudæi, quoq; minauerunt & in
tene-

tenebroſum ergaſtulũ deduxerunt Ieremiã,vt patuit.[& nõ in lucẽ] proſperitatum.[Tm̃ in me ver-
tit & conuertit manum ſuã] i.poteſtatis ſuæ afflictionem.[tota die.] Nam & ante obſidionem cæte-
ris gaudentibus in Hieruſalem,ſolus Ieremias afflictionibus implebaẽ.Tanta quoq; vaſtitas populi
Iudæ fuit,vt videreẽ ſibi aliorum calamitas nulla:ideoq́; aſſerit ſe tangi manu vltionis diuinæ. Vel
dictio,tantùm,referẽ ad manum:eritq́; ſenſus, ꝙ tantũmodò afflixit, & nil conſolationis abhibuit
Deus populo ſuo tempore oppreſſionis ſuæ à Chaldęis.[Vetuſtã fecit pellem meam & carnem me-
am.] i.intantùm afflixit me,ꝙ corpus emarcuit,diſcoloratũ eſt,& antiquius videbaẽ q̃ fuit.Hoc tam
Ieremiæ q̃ populo certum eſt accidiſſe.[cõtriuit oſſa mea,] quantùm ad interfectos ſeu grauiter cæ-
ſos,quod & Ieremiæ euenit: vñ de ipſo prophetaliter ſumiẽ, ità ꝙ verbis his ſe occidendum p̃nun-
ciauit. [Aedificauit in gyro meo] i.per circuitum Hieruſalẽ machinas ad vrbem demoliendã, quẽ-
admodùm Ezech.4.p̃dictum eſt.[& circũdedit me felle & labore] i.acerbiſſima anxietate,& pœno-
ſis ſudoribus,prout ſuprà Dñs dixit:Cibabo eos abſinthio,& potabo eos felle.[In tenebroſis collo-
cauit me.] Ieremias em̃ in lacum teterrimum miſſus eſt,& aliqui Iudæorũ à Chaldæis ſunt incarce- Iere.23.
rati,vt Sedechias:cæteri grauiſſimis aduerſitatibus ſunt operti.[quaſi mortuos ſempiternos.] i.ſicut
illos qui in infernum deſcendunt,in quibus mors culpæ atq; miſeriæ ęternaliter perſeuerat.[Circũ-
ædificauit aduersùm me,vt non egrediar.] Exercitus em̃ Chaldæorum populũ Iudæ infra Hieruſa-
lem machinis ſuis concluſit, & cũ Ieremias voluiſſet exire Hieruſalẽ, incarcerauerunt eum Iudæi.
[Aggrauauit compedẽ meum.] Aliqui em̃ Iudæorum compedibus oneroſis fuerunt ligati, & fortè
Ieremias tẽpore ſuæ incarcerationis extitit cõpeditus. [Sed & cùm clamauero & rogauero] Deum, Iere.7.
vt à Chaldæis me erueret,[excluſit orationẽ meã.] Vndè ſuperiùs Dñs dixit:Noli orare pro populo 11.24.
iſto in bonũ.populum quoq; tẽpore ſuæ anguſtiæ *exorantẽ, Deus non exaudiuit, qa ſola neceſſi-
tate ac ſeruili timore orabant,iuxta illud Ezech.7.Anguſtia ſuperueniẽte,q̃rent pacem, & non erit.
[Concluſit vias meas lapidibus quadris.] i.ab itineratione me coarctauit firmiſſimis impedimentis.
[ſemitas meas ſubuertit.] i. à ſolitis itinerib' impediuit.Nã & Ieremias in carcere lapidibus obtura-
to fuit recluſus,aliqui quoq; de populo.[Vrſus inſidians factus eſt mihi,leo in abſcondito.] i. tã di-
rè ac callidè per Chaldęos me affligi permiſit,ſicut ab vrſo inſidiante,ac leone in antro latente quis
deuaſtaẽ.Iuxta quẽ modum Oſe.13.Dñs ait:Occurrã eis quaſi vrſa raptis catulis,& dirumpã interiora
eorũ,& conſumam eos vt leo.[Semitas meas ſubuertit,& confregit me,] vrbem ac tẽplum deſtruẽ-
do,& plurimos occidendo.[poſuit me deſolatam. Tetendit arcum ſuum,] Hoc præcedenti cap. ex-
poſitum eſt.[& poſuit me quaſi ſignum ad ſagittã.] i.ità obiecit me ictibus ac ſagittis Chaldęorum,
ſicut opponitur ſagittantibus ſignum, verſùs quod ſagittas emittũt.[Miſit in renibus meis] i.corpori
meo infixit, [filias pharetræ ſuæ] i. ſagittas q̃ ità procedunt à pharetra, vt proles à matre. Hæc omnia
Deus perhibeẽ feciſſe,qm̃ eius voluntate,poteſtate, ac inſpiratione Chaldęi ea fecerunt.[Factus ſum
in deriſum om̃i populo,canticũ eorũ tota die.] Hoc cõpetit Ieremię,qui frequẽter à Iudæis deride-
baẽ,ſicut ſuperiùs dixit:Oẽs ſubſannant me.populus quoq; Iudæ à Chaldæis ac cæteris nationibus Iere.20.
illudebaẽ,& in cãticum oris illorum materialiter verſus eſt. [Repleuit me amaritudinibus,* potauit *inebria-
me abſinthio.] i.ſicut qs abſinthio pœnoſè potaẽ,ſic grauiſſimis me impleuit doloribus.[Confregit uit
ad numerum dentes meos.] Chaldæi q̃ppe ex nimia crudelitate dentes aliquorũ Iudæorum excuſ-
ſiſſe ſingulatìm credunẽ.[cibauit me cinere] i.maxima humiliatione ſeu pœnali ac inſipida eſca, vel
ſubcinericijs panibus,in q̃bus cineres erant panibus mixti.[*Et dixi: Repulſa eſt aĩa mea.] i. à Deo
non exauditur,à propinquis proximisq́; abiecta.quod & Ieremię contigit,quẽ Deus viciſsìm nõ ex-
audiuit, & à viris Anathoth grauiter impetebaẽ ad mortẽ,vt dictum eſt.[oblítus ſum bonorũ] i.intã-
tùm oppreſſus aduerſis,p̃teritorum bonorum non reminiſcar.Magna enim occupatio mentis circa
vnum,aliorum impedit attentionem. Vel,oblítus ſum bonorum futurorum,i.preſſura malorũ præ-
ſentium,non conſideraui præmia electorum,flagella Dei patienter ferentium. Et dixi: Perijt finis
meus.] i.retributio mihi beata non remanet.[& ſpes mea à Dño,] i.fiduciam à Deo ampliùs non ha-
beo. Vel,perijt finis meus,i.infelix terminus ſeu interitus mihi inſtat,& ſpes mea à Dño,i.fiducia qua
à Deo ab aduerſarijs defendi ſperabam. Hęc in p̃ſona infirmorũ, ex magnitudine afflictionũ quaſi
deſperantium,proferunẽ.Poſſunt quoq; quodammodò de Ieremia exponi,iuxta expoſitionem qua
ipſe ſuprà ait:Maledicta dies in qua natus ſum.[Recordare] ô Dñe,i. nunc de nouo clemẽter auxili- Iere.20.
ando oſtende te memorẽ [paupertatis & tranſgreſſionis meæ.] i. exceſſiui ſeu maximi doloris: vel
tranſgreſſionis,qua de terra p̃pria ad alienã profectus ſiue tranſlatus ſum. Vndè aliqui textus habẽt,
tranſmigrationis.[abſinthij & fellis.] i.anguſtiarũ,quibus velut cibo potuq́; impletus ſum.[Memo-
ria memor ero,] i.intentè & quaſi continuè memorabor iuſtitiæ meæ, & æquitatis ac beneficentię
tuę.[& tabeſcet in me aĩa mea] p̃ cõfuſione atq; mœrore.Hinc per Ezech.Dñs ait:Diſplicebitis vo- Ezec.14.
bis in iniquitatibus veſtris,& tabeſcetis in eis.[Hęc recolens in corde meo,in Deo ſperabo.] ex cõ-
feſſione enim propriæ impietatis ac diuinæ bonitatis, oritur conſolatoria ſpes veniæ de peccatis:
&

& dum peccator ꝑpendit,ꝙ Deus ſibi conceſſit grãm pœnitendi ac ſatisfaciẽdi,confidit demùm ꝙ
& indulgentiam ſit daturus.[Miſericordiæ dñi,qa non ſumus cõſumpti.] i.diuinæ id clementię eſt,
eiuſq; bonitati attribuo,ꝙ non ſumus oẽs occiſi penituſq; deleti, ſecũdùm quod loquiť Iſaias: Niſi
Iſaiæ 1. Dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma eſſemus.[qa non defecerũt miſerationes eius.]
propter quod citra condignũ puniuit nos,& reliquias dedit nõ meritis noſtris,ſed ꝓpria pietate,iuxta illud Ezech.36.Non ꝓpter vos ego faciã domus Iſrael, notum ſit vobis,ſed ꝓpter nomen ſanctũ
meũ.Hinc Abac.2.diciť Deo:Cùm iratus fueris,miſericordię recordaberis.Hinc Iſa.48.Deus fatetur:Propter nomẽ meum longè faciã furorem meum,& ꝓpter me ego faciã vt nõ blaſphemer.[Noui diluculo, multa eſt fides tua.] Hoc poteſt eſſe verbum Dei ad Ieremiã, ſeu electã partem Iudaicæ plebis,iſta orantẽ & confitentẽ,cuius magna extitit fides in Deo, ꝙ in tantis calamitatibus non
defecit.Vel eſt verbũ Ieremiæ ac populi boni ad Deum.[Noui diluculo.] i.à pueritia,vel ab infuſione lucis gratiæq; ſupnę.[multa eſt] ô Dñe [fides] i.fidelitas [tua] ad tuos miniſtros fideles,iuxta il-
Pſal.144. lud in Pſal.Fidelis Dñs in oĩbus verbis ſuis.Et Apoſtolus:Fidelis,inqt,Deus,qui non patieť vos ten-
1.Cor 10. tari ſup id quod poteſtis.[Pars mea Dñs,dixit aĩa mea.] i.Deum p̄ vniuerſis elegit, & iſtud bonũ ſibi
ſufficere reputauit,in quo eſt oĩm bonorum atq; pulchrorum plena ac infinita poſſeſſio.Hoc modo
Pſal.72. aĩa eius illi vnita,eſt felix:ab illo auerſa, eſt miſera. Cuius aĩa talis eſt, dicere poteſt cum Pſal.Deus
Pſal.15. cordis mei,&pars mea Deus in æternũ.Itemq;:Dñs pars hæreditatis meę.Ipſe nẽpe eſt Deus glorioſus ac ſuperſublimis,incõmutabilis,oĩpotens, adorãdus,cuius beatitudinis gloria eſt in ſemetipſo
penitùs infinita,p̄ cunctis in immenſum deſiderandus,amandus,ac eligẽdus: quo qui caruerit,quãtumcunq; in alijs abundauerit,verè infelix eſt.[Propterea expectabo eum] ſpe lõganimi & cõſtanti,i.in oĩ euentu in eius pietate confidã,eius beatificam viſiõem finaliter p̄ſtolabor, manũ & gra-
Iſaiæ 30 Pſal.83. tiam eius longanimiter ſuſtinebo.Siquidẽ Iſaia teſtãte,Deus iudicij Dñs:beati oẽs qui expectant eũ.
Pſal.24. Et Pſal.decantat:Dñe virtutũ,beatus homo q̃ ſperat in te.Et,Vniuerſi qui ſuſtinent te,non confundenť.Quicquid ergò aduerſitatis acciderit,& quantumcunq; Deus preces noſtras exaudire diſtulerit,faciamus quod Pro.3.ſcriptum eſt:Habe fiduciã in Dño ex toto corde tuo.[Bonus eſt Dñs] i.clemens,liberalis,dulcis,beneficus.[ſperãtibus in eũ] ſpe formata,q̃ charitati & operibus virtuoſis cõiuncta eſt.[aĩæ q̃renti illum] per rectã intentionẽ,diligentem cordis cuſtodiã, feruentem amorem.
Pſal. 72. Hinc Pſalmographus:Quàm bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde? Et itẽ: Laudate Dñm, qm̃
Pſal.134. bonus eſt Dñs:pſallite nomini eius,qm̃ ſuaue.De quo Sap.12.ſcribiť:O q̃ bonus & ſuauis eſt Dñe ſpiritus tuus in oĩbus.Deniq; ſecundùm diuinum Dionyſium,Dei natura eſt bonitas,& non vtiq; niſi
pura,niſi perfecta,niſi immenſa,cuius comparatione nullus bonus, Chriſto dicente: Nemo bonus,
niſi vnus Deus:bonus vtiq; in ſemetipſo, bonus ad alios,qui in toto vniuerſo nil ſuæ bonitatis expers relinquit,qui Iacobo proteſtante,dat omnibus affluenter. nec ſolùm ſperantibus in ſe, verùm
& ingratis ac impijs bonus eſt,quemadmodùm Luc. 6.ait Saluator:Quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.Eccè em̃ quanta bona dat prauis,q̃ longanimiter eos expectat, q̃ ſæpè per ſeipſum,
per angelicum ſpiritum,per ſcripturas,per homines ſpirituales,eos ad pœnitentiã inuitat.[Bonum]
i.virtuoſum ac meritorium [eſt cum ſilentio] i.mentis quiete & oris cuſtodia. [præſtolari ſalutare
Dei] i.ſaluationem à Deo,vt ſine murmuratione cum oĩ patientia ſalutem & gratiam eius iugiter
Luc.2. expectemus.Vel,ſalutare Dei,i.Chriſtum,de quo Gen.49.loquiť Iacob: Salutare tuum expectabo
Dñe.Simeon quoq;:Viderunt oculi mei ſalutare tuum.Silentium aũt potiſſimè cõfert ad cordis cuſtodiam,omniumq; virtutum profectum,propter quod Iſa.30.dicitur: In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.[Bonum eſt viro,] ſimiliter mulieri,[cùm portauerit iugum] legis diuinæ [ab adoleſcentia ſua.] Maximi enim meriti eſt, adoleſcentiam Deo offerre: & iuuentutis florem in diuino cultu
expendere,Deo gratiſſimum extat,quia & tunc homo eſt aptior mundo,& ad vanitates ac volupta-
Eccl 11. tes ampliùs inclinatus.Propter quod Salomon aſſerit: Voluptas & adoleſcentia vana ſunt. Et Pſal.
Pſal.118. ait: In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? In cuſtodiendo ſermones tuos. Sed heu multi ſtulti
adoleſcentes conuerſionem differunt,dicentes ſe poſteà conuertendos, nec penſantes iſtud Pro-
Pro.22. uerb.Prouerbiũ eſt,Adoleſcens iuxta viam ſuã,etiã cùm ſenuerit,non recedet ab ea.Præterea,ſicut
noſtra dicunt ſtatuta,hoc verbo propheta maximè conſolatur nos Carthuſienſes, qui ordinẽ penè
omnes à iuuentute intrauimus,& propter verba labiorũ Dei,vias imperfectis aliquãdò duras,proficientibus verò atq; ardenter amãtibus quotidiè dulciores cuſtodimus,vtinàm dignè iugiter Deo.
[Sedebit] i. mente & corpore conquieſcet, & in humilitatis imo ſe figet [ſolitarius,] qui verè ac dignè ſolitarius appellatur,qui cellæ ac ſolitudini reddit debitum ſuum,in ſolitario loco ſoli Deo efficaciter vacans,ſyncerè intendens, agiliter obſequens, amoroſè ſe vniens: quod ſi fecerit,deus:ſi
omiſerit,beſtia eſt dicendus,iuxta iſtud:Homo ſolus, eſt vel deus vel beſtia, i. diuinus vel beſtialis.
Si enim ventris ingluuiem,ſi loquacitatem,ſi acediam, negligentiamq; admiſerit, beſtia reputatur,
nec ſolitarij nomine dignus eſt,nec habitaculo cellæ.[& tacebit] ab humano colloquio, nõ à diuino,

no,neq; interno,cùm ad ipſum ptineat iſtud Pſal.Benedicam Dñm in omni tẽpore,ſemper laus eius Pſal.33.
in ore meo.[qa leuabit ſe ſuper ſe.] i.ad diuina mentẽ ſuam extendet,diuinorũ contemplationi inſiſtet,ad Deum altiſſimũ affectuoſè ſe eriget.Hic eſt finis noſtræ profeſſionis,hæc ſtudiorũ noſtrorum perfectio,hoc noſtri laboris totiuſq; corporalis exercitationis præclariſſimũ culmen. Quo em̃
ab exteriori tumultu,humanoq; ſtrepitu ampliùs ſegregamur,eo ad puriorẽ contemplationẽ, ſtabiliorẽ eleuationem,feruentiorẽ dilectionem proficiſci debemus,ad quod p̄fata ſeſſio ac taciturnitas
eminenter diſponunt.Vñ & Antonius docuit:Vbicunq; ſederis,non citò indè te moueas. & quantum pronitas ad loquendũ impedit à profectu,(iuxta illud Prouerb.Vidiſti aliquẽ velocẽ ad loquẽ- Prouc. 29.
dum?ſtultitia magis ſperanda eſt q̃ illius correctio:) tantum taciturnitas ordinata confert ad profi- Iſaiæ 32.
ciendũ.vndè in Iſaia habeť: Erit cultus iuſtitiæ ſilentiũ. [Ponet in puluere os ſuum.] i. ſolotenus ſe
proſternet,&ex profunda humilitate terrę os imprimet,veniamq; accipiet.Vel,ponet in puluere os
ſuũ,i.puluerẽ & cinerẽ ſe eſſe fatebiť,nec ſuperba loqueť.In fauilla quoq; & cinere cum ſancto Iob Iob 24.
pœnitentiã aget,iuxta quod ſcriptũ eſt:Pſal.43.Qm̃ humiliata eſt in puluere aĩa noſtra,conglutina- Eccl.7.
tus eſt in terra vẽter noſter.Et iterũ:Humilia valdè ſpiritũ tuũ. Quocõtrà ſcriptũ eſt de ſupbis Pſal.
72.Poſuerunt in cælũ os ſuũ.[Si fortè ſit ſpes.] i.ſi forſan mereať exandiri à Deo ꝓ ſeipſo ac alijs:maximè em̃ debẽt ſolitarij ꝓ cõmuni eccleſiæ bono orare,cùm ore nõ p̄dicent. Itaq; ſi fortè ſit ſpes,i.
ſi bonum ſperatum,p̄ſertim felicitatẽ æternam,mereať ſortiri.Dicitq;, Fortè,ad præſumptionis excluſionem,ac liberi arbitrij monſtrandã flexibilitatẽ,& qm̃ certi non ſumus amore dignos nos eſ-
ſe,aut in fine ſaluandos,propter quod timorati ſemper eſſe debemus, atq; cum metu ac reuerentia Phil. 2.
noſtram operari ſalutẽ.[Dabit percutienti ſe maxillam,] vel per realem exhibitionẽ,vel ſecundùm
animi præparationem,i.paſſus iniuriam, ad maiorem erit paratus:immò cum gaudio patieť illatam,
cuius ſignum eſt,ꝙ cædenti ac iniurianti præbebit maxillam, hoc euãgelicæ perfectionis eſt,Chri-
ſto dicente:Si quis te percuſſerit in vnã maxillam,præbe ei & alteram. Nempe cùm ſignum virtutis Mat. 5.
ſit,delectatio *vigens in opere,q̃ verè perfecteq; patiens fuerit,cum delectatione aduerſa quælibet *fiens
ſuſtinebet:tum propter honorem Dei,quem tam frequenter inhonoràſſe ſe meminit:tum vt Chriſto ꝓ ſe paſſo conformeť,tum vt per p̄ſentem tribulationem à peccatis purgeť,ad gratiam habiliteť,
ad gloriam perducať. Hinc ait Saluator: Gaudete in illa hora & exultate, qm̃ merces veſtra copioſa Ibidem
eſt in cælis.Apoſtolus quoq; ad Rom.5.Gloriamur in tribulationibus.Et 1.Pet.4.habeť:Communi- Luc.6.
cantes Chriſti paſſionibus,gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis.[Saturabiť opprobrijs]
i.plurima ſuſtinebit,& in ipſis quaſi in epulis lætus erit.Multæ em̃ tribulationes iuſtorũ. Et Iacobus Pſal.33.
inducit:Oĩe gaudiũ exiſtimate fratres mei,cùm in diuerſas tentationes incideritis. Tanta itaq; erit Iaco.1.
iuſti,p̄ſertim ſolitarij, patientia. [Quia non repellet in ſempiternum Dñs.] i.non perpetuò permittet eum affligi,nec preces eius in toto abiecit,iuxta illud ad Rom.11. Nunquid repulit Dñs populum
ſuũ?abſit.Atq;,Multæ tribulatiões iuſtorũ,& de oĩbus his liberauit eos Dñs.[Quia ſi abiecit,] i.quã- Pſal. 33.
uis ad tẽpus iuſtos reliquerit in manibus impiorũ,vel exaudire diſtulerit,vel electis gratiã aut cõſolationem ſubtraxerit. [& miſerebiť eius,] ab aduerſitatibus eruendo,cõſolationem & gratiã influẽdo.[ſecundùm multitudinem miſerationum ſuarũ,] quarum non eſt numerus neq; finis. Hinc ferť Pſal.24.
in Pſal.76.Nunquid in ęternum proijciet Deus?aut nõ apponet vt cõplacitior ſit adhuc? Et in Iob: Iob.5.
Ipſe vulnerat,& medeť:percutit,& manus eius ſanabunt. Verùm hæc oĩa referunť ad tẽpus pręſens,
quo ſumus in via:qua finita,ità non erit.Nam in inferno nulla redemptio:&quanto maior benignitas Dei in hoc mundo, tanto maior eſt eius ſeueritas in futuro. [Non em̃ humiliauit] i. per aduerſa
oppreſſit ſiue deiecit.[ex corde ſuo] i.directa ac finali ſeu immediata intentione. [& abiecit] modo
pręfato.[filios hominũ,] præſertim electos.Nam malum quod Deus ſuis infligit,vel infligi permittit,non eſt ab eo directè & per ſe ſeu finaliter intentum,ſed reſpectiuè, inquantùm proficit ad ſalutem eorum & gloriam Dei: quemadmodùm medicus infligit cauterium, non propter ſe, ſed ob ſanitatem. Deus aũt eſt medicus animarũ.Hinc in Tobiæ libro diciť Deo:Non delectaris in perditi- Tob.9.
onibus noſtris,quia poſt tempeſtatem tranquillum facis. Sic ergò ex corde ſuo non humiliauit filios hominũ.[Vt contereret ſub pedibus ſuis] i.penitùs conculcaret ac perderet.[oẽs vinctos terrę:]
qui in mundo hoc corporaliter aut ſpiritaliter vincti ſunt atq; captiui: immò vt purgentur ac ſaluẽ-
tur,eos hîc punit, q̃ per Ezech.teſtať:Nolo mortẽ peccatoris,ſed vt conuertať & viuat.[Vt declina- Ezec.18.
ret iudiciũ viri,] i.iuſtum iudicium non faceret viro afflicto,eum iniuſtè vexari finaliter permittendo.[in cõſpectu vultûs altiſſimi,] i.in ſuî ipſius,qui ſummus eſt, præſentia ſeu adſpectu. [Vt puerterent hominem in iudicio ſuo,] i. iniqui malè iudicarẽt de aliquo,potiſſimè de homine bono. [Do-
minus ignorauit,] i.neſciuit ſcientia approbationis,quia id ſibi non placet, ſed reprobat.de tali ſci- Luc.13.
entia ait Saluator:Neſcio vos vñ ſitis.Et Apoſtolus:Qui ignorat,ignorabiť.Itemq;:Si quis diligit De- 1.Cor.14.
um,hic cognitus eſt ab eo.[Quis eſt iſte qui dixit vt fieret,] i. qui aliqua in mundo euenire, aut fieri 1.Cor.8.
affirmauit,[Dño non iubente?] i.ſine iuſſione ac diſpoſitione diuina. Hoc diciť contra eos q̃ prouiden-

dentiã Dei negantes,oĩa fortuitũ accidere opinabant̃:maximè,q̃a videbant iniquos in vita hac pro-
Pſal. 72. ſperari,ditari,ſublimari,iuſtos aũt opprimi & affligi,de q̃bus habetur in Pſal.Dixerũt: Quõ ſcit De-
Pſal.93. us,& ſi eſt ſcientia in excelſo?Et item:Dixerũt,non videbit Dñs,nec intelliget Deus Iacob. Rurſus:
Quis eſt iſte q̃ dixit,[Ex ore altiſſimi non egredient̃ nec bona, nec mala?] i. Deus non feret ſentẽ-
tiam damnationis contra iniquos,nec p̃mium daturus eſt iuſtis,ità ꝙ de hoĩm actibus nihil ſe intro-
mittet.Quaſi dicat,q̃ talia dicit,inſenſatus eſt vehementer. Contra iſtũ errorem, ſuprà diſputatũ eſt
Iere.12. pleniùs.Cùm ergò Deus oĩm ſit prouiſor,nihilq́; in terra fiat ſine cauſa, & Deus cauſas ſingulorum
&23. intueat̃:[Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis?] i. cur de afflictionibus ſibi pro ſuis
peccatis iuſtè inflictis,impatiẽs fuit,cùm de pœnis p̃ſentibus quaſi medicinis q̃buſdam gaudere de-
beret,&gr̃as agere medico?Vndè Iob 4.inducitur:Recordare,obſecro te,quis vnq̃ innocens perijt?
Magnũ peccatũ eſt murmuratio iſta.propter quod ad Phil.2.iubet Apoſtolus: Oĩa facite ſine mur-
murationibus,vt ſitis ſine querela, ſimplices filij Dei. Vndè & q̃ contra ſuperiorũ ſuorum murmu-
rant diſciplinam,grauiter peccant.Si aũt verſiculus iſte legat̃,quaſi ex perſona eius qui prouidentiã
Dei negat,ſenſus eſt:Cùm Deus contra iniquos mala non proferat,quid aliquis pro ſuis peccatis ſe
accuſat,dolet,caſtigat?Deniq; ad vitandum oẽm murmurationem impatientiamq́; in aduerſis, dat
propheta ſaluberrimum documẽtum:[Scrutemur vias noſtras,] i.vitam noſtram diſcutiamus, pec-
cata noſtra penſemus,conſcientiæ angulos euoluamus. Hoc eſt quod ad Gal.6. ſcribit Apoſtolus:
Opus ſuũ probet vnuſquiſq;. Inſupèr attendamus viam, qua hunc mundũ intrauimus, q̃ fuerit im-
munda & vilis:viam qua in mundo hoc ambulauimus,q̃ ſit periculoſa ac labilis:viam qua mundum
Iob 9. iſtum exibimus,q̃ ſit horrenda atq; pœnalis.Ità ſcrutatus eſt vias ſuas Iob:Verebar,iniquiens, oĩa
Iob.13. opera mea.Et item:Vias meas in conſpectu eius arguam.Hinc Aggeus monet: Ponite corde veſtra
Agg.1. ſuper vias veſtras.[& quæramus] indulgentiam,[& reuertamur ad Dñm] per veram contritionẽ,hu-
milem cõfeſſionem,ſatisfactionẽ,& cordialem amorẽ.[Leuemus corda noſtra cũ manibus ad Dñm
in cælos.] i.mẽte ad Deum erecta,ſimul cum manibus Deũ precemur,alis virtutũ ad ipſum nos eri-
gamus,pennis cõtemplationis,orationis,deuotionis volemus ad eũ, qui vbiq; veraciter p̃ſens eſt:&
tñ in cælo ſpecialiter eſſe ac habitare aſſerit̃,qm̃ ibi eminentiùs euidentiuſq́; operatur,& clariùs cer-
Ioan.17. nit̃.Hunc modũ orandi docuit Chr̃s,de quo in Ioanne legit̃:Subleuatis Ieſus oculis in cęlum,dixit:
Pater,venit hora,clarifica filiũ tuum. Ad cælũ ergò tanq̃ ad patriam oculos interiores & exteriores
Iſaiæ 60. leuemus,vt ſciamus quo deſideria noſtra figamus,quo quieſcamus,quo ſit quem q̃rimus.Et item,vt
Pſal.122. ex cęleſtium corporũ intuitione,ad creatoris reuerentiã ꝓuocemur,iuxta illud Iſaię:Leuate oculos
veſtros in excelſum,& videte q̃s creauit hæc.Ità ſe eleuauit q̃ cecinit:Ad te leuaui oculos meos, qui
habitas in cęlis.De eleuatione aũt manuum ad Deũ, dictũ eſt pleniùs p̃cedenti cap.ſuper iſtud:Le-
ua ad eũ manus tuas.[Nos iniquè egimus] legem diuinã tranſgrediendo. [& ad iracundiam] i. iuſtã
vindictam.[prouocauimus] immobilem Deũ q̃ noſtris peccatis prouocari aſſerit̃,quia eorũ intuitu
pœnã affligit.[Idcircò tu] ô Dñe [inexorabilis es] i.difficilis ad placandũ ſeu ignoſcendũ.Quamuìs
em̃ quacunq; hora peccator ingemuerit,veniamq́; petiêrit, Deus oẽm culpã dimittat, non tñ q̃libet
gemitus aut quicunq; dolor ſeu q̃uis oratio ſufficit ad indulgentię adeptionem,ſed grauiora pecca-
ta cordialiorem gemitũ,intenſiorem dolorẽ,inſtantiorem precem req̃runt.Vndè non q̃libet dolor
de peccatis,meret̃ dici contritio,ſed q̃ dignus eſt ac ſatìs intenſus.Prætereà etſi Deus exorabilis ſit
ad culpæ ignoſcentiam,non tñ ſemper mox pœnã dimittit, nec Iudæi tempore ſuæ anguſtiæ pote-
rant obtinere à Deo liberationem à Chaldæis.Loquit̃ aũt Ieremias in perſona populi,ſeq́; eis cõnu-
Iſaiæ 64. merat tanq̃ vnus eorum,q̃uìs innocẽs fuerit,quẽadmodùm Iſaias,Daniel, Eſdras, in ſuis libris egiſ-
Dan.9. ſe legunt̃.[Operuiſti in furore] i.in rigore tuę iuſtitiæ permiſiſti nos impleri malis culpæ,implêſtiq́;
1.Eſdr.9. nos malis pœnæ.[& percuſſiſti] per Chaldęos.[Occidiſti,nec pepercisti.] hîc locũ habet vna de ſe-
ptem regulis intelligendi ſcripturas.occiſi em̃ à Chaldęis,iſta locuti non ſunt:nec iſta dicentes,fue-
runt occiſi:ſed de toto populo,quaſi de vno aggregato fit ſermo, diuerſa aũt ad diuerſos ſunt refe-
renda.Eſtq́; huic ſimile illud in Pſal.77.Cùm occíderet eos,q̃rebant eum, & diluculo veniebant ad
eũ.[Oppoſuiſti nubẽ tibi] i.impedimentũ exauditionis attendiſti,& vitiorũ noſtrorũ denſam cali-
ginẽ conſiderâſti,tuam quoq; intuitus es æquitatẽ.[nè tranſeat oratio.] i. nè oratio noſtra aſſcendat
Pſal. 89. ac penetret cælos,effectum à te ſortiendo,iuxta illud in Pſal.Poſuiſti iniq̃tates noſtras in conſpectu
tuo.Vel oppoſuiſti nubẽ tibi,i.faciem tuã ſeu pietatis reſpectũ abſcondiſti à nobis.[Eradicationem
& abiectionem poſuiſti me] i.de propria terra me expuliſti,contemptibilemq́; feciſti.[in medio po-
pulorum.] ſ.Chaldæorũ.Hęc em̃ in perſona plebis Iudę dicunt̃. [Aperuerunt ſuper nos os ſuũ oẽs
inimici.] putà Chaldæi,nobis cõminantes ac inſultantes.[Formido & laqueus facta eſt mihi vatici-
natio & contritio] i.vaticinatio ꝓphetarũ quam ſpreuimus,& contritio qua affliximus ſiue occídi-
mus eos,fuerũt cauſa noſtrę formidinis & captiõis:vaticinatio,inquã,ratiõe noſtri contẽptûs. Verũ
vt quidã aſſerit,in Hebræo habet̃,Vaſtatio:& ità hic ſenſus eſt, ꝙ quatuor mala hæc, putà formido,
la-

laqueus,vaſtitas,& contritio actiua ſeu deſtructio, ſint populo huic illata.[Diuiſiones aquarum de-
duxerunt oculi mei,] i.vbertìm & vicibus interruptis abundanter lachrymas effuderunt.[in cõtri-
tione filiæ populi mei.] i.in deſtructiõe plebis Iudæ,cui vehementiſſimè condolebã, & loquit̃ hoc
Ieremias de ſeipſo.[Oculus meus afflictus eſt] ex nimio fletu. [nec tacuit,] *in motu lachrymãdo * id eſt, in metu
non quieuit,[eô ꝙ non eſſet requies:] quia Chaldæi nullã requiem dederunt Iudæis.[donec reſpi-
ceret & videret Dñs de cælo,] i.per ſuam miſericordiã aliquã conſolationẽ donaret. [Oculus meus
dep̃datus eſt] i.om̃i gaudio ſpoliauit.[aĩam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.] i. in adſpectu de-
ſolationis populorũ Hieruſalem,vel puellarũ eius,aut ciuitatũ Iudææ, quarum mater atq; metro-
polis fuit Hieruſalem. [Venatione ceperunt *me inimici mei gratìs,] i. ſine cauſa iuſta.Iudæi enim * me quaſi auem
multipliciter inſecuti atq; perſecuti ſunt Ieremiã, nec videtur ꝙ hoc poſſet de Sedechia ac populo
eius intelligi,q̃a non gratìs capti fuerunt,immò illud multipliciter meruerunt. [Lapſa eſt in lacum]
carceris [vita mea,] i.egomet viuens.[& poſuerunt lapidem ſuper me.] i. carcerem fortiter cõcluſe-
runt.[Inundauerunt aquę] i.abundantia tribulationum ſeu multitudo hoĩm impiorum. [ſuper ca-
put meum.dixi,perij] i.mortis periculo expoſitus ſum.Vndè ſuprà Ieremias dixit ad Sedechiã:Ob-
ſecro,nè remittas me in domum Ionathę ſcribę, nè moriar ibì. Vel Ieremias his verbis occiſionem Iere.27.
ſuam p̃nunciat.nã à Iudęis lapidatus deſcribit̃.De his aq̃s fert̃ in pſal.Eleuauerunt flumina Dñe.[In- Pſal. 92.
uocaui nomen tuum Dñe de lacu nouiſſimo.] i.de ꝓfundiſſima carceris fouea, in quam me ꝓiece-
runt Iudęi.Vndè 38.cap.dictum eſt:Submiſerunt Ieremiã in funibus in lacum, in quo nõ erat aqua,
ſed lutum, deſcẽditq́; in cœnum.[Vocem meam audîſti:] qui tunc Deo ordinante, ꝑ Abdemelech
ęthiopẽ fuit eductus.[nè auertas aurẽ tuam à ſingultu meo & clamoribus,] i. affectuoſis lachrymo-
ſiſq́; precibus,quibus pro alijs oro.[Appropinquâſti] non locũ mutando aut mobiliter acceden-
do,ſed gratioſum te exhibẽdo in ſuccurrendo.[in die q̃n inuocaui te.] frequenter nanq; ꝓphetam
Dñs exaudiuit.[dixiſti,nè timeas] mortales hoĩes te ꝑſequẽtes,& pœnas quas inferunt. Hoc equidẽ
ſuprà Dñs ait:Nè timeas à facie eorũ,q̃a ego tecum ſum vt eruã te.[Iudicâſti Dñe] i.iuſtã eſſe mõſtrâ- Iere. 1.
ſti [cauſam aĩę meę,] ità ꝙ iuſtè me habui ad Iudęos,& iniuſtè me accuſauerũt:[redẽptor vitę meę.]
q̃a de mortis periculis ſępè eripuit Ieremiã,vt patuit.[*Audîſti Dñe iniquitatẽ illorũ] videlicet Iudę-
orũ,[aduerſùm me,iudica iudiciũ meum] i.iudicando ꝓſequere.[Vidiſti oẽm furorẽ,vniuerſas co-
gitatiões eorũ aduerſùm me.Audîſti opprobria eorũ Dñe,oẽs cogitationes eorũ aduerſùm me.La-
bia inſurgentiũ mihi,& meditationes eorũ aduerſùm me tota die.] ſępè etem̃ inter ſe tractauerũt,
q̃d mali inferrẽt ꝓphetę.[Seſſionẽ eorũ] qua conſulẽdo inter ſe ſedẽt, [& reſurrectionẽ] qua ad ꝓ-
ſequendũ conſiliũ ſurgunt,[vides] q̃ oĩa nôſti.[ego ſum pſalmus eorũ.] i.de me deriſoriè cantant,
quẽadmodùm ad Ezechielẽ Dñs loquit̃:Quia in canticũ oris ſui vertũt iſtud,& factus es eis quaſi car Ezec.33.
men muſicum.Hęc aũt loquit̃ Ieremias pro tẽpore ſuæ perſecutionis, immò & poſt captã Hieruſa-
lẽ non ceſſauerunt ſcelerati Iudæi ꝑſequi eum.[Reddes eis vicẽ Dñe] i.dignã retributionẽ tempore
p̃ſtituto.[iuxta opera manuũ ſuarũ.] Nam & Iudæi qui Ieremiã in Aegypto afflixerunt,à Chaldęis
ibidèm vaſtati ſunt.[Dabis eis] p̃miſſiuè [ſcutum] i.duritiã ſeu obſtinationẽ cordis,quam peccãdo
tam grauiter meruerunt incidere:q́ ſcutũ cordis vocat̃,quia nõ ſinit ſagittas diuini ſermonis cor pe-
netrare,& per eã induratus,armat ſe contra iuſtitiã,ſuamq́; impietatẽ defendit. Frequenter tñ ſcutũ Ephe.6.
cordis in bono ſumit ſcriptura. vndè ad Epheſios ſcribit Apoſtolus: In oĩbus ſumentes ſcutũ fidei. Pſal.5.
Et Pſalmiſta: Dñe,vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronâſti nos.Et Sapiens:Sumet ſcutũ inexpugna- Sap.6.
bile ęquitatẽ.[laborẽ tuum] i.mercedẽ ſeu pœnã laboris,quẽ mihi impiè inflixerunt. Laborẽ em̃ &
ꝑſecutionẽ ſeruorum ſuorũ,Deus reputat ſuum,quẽadmodùm in Zacharia teſtat̃:Qui tetigerit vos, Zach.2.
tãget pupillã oculi mei.In Actis quoq;:Saule Saule,q̃d me ꝑſequeris? Vel laborẽ tuum, q̃a duritiam Acto.9.
hoĩm Deus dicit ſuũ eſſe laborẽ,eô ꝙ oẽs velit ſaluari,& de impietatibus nr̃is quaſi grauet̃,iuxta il-
lud Iſaię:Laboraui ſuſtinẽs.Et Malachias:Laborare Dñm feciſtis in ſermonibus vr̃is.Quæ oĩa idcir- Iſaiæ 1. Mal.2.
cò dicũt̃,qm̃ mens diuina cùm ſit ſupſanctiſſima,deformitatẽ peccati ineffabiliter deteſtat̃:[Perſe-
quéris in furore tuo] i.in rigore iuſtitiæ ꝑ Chaldęos.[& cõteres eos] i. occídes [ſub cęlis Dñe] i. in
terra.Prętereà quidã oĩa iſta ab eo loco,Vidiſti Dñe oẽm iniquitatẽ illorũ,exponunt in perſona po-
puli Iudęorũ contra Chaldęos,ità ꝙ populus iſte ait:Vidiſti Dñe iniquitatẽ illorum,ſ.Chaldęorum
aduerſùm me:quia crudeliter intentioneq́; impia vaſtauerunt Iudęos.Iudica iudiciũ meum,illorum
impietatẽ puniendo,& me de eorum manibus eruendo.Cętera clara ſunt vſq; ad id, Ego ſum pſal-
mus eorum,quia de calamitate ac ruina Iudęorum fecerunt ſibi Chaldęi cantandi materiã. Reddes
eis vicem Dñe,vaſtando eos ꝑ Medos ac Perſas,ęternaliter quoq; damnando.Dabis eis ſcutum cor-
dis,quia in malo ſunt indurati propter laborẽ quem intulerunt populo Dei,putà Iudæis,inter quos
aliqui iuſti fuerunt à Chaldęis oppreſſi & capti.Perſequéris & cõteres eos.Perſę nanq; & Medi de-
molíti ſunt Babylonem,& plurimos Chaldęorum occiderunt.

Explanatio eiuſdem capituli 3. de Chriſto. Articulus 7.

SAluator noſter vnigenitus Dei,Deus & homo, ratione naturę aſſumptę de ſeipſo fatet̃: Ego vir
vidẽs pauptaté meã,i.naturalẽ meæ humanitatis defectibilitatẽ,ſ.corporis paſſibilitatẽ, morta-
2.Cor.8. litatem,famẽ,ſitim,acerbiſſimã paſſionem:indetrahibiles q̃ppe defectus Chr̃s aſſumpſit:ipſe quoq;
Iere.14. cùm eſſet diues,ꝓpter nos pauper factus eſt,vt eius inopia ditaremur. Propter quod ait Mat.8.Filius
hoĩs non habet vbì caput reclinet.Et ſicut colonus venit in mundum,de quo loquitur Zach.9. Ipſe
paup & aſſcendens ſuper aſinã.Hanc inſup ſuam paupertatẽ Chr̃s vidit,penſauit,expert⁹ eſt in virga
indignatiõis eius,i.pcuſſione qua pater humano generi iuſtè indignãs, ꝓprio filio ſuo nõ pepercit,
Rom.8. ſed pro oĩbus nobis tradidit illũ,ſecundùm quod filius loquit̃ pr̃i Pſal.68. Qm̃ quem tu percuſſiſti,
Pſal.87. pſecuti ſunt.Et itẽ:In me tranſiẽrunt irę tuę.Hinc Iſaias ſcribit:Dñs voluit eum cõterere in infirmi-
Iſaiæ 53. tate.Ipſe aũt vulneratus eſt ꝓpter iniq̃tates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Me minauit
pater pmiſſiuè,& populus Iudęorum executiuè.In tenebras,& nõ in lucẽ.nam in nocte captus,vin-
ctus,in Hieruſalẽq; deduct⁹ eſt Chr̃s,& in tenebras afflictionũ grauiſſimas venit, in tenebras quoq;
diffamię.Tm̃ in me vertit & cõuertit manũ ſuã tota die Paraſceues.tunc em̃ tam dirè,cęteris gloriã-
tib⁹,paſſus eſt Chr̃s,vt cõparatiuè loquẽdo,quaſi ſolus pati videret̃, q̃a tunc Deus pater poſuit in eo
iniquitatẽ oĩm noſtrũm. Vetuſtã fecit pellem meã & carnẽ meã:tanta em̃ Chr̃s in vita iſta ſuſtinuit,
vt ſenior appareret q̃ fuit.vñ & Iudęi ad eum:Quinquaginta, inquiunt, annos nondùm habes.Ideò
Ioan.8. Chr̃s in Pſal.108.fatet̃:Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt ꝓpter oleum.
Ioan.19. Cõtriuit oſſa mea. Videt̃ huic cõtrarium illud euangelicũ:Ad Ieſum cùm veniſſent milites, vt vide-
Exod.12. runt eum iã mortuum,nõ fregerũt eius crura,vt impleret̃ ſcriptura,q̃ ait:Os non cõminuetis ex eo.
Ad quod q̃dam reſpondent,p oſſa hoc loco intelligendos eſſe apoſtolos, tanq̃ p̃ cæteris ſolidiores:
ſed & dici nil ꝓhibet,oſſa corporis Chr̃i cõtrita,i.cæſa,fatigata,debilitata,& læſa. Aedificauit in gy-
ro meo,i.aduerſariorũ cuneo me vallauit,iuxta illud in Pſal.21. Circundederũt me vituli multi,tau-
ri pingues obſederunt me.porrò quanta inſidiarum ac deceptionum machinamenta Iudæi contra
Chr̃m conſtruxerunt,in euãgelio eluceſcit.Et circundedit me felle,ad literã iuxta iſtud Pſal.21.De-
Luc.23. derunt in eſcã meã fel.Et labore,qñ videlicet baiulans ſibi crucẽ,adeò eſt laſſatus,vt Simonẽ quen-
Pſal.87. dam angariauerint ad portandã crucem Dñi Ieſu,qui loquit̃ per Pſal.Pauper ſum ego, & in laborib⁹
Iſaiæ 53. à iuuentute mea.de quo loquit̃ Iſaias:Pro eo ꝙ laborauit aĩa eius,videbit & ſaturabit̃. In tenebroſis
collocauit me quaſi mortuos ſempiternos.Chr̃s em̃ ſepultus,deſcẽdit ad inferna,vbì increduli pu-
tabant eum cũ reprobis in æternũ manſurum,quẽadmodùm ait in Pſal.78.Aeſtimat⁹ ſum cũ deſcẽ-
dentib⁹ in lacũ.Poſuerunt me in lacu inferiori,in tenebroſis & in vmbra mortis.Nec dubiũ q̃n pſal-
mus ille ad literã de Chr̃o loquat̃.Cui em̃ alteri cõpetit,quod cõtinet̃ in eo,inter mortuos liber?cir-
cumędificauit aduersùm me vt nõ egrediar.hoc fuit impletũ,qñ vt Euãgeliſta teſtat̃, Cohors & tri-
Ioan.18. bun⁹ & miniſtri Iudęorum iniecerunt manus in Ieſum,& tenuerunt ac ligauerũt eum.Ideò ſubdit̃:
Aggrauauit cõpedem meum.Poſſuntq; per cõpedes intelligi claui,quib⁹ confixi ſunt ſacroſanctiſ-
Pſal.87. ſimi pedes Chr̃i,qui ait:Traditus ſum,& nõ egrediebar.Et itẽ:Foderunt manus meas & pedes meos.
& 21. Sed & cùm clamauero & rogauero,excluſit orationẽ meam.Quõ id cõpetit Chr̃o, qui ait:Gr̃as ago
Ioan.11. tibi pater,qm̃ audiſti me,ego aũt ſciebam,qm̃ ſemp me audis?Et reſpondendum,ꝙ oratio eſt inter-
pres ac nuncius deſiderij:in Chr̃o aũt fuit deſiderium naturalis appetitũs,quo mortẽ abhorruit. Vñ
Luc.23. & dixit:Pater,ſi vis,transfer calicẽ iſtum à me. & quantùm ad hoc tẽpore paſſionis nõ fuit auditus,
ſecundùm quod ait in Pſal.21.Deus meus,clamabo p diem,& nõ exaudies,& nocte. Inſupèr fuit in
Chr̃o deſiderium ſuperioris intellectiuiq; appetitũs, quo omne quod patri placuit, acceptauit,ſicq;
ſemp fuit auditus,qñ videlicet aliquid petijt ſecundùm deliberatã rationẽ:immò abſolutè loquen-
do ſemp eſt exaudit⁹,quia inferior eius appetitus ſuperiori ac rationi fuit plenè ſubiectus:q̃uìs tem-
pore paſſionis ꝓpter multiplices cauſas loquebat̃ orando ſecundùm diſpoſitionẽ & affectionem,in
qua erat quãtùm ad inferiorẽ ſenſitiuumq; appetitum ſecundùm ſe conſideratũ, iuxta quẽ modum
Iere.20. etiam ſuprà locutus eſt Ieremias:Maledicta dies in qua natus ſum.Et S.Iob: Pereat dies in qua natus
Iob 3. ſum.Concluſit vias meas lapidibus quadris,qñ videlicet tenuerunt Chr̃m inter ſe captum in domi-
Ioan.18. bus Annæ & Caiphę,& qñ tã varijs vijs q̃rebant apphendere eum.Semitas meas ſubuertit.Nã ope-
Ioan.11. ra Chr̃i accuſabãt,& peſſimè interpretati ſunt ea.materialẽ quoq; ſemitã Chr̃i popul⁹ Iudęorũ ſub-
Luc.23. uertit,qñ Ieſus ꝓpter eos iã nõ in palàm ambulabat,& qñ fixerũt eũ in ligno. Vrſus inſidiãs fact⁹ eſt
mihi,popul⁹ Iudęorũ &c.Leo in abſcõdito fact⁹ eſt mihi p ſimilitudinẽ. varijs nẽpe aſtutijs niſi ſunt
apphendere,tenere,occídere Chr̃m,iuxta illud Mat.26.Cõgregati ſunt principes ſacerdotũ & ſeni-
ores,& conſilium fecerunt,vt Ieſum dolo tenerẽt & occíderent.Hinc frequẽter vocauit eos hypo-
Mat.7. critas,& in Pſal.21.fatet̃:Aperuerunt ſuper me os ſuum,ſicut leo rapiens & rugiens. Tetendit arcum
13.& 22. ſuum,i.inſidiarũ artificium,iuxta quod ſcriptũ eſt:Exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intẽderunt
Pſal.63. arcum rẽ amarã,vt ſagittẽt in occultis immaculatũ.ſubitò ſagittabunt eum,& nõ timebunt.Hoc eſt
quod ſubdit̃:Et poſuit me q̃ſi ſignũ ad ſagittã.Fact⁹ ſum in deriſum oĩ populo, cãticum eorũ tota
dic.

dic.cõſonat iſtud pſal.21.Oẽs vidẽtes me,deriſerunt me,locuti ſunt labijs,& mouerunt caput.Illud
quoq; in euãg.Prætereuntes aũt blaſphemabant eũ,mouentes capita ſua,& dicentes:Vah q̃ deſtruis Matth.27.
tẽplum Dei &c.Repleuit me amaritudinib⁹.tota em̃ humana Chr̃i natura in dolorib⁹ fuit.Inebria-
uit me abſinthio.cũ em̃ Ieſus dixiſſet,Sitio: obtulerunt ei vas plenũ aceto. tñ hoc loco p abſinthiũ, Ioan.19.
exceſſiuus dolor Chr̃o illat⁹ exprimit̃.Confregit ad numerũ dentes meos,i.grauiter eos læſerunt & Ioan.18.
cõcuſſerunt,qñ ſceleratiſſimis manib⁹ os eius ſereniſſimũ violẽtiſſimè pcuſſerunt.Et repulſa eſt aĩa
mea,i.ego à notis meis relictus ſum,iuxta illud pſal.87. Lõgè feciſti notos meos à me, poſuerũt me
abominationẽ ſibi.Chr̃s quoq; videbat̃ à Deo relinq̃,ſicut Pſal.21.teſtat̃: Quarè me dereliquiſti? Et
Iſaias dicit:Nos reputauim⁹ eũ quaſi leproſum,& pcuſſum à Deo & humiliatũ.Oblit⁹ ſum bonorũ, Iſaiæ 53.
i.cõſueta redundãtia conſolatiõis à ſuperiori parte aĩę meæ in vires eius inferiores, tẽpore paſſionis
priuatus ſum.Interdùm q̃ppe dicit̃ quis aliq̃d obliuiſci,dum iſtud nõ ſentit.Et dixi, perijt finis me⁹,
& ſpes mea à Dño.difficile quidẽ appáret,quõ iſtud Chr̃o cõueniat, cuius finis beatiſſimus fuit, nec
ſpe ſua fruſtrat⁹ eſt.Aliq̃ ergò dicũt,iſtud ſecundũ aliquorum ęſtimationẽ ꝓlatum. Veruntñ in Iſaia Iſaiæ 49.
Chr̃s aliq̃d huic ſimile ait:Ego dixi,in vacuũ laboraui,ſine cauſa & vanè fortitudinẽ meã cõſumpſi.
Hoc em̃ idcircò diſſeruit Chr̃s, qm̃ p̃dicationibus & cæteris ſuis laborib⁹ in conuerſione Iudæorũ
parùm ꝓfecit.ſicq; vanè & ſine cauſa fortitudinẽ ſuã in paſſione cõſumpſit, inquantùm finẽ ob quẽ
venit in mundũ,ſpecialiterq; ad Iudęos,in eis adeptus nõ eſt,putà ſalutẽ eorũ. Simili ſenſu nũc ait,
Perijt finis me⁹,i.ſalus à me intenta, ꝓpter quã veni,in plurimis locũ non habet, ità ꝙ paſſio mea in
eis nõ fructificauit,ſed quaſi pdita fuit.Et ſpes mea,i.expectatio qua Iudęorũ conuerſionẽ expecta-
ui,effectũ ſortita non eſt.vñ in Iſaia loquit̃ Chr̃s:Et nunc hæc dicit Dñs,formãs me ex vtero ſeruum Ibidẽm
ſibi,vt reducã Iacob ad eũ,& Iſrael non cõgregabit̃.quib⁹ verbis excæcatio Iudęorũ in Chr̃i aduẽtu
apertiſſimè p̃nunciata oſtendit̃.Recordare pauptatis meæ & trãſgreſſiõis,i.exceſſiui doloris.Et ab-
ſinthij & fellis.Eccè Chr̃s aduocat⁹ noſter,oſtẽdens pr̃i latus & vulnera, cõmemorat corã eo, quãta
ꝓ nobis fecit atq; ppeſſus eſt,oratq; patrẽ vt iſta perpẽdat,& merito horum nobis auxiliari dignet̃.
Hinc ad Hebræos habet̃:In ipſum cælũ Ieſus introijt, vt appareat nunc vultui Dei ꝓ nobis. nec du- Heb.9.
bium q̃n Chr̃s in cruce cõfixus,hęc dixerit mente.Memoria memor ero,& tabeſcet in me aĩa mea.
memor fuit Chr̃s oĩm miſeriarũ noſtrarum intm̃,ꝙ cõpaſſione pia cõtabuit,ꝙ ſeipſum ꝓ nobis de-
dit in mortẽ.Pars mea Dñs,dixit aĩa mea.Hoc aĩa Chr̃i potiſſimè dicere potuit,immò & dixit, quan-
to p̃ cæteris Deo aſſumentiq; verbo immediatiùs,immobiliùs,affectuoſiùs,feliciusq; adhæſit. Pro-
ptereà expectabo eum,q̃uìs in Chr̃o nõ fuit ſpes ꝓpriè ſumpta,cuius obiectũ eſt beatitudo eſſenti-
alis nondùm adepta, fuit tñ in eo expectatio p̃mij accidẽtalis,vndè orauit: Pater, clarifica me apud Ioan.17.
teipſum.Sedebit ſolitari⁹ & tacebit.Hoc fecit & Chr̃s,de quo refert Euãgeliſta,ꝙ aſſcẽdit in montẽ Matth.14.
ſolus orare.deniq; quadraginta dieb⁹ extitit in deſerto, eratq; cũ beſtijs, & angeli miniſtrabãt ei, vt Mar.1.
dicit Marcus.Quia leuauit ſe ſup ſe.nã ſecundùm naturã aſſumptã leuauit Chr̃s ſe ſuper ſe,p indeſi-
nentẽ fruitiuam ſeu beatificã diuinitatis viſionẽ,in qua primo incarnationis inſtanti,æquè perfectè Luc.22.
fuit ac perſtitit.Ponet in puluere os ſuum. Nam ꝓſtratus in faciẽ,paſſione inſtãte,orauit. humiliauit Phil.2.
quoq; ſeipſum,factus obediens vſq; ad mortẽ.Si fortè ſit ſpes,ꝙ tranſeat calix ab eo. quod abſolutè Mat.26.
nõ voluit,ſed modo iã tacto.Dabit percutiẽti ſe maxillã,iuxta illud Iſaię:Corpus meũ dedi percuti- Iſaiæ 50.
entibus,& genas meas vellentib⁹: faciem meã nõ auerti ab increpãtibus & conſpuentib⁹ in me.Nec
obſtat ꝙ miniſtro impietatis alapã danti reſpõderit,quid me cædis?Niſi em̃ voluiſſet,ab illo percuſ- Ioan.18.
ſus nõ eſſet:ideò maxillã exhibuit.deniq; eadẽ nocte nõ vnã duntaxàt alapã patiẽtiſſimè tacitus tu-
lit,nec vnã ſolùm maxillã pcutientibus p̃buit,ſed vtiq; ambas, in quib⁹ & plurimas ſuſcepit tũc ala-
pas,quẽadmodùm Lucas aſſerit:Viri qui tenebãt illum,illudebãt ei,cędentes:& velauerunt eum,& Luc.22.
percuſſerunt faciẽ eius.quod euãgeliſta Matthę⁹ deſcribens:Colaphis,inq̃t,eum ceciderunt,alij aũt Mat.26.
palmas in faciẽ eius dederunt.Hoc & Sibylla p̃dixit:Dabunt Deo alapas manib⁹ inceſtis. Saturabit̃
opprobrijs.nã ea cũ gaudio abundãter ſuſtinuit,iuxta illud Pſal.68. Qm̃ propter te ſuſtinui oppro-
briũ.Et rurſus:Ego aũt ſum vermis,& nõ homo:opprobriũ hoĩm,& abiectio plebis.Hic Iob in typo Pſal.21.
Chr̃i fatet̃:Aperuerunt ſuper me ora ſua exprobrantes,percuſſerunt maxillã meam,ſatiati ſunt pœ- Iob.16.
nis meis.Eradicationẽ & abiectionem poſuerunt me. De hoc Lucas teſtat̃ ꝙ eiecerunt Ieſum extra Luc.4.
ciuitatem,& duxerunt ad ſupercilium montis,vt p̃cipitarent eum. Sed & extra ciuitatem Hieruſalẽ
paſſus eſt Dñs.Oculus meus afflictus eſt,nec tacuit.Frequẽter em̃ Chr̃s mundi peccata defleuit. Eõ Heb.13.
ꝙ non eſſet requies,gñi humano:nam ante Chr̃i paſſionẽ nemo ad quietem patriæ potuit perueni-
re,donec reſpiceret Dñs de cælo, i. Deus pater ſeu Trinitas per meã paſſionem hoĩbus propiciare-
tur,ac requiẽ patriæ largiret̃.Oculus meus dep̃datus eſt aĩam meam,gaudio quodam.In cunctis fili-
abus,i.aĩabus ſeu congregationibus. Vrbis meæ,i.ſynagogæ ſeu totius mundi huius,qui in ſcriptu- Apo.18.
ris Babylon,Aegyptus,ac Sodoma nuncupat̃.Vel vrbis meæ Hieruſalẽ,quam vidẽs Ieſus,fleuit ſu- Apo.11. Iſaiæ 1.
per eam.Iudæorũ quoq; incredulitatẽ,duritiã,ingratitudinemq; cõſpiciens,nõ mediocriter triſta- Luc.19.

Pſal.34. bat̃,iuxta illud Mar.3.Contriſtatus eſt ſup cęcitate cordis eorum.& Chr̃s in Pſal.Quaſi lugens,ait,&
& 68. cõtriſtatus,ſic humiliabar.Et denuò:Ego ſum paup & dolens.Poſtremò, oĩm hoĩm calamitati con-
doluit,& ſæpè gentibus verbum Dei p̃dicauit,ſicut euangelium proteſtat̃.Aperuerunt ſuper nos os
ſuum oẽs inimici nr̃i,i.Romani,ità vt iſta ſit vox populi Iudæorum, ꝓpter peccata in Chr̃m cõmiſ-
ſa vaſtati.Formido & laque⁹ facta eſt vaticinatio & cõtritio,i.q̃a vaticinijs de Chr̃o p̃dictis,& ab ore
Chr̃i prolatis,qui nr̃am ruinam nobis frequẽter denunciauit,non credidimus,& inſupèr Chr̃m oc-
cidendo contriuimus.Ideò timorem àc laqueum incidimus Romanorum.Diuiſiones aquarum de-
duxerunt oculi mei in cõtritione filiæ populi mei,i.Iudaicæ plebis,cuius deſtructioni ac damnatio-
Mat.23. ni Chr̃s (vt dictum eſt) lachrymoſè cõpaſſus eſt,dicens: Hieruſalem Hieruſalẽ, quotiès volui con-
gregare filios tuos,& noluiſti? Venatione ceperunt me quaſi auem inimici mei gratis. quemadmo-
dùm em̃ venatores artificioſè ac inſidioſè capiunt feras ac volucres, ſic Iudæi varijs artificijs atq; in-
ſidijs vſi ſunt in ꝓcurando captionẽ occiſionemq́; Chr̃i ſine rationabili cauſa. Propter quod ait in
Ioan.15. pſal.108.Locuti ſunt aduerſùm me lingua doloſa, & expugnauerũt me gratis. Apud Ioãnem quoq;:
Nunc aũt & viderunt & oderunt & me & patrẽ meum gratis.Lapſa eſt in lacum,i.in corporalem in-
Pſal.70. teritum ſeu paſſionis torcular vita mea corporea ſenſitiua.Vñ in pſalmo fatet̃:Q̃m gratis abſconde-
runt mihi interitum laquei ſui.Et poſuerunt lapidem ſup me.ſignauerunt em̃ Iudæi increduli lapi-
Mat.27. dem corpori Chr̃i ſepulto ſuperpoſitum,adhibentes cuſtodiam militum.Inundauerunt aquę ſuper
Pſal.68. caput meum.Dixi,perij,i.mortem ſubiui.Hoc totum eſt,quod per Pſalmiſtam p̃dixit Saluator:Sal-
uum me fac Deus,q̃m intrauerunt aquæ vſq; ad aĩam meam.Infixus ſum in limo ꝓfundi, & non eſt
ſubſtantia.Véni in altitudinẽ maris,& tempeſtas demerſit me.aquę iſtæ fuerunt abundãtia afflicti-
onum Chr̃i,& Iudæorum pſequentium eum.Inuocaui nomen tuum,Dñe pater, ſeu trine ſimplexq́;
Deus.De lacu nouiſſimo,i.de extrema mea anguſtia,videlicet morte iam imminente. ſiq̃dem Chr̃s
Matth.27. in cruce orauit:Deus meus,reſpice in me,quarè me derliq̃ſti? Vocẽ meã audîſti,etiam illã qua dixit:
Luc.23. Pater,ignoſce illis.ſiquidẽ merito precis illi⁹ quidã illorum qui mortem Chr̃i ꝓcurauerunt,ad miſe-
Ioan.8. ricordiam ꝑuenerunt,de quib⁹ & ante paſſionẽ diſſeruit:Cùm exaltaueritis filiũ hoĩs, tunc cogno-
ſcetis quia ego ſum.Nè auertas aurẽ tuã à ſingultu meo & clamorib⁹.In hoc quoq; exaudit⁹ eſt Chr̃s,
dicente Apoſtolo ad Heb.5. Ieſus cum clamore valido & lachrymis preces offerẽs, exauditus eſt ꝓ
ſua reuerentia.Appropinquâſti in die qua inuocaui te,putà in die Cœnæ.Dixiſti,nè timeas.Nẽpe vt
Luc.22.cõſcriptum eſt,Ieſus poſitis genib⁹ orauit: Pater,ſi vis,trãsfer calicem iſtum à me. Apparuit
aũt illi angelus de cælo,cõfortans eum. & factus in agonia, ꝓlixiùs orabat: & factus eſt ſudor eius,
ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrã.Et tunc Deus aĩam Chr̃i ſic roborauit, vt non ſolùm ſine
om̃i timore,ſed inſupèr cũ ſummo feruore atq; prõptiſſimo corde aduerſarijs ſuis occurreret, dicẽs
Matth.26. apoſtolis:Eccè appropinquauit hora,& filius hoĩs tradet̃ in manus peccatorum.ſurgite, eamus.Ec-
cè appropinquat qui me tradet.Tunc vtiq; Deus allocutione interna dixit aĩæ Chr̃i, nè ſecundùm
naturalẽ appetitum timeret,moxq́; amor naturalis,qui tñ inordinatus non fuit,nec ꝓpriè paſſio,ſed
magis propaſſio, quia ex p̃deliberata ratione ſpontè ac poteſtatiuè aſſumptus, ceſſauit, atq; imper-
territo aĩo inimicis ſuis obuius eſt profectus,ſecundùm iſtud Ioan.18. Ieſus oĩa ſciens quæ ventura
erant ſuper eum,proceſſit & ait:Quem q̃ritis? Iudicâſti Dñe cauſam aĩæ meæ, eam approbando ac p̃-
miando. Ab om̃ibus quippe q̃ obtenebrati & inquinati Iudæi Chriſto obiecerunt, nouit ac habuit
eum pater immunem,cenſuitq́; eum ſine propria culpa ob mundi ſalutem,i.ex charitate & obediẽ-
Pſal.34. tia mortem ſpontè ſubîſſe.Pro hoc iudicio cauſæ ſuæ Chr̃s in pſalmo precatus eſt: Dñe, q̃n reſpici-
es? reſtitue aĩam meam à malignitate eorum:Exurge & intẽde iudicio meo Deus meus,& Dñs meus
in cauſam meam.Redemptor vitæ meæ. nam tertia die ad corporalem vitam reductus, & verè à pa-
tre reſuſcitatus eſt Chr̃s:quem & ante paſſionem viciſsìm de manu eripuit Iudæorum,eum nunc p̃-
cipitare,nunc lapidare, nunc captiuare volentium. Vidiſti Dñe iniquitatem illorum aduerſùm me,
ꝙ ſ.ex inuidia perſecuti ſunt me,eò ꝙ eorum peccata arguerim.Iudica iudicium meum, ſententiã-
do ꝓ me,ꝙ ego per paſſionis humilitatem exalter p corporis glorificationem,ipſi verò ſuperbia ſua
atq; inuidia deijciant̃.Vidiſti oẽm furorem,vniuerſas cogitationes eorum aduerſùm me.nonnè fu-
Mat.27. rebant cùm dicerent,Sanguis eius ſup nos & ſup filios nr̃os? Audîſti opprobria eorum Dñe, quibus
Luc.23. me coram p̃ſide accuſabant, dicendo: Hunc inuenim⁹ ſubuertentem gentem nr̃am. Et, Si nõ eſſet
Ioan.18. hic malefactor,non tibi tradidiſſemus eum. Sed & ante paſſionem:Homo verax,potator vini, ami-
Mat.11. cus peccatorum,Inſanit,Dæmonium habet,In principe dæmoniorum eijcit dęmones.Labia inſur-
Ioan.10. gentium,ſ.teſtium iniquorum,dicẽtium:Hic dixit, Poſſum deſtruere templum Dei.Et meditatiões
Mat.9. eorum aduerſùm me tota die,q̃n dicebant:Morte turpiſſima condemnemus eum.Seſſionem eorũ,
Mat.26. quandò collegerunt pontifices & phariſæi concilium aduerſùs Ieſum, & dicebant: Quid facimus,
Sap.2. quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic,oẽs credent in eum.Ab illo ergò die cogita-
Ioan.11. uerunt interficere eum.Et reſurrectionẽ eorum vide,quia vt Lucas teſtatur,Surgens oĩs multitudo
Luc.23.

eo-

eorum,vinctum Ieſum duxerunt ad Pilatum.Ego ſum pſalmus eorum.Hoc eſt quod de Chr̃o p̃di- Pſal.68.
ctum eſt:Factus ſum illis in parabolam,& in me pſallebant qui bibebant vinum. Reddes eis vicem
Dñe iuxta opera manuum ſuarum.Iudæi em̃ ꝓpter opera ſua nefaria in Chr̃m cõmiſſa, de terra ſua
expulſi ſunt,& vſq; in p̃ſens captiui tenent̃,in aĩa excæcant̃,& pereunt in æternum. Dabis ei ſcutũ,
i.duritiam cordis,vt p̃cedenti articulo clariùs dictum eſt.Laborẽ tuum, i. ꝓpter laborem quem tibi
tempore paſſionis intulerunt,iuxta illud:Obſcurent̃ oculi eorum nè videant. Deniq; merito huius Ibidẽm
laboris dedit Chr̃s electis Iudæis etiã eius mortem ꝓcurantib⁹,bonum cordis ſcutũ,videlicet gr̃am
conuerſionis ac fidem.Nam tãta extitit virtus Dñicę paſſionis,vt p eam & ipſi q̃ hanc inferebãt,poſ-
ſent ſaluari.De hoc aũt demùm labore poteſt exponi illud Iſaię in Chr̃i pſona: Seruire me feciſti in Iſaiæ 43.
peccatis tuis,p̃buiſti mihi laborem in iniquitatib⁹ tuis.Perſequéris eos in furore tuo,per Romanos.
quod & in pſalmo p̃ſcriptum eſt:Effunde ſuper eos iram tuam,& furor iræ tuæ compræhendat eos. Pſal.68.
Et cõtere eos ſub cælis Dñe.peruenit nanq; (teſte Apoſtolo) ira Dei ſuper illos vſq; in finem. 1.Theſ.2.

¶ *Explanatio eiuſdem capituli 3. de Eccleſia & anima Chriſtifideli.* *Articulus* 8.

ECcleſia q̃ fœmineo gñe Chr̃i ſponſa,vxor ac mulier appellat̃,iuxta illud Apoc.19.Venerũt nu-
ptię agni,& vxor eius p̃parauit ſe:& ſignũ magnũ apparuit in cęlo,Mulier amicta ſole: ipſa etiã
vir vocat̃ ob cordis vigorem,animi ſtabilitatẽ,virtutum virorẽ:& maſculino gñe dicit̃ populus Dei.
ſimili modo aĩa,ſecundùm quod ſpũs, rationalis ac virtuoſus vir poterit dici. Eccleſia itaq; ſeu aĩa
Chr̃iana,oẽm ſuam defectuoſitatẽ,culpã,afflictionẽ,miſeriamq́; cõſiderans,ait:Ego vir videns pau-
pertatem meam.& hoc ſemp dicere debem⁹,nr̃as intuendo ęrũnas,nè tumore ſupbiæ erigamur,di-
catq́; nobis illud Apoc.3.Quõ dicis,q̃a diues ſum,& neſcis q̃a tu es miſer & miſerabilis, paup,cęcus, Mat.6.
& nudus? Itaq; tanq̃ pauperes & mẽdici,pr̃i dicam⁹:Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodiè.Et Pſal.85.
itẽ:Inclina Dñe aurẽ tuã, & exaudi me,q̃m inops & paup ſum ego.In virga indignatiõis tuæ. Per vir-
gam interdùm ſignificat̃ lex euangelica ſeu diuina,vt ibi:Virgã virtutis tuę emittet Dñs ex Sion.In- Pſal.109.
terdùm authoritas iudiciaria ſeu dignitas regia,vt ibi:Virga directiõis virga regni tui. Interdùm pa- Pſal.44. & 22.
terna correctio,vt ibi:Virga tua & baculus tu⁹,ipſa me cõſolata ſunt. Interdùm ſerioſa inſtructio ſi-
ue correptio,ſicut de Chr̃o Iſaias p̃dixit:Percutiet terrã virga oris ſui. Interdũ diſtricta vltio ſeu ex- Iſaiæ 11.
trema dãnatio,q̃ eſt virga furoris.Me minauit,& adduxit in tenebras,ignorãtiæ & peccati,tribulati-
onum ac tentationum.Vndè orat Pſalmiſta:Deus me⁹,illumina tenebras meas.Iam inuiſibiles ho- Pſal.17.
ſtes in tenebras vitiorum,errorũ,ignorantiarũ duxerũt eccleſiam ſeu aĩam lapſam,& vitijs nr̃is me-
remur ità à Deo relinqui.Prætereà,q̃n martyres ſancti incarcerabant̃ & multipliciter vexabant̃, po-
tuit iſta ꝓferre Eccleſia, ſicut & verſum ſequentem: Tantùm in me vertit & conuertit manum ſuam
tota die.Oẽs em̃ qui volunt piè viuere in Chr̃o,perſecutionẽ patiunt̃. Vndè per quotidiana flagella 2.Ti.3.
Deus electos exercet,probat,purgat & pficit,iuxta illud Sap.3. Tanq̃ aurum in fornace probauit il-
los.Et Iud.8.habet̃:Oẽs qui placuerunt Deo,per multas tribulationes tranſiẽrunt fideles. Neq; em̃
vitia ſine labore ac quotidiano p̃lio ſuperant̃.Vetuſtam fecit pellem meam & carnẽ meam,contriuit
oſſa mea.Hoc dicunt,q̃ per abſtinentiã macerant̃,vel carcerum ſqualore afflicti ſunt,aut alijs modis
ꝓpter iuſtitiam paſſi ſunt multa:vetuſtate quoq; peccati totum corpus noſtrum,cooperante diabo-
lo & eius miniſtris,ſqualificat̃,q̃n exhibemus membra nr̃a arma iniquitatis peccato:tunc & oſſa aĩę
ſeu virtutes conterunt̃ ſeu deſtruunt̃. ꝓpter quod monet Apoſtolus exuere veterẽ hoĩem cũ acti- Ephe.4.
bus ſuis,& induere nouũ.Aedificauit in gyro meo,i.inuiſibiles hoſtes ex om̃i parte occaſiones pec-
candi & laqueos fraudum ſuarum conſtruunt,contra Eccleſiam aĩamq́; fidelem, viſibiles aũt hoſtes
materialibus machinis frequenter obſident eas.Et circundedit me felle & labore: quia ad amaritu-
dines & difficultates q̃ plurimas perducunt Eccleſiam ſeu aĩam.In tenebroſis,i.abundantia aduerſi-
tatum,ſeu vitioſis habitibus vel denſis erroribus.Collocauit me, ſicut & pœnitens profitet̃: Collo- Pſal.142.
cauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi.Circumædificauit aduerſùm me,vt non egrediar, de vitijs
ad virtutes,de via ad patriã,de loco & conſortio periculoſo*:tales quippe ſalubres egreſſus molítur
impedire diabolus,& q̃ ex parte ipſius ſunt.Aggrauauit compedem meum,vinculis impietatum me
quotidiè grauiùs implicando,per quod greſſus mentis ad Deum magis ac magis retardat̃, ipſaq́; aĩa
ampliùs ad infima inclinat̃. Eſt autem non ſolùm compes culpæ, ſed etiam pœnæ, immò & gratiæ.
Vndè ait ſcriptura:Mitte pedẽ tuum in compedes ſapientiæ.Sed & cùm clamauero & rogauero, ex- Eccẽs 6.
cluſit orationem meam. peccatores em̃ in affectu peccandi manentes, Deus non audit: nec iuſtos Ioan.9.
ſemper audit ad votũ,neq; tam citò vt cupiunt.Concluſit vias meas lapidibus quadris, i. fortiſſimis
impedimentis ſalutis, quibus diabolus multos à conuerſione ac pœnitentia retrahit, nunc ꝓſpera,
nunc aduerſa obijciens.Lapides hìc peccata ſignificant:& lapides quadri,dici poſſunt vitia palliata,
ſeu magiſtraliter & cum quadam habilitate peracta. Semitas meas ſubuertit,i.opera virtuoſa abſtu-
lit,vel infecit per vanam gloriam aut aliam culpam ſuperuenientem. Vrſus inſidians factus eſt mihi,
leo in abſcondito.Vndè de diabolo ſeu quolibet perſecutore,ſeductoreq́; animæ ſcriptum eſt: In- Pſal.9.

ſidi-

ſidiatĩ quaſi leo in ſpelunca ſua.& ſicut leo ac vrſus dilaniãt corpora,ſic aĩas dęmones. Cõfregit me,
1. Theſ. 5. ab integritate virtutũ atq; conſtantia mentis.quocontrà Apoſtolꝰ ſcribit:Integer ſpiritus veſter ſer-
uetĩ,nè ſ.cor noſtrũ diuiſum ſit,ſed totum ad Deum conuerſum. Tetendit arcũ ſuum,i.nocẽdi aſtu-
tias.Et poſuit me quaſi ſignũ ad ſagittam. iaculis eñ tentationũ nititur dęmon pfodere oẽm fidelẽ.
Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.Hoc dicunt carnalium concupiſcentiarum ſagittis ſauciati,de quibꝰ iaculis ad Eph.6.ſcriptum:Aſſumite ſcutũ fidei,in quo poſſitis oĩa tela nequiſſimi ignea
Iob 12. extinguere.Factus ſum in deriſum oñi populo.deridetĩ eñ iuſti ſimplicitas,& frequenter permittit
Deus electos tot aduerſitatibus occupari,vt ab oĩbus cõtemnanĩ: in primitiua quoq; Eccleſia Chrĩani ab oĩbus pfidis deridebanĩ.Cibauit me cinere, quo actus pœnitentiæ deſignanĩ. Et repulſa eſt
aĩa mea à Deo ad tempus,vel à conſolatione,ſeu notis, ꝓpinquis, amicis. Oblítus ſum bonorũ. frequenter fideles tot afflictionibꝰ aggrauanĩ,vt priſtinas ꝓſperitates conſolationesq; Dei tradant obliuioni,ſiue non recolãt. Verùm rationẽ ſemp ſequamur,& per ſapientiã nos in oĩbus dirigamus, vt
Eccl 11. impleamus quod in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt:In die bonorũ,nè immemor ſis malorũ:& in die malorum,nè immemor ſis bonorũ,vt nec proſperis extollamur aut reſoluamur,neq; aduerſis opprimamur aut cõſtringamur,ſed regio gradiamur itinere:quia non cõtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit,& perfectus in proſperis magis metuit q̃ aduerſis. Et dixi, perijt finis meus. interdùm fideles tot
Pro. 12. concutiunĩ aduerſis,vt ſe à Deo relictos ac perituros exiſtimẽt,ſicq; finẽ ſeu futurã felicitatẽ, quam
olim meruerunt,vel ſibi à Chr̃o recuperatã atq; paratam nouerunt,metuant ſibi non dandã: ſed talis puſillanimitas ac formido eſt refrenanda.Et reminiſcendum,ꝙ tẽpore aduerſitatis ac tribulationis Deus potiſſimè paratus ſit ſubuenire.recordare pauptatis meæ,ô Chr̃e,& merito tuæ,quam pro
me aſſumpſiſti, pauptatis,me ſpiritualibus imple diuitijs.Memoria memor ero,oĩm beneficiorũ tuorum ô Chr̃e,& quanta pro me liberando feciſti ac paſſus es.ingratitudinis quoq; & negligẽtię meę
non deſinã reminiſci,vt p memoriam tuorum bonorũ,tuo accendar amore,& ſtudeã te ſectari: per
memoriã verò malorum meorũ,ad contritionẽ & actus pœnitentiales inducar,ac decætero cautior
reddar.Et tabeſcet in me aĩa mea,zelo tui amoris,& pudore meæ tranſgreſſionis. Hæc recolens in
corde meo,in Deo ſperabo.q eñ charitatẽ,pietatẽ,ac beneficia Dei circa nos ritè ꝓpẽdit, deſperare
non poteſt:ſed corde pleno cũ filiali atq; immobili Deũ accedit fiducia. Miſericordiæ Dei, qa non
Ephe. 2. ſumus cõſumpti.cùm eñ natura filij iræ fuerimus, ſola Dei pietate & gr̃a ab æterna ſumus dãnatio-
Rom. 5. ne erepti,à morte peccati ſaluati,ad æternã beatitudinẽ reuocati. Hinc ait Apoſtolus: Commendat
charitatẽ ſuã in nobis Deus,qm̃ cũ adhuc peccatores eſſemꝰ,Chr̃s ꝓ nobis mortuꝰ eſt.Deniq; miſericordię Dei eſt,ꝙ venimus ad baptiſmũ.ſed & poſt baptiſmum tã ſæpè offendimus, ꝙ prorſus immenſę clementiæ eſt Dei,ꝙ adhuc in hac vita ſubſiſtimus,ꝙ in infernũ proiecti nõ ſumus, ꝙ aliqd
Pſal. 93. gr̃æ & virtutũ habemus.Ideò cũ Pſalmiſta grata mente cantemꝰ:Niſi quia Dñs adiuuit me,paulomi-
Iſaię 63. nùs habitâſſet in inferno aĩa mea.Et itẽ cum Iſaia:Miſerationũ Dñi recordabor,laudẽ Dñi ſup omnibus q̃ reddidit nobis,& q̃ largitus eſt nobis ſecundùm indulgentiã ſuam.Pręterea miſericordię Dei
fuit,ꝙ Eccleſia inter pſecutores conſumpta non fuit, immò tunc ampliùs creuit: itaq; miſericordias
Pſal. 88. Dñi in æternum cantemus.Noui diluculo,multa eſt fides tua.maxima eñ fuit fides Eccleſiæ.vndè &
Mat. 8. Centurionis,typum Eccleſiæ ꝑferentis, miratus eſt fidem Saluator, q etiam mulieri Syrophœniſſæ,
Mat. 15. i.de Syria Phœnicię,Eccleſiam repſentanti,locutus eſt:O mulier,magna eſt fides tua. Pars mea Dñs,
dixit aĩa mea.ità igiĩ pars noſtra ſit ſummũ,immẽſum ac inuariabile illud bonum, nec ei quicq̃ creatũ ac vanum ꝑferre qs audeat.Eradicationẽ & abiectionẽ poſuiſti me in medio populorum.Hoc in
Ioan. 16. principio ſuo Eccleſia dicere potuit,qñ oĩs qui occídit Chr̃ianũ,arbitrabaĩ obſequiũ ſe ꝑſtare Deo.
quod & qlibet iuſtus dupliciter afflictus,ſpretus,fugatus,dicere poteſt.Oculus meus afflictus eſt,eô
ꝙ non eſſet requies.ità Eccleſia filiorũ ſuorum deplangit peccata,inquietudinẽ, vaſtitatem. Donec
reſpiciat Deus de cælo,eam cõſolando,illiſq; ſuccurrẽdo.ſic & aĩa ſuas debet flere miſerias atq; pericula,nec ceſſare donec benedicaĩ à Dño.Oculus meus deprędatus eſt aĩam meam, oñi ſolatio: In
cunctis filiabꝰ vrbis meæ,i.intuẽdo calamitates & culpas congregationũ populi Chr̃iani, qui eſt ciuitas & Eccleſia Dei.videat quoq; ſibi oĩs Chr̃ianus,nè oculus ſuus deprædeĩ aĩam ſuam oñi virtute
Iob. 35. & gr̃a ſpũſ. in adſpiciendo filias vbicunq; fuerit loci:immò pactũ ineat cum oculis ſuis, nè ſaltẽ co-
Mat. 5. gitet de virgine vel puella.Nẽpe q viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eam,iam mœchatus eſt eam in
corde ſuo.Formido & laqueus facta eſt mihi vaticinatio & cõtritio.ſic plurimis cauſa æternę formidinis & laqueus dãnationis erit & eſt vaticinatio,i.ſermocinatio quã audiêrunt.&contritio,qua ſermocinantes nõ obediendo aut pſequendo afflixerunt. Scienti eñ bonum & nõ facienti, peccatum
Iaco. 4. eſt illi.& pędicatoribus loquitur Chr̃s:Qui vos audit,me audit:&qui vos ſpernit,me ſpernit. Vena-
Luc. 10. tione ceperunt me inimici mei gratìs.hoc Eccleſia ſeu anima à viſibilibus vel inuiſibilibus hoſtibus
iniuſtè afflicta,tentata,deiecta,dicere poteſt.Lapſa eſt in lacum, i. foueam culpæ ſeu deceptionem
hoſtilem,vita mea.& poſuerunt lapidem,i.prauam cõſuetudinem,ſuper me. cùm eñ diabolus deie-

cerit quempiam in lutum ac ſordes peccati, ſummè conatur ad conſuetudinem vitioſam inducere,
quæ inſtàr ſaxi deprimat animam in profundum. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. Quomodò iſtud & plurima quæ ſequuntur,Eccleſiæ & cuilibet animę Chriſtianę queant cõpetere,ex dictis
facilimum eſt penſare.Inuocaui Dñm de lacu nouiſſimo.hoc ſolùm permanet nobis ſalutaris remedij,vt in omni tribulatione &anguſtia Dñm inuocemus,idq; ſemper agamus.Appropinquâſti in die
qua inuocaui te: ſiquidem propè eſt Dñs omnibus inuocantibus eum, omnibus qui inuocant eũ in Pſal. 144.
veritate.Dixiſti,nè timeas,hoc indeſinenter loquitur nobis Deus per angelicam inſpirationem,per
doctores,per ſcripturas,nè carnali,mundano, inordinatóve afficiamur timore, cùm dicat Saluator:
Nolite timere eos qui corpus occídunt: ſed cõſtanti humiliq; fiducia, diuino ſemper innitamur au- Matth. 10.
xilio.Iuſtus nanq; quaſi leo confidens,abſq; timore erit.Vidiſti Dñe iniquitatem illorum, videlicet Prou. 28.
dæmonum ac hominum impiorum,aduerſùm me. vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes
eorum aduerſùm me.Furiunt atq; inſaniunt contra nos dæmones,dum eis contemptis,humiliter ac
feruenter,pacificè atq; ſtabiliter Deo ſeruimus. Vndè ſecundùm diuinum Dionyſium, in dæmonibus eſt phantaſia proterua,amens furor,& irrationabilis concupiſcentia. Deniq; iniquitas,furor &
cogitatio dæmonũ contra nos, magnę & paruę ſunt valdè:non eñ vt hoĩes temporale nocumentũ,
corporaléve mortẽ qrũt infligere,ſed à ſummo bono auertere, oẽm virtutẽ gr̃amq; auferre, ad ppetuã illam intolerabilẽ damnationẽ pducere. Tã peſſimis ergò & crudeliſſimis hoſtibꝰ non ſegniter,
ſed vigilantiſſimè reſiſtamus,Deũ ſemper adiutorẽ adeſſe precantes. Cætera patent ex præinductis.

¶ *Expoſitio literalis cap.4. Quomodò obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus.* *Art.* 9.

CApitulũ pſens quidã ad vaſtitatẽ Iudęorum à Romanis inflictam,æſtimãt referendũ, alij ad eã
quam inflixerũt Chaldæi: qdam verò ſpecialiter referunt ipſum ad Ioſiam regẽ & filios eius.
Sic aũt nunc Deo agente exponetur,vt oñibus his valeat applicari.Stupens itaq; Ieremias de populi ſui grauiſſimo caſu,exorſus eſt hanc quartam lamentationẽ. [Quomodò obſcuratũ eſt aurum,] i.
populus Iudęorum olim præ cunctis gẽtibus lege diuina,cultu Dei,ſapientia ſcripturarũ pręfulgẽs,
quẽadmodùm cæteris metallis eminet aurũ,qualiter ad tantã deuenit tribulationũ,idololatriarum,
ignorantiarũ caliginẽ? [mutatus eſt color optimus,] i. pclariſſima diſpoſitio populi huius tẽpore Regum iuſtorũ,nunc ablata eſt,& deformitas maxima eſt inducta: intelligi etiã poteſt de auro atq; coloribus,qbus templũ fuit ornatũ,& ab hoſtibus ſpoliatũ. [Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij,] i.miniſtri
templi,qui alijs quaſi fundamentum ac ſtabilimentũ eſſe debuerant. [in capite oĩm platearum?] qa
hincindè fugerunt,corruerunt,abducti ſunt. Vel ad literam intelligendũ eſt de lapidibus materialibus,qbus templum fuit conſtructũ ſiue ornatũ, quorũ aliquot Chaldæi atq; Romani templa deſtruentes,ex cõtemptu hincindè ieciſſe credunĩ.Quidã per lapides ſanctuarij, intelligũt filios Ioſiæ
regis:quod impropriè dicitur, cũ in ſcripturis ꝓpheticis per ſanctuariũ nõ homo aliquis ex Iudęis,
ſed templum ad literã (vt cõmuniter) ſignificetur. iſti aũt per ſanctuariũ Ioſiã intelligũt.nec tres filij Ioſiæ propriè aſſeruntur per caput oĩm platearũ diſperſi. [Filij Sion inclyti & amicti auro primo,]
i.valdè precioſo. [quomodò reputati ſunt in vaſa teſtea,] q̃ ſunt [opus manuum figuli?] i.valdè con
fuſibiliter tractati.Chaldæi equidẽ & Romani nobiliſſimos quoſdã Iudęorũ auro ornatos,viliſſimè
tractauerũt. [Sed & lamiæ] i. beſtiæ feroces, ſic dictę, q̃ vultũ ſimilẽ vultui mulieris habere dicunĩ.
[nudauerũt mammas ſuas,] i.vbera ſua expoſuerũt fœtibus ſuis ſugenda,vt nutrianĩ. [lactauerũt catulos ſuos.Filia populi mei] i.plebs Iudæorũ, [crudelis quaſi ſtruthio in deſerto.] quẽadmodùm eñ
ſtruthio oua ſua abſcondit arena, nec fouet ea, nec de eductione pullorũ ſuorũ extat ſolicita, ſic in
obſidione Hieruſalẽ parentes filios ſuos nõ nutriêrunt: immò tanta fuit inter Iudæos inopia ac vehementia famis,ꝙ vnuſquiſq; ꝑripere ſtuduit quicqd victualiũ appr̃hendere quiuit. Itaq; verbis his
notanĩ Iudæi lamijs fuiſſe inter ſe crudeliores. Porrò de ꝓprietatibus ſtruthionis ſcriptũ eſt: Dere- Iob 39.
linquit oua ſua in terra,obliuiſciĩ ꝙ pes cõculcet ea, duraĩ ad filios ſuos quaſi nõ ſint ſui. de hoc di- Thre. 2.
ctũ eſt ſuprà. [Adhæſit lingua lactantis ad palatũ eius in ſiti.] i. ora infantũ præ ſiti aruerũt, & faucibus lingua ſiccata adhæſit, ꝓut dictũ eſt. [paruuli petiêrunt panẽ] à parentibus ſuis ſeu alijs. [& nõ
erat qui frangeret eis.] tanta fuit penuria. [Qui veſcebantur voluptuoſè,] i. Iudæi qui ante aduentũ
Chaldæorum ſeu Romanorum delicatè ſe nutriêrunt, [interiêrunt in vijs.] i.fame conſumpti ſunt,
dum pergerent quærere eſcas. [Qui nutriebantur in croceis,] & veſtimentis pulchris ac mollibus,
[amplexati ſunt ſtercora.] i.viliſſima quæq; appræhenderunt,vt his famis ſuæ temperarent anguſtias. [Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei] i. plebis Iudæ ſiue Hieruſalem, [peccato Sodomorũ,quæ] Sodoma [ſubuerſa eſt in momento.] i.celerrimè & quaſi imperceptibili tempore. hinc
quoq; Ezech. 16. ad Hieruſalem dicit:Non fecit Sodoma ſicut tu. iuſtificata eſt à te,i.comparatione Matth. 11.
tui.Chriſtus quoq; in Euangelio: Sodomis, inquit, remiſſius erit in die iudicij q̃ generationi huic. Lucæ 10.
nec de iſto mirabitur,qui peccata Hieruſalem in Ezechiele deſcripta penſauerit. Nam & habitatores Hieruſalẽ impijſſimis ac inſaniſſ.idololatrijs dediti erant,& legem ac ꝓphetas contempſerũt,&

inceſtis,adulterijs abundabant.[& nõ ceperunt in ea manus.] i.in Sodoma manus hoĩm ſpolia non ſumpſerunt cùm periret.nã Deo ignẽ ac ſulfur ſup eam pluente,deſtructa eſt. [Vel nõ ceperũt in ea
Ezech. 16. manus.] i.Sodomitæ eleemoſynas nõ dederunt,iuxta illud Ezech. Egeno & pauperi manũ nõ porrigebant.[Candidiores nazaræi eius] i. illi qui ex populo Iudęorũ Deo fuerãt cõſecrati, eiuſq́; cultui deputati,[niue,nitidiores lacte,rubicundiores ebore antiquo,ſapphiro pulchriores.] Hoc p hyperbolicã ſiue emphaticã locutionẽ eſt dictũ, ad inſinuandũ excellentẽ decorẽ iſtorũ in corpore, in veſtimentis ac ſacerdotalibus ornamentis,vel propter ſpiritalẽ decorẽ eorum, qui re & noĩe nazaræi fuerunt, quorũ vnus fuit & Ieremias,qui per virtutum ſplendorẽ fuerunt niue cãdidiores,per innocentiã lacte nitidiores,per charitatis feruorẽ ebore antiquo rubicundiores,per ſapientiæ claritatẽ pulchriores ſapphiro: & tunc eſt hyperbolica locutio,ſed cõparatio defectiua.[Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum] præ triſtitia,fame,miſeria, quod rurſus per hyperbolen dicitur, conſonatq́; illud Ioelis 2.Om̃es vultus redigentur in ollam.[& non ſunt cogniti in plateis.] tanta fuit immutatio vultûs.[Adhæſit cutis eorum oſſibus eorum, facta eſt quaſi lignum] i.arida vehemẽter præ longa maceratione,fame ac ſiti.[Melius fuit] i. minor pœna [occiſis gladio] Chaldæorum ſiue Romanorum,[q̃ interfectis fame] in Hieruſalem tempore obſidionis. [qm̃ iſti] ſ.fame occiſi [extabuerunt,] longa miſeria paulatìm deficientes,[conſumpti à ſterilitate terræ.] i. ex victualium defectu.
Iudith 7. Hinc etiam ciues Bethuliæ dixerunt Oſiæ:Tradatis ciuitatem in manus militiæ Holofernis,vt ſit finis noſter breuis in ore gladij,qui longior fit in ariditate ſitis.[Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos,facti ſunt cibi earum in contritione filiæ populi mei.] i. tempore vaſtitatis Hieruſalem.Quædam mulieres ex naturali diſpoſitione ſunt piæ, aliæ aũt crudeles. Cùm ergò aſſerit mulieres naturaliter miſericordes, ꝓprios filios peremiſſe, coxiſſe ac comediſſe, inſinuat indicibilẽ fuiſſe miſeriam famis in Hieruſalem, quod & tempore obſidionis à Romanis accidiſſe Iudæis, Ioſephus narrat: vel quia (vt dictum eſt) melius fuit occiſis gladio quàm interfectis fame, mulieres iſtæ quodammodò miſericorditer egiſſe videntur, ꝙ filios ſuos quos viderant fame perituros, breui pœna oppreſſerunt: hoc non affirmo,nec licuiſſe opinor.[Compleuit Dominus furorem ſuum,] id eſt, æquitatis rigoroſum effectum. [effudit iram indignationis ſuæ,] i. iuſtitiæ vltionem. [& ſuccendit] per Chaldæos [ignem in Sion,] ſcilicet in Hieruſalem, præſertim in monte Sion,vbì templum atq; palatium erant.[& deuorauit fundamenta eius.] i.ædificia vſq; ad terram combuſſit.[Non crediderunt reges terrę & vniuerſi habitatores orbis, ꝙ ingrederetur hoſtis & inimicus] i. rex & exercitus Chaldęorum.[per portas Hieruſalem.] i. ciuitatem hanc inſuperabilem æſtimabãt, vel propter firmitatem murorũ ædificiorumq́; eius,vel quia (vt ampliùs puto) putabant ciuitatẽ hanc à Deo Iudęorum tuendam.[Propter peccata ꝓphetarum eius] i.pſeudo [& iniquitates ſacerdotum eius,qui effuderunt in medio eius ſanguinẽ iuſtorum,] dedit Deus hoſtibus virtutẽ intrandi per portas Hieruſalem.Hi em̃ occiderunt per ſe,vel ſuos miniſtros,vel per cõſilium quod dabant regibus atq; principibus de occidendo innocentes. Nã & Ieremiam voluerunt occídere, populũ quoq; ad varia traxerũt peccata.[Errauerũt cæci in plateis] iſti ſacerdotes ac pſeudo ſuis vitijs excæcati,& tẽpore ingreſſũs Chaldęorũ,fame atq; miſerijs obſcurati.[polluti ſunt ſanguine] iuſtorũ,quẽ fuderunt,vel ꝓprij ſanguinis effuſione adſperſi cùm occiderent.[Cumq́; nõ poſſent effugere,] incedere ſeu intrare.nã quod aliqui textus habẽt, Intrare, ſuperadditũ eſt, nec eſt de litera.[tenuerunt lacinias ſuas.] i.*ora
* oras veſtimentorũ præ doloris anguſtia.[Recedite polluti,clamauerũt eis,] i. ſacerdotibꝰ ac pſeudoprophetis Chaldæi cũ inſultatione atq; deriſu.[recedite,abite,nolite tãgere] nos.hoc ironicè clamauerunt,quaſi dicãt:Nunc nõ poteſtis euadere, qui cõtactum gentiũ deſpexiſtis.[Iurgati quippe ſunt & cõmoti] aduerſarij iſti Iudęorũ contra ſacerdotes & pſeudo.[Dixerunt inter gentes,] i. gentiles inter ſe aſſerebãt.[Nõ adijciet vltrà] Deus Iudęorũ iſtorũ [vt habitet in eis.] i. finaliter eos relinquet. [Facies Dñi diuiſit eos,] i.diuinæ æquitatis reſpectus ſeparauit eos à ſua protectione & à ꝓpria terra. [non addet vt reſpiciat eos] de manibus aduerſariorũ eos ſaluando,vel ad propria reducẽdo,quod & in pluribus horum cõſtat impletum.[Facies ſacerdotum] Iudęorum [non erubuerunt] Chaldæi ſiue Romani,immò ſine pudore ac reuerentia eos occiderunt ſeu abduxerunt. [neq; ſenum miſerti ſunt.] nec ætati nec ordini detulerunt.[Cùm adhuc ſubſiſteremus] nos Iudæi in vigore,nondùm capta Hieruſalem,[defecerunt oculi noſtri] i.inaniter reſpexerunt oculi noſtri interiores [ad auxilium noſtrum vanũ,i.regem populumq́; Aegypti,q̃bus fuimus confœderati,ſperantes eorum auxilio erui à Chaldæis.[cùm reſpiceremus attẽti ad gentem] pręfatam,[quæ ſaluare nos non poterat] à Chaldæis: immò Chaldæi poſteà ſuperauerunt Aegyptios. [Lubricauerunt veſtigia noſtra] id eſt, rectè & validè incedere non valuimus,ſed nutando ex corporis debilitate,fame,timore,triſtitia. [in itinere platearum noſtrarum,appropinquauit finis noſter,] id eſt,interitus. [completi ſunt dies noſtri.] id eſt,tempus noſtræ punitionis à Deo præfixum, aduenit. [Velociores fuerunt perſecutores noſtri] Chaldęi [aquilis cæli] aẽrei,quod per hyperbolen dicitur, innuẽdo ꝙ cũ ingenti celeritate atq;

atq; affectu contra Iudæos venerunt.[ſuper montes perſecuti ſunt nos.] i.aliquos Iudęorum qui ad montes cõfugerunt,vt illic laterẽt. [in deſerto inſidiati ſunt nobis,] obſeruantes an aliqui noſtrûm verſùs ſolitudinem fugerent.[Spiritus oris noſtri Chriſtus Dñs captus eſt in peccatis noſtris.] q̃uis aliqui iudaizantes,iſtud de rege Ioſia exponant,meliùs tamẽ de Chriſto exponitur, qui ſpiritus oris noſtri vocatur:qm̃ ſicut vita naturæ per aẽris attractionem cõſeruatur,ſic Chriſtũ fide ac dilectione attrahendo mentaliter,in vita gratiæ permanemus: & ipſe Chriſtus ſua bonitate vitã animæ manutenet,ſicut aẽr ſeu reſpiratio eius,corporis vitam.Hic captus eſt in peccatis noſtris,i.propter peccata noſtra delenda,ſecundùm quod ait:Animã meam pono pro ouibus meis.Verè em̃ languores no Ioan. 10.
ſtros ipſe tulit,& peccata noſtra portauit.[cui diximꝰ] nos electi Iudæi,[in vmbra tua] i. pietatis tuę defenſione,gratiæ obumbratione,vel fidei cognitione, q̃ vmbra eſt reſpectu cognitionis in patria. Vndè & ſponſa Cant.2.Sub vmbra,inquit, eius quem deſiderabam, ſedi. [viuemus inter gentes,] i. ſimul cum gentibus in Chriſtum credentibus in vna Eccleſia vita gratiæ ac virtutum. Iſtud dixerũt Iudæi,in primitiua Eccleſia cõuerſi,gentibusq́; poſteà mixti, qui nouerunt ex Chriſti ſermonibus gentes ad fidem catholicam conuertendas,quod etiam Ieremias ac cæteri in veteri teſtamẽto præcipui præcognouerunt.[Gaude & lætare filia Edom,] i.populus Idumææ natus de Eſau,qui alio no Gene. 25.
mine dictus eſt Edom. [qui habitas in terra Hus.] dicuntq́; aliqui, ꝙ terra Hus ſumitur hîc, ſicut & in libro Iob: Vir fuit in terra Hus,nomine Iob. Alij dicunt ꝙ alium locum ſignificat hîc, q̃ illic. ſæ- Iob 1.
pè enim in diuerſis prouincijs ſunt vrbes & loca nominum eorundem. Vndè per terram Hus nunc exprimitur Idumæa.Porrò ꝙ iſta ad gaudendum monitio,ironicè ſit prolata,verba pandunt ſequẽtia.[Ad te quoq; perueniet calix,] i.punitio per Chaldęos.[inebriaberis] i.afflictiõe impleberis, ſicut inebriatus potu impletur.[atq; nudaberis.] i.cõfuſibiliter tractaberis,ſpoliaberis,exuéris.[Completa eſt iniquitas tua filia Sion.] hoc referendum videtur ad tempus Chriſti,de quo nunc dixit: Spiritus oris noſtri Chriſtus Dñs. tunc enim credentium Iudęorum peccata deleta ſunt merito Chriſti, prout Danielis 9.manifeſtiſſimè ſcribitur,Iſaię quoq; 44.Vel iniquitas Sion dicitur completa, quia Iudæi tam grauiter peccauerunt, ꝙ Deus eos vltrà ferre non valuit,ſed hoſtibus dedit,putà Chaldęis,quemadmodùm ſuprà dictum eſt: Non poterat vos Dominus vltrà portare propter malitiam ſtu- Iere. 44.
diorum veſtrorum. Vel idcircò iniquitas Sion completa aſſeritur, quia poſt ſeptuaginta annos fuerunt Iudæi ad propria reducendi,peccatis eorum tunc debitè caſtigatis ac relaxatis. [Non addet vltrà vt tranſmigret te.] eos enim qui Chriſtum fideliter receperunt, Deus nequaquàm abiecit, nec ab Eccleſia ſegregauit.Si autem ad Iudæos conuenienter referatur,dicendum eſt quòd per, Vltrà,in ſcripturis non ſemper perpetuitas,ſed quandoquè duratio notabilis, vel vltrà ſolitum longa, ſignatur,vt Iſaiæ 2. Non exercebuntur vltrà ad prælium. Et 4.Reg.6. Non venerunt Syri vltrà in terram Iſrael. Iudæi autem poſt reditum à Babylone vſque ad Chriſti aduentum, & pòſt aliquibus annis,in terra ſua morati ſunt. Inſupèr vaſtatio eorum per Romanos, qua de Iudæa eiecti ſunt, finalis reprobatio atque totalis deſolatio potiùs, quàm tranſmigratio, nuncupatur, ſicut & Daniel. 9.loquitur: Finis eius vaſtitas, & vſque in finem perſeuerabit deſolatio. Nec populus iſte dici tunc meruit filia Sion aut populus Dei, magìs quàm gentes: immò vtiq; multo minùs, poſtquàm Chriſtum negauerunt,occiderunt,atq; in ſua perfidia pertinaces effecti ſunt, iuxta iſtud Danielis 9. Non erit eius populus qui eum, ſcilicet Chriſtum, negaturus eſt. [Viſitabit iniquitatem tuam filia Edom,] i. Deus puniet eam, vt dictum eſt. [Diſcooperiet peccata tua.] i. per pœnam inflictam omnibus declarabit,quàm impiè feceris.

¶*Elucidatio eiuſdem cap. 4.myſtica.* *Articulus* 10.

QVomodò obſcuratum eſt aurum? Qui Dei zelo accenſus eſt,& boni cõmunis amator eſt,cordialiter dolere & plangere debet, ꝙ ardor diuini amoris, qui per aurũ ſignificatur, in Chriſtianorũ cordibus ità refriguit, ꝙ ſtatus prælatorũ olim in omni charitate ac ſapientia eminens,nunc ad tantam carnalitatem deuenit, ꝙ etiam ordo monaſticus ſeu vita clauſtraliũ ad tantam regulę ſuę p̃uaricationẽ dilapſus eſt:poſtremò, ꝙ gradus ſacerdotalis vitaq́; clericorũ eatenùs corruerunt: quę omnia in Eccleſia præfulgere inſtàr auri ſolebant,& nunc vitiorum tenebris,ignorãtię nebulis,vanitatum caligine obtenebrantur,immò & multiplici ſcandalo atq; diffamia obfuſcantur. De hoc auro diuini amoris vel ſapientię ſpiritalis ſeu intimæ deuotionis,ſcriptum eſt Apoc.3. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias. Emitur aũt continuis precibus, & abnegatione propriæ voluntatis.Mutatus eſt color optimus, i. exterior iſte populi Chriſtiani ornatus in moribus, in maturitate, in cæremonijs & óbſeruantijs regularibus ſeu exemplaribus, quibus velut coloribus fideles forinſecùs decorantur,coram Deo ac angelis reuerenter & coram hominibus exemplariter conuerſantes.Inſupèr verſus iſte de capite Eccleſiæ Chriſto poteſt exponi,de quo loquitur ſponſa:Caput eius aurum optimum.Chriſtus enim eſt aurum Eccleſiæ, in omni charitate, perfe- Cant. 5.
ctione,ſapientia,incomparabiliter rutilans, qui tempore paſſionis eſt obſcuratus, afflictus, cõtemptus,

ptus,infirmatus,pro nihilo reputatus: tuncq́; mutatus eſt color optimus eius, iuxta quod ſcriptũ eſt Iſaię 53. Eccè vidimus eũ non habenté ſpeciem neq; decoré,& nos reputauimus eũ quaſi leproſum. De anima quoq; à cõtemplatiuæ vitæ ſplendore, ac optimo exemplariq́; noĩe ad vitam carnalẽ aut ſecularem inhoneſtámve ſamam dilapſa,cũ lamentatione proferendus eſt p̃ſens verſiculus:Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij,i.religioſi,ſacerdotes,clerici,præſertim prælati,qui velut lapides tẽpli Deo in ſecreto intendere obligantur,& aliorũ inſtabilitatem conſolidare.In capite om̃ium platearum,i. per lata itinera vitiorum,immò ad literam in cunctis plateis hincindè vagantur,varijs deſiderijs pertrahuntur,cùm potiùs in clauſtro,collegio,ſeu camera reſidere,ſoliq́; Deo pura mente vacare deberent.Poteſt quoq; in bono exponi,ità vt lapides ſanctuarij intelligantur apoſtoli & eorum diſcipuli, qui Iudæis in incredulitate manentibus,à Iudęa recedentes, diſperſi ſunt in capite oĩm plateарũ, in q̃bus ad diuerſas partes profecti ſunt, ſed & Chriſto capto diſperſi ſunt. Præterea lapides ſanctuarij ſunt virtutes & dona ſpiritûs ſancti,q̃bus ſpiritaliter ædificatur,Deiq́; templum efficitur anima:q̃ in capite omnium platearum diſperguntur,quia per cuncta peccata mortalia, q̃ ſunt lata itinera ad infernũ ducentia,amittuntur.Filij Sion inclyti & amicti auro primo,i.viri diuini,dono ſapientiæ charitatiſq́; apice decorati,qui ſunt filij Sion, i. Eccleſiæ militantis. Potiſſimè aũt filij iſti inclyti & auro primo amicti,ſunt doctores atq; prælati,vel etiam principes ſeculares illuſtres. Quomodò reputati ſunt in vaſa teſtea,i.ab alijs aſpernati, viliterq́; tractati: ſicut dum ſancti apoſtoli & apoſtolici viri, tanquàm malefactores occidebantur. vel quomodò ad vitam carnalem ſunt deuoluti, & facti vaſa iræ,qui eſſe deberent vaſa honoris & gratiæ? Sed & lamiæ nudauerũt mammas ſuas.Per lamias bruta ferocia, intelliguntur hæreticorum magiſtri, infideliumq́; doctores ac præſidentes: qui mammas nudant,dum diſcipulos ſuos ſuis fouent ac inſtruunt peſtiferis documentis, & quum illi hoc faciant,prælati Eccleſiæ gregem ſibi commiſſum verbo doctrinæ non alunt.Ideò ſequitur: Filia populi mei crudelis,i.Eccleſia quãtùm ad prælatos ac præſidentes.Quid em̃ crudelius, quàm ꝙ animas ſubditorum multipliciter ſauciatas,immò & mortuas,atq; quotidiè pereuntes, non curant reuocare,inſtruere,cuſtodire?Quaſi ſtruthio in deſerto,qui pullos ſuos non paſcit.Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti. Hoc fit, dum ſubditi ac puſilli, qui inſtàr infantium lac ſcripturæ ſugere debent,verbum Dei à ſuis paſtoribus audire deſiderant: &.quia non informantur, mente areſcunt: lingua quoq; interior ſiue exterior, à verbis laudis diuinæ & orationis deuotę grauiter impeditur. Paruuli,i.ſubditi petiêrunt panem vitę & intellectûs, & non erat qui frangeret eis,i. prælati eos non erudiêrunt.De talibus paſtoribus loquitur Dominus Ezech.34. Lac comedebatis,& lana operiebamini,gregem autem meum non paſcebatis.Qui paſcebantur voluptuoſè,interiêrunt in vijs.Hoc miſerabiliter agitur,dum hi qui ad tempus ſpiritaliter conuerſati ſunt, & contemplatiuę vitę ſuauitatẽ experti,atq; quotidiè ſpiritalibus epulis ſcripturarum ac ſacramentorum refecti,paulatìm ad exteriora labuntur, & mente euacuantur, ità ꝙ vitam gratiæ perdunt, dum vias ſeculi ambulare incipiunt,amando mundum & ea quę mundi ſunt,putà caducas diuitias, immundas delicias, fallaces ho-

* vitijs — nores.Pręterea certum eſt,eos qui voluptuoſè paſcuntur,carnem ſuam delicatè alendo in * vijs ſen-

Galat. 5. — ſualitatis,cum diuite epulone perire.Qui enim ſunt Chriſti,carnem ſuam cum vitijs & cõcupiſcen-

Lucæ 6. — tijs crucifigũt. & Chriſtus teſtatur:Væ vobis qui ſaturati eſtis.Et rurſus:Attendite nè grauentur cor-

Lucæ 21. — da veſtra crapula vel ebrietate. Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Iſtud ad idem cum pręcedenti verſiculo pertinet.Qui em̃ precioſis animæ veſtimentis,videlicet charitate, iuſtitia, ſapientia,ſobrietate induti ſunt,ſi terrena iſta carnalia & mundana amare incipiant,nõnè relictis bo-

Malac. 2. — nis puriſſimis,ſtercora amplexantur?Quibus per Malachiã Dñs loquitur: Proijciam ſup vultum veſtrum ſtercus ſolennitatũ veſtrarũ, & aſſumet vos ſecũ. Deniq; qui in precioſis, mollibus, curioſis,

Lucæ 3. — atq; ſuperfluis veſtimẽtis lætantur,nec acquieſcũt Ioanni dicenti:Qui habet duas tunicas,det nõ habenti:& qui habet eſcas,ſimiliter faciat:hi vtiq; bonis ſpiritalibus ac diuinis tẽporalia p̃ferendo,ſtercora amplexantur.Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorũ. Quo populus aliquis plura beneficia à Deo ſortitus eſt, eo cęteris paribus peccata eius ſunt grauiora: incomparabilia aũt ſunt beneficia Eccleſiæ à ſponſo cęleſti collata. Videat ergò ſibi Chriſtianus, potiſſimè qui in ſacris eſt conſtitutus,vel alijs præeſt,nè dũ inquinamentis carnis ac ſpiritûs adimplet̃, putà ſuperbia,gula,acedia,ambitione,luxuria, ira, inuidia, Sodomitis deterior iudicetur, multoq́; grauiùs eis damnetur.Candidiores Nazaræi eius niue &c. Teſte Dionyſio, Nazaræus interpretatur ſanctus.Nazaræi ergò Eccleſiæ, dici poſſunt viri heroici & perfecti, qui per ſapientiæ candorem præ niue ſunt fulgidi,nitidiores lacte per munditiam vitę,rubicundiores ebore antiquo per ignẽ charitatis infuſę, ſapphiro pulchriores per cõſonantiam interiorũ habituum operationumq́; animæ:immò hic internus ſupernaturalis decor ac claritas aĩæ,oẽm naturalẽ ſpeciẽ ac ornatũ tranſcẽdit.Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, quia vel martyrio occubuerunt, vel à reprobis ſunt contempti & diffamati,vel per pœnitentiæ actus aliaq́; virtutum exercitia laborioſa ſeipſos multipliciter afflixerunt, &

& nõ ſunt cogniti in plateis,i.ab his qui per latã viam incedũt,reputati nõ ſunt,nec à vitioſis diſtincti.Adhęſit cutis eorũ oſſibus eorũ.intantũ per abſtinentiã ſe macerauerũt,quẽadmodùm dicunt in

Pſal.43.Qm̃ ꝓpter te mortificamur tota die.Et itẽ:A voce gemitûs mei adhæſit os meũ carni, i. cuti — Pſal. 101.

meæ,ſecundùm Hieronymũ. Præterea Nazaræi Eccleſię, dici poſſunt oẽs religioſi ac ſacerdotes & clerici diuino obſequio dedicati,q̃ vel ſpiritaliter vel corporaliter p̃fato modo cãdidi,nitidi, & pulchri cõſiſtunt,quorũ facies ſup carbones denigrat̃,dũ vitijs ſordidant̃,dũ cõcupiſcentijs inquinant̃, dũ nõ clericaliter ſeu ſacerdotaliter,ſed ſeculariter cõuerſant̃: & nõ ſunt cogniti in plateis, q̃a eorũ cõuerſatio à vita populari nõ differt,niſi ꝙ vulgo deteſtabiliùs atq; carnaliùs viuunt.Melius fuit oc-

ciſis gladio,q̃ interfectis fame.Iuxta Apoſtolũ,Gladius ſpiritûs eſt verbũ Dei.Melius ergò eſt his qui — Ephe. 6.

ex p̃ceptione impreſſioneq́; verbi Dei ſeipſos om̃i die in pœnitẽtiæ ſudore mortificãt, q̃ qui ex defectu verbi & cibi iſtius in anima moriunt̃,q̃uìs corpore floreãt: qm̃ iſti,ſ.fame necati,extabuerunt, cõſumpti à ſterilitate terræ,i.ſpiritualiter annihilati ꝓpter carentiã fœcunditatis virtutũ,quas in ter-

ra corporis ſui habere deberẽt,nec habent.Om̃is em̃ arbor q̃ non facit fructũ bonum, excidet̃,& in — Matth. 3. & 7.

ignem mittet̃.Adhuc aũt melius eſt occiſis gladio,i.qui ſubitò ex ſubreptione ſeu impetu,infirmitate vel ignorantia peccãt,q̃ interfectis fame,i.his qui paulatìm ad grauiora deueniũt,& diuturno iniquitatis languore tabeſcunt,ſeu cõſuetudine culpæ premunt̃.Manus mulierũ miſericordium coxerunt filios ſuos,facti ſunt cibi earũ,ſicut p̃habitum eſt.Prælati inquãtùm ſubditos ſuos fouere,ſpiritualibuſq́; brachijs ferre habent,matres eorũ dicunt̃,qui dum malè ꝓpicij ſunt, i. remiſſi & laxi,filios ſuos ſpiritaliter mactant: coquunt quoq; & comedunt, dum opes eorũ conſumunt,vel de bonis cõmunitatis delicatè ſe nutriunt.Rurſus mulieres miſericordes,ſunt animæ molles,q̃ filios (i.actus) ſuos coquunt & comedunt,dum ea q̃ agunt,nõ ad gloriam creatoris, ſed ad ꝓprium referunt emolumentum,& glorian̄t de eis quaſi iuſti ſint,nõ in Deo,ſed in ſemetipſis. Cõpleuit Dñs furorẽ ſuum, & ſuccendit ignẽ in Sion,i.iuſto iudicio miniſtros Eccleſiæ, cæteroſq́; credentes ꝑmiſit igne cõcupiſcentiæ vitiorumq́; flamma æſtuare,& deuorauit ignis iſte fundamenta eius,i.ſuperiores ad cõſenſum traxit ac opus illicitum,quo ſpirituale eſſe gratię amiſerunt.Nõ crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis,ꝙ ingrederetur hoſtis per portas Hieruſalẽ.Tanta quippe fuit aliquãdò fortitudo miniſtrorum Eccleſiæ,tanta virtútum cõſtantia,deuotioniſq́; feruor,& ſpiritalium apparatus armorum, ac abundantia gratiarum, ꝙ reges ac populi ſeculares nequaq̃ putabant,ꝙ diabolus vnq̃ corda eorum ità intraret, eoſq́; in tam deplorandã p̃cipitaret ruinã, vt iam factum cõſpicimus. Quis em̃ p̃cedentium patrũ ſanctitate cõſpecta, putâſſet ꝙ religioſi,ſacerdotes, canonici,vnq̃ ſenſuũ portas & cordis ianuã ſic aperirẽt diabolo? verùm vna huius ratio eſt: ꝓpter peccata prophetarũ eius, i. p̃dicatorum & doctorũ Eccleſię,& iniquitatẽ ſacerdotum eius,qui effuderunt in medio eius ſanguinẽ iuſtorum,eos vel corporaliter ꝑſequendo,vel ſpiritualiter occidẽdo, ſeu ad vitia ꝑtrahendo. Inferiores em̃ Eccleſiæ miniſtri, ſuperiorũ ſuorũ inualeſcente carnalitate, negligentia, atq; ſuperbia, corruerunt:itaq; oẽs iſti in vitijs parificati,Errauerũt cæci in plateis,i.corde cęcati per ſpatioſam viã, q̃ ducit ad mortẽ.Polluti ſunt in ſanguine,carni & ſanguini acquieſcendo.Cumq́; nõ poſſent intrare,i.ad ſuũ libitũ ꝓficiſci ac proſperari, tenuerunt lacinias ſuas, exteriora iſta q̃ ſunt quaſi corporis indumenta,appræhendendo,nõ ad Deũ,cunctis caducis deſpectis,cõfugiendo. Recedite à templo Dei ô polluti ſacerdotes,p̃lati,ac p̃dicatores: clamauerunt eis,recedite, abite, ironicè aliqui ſeculares,illorum vitam vaniſſimã deteſtantes.Nolite tangere ſacramenta Eccleſię propter vitam veſtram turpiſſimam. Dixerunt inter gentes, i. ſeculares mutuò ſunt locuti: Non adijciet vltrà vt habitet in eis,i.Deus corda iſtorum tam malè viuentium ſacerdotum ac clericorum nõ ampliùs per gratiã inhabitabit,immò facies Dñi diuiſit & repulit eos à ſe. Iam em̃ tam manifeſta atq; enormia ſunt iſtorũ peccata,vt à ſecularibus & indoctis dijudicentur, qui facies taliũ ſacerdotum nõ erubeſcunt,nec venerant̃.Cùm adhuc ſubſiſteremus,i.ſani eſſemus,defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrũ vanũ. Iſta eſt vox infirmantiũ atq; morientium ſeu damnatorũ, q̃ in agone vel gehenna poſiti, deflent ꝙ tẽpore ſoſpitatis in hoĩbus ſeculiq́; principibus, in diuitijs & amicis potiùs, q̃ in Deo cõfiſi ſunt, videntes ſibi om̃ia illa tẽpore neceſſitatis nil prorſus ꝓdeſſe,iuxta illud Sapient.5.Quid nobis profuit

ſuperbia? aut diuitiarũ iactantia q̃d contulit nobis?Vndè ſuprà dictum eſt:Maledictus q̃ confidit in — Iere. 17.

homine.Lubricauerunt veſtigia noſtra,i.ꝑ vitiorũ abrupta,diſtorta,obliqua inceſſimus vndiq; claudicantes,atq; ab vltimo fine quotidiè deuiantes, de peccato in peccatũ ruentes. Quẽadmodùm em̃ virtutes faciunt mentẽ rectè ad Deum incedere,ſic peccata, paſſiones, & habitus vitioſi faciunt deuiare,quẽadmodùm de quibuſdã fertur in Pſal.17.Filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſe-

mitis ſuis.Et idololatris filijs Iſrael loquit̃ 3.Reg.Helias: Vſq; quò claudicatis in duas partes?Salomon — 3.Reg. 18.

quoq; Prouerb.4. Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbì corruunt. Appropinquauit finis noſter, i. mors ſiue damnatio. Velociores fuerunt perſecutores noſtri, vtpotè inuiſibiles hoſtes, aquilis cæli, ad literam: vel aquilis cęli, i. prælatis atq; doctoribus Eccleſiæ, quia diaboli infatigabiliùs inſiſtunt ad

ad ſupplantandum fideles, quàm prælati ac prædicatores ad ſaluandum inſtruendumq́; eos. Super
montes perſecuti ſunt nos, i. in ſublimitate virtutum & vertice contemplationum, ſeu eminentiæ
honorum ac dignitatum: in deſerto inſidiati ſunt nobis, i. in ſolitudine pœnitentiæ, & locis clau-
ſtralibus, immò ſanctis patribus & fratribus eremitis dæmones acutiſſimas tentationes impuden-
tiſſimè intulerunt. Gaude & lætare filia Edom, i. tu plebs terrena, vitijsq́; cruenta. Edom enim ſan-
guineus interpretatur. Quæ habitas in terra Hus, i. carnalis prudentiæ. Hus enim cõſilium interpre-
tatur, per quod iam mundanæ prudentiæ inquiſitio deſignatur. Ad te quoq; perueniet calix, id eſt,
vltio diuinæ æquitatis. quaſi ironicè dicat: Nunc ad modicum tempus lætare, vt in æternum triſteris,
quæ iuſtis moleſta fuiſti, quemadmodùm Edom ſeu Eſau, ſancto Iacob. Completa, id eſt, per Chri-
ſtum deleta, per baptiſmum pœnitentiamq́; dimiſſa eſt iniquitas tua filia Sion, id eſt, Eccleſia, ſeu ani
ma Chriſtiana. Non adijciet vltrà vt tranſmigret te, id eſt, Deus pater à regno filij dilectionis ſuæ te
ampliùs non auertet, præſertim cùm ad patriam perueneris beatorum, in qua vera, plena, ac ſempi-
terna quies conſiſtit.

¶Orationis Ieremiæ cap. 5. Recordare Domine quid acciderit nobis, explanatio literalis. *Art.* 11.

POſtq̃ populi ſui ruinam beatiſſimus Dei vates ſacer Ieremias affectuoſiſſimè ac lachrymoſè de-
planxit, nunc pro eo Dei precatur clementiam. Senſus autem literalis huius orationis in ſeipſo
vtiq; facilis eſt, & ex præinductis lamentationibus innoteſcit: immò oratio iſta, recapitulatio quæ-
dam eſt præhabitorum Threnorum. Idcircò literali expoſitioni immorari ſuperfluum reor. [Re-
cordare Domine quid acciderit nobis.] In ſummo, ſimpliciſſimo atq; inuariabili Deo, in quo peni-
tùs idem ſunt eſſe & intelligere, cuius eſſentia eſt ſua ſcientia, nec recordatio, neq; obliuio propriè
eſſe poteſt, ſed per ſimilitudinem quandam ei aſſcribuntur. Dum enim nec gratiam, nec protectio-
nem impendit, nec poſtulantes attendit ſeu audit, per modum obliuiſcentis ſe habet: dum verò mi-
ſericorditer ſubuenit, clementer exaudit, gratiam præſtat, quaſi recordans habere ſe dicitur. Itaque
Domine recordare, id eſt, ſuccurrendo oſtende te noſtrî memorem eſſe, quid acciderit nobis Iudę-
is tempore Chaldaicæ perſecutionis. Loquitur autem Ieremias voce totius populi huius, nec ſingu-
la verba eius ad ſingulos referuntur, ſed diuerſa ad diuerſos. [Intuere & reſpice] oculo tuæ clemen-
tiæ [opprobrium noſtrum,] *videlicet confuſionem & vaſtitatem nobis illatam.* [Hęreditas noſtra,]
id eſt, terra patribus noſtris diuinitùs promiſſa ac data, in qua & nos demorati ſumus, putà Iudæa.
[verſa eſt ad alienos.] id eſt, Chaldęorum manibus tradita & ſubiecta. [domus noſtræ] verſæ ſunt
[ad extraneos.] Nam ciuitates & villæ Iudęorum, Chaldęis ſunt ſubiugatæ. [Pupilli facti ſumus abſ-
que patre.] id eſt, aliquorum noſtrorum patres à Chaldęis occiſi ſunt. [matres noſtræ quaſi viduæ]
viris earum peremptis. & quaſi, notat hîc veritatem, non ſimilitudinem tantùm. [Aquam noſtram
pecunia bibimus, ligna noſtra precio comparauimus.] Hoc intelligi poteſt tam de Iudęis, qui in Iu-
dæa vſque ad captionem Hieruſalem permanſerunt, qui ad tantam deuenerunt inopiam, ꝙ propter
obſidionem diſcurſumq́; Chaldęorum per terram Iudææ, aquæ penuriam paſſi ſunt & lignorum,
idcircò aquam & ligna emere ſunt compulſi: quàm de Iudęis qui in Babylonem ducti fuerũt, quos
ità angariauerunt Chaldæi, vt aliqui aſſerunt, ꝙ aquas & ligna gratìs habere non poterant. [Cerui-
cibus noſtris minabamur,] i. Chaldęi minabãtur nobis caput noſtrum amputare. [laſſis non daba-
tur requies.] i. cùm laſſati eſſemus, non pepercerunt nobis Chaldæi, nec in Iudęa, nec in via qua ca-
pti tranſiuimus in Chaldęam, nec in terra Chaldęę. [*Aegypto dedimus manum & Aſſyrijs.*] i. Aegy-
ptijs Aſſyrijsq́; ſeruiuimus, [vt ſaturaremur pane.] i. cibo. Vel dedimus manus eis, ineundo confœ-
derationem cum eis contra Chaldęos, vt eorum fulti auxilio, à rege Babylonis protegeremur, & bo
na terræ noſtræ conſumeremus. [Patres noſtri peccauerunt] per idololatriam & effuſionem ſangui
4. Reg. 22. nis innocentis, alia quoq; grauiſſima ſcelera. [& non ſunt.] quia iam obiêrũt, quia vt dicitur 4. Reg.
Propter peccata regis Manaſſæ regis Iuda ac populi eius, noluit Dominus ꝓpiciari, ſed deleuit Hie-
ruſalem & abſtulit Iudam. [& nos iniquitatem eorum portauimus.] i. pœnam quã meruerunt, ſumus
Ezec. 18. perpeſſi. Quomodò aũt intelligendum ſit hoc, & quomodò verbũ iſtud non repugnet verbo Eze-
Iere. 31. chielis, Filius nõ portabit iniquitatem patris, ac cæteris locis ſcripturæ, in quibus idem adſtruitur, &
Iere. 18. qualiter filij nonnunq̃ propter parentũ puniuntur peccata, diffuſiùs dictũ eſt ſuprà. Illuc ergò bre-
Thre. 1. uitati ſtudens mitto lectorẽ. [Serui] regis Babylonis [dñati ſunt noſtrî,] vel gentes Chaldęis admi-
xtæ, q̃ aliquandò ſeruiêrunt ſub tributo Iudæis, dñati ſunt nobis. [& non fuit qui redimeret] nos de
manu eorũ. [In animabus noſtris] i. cum tribulatione & periculo vitæ noſtræ. [afferebamus panẽ no
bis à facie gladij in deſerto.] *i. propter imminentẽ nobis* gladiũ Chaldęorũ contra nos venientium
per deſertũ, & in locis deſertis inſidiantiũ nobis egredientibus vrbẽ. [Pellis noſtra quaſi clibanus ex-
uſta eſt] i. pœnaliter arefacta ac denigrata. [à facie tempeſtatũ famis.] ex afflictionibus & inquietu-
dinibus, q̃ fuerunt in noſtris corporibus ex defectu ciborũ, agente immoderanter calido naturali in
humidum radicale, idq́; cõſumente. [Mulieres in Sion] i. in Hieruſalem, immò & in templo, vt dici-
tur.

tur. [humiliauerunt] Chaldæi. [& virgines in ciuitatibus Iuda,] eas nefariè cognoſcendo. [Principes
manu ſuſpenſi ſunt.] i. principes inter Iudęos, vel ꝓprijs ſe manibus ſuſpenderunt ex deſperatione,
vel à Chaldæis manu in patibulo ſunt ſuſpenſi. [facies ſenũ] Iudæorũ [nõ erubuerunt] Chaldæi, ità
ꝙ nec ſexui, nec dignitati, neq; ætati pepercerũt. [Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt,] cõmitten-
do in eis vitia cõtra naturã. [& pueri] Iudęorũ [in ligno corruerunt.] i. lignis onerati ſiue occiſi ſunt
à Chaldæis. [Senes defecerũt de portis.] i. ſeniores ac iudices Iudęorũ, qui in portis Hieruſalem &
vrbiũ Iuda ad iudicandũ ſedere ſolebant, per Chaldęos ſublati, capti, occiſi ſunt. [& iuuenes de cho
ro pſallentiũ.] i. *qui in templo laudes canere cõſueuerunt, ſicut Leuitæ, defecerunt.* [*defecit gaudiũ*
cordis noſtri:] q̃a qui ante Chaldęorũ aduentum læti eramus, in maximũ deuoluti ſumus mœrorẽ.
[verſus eſt in luctũ chorus noſter] qui iucundus eſſe ſolebat. [Cecidit corona] i. ſertum iucundita-
tis [capitis noſtri.] vel regia dignitas ac diadema capiti ſeu regi noſtro ablata ſunt ꝑ Chaldęos. [Vę]
huius magnæ aduerſitatis tẽporalisq́; pœnæ [nobis] illatũ eſt, [quia peccauimus:] ſicut & patres no
ſtri. [Propterea mœſtum factũ eſt cor noſtrum, ideò cõtenebrati ſunt oculi noſtri] exteriores fletu,
vigilijs, alijsq́; afflictionibus, oculi quoq; interiores tenebris vitiorum: maximè aũt doluimus [pro-
pter montẽ Sion, quia diſperijt.] i. ꝓpter deſtructionẽ templi, quod ſitum fuit in monte Sion, [vul-
pes] i. callidi Chaldæi [ambulauerunt in eo:] cùm tñ gentiles non intrarẽt templum: vel vulpes quę
bruta ſunt, quia in locis deſertis currere ſolent, dum illic fruteta, ſpinæ, & gramina creuerint. [Tu
aũt Dñe in æternum ꝑmanebis,] incõmutabiliter in ipſo æternitatis momento, idcircò cùm viuas, &
oñipotens ſemper ꝑmaneas, ſaluare nos potes, nec deſperamus. [ſolium tuum] i. ſedes tua in cælo
empyreo [manet in generationem & generationẽ.] iuxta illud, Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi. Et, Pſal. 44.
Dñs in templo ſancto ſuo, *Dñs in cælo ſedes eius*, *Dñs in cælo* parauit ſedẽ ſuã. *Non ꝙ immaterialis*, 10. & 102.
illocalis, & incircunſcriptibilis Deus, corporali ſede ſit vtens, aut corporaliter ſedens, ſed per meta-
phoram dictũ eſt iſtud, intelligendo per ſedẽ, tranquilliſſimã eius manſionẽ, vel iudicialẽ ſummãq́;
authoritatem. & ſæpè cælum ipſum ſedes Dei vocatur, iuxta illud Iſaiæ 66. Cælũ mihi ſedes eſt. Nõ-
nunq̃ aũt ſedes Dei eſſe fertur in cælo, & nihilominùs Iſaia teſtante, Deus cælos palmo põderauit. Iſaiæ 40.
Atq; vt Salomon teſtatur, Cęlum & cęli cælorum eum capere nequeunt. [Quarè in ꝑpetuum] i. tam 3. Reg. 8.
diù cõſtitutis nãq; in magnis anguſtijs, etiam breue tẽpus videt̃ longiſſimum, ſicq́; hyperbolicè ait:
Quarè in perpetuum [*obliuiſceris noſtrî.] i. opẽ gratię nõ impẽdis, nec liberas? [derelinques nos in *obliuiſcéris
longitudine dierũ?] Loquitur aũt ꝓpheta tanq̃ amicus Dei, & ex ardenti affectu, qui interdùm mo-
dum non tenet, familiariter, ardenter, & queruloſè ad Deum. quaſi dicat, Infinitã pietatẽ tuã nõ de-
cet tam inexorabilẽ eſſe. Veruntñ propter hunc verſum q̃dam catholici exponunt orationẽ hãc de
tribulatione Iudęorum per Romanos, à q̃bus in perpetuam iſtam deiecti ſunt captiuitatẽ, nec du-
bium quin litera poſſit applicari ad hoc. Eadem eñ paſſi ſunt à Romanis, q̃ à Chaldæis. [Conuerte
nos Dñe ad te] *per gratiã præuenientẽ*, per inſpirationem occultam, & per varia media gratiæ gratìs
datæ, quibus multiformiter trahis hoĩes, & perducis ad verã conuerſionẽ & gratiam gratumfacien-
tem. [& conuertemur] ſalubriter & cõdignè, tibi altiſſimo bono charitatiuè atq; finaliter adhęren-
do. Vndè ſuprà cap. 31. locutus eſt Ieremias: Conuerte me Dñe, & conuertar. Poſtq̃ eñ conuertiſti
me, egi pœnitentiam. Vndè qui in peccato mortali eſt, q̃uìs conando ad gratiã gratum facientẽ, fa-
ciat quod in ſe eſt, non tñ de condigno illam meret̃, nec ad eam ſufficienter ſe ꝑ̃parat, vt eam de cõ-
digno recipiat, nec proprijs poteſt reſurgere viribus, ſed indiget miſericorditer pręueniri, ac diuino
inſtinctu moueri. Hinc orat Pſalmiſta: Conuerte nos Deus ſalutaris noſter. Et: Dñe Deus virtutum, Pſal. 84.
conuerte nos. [Innoua dies noſtros] i. noua, fructuoſa, iucunda, ac proſpera nobis tempora tribue. & 79.
[ſicut à principio.] i. quẽadmodùm patrib' noſtris feciſti, cùm eos de Aegypto ſaluâſti: vel, ſicut à
principio, i. à tẽpore Abrahę, Iſaac & Iacob: vel, à principio, quo terrã ꝓmiſſionis ingreſſi filij Iſrael
per arentẽ Iordanẽ. Dicuntur aũt dies & tẽpora innouari, dum hoĩes exiſtentes in tempore, reflore-
ſcunt ac reformantur. [Sed ꝓijciens *nos] i. iuſtè relinquens, & per captiuitatem à terra natali ex-
pellens. [*repuliſti nos,*] gratiam defenſionis ſubtrahẽdo, preces noſtras nõ exaudiendo. [Iratus es
contra nos vehementer.] i. multùm rigoroſum te exhibes nobis, & grauiſſimam inflixiſti vindictã.

¶Expoſitio ſpiritalis ac myſtica orationis eiuſdem. *Articulus* 12.

QVemadmodùm Ieremias deplangit terram promiſſionis populo ſuo ablatam, oratq́; Deum
vt eã illi reſtituat: ſic Eccleſia omniſq́; anima Chriſtiana, intimè debet dolere, ꝙ Chriſtiani
terram hãc ſanctam, in qua Saluator noſter natus, cõuerſatus & paſſus eſt, peccatis ſuis exi-
gentibus perdiderunt, & ad hoc oratio iſta poteſt applicari, ſicut & Pſalmus ille 78. Deus, venerunt
gentes in hæreditatem tuam. Dicat ergò veraciter Chriſtianus: Recordare Dñe quid acciderit nobis,
quanta perſecutio, tentatio, infeſtatio à perſecutoribus Eccleſiæ, ab hæreticis falſisq́; fratribus, à dia-
bolo, mundo & carne. Intuere & reſpice opprobriũ noſtrũ, quod ab iſtis ſumus ꝑpeſſi, & nosipſi fa-
cti ſumus opprobriũ inimicis noſtris viſibilibus, ſ. infidelibus vniuerſis, eò ꝙ terrã ſanctã & Chri-

ſti ſepulcrum amiſimus,& canis Aegyptius poſſidet ea.Ab hoc ergò opprobrio Deus nos eripe.Dę-
monibus quoq; opprobrium facti ſumus peccando, qui nobis peccantibus rident,atq; deridẽt:hoc
Pſal. 12. ergò malum aufer à nobis, nè quandò dicat hoſtis noſter antiquus, Præualui contra eos.Hæreditas
noſtra verſa eſt ad alienos,domus noſtræ ad extraneos.Nam terrã ſanctã, Chriſtianis merito Chri-
ſti debitam & conceſſam, inuaſerunt & obtinent Saraceni, de quo dolendum eſt vehementer.De-
niq; cùm hi quos conuertit Eccleſia ſeu vir deuotus,ſubuertit diabolus vel eius miniſter,dicere po-
teſt conuertens hunc verſum. Et lugendum eſt nobis, ꝗ modò tam multæ regiones, quæ fuerunt
hæreditates Eccleſiæ,à fide auerſæ ſunt.Rurſus hæreditas noſtra eſt ſpiritalis opulentia in chariſma-
tibus gratiarum,quę ad alienos quodammodò vertitur,dum per tentationẽ diaboli, carnis vel mũ-
di,nobis aufertur. Domus autem noſtræ, ſunt congregationes religioſæ, vel corda ſeu conſcientiæ
noſtræ,in quibus per charitatem habitat Deus,quæ vertuntur ad alienos,quandò prçualente paſſio-
ne & culpa,dęmonibus ſubijciuntur,atq; ab eis inhabitantur: & quia illud ſępiùs accidit nobis, do-
lendum eſt valdè.Pręterea hæreditas & domus noſtra, eſt ſacra ſcriptura,in qua continetur panis vi-
tæ & intellectûs,& aqua ſapientiæ ſalutaris: quę etiam tanꝗ optima domus, defendit nos ab intem-
perie tã caloris ꝗ frigoris,i.ab amore malè inflammante, qui eſt velut calor relaxans:& à timore ma-
lè humiliante ſeu retardante,qui eſt tanꝗ frigus reſtringens, ex quibus duobus omnia peccata, Au-
guſtino docente,naſcuntur. Iſta autem hæreditas noſtra & domus, ad alienos atq; extraneos verti-
tur,cùm etiam hæretici vel alij ſeductores, ad hominum pręſertim ſimplicium ſubuerſionem, aſſu-
munt & falſè exponunt. * Pupilli facti ſumus abſq; patre, i. peccando mortaliter, Deum habere pa-
trem per gratiam gratificantem omiſimus, & facti ſumus filij diaboli per ſuperbiam & propriam cul-
pam,qui eramus filij Dei per gratiam. Inſupèr dum populus Chriſtianus priuatur ſpiritali ac bono
pręlato,dicat mœſtiſſimo corde:Pupilli facti ſumus abſq; patre.Matres noſtræ, ſ.particulares Eccle-
ſiæ quaſi viduæ,ſponſum cęleſtẽ perdendo,dum ſe ab illo auertunt, ſenſibilibuſq; inhærent. Aquã
noſtram pecunia bibimus, i. ſalutarem doctrinam à ſuperioribus noſtris gratis obtinere nequiui-
mus,ſed dona terrena & precium corporale à nobis pro ſpiritualibus inordinatè exquiſiêrunt. Li-
gna noſtra,i.exemplaria opera,quibus ignis amoris nutritur, precio comparauimus, ſuſtentãdo eos
qui iter ſalutis nobis per opera demonſtrarent:ſed & tunc aquam noſtram pecunia bibimus,& ligna
precio comparamus,quandò honorem cæleſtium gratiarum & actus virtutum,per temporaliũ ero-
gationem eleemoſynariam,vel ſpontaneam derelictionem, à ſpiritusſancto haurimus:& hęc eſt cõ-
mutatio bona,ac negociatio virtuoſa.Ceruicibus noſtris minabamur. Hoc Eccleſia in perſona mar-
tyrum dicere poteſt,quibus perſecutores dixerũt:Aut abnega Chriſtum, ſeu derelinquẽ iuſtitiam,
vel para collum. Diabolus quoq; minatur nobis caput noſtrum amputare, i. Chriſtum auferre, vel
rationem quę caput eſt mentis, ſubuertere.Laſſis non dabatur requies.Quantumlibèt em̃ martyres
tormentis erant laſſati,non tamen ceſſauerunt perſequi eos tyranni. Nobis quoq; in Dei obſequio
aliquandò fatigatis multas tentationum moleſtias inferunt,caro, mundus,atq; diabolus,qui eſt infa-
tigabilis tribulator.His demùm qui in via æquitatis laſſantur, requies vera non datur.Aegypto de-
dimus manus & Aſſyrijs,vt ſaturaremur panibus. Aegyptus interpretatur caligo, Aſſyrius dirigens.
Aegyptij itaq; & Aſſyrij ſunt carnales ſeculariterq; prudentes, qui media ſua efficaciter dirigunt ad
finem optatum,ſcilicet ad viuẽdum delicatè ac molliter. & ſæpè contingit, ꝗ boni homines & ele-
cti iſtis deſeruiant paupertate cogente, vt ſaltem groſſo alimento reficiantur. Rurſus contingit, vt
ſerui Dei horum fauore fallantur,opibus alliciantur,eiſq; in vitijs confœderentur propter commo-
dum temporale. Idcircò qui hominibus talibus placere deſiderant, ſerui Chriſti eſſe non queunt.
Patres noſtri peccauerunt,& non ſunt. Qui enim peccat, ſpiritaliter nihil eſt:quia peccatum, quan-
tùm ad ſuum formale,non eſt niſi defectus & caſus ab eſſe.Et nos iniquitates eorũ portauimus.Hoc
& nos dicere poſſumus cum graui mœrore, quia propter impiorum peccata Chriſtianorum,terram
ſanctam olim inhabitantium,terra illa ablata eſt,& vſq; in pſens durat ablatio. Peccata quoq; ſpiri-
talium patrũ multipliciter nociua ſunt ſubditis. Serui dominati ſunt noſtri.Infideles nanq; ſunt ſer-
Ioan. 8. ui.Chriſtiani verò ſunt liberi,quoniam filij,& à Chriſto liberati,qui ait: Si filius vos liberauerit, ve-
rè liberi eritis.Et propter peccata ſua Chriſtiani frequenter ab infidelibus ſunt deiecti.multo quoq;
tempore Eccleſia ſub infidelium dominorum vixit imperio, & duriſſimè infeſtabatur ab illo. Præ-
tereà ſerui ſunt carnales affectus,dæmon quoq; & caro,ac ſeculum nequam, dæmoni vitijſq; ſubie-
ctum.Dum ergò ab his ſuperamur,& ad peccandum inducimur,ſerui dominantur nobis.Et nõ fuit
qui redimeret de manu eorum,niſi Deus noſter qui pugnat pro nobis.Nec em̃ proprijs viribus prę-
ualere valemus:& niſi oĩpotentia Chriſti ſubueniſſet,quomodò Eccleſia in tot tribulationibus ſub-
ſiſtere,ac eripi & vincere potuiſſet?In animabus noſtris,i.cũ moleſtia & labore afferebamus panem
nobis,i.virtutũ exercitijs,ꝗbus paſcitur anima,inſudauimus,& panem gratiæ impetrauimus.A facie
gladij in deſerto,i. ꝓpter impugnationẽ diabolicæ tentationis, ꝗ in deſerto ſeculi huius facit nobis
gran-

grandem moleſtiam & difficultatem in reſiſtendo, benè agendo,ac perſeuerando. Vel gladius de-
ſerti,eſt concupiſcentia carnis,in qua (ſecundùm Apoſtolum)non habitat bonũ,quæ aggrauat ani- Rom. 7.
mam ad ſuperna nitentem,& multiplicem facit in proficiendo difficultatem. Non enim facilè refre-
natur.Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis.Pellis animæ dici poteſt ꝓ-
pria voluntas,quæ vt clibanus ardore peccandi vitiorumq; igne exuritur,dum ſpiritaliter non foue-
tur,nec Dei ſermonibus alitur.Iſtud quoq; corporaliter multis martyribus contigit, & quidã ſpon-
tè ſe macerant,cum Pſalmiſta Deo dicentes: Quoniam propter te mortificamur tota die. Mulieres Pſal. 43.
in Sion humiliauerũt,& virgines in ciuitatibus Iuda. Hoc ſpiritaliter agitur, dum inuiſibilibus ini-
micis tentantibus,mulieres & virgines Chriſtianæ carnalibus vitijs aut concupiſcentijs ſupplantan-
tur,vel dum lubrici eas ſeducunt: & ſummè dolendum eſt, dum etiam Chriſto conſecratæ, ab im-
puriſſimis hominibus inquinantur. Vel mulieres ſunt viri effœminati, qui à diabolo ad omnia tur-
pia proſternuntur.Mulieres quoq; & virgines,ſunt animæ,Chriſto in baptiſmo coniunctæ, quæ dũ
illicitè afficiuntur,cum dæmonibus fornicantur,atq; ab eis tanquàm eorum adulteræ viliter humi-
liantur. Principes manu ſuſpenſi ſunt, facies ſenum non erubuerunt. Hoc martyribus conuenit,
quorum multi ſancti epiſcopi manibus ſunt ſuſpenſi, nec reuerebantur ſenes ſanctos crudeliſſimi
perſecutores. Deniq; manu ſuſpenditur,qui propria operatione ſe perdit,mentaliterq; occidit.Ado-
leſcentibus impudicè abuſi ſunt.Hos enim tanquàm ad vitia voluptateſq; pronos,diaboli ad diuer-
ſa inquinamenta perducunt,quod & homines quidam immundiſſimi facere non verentur. Et pue-
ri in ligno corruerunt. Hoc conuenit his, qui virgam correctionis deſpiciunt, & qui in ſua manent
duritia. Lignum quoq; eſt corpus noſtrum, vndè & Chriſtus ſe lignum viride appellauit. Corpora Luc. 23.
verò impiorum ac impij,ſunt arida ligna.Pueri ergò in ligno corruerunt, dum ſuæ carnis concupi-
ſcentijs conſenſerunt.Deniq; Salomone teſtante,ſapientia lignũ vitæ eſt.Qui igitur ſapientię verba Prouer. 3.
non ſuſcipit,in ligno videtur corruere, per hoc quod ſuſtentanti ſapientiæ non innititur, nec vni-
tur.Senes defecerunt de portis.Quemadmodùm portæ mortis & inferi ſunt peccata,quibus vita gra-
tiæ tollitur,& anima in infernum dilabitur: ſic portæ vitæ & cælorum, virtutes & actus earum cen-
ſentur. Conuerſatio nempe virtuoſa, eſt porta anguſta, quæ Chriſto teſtante,ducit ad vitam. Cùm
ergò ſeniores ac ſuperiores virtutibus non inſiſtunt, de portis deficiunt, nec eis competit dicere:
Aperite mihi portas iuſtitiæ.Iuuenes de choro pſallentium. Quot modò ſunt iuuenes, de facultati- Pſal. 117.
bus Eccleſiæ gloriantes,qui à diuinis ſe abſentant, à choro pſallentium deſunt, & dum horas in Ec-
cleſia cum cæteris cantando perſoluerent, inſtinctum ſequuntur diaboli,à quo tenentur captiui, &
ad illicita,ad comeſſationes,ad ludos,ad ſcurrilitates,ad laſciuias pertrahuntur? Timeant hoc etiam
religioſi,qui cùm ſint fortes & validi,facili occaſione ſubtrahunt ſe à diuinis, nec in choro pſallunt
alacriter,immò torpent ignauiter. Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus no-
ſter,id eſt,multiplici cauſa à gaudio in mœrorem deuenimus. Primò, quia noſipſi tam frequenter
Deum offendimus,& quia à ſpiritali perfectione tam longè diſtamus,& quia à proximis noſtris De-
us tam grauiter inhonoratur, & quia ſtatus Eccleſiæ ad tantam deuenit ruinam, & quia tot aduerſi-
tatibus concutiuntur electi, & quia quotidiè tot animæ pereunt, & quia puſilli totiès ſcandalizan-
tur,& quia propter negligentiam noſtram,vel per diſpenſationem diuinam ſpiritalis conſolatio no-
bis ſubtrahitur,& item deſiderio patriæ.Cecidit corona capitis noſtri. Capũt noſtrum eſt ratio,cui-
us corona eſt ſapientia illa,quæ donum eſt.Dum ergò rationem ad terrena deprimimus,non ad ſu-
perna erigimus,ruit capitis noſtri corona.Porrò corona prælatorum ac prędicatorum ſunt hi, quos
ad Deum conuertunt, quemadmodùm Paulus Philippenſibus ſcribit diſcipulis: Gaudium meum Philip. 4.
& corona mea. Qui ſi ad vitia fuerint lapſi, plangit pius prælatus ſeu prædicator: Cecidit, inquiens,
corona capitis noſtri. Prætereà dum principes & prælati mitrati dignitatem ſuæ poteſtatis, gradûs
ac ordinis,indignis moribus vitioſiſque actibus dehoneſtant,dicendum eſt eis ac ſubditis: Cecidit
corona capitis noſtri. Rurſus corona capitis, eſt infuſa charitas mentis, vel ſpiritale ſertum ex vir-
tutum floribus contextum, quo caput animæ pulcherrimè decoratur, & mortali peccato corona
iſta aufertur. Væ nobis quia peccauimus.Niſi enim pœnitentiam dignam egerimus,væ pœnę æter-
næ incurremus. Sed de hoc ſummè dolere debemus, quòd clementiſſimum ſummi patris vul-
tum, totiès atque tam grauiter inhonorauimus: quòd Chriſto pro nobis paſſo, tam ingrati extiti-
mus: quòd tempus noſtrum tam infructuoſè expendimus,quòd alios ſpiritaliter læſimus,quòd dia-
bolum lætificauimus tam frequenter, & quòd quotidiè multipliciter coram Deo peccamus. Pec-
catum nanque eſt infinitę fugibilitatis, & Deus infinitę honorabilitatis. Propter quod potiùs ho-
mo mortem ſubire deberet,quàm vel vnum veniale peccatum ſcienter admittere. Idcircò timora-
ti atque ſoliciti ſimus coram ſuperſanctiſſimo Deo,omni cuſtodia cor noſtrum cuſtodientes. Pro-
ptereà mœſtum factum eſt in dolore cor noſtrum, ſcilicet propter cauſas prætactas. & iſte eſt mœ-
ror laudabilis,& triſtitia ſecundùm Deum, quæ pœnitentiam operatur, de qua Salomon proteſta-

Eccés 7. tur in Eccleſiaſte:Cor ſapientum vbi triſtitia. Ideò cōtenebrati ſunt oculi noſtri,ex nimio fletu,iu-
Pſal. 118. xta quod ait Pſalmiſta:Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodiêrunt legem tuam.
Mœror quoq; & abſtinentiæ atq; vigiliæ contenebrant oculos corporales, ſed mentales illumināt.
Pſal. 101. Tu autem Domine in æternum permanebis.Nempe tu idem ipſe es, & anni tui non deficient.Et ſo-
lium tuum in generationem & generationem. Solium Dei eſt anima iuſta, & ipſa Eccleſia militans
Pſal. 79. & triumphans:ſpecialiter quoq; angelici ſpiritus,qui throni vocantur.Sed & Pſalmiſta precatur:Qui
ſedes ſuper cherubim,manifeſtare.Quarè in perpetuum obliuiſceris noſtrî,Eccleſiam tuam non re-
formando,terram ſanctam ei non reſtituendo,animamq́; te inuocantem nō audiendo? Deniq; quo
aliquis fuerit ardētior boni communis zelator, atq; interni profectûs amator,eo dilatio iſta diutur-
nior flebiliorq́; videtur,& indè non parùm affligitur.Conuerte nos Domine ad te,& conuertemur.
Tuo enim ô omnipotens Deus & benigne ſemper indigemus auxilio,non ſolùm vt gratiam gratifi-
cantem habitualem obtineamus:ſed etiam vt in adepta perſeueremus ac proficiamus. Cumq́; à bo-
no actu ceſſamus,indigemus motione ſpiritûsſancti,qua ad actum meritoriū excitemur.Itaq; auer-
ſos conuerte,habitualiter quoq; conuerſos,ad actualem cōuerſionem tu erige, & conuerſos magìs
ac magìs conuerte: tu enim in nobis operaris & velle & perficere,& omnia opera noſtra operaris in
nobis.Omnia hæc affectuoſè oremus,& quotiès inuenerimus nos vagos,pigros, duros,aut vanè di-
ſperſos,clamemus: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies noſtros ſicut à prin-
cipio,i.aurea illa primitiuæ Eccleſiæ tempora renoua atq; reſtitue nobis,vt cum omni feruore & con
ſtantia tibi deſeruiamus.Nunc enim impletum videtur, quod ſecundæ ad Timotheum epiſtolæ ca-
pite 3.ſcribit Apoſtolus:Scito ꝙ in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa,& erunt homi-
nes amantes ſeipſos,ſuperbi,cupidi,ſine affectione,ſine pace,voluptatis amatores magìs quàm Dei.
Sed proijciens repuliſti nos, ſinens populum Chriſtianum ad tantum lapſum venire, Eccleſiam ità
corruere,ſuperari ac minorari.Iratus es contra nos vehemēter,ꝙ tot peccatis & tribulationibus iu-
ſtè nos opprimi tam diù permittis. nunc enim hæreſi ac ſchiſmate tribulamur: & qui alios reforma-
2.Par.20. re tenentur, nec ſeipſos reformant nec alios. Cùm ergò in tot malis quid agere debeamus, ignore-
mus,hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te fontem æternum totiuſq́; pie-
tatis ac gratię,qui ſolus naturaliter,purè & incircunſcriptibiliter bonus es,O creator adorande,ſal-
uator amande, iudex metuende,qui es ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus, AMEN.

¶Threnorum Ieremiæ prophetæ,finis.

D. DIONYSII CARTHV-SIANI, IN BARVCH PROPHETAM, SCRIBAMQ́; IEREMIAE, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

Iere. 36. DIXIT BARVCH ad principes Iudæ:Ex ore ſuo loquebatur Iere-
mias, quaſi legens omnes ſermones iſtos,& ego ſcribebam in volumine
atramento. In his verbis tangitur author huius libri, atq; officium eius.
Author equidem fuit Baruch, cuius officium fuit, ꝙ erat ſancti Ieremiæ
notarius, ſcribens ex ore ipſius: propter quod liber iſte volumini Iere-
Libr. X. ant. Iud. cap. 10. & 11. miæ immediatè ſubiungitur: & coniunctio ET, quæ in principio libri
Baruch præmittitur, ad verba copulat Ieremiæ, vt aliqui dicunt. Aſſerit
quoq; Ioſephus, ꝙ Baruch iſte fuit vir nobilis, & Ieremiæ notarius, ad-
hærens Ieremiæ vſq; ad mortem ſancti prophetæ.Liberq́; Baruch ab He
bræis inter apocrypha computatur, in quo nihilo minùs multa notabi-
lia,& quædam de Chriſto,conſcripta ſunt.

¶*Expoſitio primi capituli:Et hæc verba quæ ſcripſit Baruch.* *Articulus* I.

ET hæc verba quę ſcripſit Baruch filius Neriæ,filij Maaſiæ, filij Sedechiæ, filij Sedei,
filij Helchiæ.] His verbis deſcribitur genealogia Baruch.Circa quod ſcribunt qui-
dam ſecundùm regulam Hebręorum:Pater ipſius Baruch & auus & cæteri hîc poſi-
ti,habuerunt ſpiritum prophetiæ,ſicut & ipſe.Dicunt enim, quòd quandò in prin-
cipio alicuius prophetæ,ponitur nomen patris eius,& aui, & ſic aſſcendendo, datur
intelligi,quòd ſpiritum propheticum habuerunt.Sed quanuìs verum ſit, quòd He-
bræi hoc dicant,non tamē ad propoſitum pertinere videtur. Non enim dicunt Hebræi, librum Ba-
ruch

ruch ad libros pertinere propheticos,aut in eorum numero contineri,nec fatentur hunc librū ſcri-
ptum ſpiritu prophetiæ,ſaltem per totum.Alioquì inter ſcripturas computaretur canonicas,& eſſet
in canone.Verba autem prophetica, quæ continentur in libro iſto,potuit à Ieremia accipere.Con-
ſequenter tangit locum vbì hęc ſcripſit:[in Babylonia] id eſt, regiōe Chaldęæ,cuius metropolis Bá
bylon fuit.Ex quo elicitur, ꝙ ſcripſit hęc verba non ſolùm poſt deſtructionē Hieruſalem per Chal
dæos effectam,ſed etiam poſt mortem ſanctiſſimi Ieremiæ.Occiſo etenim Godolia,Ieremias & Ba-
ruch cum Iohânnan & cæteris reſiduis Iudęorum introiêrunt Aegyptum.vbì cùm Ieremias obîſſet,
immò (vt communiter dicitur,& S.Epiphanius proteſtatur) ab incredulis Iudæis lapidatus fuiſſet,
Baruch ad Babyloniam eſt profectus. Nam & Aegyptios ac Iudęos in Aegypto manentes, prophe-
tauit Ieremias à rege Babylonis vaſtandos,vt Ieremiæ 43. legitur.[in anno quinto] à combuſtionè
Hieruſalem,facta per Nabuſardan principem militię Nabuchodonoſor regis. [in ſeptima die men-
ſis:] forſitan primi,anni illius quinti,quoniam nomen menſis non exprimitur hîc.[in tempore quò
ceperunt Chaldæi Hieruſalem.] Hoc additur, ad innuendum ꝙ Iudæi tunc computabant annos à
tempore Babylonicę captiuitatis,ſicut iam numerant annos à tempore captiuitatis & deſtructionis
plebis ac vrbis ſuæ Hieruſalem per Romanos ſub Tito. ſicq́; quod ait, in tempore, poteſt exponi, à
tempore. & legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda,& ad aures vni-
uerſi populi] Iudaici [venientis ad librum.] Baruch nanq; propter ſapientiam ſuam & propter fa-
miliaritatem ſuam cum Ieremia habitam fuit famoſus.Idcircò venerunt ad eum,[& ad aures poten-
tium filiorum regum Iuda,]i.eorum qui nati fuerunt de ſemine regum Iuda,quorum aliqui fuerunt Ioſephus
in Babylone,prout Danielis 1.habetur:quorum vnus fuit Daniel,quem Ioſephus & Epiphanius di- libro 10.
cunt fuiſſe de regio ſemine. Septuaginta tamē interpretes inſinuant eū fuiſſe de ſtirpe Leui: quod an. Iud.
poterit concordari, quoniam illæ duæ tribus fuerunt frequenter matrimonialiter iunctæ. Hinc in cap. 12.
Iſaia Dominus dixit ad Ezechiam:De filijs tuis erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.[ad]i.pro- Iſaiæ 39.
pe[flumen Sodi] currens per Babyloniam. Porrò Ezechielis 9. fit mentio de flumine Chobar. Et
quod ait,ad flumen Sodi,referri poteſt ad verbum illud, Legit, vel ad participium iſtud, Habitanti-
um,quod ſtatìm præcedit in textu. Quocircà oritur quæſtio, quomodò potuerit iſta legere ad au-
res Iechoniæ præfati qui fuit in carcere vſq; ad mortem Nabuchodonoſor regis,vt tangitur 4.Re-
gum vltimo. Ad hoc reſpondendum, quòd ſi Baruch legit hæc verba ad omnes prædictos ſimul,
oporteret dicere,quòd Iechonias non fuit clauſus in carcere continuè, ſed interdùm permiſſus eſt
egredi,quia rex erat,& quoniam ſpontè ſe tradidit Nabuchodonoſor regi.Si autem Baruch legit iſta
ad præfatos diuiſìm, dici poſſet, quòd permiſſus fuit regem incarceratum accedere.[Qui audien-
tes plorabant] propter peccata ſua ac parentum ſuorum,& propter deſtructionem templi ac ciuita-
tis,& captiuitatem tranſlationemq́; ſuam. [& ieiunabant] pro miſericordia impetranda, & orabant
pro cauſa eadem.Bona eſt enim oratio cum ieiunio.[& collegerunt pecuniam,ſecundùm quod po-
tuit vniuſcuiuſq; manus.] i. contribuerunt pro viribus ſuis pecuniam. & miſerunt eam in Hieruſa-
lem ad Ioacim filium Helchiæ,filium Salon ſacerdotem.] Poſſet videri alicui,quòd Ioacim iſte fu-
erit pontifex,quia ſubiungitur:[& ad ſacerdotes,& ad omnem populum qui inuenti ſunt cum eo in
Hieruſalem.] Verius tamen apparet,quòd non fuerit pontifex.Ioſedech enim pontifex Iudęorum,
cum Sedechia rege ductus fuit captiuus in Babylonem,occiſo patre eius Saraia pontifice,prout Ie-
remię 52. partìm habetur,& magiſter in hiſtorijs Ioſephuſq́; affirmant. Et ipſi Ioſedech in pontifi- Ioſephus
catum ſucceſſit Ieſus filius eius in reditu à Babylonica captiuitate,quemadmodùm 1.Eſdræ 3. legi- libro 10.
tur.Vndè & Aggei 1.habetur:Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos ant. Iud.
magnus.De quo & Zacharię tertio ſcriptum eſt: Oſtendit mihi Ieſum ſacerdotem magnum. Hinc cap.10.
dicitur,quòd Ioacim iſte fuit inter ſacerdotes,de quibus hîc agitur,principalis, quanuìs non ponti-
fex:[cùm acciperent vaſa templi Domini,quæ allata fuerant de templo] per Chaldęos,& ſimul cum
Sedechia in Babylonem perducta fuerunt.Hæc enim vaſa remiſerunt prædicti Iudęi ſimul cum pe-
cunia iam prætacta.Acciperent, inquam, [reuocare]i. ad hoc, quòd reuocarentur & remitterentur
in priſtinum locum ad cultum diuinum.[decima die menſis Siban,]cui apud nos correſpondere di
citur Maius, partimq́; Iunius.[vaſa argentea, quę fecit Sedechias rex Iuda, poſteaquàm cepiſſet]i.
poſtquàm rex Babylonis cepit[Iechoniam] prænominatum,[& principes & potentes eius] quoſ-
dam,non omnes, vt quarti Regum vigeſimoquarto deſcribitur. [& populum terrę Iudęę]i. quoſ-
dam de populo,vtpotè decem millia, vt pręfacto fertur capitulo, quanquàm Ieremiæ quinquageſi-
moſecundo ſcriptum ſit,tria millia:quod ibì expoſitum eſt. [& dixerunt] Iudæi in Babylonia ex-
iſtentes,pecuniamq́; mittentes,& vaſa illa argentea quæ fecerat Sedechias,eô quòd Nabuchodono-
ſor tranſportauit aurea vaſa de templo in Babylonem. Etenim ad faciendum aurea vaſa, non ſatìs
abundauit Sedechias. Vel non ſatìs deuotus fuit ad hoc. Hæc autem vaſa Iudæi iſti prece aut pre-
cio à Chaldæis recuperauerunt, ac remiſerunt ſecundùm iſtam ſcripturam apocrypham. [Eccè

miſimus ad vos pecunias,de qbus emite holocauſtomata.] i.animalia pro holocauſtis immolandis,
[& thus,& facite manna,] i.ſacrificium [& offerte pro peccato] i. pro remiſſione peccatorũ noſtro-
rum [ad aram,] i.ſuper altare Dei [& orate pro vita] i.pro cõſeruatione vitæ [Nabuchodonoſor re-
gis,& pro vita Balthaſar filij eius.] Dan.5.legitur Babylon capta, Balthaſar ibì regnante,qui Baltha-
ſar non fuit immediatus filius Nabuchodonoſor regis,ſed filius filij eius: & quãdò hæc quę hîc nar-
rantur,contigerunt, nondùm natus videtur. Quomodò ergò petiêrunt iſti orari pro illo?& ſiue na-
tus tunc fuit,ſiue nõ, cur potiùs petiêrunt orari pro ipſo, q̃ pro patre ſuo Euilmerodach qui ante eũ
regnauit?Quid ad hæc reſpondendum ſit pro certo,non habeo,niſi forſan immediatus filius Nabu-
chodonoſor, alio nomine appellatus ſit Balthaſar. [vt ſint dies eorum ſicut dies cæli ſuper terram,]
i.diuturni ac proſperi, quantùm per naturam fieri poteſt. Itaq; iſti Iudæi petiêrunt orari pro pace ac
Iere,29. proſperitate regum,ſub quibus capti erant,ſicut & Ieremias ſcripſerat eis:Orate,inquiens, pro ciui-
tate ad quam transmigrare vos feci:quia in pace eius erit pax veſtra.[& ſeruiamus eis multis diebus.]
Hoc dixerunt,non quaſi optantes diù in ſeruitute manere, & non potiùs ad propria remeare:ſed nè
deſtructo imperio Babylonis,grauiùs opprimerentur ab alijs.Nouerãt enim ex prophetia Ieremię,
ꝙ ſeptuaginta annis duraret eorum captiuitas.[& pro nobiſipſis orate,& legite librum iſtum] vide-
licet librum hũc Baruch,[quem miſimus ad vos recitari] i.ad hoc vt publicè recitetur & legatur [in
templo Domini,] i. in loco vbì templum anteà ſtetit, ſeu in atrio vel atrij loco, vbì plebs conuenire
& verbum Dei audire ſolebat [in die ſolenni] i. feſtis diebus & in die opportuno, quandò populus
copioſiùs venerit.Circa hæc meritò quæritur, qualiter vera ſint iſta. Chaldæi enim deſtruxerunt &
combuſſerunt templum & vrbem Hieruſalem atq; altare,quæ non fuerunt reædificata,niſi poſt re-
1.Eſd.3. ditum à Babylonica captiuitate, vt habetur in Eſdra. Nec in Hieruſalem ſeu locis vicinis habitaue-
& 6. runt ſacerdotes ac populus Iudęorum, à tempore quo reliquiæ eorum deſcenderunt cum Ieremia
in terram Aegypti, nec viguit in Iudęa vel Hieruſalem cultus Dei. Propter hæc & conſimilia quæ-
dam liber iſte,vt ait Lyra,apud Hebręos reputatur apocryphus. Poteſt tamen ſecundùm quod ad-
dit,dici,ꝙ quanuìs Godolia occiſo,omnes Iudæi in Iudæa ſuperſtites, fugerint in Aegyptum ex ti-
more,ꝙ rex Babylonis mitteret ſuos ad vindicandum mortem Godoliæ: poſteà tamen videntes ꝙ
non mitteret,& audientes ꝙ rex Babylonis Aegyptum inuaderet, pro magna parte in Hieruſalem
propter loci ſanctitatem reuerſi ſunt, & paruum altare erexerunt, ſicut patriarchæ & prophetæ Ge-
3.Reg.18. ne.15.& alibì leguntur ad ſacrificandum Deo erexiſſe altaria. Sed huic reſponſioni obijci poteſt il-
Iere. 44. lud Ieremiæ:Hęc dicit Dñs,Eccè ego aſſumam reliquias Iudę,qui poſuerunt facies ſuas, vt ingrede-
rentur terram Aegypti, & conſumentur om̃es in terra Aegypti in gladio & fame, à minimo vſq; ad
maximum, & non erit qui effugiat & reuertatur in terram Iuda, ad quam ipſi leuant animas ſuas, vt
reuertantur & habitent ibì.Rurſus Iere.42. inducitur:Hęc dicit Dñs, ſicut conflatus eſt furor meus
ſuper habitatores Hieruſalem,ſic conflabitur indignatio mea ſuper vos cùm ingreſſi fueritis Aegy-
ptum,& nequaq̃ vltrà videbitis locum iſtum.Omneſq; viri qui poſuerunt faciẽ ſuam, vt ingredian-
tur Aegyptum & habitent ibì,morientur gladio,fame & peſte.Ampliùs Thren.1.habetur:Viæ Sion
lugent,eò ꝙ non ſint qui veniant ad ſolennitatem: ergò prætacto tempore nõ conuenerunt Iudæi
in diebus feſtis in templum. Idem patet ex eo,quod Iſaiæ 1. loquitur Dñs: Derelinquetur filia Sion
vt vmbraculum in vinea,& ſicut tuguriũ in cucumerario. Vndè elicitur ꝙ fuit Iudęa pro tunc om̃i-
nò deſerta.Quod item videtur ex eo,quod legitur 2.Para.36. Cunctis diebus deſolationis eius egit
terra,putà Iudęa,ſabbatum: requieſcendo videlicet à cultura inhabitationeq; hoĩm,prout doctores
exponunt,vſq; dum complerentur ſeptuaginta anni. Veruntamen his nõ obſtantibus, videtur præ-
tacta reſponſio ſaltem pro parte poſſe ſaluari,& hoc ex verbis Ieremiæ probatur. Pręallegatis etem̃
verbis additur Ieremiæ 44. Nõ reuertentur illuc, niſi qui fugerint. Et denuò:Et qui fugerint gladi-
um,reuertentur de terra Aegypti viri pauci.Quidam enim inter Iudęos Aegyptum cum Ieremia in-
greſſos,erant cęteris meliores ac Ieremię credentes,atq; inuitè Aegyptum introeuntes,quia cõpul-
ſi à * Ioanne Charee alijſq; principibus,& hi meliores,Deo moderante,euaſerunt manus Chaldęo-
rum Aegyptum vaſtantium.Hi tñ comparatione aliorum erant tam pauci,ꝙ quaſi nulli reputaban-
tur.Ideò terra Iudææ dicitur tunc fuiſſe relicta & ſabbatizâſſe. [& dicetis,] voſipſos humiliter ac-
cuſando,ac diuini æquitatẽ iudicij collaudando: [Domino Deo noſtro iuſtitia] conuenit, & aſſcri-
benda eſt:quoniam iuſtè puniuit nos,& ipſe eſt fons,cauſa,menſura,& regula totius iuſtitiæ,iuxta il
Iob 34. lud in Iob:Abſit à Deo impietas,& ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iu-
xta vias ſingulorum reſtituet.Et in Pſal. Quoniam rectus Dominus Deus noſter. Sapiens quoq; ait:
Cùm ſis iuſtus,iuſtè om̃ia diſponis. Virtus em̃ tua,iuſtitiæ initium eſt.[nobis aũt confuſio faciei no-
ſtræ.] i.confundi meruimus,& iuſtè contempti ſumus, de noſtris quoq; erubeſcimus culpis. [ſicut
hodiè] euidenter apparet.Itaq; nobis debetur confuſio,[omni Iuda] i.cunctis Iudæis de duarũ tri-
buum regno [& habitantibus Hieruſalem] i.qui habitauerunt in ea,& nobis qui ſumus in loco quo

ſita

ſita fuit Hieruſalẽ iam incenſa.[regibus noſtris] quos habuimus,videlicet Ioacim, quẽ rex Babylo-
nis occidit & inſepultum abiecit, Iechoniæ quẽ tranſtulit, & Sedechiæ quẽ excæcauit. [& principi-
bus noſtris] q erant officiati regum,[ſacerdotibus] quorum quidã fuerunt occiſi,quidã captiui.[pro-
phetis noſtris,] pſertim pſeudo,ſeu etiã veris prophetis, qui multiplices tribulationes ppeſſi erant,
etſi non à Chaldæis,tñ à peruerſis Iudæis, ſicut & Ieremias atq; Ezechiel, cui Dñs dixit:Portentũ te Ezech.12.
dedi domui Iſrael.[peccauimus ante Dñm] oĩa intuentẽ, nõ veretes in pſentia maieſtatis ſuę ipſum
offendere.[& non credidimus Deo & eius prophetis,] quia coluimus idola. [diffidentes in eum] i.
de eius puidentia & tuitione deſperantes.[& non fuimus ſubiectibiles] i. proni ad hoc, ꝙ eius im-
perio ſubderemur,ſed potiùs duri & incõuertibiles [corde,] iuxta illud Ieremiæ:Auerſus eſt popu- Iere.8.
lus iſte auerſione contentioſa.[& diſſipati receſſimus] i. vitijs corrupti ſpiritualiterq; p peccata de-
ſtructi,& intra nos diuiſi per rebellionẽ ſenſualitatis contra rationẽ.[à Deo nos elongauimus,] non
loco,ſed diſſimilitudine.Propter quod Dñs ait per Ieremiam:Quid inuenerunt patres veſtri in me Iere.2.
iniquitatis,quia elongauerunt à me,& ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? Hinc Salo- Prou.15.
mon loquit:Longè eſt Dñs ab impijs.de talibus dicitur per Oſee:Diuiſum eſt cor eorum, nunc in- Oſeæ 10.
teribunt.[& adhæſerunt nobis mala multa] i.grauia vitia & tormenta. [& maledictiones quas con-
ſtituit Dñs Moſi ſeruo ſuo] i.maledictiones & afflictiones illas incidimus, quas Deus per Moſen in
lib.Numer.& Deuter. pnunciauit, ſicut in Threnis apertiſſimè inuenit. [qui eduxit patres noſtros
de terra Aegypti,dare] i.ad dandum [nobis terram fluentem lac & mel,] i.terrã promiſſionis valdè
fertilem & abundantem,[ſicut hodierna die,] i.ſicut nunc patet ad oculum nos eſſe afflictos.[& abi-
uimus] i.à Deo receſſimus.[vnuſquiſq; in ſenſu] i.cogitatione [& guſtu cordis noſtri maligni:] qm̃
ex deliberatione & delectatione peccauimus, gloriantes in vitijs. [operari] i.ſacrificare & obſequi
dijs alienis.[facientes mala ante oculos Dñi,] qui multo lucidiores ſunt ſole, circunſpicientes om̃es
vias hominum,de quibus ait Apoſtolus:Oĩa nuda & aperta ſunt oculis eius. Cuius rei conſideratio Heb.4.
debet nos à peccatis retrahere,atq; ad bona inducere,ſicut ait vir ſanctus: Seruaui mãdata tua & te- Pſal.118.
ſtimonia tua,quia oẽs viæ meæ in conſpectu tuo.Interdùm etiam idololatriam exercuerunt in tem-
plo tempore Achaz & Manaſſis,in quo vtiq; templo Deus ſpecialiter habitare ac intueri ferebatur,
prout lib.3.Reg.teſtatur:Erũt oculi mei & cor meum ibì cunctis diebus. Sicq; ſpecialiter ante ocu- 2.Par.7.
los Domini peccauerunt.

¶ *Elucidatio 2.cap.Propter quod ſtatuit Dominus Deus noſter.* *Articulus* 2.

Confeſſio diuinę iuſtitię,& inuocatio miſericordiæ altiſſimi,hîc ponunt.[Propter quod] i.pręta-
cta in pcedenti cap.vitia noſtra.[ſtatuit Dñs verbum ſuum] i.cõminationem ſuam adimple-
uit in nobis,[quod] verbum [locutus eſt ad nos & ad iudices noſtros,& ad reges & principes no-
ſtros] i.ad vniuerſum populum Iudæorũ,tam eos q fuerunt tẽpore Moſis, p quem iſta pdixit, q̃ ad
poſteros eorundẽ.[vt adduceret Dñs ſuper nos mala magna] i. tormenta & plagas grauiſſimas.[quę
non ſunt facta ſub cælo] i.alibì in terra nõ contigerunt [in vlla gente,quemadmodùm facta ſunt in
Hieruſalẽ] tẽpore obſidionis à Chaldęis,[vt manducaret homo carnes filij ſui & filiæ ſuæ.] Ex hoc
elicitur,ꝙ obſidione illa durante tanta fuit fames in Hieruſalem, ꝙ parentes comederunt propriã
ſobolẽ,quod & in obſidione Hieruſalẽ à Romanis,Ioſephus refert factũ:in obſidione quoq; Sama-
riæ à Syriæ rege,legit contigiſſe.Hinc in Threnis aſſerit:Manus mulierum miſericordium coxerũt Thre.4.
filios ſuos,facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.Sicut em̃ ſcelera Iudæorum, legẽ
ac prophetas habentium & abijcientium,fuerunt grauiora ſceleribus gẽtium, ità & maior eis debe-
bat afflictio, quemadmodùm & Chrs in euangelio loquitur: Seruus qui cognouit voluntatem Dñi Luc.12.
ſui,& non fecit,plagis vapulabit multis.Qui aũt non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit pau-
cis.Hinc ab Ezechiele fuit pdictum:Hæc dicit Dñs, quia ſuperâſtis gentes q̃ in circuitu veſtro ſunt: Ezec.5.
ideò faciã in te iudicia in oculis gentium,& faciã in te q̃ non feci, & quibus ſimilia vltrà non faciã,
& comedẽt patres filios in medio tuì, & filij comedẽt patres ſuos. [ſecũdùm quod ſcripta] i. pdicta,
[ſunt] mala iſta in lege Moſis in Deuter. quo inter cætera legit: Adducet Dñs ſuper te gentẽ proca- Deu.28.
ciſſimam,q̃ non deferat ſeni,nec miſereat paruuli. obſideberis intra portas tuas, & comedes fructũ
vteri tui,& comedes carnes filiorũ tuorum & filiarũ tuarũ. [& dedit illos ſub manu oĩm regum qui
ſunt in circuitu noſtro.] Hoc factum eſt ſucceſſiuè:qa interdùm fuerunt ſubditi regibus Syriæ, in-
terdùm Philiſtijm, qñq; regibus Moab & Ammõ, interdùm regibus Aſſyriorum & Chaldęorũ atq;
Aegyptiorũ:q oĩa in lib.Iudicũ,Regũ,ac Paral.continent. [& in improperiũ & in deſolationem in
oĩbus populis,in qbus nos diſperſit,] iuxta quod Dñs in Ieremia pdixit:Dabo eos in vexationẽ & in Iere.29.
maledictionẽ & in ſtuporẽ & in ſibilũ & in opprobriũ, eò ꝙ nõ audiêrint verba mea. [& facti ſumus
ſubtùs,] i.aduerſarijs ſubditi,[& nõ ſuprà,qa peccauimus Dño Deo nr̃o,] non obaudiẽdo voci ipſius.
[Dño Deo noſtro iuſtitia] Hoc expoſitũ eſt cap.pcedenti.[quia locutus eſt Dñs ſuper nos oĩa mala
hęc] i.per Moſen & prophetas cõminatus eſt nobis ea & pdixit,[quę venerunt ſuper nos,& non ſu-

VV 4 mus

mus deprecati faciem Dñi Dei noſtri.] Multi em̃ fuerunt inter Iudęos tã indurati, ꝙ nec in cladibus
Iere.5. ſuis nec plagis recurrerunt ad miſericordiã Dei, iuxta illud Iere. Percuſſiſti eos, & non doluerunt:
renuerunt accipere diſciplinã, Indurauerunt facies ſuas ſupra petrã, & noluerunt reuerti. Vndè &
Iſaiæ 9. in Iſaia habet̃: Populus nõ eſt reuerſus ad percutientẽ ſe, & Dñm non exquiſiêrunt. [& vigilauit Dñs
Thre.1. in malis] i. vigil & diligẽs fuit ad infligendũ nobis mala pœnalia, iuxta illud Threnorũ: Vigilauit iugum iniq̃tatum mearum in manu eius. cõuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo. [& nõ audiuimus] aure obedientiæ [vocẽ eius, vt iremus] i. cõuerſaremur & ad verã beatitudinem tenderemus, [in p̄ceptis q̃ dedit ante faciẽ noſtram.] i. euidenter nobis ꝓpoſuit tam in monte Sinai p̄ Moſen, q̃ interìm
Exod.20. vberrimè p̄ prophetas: idcircò excuſationem non habemus. [Exaudi Dñe & educ nos] de inuiſibili atq; viſibili captiuitate [ꝓpter te] i. ꝓpter propriã tuam bonitatem & pietatẽ, & ad tuĩpſius honorem. [& da nobis grãm inuenire ante faciẽ eorum] ſ. Chaldæorum, [qui nos abduxerũt] in captiuitatem, ità vt nõ grauent nos valdè. [vt ſciat oĩs terra,] i. habitatores terræ, [q̃a tu es Deus noſter.] i. ex hoc aduertant oĩpotentiam tuã atq; clementiam tuam in nobis, ꝙ facis nos tã piè tractari in terra captiuitatis à crudelibus inimicis. [Reſpice] oculo pietatis [de domo tua ſancta in nos] i. de loco
Deut. 26. in quo tẽplum ſtetit, & de altari. vel potiùs de ſummo cælo, ſecundùm illud Deuteronomij: Reſpice
Pſal.102. Dñe de ſanctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo. Et in Pſal. Dñs in cælo parauit ſedem ſuã. [quia non mortui qui ſunt in inferno] i. damnati. [dabunt honorẽ & iuſtificationẽ Dño.] i. Dñm nõ honorant, nec eum iuſtificant niſi materialiter, inquantùm in eorũ iuſtiſſima damnatione relucet ac cõmendatur. Immò & à ſapiẽtibus viatoribus formidatur diuinæ rigor iuſtitiæ. [ſed aĩa quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali,] i. de enormitate vitiorum ſuorum pœnitẽtialiter contriſtatur, q̃ etiam propter aduerſa gemit ac mœret ordinatè. [& incedit curua] per humilitatẽ, [& infirma] per ꝓpriæ fragilitatis ac defectuoſitatis recognitionẽ. [& oculi deficientes] i. in proprijs viribus nõ confidentes, immò propriã inſufficientiã ac defectuoſitatem iugiter attendẽtes, quod de interioribus intelligendum eſt oculis. [& aĩa eſuriens,] i. perficere cupiens, & iuſtitiæ actibus ſatiari affectãs, [dat tibi gloriam & iuſtitiã Dño] i. oẽm beatitudinem, excellentiam, æquitatẽ tibi aſſcribit, te extollit, hono-
Pſal.6. rat, & ſeipſam dijudicat. Hinc fertur in Pſal. Qm̃ non eſt in morte qui memor ſit tuî, in inferno au-
Pſal.50. tem quis confitebit̃ tibi? Itemq́;: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Iſaias quoq; ait: Dñs in ex-
Iſaiæ 75. celſo & ſancto habitans, & cum cõtrito & humili ſpiritu, vt viuificet ſpũm humilium, & cor contritorum. [quia non ſecundùm iuſtitias patrum noſtrorũ fundimus preces,] i. propter merita proximorum patrũ noſtrorũ non deprecamur exaudiri à te, cùm & ipſi grauiſſimè peccauerint in te ſub Ioacim, Iechonia & Sedechia. [ſed quia miſiſti irã tuam & furorem tuũ ſuper nos] i. punitiones & calamitates quas tua iuſtitia per Chaldęos nobis inflixit. q̃ nos admonet, vt tuã inuocem⁹ clementiã. [ſicut locutus es in manu] i. p̄ miniſteriũ & linguã [puerorum tuorũ prophetarum.] q̃ fuerunt pueri,
Iſaiæ 8. à puritate, nõ à pueritate. De q̃bus in Iſaia: Eccè ego & pueri mei. Hinc in Zacharia angelus ſuperi-
Zach.2. or ait angelo inferiori: Curre & loquere ad puerũ iſtum, videlicet Zachariã prophetã. Chr̃s quoquè
Ioan.21. poſt reſurrectionẽ ſuã ait apoſtolis: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Et in Actibus primitiua
Acto.4. orat Eccleſia: Deus q̃ ſpiritu ſancto p̄ os Dauid pueri tui dixiſti. Deniq; in ſcripturis miniſtri ſolent pueri appellari. Sic quoq; prophetę vocant̃ pueri Dei. [inclinate humerũ veſtrũ & ceruicẽ veſtrã, & operamini] i. ſeruite regi Babylonis, patienter ſuſtinẽdo iugũ ipſius in vltionẽ iniquitatũ veſtrarũ. [ꝙ ſi non audiêritis vocẽ Dñi, defectionẽ veſtrã faciã de ciuitatibus Iuda:] i. habitatores deficere faciã de ciuitatibus veſtris, ità ꝙ à plebe Babylonis occidentur & capientur. iſtud Ieremias frequẽter prædixit, Ezéchiel quoq;. deindè Baruch alloquit̃ Deum. [& non audiêrunt] Iudæi [vocẽ tuam] i. iuſſionibus tuis non obediêrunt. [& ſtatuiſti] i. implêſti [verba tua, vt transferrentur oſſa regũ noſtrorum & patrũ noſtrorũ de loco ſuo.] Chaldęi nanq; auari aperuerunt ſepulcra regum ac diuitũ Iudæorum, vt raperent theſauros ſeu alia precioſa corporibus ſepultorum adiuncta. [& eccè ſunt ꝓiecta in calore ſolis, & in gelu noctis] i. Chaldęi oſſa defunctorum hincindè proiecerunt, ità ꝙ iacuerunt ſuper terram in æſtu ſolis per diem & in frigore noctis. [& mortui ſunt patres noſtri in doloribus peſſimis] i. pœnaliſſimis [in fame & gladio & emiſſione] i. quidam ex eſurie, alij enſe, alij in itinere ad Chaldæam. [& poſuiſti templum,] i. illud deſtrui permiſiſti, [ſicut eſt dies hæc,] i. ſicut appáret vſq; in præſens. [& feciſti in nobis ſecundùm omnem benignitatem tuam, & ſermonem & miſerationem illam tuam magnam,] i. copioſa & præclara beneficia nobis frequẽter largitus es, ſecundùm immenſam tuam pietatem, & ſecundùm eius munificentiam ac promiſſionem, [ſicut locutus es in manu pueri tui Moſis, in die qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram filijs Iſrael] ſ. in
Deu.27. deſerto, vbì & Deuteronomiũ legis in lapidib⁹ ſcribi iuſſit, legẽ quoq; expoſuit, bñficia Dei cõmemorauit, ingratitudinẽ populi & futura eius p̄nunciauit facinora, dicẽs in perſona Dei: Si non audiêritis vocem meam. [Ambitio hæc magna & multa] i. excellentia & gloria tua tibi à me conceſſa, [conuertetur in miſeriam] i. ad calamitates terminabitur quæ ſuccedent. Sicq́; ambitio poteſt hîc ſumi

ſumi in bono, ſicut ſuperbia in Iſaia, vbì Dñs loquit̃: Ponam te in ſuperbiã ſeculorum. [qm̃ ego Dñs Iſaiæ 66.
Deus diſpergã illos] Iudæos mihi ingratos. [Populus em̃ duræ ceruicis eſt.] i. indomitę mentis. de Deu.31.
his ait Dñs ad Moſen in Deuter. Eccè tu dormies cum patribus tuis, & populus iſte conſurgens, fornicabit̃ poſt deos alienos, & inuenient eum oĩa mala & afflictiones. [& reuertet̃ ad cor ſuum,] i. cõſiderationẽ veram & ſalutarẽ in terra captiuitatis ſuę, vexatione eis intellectum p̄ſtante. [& dabo eis cor] i. cordis illuminationẽ ac vſum rationis ſalubrẽ. [& intelligent] ea q̃ Dei ſunt ac ſuæ ſalutis. [& laudabunt me in terra captiuitatis ſuę] ſuam captiuitatẽ ęquanimiter tolerantes. Tales fuerunt nõ-
nulli, vt Tobias: Ego, inquit, in terra captiuitatis meæ confitebor illi. Sic quoq; Daniel & ſocij eius, Tob.13.
multiq́; alij. [& auertent ſe à dorſo ſuo duro.] i. à ſua pertinaci inobeditione, de quo in Ieremia Dñs
ait: Verterunt ad me dorſum, & non faciem. [q̃a reminiſcent̃ viam,] i. conuerſationem iniquam pa- Iere.2.
trum ſuorũ. [quia peccauerũt in me.] Sicq́; penſando qualiter patres eorum propter ſcelera ſua plagati ſunt, timebunt, & ſe emendabunt. [& reuocabo illos] in propria perſona, vel in perſona ſobolis
ſuæ. [in terram quã iuraui patribus eorũ,] videlicet in terram promiſſionis, quod factum fuit ſeptu- 2.Par.36.
aginta annis captiuitatis Babylonicæ euolutis, ex licentia Cyri regis, vt patet 2. lib. Paralip. & in lib. 1.Eſdr.1.
Eſdrę. [& multiplicabo eos] ibì numero & merito, & nõ minorabunt̃ ad certum tẽpus. [& ſtatuam illis teſtamentum alterũ ſempiternum,] i. euangelicã legem vſq; ad finem ſeculi duraturã, & cui lex altera diuina & vera non ſuccedet, q̃ item ad æternam beatitudinẽ introducit. hoc cõſonat ei quod
per Ieremiam Dñs ait: Eccè dies veniunt, & feriam domui Iſrael & domui Iuda pactum nouum. De Iere.31.
hac lege in Iſaia multa diuinitùs ſunt prædicta, vt eſt illud Iſaiæ: Eccè electus meus, ſuſcipiam eum, Iſaiæ 42.
& legem eius inſulæ expectabunt. Et alibì in eodem: Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem Iſaiæ 51.
populorum requieſcet. Itemq́;: Eccè teſtẽ populis dedi eum, ducem ac p̄ceptorem gentibus. [vt ſim Iſaiæ 55.
illis in Deum] p̄ gratiam exuberantẽ. [& ipſi erunt mihi in populum] maximè præelectum, quod in exordio euangelicæ legis in primitiua illa Hieroſolymitana Eccleſia excellentiſſimè noſcit̃ impletum. [& non mouebo ampliùs populum meum filios Iſrael, à terra quã dedi illis.] Si exponat̃ hoc de terra illa Iudæę, intelligendum eſt ſub conditione, videlicet niſi peccando aliud mereant̃, quemadmodùm ſimiles ꝓmiſſiones Dei in ſcripturis intelligunt̃. Sed q̃a de populo Iudæorum ꝓ tempore noui teſtamenti iſta dicunt̃, per terram iſtam intelligit̃ Eccleſia militans, & p̄ſertim triumphans Eccleſia, ſeu regio beatorũ, q̃ eſt regnum cælorum, ac patria paradiſi cæleſtis, figurata per terrã promiſſionis, quam patriã æternalẽ Deus oĩpotens ſuis electis & patribus olim principaliter finaliterq́; ꝓ-
miſit, dicẽs ad Abrahã: Ego ꝓtector tuus, & merces tua magna nimìs. Nec em̃ terrena hæreditas aut Gen.15.
corporalis poſſeſſio, potuit eſſe dignum & vltimatum p̄mium actuum virtuoſorum, præſertim cùm Deus liberalitatis immenſæ vltra condignum remuneret. Hinc in Miſſę officio continetur: Sed Michael archangelus repræſentet animas in lucem ſanctam, quam olim Abrahæ promiſiſti & ſemini
eius. Iuxta quem ſenſum fertur in Ioële: Iudæa in æternum habitabitur. Ioel.3.

¶ *Expoſitio cap. 3. Et nunc Domine omnipotens Deus Iſrael.* *Articulus* 3.

ORatio in p̄cedenti cap. inchoata, hîc continuat̃. Et ſalubris exhortatio atq; doctrina ſubdunt̃. [Et nunc Dñe Deus Iſrael, aĩa in anguſtijs] i. aĩę noſtrę anguſtiatę, [& ſpiritus anxius] i. formidoloſus [clamat ad te.] Aduerſitas nanq; & afflictio excitant hoĩem ad hoc, ꝙ ad Deum p̄ orationẽ
& humiliationẽ ſuĩpſius confugiat, iuxta illud Ionæ: Cùm anguſtiaret̃ in me ſpũs meus, Dñi recor- Ionæ 2.
datus ſum. Et in Pſal. Ad Dñm cùm tribularer, clamaui. Ad quod agendum Dñs prouocat, dicens: In- Pſal.119.
uoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. [Audi Dñe, & miſerere, q̃a Deus miſeri- Pſal.49.
cors es, & miſerere noſtrí.] Iſtud eſt genus deuotiſſimę orationis, eundem ſenſum p̄ eadem aut cõſimilia verba multotiès iterare: q̃a ex hoc affectus in ſeipſo accendit̃. [quia tu ſedes in ſempiternũ.] i. ęternaliter inuariabiliterq́; quieſcis, regnas, & p̄ſides. [Audi nunc orationem mortuorum Iſrael] i. ſanctorum patrum noſtrorum iam defunctorum, q̃ viuentes adhuc in carne, orauerunt pro poſteris
ſuis, in limbo quoq; orauerunt ꝓ viuis, quẽadmodùm 2. lib. Machab. fert̃ de Ieremia: Hic eſt q̃ mul- 2.Ma.15.
tùm orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias ꝓpheta. [& filiorum ipſorũ] videlicet orationem noſtram. [& agglutinata ſunt] i. fortiter & intimè adhæſerunt [nobis mala] pœnæ pro malis culpæ, immò adhuc vtraq; in nobis abundant. [Noli meminiſſe iniq̃tates patrum noſtrorũ,] i. indul-
geas eis, parcendo aĩabus eorũ à pœnis, nec puniendo nos corporali tẽporaliq́; pœna propter ipſo- Thre.5.
rum peccata, iuxta illud Threnorum: Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt, & nos iniquitates ipſorum portauimus. [ſed memento manûs tuæ] i. omnipotentiam tuam oſtende in noſtra liberatione & ſubuentione. [& nominis tui] i. famæ tuæ, quam per mirabilia tua in cordibus hominum peperiſti, quam conſeruare & augere digneris, nos miraculoſè tuendo ac redimendo. Vel nominis tui, id eſt, tuĩpſius nomine deſignati: hoc eſt, bonitatem ac pietatem tuæ maieſtatis in nobis oſtende. [& laudabimus te Domine.] Hoc bonum propoſitum exaudibilem facit orationẽ, nec dignus eſt Deum laudare, niſi qui fuerit miſericordiam conſecutus, & deſupèr gratioſè purgatus, cùm non ſit ſpecioſa

Eccl 15. cioſa laus in ore peccatoris.[quia propter hoc dediſti timorem tuum] p̃ſertim filialem aut initialē,
[in cordibus noſtris]i.voluntatibus.Quemadmodùm em̄ amoris,ſic & timoris ſubiectum eſt volū-
tas,loquēdo de amore,qui eſt charitas,& filiali ac initiali timore.Amor aūt & timor,prout ſunt paſ-
ſiones,ſunt ſubiectiuè in appetitu ſenſitiuo.[vt inuocemus nomen tuum.] Timor enim incidendi
mala,inſtigat ad orandum pro virtute & gr̄a euadendi hæc ipſa.[Eccè nos diſperſiſti in improperiū,
& in maledictum,& in peccatum.]i.ità ex noſtra diſperſiōe & captiuitate ſuſtinemus multa oppro-
bria,& maledicimur,ac multas peccandi occaſiones incurrimus inter idololatras cōmorando.Pro-
pter quod Dauid dixit 1.Reg.26.Maledicti ſunt in conſpectu dn̄i,qui eiecerunt me hodiè,vt nō ha-
bitem in hæreditate dn̄i,dicentes:Vade,ſerui dijs alienis.Sequitur exhortatio fructuoſa.[Audi Iſra-
el]i.ô Iſraelitica plebs[mandata vitæ]i.diuina præcepta,p̃ſertim quorum obſeruantia ad vitā glo-
Mat.19. riæ introducit,& ex gratiæ vita procedit,ac gratiæ incrementum meretur. Vndè ait Saluator: Si vis
Eccés 8. ad vitam intrare,ſerua mandata.Et Salomon conteſtatur:Qui ſeruat pręceptum,non experietur ali-
quid mali.[auribus] cordis & corporis [percipe] verba ſalubria, [vt ſcias prudentiam:] non ſolùm
humanā naturalem politicam,ſed potiſſimè ſpiritalē diuinam infuſam,q̃ eſt virtus moralis,cardina-
lis,& meritoria,rectaq; ratio agibilium ſecundùm diuinæ legis doctrinam ac ſupernaturalis exigen-
tiam finis,de qua aſſeritur ad Rom.8.Prudentia ſpiritûs, vita & pax. Prouerbiorum quoq; 3. Beatus
homo qui inuenit ſapientiam,& qui affluit prudentia.[Quid eſt Iſrael,] i. quæ eſt cauſa ô Iſrael, [ꝙ
in terra inimicorum es?] ſ.in Babylonia ac alijs regnis gentiū te odientium.[inueterâſti in terra ali-
ena] i.ad ſenectutem veniſti,in paganorum territorijs cōmorando.Decem ſiquidem tribus iamdu-
dùm captæ fuerunt ſub Ezechia,& duę tribus pro parte ſub Iechonia, & partìm ſub Sedechia.[co-
inquinatus es] i.vitijs implicatus[cum mortuis]i.gentilibus ſpiritaliter mortuis,inter quos habitas.
Mat.8. De taliter mortuis ait Saluator:Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Vndè & Apoc.3. Ioānes ait
Ezech.13. cuidam:Nomen habes ꝙ viuas,ſed mortuus es.Hinc in Ezechiele dn̄s ait de pſeudoprophetis: Vi-
uificabant animas quæ non viuunt.Porrò filij Iſrael inter gentiles manendo, communicabant eis
in cibis & alijs multis lege prohibitis,iuxta illud Tob.1.Cùm Tobias per captiuitatem deueniſſet in
Niniuen,& omnes ederent ex cibis gentilium,iſte cuſtodiuit animam ſuam.[deputatus es cum de-
ſcendentibus in infernum.] i.incredulis factus es ſimilis per vitia & tormenta pro magna parte, nec
plùs reputatus q̃ cætere nationes.Subditur aūt cauſa malorum iſtorum:[Dereliquiſti fontem ſapiē-
Eccl.1. tiæ] ſ.Deum per tranſgreſſionē præceptorum ſuorū.De quo ſcriptum eſt: Oīs ſapientia à dn̄o Deo
Ibidèm eſt.Et rurſus:Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis.[Nam ſi in via Dei ambulâſſes,] i.in obſeruan-
Pſal.118. tia legis diuinæ vixiſſes,iuxta quod ſcriptum eſt:Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dn̄i.
[habitâſſes vtiq; in pace ſuper terrā] promiſſionis,ſicut in Deuteronomio ſępè promiſſum fuit filijs
Iſrael. Vndè Iſa.48.dn̄s ait: Vtinàm attendiſſes mandata mea,facta fuiſſet quaſi flumen pax tua.[di-
ſce vbì ſit] i.in quo conſiſtat,& qualiter acquiratur ac cōſeruetur [prudentia] ſpiritualis,[vbì ſit vir-
tus] infuſa vel fortitudo,quæ vno modo eſt donum,& alio modo virtus cardinalis. [vbì ſit intelle-
ctus]qui eſt vnum de ſeptem donis,& interdùm pro intelligentia ſcripturarum accipitur, quādoq;
pro habitu principiorum. Intellectus autem, prout eſt donum, eſt habitus ſupernaturalis infuſus,
per quem ea quæ fidei ſunt,perſpicaciter contemplamur,rationes credendorum conſiderando.[vt
ſcias ſimul] formata ac ſalubri ſcientia,[vbì ſit longiturnitas vitæ] i. ſalus æterna, quę eſt in regno
Pſal.90. cæleſti,& in Deo obiectiuè conſiſtit,qui ait de vnoquoq; electo:Glorificabo eum, longitudine di-
Prou.3. erum adimplebo eum,& oſtendam illi ſalutare meum.Hinc de increata ſapientia legitur: Longitu-
do dierum in dextera eius,& in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria. [& virtus] i. plena ſtabilitas immorta-
lēq; robur.Aliqui legunt,[& victus] id eſt,felix & glorioſa refectio,quę eſt beatifica ſummi & infi-
niti boni fruitio.[vbì ſit lumen oculorum] interiorum,videlicet lumen gloriæ & clara per ſpeciem
Luc.2. cognitio deitatis.De quo in Pſalmo 35. In lumine tuo videbimus lumen, Hoc lumen eſt Chriſtus,
de quo Simeon ſanctus: Viderunt,inquit, oculi mei ſalutare tuum, quod parâſti ante faciem omni-
Ioan.8. um populorū,Lumen ad reuelationem gentium.Qui & teſtatur:Ego ſum lux mundi.[& pax] ęter-
nitatis, quæ eſt conſummata & inuiolabilis tranquillitas mentis in Deo. Vndè Apoſtolus: Pax
Phil.4. Chriſti quæ exuperat omnē ſenſum,cuſtodiat corda veſtra.Hęc pax,eſt plenariè contentatiua qui-
es beatorum in Deo. [Quis inuenit locum eius?] putà ſapientiæ. Locus ſapientiæ, eſt ipſe fons ſa-
pientiæ Deus, & in corde Dei patris quieſcit vnigenitus filius, qui eſt ſapientia increata, vnicus
filius Dei,in ſinu patris requieſcens.Inſupèr omnis mens creata ſapientiam veram participans, ſa-
Sap.7. pientię locus eſt & ſubiectum.Immò & anima iuſti,ſedes eſt ſapientiæ.Locum autem ſapientię,qui
eſt Deus,infidelium nullus inuenit per fidem & charitatē.Nec de mentibus viatorū certitudinali-
ter ſcire valemus ſine reuelatione,ꝙ in ipſis ſit ſapientia q̃ eſt donum, q̃ charitati inſeparabiliter eſt
coniuncta.[& quis intrauit in theſauros eius] i.opulentiam & gr̄arum chariſmata, contemplationes
adonaq; & actus, ac raptus ſapientiæ ſalutaris, * donoque ſapientiæ ſemper annexa, quis contemplatus eſt
aut

aut cognouit,niſi expertus?Sic & Iob 28.inducitur:Sapientia vbì inuenitur? & quis eſt locus intelli-
gentiæ?[vbì ſunt principes gentium,] i.reges,imperatores,& præſidentes gentilium & hoīm mun-
danorum,qui ante paucos annos fuerunt nobiſcum,aut diù defuncti ſunt? [& qui dominātur ſuper
beſtias,] quas venando ſibi ſubijciunt aut aliter poſſident. [qui in auibus cæli ludunt,] capiendo
aues cæli aërei per aues rapaces,[qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines]
mundani,carnales,auari,iuxta illud Pſal.51.Eccè homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed
ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.Quocontrà hortatur Apoſtolus, Non ſperare in incerto 1.Ti.6.
diuitiarum.Et S.Iob:Si putaui,inquit,aurum robur meum,& obrizo dixi,fiducia mea.[& non eſt fi- Iob 31.
nis acquiſitionis eorum.]i.rebus acquiſitis & adeptis non ſatiatur appetitus eorum.Immò quo plu-
ra adipiſcuntur,eo plura adipiſci nituntur,ità ꝙ inſtàr hydropicorum creſcit eis ex potu ſitis. [qui
argentum fabricant,] i.de materia argenti formant ſibi per ſuos artifices nummos, ornamenta, ſeu
idola.[qui ſoliciti ſunt] circa terrena accumulanda & circa temporales diuitias. Quocontrà docuit Mat.6.
Chriſtus:Nolite ſoliciti eſſe de craſtino,[nec eſt inuentio operum illorum.] i.noua & curioſa exco-
gitant,quibus ſimilia vix inueniuntur.Theſauros quoq; ſuos abſcondunt,& interdùm improuiſè ac
ſubitò moriuntur,ità quòd optata nequeunt ad effectum perducere:ſicq; opera eorum intenta non
inueniuntur, quia nec facta ſunt.Quemadmodùm & Pſalmiſta ait de impio: Quæſiui eum,& nō eſt Pſal.36.
inuentus locus eius. [exterminati ſunt,] i. ſublati de vita præſenti. [& ad inferos deſcenderunt] ſe-
cundùm illud Iob 21.Ducunt in bonis dies ſuos,& in puncto ad inferna deſcendunt. [& alij in loco
eorum] ſucceſſerunt,iuxta illud Eccleſiaſtæ 1.Generatio præterit,& generatio aduenit.[iuuenes] i.
filij [eorum] qui fuerunt iuuenes,non ſolùm ætate,ſed etiam moribus,[viderunt lumen] i.in exte-
riorū viſu & luce ſenſibili ſunt delectati,iuxta illud Eccleſiaſtæ 11.Dulce lumen & delectabile ocu-
lis videre ſolem.[& habitauerunt ſuper terram,] rebus ſenſibilibus finaliter adhærendo, iuxta illud
Ieremiæ 17.Recedentes à te Domine,in terra ſcribentur. Quocontrà ait Apoſtolus: Noſtra conuer- Phil.3.
ſatio in cælis eſt. Et denuò: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. [Viam autem] id eſt, Col.3.
actum & exercitium [diſciplinę neſciêrunt:] quia pro ſuis peccatis corripi & corrigi renuerunt,nec
in vera ſcientia proficere ſtuduerunt,iuxta quod legitur in Prouerb.lib.Sapientiam atq; doctrinam Prouc.1.
ſtulti deſpiciunt.In Eccleſiaſtico quoq;:Peccator vitabit omnem correptionem. [neq; intellexerūt Eccl 32.
ſemitas eius,] id eſt,vias & modos inquirendi ac obtinendi eandem:quia per humilitatem,pœnitē-
tiam,ſobrietatem & caſtimoniam ad diſciplinam hanc peruenitur. [neq; filij eorum] carnales ſeu
imitatores,[ſuſceperunt eam:] quia patrum & maiorum ſuorum vitia communiter imitantur. [à fa- Pſal.26.
cie ipſorum] interiore & intellectu,de quo fertur in Pſal. Exquiſiuit te facies mea. [lōgè facta eſt.]
id eſt,multùm diſtitit,quia ad eam non præparauerunt ſe.[Non eſt audita in Chanaan,] id eſt,Cha-
nanæi & Amorrhæi eam non didicerunt,nec appræhēderunt. Fuerunt enim vitioſi atq; idololatræ.
[neq; viſa in Theman.]i.in regione ſic dicta,à qua Eliphaz amicus Iob,Themanites vocatur. Circa
quod addit quidam,quòd ſcilicet Eliphaz non ponebat niſi vitam præſentem, vt dictum eſt ſuper
librum Iob.Veruntñ ſuper Iob euidenter ex ipſo textu probaui oppoſitum, & quòd tres illi amici Iob 5.
Iob poſuerunt animas hominum immortales.Nam & ipſe Eliphaz in prima ſua argumentatione in- Iob 4.
ter cætera dixit:Deus in angelis ſuis repperit prauitatem. Qui autem angelos corruiſſe nouerunt,
eorum ruinam per hominum animas recuperandam credebant. Hinc ſanctus Gregorius & Alber-
tus Magnus, ac alij multi ſuper Iob faſſi ſunt, quòd amici Iob dixerunt eſſe vitam perpetuam poſt
præſentem. [Filij quoquè Agar,] id eſt,Agareni, [qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt,] id
eſt,carnalem & ſecularem prudentiam ad acquirendum bona terrena, ac proſperitatem munda-
nam,de qua fatetur Apoſtolus:Prudētia carnis,mors eſt.Et rurſus:Sapientia carnis inimica eſt Deo. Rom.8.
Legi enim Dei non eſt ſubiecta. [negociatores terræ Theman & fabulatores,] quia in ſuis contra- Ibidèm
ctibus multa loquuntur & mentiuntur, vt decipiant alios, & cariùs vendant. [& exquiſitores pru-
dentiæ] carnalis. [& ſapientiæ] ſecularis,qua excogitant modos & practicas fallendi, lucrandi, di-
tandi,iuxta illud: Sapientes ſunt vt faciant mala.Vndè Saluator:Filij, inquit, huius mundi pruden- Iere.4.
tiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.[viam autem ſapientiæ] ſalutaris, quæ donum eſt, [neſci- Luc.16
êrunt,neque commemorati ſunt ſemitas eius,] id eſt, modum & conatum pertingēdi ad eam, acti-
onesque eius non attenderunt.[O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſio-
nis eius.] id eſt, diuitiarum ipſius. Per domum hanc quidam intelligunt cælum empyreum, quod
eſt habitaculum Dei ac beatorum. De qua in Pſalmo 83. Beati qui habitant in domo tua Domine.
Chriſtus quoquè:In domo,ait,patris mei manſiones multæ ſunt. Poteſt etiam dici, quòd tota ter- Ioan.14.
ra ſit domus Dei,qui ait per Ieremiam: Cælum & terram ego impleo. & vterque locus iſte dicitur Iere.23.
magnus, & non habens finem, excelſus reſpectu inferni inferioris, vel ſummus, ſi de cælo intelli-
gatur empyreo,& immenſus non penitùs infinitè, ſed per hyperbolen, ad inſinuandum magnitu-
dinem loci iſtius, & quoniam eius magnitudinem metiri nequimus. Iuxta quem ſenſum in Ec-
cle-

Eccl.16. cleſiaſtico legit̃:Quæ eſt vita mea in tam imméſa creatura? Atq; in Ieremia:Si menſurari poſſunt cę-
Iere.31. li ſurſum & terra deorſum.Sic & in Ioſuæ libro legunt̃ filij Ruben & Gad ædificâſſe altare magni-
tudinis infinitæ.Dicit̃ quoq; locus iſte non habere finẽ ſuæ durationis à parte pòſt, iuxta illud Ec-
cleſiaſtę 1.Terra in æternum ſtat.Præterea ſpiritualiter domus & locus Dei ingens & maximus, eſt
ecclesia vniuerſalis toto orbe diffuſa.Expoſitioni autem, qua per locum iſtum intelligit̃ terra, ma-
gis conſonare videt̃,quod ſubditur:[ibì fuerunt gigantes,qui ab initio] ſ. à prima mundi ętate [fu-
Gen.6. erunt ſtatura magna,ſcientes bellum] i. experti in bellicis rebus, de quibus ſcriptum eſt in Geneſis
Gigantes erant ſuper terram in diebus illis, videlicet ante diluuium. [Non hos elegit Dominus,]
Erant enim multùm iniqui,ſuperbi & violenti.[neque viam diſciplinæ inuenerunt,]ſed incompo-
ſiti & indomiti extiterunt:[propterea periêrunt] diluuio.[& quia non habuerunt ſapientiam, peri-
êrunt propter ſuam inſipientiam.] Neminem enim diligit Deus, niſi qui cum ſapientia inhabitat,
Sap.7. vt ſcriptum eſt in libro Sapientiæ. Nec ſine dono ſapientiæ aliquis poteſt ſaluari. Et ſi gigantes illi
in diluuio non pœnituerunt,damnati ſunt. [quis aſſcendit in cælum, & accepit eam,] videlicet ſu-
pernaturalem ſapientiam,[& eduxit eam de nubibus?] id eſt,nullus homo naturali & propria pote-
ſtate potuit hanc ſapientiam obtinere, cùm ſit donum ſupernaturale. Ideò ſubdit̃: [Quis transfre-
tauit mare,& inuenit eam,& attulit illam ſuper aurum electum?] i. præualentem om̃i auro, iuxta il-
Prou.3. lud Prouerb.Precioſior eſt ſapientia cunctis opibus. Vel ſuper aurum electum tanq̃ ſuper vehiculũ.
Nam aurum vltra mare inueſtigatur,& indè adducitur, vt patet 3.Reg.5. [Nõ eſt qui poſſit ſcire vias
eius &c.] ex ſola naturali ratione.Vndè nec puri philoſophi eam nouerunt.[ſed qui ſcit vniuerſa,]
videlicet Deus,[nouit eã,& adinuenit eam prudentia ſua.] i.aliundè nõ didicit neq; accepit. Tales
enim propoſitiones exponẽdæ ſunt negatiuè,vt cùm Deus dicitur habere eſſe in ſeipſo, vel ſibijpſi
ſubſiſtentiam exhibere,i.ab alio eſſe non habet.[qui præparauit] i.habitationi hominum & bruto-
rum aptam fecit [terram in æterno tempore,] i.ſimul cum tempore,quod à parte pòſt æternum eſt,
non autem à parte antè. Tempus autem, materia prima, cælum & angelus, dicuntur quatuor co-
æquæua.[& repleuit eam *pecudibus] ad hominum vtilitatem. [Qui emittit lumen, & vadit, & vo-
cauit illud.] Poteſt hoc accipi de lumine ſolis,quod iuxta ordinationem ac iuſſionem ſapiẽtię cre-
atoris procedit à ſole, & funditur ad corpora ſuperiora ac inferiora, & lumen in ſole exiſtens, cum
ipſo ſole redit ad locum priorem.Immò Deo iubente,retrahitur nec appâret,ſicut in triduo nõ ful-
Exod.10. ſit Aegyptijs,vt legitur in Exodo. Vndè fertur in Iob: Qui præcipit ſoli, & nõ oritur.Hinc additur
Iob 9. [& obedit illi in tremore] i.inſtàr ſerui timẽtis mox obedit Dei imperio.His cõſonat illud Eccéſ 1.
Oritur ſol & occidit,& ad locum ſuum reuertitur, ibiq́; renaſcens, gyrat per meridiem,& flectitur
ad aquilonem.[Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis,] i.inferiora illuminant, obſeruãdo
curſum & actionem eis à creatore præfixã,iuxta illud Gen.1. Fecit Deus ſtellas, & poſuit eas in fir-
mamento cæli,vt lucerent ſuper terram.[& lætatę ſunt.] i.ſua officia promptiſſimè per modum lę-
tantium miniſtrorum ſunt executæ.[vocatæ ſunt] i. ad agèndum ac influendum, ſeu ad ſupernatu-
rale aliquid à creatore præceptum acceperunt,qui,vt in Iob habetur,claudit ſtellas quaſi ſub ſigna-
Iob 9. culo.[& dixerunt] ipſo facto, [adſumus] ad obediendum paratæ.[& luxerunt ei] i.ad gloriam cre-
atoris,[cum iucunditate] i.ornatu & ſplendore, per modum gaudentis & intelligentis naturæ. Sic
Iudic.6. & in Iudicum libro aſſeritur:Stellæ manentes in curſu & ordine ſuo, aduerſùs Siſaram pugnauerũt.
Præterea quidam philoſophi atq; theologi tam Hebræi q̃ Chriſtiani dixerunt,cæleſtia corpora eſſe
animata & intellectualis naturæ,quod Rabbi Moſes affirmat ex lege & ꝓphetis probari.Nam & ſu-
per illud Eccleſiaſtæ 1.Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, vbì per ſpiritum intelligitur ſol
ſecundùm expoſitores communiter.ait S. Hieronymus: Solem vocat ſpiritum, quoniam viuit &
ſpirat,& animalis eſt. Alibì tamen videtur ſanctus ille magìs ſentire, quòd corpora cæleſtia non
ſint animata. Beatus verò Auguſtinus ſuper Geneſim, & in Enchiridio de hac re ambiguè loqui-
tur.Porrò Baſilius & Damaſcenus fortiter adſtruunt corpora cæleſtia non eſſe animata. Qui verò
vellet tenere quòd ſint animata,poſſet ex hoc loco ſumere argumentum:quia dicũtur hîc ſtellæ læ-
tatæ,& adſumus,reſpondiſſe, ac cum iucunditate luxiſſe: quæ tamen metaphoricè & per ſimilitu-
dinem poſſunt intelligi. [Qui fecit illas, hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſùs
eum.] Nam ipſe ſolus eſt verus Deus, nec putandus eſt alius aliquis eſſe verus Deus, cui adoratio
& ſacrificatio ſint exhibendæ. Immò qui aliter æſtimaret, vero Deo eſſet rebellis. [Hic adinue-
nit omnem viam diſciplinæ,] id eſt,aliundè eam non accepit,ſicut expoſitum eſt, ſed ex ſe fonta-
liter eam agnouit, ac alijs communicauit, quemadmodùm ſubditur: [& tradidit illam Iacob pue-
ro ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.] Hoc verum eſt,ſiue per Iacob intelligatur determinata illa perſona
Gen.32. filius Iſaac, à qua natæ ſunt duodecim tribus, & alio nomine appellatus eſt Iſrael, vt in Geneſi ha-
betur: ſiue per Iacob & Iſrael intelligatur populus Iudæorum deſcendens ab illo, & in ſcriptu-
ris ſæpiſſimè nomine Iacob & Iſrael deſignatur, cui populo data eſt lex & ſapientia ſalutaris. Ia-
cob

cob aũt interpretat̃ ſupplantãs:Iſrael verò, videns Deum.Itaq; cunctis ſupplantantibus vitia, contẽ-
plantibusq́; diuina, dat̃ illuminatio ſapientialis ſuperna.[Poſt hæc in terris viſus eſt,] i.verè viſibilis
factus,per incarnationis myſteriũ factus homo, permanens inuariabiliter Deus,in vnitate perſonæ
Deus & homo conſiſtens.[& cum hoĩbus conuerſatus eſt.] quod totum de vnigenito Dei patris,
æquali ſuo patri verbo æterno,eſt accipiendum,iuxta illud Ioannis: Verbum caro factum eſt,& ha- Ioan.1.
bitauit in nobis.Hoc nouit Baruch ſiue ex ſpeciali reuelatione diuina, ſiue quia à magiſtro ſuo Iere- Iere.14.
mia hoc didicit,qui in libro ſuo ait,alloquens ipſum Deũ: Quarè quaſi colonus vẹturus es in terra,
& quaſi viator declinans ad manendum? De hoc in Iſaia legunt̃ multa:Paruulus,inq̃t, natus eſt no- Iſaiæ 9.
bis,& filius datus eſt nobis:& vocabit̃ nomẽ eius,admirabilis cõſiliarius,Deus fortis,pater futuri ſe-
culi,princeps pacis.Hinc ait in Zacharia:Gaude & lætare filia Sion,quia ecce ego venio, & habita- Zach.2.
bo in medio tuî,& applicabuntur gentes multæ ad Dñm in die illa.Veruntamen quidam exponunt
hæc de viſione Dei,de qua legit̃ in Exodo: Aſſcẽderunt Moſes & Aaron, Nadab & Abiu, & viderũt Exod.24.
Deum Iſrael.Sed & cum filijs Iſrael dicitur Deus in ſolitudine habitâſſe ac ambulâſſe: quæ expoſi-
tio videtur inepta.In illa enim viſione Deus viſus non fuit in propria perſona,ſed in creatura ſubie-
cta ipſum repræſentante,vt dictum eſt ibì.Quanuìs etiam Deus legatur cum filijs Iſrael habitâſſe ac
ambulâſſe,non tamen propriè conuerſatus fuiſſe ante incarnationem ipſius.

¶ *Declaratio capituli 4. Hic liber mandatorum Dei.* *Articulus* 4.

BEneficia Dei populo Iudæorum exhibita,atq; eiuſdem populi ingratitudo, multiplexq́; affli-
ctio,hîc deſcribuntur.[Hic liber mandatorum Dei] i. præcepta Dei in hoc libro tanquam [illegible]
admonitionem,quæ fit hîc,vt ſeruentur.[& lex q̃ eſt in æternum.] i.lex diuina data per Moſen, quæ
quo ad præcepta ſua moralia,& quantùm ad præfigurata ac prænunciata,manet in euangelica lege,
immò & partim in patria.Hęc,inquam,lex in hoc libro recolitur,& hîc de ea tractatur.[Omnes qui
tenent eam] per obedientiam & executionem,[peruenient ad vitam] gloriæ, ſi perſeuerauerint vſq;
in finem:quod pro tempore veteris teſtamenti eſt intelligendum.Immò & pro tempore euangelicę
legis,quo ad moralia legis præcepta, & quantùm ad credenda. [Qui autem dereliquerint eam, ad
mortem] culpæ,deindè ad mortem pertingent gehennæ.Immò & corporaliter iubebantur occídi
legis tranſgreſſores,dicente Apoſtolo:Irritam quis faciens legem Moſis,abſque vlla contradictione Heb.10.
duobus aut tribus teſtibus moritur.[Conuertere Iacob] i.tu populę natus ex Iacob.[& appræhen-
de eam] i. diſce,recole,& adimple.[ambula per viam] præſentis exilij [ad ſplendorem eius] ſecun-
dùm directionem & doctrinam legis diuinæ. [& perge] vt plenè illumineris in ea. [contra lumen
eius] i.oculum cordis dirigendo verſùs timorem & charitatem legis præfatæ, vt dirigas actus tuos
ſecundùm lucida documenta ac iuſſa ipſius,cùm ſcriptum ſit in Prouerb.Mandatum lucerna eſt, & Prou.6.
lex lux.Atq; in pſal.Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine,& lumen ſemitis meis. Hinc rur- Pſal.118.
ſus Salomon ait: Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſq; ad perfectum diem. Pro.4.
Deniq; iuxta ſenſum quo dicitur hîc,Contra lumẽ eius,ait Pſalmiſta:In die tribulationis meę De- Pſal.76.
um exquiſiui manibus meis nocte contra eum. [Nè tradas alteri gloriam tuam,] id eſt, legem tibi
collatam non tradas gentilibus,ità vt tuipſe eam dimittas,&noli eſſe Deo ingratus, nè merearis pri-
uari priuilegijs tibi deſupèr præſtitis.[& dignitatem tuam] non tradas [genti alienæ.] id eſt, idolo-
latris,ità vt abutendo beneficijs Dei,merearis priuari excellẽtia tua,qua populus Dei peculiaris vo-
caris,& multis donis Dei es præ cæteris exaltatus.Sed hanc exhortationem poſteà,ꝑſertim in Chri-
ſti aduentu,non impleuerunt Iudæi. Immò ſua incredulitate, ingratitudine, peruerſitate,meruę-
runt excídi, extirpari, relinqui. propter quod gentes vocatæ ſunt, & oliuæ inſertæ,prout ad Rom. Rom.11.
docet Apoſtolus:Delictum,inquiens,illorum,diuitiæ ſunt mundi:& amiſſio illorum, reconciliatio
eſt mundi,& propter incredulitatem fracti ſunt. [Beati ſumus nos Iſrael] id eſt, nos Iſraeliticus po-
pulus iam ſumus beati in ſpe & merito ac diſpoſitione propinqua.[quoniam quæ Deo placent,no-
bis manifeſta ſunt.] i. diuina præcepta & prophetarum oracula ac teſtimonia ſcripturarum, ſeu ne-
ceſſaria ad ſalutem,nobis innoteſcũt ex lege & prophetis,ità quòd ſumus ſupernaturaliter eruditi.
[Animæquior] i.pacatioris animi,[eſto tu populus] Dei,quanuìs aduerſitatibus caſtigeris,quia hoc
ipſum eſt tua purgatio,& ſignum dilectionis Dei ad te.[memorabilis Iſrael] id eſt, tu plebs electa,
cuius Deus memor eſt in bonum, & digna es memoria corã ipſo.Vndè in Iſaia Dominus loquitur: Iſaiæ 49.
Nunquìd obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblíta
fuerit, ego tamen non obliuiſcar tuî. [venundati eſtis gentibus * in perditionem.] id eſt, propter *non in
iniquitates veſtras traditi eſtis gentilibus ad temporalem afflictionem ac mortem, iuxta illud in Iſa-
ia:Eccè in iniquitatibus veſtris venundati eſtis. [ſed propter *quid? in ira ad iracundiam prouocâ- Iſaiæ 50.
ſtis Deum] i.ob hoc quòd per iram veſtram ſeu per peccata quæ commiſiſtis, quia diuina iuſtitia *quod in
iuſtè reliquit vos, ità quòd dirè peccâſtis, iuxta illud Iſaiæ:Eccè tu iratus es, & peccauimus. Itaq; in Iſaiæ 64.
ira Deum offendiſtis,ità quòd ipſe quaſi per modum prouocati ad iracũdiam, acriter vos correxit.

[Exacerbâſtis]i.ad amaram vltioné [induxiſtis eum,qui vos fecit,Deum æternum:]qui inuariabilis
eſt oīnò,q̃uis more & affectu humano in ſcripturis loquatur, ad quod inſinuandum ait in Ieremia:
Iere.7. Nunquid me ad iracundiam prouocant?Nonnè ſemetipſos in confuſione vultûs ſui?[obliti eſtis eũ
qui nutriuit vos,] ſ.Deum,q corporalibus & ſpũalibus bonis vos aluit. [& contriſtâſtis nutricẽ ve-
ſtram Hieruſalem,] i.ſynagogam,quę fuit in illa metropoli,in qua fuerunt aliqui iuſti & ſancti pro-
phetæ,qui vos ſpiritualiter refecerunt,quantùm in ipſis fuit, quos cõtriſtatis, non acquieſcẽdo eo-
rum increpationibus,cõminationibus & doctrinis. [vidit em̃ iracundiam à Deo venientem vobis]
i.ſynagoga illa quantùm ad prophetas, p̃uidit caſtigationem vobis ex diuina iuſtitia imminentem.
[& dixit:Audite confines Sion,] i.attendite quæ vobis prænuncio ô vrbes ad Hieruſalẽ pertinẽtes.
[adduxit enim mihi Deus luctum magnum] reuelando mihi pœnas,quæ imminent vobis, qm̃ ve-
ſtram captiuitatem & deſolationem p̃uidi, ſicut ſubiungitur: [Vidi enim captiuitatem populi mei.
Nutriui enim illos] i.habitatores & filios meos corporaliter ſpiritualiterq; refeci cum iucunditate,
quandò mihi obedientes fuerunt, quorum proſperitati atq; profectui congratulabar. [Dimiſi autẽ
illos cum fletu] cordis,[& luctu] oculorum,quandò pertinaciter auerterunt ſe ab eloquijs meis,&
Thre.1. dum in captiuitatem profecti ſunt.hoc Ieremias in Threnis feciſſe ſe monſtrat.[Nemo gaudeat ſup
& 5. me viduam & deſolatam,] i.ſuper me Hieruſalem diſſipatam,& à ſponſo cęleſti relictam,ſed potiùs
Thre.1. mihi condoleat. Hinc in Threnis inducitur: Quomodò ſedet ſola ciuitas plena populo? facta eſt
quaſi vidua Domina gentium.[à multis derelicta ſum,]vtpotè ab habitatoribus & filijs meis,qui oc-
ciſi ſunt vel diſperſi,& hoc propter peccata eorum.[Iuſtitias ipſius]Dei [neſciêrunt:] quia notitiam
actualem formatam & practicam diuinorum mandatorum ſeu increatæ iuſtitiæ Dei, non habue-
runt.Et quanuìs diuina & increata iuſtitia ſit vna & ſimplex in ſe,pluraliter tamen iuſtitiæ dicit̃,pro-
pter diuerſitatem ſuorum effectuum, & quoniam omnem perfectionem ac virtuoſitatem includit.
[Veniant confines Sion] i.cæteri Iudæi concurrant,& penſent quæ mihi contigerunt. Ideò ſubdi-
tur:[& memorentur] i.recolant [captiuitatem filiorum meorum & filiarum mearũ. Adduxit enim
ſuper illos gentem de longinquo,gentem improbam] i. irrationabilem,inhoneſtam,impudentem,
putà Chaldęos.[qui non ſunt reueriti ſenem,] cùm tamen ſenibus reuerentia debeatur, ſecundùm
Leu.19. illud Leuitici: Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. [neque puerorum miſerti
ſunt,] quibus tamen debetur compaſſio.Propter quod præceperunt Romani pueros non occidi in
Thre.4. bello.Hinc in Threnis habetur:Facies ſacerdotum non erubuerunt,neq; ſenum miſerti ſunt. Por-
Ioel.1. & 2. rò de importunitate & crudelitate Chaldæorum, in Ioele pleniùs legitur. [& adduxerunt dilectos
viduæ] i.chariſſimos filios viduarum duxerunt [in captiuitatem, & à filijs vnicam deſolauerunt,] i.
matres fecerunt viduas,non habentes virorum aut prolis ſolatia, occidẽdo ſeu captiuando viros ac
ſobolem mulierum.[Ego autem] ſynagoga ſeu vrbs Hieruſalem,[quid poſſum?] i.non poſſum ad-
iuuare vos niſi orando.[Qui em̃ adduxit ſuper vos mala] pœnalia,propter vitia veſtra,videlicet De-
us,[eripiet vos,] reducendo vos ad terram patrum veſtrorum,cùm fueritis dignè correcti.[ambula-
te filij,ambulate] benè viuendo ac proficiendo.[ego enim derelicta ſum ſola,] i.habitatoribus & fi-
Thre.1. lijs meis priuata, ſicut ex Threnis iam tactum eſt:Quomodò ſedet ſola ciuitas plena &c. [Exui me
ſtola] i.veſte [pacis:] quia ſpoliata ſum pace temporis & pectoris.[& indui me ſacco obſecrationis.]
4.Reg. 19. i.veſte cilicina,afflictiua ac humili,in qua decet orare. Quemadmodùm 4.Regum lib. legitur,Eze-
chias indutus ſacco,auditis blaſphemijs regis Aſſyriorum, ingreſſus eſt domum Domini ad orandũ.
Ionæ 3. Similiter ſcriptum eſt in Iona:Operiantur ſaccis homines & iumenta,& clament ad Deum in forti-
tudine.[Ego enim ſperaui in æternum] id eſt, indeſinenter [ſalutem veſtram:] immò ſaluationem
veſtram perfectam,æternaliter duraturam,per Chriſtum donãdam ſperaui & expecto.[& venit mi-
hi gaudium à ſancto] i.à Deo ſubſtantialiter ſancto,infuſa eſt mihi conſolatio ſpiritualis,[ſuper mi-
ſericordia] i.de pietate,redemptione & gratia. [quę veniet vobis ab ęterno ſaluatore veſtro] i. rege
Iere.23. Meſſia,qui ſecundùm naturam ſuam diuinam æternus eſt, vtpotè verus Deus, iuxta illud Ieremiæ:
Iſaiæ 7. Hoc eſt nomen quod vocabunt eum,Dominus iuſtus noſter.Iſaias quoq;: Eccè virgo concipiet &
pariet filium,& vocabitur nomen eius Emanuel,quod interpretatur,Nobiſcum Deus. [Emiſi enim
vos] de Iudæa [ad Babyloniam cum luctu & ploratu. Reducet autem vos indè Deus cum gaudio
& iucunditate in ſempiternum.] Quanuìs hoc aliquo modo poſſit exponi de reuerſione Iudęorum
ad propria ex Chaldęa, aptiùs tamen exponitur de liberatione ſpiritualis captiuitatis eorum à iu-
go diaboli, & ſeruitute peccati per Chriſtum, quæ reductio habet plenam & ſempiternam lætiti-
am, non illa prædicta, quæ & poſtmodùm fuit diſperſa. Vndè & clariùs ſubditur: [Sicut enim
viderunt vicinæ Sion] id eſt, ciuitates in gyro Hieruſalem & Iudææ commorantes, [captiuitatem
veſtram] à Deo vobis per Chaldæos inflictam. [ſic videbunt & in celeritate] id eſt, citò atq; velo-
citer reſpectu ęternitatis ſequentis. [ſalutem veſtram à Deo] id eſt, perfectam veſtram redemptio-
nem per Chriſtum.[quæ ſuperueniet vobis cum honore magno & ſplendore æterno:] quia effe-
ctus

ctus liberationis factæ per Chriſti paſſionem,datur electis,quantùm ad animas eorum,cùm fuerint
plenè purgatæ,cum ſummo honore & claritate luminis glorię.In die autem iudicij dabitur omni-
bus ſimul cum reuerentia maxima & ſempiterno ſplendore: quia fulgebunt vt ſol in regno patris Mat.13.
cæleſtis.[Filij, patienter ſuſtinete iram] i.correctionem & vltionem, [quę ſuperuenit vobis,] iuxta
illud Micheæ: Iram Domini portabo, quia peccaui ei donec iudicet cauſam meam. [Perſecutus eſt Mich.7.
enim te inimicus tuus] viſibilis ſeu inuiſibilis,ſcilicet populus Chaldæorũ & hoſtis antiquus. [Sed
citò videbis perditionem ipſius,] quia Chaldæi fuerunt per Medos & Perſas deſtructi, viuentibus
adhuc aliquibus de Iudæis captis per Chaldæos, vtpotè Daniele & ſocijs eius,multiſq; alijs.Inuiſi-
biles autem hoſtes Chriſtus deuicit.[& ſuper ceruices ipſius aſcendes] id eſt, Chaldæos à Perſis & Rom.16.
Medis victos calcabis.De inuiſibili verò hoſte ait Apoſtolus: Deus conteret ſatanam ſub pedibus Luc.10.
veſtris velociter.Chriſtus quoq;:Eccè dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra omnem virtutem ini-
mici.[delicati mei] id eſt,teneri Iudæi [ambulauerunt vias aſperas,] eundo in captiuitatem, immò
& per diſtorta vitiorum itinera incedendo. Ducti ſunt enim in Babyloniam,omnibus diuitijs ſuis
ſpoliati,& multis eorum occiſis.Ideò ſubditur:[vt grex direptus ab inimicis.Animæquiores eſtote.
Erit enim memoria veſtra ab eo qui duxit vos,] id eſt, Deus erit miſericorditer memor veſtrî, qui
in Chaldæam vos duci fecit, qui & per viam ſalutis modò vos ducit. [Sicut enim fuit ſenſus veſter
vt erraretis à Deo,] id eſt, ſicut ad peccandum exhibuiſtis ſenſus veſtros & intellectum,[decies tã-
tùm iterùm conuertentes requiretis eum,] id eſt, multo intenſiùs ſtudebitis Deo placere,ad ipſum
conuertẽdo corda veſtra,vt ſitis ei perfectè ſemper vniti,quod maximè eſt impletum in Chriſti di- Acto.2.
ſcipulis,ſuſcepto in die pentecoſtes ſpiritu ſancto. [Qui enim induxit vobis mala] pœnæ, [ipſe rur-
ſus adducet vobis ſempiternam iucũditatem cum ſalute veſtra.] Hoc Chriſtus fecit,qui merito ſuæ
ſaluberrimæ paſſionis deuicto mortis aculeo,aperuit ianuam regni cæleſtis, & plenam beatitudinẽ
ſuis promeruit,atq; diſcipulis ſuis promiſit paſſiõi iam proximus:Iterùm autem videbo vos, & gau-
debit cor veſtrum,& gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Conſequenter author affatur & con- Ioan.16.
ſolatur Hieruſalem diſſipatam, quantùm ad eius reliquias. [Animæquior eſto Hieruſalem.Exhor-
tatur enim te ad confidendum in ſe, qui te nominauit.] id eſt,nomen tuum in prophetis frequen-
ter expreſſit, & qui ex ſua prouidentia nomen tuum tibi imponi fecit. [Nocentes peribunt qui te
vexauerunt] ſicut Chaldæi. [Ciuitates quibus ſeruiêrunt filij tui, punientur:] quia Perſæ & Medi
vaſtauerunt multa oppida Chaldæorum, quibus Iudæi capti deſeruiebant.[& quæ accepit filios tu-
os,] vtpotè Babylon metropolis, [punietur] propter crudelitatem ſuam factam in te, & quia per-
uerſa intentione afflixit te. [Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina, ſic contriſtabitur in ſua deſolatio-
ne,] ſibi per Perſas Medoſque infligenda,iuxta illud Pſalmiſtæ: Filia Babylonis miſera, beatus qui Pſal.136.
retribuet tibi retributionem tuam quam retribuiſti nobis. [& amputabitur exultatio multitudinis
eius.] Fuit enim miſerandiſſimum, videre interfectionem habitantium in Babylone qui quaſi in-
numerabiles erant. Vndè cùm Iſaias vidiſſet eam in ſpiritu, dixit: Corrui cùm audirem, conturba- Iſaię 21.
tus ſum cùm viderem,emarcuit cor meum,tenebræ obſtupefecerunt me.Babylon dilecta mea,po-
ſita eſt mihi in miraculum. [Ignis enim ſuperueniet ei ab æterno,] id eſt, à Deo æterno, & ſicut ab
æterno præordinatum eſt à Deo,qui per Darium & Cyrum reges fecit Babylonem pro magna par-
te comburi. [in longiturnis diebus.] Diù enim durauit combuſtio illa, ſicut Carthago à Romanis
incenſa,legitur triginta diebus in ſuo ſtetiſſe incendio, ac intuentibus miſerandum præbuiſſe ſpe-
ctaculum. [& habitabitur à dæmonijs in multitudine temporis.] Eſt nanque vſque in præſens in-
habitabilis facta hominibus. Eſtq; repleta animalibus venenoſis ac monſtroſis. Et ſicut hîc tangi-
tur,commorantur ibì dæmonia quædam,iuxta illud Iſaiæ: Requieſcent ibì beſtiæ, & replebuntur Iſaiæ 13.
domus eorum draconibus, & piloſi ſaltabunt ibì. Per piloſos autem quidam intelligunt dæmones
incubos,alij diuerſa genera dæmonum.In Iſaia autem habetur de Idumæa: Et erit cubile draconũ, Iſaiæ 34.
& paſcua ſtruthionum,& occurrent dęmonia &c.In talibus ergò locis deſertis ſolent quędam mo-
rari dęmonia,prout in libro de vniuerſo,pleniùs ſcribit Gulielmus Pariſienſis.

¶ *Expoſitio cap.Circunſpice Hieruſalem ad orientem.* *Articulus* 5.

PLena conſolatio Iudęorũ,ac futurorum bonorũ promiſſio eis facta,tangunt̃ hîc. [Circunſpice
Hieruſalẽ] i.tu ſynagoga,plébsve Iudaica,[ad orientẽ,& vide iucũditatẽ tibi à Deo venientẽ.]
Poteſt hoc literaliter accipi de plaga oriẽtali,videlicet regione Perſarum atq; Medorum,ex qua ve-
nerunt Cyrus & Darius ad demoliendũ Babylonem:quo facto,Cyrus monarchiam ſortitus,dedit
Iudęis licentiã redeundi ad ꝓpria,ac reędificãdi vrbẽ ac templum, prout in Iſaia Dñs de eo prędixit: Iſaiæ 45.
Ipſe ędificabit ciuitatem meam,& captiuitatem meam dimittet. Altiùs autẽ conſiderando per Ori-
entem intelligitur Chriſtus, de quo cantat Eccleſia: O Oriens lucis ęternę, de quo Dominus ait in Zach.3.
Zacharia:Eccè ego adducam ſeruum meum Orientem. Et de quo rurſus Zacharias inducit: Eccè Zach.6.

vir oriens nomen eius. Admonent̃ ergò Iudæi, vt oculos cordis leuent ad vnigenitum Dei regem
Meſſiam, & contemplent̃ conſolationem, redemptionẽ, ſalutem eis dandam per illum. [Eccè enĩ ve-
nient filij tui,] quos dimiſiſti diſperſos, qñ à Chaldæis hincindè capiebant̃. [venient collecti ab ori-
ente vſq; ab occidentem,] i. à locis orientalibus, reſpectu Iudæę, vſq; Iudæam, reſpectu partium illa-
rum occiduam. [in verbo ſancti gaudentes in honorem Dei.] i. gloriantes de impletione promiſſi-
onis Dei eſſentialiter ſancti, qui per Iſaiam, Ieremiã, & alios vates reditũ illum prędixit. Veneruntq́;
in Dei honorem, vt inſtaurarent templum & cultum ipſius. Spiritualiùs autem loquendo, venerunt
filij ſynagogæ collecti per fidem, ſpem & charitatem, ad Eccleſiæ vnitatem per euãgelicæ legis præ-
dicationem, qui ab inuiſibilibus hoſtibus fuerunt diſperſi per vitiorum diuerſitatem. Huic quoq;
expoſitioni magìs concordant ſequentia: [Exue te] ô Hieruſalem ſtola luctûs & vexationis tuæ,] i.
mœrorem, quo quaſi veſte operta eras, à tuo reijce corde, atq; lugubria abijce veſtimenta. [& indue
te decore & honore,] i. virtutũ ornatu ac gratiæ dignitate. [qui] decor & honor à Deo [tibi eſt pro-
miſſus] ſeu dari paratus. [in ſempiterna gloria.] i. ad hoc, vt per ipſum decorem & dignitatem gratię
ac virtutum, ad æternalem perducaris felicitatem, qui etiam decor & honor multo perfectiùs datur
in ſempiterna gloria cęleſtiq́; patria, q̃ in præſenti. [Circundabit te diploide iuſtitiæ] i. virtute ęqui-
tatis te decorabit in mente, ſicut veſtitur & ornatur corpus diploide, quę eſt veſtis duplex ſeu dupli-
cata, & militaris. Et poteſt diploidis nomine intelligi duplex ſtola gloriæ beatorum, videlicet glori-
Prou. 31. ficatio animæ & corporis, iuxta illud Prouerbiorum: Oẽs domeſtici eius veſtiti duplicibus. [& im-
ponet mitram capiti tuo honoris æterni.] i. mentem tuam coronabit beatifica viſione, quæ eſt tota
Pſal. 20. merces tanq̃ corona pulcherrima, iuxta id pſalmiſtę: Poſuiſti in capite eius coronã de lapide preci-
Sap. 5. oſo. Et in libro Sapientiæ: Iuſti accipient regnũ decoris & diadema ſpeciei de manu Domini. Deniq;
in populo Iudæorum ad Chriſtum conuerſo, iſta etiam in præſenti vita fuerũt aliquo modo imple-
ta, præſertim in ſanctis apoſtolis, cæterisq́; ſanctis diſcipulis, qui omni iuſtitia erant ornati, & ſacer-
Apoc. 1. dotali epiſcopaliq́; dignitate fulciti, ſecundùm illud in Apocal. Chriſtus fecit nos regnum & ſacer-
dotes Deo & patri ſuo. [Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te:] quia in vita hac monſtrauit
in eis ſplendorem gratię ſuę atq; chariſmatum, gratię gratumfacienti annexorum: in patria autem
Iſaiæ 58. monſtrabit in eis ſplendorem glorię ęternalis. Hinc in Iſaia habetur: Requiem dabit Dominus ſem-
Pſal. 89. per, & implebit ſplendoribus animam tuam. vndè orauit Pſalmiſta: Et ſit ſplendor Domini Dei no-
Mich. 7. ſtri ſuper nos. Micheas quoq;: Deducet me Dominus in lucem, & videbo iuſtitiam eius. [Nominabi-
tur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum, pax iuſtitię & honor pietatis.] i. tãta erit pax tua,
tanta pietatis ac deuotionis tuę honorificentia, quòd Deo ordinante ac pręcipiente, vocaberis pax
iuſtitię & honor pietatis. [Exurge Hieruſalem] per contemplationem diuinorum, [& ſta in excel-
ſo] ſublimitatis, charitatis, atq; virtutum. [& circunſpice ad orientem,] id eſt, ad Chriſtum, ſicut ex-
poſitum eſt. [& vide collectos filios tuos] i. in Chriſto ſpiritaliter cõgregatos [ab oriente ſolis vſq;
ad occidentem] i. ex omnibus mundi plagis ad Chriſtum conuerſos. [in verbo ſancti gaudentes,] i.
in verbis euangelicę prędicationis Chriſti, qui eſt ſanctus ſanctorum, gloriantes. [Dei memoria] i.
Pſal. 76. ex contemplatione recordationeq́; Dei, iuxta illud: Memor fui Dei, & delectatus ſum. [Exiêrunt
enim abs te pedibus ducti ab inimicis,] i. viliter tractati ab hoſtibus in hoc mũdo. [Adducet autem
Dominus illos ad te] id eſt, tibi eos rurſus aſſociabit, [portatos in honore,] i. honorificè deportatos
ab angelis ad regnum cęleſte, [ſicut filios regni] i. ſecundùm quod decet adoptiuos Dei filios, hæ-
redes Dei, cohęredesq́ue Chriſti. [Conſtituit enim Deus humiliare omnem montem excelſum &
rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terrę, vt ambulet Iſrael diligenter in honorem
Iſaiæ 40. Dei,] Huic conſonat illud Iſaię: Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, &
erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. Quæ omnia quidam carnales & indurati Iudæi ex-
ponunt, dicentes quòd in aduentu primo Meſſię complananda ſit tota terra, vt Iudęis hincindè
morantibus pateat iter expeditum veniendi in terram promiſſionis & in vrbem Hieruſalem. Sed
falſa eſt expoſitio talis, & falſitati innitens, cùm Meſſias iam venerit. Idcircò ſpiritaliter exponenda
Luc. 3. ſunt hęc, quemadmodùm Lucas docet euangeliſta. Humiliatio enim mõtium excelſorum, eſt ex-
inanitio ac depreſſio cordium ſuperborum, quę per pœnitentiam & humilitatem ſalubriter ſe pro-
ſternunt ac deprimunt: alioquì per tormenta & aduerſa, etiam non volendo ac renitendo, deijciun-
tur. Per rupes verò, corda dura poſſunt intelligi, quę emolliuntur per gratiam, quandò aufert̃ ini-
quo cor lapideum, & datur ei cor carneum. Conualles quoq; replentur in æqualitatem terrę, dum
humiles chariſmatibus replentur diuinis, ità quòd fiunt ęquales iuſtis habitatoribus terrę, & omnes
concurrunt in vnam Dei Eccleſiam, & in vnum Chriſti myſticum corpus, quatenùs electi ex
Iſrael, Chriſto vigilanter obſequantur ad Dei honorem. [Obumbrauerunt autem ſyluæ,] id eſt,
homines gentiles, olim ſylueſtrem vitam ducentes, & ad Chriſtum conuerſi. [& omne lignum ſua-
ui-

uitatis] i. ſancti antiqui temporis, qui erant arbores fructuoſæ. [Iſrael] i. Iſraelitico populo in Chri-
ſtum credenti. [Dei mandato] i. ex præcepto Dei. Hi etenim fecerunt conuerſis Iudęis vmbraculũ
& ſuſtentamentum, miniſtrando eis neceſſaria vitæ, ſicut in epiſtolis Pauli narratur. Sancti verò pa-
triarchæ & prophetæ, precibus ſuis ac meritis protexerunt & adiuuerunt conuerſos ad Chriſtum ex
Iudaiſmo. Vndè beatiſſimus Ioannes dicitur conuertiſſe cor patrum ad filios. [Adducet enim Deus Luc. 1.
Iſrael] i. Iſraeliticam plebem. [cum iucunditate] ſpirituali [in lumine maieſtatis] i. per lumen fidei
& gratiæ, & per claritatem doni ſapientiæ, quod lumen à diuina maieſtate procedit ac datur, atq; ad
lumen gloriæ æternalis perducit. [cum miſericordia & iuſtitia quę in ipſo eſt.] quoniam electorum
ſaluatio eſt effectus pietatis diuinæ, & etiam diuinæ iuſtitię. Eſt quippę effectus diuinæ pietatis, quo-
niam merita noſtra ſunt Dei dona, nec condignæ ſunt paſſiones temporis huius ad gloriam illam.
Deus quoq; vltra condignum remunerat. Ideò Paulus ait: Gratia Dei vita æterna. Et etiam effectus Rom. 8.
diuinæ iuſtitiæ, quia pro meritis datur, & vnuſquiſq; ſecundùm actus ſuos mercedem ſortitur. Hinc Rom. 6.
ſcriptum eſt: Vniuerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas. Hîc finita ſunt verba Baruch. Sequens Pſal. 24.
verò capitulum, eſt epiſtola Ieremię prophetę, quę libro Baruch annectitur: quia & ipſe eam ex ore
Ieremię conſcripſit, & (vt creditur) in Babyloniam detulit, ac captiuis legit eam ibidèm. Hinc in ali-
quibus libris ſequenti capitulo titulus iſte præmittitur: [Exemplum epiſtolæ, quam miſit Ieremias
ad abductos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt nunciaret illis,] ſupple Ieremias per
ſcripturam huius epiſtolæ, [ſecundùm quod præceptum eſt illi,] vtpotè Ieremiæ [à Deo.]

¶ *Expoſitio cap. 6. Propter peccata quæ peccâſtis ante Deum, abducemini in Babyloniam.* *Art.* 6.

PRopter peccata quę peccâſtis] i. committendo vel omittendo incidiſtis. [ante Deum,] i. coram
Deo omnia intuente, cuius pręſentem vultum non eſtis reueriti. [ducemini in Babyloniam
captiui.] Quarè non ait, ducti eſtis captiui? Reſpondetur, quòd quandò Ieremias hanc ſcripſit epi-
ſtolam, facta fuit tranſmigratio Ioachim ſeu Iechonię regis & multorum Iudęorum cum ipſo, ſed
adhuc reſtabat translatio Sedechię & Iudęorum cum ipſo, quę translatio propriè captiuatio nun-
cupatur. Non enim ſpontè ſe tradiderunt Chaldęis, vt Iechonias ac ſui. Itaq; epiſtola hęc fuit ſcripta
diù, antequàm miſſa ac deportata. Aliam etiam miſit epiſtolam ad tranſmigratos poſt Iechoniæ
tranſmigrationem, quę epiſtola habetur Ieremię 29. [Ingreſſi itaq; in Babyloniam,] id eſt, Chaldę-
am, quę à ſua metropoli nomine Babylon, Babylonia eſt vocata. [eritis illic annis plurimis] ante li-
centiam redeundi [vſq; ad generationes ſeptem.] Huic verbo videtur contrarium, quod alibì vati-
cinatus eſt Ieremias, quòd ſcilicet ſeptuaginta annis duraret eorum captiuitas. Ad quod dicunt ex-
poſitores catholici, quòd tempora iſta ſunt vna duratio idemq́; tempus. Contra quod obijcit qui-
dam, quòd iſti computãt vnam decadem ſeu decem annos pro vna generatione. Puer autem decem
annorum generare non poteſt ſecundùm communem curſum. Ad quod reſpondendum videtur,
quòd computatio generationũ iſtarum diuerſis modis attenditur. Septenarius quoq; numerus fre-
quẽter perfectionem & totalitatẽ deſignat. Sicq́; per tempus ſeptem generationum, inſinuatur tem-
pus integræ & perfectę ac naturalis periodi vitæ humanæ, quod eſt duratio ſeptuaginta annorũ, iu-
xta illud in Pſal. 89. Dies annorum noſtrorũ, in ipſis ſeptuaginta anni. Inſupèr dici poteſt, ꝙ hæ ſe-
ptem generationes accipiũtur per excluſionẽ primę & vltimę, & ſic erant quinq;, ſicut in euangelio
Matthęi legitur: Poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & transfiguratus eſt an- Matth. 17.
te eos. Porrò Lucas habet: Ferè dies octo. & infra 70. annos poterant ſibi ſuccedere quinq; generati- Lucæ 9.
ones, quia pro qualibet fuerunt 14. anni. & iam antè Ieremias ſcripſerat illis in Babylonem tranſmi- Iere. 29.
gratis, vt feſtinarent per matrimonium multiplicari: Accipite, inquiẽs, vxores, & filios & filias, & da-
te filijs veſtris vxores, & filias veſtras date viris, & pariant filios & filias, & multiplicabimini ibì, &
nolite eſſe pauci numero. Ampliùs dici poſſet, quòd etiam prima generationum iſtarum, compu-
tanda ſit à primo annorum illorum ſeptuaginta, hoc eſt, à die & anno in quo fuit: & ſic cæteris ge-
nerationibus ſatis multum de tempore remanebit. Poſtremò, quòd computatio quã prętactus ob-
iector facit, ſtare non valeat, ſuper Eſdram & Heſter oſtenſum eſt. [Poſt hæc educam vos indè]
cùm Zorobabel, vt dicitur in Eſdræ libro. [Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos & ar- 1. Eſd. 2.
genteos & lapideos & ligneos in humeris portari.] quaſi dicat ironicè: per ſeipſos nõ valent ince-
dere, iuxta illud: Pedes habent, & non ambulabunt. Hoc quoquè ſciendum, quia (vt refert Vale- Pſal. 113.
rius) quidam gentilium aſſerebant ipſa ſimulacra aurea, argentea ac reliqua, eſſe deos, & aliquid
vitæ numinisq́ue habere, ac dare reſponſa: cuius erroris capitaneus fuit Hermes Triſmegiſtus: Sta-
tuas, inquiens, animatas dico, ſpiritu ac ſenſu plenas. Alij verò dicebant, ipſa ſimulacra non eſſe de-
os, ſed tantùm eſſe idola imaginesq́ue deorum, vt Solis, Lunæ, Iouis ſeu Herculis. [oſtentantes me-
tum gentibus,] quia ad hoc deos ſuos circunferebant, vt deorum auxilio ac virtute aduerſarijs in-
cuteretur formido, quemadmodùm Chriſtiani in proceſſionibus circunferunt ſacramentum & ſan-
ctorum reliquias, ad impetrandum auxilium contra hoſtes. [Videte ergò, nè & vos ſimiles efficia-

mini factis alienis,] i.non ſequamini facta talia Babyloniorum.[& metuatis,] i. ex intuitu & ornatu
deorum ipſorum non formidetis. [& metus vos capiat in ipſis,] i. nè talis perfidus ſuperſtitioſusq́;
metus vos fallat ad inhærendum ſeruiendũq́; dijs falſis.[Viſa itaq; turba de retrò & ab antè,] i. cùm
videritis turbam idololatrarum illorum ſua ſimulacra in proceſſione portantium, ità ꝙ quidam eo-
rum deos præcedunt,alij ſubſequuntur.[adorantes] non deos illorum, ſed me verum Deum. [di-
Deut. 6. cite in cordibus veſtris,te oportet adorari Domine,] iuxta illud Deuteronomij, ſecundùm tranſla-
Matth. 4. tionem antiquam,& prout Chriſtus in Matth.allegat: Dñm Deum tuum adorabis.Quemadmodùm
enim verus Deus eſt ſingularis,incomparabilis & infinitæ excellentiæ, ſic ei ſoli debetur cultus iſte
digniſſimus,qui latria appellatur. [Angelus autem meus vobiſcum eſt.] Hoc in Dei perſona eſt di-
ctum,& poteſt intelligi de Michaele tunc principe ſynagogæ. Vel per angelum intelligitur multi-
tudo angelorum. Nam cuilibet homini adeſt angelus vnus bonus,qui eſt director & cuſtos homi-
Pſal. 90. nis ſibi commiſſi, iuxta quod legitur: Angelis ſuis mandauit de te. In Exodo quoq;: Angelus meus
Exod. 23. præcedet te. [Ipſe autem exquiram animas veſtras,] i. ego vos liberabo,& iniurias vobis illatas vl-
Gene. 9. ciſcar,iuxta illud Geneſis: Sanguinem animarum veſtrarum requiram. [Nam lingua ipſorum] putà
deorum ſeu idolorum, [eſt polita à fabro, & inaurata & inargentata,] i. quorundam ſimulacrorum
linguæ ſunt inauratę,quorundam inargentatę. Sed obijci poteſt, quoniam idola fiunt ore clauſo &
ſolido,non cauato. Propter hoc aliqui dicunt, quòd verus textus ſit, Ligna ipſorum. Nam ligna ex
quibus idola fiunt,deaurantur & inargentantur forinſecùs. Veruntamen dici poteſt,quòd quædam
imagines formabantur ore intùs concauo & linguato,præſertim quæ fundebantur,& quæ putaban-
tur dare reſponſa.[falſa ſunt] & vana fallacia,immò & nihil, nõ quo ad ipſam materiam ex qua ſunt,
nec quantùm ad formam ſubſtantialem materiæ, nec quantùm ad formam artificialem inductam:
ſed quo ad ea quæ ſignant,& ad quæ ſignificanda formantur,quæ non ſunt dij,nec id quod eſſe cre-
1.Cor. 8. duntur,quamuis ſint aliquid quo ad eſſe naturę.ſicq́; affirmat Apoſtolus:Scimus ꝙ idolum nihil eſt
Pſal. 113. in mundo.[& non poſſunt loqui.] iuxta illud:Os habent,& non loquentur. Ex quo appáret,ꝙ vera
Pſal. 134. litera ſit lingua,non ligna.Itaq; reſponſa & cętera verba, quę ſimulacra putantur proferre, à dęmo-
nibus proferuntur.[& ſicut virgini amanti ornamenta,ità accepto auro fabricata ſunt.]i.idola ex au-
ro formantur ſeu decorantur,acſi optarẽt ſic fieri aut ornari, quẽadmodùm puellę cupientes orna-
menta ſibi adhiberi,acquirunt ea.[Coronas certè aureas habent ſuper capita ſua] dij illorũ idolola-
trarũ,vndè [ſubtrahunt ſacerdotes] idolorum [ab eis aurũ & argentũ,]i.ornamẽta huiuſmodi pre-
cioſa.[& erogant illud in ſemetipſos] i.ad proprios vſus expendunt.[dant aũt ex ipſo & proſtitutis]
i.perſonis in proſtibulo poſitis,dant ex huiuſmodi idolorũ precioſo ornatu,& ſic vtuntur eodẽ au-
ro in venereis & in ſacris.[Hi aũt] dij facti ex materia auri,argenti aut æris,[nõ liberantur ab ærugi-
Iacob. 5. ne,] i.æruginant,ſicut materię ex quibus conſtant,iuxta illud Iacobi:Argentum & aurũ veſtrũ æru-
ginauit.[& tinea] i.veſtes q̃bus idola veſtiuntur, à tineis comeduntur. [Opertis aũt illis] ſimulacris
[veſte purpurea,extergunt faciem illorũ propter puluerẽ domûs,qui eſt plurimꝰ inter eos] i.culto-
res deorum mundant facies illorũ à pulueribus cadentibus ſuper facies eorundẽ.[ſceptrum aũt *ha
bent] dij illi in manu,[qui] dij [in ſe peccãtes nõ interficiunt,]q̃a nõ viuũt,& prorſus inutiles ſunt.
Sicut em̃ vas hominis cõfractum inutile efficitur,tales ſunt & dij illorũ.[Conſtitutis illis in domo,]
Aliqui em̃ dij colebantur in domibus, quidam in templis. [oculi eorum pleni ſunt puluere à pedi-
bus introẽuntium domum,] qui ſuo motu agitant & aſſcendere faciunt puluerẽ, ità ꝙ incidit ocu-
lis idolorum.[& ſicut alicui qui regem offendit,] qui reus eſt criminis læſæ maieſtatis, [circunſeptæ
ſunt ianuæ,] quia inter ianuas clauditur nè fugiat, [aut ſicut ad ſepulcrum adducto mortuo,] i. ſicut
defuncto ſepulto ſepulcrum eius clauditur. Hoc intelligendum eſt de ſepultis, quorũ corpora cum
precioſis ornamentis ac theſauris ſepeliebantur:propter quod eorum ſepulcra fortiter claudebãtur,
nè ſpoliarentur.[ità tutant,] i.aſſecurant,[ſacerdotes oſtia] domorum atq; templorum [clauſuris &
ſeris,nè à latronibus expolientur] dij ſuis precioſis ornatibus.quaſi dicat,ſeipſos cuſtodire & defen
dere nequeunt.[lucernas accendunt illis] i.ad honorem deorũ,vel vt tempore noctis videant.[ſunt
* dicunt verò trabes in domo,] qm̃ inſtàr trabium nequeunt ſe mouere. [Corda verò eorũ * dicuntur elin-
gere ſerpentes qui de terra ſunt.] Serpentes nanq; corrodebãt interiora luteorũ deorũ.Serpentum
Gene. 3. quippe eſt terram comedere,iuxta quod Dñs loquitur in Geneſi: Terrã comedes cunctis diebus vi-
tæ tuę.Ideò ſubditur:[dum comedũt eos,] videlicet luteos deos. [& nõ ſentiunt] dij,q̃a nõ viuunt.
[nigræ fiunt facies eorum à fumo,qui in domo fit] ex igne quo cibi coquuntur.Vel ex incendio thu
* ſpeci- ris aut ſacrificiorũ,q̃ ipſis offerebantur in domo.[Aurũ etiam quod habent,ad *ſpeciem eſt,] i.aurũ
men quo intrinſecùs deaurantur aut fulciuntur, apponitur eis pro decore, [niſi aliquis exterſerit ærugi-
nẽ ſupercreſcentẽ,] tempore procedẽte [nõ fulgebunt.Cõfundantur] de ſua inſania ac idololatria,
[qui colunt ea,neq; ſi quis eũ] i. talem Deũ ſculptũ aut fuſum ſeu manu formatũ [ſtatuerit rectum]
i.ſtatura erecta. [per ſemetipſum ſtabit] diù aut tutè, præſertim in loco ventoſo aut inquieto.[Sed
ſicut

ſicut mortuis,humeri] i.fulcimenta aut approdiamenta [illis apponentur nè cadant,] ſicut cadaue-
ri mortuo neceſſè eſt apponi tale quid nè labatur,ſi debeat ſtare. [hoſtias illorum] i. ſacrificia idolis
immolata,[ſacerdotes illorum vendunt.] Nam mancipant eas vſui & cõmodo ſuo,& abutuntur ho-
ſtijs illis,earumq́; precijs, vitioſè ipſis vtendo. [ſimiliter & mulieres eorum] videlicet ſacerdotum.
[decerpentes ſunt] i.diripiunt ſacrificia ſeu ornamenta deorum ſuorum. [neq; infirmo neq; medi-
canti] vel,vt alij legunt,mendicanti [aliquid impartiunt,] i. impendunt ſiue communicant de ho-
ſtijs aut ornamentis huiuſmodi,de quibus vel fœminæ vel idola ipſa nihil dant indigenti. [de ſacri-
ficijs eorum fœtæ] i.mulieres quæ de nouo pepererunt, & nondùm purgatæ ſunt, [& menſtruatæ,]
quæ ſingulis menſibus immunditias patiuntur,[contingunt.] i.tangunt aut edunt,quod fuit in lege
Dei per Moſen data prohibitũ,vtpotè tales tangere aut edere de ſacrificijs Deo oblatis. [Vndè em̃]
i.ex qua cauſa [vocantur dij?] quaſi diceret: non eſt ad hoc rationabilis cauſa.quod probat,ſubden-
do:[quia mulieres apponunt varia ornamenta forinſecùs dijs, & in domibus eorum] ſ. delubris ſi-
mulacrorum [ſacerdotes ſedent,] quaſi intenti deorum obſequio,magìs aũt ad congregandum ob-
lata pro vſu ſuo.[habentes tunicas ſciſſas] vel pro ornatu & ex curioſitate, quocõtrà Dñs ait per Io- Ioel. 2.
elem:Scindite corda veſtra,& non veſtimenta veſtra.Vel quaſi in ſignũ doloris,propter peccata po-
puli & inhonorationem deorum, ſicut Iudæis & alijs multis conſuetudo fuit, in magnis aduerſis &
malis ſcindere veſtes.[& capita raſa & barbam raſam.]quod ſimili modo intelligi poteſt dupliciter.
Et qm̃ Deus voluit ſuos cultores filios Iſrael diſtingui ab ipſis idololatris,præcepit illis non ſcinde-
re veſtes,nec radere caput aut barbam,iuxta illud Leuitici:Non in rotundum attondebitis comam, Leuit. 19.
nec radetis barbam,[quorum capita nuda ſunt:] quocontrà iuſſit Dñs Aaron & filijs eius ſacerdoti-
bus.Capita veſtra nolite nudare,& veſtimenta nolite ſcindere. Oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt Leuit. 10.
ſuper vos.[Rugiunt autem clamantes,] i.quaſi præ dolore & contritione emittunt rugitum propter
ſua & aliorum peccata.[petentes veniam dari contra deos ſuos,] i.ex oppoſito loci deorum ſuorum
coram eis,ſicut dictum eſt ſuprà: Ambula per viam ad ſplendorem legis contra lumen ipſius. [ſicut Bar. 4.
in cœna mortui.] i. in menſa quæ fit in domo defuncti, vbì poſt refectionem ſequitur deploratio
mortui.[veſtimenta eorum] videlicet idolorum [auferunt ſacerdotes, & veſtiunt vxores ſuas & fili-
as ſuas.] quod ſecũdùm eorum ſuperſtitionem eſt quaſi ſacrilegium,i.abuſus rei ſacræ. [Neq; ſi q̃d
mali patiuntur ab aliquo,] i.irriſiones aut læſiones.[neq; ſi quid boni,] i.ſi honorentur,[poſſunt tri
buere,] cùm ſint impotentes. [ſi quis illis votum vouerit, & non crediderit] hoc eſſe reddendum,
[nec hoc requirunt:] quia nec viuunt nec ſciunt. [hominem cæcum ad viſum non reſtituunt] i. de
cæcitate hominem non liberant. Veruntamen ſicut in libro de Ciuitate Dei recitat Auguſtinus, &
Thomas in Summa contra gentiles,Hermes Triſmegiſtus in lib. de Deo ſeu natura deorum, multa
his contraria ſcribit, experientia quoq; his contrariari videtur: quia in templis deorum ſanabantur
infirmi,& liberabantur obſeſſi.Sed reſpondendum quòd à dæmonibus illa fiebant, & magìs ab in-
flictis malis ceſſando,quàm ſanitatem aut liberationem præſtando. Multa tamen quæ magna & mi-
ra videntur,naturali dæmonum poteſtate fieri poſſunt per applicationem naturalium actiuorum &
paſſiuorum,quæ non ſunt propriè & abſolutè loquendo miracula. [Quomodò ergò æſtimandũ eſt
illos eſſe deos? adhuc em̃ ipſis Chaldæis non honorantibus ea,] videlicet deos aut idola,cùm perce-
perint fraudem eorum,hoc eſt,fraudem dęmonum circa deos.[qui] Chaldæi [cùm audiérint mutũ
non poſſe loqui,] quod audiendo cognoſcunt, dum audiunt mutum proferre vocem inarticulatã.
[afferunt illum ad Bel] i.idolo ſuo nomine Bel,quod vt in Daniele legitur, Babylonij ſeu Chaldæi Dani. 14.
colebãt. [poſtulantes ab eo loqui,] i.ipſum Bel deprecantes,vt muto det facultatem loquẽdi.[quaſi
poſſint ſentire] ipſa idola,[quæ non habent motum,] cùm careant vita.[& ipſi] Chaldæi [cùm intel
lexerint] impotentiam idolorum,[relinquent ea] & vilipendent.[Mulieres circundatæ funibus, in
vijs ſedent.] Solebant em̃ fœminæ quædam idololatræ ſe cingere fune quaſi magni criminis reæ,&
in vijs ſedere,per quas fuit iter ad idola.[ſuccendentes oſſa] i.duriora quæq; [oliuarũ] quaſi ad pla-
candum deos quos offenderũt.[Cùm aũt aliqua ex ipſis attracta] i. ſeorſum tracta ab homine trãſ-
eunte,[dormiérit cũ eo,proximę ſuę exprobrat,] i.improperat,[ꝙ non ſit ea] i.ipſa proxima,[digna
habita ſicut ipſa,neq; funis eius] ſcilicet proximæ [diſruptus ſit.] Nam qui cognouit illam ſeorſum
tractam,dirupit & præſcidit funem illius,& per hoc putauit ſe liberatam à vinculo criminis.eum et-
em̃ à quo cognita fuit,credebat vel deum ſuum,vel directum à deo ſuo: idcircò improperauit pro-
ximæ ſuæ,ꝙ ipſa non fuit ſimiliter viſitata,nec eius funis diſruptus. [Omnia aũt quæ illis fiunt, falſa
ſunt,] i.deceptoria.[A fabris autem & aurificibus facta idola, nihil aliud erũt] quo ad ſuũ formale,
[niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes & aurifices] i.erunt illi dij quos authores eorũ voluerint eos eſ-
ſe,ità ꝙ erunt Saturnus,Poſidon,Apollo,ſeu alij dij,quos voluerint ſacerdotes artificesq́; formari.
Ipſi etiam artifices qui faciũt idola,multi temporis non ſunt, quia mortales ſunt breuiter morituri.
[Nunquìd ergò poſſunt,quæ ab illis fabricata ſunt idola,eſſe dij?] quaſi dicat,Non, quum dij debe-
ant

ant eſſe immortales.Mortalis autem immortalem non facit.[Reliquerunt autem falſa] id eſt, artifi-
ces tales reliquerunt poſt ſe idola vana.[& opprobrium poſteà futuris.] quia idola conuertuntur in
opprobrium & perditionem ſuis cultoribus.[Nam quum ſuperuenerit illis] videlicet idolorũ cul-
toribus,[prælium & mala,]id eſt,aduerſa,[cogitant ſacerdotes vbì ſe abſcondant cum illis,] id eſt,
quo loco & qualiter poſſint periculum cum idolis ſuis effugere ac latére, præſertim cùm audièrint
hoſtes ſuos præualuiſſe in bello.[ſcietur poſteà quia falſa ſunt gentibus vniuerſis,]id eſt,cunctæ gẽ-
tes agnoſcent vanitatem & falſitatem deorum, quod per apoſtolorum prædicationem in mundo
potiſſimè eſt patefactum. [& nullum opus Dei in ipſis eſt,] id eſt, nihil diuinum facere queunt, nec
Iere. 14. aliquid deitatis in ipſis eſt. [neq; pluuiam hominibus dabunt,] ſicut in Ieremia habetur: Nunquid
ſunt in dijs gentium qui pluant? Veruntamen aërem immutare, & pluuiam procurare, tempeſtates
producere, ignem ab aëreo cęlo deijcere, & ſimilia quædam, non excedunt naturalem dæmonum
poteſtatem, mediantibus naturalibus cauſis, & ſi Deus permittat, & ſic ad inuocationem deorum
ſuorum poſſent idololatræ tale quid impetrare. [quia nihil poſſunt, ſicut corniculæ] volantes [in-
ter medium cæli & terræ,] id eſt,in aëre quæ ſunt aues infirmæ.[Etenim cùm inciderit ignis,]id eſt,
igne cadente in domum in qua ſunt lignei dei,[ſacerdotes fugient,] & dij cum ſuo templo combu-
rentur.[Itaq; melius eſt eſſe regem oſtentantem] id eſt,ſæpè monſtrantem virtutem ſuam, [aut vas
vtile,quàm id quod ſunt falſi dij.]qui dij putantur,cùm non ſint dij. [ſiquidem ſol & luna ac ſidera,
cùm ſint ſplendida,& emiſſa ad vtilitates]iuſſa moueri ad producendum multos vtiles in hoc mun-
do effectus. [obaudiunt] id eſt, creatori ſuo obediunt. [ſimiliter & fulgur cùm apparuerit] ſuo ce-
lerrimo motu,[perſpicuum eſt] id eſt,clarum.[Idipſum autem & ſpiritus] id eſt,ventus in omni re-
gione. [ſpirat] id eſt,flat [& nubes,quibus cùm imperatũ fuerit à Deo perambulare vniuerſum or-
bem] id eſt,tranſuolare in aëre,ità quòd videntur totum hemiſphærium noſtrũ tranſcurrere,quan-
Exod. 9. uìs non ſemper ſit ità.[Ignis etiam miſſus deſupèr,vt conſumat montes & ſyluas, facit quod præce-
ptum eſt ei] à Deo, deuorando gramina montium arboreſq; ſyluarum, ſicut in Aegypto tempore
Gene. 19. Moſis legitur aliqualiter contigiſſe.Ignis quoq; ſubuertit Pentapolin, vt habetur in Geneſi. Simili-
Iob 1. ter legitur in libro Iob:Ignis Dei cecidit de cęlo, & tactas oues pueroſq; conſumpſit. Quarto etiam
4. Reg. 1. Regum orante Helia, quinquagenarij cum ſuis leguntur igne deſupèr veniente conſumpti.Hinc in
Deut. 32. Deuteronomio Dominus proteſtatur: Ignis ſucenſus eſt in furore meo, & ardebit vſq; ad inferni
nouiſſima: deuorabitq; terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet. [Hæc autẽ]
ſcilicet idola.[neq; ſpeciebus, neq; virtutibus vni eorum ſimilia ſunt.] id eſt, nulli prædictorum ſi-
milia ſunt,neq; in formis,nec in operatiuis potentijs, quantùm ad id quod eſſe putantur ſeu repræ-
ſentant.[Beſtiæ meliores ſunt illis] bonitate naturæ ſeu entis, cùm habeãt eſſe vitale & ſenſitiuum.
Ideò Socrates dixit: Mâllem adorare canem quàm idolum, cùm canis ſit opus naturæ, idolum verò
opus artis humanæ. [Nã ſicut in cucumerario] id eſt, in loco in quo ſunt cucumeres, [formido ni-
hil cuſtodit,] id eſt,id quod ponitur ibì ad terrendum aues, non abigit eas dum percipiunt rem il-
lam non moueri. [ità ſunt dij.] quia ſuos non poſſunt cuſtodire cultores. [Eodem modo & in hor-
to ſpina alba ſuper quam omnis auis ſedet,] id eſt, quæcunq; aduenerit & ſedere optauerit,nil pro-
deſt ad horti cuſtodiam. [ſimiliter & mortuo proiecto in tenebris] id eſt, occultè inhumato abie-
cto.[ſimiles ſunt dij illorum,] quia non viuunt, nec agere valent, vt æſtimatur. [A purpura quoq; &
marmore ſcietis quia non ſunt dij,] id eſt, idola non eſſe deos, poteſtis perpendere à purpura qua
induuntur,& ex conſideratione marmoris,de quo fiunt lapidea ſeu marmorea idola.[quæ] purpura
& marmor [ſupra illos tenent:] id eſt, veſtiunt,aut ſoliditaté præſtant idolo,nec tamen ſunt dij. Id-
circò nec idola indè facta & decorata,nec ſpiritum vitalem intùs habentia.[Ipſi etiã] dij [poſtremò
comeduntur,] id eſt,tandèm conſumuntur ab ærugine,ſi ſint de metallo:vel à ſerpentibus,ſi ſint de
luto,vt dictum eſt:vel à vermibus,ſi ſint de ligno:ac alijs modis deſtrui poſſunt aut vendi, ità quòd
eorum precium manducatur. [& erunt opprobrium in regione,] id eſt, cultoribus ſuis erunt cauſa
ſeu occaſio opprobrij confuſionis æternæ, cõdemnationiſq; infernalis.[Melior eſt ergò homo iu-
ſtus qui non habet ſimulacrum:] i.illud nõ colit nec retinet: melior, inquam, eſt ipſe ſimulacro at-
que cultoribus eius.[Nam erit longè ab opprobrijs.] immò gloriam & honorem conſequetur cæle-
ſtem à iudice iuſto ac ſummo, qui glorificantes ſe glorificat, iuſtoſq; diligit, nec aliquid boni im-
præmiatum relinquit: qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus.¶Et in hoc finio ſuper Bi-
bliam totam,ad omnipotentis & ſupergloriosiſſimi Dei laudem, honorem,& gloriam, Anno Domi-
ni 1457. in ſolennitate Viſitationis virginis glorioſæ, Amen.

¶Enarrationum in Baruch prophetam, Finis.

D. DIONYSII CARTHV-SIANI, IN EZECHIELEM PROPHETAM, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

SApientia per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & pro-
phetas conſtituit.Sap. 7. Hæc de increata Dei ſapientia, vnigenito pa-
tris æterni filio dici, patet ex ipſo præallegatæ textu ſcripturæ. Nempe de
hac ſapientia pauloantè præmiſit: Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum
ſine macula Dei maieſtatis,& imago bonitatis illius.Et cùm ſit vna,om̃ia
poteſt: & in ſe permanens, omnia innouat. Hæc vtiq; puræ non compe-
tunt creaturæ. Sed cùm ſanctus apoſtolus Petrus propheticam reuelati-
onem ſpiritui ſancto per appropriationem quandam attribuit, in ſecun-
da ſua epiſtola ſcribens:Non voluntate humana allata eſt aliquãdò pro- 2. Pet. 1.
phetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines: cur
præinducto libri Sapient.cap. reuelatio prophetalis filio Dei ſub ſapientiæ appellatione aſcribitur?
Et reſpondendum, ꝙ quanuìs omne creaturæ bonum ſit Dei donum, atq; ex diuina voluntate ſeu
liberalitate donatum,immò & gratìs originaliter præſtitum:quanuìs equidem aliqua bona, vtpotè
præmia,propter merita dentur:nihilo minùs quantùm ad primam eorum originem, gratìs vtiq; cõ-
feruntur,eo quòd tam eſſe naturale,quàm prima gratia promerendi, gratìs conceſſa ſunt. Quanuìs
ergò hoc ità ſit, tamen ſupernaturalia Dei dona, ſpecialiter diuinæ bonitatis liberalitati aſcribun-
tur.Prophetia autem eſt ſupernaturale donum gratię gratìs datæ. Itaq; circa propheticam reuelati-
onem conſideranda ſunt duo, videlicet eius eſſentia, quæ eſt quędam notitia: & quantùm ad hoc,
infuſio eius appropriatè aſcribitur ſapientiæ increatę,ſeu filio Dei: qui eſt verbum æternũ, per mo-
dum intellectualis emanationis procedens à patre. Propter quod filio potiſſimè, quæ ad intellectũ
pertinent, appropriantur: vtpotè veritas, ars, exemplar, ſapientia. Sicq; illuminare, docere, futura
oſtendere,ſibi per appropriationem conueniunt.Secundò, circa propheticam reuelationem conſi-
deratur motiuum ſeu inductiuum infuſionis ſeu dationis ipſius, quod eſt mera bonitas ac liberali-
tas Dei,Sicq; appropriatur ſpiritui ſancto: cui bonitas,pietas,amor,liberalitas, & cætera quę volun-
tatem concernunt, appropriatè conueniunt, eô quòd ipſe à patre & filio tanquàm vno principio,
per voluntatem & ſecundùm voluntatis emanationem procedat, ſecundùm quod Thomas in pri-
ma parte & in Summa contra gentiles deducit. Horum inſupèr præelectorum beatorumq; homi-
num,quibus Deus ſublimis & benedictus,incerta & occulta ſapientię ſuę manifeſtare dignatus eſt,
ità vt non faceret verbum,niſi primò reuelaret ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas: vnus prę-
cipuus fuit S.iſte Ezechiel,cuius iam,ſpiritu ſancto agente, elucidandus eſt liber. Ipſe enim eſt inter
quatuor maiores prophetas vnus, cui penè innumeræ reuelationes factæ videntur, cui noui teſta-
menti myſteria mirabiliter in prima ſua viſione diuinitùs pandebantur. Qui in ſui voluminis prin-
cipio & in fine,tantis difficultatibus plenus eſt,vt omnium ingenia, quanuìs præclara, laſſentur. De
ipſo quoquè in Eccleſiaſtico habetur:Ezechiel vidit conſpectum gloriæ, quam oſtendit illi in cur- Eccl. 49.
ru Cherubin.Itaque ad huius beatiſſimi vatis explanationem accedens, ſpiritûſſancti paracleti ad-
orandi, ſuperboni ac ſuperdulciſſimi ſpecialem illuſtrationem, opem & gratiam totis imploro præ-
cordijs, propriæ infirmitatis, inſufficientiæ, cæcitatiſque conſcius, quas vtinàm magìs ſemper at-
tenderem.

¶Expoſitio literalis 1. capituli:Et factum eſt in triceſimo anno,in quarto menſe,in quinta menſis. *Articulus* 1.

BReuiter ſanctus propheta Ezechiel in libri ſui procemio tempus & locum,quibus ꝓ-
pheticæ ac diuinæ reuelationes ſibi fieri inceperunt,pandit,dicendo: [Et factum eſt
in triceſimo anno] ętatis Ezechielis. Triceſimo nanq; ętatis ſuę anno exorſus eſt loq
captiuis,ſecundùm Hieronymum in prologo. Gregorius quoq; exponit modo prę-
tacto.[in quarto menſe] anni triceſimi,[in quinta] die [mẽſis] huius quarti. Sed con
trarium huic videtur, ꝙ ſanctus Hieronymus in exordio expoſitionis verborum iſtorum, ait: Tri-
ceſimus annus,non vt pleriq; æſtimant, ætatis dicitur, nec iubilei. Ad quod reſpondent doctores,
quòd annus iſte vocatur triceſimus,non ſolùm ab exordio natiuitatis prophetæ huius, vel propter
ætatem ipſam,quam habuit tunc: ſed etiam à parte inuentionis libri Deuteronomij ſub rege Ioſia,
anno regni ſui decimo octauo,à quo vſq; diem in quo cœpit Ezechiel videre ſecreta diuina ſpiritu
prophetali,fluxerũt anni triginta,ità quòd idem fuit triceſimus ætatis Ezechielis, & inuentionis li-

bri præfati,& quintus tranſmigrationis Ioacim regis Iuda. De hoc tranſeo,quia Lyra hoc ſatis dedu-
cit.[cùm eſſem in medio captiuorũ] i.inter Iudęos à Babylonijs captos, tranſlatos & commanentes
[iuxta fluuiũ Chobar,] qui eſt fluuius per terrã Chaldęorum decurrens, iuxta quẽ morabantur qui-
Pſal. 136. dam Iudęi,ſicut Dauid p̄dixit:Super flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordare-
mur tuî Sion.[aperti ſunt cęli,] non aliqua cęleſtium corporum ſciſſione, ſed quia ꝓpter ingentem
lucem quę in nube apparuit,videbatur quaſi ruptura in cęlo,quẽadmodùm &in fulguratione appâ-
ret.Secundùm Hieronymũ,aperti ſunt cęli,non diuiſione firmamenti,ſed fide credentis,quia cęle-
ſtia illi ſunt reſerata myſteria. Vel aperti ſunt cęli,qm̃ habitantes in cęlo, videlicet Deus om̃ipotens
rex cælorũ,& angelus eius,manifeſtauerũt ſe prophetæ in viſione ſubſcripta.[& vidi viſiones Dei,]
i.q̃dam diuina ſecreta mihi per diuinam reuelationẽ oſtenſa,viſione imaginaria & intellectuali ad-
Iſaiæ 1. ſpexi.Sumit itaq; viſiones pro rebus intellectualiter manifeſtatis,viſis & cognitis. Sępè etem̃ in ſcri-
Lucæ 1. pturis ſumitur viſus ſeu viſio,pro re viſa,vt in Iſaia: Viſio quam vidit Iſaias. Et alibì de Zacharia ha-
Actu. 10. betur:Cognouerunt qm̃ viſionem vidiſſet.In Actibus quoq; inducitur: Cogitante Petro quidnam
eſſet viſio quam vidiſſet. Vidit igitur iſta S.Ezechiel viſione imaginaria, quæ eſt per alienationẽ ani-
mi à ſenſu exteriori: & notitia intellectuali, quæ eſt complementum in cognitione prophetali, ſe-
Dani. 10. cundùm quod Daniel:Intelligentia,inquit,eſt opùs in viſione.Intellexit em̃,quid ſimilitudines ſibi
imaginariè præſentatę ſignificarent.[In quinta menſis] quarti die, vt dictum eſt. [ipſe] annus trige-
ſimus p̄memoratus ætatis Ezechielis. [eſt annus quintus tranſmigrationis regis Ioacim:] quãdò Na-
buchodonoſor rex Babylonis,tranſmigrare fecit ſeu tranſtulit regẽ * Ioachin filiũ Ioacim, filij Io-
ſiæ regis,ab Hieruſalẽ in Chaldęam,quẽadmodùm 4.Regum 24. pleniùs recitatur. [factum eſt ver-
bũ Domini] i.reuelatio allocutioq́; diuina.[ad Ezechielẽ filium Buzi ſacerdotem,in terra Chaldæo-
rum ſecus fluuium Chobar.] Ex quibus elicitur,ꝙ pater Ezechielis fuit ꝓpheta, eô ꝙ (teſte Hiero-
nymo) apud Hebręos pro regula habeatur,ꝙ quicũq; in titulis ꝓphetarum pater ꝓphetæ vocatur,
ꝓpheta extiterit.Et qm̃ Ezechiel fuit de tribu ſacerdotali,eliciunt q̃dam ꝙ fuit de tribu regali, quia
hæ duæ tribus tanq̃ cęteris principaliores,matrimonialiter iunctę fuerunt. Verùm iſtud certum nõ
eſt: quia tribus ſacerdotalis non duntaxàt tribui Iudę, putà regali, iungi poterat, ſed & cuilibet tri-
buum Iſrael. [& facta eſt ſuper eum ibì] ſecus fluenta Chobar [manus Dñi.] i.virtus gratiæ Dei, con-
fortans eum ad intuendũ diuina ſecreta. Tunc em̃ ſibi Deus potenter infudit lumen ꝓphetale,quo
mens eius eleuabatur ad cõtemplanda diuina.Vel manus Dei facta eſt ſuper eum,qm̃ filius Dei do-
Sap. 7. cuit eum ibidèm,ſicut iam ex libro Sapientię allegaui,ꝙ increata ſapientia in animas ſanctas ſe trãſ-
fert,amicos Dei & ꝓphetas conſtituens.Dicitur quippe filius Dei manus & brachium patris in Iſaia,
Iſaiæ 52. vbì dicitur:Parauit Dñs brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium. Et item: Brachiũ Dñi
cui reuelatũ eſt?Item in Pſal.97.Saluauit ſibi dextera eius. [Et vidi:] Frequẽter ꝓphetę mutant per-
ſonam & tempus in loquendo,nunc de ſe quaſi de alio loquentes,nunc de ſeipſis ſub ꝓpria perſo-
na euidenter ꝓſantes.]In ſuperiori aũt particula loquebatur Ezechiel de ſe quaſi de alio,nunc de ſe
apertiſſimè ait:Et vidi imaginariè ac intellectualiter. [& eccè ventus turbinis] i.ventus impetuoſus
ſeu turbulẽtus.vndè Symmachus & Theodotion tranſtulerunt,Flatus tẽpeſtatis.[veniebat ab aqui-
lone] i.à terra Babylonis verſùs ac contra Iudęam, vt tangit Hieronymus, pleniusq́; dicetur. [&
nubes magna:] Huiuſmodi aũt nubes cũ ingenti vento reuolutionẽ in terra faciente, multotiès ve-
niunt.[& ignis inuoluens] i.nubẽ iſtam illuminans,& partes eius intra ſe voluens atq; circundans,
prout in coruſcationibus magnis appáret. [& ſplendor in circuitu eius] i. ex ignis claritate videba-
tur in circuitu nubis ſplendor,ſecundùm quod fulgura ſplendorẽ emittere ſolent. [& de medio ei-
us] videlicet de medio ignis qui in nube apparuit [quaſi ſpecies electri] i.ſimilitudo electri appar-
it.Porrò electrum,ſecundùm Gregorium,ex auro & argento eſt mixtum. Immò ſecundùm Hiero-
nymum,auro atq; argento precioſius eſt,& vt alij aſſerunt,argẽto & auro clariùs fulget,Itaq; de me-
dio ignis color ſeu refulgentia electri egredi videbatur.Prætereà,vt quidam affirmat, in Hebręo ha-
betur,Quaſi ſpecies haſſemil.dicitq́; Rabbi Salomon, quid ꝓpriè ſignificet, ſe neſcire. Ideò ille ad-
ſtruit ſe neſcire,quarè Hieronymus tranſtulerit electrum: quia non eſt, inquit, multùm ꝓbabile, ꝙ
Hieronymus meliùs intellexit Hebraicum,q̃ doctor ille.Et nonnè vtiq; ſpiritusſanctus, qui B.Hie-
ronymum pręordinauit in doctorẽ Eccleſię atq; interpretem ſacrę ſcripturæ, potuit eidẽ conferre,
immò & contuliſſe credendus eſt,ſufficientẽ Hebræi idiomatis intelligentiã, etiam in locis obſcu-
ris?Deniq; S.Hieronymus,vt ipſemet ſæpiùs tangit,in transferendo & exponendo ſcripturas, p̄ſer-
tim propheticas,cum doctiſſimis contulit Iudęorum.ſed & Septuaginta interpretum tranſlatio,qua
ante Hieronymum vtebatur Eccleſia,ità habet:Et in medio eius viſio electri.Rationabiliter ergò &
ſcienter vſus eſt nomine electri S.Hieronymus.[& in medio eius] i.in medio ignis,non electri, ſe-
cundùm Hieronymum,apparuit [ſimilitudo quatuor animalium.] ex quo intelligi datur,ꝙ nõ erãt
verè animalia,ſed apparenter ac rep̄ſentatiuè,Iam em̃ dictum eſt,ꝙ in nube videbatur ſciſſura,pro-
pter

pter ignis in nube exiſtentis fulgorẽ.Sicq́; per aperturam nubis illius,videbantur quaſi quatuor ani-
malibus ſimilia.[& hic adſpectus eorum] i.forma ſeu diſpoſitio animalium horũ talis fuit, vt ſubdi-
tur.[Similitudo hominis in eis.] Hoc dupliciter exponitur:Primò,vt forma humana,quantùm ad fa-
ciem in ſingulis illorũ animalium fuiſſe dicatur tanq̃ præcipua: ad inſinuandũ, ꝙ om̃ia q̃ in mundo
geruntur,à Deo rationabiliter diſponuntur.Secundò,vt ſimilitudo vultûs humani in eis fuiſſe dica-
tur,vt vna quæ tamẽ primò exprimitur,qm̃ cęteris dignior eſt: aliæ enim ſimilitudines vultuũ, erãt
irrationalium animalium,ſicut ſubiungitur:[Et quatuor facies vni,& quatuor pennæ vni,] i.quod-
libet animalium horũ,habuit quatuor facies & quatuor alas. [& pedes eorũ pedes recti,] i. extra ti-
biam nõ extenti,ſed ad om̃em ſitum ſeu partẽ æqualiter in eundo applicabiles. [& planta pedis eo-
rum quaſi planta pedis vituli.] i. plantę pedum animalium iſtorum,erant rotundæ,nõ extentæ extra
tibiam,ſicut nec pedes vituli. ideò dicitur,quaſi planta pedis vituli,qm̃ planta vituli nõ parùm extra
tibiam tenditur. Vndè Aquila tranſtulit: Planta pedis eorum rotunda, ſicq́; in Hebræo habetur, vt
aliqui dicũt. [& ſcintillę quaſi adſpectus æris candentis,] i.in adſpectu, diſpoſitione, cãdoreq́; ſimi-
les æri ignito fulgenti, ꝓcedere videbantur ex horũ animaliũ oculis. [Et manus hominis ſub pẽnis
eorum] i.ſub alis animaliũ horum erant ſimilitudines manuũ hoĩm.[in quatuor partibus] i. in qua-
tuor locis cuiuſlibet animalis.In quolibet nãq; apparebãt quatuor huiuſcemodi manus, & ſub qua-
libet ala apparuit manus vna.[Et facies & pennas per quatuor partes habebãt,] quia (vt dictum eſt)
quodlibet habuit quatuor facies & quatuor pennas ꝓprijs locis diſtinctas & taliter ſituatas, ꝙ vna
ala erat inter duas facies,& vna facies inter duas alas.[Iunctęq́; erant pennæ eorũ alterius ad alterũ,]
i.extremitas alarũ vnius animalis,tetigit extremitatẽ alarũ alterius animalis.In quolibet ſiquidẽ ani-
mali erãt quatuor alæ, quarũ duæ fuerunt ad corpus tegendũ deorſum preſſæ, aliæ duæ ad volandũ
extentæ:& illæ alterius animalis pennas extentas tangebãt.[Nõ reuertebanť cùm incederẽt,] i. ſine
corporis cõuerſione ꝓgrediebantur quôcunq; tendebãt.] ſed vnũquodq; ante faciẽ ſuã gradieba-
tur] i.ad quãlibet partẽ terræ ibat,corpus ſuum nõ conuertendo.In quolibet em̃ animali erant qua-
tuor pedes,ità ꝙ cuilibet faciei correſpondebat vnus pes inferiùs ſecundùm lineã rectam ſub facie.
Deniq; horũ pedũ tibiæ ſic erãt diſpoſitæ, ꝙ genua æqualiter flectebanť ad quatuor partes oppoſi-
tas. ſicq́; animalia illa ꝓgredi quibant ad partes oppoſitas ſinè corporis cõuerſione,p̄ſertim cùm iu-
xta p̄tacta,etiam plãtę pedũ æqualiter applicabiles fuerint ad quatuor partes oppoſitas. Quẽadmo-
dùm ſi aliquis noſtrûm haberet oculum antè & retrò, dextrorſum & ſiniſtrorſum, genua quoq; ad
quatuor partes æqualiter flexibilia, & plantas æquè applicabiles ad partes has quatuor, poſſit ince-
dere ad quatuor partes oppoſitas abſq; corporis ſui cõuerſione.[Similitudo aũt vultûs eorũ] ſic erat
diſpoſita.ponitq́; ſingulare pro plurali,quia in quolibet animali erant quatuor vultus ità locati.[Fa-
cies hoĩs & facies leonis à dextris ipſorũ quatuor] i.in quolibet animali ſpecies vultûs humani ac le-
onini erant in parte eius dextera.[Facies aũt bouis à ſiniſtris ipſorũ quatuor.] i.ſimilitudo faciei bo-
uis,erat in ſiniſtra parte cuiuſlibet horũ quatuor animaliũ.[& facies aquilæ deſupèr ipſorum quatu-
or,] i.facies aquilę alijs tribus vultibus eminebat,ſecundùm quod collũ aquilæ longũ erat & eleua-
tũ.Corpus quippe cuiuſlibet animalis,ſuper pedes ſuos ſtetit, quaſi erectũ in imaginaria viſione, &
in ſuperiori parte fuit quadratum, ſiue (vt alij dicunt) rotundũ. Facies aũt ipſius diſpoſitæ erant ſe-
cundùm quatuor partes oppoſitas,ità ꝙ facies hominis in animali cõſiſtẽs, erat directè oppoſita ad-
ſpectui Ezechielis ꝓphetæ,& dicitur pars anterior: facies aũt aquilę erat in parte oppoſita & poſte-
riori: facies verò leonis & bouis, erant in alijs duabus oppoſitis partibus, ità ꝙ facies leonis erat in
dextra parte reſpectu faciei hoĩs,facies quoq; bouis in parte ſiniſtra. Ideò iam dicit, ꝙ facies hoĩs &
leonis erant à dextris,qm̃ facies hominis fuit directè obiecta viſui prophetæ, & vultus leonis fuit in
parte dextera,quantùm ad hominis faciem.[& facies eorum & pennę eorum extentę deſupèr.] vul-
tus enim eorum videbantur ad ſuperiora reſpicere,& duæ alæ ſingulorum deſupèr erant, vt dictum
eſt, ad volandum extentæ. [Duæ pennę ſingulorum iungebantur] pennis alterius in extremitati-
bus pennarum ſiue alarum, ſicut iam dixit: Iunctæ erant pennæ eorum alterius ad alteram: [& duæ
tegebant corpora eorum.] Quodlibet enim animal habuit quatuor alas, quarum duæ inferiores
erant ad corpus tegendum demiſſę. [& vnumquodq; coram facie ſua ambulabat.] Nam quocun-
què ibat,vnum vultum ante ſe habuit ſine corporis ſui conuerſione. habuit nempe quatuor vul-
tus verſùs quatuor partes oppoſitas. [vbì erat impetus ſpiritûs,] id eſt, impulſus venti turbinis iam
præfati, [illuc gradiebantur:] commotionem illam ſequendo, ſicut & nubes & ignis eam inuol-
uens. [Nec reuertebantur cùm ambularent:] i. progrediendo ad partes oppoſitas, ſucceſſiuè cor-
pora ſua nõ conuertebant,vt patuit.[& ſimilitudo animalium & adſpectus] id eſt, diſpoſitio appa-
rentię [eorum] erat [quaſi ſimilitudo carbonum ignis ardentium,& quaſi adſpectus lampadarum.]
id eſt,animalia iſta ſplendida apparebant ſicut igniti carbones,lampadesq́; accenſæ.[Hæc erat viſio
diſcurrens] i. diſpoſitio viſa ſeu apparentia radians. [in medio animalium.] i. in ipſis animalibus

quolibetq́; ipſorum.[Splendor ignis,] quia vt dictum eſt, fulgentia videbantur vt carbones igniti & lampades. [& de igne fulgur egrediens:] ità ꝙ inſtàr fulguris coruſcantis videbantur diſpoſita atq; nutantia. Ideò ſubditur:[& animalia ibant & reuertebantur,] i. ad quamlibet partem ambulabant, & [in ſimilitudinẽ fulguris coruſcantis] i. terribiliter & valdè velociter. Quomodò nunc ait propheta, Animalia ibant & reuertebantur, cùm ſtatim præmiſerit, Nec reuertebantur cùm ambularent? Et reſpondendũ, ꝙ ſuperiùs reuerti capitur paſſiuè, hîc aũt deponentaliter. Ibì eñ dicta ſunt non reuerti, quia quôcunq; tendebant corpora eorum, non conuertebantur. Hîc aũt dicuntur iuiſſe & reuerſa fuiſſe, quia ad partes oppoſitas ibant, tamen (vt ſatis expoſitum eſt) ſine corporum ſuorum cõuerſione. Hucuſq; de animalibus propheta diſſeruit: iam de diſpoſitione rotarũ ſubiungit.[Cumq́; adſpicerem animalia,] i. ſimilitudines eorum viſione imaginaria. [apparuit rota vna ſuper terrã iuxta animalia,] quia ſequebatur ea. [habens quatuor facies] i. totidem ſemicirculos facialiter apparentes.[& adſpectus] i. color ſeu apparentia [rotarum & opus earum quaſi viſio maris] i. ſimilis mari viſo. Talem enim colorem habere videbantur, qualem habet aqua maris, quæ eſt tranſpárens, clara, atq; perſpicua. Quidam aſſerunt in Hebręo haberi, Quaſi viſio tharſis. ſic quoq; continet translatio Septuaginta. Et illi dicunt, ꝙ Tharſis hîc pro lapide quodam precioſo accipitur, vndè Aquila tranſtulit hyacinthum, qui lapis (ſecundùm Hieronymum) habet ſimilitudinem cæli. Tharſis verò quãdoq; pro mari accipitur: & cælum, lucidum, perſpicuum, & tranſpárens eſt, ſicut aqua. Propter quod vnus cæleſtium orbium, appellatur cælum cryſtallinum ſeu aqueum. Sicq́; omnia iſta concurrunt in idem.[& vna ſimilitudo ipſarum quatuor,] i. rotæ iſtæ eiuſdem per omnia diſpoſitionis fuerunt. Ex quo conſtat, quòd erant quatuor rotæ, nõ vna duntaxàt. [& adſpectus eorum & opera] taliter ſe habebant, [quaſi ſi ſit rota in medio rotæ,] i. vna per medium alterius tranſiens, interſecando ſe inuicèm ad angulos rectos. [Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur cùm ambularent.] Pro cuius intellectu penſandum, quia vt Lyra ſcribit, Quęlibet quatuor rotarum videbatur compoſita ex duobus circulis per omnia æqualibus ſe inuicèm interſecantibus in duobus punctis oppoſitis ad angulos rectos ſphærales, quemadmodùm duo coluri in ſphæra materiali. Sicq́; fuerũt ibidèm quatuor ſemicirculi, per omnia ſimiles & æquales, qui dicuntur hîc rotæ facies. Deniq; quãdocunq; ſtabat rota, tangebat terrã in altero ſeu aliquo interſecationis puncto, & ità æqualiter mobilis fuit ad quatuor partes oppoſitas, ſecundùm quatuor rotæ facies: & hoc ſine conuerſione corporis rotę, ſicut de animalium tibijs & pedibus dictum eſt: quod autem de vna rota iam dicitur, de alijs tribus intelligendũ eſt. Itaq; innoteſcit, quomodò rotæ ꝑ quatuor partes ibãt, videlicet ꝑ partes terræ oppoſitas: vel per quatuor loca interſecationis tangentia terram ſucceſſiuè & alternatim. Nec reuertebantur cùm ambularent, quoniam ſine totius corporis conuerſione poterant ad oppoſitas partes deambulare.[Ad quem locum declinabat, quæ prima erat, ſequebantur & cæteræ.] Iſtud nõ eſt in Hebręo, nec in tranſlatione Hieronymi, neq; in libris correctis. ſimiliter nec quod ſubditur, Non reuertebantur cùm ambularent. Hoc eñ iam habitum eſt. Porrò ſenſus primę particulę eſt, ꝙ motum primę rotæ, aliæ tres ſequebantur.[Statura quoq; erat rotis] i. vehemens magnitudo inerat eis.[& altitudo & horribilis adſpectus] ꝓpter velociſſimum earũ motum & molem ingentem, ità vt (ſecundùm Hieronymũ) intuenti ſtuporẽ ſiue miraculũ faceret. [& totum corpus] rotarũ, i. vniuſcuiuſq; rotæ [plenũ oculis in circuitu ipſarũ quatuor] rotarũ, i. per oẽs partes earum. Rotæ eñ quaſi animatę & intellectualis naturę apparebant, ſecundùm Hieronymũ. Vndè in eis apparuit ſimilitudo oculorũ, ſicut in alis ſeu cauda pauonũ.[Cumq́; ambularent animalia, ambulabãt pariter & rotæ iuxta ea] ad eandẽ partẽ terrę ſeu loci.[& cùm eleuabantur animalia de terra,] duabus eñ alis viciſsìm volabant, vt tactũ eſt.[eleuabantur ſimul & rotæ] in altũ.[quôcunq; ibat ſpiritus] rotas viuificans.[illuc eunte ſpiritu, & rotę pariter leuabantur ſequentes eũ.] Per quod ſecundùm Hieronymũ inſinuatur, ꝙ ſecundùm ꝓpriam voluntatẽ mouebanť. Vndè ſubiungiť:[Spiritus eñ vitę erat in rotis.] i. ſpiritum vitalem & intellectualẽ eos viuificantẽ habebant.[Cũ euntibus] animalibus [ibant] rotæ,[& cum ſtantibus ſtabãt, & cũ eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ ſequentes ea] ſ. animalia,[quia ſpiritus vitæ erat in rotis.] Per quod datur intelligi, ꝙ nõ ſequebanť rotę animalia, quaſi tractæ vel ab extrinſeco impulſæ, ſed ab intrinſeco ſpiritu viuificante. Cõſequenter fit mentio de loco, throno, & maieſtate Dei oĩbus ꝑſidentis.[& ſimilitudo ſup caput animaliũ firmamenti.] i. capitibus animaliũ eminebat ſimilitudo firmamenti ſeu cæli ſtellati. [Et quaſi adſpectus cryſtalli horribilis:] i. firmamentũ iſtud coloratũ apparuit, ſicut cryſtallus horribilis, i. venerabilis, vt quidam exponunt. Vel horribilis aduerſarijs poteſtatibus, ſicut in Canticis ſponſa fertur Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. (Cant. 6.) Vel horribilis, ob nimiam molem.[& extenti ſuper capita eorum] videlicet animalium [deſupèr.] Sic enim apparuit firmamentum illud, quaſi cryſtallus ſuper animalium capita extentus. Eſt autem cryſtallus, glacies ex aquis mundis & lucentibus fortiſſimè diutiuſq́; nimio frigore conſtricta ac indurata, iuxta illud Ecci: Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab (Ecci 43.)

aqua.[Sub firmamento aũt pennæ eorũ rectæ.] i. alæ animalium videbantur erectæ. Duæ eñ erant ad volandũ extentæ,[alterius ad alterum,] i. vnius animalis ad aliud: quia vt dictũ eſt, alæ eorum ſe inuicèm in extremitatibus contingebant. [vnumquodq; duabus alis] inferioribus [velabat corpus ſuum, & alterum] i. ſingulum per cõparationem ad quodlibet aliorum trium.[ſimiliter velabať] per duas alas demiſſas, ſicut iã dictum eſt ſæpè. [& audiebã ſonum alarum,] i. animalium horum quãdò ad volandum cõcutiebantur hæ alę.[quaſi ſonum aquarum multarum] i. valdè grauem, grandem, ac fortem.[quaſi vocem ſublimis Dei.] i. à Deo excelſo diſpoſitum, eiuſq́; maieſtati declarandæ congruentem, vel quaſi vocem tonitrui, vt quidam exponunt.[cùm ambularẽt] animalia & rotæ. [quaſi ſonus erat multitudinis] i. magni exercitûs, immò [vt ſonus caſtrorum,] i. bellicarum machinarũ, tentoriorum, atq; ſimilium, quæ cum bellatoribus deferuntur, & in ſcripturis caſtra vocantur. Quorum omnium eſt maximus ſonus ex colliſione armorum, inceſſu turbarum, fremitu beſtiarum, quẽadmodùm 1. Mach. conſcribitur de ſono exercitûs regis Antiochi. (1. Mac. 6.) [Cumq́; ſtarent] animalia, [demittebantur pennę eorum.] i. alæ quæ erãnt ad volandum extentæ, deprimebantur, ſicut & auium pennæ cùm ceſſant volare.[Nam cùm fieret vox ſupra firmamentum, quod erat ſuper caput eorũ,] i. cùm Deus ſuper firmamentum reſidens, & indè omnia moderans, emitteret iuſſionẽ. [ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas:] quia ad nutum Dei omĩpotentis mouebantur ac ſtabant. Et vt ait Hieronymus, Vocem Dei in cæleſtibus reſonantis ferre non poterant, ſed ſtabant ac mirabãtur, & ſuo ſilentio Dei potentiã demonſtrabãt. Conſequenter deſcribitur thronus altiſſimi ꝑſidentis: [& ſuper firmamentum] iam dictum, quod erat imminens capiti eorum, i. ſupereminens capitibus animaliũ, quorũ erãt ſexdecim facies, quolibet quatuor facies habẽte.[quaſi adſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni,] i. thronus appárens ſimilis in colore ſapphiro, vel thronus ſapphirinus. [& ſup ſimilitudinẽ throni ſimilitudo quaſi adſpectus hoĩs deſupèr,] i. ſup thronum ſic apparentẽ videbatur ſedere ꝑſidens qdam in ſpecie hoĩs, ſ. Deus omnipotens. Eccè ꝙ ſubtiliſſima eſt ꝓphetalis iſta deſcriptio totius erroris excluſiua, quia in oĩbus iſtis noĩe ſimilitudinis vtitur, vt ſciamus animalia, rotas, firmamẽtum, ſapphirũ, cryſtallum, & hoĩem in ſimilitudine, nõ in veritate monſtrari, vt dicit S. Hieronymus. [Et vidi quaſi ſpeciem electri,] i. homo in throno reſidens, in ſplendore ſimilis apparebat electro.[velut adſpectum ignis intrinſecùs per circuitum eius, à lumbis eius & deſupèr] i. hoĩem apparentẽ, quem in ſpecie electri cõſpexi, nõ vidi toto corpore ità diſpoſitum. Sed à lumbis vſq; ad verticẽ vidi eũ, quaſi adſpectũ ignis intrinſecùs, i. in ſimilitudine electri igniti, fulgorẽ ſuum intra ſe retinentis.[& à lumbis eius vſq; deorſum,] i. ad infimũ eius,[vidi quaſi ſpeciẽ ignis ſplẽdentis in circuitu.] i. in ſimilitudine electri igniti ac ſplendidi, fulgorẽ ſeu radios foràs per gyrũ emittentis, eum cõſpexi.[velut adſpectũ arcûs,] i. in ſimilitudine iridis.[cùm fuerit in nube] non eñ appáret niſi in nube.[in die pluuiæ.] Arcus quippe hic ſplendet. [Hic erat adſpectus ſplendoris] Dei reſidentis in throno, apparentis [per gyrum] throni, vel in circuitu præſidentis, ſecundùm modũ prætactum.

¶ Expoſitio multiplex præſcriptæ viſionis propheticæ. *Articulus* 2.

QVemadmodùm qdam affirmant, liber iſte Ezechielis, eſt de Deo vt creaturis ꝑſidente. Idcircò primo cap. deſcribiť imaginaria viſio, ad deſignandũ diuinæ ꝑſidentiæ modũ. Itaq; ꝑcedenti articulo expoſita eſt huius 1. cap. litera, applicando eã ad apꝑhenſionẽ imaginariæ viſionis: ꝗ expoſitio nõ eſt cõpleta, nec ꝓpriè literalis: qa in ea dictũ nõ eſt, qd ꝑ illas ſimilitudines imaginariè repſentatas, ſignificeť. Nunc ergò dicendũ, qd per viſionẽ hãc intelligẽdum ſit. Primum aũt quod in viſione iſta exprimiť, eſt ventus turbinis, deindè nubes. Itaq; ſecundùm Hieronymũ, verbũ Hebraicũ Rua, ꝓ quo vẽtus turbinis poſitus eſt, quãdoq; ſignificat ſpiritũ, interdũ aĩam, aliquandò ventũ. Qui ergò hoc loco ventũ turbinis legũt, per vẽtum iſtum intelligunt irã Dei venientẽ ab aquilone, i. à Nabuchodonoſor rege aduerſùm Hieruſalẽ. Per nubẽ intelligiť exercitus Chaldæorũ, quẽ rex contra Iudęõs adduxit: Per ignẽ inuoluentẽ, futura ſupplicia, & ciuitatis Hieruſalẽ ac templi cõbuſtio: Per ſplendorẽ, manifeſtatio clara diuini iudicij contra Iudæos. Porrò qui hoc loco legunt, & habeandum putãt, ſpiritũ, exponunt ꝑdicta in bono, intelligentes noĩe ſpiritûs, ſpiritum ſanctum. Per nubẽ intelligunt Chrm, qui iuxta Iſaiã, aſſcendit ſup nubẽ leuẽ, & intrauit Aegyptũ. (Iſaiæ 19.) Nã & ꝑdicatores nubes vocanť. Per ignẽ & ſplendorẽ, accipiunt charitatẽ & dona gratiæ atq; virtutes, de qbus ait Saluator: Ignem veni mittere in terram. (Lucæ 12.) Inſupèr, ꝙ de medio ignis appáret ſimilitudo electri: ſignificat, ꝙ diuina prouidentia nomine electri ſignata, inter tormenta & aduerſa non deeſt, immò nec diuina clementia. Sed Deo moderãte, quod pœna aduerſitaſq́; videtur, medicina peccati eſt. Quòd autem in medio ignis, ſimilitudo quatuor animalium ità (vt dictum eſt) diſpoſitorum apparuit, hoc deſignat, quòd rationales creaturæ Dei in quatuor partibus mundi verſentur, quæ ſub diuina prouidentia comprehenduntur, atq; ad eius imperium diſponuntur. Deniq; per ipſa quatuor animalia, qdam quatuor euangeliſtas intelligunt, ſicut & ipſe Hieronymus ſup Matthæum. Quidã verò, iuxta Platonẽ, per ea intelligunt quatuor partes ſeu vires aĩæ rationalis, quæ * refertur ad hoĩem: Vim cõ- (* referuntur)

cupiſcibilẽ,quę refertur ad bouẽ ſeu vitulũ,qui terrę operibus hæret:Vim iraſcibilẽ,quę pertinet ad leonem:& apicem affectûs,vel*ſynteresim ſeu conſciẽtiæ ſcintillam,q̃ refertur ad aquilam,qm̃ alijs viribus eminet.Hanc quadrigam Deus per modũ aurigæ gubernat, & incõpoſitis gradibus currentẽ refrenat,docilẽ efficit,& ſuo cogit parére imperio.Quidã in quatuor animalibus iuxta Hippocratẽ,quatuor elementa ex q̃bus oĩa mixta ſubſiſtunt,opinantur monſtrari, q̃ ſibi inuicèm admiſcẽtur, & cùm ſingula ſint,ſibi iuncta videnẽ,& inuicèm ſe tangũt.Vnaq; animalis perſona quatuor figuras habet ac ſpecies.Per rotas aũt animalibus iunctas,eorundẽ animalium contemperationẽ intelligũt, vel quatuor temporũ circulũ, qui tribus conficitur menſibus, annumq́; vertentem: ꝙ verò rota in rota eſſe aſſerit,annũ in anno ſignificari exiſtimant.Sed & per ſimilitudinẽ firmamenti,cælum iſtud quod cernimus,ſub quo oĩa iam p̃dicta voluuntur aut tranſeũt,intelligi dicunt.Per thronũ verò,& ſedentẽ in eo,Dei oĩpotentis imperiũ deſignatũ ediſſerunt. Quòd aũt pedes animalium recti dicũtur,& plãta pedis eorum quaſi plãta pedis vituli, ſignificat, ſecundùm eos terrena quæq; ad cæleſtia ſubuolare,& elementa ad figurã ſphæricã tendere.Manus quoq; hoĩs ſub pennis animaliũ eſſe deſcribiẽ,vt ratio cuncta ſuſtentet,& de humilitate terrena ad cęleſtia eleuet.Per ſcintillas demùm intelligunt oĩa eſſe luminis plena.Præterea ſicut Hieronym⁹ recitat, Catina quidã(quẽ Syrij lepton,i. acutũ & ingenioſum appellãt)per quatuor animalia dixit ſignificari quatuor ordines caſtrorũ duodecim tribuũ Iſrael in deſerto,q̃ diuiſæ fuerunt in quatuor partes,in quarũ qualibet erãt exercitus triũ tribuũ.Fuitq́; vnus ordo caſtrorum ad orientẽ,alter ad occidentem,alius ad meridiẽ,& alter ad ſeptentrionẽ,qui ſibi inuicèm,& conſanguinitate & charitate ſociabantur:quod eſt,fuiſſe rotam in rota,q ducebanẽ à ſpiritu,protegebantur à nube,illuminabanẽ à columna ignis, nec reuertebantur in Aegyptum,ſed ad terram promiſſionis ire feſtinabãt.Præterea per electrum intelligit ſancta ſanctorum:faciem aũt hoĩs refert cõmuniter ad totũ populum Iſrael:faciem leonis,ad tribum regalem: faciem vituli,ad ſacerdotalem:faciem aquilæ deſupèr eminentem,dixit ſignificare vltionem Dei de cælo ſuper impios reſpicientem,eosq́; laniare paratã: ac ſuper huiuſmodi quadrigã tanq̃ aurigam ſedere Deum,faciendaq́; vel non facienda præcipere.Deniq; ꝙ animalia pennas & facies per quatuor partes habebant,& ꝙ pennæ eorum ſibi in extremitatibus iungebantur &c. ſignificat animalia vel euangelia ſibi mutuò eſſe cohærentia & coniuncta, quæ & per totũ mundum volauerunt, ſemperq́; ad vlteriora procedunt,ſicut Apoſtolus ait,q̃ retrò ſunt oblítus, in anteriora extẽdo meipſum. Hoc

Philip.3. & de viribus animæ, temporumq́; volatu & elementorum cõmixtione dici poteſt. Similitudo autẽ vultûs eorum,facies hominis & facies leonis à dextris ipſorum quatuor &c. Secundùm Hieronymum,per faciem principia Euangeliorum ſignantur, è quibus homo & leo,i. generatio Chriſti humana & prædicatio eius,vel vox Ioannis in deſerto,à dextris ſunt. Facies autem vituli,i. victimarum & ſacerdotij Iudæorum,quia iam ceſſauerunt,à ſiniſtris fuiſſe ſcribuntur. Hęc omnia ſibi conſonãt & cohærent.Facies verò aquilę ſurſum apparuit,quoniam quæ Ioannes de Chriſto deſcribit in euãgelio,ſublimiora ſunt his quæ alij tres de Chriſto ſcripſerunt. Et facies eorum & pennæ eorum extentæ deſupèr: quoniam Euangeliſtæ prædicando cæleſtia, intentionem vultumq́; mentis erigunt ad diuina. Per pennas autem duas corpora tegentes, ſignificatur humana ſcientia & terrena, à perſecutione diuinorum debere excludi, & quòd in hac vita non conceditur nobis reuelata, ſed ve-

1.Cor.13. lata & imperfecta de Deo notitia, ſicut Apoſtolus proteſtatur: Ex parte cognoſcimus. Et vnumquodq; coram facie ſua ambulabat.Vbì erat impetus ſpiritûs, illuc gradiebantur.Sancti enim euangeliſtæ cùm manum miſiſſent ad aratrum,non reſpexerunt retrò, ſed in directum tendebant, prout à ſpiritûs ſancti agebantur impulſu. At verò ꝙ animalia carbonibus ignitis lampadibusq́; accenſis ſimilia videbantur,Euãgeliſtarum ſplendorem in ſapientia atq; feruorem in charitate ſignificat.Et animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis: celerrimè enim per mundum diffuſa fuit euangelicæ prædicatio legis: & euangeliſtæ ibant in altiora, & reuertebantur, non per defectum labendo in poſteriora,ſed id quod cœperant, continuando ac perficiendo: & talis reuerſio non obuiat ei quod dictum eſt, Non reuertebantur cùm ambularent. De his animalibus proceſſit ad alios ſplendor doctrinæ, & de ſplendore naſcebatur fulgur dilectionis ignitæ,flammigeræ. Præterea per rotas animalia ſequentes, ſignificatus eſt certus omnium curſus. Rota quoq; in rota, veteris & noui teſtamenti iuncturam ſignificat, quorum ſtatura & curſus ſublimis tendit ad cælum, & parùm quid attingit in terra. Videtur autem per rotam intelligi poſſe Eccleſia: & per quatuor rotas, Eccleſia per quatuor mundi plagas diffuſa ac quadripartita, quæ Euangeliſtarum ſequitur documenta,quæ comparatur mari magno:& quatuor facies habet, quatuor cardinales virtutes,vel quatuor dona ſpiritûs ſancti,ad aciem viſumq́; mentis ſpectantia, id eſt, ſapientiam, intellectum,conſilium,atque ſcientiam. Vel quadriformem conſiderationem, nunc adſpiciendo præmia beatorum, nunc ſupplicia damnatorum, nunc diuini iudicij ſeueritatem, nunc mortis acerbitatem.Rotæ iſtæ ambulando per actus virtutum, & eleuando ſe ad intuitum ſupernorum, & ſtan-

do in quiete mentali,conformant ſe ſanctis Euangeliſtis.& ſpiritum vitæ,i. ſpiritum ſanctum viuificantem vita grãæ,ſunt ſecutæ:ſuntq́; oculis plenæ,quia in oĩbus ſapienter & cautè ſe habuerunt. De firmamento aũt & throno & ſedente in eo,iam dictum eſt quid deſignent. Quemadmodùm aũt per cryſtallum, cui firmamentum comparaẽ, monſtratum eſt,ꝙ oĩa quæ in cęlis ſunt, puriſſima atq; lucentia ſunt:ſic per ſapphirum,abſcondita & ſecreta ac incõpræhenſibilia Dei ſacramenta ſignantur. Porrò per ſonum alarum fortẽ atq; ſublimem,euãgeliſtarum efficaciſſima p̃dicatio, partìm terribilis ꝓpter comminationes, partìm dulciſſima propter bona ꝓmiſſa, exprimiẽ. Cumq́; ſtarent à contemplationis volatu,[demittebant pennas ſuas,] opera vitæ actiuæ exercendo, & proximis condolendo:idq́; fecerunt iuxta imperium Dei & inſtinctum ſpiritûs ſancti.Poſtremò, ꝙ Deus in throno reſidens,in forma humana apparuit,futuram tunc incarnationẽ monſtrauit: ꝙ verò in ſpecie & colore electri apparuit,ſuæ ſuperſplendidiſſimæ ſapientiæ eminentiam figurauit: ꝙ autem à lumbis & ſurſum *intùs ſe cõtinebat ſplendorẽ,& in parte inferiori emicabat, oſtẽdit ꝙ ſapientia eius ſecundùm quod in ipſo eſt,ſit incomp̃henſibilis nobis,ſed p ſuos effectus nobis vtcũq; manifeſtaẽ, iuxta illud Sap.13.A magnitudine ſpeciei creaturę poterit creator horũ cognoſcibiliter videri.Et ad Rom. Inuiſibilia Dei per ea q̃ facta ſunt,conſpiciunẽ.Aduertendũ aũt,ꝙ ſecũdùm quorundam expoſitio- Rom.1.

nẽ,p quatuor aĩalia & quatuor eorũ facies & quatuor rotas,intelligunẽ quatuor magna regna ſibi inuicèm ſuccedentia,ſ.Chaldæorũ,Perſarum,Gręcorũ,& Romanorũ,q̃ fuerunt Iudæis moleſta.Specialiter quoq; per faciem leonis intelligiẽ regnum Chaldæorum. Vndè & Nabuchodonoſor viciſ- 1.Eſd.1.

ſim in ꝓphetis leo vocaẽ,iuxta illud Iere.4.Aſcendit leo de cubili ſuo.Per faciẽ hoĩs, regnum Per- & 2.

ſarum,cuius aliqui reges,videlicet Cyrus & Darius,humanè tractauerunt Iudæos. Per faciẽ bouis, Dan.5.

regnum Gręcorũ,quod ità moleſtauit & ventilauit Iudæos,p̃ſertim diebus Antiochi regis,ſicut bos 1.Mac.1. 2.& 3.

cornibus ſuis quęq; impellit.Per faciẽ aquilæ,intelligi daẽ Romanum imperium, cuius etiã vexillũ eſt aquila,fuitq́; ſublimius alijs regnis.Per alas,intelligunẽ angelicæ poteſtates regnis his p̃ſidentes. Per motum aĩalium & rotarum ad quatuor partes terræ oppoſitas,intelligiẽ dilatatio regnorũ iſtorum vndiquaq;. Per velocem inſupèr motum terribilemq́; adſpectum,robur ferociaq́; ipſorum.Per manus, opera. Per firmamentum p̃dictum, pars mundi ſuperior,q̃ Dei ac beatorum locus eſt.Iſtud in expoſitiõe cuiuſdã,ſ.Lyræ,pleniùs ſcribiẽ.idcircò pcurro, idq́; adijcio, ꝙ expoſitio iſta nõ appáret literalis,Primò,qm̃ multa in litera dicunẽ de aĩalibus iſtis,alis,& vultibus,q̃ pręfatis regnis incredulis competere non videnẽ.Ob hanc em̃ ſignificationem non fuiſſent cuilibet aĩali quatuor facies neceſſariæ,ſed vna ſuffeciſſet:Item aĩalia iſta erant per oĩa æqualia,regna aũt prædicta in poteſtate multùm diſtincta.Inſupèr iſtis regnis non videẽ competere plenitudo oculorum p̃ſcripta,cùm & de Cyro pcipuo rege Perſarum,Dñs dixerit per Iſaiam:Aſſimilaui te,& non cognouiſti me.alij aũt ex- Iſaiæ 45.

cæcatiſſimi erant,p̃ſertim Antiochus.Adhuc autem certiſſimũ eſt, ꝙ euangeliſta Ioannes in Apoc. 1.Ma.5.

non verbis duntaxàt,ſed & ſenſibus conformat ſe ſanctis prophetis,p̃ſertim in locis valdè obſcuris, & 6.

intantùm ꝙ aliqui Chr̃iani verba illa nimìs ſupficialiter attendentes,iudaizabant,illos ſequẽdo Iudæos qui literam occidentẽ,non ſpiritum viuificantẽ,ſequunẽ.Cùm ergò beatiſſimus Chr̃i apoſtolus Ioãnnes in Apoc.de quatuor aĩalibus iſtis loquaẽ,multùm conformaẽ ad viſionẽ eorum iſto de- Apo.4.

ſcriptam capitulo.Et per illa quatuor aĩalia,ſecundùm doctores, communiter intelligunẽ quatuor Euangeliſtæ. Videẽ & hîc de iſtis aĩalibus idem tenendũ. Ampliùs, in iſto propheta agiẽ de præſidẽtia Dei ſuper rationales creaturas potiùs,quantùm ad eſſe grãæ,q̃ quo ad eſſe naturæ: ideò de euangeliſtis potiùs, q̃ de regnis iſta intelligenda exiſtimo. Veruntamen in iſta materia nihil p̃cipitanter aut p̃ſumptuoſè affirmo,potiſſimè cùm teſte Hieronymo,in huius viſionis interpretatione ſeu expoſitione mutę ſint oẽs ſynagogæ Iudęorum, vltrà hoĩem eſſe dicentium, de hac viſione & templi ædificatione,quæ circa finem huius libri deſcribitur,aliquid velle diſſerere,vel conari.Idcircò Hieronymus dicit, ſe in huius viſionis pertractatione magìs ſuſpicari poſſe, q̃ explanare: Immò ſecundùm Hieronymum,Iudæorum traditio eſt,vt nemo eorum principia libri Geneſis,nec Cantica cãticorum,nec huius voluminis exordium vel finem legere permittatur, niſi ætatem ſacerdotalis miniſterij,i.triceſimum annum impleuerit, quatenùs ad perfectam ſcientiã & myſticos intellectus plenum humanę naturę tempus accedat.Hinc quoq; in iſto articulo diuerſas tetigi expoſitiones,nil inconſultè diffiniens,maximè cùm aliqui dicant non quatuor fuiſſe animalia, nec quatuor rotas, ſed vnum animal,vnamq́; rotam:ſed quatuor dici, propter quaternarium facierum. Nihilominùs ſecũdùm ſeriem literę probabilius eſt quatuor fuiſſe.

¶ *Pertractatio eiuſdem cap. ſecundùm expoſitionem S.Gregorij.* *Articulus* 3.

CIrca pręſens cap.primò inquirit B.Gregorius, cur propheta cùm nihil pręmiſiſſet, librum ſuum à coniunctione,quæ inter duo mediare ſolet,incepit dicendo:Et factum eſt.Ad quod reſpondet,quòd ſicut ſenſus noſter corporalia,ſic ſenſus ſeu intellectus prophetarum ſpiritualia inſpicit.Idcircò ſunt eis illa præſentia, quę noſtrę ignorantiæ videntur abſentia. Vndè in menti-

bus prophetarum interioribus coniuncta ſunt exteriora, & vtraq; ſimul cognoſcunt. Ideò itaq; à
coniunctione incepit, quoniam verbum quod foris protulit, verbo quod intùs per reuelationẽ au-
Matth.3. & 4. diuit, coniunxit. Deniq; ꝙ xxx. ætatis ſuæ anno, audit Ezechiel primò verba reuelationis propheti-
cæ, myſticè ſignat, ꝙ Chriſtus eadem ętate venit ad baptiſmum, & poſt dies paucos prędicare exor-
Gen.41. ſus eſt. Hęc nanq; (ſecundùm Hieronymum) in hominibus perfecta eſt ætas, in qua ſecundùm le-
Marc.1. Luc.3. gem Moſis, ſacerdotes cœperunt in tabernaculo miniſtrare, in qua & Ioſeph cõſtitutus eſt dñs ter-
Iere.1. ræ Aegypti, & Ioannes Bap. ad Iordanis fluenta deſcendit, ꝓdicare & baptizare incipiens. Nec con-
Dan.1. & 2. tra hoc mouere quempiam debet, ꝙ Ieremias & Daniel ſpiritum prophetiæ pueri ſeu in pueritia ac-
ceperunt: quia, vt dicit Gregorius, miracula non ſunt in exemplũ operationis trahenda. Porrò Eze-
Ezec.1. chiel in multis fuit figura dñi Saluatoris. Nam ſicut Ezechieli aperti ſunt cæli, & vidit ſecreta Dei
Luc.3. Ioan.1. anno ſuo trigeſimo, ità & Chriſto in eadem ætate baptiſmum ſuſcipienti aperti ſunt cæli, & vox pa-
tris audita eſt, deſcenditq́; ſuper eum ſpirituſſanctus. Dicit quoq; Gregorius, per electrum, quod ex
auro argentoq́; mixtum eſt, Chriſtum, in quo diuinitati quaſi auro humanitas velut argentum vnita
eſt, deſignari. Quòd autem in medio ignis ſiue electri, ſimilitudo quatuor animalium apparuit, de-
ſignauit quòd ſancti quatuor Euangeliſtæ in Chriſto per gratiam ſolidarentur, & igne tribulationis
pro ipſo affligerentur. Ampliùs, quòd in his quatuor animalibus ſimilitudo hominis fuiſſe primò
præmittitur, id deſignat, quòd Euangeliſtæ ad Chriſti ſimilitudinem ſeu imitatiõem virtutum eius
1.Cor.4. tendebant, vt ſancti conſiſterent. Vndè & Paulus: Imitatores, inquit, mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.
Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Per faciem, fides atq; notitia Dei: per pennam, contem-
plationis volatus exprimuntur. Vnicuiq; ergò animalium ſunt quatuor facies, quoniam quod om̃es
quatuor de Chriſto credunt, ſcribunt, ac ſentiunt, ſingulus quiſq; eorum conſcribit & ſentit. Vni-
cuiq; quoq; quatuor pennæ ſunt, qm̃ Dei patris vnigenitum concorditer prædicant, contemplatio-
niſq́; ala inſpiciunt. Facies tamen euangeliſtarum, ad Chriſti humanitatem: penna verò eorum, ad
eius diuinitatem referri ſpecialiter poteſt, quoniam in eum quem corporeum inſpiciunt, quaſi faci-
em tendunt: quem dum ratione diuinitatis incircunſcriptum incorporeumq́; denunciant, per con-
templationis pennam in ſublime conſcendunt. Quòd autem horum animalium pedes recti dicun-
tur, deſignat quòd actus & greſſus eorum, non erant ad peccati obliquitatem retorti. Ideò Paulus
Heb.12. hortatur: Greſſus rectos facite pedibus veſtris. Planta pedis eorum, quaſi planta pedis vituli. In Euã-
geliſtis & ſanctis prædicatoribus planta pedis eſt vituli, putà maturè incedens, & fortis, atq; diuiſa:
quoniam vnuſquiſq; prædicator idoneus, & venerationem habet in maturitate, & fortitudinem in
operatione, & diuiſionem vngulæ in diſcretione. Non enim faciliter prædicatio eius accipitur, ſi le-
uis in moribus videatur: & nulla erit maturitatis oſtenſio, ſi contra aduerſa om̃ia non adfuerit ope-
ris fortitudo. Virtutis autem meritum, fortitudo operationis amittit, ſi diſcretio in intellectu nõ fu-
erit. Et ſcintillæ quaſi adſpectus æris candentis. Aeri, quod valdè ſonorum eſt, Euangeliſtarum vo-
Pſal.18. ces comparantur, quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. & ſicut æs candens ſonat & ardet, ſic
prædicatorum ſanctorum vita ardet deſiderio, ſonat verbo. De candenti quoq; ære ſcintillæ proce-
dunt, quoniam de illorum ore verba flammantia aures audientium prodeunt, quorum verba rectè
vocantur ſcintillæ, quoniam quos in corde tetigerint, ad amorem Dei incendunt. Et manus homi-
nis, i. operatio rationalis ſub pennis eorum, id eſt, ſub contẽplationis volatu in quatuor partes mun-
di, ad quas prædicatio iſta deuenit: contemplationem enim ornare debet vita actiua, & vice ver-
ſa. Et facies & pennas per quatuor partes habebant, quoniam ſancti Euangeliſtę in quatuor mundi
partibus denunciauerunt, quod de Chriſti humanitate & diuinitate ſenſerũt, idq́; cõcorditer pere-
gerunt. Non reuertebantur cùm incederent, ſed vnumquodq; ante faciem ſuam gradiebatur: quo-
niam à terrenis ad ſpiritalia tranſiêrunt. & proficiendo in bonis, ſemper ad anteriora atq; æterna fe-
ſtinârunt, quod & nos iugiter imitari pro poſſe debemus. Nemo enim reſpiciens retrò, poſtq̃ manũ
ſuam ad aratrum miſit, aptus eſt regno Dei. Inſupèr iuxta Gregorium, per hominem deſignat̃ Mat-
thęus, quoniam ab humana Chriſti generatione incepit: Per leonem Marcus, qui à clamore in de-
ſerto exorſus eſt: Per vitulum Lucas, qui à ſacrificio inchoauit: Per aquilam verò Ioannes, qui euan-
gelium ſuum à Chriſti diuinitate incepit. Prętereà per animalia iſta etiam Chriſtus intelligi poteſt:
quia per incarnationẽ factus eſt homo, & in cruce pro nobis in ſacrificium eſt oblatus vt vitulus, ꝓ-
pria quoq; poteſtate ſurrexit vt leo, in aſſcenſione demùm eleuatus eſt ſuper vniuerſa, vt aquila. De-
niq; omnis electus, atq; in via Dei perfectus, homo, vitulus, leo, & aquila eſt. Homo, ratione in cun-
ctis vtendo: Vitulus, paſſiones & vitia mortificando, & ſe Deo totaliter offerendo: Leo, aduerſa
æquanimiter tolerando, & impedimentis virtutum efficaciter reluctando: Aquila, diuinorum con-
templationibus inſiſtendo. Similitudo autem vultûs eorum, facies hominis & facies leonis à dex-
tris ipſorum quatuor &c. Nam incarnatio Chriſti per hominem deſignata, eiuſque reſurrectio per
leonem expreſſa, materiam præbent gaudendi: ſed paſſio eius fuit diſcipulis doloroſa: idcircò fa-
cies

cies bouis, qua paſſio figurat̃, à ſiniſtris fuiſſe deſcribit̃. Facies autem aquilæ deſupèr eminebat, qm̃
aſſcenſionem Chr̃i ſignauit: & quia Ioannes cæteris altiùs ſcripſit, immò & Chr̃i diuinitatem tã altè
deſcribens, etiã ſuper ſeipſum tranſiuit. Propter hoc & deſuper ipſorum quatuor fuiſſe aſſerit̃, cùm
tñ & ipſe vnus quatuor fuerit. Et facies eorũ, & pennæ eorum extentæ deſupèr. Oĩs nanq; euange-
liſtarum ac ſanctorum contẽplatio, itemq́; intentio, ſuper ſe tẽdit, vt id adipiſci valeat quod in cęle-
ſtibus appetit. Duę pennę ſingulorũ iungebant̃, & duæ tegebant corpora eorũ. Per pennas deſupèr
iunctas, intelligunt̃ amor & ſpes futurorũ bonorum. Per alas duas, timor & pœnitentia de ꝑteritis
malis, q́ ab oĩpotentis Dei oculis per timorẽ & pœnitentiã quaſi abſcondi vident̃, ſecundùm quod
legimus: Beati quorũ remiſſæ ſunt iniqtates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non impu- Pſal.31.
tauit dñs peccatũ. Itemq́;: Auerte faciẽ tuam à peccatis meis. Vbì erat impetus ſpiritûs, illuc gradie- Pſal.50.
bant̃, i. ſpiritûs ſancti inſtinctũ & rationis cenſurã ſecuti ſunt: impij aũt impetũ carnis concupiſcen-
tiamq́; ſequunt̃. Et hæc erat viſio diſcurrens in medio aĩalium, &c. Splendor ignis, & de igne fulgur
egrediẽs, in medio aĩalium diſcurrens videt̃: qa niſi ab igne veritatis ſpiritu ſancto pennata aĩalia ca-
lorẽ ſuſciperent, in carbonũ ac lampadarũ ſimilitudine non arderent. Et aĩalia ibant & reuerteban-
tur, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. Superiùs dixit ꝓpheta, ꝙ animalia ibant, & non reuerte-
bant̃: quia videlicet ſic tendũt ad bona agenda, vt ad mala non redeant ꝑpetranda. Quod ergò nũc
ait, Ibant & reuertebant̃, ad aliud referre oportet, videlicet quòd in actibus vitę contemplatiuæ, ad
vitam actiuam ſeu aliqua opera eius, frequenter reuerti compelluntur: quia in illis mens fixa diù
ſtare non valet, ſicut in actibus vitæ actiuæ. Cumq́; adſpicerẽ animalia, apparuit rota vna ſup terram.
Rota, eſt ſacra ſcriptura, q́ ex omni parte ad audientiũ voluit̃ aures, & nullo erroris angulo à ꝓdicati-
onis ſuæ itinere retinet̃. Fuerunt aũt quatuor rotæ, & cuilibet erant quatuor facies: qm̃ ſacra ſcriptu-
ra per quatuor librorũ ſuorum partes diſtinguit̃. Nam vetus teſtamentũ per legẽ & prophetas, No-
uum p Euangelia & actus ac dicta apoſtolorum diſtinguit̃. Poteſt quoq; per quadriformem faciem
quadripartita ſcripturarũ expoſitio accipi, q̃uìs id à Gregorio loco p̃ſenti non tangat̃. Et adſpectus
rotarũ, & opus earum quaſi viſio maris. In ſacra em̃ ſcriptura ſunt magna ſententiarũ volumina, &
grandes ſenſuum cumuli. Et vna ſimilitudo ipſarũ quatuor. Qm̃ præfatæ quatuor partes ſcripturę, ſ.
lex & prophetæ, euangeliũ & libri apoſtolorũ, de Chr̃o vniformiter concorditerq́; teſtant̃. Per qua-
tuor partes earũ, i. per has quatuor partes ſcripturæ, ibant rotæ ad fideliũ corda: Et non reuertebant̃
rotæ cùm ambularent: qm̃ omnes libri ſcripturarum p̃nominati, vſq; ad finem ſeculi permanebunt,
proficientq́; electis, p̃ſertim ſi ſpiritaliter intelligant̃ ſcripturæ. Statura quoq;, i. rectitudo & obſer-
uantiã pręceptorum, & altitudo, i. supernæ promiſſionis ſublimitas, & horribilis adſpectus, i. com-
minatio æternæ damnationis, erant in rotis. Hęc enim denunciantur in diuinis ſcripturis. Quumq́;
ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea, &c. Ambulant animalia, quum viri ſancti
in ſcriptura ſacra intelligunt, quemadmodùm moraliter viuant: & rotæ ea ſequuntur: quia quo ipſi
magìs proficiunt in ſcripturis, eo ſcriptura plùs ꝓficit apud eos. Quôcunq; ibat ſpiritus, illuc eunte
ſpiritu & rotæ pariter leuabãtur, ſequentes eum. Quò enim ſpiritus legentis tendit, illuc diuina le-
uantur eloquia: quia ſi in eis altum quid videndo & ſciendo quęſiêris, hęc eadẽ ſacra eloquia tecum
creſcunt, tecum in altioribus ſcandunt. Spiritus enim vitæ erat in rotis: quia per ſacra eloquia donis
ſpiritûs ſancti viuificamur, vt mortifera à nobis opera repellamus. Et ſimilitudo ſuper capita anima-
lium, quaſi adſpectus cryſtalli horribilis, extenti ſuper capita eorum deſupèr. Per firmamentum in-
telligi poteſt angelicarum poteſtatum protectio, vel Saluator electorũ defenſor, inſtar cryſtalli for-
tis & ſplendens, quibus viatores in ſeculo iſto pia tuitione teguntur. Sub firmamento autem pennæ
eorum rectæ alterius ad alterum. Tunc pennę virtutum ſub firmamẽto rectę ſunt, quandò vnus al-
teri impendit bonum quod à Deo ſuſcepit, quemadmodùm Petrus hortatur: Vnuſquiſq; ſicut ac- 1.Pet.4.
cepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. Et audiui ſonum alarum quaſi ſonum aquarum
multarum. Alę animalium ſunt virtutes ſanctorum. Porrò per aquas populi deſignantur. Itaq; ſonus
alarum, eſt quaſi ſonus aquarum multarum, quoniam per omnipotentis Dei clementiam, illæ alæ
virtutum quę priùs in paucis virtuoſis ſonabant, iam nunc prędicatione diffuſa in multorum popu-
lorum conuerſationibus reſonant, quaſi ſonum ſublimis Dei, qui mentes electorum implet cęleſti
deſiderio, & ipſe exaudit impletas. Ipſe em̃ creat in ſanctorum corde amorem, & ipſe ex amantibus
cordibus ſuſcipit precem. Cùm ambularent, i. dum euangeliſtę & ſancti ꝓdicatores mundum præ-
dicando & conuertendo circuirent, quaſi ſonus erat multitudinis, qm̃ innumerabiles traxerunt ad
fidem, qui oẽs Deum tanq̃ angelicus quidam exercitus deuotiſſimè laudauerunt, vt ſonitus caſtro-
rum, i. ſpiritaliũ pugnatorum. Protinùs em̃ contra aëreas poteſtates ꝓlium arripuerunt. Cumq́; ſta-
rent, dimittebant̃ pennę eorum. Stant ſancta animalia, qñ ea q́ Dei ſunt, intenta cõtemplatione cõ-
ſiderant: ſed eorũ pennę demittuntur, quia dum alta Dei iudicia conſpiciunt, ſuę eis virtutes vile-
ſcũt. Nam cùm fieret vox ſuper firmamentum, quod erat ſuper caput eorum, i. cùm Chriſti vel ange-
lico-

licorũ ſpirituum pfectionem attenderẽt,vel internam allocutionẽ audirent, ſtabant & ſubmittebãt
alas ſuas, i. quicquid virtutis & grãæ habuerunt,illorum cõparatione quaſi nihil ſpreuerũt,nec diui-
na ſcrutari immoderanter audebant,quin potiùs ad ꝓpriæ paruitatis intuitum ſe verterunt, queãd-
Abac. 1. modùm Abacuc ait:Dñe,audiui auditionẽ tuam,& timui.conſideraui opera tua,& expaui.Et ſuper
firmamentũ quaſi adſpectus lapidis ſapphiri,ſimilitudo throni, & ſup ſimilitudinẽ throni ſimilitu-
do quaſi adſpectus hoĩs deſupèr.Per ſimilitudinẽ throni,intelligiẽ ſuperna illa ſublimitas ſuperiorũ
mentiũ angelicarum,q̃ ad exteriora inferiùs non mittunẽ,quibus pſidet ipſe creator. Vndè propter
Pſal. 19. eminentiam deiformẽ earum,Deus in ipſis ſedere & habitare aſſeriẽ,iuxta id Pſal. Sediſti ſup thro-
num q iudicas iuſtitias.Et vidi quaſi ſpeciẽ electri,velut adſpectum ignis intrinſecùs &c.Quod Sal-
uator à lumbis & ſurſum,adſpectum electri,& ignis intra ſe ſplendentis,à lumbis verò & infrà,ſpeciẽ
ignis radios emittentis habere deſcribiẽ, id deſignat, ꝙ ante eius incarnationem in ſola Iudæa eius
amor atq; notitia fuit:poſt incarnationẽ verò & paſſionem,per vniuerſum mundum gẽtibus clari-
tatem ſpiritûs ſancti infudit,& ſuæ notitiæ radios dilectionisq; ſcintillas vbilibèt ſparſit, ſicut Iſaias
Iſaiæ 24. prædixit:A finibus terræ audiuimus laudes,gloriam iuſti. Cætera patent ex præinductis. Poſtremò
expoſitio iſta non eſt penitùs ſpiritalis,ſed etiam literalis in plurimis æſtimanda, his qui per quatu-
or animalia,quatuor Euangeliſtas ad literam deſignatos ediſſerunt.

¶ *Explanatio 2. cap. Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Dei.* *Articulus* 4.

DEſcripta difficilima atq; altiſſima viſione cap.pcedenti,deſcendit propheta ad particularia,&
quid ſibi poſt viſionem illam dictum itemq; cõmiſſum ſit,pandit. Itaq; præcedentibus nunc
dicenda continuans,ait:[Hæc viſio] i.imaginaria repræſentatio,ſeu prophetalis conſpectio,præce-
denti capitulo explicata fuit [ſimilitudinis gloriæ dñi] i. non ipſius diuinæ maieſtatis in ſeipſa, ſed
cuiuſdam effigiei ipſius angelico miniſterio formata ac demonſtrata, ſicut iam dictum eſt pleniùs
in expoſitione præcedentis capituli.[& vidi] ea quę primo capitulo ſcripta ſunt.[& cecidi in faciem
meam] videlicet pronus ad terram.In viſionibus enim tam horrendis ac magnis,humana infirmitas
corporalibus viribus deſtitui ſolet propter nimiam mentis occupationem circa ſecreta diuina, ex
qua corporalis complexio maximè immutatur, & alienationem animi à ſenſu exteriori homo in-
currit,& propter horrorem rerum quæ demonſtrantur. Hinc Iſaias oſtenſa ſibi Babylonis deſtru-
Iſaię 21. ctione,ait:Corrui cùm audirem,conturbatus ſum cùm viderem,emarcuit cor meum. Daniel quoq;
10.cap.cùm grandem ac terribilem viſionem deſcripſiſſet,ait:Non remanſit in me fortitudo. ſed &
ſpecies mea immutata eſt,& emarcui,nec habui quicquam virium.Porrò,ſecundùm Hieronymum,
Ezechiel tantæ viſionis magnitudine non eſt elatus,ſed conſcientia fragilitatis humanæ procidit in
2. Cor. 12. faciem ſuam. Vndè & Paulus poſtquàm ad tertium cælum raptus eſt, & ineffabilia verba audiuit,
datum ſibi aſſerit angelum ſatanæ,qui ſe colaphizaret nè extolleretur. [& audiui vocem loquen-
tis] videlicet angeli, cuius miniſterio fiebant prophetæ reuelationes diuinæ. ſed an ſolo interiori
auditu audierit,an etiam corporali,non exprimit:ex ſequentibus tamen videtur, quòd vtroq; mo-
Zach. 2. & 3. do.[& dixit ad me] locutione interna,ſicut Zacharias ſæpiùs ait:Angelus loquebatur in me:vel eti-
Luc. 1. am exteriori,ſicut ad Zachariam patrem Baptiſtæ.[Fili hominis,ſta ſuper pedes tuos,] id eſt,cor tuũ
ad diuinorum aduertentiam contemplationemq; cæleſtium erige.Hoc enim per corporis ſtationẽ
deſignabatur neceſſarium eſſe ad rationem cognitionis propheticæ.Literaliter quoq; corpore ere-
cto atque robuſto, aptior erat ad actum intellectiuum, quàm pronus debilisq; iacendo. [& loquar
tecum,] cùm obediendo & ſtando te ad meam allocutionem aptaueris. [Et ingreſſus eſt in me ſpi-
ritus,] id eſt,angelus me confortauit per ſuæ poteſtatis influxum. Vel ſenſus eſt: Spiritus meus ſeu
anima præ defectu collapſa,reuerſa eſt ad me priſtinam virtutem recipiendo, non locum mutãdo.
Sic enim de recuperantibus fortitudinem priſtinam communiter dicitur in ſcripturis:Reuerſus eſt
ſpiritus eius. [poſtquàm locutus eſt mihi] qui reſidebat in throno præfato, qui non erat veraciter
Deus,ſed angelus in perſona Dei apparuit,ſicut Ioannes Apoc.1. aſſerit ſibi apparuiſſe ſimilem filio
hominis,vtporè angelum in perſona & ſpecie Chriſti. [& ſtatuit me ſupra pedes meos.] Ità & Dani-
Dan. 10. el profitetur:Statuit me in gradu meo.[& audiui loquentem ad me,] Deum, ſeu angelum in perſo-
na Dei [& dicentem:Fili hominis,mitto ego te ad filios Iſrael] eos videlicet,qui in Chaldæa fuerũt
ex regno Iudæ,qui propter peccata ſua grauiſſima non merentur dici populus Dei, ſed gentes per-
uerſæ,ſicut & nationes, ſicut ſubiungitur: [ad gentes apoſtatrices] per receſſum à fide, charitatè &
cultu vnius veri Dei.[quę receſſerunt à me] per inobedientiam,idololatriã, aliaq; diuerſa facinora,
iuxta illud Oſeę 4.Dñm dereliquerunt in non cuſtodiendo.Ab incircunſcriptibili etenim Deo nõ
loco,ſed vitio:non inceſſu,ſed diſſimilitudine mentis receditur.Receſſerunt quoq; à Deo, recedẽ-
do à templo eius in Hieruſalem,in quo Deus nomen ſuum poſuit,ſeq; ſpecialiter habitare teſtatus
eſt,& ſacrificando idolis in locis ſacrilegis,in qbus Deus ſpeciali modo non fuit.[Ipſi & patres eorũ
puaricati ſunt pactum meum vſq; ad diem hanc.] i.legem diuinam inceſſanter tranſgreſſi ſunt, pro
ma-

maxima parte etiã à tempore egreſſionis de Aegypto.Et ſi qui Iudæorũ interdùm benè vixerunt tẽ-
pore Iudicum & Dauid ac Salomonis,Ezechiæ,Abiæ,Ioſaphat & Ioſiæ,hoc tñ comparatiuè modi-
cum fuit,nec durauit.[Et filij dura facie] i.inuerecundi & mente indurati.[& indomabili] i.incorri-
gibiles [corde ſunt,ad quos ego mitto te,] non ꝙ Deus eos emendare nequiuerit,cùm ipſe ſit oĩpo-
tens medicus,qui ſolus ad nutum corda immutat,& quôcunq; vult, vertit:ſed quia habituati & ob-
ſtinati fuerunt in malis,ità ꝙ difficilimè poterant refrenari, quantùm fuit ex parte indiſpoſitionis
eorum,q̃uis omnia ſint Deo æquè facilia,cuius imperio oĩs obedit creatura. Vndè talibus dicitur Iere. 13.
à Ieremia:Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam,& vos poteritis benefacere,cùm didiceritis malè.
Iſaiæ quoq; 48.Sciui quia durus es tu,& neruus ferreus ceruix tua,& frons tua ænea.De quibus ite- Iere. 5.
rùm loquitur Ieremias:Indurauerunt facies ſuas ſupra petram & noluerunt reuerti. Magna aũt fuit
Dei bonitas,ad tam impios deſtinare prophetam.[Et dices ad eos: Hæc dicit dñs Deus.] quod au-
tem mox ſubditur,adhuc eſt verbum dñi ad prophetam,cur ſ.mittat eum ad illos.[Si fortè vel ipſi
audiant] verba mea per te,non exteriori ſolùm, ſed interiori auditu obediendo. [& ſi fortè quie-
ſcãt,] i.à vitijs ſuis ceſſent. Loquitur autem Deus,Si fortè,nõ quaſi dubius futurorumq; neſcius,ſed
vt hominẽ libero vigere arbitrio monſtret,& nè per præſcientiam eius putemus nos neceſſitari ad
faciendum,vel patiendum,vel omittendum q̃ ipſe prænoſcit:ſed quod nos ꝓpria voluntate ſumus
facturi,ille nouit futurum quaſi Deus.Sic ergò loquitur Deus,vt oſtendat ſe facere pro noſtra con-
uerſione quod eius eſt,& dãnationem noſtram eſſe ex nobis.Quòd verò ſic increpat eos iuſtè,ad-
iecit:[qm̃ domus exaſperans eſt.] i.plebs Deum in ſua natura pium, dulcem, clementẽ, ad rigorem,
aſperitatem,ſeueritatemq; prouocans:nõ ꝙ Deus in ſeipſo mutetur,aut amaricetur,ſed qm̃ per vin-
dictam ſuæ iuſtitiæ impijs talis videtur,quod tamen,Iſaia teſtante, alienum & peregrinum eſt opus Iſaiæ 28.
ab eo.propter quod ad Rom.11.ait Apoſtolus: Vide bonitatem & ſeueritatem Dei, ſeueritatem in
eos q ceciderunt &c.[Et ſciẽt quia ꝓpheta fuerit in medio eorũ.] i.cùm verba tua viderint adimple-
ri,experimentaliter noſcent te verum fuiſſe ꝓphetam.[Tu ergò fili hoĩs non timeas eos.] i. tormẽ-
ta q̃ tibi inferre minabuntur,vel poterunt.Iuſtus eñi quaſi leo confidens,abſq; terrore erit, vt Salo- Pro. 28.
mon ait.Et Iſa.51.habetur:Quis tu vt timeas ab hoĩe mortali,& à filio hoĩs,qui quaſi fœnum areſcit?
Hinc hortatur Saluator:Nolite timore eos qui corpus occidunt.Parati eñi eſſe debemus ad ponen- Mat. 10.
dum vitam pro Deo,ad moriendum pro æquitate.[neq; ſermones eorum] i.detractiones, commi-
nationes, irriſiones metuas: immò in iſtis gaudere debemus, cùm Chriſtus teſtatus ſit: Beati eritis Mat. 5.
quum maledixerint vobis hoĩes, & dixerint oĩe malũ aduerſùm vos, mentiẽtes,propter me:Gau-
dete in hora illa & exultate,quoniam merces veſtra magna eſt in cælo. [quoniã increduli & ſubuer- Luc. 6.
ſores ſunt tecum,] qui Deo & ſeruis eius non credunt,iuſtitiamq; peruertunt,& ſimplices fallunt,
bonos inficiunt, puſillos ſcandalizãt.[& cum ſcorpionibus habitas.] i. cum hominibus pungitiuis.
Deniq; ſecundùm Hieronymum,vnuſquiſq; pro moribus ſuis ſortitur vocabulum.Vndè ſcribis & Mat. 3.
phariſæis dicitur:Generatio viperarum.Et de Herode:Dicite vulpi illi. [Loquéris verba me ad eos, Luc. 13.
ſi fortè audiant,] & timeant,[& quieſcant.] Non eſt ergò, vt ait Hieronymus, ceſſandum, licèt mali
ſint quibus loquimur,quin ſecundùm Apoſtolum opportunè & importunè verbum Dei prædice- 2. Ti. 4.
mus,quoniam fieri poteſt vt durus corrigatur ad mollitiem.[Noli eſſe exaſperans ſicut domus] Iſ-
rael [exaſperatrix eſt.] i.illorum inobedientiam non ſequaris,*nec cum peruerſis peruertaris.[Tu *nè
autem fili hominis audi] cum omni diligentia mentis,[quæcunq; loquar ad te.] Nempe quò maior
eſt Deus,eò diligentiùs verba ipſius ſunt audienda, alioquì maieſtati eius non ſatisfit. [aperi os tu-
um,] id eſt,os intellectuale quo verbum mentis profertur,diſpone ad intelligendum quæ dico. [&
comede] i.ſpiritaliter maſtica,atq; in vẽtre memoriæ tene ac digere [quæcũq; ego dico tibi.] id eſt,
omnia quæ tibi reuelo,quorum notitia eſt animę eſca & mentis refectio. [& vidi] viſione imagina-
ria & mentali, [& eccè manus miſſa ad me,] apparuit enim prophetæ, quòd iubente eo qui ſedit in
throno,manus porrigeretur ante eum deſurſùm: quod totum fiebat per ſimilitudines imaginariæ
appræhenſionis,non fictas, ſed angelo adminiſtrante formatas ac repræſentatas.[in qua erat inuo-
lutus liber:& expandit illum coram me,] i.eorum quæ continebantur in ipſo, intelligentiam mihi
donauit,& ſecreta clarè reuelauit.[qui erat ſcriptus intùs & foris] videlicet ex vtroq; latere, quoni-
am multa continebãtur in eo,& de præteritis ac de futuris tractauit:literalem quoq; ſenſum & ſpi-
ritalem continuit. [& ſcriptæ erant in eo lamentationes] Iudæorum in Chaldæam tranſlatorum,
qui de ſua tranſmigratione dolebant.[& carmen] id eſt,conſolatio bonorum in aduerſis patienti-
am habentium.[& væ] id eſt,vaſtitas eorum,qui in Iudæa atque Hieruſalem contra Ieremiæ con-
ſilium regi Babylonis repugnauerunt.Vndè poſteà ab ipſo grauiſſimè premebantur.Vel lamenta-
tiones iuſtorum ſuper his qui in malitia perſtiterunt, & à iuſtis ad pœnitentiam inuitabantur.
Quemadmodùm enim Samuel Saulem,ſic Daniel,Ezechiel,& alij quidam electi Iudæi,aliorũ plan- 1. Reg. 15. & 16.
xerunt peccata, ipſosque ad idem prouocauerunt, & carmen conſolatorium ſuper his qui in ad- Dan. 10.
uer-

uerſis dño placuerunt.Vę quoq; ſup his qui penitùs deſperanť,qui cùm venerint in ꝓfundum pec-
catorũ,contemnũt.Poteſt etiã de eiſdem lamentatio cõſolatioq; haberi, ſecundùm diuerſos reſpe-
ctus:q̃a dum vitæ p̄ſentis aduerſa,q̃ patiunť tanq̃ q̃dam mala pœnalia & naturæ cõtraria cõſideranť,
debeť patientib⁹ ea lamentatio atq; paſſio.Inquantùm verò eadem conſideranť,vt medicinę contra
peccata, & purgamenta à vitijs,ac media ꝑtingendi ad gr̃am Dei,nè homo æternaliter pereat, vel vt
minùs damneť,ſic patientibus ea conſolatio eſt impendenda,& amatores eorum ſeipſos conſolari
poſſunt ac debent.Ideoq; de aliorum tribulationibus nunq̃ immoderatè contriſtari debemus,prę-
ſertim cùm pœnæ vitæ p̄ſentis ſint medicinales.Deniq; de moralitate p̄ſentis cap.opùs nõ eſt mul-
1.Cor. 10. ta conſcribere.cùm eñ iuxta Apoſtolum oĩa in figura contigerint illis,per Ezechielẽ (qui interpre-
tať fortitudo Dei,vel roboratus à dño) deſignať,quicunq; in euãgelica lege idoneus paſtor, efficax
doctor,diligenſq; p̄latus,qui à Chr̃o ad indomitorum atq; rebellium Deo hoĩm conuerſionem &
inſtructionem tranſmittiť,quibus vitia illa conueniunt, q̃ de filijs Iſrael dicta ſunt. Tali ergò famu-
lo ſuo præcipit dñs nè formidet,oſtenditq; ei librum intùs & foris ſcriptum,i.ſacram ſcripturã.Ta-
Mat.10. les fuerunt apoſtoli,quibus Chr̃s perhibuit: Eccè ego mitto vos ſicut agnos in medio luporũ. Ape-
Luc.24. ruit quoq; illis ſenſum,vt intelligerent ſcripturas.Porrò in libro diuinæ ſcripturæ ſunt lamentatio-
nes viæ,carmen patriæ,væ gehennæ.Poſtremò vt tactum eſt, Ezechiel in multis fuit figura Chriſti,
Mat.8. quem pater miſit ad domum exaſperantem ſubuerſores,increduloſq; Iudæos.Vndè etiam in figu-
Dan.7. ra Chriſti,qui in Euangelio vbertìm ſeipſum hominis filium nuncupat, tam frequenter Ezechieli
diuinitùs dicitur:Fili hominis.quod Danieli quoq; dicitur,raró tamen,vt patet in eius volumine.

¶ *Elucidatio cap.3.Et dixit ad me:Fili hoĩs,quodcunq; inueneris comede.* *Articulus* 5.

DIxit in fine p̄cedentis capituli ſanctus propheta,librum diuinitùs miſſum, coram ſe fuiſſe ex-
panſum:nunc clariùs ſcribit,ſe intellectu libri illius ſpiritaliter eſſe refectum atq; impletum.
[Et dixit ad me] dñs ſedens in throno:[Quodcunq; inueneris,comede.] i. quicquid tibi nunc pri-
mò proponitur,ſpiritaliter ede.Hoc enim dixerat Deus, qm̃ vidit quid prophetę mox manducan-
dum offerret.[Comede volumen iſtud.] i.librum p̄fatum intùs foriſq; ſcriptum, & lamentationes,
carmen,ac væ continentem,tibi incorpora. [& vadens, loquere ad filios Iſrael.] Primò eñ oportet
verba Dei intelligi,antequàm alijs prędicentur[& aperui os meum.] Sic enim in imaginaria viſione
prophetæ apparuit,quòd os materiale aperiret. Per quod interioris oris applicatio ad inſtructio-
nem ſpiritûs ſancti ſignificabatur. [& cibauit me volumine illo.] id eſt, intellectu libri huius ſpiri-
taliter me nutriuit.Eſt enim cibus aĩæ verbum Dei,iuxta illud Deute.8.& Mat.4.Non in ſolo pane
viuit homo,ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.[& dixit ad me: Fili hominis, venter tuus
comedet] i. intellectus tuus ſeu intellectualis memoria intra ſe cognoſcet, & ſpiritaliter maſtica-
bit ſcripta in libro.[& viſcera tua complebuntur volumine iſto.] i.interiora animæ tuæ præcordia,
mentis & voluntatis ac pietatis affectus pleni erunt ſenſu & guſtu voluminis huius.Dum enim prò-
pheta ſenſum iſtius libri memoriter tenuit & perpendit, generabať in vi affectiua dolor atq; com-
paſſio propter mala populi ſui:ſicq; intima animæ replebantur cognitione & affectione.Sunt quip-
pe ſpiritalia viſcera,de quibus in epiſtola ad Philemoné loquitur Paulus: Frater, ego te fruar in do-
mino,refice viſcera mea.[& comedi illud.]i.librũ hunc mihi incorporaui. [& factum eſt in ore meo
quaſi mel dulce.]verbum etenim Dei,ſeu ſermo diuinus in ſe dulcis conſiſtit, & menti ſuauiter ſa-
pit, ſecundùm quod à Deo infunditur, & mentẽ de veritate illuminat. Propter quod propheta ait:
Pſal.118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua,ſuper mel ori meo.Apparuit quoq; ꝓphetæ in viſione ima-
ginaria,ꝙ os aperiendo,ac librum vorando, ſuauitatem corporalem ſentiret in ore, per quod inte-
rioris oris delectatio,diuinam inſtructionem concomitans,figurabatur.[Et dixit ad me: Fili homi-
nis,vade ad domum Iſrael.]i.Iudæos in Chaldæam tecũ tranſlatos ac demorantes.[& loquéris ver-
ba mea ad eos.]Et nè propheta ſe excuſaret, addidit dñs:[Non eñ ad populum profundi ſermonis
& ignotę linguæ tu mitteris ad domum Iſrael.]i. filij Iſrael, ad quos te mitto, non ſunt tam ornati
ſeu rhetorici difficiliſq; ſermonis atq; extraneæ linguę,vt verba veſtra mutuò intelligere non poſ-
ſitis.[neq; ad populos multos]i.ad diuerſas gentium nationes, [profundi ſermonis & ignotæ lin-
guæ,quorum non poſſis audire]i.audiendo intelligere [ſermones.Et ſi ad illos mittereris]à me ad
prædicandum eis verbum Dei,[ipſi audirent te] credendo & obediendo, quoniam darem eis gra-
tiam taliter audiendi,vel per aliqua ſigna oſtenderem te eſſe miſſum à me,ſicq; ob meam authorita-
Ionæ 3. tem tibi præberent auditum,vt patuit in Niniuitis ad prædicationem Ionæ. quibus verbis docetur,
quòd Iudęi iſti erant magìs indurati ac impij q̃ gentiles.Propter quod ſubditur: [Domus autem Iſ-
rael nolunt audire te] ex contemptu & habituata malitia. & nè indè abundantiori abſorbearis tri-
ſtitia,quaſi hoc ſit ex tuo defectu,eccè te conſolando,cauſam quarè te audire renuunt,pãdo. [Quia
nolunt audire me,] ſed obicem ponunt inſtinctui meo, quo corda eorum affor & hortor ad bona,
1.Reg.9. legemq; Moſi datam à me non aduertunt. Similiter dñs conſolatur Samuelem de principatu eie-
ctum

ctum:Sicut fecerunt mihi,ſic faciũt tibi.Prętereà in verbis his patet,q̃ incõpręhenſibilia ſint iudicia
Dei,q̃a ad eos miſit ꝓphetam,quos nouerat nõ audituros:& ad eos non miſit quos nouerat,ſi mit-
tereť propheta ad eos,audituros.Ideò admirando exclamat Pſalmiſta: Venite, & videte opera Dei, Pſal.65.
terribilis in cõſilijs ſuper filios hoĩm. [Oĩs quippe domus Iſrael attrita fronte eſt.] i. ꝓcacis auda-
ciæ, nec Deo nec ſeruis eius reuerentiã exhibens,& cõſuetudine peccandi inuerecunda effecta,iu- Iere.4.
xta illud Ieremiæ:Frons mulieris meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere.Nõ eſt aũt putandum,
ꝙ oẽs abſolutè in Chaldæa Iudæi,tales extiterint, ſed tã multi, ꝙ alij videbanť pauci reſpectu eorũ.
quod autẽ modicum eſt, ꝓ nihilo reputať. Eſt itaq; diſtributio ꝓ generibus ſingulorũ,non pro ſin-
gulis generum.[& duro corde,] i. animo indurati,ità ꝙ ad ſuſceptionẽ verbi Dei molles non ſunt.
Quocõtrà in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt:Cor durum malè habebit in nouiſſimo.Et iterùm:Eſto man- Eccl.3.
ſuetus ad audiendum verbum Dei. [Eccè dedi faciẽ tuã valentiorem faciebus eorum.] i. maiorem
conſtantiã in bonis tibi donabo,q̃ ſit pertinacia illorũ in malo. [Et frontẽ tuam duriorẽ frontibus
eorum.] i.maior erit tua inuerecundia bona,q̃ illorum inuerecundia vitioſa, vt nullo ſupereris pu-
dore.ſed verba mea ſecurè denuncies.Per quod,ſecundùm Hieronymum, diſcimus interdùm eſſe
gr̃æ Dei,impudentiæ reſiſtere,& cùm ratio poſcit,frontẽ fronte auertere,nè verecũdia noſtra & pu-
dor humanus pertimeſcat inſidias æmulorum.Quemadmodùm aũt eſt verecũdia duplex, videlicet
bona & mala,ità & inuerecundia.[Et vt adamantẽ & ſilicẽ dedi faciẽ tuam.] i.inſuperabilẽ patientiã
præſtiti tibi,vt nulla illorũ frontoſitate & p̄ſecutione ceſſes ab iniuncto tibi officio.Eſt aũt adamas,
lapis duriſſimus. [Fili hoĩs,oẽs ſermones meos quos loquor ad te,aſſume in corde tuo.] Imprimẽ-
da eñ ſunt menti diuina eloq̃a,ſicut in Prouerbijs Salomõ dicit:Nè excidant de corde tuo iugiter. Prou.5.
vndè in Deuteronomio habeť:Erunt verba dñi in corde tuo,& narrabis ea filijs tuis,& meditaberis Deu.6.
ſedens in domo tua,& ambulans in itinere,& dormiens atq; conſurgẽs.[Vade ad tranſmigrationẽ
ad filios populi tui.] i.ad Iudęos de Iudæa in Chaldęam tranſductos, q̃ ſunt filij populi Hebræorũ,
de quo natus es tu.[Et aſſumpſit me ſpũs] i.ſpũs Dei ſeu ſpiritusſanctus, ad contẽplationẽ ſublimiũ
me eleuauit,& ad opus ſibi placitũ deputauit.Fuiq; raptus in ſpiritu,vt audirẽ quod ſubdiť.[Et audi-
ui poſt me vocẽ cõmotionis magnæ.] i.ſonitũ grandẽ,non ſtrepitũ inanem, ſed ſignificatiuum, vi-
delicet:[Benedicta gloria dñi] i.ſancta appáret ac innoteſcit Dei oĩpotentis maieſtas, magnificen-
tia,magnificuſq; effectus.[de loco ſuo.] i.de throno p̄fato ſupercæleſti quo reſidet. Quæ aũt fuerit
manifeſtatio gloriæ Dei facta ꝓphetæ,dictum eſt 1.cap. Vel locus Dei eſt tẽplum,putà Chriſtiano-
rum collectio:vel aĩa iuſti,q̃ ſedes eſt ſapientię.Ex quo loco innoteſcit magnificentia Dei p effectũ, Sap.7.
quẽ Deus operať in loco hoc. Mirabilis eñ Deus in ſanctis ſuis,& gloria maieſtatis eius benediciť Pſal.27.
ab his,quos Deus ipſe gratioſè inhabitat.Præterea,cùm iuxta Salomonẽ,Filius ſapiens ſit gloria pa-
tris,ꝑ benedictam gloriã Dei,intelligi poteſt vnigenitus patris,de quo Iſaias:Reuelabiť,inq̃t,gloria Iſaiæ 40.
dñi.Huius gloriæ locus,eſt pater ſeu cor ſinuſq; patris,quẽadmodùm Chr̃s in Euangelio ꝓteſtatur: Ioan.14.
Ego in patre,& pater in me eſt.Et Ioãnes inducit:Vnigenit⁹ filius q̃ eſt in ſinu patris,ipſe enarrauit. Ioan.1.
Rurſus loc⁹ Dei,eſt lux inacceſſibilis quã inhabitat.De qua ꝓcedunt effectus,in q̃bus cognoſciť &
laudať diuina maieſtas.Vel quod diciť,Benedicta gloria dñi,eſt verbum prophetæ, diuinæ ſublimi-
tatis beatitudinẽ cõmendantis,eiuſq; potentiam ex p̄fata ingenti cõmotione cognoſcentis.Audiuĩ
[& vocẽ alarum] aĩalium quatuor,de q̃bus iam dictum eſt, [percutientiũ alteram] alã [ad alterã] i.
vnã ad aliam alam,vel ꝓpriam vel alterius aĩalis,cuius alæ ala ſua fuit in extremitate coniuncta,vt di-
ctum eſt.[Et vocẽ] i.ſonum [rotarũ ſequentium aĩalia.] de q̃bus oĩbus plurima dicta ſunt 1.cap.Fe-
cit aũt Deus ꝓphetam hîc rurſus audire,vt de confortatione ſibi ꝓmiſſa certior fieret, videndo po- Ezec.1.
teſtatẽ Dei in iſtis effectibus.[Et vocẽ cõmotionis magnę,] de qua dictũ nunc eſt,q̃ iram Dei ſuper
Iſrael venturã ſignauit.[Spũs quoq; leuauit me.]i.ſpũs ſanctus ad cognitionẽ ſecretorũ erexit me ac
roborauit.[Et aſſumpſit me]ad exequendũ officiũ ꝓphetandi,increpãdiq; populũ,ſicut & in Actis
ſcriptũ eſt:Dixit ſpiritus ſanctus:Segregate mihi Barnabã ac Paulum in opus ad quod aſſumpſi eos. Actu.13.
[Et abij] à loco in quo iſta audiui, vt opus iniunctum aggrederer. [amarus] bona amaritudine, ſci-
licet contriſtatus & dolens ſuper iniquitatibus populi mei.[in indignatione ſpiritûs mei.] i. animæ
meæ contra peccata eorum.Quemadmodùm ergò Ioannes in Apocalypſi dicit ſibi librum diuini- Apoc. 10.
tùs datum ad deuorandum,qui fuit ſibi in ore dulcis vt mel, ſed poſteà amaricauit ventrem eius, ità
Ezechieli nunc accidit.Primò enim dulce ſibi erat audire verbum Dei, ſed propter effectum con-
ſequentem,quo populi ſui culpas pœnaſq; aduertit, ex verbo Dei anima eius amaritudinem & in-
dignationem incurrit. Eſtq; iſta indignatio laudabilis. Quidam per leuationem & aſſumptionem
Ezechielis præſcriptam à ſpiritu,intelligunt eum corporaliter tranſlatum ad locum præfatum,ſicut
de Abacuk legitur in Daniele,[Manus quoq; domini] i. virtus & gratia diuini ſubſidij. [erat mecũ Dan.14.
confortans me,] vt mihi commiſſa negocia efficaciter adimplerem. [Et veni ad tranſmigrationẽ,]
i.populum à Iudæa tranſlatum.[ad aceruum nouarum frugum] id eſt, ad locum ſic appellatum, vel

in quo fruges recentes collectę iacebant, ità ꝙ circa meſſem hoc accidit. [ad eos] Iudęos, [q̃ habita-
bant iuxta fluuium Chobar, & ſedi vbì illi ſedebant, & manſi ibì ſeptem diebus mœrens in medio
eorũ.] i. peccata illorum cum dolore & planctu cõſiderans, & ab eorum increpatione interìm ſilẽs.
Primò ergò notauit & obſeruauit q̃d agerent, vt certiùs diſtinctiusq́; cognoſceret, qualiter eos ar-
gueret. Quidam tñ affirmant, ꝙ ex negligentia tacuit, & ꝙ ideò quoq; verbis ſequentibus increpet.
[Cùm aũt pertranſiſſent ſeptẽ dies, factum eſt verbum Dñi ad me, dicẽs: Speculatorẽ dedi te domui
Iſrael,] i. ſpiritalẽ ſpeculatorem conſtitui te populo Iudæorũ. Quemadmodùm eñ ſpeculator prin-
cipis in turre locat̃, vt vndiq; circunſpiciat, & q̃cquid aduerſitatis venire viderit, Dño & populo ſuo
annunciet: ſic paſtor, p̃dicator, p̃latus, ſeu doctor populo inſidias dęmonum, pericula vitiorum, pœ-
nitentię fructum, beatitudinis amabilitatem intimare ſolicitè debet. Porrò, ſecundùm Hieronymũ,
q̃ ſpeculator futurus eſt, & Dei verba populo narraturus, multo tẽpore debet quieſcere, & dolere ad
mala q̃ vidit, nihilq́; in conſcientia habere eorum, q̃ in alijs correpturus eſt. [Et audies de ore meo
verbũ] de exhortatione, increpatione, & emẽdatione ipſorum. [Et annunciabis eis ex me.] i. ex par-
te meî, vt magìs aduertant, Deum in ſuo honorantes p̃cone. [Si dicente me ad impium, morte mori-
eris:] i. pro morte peccati mortẽ æternæ miſeriæ patieris, vel ante tempus de vita p̃ſenti tolléris. [nõ
annunciaueris ei, vt auertat̃ à via ſua impia] mala, i. cõuerſatione iniqua, qua itur ad inferni tormẽta.
[& viuat] vita gratiæ in p̃ſenti, & vita gloriæ in futuro, impia conuerſatione abiecta. [ipſe impius in
iniquitate ſua moriet̃,] i. pro ſuis peccatis peribit, niſi aliundè ſibi ſubuenero, & quotiès mortaliter
peccat, ſpiritaliter morit̃. [Sanguinem aũt eius de manu tua requirã.] i. mortem aĩæ ſeu damnationẽ
eius tibi imputabo, eriſq́; reus tanti flagitij, cùm tua negligentia ille periêrit. Hinc ſecundùm Hiero-
Iſaię 6. nymum, magnũ diſcrimen eſt, Dei ſermones tacere vel timore, vel pigritia, vel adulatione. Propter
1. Reg. 2. quod loquit̃ Iſaias: Væ mihi quia tacui. Et Eli ſacerdos, eô ꝙ filios ſuos non ſatis rigoroſè corripuit,
& 3. grauiter eſt punitus. [Si aũt annunciaueris impio] verba correptionis & informationis. [& ille non
fuerit conuerſus ab impietate] ſua. [ipſe quidẽ in iniq̃tate ſua moriet̃,] p̃ſertim cùm & ipſa impietas
Mat. 8. aĩæ mors ſit, Saluatore teſtãte, qui ait: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. [Tu autem aĩam tuã
liberâſti,] i. periculum culpæ ac negligentiæ ignauiã p̃cauiſti, per quod damnationis ęternę cauſam
vitâſti. [Et ſi cõuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, & fecerit iniq̃tatem,] Hęc eſt mala conuerſio, q̃ po-
tiùs ſubuerſio, q̃ conuerſio eſt vocãda. [ponam offendiculũ] i. obicẽ [coram eo.] i. nõ repẽtè eũ da-
mnabo, ſed p aduerſa & aſpera, p languorẽ atq; tormenta exercebo admoneboq́; eum vt corrigat̃.
Oſeæ 2. Hinc p Oſee Dñs ait: Sepiã viã tuã ſpinis. Itaq; vę eis quos ſine obſtaculo Deꝰ p̃mittit peccare. [Ipſe
moriet̃,] i. ſuis exigentibus peccatis dãnabit̃. [quia non annunciâſti ei,] vt p aduerſa ſeu alio modo
reſipiſceret à peccatis. [Et nõ erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit.] i. priſtina merita ſua p̃miũ
ſalutis non ſortient̃, quia non p̃ſeuerauit vſq; in finem. Dicit̃ aũt Deus obliuiſci ac reminiſci p quan-
dam metaphorã, quia ad modũ obliuiſcentis ſe habet, dum ſuccurrere ceſſat, vel opera nõ acceptat,
vel æternaliter dãnat. Per oppoſitum quoq; reminiſci aſſerit̃. [Sanguinẽ verò eius de manu tua req-
ram.] i. de illo rationẽ à te exigam. Porrò opera meritoria mortali peccato mortificata, p pœnitentiã
rurſum in memoria Dei ſunt, & reuiuiſcunt. [Sin aũt tu annunciaueris iuſto, vt nõ peccet iuſtus] ſed
vſq; in finẽ perſeueret. [& ille nõ peccauerit] ſaltem mortaliter, [viuẽs viuet] per gr̃am in via, glori-
amq́; in patria. [& tu aĩam tuam liberâſti.] Hinc ſecundùm Hieronymũ, opera bona indigent aſſi-
duo p̃ceptore, nè laſſus optimo curſu, retrahat pedem. [Et facta eſt ibì,] videlicet in loco quo mihi
p̃inducta reuelata ſunt verba. [ſup me manus Dñi.] i. iuſſio ac allocutio Dei. [Et dixit ad me: Surgẽs,
egredere in cãpum, & ibì loquar tecũ.] Illi eñ inter quos ſedit, diuinæ reuelatiõis ſibi fiendę adſpe-
ctu indigni fuerunt. Locus inſupèr ſolitarius & quietus, contẽplationi eſt aptior. vndè & Chr̃s aſſcẽ-
Mat. 14. dit in montẽ ſolus orare, vt exhiberet imitandi exemplũ. [Et ſurgẽs, egreſſus ſum in cãpum. Et eccè
Ezec. 1. ibì gloria Dñi ſtabat quaſi gloria quã vidi iuxta fluuiũ Chobar.] i. talis viſio diuinę maieſtatis, taliſq́;
ſimilitudo aĩalium & rotarũ, firmamenti ac throni, atq; in ipſo ſedentis, mihi ibidẽ apparuit, qualẽ
1. ca. mihi oſtenſam deſcripſi. [Et cecidi in faciẽ meam] p̃pter cauſas in expoſitione 1. cap. aſſignatas.
[Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſupra pedes meos.] Hoc totum ibidèm expoſitum eſt.
[Et dixit ad me: Ingredere & includere] i. teipſum include. [in medio domûs tuę.] Aliqui dicunt, ꝙ
iuſſus eſt ſe in domo ſua includere, quatenùs re ipſa obſidionẽ Iudæorũ in Hieruſalẽ figuraret. Alij
aſſerunt, ꝙ in pœnam præmemorati ſui ſilentij iuſſus eſt ſeipſum includere. Et tu fili hoĩs, eccè data
ſunt ſup te vincula] i. vinculis ligandũ te trado, vel ad p̃figurandam Iudæorum in Hieruſalẽ vincu-
lationẽ, vel ob culpã ſilentij inordinati. [Et ligabunt te in eis] noti tui, quod tñ æquanimiter feres,
immò volo ꝙ ità ligari te facias. [Et nõ egredieris] de clauſura domûs ac vinculis [de medio eorũ.]
i. inter Iudæos vſq; ad certũ tempus, quod non exprimit̃ hîc. [& linguam tuam adhærere faciam pa-
lato tuo,] i. authoritatem & efficaciam prædicandi, copiamq́; verbi cæleſtis auferam tibi ad tempus.
[Et eris mutus, quantùm ad Iudæos inter quos ſediſti. [nec quaſi vir obiurgans eos,] i. impietatem
eorum.

eorũ. Aſſerunt quidã, taciturnitatẽ hanc, prophetæ p̃ culpa p̃tacta inflictã, vt qui nimìs tacuit ex p̃-
pria voluntate, obmuteſcat inuitus ex diuina virtute. Veruntñ verba ſequentia nõ cõcordant, in q̃-
bus cauſa taciturnitatis iſtius, aſſcribit̃ peccato plebis p̃uerſæ. [q̃a domus exaſperãs eſt.] i. familia iſta
me iugiter offendẽdo, indignã ſe p̃bet p̃dicationis inſtructioniſq́; verbo. [Cùm aũt locutus fuero Eccẽs 3.
tibi,] i. dum tẽpore cõgruo cõmiſero tibi loq̃ ad eos. Tempus eñ tacendi, & tẽpus loquẽdi. [aperiã
os tuum] influendo tibi ſapientiã ad loquendũ, & facultatẽ exequẽdi iniunctũ officium. [Et dices
ad eos: hæc dicit Dñs Deus: Qui audit] verba mea, [audiat] ea ſalubriter. [& q̃ quieſcit,] i. à peccatis
ceſſat, [q̃eſcat] feliciter. Loquit̃ Deus inſtàr hoĩs moleſtè grauiterq́; ferentis duritiã audientiũ verba
ſua, tanq̃ dicat: Qui vult verba mea audire, audiat: & qui non vult, dimittat: Ideò ſubdit̃: Quia domus
exaſperans eſt.] Ideò iuſtum eſt ſic alloqui eam. Iuxta quẽ modũ in Apocalypſi Dñs ait: Qui in ſor- Apoc. 22.
dibus eſt, ſordeſcat adhuc: & qui nocet, noceat adhuc. ¶Poſtremò, q̃ in iſto capitulo ad literam di-
cta ſunt de Ezechiele & ingratiſſimo populo Iudęorum, facile eſt applicare bono p̃lato, doctori, ſeu
Eccleſiæ Chr̃i prædicatori, & populo Chr̃iano duro, inuerecundo, & impœnitenti, ſecundùm quod
præcedenti articulo tactum recordor. Diligentiſſimè autem penſandum eſt omni principi & præ-
lato, omniq́; curam animarum habẽti, quod de ſpeculatore domûs Iſrael dictum eſt, quẽadmodùm
ſcilicet de manu eius oĩm pereuntiũ aĩas Deus req̃rat, niſi ipſe quod in ſe eſt, cũ debita ſolicitudine
fecerit, & ſui officij actus vniuerſos ritè impleuerit. O q̃ graue & ſupergraue onus eſt, animarũ cu-
ram habere: & quis ad hanc venire non trepidat, niſi qui diuini iudicij rigorem non expaueſcit?

¶*Elucidatio cap. 4. Et tu fili hominis, ſume tibi laterem.* *Articulus* 6.

SIcut iam patuit, p̃phetæ nunc verbis, nunc factis prophetant. Vndè in huius iã exponendi cap.
principio Dñs q̃dam facta iubet p̃phetæ, per q̃ vaſtitas Hieruſalem prophetat̃. [Et tu fili hoĩs, ſu-
me tibi laterẽ,] in quo lineæ faciliter protrahantur. [& pones eum corã te,] taliter eum ſituando, vt
aptiùs in eo depingere valeas. [& deſcribes in eo ciuitatẽ Hieruſalẽ,] ſicut in mappa mũdi ſub bre-
ui ſpatio variæ vrbes pingunt̃. [Et ordinabis aduerſùs eam obſidionẽ,] i. in gyro lateris ordinatè de-
pinges ea quibus oppida obſident̃, contra Hieruſalem in latere pictã. [Et ædificabis munitiones,] i.
munitionũ ſimilitudines pinges. Porrò munitiones dicunt̃, quibꝰ vrbs cingit̃, nè obſeſſi egredi que-
ant. [Et comportabis aggerem] ſ. pingendo imagines eorum, qui ligna & lapides ferunt, q̃bus im-
pleant̃ foſſata. [Et dabis contra eam caſtra,] depingẽdo bellatorum exercitus ac militum acies. [Et
pones] i. deſcribes [arietes in gyro,] ciuitatis depictæ in medio lateris. In cuius lateris ambitu infra
extremitatẽ ipſius, ſcilicet in ipſo latere, oĩa iſta deſcribebantur. Sunt aũt arietes inſtrumẽta pugnã-
tum, quibus muri quatiunt̃, præſertim circa fundamenta, lapidumq́; iunctura diſſoluitur. [Et tu ſu-
me tibi ſartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum, inter te & inter ciuitatẽ.] Sartago fer-
rea, q̃ inſtàr ferrei muri inter prophetam & vrbem ſic pictam locat̃, implacabilem Dei iram contra
Hieruſalem ſignat, ità ꝙ ſicut per murum ferreum homo p̃ſpicere nequit, ſic Deus vrbem iſtam ad
parcendum non intueret̃, nec precibus flecteret̃. Iuxta quẽ modum ait Ieremias in Threnis: Oppo- Thre. 3.
ſuiſti nubem tibi, nè tranſeat oratio. [Et obfirmabis faciem tuam ad eã.] i. vrbẽ vultu irato atq; diſ-
torto adſpicies, ad deſignandum ꝙ Deus eam oculo diſtrictę ęquitatis adſpiciat, iuxta illud in Pſal-
mo: Oculi Dñi ſup facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorũ. Hinc p Ieremiam Dñs proteſtat̃: Pſal. 33.
Plaga crudeli p̃cuſſi te caſtigatione crudeli. [Signũ eſt domui Iſrael] i. p iſta propheticè deſignat̃, q̃ Iere. 30.
futura ſint Iudęis in Hieruſalẽ & vrbibus eius. Conſequẽter facto p̃nunciat̃ duratio ſeu tẽpus capti-
uitatis, vel vt alijs placet, tẽpus iniquitatis tam decẽ tribuum Iſrael, q̃ duarum, videlicet Iudæ ac Bẽ-
iamin. Præcipit ergò Deus p̃phetæ: [Et tu dormies ſup latus tuũ ſiniſtrum] in domo tua clauſus &
vinctus, ità vt in aliud latus te vertere nõ poteris, ſicut infrà docet̃. Porrò p latus ſiniſtrum, deſignat̃
regnũ decẽ tribuum, quod fuit magìs à Deo elongatũ ac reprobũ. Statìm eñ à regno filiorum Da-
uid diuiſum, cœpit idola colere, nec ceſſauit à tãto facinore vſq; in diẽ quo captũ eſt atq; trãſlatum,
vt patet in lib. Regũ. [Et pones iniquitates domûs Iſrael] i. decẽ tribuũ [ſup eo] i. ſup latus iſtud ſini- 3. Reg. 12.
ſtrũ, p dormitionẽ tuam in latere ſiniſtro, oſtendẽs captiuitatẽ atq; miſeriã decẽ tribuũ p̃ ſuis impi-
etatibꝰ eis inflictas. [Numero dierũ q̃bus dormies ſup illud.] Quis aũt ſit numerꝰ iſte, mox adijciet̃.
[Et aſſumes iniquitatẽ eorũ] p myſticas rep̃ſentationes & aliquales afflictiones p̃ eis. [Ego aũt dedi
tibi annos iniquitatis eorũ numero dierũ 300. & 90. dies] i. p̃ anno iniquitatis eorũ, iniungo tibi diẽ
dormiẽdi modo p̃ſcripto, ità vt quot diebꝰ in ſiniſtro latere dormies, tot annis decẽ tribus in capti-
uitate & afflictiõe manebunt. Vel vt alij dicunt, in peccatis fuerunt, p̃ſertim in idololatria. [Et por-
tabis iniquitatẽ domûs Iſrael] i. decẽ tribuum per modũ iam dictum. Vndè (ſecundùm Hieronymũ
& eum ſequentes) per iniquitatẽ dat̃ intelligi pœna pro peccato inflicta. Annos aũt 300. & 90. ca-
ptiuitatis & oppreſſionis decem tribuũ, cõputat S. Hieronymus à tẽpore captiuitatis populi decem
tribuum, ſub rege eorum Phacee filio Romelię, à Teglatphalaſar rege Aſſyriorum, à qua captiuitate 4. Reg. 15.
vſq; ad annum quadrageſimũ regis Aſſueri mariti Heſter, qui filios Iſrael p om̃e ſuum imperiũ diſp- Heſt. 8.

 ſos,

ſos,de grauiſſima morte eripuit,laudauit,exaltauit,& magna libertate dotauit,vt patet in lib.Heſter.
Cōputat ergò Hieronymus à tēpore captiuitatis p̄tactę,vſq; ad annum Aſſueri quadrageſimum,an-
nos 300.ac 90.[Et cùm cōpleueris hæc] i.dormitionē iſtam in latere tuo ſiniſtro.[dormies ſuper la-
tus tuum dextrum ſecundò] ꝑ reſpectum ad primā dormitionē. Per latus dextrum deſignat̃ regnū
Iudæ,quod erat Deo chari⁹,& eius cultui magis adhærens.[Et aſſumes iniquitatē domûs Iuda] i.ca-
ptiuitatē eius tua dormitiōe & afflictiōe,ꝓphetaliter deſignabis.[quadraginta dieb⁹] ità vt quot di-
ebus ſic dormies,tot annis durabit illorum captiuitas. ideò ſubdit̃: [Diem ꝓ anno,diem, inquā pro
4.Reg 24. anno dedi tibi.] Horum quadraginta annorum numerū ſumit B. Hieronym⁹ à tempore trāſmigra-
1.Eſd. 1. tionis Ioachin regis Iudę,quē Nabuchodonoſor rex Babylonis duxit in Babylonē,vſq; ad primum
Iſaiæ 19. annū Cyri regis Perſarum,q primo imperij ſui anno cōtulit populo regni Iudæ libertatē atq; licen-
tiā redeundi in ꝓpria,ſicut in Eſdra habet̃,& Iſaias p̄dixit.Preterea expoſitio iſta alijs diſplicet. Nam
quantùm ad primā eius partem,nō videt̃ eis idonea,cùm decem tribuū captiuitas adhuc duret: quā-
Iere. 25. & 29. tùm ad partem quoq; ipſius ſecundā,nā captiuitas Iudęorum in Babylone durauit annis 70.quem-
4.Reg. 24. & 25. admodùm Ieremias p̄dixit.Iſta ſecūda obiectio fortior eſt q̃ prima.Deniq; 4.Reg.docemur,ꝙ Na-
buchodonoſor rex Babylōis octauo regni ſui anno trāſtulit Ioachin,Sedechiā quoq; regē Iuda ca-
ptiuauit 19.ſui imperij anno.Deindè ibidèm cōſcribit̃,ꝙ filius Nabuchodonoſor patri ſuo in regno
ſuccedens,eleuauit Ioachin de carcere anno 37.trāſmigratiōis ſuæ.Cùm ergò Nabuchodonoſor 8.
ſui imperij anno trāſtulerit Ioachin,& pòſt regnauit annis 37.vel circiter,ſiquidē fili⁹ eius 1.regni ſui
anno eduxit de carcere Ioachin,cōſtat ꝙ à trāſmigratiōe Ioachin vſq; ad mortem Nabuchodono-
Dani. 3. ſor,fluxerunt anni ad min⁹ 37. poſt quos regnauit Euilmerodach filius Nabuchodonoſor, deindè
Balthazar fili⁹ Euilmerodach, ſub quo Dari⁹ rex Medorū & Cyr⁹ rex Perſarū demolíti ſunt Baby-
lonē:occiſoq́; Balthazar,regnauit Dari⁹ ſup Chaldęā.Poſt cui⁹ mortem ſumpſit Cyr⁹ imperium.Id-
circò nō video,quō à trāſmigratione Ioachin vſq; ad primū annum regni Cyri, nō computent̃ niſi
40.anni.Inq̄ſitiuè hęc dico.Quidā ergò exponunt hunc locum de tēpore iniquitatis & idololatriæ
decē tribuū ac duarum,ità ꝙ iniquitas idololatriæ decē tribuū,durauit annis 300.& 90.quorū 200.
1.Reg. 12. & 40.anni cōputant̃ à primo anno Ierobōā regis Iſrael,qui in vitulis aureis peccare fecit decem tri-
bus vſq; ad nonum annum Oſeę regis Iſrael,qui cum populo ſuo capt⁹ eſt à Salmanaſar rege Aſſyri-
orum,vt legit̃ 4.Reg.17.Annos aūt deficientes à totali numero p̄dicto,ſ.annos 100. & 48. accipiunt
Iudic. 10. ꝓ tempore Iudicum,à tempore Gedeonis ſeu mortis ei⁹, vſq; ad tempus Samuelis. Quib⁹ annis filij
1.Reg. 7. Iſrael ſeruiêrunt Baalim & Aſtaroth.Sed iſta expoſitio videt̃ magìs incompleta q̃ prima. Primò,qm̄
idololatria decē tribuum 9.anno Oſeæ regis finem nō habuit,ſed adhuc in impietatib⁹ ſuis ꝑdurāt.
Secundò,qm̄ filij Iſrael ſeruiêrunt idolis multo tēpore,& frequenter ante Gedeonē, vt patet in di-
Iudic. 10. uerſis paſſibus libri Iudicū. Tertiò,quia nec toto tempore poſt mortē Gedeonis vſq; ad p̄ſidentiam
Samuelis idola coluerunt,immò interìm ſæpè pœnituerunt, atq; ſub bonis iudicib⁹ Deo ſeruiêrūt.
Vndè in Iudicum libro poſt mortem Gedeōis legunt̃ ad Deū clamâſſe, pœnituiſſe, & oīa à ſe idola
ꝓieciſſe.Inſupèr 40.annos iniquitatis regni Iudæ,cōputant à tempore Manaſſæ regis Iudæ, vſq; ad
annum 11.regni Sedechiæ,quo capta eſt Hieruſalē & deſtructa.Sed ex libro Ieremiæ facile eſt ꝓba-
re,ꝙ Iudæi ab anno 11.regni Sedechiæ,ab idololatria nō ceſſabant.Prima itaq; expoſitio videt̃ veri-
tati propinquior,&rationabiliter dici poſſe opinor,ꝙ computatio 40.annorū afflictionis regni Iu-
dæ,incipiat à captiuitate illa generali & maxima ſub Sedechia, & protrahat̃ vſq; ad tempus quo Iu-
dæi in Chaldęa aliquā ſingularem conſolationem de ſua liberatione ex prophetarum verbis ſortiti
ſunt,vel aliud notabile releuamen.Deductionem aūt numeri annorum p̄inductarum expoſitionū
non poſui,quia in cōmentis nunc copioſè vulgatis habet̃.Præterea ſicut refert glorioſus Hierony-
mus,quidā 390. annos decem tribuum, & quadraginta regni Iudę iungentes, faciunt annos 430. &
volunt eos impleri à baptiſmate Saluatoris vſq; ad cōſummationem mundi. Hæc Hieronym⁹. Ve-
rùm ad oculos nunc pateſcit,q̃ vana fuerit calculatio horum.Alij verò,vt ſcribit Hieronymus,& p̄-
ſertim Iudæi,qui poſt Chr̄i paſſionem in ſua perſtiterunt ꝑfidia, à 2.anno Veſpaſiani, quo Hieruſa-
lem capta eſt,cōputant annos p̄fatos,quibus finitis,reuerſuros dicunt Iudæos ad priſtinum ſtatum.
Hæc Hieronym⁹.Sed iā palàm eſt,q̃ inanis fuerit illa aſſertio.Veruntn̄ ex his poſſet ſumi occaſio fi-
deliter opinandi & computandi annos p̄memoratos 430.à tempore propheticæ reuelationis iſtius
vſq; ad Chriſtum, in cuius primo aduentu ac paſſione finem accepit peccatum, & iniquitas deleta
Dani. 9. fuit,atq; adducta iuſtitia ſempiterna,prout in Daniele p̄dictū eſt.Quòd aūt tot anni vel circiter flu-
xerint à tempore huius reuelationis vſq; ad Chriſti paſſionem,non eſſet ad probādum difficile, nec
obſtaret,ſi non eſſet præciſè tantundem durationis,qm̄ in ſcripturis quod modicum eſt de numero
vel tempore,in deſcriptione ingentium numerorum ac temporum non reputat̃.[& ad obſidionem
Hieruſalem conuertes faciem tuam] i. vultu minaci vrbem ſeu eius in latere depictam imaginem
intuendo.[& brachium tuum erit exertum,] i.extentum aduerſùs eam ad deſignandam percuſſio-
nem

nem ei imminentē.[Et ꝓphetabis aduerſùs eā] nō verbis duntaxàt,ſed & geſtu & habitu corporis.
[Eccè circundedi te vinculis.] hoc p̄cedenti cap.dictū eſt alijs verbis:Fili hoīs,eccè data ſunt ſup te
vincula. Iuſſit q̄ppe De⁹ Ezechieli, vt faceret ſe ligari. [Et nō te cōuertes à latere tuo in aliud lat⁹.] Ezec. 3.
ꝑ quod nulla cruciatuū requies deſignat̃.[donec cōpleas dies obſidionis tuæ,] i.quoaduſq; finiant̃
ſupradicti 390.& 40.ſeu 430.dies recluſiōis tuę in ꝓpria domo,de q̄bus p̄cedenti cap.dictū eſt:In-
gredere & includere in medio domûs tuę.Itaq; infra 390. dies nō potuit ſe S. Ezechiel à ſiniſtro la-
tere in dextrū cōuertere,& infra 40.dies nō ſe à dextro potuit latere vertere in ſiniſtrū.Cōſequēter
p̄monſtrat̃ fames Iudæorū in Hieruſalē & Iudęa.[Et tu ſume tibi frumentū & hordeum & fabā,&
lentē,& miliū,& viciā,& mittes ea in vas vnū:] i.terręnaſcētia iſta miſcebis,nō ex quolibet ſeorſum
ſpecialē panē vel eſcā formādo,ſed eiuſdem gn̄is panes tibi parādo ex illo cōmixto, quēadmodùm
tēpore famis & obſidionis nō q̄runt̃ ciborū diuerſitates atq; delicię, ſed quō venter poſſit impleri.
[Et facies tibi panes numero dierum,q̄bus dormies ſup latus tuum.] i.in numero, quātus eſt nume
rus dierum,q̄bus in ſiniſtro dormies latere,ſ.300.& 90.[Trecentis & XC.diebus comedes illud.] i.
quolibet die cōedes panē vnum, parcè edendo, vt moris eſt tempore obſidiōis ac famis. ideò ſub-
dit̃:[Cib⁹ autem tu⁹ quo veſcéris,] videlicet panis,[erit in pōdere:] vtpotè [XX.ſtateres in die,] ità ꝙ
quilibet panis habuit xx.ſtateres.Porrò,ſecūdùm Hieronymum,ſicl⁹ ſeu ſtater habet 4 drachmas.
Drachmę autem 8,Latinam vnciā faciunt,ità vt vnus panis X.habeat vncias,quo trahit̃ aīa magìs, q̃
ſuſtentat̃.vndè & alij dicunt,ꝙ ſtater ſit media vncia. [A tempore vſq; ad tempus] i.à veſpe vnius di-
ei ad veſperā alteri⁹ diei [comedes illud,] i.panem ac pōderatum,[& aquā in menſura bibes,] videli-
cet [ſextā partem hin.] i.ſextarij.Secundùm Hieronymum,hin duos ſextarios facit Italicos. [A tem
pore vſq; ad temp⁹ bibes illud.] i.ſecundùm ſenſum p̄tactum,videlicet hora comeſtionis. Veruntn̄
determinata harum quātitas menſurarum,nobis ignota eſt,cùm ſecundùm locorum ac temporum
varietates,diuerſificent̃ pōdera & menſuræ.ſed certum eſt,ꝙ valdè parua erat,ꝓpter myſticā ſigni-
ficationē.[& quaſi ſubcineritiū & hordeaceū cōedes illud.] i.panes iſti inſtàr hordeacei panis ſubci
neritij erunt,ſicq́; cōedent̃ à te,non vt lautè,ſed viliter p̄parati.[Et ſtercore, quod egrediet̃ de hoīe,
opies illud in oculis eorum.] i.humanis ſtercorib⁹ cibos p̄fatos corā Iudæis opies, vt priùs viſus ab-
horreat, q̃ guſt⁹ nauſeam ferat. Iſtud tn̄ Dn̄s poſteà temperauit. Quid intereà iſta ſignificent,& cur
iſta Dn̄s impauit,ſubiungit̃:[Sic cōedent filij Iſrael panem ſuum pollutum inter gentes,] i.inter eos
ad quos ducent̃ captiui.Fit autē cōminatio iſta,ſecundùm Hieronymum,contra eos, qui in Iudæa
exiſtentes,nōdùm fuerāt captiuati.nam ſubdit̃:[ad quas eijciam eos,] tradendo eos manibus genti-
um.[Et dixi:Ah ah ah Dn̄e De⁹.] Trina eiuſdē repetitio,magnę ſerioſitatis indiciū eſt, ſicut in Iere
mia habet̃:Terra terra terra,audi verbum Dn̄i.[Eccè Dn̄s De⁹,aīa mea nō eſt polluta,] mādùcando
cibaria lege ꝓhibita.[& morticinū & laceratum à beſtijs nō comedi ab infantia mea vſq; nūc.] Mor
ticinum vocat̃,quod ſanguinis ſui effuſione vitā amittit.[& nō eſt ingreſſa in os meum oīs caro im-
munda.] i.lege ꝓhibita. Ex q̄bus innoteſcit, diligentiſſ.cuſtodiam Diuinorum p̄ceptorum fuiſſe in
Ezechiele,ſicut & in Petro Apoſtolo,q ſimili modo locut⁹ eſt Deo,varia beſtiarum gn̄a lege ꝓhibi- Actu. x.
ta,ſibi ad māducandum mōſtranti:Abſit à me Dn̄e, quia nunq̄ comedi cōmune quid aut immun-
dum.Conſequenter Dn̄s annuens preci prophetę,adiungit:] Eccè dedi tibi fimum boum pro ſter-
corib⁹ humanis,] vt minor tibi ſit horror in comedendo tam deteſtabilē panem. [Et facies panē tu-
um in eo.] i.p̄parabis ſiue operies.[Et dixit ad me,] exponendo quid mea comeſtio tam defectuoſa
deſignaret: [Fili hoīs,eccè ego conterā baculum panis] i.ciborum ſuſtētationē [in Hieruſalem.] vn
dè Symmachus & Theodotio firmamentum tranſtulerunt,ſicq́; in Pſalmo cantam⁹:Vocauit famē
ſuper terram,& om̄e firmamentum panis contriuit.[Et comedent panem ſuum in pondere, & in ſo Pſal. 104.
licitudine] i.timore & menſura anguſta. [& aquā in menſura & anguſtia bibent,vt deficientibus pa
ne & aqua,] ac cæteris alimentis, [corruat vnuſquiſq; ad fratrem ſuum,] q̄rens à ꝓximo ſuo auxiliū,
qm̄ humanæ naturæ hoc eſt, vt tempore anguſtiæ & preſſuræ in alio magìs q̃ in ſeipſo homo confi
dat.[& contabeſcant in iniquitatibus ſuis.] i.ſpiritaliter pereant,corporaliterq́; deficiant in ſuis cri-
minibus & pœnis,quas pro illis merent̃. ¶ Præterea,ſecundùm Hieronymū,de panibus ſecundùm
dies dormitionis in dextero latere quadraginta diebus,hìc omīnò tacet̃, vt occultè ſcriptura ſignifi
cet,non eandem eſſe pœnam atq; ſententiam Dei contra populum Iudæ,qui notitiam habuit Dei,
& X.Tribuum,qui à religione Dei omīnò receſſit.Inſupèr, teſte Hieronymo, vſq; hodiè Iudæi co-
medunt panem ſuum non in ſtercore humano, qm̄ idolis non miniſtrant, ſed in fimo boum, dum
vniuerſa q̃ faciunt,ꝓpter ventrem & carnem & terræ huius bona operant̃, ſ.propter terram Iudęæ.
Nos autem terrena deliciaſq́; carnales contemnim⁹,atq; cæleſti reficimur pane.Multis quoq; Chri
ſtianis propter iniquitates eorum aufertur robur ſpiritualis edulij, virt⁹ & gratia ſacramenti,aqua ſa
pientiæ ſalutaris,panis vitæ & intellectûs,panis lachrymarum & actionum bonarum. Poſtremò,ꝙ
p̄ſcripta mala contigerint Hieruſalem & Iudæis tempore Babylonicæ circunuallationis & captiui-
 tatis,

tatis, in Ieremia & lamentationibus eius copioſè deſcribitur: ſimiliter in Iſaia.

¶Explanatio Cap.5. Et tu fili hominis, ſume tibi gladium. *Articulus 7.*

CONſequẽter quodã parabolico facto pnunciatur modus & forma demolitionis Hieruſalẽ. [Et tu fili hoĩs,] frequẽtiſſimè appellatur à DEO Ezechiel fili' hoĩs, vel in figura Chri taliter in Euangelio ſæpè vocati, vel vt ,ppriæ infirmitatis conſci', & fragilitatis humanæ memor, ex diuinarum frequentia reuelationũ non extollatur, vel in ſignum amoris DEI creatoris ad pſonam ſpeciemq; humanam, vel ,pter familiaritatẽ ,pphetæ ad DEVM. [ſume tibi gladiũ acutum radentẽ pilos,] i. raſorium quo barbætonſores vtunt. [& duces p caput tuum & barbã.] vel ,ppria manu, vel potiùs p manũ raſoris. [Et aſſumes tibi staterã ponderis,] i. apta ad ponderãdum, [& diuides eos.] ſ. pilos capitis & barbæ in tres partes ęquales, quod facilius fit ponderãdo, q̃ numerando. [tertiam partẽ] pilorum [igni cõbures in medio ciuitatis] qua habitas, vel ciuitatis Hieruſalẽ pictæ in latere, vt dictum eſt capite pcedenti, cõburẽdo ſup laterẽ pilos. [iuxta completionẽ dierũ obſidionis:] i. ad deſignãdum ꝙ implebuntur, q̃ dies obſidionis à te pfiguratæ, repſentant, de quib' pcedenti dicebatur articulo. Et aſſumes [tertiam partẽ] pilorum tuorum [concides gladio in circuitu eius:] putà per gyrum ciuitatis pdictæ Hieruſalẽ in latere exaratę. [tertiã verò aliã] partẽ pilorum [in vẽtum diſperges.] Porrò quid iſta ſignificent, infrà habetur in litera huius capituli. [Et gladium nudabo poſt eos:] i. Iudæos in captiuitatem ductos, vel ad aliena territoria ,pfugos, per tertiam partẽ pilorũ in vẽtum diſpſam ſignificatos, pſequar & occidã. Vndè Iudæos in Aegyptum ,pfugos, Nabuchodonoſor rex Babylonis pſecutus eſt, quoſdã in Aegypto occidens, alios ſecum captos deducẽs. [Et aſſumes indè paruum numerũ,] i. modicos pilos colliges de his, quos diſpſiſti in ventum. [& ligabis eos in ſummitate pallij tui.] Per quos deſignantur Iudæi, à Chaldæa in Iudæã reducti, diuinitusq; ,ptecti. [Et ex eis] i. pilis in ora pallij cõgregatis [rurſum tolles] aliquos pilos. [& ,pijcies eos in mediũ ignis, & cõbures eos igni.] p quos exprimuntur Iudęi, à Chaldæa in Hieruſalẽ & Iudæã reducti, q ibidẽm in tribulatiõe magna fuerũt, vt patet in libro Eſdrę. Poſteri quoq; iſtorum, q à Gręcis vehemẽter oppreſſi fuerunt, pſertim tempore regis Antiochi, prout 1. atq; 2. libro Machabæorum pleniſſimè ſcribitur. [Et ex eo egredietur ignis] i. ex Iudæis à plebe Græcorum oppreſſis, quidam exibunt adhærendo regi Antiocho & alijs regib' Iudæos premẽtibus. [in oẽm domũ Iſrael.] i. ad infeſtãdos oẽs filios Iſrael, qui Iudæ Macha-
1.Mach.4. bęo & fratrib' ei' adhærebãt. de hoc in lib. Machabæorũ multa leguntur, qualiter quidã impij ex Iſrael, cõcitauerunt reges pfatos cõtra fideles Iudęos, fecerũtq; mai' malũ in Iudæa, q̃ gẽtes. Iſta expoſitio S. Hieronymi melior vniuerſaliorq; cõſiſtit, & plura cõplectens, q̃ quorundã Iudaizantium, q iſta aliter interpretantur, quod recitare infructuoſum appãret. [Hæc dicit Dñs:] Iſta eſt Hieruſalem, de qua iſta pnunciantur. [In medio gentiũ poſui eã, & in circuitu eius terras.] i. regiones vel prouincias multas. Hieruſalem quippe dicitur eſſe in vmbilico & quaſi in medio terræ habitabilis, q ſeptem cli-
Pſal.73. matibus diſpertitur, in quorum quarto ac medio Hieruſalẽ ſita eſt. De qua ait Pſalmiſta: Deus autẽ rex noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutem in medio terræ. Præterea, vt ſcribit Hieronymus, Hieruſalẽ ab oriente cingitur Aſia, ab occidente Europa, à meridie & auſtro Libya & Africa, à ſeptẽtrione Scythis, Armenia atq; Perſide, & cunctis Ponti nationibus. [Et contempſit iudicia mea,] i. decreta, teſtimonia ac pcepta iudicialia, quæ DEVS iudicat vera & iuſta. [vt plùs eſſet impia] per idololatriam, prophetarum occiſionem, & alia infinita facinora. [q̃ gentes.] i. gẽtiles idololatræ. quo enim Iudæi plura à DEO beneficia erant ſortiti, maioriq; eius notitia, admonitione, & vocatione informati, eo grauiora fuerunt eorum peccata. Dictio illa, vt, tenetur hîc cõcomitanter, non cauſaliter. [Et præcepta mea] i. moralia in decalogo ſcripta contempſit. [vltrà quàm terræ quę in circuitu eius ſunt.] i. grauiùs quàm nationes, quæ interdum ex naturali ratione, opera quædam ex genera bona fecerũt, ſuiſq;
Ierem.2. dijs inanibus firmiùs adhæſerunt, quàm Iudæi DEO vero & omnipotenti, iuxta illud Ieremiæ: Ite & videte, ſi mutauit gens deum ſuum. Populus autem meus mutauit gloriam ſuam in idolum. [Iudicia enim mea] prætacta [proiecerunt] habitatores Hieruſalem de corde ſuo atq; memoria. [Idcircò hæc dicit Dominus DEVS: Quia] tu Hieruſalem & Iudæa [ſuperãſtis gentes] magnitudine vitiorum, [& iuxta iudicia gentium non eſtis operati:] i. magis tranſgreſſi eſtis mea pręcepta, quàm illæ pręcepta deorum ſuorum, [ideò hæc dicit Domin': Eccè ego ad te] ſto ad vltionẽ paratus, [& ego ipſe faciam in medio tuĩ iudicia] i. iuſtas vindictas [in oculis gentium,] tradẽndo te voluntati hoſtium tuorum Chaldæorum. [& faciam in te quæ non feci,] i. maiores vindictas ac punitiones, quàm præteritis vnquàm feci tẽporibus in vrbe vna à populo vno. [& quibus ſimilia vltrà non faciam.] Videtur huic contrarium, quòd tempore Titi non minora flagella à Romanis perpeſſa eſt. Reſpõdet Hieronymus quòd non fuerunt ſimilia, ſed maiora, quemadmodùm maius fuit peccatum eorum tũc quum DEI filium occiderunt, q̃ quòd anteà idola coluerũt. Alij dicunt, & verum eſt, quòd dictio vltrà, in ſcripturis non ſemper deſignat, à parte pòſt perpetuitatem, ſed interdùm aliquam notabilem
4.Regũ 6. atq; inſolitã tẽporis durationẽ, ſecũdùm quod 4. Reg. habetur, queãdmodũ Syri non addiderũt vltrà in-

intrare terrã Iſrael, & tñ mox ſubditur, ꝙ poſt breue tempus regreſſi ſunt. [Idcircò comedent patres filios in medio tuĩ, & filij comedent patres ſuos.] Hinc Ieremias ait in Threnis: Man' mulierũ miſe Thren.4.
ricordiũ coxerunt filios ſuos, facti ſunt cib' earũ. Et iterùm: Meliùs fuit occiſis gladio, q̃ interfectis Ibidem.
fame. [& faciam in te iudicia,] i. iuſta tibi ſupplicia inferã. [& vẽtilabo vniuerſas reliquas tuas in oẽm ventum.] i. eos qui poſt captiuitatem Babylõicam reſidui fuerint, per loca diuerſa diſpergam, quod poſt mortem Godoliæ fuiſſe impletum, in Ieremia pleniùs & in Scholaſtica recitatur hiſtoria. [idcir- Iere.41.
cò viuo ego, dicit Dñs:] i. quemadmodùm verum eſt, me eſſe viuentem & vitam ſupereſſentialem, perfectam, actualiſſimam & immenſam: ſic verum eſt quod dico, videlicet, [Niſi] i. ſi nõ, hoc eſt, immò, vtiquè [,p eo ꝙ pactum meum violãſtis,] i. legem à me datam tranſgreſſi eſtis, [& nomen meũ] ſeu meipſum ſuperſanctiſſimum. [inhonorãſtis in omnibus offenſionibus tuis, ego quoq; confringã te,] i. te per manum Chaldæorum occĩdam, & Hieruſalem ac templum comminuam. [& nõ parcet oculus meus.] i. clemẽs non erit adſpectus me' in te. Conſequẽter Dñs pandit, quid dicta in principio huius Cap. deſignent, de tripartita diuiſione pilorum. *Signauit enim, quòd Iudæi triplici vaſti- *ſignant
tate perirent. [Tertia pars tuĩ, peſte morietur & fame in medio tuĩ:] ò Hieruſalem. Nam anteq̃ caperetur Hieruſalem à Chaldæis, multi omninò in ea, peſtilentia periẽrũt & fame. & iſta plaga famis & mortis, ſuprà expreſſa eſt nomine ignis, quoniam in ſcripturis omnis grauis afflictio nomine ignis ſignatur. [Tertia pars tuĩ, gladio cadet in circuitu tuo.] Multos enim Iudæorum occiderunt Chaldæi hincindè extra Hieruſalem. [Tertiam verò partem tuam in omnem ventum diſpergam.] Hoc intelligitur de his, qui in captiuitatem ducti fuerunt, vel in Aegyptum fugerunt. [& gladium euaginabo poſt eos,] quoſdam eiſdem hoſtibus ſuis vſq; ad internecionem tradendo, [& complebo furorem meum,] i. iuſtitiæ meæ rigorem, qui propter ſimilitudinẽ operis, ſcilicet diriſſimæ vltionis, furor patienti videtur. [& requieſcere faciam indignationem meam in eis,] id eſt, deteſtationem qua peccata eorum deteſtor, oſtendam in eis per digna tormenta. [& conſolabor:] id eſt, per modũ conſolati ſeu conſolantis ſeipſum habebo me. Iraſcens quippe atq; indignans delectatur, quãdò ad libitum iniuriam ſibi illatam vlciſcitur. DEVS quoq; in actu ęquitatis lętatur, & ſicut in bonis actibus complacentiam, ità in vitijs diſplicentiam habet. Quamuis autem omnipotens atq; inuariabilis DEVS loquitur more humano, & ſecundùm humanum affectum, tñ paſſiones in eo locũ nullum habere cer-
tiſſimum eſt. Simili modo loquitur in Prouerbijs: Ego in interitu veſtro ridebo. Et per Iſaiam: Ego Prou.1.
conſolabor ſuper hoſtibus meis. [Et ſcient] per experientiam debitę punitionis, vel ipſi qui punien- Iſaiæ 1.
tur & occidentur, vel alij qui illorum exemplo terrebuntur. [quia ego Dñs loquut' ſum in zelo meo.] i. magno affectu quo virtutes diligo, culpas abhorreo. [cùm impleuero indignatiõem meam in eis.] qui autem occidebantur, etſi nõ in ipſa ſuĩ occiſione id cognouerũt, tñ poſt mortẽ in inferno vel purgatorio hoc ſciuerunt. [& dabo te] ò Hieruſalẽ [in deſertũ,] i. habitatione priuatã. [& in opprobriũ in gẽtibus,] i. inter gentes [q in circuitu tuo ſunt. Et eris opprobriũ,] i. materia exprobrandi. [& blaſphemia,] i. res maledicta ſeu blaſphema. [& exẽplum,] cuius intuitu alij corrigẽt ſemetipſos, & DEVM timebunt, nè patiantur ſimilia. [& ſtupor] i. admirationis materia [in gẽtibus,] q tantam tuam calamitatẽ admirabuntur. [qñ miſero ſagittas famis] i. punitiones & pœnas ex victualium carentia ,pcedentes, [peſſimas] non malitia culpæ, ſed pœnę. [& cõteram in vobis baculũ panis,] i. alimentorum ſuſtentationẽ. [& immittã in vos beſtias peſſimas,] quæ depopulationem terrę ſequi ſolent. Cętera patent. ¶Spiritaliter quoq; ipſa Eccleſia, exigẽtibus ſuis exceſſibus, paſſa eſt & nũc patitur his ſimilia, & ſpiritalibus alimentis animę deſtituũtur, paſſionibus carnis ſubdunt, dæmonibus obſequuntur. Poſtremò oĩa iam in textu iſto deſcripta, in Iſaia & Ieremia copioſè habentur, ſed propter prolixitatẽ vitandã allegationes dimitto, pſertim cùm litera plana ſit, nec ſpeciale aliquid de Chriſti myſterijs contineat. Vndè in talibus locis immorandum non arbitror.

¶Expoſitio cap.6. Et factus eſt ſermo Domini ad me. *Artic. 8.*

PRęcedẽti capitulo ſpecialiter pnunciata eſt ciuitatis Hieruſalẽ vaſtitas, nũc toti' Iudeæ deiectio Ezech.6.
annũciatur. [Et fact' eſt ſermo dñi ad me, dicẽs: Fili hoĩs, pone faciẽ tuã ad mõtes Iſrael,] vt p ſeriẽ ſuam vult' tui directiõnẽ ad eos, deſignetur, q̃ põderoſa ſint ea q̃ dices. [& ,pphetabis ad eos, & dices: Mõtes Iſrael, audite verbũ DÑI DEI: Hæc dicit DÑS DEVS mõtibus & collib', rupibus & vallib':] Noĩbus rerũ iſtarũ ſunt intelligẽdi habitatores earũ, quorum preſſura captiuitaſq; pdicitur: vel ſi ad inſenſata ſermo dirigitur, hoc ideò fit, nõ vt ipſa audiãt formaliter, ſed materialiter, inquãtũm pbent hominibus occaſionẽ atq; materiã aduertendi verba diuina, per hoc quòd audiunt hoĩes, verbum DEI factum eſſe ad illa, nõ ,pter illorũ, ſed eorũ informationẽ, quemadmodùm irrationales inanimatæq; creaturæ in ſcripturis inuitantur ad laudãdum benedicendumq; Dñm creatorẽ. [Eccè ego inducam ſuper vos] i. habitãtes in locis huiuſmodi [gladiũ] Chaldęorum: [& diſperdam excelſa veſtra,] i. loca vel ædificia illa ſublimia, in qbus idola colebantur. [& demoliar aras veſtras,] i. altaria idolorum ſuper vos ædificata. [& confringentur ſimulacra veſtra,] i. idola. Oĩa iſta atq; ſequentia quędã fece-

runt DEO inſpirãte Chaldęi.Ideò ipſemet DEVS dicit ſe ea facturum.[Et deijciã interfectos veſtros]i.
cultores vr̃os,q colendo ſup vobis idola,ſeipſos ſpiritaliter occiderunt peccando. [ante idola vr̃a,]
illa videlicet,q̃ in vobis colunẽ,vt innoteſcat ꝙ vana ſunt idola, q̃ ſuos non valuerunt tueri cultores,intãtùm,ꝙ corpora quoq; eorũ inſepulta manſerunt.[Et dabo cadauera filiorũ Iſrael]idololatrarũ]ante faciẽ ſimulacrorũ vr̃orum,ꝑmittens eos occídi ibidèm, vt vbì peccauerunt, & punirenẽ.
[vrbes deſertę erunt.]Chaldęi nãq; nõ ipſam Hieruſalem tm̃,ſed cęteras etiã vrbes Iudæę deſtruxe
runt.[& contereñẽ delubra vr̃a.]i.loca voluptatis in quibus idola colebantur,redigentur in puluerem.[& delebuntur opera vr̃a.]videlicet dij quos fabricâſtis,& idololatrię loca,oĩa quoq; geſta iniqua dãnabunẽ.Cõſequenter Dñs nõ oẽs pituros ꝑdicit.[Et relinquã in vobis]i.quoſdã vr̃m conſeruabo in vita.[eos q fugerint gladium,]i.ꝑcuſſionem Chaldęorũ euaſerint, [in gentibus,inter quas
habitabunt.[cùm diſpſero vos]i.aliquos vr̃m[in terras gẽtilium.[Et recordabunẽ meí]i. me laudabunt,colent,ac ꝑdicabunt.[liberati vr̃i,]videlicet iſti in vita,DEO diſponente,conſeruati, vt per eos
notitia DEI Iſrael manifeſtareẽ gentilibus.[in gentib⁹,ad quas captiui ducti ſunt.]iuxta illud Tobię:
Tob.13. Cõfitemini Dño filij Iſrael, & in cõſpectu gentium laudate eum, qm̃ ideò diſpſit vos inter gentes q̃
ignorãt eum,vt enarretis mirabilia eius,& faciatis eas ſcire, quia nõ eſt alius Deus oĩpotens præter
Dan.4 & 5. eum.Similiter per Danielẽ data eſt regi Nabuchodonoſor,& regi Dario,multisq́;,immò innumerabilib⁹ alijs illorum ſubditis,notitia veri atq; altiſſimi DEI. Per Mardochęũ quoq; & Heſter multi
gentilium ad Iudaiſmum fuerunt conuerſi, vt habeẽ in libro Heſter. Hęc ergò fecerunt per hoc,ꝙ
Deus gratiam pœnitẽdi veraciter ꝑſtitit eis,ſicut mox ſubdiẽ: [Quia contriui cor eorum fornicans
Prou.12. & recedens à me.]non ipſum eſſe cordis,ſed vitia ei⁹ deſtruendo,ſecũdùm quod Salomon ait:Verte impios,& non erunt.Fuit autem in Iudęis iſtis nõ ſolùm fornicatio ſpiritalis, q̃ potiſſimè idolo-
Oſeę 4. latriam reſpicit,ſed inſupèr corporalis, quibus competebat id Oſeę: Spiritus fornicationis decepit
eos,& fornicati ſunt à DEO.[& oculos eorũ fornicãtes poſt idola ſua.]i.ad idola infideliter reſpicientes,quos contriui,auferendo ab eis tãtum flagitiũ,ſicut orat Pſal.Auerte oculos meos nè videãt
Pſal.118. vanitatem.[Et diſplicebũt ſibimet ſuper malis q̃ fecerãt.]i.conſideratione vitiorum ſuorum ſe ſpernent ac reprobabunt.Hęc eſt diſplicentia bona ac optima, q̃ ad ſuĩ ipſi⁹ contemptum & DEI amorẽ
diſponit veraciter pœnitentẽ:quo aũt propriã fragilitatem,ingratitudinem,negligẽtiã, impietatem
clariùs adſpicit,eo ſibimet ampliùs diſplicet.ſicq́; humilis,patiens,mitis efficiẽ,omni confuſione ac
1.Pet. 2. pœna dignũ ſe arbitrans:quo cõtrà de impœnitentib⁹ ac ſuperbis ſcriptum eſt: Iniqui, audaces, ſibi
Rom.15. placentes,quib⁹ caligo tenebrarum reſeruaẽ.Hinc ad Rom.Paulus docet:Debemus autem nos firmiores,imbecillitates infirmorũ ſuſtinere,& non nobis placere.[Et ſcient]per illuminationem gratiæ ſibi conceſſę ac pœnitentiã ſalutarem, [quia ego Dñs non fruſtrà loquut⁹ ſum,] i.non inaniter
per ꝓphetas ꝑdixi,[vt facerem eis malũ hoc.]i.caſtigationẽ iſtã pœnalem, tñ paternã ac piã. Pœnæ
etem̃ vitę ꝑſentis,ſunt medicinę atq; remedia cõtra peccata.dum ergò ad eas emendatio ſeqtur,nõ
ſunt fruſtrà inflictę.aliâs fruſtrà ſunt, quãtùm ad patientem. Cedunt tñ in bonum cõmune, atq; in
Ierem.2. decorẽ ordinis vniuerſi, iuſtitiãq; diuinã cõmendant. Hinc per Ieremiã de induratis Dñs ait: Fruſtrà ꝑcuſſi filios vr̃os,diſciplinã non receperunt.[Hęc dicit Dñs:Percute manu tua,& allide pedem
tuum.]i.inſtàr eorum qui vehementer dolent & ſtupent,vel aliquid deflent,percute manus tuas ad
inuicèm,& pedem allide ad terrã propter magnitudinem culparum atq; pœnarum filiorum Iſrael.
[Et dic,Heu ad omnes abominationes malorum domûs Iſrael.] ſ.Iudæorum adhuc exiſtentium in
Iudæa.[quia gladio,fame,peſte ruituri ſunt:]vnus ſic,alter ſic,prout ſubditur:[Qui lõgè eſt]ab hoſtibus,[peſte morieẽ:qui autem prope]hoſtes eſt,[gladio corruet: & qui relictus fuerit & obſeſſus,
fame morieẽ]in vrbe ſeu fortalicio. Itaque qui manus aduerſariorum euaſerit,in manus Dei cadet.
[Et ſcietis per effectum iuſtitiæ meæ, [quia ego Dominus,]omnia regens,intuens atque dijudicãs,
verax in verbis, & iuſtus in factis. [cùm fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum,in
omni colle excelſo,& ſubter omne lignum nemoroſum,]i. in locis idololatriæ. [vbì accenderunt
thura redolentia idolis ſuis.Diſtributiones iſtæ non ſunt multùm ſtrictè accipiendæ,ſed ſecũdùm
ſubiectam materiam,atque accommodè,& pro generibus ſingulorum.[Et faciam terram eorũ deſolatam & deſtitutam]habitatoribus,[à deſerto Deblata,]quæ(ſecũdùm Hieronymum) eſt in terra Emath,& vt alij dicũt,ad locum iſtum in vna parte ſua terminatur Iudæa. [in omnibus habitationibus eorum,]id eſt,per vniuerſa habitabilia loca ipſorum. Chaldæi quippe totam Iudæam in ſolitudinem quodammodò redegerunt. ¶Moraliter,quod in exordio huius cap.diciẽ ad montes
& colles,rupes ac valles, de ſuperbis ac vanis Chriſtianis accipitur, qui in oculis ſuis magni & ſapientes ſunt,& præeſſe vel exaltari famaricq́; cupiunt, & de eorum miniſtris, fautoribus vel ſubiectis,
ſuperiorum ſuorum prauitatem ſectantibus.Horum excelſa atq; ſimulacra,id eſt,pompoſitates,ꝑſidentias,varia phantaſmata,confictaq́; dogmata,& cætera quæ magìs colunt quàm Deum,videlicet
ventrem,venerem,aurum,diuitias,Deus cõfringet:& ipſi infelices peribunt, nec tẽpore neceſſitatis,

tis plagæ ac mortis,poterunt adiuuari p iſta inania in qbus cõfidunt. Veruntñ quidam ex iſtis, Deo
ꝓpiciante,redeuntes ad cor,pœnitẽt.& Dei beneficia recordãtes,atq; creatorẽ ſuum laudãtes, alios
quoq; trahunt ad Deũ:quorum cor antè fornicãs,& à Deo recedens, ipſe clementiſſimus Dñs tanta
gr̃a vngit,emẽdat & ꝑficit,vt vbì abundauit delictũ,abundet & gr̃a. Vndè quo grauiùs peccauerint,
humiliores fiunt,& ſibi vehementiſſimè diſplicent, vituperari deſiderant, laudes ſuas grauiſſimè
ferunt.¶Poſtremò, ſicut Ezechieli Deus ꝑcepit,ſup iniquitates & clades populi Iſrael manus percutere, pedem allidere & plorare, & heu exclamare, ità & veri virtuoſiq́; Chr̃iani, ꝓximorum ſuorum
exceſſus & ærumnas totis ꝑcordijs debent verbo & facto portare, deflere, itemq́; pro viribus charitatiuè releuare ac amouere,ſicut ait Apoſtolus,Flere cum flentibus:Et, Alter alterius onera portate. Rom.12. Galat.6.

¶ *Declaratio cap.7.Et factus eſt ſermo Domini ad me.* *Articulus* 9.

QVinto cap,direxit propheta verbum ſuum contra Hieruſalẽ.Sexto aũt cap.contra mõtes,colles,rupes,valles Iſrael.Nunc ſermo prophetalis contra totã Iudæam dirigitur. Et ſicut moris
eſt vehementer dolentium, eadem verba repetere, vel verbis diuerſis idem ſignificare, ità
nunc ait ꝓpheta.Vndè in textu nõ eſt magna difficultas, nec immorandum eſt planis nõ myſticis,
quaten⁹ obſcuris ac myſticis cõuenientiùs inſiſtaẽ. [Et factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens:Et tu fili
hoĩs,hęc dicit Dñs De⁹ terræ Iſrael:Finis venit,venit finis]i,terminus habitatiõis iã inſtat[ſup quatuor plagas terræ.]i.totius Iudææ,ad oẽm ſ.plagã eius,ità ꝙ ad plagã ſuã orientalem,occidentalem,
ſeptentrionalẽ,auſtralẽ,à Chaldæis vaſtabiẽ, habitatoribusq́; priuabiẽ vſq; ad tẽpus ꝑfixum. [Nunc
finis ſup te,] i.ſtatìm poſt hanc prophetiã,veniet ſup te ô Iudæa finis habitationis hoĩm in te modò
degentium.Ezechiel quippe orſus eſt ꝓphetare in Babylone qnto anno Sedechiæ regis, cuius imperij nono anno ingreſſus eſt rex Babylonis Iudæã,cepitq́; Hieruſalem anno vndecimo Sedechiæ.
[& immittã furorẽ meũ] i.iuſtitiæ meæ rigorẽ exercebo[in te,& iudicabo te iuxta vias tuas:] i.opera
vitioſa, quibus ad infernum trãſiſti. Viæ autẽ hoĩm ſunt, non opera tm̃ exteriora, ſed oẽe meritum
ſiue demeritum:quod eſt medium quoddam inter ſtatum ꝑſentẽ & vitã alterius ſeculi.[Et non parcet oculus meus ſup te,] i.ſapientia qua cuncta intueor,vel clementia qua electos ꝑſertim contemplor,nõ habebit te à debitis caſtigationib⁹ ſupportatũ.[& nõ miſerebor]afflictorũ ſuſpiria exaudiẽdo.[ſed vias tuas ponã ſup te,] i. peccata tua inexcuſabiliter tibi imputabo, & iuſta ꝓ eis tibi infligã
tormenta.[& abominatiões tuæ in medio tuĩ erunt.]i.manifeſtè ac euidenter punienẽ in te,& oĩbus
innoteſcent. [Hæc dicit Dñs Deus: Afflictio vna,]i. magna atq; ꝑcipua nunc ꝓpè eſt,[afflictio eccè
venit.]putà captiuitas & preſſura tua à Chaldæis.[Finis venit,venit finis.]Repetitio,cõfirmatiõis ac
ſerioſitatis admonendæq́; intentionis eſt ſignum.[Euigilauit aduerſùm te.] i. vigilanter ac indilatè
tibi propinquat afflictio,diù clementer dilata.[Venit cõtritio] i.deſtructio[ſup te]ô popule Iudęorum[qui habitas in terra]Iudææ,[propè eſt dies occiſionis,& non glorię mõtium.]i.principum Iudæorum,qui non habuerunt à Chaldæis gloriam,ſed interfectionem. [Egreſſa eſt contritio,] i.deſtructio tua tam propè eſt,vt dici poſſit iam tibi inflicta,& ab hoſtibus tuis in te ꝓfecta,eõ ꝙ certiſſimè tibi immineat.Hinc p Ieremiã Dñs loquiẽ populo huic:Nõ poterat vos Dñs vltrà portare ꝓpter Iere.44.
malitiam ſtudiorum veſtrorum. [Floruit virga,] i. flagellum quo percutiamini, omninò paratum
eſt,ſicut virga recẽns apta eſt ad cædendum.Poteſtq́; noĩe virgę rex Babylonis intelligi,qui fuit inſtrumentum diuinæ potentiæ in correctione Iudæorum,quẽadmodùm de rege Aſſyriorum ſcriptũ
eſt in Iſaia: Væ Aſſur,virga furoris mei & baculus ipſe eſt.[Germinauit ſupbia,]i.contemptus veſter Iſaiæ 10.
in Deum,fructum plagarum produxit.Pœna em̃ eſt effectus peccati. Idcircò ſupbia qñ tã ingẽs eſt,
vt vltionẽ Dei requirat,germinare aſſeriẽ.[Iniquitas ſurrexit in virga impietatis.] Per virgam impietatis,intelligi poteſt regĩa poteſtas Sedechiæ regnantis iniuſtè, in quo multiplicata fuit iniquitas,
propter quam ipſe cum populo perijt.[Non ex eis,& non ex populo:] i,iniquitas iſta non fuit principaliter ex miniſtris vel vulgo. [neq; ex ſonitu eorum,] ſed ex parte regum & principum ac maiorum,qui tanq̃ paſtores cæci gregẽ duxerunt in foueã,& perditionis eorum cauſa fuerunt.Ideò ſubditur:[& non erit requies eis.] Chaldæi em̃ Iudæis à ſe obſeſſis, requiem non dederunt, nec his qui
in Aegyptum fugerunt,requies fuit,vt dictum eſt. [Venit tempus]vaſtitatis ꝑfatæ.[Qui emit,nõ lętetur:] quia quod emit, mox perdet. [Et qui vendit] hæreditaria bona, quæ ſolent cum dolore vænundari,[non lugeat:] quia etſi non venderet, nihilominùs ſtatìm amitteret, Chaldæis cuncta vaſtantibus.[quia ira]i.vltio Dei [ſuper oẽm populum eius.] i. toti populo Iudæorum per Chaldęos iam infligetur.[Quia qui vendit,ad id quod vendidit,non reuertetur]quinquageſimo anno, qui
dicitur iubileus,quo omnia vendita hęreditaria, ad priorem dñm reuertebantur. Per hoc deſignatur,quòd antequàm iubileus adueniret,caperentur ac diſperirent.[Et adhuc in viuentibus vita eorum.] i.in Iudęis nõdùm extincta eſt vita naturalis,ſed mox ruituri ſunt.[Viſio em̃ ad omnem multitudinem eius:]i. reuelatio prophetica de totius Iudaici populi vaſtitate,[non egredietur.] i.irrita
non erit,nec reuocabitur.[& vir in iniquitate vitæ ſuę non confortabitur.] id eſt, nulli proderit ſua
ini-

iniquitas,nec p̄bebit ei robur ad euadendum mala q̃ imminent: immò quanto quis ampliùs peccat, eo infirmior eſt corã Deo.ſummaq́; fortitudo eſt, vitia ſuperare, ac Deo ſubiectũ cõſiſtere. Conſequẽter populo Iudæorũ ironicè dicit̃:[Canite tuba]excitãdo vos ad pugnandũ cõtra Chaldęos:[p̄parent̃ oẽs]Iudæi turbã audiẽtes ad pręliũ.Quòd aũt iſtud ironicè dictũ ſit,ſequenti verbo pateſcit:[& nõ eſt q vadat ad p̄lium.]i.nullꝰ Iudęorũ audebit egredi ad p̄liandũ cõtra Chaldęos.[Ira eñ mea ſup vniuerſum populũ eiꝰ.]putà Iudææ,i.ego auxilium vniuerſo populo ſubtraho, eoſq́; aduerſarijs trado.[Gladiꝰ foris,]i.exercitꝰ chaldæorũ armatꝰ,extra vrbiũ mœnia fuſus eſt,& quos inuenerit,ibi occidet.[peſtis & fames intrinſecꝰ.]i.q intra vrbes ſe tueri putabãt,illic peſtilentia conſument̃ ac fame,ideò addit̃:[Qui in agro eſt, gladio morieẽ.] cùm fuerit à Chaldæis inuentus.[Et ſaluabunt̃]i.in vita conſeruabunt̃, vel ꝑ pœnitentiã conſequent̃ ſalutẽ. [q fugerint ex eis,] i.manum Chaldæorum euaſerint.[& erunt in mõtibus,] ad quos cõfugerint ad latendũ,[quaſi colũbæ cõualliũ:] i.q̃ ex ſua natura in cõuallibꝰ cupiũt habitare.[Oẽs trepidi] i. inueniri atq; occidi timẽtes,[vnuſquiſq; in iniquitate ſua,]i. ꝓ ſuo peccato,quo ſibi conſciꝰ eſt ſe mortẽ meruiſſe.queẽadmodùm eñ columbę q̃ in cõuallibus demorant̃ ſecurè,ſunt formidoloſæ dũ timore volentiũ cape eas ad montes conuolant, ibiq́; ſiſtunt,ità & iſti.[oẽs manꝰ diſſoluent̃]iſtorũ ità timentiũ,i. inualidę erũt ad reſiſtẽdum. Paſſio nanq; timoris dũ vehemẽs eſt,infrigidat multùm.& reddit mẽbra impotẽtia atq; tremẽtia, immò & timor iſte patulã facit veſicã,vt nequeãt cohibere vrinã.ideò ſubdit̃:[Et oĩa genua]iſtorũ[fluẽt aqs.] i.vrinæ humoribꝰ.[Et accingẽt ſe cilicijs] ex pœnitẽtia & dolore, vt miſericordiã conſequant̃ à Deo, nè hoſtiũ incidãt manꝰ.[& operiet eos formido,]ità vt in vultu & mẽbris ꝑ pallorẽ ac tremorem,interior timor appareat.[Et in oñi facie cõfuſio,]i.pudor de ſua impietate atq; miſeria.[& in vniuerſis capitibus eorum caluitiũ,[eô ꝙ pili ex fame ac cæteris calamitatibus defecerint ſiue exciderint,vel eos ſibi ꝓprijs manibus p̄ dolore extraxerint.[Argẽtum eorum foràs ꝓijciet̃,& aurũ eorum in ſterquilinium erit.] Hoc ideò dicit̃,qm̃ p̄ timore hoſtium oĩa ſua à ſe ꝓiecerunt,vt expeditiùs currẽdo, diffugerent,ſuã tñ vitã cõſeruare optãtes: vel qa hoſtes eorum precium quo ſe redimere cupiebãt, ex contẽptu reiecerunt.[Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Dñi.]i.Chaldæi nullum precium ſumẽt, vt eis parcãt in die quo tradent̃ iſti Iudæi in manꝰ ipſorum.[Aĩam ſuã nõ ſaturabunt,] i. appetitui cibi ac potûs ſatisfacere nõ valebunt.[& ventres eorum non implebunt̃:] victualibꝰ nanq; deficientibꝰ,emere ꝓ argẽto & auro ſuſtentaculum vitæ nõ poterunt.[Quia ſcãdalum iniqtatis eorum factum eſt]argẽtum & aurum ipſorum,dum ſibi ex his idola fabricarẽt,q̃ eis ruinã culpæ & pœnæ p̄buerunt.[Et ornamentum monilium ſuorum.] i. monilia ſua ornata aurea ſiue argẽtea.[in ſupbiam poſuerunt,]i.ad oſtentationẽ expoſuerunt,& donis Dei in ſupbiã ſunt abuſi.[& imagines abominationum ſuarum] i. idola ſuperſtitionum. [& ſimulacrorum] i. deorũ falſorũ,[fecerunt ex eo.] ſtatuas aureas argẽteaſq́; formãdo.[ꝓpptereà dedi eis illud] argentũ & aurũ[in immunditiã,]i.ad maiorẽ eorum deturpationẽ,ꝑmittendo eos cadere in idololatrię ſordes.[Et dabo illud in manus alienorũ] videlicet Chaldæorum [ad diripiẽdum, & impijs terræ in p̄dã.]Chaldęi eñ peſſimi erãt.[Et cõtaminabunt illud] i.cõtaminata eſſe à vobis oſtendent,& in vſus illicitos cultumq́; deorũ illud cõuertent.[Et auertã faciẽ meã] i.pietatis reſpectũ, opẽ & ꝓtectionẽ [ab eis]ſ.pueriſis iſtis Iudæis.[Et violabunt arcanũ meũ] i.Chaldęi tẽplum, & p̄ſertim ſanctum ſanctorum,in quo nullus ingredi debuit niſi pontifex,& hoc ſemèl in anno, inhonorabunt ac polluẽt illud intrãdo,vitioſa ibì agendo, ipſumq́; ædificiũ funditùs deſtruẽdo. [Et intrabunt in illud emiſ-
Thre.1. ſarij,]ſ.ſagittarij Chaldęorũ.De hoc plorat Iere.in Thre. Vidit,inqens, gẽtes ingreſſas in ſanctuariũ Dei,de quibꝰ p̄cẽperas,nè intrarent in illud.Deindè loquit̃ Dñs ad ꝓphetam:[Fac cõcluſionẽ] i.Iudęorũ cõpræhenſionem & deiectionẽ breui ſermone cõplectere,eoſq́; irretractabiliter opprimendos cõſcribe.[qm̃ terra plena eſt iudicio ſanguinũ,]i.Iudęa vehemẽter cõdigna eſt ꝑ diuinum iudicium tradi hoſtibꝰ ad occidẽdum,vt ſicut in terra iſta fuſus eſt ſanguis innocẽtum ac ꝓphetarum p̄-
4. Reg. 25. ſertim tempore regis Manaſſes, vt legit̃ 4.Reg.ſic in ea effundat̃ ſanguis impiorum, [& ciuitas plena iniqtate:]putà Hieruſalẽ.Et adducã peſſimos de gentibꝰ,]i.crudeliſſimos Chaldęos,[& poſſidebũt] Chaldæi [domꝰ eorũ,]videlicet Iudæorũ,qa in ſuã poteſtatẽ has redegerunt,& ad placitũ deſtruxerunt.[Et qeſcere]i.ceſſare[faciã ſuperbiã potẽtium]ſ.Sedechiæ & principum eiꝰ ac ſacerdotũ, quos ſibi ſubiecerũt Chaldęi.[& poſſidebũt]Chaldæi[ſanctuaria eorũ,] i.tẽplum & ſacra loca ipſius,q̃ in ſuam Chaldæi poteſtatem redegerunt,ſicut de domibꝰ dictum eſt.[Anguſtia ſuperueniente requirent]Iudęi[pacẽ ab hoſtibꝰ,& nõ erit:]qm̃ eis nõ parcent. [Cõturbatio ſup cõturbationẽ veniet.]i. vna afflictio alteri adiunget̃.[& auditꝰ]rumor de Chaldęorum aduentu ac hoſtilitate, [ſup auditũ:] ità ꝙ nuncio mala nuncianti alter mox occurrens,eadẽ nunciabit.[Et q̃rent viſionem de ꝓpheta,]
Iere.39. queẽadmodũ in Ieremia copioſè narrat̃,ꝙ Sedechias rex occultè q̃ſiuit à Ieremia verbũ Dei,& principes ſciſcitabant̃,qd cũ rege cõtuliſſet.Quęrebãt quoq; à pſeudo ꝓphetis qd immineret.[& lex pibit à ſacerdote:] Chaldęi qppe occiderunt ſacerdotes,& libros legis incenderũt,ſacerdotes etiã legem

gem

gẽ impiè reliquerunt.[& cõſilium à ſenioribꝰ]Iudæorum peribit,q erant iudices ordinarij, & captiuitate inſtãte,nec ſibi nec alijs cõſulere potuerũt,ſed occidebant̃.[Rex lugebit] ſ.Sedechias, qñ rex Babylonis filios eiꝰ,eo cernẽte,fecit occidi,eiuſq́; oculos iuſſit erui,& ipſum vinctũ in Babylonem perduci.Et princeps induet̃ mœrore,quòd accipi poteſt de principe militiæ,vel generaliter de principibus cum rege captis.Sæpè etenim ponitur ſingularis numerus ꝓ plurali. [& manus populi cõturbabunt̃.]ſicut iã dictũ eſt,oẽs manꝰ diſſoluent̃.Nec dubium quin noĩe manuũ, ipſi hoĩes deſignent̃, vel fortitudo & opus eorum,ſecundùm quod totũ noĩe partis ſępiùs ſignificat̃.[Secundùm viã eorũ faciã eis,]infligendo quod meruerunt,tñ citra cõdignũ,cùm in oñi opere iuſtitiæ meæ mixtum ſit opꝰ clemẽtię.[Et ſecundùm iudicia eorũ iudicabo eos:]i.ſecundùm quod ipſi in iudicãdo meruerũt à me iudicari,recipere ac puniri,ſic faciã eis.Hoc eſt quod Chr̃s ait in euãgelio:Quo iudicio iudica- Matth. 7.
ueritis, iudicabit̃ de vobis. Et Iacobus:Iudiciũ,inqt,ſine miſericordia fiet ei,q nõ fecerit miſericor- Iacob. 2.
diã.Dicit̃ aũt iudicium immiſericordiũ eſſe ſine miſericordia, nõ ꝙ nulla ſit ibì pœnæ iuſtæ remiſſio,ſed qa iuſtitia in tali iudicio p̄dominatur, euidẽtiuſq́; relucet.[Et ſciẽt qa ego Dñs.] Iſte verſiculus,vt ait Hieronymꝰ,in hoc ꝓpheta frequẽter repetit̃,ꝙ cruciatꝰ atq; ſupplicia ſequat̃ ſcientia Dei, vt quẽ nõ intelligebãt per beneficia,per tormenta cognoſcant.Iuxta ſpiritalem intelligentiã, faciliſmum reor,ea q̃ de ſynagoga ad literã dicta ſunt,Eccleſiæ Chr̃i & impijs Chriſtianis applicare, p̄ſertim cùm etiã corporaliter ipſa vrbs Hieruſalẽ ac tota Iudæa,fide Chriſti recepta, ꝓpter tranſgreſſionem euangelicæ legis,ab infidelibus victa ſit & exterminata,deſtructis in ea Chriſti Eccleſijs.

¶ Elucidatio cap. 8. Et factum eſt in anno ſexto. Artic. X.

NVnc particulariùs,q̃ antè,denunciat̃ ꝓphetæ cauſa deſtructionis Hieruſalẽ & Iudęæ.[& factũ eſt in anno ſexto]trãſmigrationis Ioachin,[in ſexto mẽſe]anni iſtiꝰ,[in qnta mẽſis] i. quinto Ezech. 1.
die mẽſis eiuſdẽ.Itaq; viſio oſtenſa eſt ꝑ quatuordecim mẽſes, poſt primã ca.1.deſcriptã. Illa eñ fuit oſtẽſa 5.anno trãſmigrationis,quarto menſe,qnta die menſis,&(vt ait Hieron.)ꝑ tm̃ tẽpus, videlicet annũ duoſq́; mẽſes,intermiſſa eſt ꝓphetia, vel interìm geſta ſunt q̃ iã ſuprà deſcripta ſunt. [Et ego Ezec. 4.
ſedebã in domo mea.Dicũt aliqui, ꝙ die iſto necdùm cõpleti fuerũt dies quadringẽti triginta,quibꝰ Ezechiel iuſſus eſt ſup latera ſua dormire:q̃uis eñ finiti iã eſſent dies trecẽti nonaginta,quibꝰ ꝓ decem tribubus dormiuit ſup latus ſiniſtrũ,nõdùm tñ fuerũt cõpleti dies quadraginta,quibus dormire habuit ꝓ duabꝰ tribubus ſup dexterũ latus. Dicunt ergò ꝙ Ezechiel adhuc fuit in domo ſua recluſus,iacens ſup dextrũ latus.quibꝰ contrariari videt̃,quod ait ꝓpheta: Sedebã in domo mea. & de p̄ſentibus ſecũ mox ſubdit:Senes Iuda ſedebãt corã me. Vndè appãret ꝙ ſumat ſedere vniuocè, ꝓut diſtinguitur cõtra iacẽre.Et fortè præceptũ illud de iacendo,fuit ſibi poſteà mitigatũ, & tempus iacendi abbreuiatum.Quod quia incertũ eſt,nec multùm ꝓbabile, poſſet quis dicere, ꝙ dormitione ſup ſiniſtrũ latus cõpleta, nõ ſtatìm ad aliud latus ſe poſuit ad iacendũ, ſed repauſauit: quod qm̃ itẽ ambiguum eſt,potiſſimè ꝙ multis diebus diſtulerit:dici poteſt cum prima poſitione, ꝙ ſedere capitur hîc pro manere,& ꝙ ſenes Iuda,i.ſeniores duarũ tribuũ in Babylonem tranſlati, venerãt ad cõſolandum prophetã,tam diù inſtàr ęgri iacentem.Porrò ſecundùm Hieronymum, propheta ſedebat in domo ſua,fugiens frequentiã populi.[& ſenes Iuda ſedebant coram me,] vel animo audiendi verbum Dei, vel animo inſidiandi ſermonibus vatis. Et aliqui aſſerunt, quòd venerunt ad inquirendum de ſtatu Hieruſalem. Vndè ſubiungitur: [Et cecidit ibì] illis præſentibus [ſuper me manus Domini Dei:] i. poteſtas & gratia prophetalis ſeu diuina illuminatio, & mentis exceſſus, & raptus, alienatioq́; ab exterioribus ſenſibus ad contemplandum ſtatum Iudæorum in Hieruſalem.[& vidi] imaginaria ſimul & intellectuali viſione.[& eccè ſimilitudo quaſi adſpectus ignis.]i.ſimilitudo hominis mihi apparuit in ſpecie ignis, & per modum ignis ſplendentis. Per ſimilitudinem hominis, ſignificabatur Deus omnipotens in throno gloriæ reſidens,qui ad inſinuãdum iudiciorum ſuorum terrorem, vel naturæ ſuæ ſimplicitatem ac puritatem & agilitatem, in forma ignis apparuit: vel, vt quidam affirmant, ad deſignandum combuſtionem Hieruſalem. [ab adſpectu lumborum eius & deorſum erat ignis.Et à lumbis eius & ſurſum, quaſi adſpectus ſplendoris vt viſio electri. Hæc viſio ſimilis eſt cum illa, quæ in fine primi cap. ſcripta eſt atque expoſita, & verba iſta ibidèm expoſita ſunt. [Et emiſſa] à Deo ad me [ſimilitudo manûs] hominis, non ipſa manus: Omnia etenim iſta in imaginaria viſione fiebant. [appræhendit me in cincinno capitis mei.] Sic & Abacuc legitur
ab angelo appræhenſus. ſed Propheta iſte imaginariè,ille realiter. [Et eleuauit me ſpiritus] id eſt, Dani. 14.
angelus cuius miniſterio repræſentatio iſta imaginaria atque prophetica mihi fiebat,[inter cælum & terram,]putà in aëre, eleuatione (vt dicitur) imaginaria, non reali. Videbatur nanq; prophetę ꝙ ſic eleuaretur, per quod mentis ſuæ eleuatio deſignabatur. Veruntamẽ viri ſancti frequenter ex cõtemplationis exceſſu leguntur corporaliter eleuati in aëre.[& abduxit me in Hieruſalem in viſione Dei,]i. ꝑ ſpiritalẽ viſionem à Deo factã,ità ꝙ iſta abductio nõ fuit corporalis,ſiue in corpore, ſed in ſpiritu,per hoc ꝙ ſimilitudines rerum hîc deſcriptarum, formabantur ac repræſentabant̃ in ſpiritu

ſeu

ſeu animo Ezechielis.Propter quod corpus eius mãſit in domo qua iacuit,aĩa quoq; in corpore mã-
ſit.Iuxta quẽ modũ legunẽ qdam ad paradiſum,infernũ,purgatoriũq; adducti.[iuxta oſtiũ interius,]
i.ad oſtiũ atrij immundorũ,& intra ianuã iſtã,[quod reſpiciebat ad aqlonẽ,]Erãt eñ adhuc duo ãlia
huius atrij oſtia,quorũ vnũ verſùs orientẽ, aliud verſùs auſtrũ. [vbì erat ſtatutũ idolũ zeli.] i. ſtatua
Baal,q̃ dicitẽ idolum zeli per cauſam,qa per eius cultũ Iudæi irã Dei cõtra ſe ꝓuocabãt.Propter quod
ſubditẽ:[ad ꝓuocandum æmulationẽ.] i.indignationẽ atq; vindictã Dei in eos, iuxta illud Deut. 32.
Ipſi me ꝓuocauerunt in eo q̃ nõ erat Deus, & iritauerunt in vanitatibꝰ ſuis: & ego ꝓuocabo eos in
eo q̃ nõ eſt populus.[Et eccè ibì gloria Dei Iſrael,] i.diuina maieſtas mihi ibidèm apparuit, [ſecun-
dùm viſionẽ quã viderã in cãpo.] i.per talẽ imaginationẽ & repſentationẽ,per qualẽ & antè mihi ap-
paruit in cãpo,vt dictũ eſt cap.3.eſtq; eadẽ cum illa q̃ deſcribitẽ 1.cap.Apparuit aũt gloria Dei,ſeu glo
rioſa viſio eius iuxta idolum,nõ ꝙ tali delectareẽ cõſortio, ſed vt ſuæ pſentiæ poteſtate tẽplum ido-
lumq; deſignaret delendum.[Et dixit ad me:Fili hoĩs,leua oculos tuos] interiores [ad viã aqlonis:]
i.ad aquilonarẽ portã. [Et leuaui oculos meos ad viã aquilonis:& eccè ab aquilone portę altaris,] i.
à parte aquilonari,in qua fuit porta altaris vel idoli Baal, vel holocauſtorũ, Eratq; porta hæc,directè
reſpiciẽs ad altare hoc, idcircò porta altaris vocaẽ. Itaq; ab hac parte fuit idolum zeli poſitũ [in ipſo]
portæ [introitu.Et dixit ad me:Fili hoĩs,putás ne vides tu qd iſti faciunt?] vtpotè [abominationes
magnas,] i.irrationabiles idololatrias,q̃ ſunt abominabilia ſcelera, [quas domus Iſrael facit hîc] in
templo mihi cõſecrato,ſicq; ex parte loci aggrauaẽ peccatum,[vt ꝓcùl recedã à ſanctuario meo,] pu
tà à templo,nõ per localẽ diſtantiam, ſed ꝓtectionis ſubtractionẽ,& ſolitæ inhabitationis ceſſatio-
nem.[& adhuc cõuerſus,] i. ad alium locum oculos dirigens, & te vertens, [videbis abominationes
maiores.Et introduxit me ad oſtium atrij] templi,in quo atrio ſtabant mundi ſecũdùm legẽ.[& vi-
di,& eccè foramen vnum in pariete,& dixit ad me: Fili hoĩs,perfode parietẽ:] foramen iſtud ampli-
ficando,vt ingredi queas,& quæ intùs aguntur, cõſpice. [& cùm perfodiſſem parietẽ, apparuit oſtiũ
vnum.Et dixit ad me:Ingredere,& vide abominationes peſſimas quas iſti faciunt hîc.] Secundùm
Hieronymum,per minoris foraminis dilatationẽ,& parietis perfoſſionẽ,deſignatur tam in Eccleſia,
q̃ in ſingulis nobis, per vitia parua, maiora monſtrari, & quaſi per q̃dam foramina ad abominatio-
nes maximas perueniri, quẽadmodùm per turpẽ ſermonẽ libidinoſus quis eſſe cognoſcitur, etiam
ſi callidè vitia ſua celet.[& ingreſſus,vidi:& eccè oĩs ſimilitudo reptilium & animalium abomina-
tio] ſ.ſtatuæ beſtiarũ,[& vniuerſa idola domûs Iſrael depicta in circuitu erãt in pariete per totum.]
Eccè quanta idololatrarum cæcitas atq; inſania, vt rationales creaturæ, irrationalia tamq; viliſſima
bruta adorent.De hoc in libro Sapientiæ multa ſcribunẽ, quẽadmodùm miſerrimas beſtias colant,
Sap. 13. 14. & 15. de quibus loquitur Iſaias,ꝙ talpas & veſpertiliones adorauerint.Vndè ad Roma.1.ſcribit Apoſtolus:
Iſai. 2. Mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei,in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs,& volucrũ,& qua-
drupedum,& ſerpentium.Porrò ſecundùm Hieronymum, in noſtri tẽpli parietibus, & aĩarum no-
ſtrarũ penetralibus idola monſtrantur depicta,dum oĩbus vitijs ſubiacemus, & pingimus in cor-
de noſtro vitiorum cõſcientias,imagineſq; diuerſas:quod maximè faciunt, qui ex humano rubore
aliqua mala deuitant,quorũ cogitationes & affectiones in corde corã Deo verſare nõ erubeſcunt,
hoĩm magìs q̃ diuinitatis curantes intuitũ.[& ſeptuaginta viri de ſenioribus domûs Iſrael, & Iecho-
nias filius Saphan,ſtabat in medio eorũ ſtantium ante picturas.] tanq̃ principalis in idololatrijs iſtis.
[& vnuſquiſq; habebat thuribulũ in manu ſua.] ſicq; quod Deo fuerat exhibendum, brutis ſacrile-
gi,brutis infeliciores,fecerunt thurificantes.[Et dixit ad me] ſpiritus, cuius obſequio oĩa hæc mi-
hi oſtendebanẽ.[Certè vides fili hoĩs,q̃ ſeniores domûs Iſrael faciunt in tenebris, &c.] quaſi dicat,
ex eo quod in tẽplo faciunt cõgregati,cõſiderari poteſt, qd ſinguli in ſuo faciãt cubili:qui eñ publi
cè peccare nõ metuunt,inceſſabiliter intra ſe cogitando & appetendo excedũt. [Dicunt eñ, nõ vi-
det Dñs nos.] i.actus humanos nõ cognoſcit.[dereliqt Dñs terrã.]i.de inferioribus iſtis nõ habet cu
rã ſeu ꝓuidentiã.Iſtud dixerũt iſti Iudæi,vel qa tã impiè egérunt àc ſi ità putâſſent, ſicq; dixerunt, i.
facto monſtrârunt ſic eſſe,quẽadmodùm de qbuſdam dicit Apoſtolus: Dicunt ſe nôſſe Deũ, factis
Tit. 1. aũt negant.vel qa errorẽ negantium prouidentiam Dei vniuerſa diſtinctè cognoſcere, diſponere
Pſal. 72. & complecti,inciderunt,in quorum perſona ait Pſal.Dixerunt,quõ ſcit Deus? &, ſi eſt ſciẽtia in ex-
celſo? Vndè & Iob 22.inducitur: An cogitas ꝙ Deus excelſior cælo ſit? nec noſtra cõſiderat, & cir-
ca cardines cæli perambulat. Verùm vt ait Hieronymus, multi ſunt peccatores, & ambulãtes iuxta
cogitationes & concupiſcentias, q̃ Deũ non putãt curare mortalia, nec illum ad noſtra vitia perti-
nere.Certè qñ peccamus,ſi cogitaremus Deũ videre,& eſſe præſentẽ,nũquàm quod ei diſplicet fa-
ceremus.[Et dixit Dñs ad me:Adhuc conuerſus,videbis abominationes maiores quas iſti faciũt.Et
introduxit me per oſtiũ portæ domûs Dñi,quod reſpiciebat ad aquilonẽ,]i.per portã atrij ſacerdo-
tum.[Et eccè mulieres ibì ſedebant,plangẽtes Adonidẽ.]Adonis iſte,ſecũdùm gẽtiles,fuit pulcher-
rimus iuuenis,atq; amaſius Veneris,quẽ aper percutiens interfecit.Vndè gentilium fœminæ ipſum
omni

omni anno die ſuæ occiſionis planxerunt,quorũ idololatriã ſecutæ ſunt fœminæ Iudęorũ, quod &
viris earum id ꝑmittentibus imputaẽ: fuitq; p̃dictis ſceleſtius,quo ad hoc, ꝙ in porta atrij ſacerdotũ
fiebat. [Et dixit ad me: Certè vidiſti fili hoĩs.] tanq̃ dicat,ex his ſcire, alijſq; inſinuare potes, q̃ iuſtè
iraſcar,& tormenta inferre ꝓponam populo huic.[Adhuc cõuerſus, videbis abominationes maio-
res his.Et introduxit me in atrium domûs Dei interius,] i.in atrium ſacerdotum templo ꝓpinquius:
[& eccè in oſtio templi inter veſtibulum,] i. porticũ templi, [& altare] holocauſtorũ in eodẽ atrio
poſitum,[quaſi vigintiquinq; viri dorſa habẽtes cõtra altare Dñi,& facies ad orientẽ.] in quo contra
legem fecerunt,qua per Moſen Dñs iuſſit,nè verſùs orientẽ adorarẽt more gentiliũ,ſed potiùs con- Deut. 12.
tra occidentẽ & verſùs templum.Sed viri hi in Dei cõtemptum oppoſito modo geſſerunt,dorſa ver
tendo ad altare,& vultus ad orientẽ. [& adorabant ad ortum ſolis] videlicet ipſum ſolẽ, ſeruientes
creaturæ potiùs q̃ creatori,qui eſt ſup oĩa Deus omnipotẽs, incircunſcriptus, & benedictus in ſe- Rom. 1.
cula.Iſtud quodãmodò imitantur inobedientes,Deo rebelles,vanis & caducis magìs q̃ ſummo, in-
cõmutabili,immenſoq; bono adhærentes, & per hoc, dorſum cõtra eum & eius templũ vertentes,
diuitias quoq; ſeculi,& carnis delicias,ac tẽporales honores magìs q̃ creatorẽ colentes,cogitantes,
amantes,& exquirentes.[Et dixit ad me:Certè vidiſti fili hoĩs] tanta horum facinora.[Nunquìd le-
ue eſt hoc domui Iuda?]tanq̃ dicat:nõ vtiq;,ſed grauiſſima ſunt iſta peccata:[quia replentes terram
iniquitate,]i.corda & corpora ſua inquinantes. Dicitur eñ terra iniquitate repleri, dum habitantes
in ea,abundantiſſimè peccant.Hinc S.Iob cap.31.Si vidi,inqt,ſolẽ cùm fulgeret, & lunã incedentem
clarè,& lætatũ eſt in abſcõdito cor meum,& oſculatus ſum manũ meã,q̃ eſt iniquitas maxima,& ne-
gatio cõtra Deum altiſſimũ.[& eccè applicant ramũ ad nares ſuas.] Ramum eñ palmarũ quẽ idolo
applicuerunt,deindè naribus ꝓprijs applicabãt,in ſignum reuerentię idolorum,quaſi dulce aliquid
odorantes,quo ſe ſanctificari credebãt,ſicut fideles panes cõſecratos ad Dei honorẽ, ori ac naribus
admouent.[Ergò & ego faciam in furore:]i. in rigore iuſtitiæ vltionẽ in eos.[& non parcet oculus
meus,]i.cenſura atq; intuitus ſapientiæ meæ.[& cùm clamauerint ad aures meas]i. ad miſericordiã
& prouidentiã meã [voce magna,nõ exaudiã eos] tempore ſuæ anguſtię,eô ꝙ clamẽt ad me nõ ze-
lo iuſtitiæ,neq; ex charitate,ſed timore ſeruili,& ineuitabili neceſſitate:ſi aũt pœnituiſſent,& ex cha
ritate Dñm exorâſſent,exaudîſſet vtiq; eos,quãtùm ad aĩarum ſalutẽ & culpæ remiſſionẽ, ſed nõ ex-
pedit peccatoribus ſemp,vt preces eorũ qbus à p̃ſentis vitę tribulationibus eripi flagitãt, exaudian-
tur.Hinc ait Hieronymus:Qui nõ intelligunt qd eis ꝓſit,& orãt frequẽter ſaluti cõtraria, expedit eis
vt nõ exaudianẽ à Dño.Vndè & in oratione dicimus:Fiat voluntas tua,non voluntas noſtra,q̃ errare Matth. 6.
cõſueuit,ſed tua,q̃ futura cognoſcit.Magnæq; interdùm felicitatis eſt,ad p̃ſens miſericordiã nõ me-
reri.¶Poſtremò,& oĩbus iſtud applicari poteſt,qui tẽpore ꝓſperitatis ac ſoſpitatis Deũ nõ curant,
neq; honorant,& eius p̃cepta paruipendunt, ꝙ dũ imminente perſecutionis ſeu mortis periculo ad
Deũ clamauerint ſolo ſeruili timore,quo pœnã metuunt, nõ exaudienẽ, nec grãm cõſequenẽ. Pro-
pter quod Prouer.1.increata Sapientia teſtaẽ:Quia vocaui,ac renuiſtis, deſpexiſtis oẽ cõſiliũ meũ,
& increpatiões meas neglexiſtis:ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vobis id
quod timebatis,euenerit.Cùm irruerit repentina calamitas,tũc inuocabunt me, & ego nõ exaudiã,
eô ꝙ exoſam habuerint diſciplinã,& timorẽ Dñi nõ ſuſceperint.itaq; indulta pœnitentiæ tẽpora nõ
p̃damus,nec corporis robore abutamur,ſed dũ ſana ſunt mẽbra,Deo altiſſimo fortiter miniſtremꝰ.

¶*Expoſitio cap. 9. Et clamauit in auribus meis.* *Articulus* II.

ET clamauit in auribus meis] interioribus.Omnia eñ iſta fiebant in repræſentatione imagina-
ria intùs exhibita,exteriorum ſenſuum vſu ſuſpenſo, [voce magna] angelus, per quẽ mihi hæc
oſtendebantur,[dicens:Appropinquauerũt viſitationes] i. debitę correctiones ſeu punitiones [vr-
bis] Hieruſalem. Vndè Septuaginta tranſtulerunt, vltiones.[& vnuſquiſq; eorum] per quos Deus
peccata vrbis huius vlciſceẽ,[vas interfectionis] i.inſtrumentũ interficiendi habitatores Hieruſalẽ,
[habet in manu ſua.] Eſt eñ cõſuetudo Hebræi ſermonis,vt oẽ id quod alicuius cõtentiuum ſeu
effectiuũ eſt,vas voceẽ.& hoc loco ꝓ vaſe Septuaginta trãſtulerũt ſecurim.[& eccè ſex viri]i.miniſtri
Dei,& angeli in forma virorum,[veniebãt de via portæ ſuperioris,q̃ reſpicit ad aquilonẽ:]i.de porta
aqlonaris atrij mundorũ.Templum eñ habuit atria tria,ſ. mundorũ & immundorũ,hoc eſt,in quo
ſtabant Iudæi mundi aut immundi ſecundùm legẽ,ac atriũ ſacerdotum. Aliqui quoq; dicũt ibidèm
fuiſſe & quartũ atriũ,putà gentiliũ Deũ illuc adorare volentiũ.[& vnuſquiſq;] horũ ſex virorũ [vas
interitûs] i.inſtrumentũ occidendi iniquos fuit [in manu eius,] ad figurandũ ꝙ parati atq; idonei
eſſent ad exequendũ Dei præceptum cõtra iniuſtos. [Vir quoq; vnus] i. angelus qdam præcipuus,
[in medio eorum,indutus erat lineis.] Septuaginta tranſtulerunt, podére, quæ fuit vna de veſtimẽ-
tis pontificis.Hinc ſecundùm Hieronymum,angelus iſte apparuit in habitu pontificis,& aſſerũt q-
dam ꝙ Chriſtũ magni cõſilij angelum repræſentauit. [& atramẽtarium ſcriptoris] i. materia in qua Iſaiæ 9.
ſcribere poſſet,[ad renes eius] fuit. Vndè Symmachus tranſtulit,tabulas ſcriptoris,vt ſ. oĩum pec-

cata deſcriberet,& numerũ iuſtorum à peccatoribus ſegregaret. [Et ingreſſi ſunt] ſeptẽ angeli iſti.
Per ſeptenarium aũt vniuerſitas deſignaẽ,ideò ſeptẽ angeli aduenerunt ad demonſtrandum, ꝙ vni-
uerſi angelici ſpiritus parati ſunt ſemper obſequi creatori.[& ſteterunt iuxta altare æreum.] ſiqui-
dem duo erant in templo altaria,vnum thymiamatis aureum,quod fuit intrinſecùs,& alterum æreũ
holocauſtorum ante templum.Steterunt aũt iuxta altare, vt cuiuſcunq; viderint ibì nõ eſſe peccata
dimiſſa,diuinæ eum ſententię ſeu interfectioni ſubiacere cognoſcant.[& gloria dñi Iſrael aſſumpta
eſt de Cherub,q̃ erat ſuper eũ ad limẽ domûs.] Iſtud duobus modis exponiẽ.Primò,ſecundùm Hie-
ronymum,ſenſus eſt,ꝙ non ipſe dñs in throno reſidens ſuper quatuor aĩalia,q̃ infrà Cherubin nũ-
cupanẽ,qm̃ vndiq; oculata,receſſit à priſtino loco, videlicet à capitibus aĩalium ad limẽ domûs ſeu
templi:ſed ꝙ ipſe miſit vnum de aĩalibus iſtis, quod ſingulari numero, maſculinoq́; genere dicitur
Cherub,ad limen domûs.ſicq́; illo pergente,gloria ſeu effigies Dei ꝓclara in throno apparẽs,aſſum-
pta fuit de Cherub,per hoc quòd deſijt eſſe ſuper ipſum. Secũdò exponiẽ, ꝙ gloria Dei ſeu præfata
eius ſimilitudo,receſſit à capitibus aĩaliũ,q̃ Cherub vocanẽ,ſumendo ſingulare pro plurali.& trãſijt
ad limen tẽpli,per quod ſignificabaẽ receſſus Dei de ꝓpiciatorio,quod erat intra ſancta ſanctorũ ſu-
per alas Cherubin,ità ꝙ non darentur decæterò diuina reſponſa pontifici de ꝓpiciatorio, ſicut an-
tè.Itaq; gloria Dei q̃ erat ſuper eũ, i. ſuper Cherub apparuit, hoc eſt, ſuper caput cuiuſlibet quatuor
animalium,nõ in quatuor ſimul locis,ſed altè in throno ſedens, aſſumpta eſt.[& vocauit] dñs [virũ
qui indutus erat lineis,] de quo dictũ eſt.[& dixit dñs ad eum: Tranſi per mediã ciuitatẽ] videlicet
[in medio Hieruſalẽ] i.per oĩa loca ipſius,[& ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium & do-
lentium ſuper cunctis abominationibus,q̃ fiũt in medio eius.] i.q nõ ſolũ nõ peccauerũt enormiter
& per idolorũ culturã,ſed aliorum inſupèr facinora idololatriasq́; luxerunt.Porrò, ſecundùm Hie-
ronymum,Thau eſt vltima litera Hebraici alphabeti,per quã perfecta in viris aliorũ peccata deflẽ-
tibus ſcientia deſignatur,qbus meritò eſt parcendũ:vel,ſecundùm Hebręos, qm̃ Thau eſt prima li-
tera huius vocabuli thora,quod legẽ ſignificat,illi hoc ſignũ acceperunt, qui legis ꝓcepta cuſtodiê-
runẽ.Myſticè per literã Thau,q̃ crucis habet figurã, ſignanẽ qui crucẽ Chriſti frõtibus ſuis fideliter
imprimunt,& in Chr̃o cõfidunt,q ſaluanẽ:qui verò ità ſignati nõ fuerint,ꝑeunt. [& illis dixit] i.alijs
ſex angelis dñs iuſſit:[Trãſite ꝑ ciuitatẽ] Hieruſalẽ,[ſequẽtes eum] videlicet angelũ lineis veſtimẽ-
tis indutũ,Thauq́; ſcribentẽ.[& ꝑcutite] oẽs qui ſignũ Thau in fronte nõ habẽt. [Nõ parcat oculus
veſter,nec miſereamini.Senem,adoleſcentẽ,virginẽ,paruulum,& mulieres interficite.Oẽm autẽ ſu
per quẽ videritis Thau,nè occidatis.] Per iſta figurabaẽ,ꝙ Chaldæi ſine clementia occiderent Iu-
dæos idololatras:iuſtis verò,vt Ieremię & Baruch,& filijs Rechab,Abdemelech Aethiopi eunucho,
Deus tunc pepercit.[& à ſanctuario meo incipite.] i.primò occidite miniſtros templi,ſacerdotes,&
Sap. 6. principales qui alijs cauſa peccandi fuerunt.Iudiciũ nempe grauiſſimũ in his qui ꝓſunt, fiet. Et quò
1.Pet. 4. altior gradus,eo grauior caſus.Ideò Petrus apoſtolus:Tempus,inq̃t,eſt vt iudicium à domo Dei in-
cipiat.[Cœperunt ergò] occidere [à viris ſenioribus qui erãt ante faciem domûs,] i. qui iuxta ſan-
ctuarium erãt,atq; in templo.[& dixit ad eos] ſ.Deus ad ſex angelos:[Cõtaminate domũ,] i. tẽplum
polluite,ſeu à Chaldæis cõtaminandum ſignificate. [& implete eam interfectis,] ſ.ſacerdotum cada
ueribus.Dicebatur ſecundùm legẽ Moſis locus cõtaminari, propter caſum aut ſanguinẽ mortui ibì
cadentis ſeu morientis,ſicq́; Chaldæi contaminauerunt tẽplum, quod angeli ꝓfigurauerunt. Dixit
quoq; Deus ad angelos:[Egredimini] de templo,occidendis occiſis,i. occiſis his qui fuerãt occidẽ-
di.[& egreſſi ſunt,& percutiebant eos qui erant in ciuitate,] non habentes in fronte Thau.[& cæde
cõpleta,remanſi ego] cum cæteris ſigno Thau ſignatis.[ruiq́; ſuper faciẽ] meam in imaginaria viſi-
one,[& clamans,aio: Heu, heu, heu dñe Deus.] ex compaſſione & admiratione collapſus eſt, & ad
ampliorem doloris exaggerationem,ter heu exclamauit.[Ergò ne diſperdes omẽs reliquias Iſrael?]
i.vniuerſos de regno Iuda ſuperſtites? tanq̃ dicat: Tam terribiliter vindicas, & tam pauci in vita re-
manent,vt omnes videantur perdendi.Loquitur aũt propheta in exceſſu,vt moris eſt dolentium ve
hementer.Deniq; propheta ſic eiulante,& diuinæ æquitatis rigorẽ ſtupente, Deus reſpondet, ſicut
ſubiungitur:[& dixit ad me,] oſtendens ſe iuſtè egiſſe.[Iniquitas domûs Iſrael & Iuda] i.decem tri-
buum atq; duarum,[magna eſt nimìs valdè,] i.grauiſſima & quaſi ineffabiliter magna.[& repleta eſt
4.Reg. 21. terra] Iudææ [ſanguinibus] i. peccatis & operibus carnis, vel innocentum in ea occiſorum cruori-
bus,præſertim tempore Manaſſæ regis,vt dictum eſt. [& ciuitas repleta eſt auerſione.] i. habitato-
res Hieruſalẽ pleni fuerunt infidelitate, idololatria,blaſphemia,cæteriſq́; ſpiritalibus, quæ ſunt di-
rectè contra Deum,peccatis.[Dixerunt em̃:Reliquit dñs terram,] nõ habendo curam actuum hu-
manorum.[& dñs non videt.] i. inferiora nõ agnoſcit. Iſtud ꝓcedenti capitulo habitum, pleniuſq́;
expoſitum eſt.[Igitur & meus non parcet oculus] &c.Iſtud viciſsìm expoſitum eſt.[Viam eorum ſu
per caput eorum reddam.] i. pro peccatis debitas pœnas per Chaldæos infligam, vt ſciant proui-
dentiam eſſe in me. [& eccè vir qui indutus erat lineis,] qui ſcripſit in frontibus bonorum Thau,
quem

quem quidam putant Gabrielem fuiſſe. [reſpondit verbum] dño, à quo præceptum accepit. [Feci
ſicut præcepiſti mihi,] ſignum Thau iuſtorum frontibus imprimendo.

¶*Declaratio cap.10.Et vidi,& eccè in firmamento.* *Articulus* 12.

HOc capitulo propheta prænunciat,qua ſpecie deſtructionis deijceretur vrbs ipſa Hieruſalem,
putà incendio.[& vidi,& eccè in firmamẽto quod erat ſuper caput Cherubim,] i. in ſimilitu-
dine illa, q̃ ſuper caput quatuor animaliũ apparebat, inſtàr cæli ſtellati ſeu firmamenti. [quaſi lapis
ſapphirus] i.ſimilitudo throni ſapphirini.Ideò ſubditur:[& quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij apparuit
ſuper eam.] Lapis equidẽ iſte habuit formã throni,ſecundùm Hieronymum.Per hęc verba inſinua-
tur,ꝙ effigies illa dñi reſidentis in throno,quæ receſſit à capitibus animalium ſuperpoſito loco ad
limen domûs,iam redijt ad priſtinum locum: verùm de firmamento & throno ac animalibus dictũ
eſt ꝓlixè Ezech.1.[Et dixit] dñs ſedens in throno,[ad virum qui indutus erat lineis:] i. ad angelũ in
viri ſpecie apparentem,& veſtibus lineis coopertum, de quo multa ſunt dicta ꝓcedenti capite. [In-
gredere in medio rotarum q̃ ſunt ſubtus Cherubim.] Quatuor em̃ erant rotæ retrò & ſubtùs, ſe-
quẽtes quatuor animalia,q̃ nunc Cherubim nuncupantur.[& imple manũ tuã prunis ignis,] i. igni-
tis carbonibus,[q̃ ſunt inter Cherubim.] Dictum eſt em̃,ꝙ animalia apparuerũt in medio ignis nu-
bem inuoluentis,itemq́; ꝙ ſimilitudo & adſpectus animaliũ fuit,quaſi carbonũ ignis ardentiũ. [&
effunde ſuper ciuitatẽ] Hieruſalẽ,ad inſinuandum,ꝙ à Chaldæis ſit ſuccendenda.Oĩa aũt iſta fiebãt
in viſione imaginaria,per ſimilitudines rerum interioribus ſenſibus repræſentatas, quarum ſignifi-
cationem,Deo intùs illuminante, veraciter intellexit.[Ingreſſuſq́; eſt in cõſpectu meo] ſecundùm
quod dñs ſibi præcepit.[Cherubim aũt] i.quatuor animalia [ſtabãt à dextris domûs Dei,] i.templi,
[cùm ingrederetur vir] lineis indutus ad Cherubim.Veruntñ animalia intra atrium templi apparu-
erunt,ſ.ad latus eius dextrũ. [& nubes impleuit atrium eius interius] videlicet templi, in quo atrio
animalia apparuerunt.Per nubem hanc,de qua dictũ eſt 1.cap. diuinæ maieſtatis deſignabatur præ-
ſentia,ſecundùm quod 3.Reg.&2.Paralip.templo cõpleto,ſcribitur nubes ſeu nebula domũ dñi im- 3.Reg. 8.
pleuiſſe,dixitq́; Salomon:Dñs pollicitus eſt, ꝙ habitaret in nebula. [& eleuata eſt gloria dñi deſu- 2.Par.7.
per Cherub ad limen domûs.] Hoc præcedenti capitulo dupliciter recordor expoſitum: neq; em̃
hoc aliud eſt,niſi quod dicitur ibì:Et gloria dñi Iſrael aſſumpta eſt deſuper Cherub ad limẽ domûs.
[& repleta eſt domus] videlicet templũ: [nube] ꝓfata, ità ꝙ dño ad limen domûs pergente, nubes
eũ ſequẽs, domum totã impleuerit,nõ vnum atrium tantùm.[& atrium repletum eſt ſplendore glo
riæ dñi.] i.claritate à Dei maieſtate micante ac fuſa.[& ſonitus alarum Cherubim] i.quatuor anima-
lium [audiebaẽ vſq; ad atrium exterius:] in quo ſtabãt hoĩes ſecundùm legẽ immundi.[quaſi vox lo
quentis Dei om̃ipotentis.] i.tanq̃ ſonus magnificus atq; mirabilis, qualẽ eſſe cõdecet ſonũ vocẽq́;
Dei om̃ipotentis,de quo cantamus in Pſal.28.Vox dñi in virtute,vox dñi in magnificentia.Hinc di
ctum eſt ſuprà 1.cap.Audiebam ſonũ alarum quaſi ſonum aquarũ multarum, quaſi ſonum ſublimis
Dei.Per huiuſmodi quoq; motionẽ,ſignificabatur agilitas angelorum ad diuinorũ mandatorũ ex-
equutionẽ.[Cumq́; ꝓcepiſſet] dñs viro,qui indutus erat lineis,ſ.angelo,[dicẽs:Sume ignẽ de medio
rotarum,q̃ ſunt inter Cherubim] iuxta animalia,tñ ſubtus & retro ea. Similitudo aũt ignis etiam in
medio rotarum apparuit,ſicut his verbis innuitur:[Ingreſſus ille,ſtetit iuxta rotã] vnã,non tñ ꝓpria
manu ſumpſit ignẽ,ſecundùm Hieronymũ, vel ob triſtitiã puniendæ Hieruſalẽ, vel ob gloriæ ma-
gnitudinẽ ſtupens,q̃ verba ſano indigẽt intellectu.[& extendit Cherub manum ſuã de medio Che-
rubim] i.vnum de quatuor animalibus,manum ſuã leuauit de medio animaliũ, inter q̃ fuit. [ad ignẽ
qui erat inter Cherubim,] i.qui inter animalia apparebat.[& ſumpſit, & dedit in manũ eius, qui in-
dutus erat lineis.Qui accipiẽs] ignẽ, [egreſſus eſt] atrium tẽpli, vt ignẽ ſuper ciuitatem diſpergeret,
quod & fecit,licèt iam nõ exprimatur,cùm ſatìs intelligi detur per verba ꝓhabita.Quidam tamẽ di-
cunt,ꝙ iſtud idcircò nõ explicatur,qm̃ ciuitas tunc nõ fuit combuſta,ſed poſteà annis ſex euolutis.
Quòd ſi verum eſſet,nec ſuprà dictum fuiſſet,ꝙ angeli percuſſerunt habitatores ciuitatis.Non enim
mox poſt hæc fuerunt percuſſi,ſed paulò ante vrbis incendium, vt legitur 4.Reg. Deindè deſcribi- 4.Reg. 25.
tur diſpoſitio animalium,& modus ꝓfatæ viſionis,quæ cum viſione in 1.cap. poſita, paucis demptis,
concordant. vndè nec hîc reſumenda ſunt,illic ſatìs deducta. [& apparuit in Cherubim ſimilitudo
manûs hominis ſubtus pennas eorum.] Dictum eſt enim primo cap. quemadmodùm quodlibet
animal habuit quatuor manus ſimiles manibus hominis ſub quatuor alis,ſub qualibet vnam.[& vi-
di,& eccè quatuor rotæ iuxta Cherubim.] Erant enim quatuor rotæ & quatuor animalia.[Rota vna
iuxta Cherub vnum,& rota alia iuxta Cherub vnum.] id eſt, cuilibet animali conſequenter iuncta
fuit vna rota,aſſequens illud.[Species autem rotarum erat quaſi viſio lapidis chryſolithi.] id eſt, ſi-
milis adſpectui ſeu colori chryſolithi, qui eſt lapis precioſus, rubeum & aureum habens colorem.
Veruntamẽ 1.cap.dictum eſt,quòd adſpectus rotarum erat quaſi viſio maris, nunc verò ſimilis fer-
tur chryſolitho, vt ſimilitudo pennarum per ignem, putà vrbis incendium per rubeum colorem

demonſtretur.[& omne corpus earum] putà rotarum,[& colla,& manus,& pennæ,& circuli, plena
erant oculis in circuitu quatuor rotarum.] Secundùm Hieronymum, rotæ iſtæ dicunt habere colla
& manus & pennas,intelligẽdo per hæc efficientias rerum in ſingulis,nõ mẽbrorum imagines. Cur
Ezech. 1. autẽ oculata circunquaq; dicant aĩalia ſiue rotæ,dictum eſt ſuprà.Per circulos,ſecundùm Hierony-
mum,intelliguntur canthi ferrei,q̃bus lignorũ rotunditas ſtringit̃ & arctat̃. [& rotas iſtas vocauit] Dñs
vel angelus [volubiles,audiente me:] q̃a & quatuor partes terræ æqualiter mobiles erant, vt 1. cap.
declaratum eſt pleniùs.[Quatuor autẽ facies habebat vnum animal.]immò quodlibet quatuor ani-
malium habuit quatuor vultus.[& facies vna] i.prima fuit [facies Cherub,& facies ſecunda facies ho-
minis,& in tertio facies leonis,& in quarto facies aquilæ.] Faciem quã nunc propheta vocauit faciẽ
Cherub,1.cap.appellauit faciem bouis ſeu vituli,cuius rationẽ aſſignat Hieronymus, ꝙ facies Che-
rub eſt facies vituli,i.multùm ſimilis vultui vituli.Loquitur autẽ de Cherub ſecundùm formam ei-
Ioſephus us in templo ſeu tabernaculo Moſis. Sed huic reſponſioni q̃dam obijciunt:Primò,ꝙ ſecundùm Io-
lib. 3. anti. ſephum,facies Cherub eſt facies cuiuſdã auis ab hominibus nunq̃ viſæ, ſed Deus oſtendit eã Moſi
Iuda.ca. 8. in monte Sinai.Secundò, ꝙ ſecundùm Rabbi Salomonem, facies Cherub fuit quaſi vultus pueri
gratioſi.Iſta duo argumenta ſe inuicèm deſtruunt,nec aliq̃d certum includunt,nec maior eſt horũ,
q̃ S.Hieronymi authoritas,potiſſimè cùm vbertìm ſe aſſerat à doctiſſimis Hebræorum inſtructum.
Inſupèr quæritur,cur facies Cherub dicatur hîc prima, cùm 1.cap. dicta ſit tertia. Et reſpondendum
ꝙ ideò,quia magìs directè apparebat vultui ꝓphetæ,q̃ aliæ tres.Facies quoq; nõ deſcribunt̃ hîc diſ-
poſitæ,vt 1.cap.ſed vno per gradus ordine linealiter diſpoſitæ hîc ſcribuntur, ibì autẽ per dextrum
& ſiniſtrum ac ſurſum.[Ipſum eſt animal quod vidi iuxta flumen Chobar.]quaſi dicat,eadẽ pro ma-
xima parte eſt viſio,& vna interpretatio. Porrò quod ait, Ipſum eſt animal, non eſt accipiendum ꝙ
fuerit duntaxàt animal vnum, ſed ꝙ ſingulum quatuor animalium iam viſorum, eſt idem cum ſin-
gulo quatuor animalium,quæ 1.cap.iuxta fluuium Chobar viſa ſcribuntur.[Et egreſſa eſt] i.receſſit
[gloria dñi] i.ſimilitudo ſiue effigies Deum repræſentans,in throno reſidens ſapphirino,vt dictum
eſt ſæpè.[& ſtetit ſuper Cherubim] i.ſuper capita animalium in loco priori. [& illis] ſ.animalibus de
atrio templi [egredientibus,rotæ ſubſecutæ ſunt.] ſemper enim ſequebantur animalium motum,&
illis quieſcentibus quieſcebant.[& ſtetit] gloria dñi [in introitu portæ domûs dñi orientalis,] i. ad
portam templi orientalem.[& gloria Dei Iſrael erat ſuper ea] i. ſuper capita animalium, ſecundùm
quod ſæpè expoſitum eſt.[Ipſum eſt animal quod vidi ſubter Deum Iſrael.] i.ſub firmamento ſuper
quod apparuit Deus ſedens in throno.[& intellexi ꝙ Cherubim eſſent.] i.ꝙ animalia iſta eſſent il-
la animalia oculoſa mihi priùs oſtenſa, & ritè Cherubim nuncupata. [Quatuor per quatuor vultus
vni.] i.per ſingula quatuor animalia,ſeu in quolibet eorum quatuor vultus fuerunt. Iſtud & cætera
nunc omiſſa,primo capitulo prolixè expoſita ſunt.

¶*Explanatio cap. 11. Et eleuauit me ſpiritus.* *Articulus* 13.

ET eleuauit me ſpiritus] angelicus eleuatione imaginaria & ſpiritali, nõ corporali, vt dictum eſt
pleniùs articulis præinductis. [& introduxit me ad portam domûs dñi] i.templi [orientalem]
ad quam acceſſit,& in qua ſtetit gloria dñi,ſicut circa præcedẽtis articuli atq; cap. finem iam patuit.
[quæ reſpicit ſolis ortum.] i.verſùs orientem.[& eccè in introitu portæ] huius [vigintiquinq; viri]
fuerunt [& vidi in medio eorum Iechoniam filium Azur, & Pheltiam filium Banaiæ principes po-
puli] i.principales intèr Iudæos,qui & alios ad vitia idololatriamq; traxerunt: ideò tanq̃ in peccato
actores præcipui,in medio aliorũ cernuntur.[dixitq; ad me] ſpiritus:[Fili hominis,hi ſunt viri.]Lo-
quitur autem vel de duobus iſtis duntaxàt,vel de iſtis alijsq; vigintiquinq;.[qui cogitant iniquitatẽ]
cum conſenſu rationis plenario.[& tractant conſilium in vrbe iſta,dicentes: Nonnè dudum ædifi-
catæ ſunt domus?] i.ab antiquo ædificia vrbis huius ſteterunt, ergò & modò confidimus ea nõ de-
ſtruenda,nec nos propter idololatriam puniendos.Hęc eſt vna verborum iſtorum expoſitio,penès
quam verba ſequentia ſenſum habent conformẽ. [Hæc] putà Hieruſalem, [eſt lebes,] i. olla per ſi-
militudinem,[nos] ſumus [carnes.] i.quẽadmodùm carnes manent in olla vſq; ad plenam decoctio-
onem,ità & nos in ciuitate iſta conſeruabimur vſq; ad maturam ætatem naturalemq; mortem. Hie-
ronymus exponit ad ſenſum oppoſitum, vt verba iſta ſint impœnitentium, deſperantium ſemet-
ipſos,tanq̃ dicant:Licèt dudum ædificatæ ſint domus, nos tamen agnoſcimus vrbem hanc eſſe in-
ſtàr lebetis,noſq; pro carnibus,vt in ea conſumamur & concrememur. Alij aſſerunt, ꝙ Iudæi dixe-
runt hæc verba deriſoriè cõtra Ieremiam,qui deſtructionẽ Hieruſalẽ prænunciauit ſub ſimilitudi-
ne ollæ ſuccenſæ,libri ſui cap. 1. [Idcircò vaticinare de eis fili hominis. Et irruit in me ſpiritus dñi,]
i.ſpiritus ſanctus ſeu angelus inſtigauit,& docuit me ad loquẽdum ac prophetandũ.[Et dixit ad me:
Loquere, hæc dicit dñs, ſic] i.tam peruerſè [locuti eſtis domus Iſrael, & cogitationes cordis veſtri
1. Reg. 16. ego noui.] Vndè 1.Regum Dominus proteſtatur: Non iuxta intuitum hominis ego iudico: Homo
Iob 42. enim videt quæ parent, Deus autem intuetur cor. Et ſanctus Iob loquitur: Scio Domine quia omnia
po-

potes,& nulla te latet cogitatio.[Plurimos occidiſtis in vrbe hac,] etiam innocentes, præſertim tem
pore Manaſſæ.[& impleſtis vias] i.plateas [eius interfectis. proptereà hęc dicit dñs:Interfecti veſtri] 4. Reg. 21.
i.à vobis occiſi,[quos poſuiſtis in medio eius,] i.in Hieruſalem eos deieciſtis vel ſepeliſtis. [hi ſunt
carnes,] i.inſtàr carnium hîc igne perſecutionis conſumptæ ſunt. [& hæc] Hieruſalem [eſt lebes,]
quia in ea tanq̃ in olla tribulationis ardore extincti ſunt.[& educã vos de medio eius.] i. extra Hie-
ruſalem,ità ꝙ non erit vobis vt æſtimatis. [Gladium metuitis] Chaldæorum, [& gladium inducam
ſuper vos] eorum quos formidatis:[daboq; vos in manum hoſtium] ſ.Chaldæorum.[& faciã in vo-
bis iudicia.] i.iuſtas ac rationabiles vltiones iuxta demeritorum veſtrorum exigentiam vel menſu-
ram.[In finibus Iſrael iudicabo vos.] i.terminis veſtræ prouinciæ vos ad mortẽ damnabo, & Chal-
dæis iudicandos præſtabo.Chaldęi quippe compræhenderunt regem Sedechiam in planitie Hieri-
cho,& principes eius fugientes hincindè ceperunt, vt ſcribit 4.lib.Reg. [Hæc non erit vobis in le- 2. Reg. 25.
betem,] i.in Hieruſalem non manebitis,nec in ea cadetis, ſed alibì, ſicut nunc dixi. [quia in præce- 2. Para. 36.
ptis meis non ambulâſtis.] Tota equidem vita hæc, via eſt & ambulatio quędam ad aliam vitam, ſe-
culumq; futurum.[& iudicia] i.iudicialia mandata per quę ſeruatur iuſtitia inter proximos.[mea nõ
feciſtis,] vel generaliter ea nõ cuſtodîſtis,quę ego iudico bona ac obſeruanda,ſed iuxta iudicia gẽ-
tium,quæ in circuitu veſtro ſunt,eſtis operati,gentilium vobis vicinorum idololatriam,ritum & le-
ges ſequendo.[& factum eſt cùm prophetarem,Pheltias filius Banaię mortuus eſt.] vel quia tunc ve
rè atq; realiter obijt,vel quia in viſione ità apparebat prophetæ,ad figurandum ꝙ in breui morere-
tur pro ſuis criminibus.[& cecidi in faciem meam] imaginario caſu, [clamans voce magna, & dixi:
Heu,heu,heu dñe Deus:Conſummationẽ tu facies reliquiarum Iſrael.] i.nunquìd omnes qui ſuper-
ſunt,Iudęos tua vltione conſumes? quaſi dicat,ità videtur, conſiderando æquitatis tuæ rigorẽ: Vir-
tualiter quoq; his verbis orat propheta,nè plaga deſæuiat.[Et factum eſt verbum dñi ad me,dicens:
Fili hominis,fratres] i.proximi [tui,viri propinqui] i. conſanguinei [tui,] videlicet ſacerdotes & alij
tecum in Chaldęam tranſlati,[& omnis domus Iſrael,] i.de alijs duodecim tribubus quidam,qui ad
regnum Iudæ confugerunt,& cum Ioachim de Iudęa in Babylonem perducti ſunt.[& vniuerſi qui-
bus dixerunt habitatores Hieruſalem:Longè recedite à Domino:] i.ad Deum noſtrum nõ pertine-
tis,ideò tanq̃ deſperati,quod placet facite,& idola colite. Qui eñ in Hieruſalem & Iudæa remanſe-
rant,irriſerunt & iniquè egiſſe putabant eos,qui ſe regi Babylonis ſpontè tradiderũt ſecundùm Ie-
remię conſilium,ſe verò in terra propria æſtimabant manſuros.Propter quod ſubditur: [Nobis da-
ta eſt terra] Iudęæ [in poſſeſſionem,] ità ꝙ hęreditariè ac ſecurè poſſidebimus eam. [Proptereà hęc
dicit dñs: quia longè feci eos in gentibus,] i.qm̃ eos qui cum Ioachim tranſlati ſunt, longè feci à Iu
dęa abduci. [& quia diſperſi eos in terris,] i. per loca diuerſa pro peccatis eorum, quia tamẽ cõſilio
prophetę Ieremiæ acquieuerunt,exeundo ad regẽ Babylonis, qui eos hincindè locauit. [ero eis in
ſanctificationẽ modicã,] i.pleriq; eorum nõ idolis,ſed mihi deſeruiẽt, & gratiam alicuius ſanctimo-
nię eis infundam:quales fuerunt Daniel & ſocij eius, Mardochęus,ac alij multi ipſis ſubiecti,[in ter
ris ad quas venerunt.Proptereà loquere,hęc dicit dñs: Congregabo vos de populis, & adunabo de
terris in q̃bus diſperſi eſtis,daboq; vobis humum Iſrael.] Hoc fuit impletum primo anno Cyri re-
gis,& deincèps,qui inſpiratione diuina dedit Iudæis licentiã redeundi ad propria, vt ſcribit 1.Eſd. 1.
[Et ingredientur illuc,] ſ.ad Iudæam,[& auferent oẽs offenſiones,cũctaſq; abominationes eius de
ea:] i.peccata idololatrię & cętera enormia ſcelera,q̃bus antè contaminauerunt terram ſuam, decæ-
terò euitabunt.Nam tempore Eſdræ, Neemiæ, Aggæi, Zachariæ, Zorobabel, viguit multùm cultus
Dei in ſynagoga & templo.[& dabo eis cor vnum,] i.charitate ſibi inuicèm & Deo vnitum,atq; in
Dei obſequio concors.[& ſpiritum nouum] i.per gratiam, virtutes ac dona ſpiritaliter renouatum,
[tribuam in viſceribus eorum:] animas eorum ſalubriter reformando,ſicut ait Apoſtolus:Renoua- Ephe. 4.
mini ſpiritu mentis veſtræ.Oratq; Pſal.Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectũ innoua in Pſal. 50.
viſceribus meis.Idipſum per Ieremiam dñs repromittit: Dabo, inquiens, eis cor vnum & animam Iere. 32.
vnam.[Et auferam cor lapideum] i.durum,pertinax atq; indocile.[de carne eorũ,] non cordis ſub-
ſtantiam,ſed duritiam auferendo,[& dabo eis cor carneũ,] i.pium, docile,faciliter diuini ſermonis,
internæ inſpirationis,cõpunctioniſq; capax,ad quod hortatur Apoſtolus Timoth. Exerce teipſum 1. Tim. 4.
ad pietatem.Et Ecci 5.docetur:Eſto manſuetus ad audiendum verbũ Dei.[vt in præceptis meis am-
bulent,] perſeuerando vſq; in finem.[& iudicia mea] i.teſtimonia legis diuinæ, & cætera quæ iuſta
ac vera iudico,[cuſtodiant:& ſint mihi in populum] per ſpecialem dilectionem,prouidentiã,& be-
neficentiam meã ad eos:[& ego ſim eis in Deum] per deuotionem, obedientiam, & conuerſionem
eorum ad me.[quorum aũt cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat,] i. qui priſtina &
conſueta vitia non relinquunt,ſed proſequuntur,qui ſcandalizant & ſcandalizantur. quocontrà di
cit Apoſtolus ad Rom. 14. Videte nè ponatis fratribus offendiculum vel ſcandalum. [horum viam
in capite ſuo ponam,] i.debitas pœnas inducam, & quod merentur infligã.[dicit dñs Deus. Et ele-

uauerunt Cherubim,] i.pręmemorata quatuor animalia oculatiſſima,ob ſcientiæ eminentiam Che-
rubim dicta.[alas ſuas,& rotæ cum eis] ſe leuauerunt, vt extra ciuitatem volarent.[& gloria Dei Iſ-
rael erat ſuper ea.] quia vt dictum eſt ſæpè,effigies diuinam maieſtatem repræſentans, apparuit ſe-
dens in throno ſuper animalium capita.[& aſcendit gloria Domini de medio ciuitatis] Hieruſalem,
videbatur enim effigies illa die primo de templo exire, deindè vrbem relinquere, ad deſignandum
Matth. 23. diuinæ protectionis ſubtractionem ab ea, ſicut & Chriſtus dixit Iudęis: Relinquetur vobis domus
veſtra deſerta.[ſtetitq; ſuper montem qui eſt ad orientem vrbis.] i.ſupra montem Oliueti,quoniam
eminentior locus ei congruerat.Itemq; ad deſignandum quòd neque finaliter, neq; in toto miſeri-
cordiam ſuam à Iudęorum populo tolleret.[& ſpiritus] angelicus [leuauit me] ſecundùm imagina-
riam apparentiam.[reduxitq; in Chaldęam,] non per motum localem,quia nec ſic eam reliquit,ſed
ſicut ſubiungitur:[in viſione ſpiritûs Dei,] i.in ſpiritali oſtenſione per angelum Dei in me formata.
[& tranſmigrationem] i. Iudęos tranſmigratos, de quibus pauloantè dixit propheta: Ego ſedebam
in domo mea,& ſenes Iuda ſedebant mecum.[Et ſublata eſt à me viſio quam viderã,] i.raptus men-
tis ceſſauit,& ad meipſum reuerſus, cœpi exterioribus rurſum ſenſibus vti.[& loquutus ſum ad trãſ-
migrationem] præfatam,à Iudæa in Babylonem tranſlatam:[omnia verba Domini, quæ oſtenderat
mihi.] i.viſionem iſtam eis expoſui pro conſolatione ipſorum,& nè deridentium eos verba curarẽt,
& beneficia diuinitùs ſibi promiſſa agnoſcerent,ac Domino deſeruirent.Vndè ſecundùm Hierony-
mum inſultandum non eſt his,qui diuino iudicio pœnis traduntur: nec exprobrandum homini pœ-
nitenti,quia Eccĩ 7. ſcriptum eſt: Nè irrideas hominem in amaritudine animæ, immò talibus toto
affectu condolere & auxiliari debemus. ¶Poſtremò, inſtantiſſimè Dominum exoremus, vt tollat
ſemper cor durum à nobis, detq; cor molle ac tenerum ad ſuſcipiendum in ſe promptiſſimè verbũ
Dei,quemadmodùm Iacobus 1. cap.In mãſuetudine,ait,ſuſcipite inſitum verbum.Nihilo minùs eſ-
ſe duri debemus,non ſuſcipiendo impreſſionem peccati,nec dando locum diabolo.

¶*Expoſitio cap. 12. Et factus eſt ſermo Domini.* *Articulus* 14.

ADhuc deſcribit propheta modũ & formã captiuitatis Iudęorũ, pͤſertim regis ac principum ei-
us.[Et factus eſt ſermo Dñi ad me,dicens:Fili hominis,in medio exaſperãtis tu habitas.] i. in-
ter rebelles Iudęos,qui iniquitatum ſuarũ exceſſibus iuſtitiam Dei ità offendunt, & Deum natura-
liter dulcem atq; clementem,ad tam diſtrictam vltionẽ & caſtigationẽ inducunt, vt quaſi indignãs,
exaſperatus,iratus,crudelis appareat,ſicut ad Rom. 11. dicit Apoſtolus:Vide ſeueritatem Dei. Et Ba-
Baruc. 4. ruch inducit:Exacerbâſtis eum qui fecit vos Deũ æternum.[qui oculos] corporis & animæ, [habẽt
ad videndum] corporaliter ac ſpiritaliter. [& non vident] ſpiritaliter, i. quæ ad ſalutem pertinent,
non attendunt:ſimili modo [aures habent ad audiendum,& nõ audiunt] verbum Dei ſalubriter ac
deuotè. [quia domus exaſperans eſt,] mentem habens à Deo auerſam. tales ſunt omnes ſeculi hui-
us prudentes, vani atq; carnales, qui ad ea quę Dei ſunt, & animarum ſalutem concernunt, cæci ac
ſurdi conſiſtunt.Tales à principio fuerunt Iudæi communiter, ſecundùm quod in Deuteronomio
Deut. 29. Moſes loquitur eis:Vos vidiſtis vniuerſa magnalia,q̃ coram vobis Dñs fecit, & non dedit vobis Dñs
cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſent audire vſq; in præſentem diem. Omnibus
nempe Deus intellectum (qui eſt oculus animæ) contulit, vt ſpiritaliter videant, & ſpiritalia bona
intelligant:ſed iniqui dono Dei abutuntur,atq; in rebus carnalibus, tranſitorijs ac terrenis intelle-
ctum ſuum ità immergunt,vt ad conſiderandũ diuina,eum erigere nequeant.Qm̃ igitur verbis non
inſtruuntur,iubet Dñs Ezechieli,vt operibus ſeu facto parabolico eos admoneat. ſicut enĩ parabola
verbi Dei eſt,quandò per vnum verbum intelligitur aliud: ità parabola facti eſt, quandò fit aliquid
ad deſignandum aliud factũ,ſicut nunc agitur Deo iubente.[Tu ergò fili hominis,fac tibi vaſa trãſ-
migrationis,] i.inſtrumenta quibus tranſmigrantes vtuntur,vt ſunt baculus,repoſitorium alimen-
ti,&c.[& tranſmigrabis per diem coram eis,] vt clara luce te videant. [Tranſmigrabis autẽ de loco
tuo] i.à propria domo. [ad locum alterum in conſpectu eorum, ſi fortè adſpiciant,] i. adſpiciendo
diſcant cauſam operis tui.[& efferes foràs vaſa tua] iam dicta, oſtendens te eis paratum ad tranſmi-
grandum.vel vaſa iſta,ſunt ſarcinę deportandę.] Tu autem egredieris veſpere coram eis] i. die iam
declinante.Iuſſus eſt ergò propheta claro die trãſmigrare de loco ſuo ad alium locum, vt poſtquàm
quæ facturus eſſet, illi viderint, egrediatur diſtantiùs veſpere coram ipſis. [Perfode tibi parietem]
forſitan domûs tuæ. [& egredieris per eum in conſpectu eorum. In humeris portabis] ſarcinas tu-
as.[in caligine efferes] viaticum aut alia quæque.[faciem tuam velabis,& non videbis terram] ocu-
lis obtectis.[quia portentum te dedi domui Iſrael,] i.in figuram ſeu ſignum eorum, quę superuentu-
ra ſunt populo tuo & regi ipſius. Nam verba & facta prophetarum, in ſignum ſunt. [Feci ergò ſicut
præceperat mihi Dominus. Vaſa mea protuli quaſi vaſa tranſmigrationis per diem, & veſpere per-
fodi parietem, &c. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis,nunquid non dixerunt
ad te domus Iſrael, quid tu facis?] i. quid geſta iſta inſolita ſignificant & portendunt? [Dic ad eos,
hæc

hæc dicit Dñs:Super ducem onus iſtud qui eſt in Hieruſalẽ,] i. punitio per geſta tua pͥfigurata,immi-
net Sedechiæ regi in Hieruſalẽ commoranti.[& ſuper oẽm domum Iſrael, quæ eſt in medio eorũ,]
qui in Hieruſalem atq; Iudæa cohabitant,i.vniuerſis tribubus ſeu populis Sedechiæ ſubiectis, affli-
ctio iſta incumbit.[Dic,ego portentum veſtrũ.] i.ego Ezechiel datus ſum vobis in ſignum,vt ex fa-
ctis & verbis meis agnoſcatis futura.[quomodò feci] figuraliter ſeu in figura, [ſic fiet illis] in veri-
tate atq; realiter.Conſequenter facta Ezechielis ad ꝓpoſitum applicantur, & quodammodò expo-
nuntur.[In tranſmigrationẽ & captiuitatem ibunt,] i.ad aliam terram captiui ducentur,quod ſigni-
ficauit tranſmigratio Ezechielis per diem.[& dux qui eſt in medio eorum,] videlicet Sedęchias,[in
humeris portabit] vel iumentorum,vel eorum qui cum eo fugerint,ſecundùm Hieronymũ. vel ſe-
cundùm alios,præ debilitate,quandò ei oculi eruti fuerant,nõ poterat ire,niſi appodiando ſe ſuper
humeros ſecum pergentis, & ipſum ducentis. Vndè ſuperiùs quo dictum eſt, In humeris portabis:
aliqui textus habent,Portaberis.ſicq; Ezechiel in ſignũ ità portatus exîſſet. [& in caligine egredie-
tur,] q̃a tempore noctis fugit.[parietem perfodient,vt educant eũ.] fugit enĩ ipſe,& famuli eius per
viam portę,quę fuit inter duplicem murum ad hortũ regis,vt legitur 4.Regũ:hoc eſt,per locum ſe- 4. Reg. 25.
cretum ac ſubterraneã viam,vt dicitur:Serui regis foderunt parietẽ,vt Dñm ſuum educerent: vel q̃a
ingreſſus viæ ſubterraneæ fuerat obturatus,vel quia in medio erat paries, quem oportuit perforari
anteq̃ pateret ingreſſus ad viam pręfatam. [Facies eius operietur,vt non videat oculo terram.] quia
Chaldæi quũ eum cepiſſent,cõfuſibiliter eum tractabant,& velut morte dignum velabant,ad quod
deſignandum iuſſus fuit Ezechiel vultum velare. [Et extendam rete meum,] i. poteſtatem meam
omnia concludentem,vel exercitum Chaldæorum mihi circa eius punitionem ſubſeruientem.[ſu-
per eum,& capietur in ſagena mea,] quia Deo agente,appͥhenſus & captus fuit à Chaldęorum exer-
citu.[Et adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum.] id feciſſe ſe perhibet Deus, quod
ipſo volente ac diſponente fecit rex Babylonis & populus eius.[Et ipſam non videbit.] Nabucho-
donoſor enĩ fecit ei oculos erui in Reblata,& vinctum catenis duxit in Babylonem, vt ſcriptum eſt
4.Reg.25.[ibiq; morietur] in carcere.Iſta quoq; Ieremias Zedechiæ pͥdixit.Babylonem, inquit, in- Iere. 34.
trabis,& ipſam non videbis.Ex his & conſequentibus,alijſq; diuerſis ꝓphetarum eloquijs luce cla-
riùs innoteſcit,q̃ diſtinctam atq; certiſſimam oĩm inferiorum ac futurorum cognitionẽ habeat De-
us ſapiens,felix & adorandus,cuius oppoſitum quidam ſtulti philoſophi ꝓbare conati ſunt. [& oẽs
qui circa eum ſunt,] i.cum Zedechia fugerunt.[pͤſidium] i.auxiliatores [eius & agmina eius,diſper-
gam in oẽm ventum.] Videntes enim Chaldęos ſup ſe irruentes, regem reliquerunt, atq; hincindè
territi diffugerunt.[& gladium euaginabo poſt eos.] Hoc Dñs dicit ſe peracturũ, quia Chaldæi ipſo
volente,gladios ſuos extraxerunt poſt eos currẽdo,& quoſdam eorũ poſtmodùm in Aegypto oc-
cidiſſe feruntur.[Et ſciẽt quia ego Dñs,cùm diſperſero illos in gentibus.] tunc nanq; per pœnas di-
uinam iuſtitiam nouerunt,deditq; vexatio intellectum auditui.[& relinquam ex eis viros paucos,] i.
in vita conſeruabo.[à gladio & fame & peſtilentia.] ità q̄ has tres plagas euadent.[vt enarrent oĩa
ſcelera eorum,] i. tam ſua q̃ aliorum Iudæorum, qui periêrunt vel capti fuerunt. verbis enim & fa-
ctis diuinam iuſtitiam & ſuam impietatẽ monſtrabant,dum pœnitentia ducti,quod verum fuit con-
feſſi ſunt,& ſua calamitate quid meruerint,pͥtenderunt in gentibus ad quas ingredientur. Ieremias
aũt & Baruch eius notarius,aliorum facinora gentibus in Aegypto recitârunt.Conſequenter iube-
tur propheta factis oſtendere,quid communis populus in Hieruſalem pateretur. [Et factus eſt ſer-
mo Dñi ad me, dicens: Fili hominis, panem tuum] i.cibum [in conturbatione comede.] i. cum in-
quietudine animi & dolore.[ſed & aquam tuam] i. potum [in feſtinatione & mœrore bibe: & dices
ad populum terræ:] putà Iudęos tecum in Chaldęam tranſlatos.[Hęc dicit Dñs Deus ad eos qui ha-
bitant Hieruſalẽ in terra Iſrael,panem ſuum in ſolicitudine comedent,] i.cum anguſtia & pauore tẽ-
pore obſidionis ſuæ à Chaldæis. [& aquam ſuam in deſolatione bibent,] i. cum ingenti triſtitia, &
quaſi cum deſperatione euadendi. [vt deſoletur terra à multitudine ſua.] i. habitatorum ſuorũ co-
pia denudentur. Tenetur autem dictio vt,conſequutiuè,non cauſaliter. [Propter iniquitatem oĩni-
um qui habitant in ea.] Quanuìs enim in Iudæa aliqui iuſti fuerunt, vt Ieremias,Baruch, & filij Re-
chab,tñ aliorum reſpectu tam pauci extiterant, vt quaſi nulli videantur fuiſſe. [Et ciuitates q̃ nunc
habitantur] in Iudęa,[deſolatæ erunt:] i.habitatoribus priuabuntur ac deſtruentur.[terraq;] Iudæę
[deſerta] i.inculta erit.[& non habitabit] vſq; ad tempus pͥfinitum à Deo. Deincèps increpat error
incredulorũ Iudęorũ,qui prophetarũ oracula non credebant,ſed deridebãt,dicentes q̄ de lõgè di-
ſtantibus vaticinarentur,nec dicta ſortirent effectum.[& factus eſt ſermo Dñi ad me, dicẽs: Fili ho-
minis,quod eſt prouerbium iſtud vobis] i.Iudæis [in terra Iſrael, dicentium: In longum differẽtur
dies,] i.tempus impletionis vaticiniorum ſatìs tardabit.[& peribit omnis viſio.] i.prophetica denũ-
ciatio erit caſſa. De hoc & in Iſaia leguntur peruerſi dixiſſe: Manda, remanda: expecta, reexpecta: Iſaiæ 28.
modicum ibì,modicum ibì.[Ideò dic ad eos:Hæc dicit Dñs Deus,quieſcere] i.ceſſare [faciam pro-

uerbium iſtud,] eius falſitatē operibus demonſtrādo. [neq; vulgò dicet vltrà in Iſrael, & loquar ad
eos] per pphetas, [quia appropinquauerunt dies] captiuitatis & deiectionis eorum. [& ſermo oīs
viſiōis.] i.verba pphetalium reuelationum de vaſtitate eorū, mox implebunt. [Non enim erit vltrà
oīs viſio caſſa,] i.nulla prophetica reuelatio ſruſtrabit.[neq; diuinatio] i.futurorum reuelatio diui-
nitùs facta, erit [ambigua in medio filiorum Iſrael.] Hîc ſumit nomen diuinationis in bono, quod
alibi communiter in malo accipit, ſ.pro vſurpata futurorum denunciatione. Vndè & impij quidā vo-
cant diuini. [Quia ego dñs loquar, & quodcunq; locutus fuero verbum, fiet.] i.vociferabit pro loco
& tempore ſicut prædixero. [& factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hoīs, eccè domus Iſrael dicē-
tium,] i.familia Iudæorum incredulorum, tua verba ſubſannantium, ità ait: [Viſio quam hic videt,]
i.quam iſte Ezechiel nobis denunciat. [in dies multos] extendit, i. tardè implebitur, [& in tempora
longa iſte prophetat.] i.de his quæ poſt ſpatia diuturna vix fient. Vndè nec nobis curāda eſt com-
minatio eius. [Ideò dic ad eos: Hæc dicit dñs: Non prolongabitur vltrà omnis ſermo meus.] i. tem-
pore à me pronunciato implebitur, & quæ de veſtra, ô Iudæi increduli, vaſtitate prædixi, in veſtris
contingent diebus, & per experientiam veſtræ punitionis ſcietis vera eſſe quæ dixi. Pręterea aduer-
tendum, quòd duplici exiſtente prophetia, videlicet pręděſtinationis, qua aliquid pronunciatur, ſe-
cundùm quod eſt in prædeſtinatione diuina, & comminatiōis: iſta quæ dicta ſunt de prophetiæ im-
pletione, potiſſimè intelligenda ſunt de prophetia prædeſtinationis. Prophetia verò comminatio-
nis non ſemper impletur, ſaltem ſecundùm tenorem ſuperficiemq; verborum: non tamen falſa eſt
neq; caſſatur, quia ſecundùm intentionem & ſenſum reuelantis impletur aut verificatur.

¶ *Expoſitio cap.13. Et factus eſt ſermo Domini.* *Articulus* 15.

POſtq̄ ſermo propheticus ſacerdotum, deindè regis ac principum culpas pœnasq; deſcripſit,
nunc idem agit de pſeudo Iudęorum pphetis. [Et factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hoīs
vaticinare ad pphetas Iſrael qui pphetant,] de qualibus aūt prophetis loquatur, innuit ſubdens: [&
dices pphetantibus de corde ſuo,] i.ex propria adinuentione, coniecturatione ſeu fictione, de qui-
bus dñs ait per Iere.23. Ego non miſi eos. Mendacium & vanitatem, & ſeductionem cordis ſui pro-
phetant vobis. [Hæc dicit dñs Deus: Væ pphetis inſipientibus.] Quanuis iuxta conſuetudinē ſcri-
pturarum, non ſolùm veri & boni atq; diuinitùs illuminati vates, vocentur prophetę, ſed etiam mali
Iere.28. & falſi: (nam & in Ieremia Ananias pſeudo frequenter nuncupatur propheta, & tertio quartoq; Re-
3.Reg.18. 4.Reg.9. &10. gum dicuntur prophetæ Baal: Paulus quoq; ad Titum, quendam gentilem poetam vocat prophe-
tam: Dixit, inquiens, quidam proprius eorum propheta; Cretenſes ſemper mendaces) verè tamen
Tit.1. & propriè appellantur prophetæ, qui diuinitùs illuſtrantur, iuxta illud 2.Petri 1. Non voluntate hu-
mana allata eſt aliquandò prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines.
Deniq; pſeudoprophetæ dicendi ſunt inſipientes, boni autem ſapientes, immò ſecundùm Hiero-
Num.23. nymum, mali prophetæ vocantur inſipientes. Quocontrà quæri poteſt, an Balaam fuit propheta in-
ſipiens: & apparet quòd ſic, quoniam malus. Videtur autem quòd fuit propheta ſapiens, quia diui-
nitùs illuſtratus, ſaltem quo ad ea quæ in libro Numerorum ſcribitur prophetāſſe. Vndè Num.24.
habetur: Aſſumpta Balaam parabola ſuā, irruente in ſe ſpiritu Dei, ait: Dixit auditor ſermonum Dei,
qui viſiones omnipotentis intuitus eſt. Et reſpondendum quòd propheta dici poteſt inſipiens, vel
ratione conuerſationis, dum opera eius veritati atq; iuſtitiæ obuiant: vel ratione ſermonis, dum ver-
ba eius veritati doctrinæ repugnant. Primò modo fuit Balaam propheta inſipiens, propter quod de
ſeipſo diſſeruit: Dixit homo cuius obturatus eſt oculus. [qui ſequuntur ſpiritum ſuum] i. proprias
conſiderationes, æſtimationes & inclinationes, de quibus Iere.23. dicitur: Viſionem cordis ſui lo-
quuntur, non de ore domini. [& nihil vident.] nil enim intelligitur neq; cognoſcitur, niſi verum, ſe-
cundùm philoſophū. ideò falſi pphetæ, abſolutè loquēdo, nihil vident, id eſt, nil verè ſpiritaliterq;
intelligunt, quo ad ea, de quibus pphetare præſumunt. ideò Iſaiæ 56. dicitur: Speculatores eius cæci
omnes. [Quaſi vulpes in deſertis pphetæ tui Iſrael errant.] quemadmodùm vulpes in ſyluis aui-
bus fraudulenter inſidiantur, ſic pſeudo iſti animas ſimplicium ſimulata æquitate decipiunt, ſpiri-
taliterq; occidunt, atq; ad corporalem mortis plagam pertrahunt, confirmando impios in peccatis.
Propterea Thren.2. loquitur Ieremias: Prophetæ tui non aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœ-
nitentiam prouocarent. Viderunt autem tibi aſſumptiones falſas. Hinc pſeudo conſequenter in-
crepantur à domino: [Non aſcendiſtis ex aduerſo,] id eſt, peccatis populi non vos efficaciter oppo-
ſuiſtis, verbo & opere increpando, nec etiam iræ ſeu vltioni diuinæ iuſtitię populo imminenti oc-
currendo, Deum precibus mitigando, quemadmodùm Moſes & Aaron feciſſe legūtur. Moſi quip-
pe dominus Exodi 32. ait: Dimitte me, vt iraſcatur furor meus cōtra eos, & dùm populus Iſrael igne
Dei incenderetur, Aaron ſumpto thuribulo accurrit, & thus iaciens, inter viuos ac mortuos ſtetit,
Num.16. vt ſcribitur in Numeris. [Neq; oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael.] id eſt, mediatores idonei non
fuiſtis inter Deum & filios Iſrael, totis viribus ſatagendo, nè populus diuinam vindictam incur-
re-

reret, quemadmodùm Ieremias cui dñs dixit: Non aſſumas laudem & orationē pro ipſis, & nè obſi- Iere.7.
ſtas mihi. [vt ſtaretis in ꝑlio.] i.orationibus dimicaretis contra percuſſiones populo Iſrael imminē- &11.
tes à Deo & inimicis eorum. Nam, teſte Hieronymo, ſicut hoſti murus opponitur, & aduerſario cō-
trà venienti ſolet occurri, ità Dei ſententia ſanctorum precibus frangitur. [vident vana,] i. phanta-
ſtica, ſtulta, atq; ſaluti contraria. [& diuinant] i.vſurpatiuè pronunciant [mendacium, dicentes, Ait
dñs.] Per quod ſe conformant modo loquendi prophetarum ſanctorum, quatenùs diuinitùs inſpi-
rati credantur, cùm dñs non miſerit eos. [Et perſeuerauerunt confirmare ſermonem] i. verba ſua
conficta ac falſa, pertinaciter defenderunt: nec increpati à ſanctis prophetis, inania reuocârunt, qui-
bus dñs increpatoriè ait: [Nunquìd non viſionem caſſam vidiſtis?] i.inanem vtiq; conſiderationem
ſeu contuitionem habuiſtis. [& dixiſtis, ait dñs, cùm ego non ſim loquutus] huiuſmodi. [Propterea
hæc dicit dñs, quia loquuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium,] quod non eſt verè, ſed apparenter vi-
dere, cùm verum, ſit intellectûs obiectū. [Ideò eccè ego ad vos] debitè puniendos* me habebo. [ait for. *, debitè me
dñs Deus: Et erit manus mea] i.poteſtas ad vlciſcendum, ſeu iuſta poteſtatis meæ punitio. [ſuper p-
phetas qui vident vana. In conſilio populi mei non erunt,] i.in congregatione electorū Iudæorum,
quia nō illuminabuntur à Deo de ſecretis Dei, vt illi: nec cum illis ſaluabunt, ſed erunt cum repro-
bis à ſiniſtris, nec de Babylonica captiuitate eruentur. [& in ſcriptura domûs Iſrael non ſcribētur.]
i.in libro vitæ, in quo veri conſcripti ſunt Iſraelitæ. vel ad literam ſenſus eſt, quòd non deſcriberet
eorum genealogia in libro quemadmodùm aliorum, qui de Chaldæa in Iudæam reuerſi ſunt, quo-
rum fuit deſcripta proſapia, vt vnuſquiſq; ad patrum ſuorum hæreditatem rediret. Primæ expoſiti-
oni conſonat illud in Pſalmo: Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Vndè &
Ieremias ait ad dñm: Recedentes à te, in terra ſcribentur. [nec in terram Iſrael ingredientur,] vide- Pſal.68.
licet in regnum cæleſte ac regionem viuorum, quæ in terra videntiū Deum, & per terram Iſrael de- Iere.17.
ſignatur. Poteſt tamen per terrā Iſrael Iudęa intelligi, ad quam iſti non fuerunt reducti. [& ſcietis qa
ego dñs Deus,] ex conſideratione punitionis illorum, [eô ꝙ deceperint populum meum, dicētes:
Pax pax.] i.hoſtes nō ſuperuenient vobis, & ſi venerint, nil nocebūt. Bis quoq; dixerunt pax, ad cō-
firmationem maiorem. [& non eſt pax,] qa Chaldæi ſuperuenient vobis, & capiēt vos, ô Iudæi, qui
pſeudo vatibus credidiſtis. [Et ipſe] videlicet populus meus per creationē, quem deceperunt pſeu-
do. [ædificabat parietē,] i.munimentū contra Chaldęos, ſ.ipſam Hieruſalē, vel confugiendo ad re-
gem Aegypti, vel in idolis confidendo. [illi aūt] pſeudo liniebant eum luto abſq; paleis,] i.vanis &
friuolis perſuaſionibus adulatorijſq; ſermonibus, per talia populum in errore firmando, iuxta illud
Iere.23. In prophetis Hieruſalem vidi iter mendacij. [& confortauerunt manus peſſimorum,] vt nō
conuerterent vnuſquiſq; à malitia ſua. [Dic ad eos qui liniunt abſq; tēperatura,] i.ad pſeudo, qui mo-
do ꝑſcripto liniunt luto abſq; paleis. tēperatura verò eſt exhortatio bona ex ſcripturis, in qua ſimul
fit mentio de miſericordia & iuſtitia, de humana fragilitate ac indigentia, & de diuina pietate ac mu-
nificentia, vt timēdo ſperemus, & ſperando timeamus, nec inſit vana ſecuritas, nec formidoloſa pu-
ſillanimitas. Hac temperatura vſus fuit Iudas Machabęus, de quo 2.Mach.15. legitur: Singulos arma-
uit non haſta & clypeo, ſed optimis ſermonibus & exhortationibus. [ꝙ caſurus ſit] paries ſic lini-
tus, ſicut ſubiungitur:] Erit enim imber inundans,] i.Chaldæorum exercitus inſtàr aquæ abundans
& copioſus, & tanq̄ pluuia ſuper Hieruſalem cadens. [& dabo lapides ꝑgrandes deſupèr irruentes,]
i.principes in exercitu Chaldęorum, qui ſuper populum Iudæ irruerunt, de quibus Ieremias ꝑdixit,
ꝙ poneret vnuſquiſq; ſolium ſuum ſuper muros Hieruſalē. [& ventum procellæ diſſipantem.] i.re-
gem Babylonis ſuo ꝑcepto exercitum agitantem, atq; Hieruſalem demolientem. Vel ventus pro-
cellę, eſt tribulatio illa intrinſecùs miſſa à Deo, videlicet famis ac peſtilentiæ, q̄ Hieruſalem & Iudę-
am maximè diſſipabant. [ſiquidem eccè cecidit paries.] i.munimentum veſtrum contra Chaldæos
paratum, deficiet, ponendo pręteritum pro futuro, more prophetico, ad inſinuandum certitudinem
prophetiæ. [Nunquìd non dicetur] i.improperabitur [vobis] ô pſeudo, [vbì eſt litura qua liniſtis]
i.adulatio & perſuaſio qua alijs ſpem fatuam impreſſiſtis? Iſtud enim ab vniuerſis reliquijs Iudæo-
rum potuit eis improperari, & Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, in morte eorum eis tantum obie-
cit piaculum. [Propterea hęc dicit dominus: Et erumpere] i.ſuper vos conſurgere, [faciam ſpiritum
tempeſtatis] i. præfatum ventum procellæ. [in indignatione mea] id eſt, in zelo iuſtitiæ meæ, quo
veſtra deteſtor peccata. [Et imber inundans,] id eſt, Chaldæorum exercitus in furore meo erit prę-
ualens vobis. [& lapides prægrandes] videlicet principes præinducti, [in ira] vel mea vel ſua ſuper-
uenient vobis. [in conſumptionem,] id eſt, ad veſtram exterminationem. [Et deſtruam parietem
quem liniſtis abſque temperamento.] quia, vt dictum eſt, per Chaldæos omnia Iudæorum mu-
nimenta deiecta ſunt. [& adæquabo eum terræ, quia & regem Aegypti cum populo ſuo, ipſamq́ue
Hieruſalem & idola eius Chaldæi ſolotenùs calcauerunt, vicerunt ſeu deſtruxerunt. [Et reue-
labitur fundamentum eius,] id eſt, pariete iſto deſtructo, patebit in quo fuerit ſtabilitus, & cui
in-

innitebať.quo deſignatur, ꝙ Hieruſalem auxiliumq́; Aegypti & ſpes Iudæorum inanis, funditùs
Chaldæis deijcerenť.Ideò ſubditur:[& cadet,& conſumetur,] i.deſtrueť[in medio eius]i.in ſemet-
ipſo,vel in medio populi mei.[& complebo indignationē meam in pariete,& in his qui liniunt eum
abſq; temperamento:] i.tam ipſum parietem,q̃ pſeudo ſimul per Chaldæos deijciam. [dicamq́; vo-
bis] ô Iudæi,[non eſt paries,] i.munimēta p̄dicta defecerunt.[& non ſunt q liniunt eum.] i.pſeudo
occiſi ſunt,vtpotè [Prophetæ Iſrael qui prophetant ad Hieruſalem] mendaciter. [& vident ei viſi-
onem pacis,]i.pacē falſè ei promittunt,quā ſe dicunt p̄uidere futuram. [& non eſt pax,] ſecundùm
quod illi confingunt.Inſupèr loquiť S.Ezechiel aduerſus nefarias Iudaicæ gentis prophetiſſas. [Et
tu fili hoīs,pone faciem tuam contra filias populi tui,q̃ prophetant de corde ſuo,] i. impias filiorum
Iſrael ꝓphetiſſas, de ſuis confictionibus vaticinantes, vultu irato atq; diſtorto intuere, ſaltē oculos
corporales dirigendo ad locum habitationis earum, ad inſinuandum irā ac vltionem Dei aduerſus
eas.Porrò,vt ait Hieronymus,ſicut contra veros & ſanctos prophetas pſeudoprophetæ diabolico
ſpiritu inſpirabanť,ſic contra diuinas & ſanctas prophetiſſas fœminæ q̃dam dęmoniaco ſpiritu age-
banť,ſpiritu prophetali ſe vigere dicentes,quales fuerunt contra quas nunc tractať.[Vaticinare ſup
eos,& dic,Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manûs, & faciunt ceruicalia ſub capite vni-
uerſæ ætatis.]i.pœna captiuitatis & famis,immò & ſempiternæ dānationis imminet ꝓphetiſſis,quæ
p̄ verba blanda & vana atq; cōficta promiſſa,populū Iſrael cuiuſlibet ætatis cōfirmant in ſuis errori-
bus atq; peccatis.vel ad literā intelligendū eſt,ꝙ conſuebant puluillos,& ceruicalia p̄parabant ad po-
nendum ea ſub cubitis atq; capitibus Iudæorum,quatenùs per hoc nō verbis duntaxàt,ſed & rebus
ac factis,felicitatē,q̃etem & pacem eis futuras p̄dicerent. Verbis eñ & factis ſeu ſignis prophetæ &
prophetiſſæ fallaces conformabant ſe veris prophetis, ſicut & vitia virtutibus ſe palliāt atq; ſub ſpe-
cie boni multa mala geruntur. Vndè ſicut ſancti prophetæ nunc verbis, nūc ſignis ſeu ſenſibilibus
Iere.28. factis prophetabant,ità & pſeudo,vt patet de Anania in Ieremia, & de Sedechia quodam 3.Reg.22.
qui ſibi fecit ferrea cornua.[Hęc ergò] fecerunt [ad capiendas] i.decipiendas [animas,] ex quo ſe-
quuta eſt captiuitas populi à Chaldæis. [& cùm caperent] i.fallerent [aīas populi mei, viuificabant
animas eorum,]i.vitā ſecurā & longam eis ſpondebāt, atq; in bono ſtatu ſeu via ſalutis eas eſſe dice-
bant.[Et violabant me ad populum meum,]i.me à populo Iſrael inhonorari fecerunt,meq́; prouo-
cauerunt ad affligendum eos,feceruntq́; populū meum malè ſentire de me.[propter pugillum hor-
dei & fragmen panis.]i.propter viliſſimum commodum & modicum quæſtum.in quo patet,quàm
enormis fuit eorum impietas,qui ſpiritualibus carnalia eatenùs præferebant,& pro indigna merce-
de Deum tam grauiter offenderunt. [vt interficerent] i. ſuis cōminationibus ad peccandum indu-
cerent.[animas q̃ non moriuntur,] i.animas iuſtorum,q̃ vita gratiæ viuunt,nec mortalibus peccatis
conſentiunt.[& viuificarent] i.feliciter & virtuoſè viuere,diuq́; ac proſperè victuras eſſe aſſererent.
[animas q̃ non viuunt.] i.animas impiorum,q̃ vita gratiæ carent,& morte peccati proſtratę ſunt.Iu-
ſtis eñ,quia nil eis pręſtabant,cōminabantur aduerſa:peruerſis autem proſpera,propter eorū dona.
Mich.3. Vndè in Michea ſcriptum eſt:Si quis nō dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum p̄-
lium.[Mentientes populo meo credēti mendacijs] prophetiſſarum iſtarum. [Propter hæc dicit Dñs
Deus,] qui nullum peccatum deſerit impunitū.[Eccè ego ad puluillos veſtros,]i.peccata deceptio-
num veſtrarum vlciſcar.[quibus vos capitis animas volantes,] i.leues,vagas,inſtabiles, quæ circun-
feruntur omni vento doctrinę.[& diſrumpam eos de brachijs veſtris,] i. auferam vobis facultatem
taliter decipiēdi inſtabiles,interficiēdo vos ipſas.[Et dimittam animas quas vos capitis,] i. de reti &
laqueo fraudulentiæ veſtrę eripiam eas.[animas ad volandum,]i.ad leuitatem & circunferentiā do-
ctrinarum diſpoſitas.vel animas ad volandum,i.creatas à me ad contemplationis volatum, eleuati-
onemq́; mentis ad deſiderium æternorum.[& dirumpam ceruicalia veſtra,] i. fallacia blandimēta.
[& liberabo populum meum de manu veſtra,] veſtram peruerſitatē atq; hypocriſim eis monſtran-
do.[neq; erunt vltrà in manibus veſtris ad prędandum,] i.ad ſpoliandum eos donis gratiæ & virtu-
tum,& corporalibus bonis eorum per veſtra blanda figmenta,itemq́; ad ſubijciendum eos poteſta-
tibus dęmonum.[Et ſcietis quia ego Dñs] per pœnas vitę pręſentis & inferni. [pro eo quòd mœre-
re feciſtis cor iuſti mendaciter,] i. per verba mendoſa prophetando ſibi aduerſa, vel quia de veſtra
peruerſitate afflictus eſt iuſtus,vel quia aliqualiter à vobis ſeductus,dolebat mēdaciter,i.iniuſtè,in-
ordinatè cor ſuum contriſtans.[quem ego non contriſtaui,] i.ſic contriſtandum nō cenſui, nec ef-
fectiuè,ſed permiſſiuè eum afflixi. [& confortâſtis manus] i. vires operatiuas ac opera [impij] con-
fortatione damnabili per adulationes & vaticinationes peſtiferas.[vt non reuerteretur à via ſua ma-
la] per pœnitentiam, [& viueret] per gratiam & euaſionem de manibus Chaldæorum. [Propterea
vana non videbitis,& diuinationes] i. vſurpatas futurorum euentiones, [non diuinabitis ampliùs,]
quoniam protinùs vos occidam.vndè per Iere.23. Dominus ait de ipſis: Eccè ego cibabo eos abſin-
thio,& potabo eos felle.

¶ De

¶ *De ſpiritali eiuſdem cap.13.intellectu.* *Articulus* 16.

QVæ in p̄ſenti capitulo ad literam de pſeudoprophetis Iudęorum ſcribunť, antiqui expoſito-
res de hęreticis ſpiritaliter interpretanť,quod non hîc tantùm,ſed in alijs quoq; ſcripturarū
locis veteris teſtamenti cōmuniter faciunt,vtpotè Didymus, & poſt eum Hieronymus,&
ante eos Origenes,multiq́; alij:& rationabiliter,quia eorum tēporibus abundabant hęretici Eccle-
ſiam enormiter moleſtantes.Poſteriores aūt expoſitores,quorum temporibus defecerunt hęretici,
& paſtores Eccleſiæ ad grandem atq; deflendā ruinam dilapſi ſunt,de prælatis,paſtoribus,doctori-
bus,p̄dicatoribusq́; Eccleſiæ,quorum conuerſatio verbis nō conſonat, iſta atq; ſimilia expoſuerūt.
Itaq; de iſtis hæc exponendo Dñs ait:[Væ prophetis inſipientibus.] Hi nanq; appellanť prophetæ,
quia de futuro reproborum iudicio ac tormento,electorumq́; gaudio ſempiterno, multa denunci-
ant.[qui ſequunť ſpiritum ſuum,] quia etſi vera prædicent, ſacram quoq; ſcripturā rectè intelligāt,
concupiſcentias tñ ſuas ſequuntur,paſſionibus animæ ſuperantur,cogitationibus vanis & friuolis
immoranť,nec agunt quæ docent:immò quos verbis ædificant & informāt, operibus vitioſis in ex-
emplaribusq́; corrumpunt.Quocontrà Ecc̄i.18.iubetur: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à vo-
luntate tua auertere. Quibus Iſa.30. Dñs comminatur: Væ filij deſertores, vt faceretis conſilium,&
non ex me: & ordiremini telam,& non per ſpiritum meum.Proprium ergò ſenſum non ſequamur,
ſed cum Pſalmiſta Deo cum omni affectu dicamus: Spiritus tuus bonus deducet me in terram re- Pſal.142.
ctam.[& nihil vident.] iſti ſunt qui in mortalibus iacent peccatis,quia & ſi Deum per ſcripturas co-
gnoſcant ſeu videant notitia informi,non tamen formata notitia, cùm excæcati ſint mente, priuati
illuſtratione ſolis iuſtitiæ,quibus ſol intelligentiæ non reſplendet. De quibus ad Titum 1.ſcribit
Apoſtolus:Dicunt ſe nôſſe Deum,factis autem negant.Deniq; in prima Ioannis epiſtola conſcri- 1.Ioan.2.
ptum eſt:In hoc ſcimus,quoniā cognouimus Deum,ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe nôſſe
Deum,& mandata eius non cuſtodit,mendax eſt. Inſupèr Dominus improperat iſtis: [Non aſſcen-
diſtis exaduerſò,neq; oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael.] Debet enim prælatus & paſtor ac
prædicator,pro defenſione ſui gregis ſeipſum obijcere medium,& deuotiſſimis precibus Deū pla-
care,dęmones expugnare,ſuiſq́; ſubditis tempore tentationis, perſequutionis & aduerſitatis, totis
viribus ſubuenire.Hoc nempe eſt,ſtare in prælio in die Domini, iuxta ſenſum præcedenti articulo
introductum.Hoc modo pro filijs ſuis ac proximis oppoſuit Paulus ſe murum,qui dixit:Libentiſſi-
mè impendam,& ſuperimpēdar egoipſe pro animabus veſtris.& denuò: Optabam egoipſe anathe- 2. Cor. 12.
ma eſſe à Chriſto pro fratribus meis Iudæis.Hinc ait Ioānes in prima ſua epiſtola: Chriſtus pro no- Rom 9.
bis animam ſuam poſuit,& nos debemus pro fratribus animas ponere. [Vident vana.] Sæpè enim 1.Ioan.2.
inutilibus conſiderationibus ſunt intenti,& ea loquuntur,ad quæ loquenda diuinitùs non mittun-
tur.Hinc de negligentibus & indignis prælatis ſcriptum eſt Iſa.56.Speculatores cæci omnes, canes
muti,videntes vana,& dormientes.Qui enim contra ſubditorum peccata efficaciter non exclamāt
ac prædicant,dicuntur canes muti,non valentes latrare,& dormientes torpore acedię.Sup iſtos erit
diuina vindicta tanto terribilior,quo ipſi negligentiores extiterinť, quibus Sap.6.ait: Altiſſimus in-
terrogabit opera veſtra,& cogitationes veſtras ſcrutabitur. Citò & horrendè apparebit vobis. [In
conſilio populi mei non erunt,]i.in conſortio electorum,de quibus fatur in Pſalmo:Confitebor ti- Pſal.110.
bi Dñe in toto corde meo,in conſilio iuſtorum & congregatione. Et rurſus:Ideò nō reſurgunt im- Pſal.1.
pij in iudicio,neq; peccatores in conſilio iuſtorum.Prætereà iuſtorum conſilium, eſt de his q̃ perti-
nent ad ſalutem,quomodò placeant Deo,& proximos ſuos ædificent,vel ſibi commiſſos ſalubriter
regant.In huiuſcemodi autem conſilio negligentes p̄lati ac reprobi non conſiſtunt,ſed & diuinę ſa-
pientię ſecreta conſilia eis per ſpiritum ſanctum non reuelantur,ſicut electis & Paulo,qui loquitur: Actu.20.
Non ſubterfugi quo minùs annunciarē vobis om̄e conſilium Dei. Et Sap.8. inducitur: Quis hoīm
poterit ſcire conſilium Dei,niſi tu Deus dederis ſapiētiam,& miſeris ſpiritum tuum de cęlis? [Et in
ſcripturis domûs Iſrael non ſcribenť,] ſ.in libro vitæ.De qua ſcriptura dicit Saluator: Gaudete quia Luc.10.
nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.Hinc non agnoſcunť à Deo per approbatiōem, ſed dicit ad eos:
Nunq̃ noui vos,diſcedite à me operarij iniquitatis.At verò iſti decipiunt populum Dei,dicendo,pax Luc.13.
pax,quādò videlicet impijs blandiunť,& peccātibus de diuina miſericordia indiſcretè fiduciā præ-
bent,quaſi non ſecundùm magnitudinē miſericordię Dei,eſſet & magnitudo iuſtitiæ eius:nec ter-
ribilia Dei iudicia,ſempiternaſq́; tartari pœnas,ſubditis ſatìs cōmemorant.Et ipſe, populus Chria- Rom.11.
nus ædificabat parietē,i.operum q̃ ex ſuo gñe bona ſunt, congeriē vel munimentū contra diabolū
& infernum:illi aūt,videlicet inefficaces p̄lati,doctores & p̄dicatores verboſi,non virtuoſi,liniebāt
eum luto abſq; paleis,i.verbis ſine exemplis, vel ſermonibus ſale diſcretionis ac ſapientię non cō-
ditis.Ad hoc quippe quòd iuſtè viuant ſubiecti,non ſufficit quòd doceanť agere bona, ſed & vt fa-
ciant ea benè, hoc eſt, cum debitis virtutum circunſtantijs, ſcilicet congruo loco & tempore, cum
recta intentione ex charitate:nec ſufficit doctrina ſine vita.Ideò paries ſic conſtructus, caſurus eſt.

Ad-

Admonendi quoq; ſunt ꝑſidentes,vt verbo & opere cum ſapientiali diſcretione liniant & confor-
tent ſpiritalẽ ſubditorum in virtutibus fabricã,quẽadmodùm in prima ad Timotheum docet Apo-
1.Tim.4. ſtolus:Eſto exemplum fidelium in verbo,in cõuerſatione,in charitate:attende lectioni, exhortati-
oni,doctrinæ.Hæc enĩ faciens,&teipſum ſaluũ facies,& eos q̃ te audiunt.Erit enĩ imber inundans,i.
copioſa aduerſitas,vel ſecularium hoĩm multitudo à virtutibus retrahẽs.Et dabo lapides ꝑgrandes
deſupèr irruentes,i.aëreas poteſtates mentem tentantes,& ventum procellæ,i. flatus tentationum.
Per iſta deijcĩt paries ꝑmemoratus non benè linitus,ad cõfuſionem ꝑlatorum, quibus verbis cõſo-
Mat.7. nat quod ait Saluator:Oĩs qui audit verba mea, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificauit
domum ſuã ſup arenã:& deſcendit pluuia,& venerunt flumina, & flauerunt venti,& irruerũt in do-
mum illã:fuitq́; ruina eius magna.Porrò quod in textu ſubiungĩt contra prophetiſſas iniquas,ad de-
ceptrices vetulas,q̃ ſe ſapientes oſtendunt,&contra fœminas ſpiritaliter alijs præſidentes,nec ſuum
officium debitè exequentes,eſt referendum.quod verò mox ſubdĩt, Væ qui cõſuunt puluillos ſub
omĩ cubito,& faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas aĩas:contra omẽs adulato-
res,deceptores,ſimulatores &callidos,ſophiſticeq́; loquentes,proferĩ:qui iniuſtos laudãdo,animas
vitijs mortuas viuificant,ſeu viuere aſſerunt vita gratiæ ac virtutum:iuſtos aũt vituperando, interfi-
☞ ciunt ſeu interfectas affirmant animas,quæ non moriũtur gratiam amittẽdo.Et heu q̃ multi hæc fa-
ciunt,propter quæſtum viliſſimum hoĩmq́; fauorem, vt hominibus vanis complaceant. Iſtos iſto-
Iob 36. rumq́; puluillos & ceruicalia,Deus dirè dijudicabit, ac diſtrictè damnabit. Propter quod ſcriptum
Eccl.37. eſt in Iob:Simulatores & callidi prouocant iram Dei.In Eccleſiaſtico quoq;:Qui ſophiſticè loqui-
tur,odibilis eſt.In omni re defraudabitur.Non eſt illi data à Dño gratia.omni enim ſapientia defrau-
Iſaię 3. datus eſt.Iſaias demùm teſtatur:Popule meus,qui te beatificant,ipſi te decipiunt.Hinc orat Pſalmi-
Pſal.140. ſta:Oleum peccatoris non impinguet caput meum.Hæc ergò vitia ſemper vitemus,& anima noſtra
ſtabilita ſit in affectu boni,amoreq́; Dei,non volans per inania & mundana.Ei aũt quod nunc dici-
tur,quemadmodùm adulatores & fallaces capiunt animas volantes, conſonat quod 2.Pet.2. de in-
obedientibus dicitur:Audaces,ſibi placentes,pelliciẽtes animas inſtabiles.Mœrere feciſtis cor iu-
ſti,quem ego non contriſtaui.Ex hoc innoteſcit,q̃ grande piaculum ſit,iuſtum vexare aut contriſta-
re,præſertim ex propoſito, in quo multùm culpabiles ſunt, qui bonorum prælatorum exhortati-
onibus non acquieſcunt,nec iuſſis obtemperant, & qui ſpiritualibus perſonis graues & importuni
exiſtunt.Cætera ex præcedenti articulo facilimè intelligi poſſunt.Eſt autem pro dictorum intelle-
ctu ſciendum,quòd ſicut triplex eſt vita,videlicet naturæ,gratiæ,gloriæ: ità triplex eſt mors, vtpotè
mors naturæ,mors culpæ,mors gehennæ ſeu infernalis miſeriæ.

¶ *Explanatio capituli 14. Et venerunt ad me viri.* *Articulus* 17.

CApitulo nunc tractando oſtendĩt,qui digni,qui itẽ indigni ſint reſponſione diuina.Deindè ꝙ
Deus in punitione prauorũ iuſtiſſimus ſit,nec perſonarum acceptio apud eum exiſtat.[Et ve-
nerunt ad me viri ſeniorum Iſrael,]i.quidã de ſenioribus Iudęorum in Chaldęa morantium.[& ſe-
derunt corã me.Et factus eſt ſermo Dñi ad me,dicens:] illis coram ꝓpheta ſedẽtibus, reuelauit De-
us prophetæ per inſpirationem occultam ſeu illuſtrationem internã,quales eſſent qui venerunt, &
cur veniſſent:in quo patet magna familiaritas Dei ſuperpijſſimi ad hunc vatẽ. [Fili hoĩs, viri iſti po-
ſuerunt immunditias ſuas]i.idololatrias,vel cætera aĩæ& corporis inquinamenta, q̃ puritati virtu-
tum contrariant,[in cordibus ſuis,]i. peccata ſua ſubdolè occultando, &per conſenſum mentis in
ipſis manendo,[& ſcandalum iniquitatis ſuæ] i.vitia ſua alios ſcandalizantia. [ſtatuerunt contra fa-
ciem ſuam,]i.oculo mentis obiecerunt ad cogitandum &pſeuerandũ in ipſis,ità ꝙ in ipſorum me-
moria delectanĩ.quocontrà Dñs ait Iere.4.Laua à malitia cor tuum.Vſquequò morabũtur in te co-
gitationes noxiæ?[Nunquid interrogatus reſpõdebo eis?] Hinc innuit Dñs cur veniſſent, videlicet
vt per ꝓphetam aliquid interrogarent à Deo,ſed qm̃ non quæſiêrunt, nec quęrere intendebant ex
charitate & vera deuotione,ſed potiùs ex curioſitate aut fictione, animoq́; tentandi veritatem pro-
phetę,indigni fuerunt diuina reſponſione & exauditione:ideò perhibet Dñs ꝙ eis nõ reſpondebit.
Hoc quoq; generaliter de vniuerſis Chriſtianis intelligi poteſt, ꝙ qui per ſeipſum vel alium, q̃uis
virtuoſum,Deum precatur aut ſciſcitatur, exaudiri nullatenùs promeretur, nec intùs à ſpiritu ſan-
cto de dubietate ſua docebĩt, ſi in voluntate peccandi perſiſtat, ſecundùm quod ait Dauid Pſal.65.
Pro.28. Iniquitatẽ ſi adſpexi in corde meo, non exaudiet Dñs.Et Salomon aſſerit:Qui declinat aurem ſuam
nè audiat legem,oratio eius erit execrabilis.Porrò qui à Deo doceri & certificari deſiderat, impleat
illud Iaco.1.Si quis indiget ſapientia,poſtulet à Deo,qui dat oĩbus affluenter,& dabitur ei. Poſtulet
Sap.1. autẽ in fide,nihil hęſitans.Hoc eſt quod in Sapientię libro habetur:Sentite de Domino in bonitate,
& in ſimplicitate cordis quærite illum:quoniã inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet au-
tem eis qui fidem habent in illum.Tales autem non ſunt niſi homines ſpiritales, qui carnalia oble-
ctamenta deſpiciunt.Propter quod loquitur Iſaias 28.Quem docebit Dñs ſcientiã? & quem intelli-
gere

gere faciet auditum? Ablactatos à lacte,auulſos ab vbere. [Propter hæc loquere eis: Hæc dicit Dñs:
Homo de domo Iſrael,qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo,& ſcandalum iniquitatis ſuę ſta-
tuerit contra faciem ſuam,] ſecundùm ſenſum iam tactum,[& venerit ad prophetam,interrogãs per
eum me:ego Dñs reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum,] i.ſecundùm exigentiam
peccatorum ſuorum,videlicet taliter,quòd nõ proderit ſibi ad ſalutem,nec indè proficiet:quia ob-
ſcurè,vel ſecundùm hominem, vel omninò non reſpondebo. Interdùm nanq; ponitur affirmatio
pro negatione,ſicut Exodi 5.& 6.ad Moſen loquitur Pharao:Sic Dominus ſit vobiſcum, quomodò
ego dimittam Iſrael.Et ſicut communiter dicimus ei, qui frequenter reddit mala pro bonis: Ego
concedam vel dabo tibi quod petis,ſecundùm quod facta tua merentur.[Vt capiatur domus Iſrael
in corde ſuo,] i.in vitijs atq; erroribus ſui cordis depræhendatur,iuxta illud Prouerb.5.Iniquitates
ſuæ capient impium,& vinculis peccatorum ſuorum conſtringetur. Rurſuſq́; Salomon conteſta-
tur Prouerb.11.In inſidijs ſuis capientur iniqui.Porrò vocabulum vt,tenetur hîc conſequutiuè,non
cauſaliter.Ad hoc enim Deus reſponſionem non ſubtrahit,vt homo plùs peccet, ſed ſubtractionẽ
hanc conſequitur maior tranſgreſſio.Veruntamen quod ait,vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo,
intelligi poteſt de captione increpationis diuinæ in iudicio, dum impius propria conſcientia malè
egiſſe conuincitur.ſicq́; vt,tenetur cauſaliter,quoniam malum pœnæ eſt directè cauſaliterq́; à Deo:
quia in ſe & in ordine ad totius vniuerſi decorem,bonum exiſtit.[Propterea dic ad domum Iſrael:
Hæc dicit Dominus: Conuertimini & recedite ab idolis veſtris,] i. ab idolorum cultura, per veram
ac ſtabilem contritionem.[& ab vniuerſis contaminationibus veſtris,] i.peccatis,quibus animę de-
turpantur,atq; dæmonibus per deformitatis maculam ſimiles fiunt. [Auertite facies veſtras,] i. aci-
em mentis & recordationem ad reiterandum huiuſmodi,non tamen ad deflendum & humiliandũ
vos propter ea,cùm per Ieremiam cap.3.Dñs ſit loquutus: Leua oculos tuos in directum, & vide vbi
proſtrata ſis.Quantùm verò ad primum modum auertendi faciẽ à peccatis,orat vir ſanctus Pſal.118.
Auerte oculos meos nè videant vanitatem.[Quia homo de domo Iſrael] i. de ſemine Iacob natus,
[& de proſelytis quicunq; aduena fuerit in Iſrael,] i. de gentilibus ad Iudaiſmum conuerſis, inter
Iudæos habitans peregrinus.[ſi alienatus] i.mente auerſus [fuerit à me, & poſuerit idola ſua in cor-
de ſuo,] ea amando,& in ipſorum cultu perſiſtere proponendo. [& venerit ad prophetam vt inter-
roget per eum me:ego Dominus reſpondebo ei per me,] reſponſione reali ipſum debitè puniendo,
non per prophetam eius dubia abſoluẽdo.[& ponam faciem meam ſuper hominem illum] oculo
æquitatis ipſum intuendo ad puniendum.[& faciam eum in exemplum & in prouerbium,] i. taliter
eum tractabo,ꝙ alij vidẽtes vel audientes terrebuntur,communiterq́; inter ſe dicent: Nè fiat nobis
vt illi,vel ſic faciat tibi Deus,quemadmodùm illi. [Et propheta cùm errauerit] à veritate atq; iuſti-
tia,[& locutus fuerit verbum] non rectum,[ego Dñs decepi prophetam illum] permiſſiuè, non di-
rectè & effectiuè.Iſtud,ſecundùm Hieronymum,dicitur,nè pſeudoprophetarum fortitudini aſſcri-
batur ꝙ populus fallitur,& magìs vult audire falſa q̃ vera,ſed ꝙ iræ Dei ſit, ꝙ peruerſus atq; incre-
dulus populus magìs vult audire pſeudo,q̃ veros prophetas.De pſeudo autem prophetis hæc litera
loquitur.Vndè 3.Regum 22.Micheas dixit ad regem Iſrael: Dominus dedit ſpiritum mendacij in
ore omnium prophetarum tuorum.[Et extendã manum meam] i.poteſtatis meæ vindictam,[ſuper
eum,& delebo eum] per mortem [de medio populi mei Iſrael, & portabunt iniquitatem ſuam.] i.
debitas pœnas luent,tam pſeudopropheta,q̃ is qui per eum interrogat Deum ſiniſtrè.[Iuxta iniqui-
tatem interrogantis,ſic iniquitas prophetæ] fallacis [erit,]i.ſimilis erit amborum culpa & pœna,lo-
quendo in genere:tamen in ſpecie,cæteris paribus,maior eſt culpa pſeudoprophetæ,q̃ interrogan-
tis per ipſum,eritq́; maior pœna ipſius.[vt non erret vltrà domus Iſrael à me]i. nè ampliùs ꝑ pſeu-
doprophetas fallatur.[neq; polluatur in vniuerſis præuaricationibus ſuis] prioribus & conſuetis.
[ſed ſit mihi in populum] per gratiam qua eum gubernem,[& ego ſim eis in Deum,] per veram eo-
rum deuotionem ad me,ac cæteros latriæ actus, quos mihi impendent. Conſequenter oſtenditur
diuina iuſtitia in punitione malorum.[Et factus eſt ſermo Domini ad me,dicens:Fili hominis, terra
cùm peccauerit mihi,] i. contra me & ad meam iniuriam. Per terram autem, incolæ eius ſignantur.
[vt præuaricetur] i. mea præcepta tranſgrediatur. [præuaricans,] peccatis peccata adijciendo. Qui-
dam per terram de qua nunc ſermo,determinatè intelligunt Iudæam,& habitatores eius, qui de pa-
trum ſuorum iuſtitia nimiùm præſumebant,contra quos conſequenter Dominus loquitur.ſed quia
in fine capituli huius loquitur Deus de ipſa Hieruſalem per modum ſpecialem,hinc alij per terram
intelligunt quaſcunq; terras gentilium,ità quòd hîc deſcribitur diuerſus modus puniendi genti-
les atq; Iudęos pro tempore illo, prout in exponendo textu clarebit. & expoſitio iſta rationabilis
eſſe videtur,nec à verbis Hieronymi diſſona,qui hîc per terram ſingulas regiones intelligit. Itaq; de
quacunq; gentilium terra Dominus ſubdit: [Extendam manum meam ſuper eam,] ad puniendum
iniquos.[& cõteram virgam panis eius,] i.ſuſtentaculũ alimentorum eius tollam ab ea. [& mittã in

ea famem,&interficiam de ea hominem & iumenta]i.habitatores ipſius.[Et ſi fuerint tres viri iſti in
medio eius,Noe,Daniel & Iob,ipſi iuſtitia ſua] i.merito ſuæ vitæ.[liberabunt animas ſuas]i. vitam
à plaga diuinitùs miſſa,immò & à morte æterna.Liberabunt autem ſe diſpoſitiuè, per modum cau-
ſæ meritoriæ ac formalis,vel etiam efficientis inſtrumentalis, inquantùm ſunt efficiẽtes cauſę ope-
rum ſuorum.Deus autem eſt liberator efficiens principalis, qui ait Oſee 13. Saluator non eſt præter
me.[Quòd & ſi beſtias peſſimas]i.crudeliſſimas ac voraciſſimas.[induxero ſuper terram,vt vaſtent
eam,] homines & iumẽta necando.[& tres viri iſti fuerint in ea,viuo ego, dicit Dominus Deus, quia
nec filios nec filias liberabunt] de plaga æquitatis diuinæ.[ſed ipſi ſoli liberabuntur, ſi eorum pro-
pinqui ac alij non fuerint virtutes eorum ſecuti. [vel ſi gladium induxero ſuper terram,]i. interfe-
ctionem ab hoſtibus.[& dixero gladio,tranſi per terram.]Om̃ia enim obediunt Deo ſublimi & be-
nedicto, omnipotenti & ſancto, qui omnium inſtitutor eſt naturarum, omniumq́; collator eſt vi-
rium.vel per gladium deſignati ſunt pugnatores,diuinitùs inſtigati ad inuadendum aliquam regi-
onem. [& interfecero de ea hominem & iumenta, & tres viri iſti fuerint in medio eius, non libera-
bunt filios & filias,ſed ipſi ſoli liberabuntur. Si autem peſtilentiam miſero in terram.] Hîc eadem
verba dicuntur de peſtilẽtia,quæ de alijs tribus dicta ſunt plagis,putà de fame,beſtijs,gladio.Quòd
autem in ſecunda & tertia plaga dicitur,filios & filias non liberabunt,in prima etiam ſubintelligen-
dum eſt plaga.Nam & ex conſequentibus datur intelligi,prædictisq́; conſonat illud Pſalmi 48. Cur
timebo in die mala?Iniquitas calcanei mei circundabit me.Frater non redimit,redimet homo:non
dabit Deo placationem ſuam. Deniq; quæſtionem non paruam, cur cæteris patriarchis ac vatibus
derelictis,hos tres nominet Deus,in fine huius articuli tangam. Deincèps ponitur ſpecialis modus
puniendi Hieruſalem.[Quòd & ſi quatuor iudicia mea] id eſt, iuſtitiæ meæ flagella [peſſima,]non
malitia culpæ,ſed pœnæ, de quo malo ait Amos propheta 3.capite: Si erit malum in ciuitate, quod
Dominus non fecit?Vndè & ſcriptum eſt Ionæ 3.capite: Miſertus eſt Dominus ſuper malitia, quam
loquutus eſt,vt faceret eis,videlicet Niniuitis,& non fecit. Quæ autem ſint iſta flagella, ſubijcitur:
[Gladium & famem, & beſtias malas, & peſtilentiam immiſero in Hieruſalem,] id eſt, in populum
eius:[vt interficiam de ea hominem & pecus] quod & propter enormiſſimam magnitudinem ſce-
lerum eius,factum eſt tempore Sedechiæ.Nam & beſtiæ fugientes Iudæos à facie Chaldæorum, in
deſertis & ſaltibus vexauerunt. [relinquetur in ea ſaluatio educentium filios & filias,] id eſt, aliqui
de populo Iudęorum euadent mortem, & filios ac filias procreabunt, vel procreatos, ſecum de Iu-
dæa in Babylonem traducent.tanquàm dicat,cùm aliæ terræ vna plaga penitùs depopulent̃, de Hi-
eruſalem tamen aliqui remanebunt, quanuìs quatuor plagæ præfatæ ſimul infligantur eidem. Et
hoc ex ſola Dei clementia,qui vrbem illam elegit,vt templum & cultus diuinitatis poſt Babyloni-
cam captiuitatem reformarentur in ea.Vndè,vt aliqui dicunt,iam nõ fit hîc de Noe,Iob, Danieleq́;
mentio,eô quòd ſine meritis patrum Deus id fecerit vel feciſſet, quanquàm nullus ſanctorum pa-
trum tunc in Hieruſalem extitiſſet. [Et ipſi] prædicti Iudæi in vita ſeruati, [egredientur] de Iudæa
[ad vos] iam in Chaldæam tranſlatos. [& videbitis viam eorum]i. iter corporale, vel viam, i. opera
vitioſa,per quæ tanquàm medium iter venerunt in captiuitatem.[& adinuentiones eorum,] videli-
cet idololatrias,& cætera vitia & excogitata ex mera malitia.Hæc enim in ſuo effectu,hoc eſt, capti-
uitate & pœna pro eis inflicta,conſiderari poterãt & patebant. [Et conſolabimini ſuper malo quod
induxi in Hieruſalem] per Chaldęos,vel gaudendo de hoc,quòd ſaltem aliqui ciuium eius reman-
ſerunt in vita,quos vniuerſos putâſtis occiſos. Vel conſolabimini ſuper malo Hieruſalem, id eſt, de
ſupplicio eius,ità quòd malum hoc erit vobis occaſio atq; materia releuandi veſtram triſtitiam,qua
doluiſtis,quòd ad Ieremiæ conſilium tradidiſtis vos ſpontè regi Babylonis,& item, quòd tam hor-
ribile malum Hieruſalem euaſiſtis.[In omnibus] tribulationibus,[quæ] per Chaldæos [importaui
ſuper eam, & conſolabuntur] iſti de Hieruſalem venientes.[ſuper vos,] id eſt, conſolationem vo-
bis infundent,recitando quàm duriora aduerſa acciderint ſibi quàm vobis. [& ſcietis] per iſtos iu-
ſtitiæ meæ effectus,quòd non fruſtrà feci omnia,quæcunq; feci in ea, ſcilicet in Hieruſalem. Deus
quippe & natura nil faciunt fruſtrà,& prædicta Deus operatus eſt ad ſuæ iuſtitiæ declarationem, ad
impiorum correctionem,ad aliorum admonitionem atq; cautelam, ad prophetarum ſuorum veri-
Prou.16. ficationem,ad nominis ſui honorem & gloriam.Omnia enim propter ſeipſum operatus eſt Domi-
nus,cùm ipſe ſit omnium rerum ſummum bonum ac vltimus finis. Iam quæritur, cur præ cæteris
Gen.6. ſanctis Noe,Daniel,& Iob hîc exprimantur.Reſpondet Hieronymus:Quoniam Noe ſuis orationi-
Dan.9. bus diluuium differre non potuit,Daniel quoq; captiuitatem Iudæorum fletibus ſuis mitigare ne-
Iob 2. quiuit,& Iob filios ſuos & filias,pro quibus quotidiè ſacrificauit,ab interitu non redemit.Verùm ex
hac cauſa viderentur hi viri ad orandum pro alijs minùs idonei. Dominus autem eos ſpecialiter ex-
plicando,videtur innuiſſe,ꝙ erant ad deprecandum pro alijs eminenter idonei.Idcircò dici ratio-
nabiliter poſſe reor,ꝙ ad inſinuandum efficaciam eorum in orando,& zelum quem habuerunt pro

pro

proximis,exprimunt̃.Danieli enim dixit Gabriel angelus: Vir deſideriorum es tu.q̃q́; feruenter & Dan.9.
fructuoſè pro Iudæis orauerit,in eius volumine innoteſcit.Iob quoq; miſericordiſſimus fuit, ſecũ-
dùm quod proteſtat̃ cap.31.Ab infantia creuit mecum miſeratio. & ipſe pro ſingulis filiorũ ac filia-
rum ſuarum quotidiè immolauit ac ſupplicauit.Nec dubium quin Noe, cùm longo tẽpore arcam
parauit,pro mundi ſaluatione inſtanter orauerit,cùm de ipſo Gen.6.dicat̃:Noe vir iuſtus atq; perfe-
ctus fuit.Poſtremò quæ dicta ſunt de plagis Dei cõtra iniquos,& ꝙ viri ſanctiſſimi neminem libe-
rarent de plagis his, intelligendum videtur, qñ omnipotens Deus ſecundùm æquitatis ſuæ rigorẽ
procedit,viciſsìm autem agit clementiùs.vndè & Abrahæ dixit,ꝙ parceret Sodomæ,ſi inueniret in
ea decem iuſtos.Angeli quoq; dixerũt ad Loth:Si habes hîc tuorum quempiam,educ eum. Et ſicut Gen.19.
in Geneſi ſatìs innuitur,ſi iuuenes illi qui habituri fuiſſent filias Loth coniuges, acquieuiſſent ſer-
monibus Loth,Dominus propter Loth eruiſſet eos de interemptione Sodomorum.

¶ *Expoſitio cap.15.Et factus eſt ſermo Domini ad me.* *Articulus* 18.

COnſequenter diuerſis parabolis ſeu ſimilitudinibus inutilitas Iudæorum, & ipſius Hieruſalẽ
ſignatur ſubuerſio,& primò per ſimilitudinem à ligno vitis abciſo acceptã. Ipſa etenim ſyn-
agoga in prophetis frequenter vinea appellatur, iuxta illud Iſa.5. Vinea Dñi ſabaoth, domus Iſrael
eſt. Et Pſal.79.Vineam de Aegypto tranſtuliſti,eieciſti gentes,& plantâſti eam.Per Ieremiam quoq;
Dñs loquitur: Paſtores multi demolíti ſunt vineam meam.Infructuoſi ergò increduliq́; Iudęi,meri- Iere.12.
tò comparati ſunt abciſo vineæ ligno. Quẽadmodùm aũt vinea q̃diu fructificat,inter oĩa ligna pre-
cioſiſſima eſt,ſecundùm Hieronymum:ità dum vuas ferre deſiſtit,inutiliſſima comprobat̃.Sic fue-
rat de Iudæis.Deniq; ſicut gratia naturam perficit,ſic culpa hanc inficit:& quo anima magìs in vitijs
habituatur,eo aptitudo liberi arbitrij ad virtutes,ampliùs minoratur vel debilitatur. Hinc ipſa pec-
cati conſuetudine inualeſcente,videtur homo totaliter inhabilis fieri ad bonum gratiæ ac virtutũ,
ſicut & Salomon ait:Impius cùm in profundum peccatorum venerit,contemnit. Veruntamen ha- Pro.18.
bilitas iſta arbitrij,nunquàm in toto aufertur,pręſentis vitæ ſtatu durante.Homo enim non immo-
bilitatur in termino,niſi in morte.Itaq; ſanctus Ezechiel,[Et factus eſt,] inquit, [ſermo Domini ad
me,dicens:Fili hominis,quid fiet ligno vitis]i. abciſo vineę ramo, [ex omnibus lignis nemorum?]
i.exiſtenti de numero lignorum in nemoribus poſitorum. [Nunquìd tolletur de ea] putà de vite,
[lignum] i.ramus ſeu portio eius, [vt fiat opus] i.aliquod inſtrumentum aptum ex ipſo, [aut fabri-
cabitur de eo paxillus,vt dependeat in eo quodcunq; vas?] Eſt autem paxillus quippiam parieti in-
fixum,vt in eo ipſo aliquid ſuſpendatur. [Eccè igni datum eſt in eſcam.] Non enim ad aliud vtile
eſt,niſi vt comburatur,& ignem conſeruet. [Vtranq; partem eius conſumpſit ignis,] poſtquàm in
ignem proiectæ fuerunt.[& medietas eius redacta eſt in fauillam.] ſicq́; totum comburitur.Per du-
as partes intelliguntur extremitates ſeu ſummitates ligni. Vndè Aquila tranſtulit, Duo nouiſſima
eius:Symmachus verò & Theodotio,duas ſummitates eius.[Nunquìd vtile erit ad opus?]litera dif-
ficultatem non habet.[Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quomodò lignum vitis] exiſtens [in-
ter ligna ſyluarum,quod dedi igni ad deuorandum:] ex diuina enim prouidentia ortum eſt,vt li-
gnum tale ignis incendio deputetur:ſicut ergò hoc lignum tradidi igni,[ſic tradam habitatores Hi-
eruſalem] manibus Chaldæorum,[& ponam faciem meam in eos]ad puniẽdum. Septuaginta trãſ-
tulerunt, obfirmabo faciem meam,i.vultu quaſi irato eos adſpiciam.[De igne egredientur]i.tribu-
lationem quæ fuit in vrbe Hieruſalem tempore obſidionis,exeundo vrbem occultè effugient. [&
ignis] i.alia grandis afflictio [conſumet eos.] Vndè regem Sedechiam & multos ſecum egredien-
tes de vrbe, clàm compræhenderunt,atq; grauiſſimè afflixerunt Chaldæi, vt dictum eſt. [& ſcietis]
vos Iudæi in Chaldæam tranſlati,vel in vita ſeruati,[quia ego Dominus,cùm dedero terram] Iudæę
[inuiam & deſolatam,] i.tranſeuntibus atq; inhabitantibus ſpoliatam. [eô quòd præuaricatores ex-
titerint] habitatores ipſius. ¶ Poſtremò quod nunc de ſynagoga literaliter dictum eſt, ad Eccleſi-
am facile eſt ſpiritaliter applicare.Etenim quo maiora fuerunt gratiæ dona, virtutumq́; germina in
Chriſti Eccleſia quàm vnquàm in ſynagoga,eo nomen vineæ eminentiùs competit matri Eccleſię,
quàm ſynagogæ.Chriſtus quoq; in Euangelio ſeipſum nominat vitem,& fideles ſuos nũcupat pal- Ioan.15.
mites.Mali igitur Chriſtiani, qui ſunt Eccleſia malignantium, comparantur ligno vitis infructuoſo
abciſo,quod in ignem proijcitur.Propter quod ait Saluator Ioan.15.Si quis in me nõ manſerit, mit-
tetur foràs ſicut palmes,& areſcet,& colligent eum,& in ignem mittẽt,& ardet.Ex talibus ergò im-
pijs Chriſtianis fieri nequit opus ſalubre,nec eſſe poſſunt,ſecundùm quod tales,inſtrumentũ virtu-
tum,opera virtuoſa elicitiuè ac meritoriè producendo, Saluatore teſtante: Non poteſt arbor mala Mat.7.
fructus bonos facere.Inſupèr ex eis,vt tales ſunt,effici nequit paxillus,id eſt, aliorum prælatus ido-
neus,in Deo per gratiam fortiter fixus,cui alij innitantur,in quo dependeant, à quo verbo & opere
confortentur,quemadmodùm Dominus ait per Iſaiam de Eliachim: Figam illum paxillum in lo- Iſaię 22.
co fidelium gloriæ domûs patris ſui. Et ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam domûs patris

 eius

eius, vaſorum diuerſa genera, omne vas paruulum &c. ideò aduerſarijs ſuæ ſalutis traduntur, ità q̄ ſerui ſunt peccati ac dæmonis, miniſtri corruptionis, à propria carne ac ſeculo nequam deuicti, ſicq; tandèm in ignem gehennæ mittuntur.

¶ *Expoſitio cap. 16. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:* *Articulus* 19.

RVrſus beatus Ezechiel impietates ſynagogæ deſcribit metaphoricè ſub perſona mulieris fornicariæ, in maxima penuria natæ, atq; à viro eximio clementer nutritæ, ornatæ ac deſponſatæ, q̄ vniuerſis tanti tamq; pijſſimi mariti beneficijs facta ingrata, alium admittit amatorem, & paulatim omi ſe adulterio exponit ſine rubore. [Et factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens: Notas fac] i. ad memoriam reuoca [Hieruſalem] i. regno ac populo Iudæ [abominatiões ſuas, & dices: Hęc dicit Dñs Deus, radix tua] i. vis generatiua, de qua velut de radice ꝓdîſti. [& generatio tua] i. natiuitas fuit [de terra Chanaan,] i. de terra Chananæa, in qua peregrinatus ac demoratus eſt Abrahã, Iſaac quoq; & Iacob cum duodecim patriarchis ad tempus. Gen. 13. 26. & 33. Quãuìs aũt Iudæorum radix atq; natiuitas, fuerit de terra iſta ſecundùm eſſe naturæ, q̄a in ea nati fuerunt Iſaac & Iacob parentes populi huius: nunc tñ videtur ꝓpheta per increpationẽ hæc dicere, ad innuendum ꝙ ſecundùm eſſe peccati, & ſimilitudinẽ ſcelerum, ꝓdiêrunt de terra ac populo Chanaan, illorũ idololatrias atq; facinora imitando. Propter quod ſubdit: [Pater tuus Amorrhęus, & mater tua Cethęa.] In terra etem Chanaan, q̄ fuit terra promiſſionis, q̄a filijs Iſrael à Deo ꝓmiſſa, habitauerunt Amorrhæi & Cethęi, de ſemine Cham & Chanaan filij Cham generati, quos filij Iſrael tẽpore Ioſuę occiderũt, ſed poſteà eorum ſequuti ſunt crimina: idcircò populus Amorrhæus eorũ pater dicit̃, ratione virorum: & mater, ratione fœminarum. [Et q̄n nata es in Aegypto,] videlicet in qua filij Iſrael primò vehemẽtiſſimè multiplicati fuerũt. [in die ortûs tui] i. tẽpore quo ibì morata ac genita es. [non eſt p̃ciſus vmbilicus tuus,] i. nõ ſtatìm legẽ à Deo accepiſti, nec idololatrię vitijs caruiſti, ſed vitã ad tẽpus duxiſti gentilem. Loquit̃ aũt propheta, vt dixi, de Hieruſalẽ plebeq; Iudæorum ſub figura fœminæ, cuius, dũ naſcit̃, primò mox vmbilicus p̃cidit̃. Per vmbilicum verò fœtus, q̄diù in ventre eſt, attrahit alimentũ. Itaq; per hoc quod vmbilicus Hieruſalẽ dicit̃ non p̃ciſus, ſignatur ꝙ pudendę natiuitatis exordia, nõ ſint ei ſtatìm abciſa. [& in aqua nõ es lota in ſalutẽ.] Cruenta infantum corpora, ſtatìm vt ex vtero fuſa ſunt, ſolent lauari. Vndè & ſpiritalis generatio lauacro indiget. Per verba igitnr p̃inducta deſignat̃, ꝙ plebs illa Iudaica nõ fuit mente mundata à vitijs ꝑ lachrymas cõtritionis. [nec ſale ſalita.] Infantũ corpora vtero fuſa, ab obſtetricibꝰ ſale contingunt̃, vt ſicciora ſint & reſtringant̃, atq; ad obturationem abciſionis. Per hoc ergò, ꝙ Hieruſalẽ dicitur non eſſe ſale ſalita, inſinuat̃, ꝙ nil ſpiritalis ſaporis ac diligẽtiæ habuit, ità ꝙ defuit ei ſal ſapiẽtię ſalutaris. [Nec inuoluta pannis.] Infantilia mẽbra pannis inuoluunt̃, nè defluant. Senſus itaq; eſt, ꝙ plebs prędicta non fuit virtutibus veſtita, ſed vitijs defluens. [Nõ pepercit ſuper te oculus,] i. Deo ſic à te offenſo, nemo miſertus eſt tuî, & oculo pietatis nullus te adſpexit. [vt facerẽ tibi vnum de his miſertus tuî,] i. aliquod p̃dictorum quatuor beneficiorũ tibi per eum impenderẽ. Deus eñ frequenter ſubuenit, gratiamq; infundit vni homini ꝑ miniſteriũ & virtutes & preces alterius: q̄a & ſi p̃deſtinatio non ex noſtris eſt meritis, effectus tñ eius ex meritis eſſe poteſt. [Sed ꝓiecta es ſuper faciem terræ,] i. à Deo relicta, irreuerenter ab hoſtibus tuis tractata, & in lata via q̄ ducit ad mortẽ, proiecta, nec poſita es in cunis vel lecto, hoc eſt, in tranquillitate mẽtali & diligenti cordis cuſtodia & ſpiritali aliorũ educatione. [in abiectione aĩæ tuę,] i. propter tua peccata, quia te abieci, & tu me à tuis p̃cordijs abieciſti. [Tranſiens aũt per te,] non localiter proficiſcendo, ſed pietatis meę reſpectum per oĩm corda dirigendó, atq; miſerias ſingulorum conſiderãdo. [Vidi te conculcari in ſanguine tuo.] i. p̃dictis vitiorum immunditijs ſupplantari ac pollui. [Et dixi tibi, cùm eſſes in ſanguine tuo,] i. q̄uìs ob tua facinora miſericordiam meam nõ merereris, ego tamen ex propria & naturaliter mihi inexiſtenti clementia, cùm eſſes in vitijs iſtis mortalibus, dixi tibi, ad pœnitentiam te prouocando: [Viue] vita gratię, & cor tuum conuerte ad me. [Dixi, inquam, tibi] exiſtenti [in ſanguine tuo, viue.] Repetitio, eſt dicti confirmatio, & ingens veritatis aſſertio. [Multiplicatam quaſi germen agri dedi te,] i. prolis ac diuitiarum abundantia te ornaui & auxi, vt agro vberrimo ſimilis eſſes, videreturq; in te impleta benedictio, qua pater Iſaac filio ſuo Iacob benedixit: Gen. 26. Eccè, inquiens, odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. [Et multiplicata es] diuitijs, fama & gloria. [& ingreſſa es] ſponſi cubiculum, vel annos pubertatis, vt dicere poſſis illud Cant. 2. Introduxit me rex in cubiculum ſuum. [& perueniſti ad mundum muliebrem.] i. ad ornamentum ſponſarum. Vndè Symmachus tranſtulit, Ad ornatum mulierũ. Per quod ſignificat̃, ꝙ peruenit ad tẽpus quo fuit nubilis, & Deo ſpiritualiter copulabilis. [Vbera tua intumuerũt, & pilus tuus germinauit.] Tẽpore eñ pubertatis crines & vbera ad cõpletum incrementum propinquant. [& eras nuda, & confuſione plena.] i. dum corporis pulchritudinẽ & ornatum habebas, adhuc virtutibus nuda fuiſti, ideoq; confuſione & inordinatione peccati repleta. [& tranſiui per te,] ſecũdùm ſenſum p̃habitum, Loquitur nanq; propheta de Deo, quaſi de homine per viam pergente, & puerũ à ma-

matre relictũ cernente ac miſerante, ſuſcipiente & confouente. [& vidi te] oculo pietatis taliter nudam. [& eccè tempus tuum, tempus amantium] i. ad tempus nuptiarũ veniſti, quo vir & vxor matrimonialiter ſe complectunt̃ ac diligunt, ità ꝙ eras diſpoſita ſuſcipere legem à Deo, & ei in ſponſam vniri. [Et expandi amictum meũ] i. indumenta virtutũ [ſuper te, & operui ignominiã tuã.] i. vitiorum turpitudinẽ. [& iuraui tibi,] i. ꝑ meipſum teſtatus ſum firmiterq; aſſerui benefacere tibi. [& ingreſſus ſum pactũ tecũ.] Exod. 19. & 23. i. fœdus amicitiæ pepigi tecum, legẽ tibi in monte Sinai dãdo, & te ibì in vxorẽ ſumẽdo, nè vltrà cum idolis atq; dęmonibus fornicareris, ſed mihi tantũmodò deſeruires. [Et facta es mihi,] i. meo coniugio copulata, & per fœdus præinductum mihi obligata atq; adſtricta, & populus peculiaris mihi effecta. [& laui te aqua,] i. rore gratiæ te à peccatis purgaui. [Et emũdaui ſanguinem tuum ex te,] i. opera criminoſa abſtuli tibi. [& vnxi te oleo] pietatis, contra peccatorum vulnera & dolores: oleo quoq; conſolationis ac deuotionis, ità vt mente promptiſſima ac deuota, munera Deo offerres, vt dicitur in Exod. 35. cap. [& veſtiui te diſcoloribꝰ,] i. varijs cæremonijs legis, multiſq; gratiarum chariſmatibus. [& calceaui te hyacintho.] Secundùm Hieronymum, hyacinthina calceamẽta non viris, ſed fœminis conueniebant. Quoniam ergò ad Hieruſalem ſub perſona fœminæ ſermo prophetæ dirigitur, hyacinthinis calceis ſcribitur calceata, i. recto & condecenti virtutum inceſſu. [& cinxi te byſſo,] i. regulis vitæ ac lineis veritatis. De byſſo quippe tenuiſſima fila texuntur. [& indui te ſubtilibus.] Per ſubtilia, ſecũdùm Hieronymum, deſignatur veſtis tantæ ſubtilitatis, vt pilorum & capillorum tenuitatẽ habere credatur, per quam ſpiritualizatio populi huius à priſtina craſſitudine accipi poteſt, vel pulchritudo cultûs diuini. [& ornaui te ornamento multiplici, ſicut ſubiungitur: [Et dedi armillas in manibus tuis, & torques circa collum tuum, & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.] Hæc & plura alia atq; ſimilia ornamenta contulit Deus Iudæis, quanuìs nõ oĩa ſingulis, ſed quędam iſtorum præcipuis, putà ſacerdotibus, regibus ſiue principibus. Scriptum eſt enim Iſaiæ 3. cap. Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, auferet Dominus ornamentum calceamẽtorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas, & murænulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas, & cætera quæ ibidèm ſubduntur. Spiritaliter per armillas in manibus, intelliguntur opera bona in virtutibus operatiuis. Per torques circa collum, prædicatio efficax, ſonora atq; decora. Per inaures ſuper os, ſermo diſcretus. Inauris autem, fuit aurium ornamentum, ex eis dependens. Non autem ponebat̃ ſuper os, ſed ideò dicitur nunc ſuperpoſitus ori, q̄m circulus in ſimilitudinem inauris factus, ex fronte pendebat vſq; ad os, qui nunc inauris vocatur, ſecundùm Hieronymum. Per circulos aureos, refrenatio atq; concluſio aurium, nè verba detractoria & nociua auſcultent. Per coronam decoris in capite, dominatio rationis ſuper alias vires. [& ornata es auro & argento.] His enim diuitijs abundauit frequenter Hieruſalem. Spiritaliter autem per aurum, ſapientia: per argentum, eloquentia deſignatur. [Et veſtita es byſſo, & polymito, & multicoloribus.] Hoc iam habitum atque expoſitum eſt. Quod enim paulò antè ſubtilia, hoc nunc polymitum vocat. Nam & Septuaginta Gen. 37. vtrunq; vno verbo, quod eſt tricaptum, expreſſerũt. Ioſeph quoq; in Geneſi, veſtem talarem & polymitam habuiſſe narratur. Inſupèr poſt veſtimentorum deſcriptionem, de cibis fit mentio. [Similam] quæ eſt medulla frumenti, [& mel, & oleum comediſti,] vtendo eis ſeorſum, vel ex tribus his panem dulciſſimum conficiendo. Vndè in Pſalmo 80. habetur: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. [Et decora facta es vehementer nimìs.] id eſt, præ cunctis vrbibus adornata in corporalibus ac ſpiritualibus bonis, in honore & fama, ac ſapientia, in perſonis egregijs, in varijs Dei beneficijs. Propter quod 3. Regum Salomon dixit: Quæ eſt gens alia ſuper terram, ſicut populus tuus Iſrael? 3. Reg. 8. 2. Reg. 5. [Et profeciſti in regnum.] id eſt, regia ciuitas facta es atq; metropolis tempore Dauid, qui in te ô Hieruſalem habitauit. [Et egreſſum eſt nomen tuum in gentes] id eſt, vbiq; famoſa effecta ts, ità quòd omnium gentium linguæ de tua excellentia loquerentur. [propter ſpeciem tuam,] i. bonorum omnium afflũẽtiam, qua te adornaui. [quia perfecta eras in decore meo,] id eſt, beneficiorum ornatu tibi à me collato. [quem poſueram ſuper te,] ità quòd non à temetipſa, ſed mea pietate & gratia ità es exaltata. Iſtud potiſſimè eſt impletum tempore Dauid & Salomonis, quibus penè omnes in circuitu reges ac populi erant ſubiecti, omneſq; reges terræ deſiderabant videre faciem Salomonis, & audire ſapientiam eius. Deniq; fama hæc Iudęorum ad Gręcos peruenit, & Platonem ad viſitandam Aegyptum, Iudæam, atq; ad inſpiciẽdum libros Moſis, creditur induxiſſe, ſecundùm quod B. Auguſtinus in libro de Ciuitate Dei, hincindè innuere ac ſentire videtur. [Et habens fidutiam in pulchritudine tua,] i. ex conſideratione abundãtiæ oĩm rerum tibi à me preſtitarum, præſumptuoſa & audax effecta, atq; in te immoderãter confiſa, [fornicata es in nomine tuo.] i. à me ſponſo tuo auerſa, vitijs ſubdita, dęmonibus idoliſq; coniuncta, & hoc à temetipſo ex propria peruerſitate, q̄ tot beneficijs fuiſti ingrata. [Et expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti,] i. cuicunq; idolo tibi occurrenti, & omni diabolo te tentanti præbuiſti cor tuũ, & nullam idololatri-

am abieciſti,vt eius fieres per conſenſum ſeu cultum inſtàr adulteræ,quę voluptate ſatiari nõ valet,
& nulli ſe viro,quanuìs viliſſimo,negat.[Et ſumens de veſtimentis meis,] i.hyacintho,byſſo,poly-
mito,& cæteris quibus te indui & ornaui.[feciſti tibi excelſa hincindè conſuta,] i.idola ſeu idolorũ
loca ſublimia,ex diuerſis ornamentis p̃fatis inſtàr emplaſtri compoſita.[& fornicata es ſuper eis,] i.
cum idolis iſtis,vel de illis veſtimentis feciſti tibi idololatrandi materiam. [ſicut nõ eſt factum neq;
futurum eſt.]i.enormiùs q̃ aliquæ gentes fecerunt,ſiue facturæ ſint. Minùs enim q̃ tu, peccauerunt
idolis ſeruiendo.[Et ſumpſiſti vaſa decoris tui] i.vaſa ſacra dedicata cultui Dei in templo, facta [de
auro meo & argento meo,q̃ dedi tibi, & feciſti tibi imagines maſculinas] i. idola Belis ſeu Baal, &
Chamos,ac Melchon,& Aſtaroth. Q̃m quidem de Hieruſalẽ loquitur quaſi de meretrice, idola vo-
cat imagines maſculinas,continuando parabolam de meretrice cum maſculis fornicante.[& forni-
cata es in eis,] idololatriam,q̃ eſt pręcipua ſpecies fornicationis ſpiritalis,cõmittendo.[Et ſumpſiſti
veſtimenta tua multicoloria,] de quibus nunc dictum eſt. [& veſtita es eis] in ſacris idolorũ ad ho-
norem ipſorum.[& oleum meum,& thymiama meũ,] i.oleum quod tibi conceſſi in fomentum lu-
cernarum in templo,& thymiama quod ſup altare incenſi ad diuinæ maieſtatis honorẽ fuit cremã-
dum.[poſuiſti in conſpectu eorum,] i.corã idolis in cultum ipſorũ.[& panem meum] i.panes ꝓpo-
ſitionis,ſeu alios quoſlibet.[ſimilam,oleum,& mel,quibus enutriui te,poſuiſti in conſpectu eorum
in odorem ſuauitatis.] quia in ſe dulcia ſunt,ad placendum eis,& vt eos tibi placares. Porrò oleum
quod offerebatur in templo pro lucernis,aliud erat ab oleo,quo licuit vti Iudæis ad proprium com-
Exod.25. & 29. modum, vt patet in Exodo & Leuitico. [Et factum eſt] tantum malum à te, [ait Dñs Deus. Et tuliſti
Leuit.2. filios tuos & filias tuas,quas generâſti mihi,] i.meo obſequio meritò deputãdos. [& immolâſti eis]
& 24. i.idolis [ad deuorandum.] Iſtud quod ait, ad deuorandum, dupliciter intelligi poteſt:vno modo,
ad tangendum ac ambiendum ab igne. Nam more gentilium, filios ſuos & filias ſuas infantes per
ignem tranſtulerunt,vel adultos tranſire cogebant. Vndè Aquila & Symmachus ac Theodotio in-
terpretati ſunt,tranſduxiſti,ſeu tranſtuliſti. Alio modo,ad deuorandum,i. ad moriendum pro ido-
lorum honore:quod,vt legitur,ſpecialiter fiebat idolo Moloch,quod (vt fertur) æreum fuit,intrin-
ſecùs concauum,in cuius concauitate igne facto,ſtatuaq; fortiter calefacta, ponebatur puer ſiue puel-
la in manibus idoli,ilicoq́; puer comburebatur:ſed tunc ſacerdotes tympana percutiebant, nè pa-
rentes clamore pueri audito dolerent,immò potiùs exultarent, credentes prolem ſine dolore trãſ-
iſſe ad vitam felicem. Vndè & locus iſte dictus eſt Tophet,quod Latinè dicitur,tympanum. De iſto
nil dicit in præſenti paſſu S. Hieronymus. Huic tñ expoſitioni videtur fauere trãſlatio Septuaginta,
Pſal.105. qui pro,ad deuorandũ,poſuerunt,in conſumptionem. Hinc ait Pſalmiſta:Immolauerunt filios ſuos
& filias ſuas dæmonijs. Et, Effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum & fili-
4.Reg.16. arum ſuarum,quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan. Deniq; 4. Regum legitur Achaz tranſduxiſſe
filium ſuum ꝑ ignem.[Nunquid parua eſt fornicatio tua?] Quaſi dicat:Nõ planè,ſed maxima vehe-
menter atq; horrenda eſt idololatria iſta. Ideò exaggerans replicat: [Immolâſti filios tuos idolis, &
dediſti illos,conſecrans eis,] videlicet idolis,quorum venerationi ſobolẽ tuam totaliter dedicâſti,
ſeruiens creaturæ & vanitati,atq; figmento potiùs q̃ creatori & veritati ac primo vniuerſitatis prin-
cipio.[& poſt oẽs abominationes tuas & fornicationes,non es recordata dierum adoleſcentię tuę,]
quibus in Aegypto cõuerſata es,[q̃m eras nuda] virtutibus,[& confuſione plena] i. vitiorum inor-
dinatione,& aduerſariorũ illuſione,[cõculcata in ſanguine tuo] i.diuerſis oppreſſa peccatis.[Et ac-
cidit poſt oẽm malitiam tuam] iam deſcriptã [væ,væ tibi.] i.grauis punitio,vel duplex ſucceſſiuè af-
flictio,ſ.ab Aſſyrijs & Chaldæis:vel væ p̃ſentis anguſtiæ ac gehennę,quãtùm ad eos q non pœnitu-
erunt. Porrò peccata q̃ fiunt non ex paſſione,infirmitate,& excuſabili ignorãtia,ſed ex aĩo delibera-
to,ex habitu vitioſo,ex certa ſciẽtia,propriè dici poſſunt malitiæ.[Et ædificâſti tibi lupanar.] i. ido-
lolatriæ domum. Siquidẽ dictũ iam eſt,per fornicationẽ in toto iſto cap. idololatriã deſignari. Cùm
enim aĩa ad Dei imaginẽ condita,ideò facta ſit,vt creatoris ſui ſit ſponſa, ei mentaliter adhærendo,
ab ipſo ſpiritalẽ fœcunditatem & fructum virtutum ſortiendo,meritò auerſio eius à Deo,p̃ſertimq́;
cõuerſio eius ad idola,adulteriũ fornicatioq́; vocatur.[Et feciſti tibi proſtibulum] i.idololatriæ ædes.
[in cunctis plateis ad oĩe caput viæ,] i.in viarũ capitibus [ædificâſti ſignũ ꝓſtitutionis] i.idololatriæ
[tuæ,] vt loca culturæ deorũ faciliùs inuenirent,& prõptiùs ad ea hoĩes cõuenirent,in quo innote-
ſcit,cũ quanto feruore coluerũt idola.[& abominabilẽ feciſti decorẽ tuum,] ità q̧ quanta fuerat tua
à me p̃ſtita pulchritudo,tãta facta eſt tua à te turpitudo.[Et diuiſiſti pedes tuos oĩ trãſeũti,] i. nul-
lius tibi occurrẽtis vel innoteſcẽtis idololatriã reſpuiſti:immò ad cõmunicandum cum vniuerſorũ
idololatria,fuiſti parata,ad ſimilitudinẽ incontinẽtiſſimæ meretricis. Vndè LXX tranſtulerũt diua-
ricâſti crura tua oĩ trãſeunti.[& fornicata es cũ filijs Aegypti vicinis tuis magnarũ carnium.] i. Ae-
gyptiorũ idololatrias es ſecuta,habẽtiũ magna virilia,per q̃ idololatriæ magnitudo deſignatur. Aegy-
Gen.15. pto autem ex vna parte eſt Iudæa vicina. Propter quod Dñs in Geneſi ait ad Abraham: Tibi dabo
omnem

omnem terram hanc à fluuio Aegypti vſq; ad fluuium magnum Euphratem. vt ex vna parte habe-
at Aegyptios,ex altera autem Aſſyrios, cum quibus paulopòſt ſcribitur fornicata. [Et multiplicâſti
fornicationem tuam ad iritandum me] conſequutiuè. Non quòd Deus inuariabilis & ſuperdelicio-
ſiſſimus vllatenùs in ſe iritetur,aut conturbetur,ſed quoniam per modum iritati ſe habet, dum poſt
tanta beneficia infligit tam acerba ſupplicia.[Eccè ego extendam manum meam ſuper te] ad vindi-
ctam tuorum facinorum. [& auferam iuſtificationem tuam,] i. obſequia idolis facta,quibus te iuſti-
ficari putabas. vel per iuſtificationem intelligitur templum à Chaldæis combuſtũ,quòd in lib. Ma- 1.Mach. 1.
chab. vbertìm ſanctificatio nuncupatur. Primæ expoſitioni fauet trãſlatio Septuaginta,quæ eſt: Au- & 4.
feram legitima tua. [& dabo te in animas] i.in voluntatem & poteſtatem [odientium te] vtpotè [fi-
liarum Palęſtinarum.] i. vrbium ſeu gentium de terra Philiſtinorum, qui ſpecialiter aduerſabantur
Iudæis. Frequenter autem in diuinis ſcripturis per filias, intelliguntur ciuitates ſub metropoli con-
ſtitutæ,pręſertim in libro Ioſuę. Porrò Philiſtæi contra Hieruſalem cum Chaldęis veniſſe, eamque Ioſuæ 15.
cum illis deſtruxiſſe leguntur, [quę erubeſcunt in via tua ſcelerata,] i. ſuper enormitate ſcelerum & 18.
tuorum ipſo auditu verecundantur,& opera tua abhorrent,erubeſcerentq́; tam horrenda commit-
tere, & taliter Deum ſuum confictum offendere, ſicut tu verum Deum innumerabiliter offendiſti.
[& fornicata es cum filijs Aſſyriorum,] eorum idololatrias exercendo,[eò quòd necdùm fueris ex-
pleta,] i.præſcriptis idololatrijs ſatiata. [& multiplicâſti fornicationem tuam in terra Chanaan cum
Chaldęis,] Chaldęorum deos in terra tua colẽdo.[& nec ſatiata es] falſorum cultu deorum. [In quo
mundabo cor tuum,dicit Dominus Deus?] i.tam vitioſiſſima es effecta,vt penè incurabilis videaris,
nec poſſis quodammodò reformari. Hęc autem difficultas intelligenda non eſt ex parte medici, ſci
licet omnipotentis Dei,cui omnia æquè poſſibilia ſunt,ſed ex parte infirmi, in quo eſt indiſpoſitio
maxima. Vndè Oſeę 6. Dominus loquitur:Quid faciam tibi Ephraim?quid faciam tibi Iuda? Eſtq́ue
ſimile his illud Iſaiæ primo:In quo percutiam vos vltrà addentes p̄uaricationes?[Cùm facias omnia
hęc opera mulieris meretricis & procacis,] ſic fornicando ſpiritaliter & impudenter cum quibuſli-
bet idolis, ſicut illa fornicatur corporaliter cum quibuſcunq; viris. [quia fabricâſti lupanar tuum]
id eſt, idololatriæ ædem. [in capite omnis viæ, & excelſum tuum] i. locum altum ad deorum cul-
turam feciſti [in omni platea, nec facta es quaſi meretrix faſtidioſa, augens precium] fornicatio-
nis, quaſi laſſata frequenti concubitu. [ſed quaſi mulier adultera,] quia per legis ſuſceptionem &
fœderis percuſſionem, eras mihi ſpiritaliter deſponſata. [quę ſuper] id eſt, vltra [virum ſuum in-
ducit alienos] ardore libidinis.[Omnibus meretricibus dantur mercedes,tu aũt dediſti mercedem
cunctis amatoribus tuis.] i.idolis atq; dęmonibus,quos coluiſti,rerum abundantiam tibi à me con-
ceſſam immolâſti.[& donabas eis,vt intrarent ad te vndiq;,] i.tecum in templis ac ædibus eſſent [ad
fornicandum tecum,] i.ad cõiungendum ſe tibi per reſponſa vaniſſima atq; ſimilia, quæ idololatræ
quærunt ab idolis. [factumq́; eſt in te contra conſuetudinem mulierum] meretricum [in fornica-
tionibus tuis,& poſt te non erit fornicatio.] i.tanta eſt idololatrię tuę impietas, vt eius reſpectu, fu-
turarum idololatriarum peruerſitas minor,aut quaſi indigna nomine fornicationis videbitur. Simi-
li modo quãtùm ad malum pœnę,de populo iſto ſcriptum eſt in Iſaia: Ad gentem horribilem & di- Iſaiæ 18.
uulſam,poſt quam non eſt altera.[In eo enim quòd dediſti mercedes,& mercedes non accepiſti,fa-
ctum eſt in te contrarium.] i. contra callidarum pręcipuè conſuetudinem meretricum, quę ſolent
difficultate augere libidinis preciũ,atq; ex hoc amatores magìs ad inſaniam prouocare. [Propterea
audi meretrix] i. Hieruſalem, ſeu plebs Iudęa idololatra, [verbum Domini, quia effuſum eſt æs tuũ]
i. diuitias tibi à me condonatas,in idololatria expendiſti.[& reuelata eſt ignominia tua] i. omnibus
patefacta eſt tua ignominioſiſſima idololatria,conſiſtens in [fornicationibus tuis] ſpiritalibus [ſu-
per] i.ad [amatores tuos,] videlicet deos confictos & alienos,quos dilexiſti,à quibus & te amari pu
tâſti. [& ſuper idola abominationum tuarum,in ſanguine, i. ſanguinis effuſione [filiorum tuorum
quos dediſti eis,] i.quos idolis obtuliſti. [Eccè ego congregabo omnes amatores tuos,] i. deorum
tuorum cultores,quos aliquandò propter deos eorum & tuos amâſti,& ab eis petîſti auxilium, ſic-
ut & Achaz à rege Aſſyriorum petijt opem, vt dicitur quarto libro Regum. [cum quibus commi- 4.Reg.16.
xta es,] i. quorum idololatriæ participem te præbuiſti. [cum vniuerſis quos oderas,] i. cum Phili-
ſtæis, & alijs tibi ſemper odioſis, qui cum Chaldæis aduerſùs te conuenerunt. [& congregabo eos
ſuper te vndiquè,& nudabo ignominiam tuam, i. vitiorum tuorum confuſibilitatem per debitam
declarabo vindictam. [Et videbunt omnem turpitudinem,] i. idololatriæ vilitatem. [& iudicabo
te iudicijs adulterarum,& effundentium ſanguinem,] i. dira morte te puniam, quemadmodùm ſe-
cundùm legem Moſis morti adiudicantur acerbæ hæ fœminæ, quæ nedùm adulterantur, ſed
propriam quoquè prolem occidunt. [& dabo te in ſanguinem furoris & zeli,] id eſt, in ſanguinis
tui effuſionem, prouenientem ex furore ſeu rigore iuſtitiæ meæ, & zelo æquitatis diuinæ,[& da-
bo te in manus eorum, & deſtruent lupanar tuum,] id eſt, idololatriæ loca. [& nudabunt te veſti-

mentis tuis,] i.om̄ibus indumentis ſiue diuitijs.[& auferent vaſa decoris tui,] de qbus in iſto cap.dictũ eſt. [& derelinquẽt te nudam,] i. ab om̄ibus rebus ſpoliatã, vel etiã interfectã ac inſepultã. Ideò additur, plenamq́; ignominia.[& adducẽt ſuper te multitudinẽ,] i. grandẽ exercitũ, ſ. ſeipſos & ſibi cõſociatos.[& lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs ſuis.] Tunc nanq; Chaldæi quoſdã Iudęorum lapidibus machinarũ,quoſdã enſibus ſuis necâſſe ferunt.[& cõburent domus tuas igni.] Chaldæi quippe templum Dei,palatium regis,ac domus Hieruſalem combuſſiſſe ſcribũtur 4.Reg.
4.Reg. 25. [& facient in te iudicia] i.prædicta ſupplicia & iudicia, qbus te damnabunt, rebus complebunt. [in oculis mulierum plurimarum:] i.diuerſarum nationum quæ cum Chaldæis fuerunt, vel poſteà iſta facta viderunt: & rectè ait,in oculis mulierum plurimarum,vt ſeruet metaphoram, qua de Hieruſalem loquitur ſub perſona adulteræ, quæ coram omnibus mulieribus lapidatur, vt terreantur, & ſimile crimen deuitent. [& deſines fornicari] cum idolis, vita tibi ablata. [& mercedes vltrà non dabis,] munera idolis atq; dæmonibus offerendo, qui loco Dei tui prioris ſponſi, cor tuum poſſederunt. [& requieſcet indignatio mea in te,] i.certam ac ſtabilem vltionem æquitas mea exercebit in te,quo facto,[& auferetur zelus meus] i. ſpecialis illa dilectio,qua te vt ſponſam amaui,[à te,] quam ob tuam infidelitatem repudiaui. [& quieſcam] à ſolita caſtigatione paterna, [nec iraſcar ampliùs.] puniendo te ſtatìm ad emendationem, ſicut electis iraſcor, quos mox corrigo in ſalutem.Loquitur autem Deus de ſe,quaſi de viro vxorem ſuam adulteram ità repudiante,deteſtante, & non curante, vt decæterò non iraſcatur,nec curet,quicquid mali,culpæ ac pœnæ ei contingat:& ità ſe habet Deus ad reprobos,dum illos liberè & impunè peccare permittit,quaſi non pertinentes ad ſe, vt poſteà
Pſal. 80. finaliter pereant. Propter quod ait in Pſalmo: Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Et Oſee cap.4. Non viſitabo, inquit, ſuper filias veſtras, cùm fuerint adul-
Pſal. 88. Apoc. 3. teratæ.Quocontrà de electis teſtatur: Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Et iterùm: Ego quos amo,arguo & caſtigo. Idcircò ad Hebræos ſcribit Apoſtolus cap. 12. Quòd ſi extra diſciplinam eſtis,ergò adulteri & non filij eſtis. [eô quòd non fueris recordata dierũ adoleſcentiæ tuæ,] i. beneficiorum quæ tibi primò largitus ſum, quandò in adoleſcentia tua fuiſti pauperrima, iuxta ſenſum pręhabitum. [& prouocâſti me in omnibus his] peccatis præſcriptis. [Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi,] i. pro tuis criminibus iuſtas tibi pœnas inflixi. [& nõ feci iuxta ſcelera tua in oĩbus his abominationibus tuis,] i. non tantum te percuſſi vt meruiſti, ſed citra condignum te puniui.In operibus enim diuinæ iuſtitiæ, miſericordiæ opus miſcetur,quo-
Pſal. 144. niam miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Conſequenter demonſtratur quantitas iniquitatis Hieruſalem, ſeu regni ac populi Iudę, per comparationem ad Sodomitas & decem Iſrael tribus. [Eccè omnis qui dicit vulgò prouerbium,] quod ſtatìm ſubiungitur, [in te aſſumet illud.] i. tibi id applicabit,te ſicut & alios deridendo. Deindè ponitur forma prouerbij: [Sicut mater, ità & filia eius.] i. ſimilis ei in prauitate. Vndè communiter dicitur: Patrem ſequitur ſua proles. Sed nunc fit de Hieruſalem ſermo ſub nomine mulieris. [Filia matris tuæ es tu,] per imitationem peccati, [quæ proiecit virum ſuum] adulterando,& Deum,ad quem amandum atq; colendum condita fuit, derelinquẽdo, ac pro eo idolorũ portenta inania venerando.[& filios ſuos,] non veri Dei obſequio eos mancipando,ſed idolis immolando. [& ſoror ſororum tuarum tu,] i. ſimilis eis in vitijs. Hæ autem ſorores,vt ſubditur,fuerunt Sodoma atque Samaria. [quæ proiecerunt viros ſuos] Samaria quippe, i. populus decem tribuum,reliquit Deum Iſrael,ſicut & populus Iudę, & vitulos aureos coluit. Nec Sodoma vni duntaxàt idololatrię vanitati deſeruiuit, nec ambiguum quin & carnalia adulteria in iſtis viguerint. [& filios ſuos] eo modo quo ipſa Hieruſalem. Conſequenter oſtendit, qui fuerint pater,& mater,& ſorores Hieruſalem,ſeu populi Iudę.[Mater veſtra Cethæa,& pater veſter Amorrhæus.] Hoc ſuprà expoſitum eſt in præſenti articulo. [& ſoror tua maior Samaria,] id eſt, plebs decem tribuum. [ipſa & filiæ eius,] id eſt,ciuitates ei ſubiectæ, intelligendo per vrbes,earum habitatores. Samaria nempe interdùm eſt nomen ciuitatis metropolis ſeu principalis in regno decem tribuum,ſicque accipitur nunc: interdùm verò eſt nomen regionis illius. Dicitur quoquè Samaria, ſoror maior Hieruſalem,vel quia primò peccauit, ſecundùm Hieronymum, vel quia decem tribus numero excedebant populum Iudę.[quę habitant ad ſiniſtram tuam,] quia in parte aquilonari fuerunt reſpectu Hieruſalem.[Soror autem tua minor te,] i.minùs populoſa quàm tu.[quæ habitat ad dexteram tuam] videlicet verſùs meridiem,quo ad ſitum Hieruſalem. [Sodoma, & filiæ eius,] putà Gomorrha,Adama,& Seboim. Vndè dicit Hieronymus:Si de templo Hieruſalem orientẽ adſpicias,approbabis Samariam fuiſſe à ſiniſtris,Sodomam verò à dextris.Quęritur,cùm ante hãc prophetiam fuerit Sodoma cum filiabus ſuis ſubuerſa, quomodò iam dicitur habitare à dextris Hieruſalem?Reſpondet Hieronymus,quòd Sodoma refertur ad turbam gentilium, vel dici poteſt, ꝙ propheta ponit hîc tempus præſens pro præterito.Alioquì & eadem quæſtio eſſet de decem tribubus, quæ ante hanc prophetiam noſcuntur in Aſſyrios eſſe tranſlatæ. [Sed nec in vijs earum ambulâſti,] quia

quia in vitioſioribus:[neq; ſecundùm ſcelera eorum feciſti,] ſed grauiùs eis peccâſti. Ideò additur: [Puſillum minùs penè ſceleratiora ab eis feciſti?] quod ironicè & interrogatiuè eſſe legendum, ſequentia verba demonſtrant, vt ſit ſenſus: Non vtiq; modicum minùs peccâſti quàm illæ, ſed multo enormiora operata es.[mala in omnibus vijs tuis.] Hinc ſubditur: [Viuo ego, dicit Dñs Deus.] Se- Matth. 25.
cundùm Hieronymum,in veteri teſtamento Dei iuramentum eſt,Viuo ego,dicit Dominus: in nouo autem teſtamento, Amèn amèn dico vobis. [Quia non fecit Sodoma ſoror tua, ipſa & filiæ eius, Ioan. 5. 8. & 10.
ſicut feciſti tu] ô Hieruſalem,[& filiæ tuę.] i.ciuitates tibi ſubiectæ. Hoc eſt,non tam grauiter peccauerunt illæ,vt tu cum ſubditis tibi. quod conſequenter oſtenditur: [Eccè hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: ſuperbia,] in appetitu excellentię, atq; inani de proprijs viribus pręſumptione. [ſaturitas panis,] i.vitium gulæ in vſu alimentorum nimiùm delicato atq; ſuperfluo. Nomine enim panis,omnis cibus exprimitur. [& abundantia,] i.diuitiarum affluentia, ad quam ſequebatur deliciarum effuſio. Vndè ſeptuaginta tranſtulerunt,in abundantia delicijs affluebat. [& ocium ipſius & filiarum eius.] i. vacatio à bonis operibus, ad quam concomitatur intendere actibus vitioſis. Ocia enim dant vitia,ſicut de talibus fert Pſal. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non fla- Pſal. 72.
gellantur.Ideò tenuit eos ſuperbia,operti ſunt iniquitate & impietate ſua.[& manum egeno & pauperi non porrigebãt.] In quo patet,quàm crudeles & immiſericordes extiterint.Ideò dedit eos De- Rom.10.
us in reprobum ſenſum,ità vt contumelijs afficerent corpora ſua in ſeipſis, ſicut ſubijcitur. [Et eleuatæ ſunt] tumore ſuperbię, ad quam conſequi ſolet animę ruina ad peccata carnalia. [& fecerunt abominationes coram me,] ſ.vitia contra naturam.[& abſtuli eas] i. ciuitates iſtas ſubuerti, pluens ſuper eas ignem & ſulfur,[ſicut vidiſti] i.ex ſcripturis cognouiſti,vel vidiſti,quia vſq; in præſens patent indicia ſubuerſionis pentapolis,vt dicitur in lib.Sap. Prædictis autem Sodomorum peccatis nõ Sap.10.
caruit populus Iudę,& vltra hęc omnia deteſtandiſſimis idololatrijs maculabantur. Vndè & Chriſtus in euangelio Matthęi ait: Terrę Sodomorum remiſſiùs erit in die iudicij quàm tibi. Loquitur Matth.10.
autem Iudęis,quamuis non vrbi Hieruſalem, ſed ciuitati Capharnaum. [& Samaria] i. decem tribus [dimidium peccatorum tuorum non peccauit,ſed viciſti eas ſceleribus tuis,] i. in templo Dei idola adorando,& prophetarum verba ſpernendo, ac pręmemoratis idololatrijs te ſubdendo. [& iuſtificâſti ſorores tuas] videlicet Sodomam & Samariam, [in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.] i.tanta eſt tua impietas,vt eius comparatione illæ quaſi iuſtę appareant,quamuis abſolutè loquendo,multùm damnabiles fuerint.[Ergò & tu] Hieruſalem [porta confuſionẽ tuam,] i. ignominioſa ſupplicia:[quę viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratiùs agens ab eis. [Iuſtificatę em̃ ſunt à te.] i.reſpectu malitię tuæ.[Ergò & tu cõfundere,] de peccatorum tuorũ turpitudine erubeſcendo, quod bonũ eſt.[& cõuertam] ad fidem,[reſtituens eas] in ſtatu ſalutis [cõuerſione Sodomorũ cũ filiabus ſuis,& cõuerſione Samarię cũ filiabus ſuis.] Cõuerſio nanq; Sodomorũ ciuitatumq́; Sodomę,& cõuerſio Samarię ac vrbiũ eius,aliud nõ eſt,niſi cõuerſio ſororum ipſius Hieruſalẽ: verba aũt intricata ſunt.[& cõuertam reuerſionẽ tuam,] i.ex te reuertentes ad Deũ ô Hieruſalẽ [in medio earum] videlicet ſororũ tuarum,inter quas habitas,[vt portes ignominiam tuã,] i.tuã aduerſitatẽ, confuſionẽ,& pœnam æquanimiter feras,iuxta illud Mich.7. Irã Dñi portabo,quia peccaui ei.[& cõfundaris in om̄ibus q̃ feciſti,] i.de vniuerſis tuis peccatis ſalubriter erubeſcas. [cõſolans eas] ipſas modo præfato iuſtificando,vel maiora durioraq́; eis patiendo. Solatium autem eſt miſero, miſeriæ habere conſortẽ.Et qui peccauit,ſi doleat eô ꝙ à Deo relictus ſit,dũ audit aliũ grauiùs exceſſiſſe,gaudere poteſt ꝙ nõ ſit intantùm relictus vt ille, ſicq́; ex illius malo conſolatur indirectè, ſed de malo culpæ nunq̃ directè gaudere vel cõſolari quis debet,cùm hoc charitati Dei & proximi obuiet.[& ſoror tua Sodoma & filiæ eius] videlicet ciuitates eius ꝓdictę, [reuertentur ad antiquitatẽ ſuam.] i. ad fidẽ & gratiam Dei,quã olim ante ſuam excæcationẽ & impietatẽ habuerunt. ſimili ſenſu [Samaria & filiæ eius reuertenť ad antiquitatẽ ſuam. Et tu Hieruſalẽ & filij tui reuertemini ad antiquitatem] veſtrã.Per ꝓdicationem em̃ Chriſti & Apoſtolorum, multi de Hieruſalẽ,Iudæa,Galilæa & Samaria Iudæi,ad fidẽ conuerſi ſunt, & in fine ſeculi generaliter conuertentur, quãdò iuxta Apoſtolum ad Romanos vndecimo,Om̄is Iſrael ſaluus fiet.Per Sodomorum & filiarũ eius conuerſionem,intelligit ſanctus Hieronymus conuerſionem gentilitatis ad gratiam Dei,quã habuit olim, anteq̃ ad idololatriam laberetur.Infelices Iudæi putant in ſui Meſſię aduentu pentapolim reparandã, & corporaliter reponendã in tanto decore,vt fuit anteq̃ ſubuerteretẽ,quãdò erat ſicut paradiſus Dei, vt ſcriptum eſt Geneſis decimotertio.Quibus repugnat quod in diuerſis ſacrę ſcripturę locis ſatìs innuitur,ꝙ ciuitates illæ nunquàm reparabuntur,ſitq́; in ſempiternum duratura ipſarum ſubuerſio.Præ-
tereà quidam per Sodomam intelligunt filios Moab & Ammon, eô quòd pater eorum Loth man- Gene.19.
ſit in Sodomis.Expoſitio autem Hieronymi videtur præſtantior, quia & plùs compræhendit, & illam includit. [Non fuit autem Sodoma ſoror tua audita in ore tuo,] id eſt, de ea & eius ſubuerſione nec loquuta es, nec memor fuiſti. [in die ſuperbiæ tuæ,] id eſt, tempore quo temporaliter pro-

proſperabaris & impunè peccâſti,] antequàm reuelaretur malitia tua,] i. priuſquàm per euidentem
Dei vindictam cunctis pateret.[ſicut hoc tempore] vaſtitatis tuæ à Chaldæis reuelata eſt [in oppro-
brium] i.ità ꝙ tu fueris opprobrium atq; deſpectio. [filiarum] i.ciuitatum [Syriæ,& cunctarum in
circuitu tuo filiarum Palęſtinarum.] quæ maledixerunt tibi, impietatibus tuis per vindictas ad lu-
cem deductis.[Scelus tuum & ignominiam tuam tu portâſti,] i. pro ſceleribus tuis digna flagella
luiſti,& pleniùs lues,vt ſubditur.Huius equidem tempore prophetiæ,inchoata fuit preſſura Hieru-
ſalem à Chaldæis.[ait Dominus Deus,quia hæc dicit Dominus Deus:Et faciam tibi] quod meruiſti,
videlicet pœnas pro culpa. [ſicut deſpexiſti iuramentum,] id eſt, aſſertionem qua te fortiter obli-
Exod. 24. gâſti ad cultum diuinum, dicendo: Omnia quæ loquutus eſt Dominus, faciemus & erimus obedi-
entes.[vt irritum faceres pactum.] id eſt,legem tibi datam tranſgredereris,& amicitiæ pactum inter
nos initum violares.Quãuìs autem tu ex tua peruerſitate ſic egeris,ego tamen ex mea pietate agam
quod ſubditur: [Et recordabor ego pacti mei] initi [tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ,] quandò
videlicet poſt exitum de Aegypto,te in monte Sinai in ſponſam aſſumpſi,& Chriſtum tibi mitten-
dum ſpopondi. [Et ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum] ſcilicet euangelicæ legis vſque ad finem
ſeculi duraturæ,de quo ſcriptum eſt Ieremiæ triceſimoprimo: Eccè dies veniunt, dicit Dominus, &
ſuſcitabo domui Iſrael & domui Iuda pactum nouum.[Et recordaberis viarum tuarum,] id eſt,pec
cata tua ad memoriam pœnitendo reduces.[& confundéris] ſalubriter,quòd tam inhoneſtè egeris
coram Deo.[cùm receperis ſorores tuas tecum maiores cum minoribus:] id eſt,cùm intra Eccleſi-
am Chriſti fuerint aſſociatæ Samaria & Sodoma, quarum vna dicta eſt ſoror tua maior, altera mi-
nor, ac alias gentes receperis, per has deſignatas, quarum nonnullæ numero excedebant Iudæos,
aliæ nõ.[Et dabo tibi eas in filias.] Primitiua nempe Eccleſia in Hieruſalem ex Iudæis collecta,me-
ritò aliarum Eccleſiarum ſeu gentium conuerſarum appellata eſt mater. [Sed non ex pacto tuo,] id
eſt,non ex efficacia & virtute veteris legis,ſed nouæ.Vndè Septuaginta tranſtulerunt:Non ex teſta-
mento tuo.Quidam verò exponunt,non ex pacto tuo, id eſt, merito tuo, ſed ex mea clementia. [Et
ſuſcitabo ego pactum meum tecum,] id eſt,nouum teſtamentum ac euangelicam legem tibi propo-
nam ac dabo. [Et ſcies quia ego Dominus.] In euangelicæ enim legis tempore contulit ſpiritusſan-
ctus maiorẽ Dei notitiam hominibus,quàm anteà vnquàm.Propter quod Iſaiæ vndecimo fuit præ-
dictum:Repleta eſt terra ſcientia Domini.Et Ieremiæ triceſimoprimo:Omnes cognoſcent me à mi-
nimo eorum vſq; ad maximum,dicit Dominus.[vt recorderis] beneficiorum meorum,[& confun-
daris] ſuper ingratitudinę tua,&[non ſit tibi vltrà aperire os præ confuſione tua.] id eſt,iniquitatem
tuam excuſare non valeas, nec aliquid mihi obijcere ex erubeſcentia, qua intra te de tuis verecun-
daberis vitijs.[cùm placatus fuero tibi in omnibus quæ feciſti:] id eſt, vniuerſa peccata tua tibi cle-
menter dimiſero per Chriſti aduentum, incarnationem ac paſſionem, & totam eius in hoc mundo
ſanctiſſimam vitam,quæ tota fuit omnibus nobis meritoria atq; ſaluifica,[ait Dominus Deus.] cui-
us ſermo eſt veritas,& qui eſt veritas ipſa.

¶Expoſitio ſpiritalis eiuſdem cap.16. *Articulus* 20.

1. Cor. 10. OMnia,ſicut ait Apoſtolus,in figura contingebant Iudæis,ſcripta ſunt autem ad eruditionem
noſtram: quemadmodùm ergò Dominus iubet prophetæ, vt notas faciat Hieruſalem ſeu Iu-
dæis abominationes eorum: ſic iubet prælatis atq; paſtoribus,vt gregi ſibi commiſſo peccata ſua vi-
goroſè denuncient. Et dices Hieruſalem, radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus
Amorrhæus,& mater tua Cethæa.Secundùm quod ait Hieronymus, ſi Hieruſalem vel populus Iu-
dæ de ſemine Abrahæ,Iſaac, & Iacob deſcendens,& Deum patrem habens, iſta, quia peccauit, au-
diuit: quid fiet de nobis, qui ex gentium ſordibus ſumus vocati, omnemq́ue maculam in lauacro
ſeu baptiſmo ſaluatoris amiſimus,ſi polluerimus indumentum Chriſti, nec nuptialem habuerimus
veſtem? vtiquè vinctis manibus & pedibus proijciemur in tenebras infernales ac flammas. Itaque
malorum atque carnalium Chriſtianorum radix & generatio,fœcunditas & origo,eſt de terra Cha-
naan, id eſt, de ſeculo iſto laſciuo,quoniam infidelium vitam ſectantur,& ſeculi vitijs implicantur,
quorum pater eſt Amorrhæus, qui interpretatur, multo ſermone celebratus, quia inanium homi-
num humanam laudem, & magnam cupientium famam, impietatem amentiamq́ue ſequuntur.
☞ Quid enim inſanius, quàm hominibus potiùs quàm Deo velle placere: magiſq́ue appetere famam
in præſenti,quàm gloriam in futuro? Et mater tua Cethæa,quæ interpretatur,inſaniens, vel in inſa-
niam mittens.Omnis autem qui peccat, ex diabolo eſt & inſanit, cùm æternę ſapientię corde cæco
diſſentiat.Et quandò nata es, id eſt, ſpiritaliter renouata, ſiue ad Deum pia contritione conuerſa ô
Chriſti Eccleſia.Non eſt præciſus vmbilicus tuus,id eſt, fomitem concupiſcentiæ non ſatìs diligen-
ter extirpare pro viribus ſtuduiſti.Vndè ſecundùm Gregorium,vmbilicum præcidere,eſt carnis vi
tia reſecare.Fœminis quippe luxuria eſt in vmbilico: viris,in lumbis.Et in aquis lachrymarũ ac pœ
nitentiæ, non es lota, ſed innocentiæ veſtem in baptiſmate ſumptam, quotidiè turpiùs maculâ-
ſti.

ſti.Nec ſale ſalita,i.diſcretionis vigore condíta.Siquidem nomine ſalis,guſtus ſapientiæ atq; diſcre-
tio exprimuntur.Hinc Chriſtus præcipit Marc.9. Habete in vobis ſal.Itemq́; Apoſtolus ad Coloſ-
ſenſes 4.Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit condítus. Porrò ſecundùm Origenem, Saluator no-
ſter Ieſus Chriſtus eſt ſal cæleſte,& non tantùm terrena, ſed cæleſtia quoquè ſuo ſapore condiuit.
Nec pannis inuoluta,id eſt,Dei auxilio à vitijs præſeruata,virtutum armis circumamicta,iuſtitia cir-
cunquaq; veſtita. Non pepercit ſuper te oculus, id eſt, tuiſpſius miſerta non es, nec animæ tuæ vul-
neribus condoluiſti.Vt facerem tibi vnum ex his prædictis quatuor gratiæ donis. quocontrà Eccle
ſiaſtici 30. ſcriptum eſt: Miſerere animæ tuæ placens Deo. Et: Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Eccl. 14.
Omnes ergò iniqui ſibijpſis verè crudeliſſimi ſunt,animas ſuas grauiſſimè vulnerantes,ità vt medi-
cinam non admittant,videlicet correptionem charitatiuam & emendationem cõdignam. Sed pro-
iecta es ſuper faciem terræ, id eſt, terrenis atque carnalibus per affectum immerſa, quod potiſſimè
ſpectat ad eos,qui cœptam iuſtitiæ ſemitam deſerunt & recidiuant, quibus in ſecunda ſua Canoni-
ca loquitur beatiſſ. Petrus: Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitię, quàm poſt cognitionem 2. Pet. 2.
retrorſum reuerti. Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus
lota in volutabro luti. Tranſiens autem per te, vidi te conculcatam in ſanguine tuo. Chriſtus ad li-
teram corporaliter inter Iudęos & quoſdam gentilium ambulauit,quos omnes ſuis vitijs conculca-
tos inſpexit,quos tamen ad pœnitentiam inuitauit,& dixit: Viue per gratiam. Deindè per apoſtolos
terras gentilium viſitauit atque conuertit,loquens per Paulum: Surge qui dormis, & exurge à mor- Ephe. 5.
tuis,& illuminabit te Chriſtus. Multiplicatam numero & merito, quaſi germen agri dedi te, varijs
gratiarum chariſmatibus te ornando. Ideò Corinthijs ſcribit Apoſtolus: Dei agricultura eſtis. Et 1. Cor. 3.
multiplicata es ac per totum orbem terræ diffuſa,& grandis effecta,magnitudine virtutum & gratię,
& ingreſſa es per fidem,& perueniſti ad mundum muliebrem,id eſt,nuptialem decorem. Vbera tua
intumuerunt, id eſt, ſapientia tua atque ſcientia, ſecundùm quod dona ſunt ſpiritûs ſancti, creue-
runt,ità quòd animas erudire quiuiſti.Et pilus tuus germinauit,id eſt,cogitationes tuæ fructuoſę fu-
erũt.Quẽadmodùm nanq; de capite pili, ità de corde cogitationes exurgunt. Et eras nuda & cõfu-
ſione plena,antequàm te mihi cõiungerem,ô Eccleſia ex gentilitate collecta. & pertranſiui per te &
vidi te, & eccè tempus tuum tempus amantium:] id eſt, ad ætatem nubilem perueniſti, quandò vi-
delicet venit temporis plenitudo,in quo miſit pater filium ſuum chariſſimum, qui ſibi in vtero vir-
ginis per incarnationis myſterium Eccleſiam deſponſauit,iuxta illud in Pſalmo: Tanquàm ſponſus Pſal. 18.
procedens de thalamo ſuo. Et expandi amictum meum ſuper te,] id eſt,veſtem innocẽtię in bapti-
ſmo,& operui ignominiam tuam, id eſt, originalem infectionem, illam debilitando, eiuſq́; reatum,
quantùm in me eſt,amouendo.Et ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus Deus,id eſt, euangeli-
cam legem tibi præfixi ſeruandam, & ſummam amicitiam inter me & te eſſe inſtitui, dicendo: Sicut Ioan. 15.
dilexit me pater,& ego dilexi vos.Et item:Maiorem hac dilectionem nemo habet,quàm vt animam Ibidèm.
ſuam ponat quis pro amicis ſuis.Nempe vt Moſes Deut.10.loquitur:Quid Dominus Deus noſter re-
quirit à nobis,niſi vt diligamus eum?Et facta eſt mihi,id eſt,mihi in baptiſmate deſponſata,per cha-
ritatem vnita,per cultum complacita. Propter quod ait Apoſtolus 2.Cor.11. Deſpondi vos vni viro
virginem caſtam exhibere Chriſto.In Apocalypſi quoq; angelus ait Ioanni: Veni,oſtendam tibi no Apoc. 21.
uam nuptam ſponſam agni.Qui tales ſunt,ſpiritaliter viuunt, dicente Apoſtolo: Qui aũt ſunt Chri- Galat. 5.
ſti,carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. De quibus ait Saluator ad patrem: Tui Ioan. 17.
erant, videlicet per ꝓdeſtinationem,& mihi eos dediſti,per gratiæ vocationẽ,& ſermonem tuũ ſer-
uauerunt.Et laui te aqua baptiſmi.Etenĩ niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non vide- Ioan. 3.
bit regnum Dei.Et emundaui ſanguinem tuum,i.peccata ex te. Omnia enĩ in baptiſmo purgantur.
Et Iſaias: Si abluerit,inquit,Dñs ſordes filiarum Sion ſpiritu ardoris.Chriſtus nempe baptizat in ſpi Iſaiæ 4.
ritu ſancto & igne,vt ſcribitur Matth.3.Proptereà ad Epheſios 5.teſtatur Apoſtolus:Chriſtus dilexit
Eccleſiam,mundans illam lauacro aquę in verbo vitæ,vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam,nõ
habentem maculam neq; rugam. Et vnxi te oleo, quo animę vulnera mitigantᷣ. Hinc Samaritanus Lucæ 10.
ſemineci infudit vinum & oleum.Vel vnxi te oleo,i.ſaporoſa inſtructione ſpiritûsſancti, de quo in 1. Ioan. 2.
prima ſua Canonica dicit Ioannes: Vnctio eius docet vos de omnibus. Vngit quoq; nos Chriſtus
oleo vnctionis extremæ.Et in Apocalypſi Dñs monet:Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.Et ve Apoc. 3.
ſtiui te diſcoloribus,i.varijs donis atq; ornatibus gratię gratũ facientis & gratìs datæ. Alij nanq; da- 1. Cor. 12.
tur per ſpiritũ ſermo ſapientię,alij gratia virtutũ,alij operatio miraculorũ.Hinc de Eccleſia concinit
Pſalmiſta: Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato,circundata varietate. Et calceaui te hya- Pſal. 44.
cintho,i.ordinato proceſſu virtutum.vndè dicit Apoſtolus Ephe.6. Calceati pedes in præparatione
euangelij pacis. Salomon quoq; in Canticis: Quàm pulchri ſunt, inquit, greſſus tui in calceamen- Cant. 7.
tis filia principis? Et cinxi te byſſo, id eſt, carnis mortificatione, quoniam ſicut byſſus multis can-
dida fit * tonſionibus, ſic caro diuerſis caſtigationibus & flagellis atteritur, vt ſpiritaliter re-
flo-

floreſcat.Hinc ſaluator hortatus eſt Luc.12.Sint lumbi veſtri præcincti.Et in Prouerbijs de muliere
Prou. 31. forti aſſeritur:Byſſus & purpura indumẽtum eius. Itemq; Apoſtolus Col.3.Mortificate,ait,membra
veſtra quę ſunt ſuper terram. Et indui te ſubtilibus, i. diuiniſſimis donis ſpiritûsſancti, quæ ſeptem
Sapien.7. ſunt.De ſapientia equidem increata ſcriptum eſt:Eſt eñ in illa ſpiritus intelligẽtię, vnicus, ſanctus,
multiplex,& ſubtilis. Vel ſubtilia ſunt ipſa genera contemplationis, quæ à doctoribus aſſignantur.
2.Cor. 3. Vndè ait Apoſtolus:Nos aũt reuelata facie gloriã dñi ſpeculantes.Eſt aũt & vana ſubtilitas,qua quis
dolis intendit & curioſis.Propter quod iuxta ſcripturam Prouerbiorum 4.Vir verſutus odioſus eſt.
Iſaiæ 19. Iſaias quoq; loquitur: Confundentur texentes ſubtilia. Eccleſiaſticus quoq; ait: In ſuperuacuis re-
Ecci 31. bus noli ſcrutari multipliciter.Et dedi armillas in manibus tuis,i.opera virtuoſa viribus operatiuis,
vt impleatis illud Apoſtoli Hebr.12.Remiſſas manus erigite.Et dedi inaurem ſuper os tuum.Per in-
aurem,quæ ornamentum eſt aurium,& modò pręcedenti articulo ſuper os poſita fertur,obedientia
poteſt intelligi,dum mandatis Dei auditis mox obedimus, ſicut de populo electo Dominus prote-
Pſal. 17. ſtatur:In auditu auris obediuit mihi. Et circulos auribus tuis. Per circulum qui eſt ſphæricę figuræ,
Pſal. 114. intelligitur reuerſio mentis in ſuum creatorem, à quo manauit, ſicut ait Pſalmiſta: Conuertere ani-
ma mea in requiem tuam. Et coronam decoris in capite tuo, i. reformationem imaginis beatiſſimæ
Trinitatis in ſuperiori animæ portione,iuxta illud Apoſtoli Ephe.4.Renouamini ſpiritu mentis ve
ſtræ.Vel corona capitis,eſt charitas in voluntate, virtutum regina decorq;. Et ornata es auro,i.ſan-
Apoc. 3. ctæ dilectionis feruore,de quo in Apocalypſi Dominus ait homini tepefacto:Suadeo tibi emere au-
Pſal.12. rum ignitum & probatum.Et argento,i.ſermone ſacræ ſcripturę.Eloquia enim Domini, eloquia ca-
ſta,argentum igne examinatum.Similam & mel & oleum comediſti,i.ſpiritalibus alimonijs,conſo-
latorijs ac dulcibus es refecta, corpore Chriſti & ſanguine eius nutrita, & guſtâſti quàm dulcis eſt
Dominus.Et decora facta es vehementer nimìs.Nunquàm enim fuit plebs aliqua tantis Dei gratijs
Pſal. 44. adornata,ſicut Eccleſia,cui & dicitur:Concupiſcit rex decorem tuum.Et rurſus in Canticis:Pulchra
Cant.7. es amica mea,ſuauis & decora.Et profeciſti in regnum, hoc eſt quod in prima ſua epiſtola loquitur
1.Pet. 2. Petrus:Vos autem genus electum,regale ſacerdotium.Deniquè vtroq; dominio, ſcilicet ſpiritali ac
Iſaiæ 60. ſeculari,ornatur Eccleſia.Gens quoquè &regnum quod non ſeruièrit ei,peribit.In ſummo quoquè
pontifice,vtriuſq; poteſtatis eſt plenitudo. Et egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem
tuam. Chriſtianorum enim fama vbiq; celeberrima fuit, ità vt innumerabiles aliarum ſectarum ad
eorum fidem conuerterentur.Vndè Apoſtolus 2.ad Corinthios 2. profitetur: Chriſti bonus odor
ſumus in omni loco. Quia perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te, dicit Dominus.
Hinc 1.ad Corinthios 1.ſcribit Apoſtolus:Gratias ago Deo meo,quia in omnibus diuites facti eſtis
in eo,ità vt nihil vobis deſit in vlla gratia.Et habens fidutiam in pulchritudine tua, id eſt, in gratia
& abundantia meritorum tuorum,doniſque Dei tibi conceſſis,fornicata es in nomine tuo, id eſt,à
creatore ſponſo tuo Domino Ieſu Chriſto auerſa, atque caducis amoroſè coniuncta, & in proprijs
Pſal. 52. adinuentionibus delectata. Vndè in Pſalmo cantamus: Eccè homo qui non poſuit Deum adiuto-
rem ſuum,ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua. Verùm ſicut
docet Hieronymus:Quanto quis ſublimior fuerit, tanto plùs timere debet nè corruat, nec Dei li-
beralitatem,ſuam quis putet eſſe virtutem. Et expoſuiſti fornicationem tuam, id eſt, mentis à Deo
auerſionem: omni tranſeunti,id eſt,cuilibet ſpiritui tentanti, omnique vitio occurrenti.Et ſumens
de veſtimentis meis,id eſt, præmemoratis tibi à me præſtitis ornamentis. Feciſti tibi excelſa hinc-
indè conſuta,id eſt,materias ſuperbiendi,& alios aſpernandi,nunc de iſto,nunc de illo bono à Deo
collato, nunc de pluribus ſimul inaniter tumens. Hoc ergò agunt improuidi & ingrati. Porrò qui
verè ſapientes illuminatique ſunt, quo plura à Deo beneficia ſunt ſortiti, eo plùs ſatagunt Deo con
ſiſtere grati, ſubiecti & chari. Quod cùm fieri nequeat, niſi per veram humilitatem, primò omni-
um humilitatem intimè amplectuntur.Et fornicata es ſuper eis, id eſt, talibus magìs quàm Deo in-
tendens.Sicut non eſt factum neq; futurum eſt.Impij etenim Chriſtiani fornicantes mente à Deo,
cæteris gentibus,alijs paribus,ſunt peiores.Et tuliſti vaſa decoris tui,& feciſti tibi imagines maſcu-
linas, id eſt, animę tuę potentias, quę virtutum receptacula ſunt, à Dei contemplatione ac amore
auertens,vana & falſa documenta tibi in tuam perniciem confinxiſti, quibus potiùs quàm diuinæ
ſcripturæ vacâſti. Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria &c. id eſt,omnibus beneficijs Dei abuſa
es,& qui Deum honorare & colere debuiſti, vana atque illicita honorâſti, teque ad placendum ſe-
culo decorâſti. Et tuliſti filios tuos & filias tuas, & immolâſti eos ad deuorandum. Hoc agunt, qui
ſubditos ſuos ſeu diſcipulos carnalémve ſobolem ad vitia trahunt,ad vitam mundanam alliciũt,per
quod creaturæ magìs quàm creatori deſeruiunt,& ſeipſos ac ſuos ſpiritaliter necant,ac dæmonibus
immolant.Hæc Eccleſiæ malignorũ,qui cùm ſpiritu cœperint,carne conſummantur & recidiuant,
dicuntur: cui impœnitenti conſequenter improperatur: Et poſt omnes abominationes tuas non
es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, id eſt, per pœnitentiam non rediſti ad me, nec animo re-
uol-

uoluiſti,quanta erat miſeria atq; inopia tua tempore gentilitatis, ſeu priſtinæ ac mundanæ conuer-
ſationis,anteq̃ donis gratiæ ditareris,ſicq; beneficijs meis fuiſti ingrata.Et accidit poſt omnem ma-
litiam tuam,de qua non pœnituiſti, Væ væ, id eſt,duplex calamitas tibi,ſcilicet pœna damni & pœ-
na ſenſûs,vel ſubtractio gratię in pręſenti, & gloriæ in futuro: vel,væ animæ & corporis.Propterea
Ieremias de impijs dicit: Induc ſuper eos diem afflictionis,& duplici contritione cõtere eos Domi- Iere.17.
ne Deus noſter.Nec obſtat illud Nahum 1.Non conſurget duplex tribulatio. pro quo alia tranſlatio
continet:Non vindicabit Dominus bis in idipſum.Hoc enim de vltione plenaria dictum eſt. Inter-
dùm verò pœna iam inchoatur, & in futuro completur. Et feciſti tibi lupanar. Hoc agunt qui loca
certa conſtituunt ad exercendum in eis opera vitioſa,quibus à Deo anima fornicatur.Et feciſti tibi
proſtibulum in cunctis plateis, i. vbiq; in latis vijs ſeu actibus reprobandis prębuiſti alijs locum &
occaſionem peccandi. Præterea ſecundùm Hieronymum, ædificat ſibi lupanar, qui tota frontis li-
bertate delinquit,iuxta illud Salomonis:Impius cùm in profundum peccatorum venerit,cõtemnit. Prou. 18.
Cui Ieremias dicit: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Ad omne caput viæ Iere. 3.
ædificâſti ſignum proſtitutionis tuæ. Hoc facit qui omni vitiorum ſe genere polluit. Et abomina-
bilem feciſti decorem tuum, i. priſtinæ tuæ perfectioni in donis gratiæ ac virtutum maximam irre-
uerentiam, maculam ſiue iniuriam intuliſti, ità ꝙ quanto maior erat antè ſpiritualitas tua, tanto eſt
deteſtabilior nunc carnalitas tua.Et diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti,i.vniuerſis occurrentibus
præbuiſti te ſociam ad peccandum, & aliorum peccatis communicare parata fuiſti. quocontrà ait
ſcriptura:Nè communicaueris peccatis alienis.Itemq; Apoſtolus:Nolite communicare operibus in- Ephe. 5.
fructuoſis eorum,magìs autem redarguite. Et fornicata es cum filijs Aegypti. Hoc faciunt Eccleſi-
aſtici ac ſpiritales ſeu religioſi, dum ſecularibus commiſcentur & conformantur. Contra quod di-
cit ad Romanos Apoſtolus:Nolite conformari huic ſeculo.In Ieremia quoq; habetur:Quid tibi vis Rom. 12.
in via Aegypti,vt bibas aquam turbidam?Siquidem per Aegyptum,quæ tenebræ interpretatur,ex- Iere. 2.
cæcati amatores mundi iſtius exprimuntur.Ideò auferam iuſtificationem tuam,i.opera tua apparen
ter non veraciter bona,damnabo.Eſt enim via quæ videtur homini bona, nouiſſima autem eius du
cunt ad mortem.Et dabo te in animas odientium te filiarum Palęſtinarum,i. principũ mundi & dæ- Prou. 16.
monum.Philiſtijm quippe,qui Palæſtini vocãtur,interpretantur potione cadentes, quales ſunt con
trariæ poteſtates,qui de calice Babylonis biberunt. Quæ erubeſcunt in vita tua ſcelerata. Videmus
heu,heu,heu ad oculum,tam apertè ſceleratiſſimam eſſe multorum ſacerdotũ & ſpiritualium vitã,
ꝙ & vulgus & principes ſeculares deteſtantur, abhorrent & erubeſcunt. Et fornicata es cum filijs
Aſſyriorum.Per Aſſyrios, qui interpretantur dirigentes, iam deſignantur, qui ſcandalis ſuis proxi-
mos dirigunt in errorẽ,& talibus pręfati vbertìm in malis conſentiunt.Et fornicata es in terra Cha-
naan,i.peregrinationis pręſentis.Cum Chaldæis, i. dæmonibus, illorum ſuggeſtionibus adhæren-
do.Deniq; ſicut electi de virtutibus tranſeunt ad virtutes, ità iniuſti ac reprobi de alijs vitijs ad alia
tendunt.Cumq; priorum ſcelerum non agunt pœnitentiam,augent delictis delicta, ità vt nullo ſa-
tientur errore, ſed quaſi longam reſtem trahunt peccatum. Contra quod dicitur Iſaiæ quinto: Væ
qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis,& quaſi vincula plauſtri peccatum. Et Eccĩ 3. ſcriptum
eſt:Peccator adijciet ad peccandũ.Porrò Chanaan fluctuatio interpretatur,& præſens vita fluctua-
tionibus plena eſt,niſi inquãtùm mens per gratiam ſtabilitur in Deo. In quo mundabo cor tuũ vl-
trà? Hoc Dñs loquitur animę in vitijs habituatæ, q̃ non paſſione, ſed deliberatione peſſimè viuit,
nec erubeſcit,nec peccata ſua ponderat aut perpendit.Eos quoq;,à q̃bus increpari & corrigi poſſit,
deuitat:cui,quod ſubdiẽ,conuenit:Cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis & ꝓcacis. Hoc
equidẽ facit anima,q̃ ſine timore atq; menſura cum omni frontoſitate ac impia libertate,de vno pec
cato in aliud labitur,& à ſponſo cæleſti ſe totam auertens,cũ vanis caduciſq; rebus,immò cũ omni-
bus dæmonibus fornicatur. Oñis quippe anima quæ non eſt creatoris ſui ſponſa, dæmonis extat
adultera.De talibus ſcriptũ eſt Ieremię 5.Percuſſiſti eos Dñe, & non doluerunt, renuerunt accipere
diſciplinam. Indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Et fabricâſti lupanar tuũ,
i.auerſionis cubiculum,in capite omnis viæ,i.in principio oñis operationis tuæ, illic in vanis quie-
ſcens,atq; ex praua intentione operari incipiens.& excelſum tuũ,i.ſuperbiæ ſignũ,in omni platea,i.
in latis tuis operibus,quę ducunt ad mortẽ.Hoc agunt,qui opera vitioſè incepta,cũ elatione conti-
nuant,quocõtrà Eccĩ 10.legitur: Noli te extollere in faciendo opere tuo.Rurſuſq; Eccĩ 6.Nõ te ex-
tollas in cogitatione tua velut taurus. Nec facta es quaſi meretrix faſtidioſa augens precium &c.Hoc
competit his,qui facilimè inducuntur ad vitia, qui vili pro commodo corruunt ad iniqua,qui huma
ni fauoris intuitu vel mercede Deum offendunt, & proximo nocent, immò nonnullæ vtriuſq; ſe-
xùs reperiuntur perſonæ miſerrimæ, quæ alios vel alias ad fornicationẽ corporalem ſpiritualémve
alliciunt vel inuitant.Electi aũt & virtuoſi,pro nulla re volunt Deũ offendere, iuſtitiamq; relinque-
re, qui dicere queunt cum S. Iob: Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificatio- Iob 27.
 nem

nem quam cœpi tenere, non deſeram. Propterea meretrix audi verbum Domini. Eccleſia vel anima
quondàm Deo fidelis atq; vnita, dũ vitijs ſeruit, meretrix appellatur, iuxta illud Iſaiæ primo: Quo-
modò facta eſt meretrix ciuitas fidelis? quia effuſum eſt æs tuum, i. talentum tibi à Deo conceſſum,
inutiliter expendiſti, beneficijs Dei abutens. Et reuelata eſt ignominia tua, i. viæ tuæ turpitudo om̃i-
bus, te inuerecundè ac publicè tranſgrediente, innotuit: vel quia de ipſa tua ſuperbia aut alijs vitijs
Iſaiæ 3. te iactâſti, quemadmodùm de quibuſdam in Iſaia ſcriptum eſt: Peccatum ſuum quaſi Sodoma præ-
dicauerunt, nec abſconderunt. Eccè ego congregabo omnes amatores tuos, i. criminum ſuggeſto-
res & dæmones, cum quibus ſpiritaliter adulteria commiſiſti, illorum inſtinctui magìs quàm ſpiri-
tûs ſancti inſtigationi conſentiens. Et congregabo eos ſuper te vndiquè, i. in die iudicij tui particu-
laris, vel potiùs vniuerſalis, & nudabo ignominiam tuam coram eis. Tunc enim iudex omnipotens
cuncta peccata deducet in publicum, immò & multa vitia quę vſq; tunc nulli alij patuerunt, publi-
cabit. Propter quod dicit Anſelmus, quòd tunc varia mala quaſi de inſidijs contra nos conſurgent,
Pſal. 18. de quibus nil ſuſpicabamur aduerſi. Etem̃ delicta ſingula quis intelligit, dinumeraréve poteſt? Ideò
Ibidèm. deprecamur: Ab occultis meis munda me Domine. Vndè ſecundùm beatum Bernardum, contra
huiuſmodi culpas incertas, aliqua ſemper ſupererogationis opera deuotionisq́; exercere debemus.
Et iudicabo te iudicijs adulterarum & effundentium ſanguinem, i. æternaliter damnabo, ſicut enor-
miter peccantes merentur. Et dabo te in manus eorum, i. dęmonibus tradam te puniendam. Et de-
ſtruent lupanar tuum, tua peccata & quietem ac delectationem in vitijs habitam, inceſſabilibus pu-
Pſal. 1. nitionibus impediendo ſeu auferendo, iuxta illud in Pſalmo: Iter impiorum peribit. Et Iſaiæ 1. Erit
fortitudo impiorum vt fauilla ſtuppæ, & opus eorum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrunq; ſimul. Et
nudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui, i. palliatis virtutum operibus, quibus te fi-
ctè coram hominibus perornâſti, ô infelix, deſtituent, demonſtrando per pœnas, quod verum eſt.
Et lapidabunt te lapidibus, i. infernalibus percuſſionibus. Et trucidabunt te gladijs ſuis, mortem mi
ſeriæ inferendo, non naturalem vitam tollendo. Et comburent domus tuas, i. corpora igni gehen-
Pſal. 139. næ, quandò cadent ſuper ea carbones, & in ignem deijcientur, non tamen conſumentur, ſed iugiter
punientur. Et deſines fornicari, i. cum delectatione peccare. Et auferetur zelus meus à te, quia æter-
næ obliuioni te tradam, nec bona gloriæ tibi * volam. Nec iraſcar ampliùs, te paternaliter ad pœni-
tentiam caſtigando. Et non feci iuxta ſcelera tua in omnibus his, quia etiam in inferno puniuntur
iniqui citra condignum. Eccè omnis qui dicit vulgò prouerbium, aſſumet illud in te, dicens: Sicut
mater, ità & filia eius. Filia matris tuæ tu es. Iſtud ſecundùm expoſitionem pręcedenti articulo in-
troductam, perfacile eſt cuilibet iniquorum congregationi Chriſtianorum aptare, quę aliorum fi-
delium impiæ conuerſationi conformis eſt, præcedentiumq́; prauorum ſectatur peccata, ità vt ritè
illorum filia nuncupetur: quę item ſoror fertur ſororum ſuarum, putà Samariæ, qua hæretici, ac So-
domæ, qua gentiles ſignantur: ſed nec in vijs earum ambulâſti, quia plùs illis peccâſti. Quia non fe-
cit Sodoma ſicut tu feciſti. Chriſtianorum enim peccata, cæteris paribus, grauiora ſunt aliorum pec-
catis: * tamen quoniam plura à Deo bona ſortiti ſunt, & ingratiores conſiſtunt, meliùs quoquè ve-
ritatem nouerunt, pręſertim autem in clericis grauiſſima inueniuntur facinora. Vndè Corinthijs
1. Cor. 5. ſcribit Apoſtolus: Omninò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes.
Et Samaria, i. hęretici, dimidium peccatorum tuorum non peccauit, rationibus præinductis. Ergò
& tu porta confuſionem tuam. Impiorum enim damnatio grauiſſima eſt in inferno. Et conuertam
reſtituens eas &c. Quomodò Samaria & Sodoma dicantur reſtitui, & ad ſuam antiquitatem reuerti,
præcedenti articulo patuit, quibus iam addo, quòd per reſtitutionem Samariæ Hieronymus intelli-
git conuerſionem hęreticorum ad eccleſiaſticam vnitatem. Non fuit autem Sodoma ſoror tua audi-
ta in ore tuo. quod pauloantè præhabitum eſt, non eſt denuò introducendum. Eodem etenim ſen-
ſu quo pręcedẽti articulo dicta eſt Hieruſalem non fuiſſe recordata ſubuerſionis Sodomorum, do-
nec eius quoq; iniquitas gentibus innoteſceret per vindictas, ità Eccleſia Chriſtianorum impœni-
tentium & prauorum non recordatur, qualiter Deus frequenter impias nationes ac Sodomitas pu-
niuit, donec & ipſa diuinitùs caſtigetur, eiusq́; ſcelera cæteris per flagella ei illata pateſcãt. Et faciam
tibi, i. corrigam, ſicut deſpexiſti, iuramentum, i. obligationem qua te ad Dei obſequium adſtrinxiſti,
vel in baptiſmo, vel religionis ingreſſu, vel ordinum ſuſceptione, vel aliâs aliquo modo. Vt irritum
faceres pactum, iuramenti præfati vel mutuæ dilectionis ſeu euangelicæ legis. Et recordabor ego pa
cti mei tecum in diebus adoleſcentiæ tuę, i. rurſus memor ero fœderis amicitię, quod in conuerſio-
nis tuę exordio pepigi tecum, promittens tibi gratiam ſalutarem, quandocunq; hanc pœnitẽdo re-
quireres. Et ſuſcitabo tibi pactum ſempiternum, i. in completam amicitię exhibitionem atq; fina-
lem conuerſionem. Iſtud refertur ad * impios ab æterno prędeſtinatos, qui licèt ad tempus errent,
finaliter tamen non pereunt, immò ſalubriter erubeſcunt & conuertuntur, pariterq́; ſaluantur. Cæ-
tera ex pręcedenti articulo clara ſunt.

¶Ex-

¶Expoſitio cap. 17. Et factum eſt verbum Domini. *Articulus* 21.

HOc nunc elucidando capitulo deſcribit propheta regni Iudæ culpas pœnasq́;, ſub ſimilitudi-
ne cedri ac vitis, & aquilæ cedri medullam transferentis. [Et factũ eſt verbum Domini ad me,
dicens: Fili hominis, propone ænigma, & narra parabolam ad domum Iſrael, & dices.] Aenigma &
parabola idem ſunt, vtpotè ſermo habens obſcuritatem, quo aliud præfertur verbis, aliud tenetur
in ſenſibus, ità ꝙ per rem verbis ſignificatam, res alia deſignatur, quemadmodùm in præſenti, ſicut
patebit. [Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis] i. Nabuchodonoſor rex Babylonis, [magnarum
alarum] i. magnos habens exercitus, qui nomine alæ ſignantur, iuxta illud in Iſaia: Erit extenſio ala- Iſaiæ 8.
rum eius, videlicet regis Aſſyriorũ, implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel. [longo membro-
rum ductu,] i. potentes principes poſſidens, qui erant quaſi membra ipſius. [plena plumis] i. diuitijs,
[& varietate] i. diuerſis mundi ornatibus. De aquila iſta ſcriptum eſt in Oſee: Quaſi aquila ſuper do- Oſee. 8.
mum Dei. [Venit ad Libanum] i. ad templum Hieruſalem, de quo ſcriptum eſt Zachariæ 11. Aperi
Libane portas tuas. Dicitur autem templum Libanus, vel propter eius ſublimitatem ac eminẽtiam,
vel quia de lignis Libani erat partìm conſtructum. Libanus quippe mons fuit valdè ſublimis, in quo
arbores pulcherrimæ naſcebantur. [Et tulit medullam cedri,] i. meliora electaq́; bona Hieruſalem.
[ſummitatem frondium eius auulſit.] i. Iechoniam regem à regali poteſtate amouit. [& tranſporta-
uit eam in terram Chanaan] i. in Chaldæam tranſtulit eum, quemadmodùm 4. Reg. 25. pleniùs ſcri-
bitur. Chaldæa autem ſecundùm Hieronymum, terra Chanaan appellatur. Dicuntq́; aliqui ꝙ Cha-
naan in Hebręo, interdùm eſt nomẽ proprium, & ità deſignat Iudæam, in qua ante filios Iſrael ha-
bitauerunt Chananæi. Interdùm verò eſt nomen appellatiuum, & ſic mercationem ſignificat. Sic
quoq; terra Babyloniæ ſeu Chaldæa, terra Chanaan dicitur, quoniam mercatores hanc frequenta-
bant. [In vrbe negociatorum poſuit illam,] i. in Babylone collocauit Nabuchodonoſor Iechoniam
præfatum. Ibì nanq; poſuit eum in carcere, vt legitur 4. Reg. 25. [Et tulit de ſemine terræ] i. Sedechi-
am accepit pro Iechonia, qui Sedechias fuit de ſemine terræ Iudæ, quia de ſanguine regio, atq; auũ-
culus Iechoniæ. [& poſuit illud in terra.] i. in Iudęa conſtituit eum regem, [pro ſemine] i. loco Ie-
choniæ. [vt firmaret radicem] i. poteſtatem ſuam fundaret, [ſuper aquas multas] i. populum multũ,
quibus eum rex Babylonis præfecit. Aquæ enim multæ, populi multi, vt Apoc. 17. habetur. [In ſu-
perficie poſuit illud] i. Sedechiam non profundauit nec ſtabiliuit in regno, ſed citò amouit, ſicut id
quod ſolum in ſuperficie ponitur, neq; infigitur. [Cumq́; germinâſſet] i. in regnum proceſſiſſet, &
poteſtatem ſuam dilatare cœpiſſet, [creuit in vineam latiorem,] pluribus dominando. [& humili ſta
tura,] i. non ſtatu libero, ſed ſubiecto, quia ſub rege Babylonis ſubditus fuit. [reſpicientibus ramis
eius ad eam,] i. ad aquilam præinductam reſpicientibus principibus ac populis Sedechiæ, quoniam
Chaldæis ſubiecti fuerunt. [& radices eius] i. fundamentum ſiue ſtabilitas Sedechiæ, [ſub illa erãt,]
id eſt, ſub poteſtate regis Babylonis. [Facta eſt ergò vinea] i. rex iſte Sedechias & populus eius per
incrementum aſſimilati ſunt viti. [Et fructificauit in palmites] i. in perſonis diuitijsq́; profecit. [&
miſit propagines] i. filios generauit. Quandiù enim Sedechias cum ſuis manſit ſub imperio regis Ba
bylonis, benè ſibi & populo ſucceſſit. Deniquè de vinea iſta & eius propagine ſcriptum eſt Iſaiæ 5.
Vinea Domini ſabaoth, domus Iſrael eſt, & vir Iuda germen delectabile eius. Item Pſalmo 79. Ex-
tendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines eius. Conſequenter fit mentio
de rege Aegyptio, ad quem Sedechias miſit legatos, petentes auxilium cõtra regem Babylonis. [Et
facta eſt aquila alia grandis magnis alis multisque plumis] id eſt, Pharao rex Aegypti. Quid autem
per alas & plumas intelligatur, iam patuit. [Et eccè vinea iſta,] vtpotè Sedechias cum maioribus ſu-
is, [quaſi mittens radices ſuas ad eam,] id eſt, legatos ſuos ad regem Aegypti tranſmiſit. [palmites
ſuos extendit ad illam,] id eſt, populos ſuos deſtinauit ad regem præfatum. Vndè & Iſaiæ 31. prædi-
ctum eſt: Væ qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium. [vt irrigaret eam,] id eſt, vt rex Aegypti
vineam iſtam confoueret. [de areolis germinis ſui,] id eſt, de locis ſeu vrbibus populi ſui Aegy-
ptij, deſtinando vineæ huic bellatores Aegyptios in ſuccurſum. Etenim per areolam, quæ eſt locus
benè ſeminatus, intelliguntur vrbes Aegypti bellatoribus plenę. [In terra bona] videlicet in Iu-
dæa. [ſuper aquas multas,] id eſt, populos multos. [plantata eſt] vinea iam prædicta, ſcilicet Sedechi
as & domus ipſius à rege Babylonis, qui Sedechiam Iudæis præfecit regem. [vt faciat frondes,] id
eſt, populos augeat ſui dominij. [& portet fructum] per generationem filiorum ac filiarum. [vt ſit
in vineam grandem] poteſtate & numero hominum. [Dic] ô Ezechiel: [Hæc dicit Dominus De-
us, ergó ne proſperabitur] Sedechias iſte cum ſuis, qui regi Babylonis fidelitatem iurauit, & tamen
ad eius hoſtem regem Aegypti pro auxilio deſtinauit? quaſi dicat, malè ei ſuccedet. ideò ſubditur:
[Nonnè radices eius euellet?] id eſt, rex Babylonis vineam iſtam radicitùs diſſipabit. [& fructus ei-
us diſtringet,] id eſt, filios Sedechiæ occidet. [& ſiccabit om̃es palmites germinis ſui,] id eſt, princi-
pes Sedechiæ ſpoliabit virtute ac vita. [& areſcet] vinea iſta per regiæ poteſtatis amiſſionem, pro-

creationiſq; filiorum defectum, quantùm ad Sedechiam. [Et non in brachio grandi,] i. magna po-
teſtate Chaldęorum. [neq; in populo multo] de eorum exercitu factum eſt hoc. Pauci quippe Chal-
dæi inſequuti ſunt fugientem Sedechiam ac principes eius & filios, prçualueruntq; hi pauci Chal-
dęi. [vt euelleret eam radicitùs.] i. vt Nabuchodonoſor vineam iſtam funditùs demoliretur. [Eccè
plantata eſt] vinea hęc in terra Iudę à Babyloniorum rege. Ergó ne proſperabitur] illi repugnan-
do? [Nonnè cùm tetigerit eam ventus vrens,] i. feruida impugnatio Chaldęorum, [ſiccabitur,] vi-
gorem perdendo, [& in areis germinis ſui areſcet?] i. in terra ſua deficiet. Vndè Septuaginta tranſtu-
lerunt: Cum gleba germinis ſui areſcet. Conſequenter parabola iſta in textu exponitur, ſicut expo-
ſita eſt. [Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Dic ad domum exaſperantem,] i. Iudęorum fa-
miliam, Deum naturaliter pium ac dulcem ſuis peruerſitatibus ad diram vltionem inducentem.
[Neſcitis quid iſta ſignificent? Dic,] eam exponendo. [Eccè veniet] rex Babylonis, deſignatus per
aquilam primam Hieruſalem, [& aſſumet regem] Iechoniam [& principes eius, & adducet eos ad ſe
metipſum in Babylonem. Et tollet de ſemine regum,] videlicet Sedechiam patruum Iechoniæ, [fe-
rietq; cum eo fœdus,] i. pactum amicitię percutiet ſecum. [& ab eo accipiet iuſiurandum,] ità quòd
Sedechias iuramento firmabit initum fœdus, quo ſe obligabit ad obediendum regi Babylonis, &
ad perſoluendum tributum. [Sed & fortes terrę] id eſt, principes atque potentes Iudææ [tollet] rex
Babylonis, [vt ſit regnum humile,] regnum videlicet Iudę ſub Sedechia. [& non eleuetur] per re-
bellionem contra Chaldęos, [ſed cuſtodiat pactum eius,] videlicet regis Babylonis in perſolutio-
ne tributi ac ſeruitutis. [Qui] Sedechias [recedens ab eo,] id eſt, à rege Babylonis cor ſuum auer-
tens, & pactum tranſgrediens. [miſit nuncios ad Aegyptum,] id eſt, ad regem Aegypti, [vt daret il-
li] ſcilicet Sedechię [equos & populum multum] in auxilium contra regem Chaldęę. [Nunquid
proſperabitur vel conſequetur ſalutem,] præualendo contra Chaldęos, [qui fecit hęc?] ſcilicet Se-
dechias. [Et qui diſſoluit pactum,] id eſt, initum fœdus diſrupit, [nunquid effugiet] manum regis
Babylonis? quanuìs hoc ad literam contra Sedechiam dicatur, generaliter tamen accipi poteſt con-
tra omnes inita fœdera licita confringentes, qui etſi fortè hominum manus euadant, omnipotentis
tamen Dei iudicis manum nequaquàm effugient. Ex quibus ſecundùm Hieronymum diſcimus,
etiam inter hoſtes fidem eſſe ſeruandam, & non conſiderandum, cui, ſed, per quem, iuraueris. Mul-
to enim fidelior eſt ille, qui propter nomen Dei tibi credidit, & deceptus eſt à te: quàm tu, qui per
occaſionem diuinę maieſtatis hoſti tuo, immò iam amico tuo, es molitus inſidias. [Viuo ego, dicit
Dominus, quia in loco regis, cuius irritum fecit pactum,] id eſt, in Babylone ciuitate regis Nabucho-
Iere. 43. donoſor [morietur] Sedechias in carcere, ſicut & Ieremias ſibi prędixit, quòd non moreretur in gla-
dio, ſed in pace. [Et non in exercitu grandi, neq; in populo multo faciet contra eum.] videlicet re-
gem Babylonis, [Pharao pręlium in iactu aggeris,] i. aggerem iaciendo, [& in extructione vallorũ.]
Agger autem eſt collectio terrę atque lignorum ad implendum foſſata, quatenùs obſidentes poſ-
ſint pugnare ad propugnacula contra obſeſſos. Valli quoq; dicuntur foſſę, quę fiunt extra ante por-
tas, nè obſeſſi repentè irruere poſſint ſuper obſidentes. Eſt itaque ſenſus, quòd Pharao per hæc atq;
ſimilia non potuit regi Babylonis reſiſtere, nec Sedechię contra regem illum opem prębere. Nam
cùm Aegyptij egreſſi eſſent ad auxiliandum Sedechię, mox audientes Chaldęorum occurſum, re-
dîerunt in ſua perterriti. [Vt interficiat] Pharao [animas multas,] id eſt, plurimos Chaldæorum. Po-
nitur autem pars pro toto, cùm ait, vt interficiat animas multas, cùm animę rationales ſint immor-
tales. Ex quo etiam eluceſcit, quòd vana ac ſtulta fuerat argumentatio Sadducęorum, animas huma-
nas mortales eſſe dicentium atq; probantium, eſt quòd in lib. Moſis ſępè ſcriptum ſit, animam oc-
Exod. 32. Gene. 37. cidi, vel aliquid ſimile, vt quod Iudas dixit fratribus ſuis de Ioſeph, Non interficiamus animam ei-
us. Quoniam & prophetę, quos certum eſt poſuiſſe quòd animę noſtrę ſint immortales, talem ha-
bent modum loquendi. Vndè & Ieremię quadrageſimo ſcriptum eſt, qualiter Iohannan loquutus
eſt Godolię, quòd Iſmael quidam venturus eſſet percutere, id eſt, occidere animam eius. [ſpreuerat
enim] Sedechias [iuramentum] regi Babyloniæ præſtitũ, [vt ſolueret fœdus] inter eos percuſſum.
[Et eccè dedit manum ſuam] ad manum regis Babylonis, pactum ſecum ineundo. [Et cùm omnia
hęc fecerit, non effugiet,] id eſt, quia tam infideliter ſe habuit, non euadet, nec rex Aegypti ſibi
ſuccurrere poterit. [Propterea hęc dicit Dominus, quoniam iuramentum quod ſpreuit, & fœdus
quod præuaricatus eſt, ponam in caput eius,] id eſt, de periurio & pacti tranſgreſſione puniam eũ.
[Et expandam ſuper eum rete meum,] id eſt, poteſtatem meam omnia complectentem, vel exer-
citum Chaldęorum, [& comprehendetur in ſagena mea.] Captus eſt quippe ab exercitu Chaldęo-
rum. [Et adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibì in prçuaricatione qua deſpexit me] id
eſt, ſecundùm demeritum ſuæ præuaricationis, qua in meam iniuriam iuramentum ac pactum diſ-
rupit, faciam eum à rege Babylonis dijudicari, & carceri mancipari. [Et omnes profugi eius,] id eſt,
quidam de omnibus illis, [cum vniuerſo agmine ſuo, gladio Chaldæorum cadent.] Non vtiquè ab-
ſolu-

ſolutè omnes, ſed omnes, exceptis demendis, de quibus ſubiungitur: [Reſidui autem in omnẽ ven-
tum diſpergentur.] id eſt, per loca diuerſa vt lateant. Iſta iam ſæpè præhabita ſunt, idcircò non im-
moror. Prætereà poſt prænunciationem deſtructionis regni Iudęorum per Chaldęos, prædicitur
regni eiuſdem reparatio conſummata per Chriſtum. [Hæc dicit Dominus Deus: Et ſumàm ego] Do-
minus Deus, non Nabuchodonoſor, [de medulla cedri ſublimis,] id eſt, de ſemine nobiliori regiæ
tribûs Iuda educam atq; accipiam Chriſtum, qui ſecundùm carnem natus eſt ex ſemine Dauid, vt di
citur ad Roman. 1. [& ponam de vertice ramorum eius,] id eſt, de ramis altioribus cedri præfatę, vi-
delicet de prçclarioribus huius regalis tribûs perſonis, conſtituã Chriſtum. [tenerum diſtringam] i.
Chriſtum tenerrimæ complexionis atq; pijſſimum, in paſſione lœtaliter premam. Dominus enim
poſuit in eo iniquitatem omnium noſtrûm, vt loquitur Iſaias. [Et plantabo ſuper mõtem excelſum Iſaiæ 53.
& eminentem] id eſt, Chriſtum regem præficiam ipſi Eccleſiæ ſeu ſynagogæ electorum Iudęorum,
ſecundùm quod Iſaiæ 9. habetur: Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit. Vel ſuper mõ-
tem excelſum, id eſt, montem Sion, in quo fuerat templum, in quo oblatus eſt Chriſtus, & poſteà ſæ
piùs illic aduenit, docuit, atq; miracula fecit, de quo monte ſcriptum eſt Iſaiæ ſecundo: Erit in no-
uiſſimis diebus prçparatus mons domûs Domini in vertice montium. [In monte ſublimi Iſrael] de Lucæ 2.
quo monte iam dictũ eſt, quia & primitiua Eccleſia ex Iudæis conſtabat. [plantabo illam] cedri me- Ioan. 8.
dullam, videlicet Chriſtum precioſiſſimum Iſrael ſemen. Vndè ait Pſalmo ſecundo: Ego autem cõ- & 10.
ſtitutus ſum rex ab eo &c. [& erumpet in germen,] multos conuertendo ad Deum, qui erant ſpiri-
tales filij eius. [Et faciet fructum,] totum mundum ſaluãdo. [Et erit in cedrum magnam,] quia præ
vniuerſis creaturis exaltatus eſt, omnemq; orbem terrarum, poteſtate, fœcunditate, & gratia ſua im-
pleuit, ſecundùm quod Danielis ſecundò inducitur, quòd lapis præciſus de monte ſine manibus,
creuit in mõtem magnum, & impleuit vniuerſam ſuperficiem terræ. Hinc Iſaię 49. Chriſtus loqués
de patre: Glorificatus ſum, inquit, in oculis Domini, & dixit, Parùm eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tri-
bus Iacob, & fęces Iſrael conuertendas: Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad vltimum
terræ. [Et habitabunt ſub ea omnes volucres,] i. cuncti homines per liberum vſum, i. omnes in alta
ſe erigentes ſub cedro prçfata: hoc eſt, in Chriſti charitate, fide & gratia quieſcent ac permanebunt,
de qua ſpiritali habitatione fertur Pſal. 90. Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cę-
li commorabitur. [vniuerſum volatile ſub vmbra frondium eius nidificabit,] i. omne genus cre-
dentium ſub vmbraculo ſeu protectione donorum cæleſtium Chriſti conſtruet ſibi animæ manſi-
onem, in Chriſti confidens auxilio, & dicens illud Pſal. 56. Sub vmbra alarum tuarum ſperabo. Hinc
enim ait ſcriptura: Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. [Et Pſal. 71.
ſcient omnia ligna regionis,] id eſt, populi vniuerſi ad fidem reducti, de quibus Pſalmiſta & Iſaias
loquuntur frequenter. [Quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime,] id eſt, populum Iudęorum
altiùs in beneficijs Dei præ cæteris exaltatum. [& exaltaui lignum humile,] id eſt, populum genti-
lem quondàm omni Dei gratia deſtitutum. [& ſiccaui lignum viride.] vtpotè ſynagogam, quę olim
in lege & prophetis fuit florens ac germinans, quæ poſt Chriſti aduentum ob ſuam incredulita-
tẽ deiecta eſt. [Et frondere feci lignum aridum,] id eſt, plebem nationum, conuertendo eam ad fi-
dem, dandoque ei fructus virtutum, ornamenta donorum, & varia ſupernaturalia gratiæ munera.
Hoc totum eſt quod ab Iſaia prædictum eſt: Lauda ſterilis quæ non paris, decanta laudem & hinni Iſaiæ 54.
quæ non parturiebas: quoniam multi filij deſertæ, videlicet gentilitatis, magìs quàm eius quæ ha-
bet virum, vtpotè ſynagogæ. ¶Poſtremò innoteſcit ex his, quòd prophetia iſta exponi non po-
teſt de Zorobabel, vt aliqui ſomniant. Non enim fuit tantæ excellentiæ, vt de ipſo præinducta ve-
rificentur. Ideò Hieronymus exponit de Chriſto. [Ego Dominus loquutus ſum, & feci:] id eſt,
certiſſimè iſta implebo. Vndè propter certitudinem prophetiæ, ponit præteritum pro futuro, ſicut
in Pſalmo quo ait: Annunciabunt cæli iuſtitiam eius populo qui naſcetur, quem fecit Dominus. Pſal. 21.

¶Expoſitio cap. 18. Et factus eſt ſermo. *Articulus* 22.

Redarguit inſupèr Dñs præſenti cap. quendã Iudęorũ errorem, in quo eatenùs obſtinati fuerũt.
vt eum quaſi in prouerbiũ verterẽt, & ſine rubore exprimerẽt. [Et factus eſt ſermo Dñi ad me,
dicens: Quid eſt quod inter vos] ô Iudæi [parabolam vertitis in prouerbiũ iſtud in terra Iſrael, di-
centes:] Loquitur aũt Deus ad populum ſub perſona prophetę. Quid verò propriè dicatur parabo-
la, p̃cedenti articulo dictum eſt. deindè inducitur forma parabolæ, quã Iudęi in prouerbium cõuer-
terant, eam frequenter vulgariterq; promentes: [Patres comederunt vuam acerbam,] i. culpam quę
amaritudinem pœnæ adducit, commiſerunt, [& dentes filiorum obſtupeſcunt,] filij pœnam paren-
tibus debitam patiuntur. Quidam etenĩ Iudęorum contra Dei iuſtitiam murmurantes, dicebant ſe
pro parentum ſuorum peccatis puniri iniuſtè. Et fortè habuerunt occaſionem ità loquendi ex ali-
quibus diuinæ ſcripturæ locis, in quibus ſecundùm ſuperficiem dici videtur, quòd filij interdùm

pro parentum affligunt̃ peccatis: q̃ authoritates p̃ſenti articulo, quantùm ſpiritus veritatis donauerit,
tractabuntur, ſuisq́; locis allegabuntur. [Viuo ego, dicit dñs, ſi] pro non [erit vobis vltrà parabola
hæc in prouerbium in Iſrael.] quia falſitatẽ eius nunc demonſtrabo, & vos qui tam dirè errâſtis in
terra Iſrael, tollam de terra veſtra in captiuitatẽ vel mortẽ, & poſteà filij Iſrael meliorati, ſciẽt falſam
Iere. 31. eſſe iſtam parabolam. Hinc per Ieremiam quoq; dñs proteſtatur: In diebus illis non dicent vltrà, Patres
comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. Sed vnuſquiſq; in iniquitate ſua
morietur. Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obſtupeſcent dentes eius. Et hoc nunc dñs
probat: [Eccè om̃es animæ] rationales [meæ ſunt] per creationem, nõ tamen per prædeſtinationẽ
& gratiam, q̃m nõ ſunt ex traduce, ſed creando infunduntur, & infundendo immediatè à Deo creantur.
Idcircò filius ſecundùm animam nõ eſt aliquid patris, nec à patre directè proceſſit. Hinc ſecundùm
hoc pro peccatis parentum nõ punitur. [Vt anima patris, ità & anima filij, mea eſt] iure creationis,
cùm ſim omnium conditor rationalium animarum. [Anima quæ peccauerit, ipſa morietur]
morte peccati in via, & morte miſeriæ infernalis in gehenna, niſi pœniteat: immò peccãdo moritur,
quia peccatum mors animæ eſt, quia peccato ſeparatur à fonte vitæ Deo æterno: ideoq́; carebit vita
gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. [Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudicium,] non vſurpatum
nec temerarium, ſed diſcretum, ſeipſum vel ſibi ſubiectos ſapientialiter iudicando. [& iuſtitiã,]
dando cuiq; quod ſuum eſt. [in montibus non comederit] idolothyta ad reuerentiam idolorũ. [&
oculos ſuos non leuauerit ad idola domûs Iſrael,] quæ coluerunt Iudæi, vt ea adoret vel in ipſis cõfidat.
[& vxorem proximi ſui non violauerit] opere vel affectu. [& ad mulierem menſtruatam non
Leuit. 16. acceſſerit] ſcienter, quia hoc in lege Moſis prohibetur. Omnia itaq; ratione atq; iudicio ſunt agenda,
ſicut 1. ad Timotheum 5. ſcribit Apoſtolus: Sine præiudicio, i. præuio iudicio nihil facias, in alteram
Lucæ 18. partem declinando. Deniq; ſecundùm Hieronymum ſpiritaliter in montibus comedit, qui ſuperbia
intumeſcens, alij ſe præponit, & altiora ſe immoderâter ſcrutatur vel diſcutit, qualis fuit phariſæus
qui dixit: Gratias tibi ago Deus, q̃m non ſum ſicut cæteri hominum. Inſupèr vxor hominis
virtuoſi, ſpiritaliter eſt ſapientia, iuxta illud Prouerb. 7. Prudentiam voca amicam. Hanc contaminare
ac violare deſiderat, qui aliorum benè dicta repræhendit: facibusq́; accenſus inuidiæ, ſancta
violat, vera corrumpit, caſta contaminat. Prætereà ſuper illud, Ad mulierem menſtruatam non acceſſerit,
dicit beatus Hieronymus: Per ſingulos menſes grauia atq; torpentia mulierum corpora immundi
ſanguinis effuſione releuantur. vndè & Septuaginta tranſtulerunt: Ad mulierem fluentem
ſanguine non acceſſerit. quo tempore ſi vir coiêrit cum muliere, dicuntur concepti fœtus vitium ſeminis
*in fœda trahere, ità vt leproſi & elephantici ex hac conceptione naſcantur: & * fœda in vtroq; ſexu
corpora, vel paruitate vel enormitate membrorum, ſanies corrupta degeneret. Præcipitur ergò viris,
vt non ſolùm in alienis mulieribus, ſed in proprijs quoq; certa concubitûs nôrint tempora, quãdò
Eccés 3. videlicet abſtinendum, & quandò non. Ideò enim Salomon loquitur: Tempus amplexandi, &
tempus longè fieri ab amplexibus. Caueat autem vxor, nè victa concupiſcentia zelet virum: & maritus,
nè vim faciat vxori, putans omni tempore ſubiectam ſibi eſſe debere coniugij voluptatem. Vndè
& pulchrè Pythagorici cuiuſdam ſententijs dicitur: Adulter eſt vxoris propriæ amator ardentior.
[Et hominem non contriſtauerit,] inducendo aliquem ad inordinatam carnalem ſeu ſecularem
triſtitiam directè & ex animo. Talis nanq; triſtitia mortem operatur. Eſt autem & bona triſtitia, qua
2. Cor. 7. quis de malo culpæ fit dolens. De qua ad Corinthios legitur: Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœ
Eccés 7. nitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Eccleſiaſteſque ait: Cor ſapientum vbì triſtitia, cor ſtultorum
vbì lætitia. Taliter alium contriſtare, non eſt malum. propter quod ait Paulus Corinthijs:
2. Cor. 7. Nam etſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet: Gaudeo enim, non quia contriſtati eſtis, ſed
quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Refert Hieronymus, quòd in Euangelio Nazaræorum, contriſtare
ſpiritum fratris, inter maxima vitia computatur. [Pignus debitori reddiderit] non cuicunque,
Exod. 22. ſed pauperi, ſicut in Exodo Moſes ſcribit: Quòd ſi ab egeno quis pro pignore veſtimentum
eius receperit, & ille aliud in nocte operimentum non habeat, reddendum eſt ei ante ſolis occaſum.
Poterit verò illud de manè recipere, quanuìs melius eſſet non recipere, ſed donare, ſecundùm
Hieronymum. [Per vim nihil rapuerit,] quicquam ſpoliando violenter, quod eſt directè contra
iuſtitiam, eſt & contra charitatem. Ideò Iſaiæ 9. habetur: Omnis violenta prædatio cum tumultu,
& veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis. [Panem ſuum eſurienti
Matth. 5. dederit, propter quod docemur operibus miſericordiæ inſudare. Etenim beati miſericordes, quoniam
ipſi miſericordiam conſequentur. [& nudum veſtimento operuerit,] ſicut Baptiſta procla-
Lucæ 3. mat: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Quid ergò fiet de his qui varia habent veſtimenta in
perticis ſcrinijsque vacantia, & inopes, quos quotidiè cernunt nudos aut ſeminudos incedere, vel
ſaltem egere, non veſtiunt? Deniquè eſurientis cibatio & nudi veſtitio, ſpiritaliter intelligi poteſt,
vt

vt eſurienti ac ſitienti iuſtitiam, immò & omni ſpiritalibus bonis indigenti, cõmunicemus quicquid
grę nobis conceſſum eſt, ſecundùm quod Petrus hortat̃: Vnuſquiſq; ſicut accepit grãm, in alterutrũ 1. Pet 4.
illã adminiſtrantes. [ad vſurã non cõmodauerit.] Eccè hoc loco vſura gñaliter p̃hibet̃. Vndè quod
Moſes conceſſit filijs Iſrael, extraneis ad vſurã accõmodare, permiſſiuè fecit p̃pter imperfectionem Deut. 23.
eorũ, quemadmodùm & libellum repudij ipſis p̃miſit. Hinc & Dauid virum iuſtũ deſcribens, inter & 24.
reliqua loquit̃: Qui pecuniam ſuã non dedit ad vſurã. Ariſtoteles quoq; teſtat̃, q̃ vſura eſt maximè Pſal. 14.
contra naturã. [Et amplius non acceperit,] vt ait Hieronymus, putant quidã vſuram tantùm eſſe in
pecunia: quod p̃uidens ſacra ſcriptura, oĩm rerum ſuperabundantiã tollit, vt non plus recipias q̃ dediſti.
vndè & Chr̃s ait Luc. 6. Mutuum date, nihil indè ſperantes. Prætereà aduertendum, quod hîc
ſcribit Hieronymus: Solent, inq̃t, in agris frumenti & milij, vini & olei, cæterarumq́; ſpecierũ vſuræ
exigi, vel (vt ait ſcriptura) ſuperabundãtia, verbi gratia, vt tempore hyemali demus decem modios,
vt in meſſe recipiamus quindecim, hoc eſt, pro parte media amplius. Qui iuſtiſſimum ſe putauerit,
quartam plùs accipiet portionem. Et ſolent argumẽtari & dicere: Dedi vnum modium, qui ſeminatus,
fecit decem modios. Nonnè iuſtum eſt, vt modium & dimidium de modio plùs accipiã, cùm ille
mea liberalitate, nouem & dimidium de meo habeat? Nolite errare, ait Apoſtolus: Deus non irri- Gal. 6.
detur. Reſpondeat eñ nobis breuiter fœnerator miſericors, vtrùm habenti dederit, vel non habẽti.
Si habenti, vtiq; dare non debuerat. Si dedit quaſi non habẽti, ergò quarè plus exigit quaſi ab habente?
Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula diuerſi generis accipere, & non intelligũt vſuram
ac ſuperabundantiam appellari, quicquid illud eſt, ſi ab eo quod dederint, plus acceperint. [Ab
iniquitate auerterit manum ſuam.] i. oẽm potentiam operatiuam à peccato retraxerit, nec aliquod
membrum corporis ſui exhibuerit arma iniquitatis peccato, ſeu inſtrumentum operis vitioſi. [& iudicium
verum fecerit inter virum & virum,] i. inter quoſlibet inter ſe cauſam habentes, quod ad iudices
pertinet tam ordinarios q̃ arbitrarios. [Et in p̃ceptis meis ambulauerit] perſeueranter. vndè &
Chriſtus diſſeruit: Si vis intrare ad vitam, ſerua mandata. [& iudicia mea cuſtodiêrit,] ſecundùm Mat. 19.
diuinas leges in omnibus iudicando. [vt faciat veritatem] vitæ atq; iuſtitiæ, veritatẽ quoq; doctrinæ
impleat opere. [hic iuſtus eſt,] q̃m Deo & proximo, ſibiq́; ipſi exhibet quod tenet̃. [vita] gratiæ in
p̃ſenti, & vita gloriæ, q̃ eſt beatifica Dei viſio, in futuro [viuet, ait dñs Deus.] Patet ergò, q̃ propter
patris ſui delicta non puniet̃, quod conſequenter, quantùm ad prolem malam, probat̃. [Quòd ſi] iuſtus
[genuerit filium latronẽ,] i. qui poſt ætatem diſcretiõis ad latrocinia ruerit, [effundentem ſanguinem]
per homicidium, vel per malum exemplum aliquẽ occidentem. [& fecerit vnum] de iſtis
vitijs iam inductis lege p̃hibitis. [& hæc q̃dem oĩa non facientẽ,] i. p̃inducta opera bona omittentẽ,
ſeu q̃dam eorum negligentem. [ſed in montibus comedentem, & vxorem proximi ſui polluentem
&c.] i. facientem opera vitioſa, p̃ſcriptis actibus virtuoſis cõtraria. [nunquid viuet] per gratiã? [cùm
vniuerſa hæc deteſtanda,] i. oĩa ſimul vel quædam eorũ [fecerit, morte moriet̃.] quia non tantùm p̃
omnibus ſimul, ſed pro ſingulis quoq; mortẽ peccati atq; inferni incurrit, immò & viciſsìm mortem
corporalem, ſicut Iudęi à Chaldæis propter p̃fata peccata extincti. [Quòd ſi genuerit] pater iniuſtus
[filium, qui videns oĩa peccata patris ſui, timuerit & non fecerit ſimile eis, &c. hic non moriet̃ in iniquitate
patris ſui.] i. pro illis non punietur, neq; damnabit̃. [ſed vita] gratiæ & gloriæ [viuet. Et dicitis]
ô Iudæi, [quarè non portat filius iniquitatem] i. pœnam peccati [patris? videlicet, quia filius iudicium
& iuſtitiam operatus eſt.] quaſi dicat: Quemadmodùm iuſtum eſt, patrẽ iniuſtum in ſuis vitijs
mori: ſic iuſtum eſt, filium iuſtum in ſuis virtutibus viuere. [Anima quæ peccauerit, ipſa morietur,]
iuxta ſenſum præhabitum: non enim vitam naturalem vnq̃ amittet. [Filius nõ portabit iniquitatem
patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit,] i. ſibi imputabitur,
atq; pro ea præmium ſortietur. [& impietas impij erit ſuper eum,] quia pro ea punietur. Circa hæc Epho. 2.
oritur quæſtio, non parùm difficilis, An ſ. alij pro peccatis aliorum puniantur, & ſpecialiter filij pro
peccatis parentum. & videtur q̃ immò. Primò, de originali protoplaſtorum peccato, propter quod
omnes naſcimur filij iræ, & graui iugo deprimimur, de quo Eccĩ 40. dicitur: Iugum graue ſuper oẽs
filios Adam, de ventre matris vſq; in diem ſepulturę. Secundò, quoniam in Exodo dñs loquitur populo
Iſrael: Ego ſum dñs Deus tuus, fortis zelotes, viſitãs iniquitatem patrum in filios in tertiam & Exod. 20.
quartam generationem eorum qui oderũt me. Iterùm in Exodo quoq; Moſes Deo locutus eſt: Do- Exo. 34.
minator dñe miſericors & clemens, patiens & multæ miſericordiæ & verax, qui reddis iniquitatem
patrum filijs ac nepotibus in tertiam ac quartam progeniem. Sed & Ieremiæ 32. habetur: Dñe Deus,
qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorũ poſt eos. Deniq;
pro peccato Dauid populus eius legitur 2. Reg. 24. percuſſus, filius quoq; ipſius, quem Bethſabee in 1. Reg. 11.
adulterio ab eo concepit, ſimili cauſa mox obijt. Ad hanc quæſtionem patet ſolutio ex determinatione
S. Thomæ in ſecunda ſecundæ. Ait enim, quòd pœna conſideratur dupliciter: Vno modo ſecundùm
rationem pœnæ, & ſic non debetur niſi peccato: quia per pœnam reparatur æqualitas iu-

ſtitię,

ſtitię,inquantùm peccans,qui peccando ꝓpriam voluntatē nimis ſequutus eſt,aliquid patitur,contra ſuam voluntatem.Secundò conſideratꝫ pœna,vt eſt quædam peccati medicina, non tñ mali prę-teriti ſanatiua,ſed à malo futuro ꝓſeruatiua, & boni etiã promotiua. Sicq; aliqui puniunꝫ ſine ꝓpria culpa,ſed non ſine cauſa.Porrò medicina non ſubtrahit maius bonum,vt minus bonum proueniat, ſed econtrà.Idcircò quidã ſine ſua culpa puniunꝫ in temporalibus bonis à Deo, vt probenꝫ vel humilienꝫ,aut ſimili aliqua cauſa,ſicq; in ſpiritalibus creſcant.Nunq̃ tñ quis punitur per ſpiritaliũ ſubtractiōem bonorum ſine ꝓpria culpa,nec in pſenti nec in futuro. Itaq; filij & ſerui quãdoq; in corporalibus puniunꝫ propter peccata parentum aut dominorũ,inquantùm ſecundùm corpus ſunt aliquid ſeu res q̃dã ipſorũ,ità ꝙ parẽtes & dñi in filijs & ſeruis quodãmodò puniunꝫ. Iſtud tñ nõ derogat diuinę iuſtitiæ,qm̃ Deus ſapiens atq; omĩpotens,ordinat pœnã huiuſmodi in bonũ patientium. Vndè authoritates præallegatæ intelliguntur de pœnis corporalibus,non ſpiritalibus:nec de omnibus corporalibus pœnis, ſed temporalibus,non ęternis,præſertim quoq; de filijs qui patrũ imitantur peccata.Propter originale verò peccatum poſteri non puniuntur aliquid amittendo, quod eis ex eorum merito debebatur aut inerat.[Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis.]Non enim dimittitur vnum mortale ſine alio,idcircò contritio integra eſſe debet.[& cuſtodierit omnia præcepta mea.] Si enim,vt Iacobus teſtatur apoſtolus,totam quis legem impleuerit, of-
Iacob.2. fendat autem in vno,factus eſt oĩm reus. Omnia ergò præcepta quæ ad ſtatum alicuius reſpiciunt, eum ſeruare oportet,ſecundùm quod pro loco,cauſa,tempore,par eſt. [Vita] gratiæ [viuet, & non morietur] morte culpæ ſeu damnationis æternæ. Vndè ait Saluator Ioan.8. Si quis ſermonem meũ ſeruauerit,mortem non guſtabit in æternum.[Omnium iniquitatum eius non recordabor:] quantùm ad reatum culpæ ſeu pœnę æternæ, ſed viciſsim ad reatum temporalis pœnę in præſenti vel in Purgatorio,quandò videlicet contritio non ſufficitad deletionem peccati quantùm ad pœnam. certum eſt autem,ꝙ vera contritio delet peccatum quantùm ad culpam,& poſſet eſſe tam magna,ꝙ etiam ea deleret quantùm ad pœnam:pcipuè autem charitas,i.feruor diuini amoris, operit multitudinem peccatorum.[In iuſtitia ſua quam operatus eſt,viuet.] tanq̃ dicat:Intantùm filius non portabit iniquitatem patris,neq; econtrà,vt etiam vnus & idem pro priſtinis nõ puniatur peccatis, ſi perfectè conuertatur,pœniteat & ſatisfaciat.[Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij,dicit dñs?] ſi per mortē impij,intelligatur culpa,palàm eſt ꝙ illa non ſit à Deo volita:ſi autem pœna culpæ,illa quoq; non eſt directè & per ſe à Deo volita,ſed noſtra iniquitate ſuppoſita. ideò ſcriptum eſt in libro Sa-
Sap.1. pientiæ:Deus mortem non fecit,nec lætatur in perditione viuentium.Idem habetur Tob.3.[& non magis vt auertatur à vijs ſuis,] i.peccatis. [& viuat] per gratiam & opera virtuoſa. hoc eſt quod 1. ad Timot.2.ait Apoſtolus:Deus vult oẽs homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Multaq; talia in ſcripturis dicuntur,q̃ intelligenda ſunt ritè,ſecũdùm Damaſcenũ,de voluntate antecedente,non de voluntate conſequente,q̃ ſemper impletꝫ, quia ſecundùm eam vult Deus aliquid abſolutè,hoc eſt,ſecundùm plenã conſiderationem ipſius.Voluntas aũt Dei antecedens,non ſemper impletꝫ:quia ſecundùm eam non dicitꝫ Deus aliquid velle abſolutè,& ſecundùm plenam rei conſideratiōem,ſed aliquam in cõmuni.[Si aũt auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua,& fecerit iniquitatē,nunquid viuet] per gratiã?non vtiq; niſi pœniteat.[Oẽs iuſtitię eius non recordabunꝫ.] i.æternaliter non ꝓmiabuntur,nec facient eũ mihi acceptum,qm̃ per peccatũ mortale deletæ occiſæq; ſunt. verũtñ ſi conuertatꝫ veraciter,denuò viuificabunꝫ.[In ꝓuaricatione ſua morietur.]& in æternum peribit, ſi in ea perſiſtat.[Et dixiſtis] excæcati Iudæi:[Nõ eſt æqua via dñi.] i. proceſſus diuinæ iuſtitiæ iuſtus nõ eſt in iudicando,hoc modo.[Audite ergò domus Iſrael: Nunquid via mea non eſt æqua, & nõ magis vię veſtrę prauę ſunt?] Deus eñ errare nõ poteſt,cùm ipſe ſit propria origo ac regula totius veritatis & ęquitatis,iuxta illud Sap.12.Cùm ſis iuſtus dñe,omnia iuſtè diſponis. Virtus enim tua, iuſtitię
Iob 40. initium eſt.Hinc dñs ait ad Iob:Nunquid condemnabis me,vt tu iuſtificeris? [Cùm enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſuã,& fecerit iniquitatem, morietur in ea.] Eo enim ipſo quo id agit, ſpiritaliter moritur,& niſi reſipiſcat,morte ęterna plectetur.[Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua] per veram contritionem,[& fecerit iudicium & iuſtitiam,& ipſe animam ſuam viuificabit] vita virtutũ: & ſicut ad vitam gratiæ ſe diſpoſitiuè habilitauit, anteq̃ ſibi illam Deus infunderet, ſicq; animam ſuam peccato mortuam,diſpoſitiuè viuificauit,ità ad vitam glorię,benè viuendo animam ſuam diſponit.Is demùm qui iam gratiam habet,aĩam ſuam viuificare poteſt vita gratię amplioris, proficiendo in bonis.[Conſiderans enim] ea quę Dei ſunt,[& auertens ſe ab oĩbus iniquitatibus ſuis, vita] gratię [viuet.] Neceſſe eſt itaq;,vniuerſa peccata ꝓhabita deteſtari atq; relinquere,quia ſi mens in vnius peccati affectu permanſerit,gratiã Dei nequaq̃ recuperat.[Idcircò iuxta vias ſuas]i.ſecundùm opera ſua,tam interiora, quę ſunt affectus & cogitatus, q̃ exteriora, inter quę & verba annumerantur. [iudicabo.] Deniq; in tali ſtatu,ſeu talis à Deo eſt q̃libet iudicandus,in quali ſtatu, & qualis fuerit in puncto mortis:immò in tali diſpoſitione anima ęternaliter permanebit, in quali à corpore exit. Por-

Propter quod ait Damaſcenus:Quod angelis eſt caſus,hoc hoĩbus eſt mors.Quemadmodùm enim angeli mali cadendo inconuertibiliter à Deo auerſi ſunt,ſic qui in puncto mortis à Deo auertiꝫ,inconuertibiliter manet auerſus: & qui tunc ad ipſum conuertiꝫ, vel conuerſus manet, inauertibiliter manet cõuerſus.Idcircò Salomõ ait:Si ceciderit lignũ ad auſtrũ,aut ad aquilonē, in quocunq; loco ceciderit,ibì erit.Ità nemo pſumat, nullus tutũ ſe ęſtimet,ſed iuxta Apoſtolũ:Qui ſtat,videat nè cadat.Ideò dicit ſcriptura:Beatus homo q̃ ſemper eſt pauidus.[Cõuertimini,& agite pœnitẽtiã] intùs dolendo,ore cõfitendo,atq; operibus ſatisfaciẽdo.[ab oĩbus iniqtatibus veſtris.] Qm̃ pœnitentia efficax,integra eſt:vndè q̃ occurrunt memoriæ,diſtinctè confitenda ſunt & deploranda.[Et nõ erit vobis in ruinam] dãnationis ac foueę infernalis [iniqtas] per pœnitentiã deleta,nec repetita:immò quandoq; indirectè & occaſionaliter prodeſt,dũ homo poſt lapſum peccati cautior ſurgit, atq; humilior fit,feruentiorq; conſiſtit:ſic eñ abundat grã,vbi abundauit culpa.[Facite vobis cor nouũ] i. ſpiritaliter per charitatē & gratiam renouatũ.[& ſpiritum nouum,] i.reformatũ,vt ſitis voluntate ac intellectu in dño renouati.Hoc diciꝫ, non ꝙ homo propria poteſtate id facere queat, cùm non fiat niſi per gratię infuſionem à ſpiritu ſancto, ſed qm̃ poteſt ſe homo ad iſtud diſponere per liberum arbitrium & attritionē,faciendo quod in ſe eſt:quo facto, Deus nõ deerit, q̃ etiam viciſsim quoſdã piiſſimè puenit,& ſine eorum pdiſpoſitione conuerſionis gratiam influit,ſicut in Paulo. [Et quarè moriemini domus] i. filij [Iſrael] morte culpæ atq; gehennæ?quaſi dicat clementiſſimus Deus:Hoc ex parte meĩ nõ accidet,q̃a paratus ſum indulgere,auxiliari,itemq; ſaluare.[quia nolo mortē morientis,] i.culpam ſeu damnationē peccantis,ſecundùm ſenſum ptactum. [ſed vt conuertatꝫ,& viuat] ſalubriter hîc inchoatiuè & in ſpe,in patria aũt conſummatiuè & in re.Iſtud vult Deus voluntate antecedenti,& voluntate ſigni generaliter quantùm ad oẽs:ſed voluntate conſequenti, q̃ ſemper ſortitur effectum,vult iſtud ſpecialiter quantùm ad pdeſtinatos,in q̃bus Dei voluntas de eorum finali cõuerſione certiſſimè adimpletꝫ,etiam ſi vſq; vltimã vitæ ſuæ horam vitioſè vixiſſent.[dicit dñs Deus:Reuertimini] q̃ à Deo eſtis auerſi, mentem veſtram à diſperſione in multis, ad collectionem in vno,quod ſolum neceſſarium eſt,reuocãdo.[& viuite] per gratiã,eiuſq; meritorios actus. Eccè per verba præhabita conſulit nobis ſuperſapiens Deus. ſtantibus enim in bonis, tollit præſumptionis audaciam:impijs verò aufert deſperationis occaſionem, quatenùs omnes ſimul ſaluemur.

Elucidatio cap.19.Et tu aſſume planctum ſuper principes. *Articulus* 23.

DEincèps ſermo diuinus regni Iudæ deſcribit peccata,ſub figura leænæ & leonũ ac vineę.Itaq; dñs ait:[Et tu] ô Ezechiel.Porrò quod ſubdiꝫ,fili hominis,nõ eſt de textu,nec in Hebręo,nec in cõmento Hieronymi.[Aſſume planctũ ſuper principes Iſrael,] i.ſuper filios Ioſiæ regis Iudę,eorum peccata atq; ſupplicia deplangendo.[& dices: Quarè mater tua] ô regia proles,[leæna]i.leænæ ſimilis in crudelitate [inter leones cubauit?] i.feroces & principes ac conſiliarios habuit,eiſq; conſenſit?Mater iſta,ſecundùm Hieronymum,eſt ipſa Hieruſalem,q̃ ſuprà dicta eſt adultera,& per Hieruſalem iſtam nunc deſignatꝫ regia domus Iudæ,de qua nati ſunt principes,de quibus ſubiungitur: [In medio leunculorum] adoleſcentum nobiliũ atq; atrocium,qui in regis palatio verſabanꝫ.[enutriuit catulos] i. filios [ſuos] ſ. filios Ioſiæ, qui oẽs ad vitia declinabant. [& eduxit] ad regnandum, [vnũ de leunculis ſuis,] videlicet Ioachaz, primogenitũ Ioſiæ. [& leo] i.rex Iudæ [factus eſt,] mox patre eius defuncto.[& didicit capere pdam,]i.alios ſpoliare, [hoĩemq; comedere] i.ſubditos ſuos, ſeu alios quoſq; occidere.[& audierunt de eo gentes]i.atrocitatis ſuæ fama ad nationes in gyro manentes peruenit.[& nõ abſq; vulneribus ſuis ceperunt eum.] Aegyptiorũ enim exercitus capiendo regē hunc Iudæ,læſus fuit pro parte.[Et adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti] iuxta illud 4.Regũ:Vinxit eum Pharao Nechao,& tulit ſecum in Aegyptum.[quę] leęna iam dicta[cùm vidiſ- 4. Reg. 23.
ſet qm̃ infirmata eſt,& perijt expectatio eius] qua ipſum Ioachaz rediturum putauit,[tulit vnum de leunculis ſuis,] videlicet Ioachim fratrē Ioachaz,filium regis Ioſiæ, q̃ Ioachim antè dicebaꝫ Heliachim,ſed rex Aegypti vocauit eum Ioachim, vt legiꝫ 4.Reg.[leonem] i.regem [conſtituit eũ] Pha- 4. Reg. 24.
rao aũt hoc *fecit,ſed ad inſtantiam regiæ tribũs,ideò ipſe id fertur feciſſe. Hieronymus tñ per ſe- *non fecit
cundum leonem intelligit Iechoniã filium Ioachin, q̃ poſt Ioachim regnauiꝫ, vt ſcribitur 4.Reg. *fecit ad
libro.Iechonias aũt alio nomine dictus eſt Ioachim. [q̃ incedebat inter leones,] tyrannorũ ſæuitiã Ibidem
imitando,atq; feroces hoĩes ſecum habendo.[& factus eſt leo] p crudelitatē,non per laudabilē for- 2. Par. 36.
titudinē,[didicit pdam capere & hoĩes deuorare,]ſicut de Ioachaz,dictũ eſt.[didicit viduas facere,] Iere. 22.
viros earũ necando.[& ciuitates earũ in deſertum adducere,] i. deſtruere,ſeu habitatoribus denudare.[& deſolata eſt terra & plenitudo eius,] i.regio Iudeę [à voce rugitũs illiꝰ,] i.cõminationum & exclamationũ ipſius.[& cõuenerunt aduerſus eum gentes vndiq; de prouincijs,] i. exercitus Chaldęorũ,quibus iuncti fuerunt bellatores ex diuerſis gentibus in gyro Iudææ manentibus. [& expãderunt ſuper eum rete ſuum] i.poteſtatē ac turbã,obſidendo Hieruſalem.[In vulneribus earum captus eſt,] qm̃ cum compræhẽdendo aliqui læſi fuerunt.[adduxeruntq; eum ad regē Babylonis,miſe-

Eccle. 15. 1. Cor. 10. Pro. 28.

ſeruntq́; eũ in carcerẽ,nè audiret̃ vox eius vltrà ſuper montes Iſrael.] quęrit̃ de quo iſta dicant̃. Ioa-
chim eñ pater Iechoniæ nõ fuit ductus vſq; in Babylonẽ,nec incarceratus ibidèm.ſed cùm cœpiſ-
ſent Chaldęi eum ad Babylonẽ perducere,in via mutato conſilio reduxerunt eum,& ante Hieruſa-
lẽ occiderunt,vt aliq̨ dicunt,atq; cadauer ipſius ꝓiectum reliquerũt inſepultũ, quemadmodùm Ie-
Iere.22. remias ꝑdixerat:Sepultura aſini ſepeliet̃. Inſupèr Iechonias filius huius ſpontè ſe tradidit manibus
regis Babylonis,ideò quidã iſtud exponunt de Sedechia,qui Iechonię ſucceſſit in regno,ſed Sede-
chias non videt̃ captus in vulneribus Chaldęorũ,quia nec eis reſiſtere potuit, & ſui fugerunt ab eo:
niſi per vulnerationẽ intelligat̃ afflictio,qua afflicti fuerunt Chaldęi biennio,quo obſederunt Hie-
ruſalem,qñ fortè quidam eorum vulnerati fuerunt à ciuibus Hieruſalẽ,ab intùs cõtra vallantes pu-
gnantibus.Conſequenter de Hieruſalẽ fit tractatus ſub metaphora vineæ ſpecioſæ. Eadem quippe
res diuerſis ſimilitudinibus atq; ſermonibus deſignat̃. [Mater tua] i. ꝑdicta leæna ſiue Hieruſalem,
[quaſi vinea in ſanguine tuo,] i.ſimilis vineæ pulcherrimæ,q̃ florum rubore ſanguini cõparat̃.vndè
Septuaginta tranſtulerunt:Mater tua quaſi vinea,ſicut flos in mális granatis, videlicet qm̃ ſplendor
viroris eius,floribus máli Punici coæquat̃,vel quaſi vinea in ſanguine tuo,i.vineæ rubeæ aſſimilata,
propter effuſionem ſanguinis Iudæorum à Chaldæis. [ſuper aquam plantata eſt,] i. in loco fœcun-
do & apto,vel ſuper populũ Iudæ,cui præfuit regia tribus.[fructus eius & frondes eius] i.filij & mi-
niſtri,vel diuitiæ [creuerunt ex aquis multis] i.ex diuerſis cauſis & fontibus ſiue parentibus. [& fa-
ctæ ſunt ei virgæ ſolidæ,] i.nobiles & elegantes perſonæ [in ſceptro dominantium] q̃ profecerunt
in regiã dignitatem,& reges effecti ſunt ex tribu Iuda per Dauid. Vndè Septuaginta tranſtulerunt,
In tribum ducum.[& exaltata eſt ſtatura eius inter frondes,] i.vinea iſta per ſuperbiam ſe erexit cõ-
tra Deum,& regem Babylonis diuinæ iuſtitiæ miniſtrum in punitione Iudęorum.[& vidit altitudi-
nem ſuam,] i.dignitatem ſuã conſiderauit,nõ humili mente in Deo, [ſed in multitudine palmitum
ſuorum,] i.poſteriorum,ſeu hoĩm ad ſe pertinẽtium,de quorũ multitudine ſe erexit. [& euulſa eſt]
vinea iſta [in ira,] i.in rigòre diuinæ iuſtitiæ q̃ ſuperbis reſiſtit.[in terramq́; ꝓiecta eſt.] i.à Chaldęis
depreſſa & conculcata.[& ventus vrens ſiccauit fructum eius,] i.furioſus Chaldęorum exercitus fi-
lios Hieruſalẽ interfecit.[Marcuerunt & areſactæ ſunt virgæ roboris eius,] i. fortiores quiq; de po-
pulo iſto defecerunt & corruerunt. [ignis comedit eam.] quia Chaldęi combuſſerunt Hieruſalem.
[& nunc tranſplantata eſt] vinea iſta [in deſerto, in terra inuia & ſitienti.]Per deſertũ & terrã inuiã
& ſiccam,ſignat̃ locus tranſlationis,vel confugij,ſeu captiuitatis regum Iuda,& populorũ ipſius,pu-
tà pars Chaldææ,vel Aegyptus,vel carcer,vel via deſerti, per quam Sedechias cum ſuis aufugit. [Et
egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius.] i. de ſtirpe regia populi Iudæ. Per ignem iſtum ſignatur
Iſmael de ſemine regio ortus,qui miſſus à rege filiorum Ammon, Godoliã occídit,vt legit̃ Iere.41.
Ideò ſubdit̃:Qui fructum eius comedit,] i.Godoliam ꝑfatæ vineæ palmitem interemit. [& non fuit
in ea] ſ.in vinea iſta [virga fortis] i.princeps imperterritus & confidens.[ſceptrum dñantium] i.po-
puli gubernator. Godolia nanq; occiſo, Iohannan filius Careæ cum cæteris bellatoribus timore
Chaldęorũ deiectis,in Aegyptũ confugit.[Planctus eſt & erit in planctum,] i. materia plangẽdi eſt
& erit:quod de regibus Iudæ filijs Ioſiæ dictum eſt, de eorum videlicet culpa pœnaq́;. Quis eñ piæ
mentis,ſine cõpaſſionis dolore hęc audiat?Poſtremò quod in ſecunda huius cap.parte de Hieruſalẽ
ſub nomine vineæ dicit̃,ad militantem ecclesiam poteſt referri,q̃ plantata eſt ſuper aquam ſapientiæ
ſalutaris,ac cætera dona ſpiritûs ſancti.[cuiꝰ fructꝰ & frõdes] i.opera virtuoſa ac verba ſalubria [cre-
uerunt ex aq̃s multis,] i.cordibus ꝓfundis gratiarũ rore perfuſis. Aqua eñ profunda, doctrina viri.
Prou.18. [Et factæ ſunt ei virgæ ſolidę in ſceptra dominantiũ,] Iſti ſunt perſonæ ꝑcipuæ, q̃ ad pontificiũ,vel
regnum,ſeu ꝑſidentiam adſpirârunt.[& exaltata eſt.] i. ex cõſideratione donorum ſibi diuinitùs ꝑ-
ſtitorum intumuit,alioſq́; contẽpſit.Ideò [euulſa eſt ab] oĩpotentis [ira,& in terrã proiecta,] i. dæ-
monum tentationibus victa & viliter conuerſata.[& vẽtus vrens ſiccauit eam,] i. grauis tentatio fe-
cit eã infructuoſam.[& areſactæ ſunt virgę roboris eius,] quia & ſpiritales ac religioſi collapſi ſunt.
[& tranſplantata in deſerto in terra inuia.] i.poteſtati dęmonũ ſubdita,ęiuſq́; corpus effecta, q̃ olim
conuerſationẽ habebat in cælis,& Chr̃i corpus extiterat. Hoc de ſubuerſis Chriſtianis verificatur.

¶ *Explanatio cap.20.Et factum eſt in anno ſeptimo.* *Articulus* 24.

ET factum eſt in anno ſeptimo] tranſmigrationis Ioachim, aliâs Iechoniæ, [in quinto] videli-
cet menſe huius ſeptimi anni.In aliquibus autem textibus continetur, menſibus: ſed non eſt
in tranſlatione ſeu textu Hieronymi,neq; in libris correctis.[in decima menſis] quinti die, [vene-
runt viri de ſenioribus Iſrael, vt interrogarent Dominum,& ſederunt coram me.]Mos enim fuit Iu-
dęis,vt quæ ſcire optabant,à Deo quęrerent per prophetas.[Et factus eſt ſermo Dñi ad me, dicens:]
Ezec.8. Suprà ſcriptum eſt,Factum eſt in anno ſexto,in ſexto menſe, in q̃nta mẽſis, &c. hîc autem habetur,
Factũ eſt in anno 7.in 5.menſe,in 10.mẽſis,&c.Ex quo trahit Hieronymꝰ, ꝙ poſt vndecim mẽſes &
quinq; dies ſuperioris viſionis,iterùm ſermo Dei fit ad ꝓphetã:[Fili hoĩs, loquere ſeniorībꝰ Iſrael.]
Illis

Illis corã propheta ſedentibus,reuelatio fit prophetæ angelico miniſterio,vel ſola interna allocuti-
one,vel etiã exteriori aliqua apparitiõe,quã illi nequaq̃ viderunt:magìs aũt appáret, ꝙ interna allo-
cutione duntaxàt iſta audiêrit.[& dices ad eos:Hæc dicit Dñs Deus:Num ad interrogandum me ve-
niſtis?] Anteq̃ illi q̃ſtionem proponãt,oſtẽdit ſe Deus ſcire quid in cordis arcano ꝑtenderent. [Vi-
uo ego,q̃a non reſpondebo vobis] ad votum,nec directè ad ea q̃ quęrere vultis.[ait Dñs Deus.] q̃a
non intentione ſyncera,nec fideli ac humili mẽte ad interrogandũ veniſtis. Vndè ait Hieronymus:
Sanctis &congruenter q̃rentibus datur reſponſio,iuxta illud:Adhuc loquẽtibus illis dicam,adſum, Iſaiæ 58.
Peccatoribus verò,quales & iſti fuerunt,nõ dat̃ reſponſio,ſed increpatio pro peccatis. Hinc Iſa.30.
ſcriptum eſt:Miſerans miſerebit̃ tuî Deus: ad vocem clamoris tui ſtatìm vt audiêrit,reſpondebit ti-
bi.[Si] pro quia [iudicas] i.iudicare habes [eos fili hoĩs.] ex cõmiſſo tibi officio, [ſi iudicas eos,] hoc Ezec.3.
ad maiorem confirmationẽ & ſerioſitatem repetit̃.Qm̃ eñ Ezechiel fuit à Deo conſtitutus ſpecula-
tor,magiſter,& doctor domûs Iſrael,debuit eos iudicare iudicio diſcretionis, & fortiter increpare
dando ſententiã,an benè vel malè agerent,itemq́; an impiè ſe haberent.[Abominationes patrũ eo-
rum oſtende eis] i.deteſtanda parentũ peccata iſtis eorũ filijs ad memoriam reuoca. Cùm ꝑcedenti
capitulo dixerit,patrum peccata non redundare in filios:cur modò ꝑcipit iſtud, niſi vt oſtendant̃ ſ.
filij iſti ſimilia vitia perpetrare peccatis parentũ,atq; hæreditario malo longiſſimum funem trahere
peccatorum,vt quorum imitant̃ peccata,pertimeſcant ſupplicia?[Et dices ad eos:Hęc dicit Dñs De-
us:In die qua elegi Iſrael] i.filios Iacob.Certum eſt,nil nouitatis vel mutabilitatis eſſe in Deo ſubli-
mi & benedicto. Quos ergò ad vitam beatã cæleſtem elegit,ab ęterno elegit:ſed ſigna huius electi-
onis,certis & varijs monſtrat temporibus.Quòd aũt ad cultum ſuum filios Iacob elegerit,frequen-
ter oſtendit & dixit.Veruntñ dies huius electionis,de quo iam ſermo, intelligi poteſt dies ſeu tem-
pus,quo miſit Moſen ad filios Iſrael in Aegyptum,vt indè eos educeret, ꝙ Deus preces eorum au-
dîſſet.[Et leuaui manum meã pro ſtirpe domûs Iacob,] i.potentia mea vſus ſum,Aegyptios Iſraeli-
tarum oppreſſores plagando.[& apparui eis ibidèm in terra Aegypti,] i. maieſtatis meæ notitiã eis
infudi per verba & opera miraculoſa,per Moſen prolata ſeu facta.Dixit enim Dñs ad Moſen Exo.3.
Hæc dices filijs Iſrael:Qui eſt,miſit me ad vos.Et iterùm:Dñs Deus patrum veſtrorum,Deus Abra- Exod.6.
ham,& Deus Iſaac,& Deus Iacob,miſit me ad vos.[& eleuaui manum meã] pro eis liberandis.Eadẽ
quippe Deus virtute reprobos percuſſit,& electos redemit,[dicens:Ego Dñs Deus veſter.] qui licèt
ſim oĩm Deus per creationem & generalem ꝓſidentiam,veſter tñ ſpecialiter Deus ſum, per cultum
& prouidentiã ſingularem.[In die illa leuaui manum meam ꝓ eis, vt educerem eos de terra Aegy-
pti,in terram quam prouiderã eis] tanq̃ filijs meis,quos per corporalium bonorum promiſſionẽ ac
dationẽ,ad ſpiritualium bonorum amorẽ attrahere volui.[fluentem lacte & melle,] i. oĩbus ad vitã
neceſſarijs atq; accõmodis exuberantem,[quæ eſt egregia inter oẽs terras.] Dicit hîc quidam,ſe au-
dîſſe ab his qui in Iudæa & in Aegypto fuerũt, ꝙ Aegyptus fertilior atq; amœnior ſit Iudæa. ideoq́;
eminentiam huius terræ ſpiritaliter referendam ad Chriſtum,qui in ea fuerat naſciturus, conuerſa-
turus,& moriturus pro noſtra ſalute. Veruntñ huic repugnare videt̃,quod S.Hieronymus terræ hui-
us incola,ait hoc loco:Iuxta literam,inquiens,inclytam eſſe terram Iudæę, cunctiſq́; terris fertilio-
rem,dubitare non poterit,qui à Rinocorura vſq; ad Taurum montem cunctam conſiderauerit ter-
ram,& vrbium potentiã,amœnitatemq́; regionum.Nihilominùs terra iſta ꝑcipua appellat̃, propter
Chriſti myſteria in ea exhibita,& quia in ea tempore veteris teſtamenti viguit cultus Dei:vndè pro
eo quod Hieronymus tranſtulit,egregia eſt inter oẽs terras: Aquila in prima ſua editione tranſtulit,
firmamentum:in ſecunda,inclytũ:Symmachus religionẽ, Theodotio fortitudinẽ. [& dixi ad eos:
Vnuſquiſq; offenſiones oculorum ſuorum abijciat,] i.peccata quæ per viſum incuſtoditũ fiunt,de-
uitet & corrigat.Hinc nempe Num.15.Dñs iuſſit filijs Iſrael,vt facerent ſibi fimbrias quatuor ꝑ qua-
tuor angulos palliorum,ponentes in eis vittas hyacinthinas,quas cùm viderent,recordarentur oĩm
mandatorum Dei,nec ſequerentur cogitationes & oculos per res varias fornicantes.Cuſtodiendus
ergò eſt viſus,& cum Pſalmiſta orandũ:Auerte oculos meos nè videãt vanitatem. Alioquì mors in- Pſal.118.
gredietur per feneſtras domûs noſtræ,vt loquit̃ Ieremias,i.peccatum per corporis ſenſus.[& in ido-
lis Aegypti nolite pollui.] ea colẽdo,quorum cultura eſt animæ macula,veriq́; Dei iniuria & offen-
ſa.[Ego Dñs Deus veſter,] naturaliter mundus & ſanctus,cuius puritatem & ſanctitatem imitari de-
betis,me ſolum colendo ac diligendo.[& iritauerũt me,] i.iuſtitiæ meæ rigorem ꝓmeruerunt.[no-
lueruntq́; me audire.] i.verbis meis ac iuſſionibus obedire.Vnuſquiſq; abominationes oculorũ ſu-
orũ non ꝓiecit.] ſecundùm ſenſum ꝑhabitũ.[nec idóla Aegypti reliquerunt.] Ex quo innoteſcit, ꝙ
filij Iſrael in Aegypto Aegyptiorũ idola coluerunt,aliq̨ ſaltẽ,etiã poſtq̃ Moſes venit ad eos.[& dixi,
vt effunderẽ indignationẽ meã ſup eos,& implerem irã meã in eis in medio terræ Aegypti.] Ex his
patet,ſecũdũ quod ait Hieronymꝰ, ꝙ filij Iſrael in Aegypto auditis Moſis verbis,ſtatìm rebelles fu-
erũt,deſperãtes ſalutẽ,& cõtra Moſen muſſitãtes,atq; diuinis ꝓmiſſiõibꝰ diffidẽtes. Nã ſicut Exodi
quin-

quinto legiť,ad Moſen Aaronq́; dixerunt:Iudicet dñs inter nos & vos, quia fœtere feciſtis odorem
noſtrum corã Pharaone.Egreſſi quoq; dixerũt ad Moſen:Nonnè iſte eſt ſermo, quem loquebamur
ad te in Aegypto,dicentes:Recede à nobis,vt ſeruiamus Aegyptijs?Hinc ergò cõminabať Deus, ꝙ
eos in Aegypto occíderet,ſicut hîc teſtať propheta,q̃uis non ſit in libris Moſis ſcriptũ:non enim oĩa
ſcripta ſunt.[& feci propter nomen meũ.] i.eis tunc clementer peperci,& quod ex iuſtitia cõmina-
bar,per miſericordiã non impleui,propter meã ipſius gloriã & nominis mei honorẽ.[vt non viola-
retur coram gentibus,in quorũ medio erant.] i.nè ego ipſe ab Aegyptijs impotens reputarer.&bla-
ſphemarer,ſicq́; nomen meum &maieſtas famaq́; mea vileſceret.[inter quas apparui eis,] i.me ipſis
per verba atq; miracula notificaui,[vt educerẽ eos de terra Aegypti,] Ideò ſi Deus eos in Aegypto
occidiſſet,dixiſſent Aegyptij:Idcircò in terra noſtra eos occídit,quia nõ potuit eos de terra & ma-
nu noſtra eripere.[eieci ergò] i.velociter quaſi cum impetu quodã eduxi [eos de terra Aegypti] iu-
Exod.12. xta illud in Exodo:Egreſſi ſunt,cõpellentibus eos Aegyptijs,& nullã facere morã ſinẽtib⁹.[& eduxi
eos in deſertum,]vt de Aegyptiorum cõſortio & peccatis erepti,Dei præcepta in ſolitudine faciliùs
adimplerent.[& dedi eis præcepta mea] moralia,cæremonialia,& iudicialia. [& iudicia mea] i. quæ
mihi bona,iuſta,recta & vera videntur.[oſtendi eis] per Moſen, in cuius libris conſcripta ſunt hęc,
[quæ faciens homo,viuet in eis.] qm̃ obſeruantes ea ex charitate,vita gratiæ vixerunt,& vitam glo-
riæ meruerunt,mortem quoq; corporalem,quæ legis trãſgreſſoribus inferebať,euaſerunt.[Inſupèr
& ſabbata mea dedi eis,] i.præceptum de ſabbatorum feſtiuatione, vt in eis ab omni opere ſeruili
quieſcerent,ſicq́; ſe mihi conformarent,qui ſeptimo die ceſſaui ab omni opere quod patraui. [vt eſ-
ſet ſignum] i.ſpecialis charitatis indicium [inter me & eos.] Magnum em̃ dilectionis Dei ad eos ex-
titit ſignum ꝙ ſic voluit eos ſibi conformari,vacare,& in ſe mente expedita quieſcere. Porrò, ſecũ-
dùm Hieronymũ, ſabbatum & circuncíſio in ſignum data ſunt veri ſabbati & veræ circunciſionis,
vt ſciamus in ipſo perfecto æternoq́; ſabbato requieſcendũ à ſeculi operibus, & nõ præputium,ſed
cor circuncidamus.[& ſcirent] per gratiæ illuſtrationem, [quia ego dñs ſanctificans eos.] Deniq;
ſicut in Aegypto,ità & in deſerto rebelles effecti ſunt,ſecundùm quod ſubdiť:[Et iritauerũt me do-
mus Iſrael in deſerto.In p̃ceptis meis non ambulauerunt] perſeuerãter,nec generaliter, iuxta illud
Pſal.77. in Pſalmo:Non cuſtodiêrunt teſtamentum Dei,& in lege eius noluerunt ambulare.[& iudicia mea
proiecerunt,] reprobando q̃ approbo,& approbando q̃ reprobo,iuxta illud Iſa.65. Quæ nolui ele-
giſtis.[& ſabbata mea violauerunt vehementer,] non vacando Deo in ipſis,ſed impiè cogitantes,&
Exod.16. carnaliter appetentes.In Exodo etiam legiť, qualiter quidã ſabbato collegerunt manna cõtra Mo-
ſis iuſſionem.[Dixi ergò,vt effunderem furorem meum ſuper eos in deſerto,& conſumerem] i.oc-
cíderem [eos.] Sæpiùs quippe Deus eis iſta cõminabatur,ſpecialiter poſt aurei vituli formationem
Exod.32. & adorationem,cùm dixit dñs ad Moſen:Dimitte me,vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam
eos.[& feci propter nomen meum,] i.propter nominis mei honorem eis piè peperci.[nè violaretur
coram gentibus,de quibus eieci eos.] i.coram Aegyptijs,hoc eſt, nè Aegyptij ex Iudæorum in de-
ſerto proſtratione tam celeri ſcandalizarẽtur,& malè de Deo ſentirent,ac dicerent ꝙ in eremũ eos
duxiſſet,vt ibidèm perimeret ipſos.Hanc aũt rationem Moſes,Deum pro populo orans,frequenter
in ſuis precibus allegauit:Cur dñe iraſcitur furor tuus contra populum tuum?nè,quæſo,dicant Ae-
gyptij:Non poterat eos dñs inducere in terrã quam eis promiſerat,idcircò occídit eos.Et rurſus:Nè
Ibidèm dicant,Callidè eduxit eos,vt occíderet eos in montibus, & deleret è terra. [Ego igitur leuaui ma-
num meam ſuper eos in deſerto,] ad percutiendum eos propter ipſorum aduerſùm me murmura-
tiones,incredulitates,ac diffidentias. [nè inducerem eos in terram quam dedi,] i. dandam prædixi
[eis,fluentem lacte & melle,præcipuam terrarum oĩm] habitabilium,ſecundùm expoſitionẽ indu-
ctam.[quia iudicia mea proiecerunt,] contraria eis agendo.[& in præceptis meis nõ ambulauerũt.]
Iſtam comminationem aliqui referunt ad id,quòd filij Iſrael auditis exploratorum ſermõibus, vo-
luerunt regredi in Aegyptum,dicentes:Odit nos Deus.Et item:Vtinàm pereamus, & non inducat
nos dñs in terram iſtam,nè cadamus gladio.Tunc nempe voluit eos dñs repentè diſperdere, ſed ad
Num.13. Moſis preces mitigauit ſententiã,& paulatìm eos conſumpſit infra quadraginta circiter annos, ità
ꝙ nullus murmuratorum illorum ingreſſus eſt terram promiſſam, q̃ oĩa Num.14. pleniùs recitanť.
[Poſt idola enim cor eorum gradiebatur.] i.ad ſolitam idololatriã afficiebantur,proniq́; erant, id-
circò diuina p̃cepta faciliter neglexerunt [Et pepercit oculus meus] i.pietatis meę adſpectus,vel ſa-
pientię vultus ſeu viſus,quo eorum fragilitatem intuebar.[ſuper eos, vt non interficerẽ eos]tã ſubi-
tò,vt fueram cõminatus,dicendo:Feriam eos peſtilentia. [nec conſumpſi eos in deſerto.] Huic vi-
detur obuiare quod dictum eſt,q̃a paulatìm cõſumpti ſunt.Ad quod dici poteſt,ꝙ populus diciť,ꝓ-
priè conſumi,qñ totaliter tolliť,ità ꝙ poſteros non relinquit:p̃dicti aũt Iudæi filios poſt ſe reliquе-
runt.Prætereà circa hunc locum ſcribit Hieronymus:Quæritur, quomodò eis pepercerit, quorum
cadauera in ſolitudine corruerunt,& excepto Ioſue & Caleph, terram promiſſionis nullus ingreſ-
ſus

ſus eſt,ſ.de numeratis.Reſpondet Hieronymus:Ex quo intelligimus viuere eos,nec ęternis ſuppli-
cijs reſeruatos,nec deletos eſſe de libro viuentiũ, nec conſumptos ante faciẽ Dei.Si em̃ quia in ter-
ram ꝓmiſſionis ingreſſi non ſunt,periſſe credendi ſunt,ergò & Moſes perijt. [Dixi aũt ad filios eo-
rum in ſolitudine:In p̃ceptis patrum veſtrorum,]quibus iuſſerunt vobis facere talia impietatis ope-
ra,qualia ipſi fecerũt,[nolite incedere,nec iudicia eorum] i.errores inolitos [cuſtodiatis,nec in ido-
lis eorum polluamini,] qm̃ idololatria eſt turpiſſima aĩæ macula.[In pręceptis meis ambulate.] Prę-
ceptum em̃ dñi lucidum, illuminans oculos. [& iudicia mea cuſtodite] mentis memoria, & facite Pſal.18.
in affectu.Iudicia nãq; domini vera,iuſtificata in ſemetipſa.[& ſabbata mea ſanctificate,] id eſt,dies
ſabbati in ſanctis operibus Deo vacantes expendite.[vt ſit ſignum inter me & vos] ſecundùm intel-
lectum expoſitum.[& ſciatur] i. per veſtrã obedientiam oĩbus innoteſcat, [quia ego dñs Deus ve-
ſter] per ſpecialem amorem,deuotionẽ & cultum,non idolũ aliquod. [& exacerbauerunt me filij,]
non meã tranquillitatẽ minuendo,ſed meam iuſtitiã ad pœnas acerbas ꝓuocando. [& in præceptis
meis non ambulauerunt.] Iſtud cõtigit in peccato Beelphegor,& cum filiabus Madian,vt aliqui di-
cunt,quemadmodùm Num.35.habeť.[& cõminatus ſum, vt effunderem furorẽ meum ſuper eos, &
implerem iram meam in eis in deſerto.] Tunc em̃ grauiſſimam pœnam meruerunt. [auerti manum
meam] à percuſſiõe eorum tã generali ac dira,vt meruerunt.q̃uis enim tunc quidam fuerint inter-
fecti,alijs tñ indultum eſt,& terrã promiſſionis ingreſſi ſunt.[& hoc feci propter nomen meum, vt
non violareť coram gentibus de quibus eieci eos.] Iſtud iam ſatìs expoſitũ reor.[Iterùm leuaui ma-
num meam in eos in ſolitudine,vt diſpergerem illos in nationes, & ventilarẽ eos in terras, eô ꝙ iu-
dicia mea non feciſſent,& p̃cepta mea reprobâſſent,& poſt idola patrum ſuorũ fuiſſent oculi eorũ.]
quẽadmodùm Hieronymus ait hîc:Vbì Deus manum ſuã leuauit contra filios iſtos, quorum patres
in ſolitudine corruerunt,vt diſpergerent eos in nationes,ſcriptura non dicit:ſed ex eo quod hîc ait
dñs per prophetã,factum eſſe credendũ eſt.Alij tñ dicunt, quod etiã Hieronymus tangit,ꝙ ſ.ſcri-
ptura loquiť hîc de futuro ꝑ modum p̃teriti, ità ꝙ iſta referenda ſint ad tẽpora Iudicũ & Regũ, qui-
bus filij Iſrael p̃fata facinora cõmiſerunt,atq; ob hoc frequenter diſperſi fuerunt ac gẽtibus traditi,
p̃ſertim Aſſyrijs & Chaldęis.[Ergò & ego dedi eis p̃cepta nõ bona,& iudicia in q̃bus nõ viuẽt.] Hoc
tribus modis exponiť.Primo,ſecundũ Hieronymũ,ſenſus eſt,ꝙ p̃cepta atq; iudicia Dei in ſe bona,
fuerũt Iudęis in captiuitate poſitis nõ bona,q̃a ibidèm ea ſeruare nõ poterãt,p̃ſertim cæremonialia.
Secundo, iuxta Thomã in prima ſecũdæ,intelligiť de p̃ceptis cæremonialib⁹, q̃ dicunť non bona &
vitã non dantia,qm̃ gr̃am à peccato purgantẽ non conferebant. Hãc expoſitionẽ tangit quoq; Hie-
ronymus.Alij quidã exponunt p̃cepta iſta dici nõ bona,q̃a tranſgreſſoribus nõ fuerant bona,eô ꝙ
grauiùs puniren̄t,acceptis illis p̃ceptis,q̃ antè. [Et pollui eos] i.intùs contaminari permiſi, atq; pol-
lutos oſtendi.[in muneribus ſuis,] i.ſacrificijs,[cùm offerrent om̃e quod aperit vuluã,propter deli-
cta ſua] tollenda.Nõ ait,cui obtulerint iſta:ideò quidã exponunt,ꝙ intelligendũ ſit eos hæc idolis
obtuliſſe,quod fuit euidẽter nefariũ.Alij,ꝙ Deo obtulerint ea,& tñ polluti mõſtrabanť,quia ꝑ talia
ſacrificia peccata nõ auferebanť virtute ſacrificij,ſed ex deuotione fideq́; offerentiũ. Deindè reco-
lunť peccata,poſt ingreſſum terræ ꝓmiſſionis cõmiſſa. [Quamobrem lôquere ad domum Iſrael fili
hoĩs,& dices ad eos:Hæc dicit dñs: Adhuc in hoc blaſphemauerunt me patres veſtri, cùm ſpreuiſ-
ſent me] corde [contẽnentes,] i.paruipendentes aut non curantes: peccatũ em̃ cordis, p̃cedit vitia
oris.[& induxiſſem eos in terrã] promiſſionis,[ſuper quam leuaui manũ meã,vt darem eam eis.] ſic Ioſuę 15.
nanq; Deus leuauit manum ſuã ſuper eam tẽpore Ioſuæ & etiam Abrahæ,cui id cum iuramento le- & 18.
giť promiſiſſe in Geneſi.[viderunt oẽm collem excelſum,& om̃e lignum nemoroſum.] i. loca ſub- Gen.15.
limia & arboribus cõſita,ad exercendã idololatriam apta. Porrò diſtributio iſta collium & lignorũ,
accõmoda eſt ꝓ generib⁹ ſingulorũ,quẽadmodùm moris eſt in ꝓphetis. [& immolauerũt ibì victi-
mas ſuas] idolis,[& dederunt ibì iritationẽ oblatiõis ſuę] i.oblatiões ſuas diuinã iuſtitiã offendẽtes.
[& poſuerunt ibì odorẽ ſuauitatis ſuæ] i.redolentia q̃q; ad reuerentiã idolorum,ſicut eſt thymiama
ſuaue. [& libauerunt] idolis [libationes ſuas] dño immolantes.[& dixi ad eos] per prophetas non
ignoratoriè,ſed increpatoriè.[quod eſt excelſum] i.idololatriæ locus montoſus ſeu altus.[ad quod
vos ingredimini] ad idola honoranda?quaſi diceret,vanus nefandusq́; locus eſt, ſicut & idolum ni-
hil eſt,quo ad formale & numen,quod eſſe putať.[& vocatũ eſt nomen eius excelſum, vſq; ad hunc 2.Reg.2.
diẽ.] erantq́; in Iſrael multa excelſa,vt in libris Regũ & Paralipomenõ ſæpiùs legiť:Adhuc populus 2.Reg.14.
immolabat in excelſis.hoc tñ cõmuniter ſcribiť illic de his q̃ in excelſis, nõ idolis,ſed vero Deo ſa- 2.Par.14.
crificabãt,quẽadmodùm 3.Regũ diciť Salomon in excelſo Gabaa obtuliſſe.[ꝓptereà dic ad domũ 3.Reg.3.
Iſrael:Hæc dicit dñs Deus:] Iſtud iubeť propheta loqui Iudæis contẽporaneis & cohabitantibus ſi-
bi.[Certè in via] i.in peccatis [patrũ veſtrorũ vos polluimini] eadem illis agendo,[& poſt offendi-
cula eorum] i.vitia Dei offenſiua.[vos fornicamini] ſpiritualiter in idolorũ cultura [& in oblatione
donorum veſtrorum] idolis oblatorũ.[cùm traducitis filios veſtros per ignẽ,] conſecrãdo eos ido-

lis per talem eorum tractum ſeu ductum per ignẽ.[vos polluimini in oĩbus idolis veſtris,in quorum
veneratione abuſiones iſtas cõmittitis.Veruntñ ſecundùm Hieronymum,Iudæi cum Ezechiele in
captiuitate Babylonica poſiti,iſta non fecerant,ſed qui adhuc in Hieruſalẽ habitabant.Scriptura tñ
loquiť de his mixtìm,quaſi de eiſdem.Nam quod ſubdiť,de captiuis accipiť: [Et ego reſpõdebo vo-
bis domus Iſrael,] cùm tot mala egeritis.[Viuo ego,dicit Dñs Deus,quia nõ reſpondebo vobis]for-
maliter verbis,ſed potiùs realiter flagellis.[Neq; cogitatio mentis veſtræ fiet dicentiũ,]i.dicẽtis in-
tra ſe & firmiter proponentis. [Erimus ſicut gentes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna &
lapides.] i.non ità erit,vt cogitatis.dicitis enim:Nolumus eſſe ſub Dño,nec volum⁹ eius populus ap-
pellari,ſed liberi eſſe à legis obſeruatione,& more gentiliũ viuere, ac idola de lignis ac ſaxis forma-
ta,ad libitum colere. Verùm qm̃ Deus ſubindè ex ſua immenſa clementia,ingratos,auerſos ac peſſi-
mos,quaſi inuitos per ſupplicia reducit ad ſe:[Viuo ego,dicit Dñs Deus,qm̃ in manu forti]i.virtute
mea omnipotenti,[& brachio extento] i.poteſtate mea ad actũ ſe inducente, [& in furore effuſo]i.
rigore terribili.[regnabo ſuper vos,]i.ad priſtinã meam redigam ſeruitutem, vt velitis nolitis, regẽ
me habeatis,ſentiatisq́; me regem iratum,cuius clementiã neglexiſtis.[Et educã vos de populis na-
tionum,& congregabo vos de terris,in quibus diſperſi eſtis]i.de terra Chaldæorum & alijs locis,in
quibus ab inuicèm eſtis diuiſi. [Et adducam vos in deſertum populorum]i. reducendo vos in Iu-
dæam,ducam vos ad eremi loca.[& iudicabor vobiſcum ibì]i. iuſtus agnoſcar à vobis, & me vobis
iuſtum probabo,vosq́; reos monſtrabo.[facie ad faciem,]i.euidenter & per illuminatiões ſeu reue-
lationes certiſſimas,mea beneficia & veſtra maleficia cõmemorando.[ſicut iudicio cõtendi aduer-
ſùs patres veſtros in deſerto terræ Aegypti,] qñ per illud duxi eos ad terram promiſſam.tunc enim
Deus per idonea argumenta & ſigna, ingratitudinem Iudæorum & ſuam ad eos pietatem oſtendit.
Num.1. Vndè in Numeris dixit:Vſquequò multitudo hæc peſſima non credet mihi in oĩbus mirabilibus,q̃
Iere.2. feci corã eis? Et per Ieremiã Dñs huic populo loquiť:Eccè ego iudicio contẽdam tecum,eò ꝙ dixe-
Iſaię 41. ris,non peccaui.In Iſaia quoq;:Simul,inquit,ad iudicium propinquemus.[ſic iudicabo vos]reos[&
ſubijciã vos ſceptro] i.imperio [meo] nè vltrà idolis miniſtretis.[& inducam vos] ad terram Iudææ
[in vinculis fœderis] i. in nexu & firmitate pacti amicitię,quod inibo vobiſcum,vt meo amore liga-
Iere.31. ti,mihi iugiter cohæreatis. Vndè per Ieremiam Dñs proteſtatur:In charitate perpetua dilexi te, ideò
attraxi te miſerans.Itaq; innoteſcit,ꝙ oĩs præinducta Dei auſteritas, clementiam charitatemq́; po-
tiùs,q̃ crudelitatẽ vel odium ſonat:cùm idcircò hæc agat,vt ſuo eos ſubdat obſequio,in quo eorum
ſalus conſiſtit,nec dæmonum ſubijciant̃ tyrannidi. [Et eligam de vobis tranſgreſſores] i.induratos
Iſaiæ 62. inter vos de veſtra ſocietate abijciam,iuxta quem modum in Iſaia habeť:Planum facite iter,& eligi-
te lapides,i.de via eos deponite,Sic eñ zizania eliguñt de tritico. [& de terra incolatũs eorum edu-
cam eos,]i.de terra captiuitatis ſeu tranſmigrationis,[& terram Iſrael nõ ingredienť,] quia indigni,
ſed in diuerſis regionibus morienť.[& ſcietis] ex hac diſtinctione inter bonos ac malos, [quia ego
Dñs] oĩm prouidentiã habens,& iuſta iudicia agens.[Et vos domus Iſrael,Hæc dicit Dñs Deus:Sin-
Apoc. 22. guli poſt idola veſtra ambulate,& ſeruite eis] i.in conſueta idololatria permanete.Hoc Dñs ait,non
licentiando vt fiat:ſed ſubſannãdo,ſi accidat,quemadmodùm in Apocalypſi legiť: Qui in ſordibus
eſt,ſordeſcat adhuc. Tanq̃ dicat:Quia mihi ſeruire non vultis,idolis adhærete: & videbitis quid in-
dè habebitis.[Quòd ſi & in hoc non audiẽritis me,] idola hincindè colendo extra templum, ſecũ-
dùm quod diù feciſtis.[& nomen meum ſanctum pollueritis,] i.meipſum nomine deſignatum in-
honoraueritis. [vltrà in muneribus veſtris,] ea idolis offerendo, [& in idolis veſtris in monte ſan-
cto meo] i.in templo. Tunc vtiq; peiùs eueniet vobis,cùm grauius ſit, in templo diuinæ maieſtati
cõſecrato idololatrare,q̃ alibì.Porrò litera iſta in verbis obſcura eſt,& aliquid ſupplere oportet,re-
ſpiciendo ad intentionẽ Dei loquentis,in eo quod ait:Poſt idola veſtra ambulate.Inſupèr ꝙ graui-
us eſſet id perpetrare in tẽplo,Dñs manifeſtat:[In monte excelſo Iſrael,ait Dñs Deus,ibì ſeruiet mi-
hi oĩs domus Iſrael,] i.in templo cõſtituto in mõte Sion,deſeruient mihi oẽs electi Iudæi de Baby-
lone reuerſi,qui templum reparauerunt,atq; in ipſo Deo fideliter ſeruiẽrunt.[oẽs,inquam,in terra]
i.in Iudæa hæc facient [in qua placebunt mihi] tanq̃ boni cultores noĩs mei.[Et ibì quęrã primitias
veſtras,& initium decimarũ veſtrarũ,]i. ꝑcipiam mihi offerri à vobis ad ſuſtentationẽ miniſtrorum
templi illa q̃ lex præcipit immolari. Vndè Malac.3.Dñs ait: Inferte oẽm decimam in horrea mea, &
ſit cibus in domo mea.Hæc ergò requiram[in oĩbus iuſtificationibus veſtris.] i.obſequijs mihi im-
penſis.[In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos,]i.ſacrificia veſtra, quæ mihi in odorem ſuauitatis offe-
runtur,habebo accepta,cùm induxero vos de populis,& ſanctificabor in vobis]id eſt,ſanctũs oſtẽ-
1. Mac.4. dar in obſequio mihi à vobis exhibito. [in oculis nationum,]i. gentilium, qui poſt templi reædifi-
2. Ma.10. cationem venerunt adorare in Hieruſalem,vt patet in libris Machabæorum,in Actibus quoq; apo-
Actu.2. ſtolorũ,& in Ioanne.[& ſcietis]per beneficiorum meorũ effectũ,[qa ego Dñs,cùm induxero vos in
Ioan.12. terrã Iſrael.Et recordabimini ibì viarũ veſtrarũ,]i.impiarũ affectionũ,qbus tendiť ad infernum.[&
omni-

oĩm ſcelerũ veſtrorum] i.operũ iniuſtorum,q̃ ex affectibus inordinatis ꝓcedunt. Hæc eſt recorda-
tio bona priſtinæ impietatis,dũ quis priora mala ad aĩum reuocat, vt ſalutarẽ pœnitentiam agat.[&
diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro] i.in conſideratione veſtrĩ ipſorũ. [in oĩbus malitijs veſtris]
i.ex recordatione prauitatum veſtrarum.Hæc eſt diſplicentia optima & beata humilitatis magiſtra,
patientiæ mater,mãſuetudinis origo:q̃ Dei iram extinguit,eiusq́; diſplicentiã tollit,& pauperẽ pec-
catorẽ (quantumlibèt impius fuerat) Deo cõnciliat.Ideò ad Romanos ſcribit Apoſtolus:Debemus Rom.15.
nõ nobis placere.De iniqs quoq; Archiapoſtol⁹ in 2.ſua fateť Canonica:Hi ſunt audaces,ſibi placẽ- 2.Pet.2.
tes.Qui ergò vult Deo ſupergloriofo placere,ſibijpſi diſpliceat,ſe ſemp contemnat, quod ei ꝑfacile
erit,qui ꝓpriam imperfectionẽ,vitioſitatem,pronitatẽ ad malum,incõpræhenſibilemq́; defectuoſi-
tatem vigilanter ꝑpendit,& oĩe bonum Deo plenè aſſcribit.[Et ſcietis quia ego Dñs, cùm benefe-
cero vobis ꝓpter nomẽ meũ,]i.ad meĩ ipſius gloriã & honorẽ & ex bonitate clemẽtiæ meæ. [& nõ
ſecundùm vias veſtras malas,neq; ſecundùm ſcelera veſtra peſſima.]De peccatis aũt filiorum Iſrael
à Babylonica captiuitate in Iudæã reuerſorum, & de pœnitentia eorundẽ,itemq́; de beneficijs Dei
eis collatis,in libro Eſdræ & in ꝓphetis, Aggæo,Zacharia, ac Malachia conſcripta ſunt plurima. [&
factus eſt ſermo Domini ad me,dicens:Fili hoĩs,pone faciẽ tuam contra viam auſtri,]i.verſũs ſeu cõ-
tra Hieruſalem.His eñ qui in Babylone ſunt,Hieruſalem ad auſtrum ſita eſt, ſecundùm Hierony-
mum.[& ſtilla] i.verba per modũ ſtillicidiorum effunde.[ad Africum] i. Hieruſalẽ. Africus quippe
eſt ventus flans à plaga meridionali ſiue auſtrali,in qua,vt dixi,erat ſita Hieruſalem.[& prophetabis
ad ſaltum agri meridiani,] i.ad Hieruſalem,q̃ ſaltui,i.multitudini arborum infructuoſarũ,aſſimilať,
eò ꝙ impijs fuerat plena hoĩbus.[& dices:Hæc dicit Dñs: Eccè ego ſuccendã in te ignem] Chaldæi
nanq; cõbuſſerunt Hieruſalem. [& cõburam] i.occĩdam vel grauiter puniã, [in te oĩe lignum vi-
ride,] i.tẽpli miniſtros,qui per ſcientiã legis videbant̃ florere. De quibus ſuperiùs Dñs ait: A ſanctu- Ezec.9.
ario meo incipite percutere.[& oĩe lignum aridum] i.vulgares. Vel per ligna viridia, intelligendi
ſunt iuſti:per arida,impij in Hieruſalẽ interfecti.De quibus in ſequentis capituli diceť exordio. Vel
viridia ligna ſunt iuuenes, arida ſenes.Porrò diſtributio iſta accõmoda eſt.Nõ eñ oẽs, abſolutè lo-
quendo,habitatores Hieruſalem,in Hieruſalẽ vel etiam extra eam occiſi fuerũt, ſed quidã in Chal-
dæam deducti,vt legiť 4.Regum.[Non extingueť flamma ſuccenſionis eius,] i. ignis cõburens Hi- 4.Reg.24.
eruſalem,non deficiet,donec eam conſumat. [& combureť in ea oĩs facies ab auſtro vſq; ad aquilo-
nem.]i.ipſi Iudæi in Hieruſalem occĩdi incipient,& ab ea q̃ per auſtrum ſignať, vſq; ad Babylõem,
quæ nomine aquilonis exprimiť, per totum iter intermedium hincindè gladio, fame, ac peſtilentia
ruent. [Et videbit] i.cognoſcet [vniuerſa caro] i. oĩs homo,vtpotè de omni hoĩm genere quidam.
In prophetis equidẽ diſtributio,vt frequenter, intelligenda eſt potiùs de generibus ſingulorum,q̃
de ſingulis generum,& præſertim in Ieremia & Ezechiele. [quia ego Dñs ſuccendi eam,] putà Hi-
eruſalem per Chaldæos,qui mea inſpiratione atq; potentia hoc egẽrunt,quanuis nõ eo fine & mo-
do quo volui.[Et dixi,ha,ha,ha Domine Deus.] Iſtud dixit propheta ex compaſſione,vel deſiderio
nè ſic fieret. Vndè Septuaginta trãſtulerunt,Nequaq̃ Dñe.[ipſi dicunt de me: Nunquìd non per pa-
rabolas loquitur iſte?] i.obſcurè loquitur nobis,vt quid velit non intelligamus. Hoc dicebant Iu-
dæi,vel prophetam deridendo,quaſi tam inuoluta verba loquentem,quòd nec à ſe, nec ab alijs in-
telligeretur,ideoque verba eius curanda non eſſent:vel cupiendo,vt plano ſermone eis ſenſum ex-
primeret. Vndè & in principio ſequentis capituli clariùs profert,quæ iam parabolicè dixit.

¶ *De ſpiritali eiuſdem capituli 20.intellectu.* *Articulus* 25.

QVòd in capituli huius initio Dñs pueſos à diuina ſua reſpõſione repellit,hoc ſignat,ꝙ hi q in
prauitatis manẽt affectu,diuina alloquutione,inſpiratiõe,illuſtratione indigni cenſent̃:im-
mò etſi iuſtus quiſpiã oret pro eis,vt à ſpũ ſancto illuſtrent̃, frequẽter non exaudiť propter
incapacitatẽ illorum.Inſupèr Chr̃s cuilibet digno ac virtuoſo ꝑlato ſeu doctori vel Eccleſiæ ꝑdica-
tori loquiť:Si iudicas eos,i.qa ex mea cõmiſſione iudicare increpareq́; habes impios Chr̃ianos tibi
cõmiſſos,ſeu ad te venientes inſtrui affectantes.Abominationes patrũ eorũ,i. gentilium, de quorũ
radice deſcendimus:oſtende eis,quatenùs agnoſcentes ſe de gentilibus tam iniquis progenitos, ꝓ-
fundiùs ſeipſos humilient.Hinc in epiſtola ad Romanos volens Apoſtolus Chriſtianos, qui Romæ Rom.1.
erant,& ſpiritaliter ſuperbiebant,de gentilibusq́; deſcẽderant,humiliare,gentilitatis peccata cõme-
morat & vitia contra naturã. Idcircò ex cõſideratione noſtrę originis,nos ſemper humiliare debe-
mus.Nõ eñ ex ſemine patriarcharum ac prophetarum deſcendimus. Et dices ad eos:Hæc dicit Dñs
Deus,i.Chr̃s mundi Saluator,Dei patris vnicus filius,verusq́; Deus.In die qua elegi Iſrael,i.Eccleſiã
ex gentibus congregatã q̃ Deum intueť per fidem.Et leuaui manum meã pro ſtirpe domũs Iacob,
i.ꝑdictis electis gentilibus,q ſunt patriarcharum filij ſpiritales ꝑ fidei imitationem & vitæ pariliiatẽ, Rom.5. Gal.2.
quemadmodùm in epiſtolis ad Romanos & Galatas pleniſſimè docet Apoſtolus.Sic nẽpe Iudęi illi &4.
increduli,patriarcharum non fuerunt filij,quib⁹ loquiť Chriſtus:Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahę Ioan.8.

 fa-

facite.Et rurſus:Vos,inquit,ex patre diabolo eſtis. Pro his quoq; leuauit Chriſt⁹ manus ſuas in cru-
ce.Et apparui eis, per apoſtolorum prædicatiōem,in terra Aegypti,i.ſeculo iſto nequã.Per Aegy-
Ephe.5. ptum enim,quæ tenebræ interpretatur,mundus iſte in maligno poſitus deſignatur. De quo ſcribit,
Ioan.1. Fuiſtis aliquandò tenebræ.Et, Tenebræ eam non comprehenderunt. Et leuaui manum meam pro
eis,multa faciendo miracula per apoſtolos alioſq; diſcipulos pro conuerſione illorum, dicens: Ego
Dñs Deus veſter.Hoc enim Chriſtus per apoſtolos docuit,ꝙ contemptis Iudæis, gentes ſibi in po-
Actu.13. pulum peculiarẽ elegiſſet.Propter quod Paulus & Barnabas dicunt Iudæis incredulis: Vobis opor-
tebat primùm loqui verbum Dei,ſed quoniam repuliſtis illud, eccè conuertimur ad gentes: ſic em̃
Ioan.10. præcepit nobis Dñs. Apud Ioannem quoq; loquitur Chriſtus: Alias oues habeo quæ non ſunt ex
Rom.3. hoc ouili,& illas oportet me adducere.Ad Romanos demùm Apoſtol⁹ ait:An Iudeorũ De⁹ tãtùm?
nonnè & gentium?In die illa.Dies iſta,eſt tempus Euangelicæ prædicationis & gratiæ.De quo ſcri-
Iſaiæ 4. bit Apoſtolus Rom.13. Nox præceſſit,dies autem appropinquauit.Et Iſaias:In die illa erit germen
Dñi,i.Chriſtus filius Dei,in magnificentia &gloria.Leuaui manum meam pro eis,vt educerem eos
de terra Aegypti,i.de conuerſatione mundana & vitijs ſeculi, iuxta illud 1.Pet.1. Non corruptibili-
bus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione, ſed precioſo ſanguine agni im-
maculati Chriſti.In terram,quam prouideram eis,fluentem lacte & melle,quæ eſt egregia inter oẽs
terras,i.in Eccleſiam militantem ſeu ſocietatem fidelium, cõmunionemq́; electorum, & in myſticũ
corpus Chriſti:quæ terra abundat lacte innocentiæ & melle conſolationis diuinæ, ſicut Cant.4.le-
1.Pet.2. gitur:Mel & lac ſub lingua tua.Et Petrus hortatur:Quaſi modò geniti infantes,lac cõcupiſcite.Hæc
inſupèr terra,communio,ſocietas,& myſticum corpus Chriſti omnibus quæ in mundo ſunt, terris
ſeu gentibus eminet. Poteſt autem per terram iſtam Eccleſia triumphans intelligi, quæ eſt terra vi-
Gal.1. uentium,opulentiſſima vehemẽter. Hinc ait Apoſtolus,ꝙ Deus pater eripuit nos de præſenti ſecu-
Col.1. lo nequam,& tranſtulit in regnum filij dilectiõis ſuæ. Et dixi ad eos:Vnuſquiſq; offenſiones oculo-
Matth.5. rùm ſuorum abijciat.Hoc eſt quod in Euangelio perhibet Chriſtus: Qui viderit mulierem ad con-
cupiſcendum eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.Senſuum autem refrenatio, & pſertim viſus
cuſtodia,ad oẽm pertinet Chriſtianum,nec aliter ad cordis munditiam peruenit.Et in idolis Aegy-
pti nolite pollui.Idola iſta,ſunt hæreticorũ adinuentiones ſtultæ atq; inutiles imaginationes,vaniſ-
ſima dialecticorum ſophiſmata,ſpurciſſima lubricorũ phantaſmata. Argentum quoq; & aurum, ac
cætera delectabilia mundi,q́ infelices ſeculi amatores ampliùs quærunt,colunt & amant,q̃ Deũ ſub-
limem,creatorem oĩpotentem,oĩs boni ſuperditiſſimum fontem, & bonum quomodolibèt perfe-
ctionaliter infinitum.In his igitur idolis cor noſtrum nõ polluat per immoderatam occupationem,
delectationem,ſiue amorem carnalẽ.Ideò nanq; in 1.ſua Canonica ſcribit Ioannes:Filioli, cuſtodi-
1.Ioan.5. te vos à ſimulacris.Et iritauerunt me,noluerunt me audire impij Chriſtiani, qui poſt gratiam bapti-
ſmalem redeũt in Aegyptum, i. ad vitam mundanam,vitioſam,carnalẽ.Et dixi,vt effunderem indi-
gnationem meam ſuper eos.Hoc em̃ Deus in ſcripturis quotidiè cõminatur, vt cùm ait in Euange-
Luc.13. lio Chriſtus:Niſi pœnitentiam egeritis,oẽs ſimiliter peribitis.Et Ioannes Baptiſta:Iam,inquit,ſecu-
Matt.3. ris ad radicem arboris poſita eſt.Oĩs ergò arbor q́ non fecerit fructum bonum, excidetur & in ignẽ
mittetur.Et feci propter nomen meum,i.ob meum honorem eis peperci. Vt non violaretur coram
gentibus,in quarum medio erant.Multi enim Chriſtianorum olim habitauerũt, immò & nunc ha-
bitant inter gentiles:qui ſi viderent Chriſtianos peccantes mox plagari & tolli,dicerent Deũ Chri-
ſtianorum nimìs crudelem:cùm tamen ad omnem præſidentem ſpectet clemẽtia, ſecundùm quod
Salomon Prou.20.aſſerit:Roboratur clementia thronus regis.Inter quas apparui eis, per apoſtolo-
rum & aliorum ſanctorum prædicationem, vel illuminationem internam. Vt educerẽ eos de terra
Aegypti,i.conſortio gentium ſeculari,q́ gentes reputâſſent legem ſuam ſalubriorẽ lege Chriſtiano-
rum,ſi vidiſſent Chriſtianos peccantes ſtatìm tam rigoroſè puniri. Eieci ergò eos de terra Aegypti.
Et eduxi eos in deſertum,i.ad locum Eccleſiæ, quæ in principio penè à nullo habitabatur, ſed poſt
Chriſti reſurrectionẽ cœpit à credentibus habitari.Et dedi eis præcepta mea,i. mãdata decalogi, de
Mat.19. quibus ait legiſer noſter:Si vis intrare ad vitam,ſerua mandata.Et iudicia mea,i.euangelica conſilia
à me iudicialiter ſeu rationabiliter inſtituta,oſtendi eis in euangelio:quæ faciens homo,viuat in eis,
per gratiam ſalutarem.Lex quippe euangelica ratione ſacramentorum ſuorum continet gratiam,&
ad perfectionem adducit.Inſupèr & ſabbata mea dedi eis,i.dies celebres,quos per prælatos Eccleſię
inſtitui celebrandos.Et iritauerunt me domus Iſrael, id eſt, filij Eccleſiæ, in deſerto præfato.Statìm
enim in primitiua Eccleſia cœperunt hæretici & alij impij pullulare. Dixi ergò,vt effunderem indi-
gnationem meam ſuper eos. Voluit enim eis Chriſtus mox inferre debitam pœnam, ſed propter
maius malum ſeu grauius ſcandalum vitandum, diſtulit,dicens: Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſ-
Matt.13. ſem.Dixi autem ad filios eorum,i.diſcipulos ſeu prolem carnálem: In præceptis patrum veſtrorum
Actu.5. nolite incedere, ſequendo eorum præcepta, diuinis iuſſionibus contraria. Obedire enim oportet
Deo

Deo magìs q̃ hoĩbus. Nec in eorũ idolis,i. erroribus & peccatis, polluamini. Et exacerbauerunt me
filij. Videmus em̃ ꝙ poſteri ſæpè grauiùs peccant,q̃ pdeceſſores eorum,quibus cõminatus eſt Chr̃s
atq; pepercit,ſicut & patribus. Deniq; pcepta Chriſti in ſe bona & optima, ſunt iſtis non bona, in-
quantùm pceptis his cognitis & neglectis ſiue omiſſis,grauiùs pereunt,Chr̃o dicente:Seruus ſciens Luc.12.
voluntatẽ Dñi ſui,& non faciens,plagis vapulabit multis.Et pollui eos in muneribus ſuis,cùm offer-
rent om̃e quod aperit vuluam.Hoc Dñs loquit̃ contra eos, qui filios ſuos ad Eccleſiaſtica beneficia
atq; officia pmouere nitunt̃,potiùs propter temporale cõmodum, q̃ ſpiritalem profectum: & pro-
pter tẽporalem honorẽ, q̃ virtutum amorem. Hi em̃ ordinem peruertentes,corporale pferunt ſpiri-
tali,tẽporale æterno. Adhuc & in hoc blaſphemauerũt me patres veſtri,cùm induxiſſem eos in ter-
ram Iſrael,i.Eccleſiæ militantis. Viderunt omnẽ collem excelſum,i. platuras & principatus vel alti-
tudinẽ ſecularis ſcientiæ.Et om̃e lignum nemoroſum,i.infructuoſorum hoĩm collectiones,quibus
peſſe optabant.Et immolauerunt ibì victimas ſuas,&c. i. ea quæ ad Dei honorẽ facere videbãtur,
peruerſa intentione egérunt,ad placendum hoĩbus,atq; ad conſequendũ emolumẽtum terrenum.
Et dixi ad eos,per viros deuotos,illorum vitia increpantes. Quod eſt excelſum,ad quod vos ingre-
dimini? i.quid eſt tẽporalis celſitudo ad quã inaniter adſpiratis? Quaſi dicat: Vana & fallax eſt,& cùm
ſtare videt̃,ſubitò ruit,ſuperbumq́; damnat. Traducitis filios veſtros per ignem. Hoc agũt hoĩes ex-
cæcati,qui pro eo ꝙ pueros virtutibus informarent, vanitatibus aſſueſaciunt, atq; per vitiorum in-
centiua tendere docent. Nec cogitatio cordis veſtri fiet. Erimus ſicut gentes. Frequenter quidam in-
utiles Chriſtiani cupiunt more gẽtilium liberè & impunè peccare,quibus Chr̃s miſericorditer ob-
uiat per aduerſa,& impletur in eis quod ait ſcriptura:Cõpelle intrare.Itemq́; quod Dñs loquitur per Luc.14.
Oſee:Sepiam viam tuã ſpinis.Ideò regnare ſe dicit ſuper eos in manu forti & brachio extento,ac fu- Oſee 2.
rore effuſo:quia tot aduerſitatibus eos exercet,ꝙ tædio victi,deſpiciunt mundum.Sicq́; ſubijcit eos
ſceptro ſuo.Et adducam vos in deſertum populorum,i.ad ſolitarium locũ,vt ibì voſipſos examine-
tis,& Deo vacetis.Hinc Chr̃s dixit diſcipulis:Venite ſeorſum in deſertum locum,& requieſcite pu- Marc.6.
ſillùm.Et iudicabor vobiſcum ibì facie ad faciem,i.iuſtus vobis videbor, ſecundùm ſenſum præce-
denti articulo (quo oĩa pleniùs elucidata ſunt) poſitum.Hinc Dñs per Oſee teſtatur:Ducam eam in Oſee 2.
ſolitudinem,& ibì loquar ad cor eius.Singuli poſt idola veſtra ambulate, i. priſtinis vanitatibus in-
hærete.Hoc Dñs ait ad impios ſubſannando,per modum hominis ſuo ſeruo rebelli & incorrigibili
iraſcentis,eumq́; totaliter repellentis.In monte ſancto meo excelſo, i. in Eccleſia militante, ſeruiet
mihi omnis domus Iſrael,i.vniuerſi electi fideles.Ibì quæram primitias veſtras,&c. i.ſacrificia ſpiri-
talia vel etiam corporalia.In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos,i.acceptos habebo vos,per hoc quòd
eritis bonus odor meus in omni loco,alios per bonam famam veſtram ædificando ad gloriam me-
am.Et ſcietis, per experientiam beneficiorum meorũ: quia ego Dominus,cùm induxero vos in ter-
ram Iſrael,i.fide, charitate,& opere eſſe vos fecero in Eccleſia,ſeu in myſtico corpore Chriſti.Et re-
cordabimini ibì viarum veſtrarum & oĩm ſcelerum veſtrorum,i. pœnitentiam ſalutarem tunc faci-
etis,quam nemo extra Eccleſiã,i.extra Eccleſiaſticam vnitatem ſeu communionem, agere poteſt.Et
diſplicebitis vobis.Quanto Deus hoĩem magìs illuminat, tanto proprias ærumnas & culpas clariùs
cernit,profundiuſq́; perpendit:ac per hoc ampliùs diſplicet ſibi in ſe, & ſe toto corde contemnit,
nec iniurias grauiter tolerat,ſed omni vilipenſione dignum ſe reputat.Cætera innoteſcunt ex præ-
cedenti articulo:& quod de moralitate vltimæ particulæ huius cap.nunc omitto, in ſequentis cap.
explanatione locum habebit:eo donante,à quo bonum omne deſcendit,cuius ſuperoptimæ pieta-
ti,& non noſtræ æquitati,aſcribere ſemper debemus,quicquid virtutis & gratiæ ſortiti fuerimus.

¶ *Expoſitio cap.21. Et factus eſt ſermo Domini ad me.* *Articulus* 26.

QVia in fine pcedentis cap.dixit ppheta populum loqui ad ipſum,ꝙ per parabolas ſeu obſcu-
rè loqueret̃ ad eos,ità ꝙ manifeſtam q́rebant narrationẽ:idcircò Dñs clarè nunc exprimit,
quod in fine pcedẽtis cap.metaphoricè dixit.[Et fact⁹ eſt ſermo Dñi ad me, dicẽs: Fili hoĩs,
pone faciẽ tuam ad Hieruſalẽ,] i.vultu ſeuero atq; minaci verſùs eam intende, vt exponendi ac in-
ſpiciendi modo deſignet̃ aduentus hoſtium contra eam,eiuſq́; punitio. Vndè Septuaginta trãſtule-
runt:Obfirma faciẽ tuam contra Hieruſalẽ.[& ſtilla] i. pphetando loquere [ad ſanctuaria] i. cõtra
templũ & ſancta ſanctorum,q́ erant in tẽplo. [& ppheta contra humũ Iſrael, & dices terræ Iſrael.]
Per humũ ſeu terrã,habitatores eius intelligunt̃.[Hæc dicit Dñs Deus: Eccè ego ad te] vt iuſtus vl-
tor adſpicio.[& eijciã gladiũ meũ de vagina ſua,] i.me volẽte ac inſtigãte,Chaldæi gladios ſuos cõ-
tra te euaginabũt.[& occídã] per manũ Chaldæorũ [in te iuſtũ ac impiũ.] q̃uis em̃ habitatores Hi-
eruſalẽ pro maxima parte ſceleratiſſimi fuerint, aliq tñ boni ibì fuerunt, q capta Hieruſalẽ,à Chal-
dæis occidebant̃.Queãdmodùm etiã in captione Samariæ ſeu decẽ tribuũ à Salmanaſar rege Aſſy-
riorũ,quidã iuſti pariter capti fuerunt atq; abducti,ſicut Tobias,& forſitan Raguel ac Gabelus.Nec Tob. 1.
iſtud repugnat diuinæ iuſtitiæ,quia frequẽter Deus tẽporaliter affligit electos ſine eorum demeri-

 to,

Iob 1. to,ſicut Iob & Tobiam.Non tñ ſine rationabili cauſa, qm̃ ordinat eis aduerſa huiuſmodi ad gratiã
& 2. ampliorẽ in via,gloriamq́; maiorem in patria:item in purgationẽ eorum à venialibus culpis, atq; vt
Tob. 2. alijs patientiæ detur exemplum.Sed videť his contrariari,quod ſuprà iuſſit Deus viros iuſtos in frõ-
& 3. tibus ſignari cum ſigno ſeu litera Thau,nec eos interfici.Et reſpondendum,ꝙ quidam illorũm iu-
Ezec. 9. ſtorum in vita ſunt conſeruati,vt ſcribiť ibì:quidam aũt iuſti perimebanť ſecundùm diuinæ diſpen-
ſationis moderamen irrimabile & ſuperſapientiſſimum.[Pro eo autem,ꝙ in te occídi iuſtum & im-
pium,idcircò egredieť gladius meus de vagina ſua] i.me volente ac diſponente extrahent Chaldæi
enſes ſuos,qui dicti ſunt gladij Dei,quia diuinæ iuſtitiæ executores fuerunt.[ad oẽm carnem] i.cõ-
tra cunctas gentes [ab auſtro vſq; ad aquilonem] i. à Ieruſalem vſq; in Babyloniæ regionẽ. Ratio-
nabile equidem fuit,vt Deo non parcente iuſtis veræ deitatis cultorib⁹,nec cæteris nationibus ido-
lolatriæ vitio ſordeſcentibus parceret.[Vt ſciat oĩs caro, quia ego Dñs eduxi gladium meum de va-
gina ſua irreuocabilem] i.impediri ab occiſione hoĩm non valentem, ſicut in fine præcedentis cap.
Ezec. 20. dictum eſt,ꝙ flamma combuſtionis Hieruſalẽ non extingueretur. Tantam itaq; hoĩm ſtragem fe-
cit cum ſuis rex Babylonis,ꝙ vniuerſis innoteſcere potuit,ꝙ non niſi diuina poteſtate id quiuerit.
[Et tu fili hoĩs,ingemiſce in contritione lumborum,] i. tam vehementer atq; cordetenùs geme, vt
lumbi tui indè quodammodò conteri videantur.Hoĩes quippe exceſſiuè mœſti ac gemebundi,vi-
ribus corporis ſolent deſtitui:q̃ deſtitutio per contritionem ſignatur lumborum. [& in amaritudi-
nibus ingemiſces coram eis] i.coram Iudæis tibi pſentibus,vt gemitus tuus ex intimis aſcendat vi-
ſceribus.[cumq́; dixerint ad te,quarè tu gemis:dices,pro auditu] i.propter venientem contra Hie-
ruſalem exercitum Chaldæorũ,quem venturum diù audiui. [quia venit] iam, & quod pdixi, ſtatim
implebiť.Vndè Septuaginta tranſtulerunt: Propter nuncium, qa venit. [Et tabeſcet om̃e cor,] i.Iu-
dæorum in Hieruſalẽ corda p pauore deficient.[& diſſoluentur vniuerſæ manus] eorum,robur ſuũ
perdendo.Etenim deficiente corde,à quo motus & ſenſus ad membra diffunditur, membra mox
fiunt inualida atq; trementia,[& infirmabitur oĩs ſpiritus] i.mentes bellatorũ Hieruſalem,fidutiam
pualendi audaciamq́; reſiſtendi amittent.[& per cuncta genua fluent aquæ.] Naturale eſt nanq;, vt
timore cogente,laxeť veſica,& contra hoĩs voluntatem defluat humor, quo genua quoq; interdùm
madeſcunt:quod & in magnis infirmitatib⁹ accidere ſolet,vt poſtq̃ ægrotantiũ vires defecerint, nõ
tantùm genua,ſed lectuli etiã maculenť.[Eccè venit] quod pdixi [& fiet] i.opere ipſo complebitur.
Et factus eſt ſermo Dñi ad me,dicens:Fili hoĩs,propheta & dices:Hæc dicit Dñs Deus: Loquere] tu
Ezechiel:[gladius gladius exacutus eſt & limatus.] bis nominat gladiũ, propter maiorem attentio-
nem.Cur aũt gladius Chaldęorũ exacutus limatusq́; referať,conſequenter exponiť.[vt cædat victi-
mas] i.Iudæos inſtàr victimarũ in magna multitudine perimat.[exacutus eſt vt ſplẽdeat.] i. ſuo ful-
gore Iudæos conterat,[limatus eſt.] Deindè Dñs dirigit verbum ad regẽ Babylonis. [Qui moues] i.
concutis,ſubuertis,& amoues [ſceptrũ filij mei] i.regnum populi Iudaici,qui in ſcripturis frequen-
Exo. 4. ter Dei filius appellať,ſicut in Exodo:Dixi tibi ô Pharao,dimitte filium meũ.Et,Ex Aegypto voca-
& 5. ui filium meum.Sæpè autem loquiť ſcriptura de toto populo,quaſi de homine vno.[ſuccidiſti om̃e
Oſeæ 11. lignum,] i.oẽs habitatores Hieruſalẽ & Iudææ abſtuliſti.[& dedi eum] ſ.gladium [ad leuigandum,]
nè pondere premat,ſed cõmodiùs [teneatur manu,] i. manibus regis ac populi Chaldæorum. [vt ſit
in manu interficientis.] i.regis pfati Iudæos necantis. [Clama & vlula fili hominis,] compatiendo
Iudęis,[quia hic] gladius [factus eſt] i.extentus [in populo meo] Iudæorum.[Hic] gladius [in cũ-
ctis ducibus] i.principibus [Iſrael factus eſt,] quia tam populum q̃ principes deuorauit.Diſtributio
verò iſta,vt ſępiùs dixi,accommoda eſt:ſecundùm quod homines ex vehementi affectu loquentes,
ad proprietatem verborum parùm attendunt, & per exceſſum loquuntur. [Qui fugerant gladium,
gladio traditi ſunt cum populo meo.] Hoc quidam exponunt de aliquibus regni decem tribuum,
qui euaſerunt manus Salmanaſar regis Aſſyriorum,& poſteà habitauerunt in regno Iudæ tempori-
4. Reg. 17. bus Ezechiæ:ſicq́; cum populo regni Iudæ per Nabuchodonoſor poſteà puniti fuerũt. Sed nequa-
quàm reor illos adhuc tempore Nabuchodonoſor ac Sedechię (de quibus iam ſermo) vixiſſe:quod
ex catalogo regum & tempore imperij eorum, facilè probaretur ex 4.Reg.25. Veriùs igiť iſtud ex-
ponitur de Iudæis habitatoribus vrbium Iuda, qui Chaldæorum audientes aduentum, vrbes ſuas
territi reliquerunt,atq; Hieruſalèm ingreſſi ſunt,putantes ſe ibì defendi,vt patet in Ieremia.Nihilo
minùs quidam illorum cum alijs interiêrunt gladio Chaldæorum.[Idcircò] in ſignum doloris &
ſtuporis atq; miraculi, [plaude ſuper femur,] illud percutiendo, ſicque plangentis habitum aſſu-
mendo.[quia probatus eſt] id eſt,mihi placitus atq; à me approbatus [gladius] regis Babylonis cõ-
tra Iudæos.[& hoc cùm ſceptrum] id eſt,regnum Iudæorum,[ſubuerterit,& nõ erit,] id eſt,vltrà re-
gnum iſtud non durabit,quia in Sedechia habuit finem,quantùm ad regum vnctionem.Si quis au-
Gen. 49. tem inſtet,atq; obijciat illud Geneſis:Non auferetur ſceptrum de Iuda,& dux de femore eius, do-
nec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium, vtpotè Chriſtus: dicendum, quòd
hoc

hoc loco nomine ſceptri intelligitur dignitas regia, ſecundùm ſolitum propriumq́; eius vigorẽ, qui
fuit per diuinam electionem ſacramq́; vnctionem, ac ſtabilem ſucceſſionem: & hoc modo ceſſauit
in Sedechia.Præinducta autem authoritas, accipit ſceptrum pro dignitate præſidentiali, & quanuìs
quidam de genere Machabęorum impoſuerint ſibi diadema,tamen non fuit per ſacram vnctionem, 1. Mach. 8.
nec habuit permanentiam fixam,aut ſtabilem ſucceſſionem:& palàm,quia quod modicum eſt, pro
nihilo reputatur. [Tu ergò fili hominis propheta, & percute manum ad manum,] tanq̃ intimè eiu-
lans.[& dupliceť gladius ac tripliceť gladi⁹ interfectorum,] i.per tuum eiulatũ duplicãdus triplican-
dusq́; deſignetur gladius Chaldęorum, interficientium populum Iudęorum, ad inſinuadum multi-
tudinem interficiendorum:& item,quoniam gladius iſte ter venit contra Hieruſalem,primò ſub Ie-
chonia, ſecundò ſub Ioachim, tertiò ſub Sedechia. [Hic eſt gladius interfectionis magnæ, qui ob-
ſtupeſcere eos,] i.Iudęos.[faciet] & corde tabeſcere,ità ꝙ fugiet ab eis mens atq; conſiliũ.[Et mul-
tiplicat ruinas] i.occiſorum mortes,ità ꝙ multos occídet.[In omnibus portis eorum] ſcilicet Iudę-
orum [dedi conturbationem gladij acuti] i.perterritionem venientem ex gladio,quia Chaldæi vr-
be Hieruſalem obtenta,ſederunt in ſingulis portis eius cum gladijs ſuis:quod cernentes Iudæi,ma-
ximè turbabantur,nec egredi quibant.[& limati ad fulgendum,] ad incutiendum Iudæis timorem.
Victi eñ hoſtium gladios fulgere videntes,terrentur.[amicti] i.præparati [ad cædem,] i.Iudęorum
occiſionem.[Exacuere] ô gladie,i.Chaldæi te acuẽt,vt faciliùs penetres & occídas.[Vade ad dexte-
ram ſiue ad ſiniſtram,quôcunq; faciei tuæ eſt appetitus.] i.quôcunq; contra Iudęos dirigaris,proti-
nùs pręualebis, metaphoricè quoq; per gladium intelligit regem Babylonis, qui iuxta deſiderium
ſuum ad omnem partem occídit Iudęos. [quin & ego Deus plaudam manu ad manum,] i. te taliter
ſæuiente,ego applaudam,& iuſtitiæ congratulabor.Quidam per plauſum hunc intelligunt planctũ,
ità vt Deus perhibeat ſe populi ſui ruinam deflere per quandam metaphoram. Sed hoc ordini te-
xtûs non conſonat, ideò prima expoſitio quæ Hieronymi eſt, melior iudicatur. [Ego Dominus lo-
quutus ſum,] i.iſta irretractabiliter implenda decreui.[Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:Et
tu fili hominis,pone tibi duas vias,] i.per conſiderationem tibijpſi propone duas vias in biuio con-
currentes.[vt veniat gladius regis Babylonis] per alteram earum contra Hieruſalem. [De terra vna
egredientur ambo,] i.duæ hæ viæ à capite vno incipient, ſeu vno itinere Chaldææ. [Et manu capi-
et coniecturam,] ſagittas mittendo in pharetram,commiſcendoq́; eas,quas nominibus Hieruſalem
& Rabbath ſignauit,vt videret quæ ſagitta primò exiret,atq; ſic cognoſceret, quam harum ciuitatũ
primò inuaderet.[In capite viæ ciuitatis conijciet] i.in principio viarum ciuitatum coniecturã hanc
faciet.Nempe vt ſcribit Hieronymus, cùm rex Babylonis cum ſuo exercitu de Chaldęa per iter vnũ
exîſſet,& per deſertum ad biuium terræ Arabiæ,quę vocatur filiorum Ammon,veniſſet,& duas an-
te ſe vias vidiſſet,quarum vna ad Hieruſalem duxit ad dexteram partem, alia ad Rabbath ciuitatem
metropolim filiorum Ammon:recordatus eſt internecionis,quæ accidit Sennacherib regi Aſſyrio- 4. Reg. 19.
rum ſub Ezechia,quandò centũ octogintaquinq; millia vna nocte ab angelo cæſa ſunt.Idcircò for-
midabat contra Hieruſalem declinare,ſtetitq́; in ipſo compito,& ritu gentilitatis ſuæ quæſiuit ora-
culum ſeu diuinationem,mittens ſagittas in pharetram modo prætacto.Ideò ſubdit:[Viam ponens
vt veniat gladius] i.viam vnam conſiderans,vt per eam cum gladio ſuo tenderet.[ad Rabbath ciui-
tatem filiorum Ammon & ad Iudam,] i. populum Iudęorum. [in Hieruſalem munitiſſimam,] quia
triplici muro fuerat clauſa,ad quam voluit per aliam viam procedere. [Stetit enim rex Babylonis in
biuio in capite duarum viarum, diuinationem] i.futurorum prænunciationem, [quærens, commi-
ſcens ſagittas,] vt dictum eſt.Aliqui tamen aſſirmant,quòd in vna ſagitta ſcripſit Hieruſalem,in alia
Rabbath, proiecitq́; has ſimul in altum, accipiens pro coniectura, quòd iret ad ciuitatem cuius ſa-
gitta caderet primò,ceciditq́; inprimìs ſagitta Hieruſalem. [Interrogauit idola] quæ colebat, [exta
conſuluit,] viſcera animalis idolis oblati conſiderando,per talia quippe diuini conijciebãt.[Ad de-
xteram eius facta eſt diuinatio ſuper Hieruſalem,] i.quęlibet diuinationum iſtarum, quarum prima
fuit per commixtionem ſagittarum, ſecunda per interrogationem idolorum, tertia per conſultio-
nem extorum,concurrit in hoc,quòd iret ad dexteram per viam ducentem Hieruſalem, [vt ponat]
contra eam [arietes] ad deiectionem murorum, [vt aperiat os in cæde,] i.Iudæos occídi præcipiat,
atq; in cęde eorum gaudens vociferetur. [vt eleuet vocem ſuam in vlulatu,] concitando vlulatum
pugnæ in ſuo exercitu, per hoc ad prælium eos exhortans, [vt ponat arietes contra portas,] i. talia
inſtrumenta ad portas confringendas. [vt comportet aggerem,] ad foſſas implendas. [vt ædificet
munitiones] extra Hieruſalem, per quas eam impugnet. Verba hæc ſuprà ſunt explanata. [Eritque Ezech. 4.
quaſi conſulens fruſtrà oraculum in oculis eorum,] i.Sedechiæ regi Iudæ,eiusq́; populo apparebit,
quòd rex Babylonis inaniter quęſiuit diuinationem contra Hieruſalem, quia putabant vrbem ob
ſuam fortitudinem ab ipſo expugnari non poſſe. [Et ſabbatorum ocium * mutans,] id eſt, hoc * imitans
quoquè eis videbitur, quòd rex ipſe fruſtrà immutet ocium, id eſt, quietem ſabbati. Nam die-
ddd 4 bus

bus ſabbatorum inſultũ fecit vrbi Hieruſalem,per quod quietẽ dierum horũ turbauit,ꝓuocans Iu-
dæos ad reſiſtendũ ab intra, ſed Iudæi reputabant eũ fruſtrà conari. [Ipſe autẽ] rex Babylonis [re-
cordabitur iniquitatis] i. prę̨uaricationis pacti à Sedechia commiſſæ,qui iuramentũ regi Babylonis
ꝑſtitum fregit,impietatis quoq; populi ſui diuina mandata tranſgredientis. [ad capiendum] ipſam
Hieruſalẽ,quia ex hac illorũ impietatis cõſideratione ſperauit præualere, præſumens Deum eorum
ſic ab eis offenſum,ꝙ ipſis nequaq̃ auxiliaretur.Hinc Ieremiæ 50.princeps militiæ regis Babylonis,
dixiſſe legitur ad Ieremiam:Dñs Deus tuus loquutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum, & adduxit
& fecit dñs ſicut loquutus eſt,quia peccâſtis dño,& non audîſtis vocem eius,& factus eſt vobis ſer-
mo hic.[Idcircò hęc dicit dñs Deus,pro eo ꝙ recordati eſtis] tu Sedechia rex Iuda, tuuſq; populus
[iniquitatis veſtræ] ad permanendum in ea,ſeu reiterandum hanc ipſam. [& reuelâſtis præuaricati-
ones veſtras,] eas ſine rubore manifeſtando ac continuando.[& apparuerunt peccata veſtra] foris
per operationem [in omnibus cogitationibus veſtris] latentia & occulta.[manu capientium] i.ma-
nibus Chaldęorum compræhendentiũ.Deindè increpatur rex Iuda: [Tu aũt prophane impie dux
Iſrael,] i.Sedechia rex Iudęorum,qui prophanus fuiſti in Deum per idololatriam, impius in regem
Babylonis per pacti tranſgreſſionem.[cuius venit dies] punitionis in [tempore iniquitatis præfini-
ta.] i. diuinitùs conſtituta atq; præuiſa, implenda in tempore iniquitatis tuæ. [Hæc dicit dñs Deus:
Aufer cidarim,tolle coronam,] i.propter te & ſacerdotium & regnum deficiet.Cidaris aũt eſt mitra
pontificis.Sacerdotes aũt & pontifex cum Sedechia capti fuerunt.[Nonnè hæc] corona [eſt quę hu
milem ſubleuauit, & ſublimem humiliauit?] i. reges Iuda olim ſe benè habentes, inſtàr Dei eleua-
uerunt humiles,& humiliauerunt ſuperbos,vt patet in Dauid, Ezechia,Ioſia &c. Ideò iſte Sedechi-
as nunc agens oppoſitum,grauiùs eſt puniendus.ideò ſequitur:[Iniquitatem,iniquitatem,iniquita-
tem ponam eam.] i.coronam hanc Sedechię totaliter reprobabo in ipſo ac puniam.[Et hoc non fa-
ctum eſt,donec veniret,cuius eſt iudicium.] i.Nabuchodonoſor,cui datum eſt iudicare Sedechiam
ac populum eius. Vndè 4.Reg.25. ſcriptum eſt, quòd loquutus eſt cum Sedechia iudicium. [& tra-
dam ei] ſcilicet regi Babylonis coronam ſeu regnum regemq; Iudæ. Sanctus Hieronymus exponit
hoc aliter,vt ſit ſenſus:Et hóc non factum eſt donec veniret, cuius eſt iudicium,i. Chriſtus, cui pa-
Ioan. 5. ter dedit omne iudicium.Nam vſq; ad eius aduentum habuerunt Iudæi ducem atq; pontificem, ità
quòd corona & cidaris non fuerunt prorſus ablatæ. Et tradam ei, quia pater dedit Chriſto regnum
atq; ſacerdotium,& ipſe eſt rex atq; pontifex noſter. Porrò iuxta hunc ſenſum etiam illud, Iniqui-
tatem,iniquitatem,iniquitatẽ ponam eam,aliter oportet exponi, videlicet coronam & cidarim, ſeu
regiam dignitatem & ſacerdotium Iudęorum penitùs derelinquã,quod impletũ eſt tempore Chri-
ſti,in quo finitus eſt ſtatus veteris teſtamenti. Cõſequenter agitur de Ammonitarũ punitione: [Et
tu fili hominis,ꝓpheta & dic:Hęc dicit dñs Deus ad filios Ammon & ad opprobrium eorũ] actiuũ,
quod dixerunt de populo Iſrael, quẽ contempſerunt: vel ad opprobrium eorum paſſiuum, quod à
Chaldęis imminet eis.[Et dices:Mucro mucro,euagina te ad occidendum,] i. ô gladie Babylonio-
rũ euaginare,vt Ammonitas occídas.[lima te,] i.limatus ſis modo ꝑhabito.[vt interficias & fulgeas]
ad terrorẽ incutiendum necandis.[quũ tibi viderentur vana,& diuinarentur mendacia.] Pro cuius
intellectu ſciendum, ꝙ rex Babylonis pergendo contra Iudęos & Ammonitas, interrogauit idola
ac diuinos,à quibus ſuſcepit reſponſum,ꝙ habiturus eſſet victoriam,& quo ad hoc,non ſibi diuina-
batur mendacium. Veruntñ in hoc fuit ibì vanitas atq; mendacium,ꝙ victoria iſta ſibi promitteba-
tur virtute deorum ſuorum ac ſortilegiorum. [vt dareris] ô mucro [ſuper colla vulneratorum im-
piorum,] i.Ammonitarum à te vulnerandorum [quorum veniet dies,] i. hora punitionis [in tem-
pore iniquitatis præfinita,] i.à Deo prędiſpoſita & præfixa,complenda in tempore iniquitatis ipſo-
rum.Poſtremò agit propheta de Chaldęorum deſtructione,qui licèt in præinductis impiorum pu-
nitionibus fuerint miniſtri diuinæ iuſtitiæ,non tamen recta id intentione fecerunt, immò crudeli-
ter & peruerſè,idcircò & ipſi deſtrui meruerunt.[Reuertere] ô mucro [in vaginam tuam,in locum
in quo creatus es] ſ.in Chaldęam. [In terra natiuitatis tuæ iudicabo te] reum deſtructionis. hîc per
mucronem intelligitur rex & populus Chaldęorum.[Et effundam ſuper te indignationem meam,]
i.debitam pœnam.[In igne furoris mei ſufflabo in te.] i. in diſtrictione iuſtitiæ meæ te deſtruam ac
reſoluam.[Daboq; te in manus hominum inſipientium] i.Perſarum & Medorum,gentilium verum
Deum ignorantium.[& fabricantium interitũ,] i. aliud nihil niſi occiſionem Babyloniorũ quęrẽ-
Iſaiæ 13. tium,quẽadmodùm per Iſaiam dñs pręnunciauit:Suſcitabo,inquiens,ſuper eos Medos, qui argen-
tum non quærant & aurũ,ſed ſagittis paruulos interficiãt. [Ignis cibus eris,] i. per pœnam grauiſſi-
mam Medorum peribis & conſuméris.[& ſanguis erit in medio terræ.] i.in medio Chaldææ funde-
tur. [obliuioni tradéris.] quomodò verũ eſt hoc, cùm ꝑſentem vſq; in diem in omni recordatione
Babylon habeatur?Et reſpondendum,ꝙ obliuioni dicitur tradita,quo ad ea quę ad præconiũ per-
tinẽt,& quia irreparabiliter eſt deſtructa.Sic enim in Iſaia Dominus ait: Perdam nomen Babylonis.
Vn-

Vndè in Prouerbijs Salomon profitetur:Memoria iuſti cum laudibus,nomen autem impiorum pu- Iſaiæ 43.
treſcet.Hæc itaq; fient,[quia ego Dominus locutus ſum] hæc eſſe ventura,cuius ſcientia eſt cauſa re Prou. 16.
rum,cuius dixiſſe,feciſſe eſt,ſecundùm Hieronymum.

¶De intellectu eiuſdem cap.21. myſtico. *Articulus* 27.

QVod in elucidati iam capituli principio literaliter dictum atq; expoſitum eſt de aduerſitate
& punitione Hieruſalem illius terrenæ ſeu ſynagogæ,ſpiritaliter accipi poteſt de militante
Eccleſia,eiuſq; caſtigatione ac perſecutione,ꝑſertim illa,q̃ fiet per Antichriſtũ,& nunc quo-
tidiè fit per inuiſibilem hoſtẽ diabolum. Nempe in fine ſeculi per Antichriſtũ implebitur, quod ait
nunc Dñs:[Eccè ego ad te] ô Eccleſia,[& eijciam gladium meum de vagina ſua,] videlicet Antichri-
ſtum, eiuſq; impugnationem, qui Deo permittente vaſtabit Eccleſiam, & non ſine eius demeritis:
quoniam inſtante Antichriſti aduentu, diſceſſio erit,& peſſima Chriſtianorum vita.[Et occídam in
te iuſtum & impiũ.] Bonos etenĩ Chriſtianos occídet Antichriſtus in corpore, malos aũt in anima,
magìs quàm antè occiſi fuerunt per vitia.Simili modo occiduntur quotidiè à diabolo boni & praui,
dum boni tentationibus ſuperantur,& praui ad vitia grauiora labuntur, vno peccato mortali in ali-
ud pertrahente.[pro eo aũt ꝙ occídi in te iuſtum & impium,egredietur gladius meus ad omnẽ car-
nem.Antichriſtus enĩ omnes cæteros qui Chriſtiani non ſunt,fallendo occídet, ſpiritaliterq; neca-
bit.Quod & quotidiè facit diabolus,quia teſtante B.Iob, Abſorbet fluuium nec miratur. Pro tanto Iob 40.
igitur malo ait Dñs, vnicuiq; verè deuoto, Deum proximumq; ſyncerè amanti: [Et tu fili hominis
ingemiſce. Cumq; dixerint ad te] filij huius ſeculi,qui nunc rident, & conſolationes ſuas habent,
atq; de gemitu,planctu,mœrore timoratorum mirantur,qm̃ nouiſſima ſua infelices non prouident.
[dices,pro auditu,quia venit:] i.propter iſta pericula q̃ Eccleſiæ aduenire cognoui,omniq; die adue-
niunt. [Et tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus &c.]
Antichriſto equidem veniente & perſequente, magnus erit terror fidelium,& multi deficient.Erit
enim,vt Chriſtus teſtatus eſt,perſequutio tanta,vt ſi fieri poſſit,in errorem inducantur etiam electi. Matth. 24.
Porrò quotidiè in tentatis & victis à dæmone cor tabeſcit,vigorem gratiæ amittendo.Manuſq; diſ-
ſoluuntur ab opere bono,& ſpiritus infirmatur in reſiſtendo peccatis,ſuccumbendoq; eis. quocon
trà ſcriptum eſt ſecundi Paralipom.15.Confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ. erit enim
merces operi veſtro.[Gladius exacutus eſt,vt cædat victimas: limatus eſt,vt ſplendeat.] Gladius et-
enim Antichriſti acutiſſimus erit,vt homines corporaliter ſpiritaliterq; occídat vt pecora.Erit quo-
què limatus,vt ſplendendo perterreat Chriſtianos.Ità & gladius diabolicæ tentationis acutus ac li-
mitus conſiſtit,intantùm vt intima animę penetret,ac deuotos conterreat.[Qui moues ſceptrum fi-
lij mei] i.tu Antichriſte,qui regnũ Chriſti filij Dei demolieris in mundo. Quod & diabolus iugiter
aliqualiter deſtruit, quoſdam à Chriſti ſeruitute auertens. [ſuccidiſti omne lignum,] i. omnes pe-
nè Chriſtianos,vel quoſdam de omni genere Chriſtianorum,extirpabis & vinces. Diabolus quoq;
id ſpiritaliter efficit quotidiè, innumerabileſq; ſupplantat, præcipuè ligna arida, quæ fructum non
ferunt.[Hic] gladius [factus eſt in populo meo] Chriſtiano, in cunctis ducibus Iſrael, i. in prælatis
principibuſq; Eccleſiæ, qui (proh dolor) nunc grauiùs vulnerantur gladio diabolorum, quàm alij,
ità vt à maioribus & his qui alios regere habent, egrediatur iniquitas. Hinc ſub perſona prophetæ
omnis electus & pius flere iubetur, compati,& orare.[Tu ergò fili hominis, propheta vt duplicetur
gladius ac triplicetur.] i.ad inſinuandum quòd gladius Antichriſti ſummè augebitur, deſæuiet, at-
que innumeros perimet. Quod certum eſt, omni hora de diaboli gladio verificari,præſertim nunc
charitate refrigeſcente, impietateque abundante. Propter quod in Daniele legitur: Veniet tempus Dani. 11.
quale non fuit, ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud. In Matthæo quoquè ait ſalua- Matth. 24.
tor: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio vſque modò, neque fiet. Ideò ſubditur:
[Hic eſt gladius occiſionis magnæ,] per antonomaſiã. [qui obſtupeſcere eos faciet,] ſicut & Iſaias
loquitur de quibuſdam:Dolores & torſiones obtinebunt. [In omnibus portis] i. ſenſibus [eorum Iſaiæ 13.
dedi conturbationem.Vade] ô gladie Antichriſti & impugnatio diaboli,[ad dexteram ſiue ad ſini-
ſtram.] Chriſtus enĩ permittet oẽs nũc à dæmonibus impugnari, tunc quoq; vniuerſos ſinet ab An-
tichriſto vaſtari.[Fili hoĩs,pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis &c. Stetit enim rex
Babylonis in biuio,in capite viarum duarum.] Sicut præcedenti articulo iſta expoſita ſunt de Na-
buchodonoſor rege Babylonio & regno Iudæ,ac filijs Ammon: ſic ſpiritaliter intelliguntur de An-
tichriſto atq; diabolo,quorum vterq; eſt rex Babylonis, i. princeps confuſionis inordinationiſque
vitiorum, & de populo Chriſtiano, cui ac alijs gentibus ſæpiùs præualet. ſtat ergò diabolus ſemper
in capite omnis viæ, conſiderans quos primò impugnet.Magiſq; cupit ad partem dexteram decli-
nare,hoc eſt,Chriſtianos & bonos tentare,quos ſi viderit confidentes, recordatur iniquitatis eorũ,
ſicq; fidutialiùs eos aggreditur,ac diuerſis machinamentis ſuperare molítur, immò & ꝓualet,dũ illi
priorũ iniquitatũ ſuarũ recordanẽ ad perſeuerandũ in eis.Similiter faciet Antichriſtus.[Tu aũt pro-
pha-

phane impie dux Iſrael,aufer cidarim, tolle coronam.]Iſtud ad quemlibet ſecularem principẽ Chri-
ſtianum,& contra omnem epiſcopum ac prælatum carnalem,mundanum ſeu negligentem, loqui-
tur Deus,ꝙ diuina vltione tangetur,& cõceſſam ſibi poteſtatem amittet:quo deniq; maior atq; po-
Apoc.18. tentior fuit,eo grauiora ſupplicia in æternum ſuſtinebit.Etem̃ quantùm glorificauerit ſe,& in deli-
cijs fuerit,tantum dabitur ei de luctu atq; tormento inferni. [Et hoc non factum eſt, donec veniret
cuius eſt iudicium.] i.iſtud perfectè non fiet ante ſecundũ Chriſti aduentũ, cuius eſt iudicare viuos
& mortuos. Interìm quippe non in toto deficiet regia ſacerdotaliſq́; militantis Eccleſiæ poteſtas ac
dignitas.Sed nec plenaria retributio erit, niſi poſt reſurrectionem communem ac vniuerſale iudi-
cium.[Hæc dicit Dñs Deus ad filios Ammon:] i. gentiles. [Mucro] diaboli & Antichriſti,[euagina
te ad occidendum.] Tales nanq; ſpiritaliter modò à dæmone occiduntur,tuncq́; ab Antichriſto fal
lentur.Poſtremò cùm dæmon & Antichriſtus omnem ſuam perſecutionẽ ac prauitatem impleue-
rint,tunc & ipſi in locum ſuum,videlicet in infernum,æternaliter proijcientur.Idcircò de quolibet
eorum ſubiungitur:[Reuertere in vaginam tuam,] putà in gehennam.[in locum in quo creatus es,]
quaſi venturus ad eum,non quaſi ibidèm primò eſſe ſortitus:[In terra natiuitatis tuæ,] quantùm ad
eſſe culpæ,ſeu fixionis & continuationis in ea. [iudicabo te] per reprobationem in die iudicij. [&
effundam ſuper te indignationem meã,] ſ.pœnam æternã.[& dabo te in manus hoĩm inſipientiũ.] i.
ſimul cum illis & inter manus illorũ peribis.[Igni] infernali [cibus eris,] non tñ conſuméris.[ob-
liuioni tradéris] à Deo,quoniam nunq̃ à ſupplicijs eruéris. Cætera patent ex præcedenti articulo.

¶Expoſitio cap.22.Et factus eſt ſermo Domini. Articulus 28.

HOc iam declarando capitulo deſcribũtur grauiſſima ſcelera populi Iudæ, ſub nomine Hieru-
ſalem,vt om̃ibus pateat,q̃ iuſto Dei iudicio fuerint vrbs Hieruſalem & populus Iudæorũ ma-
nibus traditi Chaldæorum. [Et factus eſt ſermo Dñi ad me, dicẽs: Et tu fili hominis, non iudicas] i.
immò iudicare & repræhendere debes ex tuo officio,cùm datus ſis ſpeculator domûs Iſrael.[ciuita-
* oſtendis tẽ ſanguinũ] i.Hieruſalẽ.[& *oſtende ei oẽs abominationes ſuas,] i.abominabilia vitia.[& dices:Hęc
* oſtendes dicit Dñs Deus,ciuitas effundens ſanguinẽ] innocentũ[in medio ſuî tu es.]Dicitur aũt ciuitas egiſ-
ſe quod habitatores eius fecerunt,quorũ aliqui crudeliſſimi exiſtentes, multos innocentes in Hie-
ruſalem occiderunt,præſertim Manaſſes.[vt veniat tempus eius:] i.dies ſuæ deſtructionis:vt, tene-
tur hîc concomitanter,nõ directè cauſaliter.Non em̃ ideò peccauerunt vt punirent̃, ſed peccata eo-
rum debita ſequuta eſt pœna.[& q̃ fecit idola cõtra ſemetipſam,] i.contra ꝓpriam ſalutẽ. [vt pollu-
eretur] vitijs idololatriæ. Tenetur aũt & hîc,vt,concomitanter. [appropinquare feciſti dies tuos.] i.
tempus tuæ punitionis diù ꝑnunciatum atq; dilatũ, propter enormitatẽ impietatũ tuarũ feciſti iam
proximum eſſe.[& adduxiſti tempus annorũ tuorũ,] in q̄bus debitè puniéris.[Propterea dedi te op
probrium gẽtibus,& irriſionẽ vniuerſis terris q̃ iuxtà ſunt,& q̃ procùl à te,] i.tantam tibi per Chal-
dæos calamitatem induxi,ꝙ omnibus tuam cladẽ noſcẽtibus,facta es materia exprobrationis ac de-
riſionis,quẽadmodùm in Ieremia ꝓpheta copioſè deſcribitur. [triumphabunt de te] aduerſarij tui
[ſordida] peccatis,[nobilis] origine ac habitatoribus,tanq̃ metropolis regum atq; pontificum ciui-
Marc. 15. tas. Vel nobilis in malis,quę olim in bono om̃ibus vrbibus eras nobilior,ſicut in Euangelio Barra-
bas nũcupatur vinctus inſignis.[grãdis interitu.] Quoniam multi corruerũt,& corruẽt in te,& quo
eras maior honore & gloria, ità & grandior miſerijs & ruina. [Eccè principes Iſrael, ſinguli in bra-
chio ſuo fuerũt in te ad effundendum ſanguinẽ innocentẽ.] Loquitur aũt de iniuſtis iudicibus atq;
principibus,qui non virtute iuſtitiæ,ſed proprio robore præfuerunt.De quibus ſcriptum eſt Iſaię 1.
Principes tui inobedientes,ſocij furum.[Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te] maledicẽ-
Exod.21. do eis,vel alio modo,quod eſt contra legem diuinam ac naturalem, cùm Moſes dicat: Qui maledi-
Leuit.20. xerit patri vel matri,morte moriatur.Eccleſiaſtici quoq; 3.legitur:Quàm malę famę eſt qui derelin-
Eccĺ 3. quit patrem, & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem. [Aduenam calumniati ſunt in medio
tuî,] cùm ei ſufficere poſſit pro anguſtia peregrinatio atq; exilium à patria ſua. [pupillum & viduam
contriſtauerunt apud te.] quanto perſonæ iſtæ magìs deſtitutę ſunt humano ſolatio,eo iniquius eſt
eas opprimere.Propter quod Deuteronomij 10.ſcriptum eſt: Deus facit iudicium pupillo & viduæ,
amatq́; peregrinum. Vndè ſecundùm Hieronymum,omne præſidium iſtorum eſt in legum iuſtitia.
[ſanctuaria mea ſpreuiſtis,] in ſacris templi locis idololatrias exercẽdo. [Et ſabbata mea polluiſtis,]
opera ſeruilia & iniqua facientes in eis. [Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſangui-
nem,] qui alijs detrahebant,eoſq́; mendaciter vel doloſè accuſabant vt occiderentur,quod fuit gra
uiſſimum ſcelus. Cùm enim detractio ſit in ſe graue ac mortale peccatum, & grauius furto, tanto fit
grauior,quanto ad deteriorem finẽ ordinatur.[ſuper montes comederunt in te,] i. in locis ſublimi-
bus vbì idololatrias exercebant. [ſcelus operati ſunt in te.] fortè per ſcelus deſignatur vitiũ contra
Iſaiæ 2. naturã,cùm & Iſaias teſtetur,pueris alienis adhæſerunt.[verecundiora patris diſcooperuerũt in te,]
nouercas ſuas cognoſcẽdo.[immunditiã menſtruatæ humiliauerunt in te,] fœminas fluxum ſemi-
nis

nis patientes accedendo.[vnuſquiſq; in vxorem proximi ſui operatus eſt abominationẽ,] i. adulte-
rium quod charitati proximi vehementer repugnat. Vndè & Ieremias: Vnuſquiſq;, inquit, ad vxorẽ Iere. 5.
proximi ſibi hinniebat. Veruntamen diſtributio iſta cum reſtrictione intelligenda eſt, vt ſit accom-
moda,non abſoluta,ad inſinuandum multitudinem adulterorum Hieruſalem.[Et ſocer nurũ ſuam
polluit nefariè, frater ſororem ſuam filiã patris ſui oppreſſit in te.] Eccè peccata inceſtûs ꝑgrandis.
[Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem,] pro pecunia aliquem occidentes,& oc-
cídi procurantes. Quod eſt ſuperenorme,multoq́; grauius,quàm ſi fieret ex impetu paſſionis. [Vſu-
ram & ſuperabundantiam accepiſti] ô Hieruſalem. quid aũt ſit, vſuram ſuperabundantiamq́; acci-
pere,& quæ ſit inter hæc duo diſtinctio,dictũ eſt in expoſitione cap.18. [& auarè proximos tuos ca- Ezech. 18.
lumniabaris,] extorquendo per vias iniurioſas pecuniam,aut aliquid tale.[Meiq́; oblíta es,] nõ con-
ſiderando præcepta mea,neq; iudicium quo te iudicabo,nec præſentiam meam ac omniſcientiam,
qua vniuerſa intueor. Hæc aũt obliuio, omnis peccati eſt mater: ſicut econuerſò memoria Dei, ad
omnium operationem virtutum inducit, [ait Dñs Deus: Eccè comploſi manus meas] i. poteſtatem
meam terribiliter ordinaui ad vltionem, [ſuper auaritiam tuam, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt
in medio tuî.] i.ad puniendum tuam cupiditatem & crudelitatẽ. Loquitur aũt Deus per modum ho
minis iraſcentis & vltionem minantis,quemadmodùm in Nume.lib. legitur Balach comploſis ma- Nume. 22.
nibus locutus ad Balaam. Propterea non videtur congruè dictum, ꝙ quidam aſſerit, iſtud dici per
modum hominis dolore affecti.[Nunquìd ſuſtinebit cor tuum] pœnam tibi infligendam?[aut pre-
ualebunt manus tuæ] contra me vel Chaldęos. [in diebus quos ego faciam tibi?] i. in quibus te pu-
niam. quaſi dicat,deficies & ſuccumbes.[Ego em̃ Dñs locutus ſum,] hæc eſſe futura. [& faciã] quod
prædixi. tanq̃ diceret:Non tantùm minaciter, ſed aſſertoriè dico hæc, propter quod certiſſimè im-
plebuntur,ità ꝙ pertinent ad prophetiam ꝑdeſtinationis,non comminationis duntaxàt. [Et diſper-
gam te in nationes,] i.inter Chaldęos.[& ventilabo te] auferendo te de propria terra [in terras] gẽ-
tilium,[& deficere faciam immunditiã tuam à te.] i.omnia iſta pœnalia ad tuã emendationẽ diſpo-
no & ordino,atq; per hæc aduerſa,ab idololatria tua,cæteriſq́; peccatis purgaberis,vexatione intel-
lectum donante,quod in quibuſdam fuit impletum. Ex quo patet, ꝙ pœnę vitę pręſentis ſunt me-
dicinales,& quod ex rigore iuſtitię videtur procedere, ex paterna pietate potiùs frequenter proce-
dit. Semperq́; actui æquitatis opus miſericordiæ commiſcetur.[Et poſſidebo te in conſpectu genti-
um,] per gratiam ſpecialem immunditia tua ablata, ità ꝙ eris populus meus atq; hęreditas mea, iu-
xta illud Iſaiæ 19. Hęreditas mea Iſrael. Hoc fuit partìm impletum in Babylone. Pleniùs aũt in Iudęa
poſt reditum de Babylonica captiuitate.[Et factum eſt verbũ Dñi ad me, dicens: Fili hominis, verſa
eſt mihi domus Iſrael in ſcoriam.] i. vitiorum immunditijs à ſeipſa repleta eſt, quam ego in magno
decore creaui aut ſtatui, ſaltem quantùm ad dona naturę & gratię gratìs datę. Nomine enim ſcoriæ
deſignantur ſordes & purgamenta metallorum. Vndè & Iſaiæ 1. Dñs ait: Argentum tuum verſum eſt
in ſcoriam.[Omnes iſti] Hieroſolymitę,qui nunc domus Iſrael appellantur,[æs,& ſtannum,& fer-
rum,& plumbum in medio fornacis,] i. ſimiles facti ſunt iſtis metallis. Nam ſicut metalla hæc igni
traduntur,vt aliam formam recipiant,vel purgentur, ità & iſti igni tribulationis in Hieruſalem dati
ſunt,ſcilicet gladio,fami & peſtilentiæ. Veruntamen in medio talis fornacis ſeu tribulationis, [ſco-
ria argenti facti ſunt:] quoniam emendati non ſunt plures ex eis,ſed deteriorati. [Propterea hæc di-
cit Dominus: Eô ꝙ verſi eſtis omnes] i. quidam de omni genere veſtrûm, vel penè omnes [in ſcori-
am,] i. vitioſi ac ſordidi facti. [propterea eccè ego congregabo vos in medio Hieruſalem cõgrega-
tione argenti,& æris,& ferri,& ſtanni,& plumbi,in medio fornacis:] i. ſicut iſta metalla ſimul ponũ-
tur in igne,ità tradam vos pariter infra muros Hieruſalem,quaſi infra fornacem manibus Chaldęo-
rum. [& ſuccendam in ea ignem ad conflandũ,] i.pœnam grauiſſimam, q̃ nomine ignis ſignatur,vo
bis ibidèm infligam ad occidendũ q̃ plurimos. Sed & ciuitas ipſa cõbuſta fuit. [& requieſcã] ab ira
mea. Loquitur em̃ Deus more itemq́; affectu humano,cuius eſt, vltione ad libitũ facta, ab iræ com-
motione quieſcere. Quòd aũt iſte ſit ſenſus huius particulæ, patet ex ſubditis: [Et conflabo vos, &
congregabo vos,& ſuccendã vos in igne furoris mei,&.conflabimini in medio eius,vt conflatur ar-
gentum in medio fornacis.] Itaq; loquitur de populo iſto ſub metaphora horum metallorum. [Et
factum eſt verbum Domini ad me,dicens: Fili hominis,dic ei:] i. ciuitati Hieruſalem. [Tu es terra im-
munda,] i. ſimilis terræ,quæ pro fructibus ſpinas & tribulos germinat. [& non compluta in die fu-
roris.] i. diuinæ vltionis,i. rore cæleſtis gratiæ non perfuſa. hoc dicitur,quoniam habitatores Hieru-
ſalem infructuoſi erant ac vitioſi.[Coniuratio ꝓphetarum in medio eius.] fuerunt em̃ in vrbe hac
falſi prophetæ,aduerſùs ſanctos prophetas & iuſtos aliquandò coniurantes, ſicut & cõtra Ieremiam
dixerunt: Iudiciũ mortis eſt viro huic. [ſicut leo rugiens capienſq́; prædam, animas deuorârunt.] i. Iere. 26.
innocentes occiderunt vel deceperunt.[opes & precium acceperunt.] i.facultates eorũ & falſorum
vaticiniorum præmium ſibi vendicârũt. [Viduas eius multiplicauerũt,] maritos eorum occidendo
con-

consilio vel auxilio.] ſacerdotes eius contempſerunt legem meam,] diuina præcepta ſine formidi-
ne tranſgrediendo. [polluerunt ſanctuaria mea] in locis templi vitijs inſiſtendo, idolaq́; colendo.
[Inter ſanctũ & prophanum nō habuerunt diſtantiã,] i.inter ſacrificia licita & illicita. [& inter pol-
lutum & mundũ nō intellexerũt,] i.inter virtutes & vitia nō diſcreuerunt. [& à ſabbatis meis auer-
terunt oculos ſuos,] ea nō conſiderando mentaliter, nec celebrando fideliter. Hinc in Ieremia ha-
Iere. 2. betur: Sacerdotes non dixerunt, vbì eſt dñs? coinquinabar in medio eorum,] i.inhonorabar ab eis.
Et quantùm in ipſis fuit, oſtenderunt me eſſe impurum, cui tam turpiter ſeruiêrunt. Quocontrà in
Leuit. 21. Leuitico ait ſcriptura: Sacerdotes ſancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius. Et iterùm dñs
Leuit. 10. dixit ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui, quandò intrabitis in
tabernaculum teſtimonij, nè moriamini, & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & pro-
phanum, inter pollutum & mundum. [Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prędam ad
effundendum ſanguinem, & ad perdendas animas] malo exemplo, [& auarè ſectanda lucra.] in
quo patet eorum crudelitas, irreligioſitas atq; cupiditas. [Prophetæ autem eius] i. pſeudo Hieruſa-
lem [liniebant eos abſq; temperamento,] i.confirmabant eos in errore, perſuaſionibus non ſolidis,
ſed vanis, palliatis ac friuolis. [videntes vana,] i.intuentes falſa atq; phantaſtica, dæmonumq́; illuſi-
onibus præſentata. [& diuinantes eis mendacia, dicentes: Hæc dicit dñs Deus, cùm dñs non ſit lo-
quutus.] finxerunt enim ſe habere reuelationes diuinas. [Populi terræ] i.vulgares Iudæi [calumnia-
bantur] quos poterant [calumnia] i.iniurioſè, [& rapiebant violenter] impotentium bona. [Ege-
num & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia, abſq; iudicio.] i.iniurioſè, irrati-
onaliter contra iuris proceſſum. Populus ergò ſuperiorum ſuorum ſequutus eſt vitia. [Et quæſiui de
eis] i.de vniuerſis prædictis Iudæis, [virum qui interponeret ſepem] i. medium diuinæ vltionis im-
peditiuum, videlicet orationem idoneam, [& ſtaret oppoſitus contra me] i. comminationi ſeu iræ
meæ reſiſtere niteretur, eius impediendo effectum. [pro terra, nè diſſiparem eam,] i. pro defenſione
populi terræ Iudææ atq; Hieruſalem, nè eos vaſtarem. Ex quo innoteſcit, quãta ſit miſericordia Dei
omnipotentis ac adorandi, qui inter tot ſcelera mediatorem quæſiuit, & placari dignatus fuiſſet. [&
non inueni] virum huiuſmodi ſatìs idoneum. Si autem quis inſtet, ꝙ in Hieruſalem fuerat Iere mi-
2. Mach. 15. as fratrum amator, qui multùm orauit pro populo, & Baruch eius notarius, ac alij quidã iuſti, in quo-
rum frontibus ſcribebat Thau, eô ꝙ populi mala gemendo defleret: ergò dñs inuenit ibì nō vnum
duntaxàt orantem pro terra, ſed multos. Inſupèr quomodò dñs ait nunc quæſiſſe ſe mediatorẽ, cùm
Iere. 7. 11. Ieremiam ab oratione prohibuerit, dicens: Non aſſumas laudem & orationem pro eis, quia non ex-
& 14. audiam te. Immò appáret, ꝙ nec multos ſanctiſſimos exaudîſſet, cùm Ieremiæ proteſtetur: Si ſtete-
Iere. 15. rint Moſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Suprà quoq; locutus eſt De-
Ezec. 14. us, ꝙ Iob, Noe, & Daniel, nec filium nec filiam liberarent tempore vaſtitatis. Ad primum iſtorũ qui-
dam reſpondent, ꝙ cùm dicitur, Quæſiui virum: ſenſus eſt, Quæſiui viros iuſtos in numero ſuffici-
enti, vt propter illos parcerem populo, ſicut in Geneſi dixit ſe parcere velle ciuitati Sodomorum, ſi
inuenerit in ea decem iuſtos. Iuxta hoc inſupèr dici poſſit, ꝙ Ieremiam ab oratione prohibuit, quo-
niam vidit ꝙ ipſe ſolus vel cum his qui tunc ſecum erant orantes, non ſufficerent ad impediendum
populi huius interitum. Sed tunc obiectio illa de Moſe & Samuele, fortis videtur. Ad quod etiam
dici poſſit, quòd tales oratores, vt Moſes & Samuel, potuiſſent multiplicari, ꝙ pro Hieruſalẽ & Iu-
dęa exauditi fuiſſent. [Et effudi ſuper eos indignationem meam, in igne iræ meæ] i. zelo iuſtitiæ
[conſumpſi eos] fame, gladio, peſte & captiuitate, aliqui tamen manſerunt reſidui. [Viam eorum] id
eſt, pœnam pro culpa ipſorum, [in caput eorum reddidi,] vnumquenq; pro ſuo peccato affligens,
immò & ſuperiores ac deceptores pro omnium iniquitatibus puniens. ¶Præterea iuxta intelli-
gentiam ſpiritalem, ſicut Ezechieli Dominus iuſſit ciuitatem Hieruſalem iudicare, increpare, eiuſq́;
peccata ei diſtinctè ad memoriam reuocare: ità & vnicuiq; prælato, paſtori, doctori, ſeu prædicato-
ri, præcepit Deus Eccleſiam eorum, qui ſibi commiſſi ſunt, prudenter iudicare, ſtrenuè increpare, &
eius exceſſus eidem proponere, vt diuinum expaueſcant iudicium, ſeque emendent. Ideò nanque
1. Tim. 3. ad Timotheum iubet Apoſtolus: Argue, obſecra, increpa, in omni patiẽtia. Porrò qualiter impie-
tates in iſto capitulo de ſynagoga deſcriptæ, in Eccleſia inueniantur, non oportet ſeriatìm dedu-
cere, cùm viſui pateat. An non in Eccleſia reperiantur, qui corporaliter ſanguinem fundunt innoxi-
um, vel etiam noxium, ſed non ſecundùm iuris proceſſum? Alij verò ſpiritaliter necant, qui ſcan-
dalizando, conſulendo, minando, aut alio modo aliquos ad peccandum mortaliter pertrahunt.
Alij parentibus ſeu ſpiritalibus patribus vel matribus contumeliam inferunt. Alij aduenas, pupil-
los, viduas, inopes, deſolatoſque facili occaſione contriſtant, opprimunt, ſpoliant, vel affligunt. His
igitur atque ſimilibus ſceleratiſſimis hominibus, qui ferrea habent viſcera, Deus terribiliter com-
minatur, & comploſis manibus ſe ipſis obijciet, faciens eis iudicium ſine miſericordia, qui non fece-
runt miſericordiã. Deniq; ſicut conflantur in fornace ardente metalla, ità & ipſi in medio infernali-
um

um ignium conflabuntur. Sacerdotes eius contempſerunt legem meã &c.] iſtud conqueritur Chri
ſtus contra ſacerdotes Eccleſiæ negligentes, & ineruditos à ſpiritu ſancto, & potiſſimè contra eos,
qui vitam ducunt carnalem, qui vitijs gulæ atq; libidinis obtenebrati, depreſſi, ſubmerſi, legem Dei
ſui contemnunt, Eccleſiam violant, in templo ſcurrilia proferunt, libidinoſè circunſpiciunt, qui in-
ter prophanum & ſanctum non habent diſtantiam, qui corpus & ſanguinem Chriſti irreuerenter
tractant, indignè accipiunt, Chriſti corpus non dijudicantes: ideoq́; iudicium ſibi manducantes ac
bibentes, & reos ſe corporis ac ſanguinis Domini efficientes. Iſti deincèps inter pollutum & mundũ
non intelligunt, precioſum à vili non ſeparant, inter lepram & non leprã diſcernere nequeunt, cùm
& ipſi pleni ſint vitijs, nec attendunt: à ſabbatis demùm feſtiſq́; diebus oculos ſuos auertunt, & mo-
re vulgi carnalitatibus vanitatibuſq́; indulgent. Propterea coinquinatur Chriſtus in medio eorum,
quia & ipſi Dominum ſaluatorem maximè inhonorãt, ac ſuis exemplis prauiſſimis totum populum
(quantùm in ipſis eſt) ad diuinæ legis tranſgreſſionem, & Chriſti inhonorationem inducunt: cùm
tamen ipſi econtrariò interponere deberent ſepem, & ſtare inter Deum & gregem ſuum oppoſiti,
quod quia non faciũt, rei ſunt culpæ ac pœnæ ſubditorum. Prælatus quippe & paſtor inceſſabili-
bus precibus & actibus virtuoſis iugiter debet conari, nè ira Dei ſuper gregem ſibi creditum irruat,
nè damnetur, nè Deum offendat. [Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes prædam &c.]
Iſtud ſaluator conqueritur contra principes ſeculares, potentes, ac diuites ſeculi, qui crudelitate &
auaritia pleni, omni timore Dei poſtpoſito, inferiores anguſtant, contriſtant, vel ſpoliant.

¶*Expoſitio cap. 23. Et factus eſt ſermo Domini.* *Articulus* 29.

DEniq; ſermo diuinus præſenti capitulo totius Iſraeliticæ plebis, ſeu duodecim tribuum pec-
cata deſcribit ſub ſimilitudine perſonarum duarum incontinentiſſimarum ſororum. [Et fa-
ctus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, duæ mulieres] i.duorum regnorum gentes. [filiæ
matris vnius,] quia ex eadem ſtirpe exortæ, de Abraham & Sara per Iſaac & Iacob [fuerunt, & for-
nicatæ ſunt] i.idola coluerunt [in Aegypto.] quanuìs enim duodecim tribus tunc nōdùm fuiſſent
in duo regna diuiſæ, tamen regna iſta materialiter & originaliter ibì fuerunt. [in adoleſcentia ſua]
id eſt, tempore habitationis earum in Aegypto. [fornicatæ ſunt] per idololatriam, mentem ſuam
auertentes à Deo ſponſo ſuperno, eamq́; conuertentes ad vana ac idola. [Ibì ſubacta ſunt] i. ceci-
derunt [vbera earum, & fractæ ſunt mammæ pubertatis earum.] proſequitur autem propheta para-
bolam, deſignans idololatriæ actum per carnalem concubitum, in quo primo, putà in defloratione
iuuencularum, vbera frangi dicuntur, quoniam mollificantur: nunc verò de ſpiritalibus intendit
vberibus. [Nomina autem earum, Oolla maior, & Ooliba ſoror eius minor.] i.maior vocata eſt Ool-
la, & minor Ooliba. [Et habui eas] iure creationis, [& pepererunt filios & filias] in Aegypto, in de-
ſerto, & in terra promiſſionis. Conſequenter declarat, quid per mulieres has exprimatur. [Porrò ea-
rum nomina, Samaria Oolla,] i. per ſororem maiorem ac ſeniorem, putà Oollam, ſignificatur Sa-
maria, ſeu decem tribus, quarum Samaria fuit metropolis. [& Hieruſalem] appellatur [Ooliba] i.re-
gnum Iudę. Dicitur autem Samaria ſoror maior, propter pluralitatem plebis ac tribuum, & quoni-
am primus dux populi Iſrael, fuit Ioſue de tribu Ephraim, pertinẽte ad decem tribus. Regnum verò Ioſuæ 1.
Iudę, dicitur ſoror minor, quia duntaxàt duas habuit tribus. Rectè quoq; Samaria nuncupatur Ool-
la, quod interpretatur tabernaculum, quia in eo fuit tabernaculum idolorum, non Dei. Nam primus
rex decem tribuum, poſt ſuam promotionem mox populum ſuum traxit ad idololatriam, ſeu aure-
orum vitulorum adorationem. Hieruſalem verò vocatur Ooliba, quod interpretatur tabernaculũ
meum, quia in ea cultus Dei permanſit. [fornicata eſt ergò Oolla,] i.decem tribus [ſuper me,] i.vl-
tra me qui fui vir eius, cum idolis ſe miſcendo. [& inſaniuit] i. mente inſana ferebatur [in amatores
ſuos, in Aſſyrios propinquantes ei,] quantùm ad ſitum localem. [veſtitos hyacintho principes &
magiſtratus, iuuenes cupidinis,] i.concupiſcentiæ & libidinis ꝓuocatiuos. [vniuerſos equites.] In-
ſanitio iſta in Aſſyrios eſt, ꝙ idololatriam Aſſyriorum ſequutæ ſunt decem tribus, & contra diuinũ
præceptum ab Aſſyrijs poſtulârunt auxilium, vt legitur 4. Reg. 17. [Inſupèr fornicationes ſuas quas
habuerat in Aegypto, non reliquit,] perſeuerans in Aegyptia idolorum cultura. [Nam & illi] putà
Aegyptij [dormiêrunt cum ea in adoleſcentia ſua,] i. in idololatria cum ea permixti ſunt. [& con-
fregerunt vbera pubertatis eius.] i.mentem eius ſpiritaliter deuirginauerunt, auertentes illã à ſpon
ſo æterno. [Propterea tradidi eam in manus amatorum ſuorum,] videlicet [in manus filiorum Aſ-
ſur,] i.Aſſyriorum quos ipſa amauit, & ab eis petiuit auxilium. [Ipſi diſcooperuerunt ignominiam
eius,] i.irreuerenter eam tractabant. [filios & filias illius tulerunt] in captiuitatem. [& ipſam occide-
runt gladio.] Iſtud impletum eſt, quandò decem tribus datæ ſunt ſucceſſiuè in manus Phul & Te-
glatſalaſar atq; Salmanaſar regum Aſſyriorum, qui multos de eis occiderunt, & alios in terra ſua ca-
ptiuos duxerunt. [Et factæ famoſæ mulieres] Oolla, & Ooliba, i.vbiq; diuulgatæ ac nominatæ, non
propter virtutes & proſpera, ſed ob magnitudinem cladis ac vaſtitatis. [& iudicia] i.vindictas & pœ-

nas,ſecundùm quod iudicio eorũ viſum eſt.[perpetrauerunt in ea.] i.in Samaria ipſi Aſſyrij.[Quod
cùm vidiſſet ſoror eius Ooliba,] i.Hieruſalem regnumq́; Iudę,ſ.deiectionem decem tribuum pro-
pter auerſionem earum à Deo,non ſe illarum exemplo correxit,immò [plùs quàm illa inſaniuit li-
bidine,] i.affectu idololatriæ.[& fornicationem ſuam] ſpiritalem, videlicet idololatriam, [ſuper] i.
vltrà [fornicationem ſororis ſuæ ad filios Aſſyriorum præbuit impudenter,] per inuerecundã ido-
4.Reg.16. lolatriæ imitationem. Vndè & 4.Reg. legitur Achaz ad regem Aſſyriorum munera nunciosq́; mi-
ſiſſe,& amicitiam eius atq; ſuccurſum quæſiſſe.[Ducibus & magiſtratibus ad ſe venientibus] in au-
xilium ex parte regis Aſſyriorum, [indutis veſte varia, equitibus & adoleſcentibus forma cunctis
egregia.] i.prædecoris,quorum idololatriæ communicauit. [Et vidi ꝙ polluta eſſet via vna amba-
rum.] i.ꝙ vtriuſq; regni huius idololatria, eſſet vna ac fœda. [Cumq́; vidiſſet] Ooliba ſeu populus
Iudæ [viros depictos in pariete,imagines Chaldæorum expreſſas coloribus,& accinctos balteis re-
nes,& tiaras tinctas in capitibus eorum] pro ſigno nobilitatis. [formas ducum omnium, ſimilitudi-
nem filiorum Babylonis,inſaniuit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum.] eorum amicitiam,
ſubuentionem,idololatriamq́; expoſtulans magìs,quàm cultum & ſpem in Deo. [Et miſit nuncios
ad eos in Chaldęam.] Ioakim quippe & Sedechias reges Iuda,illis annis quibus obediebant regi Ba
bylonis,viciſsìm nuncios miſerunt ad eum in Babylonem, qui & ſuos deſtinauit ad ipſos prò tri-
butis & alijs cauſis.De qbus ſubiungitur: [Cumq́; veniſſent ad eam filij Babylonis ad cubile mam-
marum,] i.idololatriæ loca,[polluerunt eam in ſtupris ſuis,] i.idololatriæ communionibus.[& pol
luta eſt ab eis,& ſaturata eſt anima] i.affectio [eius ab eis.] voluptas enim carnalis citò ſatietatẽ ad-
ducit.[Denudauit quoq; fornicationes ſuas.] i.idololatrias ſuas nõ abſcondit Chaldæis. [Et receſ-
ſit anima mea] i.dilectio ſeu ſignum,atq; affectus dilectionis meæ ab ea, [ſicut à ſorore eius.] Hinc
Iere.15.Dominus perhibet:Non eſt anima mea ad populum iſtum.] Multiplicauit enim fornicatio-
nes ſuas,] i.idololatrias [recordans] i.recordando imitans [dies adoleſcentiæ ſuæ quibus fornica-
ta eſt] per culturam idolorum [in terra Aegypti] antequàm indè educeretur per Moſen. Loquitur
autem Dominus de toto populo iſto,quaſi de vno aliquo,ſed non omnia ad eoſdem referuntur. [Et
inſaniuit libidine ſuper concubitum] i.idololatriæ commixtionem [eorum, quorũ carnes] ſeu ve-
renda [ſunt vt carnes aſinorum,& ſicut fluxus] ſeminis [equorum, fluxus eorum] videlicet Aegy-
ptiorum.Cùm autem equus & aſinus ſint animalia nimiùm luxurioſa,per hoc ꝙ carnes & fluxus ſe-
minis Aegyptiorum his brutis comparatur,innuitur magnitudo ac multitudo idololatriæ Aegypti-
orum.[Et viſitâſti] i.viſitando reiterâſti & continuâſti Ooliba [ſcelus adoleſcentiæ tuæ,] i. idolo-
latrias tuas in Aegypto commiſſas,ità ꝙ inſtàr procaciſſimæ fornicatricis, immunditias adoleſcen-
tiæ nec iam in grauiori ætate reliqueris.[Propterea Ooliba] i.Hieruſalem,] hæc dicit Dñs Deus: Ec-
cè ego ſuſcitabo omnes amatores tuos,] i. Chaldęos, quorum amicitiam idololatriamq́; complexa
es.[de quibus ſatiata eſt anima tua] i.à quorum pacto ſeu fœdere amicitiæ receſſiſti,vt patet in Sede-
chia & populo eius,qui contra initum pactum regi Babylonis ſe oppoſuerunt. [& congregabo eos
aduerſùm te &c.Et venient ſuper te inſtructi curru & rota.Lorica & clypeo & galea armabunt con-
tra te vndiq;. Et dabo corã eis iudiciũ.] i.vim iudicandi te ad libitũ ſuum. [& iudicabũt te iudicijs
ſuis,] i.crudeliter iuxta conſuetudinem ſuã,ſeu propriam legem. [& ponam zelum meum] i. æqui-
tatis rigorem [in te] per diram tuî punitionẽ. [quem exercent in te,] tanq̃ executores diuinæ iuſti-
tiæ.[Naſum tuum & aures tuas præcident,] i.omnem tuum ornatum auferent tibi,ſicut adulteræ in
immunditia deprǣhenſæ naſus abſcinditur. [& qui remanſerunt,] i. fame & peſte non interiêrunt,
[gladio concident] i.à Chaldæis trucidabuntur,quod fuit in multis impletum.Loquitur aũt,cœptũ
ſeruans metaphorę ordinem,de quibuſlibet partibus populi, ſub nomine fœminarum. [Ipſi filios
tuos & filias tuas capient,] ſicut 4.Reg.25. cõſcribitur. [& nouiſſimum tuũ] i. ciuitas Hieruſalem &
templum,q̃ alijs vrbibus Iudęę demolitis,ſteterunt.[deuorabitur igni.] i.comburetur. [Et denuda-
bunt te veſtimentis tuis,] qbus in idolorũ cultu ornata es.[& tollent vaſa gloriæ tuæ,] i. vaſa & vtẽ-
ſilia templi,q̃ ad Dei cultũ fuerant cõſecrata. [& requieſcere faciã ſcelus tuũ de te,] i.ceſſare idolola
triam tuã,te occiſa vel per pœnas correcta. [& fornicationem tuã] i.amicitiam & idololatriam tuam
ceſſare faciam [de terra Aegypti,] ità ꝙ vltrà ad regem Aegypti nõ confugies, nec in ipſo confides.
Ideò ſubdit:[Nec leuabis oculos tuos ad eos,& Aegypti nõ recordaberis ampliùs:] ad confidendũ
in eius auxilio.Quia hæc dicit Dñs Deus:Eccè ego tradã te in manꝰ eorũ quos odîſti,] videlicet Chal
dęorũ,à quorũ amicitia receſſiſti.[& agent tecũ in odio,] i.inuidialiter te tractabunt ſine clementia.
[& tollent oẽs labores tuos,] i. opes ac quælibet precioſa tuis conatibus cõgregata.[& dimittent te
nudã & ignominia plenã,] i. depauperatam,maximeq́; cõfuſam.[ſcelus tuũ & fornicationes tuę fe-
cerunt hęc tibi,] i.ꝓprijs exceſſibus iſta ſupplicia incurriſti [in via ſororis tuæ] i. peccatis & idolo-
latrijs Samariæ [ambulâſti.Et dabo calicẽ eius in manu tua,] i.pœnã eius tibi infligã.[Hęc dicit Dñs:
Calicem ſororis tuæ bibes,ꝓfundũ & latũ,] i.punitionẽ eius extentã, acutã & vehementẽ guſtabis.
Quem-

Quemadmodùm enim à medico quædam amara dantur pocula,vt noxius humor corporum egera-
tur:ſic Deus dat calicem tormentorum meraciſſimum, vt quicquid fellis & amaritudinis eſt vitio-
rum,à peccatoribus auferatur,& priſtinæ eos reſtituat ſanitati.[Et eris] hoſtibus tuis [in deriſum &
ſubſannationem,quæ eſt capaciſſima.] i.maxima ſeu præcipuę miſeriæ contentiua.[Ebrietate] i.ex-
ceſſiua ſuppliciorum deguſtatione.[& dolore repleberis,& potabis vſq; ad fęces,& fragmenta eius
deuorabis.] i.calamitate pœnarum tam exuberanter repleberis, vt repletur corporali ebrietate,qui
præ auiditate totum potum cum fæcibus,quæ in fundo vaſculi ſunt,ebibit,quaſi & ipſum vaſculum
per fruſta vellet cum poculo abſorbere. [& verba tua lacerabis,] i.mentem tuam in te ipſa quodam
prægrandi dolore corrodes,inſtàr fornicariæ quæ præ aduerſitatibus vbera ſua dilaniat. [Quia ob-
líta es meî,& proieciſti me poſt corpus tuum.] i. impudenter me abieciſti, & corpus tuũ ac animam
dæmonibus dedicâſti,iuxta illud Ieremiæ: Verterunt ad me dorſum, & non faciem. Quod omnes Iere. 2. 32.
agunt, qui corpus ſuum faciunt habitaculum dæmonis, & membra ſua exhibent arma iniquitatis
peccato.[Tu quoq; porta ſcelus tuum,] i.digna ſcelerum tuorum ſupplicia. Quod patiẽter ferre de-
bemus,& cum Michea fateri: Iram Dñi portabo, quia peccaui ei. Conſequenter loquitur Deus de Mich. 7.
vtriuſq; regni plebe coniunctìm: [Fili hominis, nunquìd iudicas] i. immò ex tibi iniuncto officio
iudicare,damnabileſq́; deſcribere debes.[Oollam & Oolibam,quia adulteratę ſunt?] i. ſponſo cæ-
leſti relicto,idolis dæmonibuſq́; commixtæ. [& ſanguis in manibus earum.] i. effuſionis ſanguinis
reæ ſunt,iuxta illud Iſaiæ 1.Manus veſtrę plenę ſunt ſanguine. [Inſupèr & filios ſuos quos genue-
runt mihi,] i. cultui meo mancipandos. [obtulerunt eis ad deuorandum,] i. idolis ad comburendũ
eos igne ad idolorum honorem,vt antè expoſitum eſt,[Sed & hoc fecerũt mihi,] i.ad iniuriam me-
am.[polluerunt ſanctuarium meum in die illa,] i. in templo idola ſtatuerunt & coluerunt tempore
Achaz & Manaſſæ,vt ſcribitur 4.Reg.16.[Miſerunt] Oolla atq; Ooliba [ad viros venientes de lon-
gè,ad quos nuncios miſerant.] i.ad gentes alienas remotè diſtantes,quarum idololatriam imitabã-
tur.[Itaq; eccè venerunt,] vt te ritum colendi idola ſua docerent. [quibus te lauiſti, & circunliuiſti 4.Reg.11.
ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.] i. ſicut adultera adueniente amatore, corpus la-
uat,oculos clarificat,veſtimentis ſe polit: ità & tu ad exercẽdos idololatriæ actus te præparâſti.[Se-
diſti in lecto pulcherrimo] i.in loco idololatriæ exercendæ aptiſſimo. [& menſa ornata eſt ante te,]
i.altare pro idolorum cultura.[Thymiama meum,& vnguentum meum,] quorum vſus eſſe nõ de-
bet niſi in meo obſequio.[poſuiſti ſuper eam,] vtendo eis in idolorũ culturis nefarijs. [& vox mul-
titudinis exultantis erat in ea.] i. multi in hac idololatrię menſa cum gaudio conſederunt, deos ſu-
os varijs efferentes prꝗconijs. [Et viris qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant
de deſerto,] i. amatoribus ſuis ad ſe directis, videlicet idolorum miniſtris præcipuis. [poſuerunt]
Oolla & Ooliba [armillas in manibus eorum,& coronas ſpecioſas] videlicet ſerta vel mitras [in ca-
pitibus eorum,] ornando eos,ſecundùm quod ſacerdotes Dei ornari conſueuerunt.[Et dixi ei,quę
attrita eſt in adulterijs,] i.idololatrijs, ſ. Oollæ ſiue Oolibæ.[Nũc fornicabitur in fornicatione ſua]
cum idolis [etiam hæc,& ingreſſi ſunt ad eam] idololatræ. [quaſi ad mulierem meretricem, ſic in-
grediebantur ad Oollam & Oolibam mulieres nefarias.] ex quo liquet, ꝙ Hieruſalem & Samaria
inſtàr meretricum impudenter ac publicè idololatrijs cæteriſq́; ſeruiebant peccatis. [Viri ergò iu-
ſti ſunt] i.Aſſyrij qui deſtruxerunt Samariam, & Chaldęi demolientes Hieruſalem, comparatione
duarum ac decem tribuum Iſrael,iuſti ſunt: qm̃ minùs q̃ illæ peccauerunt,cùm nunq̃ Dei legem re-
ceperint. & quia diuinę iuſtitię executores circa Iudęos fuerunt,ideò ſubditur: [Hi iudicabunt eas
iudicio adulterarum & effundentium ſanguinem.] i. iudicio reprobationis ad mortem,quemadmo
dùm ſecundùm legem adulteri & homicidę iudicabantur ad mortem.[Hæc enim dicit Dñs Deus:
Adduc ad eos] ô propheta tuę vocis hortatu, ac prophetali eloquio adducendas præſigna contra
vtriuſq; populum regni,[multitudines] nationum, [& trade eas] videlicet Hieruſalem & Samariã,
[in tumultum & rapinam,] ità vt perturbentur,ſuiſq́; opibus ſpolientur.[& lapidentur lapidibus po
pulorum] iam præfatorum,[& confodiantur gladijs eorum,] ità vt diuerſi diuerſis intereant neci-
bus. [& auferam ſcelus de terra,] i. idololatriam ac cætera vitia,de Iudęa decemq́; tribuum regio-
ne faciam mox ceſſare,habitatoribus eius indè tranſlatis aut interfectis. [Et diſcent omnes mulie-
res,] i. cæteræ gentes, [nè faciant ſecundùm ſcelus earum.] i.nè ſic rumpant initum fœdus,quem-
admodùm Hieruſalem cum Chaldæis,& Oſee rex Iſrael cum Aſſyrijs, fœdus initum fregit, vt ſcri-
ptum eſt 4.Regum 17.[& dabunt ſcelus veſtrum ſuper vos] ô Oolla atq; Ooliba, i. inexcuſabiles
vos cenſebunt,& punitionem veſtram veſtris imputabunt malitijs.[Et peccata,] i.pœnam pro pec-
catis [idolorum veſtrorum,] i. quæ commiſiſtis cum idolis veſtris, [portabitis & ſcietis] per effe-
ctum iuſtitiæ meæ, & per impletionem verborum meorum. [quia ego Dominus Deus.] ad quem
pertinent vniuerſalis cauſalitas,& prouidentia generalis diſtincta ac plena vniuerſorum: quod ali-
qui nec fide, nec ratione cognoſcere volunt, aut curant: ſed neceſſaria eis experientia eſt pœ-

 nã.

narum,quatenùs in tribulatione murmuris, doctrina Dei innoteſcat eis. Prętereà iuxta myſticã ex-
poſitionem,per Oollam intelligi poſſunt hęretici,vel ſeculares ſeu laici, per Oolibam aũt Eccleſia-
ſtici & religioſi ſeu clerici: quorum oĩm tunc vbera franguntur,dum ſpirituales eorum ſenſus ad er-
rores & vitia detorquentur:vel dum bonitatem ingenij ſui atq; * ſynteresis, in terrenis atq; carnali-
bus deprimunt.Iſti demùm in amatores ſuos inſaniunt,dum maioribus huius ſeculi inordinatè cõ-
placere deſiderant,dum principibus & p̃latis impiè blandiuntur, dum perſonis ſpecioſis & donis na
turæ ornatis,ſenſualiter afficiuntur: inquietaq́; mente circa eas etiam in abſentia occupantur,ità vt
1.Cor.11. animo fixo,ſyncero ac libero intendere nequeant Deo.In quo & religioſi nonnulli viciſsìm incau-
tè ſe habent,non ſatìs penſantes,quemadmodùm angelus ſatanę transfiguret ſe in angelum lucis,ità
vt æſtimet homo eſſe ſpiritalem amorem,qui vel naturalis eſt,vel (quod periculoſius eſt) carnalis.
Itaq; cum iſtiuſmodi perſonis ſpiritaliter fornicantur,dum mentis eorum affectio magìs coniungi-
tur atq; inhęret illis,quàm Deo.Et tamen mentaliter interficiuntur ab eis,dum occaſione eorũ tra-
huntur ad vitia, vel carnaliter inflammãtur.Deniq; religioſi & clerici,itemq́; catholici viciſsìm gra-
uiùs peccant q̃ alij.& vidẽtes viros depictos in pariete,i. filios huius ſeculi tẽporaliter deliciantes ac
proſperantes,inſanit cõcupiſcentia oculorũ ſuorũ in eos,appetẽs huiuſcemodi vanitates, & eos qui
Pſal.14. carnaliter florent,quaſi beatificans in animo ſuo. quocontrà ait ſcriptura de viro electo ac iuſto:Ad
nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus,timentes aũt Dñm glorificat.Porrò de hac tropo-
logia ſcriberẽ plura,ſed iã in p̃habitis articulis ſatìs inducta videñ. Et ex his paucis nunc tactis, per-
facile reor pręſcripta mala culpæ & pœnæ tribuum Iſrael, ad perſonas ac ſtatum Eccleſiæ applicare.

¶*Declaratio cap.24.Et factum eſt verbum Domini.* *Articulus* 30.

ADhuc de culpa & pœna Hieruſalem agit præſenti cap. ſermo diuinus. [Et factum eſt verbum
Dñi ad me in anno nono transmigrationis Ioakim,cuius 5.anno orſus eſt Ezechiel propheta-
re.[in menſe decimo] noni anni,[decima] huius [menſis die.] Suprà ſcripſit propheta, factum eſſe
Ezech.20. verbum Domini ad ſe anno 7.menſe 5.decima menſis. Hæc ergò quæ nunc ſcribitur viſio, poſt bi-
enniũ & quinq; menſes à tempore reuelationis illius facta oſtenditur.[Fili hominis, ſcribe tibi no-
men diei huius,] ſcilicet nomen decimę diei menſis decimi anni noni. [in qua confirmatus eſt] id
eſt,mea virtute roboratus [rex Babylonis aduerſùs Hieruſalem hodiè,]ità ꝙ ciuitatem quã die hoc
cœpit vallare,certiſſimè ſuperabit.[Et dices per prouerbium] i.ſub ſermone metaphorico [ad do-
mum iritatricem] i.Iudęos diuinam iuſtitiam ad vltionem prouocantes.[parabolã] quæ ſtatìm ſub-
iungitur:[& loquéris ad eos;Hæc dicit Dñs Deus:Pone ollam,]ſupplendum eſt,ęneam. Siquidẽ di-
ctio,æneam,non eſt de textu,quantùs in aliquibus ſcripta ſit libris. Quid autem per ollam & cætera
deſignetur,mox in litera ſubditur:[pone inquam,] i. ad ignem applica eã. [& mitte in eam aquam.]
in qua carnes bulliantur. [Pinguiſſimum pecus aſſume, congere fruſta eius in ea,] i. partes pecoris
pinguiſſimi ab inuicèm diuiſas ac ſciſſas,pone in olla,[omnem partem bonam] pecoris, vtpotè [fe-
mur & armum,electa & oſſibus plena.] i.electas pecoris partes benè oſſatas,vt crura.[cõpone quo-
què ſtrues oſſium ſub ea.] i.oſſa pecoris à carnibus ſeparata,pone ſub olla.Vndè Septuaginta tranſ-
tulerunt:Crus & humerum,carnibus ſeparatis ab oſſibus.[& efferbuit coctio eius]i.coctura lebetis,
quæ ardore bulliuit ſeu bulliet.Ponitur enim pręteritum pro futuro,quia de vaſtitate futura ſub Se-
dechia ſit ſermo.[& diſcocta ſunt oſſa illius in medio eius.] i.oſſa ſubtus igni cremata ſunt. Deindè
parabola iſta exponitur: [Proptereà hæc dicit Dominus Deus: Væ ciuitati ſanguinum,]i. Hieruſa-
lem in qua ſanguis iuſtorum effuſus eſt.[Ollæ] i.quæ nunc per ollam exprimitur, vel quia populus
in ea ſe collegit ad reſiſtendum Chaldæis,vel quia Deo diſponente,in ea congregati fuerunt,vt igne
tribulationis * torquerentur in ea,ſicut coquuntur carnes in olla.[Cuius rubigo in ea eſt,]i.malitia
eius permanſit in ea. [& rubigo eius non exiuit de ea.] i. nec per aduerſa correxit ſe, nec igne vltio-
nis mundata eſt à peccatis.[Per partes & per partes ſuas eijce eam.] i. paulatìm conſumatur, alijs fa-
me,alijs peſte,alijs gladio pereuntibus per temporum interualla,ſub longa obſidione.[Non cecidit
ſuper eam ſors] i.Chaldæi nulli parcebant in vrbe Hieruſalem,ſicut in ſortis miſſione fieri ſolet, vt
quidam intereant, alij præſeruentur, ſecundùm quod ſorte contigerit. Et quanuìs aliquibus iuſtis
(Deo ordinante) pepercerint, & quidam euaſerint, tamen reſpectu pereuntium præ paucitate non
computantur.[Sanguis enim eius in medio eius eſt.] i.homicidia ac reliqua facinora in ipſa manſe-
runt,nec per pœnitentiam ſunt deleta.[Super lympidiſſimam petram effudit illum.] i. Hieruſalem
& principes eius apertiſſima homicidia perpetrauerunt,ſicut effuſio ſanguinis omnibus innoteſcit,
cùm ſuper planiſſimum lapidem ſpargitur: non enim imbibitur. [Non effudit illum ſuper terram,
vt poſſit operiri puluere,] i. homicidia non fecit occultè, quemadmodùm ſanguis in terram fuſus,
citò imbibitus occultatur,aut puluere operitur. Peccauit igitur tam apertè, [vt ſuperinducerem in-
dignationem meam & vindictam vlciſcerer.] id eſt, vt euidentem vltionem in ea exercerem, quia
hoc ad eius iniquitatem ſequutum eſt. [Dedi ſanguinem eius ſuper lympidiſſimam petram,
nè

nè operiretur:] i.ſicut ipſa Hieruſalem manifeſtè peccauit, & iuſtos occídit,ità & ego per Chaldæos
tam publicè eam puniui,ꝙ in obliuione non erit,vt pœna correſpondeat culpę. [Proptereà hæc di-
cit Dñs Deus: Væ ciuitati ſanguinũ,] i.Hieruſalem & incolis eius.[cuius ego grandem faciam pyrã,]
i.incenſionem,torrem,ſeu titionem,vel ignem,ſeu combuſtionis materiã.Vndè Act.28.recitat Lu-
cas,ꝙ barbari accenſa pyra refecerunt omnes. [Congere oſſa quæ igne ſuccendam,] i. oſſa pecoris
compone vt incendantur,per quod fortiorum occiſio explicatur. [conſumentur carnes,] i. debili-
ores interficiẽtur.[& coquetur vniuerſa compoſitio,]i.omnes pariter punientur. [& oſſa tabeſcẽt,]
i.principes cadent.[Pone quoq; eam] videlicet ollam. [ſuper prunas vacuam,] carnibus eius con-
ſumptis,[vt incaleſcat & liquefiat æs eius,] i.materia ollæ comburatur,per quod inſinuatur, ꝙ ciui-
tate habitatoribus atq; diuitijs vacuata, ipſa à Babylonijs incenderetur. [& conſletur in medio in-
quinamentum eius,] i.immunditia ciuitatis in ipſa diſpereat, [& conſumatur rubigo eius] per vim
incendij huius.Videtur enim locus ex vitijs habitantium quodammodò contaminari. [Multo labo-
re ſudatum eſt,] i.ſancti prophetæ ac iuſti fortiter laborauerunt purgare Hieruſalem, eam ad pœni-
tentiam exhortando,vt Ieremias & alij.[& non exiuit de ea nimia rubigo eius,] i.exceſſiua & obſti- Iere. 26. & 32.
nata iniquitas eius.[neq; per ignem] aduerſitatis,ità ꝙ nec vexatio dedit eis intellectum. [Immun-
ditia tua] ô Hieruſalem, [execrabilis,]i.iniquitas tua deteſtanda omninò inexcuſabiliſq́; conſiſtit:
[quia mundare te volui,] faciendo pro tua conuerſione,quod in me erat,mittens ad te ſanctos pro-
phetas,quorum admonitionibus & comminationibus volebam te conuertere. [& non es mundata
à ſordibus tuis.] Quærat aliquis,cùm Iſa.46. Dominus dicat, Conſilium meum ſtabit, & omnis vo-
luntas mea fiet: ſi Deus vult quenquã mundare, quomodò non mundatur? Et reſpondendũ ꝙ vo-
luntas Dei,quę in ipſo eſt,quę eſt eius volitio & ipſemet volens,ſemper habet effectum:non autem
voluntas quæ ſignum voluntatis vocatur,ſicut præceptio,prohibitio, conſultio. Iſtud autem gene-
raliter de omnibus impijs accipi debet, ꝙ ſ.omnium,qui exhortationibus bonis & increpationibus
charitatiuis acquieſcere negligunt,immunditia ſit execrabilis. Propter quòd Prouerb.29. habetur:
Viro qui corripientẽ dura ceruice contemnit,repentinus ſuperueniet interitus.Iob quoq; 22. Acq-
eſce Deo,& per hoc habebis fructus optimos. [Sed nec mundaberis priùs, donec quieſcere faciam
indignationem meam in te.] i. quoaduſq; per Chaldęos te iuſtè correxero atq; deſtruxero. Loqui-
tur autem Deus affectu & more viri irati, qui aduerſario ſuo ad libitum punito,quieſcit.Nam iuxta
philoſophica documenta,paſſiones iraſcibilis in paſſionibus concupiſcibilis quietantur. [Ego Dñs
loquutus ſum] hæc eſſe implenda.[Venit] obſidio.[faciam]vltionem.[non tranſibo]diutiùs diffe-
rendo.[Nec parcam,nec placabor] quantùm ad temporalis pœnæ inflictionem. [Iuxta vias tuas] i.
opera vitioſa[& iuxta adinuentiones tuas] i.excogitationes peruerſas,ex quibus procedunt inordi-
natæ affectiones.[iudicaui te] Chaldęis tradendam. Et in hoc quoq; demonſtro clementiam meã,
inſtàr medici,qui putridis non parcit carnibus,vt ſana membra ſaluentur. Non parcit vt parcat,cru-
delis eſt vt miſereatur,nec conſiderat patientis dolorem,ſed vulneris ſanitatem, iuxta euangelicum
documentum,malens vnum membrorum perire,quàm totum corpus interfici. Hæc Hieronymus.
Poſtremò & hoc aduertendum, ꝙ ſicut in exordio Ieremiæ deſcribitur pœna Hieruſalem per ollam Iere. 1.
ſuccenſam,ità & hîc. Deniq; ſicut iam ſuprà ipſa vrbis Hieruſalem obſidio atq; ſuccenſio, nomine
ollæ ſuccenſæ ſignata eſt: ſic eiuſdem impleta iam vaſtitas, per vxoris necem pręnunciatur. [Et fa-
ctum eſt verbum Domini ad me,dicens: Fili hominis, eccè ego tollo à te deſiderabile oculorũ tuo-
rum,] i.coniugem tuam [in plaga] i.per mortem corporalem ſeu peſtem,ex quo innoteſcit, ꝙ Eze-
chiel vxorem ſuam intentè amauit, ſpiritali vtiq; dilectione ampliùs quàm carnali. Quia & Paulus Ephe. 5.
ait:Viri diligere debent vxores ſuas vt corpora ſua,& ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam. Quocircà ſcri
bit Hieronym.Nihil amabilius bona vxore,quæ à Deo homini prouidetur,eiq́; diuina lege coniun-
gitur,& vnum ſecum corpus efficitur. [Et non planges, neq; plorabis, neq; fluent lachrymæ tuæ.]
Per iſta & reliqua quæ ſequuntur,quæ in defunctorum exequijs fieri ſolent, & tamen Ezechieli pro
tempore mortis ſuæ coniugis prohibentur, deſignatur atq; prædicitur aggrauatio doloris Iudęorũ,
qui de nece propinquorũ ſuorum plangere non audebant, nec cætera facere, quæ in mortuorũ fu-
nere peraguñ,timore Chaldęorũ.Interior quippe triſtitia per exteriorẽ planctũ alleuiañ, q̃a inten-
tio cordis ad plura diffunditur,& quod intùs feruebat cõcluſum,erumpendo diſpergiñ,prout Tho-
mas in prima ſecundę pleniùs ſcribit.[Ingemiſces tacens,mortuorum luctũ non facies.] i. ſi dolore
fueris ſuperatus,tacitũ gemitũ habe,nec euidẽter plores,vt fieri ſolet pro mortuis. [Corona tua cir
cunligata ſit tibi,] i.comam q̃ tondetur in luctu,tenebis nec rades, ità ꝙ ad cõpoſitionem capillorũ
more ſolito, cinctorio quodam vtéris, quod eſt contra conſuetudinem flentium. [Et calceamenta
erunt in pedibus tuis,] quod item tunc fuit contra morem lugentium,ſolebant quippe abijcere cal-
ceos: ſicut Dauid Abſalonem fugiẽs, necemq́; Ner deplorans, pedibus nudis inceſſit, vt 2.Reg.15.
habetur.[Nec amictu ora velabis,] cordis mœrorem per * caputij detractionẽ monſtrando.[nec ci- * capitij

bos lugentium comedes. Loquutus ſum ergò ad populum] ſ. Iudęorum, qui mecum fuit in Babylone, [manè] quæ mihi dñs imperauit. [Et mortua eſt vxor mea veſpere] eiuſdem diei. [fecíq; manè] ſequentis diei, [ſicut præcepit mihi dñs] de modo qualiter me haberem. [Et dixit ad me populus: Quarè non indicas nobis, quid iſta ſignificent, quæ tu facis] tam inſolito modo? [Et dixi ad eos, ſermo Domini factus eſt ad me, dicens: Loquere domui Iſrael: Hæc dicit Dominus Deus: Eccè ego polluam ſanctuarium meum,] i. templum Hieruſalem à Chaldæis contaminari & comburi permittam. Templum, inquam, [ſuperbiam imperij veſtri.] i. excellentiam & confidentiam regni Iudæ, quia de templo præſumebant & gloriabantur Iudæi. [deſiderabile oculorum veſtrorum,] i. quod templum rurſum videre optatis. [& ſuper quo pauet anima veſtra,] i. de cuius vaſtatione timetis. [& filij veſtri, & filiæ veſtræ, quos reliquiſtis] in Hieruſalem & Iudæa. [gladio cadent] Chaldæorum. [& facietis ſicut feci:] quia non obſeruabitis, quæ in mortibus amicorum ſeruare conſueuiſtis. [Nã ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis &c.] Iſta ex præinductis ſunt plana. [Sed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & vnuſquiſq; gemet ad fratrem ſuum:] i. propter peccata veſtra, ad tantam anguſtiam deuenietis, vt filiorum & filiarum nece audita, templíq; ac Hieruſalem combuſtione percepta, non audeatis publicè flere, ſed clàm mutuò gemere, nè offendatis Chaldæos, & de eorum triumpho videamini contriſtari. [Eritq; vobis Ezechiel in portentum,] i. in ſignum eorum, quæ circa vos accident, ſeu vobis contingent. [Et tu fili hominis, eccè in die qua tollam ab eis] putà Iudæis [fortitudinem eorum,] i. robur exercitûs [& gaudium dignitatis,] i. regiam poteſtatem ac ſacerdotium. [& deſiderium oculorum eorum,] videlicet templum quod videre deſiderant. [ſuper quo requieſcunt animæ eorum,] i. in quo ipſi confidunt, ꝙ ſanctitate eius liberabuntur. [& filios & filias eorum in die illa, cùm venerit fugiens] de Iudæa [ad te] in Chaldæam, [vt annuncient tibi] omnia hæc eſſe impleta, quæ tu prædixiſti. [aperies os tuum cum eo qui fugit, & loquéris, non ſilebis vltrà.] i. tunc ſimul cum illo annunciabis apertè Iudæis tecum tranſlatis, omnia eſſe peracta, quæ eis vbertìm prænunciâſti, quãdò nec credere voluerunt. Sed nunc teſtem veritatis habebis. [Et ſcietis quia ego Dominus.] ¶ Prætereà iuxta ſpiritalem ac myſticum intellectum, rex Babylonis, i. diabolus princeps confuſionis, quotidiè iuſto Dei iudicio confirmatur contra Eccleſiam malignantium, pſertim Hieruſalem, i. miniſtros Eccleſiæ ſacerdotes & clericos, vitam carnalem ac ſecularem ducentes, & in multitudine beneficiorũ gloriantes. Quos Deus dat in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non licent neq; conueniunt. Horum ergò ſempiterna damnatio ac infernalis ſuccenſio, per ollam æneam igni appoſitam, rectè ſignatur: quia anima & corpore affligentur afflictione deſperata ſuperdiriſſima. Et qm̃ ipſi apertiſſimè peccant, ſubditorumq; ſanguinem publicè ſpiritaliter ſundunt, dum animas eorum ad peccata trahunt mortalia, vel committendo illicita, vel debitam diligentiam omittendo, ideò Deus indignationem ſuam ſuper eos coram cælo & terra terribiliter nimìs effundet. Prætereà multo quotidiè quorundam bonorum labore ſudatur, vt ſuã perditiſſimam corrigant vitam. Sed non ceſſant concupiſcentijs deſeruire, vanitatibus inhærere, mundi gloriam, honorem & ſtatum appetere, Deumq; indeſinenter offendere, donec ira Dei veniat ſuper eos vſq; in finem, iuxta vias & adinuentiones eorum eis reſtituens.

¶ *Elucidatio cap. 25. Et factus eſt ſermo.* *Articulus* 31.

CONſuetudo eſt prophetis, primò vaticinari de populo Iudęorum, eius vitia arguendo, ſupplicia prædicendo, & viciſsìm proſpera promittendo: deindè de cæteris gẽtibus, quæ Iudæis mala intulerunt, vel de earum aduerſitate gauiſæ ſunt. Ità & nunc ſanctus Ezechiel, poſtquàm à 2. cap. huius libri, vſq; ad locum hunc de Iudæis loquutus eſt, de alijs nationibus non niſi pauca interdùm admiſcens, nunc contra perſequutores & hoſtes Iudęorum prophetare orditur, & in præſenti cap. ſuccinctìm loquitur contra quatuor gentes, videlicet Ammonitas, Moabitas, Idumæos, ac Philiſtæos. [Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon,] i. aduerſùm terram & populum Ammonitarum dirige vultum tuum cum apparatu terrifico ac minaci, vt ex diſpoſitione corporis tui indicetur, quàm dura eis dicenda ſint. vndè Septuaginta tranſtulerunt, Obfirma faciem tuam. [& prophetabis de eis, & dices: Hæc dicit Dominus: Pro eo ꝙ dixiſtis, eugè eugè ſuper ſanctuarium] i. templum [meum, quia pollutum eſt] i. Chaldęorum gentilium ingreſſu ac deſtructione violatum. [& ſuper terram Iſrael,] i. decem tribuum, [quoniam deſolata eſt,] i. habitatoribus eius occiſis, habitaculiſq; deſtructis. [& ſuper domum Iuda,] i. populum duarum tribuum, [quoniam ducti ſunt in captiuitatem] cum Sedechia. Porrò eugè, eſt vox gaudentis, vel etiam inſultantis. Sic Ammonitæ ingeminando eugè, monſtrantur toto affectu de Iudæorum calamitate gauiſi, & inſultâſſe eiſdem. [Idcircò eccè ego tradam te filijs orientalibus] i. Chaldæis qui reſpectu Ammonitarum verſùs orientem habitare feruntur. [in hæreditatem,] ità ꝙ terram tuam atq; diuitias poſſidebunt. [& collocabũt caulas ſuas,] i. pecorũ ædes [in te.] Solent quippe orientales pecorum tuguria ſecum portare, & huc illucq; figere. [& ponent in te tentoria ſua,] ità quòd

ꝙ eos de terra tua non valebis expellere. [Ipſi comedent fructus tuos,] terrę naſcentia in ſuos pecorumq; ſuorum vſus redigendo. [& ipſi bibent lac tuum.] Vndè & Iudicum 4. ſcribitur Iahel Siſaræ lac pro potu dediſſe. [Daboq; Rabath] metropolim Ammonitarum. [in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum,] i. terram & populos Ammonitarũ ſic deſtruam per Chaldæos, ꝙ vbì ſteterunt ciuitates ipſaq; Rabath, erunt paſcua, foueæ, & diuerſorium iumentorum. [& ſcietis] ô Ammonitæ, [quia ego dñs.] per experientiam pœnæ vobis inflictæ, etſi non in pſenti exilio, certè in inferno. [quia hæc dicit dñs: Pro eo ꝙ plauſiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu,] ità ꝙ interiorem lætitiam nequires cohibere, pedibus hanc manibuſq; monſtrâſti. [proptereà extendam manum meam ſuper te, & tradam te in direptionem gentium,] ità ꝙ à Chaldæis diripieris. ¶ Conſequenter fit ſermo prophetalis Moabitis & Idumæis. Deniq; cùm Ammonitæ ac Moabitæ fuerint filij Loth nepotis Abrahæ, cui & Abraham beneficia multa impendit, debuerunt ſpecialiter diligere filios Iſrael, & eorum miſerias deplorare: cuius quia oppoſitum fecerũt, meruerunt hæc mala. Idumæi quoq;, qui deſcenderunt de Eſau fratre Iacob, magis filios Iſrael adamare debuerant. Sed oppoſitum peragentes, de eorum afflictione lætati ſunt. [Hæc dicit dñs Deus: Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir] i. Moabitæ ac Idumæi. [eccè ſicut omnes gentes] à Chaldæis vaſtatæ ſunt, [domus Iuda,] i. regnum duarum tribuum deſtructum eſt. [idcircò eccè ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus] i. robur & fortitudinem Moabiticæ plebis, de ciuitatibus eius diſſoluam & auferam, [de ciuitatibus, inquam, eius, & de finibus eius] aperiam [inclytas] vrbes [terrę,] quarum ſunt nomina, [Bethieſmoth, & Beelmath, & Cariathaim, filijs orientis] i. Chaldæis [cum filijs Ammon] quos vicerunt Chaldæi. [& dabo eam] i. terram Moabitarum [in hęreditatem] Chaldæis, ſicut de terra Ammonitarum nunc patuit. [vt non ſit memoria vltrà filiorum Ammon in gentibus] eo modo vt antè, & quantùm ad repræſentationem atq; præconium, vſq; ad tempus notabile. Nomen enim impiorum putreſcit. [& in Moab faciam iudicia] i. debitas vltiones. [Hæc dicit dñs Prou. 10. Deus: Pro eo quòd fecit Idumæa] i. populus Idumæorum de Eſau natus, [vltionem] in Iudęos, [vt ſe vindicaret de filijs Iuda, & vindictam expetiuit de eis.] vel quia tempore Dauid à Iudæis grauiter oppreſſi fuerunt, vel quoniam Iacob præripuit benedictionem Eſau fratris ſui. [Idcircò hæc dicit Dominus Deus: Extendam manum meam ſuper Idumæam, & auferam de ea hominem & iumentũ. Et faciam eam deſertam ab auſtro.] i. ab vrbe eius nomine Theman, ſecundùm Hieronymũ. Vndè Septuaginta tranſtulerunt: De Theman fugientes, gladio cadent. Vel per auſtrum intelligitur plaga auſtralis ipſius Idumæę. [Et qui ſunt in Dedan,] i. vrbe Idumæę ſic appellata, [gladio cadent. [Et dabo vltionem meam ſuper Idumęam, per manum populi mei Iſrael,] quod fuit impletum tempore Machab. [& facient] filij Iſrael, ſ. Iudas Machabæus cum ſuis [in Edom] i. in Idumęa [iuxta iram me- 1. Mac. 4. am & furorem meum,] i. ęquitatis meę rigorem. De hoc ſuper Abdiam pleniùs ſcripſi. Conſequenter prophetatur contra Philiſtęos. [Pro eo ꝙ fecerunt Palęſtini] i. Philiſtęi [vindictam in filios Iſrael, & vlti ſunt ſe toto animo,] adiuuerunt enim Chaldęos contra Iſraelitas inuidioſiſſimè. [interficientes] Iudęos, [& implentes inimicitias veteres.] Nam à tempore Iudicum fuerunt ęmuli Iudęorum. [proptereà hęc dicit Dominus Deus: Eccè ego extendam manum meam ſuper Palæſtinos,] nõ ad protegendum, ſed ad percutiendum. [& interficiam interfectores,] ſ. Palæſtinos homicidas. [& perdam reliquias maritimæ regionis,] videlicet Philiſtinorum, quę ſuper mare eſt poſita. [faciamq; in eis vltiones magnas, arguens in furore.] i. per Chaldęos diſtrictè puniens eos. Nam & ipſi de calice Babylonis inebriati ſunt, ſecundùm Hieronymum. ¶ Prętereà myſticus huius capituli tangendus eſt ſenſus. Certum eſt equidem, ꝙ per ſanctuarium intelligatur Eccleſia Chriſti. Per terram Iſrael, corda contemplatiuorum. Per domum Iuda, boni fideles, Deo fide & opere confitentes. Per Ammonitas verò, Moabitas, Idumęos, & Palęſtinos, intelliguntur reprobi & iniqui, qui de bonorũ ruina exultant. Fit itaq; ſermo diuinus ad Ezechielem, i. virum perfectũ. [Dices filijs Ammon.] Ammon interpretatur populus turbidus. Filij ergò Ammon ſunt impatientes, iracundi, & impetuoſi. [Hęc dicit dñs: Pro eo ꝙ dixiſtis, eugè eugè, ſuper ſanctuarium meum,] i. de perſecutione Eccleſię exultâſtis, [quia pollutum eſt] proprijs vitijs, vel aduerſariorum impugnatione, [& ſuper terram Iſrael quoniam deſolata eſt,] i. de hoc ꝙ mentes contemplatiuorum per tentationem ſeu negligentiam, ſolitam gratiam perdiderunt, & diuinę conſolationis ſuauitate priuati ſunt. [& ſuper domum Iuda,] i. confeſſores Dei, quoniam ducti ſunt in captiuitatem] vitiorum permiſſione diuina, vt cautiores reſurgãt. [idcircò eccè ego tradã te filijs orientalibus] ꝑ quos hoc loco dęmones intelligunt̃, in cęlo creati, atq; in magno lumine conditi, quorum & princeps Lucifer nuncupatur. [in hęreditatem] i. firmam poſſeſſionem. Impij nanq; ſunt corpus diaboli, & ipſe eſt princeps eorum. [& collocabunt caulas ſuas in te.] i. in corde tuo manſionem conſtruent ſibi, in qua pecora ſua, i. carnalium affectionum incentiua locabunt. [Ipſi comedent fruges tuas,] i. opera infructuoſa efficient. [& bibent lac tuum.] i. naturalem innocẽtiam inficient & peruertent. Quemadmodùm enĩ gratia naturã

perficit,ſic peccatum hanc inficit.[daboq́; Rabath]i.imperium tuum.Rabath enim,magna & maxi-
ma interpretatur.[in habitaculum camelorum]i.ad magnam vilitatem te redigam,& vitijs carnali-
tatum ſubdi permittam.[& dabo te in direptionem gentium.] Quia viciſsim hi tales materiali gla-
dio,ſuæ impietatis demerito,occiduntur.[Hæc dicit dñs: Pro eo ꝙ dixerūt Moab & Seir,eccè ſicut
omnes gentes,*& domus Iuda.]i.Eccleſia ſeruit peccatis,& varijs pœnis afficit,ſicut & aliȩ nationes.
[Idcircò aperiam humerum Moab.]Per Moab,qui interpretatur,ex patre,deſignantur Deo ingra-
Ioan.8. ti & reprobi,de quibus ait Saluator:Vos ex patre diabolo eſtis. Per Seir ſeu Edom vel Idumæos,ſi-
gnantur terreni & cupidi.Edom nanq;,ſanguineus vel terrenus interpretatur. Hi itaq; de electorū
ruina & aduerſitate lætantur.Idcircò Deus frangit humerum,i.robur eorum,ità ꝙ nihil virile, vir-
tuoſumq́; agunt,ſed in terrenis iacent miſerabiliter damnabiliterq́; proſtrati.[Et q̃ in Dedan ſunt,]
i.de generis nobilitate ſe extollentes,[gladio cadent.] i.diuinæ ſententiȩ diſtrictione peribunt.De-
dan quippe interpretatur cognatio.[Et dabo vltionem meam ſuper Idumæam per manum populi
Sap.3. mei Iſrael.]i.per electos Chriſtianos. Iudicabunt enim ſancti nationes, & dominabuntur populis.
1.Cor.6. Propter quod ait Apoſtolus:Sancti de hoc mundo iudicabunt.Et Pſalmiſta:Gladij ancipites in ma-
Pſal.149. nibus eorum,ad faciendam vindictā in nationibus,increpationes in populis.[Hæc dicit dñs:Pro eo
ꝙ fecerunt Palæſtini vindictam]in eos qui meritò Chriſtiani vocant.Per Palȩſtinos ſeu Philiſtȩos,
q̃ in ſcripturis frequēter alienigenȩ nuncupantur,intelligunt,qui mundi vanitatibus ebrij ſunt,atq;
à Deo penitùs alienati,qui ſæpè electis inuident,& pro parua occaſione grandem expetunt vltio-
nem.Ideò Deus extendit manum ſuam ſuper eos ad condemnandum.[Et perdam reliquias mari-
timæ regionis,]i.eos qui ſeculi fluctibus,amaritudinibus atq; peccatis adiacent, tunduntur, & affi-
ciūtur per conſenſum.Eccè ex his innoteſcit, q̃ enorme atq; damnabile crimen ſit,de alterius, q̄uis
inimici,gaudere ruina,præſertim de malo culpæ, cùm hoc charitati Dei & proximi vehementer re-
pugnet,ſitq́; contra miſericordiam, cùm afflicto non ſit adijcienda afflictio. Hinc in Prouerbiorū
Pro.24. libro habetur:Cùm ceciderit inimicus tuus,nè gaudeas,& in ruina illius nè exultet cor tuum.Sed &
Iob 31. S.Iob de ſe proteſtatur:Si grauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui ꝙ inueniſſet eum
Ecci 7. malum.Illud ergò Ecci implere curemus,Non deſis plorantibus in conſolatione.Et illud Apoſtoli:
Rom.12. Flere cum flentibus.Hinc eluceſcit,quàm deteſtabiles ſint coram Deo, qui fratrum ſeu proximorū
mutua gaudent vitioſa diſcordia.

¶ *Explanatio cap.26.Et factum eſt in vndecimo anno.* *Articulus* 32.

POſtquàm prophetatum eſt breuiter contra Ammonitas,Moabitas, Idumæos & Philiſtæos in
vno capitulo,iam contra Tyrum & Tyrios prophetatur,quia & ipſi de Iudæorum vaſtitate læ-
4.Reg.25. tati ſunt.[Et factum eſt in vndecimo anno trāſmigrationis Ioakim, quo anno captus eſt Sedechias,
Hieruſalemq́; deſtructa,[in prima menſis] i.prima die menſis,forſitan primi huius anni. [factus eſt
ſermo dñi ad me,dicēs:Fili hoīs,pro eo ꝙ dixit Tyrus]i.populus Tyri,[de Hieruſalem,eugè eugè,]
i.multùm gaudenter,[confractȩ ſunt portæ populorum,]i. deſtructæ ſunt portȩ Hieruſalem per
Chaldæos,per quas populi multi ingredi conſueuerunt cauſa adorādi & ſacrificandi in templo, vel
negociandi in foro.[conuerſa eſt ad me] ipſa populi multitudo & negociatores,qui illam frequen-
tare ſolebant.[implebor diuitijs,deſerta eſt] ipſa Hieruſalem.[Propterea hȩc dicit Dominus Deus:
Eccè ego ſuper te Tyre] i.te oculo ȩquitatis ad caſtigandum intueor. Non itaq; licet de alterius ca-
ſu ſeu damno gaudere,propriæ vtilitatis intuitu,ceu cupidorum & inuidorum hoc eſt.[& aſcende-
re ad te faciam gentes multas,] putà Chaldȩos, ſicut aſcendit mare fluctuans,] i. terribiliter, impe-
tuoſè,& copioſè.[& diſſipabunt muros Tyri,& deſtruent turres eius,]Hoc enim fecerunt Chaldȩi.
[& tradam puluerem eius de ea,] i. ipſa demolita vſq; ad ſolum, pulueres hincindè per ventum di-
ſpergentur.[& dabo eam in lympidiſſimam petram,] i. vniuerſa eius ædificia ſic labentur & terræ
æquabuntur, vt vrbs petræ planæ aſſimiletur. [Siccatio ſagenarum erit,] id eſt, locus in quo retia
ſiccabuntur, [in medio maris,] id eſt, intra mare, non directè in medio maris, ſecundùm quod
medium nuncupatur,quod æqualiter diſtat ab extremis.Erat nempe Tyrus aquis circumcluſa:ideò
ipſa deſtructa,fuit ſpatium illud,quo ſteterat ipſa,aptus locus ſiccandi ſagenas. [Quia ego loquutus
ſum,ait Dominus Deus,] qui nec fallor,nec mentior.[Et erit in direptionē gentibus]id eſt,à Chal-
dæis & cæteris gentibus ſibi adiunctis, opemq́; ferentibus diripietur. [Filiæ quoquè eius, quæ ſunt
in agro,] id eſt, ciuitates,caſtella,& villæ, in arida terra, vel in littore ſituata, [gladio interficien-
tur] Chaldæorum. [Et ſcient quia ego Dominus,] qui iſta prædixi atque impleui. Conſequenter
exponitur,quæ ſint gentes contra Tyrum venturæ. [Quia hæc dicit Dominus Deus: Eccè ego ad-
ducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis ab aquilone regem regum] quoniam tem-
pore ſuo rex maximus fuit, & multis regibus præfuit. [cum equis, & curribus, & equitibus, & cœ-
tu populoque magno,filias tuas quæ ſunt in agro,]quod qualiter intelligendum ſit,iam dictum eſt,
[gladio interficiet] ſtatìm cùm prouinciam tuam ingredietur. quo facto, [& circundabit te mu-
ni-

nitionibus,cōportabit aggerem in gyro.] Nitebatur quippe à littore vſq; ad mœnia Tyri,aquas lignis,
ſaxis & terris ità implere,ꝙ per viam planam pedibus poſſet eam accedere, quod poſteà fecit Ale-
xander Magnus, ſed Nabuchodonoſor hoc nequiuit. Idcircò nauibus eam inuaſit & cepit. [Et ele-
uabit cōtra te clypeum & vineas,& arietes temperabit in muros tuos.] Vinea hoc loco accipitur pro
bellico inſtrumento,quo muri vrbium deſtruuntur: quod dicitur vinea, quoniam iungitur muro,&
homines murum perforantes,ſubtùs latent,ſecundùm quod vinea adhæret muro,& hoīes vmbram
ſub eo accipiunt.Aries quoq; iam pro bellico accipitur inſtrumento,deſtructiuo murorū.Itaq; ſen-
ſus eſt:Vineas & arietes temperabit in muros tuos,i.conuenienter & proportionatè diſponet ad de-
ſtructionem murorum. [Inundatione] i. maxima multitudine [equorum eius operiet te puluis eo-
rum.] i.tot pulueres aſcendent,vt ciuitatem operire videantur,dum ante exercitum in aëre volitāt,
eamq́; minùs videri permittunt. [A ſonitu equitum & rotarum & curruum mouebuntur muri tui]
ô Tyre,i.concuti videbuntur.Hoc dicitur ad inſinuandum permaximam venientium turbā. Eſtq́;
hyperbolica locutio,qua aliquid per exceſſum aſſeritur. [Cùm ingreſſus fuerit portas tuas,quaſi per
introitus vrbis diſſipatæ,] i.audacter atq; celeriter,quia & mœnia iam deſtruxit.Sicq́;,quaſi,dicit hìc
non ſimilitudinem tantùm,ſed etiam veritatem, quātùm ad aliquid. Muris nanq; deſtructis, partìm
diſſipata eſt ciuitas. [vngulis equorum ſuorum conculcabit omnes plateas tuas,] liberè hincindè
per vrbem vagando. [Populum tuum gladio cædet,& ſtatuæ tuæ nobiles in terram corruēt,] i.idola
precioſa deijcientur. [vaſtabunt opes tuas] te ſpoliando, [diripient negociationes tuas] quia te in-
terempta,non mercaberis vltrà. [& lapides tuos,& ligna tua, & puluerem tuum in medio aquarum
ponent.] i.tanta erit Chaldæorum ſæuitia,vt ligna,ſaxa,& cineres,qui incendio fuerunt reſidui, in
mare proijciant. [& quieſcere faciam multitudinem cantorum tuorum, & ſonitus cithararum tuarū
non audietur ampliùs.] i.tanta vaſtitate imminente atq; inflicta,à ſolitis melodijs ceſſabis,potiusq́;
lugere quàm gaudere licebit. [Nec ædificaberis vltrà.] Circa hoc,qualiter intelligendum ſit,facit S.
Hieronymus digreſſionem,præſertim cùm tempore ſuo (vt ipſemet teſtatur) fuerit Tyrus nobiliſ-
ſima atq; pulcherrima vrbs Phœniciæ.Ad quod reſpondet, quòd ideò dicta eſt non ampliùs ædifi-
canda,quia poſt hanc deſtructionem non fuit populorum regina, nec proprium habebat imperiū,
vt tempore Hiram contemporanei Dauid ac Salomonis. Itaq; agnoſcendum, quòd Iſaias de hac Iſaiæ 23.
Tyri deſtructione vaticinans,inter cætera ait:In obliuione eris ô Tyre ſeptuaginta annis. Poſt ſe-
ptuaginta autem annos erit Tyro quaſi canticū meretricis.Conſtat ergò quòd poſt ſeptuaginta an-
nos reædificata extitit Tyrus,quam pòſt rurſus Alexander rex prorſus deiecit, denuoq́; conſtructa
eſt.Quod ergò nunc dicitur,Non ædificaberis vltrà,quidam ſupplendo exponunt, vſq; ad tempus
magnum.Sic equidem Iſaias de Damaſci deſtructione pronuncians,dixit eam non reparandā, quæ Iſaiȩ 17.
vſq; hodiè perſeuerat. [Hæc dicit Dominus de Tyro:Nunquid nō à ſonitu ruinæ tuæ, & gemitu in-
terfectorum tuorum commouebuntur inſulæ?] i.immò,vtiq; tua deſtructione percepta, habitato-
res inſularum admiratione & formidine concutientur,nè ſimile eis eueniat. [& deſcendent de ſedi-
bus ſuis omnes principes maris,] i. inſularum dominatores,ſe ex pauore humiliantes, in terra præ
admiratione ac terrore ſedebunt. [Et auferent exuuias ſuas,& veſtimenta ſua varia abijcient,] i.cun-
cta ornamenta ſua abijcient. [& induentur ſtupore,] quod ſequentia verba exponunt. [In terra ſe-
debunt,& attoniti ſuper repentino interitu tuo admirabuntur] tanto plùs,quo minùs te ità caſuram
ſuſpicabantur. [Et aſſumentes ſuper te lamentum, dicent tibi: Quomodò periſti, quæ habitas in
mari,vrbs inclyta?] i.qualiter à Chaldæis deuicta es ô Tyre prænobilis ciuitas, [quæ fuiſti fortis in
mari,] in quo poſita fuiſti, [quam formidabant vniuerſi.Nunc ſtupebunt naues,] i. nautȩ & negoci-
atores exiſtentes in mari. [cùm dedero te vrbem deſolatam,] i. deſtructam & habitatoribus vacua-
tam. [& duxero ſuper te abyſſum,] i. maximam tribulationem. [& operuerint te aquæ multæ,] id
eſt,gentes diuerſæ te oppreſſerint cum Chaldæis profectæ. [& detraxero te cum illis, qui deſcen-
dunt in lacum,] id eſt,foueam infernalem. [ad populum ſempiternum,] id eſt, damnatos, quorum
ignis non extinguetur,nec morietur vermis, qui ad vitam præſentem non redeunt. [& collocaue-
ro te in terra nouiſſima] id eſt,infima,ſcilicet in inferno. [ſicut ſolitudines veteres,] in quibus nul-
lum eſt humanum ſolatium. [cum his qui deducuntur in lacum] inferni. [Porrò cùm dedero glo-
riam meam in terra viuentium,] id eſt,beatitudinem meam communicare cœpero electis in patria
beatorum,quæ terra & regio eſt viuorum:quod quantùm ad conſummatam animæ corporiſq́; ſalu-
tem,fiet in die iudicij. [in nihilum redigam te,] id eſt,funditùs deſtruam vſq; ad præiacentem ma-
teriam. [& non eris requiſita.] id eſt,ſi aliquis te quæſierit,non inueniet,ſecundùm illud in Pſalmo:
Tranſiui,& eccè non erat:& quæſiui eum,& non eſt inuentus locus eius. [non inuenieris vltrà in Pſal.36.
ſempiternum.] Poſt diem enim iudicij non erunt in ſeculo iſto ædificia ſolita. ¶ Poſtremò,
quantùm ad ſpiritalem pertinet intellectum, iam in ſuperioribus dictum eſt, quod hìc dicendum
videtur.Certum eſt enim, ad Eccleſiam debere referri,quod de Hieruſalem dictum eſt:ad perſecu-
tores

tores verò Eccleſiæ,q̃ de Tyro ſunt dicta. Tyrus nanq; interpretat̃ anguſtia,per quam ſeculi amato-
res,Deiq́; contẽptores intelligunt̃,in quibus charitatis latitudo nõ eſt, ſed vitiorũ anguſtia, & bre-
uitas vanitatis.Cùm itaq; iſti de fideliũ gloriant̃ ruina,viſibilibꝰ inuiſibilibusq́; merent̃ hoſtibꝰ tradi,
& ꝓ temporali malo,quod Dei infligunt vel gaudẽt infligi miniſtris, pœnas recipiunt ſempiternas.

¶ *Expoſitio cap.27. Et factum eſt verbum Domini ad me.* *Articulus* 33.

MAgnificentia Tyri & opulentia eius,hoc præſenti capitulo diligenter deſcribitur,vt eius in-
gratitudo monſtretur,atq; per hoc adhuc alia ſuæ punitionis ratio aſſignetur. [Et factum eſt
verbum Domini ad me,dicens:Tu ergò fili hominis, aſſume ſuper Tyrum lamentum,] i. preſſuram
& cauſam ſuæ deſtructionis ex compaſſione deplange, lamentabiliterq́; deſcribe.Ezechiel eñ tan-
quàm vir euangelicæ perfectionis, aduerſarios ſuos dilexit, quantùm ad bonam naturam, felicita-
Iſaiæ 21. tisq́; capacem,à Deo ſortitam.Idcircò eorum deiectioni condoluit, ſicut & Iſaias vaſtitati Babylo-
nis ſibi imaginariè repræſentatæ, ſe condoluiſſe teſtatur, dicendo: Corrui cùm audirem, emarcuit
cor meum.[Et dices Tyro,quæ hábitat in introitu maris.] Sita enim fuit in aqua quæ eam gyrauit,
ſed ex vna parte iacuit circa littus.[negociationi,]i.loco negociationis ſeu mercationis [populorũ]
intraneorum & extraneorum,[ad inſulas multas] pergentium, ſpectantium, ſeu merces ferentium.
[Hæc dicit Dominus Deus:O Tyre,tu dixiſti:Perfecti decoris ego ſum,]id eſt,omnibus mundi bo-
nis ornata,diues,populoſa,robuſta.[& in corde maris,] i.in medio aquæ [ſita:]ſicut præcedenti ar-
ticulo expoſitum eſt. [Finitimi tui]id eſt, tibi contermini & vicini, [qui te ædificauerunt]vel fun-
damentaliter,vel conſeruatiuè,[impleuerunt decorem tuum,] elegantes ædificationis materias ap-
portando. [abietibus de Sanir extruxerunt te.] Sanir, ſecundùm Hieronymum, mons eſt, qui alio
nomine Hermon dicitur,in quo naſcuntur abietes magnæ & ſpecioſæ, ſuntq́; ligna apta ac leuia ad
ſtructuram,de quibus hi Tyrum conſtruxerunt,vel reparando dilapſa, vel originaliter eam fundã-
do.[cum omnibus tabulis maris.] id eſt,non tantùm abietibus, ſed & tabulis per mare adductis te
conſtruxerunt.[Cedrum de Libano tulerunt,] i.cedros ſublimes,quæ in monte (qui dicitur Liba-
nus) creſcunt.[vt facerent tibi málum.] Eſt autem málus, lignum quod in naui erigitur, in quo &
vela dependent. [quercus de Baſan.]id eſt, loco ſic dicto. [dolauerunt in remos tuos,] ex illis li-
gnis remos tibi formantes.[Tranſtra tua] i.remigum ſedes,quæ exaduerſò nauis ponuntur. [fece-
runt tibi ex ebore Indico] id eſt,allato de India.[& prętoriola] id eſt,cellaria in quibus merces pre-
cioſiſſimæ reponuntur, ſeu domunculas quæ fiunt in nauibus ad neceſſaria illic ponenda, fece-
runt [de inſulis Italiæ,] id eſt, de lignis ex Italia apportatis. [Byſſus varia de Aegypto texta eſt tibi
in velum,vt poneretur in málo.] id eſt,de byſſo varia precioſa Aegyptia,facta ſunt tibi vela, in má-
lis nauis ſuſpenſa. Porrò byſſus eſt ſpecies cãdidiſſimi lini,quæ maximè naſcitur in Aegypto.[hy-
acinthus] ſcilicet genus panni coloris aërei.[& purpura de inſulis eliſa,]*id eſt,Ionij maris.[facta
ſunt operimentum tuum.] i.operimenta nauigiorum tuorum,quæ in ſolis ardore & aëris tranquil-
litate exiſtentibus in naui præbuerunt vmbraculum. Probabile autem eſt, ſupra hæc precioſa ope-
rimenta,fuiſſe & alia,ſaltem viciſsìm de viliori materia, contra ventos & pluuias. [Habitatores Si-
donis & Aradij,] id eſt,ab inſula Arado nomine orti.[fuerunt remiges tui.] id eſt, remorum ducto-
res.[ſapientes tui Tyre] i.benè experti in nauticis rebus, [facti ſunt gubernatores tui] in nauibus.
Vel abſolutè intelligendum eſt,quòd ſapientiores in Tyro eam rexerunt,qui non habuerunt ſapi-
entiam quæ de ſurſum eſt,ſed terrenam,animalem & diabolicam.[ſenes Biblij]i.ſeniores de ciuita-
te Biblis,[& prudentes eius habuerunt nautas ad miniſterium variæ ſupellectilis tuæ,] i.viros nau-
ticos prępáratos ad vehendum mercimonia tua ad loca opportuna. [Omnes naues maris & nautæ
earum,] i.quidam de omni eorum genere, [fuerunt in populo negociationis tuæ] i. ad obſequium
negociantium in Tyro parati,vel inter negociatores Tyri atque emptores. Hucuſq; de magnificẽ-
tia ac diuitijs Tyri tractatum eſt. Patetq́; ex pręinductis, ad nauticum apparatum ſpectantibus, ex-
cellentia opulentiæ Tyri.Conſequenter de robore eius & bellatorum potentia ſcribitur. [Perſæ &
Lydij & Libyes in exercitu tuo erant viri bellatores tui.]gentes iſtæ,ſecundùm Hieronymum,tem
pore illo famoſiſſimi ac robuſtiſſimi bellatores fuerũt.Porrò de Lydia prouincia,vndè & Lydij di-
Iſaiæ 66. cti ſunt,fit mentio in Iſaia:de Libybus verò, 2.Paral.12.& 16.[clypeum & galeã ſuſpẽderunt in te,ꝓ
ornatu tuo.] i.in murorum propugnaculis,ſecundùm Hieronymum, propter hoſtes terrẽdos. Ta-
lis quoq; apparatus armorum fulgentium, ciuitatem ornauit. [Filij Aradij] id eſt, viri de Arado in-
ſula Tyro vicina. [cum exercitu tuo erant ſuper muros tuos,] in circuitu ad munimen. [Sed & Pi-
gmęi,qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum.] Pigmęi ſunt
longitudinis cubitalis,qui ponebantur in turribus Tyri, & arcus ſuos in muris eius ſuſpenderunt.
Propter quod aliqui aſſerunt,quòd erant ſagittarij valdè boni, & ideò ad defenſionem vrbis erant
ibidèm.Sed quoniam contra grues pugnare dicuntur, ità vt hincindè viciſsìm fiat ſtrages, appáret
alijs quòd non erant ſatìs robuſti ad ſagittandum tam validè:quod ſatìs videtur, niſi dicatur, quòd
alij

alij tetenderunt ei arcus,&ipſi per viſûs acumen ſiue induſtriam aliquam poterant iacula ad certum
dirigere.Itaq; alij dicunt,ꝙ illic ponebant̃ ad declarandam fortitudinem ciuitatis.[Ipſi cõpleuerũt
pulchritudinem tuam.] delicioſum nanq; & pulchrũ erat,inter cæteros hoĩes tale creaturarum ge-
nus videre.Diuerſitas enim in ſtaturis,figuris,ſexu, diſpoſitione & ordine ordinata, ad corporaliũ
pulchritudinem confert.Nam pulchrum vocamus,quod viſum oblectat.Præterea de Pigmæis qui-
buſdam in dubium vertit̃,an ſint veraciter homines,& dicunt quidam ꝙ non, ſed ꝙ multùm parti-
cipant de ratione.Alij dicunt oppoſitum.Suntq́; pro vtraq; parte rationes fortes, quas prolixitatem
vitans relinquo.Hoc quoq; ſciendum,ꝙ vbì Hieronymus trãſtulit,Pigmęi,Septuaginta tranſtule-
runt,cuſtodes. Theodotio poſuit verbum Hebraicum, Symmachus aũt interpretatus eſt, Medos.
Aquila in prima ſua editiõe poſuit,ſicut Hieronymus,Pigmæos. Vndè verbum Hebraicum videtur
æquiuocum.[Carthaginenſes negociatores tui] venientes ad te.[à multitudine cunctarum diuitia-
rum,] de quibus ſubiungitur,ſ.[argento,ferro,ſtanno,plumboq́; repleuerunt nundinas tuas.]Mer-
catores enim ea q̃ in ſuis terris ac vrbibus magìs abundant, ad magnas conſueuerunt nundinas de-
portare.Porrò Carthago Africæ fuit metropolis,de qua in libris de Ciuitate Dei,multa recitat Au-
guſtinus. [Græcia] naturaliter ingenioſa [& Tubal] i. Hiſpani ſeu Iberi,ab Ibero flumine ità vo-
cati.[& Moſech] i.Cappadoces.[ipſi inſtitores tui] i.mercatores,quaſi mercibus emendis atq; ven-
dendis inſtantes.[mancipia] i.ſeruos famulaſq́; venales. [& vaſa ærea adduxerunt populo tuo] i.ci-
uibus tuis ô Tyre.[de domo Thogorma]i.de Phrygia. [equos & equites & mulos, quibus regio il-
la aliquandò abundabat.[adduxerunt ad forum tuum,filij Dadan negociatores tui.] Dadan,ſecun-
dùm Hieronymum,fuit olim ciuitas potentiſſima,atq; nauali certamine glorioſa,&propter tutiſſi-
mum portum omnium receptaculum mercatorum.Quidam legunt hîc,filij Dedan,dicentes ꝙ De-
dan ſit ciuitas Idumææ,de qua vrbe dictum eſt cap.25. Sed textus & gloſſa Hieronymi habent, filij
Dadan.[Inſulæ multæ negociatio manûs tuæ.] i.diuerſarum inſularum gentes,manibus tuis nego-
ciationes plurimas præbuerunt.[Dentes eburneos] i.dentes elephantorũ,de quibus eburnea ope-
ra fiunt.Vndè Septuaginta tranſtulerunt,dentes elephãtinos.[& hebeninos] i.ligna hebenina,quæ
ſecundùm Hieronymum nigri coloris ſunt & precioſiſſima,q̃ dentes dici poſſunt, qm̃ hebenus ar-
bor exciſa,in modum ſaxi dureſcit.[cõmutauerunt in precio tuo] i.cum alijs mercibus tuis, vel pro
eis ſeu precio digno vendiderũt.[Syrus negociator tuus] i. homines de Syria,mercatores tui ô Ty-
re fuerunt [propter multitudinẽ operum tuorum] i.artificialium effectuum in te fiendorum. [gut-
tam] quæ eſt ſpecies aromatica, inflaturam atq; duritiam tollens, vel vt aliqui dicunt, precioſa tin-
ctura. [& purpuram, & ſcutulata] i.pannos inſtar ſcutorũ variè contextos. [& byſſum, & ſericum,]
quę nota ſunt,[& *chodchod,] per quod,vt quidã affirmant,Hebræi intelligunt genus lapidis pre- chadchod
cioſi.Hieronymus verò ait,ꝙ Hebræi oẽs precioſiſſimas merces aſſerũt hoc nomine deſignari, vel *chochod
precioſarum mercium ſpeciem eſſe.[propoſuerunt in mercatu tuo Iuda,] i.populus regni Iudæ, vi-
delicet duæ tribus,[& Iſrael] i.aliæ decem tribus,[ipſi inſtitores tui] fuerunt [in frumento primo]
i.præcipuo [balſamum,& mel,& oleum,& reſinam, propoſuerunt in nundinis tuis.] His enim di-
uitijs terra Iudęæ abundauit.[Damaſcenus negociator tuus,] i.viri de Damaſco, inſtitores tui fue-
runt.[In multitudine opum tuarum,in vino pingui,in lana coloris optimi,]i.vina precioſa & nutri- *Mezol
tiua,& pręcij ſingularis lanas tuis nũdinis propoſuerunt.[Dan & Græcia & *Mozel,] i.viri regionũ
ſic dictarum,[in nundinis tuis propoſuerunt ferrum fabrefactum,] i. in diuerſa formatum, [& ſta-
cte] i.gutta myrrhæ.[& calamus] i.ſpecies aromatica ſic vocata,fuerunt [in negociatione tua]vena-
les.[Dedan] i.viri loci ſic dicti [inſtitores tui in tapetibus ad ſedendũ,] quę ad te deferebant.[Ara-
bia & vniuerſi principes Cedar,] quæ,ſecundùm Hieronymum,Sarracenorum eſt regio. Cedar tñ
quandoq; eſt proprium nomen, & ſecundogenitus Iſmaelis, appellatus eſt Cedar, ſicut in Geneſi Gen.25.
legitur.[Ipſi negociatores manûs tuæ cum agnis,arietibus & hœdis.] quibus terra illa vehementer
ob paſcuarum eremi latitudinem eſt abundans. [venerunt ad te negociatores tui] exiſtentes [ven-
ditores Sama & *Rema,]id eſt,territoriorum illorum.[ipſi negociatores tui cum vniuerſis primis] i. *Reema
potiſſimis [aromatibus & lapide precioſo, quod propoſuerunt in mercatu tuo.] Hæc enim ad Ty-
rum ferebant vendenda,tanq̃ in proprijs terris magìs abundantia minuſq́; cara,ſicut & cæterę gen- *Chene
tes,de quibus nunc ſermo.[Haran & *Cheme & Eden,]i.regionum iſtarum homines negociatores *Chenne
tui] fuerunt.[Saba,Aſſur & Chelmad venditores tui.] Nec dubium, quin & emptores eorum in te, *Chenen
quæ in ſuis regionibus rara & cara fuerunt, ſicut & cæteri negociatores, de quibus iam agitur.[Ipſi
negociatores tui multifariàm,] i.multipliciter [inuolucris hyacinthi & polymitorum,] id eſt, ſer-
dellis intra ſe continentibus pannos precioſos hyacinthinos coloris aërei,ac multicolores qui po-
lymiti nuncupantur.[gazarumq́; precioſarum, quæ obuolutæ & adſtrictæ erant funibus] ad the-
ſaurorum cuſtodiam.[Cedros quoquè habebant in negociationibus tuis] i.ligna cedrina compor-
tabant per mare ad te.[Et repleta es] opibus,[& glorificata nimìs in corde maris,] in quo ſita fuiſti,
tan-

tanq̃ in tutiſſimo loco atq; aptiſſimo. [In aquis multis] i. per mare [adduxerunt te remiges tui] ad
loca aptata. [Vẽtus auſter cõtriuit te in corde maris.] i. rex atq; exercitus Babylonis inſtàr venti au-
ſtralis, tẽpeſtuoſus ac callidus deſtruxit te. Poniturq; modo prophetico p̃teritum pro futuro. [Diui-
tiæ tuæ & theſauri tui, & gubernatores tui, viri quoq; bellatores, qui erant in te, cadẽt in corde ma-
ris.] i. in te Tyro ſita intra mare, Chaldæis cuncta vaſtantibus. [A ſonitu clamoris gubernatorum
*occiderentur, tuorum,] quem, cùm *occiderent, fecerunt. [conturbabunt̃ claſſes,] i. exiſtentes in eis, [& deſcen-
dent de nauibus ſuis oẽs qui tenebant remum] præ timore fugientes ad terras, ſeu alibì, [Nautæ &
vniuerſi gubernatores maris] i. eorum quæ in mari vehuntur. [in terra ſtabunt, eiulabũt ſuper te vo-
ce magna, & clamabunt amarè, & ſuperiaciẽt puluerem capitibus ſuis] in ſignum interni doloris, [&
cinere conſpergentur, & radent ſuper te caluitium] i. propter te in ſignum mœroris, proprios ſibi
Iob 1. tondebunt capillos. Vndè & Iob in afflictionibus conſtitutus, tonſo capite legitur corruiſſe in ter-
ram. [Et accingent̃ cilicijs, & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amariſſimo.] tam propter
tuam deſtructionem, q̃ propter ſuam indè procedentem damnificationẽ. [& aſſument ſuper te car-
men lugubre, & plangent te: Quæ eſt vt Tyrus,] i. ſicut antè non fuit glorioſior ea in diuitijs, pote-
ſtate, hominumq; frequentia, ſic modò non eſt miſerabilior ea. [quæ obmutuit in medio maris?]
Nam vitam populus eius amiſit, nec hoſtibus reſiſtere quiuit. [Quę in exitu negociationum tuarum
in mari,] i. de mercibus à te exeuntibus ſeu elatis per mare. [impleſti populos multos,] eorũ neceſ-
ſitatibus copioſè ſubueniendo, eô ꝙ de oĩm rerum venalium & humano vſui neceſſariarum gene-
ribus inueniretur in te copia ad emẽdum. [in multitudine diuitiarum tuarum & populorum tuorũ
ditâſti reges terrę:] de tuis opibus ac populis illorum facultates atq; exercitum augens ac roborans.
[Nunc contrita es à mari] i. à loco tuo, qui fuit in mari deſtructus. [in profundis aquarum,] quia in
eas ædificiorum materia fuit proiecta. [Vniuerſi habitatores inſularum obſtupuerunt ſuper te,] i. de
tam inopinata tua deiectione prę admiratione inciderunt mentis ſtuporem. [& reges earum omnes
tempeſtate] i. maxima cordis turbatione, [percuſſi, mutauerunt vultus] ex mœrore ac metu. [Ne-
gociatores populorũ ſibilauerunt ſuper te,] ad inſinuandum ꝙ inſtàr ſibili repentè periſti. [Ad ni-
hilũ deducta es,] quantùm ad eſſe formale ac artificiale, ità ꝙ quo ad formam ciuitatis priſtinamq;
figuram arte inductã, eſſe deſijſti: Non tñ materialia vrbis in nihilum prorſus redacta ſunt, p̃ſertim
cùm materia prima, ingenerabilis incorruptibiliſq; probet̃: generatio quoq; vnius, corruptio ſit al-
terius, & econuerſò. [& nõ eris in ſempiternum.] quod qualiter verum ſit, p̃cedenti dicebat̃ capitu-
lo, ſuper illud: Nec ædificaberis vltrà. Attñ, teſte Hieronymo, pro ſempiterno alij habent, vſq; in ſe-
culum. Per quod vnius ſeculi tempus oſtendit̃, quod iuxta ætatem hoĩs, annorũ ſeptuaginta circulo
computat̃. Prætereà iuxta intelligentiam ſpiritalẽ, per Tyrum & eminentiam eius ac negociationes
ipſius, intelligit̃ mundus, qui totus in maligno eſt poſitus, omniſq; decor eſt vanus, & gloria eius in-
anis. Occupatio quoq; ipſius pro temporalibus caducis & vilibus multiformis, qui in ſeipſo, non in
Dño gloriatur, ad quem oẽs eius amatores confluunt & concurrunt, quemadmodùm ſoboles ad pa-
rentem: implicant ergò ſe negocijs ſeculi emendo, vendendo, atq; de terrenis ſibi ſagaciter proui-
Luc. 21. dendo. Porrò mundo in fine temporum pereunte, erit planctus, dolor, & lamẽtatio vniuerſis ama-
toribus eius. Erit nanq; in terris preſſura gentium, areſcentibus hominibus pro timore &c.

¶ *Elucidatio cap. 28. Et factus eſt ſermo Domini.* *Articulus* 34.

CIrca p̃ſentis expoſitiõem capituli variat̃ doctorum ſententia. Nẽpe quod dicit̃ hîc de principe
Tyri, quidam ad literã exponendum exiſtimãt de rege Tyri, quidã de caſu diaboli. Verùm vt
Iſa. 14. pleniùs dixi, prophetæ ſæpè locuti ſunt quaſi permixtìm de diabolo & reprobis hoĩbus, qui
ſunt membra eius. Nam ſeptem regularũ ad intelligendum ſcripturas neceſſariarum, vna eſt hæc, ꝙ
ſcriptura interdùm tranſit à diabolo ad membra eius, & econuerſò. Itaq; quædam in iſto capitulo
ſcripta ſunt, quæ verè, ꝓpriè, literaliterq; de rege Tyri dicunt̃: quędam, quę verè, ꝓpriè ac literaliter
de diabolo ſunt ſumenda, ſicut patebit: q̃uis & illa de diabolo, & iſta de rege Tyri accipi aliquo mo-
do poſſint. [Et factus eſt ſermo Dñi ad me, dicẽs: Fili hominis, dic principi Tyri,] i. homini regi Ty-
riæ ciuitatis. [Hæc dicit Dñs Deus: Eô ꝙ eleuatum eſt cor tuum] tumore ſuperbiæ, quocontrà ſcri-
ptũ eſt Iob 15. Quid te eleuat cor tuũ, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? Hinc Eccĩ 7.
monet ſcriptura: Humilia valdè ſpiritum tuum, quoniã vindicta carnis impij, ignis & vermis. [Et di-
xiſti: Deus ego ſũm,] i. ex indicibili cordis cæcitate, ex maxima ſuperbia ortum habente, te ſupra
hominem extuliſti, & aliquid numinis tibi ineſſe putâſti, vel diuinos honores tibi voluiſti impendi,
Actu. 12. quemadmodùm in Actib. apoſtolorum de Herode habet̃, atq; in libro Iudith de Nabuchodonoſor
Iudith. 1. quodam. [& in cathedra Dei ſedi in corde maris,] i. in ſolio diuinæ meę excellentiæ debito in Ty-
& 2.
Iſaię 14. ro, quæ in mari eſt ſita. Talis fuit & is, qui in Iſaia fertur dixiſſe, Similis ero altiſſimo. Quæ licèt poti-
ùs ſint verba inſanientium dæmonum q̃ hominum, perpendere tamen debemus, quòd intantùm
ſuperbiẽrunt, & menſuram ſuam neſciẽrunt, vt ſeculi felicitate elati & regnipotentia, dum præſen-
tia

tia bona putant perpetua, homines ſe eſſe neſciẽrint, atq; æternum ſibi imperium vendicârint, vt ait
Hieronymus. [cùm ſis homo,] i. fragilis ac mortalis, [& non Deus] impaſſibilis ac æternus. [& de-
diſti cor tuum quaſi cor Dei,] ità de te ſentiendo, quemadmodùm verus Deus ſentit de ſe, vtpotè ità
te appræhendendo, quaſi ſis omnium ſummus, & nulli debeas eſſe ſubiectus, quod Deo eſt propri-
um. [Eccè ſapientior tu es Daniele] cui Deus dedit intelligentiam omnium viſionum. Hoc ironicè
de Tyri infideli dicitur principe. [Omne ſecretum non eſt abſconditum à te,] ſecũdùm tuam exi-
ſtimationem. Hoc enim eſt conſequens, ſi es Deus, vt omnia noueris. [In ſapientia,] qua de diuino-
rum notitia te iactitâſti, [& prudentia tua] carnali ac ſeculari, de qua loquitur Paulus: Prudentia car- Rom. 8.
nis mors eſt. [feciſti tibi fortitudinem] armorum & bellatorum ſeu ædificiorum, [& acquiſiſti tibi
aurum & argentum in theſauris tuis, in multitudine ſapientiæ tuæ] mundanæ ac vanæ, [& in nego-
ciatione tua multiplicâſti tibi fortitudinem,] i. grandem & potẽtem exercitum, ac cætera in quibus
regalis conſiſtit poteſtas. Ex his innoteſcit, quòd iſta non debeant literaliter ac propriè de diabolo
accipi. [Et eleuatum eſt cor tuum in robore tuo.] i. in conſideratione potentiæ tuæ. [Proptereà hęc
dicit Dominus Deus: Eô quòd eleuatum eſt cor tuum] per falſitatem & erroris & culpæ, [ſicut cor
Dei] eleuatum & ſuperexaltatum eſt per veritatem propriæ dignitatis. [idcircò ego adducam ſuper
te alienos robuſtiſſimos gentium,] putà Chaldæos, quibus pro tunc nemo reſiſtere valuit. [Et nu-
dabunt gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuę] i. ſuper te propria reputatione ſplendore
ſapientię adornatum. Loquitur autem ſcriptura de iſto ſuperbo cum ironia. [& polluent decorem
tuum.] i. quicquid pulchri in te viderint, violabunt ac deſtruent, teipſum necãdo, & ornamenta tua
tollendo. [Interficient te, & morieris in interitu incircũciſorum.] i. gentilium idololatrarum, corde
& corpore incircunciſorum: per quod æterna quoq; damnatio deſignat̃. Deniq; tempore veteris te-
ſtamenti non omnes tenebantur ad carnalem circunciſionem, ſed illi qui ad legem Moſis fuerunt
obligati. Tales igitur incircunciſi ſi vnum Deum colebant, & fidem de Chriſto futuro habuerunt,
ſaluabantur. [Nunquìd dicens loqueris coram interficientibus te] Chaldęis, [Deus ego ſum, cùm
ſis homo, & non Deus?] quaſi dicat: Tunc apparebit tua pręſumptio, pompa atq; inſania. [Et factus
eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, leua planctum ſuper regem Tyri.] i. diabolum. Quo-
circà duo quęruntur. Primò, cur diabolus rex Tyri dicatur. Secundò, quomodò ſit plãgendus, cùm
non ſit ex charitate amandus, nec beatitudinis ſuſceptiuus. Ad primum reſpondet Hieronymus,
quòd ſicut in ſcripturis angeli boni regnis vel vrbibus pręſidentes, principes eorum vocantur: ità &
angeli mali, quos & Apoſtolus nominat mundi rectores tenebrarum harum, de quibus ait Pſalmi- Ephe. 6.
ſta: Sicut vnus de principibus cadetis. Ad aliud reſpondẽdum, quòd diabolus & damnati (quantùm Pſal. 81.
ad bonum naturæ) ſunt naturali amore amandi. Sic enim & Deus diligit eos, ſicq; compati quis po-
terit eis. [Et dices ei,] non ad eius profectum, ſed hominum informationem. [Hæc dicit Dominus
Deus: Tu ſignaculum ſimilitudinis] ſ. Dei, i. diuina ſimilitudine euidenter ac eminenter ornatus,
tanquàm per naturam creatori ſimilior atq; propinquior, & inter angelicos ſpiritus altior. [plenus
ſapientia.] Totius enim vniuerſi ordinem & naturas agnóſcunt mentes ſupernę. Et primus ille ſpi-
ritus cęleſtis, maximè ſapientia naturali atq; in magna ſapiẽtia ſupernaturali creatus eſt plenus. Sed
diuerſi ſunt plenitudinis gradus. [& perfectus decore.] quia non tantùm in excellentiſſimis donis
naturę, pulcherrimaq; ſpecifica eſſentia conditus eſt, ſed etiam in donis gratię, ſecũdùm multos do-
ctores, & ſecundùm Albertum in libro ſuo de quatuor coęquæuis, & Thomam in pluribus locis.
Pręterea palàm eſt, iſta de viro gentili, ſuperbo, idololatra, ſcilicet rege Tyri mortali, exponi non
poſſe. [In delicijs paradiſi Dei fuiſti.] i. in voluptate cæli Empyrei, non tamen in gaudio beatificę
fruitionis, quia non vidit Deum per ſpeciem, nec fuit perfectè vel verè beatus, ſeu compręhenſor:
ſic enim confirmatus fuiſſet in bono. Circa hunc locum S. ſcribit Hieronymus: Pulchrè paradiſum
Dei nominat, vt oſtendat eſſe & contrarium paradiſum, non Dei, apud eos qui veritatem mutant
mendacio, & paradiſum ſe habere iactant. quo ſermone monſtrat, nequaquàm hominẽ eſſe de quo
ſcribitur, ſed contrariam fortitudinem, quę quondàm in Dei paradiſo commorata ſit. Pręterea, ſe-
cũdùm Hieronymum, primò admonetur princeps iſte quid fuerit, vt doleat ſe perdidiſſe quod ha-
buit. Infeliciſſimum nanq; infortunij genus eſt, felicem fuiſſe, non eſſe. [Omnis lapis precioſus,] de
quo mox mentio fiet. [operimentum tuum,] i. tuus fuit ornatus ac decor, videlicet [ſardius, topazi-
us, iaſpis, chryſolithus, onyx, beryllus, ſapphirus, carbũculus & ſmaragdus.] Nouem poſuit lapidum
ſpecies, quoniam nouem ſunt chori angelorum, quibus ille primus & ſupremus apoſtata fertur or-
natus: quoniam comparatione eorum ſplendidior apparebat, atq; vt aliquo modo eis, ſi ſtaret, pręe-
eſſet, conditus erat: quemadmodùm nunc ſummus angelicus ſpiritus cęteris pręeſt. ſuperior au-
tem, inferiorum multitudine decoratur & quaſi veſtitur. Propter quod Salomon dicit: In mul- Prou. 14.
titudine populi gloria regis. [aurum opus decoris tui,] id eſt, ſapientia perfectionis tuæ extitit
ornamentum: auro nanque ſapientia deſignatur. [& foramina tua in die qua conditus es, præ-

 pa-

parata ſunt.] Foramina metaphoricè in angelico ſpiritu appellantur naturales eius potentiæ vel ca-
pacitates,quibus diſpoſitus fuit à primo ſuæ creationis puncto ad dona gloriæ, ſi benè vſus fuiſſet
concreatis perfectionibus iſtis,quibus creator eum præparauit ad maiora dona. [Tu Cherub extē-
tus] per ſpiritalem tuæ poteſtatis expanſionem & in fluxio nem in ſpiritus inferiores. [&protegēs]
i.ad protegendum creatus & potens per dona tibi impreſſa,per quod peccati ſui enormitas denota-
tur,quòd qui conditus fuit ad protegendum,inferiores ſubuertit. Quæritur, cùm angelus iſte fue-
rit ſummus,putà de ordine Seraphim,cur potiùs appellatur nunc Cherub q̃ Seraph.Et reſponden-
dum,quòd ad inſinuandum incitamentum ſuę ruinæ.Cherub nanq; à plenitudine ſcientię dicitur,
quæ inflat:Seraph autē à feruore charitatis,quæ ædificat.Peccatum autē ipſius fuit eius inflatio, quā
occaſionaliter ſumpſit ex eminentia ſuæ ſcientiæ, ſicut infrà dicetur. [Et poſui te in monte ſancto
Pſal.23. Dei,] i. in cælo Empyreo,qui paradiſus eſt Dei,& locus altiſſimus, de quo cātamus: Quis aſſcendet
Pſal.14. in montem Domini?Et item:Domine,quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requieſcet in mō-
te ſancto tuo?Iſtud ſecundùm Hieronymū,homini regi Tyri conuenire nō valet,ſed ſanctę quon-
dàm atq; pręcipuæ fortitudini. [In medio lapidum ignitorum] i.angelorum [ambulâſti,] i. vixiſti,
Pſal.103. de quibus habetur in Pſalmo:Qui facis angelos tuos ſpiritus,& miniſtros tuos ignem vrentem.De-
niq; angeli ante ſuam confirmationem atq; ruinam,naturali amore amabant Deum plùs q̃ ſeipſos,
ſicut ex verbis Auguſtini comprobat S.Thomas.Vel dicuntur igniti, i. radiantes ac ſplendidi, pre-
ſertim cùm iuxta diuinum Dionyſium 4.cap.de diuinis nominibus,dona naturæ ſplendidiſſima in
angelis lapſis manſerunt.Peccatum enim naturam non deſtruit,ſed inficit. [perfectus in vijs tuis] i.
naturalibus actibus,vel etiam in quibuſdam actibus gratiæ.[à die conditionis,] i. ab inſtanti creati-
onis [tuæ,donec inuenta eſt iniquitas elationis in te]ab eodem,de quo ſcriptum eſt Iob 4.Et in an-
gelis ſuis repperit prauitatem.Quæri hîc poſſet de mora inter creationem,ruinamq́; angelorum ca-
dentium:& videtur ex hoc loco, quòd fuerit magna: ſed reſpondendum ſecundùm Latinos, quòd
fuerit breuis & parua,quamuìs non oporteat dici eam fuiſſe punctalem.Scriptura autem frequenter
gerit morem infirmitati humanæ,quæ ſubtilia & profunda capere nequit,niſi humano ac plano ex-
plicentur ſermone.Vndè ex his verbis aliud non monſtratur,niſi q angeli fuerint boni &immacu-
lati creati,immò & perfecti,quia diuerſi ſunt gradus perfectionis:nec in primo creationis ſuæ inſtā-
ti mali fuerunt,ſed propria voluntate praui effecti ſunt,ſicut ſubiungitur:[In multitudine negocia-
tionis tuæ] i. in magna illa conquiſitione, qua poteſtatem & eminentiam tibi non congruentem,
optâſti & exqſiſti.[repleta ſunt interiora tua iniquitate] ſuperbiæ,ità q & angelos tibi in impietate
conformare conatus es,& quoſdam tibi impijſſimè attraxiſti & conformâſti, vt eſſent tibi ſubiecti:
non ſecundùm ordinē ſapientiæ atq; iuſtitiæ Dei,ſeu legis & diſpoſitionis diuinæ, ſed ad tuum im-
perium,complacitum,& primatum.Non enim contentus fuit donatione & ordinatione diuina, ſed
terminos ſibi præfixos tranſgreſſus eſt.[& peccâſti] ſuperbiendo,alioſq; ad ſuperbiam inducendo.
[Et eieci] i.irrecuperabiliter expuli [te de monte Dei,& perdidi] i. in ſempiternum damnaui, [te ô
Cherub protegens de medio lapidum ignitorum,] i.angelorum ſtantium electorum. Quod legen-
☞ tes,valdè timere deberemus.Si enim Cherub tam eminenter creatus,atq; ſublimiter collocatus,ſic
extentus & protegens,ità peccauit & perijt, quid de nobis putandum eſt? Ideò in ſecunda Petri ha-
2.Pet.2. betur epiſtola:Si Deus angelis peccantibus non pepercit, nè fortè nec tibi parcat. [Et eleuatum eſt
cor tuum in decore tuo,] i. in conſideratione pulchritudinis, eminentiæ & ſapientiæ tuę, tibimet
in teipſo complacuiſti,& intumuiſti,voluiſtiq́; ſimilis eſſe altiſſimo:vt ſicut ille pręſidet non ſub le-
ge & ordine ſuperioris,ità & tu.Velut ſi princeps militiæ quęrat præeſſe militibus,non iuxta legem
diſpoſitionemq́; regis: & hoc vtiq; turpiſſimum fuit ac ſuperbiſſimum, & tamen quàm multi miſe-
ri homines vanitate cæci,in hoc dæmonem imitantur.Deniq; plures ex conſideratione perfectio-
nis ſibi collatę,in ſeipſis inaniter gloriātur,creatori ingrati:qui etſi religioſi ſint, de medio lapidum
ignitorum, i. ardentium fratrum mox ruunt, eiuſq́; ſerui redduntur, qui eſt rex ſuper omnes filios
Iob 4. ſuperbiæ. [Perdidiſti ſapientiam tuam] non naturalem, ſed eam quę donum eſt ſpiritûs ſancti, ſe-
cundùm eos qui ponunt dona angelis concreata,quemadmodùm fidem, ſpem, charitatem, quę ſa-
pientia cum peccato mortali non manet. Vel ſapientiam beatificę viſionis, quam, ſi non peccâſſes,
mox ſuſcepiſſes.Vel ſapientiam omnem concreatam perdidiſti, quantùm ad rectum vſum ipſius,
quamuìs non quantùm ad habitum.In dęmonibus quippe vis practica tota infecta eſt atque erro-
nea,eſtq́; in eis,ſecundùm S.Dionyſium, phantaſia proterua, amens furor, & irrationabilis concu-
piſcentia. Itaq; perdidiſti ſapientiam tuam [in decore tuo,] quoniam pulchritudo & excellentia,
quæ omnibus eminebat,fuit ſibi ſuperbiendi occaſio.delectatus etenim fuit in ſe, tam pulchrum ſe
☞ intuens.Ità quotidiè quidam improuidi ſapientiam ſibi infuſam,in ſuo perdunt decore, dum com-
placent ſibimetipſis,& alijs p̃fici gliſcunt, ſicq́; ſtulti monſtrantur, ſuum eſſe putantes quod Dei eſt.
Quidam quoq; in corporali pulchritudine inſipienter lętantē.[In terram p̃ieci te,] immò vſq; in tar-
ta-

tarum,iuxta illud Iſa.14.Quō cecidiſti Lucifer qui manè oriebaris?Chriſtus quoq; in Euāgelio: Vi- Luc.10.
di,inquit,ſatanā ſicut fulgur de cælo cadentem. Et Iudas in ſua ſcribit Canonica: Angelos qui non Iudæ 1.
ſeruauerunt ſuum principatū,ſed dereliquerunt ſuum domicilium,in iudicium magni Dei vinculis
æternis ſub caligine reſeruauit.[Ante faciem regū dedi te, vt cernerent te.] i. regibus te collapſum
perditumq́; oſtendi ſeu notificaui,vt tuo terreantur exemplo, vel reuerentiali timore afficiantur in
Deo:ſicq́; per reges intelligi poterunt angeli ſancti reges eximij, de quibus ſcriptū eſt Iob 41.Cùm
ſublatus fuerit,ſ.is de quo iam ſermo,timebunt angeli, & territi purgabuntur. [in multitudine ini-
quitatum tuarum,] de quibus iam dictum eſt:peccauit enim in ſeipſo per elatiōem,& item alios an-
gelos ad ſibi conſentiendum trahendo.[& in multitudine negociationis tuæ,] i.ſtudij ad obtinen-
dum inordinatè aſſimilationem altiſſimi. [polluiſti ſanctificationē tuam,] i. mentis puritatē in qua
conditus eras,&operationē bonam,quam ante caſum habueras. [Producam ergò ignem de medio
tuî] i.ex te & tuo demerito ſumā cauſam & materiā te puniēdi.[qui comedat te,] i.intra ſe quaſi ab-
ſorbeat,non tñ conſumat.[& dabo te in cinerem ſuper terrā in conſpectu oīm videntium te.] i.omi
eſſe ſpiritali,beato,& gratioſo te ſpoliabo,ità q comparatiuè,& quātùm ad meritorium eſſe ſeu be-
nè eſſe,nihil eris,ſecundùm quod de peccatore ait Apoſtolus:Qui ſe putat aliquid eſſe,cùm nihil ſit. Gal. 6.
iſtudq́; factum eſt in conſpectu vniuerſorum videntium dæmonem,i.eius ruinam fide cernentium.
[Oēs qui viderint in gentibus,obſtupeſcent ſuper te.] vehementer quippe mirandum eſt, q crea-
tura illa tam ſublimis ac nobilis,ad tantā culpam,tantamq́; deuenerit pœnā.[Nihil factus es]ſecun-
dùm ſenſum iam tactū:nam & peccatum formaliter nihil eſt,& nihil fit creatura peccando. [& non
eris in perpetuum,] i.ſpiritaliter nunq̃ reſurges,nec eſſe gratiæ recuperabis.Deſcripta Tyri deſtru-
ctione,ſermo dirigitur cōtra Sidonem,q̃ fuit eiuſdem cum Tyro prouinciæ, & Iudæis erat viciſsìm
moleſta:[Eccè ego ad te Sidon,] i.ad te puniendam exercitum Chaldęorum tranſmittam.[& glori-
ficabor in medio tuî:] i.in tua deſtructione glorioſus,potens ac iuſtus agnoſcar.[Et ſcient] homines
per poteſtatis & æquitatis meæ effectum,[quia ego Dñs cùm fecero in ea iudicia,] i. iuſta ſupplicia.
[& ſanctificatus fuero in ea,] i.ſanctè operatus,impios ritè tractando vt meam condecet ſanctitatē.
[Et immittam ei peſtilentiam & ſanguinem,] i.ſanguinis effuſionē [in plateis eius] in quibus Chal-
dæi occiderunt Sidonios.[Et non erit] Sidon [vltrà domui Iſrael offendiculum amaritudinis] i.ob-
ſtaculum amarè affligens,ſeu obex pœnoſè reſiſtens. ideò quaſi exponendo ſubijcit: [& ſpina do-
lorem inferēs vndiq; per circuitum eorum,] i.populorum [qui aduerſant eis,] videlicet filijs Iſrael:
ex quo oſtenditur,q ex omni parte Sidonij tribulauerunt filios Iſrael,&gentibus inferentibus ma-
la Iſraeli,præbuerunt ſubſidium.[Et ſciēt] filij Iſrael,[quia ego Dñs] eorum adiutor.[Hæc dicit Dñs
Deus:Quandò congregauero domum Iſrael de populis in quibus diſperſi ſunt,] i.de terra ac popu-
lo Chaldæorum,Perſarum,aliarúmve nationū.[ſanctificabor in eis coram gentibus,] non ità,ſicut
in Sidonijs ſanctificatus exiſto.Ibì em̄ ſanctificatus ſum per actus iuſtitiæ,hîc autem per actus miſe-
ricordiæ:quia in eorum liberatione ſanctus & verax apparui coram Samaritanis & alijs. [Et habita-
bunt in terra quam dedi ſeruo meo Iacob,] i.dandā promiſi ſemini eius.[& habitabunt in ea ſecuri.
Et ædificabunt domos,& plantabunt vineas,&habitabunt confidenter,cùm fecero iudicia in oīni-
bus qui aduerſant eis per circuitum,] i.gentes Iudæorum perſecutores iuſtè puniēro. Oīa hæc im- 1.Ed7.6.
pleta fuerūt ſucceſſiuè poſt reditum à Babylonica captiuitate, partìm videlicet ſub Eſdra &Neemia, & 10.
deindè ſub Machabęis.Nam tempore Simonis,& antè tempore Iudith,habitauerunt ſecuri,ſicut in Neem.3.
1.lib.Machab.& Iudith 16.legitur Iudæi verò increduli,putant hæc in aduentu ſui Meſſię implenda. & 8. 1.Mac.6.
Etenim quicquid poſſunt,ad ſuæ perfidiæ cōfirmationem conuertunt. [Et ſcient] per multiplicem & 8.
beneficiorum meorum exhibitionem,[quia ego Dñs Deus eorum,] oīm quidem generaliter,ſpeci- 2.Reg.5.
aliter verò eorum tanq̃ populi peculiaris. Circa ea q̃ de rege Tyri præhabita ſunt, refert Hierony- 3.Reg.5.
mus,quòd Iudæi hunc regem fuiſſe affirmant Hirā,qui fuit amicus Dauid & Salomonis. Aſſeruntq́;
eundem Hiram mille annis vixiſſe.Hoc autem S.Hieronymus reputat fabulam atq; fictitium, cùm
nulla authoritate probetur,& conſuetudini durationis vitæ humanæ repugnet. ¶ Præterea iuxta
myſticum intellectum,quod in principio huius capituli dicitur principi Tyri, de potentibus, diui-
tibus,& principibus ſeculi accipi poteſt.Horum enim cor eleuatur ſuperbia,& q̃uis non verbis, ta-
men operibus dicunt:Deus ego ſum, dum nec Deum nec hominem verentur aut reuerentur, ſed
propriam voluntatem quaſi legem iuſtitiæ imitantur, immò (quod horribiliùs ſonat) voluntatem
ſuam diuinæ pręferunt voluntati,dicentes illud Sapientiæ: Sit autem fortitudo noſtra lex iuſtitiæ. Sap.2.
qui etiam dicunt,In cathedra Dei ſedi. Dei enim miniſtri ſunt, & eius locum vicemq́; ſupplent. in
corde maris,i.in medio ſeculi huius.His (quia nimìs ſapientes ſunt in oculis ſuis) irriſoriè dicitur:
Sapientior es Daniele. Quod cùm ità non ſit, non ſe de ſua iactarent ſcientia parua,cùm Daniel in
omni ſua tam eminenti ſapientia,in profundiſſima manſerit humilitate. Deniq; iſti in multitudine
ſapientiæ ſuæ terrenæ, atq; in negociationibus ſuis, faciunt ſibi fortitudinem ſecularem in ædifi-

cijs,familia,amicis,atq; propinquis,acquiruntq́; aurum & argentum. quo facto, donis Dei abutentes,eleuatur cor eorum in robore ſuo.Propter quod mittit contra eos DOMINVS inuiſibiles atq; viſibiles hoſtes,qui gladios perſequutionum vel tentationum aduerſus eos denudant, tuncq́; in tormentis agnoſcunt elationis ſuæ inſaniam.Porrò quod ſubditur,Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia,& perfectus decore, in delicijs paradiſi Dei fuiſti:de magnis prælatis intelligi poteſt, qui in tot & tantis Chriſti poteſtate & authoritate funguntur,eiusq́; vicem gerunt, quòd ſignaculũ ſimilitudinis eius poſſunt vocari, quorum nonnulli pleni ſunt ſapientia ſacræ ſcripturæ, & perfecti decore virtutum,ſecundùm quendam perfectionis gradum. Sunt quoq; in delicijs paradiſi Dei,i. eccleſiæ militantis,in cuius ſacramentis ſpiritalibusq́; diuitijs gaudenter verſantur, & precioſis lapidibus,hoc eſt,gratiarum chariſmatibus decorantur:quorum vnuſquiſq; propter collatæ poteſtatis in ſubditos extenſionem & ſubuentionem atq; ſcientiæ claritatem,dicitur Cherub extentus atq; protegens.Prælatus etenim gregem ſuum clarè docere atq; protegere debet.Cui inſupèr dicitur:In medio lapidum ignitorum ambulâſti,i.inter deuotos,electos ac feruidos cõuerſatus es fratres, perfectus in vijs tuis à die conditionis, i. regenerationis tuæ in Chriſto, donec inuenta eſt iniquitas in te,in multitudine negociationis tuæ,i.occupationum tuarum circa exteriora, repleta ſunt interiora tua iniquitate:talis equidem occupatio,recollectionem adhæſionemq́; mẽtis in Deo potiſſimè impedit.Ideò ſcribit Apoſtolus:Nemo militans Deo, implicat ſe ſecularibus negocijs. Et in Eccleſia-

2.Tim.2. Eccl.11.

ſtico ſcriptum eſt:Fili,nè in multis ſint actus tui.Et,Qui conantur multa agere, incidunt in iudiciũ. Et eieci te de monte ſancto Dei,i.electorum conſortio, ità quòd per indiuiduæ charitatis vnitatem eis coniunctus non permanes,ſed tanquàm putridum membrum dæmoni incorporaris. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo. q̃ multi p̃lati & principes ex conſideratione ſuorum ornatuũ intumeſcunt ſuperbia,& vndè humiliùs regratiari debuerant,indè vaniùs ſe extollunt.Iſti demùm polluũt ſanctificationem ſuam,i. conſecrationem virtuoſamq́; priſtinam vitam. Poſtremò, ſecundùm Hieronymum,Sidon interpretatur venator,& Sidonij venatores.Itaq; contra hos venatores, i. anima-

Mich.7.

rum deceptores ſimpliciumq́; captores, de quorum quolibet ſcriptum eſt in Michea, Vir fratrẽ ſuum venatur ad mortem:loquitur Deus,Eccè ego ad te Sidon.Tales enim peſtilentes, qui alios trahunt ad mortem,plagat omnipotens,iudicat & condemnat,ità vt filijs Iſrael,i. virtuoſis nõ ſint ampliùs offendiculum amaritudinis,& ſpina doloris,quod maximè fiet in die nouiſſimo, quandò oẽs electi,qui per filios Iſrael deſignantur,à reproborum conſortio, inter quos in vita hac diſperſi fuerunt,congregabuntur.Et habitabunt in terra viuentium,quam Deus patriarchis ſanctiſſimis repromiſit.Tunc ædificabunt domos,i.mentem ſuam in Deo ſtabilient,plãtabunt vineas,i. corda fructifera,ſaporoſa,& ſplendida figent in Deo.

¶ *Declaratio cap.29.In anno decimo,duodecimo menſe.* *Articulus* 35.

SEcundùm Hieronymum, poſt Sidonem in Phœnices littore ſitam,prophetatur contra Aegyptum,in eodem littore ex alia parte Iudææ locatam. [In anno decimo] captiuitatis, vel potiùs transmigrationis Ioachim regis, in [duodecimo menſe] anni præfati, [*in vna menſis*] *i.* primo die menſis duodecimi.[factum eſt verbum DOMINI ad me,dicens:Fili hominis,pone faciem tuam contra Pharaonem regem Aegypti.] vultum tuum verſus Aegyptum cum truculentia dirigendo, vt ex modo intuendi inſinuetur,quanta calamitas prenuncianda ſit de Aegypto,eiusq́; rege.[Et prophetabis de eo & de Aegypto vniuerſa.Hæc dicit DOMINVS: Eccè ego ad te Pharao rex Aegypti.] Pharao fuit nomen commune regum Aegypti,ſicut Delphinus regum Franciæ.[draco magne.] draco, ratione crudelitatis,doloſitatis & infectionis. Nam ſicut draco inficit & occídit, ſic Pharao dando Iudæis ſpem vanam,ſpiritaliter eos infecit ac interfecit:ſed & magne draco,propter regni tam extẽti potentiam.[qui cubas] i.quieſcis & habitas [in medio fluminum tuorum,] i.in terra Aegypti,per quam currit Nilus,qui hincindè in riuos fluuiosq́; minores diuiditur.[& dicis:Meus eſt fluuius,] id eſt,ità de poſſeſſione Nili & terræ Aegypti te iactas & gloriaris,quaſi à teipſo iſta haberes.[& ego feci memetipſum.] Hoc dupliciter intelligi poteſt.Primò, quòd tam ſuperbè ſe habuit, àc ſi nullam ſuper ſe cauſam vel creatorem habuiſſet.Secundò, quòd præ indicibili elatione ad tantam deuenit cæcitatem atq; inſaniam,vt verbis quoq; proferret ſe ſuî cauſam exiſtere, ſicut de quibus iam dictũ

Dan.2.

eſt,quòd Deum ſe eſſe protulerint.Et ſicut de quodam in Daniele prædictum eſt, quòd putabit ſe

2. Mac.5.

poſſe mutare tempora & ætates.Item 2.Mach. libro de Antiocho rege aſſeritur: Exiſtimauit ſe præ ſuperbia terram ad nauigandum,pelagus verò ad iter agendum deducturum, propter mentis elationem.[Et ponam frenum in maxillis tuis,] id eſt,à tam ſuperbiſſimis verbis te per ſupplicia cohibebo.Hoc ipſum DOMINVS Iſaiæ 37.loquitur contra regem Aſſyriorum:Ponam,inquiens,circulum in naribus tuis,& frenum in maxillis tuis.[& agglutinabo piſces fluminum tuorum] i. duces, bellatores,& principes tuos adiungam [ſquamis tuis.] id eſt,tibijpſi,ſeu membris,vel operimentis corporis tui.[Et extraham te de medio fluminum tuorum,] id eſt, de terra tua delebo te. [& vniuerſi

piſces

piſces tui ſquamis tuis adhærebunt,] i.pugnatores tui & ſocij,tibi in miſerijs copulabuntur.[*Et proijciam te in deſertum,*] i.omninò relinqui te faciam,ſicut quod in eremum iactatur, relinquitur.Vel hoc ideò dicitur,quia (vt aliqui adſtruunt) Pharao cum ſuis in deſerto fuit occiſus. Sed repugnare videtur quod ſubditur:[Super faciem terræ cades.] pro quo Septuaginta tranſtulerunt, Super faciem campi cades.Aegyptus nanq; campeſtris eſt.niſi quis aſſerat hæc accipi pro eodem.[Non colligéris,neq; congregaberis.] i.non ſepelieris,nec patribus tuis in monumẽto apponéris. [Beſtijs terræ & vòlatilibus cæli dedi te] i.cadauer tuum [ad deuorandum.[Et ſcient omnes habitatores terræ Aegypti,quia ego DOMINVS,] i.ex tam inopinata regis & populi Aegyptij nece,poteſtas mea omnibus innoteſcet.Iam poſita eſt vna cauſa deiectionis Aegyptiorum, putà ſuperbia:nunc alia ſubditur cauſa punitionis eorum,videlicet q̃ vanam & falſam confidentiam præſtiterunt Iudæis, per quam à ſpe diuina auerſi,Chaldæis ſe oppoſuerunt:[Pro eo quòd] ô rex Aegypti cum populo tuo [fuiſti baculus arundineus] i.fallax ſubſidium præbens [domui Iſrael,] i.Sedechiæ regi Iuda eiusq́ue plebi, [quandò appræhenderunt te manu,] confugiendo ad tuum auxilium, atq; in illo ſe roborando.

[& confractus es] id eſt,eis ſuccurrere non quiuiſti, immò & regi Babylonis ſuccubuiſti. [& lace- 4. Reg. 25.

râſti omnem humerum eorum,] i. occiſionis eorum fuiſti occaſio, inducendo eos ad culpam, per quam meruerunt à Deo relinqui,& hoſtibus tradi.[& innitentibus eis ſuper te] i. in adiutorio tuo ſperantibus [comminutus es] i.viribus minoratus & à Chaldæis oppreſſus. [& diſſoluiſti omẽs re-

nes eorum] eo modo,quo eorum humeros lacerâſti. De hac fallacia confidentiæ in Aegypti rege Iſaiæ 30. & 31.

ac populo,pleniſſimè ſcriptum eſt apud Iſaiam.Rabſaces quoq; ad ſeruos Ezechiæ loquens, eadem 4. Reg. 18.

dicit de rege Aegypti ore blaſphemo,quæ iam loquitur B.Ezechiel ore diuino.[Propterea hæc dicit DOMINVS Deus: Eccè ego adducam ſuper te gladium] Chaldæorum, [& interficiam per manus eorum de te hominem & iumentum.] i.homines & bruta domeſtica,quę dantur hominibus in ſubſidium, vndè iumenta quaſi iuuamenta dicuntur. [& erit terra Aegypti in deſertum & in ſolitudinem] hominibus habitaculisq́; ſublatis.[Et ſcient quia ego DOMINVS, pro eo quòd dixeris] ô Pharao,[meus eſt fluuius,] ſcilicet Nilus, qui eſt vnus de quatuor fluuijs ex paradiſo fluentibus, & alio nomine dicitur Gion. [& ego feci eum.] Suprà dixit Pharao,Ego feci memetipſum: nunc ait, Ego feci fluuium iſtum, quod dupliciter intelligi poteſt,quemadmodùm illud quod dixit:Ego feci memetipſum,ſicut iam tactum eſt.[Idcircò eccè ego ad te,& ad flumina tua,] id eſt,per vltionem te viſitabo.[daboq́; terram Aegypti in ſolitudinem,gladio diſſipatam à turre Syenes,] quæ eſt circa extremitatem Aegypti in vna parte.[vſq; ad terminos Aethiopiæ] id eſt, vſq; ad fines Aegypti Aethiopiam contingentes,hoc eſt,totum regnum populumq́ue Aegypti vaſtabo atq; delebo de proprio ſolo.[Non pertranſibit eam pes hominis,neq; pes iumẽti gradietur in ea.] id eſt, tam pauci vel nulli homines & iumenta remanebunt in terra hac, vt pro nihilo reputetur.[& non habitabitur 40. annis.] Siquidem tanto tempore deſolatio Aegyptiorum durauit.[Daboq́; terram Aegypti deſertam in medio terrarum deſertarũ,] videlicet Idumææ,Paleſtinę,regionumq́; Moab & Ammon,de quarum derelictione iam ſuprà factus eſt ſermo diuinus.[& ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarum] præfatarum regionum [erunt deſolatę.] i. deſtructę manebunt [40. annis. Et diſpergã Aegyptios in nationes,& ventilabo eos in terras.] Non enim omnes occiſi fuerũt,ſed aliqui effugio euaſerunt,& quidam per captiuitatem vel venundationem ad alienas perducti ſunt regiones. [quia hęc dicit DOMINVS Deus:Poſt finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum] i. populum eius prędictum [de populis in quibus diſperſi fuerunt,& reducam captiuitatẽ Aegypti,] i. captos Aegyptios,qui adhuc ſuperſtites fuerunt.[& collocabo eos in terra Phatures,] quę ſecundùm Hieronymum fuit metropolis Aegypti.[in terra natiuitatis ſuæ, & erunt ibì in regnum humile,] i. priſtinam excellentiam,poteſtatem & pompam,regnum iſtud amittet.[& inter regna erit humilima] ipſa Aegyptus,i.infima.[& non eleuabitur vltrà ſupra nationes.] ſaltem vſq; ad longum tempus. Nam diù poſt tẽpore Octauiani repugnauerunt Romanis Aegyptij,ſed victi & maximè humiliati fuerunt.[& imminuam] i.numero paucos faciam [eos,nè imperent,neq; erunt vltrà domui Iſrael in confidentia,] i.ſpem inanem eis vltrà non ingerent.[docentes iniquitatem,] i.rebellionem aduerſus regem Babylonis,cui Sedechias fidelitatem iurauit,& amicitię pactum iniuit,quo non obſtante, Aegyptij perſuaſerunt Iudęis rebellionem contra Chaldęos:vel docẽtes iniquitatem,i.deſerto Dei auxilio, quęrere humanum ſubſidium.[vt fugiant] Iudęi à confœderatione atq; DOMINIO regis Chaldæorum.[& ſequant̃ eos] putà Aegyptios.[& ſcient Aegyptij] ex ſua caſtigatione,[quia ego DOMINVS,] i. poteſtatem meam perſentient.[Et factum eſt in viceſimo & ſeptimo anno] tranſmigrationis Ioachim,[in primo] menſe,[in vna menſis,] i.prima die menſis iſtius. [factum eſt verbum Domini ad me,dicens.] Quæritur,cur ſtatìm poſt ſuperiorem reuelationem 10. anno factam, deſcribitur reuelatio iſta 2. anno oſtenſa,cùm infrà ſcribantur reuelationes factæ anno vndecimo,& item duodecimo anno,atq; in anno 25. Reſpõdet Hieronymus quòd propter connexionem viſionis iſtius cum

 viſi-

viſione immediatè præſcripta. Vtraq; enim eſt de Aegypto. In prophetis nanq; frequenter pposte-
Iere. 32. & 39. ro ordine tempora deſcribunt, ſicut in Ieremia quędã de Sedechia priùs q̃ de Ioachim deſcribunt,
cùm tñ poſt Ioachim Sedechias regnauerit. [Fili hoĩs, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fe-
cit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſùs Tyrum.] Maximo enim labore laborauerunt ſubditi
regis Nabuchodonoſor, eo iubente, anteq̃ caperent Tyrum, vt conſtat ex præinductis. [Omne ca-
put decaluatum, & oĩs humerus depilatus eſt,] i. capita & humeri miniſtrorum regis huius ex depor-
tatione armorum & onerum, lapidum & lignorum contra Tyrum, crinibus ſunt nudati. [& merces
non reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro.] Tyrij nempe vrbi ſuæ excidium imminere cernentes,
precioſa quæq; per mare ad alias inſulas tranſmiſerunt: & cætera manibus Chaldæorum ſubtraxe-
runt, nè vrbem ingreſſi, ſpolia pinguia comperirẽt. [Propterea hęc dicit dñs Deus: Eccè ego dabo]
i. mittam [Nabuchodonoſor regem Babylonis in terrã Aegypti, & accipiet multitudinẽ eius] i. co-
piam facultatum & hoĩm. [& deprædabitur manus eius, & diripiet ſpolia eius] i. quicq̃d precioſum
fuerit in Aegypto, in ſuam rediget poteſtatem. Manubiæ enim dicuntur ſpolia, quæ manibus rapiũ-
tur. [Et erit merces exercitui illius, & operi quo ſeruiuit] meo imperio [contra eam,] ſ. Tyrum. [De-
di ei terram Aegypti, pro eo quòd laborauerunt mihi,] i. voluntati meæ & ad executionem ac decla-
rationem meæ iuſtitiæ, [ait dñs Deus.] Nabuchodonoſor enim opes Aegypti ſuis dedit atq; diuiſit
miniſtris. Porrò ex præinductis clariſſimè innoteſcit, quòd inſtinctu diuino rex Babylonis & eius
exercitus demolíti ſint Tyrum, ità quòd Deo in hoc ſeruiêrunt, exequendo eius iuſtitiam: obedie-
runt, ſequendo eius inſtinctum: laborauerunt, perducendo propoſitum ad effectum. Sed qm̃ hęc fe-
cerunt non ex charitate & recta intentione, non meruerunt mercedem æternam, ſed temporalem.
Immò ſtare poteſt, q̃ in eodem facto meruerunt hoc modo, & demeruerunt ſeu peccauerunt alio
modo: qm̃ non ad Dei honorem, ſed ad propriam locupletationem, & dominationis ſuæ amplifi-
cationem, iſta cupidè crudeliterq; fecerunt. Nec enim nouerũt ſe diuinitùs inſpiratos, ſed deprecati
ſunt & conſuluerunt ſua idola & magos. [In die illa] i. tempore quo fuerit Aegyptus ità deiecta.
[pullulabit] i. orietur & creſcet [cornu domûs Iſrael,] i. regium genus Iudæorum, putà Zorobabel
& poſteri eius, qui tunc quodammodò refloruerunt, dum populum Iſrael de Babylonica captiuita-
te ad terram propriam reduxerunt. Quidam per cornu Iſrael, Chriſtum intelligunt, quod nec con-
cordat verbo præhabito, ſ. In die illa, nec verbo ſequenti: [& tibi dabo apertum os in medio eorũ.]
i. rationabilem libertatem loquendi inter Iudęos qui tecum ſunt, cùm vaticinia tua quæ deriſerunt,
viderint conſummari. ¶ Præterea iuxta myſticã expoſitionẽ, per Pharaonem regem Aegypti, dra-
conem magnum, intelligitur quicunq; princeps tenebrarum, vel dñs ſecularis callidus & crudelis.
Apoc. 12. Vndè de diabolo ſcriptum eſt in Apocalypſi: Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui
ſeducit vniuerſum orbem. Hi cubant in medio fluminum ſuorum, i. eorum qui ſuis ſuggeſtionibus
atq; erroribus acquieſcunt, qui dæmoni intra ſe habitaculum animæ præbent, qui hominem plùs
quàm Deum verentur offendere. Et dicunt, meus eſt fluuius, i. multitudo ſeu grex ſubditorũ. Nam
de multitudine ſubiectorum ſe iactant. Et ego feci meipſum, ſic enim de bonis à Deo conceſſis glo-
riantur, quaſi à ſeipſis iſta ſortiti ſint. Deniq; in ore iſtorum mittit Dominus frenum, & tempore vl-
tionis per vindictam iuſtitiæ, eorum contumaciam reprimit, audaciamq; confundit, iuxta illud: In
Pſal. 31. Iſaię 37. chamo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te. Hinc per Iſaiam Dominus
proteſtatur: Cùm fureres aduerſùs me, ſuperbia tua aſſcendit in aures meas. Agglutinat quoq; Deus
piſces iſtorum ſquamis eorum, quandò coniunctos in vitijs, ſimul damnat & conſociat in tormen-
tis. Extrahit verò eos de medio fluminum ſuorum, dum eorum tyrannidẽ facit ceſſare, ità quòd ca-
dunt ſuper faciem terræ, i. in infimis deprimuntur. Et ab angelis ſanctis dæmones ſuperantur. Impij
Eccl 10. etiam principes ſeculi à Deo plagant, ſecundùm illud Eccl: Sedes ducũ ſuperborum deſtruxit De-
us, & ſedere fecit mites pro eis. Qui etiã dãtur beſtijs terræ & volatilibus cæli ad deuorandũ, i. dæ-
Matt. 13. Luc. 8. monibus, quibus nunc ſpiritaliter per peccata mortalia incorporant. Qui in Euãgelio dicti ſunt vo-
lucres cęli, ſemen miſſum in agrum pdantes ac comedentes. De quibus fert in Pſal. 73. Nè tradas be-
ſtijs animam confitentẽ tibi. Pro eo q̃ fuiſti baculus arundineus domui Iſrael. Hoc competit oĩbus,
qui callidis perſuaſionibus, vanis promiſſionibus aut donis iniquis, alijs prębent ſpem vanam & ro-
borationem in malo, & ſimplices fallunt. Super hos dñs gladium, i. dãnationis inducit ſententiam.
Iſaiæ 34. De quo ait per Iſaiã: Inebriatus eſt gladius meus in excelſo. de quo etiã Apoc. 1. habet: De ore eius
pcedebat gladius ex vtraq; parte acutus. Interficit demùm de eis hoĩem & iumẽtum, i. quicquid ra-
tionis vel erroris in eis eſſe videt. Et erit terra Aegypti, i. cõgregatio reproborum iſtorum. in deſer-
tum, ità q̃ omni gratia deſtituetur, & vacua erit ac ſterilis. Veruntñ qm̃ quidam eorum dæmonibus
ac mundanis principibus impiè ſeruiêrunt, ſæpè à Deo tanguntur & conuertuntur, propterea poſt
quadraginta annos dicunt reuerti, & in terra ſua locari, ità q̃ fiunt Eccleſię filij, & inter alios humili-
ores. Pœnitẽtiũ em̃ poſt magna peccata collectio, eſſe debet regnum Chri humilimum: vt quo gra-
uiùs

uiùs errauerunt & offenderũt, eo ampliùs ſe ſemper humilient, & à ſceleratis, inter quos vitioſè agẽ-
do diſperſi fuerunt per vitia & errores, ſe retrahant. Numerus aũt quadragenarius, ad pœnitentiam
pertinet. Et imminuam eos: pauci nanq; ſunt tales, quia & pauci electi. Nè imperent gentibus ſicut Matth. 20.
antè, impiè præſidendo. Et non erunt vltrà domui Iſrael in cõfidentia, dando electis prauam fiduciã,
docentes impietatẽ, ſedendo in cathedra peſtilentiæ. Immò pietatẽ veritatẽq; docebunt, cum Iere- Pſal. 1.
mia dicentes: Maledictus qui cõfidit in homine, & ponit carnẽ brachium ſuum, & à dño recedit cor Iere. 17.
eius. Benedictus vir qui cõfidit in dño. Et item cum Iſaia: Quis ambulat in tenebris, & nõ eſt lumen Iſaiæ 50.
ei? Speret in nomine dñi, & innitatur ſuper Deum ſuũ. Factum eſt verbũ dñi ad me, dicens: Fili hoĩs,
&c. Per iſtud quòd regi Babylonis datur à Deo pro mercede terra Aegypti, pro ſeruitute qua Deo
cõtra Tyrum ſeruiuit, datur intelligi, q̃ nullum bonum deſerit Deus om̃ipotens, iuſtus, immenſus,
ſupergloriosus ac ſapiens, irremuneratũ, quanuìs à gentilibus fiat, ſecũdùm Hieronymũ. Opera aũt
extra charitatẽ facta, p terrena munera recõpenſat. In die illa pullulabit cornu domui Iſrael. Hoc im-
pletur, dum p̃lati principeſq; Eccleſiæ in virtutibus germinãt ac reflorent. Et tibi dabo os apertum
in medio eorũ. Hóc Chriſtus largitur his, qui dicere poſſunt cum Iſaia: Dñs dedit mihi linguã eru- Iſaiæ 30.
ditam, qui ex dono gratiæ ſpecialis, ſciunt efficaciter exhortari, ardenter inſtruere: quorum ſermo
ſemper eſt in gratia ſale diſcretionis condítus, qui verba ſua ponere nôrunt in forma virtutum. Col. 4.

¶ *Explanatio cap. 30. Et factum eſt verbum Domini ad me.* *Articulus* 36.

RVrſus contra Aegyptios, eorumq; adiutores, prophetalis ſermo dirigitur. [Et factum eſt verbũ
dñi ad me, dicens: Fili hominis, propheta & dic: Hæc dicit dñs Deus, vlulate] ô Aegyptij ac cæ
teri, quorum nunc calamitatem pnuncio: [Væ væ diei] i. magna valdè afflictio imminet eis, de qui-
bus nunc loquor, q̃ die diuinitùs præſtituta, infligenda eſt ipſis. Frequenter aũt in ſcripturis aſſcribi-
tur tempori, quod cõtingit in tempore, atq; hominibus temporaliter accidit. Sic nanq; ait ſaluator: Matth. 6.
Sufficit diei malitia ſua. Et Paulus: Dies mali ſunt. [quia iuxtà eſt dies] i. tempus miſeriæ Aegyptio- Ephe. 5.
rum. [& appropinquat dies dñi,] i. tempus vltionis diuinæ contra Aegyptum. [dies nubis,] i. Baby-
lonicæ perſecutionis ac tempeſtatis. quanuìs aũt omne tempus ſit Dei, qui ſolus eſt temporum dñs,
illud tñ ſpecialiter fertur tempus dñi Dei, quo ipſe ſpecialiter aliquid agit. Idcircò tempus punitio-
nis prauorum, dicitur tempus dieſq; dñi. [tempus gentium erit,] ſiue earum quæ perſequutionem
ſuſtinebunt, ſiue earũ q̃ inferunt eam. Nam & idem tempus quod eſt Dei ratione p̃fata, eſt quoq; &
dicitur tempus hominum, propter ea q̃ ipſi agunt aut patiuntur in ipſo. [Et veniet gladius] Chaldę-
orum [in Aegyptum, & erit pauor in Aethiopia, cùm ceciderint vulnerati in Aegypto,] formidan-
tibus Aethiopibus, quorum eſt regio vicina Aegypto, nè & ipſis idem eueniat, p̃ſertim quia (vt di-
citur) confœderati erant Aegyptijs. [Et abolita fuerit multitudo illius,] i. multitudo hominum in
Aegypto defecerit. [& deſtructa fundamenta eius.] i. fundamenta vrbium & caſtrorũ. [Aethiopia &
Libya] i. populi prouinciarum ſuarum. [& Lydij & omne reliquum vulgus & Chub,] i. Arabia, ſe-
cundùm quod Symmachus trãſtulit. [& filij terræ fœderis] i. Iudæi, habitatores Iudææ, q̃ dicitur ter
ra fœderis, qm̃ Deus promiſit hanc Abrahæ, ineundo fœdus cum eo, iuxta illud Geneſis: In die illo Gene. 15.
pepigit dñs fœdus cum Abraham, dicens: Semini tuo dabo terram hanc. Pro filijs terræ fœderis, Se-
ptuaginta tranſtulerunt, De filijs teſtamenti mei. Cum eis gladio cadent, i. cum Aegyptijs occiden-
tur. Nam & Iudæi, qui cum Iohannan fugerunt in Aegyptum, fuerunt ibidèm à Chaldæis pro parte Iere. 40.
occiſi. gentes quoq; præfatæ, quæ ad Aegyptiorum auxilium confluxerunt, pariter corruerunt. [Hęc
dicit dñs Deus: Et corruent fulcientes Aegyptum,] i. præſcripti auxiliatores Aegyptiorum. [Et de-
ſtruetur ſuperbia imperij eius] i. excellentia imperialis Aegypti. [à turre Syenes.] quæ eſt in vna ex-
tremitatum Aegypti, [gladio cadent in ea,] videlicet in Aegypto, ità q̃ totum regnum vaſtabitur.
[Et diſſipabuntur] i. deſtruentur [in medio terrarum diſſipatarum,] de quibus præcedenti articulo Ezech. 29.
facta eſt mentio. [Et ſcient quia ego Dominus Deus, cùm dedero ignem] i. Chaldæorum inuaſio-
nem & iram [in Aegypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius,] de quibus iam dictum eſt. [In
die illa egredientur nuncij à facie mea] i. Chaldęi mea inſpiratione pergent ab Aegypto. [in trieri-
bus] i. in nauibus tres remorum habentibus ordines. [ad conterendam Aethiopiæ cõfidentiam,]
i. gentem Aethiopum, Chaldæis ſe poſſe reſiſtere confidentem. [& erit pauor in eis] Aethiopibus
ſcilicet [in die Aegypti,] i. cùm Aegyptiorum deiectionem perceperint. [quia abſq; dubio veniet]
quod prædico. q. d. ad prædeſtinationis prophetiam hæc pertinent, quę certiſſimè adimpletur. [Hęc
dicit Dominus: Et ceſſare faciam multitudinem Aegypti in manu] i. per exercitum atq; potentiam
[Nabuchodonoſor regis Babylonis. Et faciam alueos fluminum aridos.] ex Nilo em̃ fluxerũt aquæ
ad loca diuerſa, quas ex alueis ſuis eduxerunt & deficere fecerunt Chaldæi. [Et tradam terrã] Aegy
pti [in manu peſſimorum, ſ. Chaldęorum qui atrociſſimi erant. [Et diſſipabo terram,] i. habitatores
ac habitationes Aegypti. [& plenitudinem,] i. diuitias [eius in manu alienorum,] i. extraneorum,
ſeu Babyloniorum. [Ego Dominus locutus ſum.] cuius verbum irritum eſſe non poterit. [Hæc

dicit dñs Deus: Et diſperdam ſimulacra, & ceſſare faciam idola de Memphi:] quę ſecundùm Hiero-
nymum fuit metropolis ſuperſtitionis Aegyptiæ. Chaldęi aūt ex cupiditate idola Aegyptiorum ſu-
is ornamentis ſpoliauerunt ac diſſipauerunt. [Et dux de terra Aegypti non erit ampliùs.] i. duces
Aegypti ad tempus deficient, ſ. vſq; ad 40. annos, vt præcedēti dicebatur capitulo. Ponitur ergò ſin-
gulariter dux pro ducibus. Vndè Septuaginta trāſtulerunt: Principes de terra Aegypti nō erunt am-
pliùs. Vel per ducē intelligit̄ rex. [Et diſperdā terrā Phatures,] ꝗ fuit ciuitas in Aegypto egregia. [&
dabo ignē in Taphnis] vrbe Aegypti. [& faciā iudicia mea] i. iuſtas vindictas [in Alexādria] Aegy-
pti ciuitate ꝑgrandi. [Et effundam indignationem meā ſuper Peluſium robur Aegypti,] i. robuſtiſ-
ſimam vrbē Aegypti, quia tutiſſimum habuit portum, & negociationes maris maximè exercebātur
ibidèm, ſecundùm Hieronymum. [quaſi parturiēs dolebit Peluſium.] i. habitatores eius clade ſua
ſibi iā imminente, in maxima erunt anguſtia. [Iuuenes Heliopoleos & Bubaſti] i. ciuitatū iſtarū [gla
dio cadēt, & ipſæ captiuæ ducent̄] i. reſidui in oppidis iſtis inuēti, captiuitati ſubdentur. [Et in Ta-
phnis,] ꝗ fuit regia vrbs Aegypti. [nigreſcet dies,] i. maxīa triſtitiā erit. Eſt nāq; cōſuetudo ſcripturę,
vt luminaria cęli & dies obtenebrari dicant̄, quādò hoībus maximæ aduerſitates occurrūt. [cùm cō-
triuero ibì ſceptra Aegypti.] i. natos de ſemine regio, ꝑ Chaldęos occídero. [Ipſam nubes operiet,]
i. vrbē hanc copioſa calamitas poſſidebit. [filiæ aūt eius] i. cæteræ ciuitates ei ſubiectę vel fœminæ.
[in captiuitatē ducent̄: &c. Et factum eſt in vndecimo anno] tranſmigratiōis Ioachim. [in primo mē-
ſe] huius anni. [in ſeptima menſis] die. [factum eſt verbū dñi ad me, dicēs:] Propheta in iſtis capitu-
lis nō videt̄ temporū ordinē obſeruâſſe. [Fili hoīs, brachiū Pharaonis regis Aegypti cōfregi,] i. po-
teſtatē eius per regē Babylonis deſtruxi. [& eccè nō eſt obuolutū, vt reſtitueret̄ ei ſanitas, vt ligaret̄
pannis, & faſciretur linteolis, & recepto robore poſſet tenere gladiū.] Loquitur ſuperſapiens Deus
de poteſtate regis Aegypti metaphoricè, ſub proprietate & nomine brachij corporalis: quod ſi con-
fractum, nō obuoluatur pannis, medicinaliterq́; tractetur, ad priſtinum robur nō redit: Ità & Phara-
onis poteſtas, quia deiecta, ab hoīe reparata nō eſt, irreparabiliter perijt, quātùm ad regē contra quē
vaticinatur Ezechiel. [Propterea hæc dicit dñs Deus: Eccè ego ad Pharaonē regem Aegypti, & cō-
minuam eius brachium forte,] anteꝗ̄ à Chaldæis læderetur. [ſed confractū] poſteà à Chaldæis. [Et
diſpergam Aegyptum in gentibus,] i. ad gentes diuerſas ducā captiuos Aegyptios. [Et confortabo
brachia regis Babylonis, daboq́; gladium meum in manu eius,] i. poteſtatem pugnandi ac præualē-
di ei præſtabo, ità ꝙ non ſua, ſed mea præualebit potentia. [& gement] Aegyptij [gemitibus interfe-
cti coram facie eius.] i. in cōſpectu regis Babylonis, quēadmodùm gemere conſueuerunt corā oc-
ciſoribus qui occiduntur. ¶ Expoſitio myſtica. Prætereà iuxta myſticū ſenſum, per vlulatum &
væ diei Aegypti, auxiliatorumq́; eius, intelligitur dolor, tremor, atq; anguſtia mundi in die iudicij ge-
neralis, & vniuſcuiuſq; in die ſui iudicij particularis. Tunc eñ veniet gladius in Aegyptum, i. diſtri-
cta diuinæ æquitatis ſententia ſuper iniquos. Erit pauor in Aethiopia, i. in eis qui vitiorum nigredi-
ne *deformantur, atq; in his qui ſingulis vitijs maculantur,* qui per Libyam & Lydiam Arabiamq́; ſi-
gnati ſunt. Et corruent fulcientes Aegyptum, i. inſtigatores ac fautores malorum peribunt. Non eñ
Rom. 1. ſolùm morte digni ſunt qui faciunt mala, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Tunc deſtruetur ſu
perbia imperij atq; dominij ſecularis. à turre Syenes, i. ab altitudine gyratiōis, qua vitioſi in circuitu
ambulant, non directè cor ſuum eleuantes ad Deum, ſed in rebus caducis circunuagantes, de qui-
Pſal. 82. bus cantamus: Deus meus, pone illos vt rotam. Et ſcient quia ego dñs, cùm dedero ignem in Aegy-
pto, i. ignem conflagrationis in mundo, quia tunc omnibus diuinę maieſtatis iuſtitia euidenter pa-
tebit. In die illa egredientur nuncij à facie mea ad conterendam confidentiam Aethiopiæ. Nuncij
iſti, intelligi poſſunt angeli ſancti, quorum miniſterio fiducia impiorum deſtruetur, qui tollent oēa
ſcandala de regno militantis Eccleſiæ, & eos qui operantur iniquitatem, mittentq́; eos in caminum
ignis. [Et ceſſare] i. deficere [faciā multitudinē Aegypti] i. amatores ſeculi, qui multi ſunt, quia mul-
ti vocati. [in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis,] i. diaboli principis confuſionis, qui repro-
bos in iudicio accuſabit ac vincet, quos in vita præſenti ſpiritaliter interfecit ad vitia pertrahendo.
Matth. 13. [Ipſe & populus eius] i. angeli tenebrarum, de quorum quolibet illud in Euangelio accipi poteſt,
Inimicus homo hoc fecit. [Fortiſſimi gentium.] Non eſt enim poteſtas ſuper terram, quæ compa-
Iob 41. retur principi huic, ſicut ad ſanctum Iob dñs proteſtatur. [Adducentur ad diſperdendum terram] i.
ad decipiendū habitantes in terra. Inſtante nāq; die iudicij ſoluetur ſatanas, & ſeducet gentes, quē-
Apoc. 12. admodùm in Apocalypſi ſcribit Ioannes. & euaginabunt gladios ſuos ſuper Aegyptum, i. tentatio-
13. & 20. num ſuarum impugnationes ſuper mundanos. Et implebunt terram interfectis, quia innumerabi-
les ſpiritaliter occident, corporaliter quoq; quàm plurimos per Antichriſtum & eius ſatellites. Et
faciam alueos fluminum aridos, i. ſapientiam huius ſeculi reprobabo, atq; inanis eloquentiæ fluen-
ta damnabo. Et tradā terram, i. terrenos, in manu peſſimorū, i. malignorū ſpirituū. Recedentes eñ à
Iere. 17. Deo, in terra ſcribent̄, vt loquitur Ieremias. Et diſſipabo terrā & plenitudinem eius, i. Eccleſiā in ter-
ris

ris peregrinantē, in manu alienorum, i. Antichri miniſtrorumq́; eius, ꝗ fideles grauiſſimè ꝑſequet̄, &
multos ſubuertet. Et diſperdā ſimulacra, i. vanas prauorum imaginationes, & vniuerſa figmenta, atq;
immunda phātaſmata, de ꝗbus docet B. Ioānes cauendū: Filioli, inquiēs, cuſtodite vos à ſimulacris. 1. Ioan. 5.
& ceſſare faciā idola iam ꝑfata de Memphi, i. garrulis & verboſis. Mēphis quippe interpretat̄, ex ore.
Et dux de terra Aegypti nō erit ampliùs, quia tunc oīs mundi huius dñatio ꝑteribit. Et diſperdā ter-
ram Phatures, i. eos qui ſpiritalē cibum nō capiunt, & eccleſiaſticum panē cōtemnunt. Phatures nē-
pe, panis cōculcatio interpretat̄. Et dabo ignē damnationis in Taphnis, i. in eos ꝗ mādatum humile
aſſequunt̄. Quales ſunt hi, ꝗ cæleſtia Dei mādata nō honorātes, hoīm viles ac infimas iuſſiones dili- Acto. 5.
genter obſeruāt, cùm tñ Petro docēte, Deo magìs ꝗ̄ hoībus obedire debeamus, quales fuerunt Iu- Matth. 23.
dæi, cōtra quos in Euāgelio loquit̄ Chrs. Et faciam *iudicia mea* in Alexādria, *cuius nomē* Hebraicū Lucæ 13.
No, requies interpretat̄: per quā voluptuoſi exprimunt̄, qui nunc cōſolationē ſuā habent, ꝗbus & di
citur: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Et effundā indignationē meā ſuper Pelu- Lucæ 6.
ſium, i. eos qui iuſtos infeſtāt. Peluſij eñ ciuitatis nomē Hebraicum Sin, tentatio interpretat̄. Et ſe-
cundo Machabęorum habet̄: Afflige dñe opprimētes nos, & cōtumeliam facientes in ſuperbia. Oīm 2. Mach. 1.
eñ horum erit ineffabilis dolor, miſeria & preſſura in die iudicij, tam ꝓprij ꝗ̄ cōmunis. ¶ Poſtre-
mò per hoc ꝙ dñs brachium Pharaonis cōfregit, & cōtra eum brachia regis Babylonis corrobora-
uit, datur intelligi, ꝙ Deus frequēter vnum iniquum per aliū punit, atq; viciſsìm malos per peiores
ac peſſimos tribulat & affligit, vt minùs mali corrigant̄, & Deum agnoſcāt, peſſimi aūt penitùs per-
eant. De tropologia iſtorum expedio me, qm̄ quātùm ad ſenſum, frequēter ꝑhabita eſt: & liber hic
prophetalis propter magnitudinem ſuā, expeditionem requirit, vt legentium conſulatur faſtidio.

¶ *Explanatio cap. 31. Et factum eſt in vndecimo anno.* *Articulus* 37.

ADhuc de Aegypti deſtructione prophetia deſcribitur. [Et factum eſt in vndecimo anno] trāſ-
migrationis Ioachim, à qua S. Ezechiel Deo tam familiaris, eiuſq́; alloquio tam aſſuetus, com
putationis ſuæ ſumit exordium. [tertio menſe, vna menſis] tertij die. [Factum eſt verbum Domini
ad me, dicens: Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius: Cui ſimilis factus es in ma-
gnitudine tua] ô Pharao? quaſi dicat: Nondùm tam grandis effectus es, vt putes te regi Chaldęo-
rum poſſe obſiſtere, quod conſequenter probatur per locum à maiori. Nam Aſſyriorum rex qui ma-
ior te fuit, ab ipſo deuictus eſt. [Eccè Aſſur] i. rex Aſſyriorum, [quaſi cedrus in Libano,] i. ſic alijs re
gibus fuit ſublimior, quemadmodùm cedrus eſt arboribus alijs in monte Libano altior. Deſcribit
inſupèr magnificentiam regis Aſſyriorum, ſub metaphora cedri pulcherrimæ. Propter quod ſubdi-
tur: [Pulcher ramis & frondibus nemoroſus,] i. filiorum propagine atq; exercitûs magnitudine de-
coratus, ſicut cedrus ramis frondibuſq́; ornatur. [excelſuſq́; altitudine,] i. regia dignitate. [& inter
condenſas frondes] i. bellatorū & militum exuberantes cohortes. [eleuatum eſt cacumen] i. impe-
rium [eius] ſuper plurimos terræ reges, quos ſuo ſubiecit dominio. [Aquæ nutriêrunt illum, abyſ-
ſus exaltauit illum.] i. diuitiarum abundantia per aquas allata vel aucta, ſublimauit ac aluit princi-
pem iſtum. [flumina eius manabant in circuitu radicum eius,] i. opulentia eius vndiq; circundedit
eū, ità ꝙ germinauit & floruit inſtàr arboris, quæ copioſiſſimè irrigatur. [& riuos ſuos mîſit ad vni-
uerſa ligna regionis.] i. de ſua opulentia multos ditauit. [Proptereà eleuata eſt altitudo eius ſuper
omnia ligna regionis.] i. poteſtas eius cunctis penè populis eſt prælata. [& *multiplicata ſunt arbuſta*
eius,] i. ſubiecti, vel agmina eius. [& eleuati ſunt rami eius,] i. de ſemine eius exorti [præ aquis mul-
tis.] i. propter abundantiam ſuam. [Cumq́; extendiſſet vmbram ſuam,] i. potētiam ſuam dilatâſſet,
& plurimos ſibi ſubiugâſſet. [in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli,] i. homines & prin-
cipes omnium in circuitu prouinciarum, ſub eius poteſtate ſe ad quieſcendum dederunt, reſiſtere
nec audentes, neq; valentes, [& *ſub frondibus eius* * gemuerunt oēs beſtiæ ſaltuum,] i. homines *genuerūt
irrefrenati atq; atroces, quos per poteſtatis ſuæ vigorem domauit. Porrò ꝙ per aues ac beſtias hoīes
deſignentur, liquet ex eo quod ſubditur: [Et ſub vmbraculo illius] i. ſub poteſtatis ſuæ ꝓtectione.
[habitabat cœtus gētiū plurimarū.] i. multitudo diuerſarū nationū ac regionū. [Erat pulcherrimus
in magnitudine ſua,] i. imperiali potētia, ità ꝙ mūdi huius diuitijs, delicijs, atq; honorib9 abundauit,
multiſq́; populorū exercitibus ſplēduit, quanuìs vitiorum turpitudine fuit totus ſqualidus. [& in di
latatione arbuſtorum] i. populorū [ſuorū. Erat eñ radix illius iuxta aquas multas,] i. ſtabile habuit
fundamentū, quod varijs bonis fouebatur. [Cedri] i. alij reges [non fuerunt altiores illo in paradiſo
Dei,] i. in delicioſiſſimis mundi regnis. Vel ſecundùm Hieronymum ſenſus eſt, ꝙ rex Aſſyrius tā-
tæ fuit potētiæ, victoriæ atq; ſuperbiæ, vt ſe angelorū fortitudini cōpararet. Sicq́; ſecundùm eius re-
putationem cedri, i. angeli, non fuerunt altiores eo in paradiſo Dei, i. regno cæleſti. Nec hoc incre-
dibile eſt de ipſo, cùm rex Tyri dixerit: Deus ego ſum. Et Sennacherib rex Aſſyriorum ſacrilegus
ſcripſit ad Ezechiam: Non te decipiat Deus tuus: non eñ poterit te liberare de manu mea. [Abie- Ezech. 28. 4. Reg. 17.
tes non adæquauerunt ſummitatem eius,] i. quicunque principes ad eius æqualitatem non per- Iſaiæ 36.
uene-

uenerũt.[& platani nõ fuerunt æquę frondibus illius.] i.alij magnates ac duces, ducibus eius nõ fu-
erunt æquales.[Om̃e lignum paradiſi nõ eſt aſſimilatum ei, neq; pulchritudini eius,] i.nullus regũ
in voluptuoſis verſans,atq; in amœniſſimis degẽs,ſimilis fuit plenariè regi Aſſyriorum, & eius deco
ri,quãtùm ad ſui tẽporis reges. [qm̃ ſpecioſum feci eum] in exterioribus rebus atq; ornamẽtis in do
nis naturę.[& multis cõdenſisq; frondibus.] i. varijs gentium ac principum cuneis ſtipatũ atq; cir-
cunuallatũ.[Et æmulata ſunt eum] i.ſecuta tanq̃ ab ipſo deuicta,vel æmulata ſunt eum,i.inuiderunt
[oĩa ligna voluptatis q̃ erãt in paradiſo Dei.] i. reliqui reges & principes in regionibus deliciarum à
Deo creatis,hoibusq; ab ipſo cõceſſis.[Propterea hęc dicit Dñs Deus:Pro eo ꝙ ſublimatus eſt in al-
titudine,] i.de ſua ſublimitate intumuit. [& dedit] i. exhibuit [ſummitatẽ ſuã] i. regiã excellentiam
[virentẽ atq; condenſam] i.per aliorum ſubiugationẽ quodãmodò recentẽ ac ampliorẽ,ex ambiti-
one aliorum deſtruens regna, vt eius celſitudo om̃ibus emineret. [Et eleuatum eſt cor eius] per ſu-
perbiã.[in altitudine ſua:] quaſi hanc à ſeipſo haberet. [Nũc tradidi eum in manus fortiſſimi genti-
um] Nabuchodonoſor regis Chaldęorum,qui Aſſyriorũ deſtruxit imperium. [Faciẽs faciet ei] va-
ſtitatẽ haud mediocrẽ.[Iuxta impietatẽ eius eieci eum] i. ſecundùm quod rex Aſſyriorum ſua ido-
lolatria,atq; in Deum verũ blaſphemia meruit,regno ipſum priuaui. [& ſuccidẽt illum alieni,] putà
Chaldæi.[& crudeliſſimi nationũ] videlicet iſti Chaldęi cæteris gentibus ferociores.[& ꝓijcient eũ
ſup mõtes.] i. ſup aliquẽ montiũ, corpus eius exanime ꝓijciẽt. [Et in cunctis cõuallibus corruẽt ra-
mi,] i.proximi eius,loquẽdo de vallibus locorũ occiſionis. [Et cõfringent arbuſta eius in vniuerſis
lapidibus terræ.] i.illic populi eius interficient. [& recedẽt de vmbraculo eius oẽs populi terræ.] i.
de eius dñatione & ꝓtectione diſcedẽt diuerſarũ populi regionũ. [& relinquẽt eũ] qui ab ipſo du-
dũ victi fuerũt.[In ruina eius] i.in eius q nunc ruit, virtute olim [habitauerũt oĩa volatilia cęli,& in
ramis eius fuerunt vniuerſæ beſtię regionis.] Iſtud iã pauloantè habitũ atq; expoſitũ eſt. [Quãobrẽ
nõ eleuabunt in altitudine ſua.] i.ſublimi potentia regis Aſſyriorũ vltrà nõ erigent,[oĩa ligna aqua-
rum.] i.gentes diuitiarum.[Nec ponet ſublimitatẽ ſuam inter nemoroſa atq; frondoſa,] i.in princi-
pibus & exercitibus regis huius ſe ampliùs nõ ſtatuent nec fundabũt. [nec vaſtabunt in ſublimita-
te eorũ] i.poteſtate iſtorum vltrà nõ fulcient.[oĩa q̃ irrigantur aquis,] i.gentes q̃ ſeculi opibus ſuſtẽ-
tant.[quia oẽs traditi ſunt in mortẽ,] ità ꝙ pariter occident ſeu morient.[ad terrã vltimã] i.infernũ,
qui in medio terræ ſitus aſſerit.[in medio filiorum hoĩm,] i.eorum qui nõ rationabiliter ac diuinè,
ſed ſenſualiter vixerũt,ſequẽtes id quod hoĩes,vt in pluribus,plùs ſequunt.Deniq; in ſcripturis ho-
1.Cor. 15. mo quãdoq; in bono accipit,ſicut cũ dicit ab Apoſtolo:Si ſecundùm hoĩem ad beſtias pugnaui.In-
terdùm in malo,videlicet quãtùm ad id quod hoĩes cõmuniter ſe eſſe apphendũt ac imitãtur, quod
1.Cor. 3. eſt pars ſenſitiua,vt cùm ait Apoſtolus:Cùm ſit inter vos zelus & cõtentio,nõnè hoĩes eſtis? Simili-
Pſal. 142. ter in hoc loco.[ad eos qui deſcendũt in lacũ.] i.foueã infernalẽ,de qua fert in Pſal. Nõ auertas faciẽ
tuã à me,& ſimilis ero deſcendẽtibus in lacũ.[Hæc dicit Dñs Deus:In die qñ deſcẽdit] rex Aſſyrio-
rũ [ad inferos,induxi luctũ] amatoribus eius.[operui ipſum abyſſo,] i.fluctibus miſeriarũ. [& ꝓhi-
bui flumina eius,] i. populus eius eũ iuuare nõ potuit. [& coercui aquas multas,] i. alias ei ſubditas
nationes,ab eius defenſione retraxi.Quòd aũt per aquas & flumina in ſcripturis populi deſignẽtur,
Apoc. 17. vbertim faciliter cõprobat.Nã aquæ multæ,populi multi,ſicut habet in Apoc. Itẽq; in Pſal. Eleuaue-
Pſal. 92. runt flumina fluctus ſuos.[Cõtritus] i.cõtriſtatus [eſt ſup eũ] i. de eius deiectione [Libanus,] i.re-
gnũ ipſius ꝑeminẽs ſicut mõs Libani.[& oĩa ligna agri cõcuſſa ſunt.] i.vulgares quoq; de eiꝰ interitu
doluerũt,ſiue mirati ſunt.[A ſonitu] i.rumore [ruinæ eius cõmoui gẽtes] pauore atq; ſtupore,[cùm
deducerẽ eũ ad infernũ,cum his q deſcẽdebãt in lacũ.Et cõſolata ſunt in terra infima] ſ.in inferno.
[oĩa ligna voluptatis egregia atq; ꝑclara in Libano,] i.reges & principes q olim in regnis excellẽtes
fuerũt,& ſuũ in terra paradiſum habuerũt.[vniuerſa q̃ irrigabant aquis,] i. opulẽtia atq; delicijs ſuã
in mundo cõſolationẽ habẽtes.[Nã & ipſi cũ eo deſcendẽt in infernũ,& brachiũ vniuſcuiuſq; ſede-
bit ſub vmbraculo eius.] i.fortitudo iſtorũ cũ rege Aſſyrio dãnatorũ, de eius cõdemnatione & de-
bita punitione aliquã recreationẽ habebit ex odio quo oderũt eũ, à quo tot mala ppeſſi ſunt. Sicq;
ſub eius vmbraculo aliqualiter requieſcẽt. Simile huic eſt quod in Iſaia de dãnatione regis Babylo-
Iſaiæ 14. nis cõſcriptum eſt: Oẽs principes terræ reſpõdebunt tibi:Et tu vulneratus es, ſicut & nos,& noſtri
ſimilis effectus es,detracta eſt ad inferos ſuperbia tua.Deindè quæ dicta ſunt,ad regẽ Aegypti refe-
runtur,vel ſecundùm quoſdã,ad regẽ Aſſyriorum ſermo dirigitur.[Cui aſſimilatus es ô inclyte atq;
ſublimis inter ligna voluptatis?] i. tu rex Aegypti vel Aſſyriorum, magnifice inter reges, cuicunq;
aſſimileris,nihilo minùs [eccè deductus es cũ lignis voluptatis] i. hominibus voluptuoſis [ad ter-
ram vltimam,] putà in infernum.[In medio incircunciſorum dormies] i. inter idololatras in infer-
no,quantùm ad animam,atq; in monumento,ſi tamen ſepultus fuiſti,quãtùm ad corpus à vita præ-
ſenti quieſces.[cum his qui interfecti ſunt gladio,] non ſolùm materiali,ſed inſupèr ſpiritali,qui eſt
diabolicæ impugnationis tentatio vel peccatum. [Ipſe] de quo iſta iam dicta ſunt, [eſt Pharao
&

& om̃is multitudo eius,] i.populi ei ſubiecti.[dicit Dñs Deus.] Ex quo appáret, ꝙ vltima iſta parti-
cula,ſ.Cui aſſimilatus es,de Pharaone loquat. ¶De ſenſu myſtico. At verò iuxta intelligentiã ſpi-
ritalẽ,quia in iſto capitulo ſæpè fit mẽtio de paradiſo Dei & lignis voluptatis:quibuſdã viſum eſt,oĩa
iſta ad literã de cõtraria poteſtate, hoc eſt, diabolo,dici. Verùm hoc ſtare non poteſt, ꝓpter multa,
quæ euidenter in iſto capitulo ſcripta ſunt,quæ de hominibus clariſſimè aſſerunt.Nihilo minùs plu
ra hîc continentur,q̃ de caſu diaboli myſticè ſatis pulchrè ſuſcipiuntur.Itaq; ait:Eccè Aſſur, i. prin-
ceps ille apoſtatarum angelorũ, qui ſemper direxit ad mala. Aſſur em̃, dirigens interpretatur. quaſi
cedrus in Libano,i.cæleſti paradiſo,pulcher ramis,i. naturalibus perfectionibꝰ & frondibus nemo-
Ezech. 28. roſus,i.angelicis ſpiritibus ipſo inferioribus ſtipatus ac decoratus,eo ſenſu quo ſuprà dictũ eſt, Oĩs
lapis precioſus operimentũ tuũ. excelſusq; altitudine pfectionis ſpecificæ,& pſpicacitatis intelligẽ-
tiæ,agilitatis quoq; potentiæ.& inter cõdenſas frondes,i. angelicos intellectus virentes, eleuatũ eſt
cacumen eius,i.apex ſuę intellectualitatis, cõcipiendo ſe ſub ratione entis tam pulchri & excellen-
tis.Aquæ ꝓpriæ ſapientię nutriẽrũt illum,qa in ipſa gloriabat.Flumina eius manabãt in circuitu ra-
dicũ eius,i.ad inferiores angelos ſapientiæ ſuæ fluenta transfudit, dũ eis ſibi aſſentire pſuaſit. Et ri-
uos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis,i. ad oẽs fortitudines angelicas regionis cęleſtis. Omnes
nanq; ad ſuũ priuatũ trahere voluit principatũ, ſed non oẽs conſenſerũt. Propterea eleuata eſt alti-
tudo eius ſuper oĩa ligna regionis.Nã ſicut oĩbus in naturalibus fuit ſublimior,ità & cunctis inordi-
natè dñari optauit. & multiplicata ſunt arbuſta eius,i.perſonę angelicæ ſibi ꝑbentes aſſenſum.Cũq;
extendiſſet vmbrã ſuã,i.ad interiores eminentiã ſuã dilatâſſet,vt eos ſub ſuis colligeret alis, in ramis
eius fecerũt nidos oĩa volatilia cæli,i.vniuerſi angeli vani atq; inſtabiles, inſtàr auiũ animo gyroua-
gantes.Hi em̃ manſionẽ ſibi fixerunt ſub ramis Luciferi,cuius intellectui ac voluntati ſe ſubiecerũt.
Et ſub frondibus eius genuerũt oẽs beſtiæ ſaltuũ,i. corda irrationabilia,q̃ conceptæ neqtię adiece-
rũt cõſenſum,atq; in opera interìm vitioſiſſima ꝓruperũt, & ſub vmbraculo illius habitabat cœtus
gentiũ plurimarum.Iſtud expoſitione nõ eget,ſed fletu.Oẽs em̃ declinauerunt,ſimul inutiles facti
ſunt.Et oĩs qui facit peccatũ,ex diabolo eſt.Eratq; pulcherrimus in magnitudine ſua,i. om̃i naturali Pſal. 52.
eminentia,immò & in donis gr̃æ,ſecundùm quoſdã doctores.Erat em̃ radix illius iuxta aquas mul- 1.Ioan. 2.
tas,i.pfectionũ ſibi cõcreatarũ diuitias copioſas,qbus opulentiſſima fuit.Cedri,i. angelici animi, nõ
fuerũt altiores illo in paradiſo Dei,erat em̃ altiſſimus angelorũ.Vndè & oculũ ſuũ nimis reflexit ſu-
per ſeipſum,cõſiderãdo ſe in ſe,nõ ſatis ſapienter in creatore.Propter quod delectationẽ cõplacen-
tiamq; inanẽ concepit,nec cõditori gr̃as retulit. Deniq; abietes & platani, videlicet ſuperiorũ ordi-
nũ angeli,ei non fuerũt æquales.Om̃e lignũ paradiſi Dei nõ eſt aſſimilatũ, per æqualitatẽ, quãtùm
ad excellentiã cõcreatę dignitatis,illi & pulchritudini eius,i.ſapientię,ſimplicitati,eſſentię.Qm̃ ſpe-
cioſum feci illũ. Fuit quippe principiũ viarũ Dei, atq; pulcherrima creatura, tanq̃ creatori vicinior,
itemq; ſimilior,quãtùm ad naturæ conditionẽ ac gradũ.Et multis condenſisq; frondibus,i.cæleſti-
bus angelorũ choris ornatũ,ſecundùm Gregoriũ.Et æmulata ſunt eũ om̃ia ligna voluptatis,q̃ erant
in paradiſo Dei,i.q̃dam de omnibus.Siquidẽ de om̃i ordine qdam corruerunt cum ipſo, & qdam ſe
auerterunt ab ipſo.Propterea hęc dicit Dñs Deus:Pro eo ꝙ ſublimatus eſt in altitudine,i.per ſuper-
biã ſe erexit,tradidi eum in manibus fortiſſimi gentiũ.per quẽ fortiſſimũ, S.Hieronymus intelligit
alium dęmonẽ,cui ille datus ſit ad puniendũ.Poteſt quoq; per fortiſſimũ gentiũ (ni fallor) Michael
archangelus accipi,q faciẽs faciet ei quicqd creatori placuerit,iuxta illud in Apocal. Factũ eſt ꝑlium Apoc. 12.
magnũ in cælo,Michael & angeli eius ꝑliabant cum dracone. Vel fortiſſimus gentiũ,eſt Chr̃s,à quo
diabolus iſte cõuictus eſt.Iuxta impietatẽ eius eieci eũ,de paradiſo ſupremo, & ſuccidẽt eũ alieni &
crudeliſſimi nationũ.Iſtud in Chr̃i Eccleſia ſæpè impletũ eſt, dũ infideles ac peſſimi à ſpiritu ſancto
miſericordiſſimè tacti,facti ſunt viri pfecti ac ſancti,& malignos ſpiritus,qbus antè infeliciſſimè ſer
uiebãt,victorioſiſſimè debellauerũt. ꝓijcient eũ ſup mõtes ſuę ſupbię vel ſup ſupbos,quos acceſſit,
quãdò ab illis fuit repulſus in ſe,vel in ſuis miniſtris,quos ad tentandũ emittit. Et in cũctis cõualli-
bus corruẽt rami eius,i.in cordibus humiliũ inferiores diaboli victi labunt.Sola nẽpe humilitas eos
ꝓſternit,quẽadmodùm cælitùs audiuit Antonius. Et recedẽt de vmbraculo eius oẽs populi terræ, i.
qdam ac multi de om̃i genere hoĩm,quod tẽpore euãgelicę legis ꝑſertim cõſtat impletũ,Chr̃o id aſ
Ioan. 12. ſerente:Ego inqt,ſi exaltatus fuero à terra,oĩa trahã ad meipſum.Et Pſalmiſta:Reminiſcent & cõuer-
Pſal. 21. tent ad Dñm vniuerſi fines terrę.Quod itẽ circa finẽ mundi Antichr̃o occiſo abundãter cõplebitur.
Quãobrem non eleuabunt in altitudine ſua oĩa ligna aquarũ,&c. Cæteri angeli tenebrarũ,principis
ſui deiectionẽ videntes nõ ſe erigere poterunt: nec ponẽt ſublimitatẽ ſuã inter nemoroſa & cõden-
ſa,i.ad electorũ angelorum ſocietatẽ redire nõ poterunt. Quia oẽs traditi ſunt in mortẽ dãnationis
æternæ.Hęc dicit Dñs:In die quãdò deſcẽdit Lucifer ad inferos,induxi luctũ ſibi & ſuis miniſtris ſe-
cũ ruẽtibus.Prohibui flumina eius,nè hoĩes,quãtùm cupit & poſſet,tẽtaret. Sicq; coërcui aquas mul
tas,i.innumerabiles quas hominibus inferret, ſi permitteretur, moleſtias. Contritus eſt ſuper eum
Liba-

Libanus,i.multitudo eorum quos ad damnationem pertraxit, videlicet angelicus ille ruens exercitus.A ſonitu ruinæ eius commoui gentes, quoniam audientes damnationem diaboli, formidamus iuſtitiam ſuperexaltatiſſimi Dei.Et conſolata ſunt in terra infima,i.in inferno, omnia ligna voluptatis,quia modo præfato de Luciferi damnatione,quodammodò recreationem accipiũt, qui eius malitia atq; inuidia periêrunt.Nam & ipſi cum eo in lacum deſcenderunt.Cui aſſimilatus es, ô inclyte &c. id eſt,quomodò ad tantam calamitatem ô Lucifer deueniſti nobiliſſima creatura, tua iniquitata facta viliſſima?Cætera patent ex præinductis.

¶*Elucidatio cap.32.Et factum eſt in duodecimo anno.* *Articulus* 38.

NVnc tribus capitulis de punitione regis ac plebis Aegypti inducta eſt prophetia.Iam quarto capitulo inducitur lamentatio cõpaſſionis de tanta miſeria. [Et factum eſt in duodecimo anno] tranſmigrationis Ioachim regis.[in menſe duodecimo] anni iſtius: [in vna mẽſis,] i.prima mẽſis huius die.In Hebræo quippe per vnum,ſolet intelligi primũ,quemadmodùm Gen.1. Factum eſt veſperè & manè dies vnus,i.primus. [factum eſt verbum Dñi ad me, dicens:Fili hominis, aſſume lamentum] ex compaſſione,non ex deriſione,ſuper Pharaonem regem Aegypti,[& dices ad eũ:Leoni gentium] i.cuicunq; regi eximio,nõ vni duntaxàt genti,ſed pluribus dominanti, [aſſimilatus es] in poteſtate,fama,& gloria.[& draconi qui eſt in mari,] propter tuam calliditatem, crudelitatem,& voracitatem.Draco autem eſt maximum calidiſſimumq́; genus ſerpentium: idcircò ad caloré temperandum appetit aquas. [& ventilabas cornu] i. regia poteſtate [in fluminibus] i. fluuialibus locis Aegypti [populos] quos volebas.Eſt equidem Aegyptus terra fluuialis ex Nili diuiſione multiplici.[& conturbabas aquas pedibus tuis,] i.ſubditos oppreſſiſti.[& conculcabas flumina] i.opes [eorum.Propterea hæc dicit Dñs Deus:] i. ob hanc tuam impietatem, datæq́; poteſtatis abuſioné. [Expandam ſuper te rete meum] i.omnipotentiam meam omnia complectentem,vel Chaldęorum exercitum.[in multitudine populorum multorũ] i.inducendo ſuper te multitudinẽ nationum quàmplurium,quæ cum Chaldæis contra te venient.[& extraham te in ſagena mea;] i.per rete præfatum auferam de loco imperij,& vita præſente. [& proijciã te in terra.] i. occiſus ſuper terram proſternéris.[Super faciem agri abijciam te,] ità ꝙ cadauer tuum ibì inhumatum iacebit.[Et habitare] i. manere vel ſedere [faciam ſuper te] i. cadauer tuum atq; tuorum. [omnia volatilia cæli] i. quædam de omnibus quæ cadauera manducabunt. [ſaturabo de te] i.tui ac ſeruorũ tuorũ cadaueribus [beſtias vniuerſæ terræ] Aegypti,quæ affuerint,& carnibus hominum veſci optauerint. [Et operiã cùm extinctus] i.occiſus [fueris, cælos] caligine.[& nigreſcere faciam ſtellas eius:] quantùm ad te, ità ꝙ lumen earum nõ erit tibi in conſolationem,ſed deſolationem. Simili ſenſu [Solem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuũ. Oĩa luminaria cæli mœrere faciã ſuper te.] Per hæc nõ eſt intelligendũ, ꝙ facta ſit in cæleſtibus corporibus mutatio aliqua inconſueta: ſed (qm̃ teſte ſcriptura) luminaria cęli in miniſteriũ cunctis gentibus ſunt creata, dũ grandis calamitas gentibus accidit, luminaria iſta obſcurari,mœrere,ſaccoq́; indui aſſeruntur:& hic modus loquendi frequẽs eſt in ꝓphetis, ſicut in alijs locis ſæpè oſtendi.[Et dabo tenebras] i. aduerſitates & deſolationes teterrimas. [ſuper terram tuã, cùm ceciderint vulnerati in terrã.] i.dum Aegyptij à Chaldæis fuerint interfecti.[Et irritabo] i. contra te incitabo [cor populorum multorũ,cùm induxero contritionem tuam] i.quoſdam de populo tuo victos atq; captiuos.[in gentibus] i.ad alienos [ſuper terras quas neſcis:] videlicet valdè remotas.[Et ſtupeſcere ſuper te faciã populos multos,& reges eorũ horrore nimio formidabũt ſuper te,] i.de tua deiectione,nè ſimile eis cõtingat.[propter vniuerſas iniquitates tuas,] quarũ demerito iſta tibi venient.[cùm volare cœperit gladius meus] i.impugnatio Chaldęorũ ex mea diſpoſitione proueniens & inflicta.[ſuper facies eorũ. Gladius regis Babylonis veniet tibi,] q nũc Dei gladius appellatur,qa diuinæ exequutor iuſtitiæ.[In gladijs fortiũ] ſ.Chaldęorũ. [deijciã multitudinẽ tuã.] i. populũ tuum ꝑcopioſum.[Inexpugnabiles oẽs gentes hæ,] q̃ cum rege Babylonis cõtra te venient.[& vaſtabunt ſuperbiã Aegypti,] occidendo ſuperbos. [& diſſipabitur multitudo eius,] i. hoĩm copia auferẽt de regione Aegypti.[& perdã omnia iumenta eius.] Illa em̃ Chaldęi occiderunt,vel in propriũ vſum ſeu commodum redegerunt.[q̃ erant ſuper aquas plurimas.] i.in locis paſcualibus de Nili fluentis copioſè rigatis.[Et nõ conturbabit eas pes hoĩs vltrà, neq; vngula iumentorum turbabit eas.] i.tanta erit in Aegypto hominum pecorũq́; occiſio, ꝙ ad tempus notabile nec homo nec brutum aquas Aegypti mouebit ſiue calcabit.[Tunc puriſſimas reddam aquas eorũ,] i. quietas ac lympidas valdè.[& flumina eorum quaſi oleũ adducam,] i.cum quodã nitore,inſtàr olei fluere faciam. [cùm dedero terram Aegypti deſolatã.] i. habitatoribus deſtitutã, ità ꝙ tranſeuntiũ pedibus aquæ nõ maculabuntur,nec inquietabunt.[Et ſcient] Aegyptij [qa ego Dñs.] Nã qui occidebant,diuinę potentiæ atq; iuſtitiæ ſenſerunt effectũ, moxq́; in alia vita certiùs diuinã æquitatẽ experti ſunt & nouerunt.Reſidui aũt Deum ex ſuis effectibus cognouerunt.[Et plangent eum filiæ gentium,] i.mulieres nationũ in gyro,occiſionem regis Aegypti deflebũt,immò & totius regni preſſurã.ideò ſub-

ditur:

ditur:[plangent ſuper Aegyptum & ſuper multitudinem eius.] mulieres quippe iuxta conſuetudinem ſuam, audita magna aliqua aduerſitate, mox plorant, qm̃ molles ſunt corde. [Et factum eſt in duodecimo anno, in 15. menſis] i. duodecimo anno prædictæ tranſmigrationis, quintadecima die menſis (vt creditur) duodecimi,de quo in principio huius cap.dictum eſt. [Factum eſt verbum Domini ad me,dicens:Fili hominis,cane carmẽ lugubre ſuper multitudinem Aegypti,] eius ærumnas deflendo ex pia compaſſione,ſicut & Eſaias Babylonis futuræ vaſtitati compatiens: Corrui, inquit, Iſaiæ 21. cùm viderem,emarcuit cor meum. Prophetę etenim tanquàm viri perfecti, om̃es ex charitate amabant.[Et detrahe eam] i. detrahendam prænuncia ipſam. [& filias gentium robuſtarum] i. congregationes populorum multorum potentium.[ad terram vltimam,] i. profunda inferni [cum his qui deſcendunt in lacum] gehennæ.[Quo pulchrior es] in exteriori apparatu ô Pharao. [deſcende] in lacũ.[& dormi cum incircunciſis,i.idololatris,vel potiùs vitioſis. Non enim om̃es incircunciſi corpore,tempore veteris teſtamenti periêrunt,ſed incircunciſi corde, i.vitioſi. Itaq; ſenſus eſt, quanto ô Pharao in præſenti ſeculo maior es,& glorioſiorem te exhibes,eo profundiùs rues, grauiusq́; torqueberis,iuxta illud in Apoca.Quantùm glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentũ Apoc.18. & luctum. Vndè & Chriſtus in Euangelio loquitur: Cui plus datum eſt, plus requiretur ab eo. [In Lucæ 12. medio interfectorum gladio cadent] rex Aegypti, eiusq́; ſerui. [Gladius datus eſt] à Deo regi Babylonis contra Aegyptum.[& attraxerunt eam,] i.Aegyptum.[& omnes populos eius.] vel Chaldęi qui eos traxerunt ad mortem,vel damnati quibus in inferno ſunt ſociati iſti Aegyptij. [Loquẽtur ei,] vtpotè Pharaoni in infernum ruenti.[potentiſſimi robuſtorum,] videlicet reges & principes ac validiſſimi olim præliatores.[de medio inferni,] eius deiectioni inuidialiter inſultando.[qui cum auxiliatoribus eius deſcenderunt in foueam] inferorum,[& dormiêrunt] i. mortui ſunt [incircunciſi] corde & corpore,interfectiq́; gladio. [Ibì Aſſur & omnis multitudo eius] i. rex Aſſyriorũ, & omnis populus ei olim ſubiectus,& ſimilis in peccatis,[in circuitu illius ſepulcra eius,] i. ſuorum qui periêrunt cum ipſo,& ei ſunt copulati in pœnis,cui cõſenſerant in peccatis.Porrò ſepulcra iſtorum appellantur loca pœnalia,quibus clauſi tenentur in carcere infernali. Vndè in Euangelio diues Lucæ 16. ſepultus ſcribitur in inferno.[Quorum data ſunt ſepulcra.] i. loca pœnalia. [in nouiſſimis laci] i. in profundiſſimis fundis inferni. [Et facta] i. locuta [eſt multitudo eius per gyrum ſepulcri.] i. Aſſyrij cõdemnati in inferno locati ſunt in circuitu regum ſuorum, ad maiorem eorum damnationem: vt ſicut in hac vita mutuis ſe adſpectibus lætificauerunt, ità ibidèm ex proxima coniunctione ſe inuicèm ſemper contriſtent.[qui dederũt quondàm formidinẽ ſuam in terra viuentiũ.] i.hoĩes in ſeculo iſto multipliciter terruerunt, eô ꝙ potentes crudelesq́; fuerint. [Ibì Elam] i. rex Elamitarum, ſiue Perſarũ,iuxta illud Eſa.21. Aſcẽde Elam,i.Perſę.[& oĩs multitudo eius per gyrũ ſepulcri ſui.] i. in circuitu loci ſuę damnationis. [Oẽs hi interfecti,ruentesq́; gladio,qui deſcenderũt incircunciſi] i.vitijs pleni [ad terrã vltimam,qui poſuerũt terrorem ſuũ in terra viuentiũ:] aliquos in hoc mundo multiformiter perterrendo.[& portauerũt ignominiã ſuã:] i.confuſionẽ & opera deteſtanda. Opera Apoc.14. em̃ illorũ ſequuntur illos.[cũ his qui deſcendũt in lacũ.In medio interfectorũ] i. dãnatorũ [poſuerunt] principes tenebrarũ [cubile eius] i. infernale habitaculũ regis Elam. [in vniuerſis populis eius.] i.inter eos qui pertinebãt ad ipſum.[in circuitu eius ſepulcrũ illius.] i.ſepulcra populi ſui.[Ibì Moſoch] i.Cappadoces.[& Tubal] Iberi,ſecundùm quoſdã,vel ſecundùm alios Itali. Hîc tamẽ per Tubal,rex vel princeps iſtorũ exprimitur.Nã ſubditur:[Et oĩs multitudo eius,in circuitu eius ſepulcra illius.] i.ſuorũ.[Oẽs incircunciſi,& cadentes gladio.qui dederũt formidinem ſuam in terra viuentiũ,& nunc dormient] i.à vita præſenti in inferno morte æternæ dãnationis mortui erunt ſiue ceſſabũt.[cũ fortibus cadentibus & incircunciſis, qui deſcenderũt in infernũ cum armis ſuis.] i. cũ iniquitatibus per bella commiſſis,ſicut cõmuniter dicimus,Tu peribis cũ om̃ibus machinis tuis.[Et poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis.] Per quod inſinuatur, ꝙ ſemper parati erãt ad pugnam,& Pſal. 72. bellis vſq; ad finem adhæſerũt. [Et fuerũt iniquitates eorũ in oſſibus eorũ.] i. intimis eorũ firmiſſimè cohæſerũt,atq; medullitùs peccauerũt,ità ꝙ prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ, & tranſiêrunt in affectũ cordis,cõcupiſcentijs dando cõſenſum.[qa terror fortiũ facti ſunt,] i. etiã robuſtos terruerunt [in terra viuentiũ.Et tu ergò] ô Pharao [in medio incircunciſorũ conteréris.] i. damnaberis. [Ibì] videlicet in inferno,eſt [Idumæa] i.populus terræ ſic appellatę,qui fuit de ſemine Eſau.[& reges eius, & omnes duces eius.] Idumæa em̃ anteq̃ haberet reges, habuit duces, ſicut Gene.36. legitur.[Ibì principes Aquilonis,] i.om̃es,inter quos computanẽ & reges Babylonis,[& venatores oẽs] in venationibus totaliter inordinati, qualis fuit & Nemroth. [qui deducti ſunt cum interfectis] ad inferos.[pauentes] de ſupplicio ſempiterno,quod ſibi inſtare cernebant,[& in ſua fortitudine confuſi,] i.diuinitùs reprobati tanq̃ præſumptuoſi,vani,& Deo ingrati,robore ſibi collatô abuſi.[& portauerunt confuſionem ſuam,] videlicet culpam ignominioſam,& confuſibilem pœnam. [Vidit eos Pharao] ſecum in inferno damnatos,& conſolatus eſt ſuper vniuerſa multitudine ſua.] id eſt,de ſua

& populi ſui damnatione,releuamen quoddam mœſtitiæ ſumpſit, leuiora (ſecundùm Hieronymũ)
tormenta æſtimans conſortio plurimorum, eò quòd cerneret alios reges cum ſuis phalãgis in ſimi-
li pœna. Solatium enim eſt (vt fertur) miſero, habere ſocium in tormento. Si autem quis arguat, ꝙ
Lucæ 16. diues epulo ſolicitus fuit in inferno, nè fratres ſui eadem ſecum paterentur: Præterea, in inferno nul-
la eſt conſolatio, ſicut in cælo nullus eſt mœror: Inſupèr aliqui dicunt, quòd verbum illud, Solatium
eſt miſero &c. locum non habeat in inferno: alioqui, cùm quotidiè tam innumerabiles corruant in
infernum, videretur pœna inferni quotidiè multùm releuari. Et reſpondendũ ad primũ, ſecundùm
Thomam, ꝙ diues ille fratrum ſuorum non optauit ſalutem, nec de eorum damnatione (abſolutè
loquendo) curauit vel formidauit, ſed nè ex cõmunione cũ eis præhabita, ſupplicia ſua fierent du-
riora. Ideò maluiſſet alios q̃ proprios fratres damnari. Quidam etiam aſſerunt, ꝙ quadã naturali pie-
tate condoluit eis. Naturalia nanq; in damnatis remanent integra. Ad ſecundum dicendũ, ꝙ in in-
ferno nulla eſt cõſolatio, q̃ ſit fixa & reputanda, quia per dolorum infernalium magnitudinẽ, taliter
abſorbetur & vincitur, vt nullius videatur momẽti. Ad tertium reſpondetur, ꝙ (abſolutè loquẽdo)
damnati pœnas ſuas inuicèm magìs augent q̃ minuunt. ideò dicitur, ꝙ in inferno, præallegata Ma-
xima ſiue authoritas locum nõ habet. ¶Præterea ſecundùm myſticam interpretationẽ, per Phara-
onem, qui leoni atq; draconi aſſimilatur, intelliguntur aduerſariæ poteſtates ſeu dæmones, hæretici
quoq;, ſchiſmatici & tyranni, ac cęteri aliorum ſeductores, peruerſi & callidi. Hi eñ cornu ſuæ po-
teſtatis, dignitatis vel elationis in fluminibus adinuentionũ ſuarũ, vitiorũ, ſeu poſſeſſionũ inquie-
tant & ventilant alios, & conturbant aquas verę ac ſalutaris ſapientię pedibus ſuis, dum proprio ſen-
ſui ac impię priuatæq; voluntati magìs, q̃ ſacræ ſcripturę authoritati, & inuiolabili diuinæ legis ęqui-
tati innituntur & acquieſcunt. Deniq; ſuper hos Dñs rete ſuum expandit, videlicet ex argumẽtatio-
nibus ſacræ ſcripturæ ipſos per ſeruos ſuos concludens, & ſua eos omnipotentia, vt euadere neque-
ant, compræhendens, atq; ſic extrahit eos de errorum ſuorum latibulis, conciliabulis iniquis, & ꝓ-
ijcit eos ſuper faciem terræ, i. occultas eorum malignitates & inſipientias in apertum deducit, ipſos
quoq; proſternit. Et habitare facit ſuper eos volatilia cæli, i. diabolos qui in iſtorum cordibus habi-
tant, qui ſibi in malis conſentiunt. Satiat demùm de eis beſtias terrę, i. homines beſtiales, qui de iſto-
rum peſſima voluntate replentur & gaudent. Dantur aũt carnes iſtorum ſuper montes & colles, dũ
publicè puniuntur: tuncq; cæli eis operiuntur caligine, qm̃ ab angelis ſanctis nec illuminationẽ, nec
conſolationem accipiunt. Solem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum. Hoc fit, dum princi-
pales & aliorum magiſtri, vel literatæ perſonę, ſuis exigentibus culpis, ignorantię nubilo inuoluun-
tur. Omnia luminaria cæli ſuper te mœrere faciam. Nam ipſi eccleſiaſtici viri, qui (iuxta Apoſtolum)
Philip. 2. inter alios lucent ſicut luminaria in mundo, prædictis errantibus cõdolent. Quidam tamen zelo iu-
ſtitiæ eorum peruerſitatibus indignantur, & contra eos rectitudinis zelo mouentur, de quibus Do-
minus addit: Et irritabo cor populorum multorum &c. Deniq; cùm reprobos iſtos Deus euidenter
puniêrit, populi obſtupeſcent, diuinam verentes iuſtitiam, eruntq; ſoliciti, nè & ipſi occulto & iuſto
Dei iudicio relinquantur, peccare ſinantur, & condemnentur. At verò in gladijs fortium, ſ. angeli-
carum poteſtatum, vel hominum ſapientium & iuſtorum, vel etiam in materiali gladio principum
fidelium, deijcit Deus multitudinem impiorum prædictorum, qui vaſtant & reprobant ſuperbiam
Aegypti, præſentis videlicet ſeculi. Nihilo minùs filiæ gentium, i. eccleſiæ animæq; deuotæ, ſuper
Aegyptum & plenitudinem eius plangunt, dum hominum mũdanorum perditiſſimam vitam, im-
paratam ac miſeram mortem, & item æternam damnationem totis præcordijs deflent. Conſequen-
ter Dominus pręcipit viro perfecto, vt Pharaonis & Aegypti deplangat ruinam, id eſt, principum
mundi & ſubditorum, qui omnes pariter in infernum deſcendunt, dum ſeculariter conuerſantes,
terrena magìs quàm cęleſtia expetunt. Ibì, videlicet in inferno, eſt Aſſur & omnis multitudo eius, id
eſt, qui alios dirigunt ad iniqua, & qui diriguntur ab eis, vtpotè cæci & duces cæcorum, qui pariter la-
buntur in præceps. Ibì Elam & omnis multitudo eius. Per Elam, quod interpretatur aſcenſus eo-
rum, ſignatur omnis præſidens animoſus, qui Chriſti humilitate cõtempta, dæmonis ſequitur pom-
pam, qui cum ſuis perit fautoribus. Ibì Moſoch, id eſt, vanitatibus mundi & concupiſcentijs inſani-
entes. Moſoch quippe interpretatur inſania, & Tubal, id eſt, qui ſe malè conuertunt, putà à bonis
auerſi, atq; ad praua conuerſi. Ibì Idumæa & omnes principes eius. Per Idumæam, quæ interpretatur
terrena, & principes eius, intelliguntur auari. Ibì principes aquilonis, id eſt, inuidi & feroces, qui in
rancoris frigore commorantur, & cum ſuî crudelitate atq; inuidia pungunt cruciantq; ſeipſos. Ani-
mus ſiquidem inordinatus, ſibijpſi fit grauis. Hi omnes quãuìs Chriſtiani vocentur, tamen cum in-
circuncisis mente damnantur. ¶Poſtremò ex horũ diligenti aduertentia diſcamus, mundum & ea
quæ mundi ſunt, ſpernere: diuitias atq; delicias carnis ac ſeculi toto corde contemnere, oẽm in prę-
ſenti exaltationẽ, famam & honorationem refugere, perpendentes ex præinductis, q̃ breuis, fallax &
vana, ſunt gloria mundi & omnis terrena proſperitas. quàm item celeriter periêrunt, qui olim in ſe-
culo

culo iſto tam glorioſi ac metuendi fuerunt, ꝙ momentaneam dominationem ac vanitatem, ſequu-
ta eſt ſempiterna deiectio atq; calamitas, tanto vtiq; maior, quanto fuit in ſeculo iſto ambitio ampli-
or. Non timeri aut reputari, ſed ſubeſſe ac neſciri, iugiter affectemus, illud Sap. 6. penſantes: Fortiori-
bus fortior inſtat cruciatus. Exiguo conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormenta pa-
tientur: & iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet.

¶*Expoſitio cap. 33. Et factum eſt verbum Domini ad me.* *Articulus* 39.

A Capitulo 25. vſq; ad locum hunc, vaticinatus eſt S. Ezech. de gentibus alienis. Nũc rurſus de
populo ſuo prophetat. Porrò quæ in iſto cap. conſcribuntur, in ſuperioribus proxima parte
præhabita ſunt. Non tamen ſunt penitùs eadem, quoniam aliqua ibì poſita, hîc omittuntur: aliqua
quoquè hîc ponuntur, quæ ibì non habentur. [Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili ho-
minis, loquere ad filios populi tui:] ſicut ſuperiùs Dominus manifeſtauit Ezechieli, quid ad ſuum
ſpectaret officium, ità & nunc. Ad quod manifeſtandum, parabolam præinducit. [Terra, cùm indu-
xero ſuper eam gladium,] i. hoſtium impugnationem. [& tulerit populus terræ vnum de nouiſſimis
ſuis,] id eſt, de infimis, [& conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem,] vt ab eminentioribus locis vn-
diq; oculos circunducat, ad videndum ſi aduerſarij appropinquent. Vndè per vnum de nouiſſimis,
non eſt intelligendus vnus de ſuperioribus, vt aliqui putant, arguentes ex hoc quòd parabola iſta
Ezechieli adaptatur, qui fuit vnus de eminentioribus populi ſui, tanquàm ſacerdos ac vates. Verùm Ezech. 3.
ratio iſta nullius momenti eſt, cùm in parabolicis comparationibus non ſit per omnia ſimilitudo.
Deniquè ad inſinuandum quid ad prælatos Eccleſiæ ſpectet, optima ſimilitudo de paſtoribus oui-
um ſumitur. Non tamen opinari decet, quòd paſtores ouium ſint de excellentioribus populi, eò
quòd prælati de eminentioribus ſint. Iterùm moris non eſt, vt excelſiores populi, modo præfato
ſpeculatores terræ ponantur: ſed vni de vulgo idipſum committitur. [& ille viderit gladium veni-
entem ſuper terram,] id eſt, aduerſarios accedentes. [& cecinerit buccina,] ad innuendum æmu-
lorum aduentum. [& annunciauerit populo ſuo,] quod imminet. [Audiens autem quiſquis ille eſt,
ſonitum buccinę, non ſe obſeruauerit] ab aduerſariorum inuaſione. [veneritq; gladius & tulerit,]
id eſt, occíderit [eum, ſanguis ipſius ſuper caput ipſius erit:] id eſt, mors ſua, propriæ eius negligẽtię
imputabitur, non negligentiæ ſpeculatoris, qui quod ſuum officium fuit, fecit. [Si autem ſe cuſtodi-
êrit] ab hoſtium occurſu, [animam ſuam ſaluabit,] id eſt, vitam ſuam à morte eripiet. [Quòd ſi ſpe-
culator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus non cuſtodiêrit ſe, vene-
ritque gladius, & tulerit de eis animam,] id eſt, hominem quenquam occíderit. Ponitur enim pars
pro toto. [ille quidem in iniquitate ſua captus eſt,] id eſt, pro ſuis peccatis occiſus, atque in eis de-
præhenſus. Deindè parabola iſta ad Ezechielem aptatur. [Et tu fili hominis, ſpeculatorem] i. ſpiri-
talem cuſtodem, paſtorem, magiſtrum, [te dedi domui] id eſt, filijs [Iſrael. Audiẽs ergò ex ore meo
ſermonem, annunciabis eis ex me:] i. nomine meo, & ex parte meî. Os Domini, eſt intellectus ipſi-
us, vel angelus ex Dei loquens perſona, vel ſacra ſcriptura. Vndè qui pro alio efficaciter loquitur, os
eius aſſeritur. Iuxta quem modum Bernardus aſſerit Auguſtinum linguam Eccleſiæ. [Si me dicente
ad impium: Impie, morte morieris,] videlicet morte culpę, morte pœnæ temporalis, & morte miſe-
riæ gehennalis. [non fueris loquutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua,] id eſt, à vita ſua iniuſta ſe cor-
rigat. [ipſe impius in iniquitate ſua morietur,] niſi Deus aliundè ſubuenerit ei, & per allocutionem
internam ſiue angelicam ſubuentionem correxerit eum. [Sanguinem autem eius de manu tua re-
quiram.] i. cauſam mortis animæ ſuæ, atque damnationis æternæ tibi imputabo, ità quòd reus eris
periculi eius, peccatiq; particeps. De iſtis pertranſeo, quoniam 3. cap. pertractata ſunt pleniùs, & pro- Ibidèm.
lixitati parcendum eſt. [Si autem annunciante te ad impium, vt à vijs ſuis] i. peccatis, quibus gradi-
tur ad infernum, [conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur.] ità ꝙ
pro ea temporaliter occidetur, æternaliterque damnabitur, vel horum alterum patietur. [Porrò tu
animam tuam liberâſti.] id eſt, de illius morte & damnatione te immunem exhibuiſti, atque à mor-
te multiplicis culpę te excuſſiſti. Hac exhortatione præhabita, iubet Deus prophetæ, quid filijs Iſra-
el dicere debeat. [Tu ergò fili hominis, dic ad domum Iſrael: Sic loquuti eſtis, dicentes] ad inuicèm
vel ſeorſum: [Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt,] i. irremediabiliter nobis impu-
tantur, & quicquid oramus, in captiuitate manemus. ideò ſubditur: [& in ipſis tabeſcimus] per pœ-
nas illatas. [Quomodò ergo viuere poterimus?] id eſt, ad gratiam Dei reuerti, & à tribulationibus
erui. [Dic ad eos, Viuo egò, dicit Dominus Deus,] id eſt, cum iuramento affirmo. [Nolo mortem
impij,] id eſt, damnationem eius, nec mortem culpę, immò nec mortem violentam ab hoſtibus di-
rectè, ſed culpa eius ſuppoſita. Iſtud atque ſequentia pleniùs expoſita recolo, idcircò pertranſeo,
præſertim quum in his quæ reſtant, ſit difficultas immenſa: quibus immorari neceſſè eſt. [ſed vt
conuertatur, & viuat.] in via per gratiam, in patria quoquè per gloriam. [Conuertimini à vijs veſtris
peſſimis,] id eſt, peccatis grauiſſimis, præſertim à deſperatione iſta, quæ eſt peccatum in ſpiritum

 ſan-

ſanctum.[Et quarè moriemini domus Iſrael?] id eſt, cur in æternum peribitis,atque in vitijs veſtris manebitis?tanquàm dicat miſericordiſſimus omnipotensq́; creator:Ex parte meî non erit defectus veſtræ ſalutis,cùm ſim paratus ignoſcere atque ſaluare, dummodò feceritis quod in vobis eſt. [Tu itaq; fili hominis, dic ad filios populi tui:Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunq; die peccauerit,] id eſt,à morte æterna eum non eruet,quacunq; hora mortale peccatum inciderit, ſi in ipſo deceſſerit,& in puncto quo peccat, non liberat omnis prior iuſtitia à Dei offenſa, à charitatis & gratiæ omiſſione, atque à varijs peccati effectibus ipſum concomitantibus. [Et impietas impij non nocebit ei,in quacunq; die conuerſus fuerit] per veram contritionem: tunc enim tota culpa dimittitur: & quandoq; vbi abundauit peccatum, abundat & gratia, dum pœnitens, priorum iniquitatum intuitu ſe magìs humiliat, Deoq; præcordialiores gratias refert, atque per hæc diuini flamma amoris magìs ignitur. Veruntamen in ipſa conuerſione non ſemper mox tollitur pronitas ad peccandū, & difficultas ad benè viuendum,reatus quoquè ad pœnam,quæ dicuntur reliquiæ vitiorum. Sed in proficientibus iſta paulatìm tollũtur.[Et iuſtus nō poterit viuere] vita gratię,[& iuſtitia ſua,in quacunque die peccauerit] mortaliter. Nempe in puncto huiuſcemodi tranſgreſſionis, amittit iuſtitiam habitualem infuſam. [Etiam ſi dixero iuſto quòd vita] gratiæ [viuat,] id eſt, victurus ſit, [& confiſus in iuſtitia ſua, fecerit iniquitatem.] Quemadmodùm qui ſibi de ſua iuſtitia nimìs applaudunt,& dum minùs timorati nimisq́; tuti ſunt,negligentes efficiuntur,& corruunt grauiter. [Omẽs iuſtitiæ eius obliuioni tradentur] à me,ità quòd ſibi non reputabuntur ad meritum, quia non perſeuerauit vſq; in finem. Semper ergò penſemus quod ſcriptum eſt: Si non in timore Dei tenueris te inſtanter, citò ſubuertetur domus tua. Et: Qui putat ſe aliquid eſſe,cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. [Si autem dixero impio,morte] damnationis æternæ [morieris,& egerit pœnitentiam,feceritq́; iudicium & iuſtitiam,nec fecerit quicquam iniuſtum,] id eſt,iuſtitiæ directè contrarium.[vita] gratiæ [viuet, & non morietur] morte peccati, atque miſeria infernali. [Et dixerunt] ô propheta [filij populi tui: Non eſt æqui ponderis via Domini,] id eſt, via Dei iuſta non eſt, ſeu proceſſus diuinæ legis iniquus eſt. Omnia iſta & multa ſequentium,& quę nũc tranſiliuntur,dicta ſunt plenè 18.cap. [Et ipſorum] qui tam peruerſè de Deo ſentiunt ac loquuntur, [via iniuſta eſt:] eorum enim cogitatio, affectio,loquutio,& actus exterior,à diuinę æquitatis rectitudine obliquantur.[Vnumquenq; iuxta vias ſuas] id eſt, operum merita ſiue demerita. [iudicabo. Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe] duodecimi anni,[in quinta] menſis [die tranſmigrationis noſtrę] cum Ioakim. [venit ad me qui fugerat de Hieruſalem, dicens: Vaſtata eſt ciuitas Hieruſalem.] id eſt, capta. [Manus autem Domini] id eſt, alloquutio vel operatio Dei.[facta fuerat ad me veſperè,] antequàm veniret qui fugerat.[aperuitq́; os meum,] id eſt,ad loquendum adaptauit & roborauit,dans loquendi fidutiam. [& aperto ore meo,non ſilui ampliùs,] quia & iam teſtem habui,qui ea quæ prænunciaui,oculis vidit impleta, idq́; teſtari fuit paratus. [Et factum eſt verbum Domini ad me,dicens: Qui habitant in ruinoſis his,] id eſt, in deſtructis Iudææ habitaculis. Nunc enim eſt ſermo de Iudæis, qui poſt Sedechiæ captiuitatem & vrbis Hieruſalem vaſtitatem, remanſerant in Iudęa ruinis pleniſſima. Ideò ſubditur: [ſuper humum Iſrael loquentes aiunt: Vnus erat Abraham,& hæreditate poſſedit terram] in ſpe, non in re,id eſt, promiſſa eſt ſibi pro ſemine ſuo. Vndè in Actibus apoſtolorum Stephanus dixit,quòd Abraham nec paſſum pedis in hęreditatem accepit in ea.[Nos autem multi ſumus, nobis data eſt terra] Iudęę [in poſſeſſionem,] id eſt, cùm Abraham vnus exiſtens,in tantum ſemen excreuerit,quòd terram iſtam in ſemine ſuo poſſedit: multo magìs nos qui plures ſumus, ità augebimur, quòd terram hanc poſſidebimus. Hac ſpe fallebant ſeipſos,ideò ſubditur: [Hæc dicit Dominus Deus: Qui in ſanguine comeditis,] id eſt, contra legem carnem cum ſanguine manducatis, quemadmodùm 1.Reg.14. ſub Saul factum deſcribitur. Vel in ſanguine comeditis,bona iniuſta per violentiam conquiſita vorando. [& oculos veſtros leuatis ad immunditias veſtras,] id eſt, ad idololatriam cæterasq́; turpitudines carnis ac ſpiritûs,ad permanendum in eis,non ad deflendum.[& ſanguinem funditis, nunquìd terram] Iudææ [hæreditate poſſidebitis? Stetiſtis in gladijs veſtris,] id eſt, parati fuiſtis ad lites, bella, & homicidia, *etiam pro parua occaſione.* [feciſtis abominationes veſtras,] i. irrationabiliſſima peccata. [vnuſquiſque vxorem proximi ſui polluit.] Non eſt veriſimile, quòd ſimpliciter omnes id egerint, ſed ad inſinuandum quàm multi rei fuerint in hoc, dictum eſt, vnuſquiſque. [& terram hæreditate poſſidebitis,] quæ iam per huiuſmodi mala alijs eſt ablata. [Sic dicit Dominus Deus: Viuo ego, quia qui in ruinoſis habitant, gladio cadent.] Multi enim cum Godolia fuerunt occiſi in Iudæa. Alij Aegyptum ingreſſi, illic à Chaldæis occiſi pro parte fuerunt. [& qui in agro eſt, beſtijs tradetur ad deuorandum: qui autem in præſidijs & in ſpeluncis ſunt,] i. in locis tutis ac fortibus, [peſtę morientur. Et dabo terram] Iuda [in ſolitudinem, & deficiet ſuperbia & fortitudo eius,] id eſt, habitatorum ipſius. [& ſcient quia ego Dominus:] cuius iuſtitiam atque potentiam in ſua punitione experientur. [Et tu fili hominis, filij populi tui,] id eſt,

Ecci 27. Galat. 6.

Actu. 6. & 7.

Iudæi qui tecum habitant in Chaldęa,] loquuntur de te iuxta muros,& in oſtijs domorum,] i. in locis confabulationum ſuarum.[& dicunt vnus ad alterum,] non ex deuotione,ſed deriſione,curioſitate & leuitate. [Venite, & audiamus] ab iſto Ezechiele, [quis ſit ſermo egrediens à Domino. Et veniunt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus meus,] i. cum deuotione ſimulant ſe venire, ſecundùm quod eos,qui digni ſunt dici populus meus,decet cum deuotione ad audiendum verbum Dei accedere.[& ſedent coram te populus meus,] per conditionem, non per veram deuotionem. [& audiunt ſermones tuos,] de modo ſeruiendi Deo, [& non faciunt eos, quia in canticum oris ſui vertunt illos.] i. cum leuitate & irriſione eos quaſi carmina quædam concinunt ſeu repetunt. [Et auaritiam ſequitur cor eorum,] cuius oppoſitum docuiſti. [& es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulciq́; ſono canitur.] i. de te & verbis tuis faciunt ſibi materiam iocandi, plaudendi, cantandi: [Et cùm venerit quod prædictum eſt,] à te de Iudæorum punitione.[(eccè enim venit)] i. de proximò imminet.[tunc ſcient quòd propheta fuerit inter eos,] i. quòd tu eis ex diuina reuelatione loquutus es. ¶At verò de tropologia iſtorum dictum eſt ſuprà. Aduertendum nihilo minùs, quòd circa primam huius cap. partem ait Hieronymus: Magnoperè formidandum eſt, nè ad officium ſpeculatoris ſeu paſtoris accedamus indigni: & aſſumpti à populo, negligentiæ nos demus atque deſidiæ,& quod his peius eſt,delicijs,ventriq́; & ocio ſeruientes, non honorem nos accepiſſe putemus, ſed miniſterium. Deniquè eiuſdem damnationis eſt, ſubditum peccare, & paſtorem illum non increpare,neque docere. Non igitur ceſſet prælatus, publicè & priuatè reos oris ſui buccina charitatiuè & diſcretè arguere,reformare,dirigere. Qui habitant in ruinoſis, i. debilibus virtutum actibus ſeu fabricis, quorum conuerſatio non eſt in humilitate atque timore Dei firmiter radicata atq; fundata,ſed in ſua confidunt iuſtitia,quales ſunt,qui in proprijs oculis virtuoſi ac ſapientes exiſtunt. Hi dicunt: Vnus erat Abraham, & hæreditate poſſedit terram. Nos autem multi ſumus cum diſcipulis & ſubditis noſtris. nobis data eſt terra in poſſeſſionem,i. verè Eccleſiæ filij ſumus,& ipſa Eccleſia,ſcilicet grex ſubditorum,nobis commiſſa eſt. Hi enim in multitudine diuitiarum ſuarum ſpiritalium cõfidentes,frequenter ſe iactant,quòd ipſis committi debeãt alij,quos Dominus reprobat, eò quòd in ſanguine comedant,aliorum laborem ac ſudorem impiè atque ſuperfluè comedendo: qui ad immunditias ſuas,ſuos erigunt oculos, dum priſtina mala non ſolùm non plorant, ſed continuare ac innouare non ceſſant, qui ſanguinem ſpiritaliter fundunt, dum in cathedra peſtilentiæ ſedentes, ſcandalizant puſillos. Ideò non poſſidebunt terram viuentium in ſupernis, nec ſeptem dona militantis Eccleſiæ. Qui in agro ſunt,i. per latam ambulant viam, beſtijs tradentur ad deuorandum,i. dæmonibus,de quibus oramus: Nè tradas beſtijs animam confitentem tibi. Et Petrus: Aduerſarius, ait, veſter diabolus tanquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Qui autem in præſidijs ſunt, id eſt, peccata ſua cum exquiſitis & fortibus perſuaſionibus, munitionibusq́; argumentorum excuſant atque defendunt: & in ſpeluncis,id eſt,alijs inſidiantur,& calliditate ſeipſos operiunt,ſeu quodam virtutum apparenti colore vitia ſua occultant. Peſte morientur,id eſt, propria ſua infectione interna vitam gratiæ perdent, & vitam gloriæ ſempiternę amittent. Et tu fili hominis,filij populi tui &c. Simili modo quidam Chriſtiani lęues mente & intimorati, qui audito quòd alicubì ſit vir aliquis ſpiritalis,& benè prædicans, aut plurimùm doctus, ſe mutuò cohortantur inuiſere eum,verbumq́; Dei ab ipſo audire. Sed poſtquàm audiêrint,audita non implent,neque ſe corrigunt,vel ſi compunctionem quandam concipiant, citò & facili occaſione eam relinquunt, & ſolitis vanitatibus inſiſtere audent, immò plerunquè increpationes auditas vertunt in canticum oris ſui,& loquentem derident. De quibus accipi poteſt illud Amos: Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfectè abominati ſunt.

Ezech. 3. & 18.

Matth. 7. Pſal. 73. 1. Pet. 5.

Amos 5.

¶*Elucidatio cap.34. Et factum eſt verbum Domini ad me.* *Articulus* 40.

QVæ in præſenti capitulo de paſtoribus & ouibus veteris teſtamenti ſcribuntur, de prælatis, paſtoribus,doctoribusq́ue Eccleſiæ & eorum gregibus proportionabiliter ſunt intelligenda. Vndè quanuìs ad literam de paſtoribus & ouibus veteris legis ſit ſermo, textus tamen propter prolixitatem vitandam ſic exponendus eſt,vt paſtoribus gregibusq́ue Eccleſiæ Chriſti pariformiter queat aptari. Et factum eſt verbum Domini ad me,dicens: Fili hominis, propheta de paſtoribus Iſrael,] id eſt, regibus, pontificibus,principibus, ſacerdotibus, iudicibus, ſcribis & phariſæis Iudæorum, per quos intelliguntur prælati principesq́ue Eccleſiæ, putà epiſcopi, ſacerdotes. [propheta.] hoc reſumitur, ad innuendum quòd paſtores ſint ſerioſiſſimè admonendi. [& dices, hæc dicit Dominus: Væ] damnationis æternæ debetur ac imminet [paſtoribus qui paſcebant ſemetipſos,] id eſt,qui proprium commodum temporale quærebant, *ſeq́ue* delicatè nutrièrunt, non ſubditorum profectum atque ſalutem, qui à Chriſto in Euangelio mercenarij nuncupantur, tanquàm appellatione paſtoris indigni.[Nonnè greges paſcuntur à paſtoribus?] id eſt,cùm pecora à paſtoribus ſuis corporaliter nutriuntur, multo magìs homines à ſuis paſtoribus ſpiritaliter ſunt paſcendi

ſcendi charitatis affectu, verbo prædicationis & opere exemplari. [Lac comedebatis,] i. bona ſeu
opes ſubditorum conſumpſiſtis. [& lanis operiebamini,] id eſt, de eorum facultatibus & laboribus
corpora veſtra precioſè & ornatè veſtîſtis. [& quod craſſum eſt occidebatis,] id eſt, potentes & di-
uites ſpiritaliter peremiſtis, dum vel cupiditate, vel timore carnali eorum vitia debito modo nõ re-
Iſaiæ 3. præhendiſtis, ſicꝗ; decepiſtis eos, ſecundùm quod per Iſaiam Dominus conteſtatur: Populus meus,
qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. Vel quod craſſum eſt occidebatis, diuitibus crimina impo-
nendo, vt ſic aliqua extorqueretis ab eis. Iſtud proh dolor nũc inceſſanter & euidentiſſimè in Chri-
ſti Eccleſia adimpletur. Videmus ad oculum, qualiter ſubditi à ſuis negliguntur paſtoribus, qui car-
naliter viuunt, atq; in cibo, potu, ſomno, veſtimentis & cæteris corporalibus commodis abundan-
ter ſibi de ſubditorum opibus aut ſudoribus prouident, immò in horum ſuperfluitate, precioſitate
& numeroſitate, vehementer excedunt, qui vtinàm illud Eccleſiaſt. 32. ritè penſarent: Rectorem te
poſuerunt? noli extolli. Eſto in illis quaſi vnus ex eis. Curam illorum habe, & ſic conſidera. Itemꝗ;
Eccl 7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates. [gregem autem meũ non paſce-
batis] verbo & opere, immò & corporali alimento tempore opportuno. Nempe quod ſimplici vi-
1. Pet. 5. ctui atq; veſtitui prælatorũ ſuperfluit, pauperibus ſui gregis diſtribuere debent. Hinc Petrus in pri-
ma ſua hortatur epiſtola: Seniores, obſecro, paſcite qui in vobis eſt gregem, prouidentes ſecundùm
Deũ, non turpis lucri gratia, neq; vt dominantes in cleris, ſed forma gregis facti, & ex animo. [Quod
infirmum fuit, non conſolidâſtis:] id eſt, paſſionatos & pronos ad vitia, non confortâſtis ſpiritali-
bus armis contra peccata. [& quod ægrotum eſt, non ſanâſtis:] i. in anima læſos per vitia, non ſtudu-
iſtis à peccatis mundare, ſpiritaliterꝗ; ſanare ab impietatis languore. [quod fractum eſt, non alligâ-
ſtis.] id eſt, corde diuiſos, non integrâſtis in Deo. Diuiſi enim & fracti ſunt corde, qui partìm cupi-
unt Deo, partimꝗ; mundo placere ac inhærere. De quibus ſcriptũ eſt Oſeę 10. Diuiſum eſt cor eo-
rum, nunc interibunt. Hi alligantur, dum edocentur ſe toto corde ad Deum conuertere, vt pſalle-
Pſal. 9. re poſſint: Confitebor tibi Domine in toto corde meo. [& quod abiectum eſt] à Deo per infideli-
10. 85. & tatem, deſperationem, aliaꝗ; peccata mortalia. [non reduxiſtis] ad Deum, orando, loquendo, ſatìs
137. agendo pro talium reformatione. [& quod periêrat] incidendo in profundũ peccatorũ. [non quæ-
ſiſtis] ſpiritaliter reparare, prædicando talibus immenſitatẽ diuinę clementiæ, ſemper ad ignoſcen-
dum in hac vita paratæ. [Sed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia,] voluntate pro ratio-
ne inſtàr tyrannorum vtentes. Iſtud ſecundùm beatum Hieronymum, ad ſupercilium epiſcoporum
propriè pertinet, qui operibus deornant nominis dignitatem, & pro humilitate aſſumunt ſuperbi-
2. Tim. 4. am, vt honorem putent ſe conſequutos, non onus. Quocontrà ad Timotheũ ſcribit Apoſtolus: Ar-
Ephe. 6. gue, obſecra, increpa in omni patientia. Vndè manſuetudo & patientia ſunt prælatis potiſſimùm ne-
Col. 3. ceſſarię. Dicit enim Apoſtolus: Patres, nolite ad iracũdiam prouocare filios veſtros, ſed educate eos
in diſciplina & timore Domini. [Et diſperſæ ſunt oues meæ] per diuerſos errores & vitia. [eô ꝙ non
eſſet paſtor] idoneus, ſpiritaliſꝗ; medicus, qui omne id adhiberet ad animarũ reformationem, quod
corporalis adhibet medicus ad ſanitatem corporũ. Hinc ſcriptum eſt Ieremiæ 10. Quia ſtultè egérũt
paſtores, & Dñm non exquiſiérunt, propterea omnis grex eorũ diſſipatus eſt. Itaq; patet ꝙ cauſa er-
roris damnationiſꝗ; ouium, negligentia ſit paſtorum. Ideò nil periculoſius, nil damnabilius, q̃ no-
men, & non opus, habere paſtoris. Nec ab aliquo hominũ genere maiorem ſuſtinet Deus iniuriam,
quàm ab indignis, carnalibus, deſidioſis paſtoribus. [Et factæ ſunt in deuorationem om̃ium beſtia-
rum agri] i. dæmonum, de quibus oramus, animam Deo confitentem non tradi. [& diſperſæ ſunt]
ab indiuidua charitate. [Errauerunt greges] i. populi mei [in cunctis montibus] ſuperbiæ contra
Deum, [& in vniuerſo colle excelſo] elationis in proximum, [& ſuper omnem faciem agri] i. per
cætera vitia in terrenis & in actibus latæ viæ diſperſi [ſunt greges mei.] Porrò ad literam per hæc
intelligi poſſunt loca idololatriæ Iudæorum. [Propterea paſtores audite verbum Domini,] cuius vi-
cem geſſiſtis, non implêſtis. [Viuo ego, dicit Dominus Deus: Pro eo quòd facti ſunt greges mei in
rapinam & deuorationẽ,] i. quoniam bona eorum à vobis conſumpta ſunt, & ipſi per vitia à dęmo-
nibus deuorati. [Propterea paſtores audite verbũ Domini: Hæc dicit Dominus Deus: Eccè ego ipſe
ſuper paſtores] per debitam vltionem deſcendam: [requiram gregem meum de manu eorum,] i.
ab illorum cuſtodia, vel potiùs negligentia eripiam eum. [& ceſſare eos faciam, vt vltrà non paſcant
gregem meum] pabulo mortis, non vitæ: ſeu nominetenus, non entetenus. [nec paſcant ampliùs
paſtores ſemetipſos] per modum præfatum, id eſt, eos à vita hac tollam, quod in Chriſti aduentu, &
poſteà paulatim impletum eſt, quouſq; ceſſauit prælatio Iudęorum, deſtructa Hieruſalem per Ro-
manos. [Et liberabo gregem meum de ore eorum,] ſubijciendo eum ſuaui iugo euangelicę legis
Chriſti. Quòd autem propheta ad literam loquatur pro tempore Chriſti, mox in iſto patebit capi-
tulo. [Et non erũt vltrà eis in eſcam.] Vndè Saluator in Euangelio Lucæ 20. increpat ſcribas & pha-
riſæos, ꝙ aliorum domos vorabant. [Quia hæc dicit Dominus Deus: Eccè ego ipſe requiram oues
meas,

meas, & viſitabo eas ſicut viſitat paſtor gregem ſuum, in die quandò fuerit in medio ouium ſuarum
diſſipatarũ.] Iſtud intelligi poteſt veriſſimè de viſitatione illa pijſſima, qua vnigenitus filius Dei per
incarnationis myſteriũ viſitauit, & fecit redemptionẽ plebis ſuæ, de qua fert̃ Matt. 15. Non ſum miſ-
ſus niſi ad oues quæ periêrunt, domûs Iſrael. Propter quod iterùm loquit̃: Venit filius hominis quę- Luc. 19.
rere & ſaluum facere quod periêrat. Poteſt inſupèr viſitatio iſta intelligi per infuſionem gratiæ ſpi-
ritûs ſancti, per angelorum directionem, & iterùm per apoſtolorum miſſionem, quibus dixit Salua-
tor: Ite ad oues q̃ periêrunt, domûs Iſrael. Deniq; iſtud agit Chriſtꝰ quotidiè, cùm multos eorũ per Mat. 10.
ſingularem atq; pijſſimam inſpirationem, ſubuentionem, directionem gubernat, qui negligentiſſi-
mos habent paſtores. Nouit enim Dñs qui ſunt eius, & non repellit Dñs plebem ſuam quam pręſci-
uit & prædeſtinauit. [Et liberabo eos de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerunt in die nubis &
caliginis,] i. tempore aduerſitatis atq; mœroris. [& inducam eos in terram ſuam,] i. terram regionis
viuorũ, ac patriam beatorũ ſecundùm Hieronymum: vel in Eccleſiam militantem, ſecundũ quoſdã.
Præterea quę ſequunt̃, promiſſionem filijs Iſrael factam, pro tempore reuerſionis à Babylonica ca-
ptiuitate, tranſcendunt. [& paſcam eas] ſpiritali alimonia, [in montibꝰ Iſrael] i. in Eccleſijs toto ter-
rarum orbe diffuſis, vel in Eccleſia militante per ſacramẽta & gratiæ dona, deindè in Eccleſia trium-
phante per beatifica gratiæ munera. De montibꝰ iſtis cantamus: Leuaui oculos meos in montes. Et Pſal. 120.
item: Mons Dei, mons pinguis. Rurſuſꝗ;: Quis aſſcendit in montem Dñi? [in riuis] i. emanationibus Pſal. 76.
ſpiritûs ſancti, q̃bus potant̃ electi. De quibꝰ per Iſaiam loquit̃ Deus omnipotens & excelſus: Nõ eſu- Pſal. 23.
rient, neq; ſitient ampliùs, & non cadet ſuper eos æſtus & ſol, q̃a miſerator eorum reget eos, & ad Iſaiæ 49.
fontes aquarũ potabit eos. Chr̃s quoq; Ioan. 7. Qui credit in me, flumina de vẽtre eius fluent aquæ
viuæ. [& in cunctis ſedibꝰ terræ] viuorũ ſeu paradiſi cæleſtis, de qua terra Saluator loquutus eſt: Be- Matth. 5.
ati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Salomon quoq; Pro. 2. Qui recti ſunt, habitabũt in ter-
ra, & ſimplices permanebunt in ea. De ſedibus iſtis loquit̃ Chriſtus: In domo patris mei manſiones Ioan. 14.
multæ ſunt. [In paſcuis vberrimis paſcam eas.] Paſcuæ iſtæ in monte illo cęleſti, ſunt potiſſimæ do-
tes animæ, vtpotè viſio veritatis ęternæ, tentio beatitudinis increatæ, fruitio bonitatis diuinæ. Vndè Pſal. 35.
ait Pſalmiſta: Inebriabunt̃ ab vbertate domûs tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: Quoniam
apud te eſt fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumen. Sunt demùm militantis Eccleſiæ paſcua, q̃
ſunt ſpritales Chriſtianorũ diuitię, animarũ conſolatio atq; refectio, ſacramenta, gratiarumꝗ; mune- Pſal. 22.
ra. qui his paſcuis enutrit̃, gratulabundus decantat: Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuę
ibì me collocauit. Sed & Saluator: Si quis, inq̃t, per me intrauerit, ſaluabit̃, & paſcua inueniet. quibus Ioan. 10.
veſci cupiens ſponſa: Indica, ait, mihi, quem diligit anima mea, Vbì paſcas, vbì cubes in meridie. [& Cant. 1.
in montibꝰ excelſis Iſrael] i. angelicis choris ad quos aſſumunt̃ electi, penès gradus diuerſos ſecun-
dùm meritorũ varietates, [erunt paſcuæ eorũ.] erunt enim ſicut angeli Dei in cælo, iuxta teſtimo-
niũ Saluatoris. [Ibì requieſcent in herbis virentibꝰ.] i. amœniſſimis ſemperꝗ; floridiſſimis cæleſtis Mat. 22.
palatij dapibus. Deniq; iuxta conſuetudinem ſcripturarũ, ſpiritalia ſub ſimilitudinibus corporaliũ
deſignant̃, nedùm in veteri, ſed etiam in nouo teſtamento. [Quod periêrat] per propriam ouium
paſtorumꝗ; negligentiam, [reqram] per gratiam ſingularem. [& quod abiectũ erat, reducã.] i. auer-
ſos conuertam. [quod confractũ fuerat,] corde in diuerſa partito, [alligabo,] vt medicus animarũ.
[& quod infirmũ fuerat] per pronitatem ad mala, propriamꝗ; animæ fragilitatem, [cõſolidabo] per
fortia gratiarũ chariſmata, per virtutũ crementa, per mentis fixionem cũ Deo. Optimũ nempe eſt,
gr̃a ſtabiliri cor. [& quod pingue & forte,] i. abũdantes ac ſtabilitos in gratię donis, [cuſtodiã,] dan-
do eis profectũ perſeuerantiamꝗ; in bonis. [& paſcam illos in iudicio] diſcretionis, ſecũdùm cenſu-
ram & ordinem ſapientię & iuſtitię meę, diſtribuendo ſingulis vt dignũ eſt. [Vos aũt greges mei,] i.
congregationes credentiũ. [hæc dicit Dñs Deus: Eccè ego iudico] i. diſcerno [inter pecus & pecus,
arietẽ & hircũ,] i. inter bonos & impios, quorũ alij ſtatuent̃ à dextris, alij à ſiniſtris. Nonnè ſatìs erat
vobis paſcua bona depaſci,] i. meritò vobis ô paſtores ſufficere debuiſſet precioſioribꝰ bonis veſci
ac ali. [Inſupèr & reliquias paſcuarũ veſtrarũ conculcabatis pedibꝰ veſtris:] i. quod vobis ſuperfuit,
non pauperibus erogâſtis, neq; vtiliter expendiſtis, ſed impiè dilapidâſtis. vtinàm idipſum penſa-
rent miniſtri Eccleſiæ. Quicq̃d enim de bonis Eccleſiæ ſimplici victui atq; veſtitui ſupereſt, debetur
egenis. Sed, proh dolor, patrimoniũ Chriſti in delicijs deuoratur. [Et cùm puriſſimam aquam bibe-
retis,] i. optimis potibus reficeremini. Etenim in ſcripturis per panem quilibet cibus, per aquam
omnis intelligitur potus. [reliquam pedibus veſtris turbabatis.] i. vitioſè expendiſtis. [& oues meę
his, quę conculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebantur: & quæ pedes veſtri turbauerant, hæc
bibebant.] i. à vobis contempta & irreuerenter tractata, ſeu viliora ſumpſerunt. [Propterea hęc di-
cit Dominꝰ Deus ad eos,] putà paſtores ſeu greges: [Eccè ego ipſe iudico inter pecus pingue & ma-
cilentum,] i. diuitem & egenum, ſeu fortem ac debilem. [pro eo quòd lateribus & humeris] i. cor-
porali potentia & virtute, [impingebatis, & cornibus veſtris] id eſt, authoritate præſidentię veſtræ

 [ven-

[ventilabatis] ô paſtores peruerſi atq; crudeles,[om̃ia infirma pecora,]i.ſubditos imperfectos,egenos ſeu fragiles,corporaliter opprimendo ſeu ſcandalizando.[donec diſpergerentur foràs] i.ab Eccleſia iniuſtè expellerentur,vel peccando mortaliter,Eccleſiaſticam vnitatem, charitatisq́; communionem amitterent,ità quòd actualiter ad corpus Chriſti non pertinerẽt.[Saluabo gregem meum,] electis meis aliundè de ſalute miſericorditer prouidendo. Siquidem princeps & paſtor paſtorum, prędeſtinatas oues non deſerit.[Et ſuſcitabo ſuper ea] ſ.pecora mea ſeu populum meum. [paſtorẽ vnum,qui paſcat ea,] videlicet [ſeruum meum Dauid.] i.Chriſtum, vt omnes etiam Hebræi exponunt.Chriſtus enim eſt Dauid manu fortis & pulcher adſpectu, tanquàm virtus & ſapientia patris, eiusq́; imago,*cui ſpecies appropriatur ſecundùm Hilarium.* Qui Chriſtus de ſemine Dauid ſecundùm carnem natus,Dei patris, immò totius ſuperbenedictę Trinitatis, ſeruus ſecundùm naturam
Iſaię 52. aſſumptam vocatur.De quo per Iſaiam Dominus proteſtatur:Eccè intelligit ſeruus meus, & exaltabitur,& ſublimis erit valdè.Et rurſus Iſa.53.Iuſtificabit ipſe ſeruus meus in ſcientia ſua plurimos, & peccata illorum ipſe portabit, qui in ſcripturis propheticis frequenter nomine Dauid exprimitur, ſicut Oſeę 3. Poſt hęc reuertentur filij Iſrael,& quęrent Dominum Deum ſuum,& Dauid regem ſuum.[Ipſe paſcet ea] ſcientia & doctrina,& affectu & opere:immò,quod amplius eſt,etiam gratię in-
Ioan.1. fuſione.Nempe de plenitudine eius om̃es accepimus,quoniam ipſe tanquàm caput Eccleſię, membris ſuis influit vitam gratię & motum virtutum.[& ipſe erit eis in paſtorem.] Propter quod Ioannis 10.faſſus eſt:Ego ſum paſtor bonus.[Ego Dñs ero eis in Deum,] quoniam me ſolùm veneratione & actibus latrię colent.[& ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum.] Secundùm quod ait:
Ioan.13. Vos vocatis me,magiſter & Domine,& benè dicitis:ſum etenim.[& faciam cum eis pactum pacis]i. nouum teſtamentum,ſeu euangelicam legem, quę eſt lex charitatis atq; concordię, vt pax Chriſti, quę exuperat omnem ſenſum,exultet ſemper in cordibus noſtris. Vndè Iere.31. Dominus locutus eſt:Feriam domui Iſrael pactum nouum.[& ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra,] i.motus beſtiales ſeu dęmones,de quibus iam ſępiùs dictum eſt,auferam ab Eccleſia ſeu cordibus electorũ. Propter quod dixit Saluator Ioan.12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foràs. Has beſtias abſtulit Deus,impugnationem earum dirimendo.nam & Chriſti paſſione,atq; humilima in hoc ſęculo cõuerſatione, aërearum poteſtatum eſt plurimùm debilitata poteſtas. In ſacramentis quoq; Eccleſię, pręſertim in ſacramento altaris,aduerſùs animę paſſiones magna cõfertur gratię virtus.[Et qui habitant in deſerto,ſecuri dormient in ſaltibus.] Hoc in beatiſſimis anachoretis & eremitis, ad literam pleniſſimè ſcimus impletum,quibus in eremo degentibus,Deus oĩpotens vniuerſas feras manſuefecit,atq; ab ipſis ſanctorum patrum cordibus oẽm inordinatum pauorem remouit, tantamq́; in Deo fiduciam pręſtitit,vt nil ſylueſtrium metuerent beſtiarum.Spiritaliùs autem loquendo,per deſertum loca clauſtralia deſignantur:per ſaltus verò,religioſorum habitacula determinata,à ſecularibus ſeparata.[Et ponam eos in circuitu collis mei]i.vndiq; per gyrum Eccleſię.[benedictionem.] i. eminẽter benedictos,gratiaq́; repletos à Deo.[Et deducam imbrem in tempore ſuo] i. ſpiritûs ſancti dona,pluuiamq́; ſupernę irradiatiõis eis infundam tempore pręordinato,quod fuit potiſſimè in
Actu.2. apoſtolis adimpletum,qui cum ſibi adiunctis ſpiritum ſanctum in viſibili ſuſceperant ſigno. Hinc Iſa.45.Dñs ait:Noli timere ſerue meus Iacob,effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum,& benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam. [Pluuię benedictionis erunt,] i. rore benedictionis ſeu gratię diuinę replebuntur.[& dabit lignum agri fructum ſuum,] i. homines bonis operibus abundabunt.[& terra dabit germen ſuum] i.habitantes in terra,virtutum effectibus exuberabunt.Porrò ꝙ per lignum & terram,ad literam homo & Eccleſia deſignentur in ſcripturis canonicis, nulli in ſcri-
Pſal.95. pturis edocto ambiguum reor,pręſertim cùm vtrunq; vno Pſalmi comprobetur verſiculo: Tũc exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie Dñi,quia venit,quoniam venit iudicare terram. [Et erunt in terra ſua] i.Eccleſia,vel loco quo demorantur.[abſq; timore] ſeculari,carnali, inordinato. De quo Prou.28.Salomon aſſerit:Iuſtus quaſi leo confidens,abſq; timore erit.De quo iterùm ſcriptum eſt:
Eccl.34. Qui timet Deum,nihil trepidabit.Deniq; primitiuę Eccleſię filij, & vſq; in pręſens Chriſtianę profeſſionis appellatione condigni,in aduerſis ſicut in omnibus diuitijs delectantur, ſecundùm quod Iacobus docet 1.capite:Om̃e gaudium exiſtimate fratres,quum in diuerſas tentationes incideritis. [Et ſcient] per beneficiorum meorum effectum, [quia ego Dominus Deus eorum,] ſpecialem habens curam de eis,quaſi de populo peculiari,[quum contriuero catenas iugi eorum,] id eſt, vincula quibus aduerſarijs poteſtatibus miſerabiliter ſubijciebantur,ac ſeruiêrunt,eis abſtulero, [& eruero eos de manu imperantium ſibi:] videlicet crudelium hominum, ferociſſimorumq́; dęmonum, iuxta quod loquitur Iſaias nono capite: Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperâſti. [Et ſuſcitabo eis germen iuſtum nominatum,] videlicet Chriſtum Dei
Iere.24. filium, ſummè famoſum & glorioſum. De quo per prophetam Ieremiam loquitur Deus: Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam.In diebus

bus illis ſaluabitur Iuda,& Iſrael habitabit confidenter. Itemq́; per Iſaiam cap.4.Erit germen Dñi in gloria & magnificentia,& fructus terræ ſublimis,& exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael.[& non erunt vltrà imminuti fame in terra.] i.ſpiritalium diuitiarũ carentia,diuiniq́; verbi ſubtractione non interibunt,immò bonis aĩæ replebuntur. Porrò de primitiua quoq; Eccleſia in Actibus apoſtolorum 4.capitulo legitur:Non erat egens inter eos.[Neq; portabunt ampliùs] i. decæterò non ſuſtinebunt [opprobria gentium,] eô ꝙ ad Chriſtum oẽs fuerint gentes conuertendæ.[Et ſcient quia ego Dñs Deus eorum cum eis,] per gratiam tam benignam. [& ipſi populus meus] ſunt [domus] i. tribus [Iſrael.] vtpotè oẽs in Chriſtum credentes,iuxta illud Apoſtoli ad Galatas:Qui ex fide ſunt, Gal.3.
hi ſunt filij Abrahæ.Poſtremò ꝙ omnia iam inducta ſub nomine ouium,gregum, ſeu pecorum, de hominibus intelligantur,Dñs pandit,adijciens:[Vos autẽ greges mei, greges paſcuæ meæ, homines eſtis,& ego Dñs Deus veſter] ſum,[dicit Dñs Deus.] Ex præhabitis intueamur, ꝗ periculoſiſſimum ſit animarum curam habere,& ꝙ nemo ad ꝓlationem animarumq́; curam adſpiret,niſi qui non metuit diuinæ diſcuſſionis ſuperdiſtrictum iudicium.

¶ *Expoſitio cap.35. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:* *Articulus* 41.

SEcundùm Hieronymum,ꝙ totiès in Ezechiele habetur,Et factus eſt ſermo Dñi ad me dicens, ſignificat,gratiam prophetiæ non ſemper actualiter affuiſſe prophetis,ſed ob fragilitatẽ humanam,pręſentisq́; vitæ neceſſitudinem plurimam,interdùm gratia prophetiæ receſſit ab eis.Hinc ſecundùm doctores,prophetia dicit donum habituale,nõ actuale.Itaq; Iudæorum proſperitate *deſcripta,nunc Idumæorum,qui filijs Iſrael fuerunt hoſtes,prænunciatur calamitas, quæ tamen ſuprà capitulo 25.prædicta eſt,ſed nunc diffuſiùs recitatur.[Et factus eſt ſermo Domini ad me,dicens: Fili hominis,pone faciem tuam aduerſùm montem Seir:] i.terram ac populum Idumæę,montibus plenæ.[Hæc dicit Dominus:Eccè ego ad te mons Seir,] i.contra populum tuum puniendum poteſtatẽ meam extendam.[& dabo te deſolatum atq; deſertum:] i. per Chaldæos totum Idumææ populum vel occidam vel transferam.[vrbes tuas demoliar,] i.per manum Chaldæorum deſtruam.[& deſertus eris] i.ab hominum habitatione relictus. Per montem autem Seir, tota præfata intelligitur terra.[Et ſcies quia ego Dominus] per poteſtatis meæ experimentalem ſenſationem, [eô quòd fueris inimicus ſempiternus,] i.indefeſſus à tempore valdè longiſſimo. [& concluſeris filios Iſrael in manu gladij,] i.gladij poteſtate & ictu occíderis ipſos. [in tempore afflictionis eorum] à Chaldæis [in tempore iniquitatis extremæ,] i.huius vltimæ tranſgreſſionis eorum in Iudæa mox ante Babylonicam captiuitatem. Fiebãt nanq; Chaldæis auxilium in obſidione occiſioneq́; Iudæorum.[Propterèa viuo ego, dicit Dñs Deus,quoniam ſanguini tradam te.] i.occiſioni ſeu morti. [& cùm ſanguinẽ oderis,] omnes enim naturaliter mortẽ abhorrent.[ſanguis perſequetur te.] i.mors tibi à Chaldæis inferetur.Prætereà alij ſic exponunt: ſanguini tradam te, i. Iudæis tuis cognatis, & cùm ſanguinem (i.Iudæos) oderis,ſanguis iſte te perſequetur,quod 1.Machabæorum probàtur impletum,quo ſcribitur Iudas filios Eſau ſuperâſſe.[in collibus tuis,& in vallibus tuis,atq; in torrẽtibus interfecti gladio cadent.] i.per totum territorium Idumææ populi ſtrages erit. [In ſolitudines ſempiternas tradam te] ô mons Seir,i. loca tua habitabilia non inhabitabuntur ampliùs, intelligendo per ſolitudines ſempiternas,durationem notabiliter longam,quæ propter aduerſa & aſpera videtur quaſi ęterna.Idumæa autem poſt eius à Chaldæis deſtructionem,legitur recuperata.De hac Idumææ calamitate,inter cætera prophetauit Abdias:Propter iniquitatem tuam in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio,& peribis in æternum. Iſaias & Ieremias quoq; hinc multa vaticinati cernũtur. [eô quòd Iſaiæ 34.
dixeris:Duæ gentes & duæ terræ,meæ erunt.] i. populus regni Iudæ, & item populus regni Iſrael, Iere.49.
cum ſuis regionibus pertinebunt ad me. [& hæreditate poſſidebo eas, quum Dominus eſſet ibì] i. terras has,præſertim terram Iudæ & Hieruſalem,ac templum, pro ſuo elegiſſet cultu. Vndè ob id Idumæi aſſiſtebant Chaldæis in deſtructione regni Iudæ,quoniam terram hanc ad ſuum ſperabant principatum deuolui.[Proptereà viuo ego,dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta iram tuam, & iuxta zelum tuum,] i.iniquitatem tuam ego vlciſcar,ſecundùm quod ira tua & rancor tuus contra Iudæos merentur.[quem] zelum [feciſti] i.in opus duxiſti per actuale nocumentũ,[odio habens eos] putà Iudęos,[& notus efficiar per eos,] i.per Iudęorum liberationem à Babylonica captiuitate,proſperationemq́; eorum in propria terra.Nempe per hęc Deus veritatem ſuam, miſericordiam atque iuſtitiam declarauit. [cùm te] ô Idumæa [iudicauero] in captiuitate relinquendam. [Audiui vniuerſa opprobria tua,quę locutus es de montibus Iſrâel,dicens:] id eſt, inſultationes quibus gauiſus es de vaſtitate terræ Iudęorum, cognoſco. [Deſerti nobis ad deuorandum dati ſunt.] id eſt, deſertos Iſrael montes iam poſſidemus,vt omnia ibì exiſtentia conſumamus: tantã quippè fiduciam de obtinenda terra hac conceperunt, vt eam iam ſe habere aſſererent. Vel iſtud dixerunt de locis Iudæę,quę cum Chaldęis nunc demolíti fuerunt.[Et inſurrexiſtis ſuper me ore veſtro,] i. verba blaſphemiæ contra me cum tumore non mediocri protuliſtis, quaſi populum Iudę liberare de Chaldæo-

*præſcripta

dæorum manibus non valerem.[& derogâſtis aduerſum me,] i. maieſtati meæ irreuerentiam grandem feciſtis.[verba veſtra] tam impia [audiui,] i.cognoui,aduerti,atq; vlciſci decreui.[lętante vniuerſa terra,] i.omni Iudæorum populo,de ſua reuerſione à Chaldæa ad propria, exultante.[in ſolitudinem te redigam,] i.in deſolatione tua te deſeram.[ſicuti gauiſus es ſuper hæreditate domûs] i. de terra poſſeſſionis tribuum [Iſrael,eô quòd fuerit diſſipata.] i.à Chaldæis deſtructa. ¶ Prætereà de moralitate iſtorum iam antè inducta ſunt plura,quæ replicanda non ſunt.Docemur autem ex p̄ſenti capitulo,quòd ſuper terrenos,carnales & cupidos, qui per montem Seir & Edom, ac Idumæã ſignãtur,diuina venit vindicta,eô quòd filijs Iſrael,i.religioſis ac ſpiritalibus inſidientur,aduerſentur,ac noceant,eorumq; opes diripere cupiant.Ideò ſicut facere iuſtis moliũtur,ità fiet eis à Deo,ità quòd bonis ad æternam felicitatem peruenientibus,ipſi ęternaliter relinquuntur.Verba quoq; opprobrioſa,quę contra religioſos deuotosq; proferunt,Deus audîſſe ſe perhibet,& quaſi ſibijpſi illata ac derogantia reputat,direq; vindicat.

¶ *Declaratio cap.36.Tu autem fili hominis,propheta ſuper montes Iſrael.* *Articulus* 42.

PRæcedenti capitulo p̄nunciata eſt Idumæorum punitio,propter eorũ in Iudæos crudelitatem. Nunc Iudæorum ꝓſperitas prophetat̃,eô ꝙ Deus miſericors non patiatur fragilitatem humanam ſupra vires affligi ſiue tentari,immò poſt tempeſtatem trãquillitatem largit̃.Idcircò manũ Dei in omĩ aduerſitate æquanimiter toleremus,certi ꝙ ipſe noſtrum p̄lium intuetur. [Tu autẽ fili hoĩs propheta ſuper montes Iſrael,] i.de locis montanis Iudææ.[& dices: Montes Iſrael, audite verbum Dñi.] Quæri poteſt,quō inanimata iubeãtur audire verbum Dei? Reſpondetur ꝙ eo modo, quo in ſcripturis monentur Deum laudare,benedicere,exaltare:quos vtiq; actus nõ efficienter aut formaliter,ſed materialiter exhibent,inquantùm intellectualibus creaturis p̄bent materiam & occaſiõem faciendi hos actus.Sic ergò montes Dei audiunt verbũ,dum per id quod aliquid de eis dicitur,prębent hominibus materiam audiendi verba diuina.[Hæc dicit Dñs Deus,eô ꝙ dixerit inimicus] videlicet populus Idumææ,[de vobis,eugè altitudines ſempiternæ,] i.loca Iudæę mõtibus plena, qui montes ob ſuæ durationis prolixitatem ſempiterni dicuntur,quanq̃ in fine ſeculi complananda ſit terra.[in hæreditatem datæ ſunt nobis,] ſecundùm ſenſum in præcedenti articulo introductum. Cùm enĩ Idumęa ex vna parte fuerit vicina Iudæę,putauit deſolata Iudæorum loca hęreditariè poſſidere, immò & quędam ad tempus poſſedit, ſecundùm Hieronymũ. [Proptereà vaticinare & dic: Hęc dicit Dñs Deus:Pro eo ꝙ deſolati eſtis] ô montes Iſrael,[& conculcati per circuitum] à Chaldæis,immò & antè ab Aſſyrijs ac alijs hoſtibus.[facti in hæreditatem reliquis gentibus,] i. à diuerſis nationibus iniuſtè poſſeſſi.Vndè 2.Mach.2.loquitur Mathathias:Quæ gens nõ hęreditauit regnum eius,putà Iudæę,& non obtinuit ſpolia eius?[Et aſſcendiſtis ſuper labium lingue,] i.de vobis inſultanter loquutæ ſunt linguę,& labia aduerſariorum veſtrorum. [& opprobrium populi,] i. gentium
Pſal.78. in circuitu veſtro conſiſtentium facti eſtis opprobrium,iuxta illud:Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris,i.exprobrationis eorum materia & obiectum.[Proptereà montes Iſrael,audite verbum Dñi: Hęc dicit Dñs Deus montibus & collibus, torrentibus, vallibusq; & deſertis, parietibus & vrbibus derelictis,] i.ad oẽm regionem,ac ſingula loca Iudęę vehementer depopulatæ. [Quoniam in igne zeli mei] i.affectu iuſtitię meę [loquutus ſum de reliquis gentibus, & de Idumęa vniuerſa,] eorum afflictionem vaſtitatemq; prędicendo. [quę dederunt terram meam ſibi in hęreditatem,] i. Iudæam,in qua diuinus viguit cultus,ſibi in hęreditatem vſurpauerunt,[cum gaudio, & toto corde,& ex animo,] i.cũ plena affectione & omĩ iucunditate inani.[& eiecerũt eum] i.populum eius,vel ipſam extra proprium ſtatuerunt dominium,[vt vaſtarent] i.violenter eam ſibi ſubijcerent.[Idcircò vaticinare ſuper humum Iſrael,] i.de terra Iudęorum,[& dices montibus & collibus, iugis & vallibus: Hęc dicit Dominus: Pro eo quòd deſolati eſtis,] i. habitatoribus veſtris priuati. [eccè ego in zelo meo,] quo amo iuſtitiam,& auerſor omnem impietatem,[& in furore meo] i.ęquitatis meę rigore [locutus ſum] de veſtra reparatione,& hoſtium veſtrorum calamitate,[eô quòd confuſionem gentium ſuſtinueritis: Idcircò hęc dicit Dominus Deus: Ego leuaui manum meam,] i.poteſtatem meam ad vltionem faciendam diſpoſui,[vt gentes quę in circuitu veſtro ſunt,] quæ vobis moleſtę fuerunt,atq; in ſuum redegerunt dominium. [confuſionem ſuam portent.] i.debitas pœnas ſuſtineant.[Vos autem montes Iſrael ramos veſtros expandite, vt germinetis, & fructum veſtrum afferatis populo meo Iſrael.] i.arbores in montibus ſitę virgulta mittatis,& fructus ad vſum populi Iſrael producatis.Loquitur autem pro tempore reuerſionis Iudęorum à Babylonica captiuitate, quandò terra & arbores cæteraq; virgulta Iudæę cœperunt Deo ordinante plùs ſolito fructificare, iuxta il-
Pſal.64. lud Pſalmiſtę:Viſitâſti terram & inebriâſti eam,multiplicâſti locupletare eam. Multiplica genimina eius,&c.& campi tui replebunt̃ vbertate. Quod ad literã de fructificatione Iudęę, poſt reditũ de Babylõe,prędictum eſt.Propter quod ſubditur:[Propè eſt vt veniat] quod p̄dico,[quia eccè ego ad vos] per virtutis meę affectum accedam,dando vobis fœcunditatem haud paruã. De hoc dicta ſunt multa

multa in Aggæo,Zacharia & Malachia prophetis.[& conuertar ad vos,] i. gratioſè me circa vos ha- Aggæi 2.
bebo,populum Iſrael ad vos reducendo.[& arabimini, & accipietis ſementem] à populo Iudæorũ, Zach 4. & 6.
[& multiplicabo in vobis homines, omnemq; domum Iſrael.] Breui nanq; in tempore per reuer- Mala.3.
ſionem à captiuitate & generationem in Iudęa,fuerũt filij Iſrael in terra hac multiplicati.[& habitabuntur ciuitates] Iudææ à ſuis,[& ruinoſa inſtaurabuntur.] Hoc in libro Eſdrę ſatis impletũ oſten- 1.Eſd.6.
ditur.Siquidem muros & ædes ac templum Hieruſalem reædificauerunt Zorobabel, Neemias, Io- 2.Eſd.2.
ſedech, & Eſdras cum populo.[& replebo vos hominibus & iumentis, & multiplicabuntur] ho- & 6.
mines & iumenta [& creſcent.] Hoc tempore præſidentiæ Simonis fratris Iudæ Machabęi,præſer- 1.Ma.14.
tim videt̃ impletum.Tunc enim Iudæi habitabant ſecuri in opulentia magna,erãtq; numero abundantes,quemadmodùm circa finem 1.Machabæorum diffuſè conſcriptum eſt. [& habitare vos faciam ſicut à principio,] i.quemadmodùm tempore Ioſuæ, qui filios Iſrael in terram promiſſam deduxit.[boniſq; donabo maioribus,q̃ ab initio habuiſtis.] Hoc de ſpiritalium bonorum conceſſione intelligi debet,atq; in Chriſti aduentu pleniſſimè conſtat impletum, quãdò ipſemet vnigenitus Dei inter Iudæos conuerſans,miracula faciens,prædicans,elegit ſibi ex illis apoſtolos atq; diſcipulos,quibus poſt aſſcenſionem ſuam infudit per ſignum ſenſibile in maxima plenitudine ſpiritum ſanctum.Deindè per illos primitijs ſpiritûs repletos, multa conuertit Iudæorum millia, qui fuerũt Actu.2
primitiua Eccleſia,& ſacratiſſimam in Hieruſalem vitam duxerunt, ſicut in Actibus legitur. Propter 3.& 4.
hanc ſpiritualium abundantiam diuitiarum,de ſecundo tẽplo prophetauit Aggæus:Magna erit glo- Agg.2.
ria domûs huius nouiſſimæ,magìs q̃ primæ. Simili ſenſu maior fuit gloria Iudęorum pro tempore Chriſti,q̃ antè.[Et ſcietis quia ego Dñs, & adducam ſuper vos] ô montes Iſrael [homines] ſcilicet [populum meum Iſrael,& hæreditabunt te] ô Iudæa per montes ſignificata.[& eris eis in hæreditatem,& non addes vltrà vt abſq; eis ſis.] i.ab eis inhabitaberis iugiter.Veruntamẽ ſicut clariſſimum eſt,Iudęi poſt Chriſti paſſionem 40.anno à terra ſua deleti ſunt.Ad quod primò reſpondetur,quòd Iudæi poſt Chriſti paſſionem,apoſtolorumq; prædicationem credere renuentes,non magìs fuerũt populus Dei,vel priſtino nomine digni,quàm pagani.Secundò,quòd per vocem vltrà,in ſcripturis non ſemper perpetua duratio ſignatur,immò interdùm breuis,vt cùm 4.Reg.6.habetur quòd Sy-
ri non addiderunt vltrà venire in terminos Iſrael.& tamen illic mox ſubditur,quòd cõgregauit rex Iſaiæ 2.
Syriæ exercitum contra Iſrael.In Iſaia quoq;:Non exercebuntur vltrà ad pręliũ.Ità ſuperiùs de Ty- Ezech.35.
ro & monte Seir præhabitum eſt, quòd deſolati eſſent vſq; in ſempiternum. Vel promiſſio iſta intelligenda eſt ſub conditione,videlicet ſi Deum nõ offenderent grauiter.Sic enim Deus 2. Regum 2.Reg.7.
dixit ad Dauid:Ponam locum populo meo Iſrael,& nõ turbabitur ampliùs,&c.[Hęc dicit Dñs:Pro eo quòd dicunt] homines communiter [de vobis] ô montes Iſrael, hoc eſt, ô terra Iudææ, [deuoratrix hominum es,& ſuffocans gentem tuam,] i.nulla plebs diù poteſt demorari & quieſcere in te, ſed citò affligitur & necatur,ità quòd frequens eſt ſanguinis effuſio in te.Hinc & nuncij explorato-
res miſſi à Moſe,reuerſi loquuti ſunt:Terra quam luſtrauimus,valdè bona eſt,ſed deuorat habitato- Num.13.
res ſuos.Nã & quia opulentiſſima fuit,dignum videbatur pugnare pro ea.[Proptereà homines non comedes ampliùs, & gentem tuam nõ necabis vltrà.] i.ſolita ſanguinis effuſio in te ceſſabit,eo ſenſu quo præcedens elucidata eſt clauſula.[Nec auditam faciam in te ampliùs confuſionem gentium, & opprobrium populorum nequaq̃ portabis.] i.gentes terram tuam non ingredientur decæterò,vt te confundant,tibiq; exprobrent.[& gentem tuam non amittes ampliùs.] Eundem ſenſum diuerſis repetit verbis,vndè & expoſitio vna eſt. Deniq; homines in magnis tribulationibus poſiti, paruam vel mediocrem proſperitatem,reputant grandem.Itaq; omĩa iſta ad determinatum tempus poſſunt referri.Sicq; pro tempore Simonis fratris Machabæi videntur impleta, iuxta illud 1.Mach.14. Sedit vnuſquiſq; ſub vite ſua,& ſub ficulnea ſua.Nec erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos ſuper terram,reges contriti ſunt in illis diebus. Deniq; propheta iſte Ezechiel in vniuerſo volumine ſuo habet extenſum modum loquendi,quem arctare potiùs opùs eſt quàm extendere.Conſequenter oſtẽditur,quòd filij Iſrael ſuis demeritis propriam terram perdiderunt,& ex ſola Dei miſericordia eandem receperunt.[Et factum eſt verbum Dñi ad me, dicens: Fili hominis, domus] i. tribus ſeu filij [Iſrael habitauerunt in humo ſua] ſcilicet in regione Iudææ.[& polluerunt eã] i.ſeipſos habitantes in ea [in vijs ſuis & in ſtudijs ſuis,] id eſt, peccatis interioribus & exterioribus,tam in his quę fiunt faciliter, quàm in his quæ magnum requirunt conatum,quemadmodùm dictũ eſt de idololatrijs Iudęorum, quas ab Aſſyrijs & alijs gentibus didicerũt.[Iuxta immunditiam menſtruatę facta eſt via eorũ corã me.] i.turpiſſimã in conſpectu meo vitã duxerunt.[Et effudi indignationẽ meam] i. iuſtam vindictã [ſuper eos,pro ſanguine quẽ fuderunt ſuper terram] i. ꝓpter eorum homicidia,quibus & innocentes interemerunt.[& in idolis ſuis] i. idololatrijs [polluerunt eam, & diſperſi eos in gentes,] videlicet per captiuitatem in Aſſyrios & Chaldęos.[iuxta vias eorum & adinuentiones] i.nouas & excogitatas malitias.[iudicaui eos,] reddendo quod meruerunt.[Et ingreſſi ſunt ad

ad gentes,] i.in quibus captiui fuerunt.[& polluerunt nomen ſanctum meum] i.meipſum inhono-
rauerunt, & quantùm in ipſis fuit,non ſanctum oſtẽderunt,dum vixerunt tam impiè, ꝙ gentiles id
cernentes,reputabant Deum,qui tam peſſimum populum habuit, eſſe iniuſtum.Sicq; Deum Iſrael
blaſphemauerunt,cùm diceret̃ gentibus ad quas venerunt,[de eis] putà Iudæis.[Populꝰ dñi iſte eſt,
& de terra eius egreſſi ſunt,] ſ.de Iudæa.Gentiles autem cõmuniter loqui ſciuerunt de Deo Iudæ-
orum,propter mirabilia eius olim facta,atq; frequentiùs innouata, eumq; dñm appellabant. Sic enĩ
rex Aſſyriorum per Rabſacem dixit ad populum Ezechię,4.Reg.18.Non vobis fiduciã tribuat Eze-
chias ſuper dño,dicens:Eruens liberabit nos.[pepercit nomini ſancto meo,] i.à tanta iniuria inho-
norationis atq; blaſphemiæ meiĵpſius,maieſtatem meam oſtendi immunẽ ac ſanctam. [Idcircò di-
ces domui Iſrael,hæc dicit Dominus: Nõ propter vos ego faciam,] i.non ob veſtrã iuſtitiam vos re-
dimam [domus Iſrael,ſed propter nomen meum ſanctum.] i.propter meiĵpſius gloriam & honorẽ.
Iſaiæ 48. Hinc per Iſaiam dñs ait:Propter me ego faciam,vt non blaſphemer:& gloriam meam alteri non da-
bo.Deniq; Deus eſt oĩm rerum finis,& ipſe propter ſe omnia operat̃,ſecundùm illud Prou.16.Vni-
uerſa propter ſeipſum operatus eſt dñs.Vel propter nomen meum,i.ex propria mea bonitate & pi-
etate.[Et ſanctificabo]i.ſanctum & inuiolabile declarabo.[nomen meum magnum,]immò immẽ-
ſum.Nomen enim nunc pro re nominata accipit̃,ſanctificat autem Deus ſeipſum,quandò per actus
æquitatis & pietatis,ſanctitatem ſuam demonſtrat.Sicq; in filiorum Iſrael liberatione, reductione,
iuſtificatione,ac gubernatione,ſanctitatem ſuam monſtrauit.[Vt ſciant gentes quia ego Dominus,]
quod expedit eis ſcire,dummodò me ſicut Deum glorificent. [dum ſanctificatus fuero] i. ſanctus
apparuero [in vobis] i.in veſtra liberatione & directione [coram eis.Tollam quippe vos de genti-
bus,& congregabo de vniuerſis terris,] Iſtud ad literam exponitur de reductione Iudæorum à Ba-
bylonica captiuitate,& omnibus locis ac gentibus in quibus fuerunt diſperſi, quandò Cyrus rex
1.Eſd 1. Perſarum dedit eis generalem ac plenam redeundi licentiam, vt legitur in Eſdræ hiſtoria. Et per
Iſaiæ 44. Iſaiam Deus de Cyro loquens,prædixit:Ipſe dimittet captiuitatem meam.Veruntamẽ iſta quæ ſub-
& 45. iunguntur,non ſunt determinatè referenda ad tempus præfatum populi Iudæorum pro tempore
Cyri ſeu Eſdræ atq; Zorobabel,ſed ab illo tempore incipit prophetia:& quæ ſequuntur,extunc im-
pleri cœperunt.In Chriſti autem aduentu perfectiùs ſunt impleta.[& adducam vos in terram ve-
ſtram,]ſcilicet in Iudęam,per quam Eccleſia militans deſignatur.[Et effundam ſuper vos aquã mun-
dam,] i.vñdam baptiſmatis.Loquitur aũt ſcriptura de toto populo, quaſi de vno aliquo:ſed diuerſa,
ad diuerſos de populo referuntur. Deniq; ſuper Iudæos à Babylone & alijs locis reuerſos,fudit dñs
aquam mundam,i.ſpiritûs ſancti irrigationem,fluẽtaq; gratiæ de qua loquitur Iſaias ad Dominum:
Iſaiæ 26. & 55. Ros tuus,ros dulcis.Et iterùm:Omnes ſitientes, venite ad aquas. [& mundabimini ad omnibus in-
quinamentis veſtris.] In baptiſmo enim omnia delentur peccata, iuxta illud Apoſtoli ad Ephe.5.
Chriſtus dilexit Eccleſiam,mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glori-
oſam Eccleſiam,non habentem maculam neq; rugam.[Et ab vniuerſis idolis veſtris mũdabo vos,]
idololatriæ vitia in baptiſmate emũdando. Hoc ad literam de Iudæis pro tempore primi aduen-
tûs Chriſti, non videtur conuenienter poſſe exprimi,quia tunc idola contempſerunt. Spiritaliter
verò idola noſtra ſunt vana phantaſmata, cogitationes inanes,& cætera iſta caduca,quæ magis co-
gitamus,amamus & colimus,quàm creatorem.Iudæi verò à Babylone reuerſi,decæterò idololatri-
Zach.13. am relinquebant.Pręterea de effuſione huius aquæ & purgatione baptiſmi, ſcriptum eſt in Zacha-
ria:In die illo erit fons patens domui Dauid,& habitantibus Hieruſalem in ablutione peccatoris.
Acto.2. Qualiter autem iſtud verè impletum ſit tempore gratię,in Actibus pleniùs edocetur,vbi legitur Iu-
dæis cõpunctis Petrus dixiſſe:Baptizetur vnuſquiſq; veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionẽ
peccatorum,& accipietis donum ſpiritûs ſancti. [Et dabo vobis cor nouum,] i. ſpiritaliter innoua-
tum ac reformatum per dona ſpiritûs ſancti,quibus vitiorum vetuſtas expellitur, & accedente ad
animam ſole iuſtitiæ,omnia refloreſcunt in mẽte:quemadmodùm materiali ſole in zodiaco ad nos
Ephe.4. appropinquante, terræ naſcentia renouantur.Hinc monet Apoſtolus:Reformamini ſpiritu mentis
veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctificatione.
Mar.8. [& ſpiritum nouum] i.modo præfato innouatum.[ponam in medio veſtrî] i.in interioribus ſingu-
lorum.Poteſtq; cor ad intellectum referri, de quo ait Saluator apoſtolis: Adhuc cæcatum habetis
cor veſtrum?ſpiritus autem ad voluntatem. Poteſt demùm per ſpiritum nouum intelligi ſpirituſ-
ſanctus, qui licèt in ſeipſo æternus inuariabiliſq; conſiſtat, tamen quantùm ad recipientes de no-
uo,nouus in eis vocatur.Vndè orat Pſal.50.Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. Quod ſe-
cundùm Damaſcenum 1.lib.de ſpiritusſancto accipitur.[Et auferam cor lapideum de carne veſtra,]
Eccl 3. i.cordis obſtinationem,duritiam atque proteruiam.Cor enim durum malè habebit in nouiſſimo.
[& dabo vobis cor carneum,] id eſt, pium,molle,amoroſum,tenerum,docile,compunctum, atque
tractabile,vt ſitis docibiles Dei, & facilè recipiatis ſpiritûs ſancti impreſſionem. [& ſpiritum me-
um

um ponam in medio veſtrî,] i.ſpirituſſanctus cordium veſtrorum erit habitator,ſicut in Euangelio
Chriſtus promiſit: Paracletus ſpirituſſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit Ioan.14.
omnia.[Et faciam] per gratiæ infuſionem,[vt in præceptis meis ambuletis,] i.per obſeruantiã præ-
ceptorum ad patriam recto tendatis itinere, ſicut in *Ruth libro legitur ambulâſſe Dauid coram
Deo.[& iudicia mea] i.vera & recta iudicia æquitatis.[cuſtodiatis] tenaci memoria, [& operemini]
i.eadem impleatis,quatenùs rectè iudicetis in omnibus,nec à iudicij ęquitate vita diſcordet.[Et ha-
bitabitis in terra quam dedi patribus veſtris,] i.in terra promiſſiõis,patriarchis collata,vel in Eccle-
ſia quantùm ad baptizatos vt tales.[& eritis mihi in populum,] i.ſingularẽ veſtrî habebo prouiden-
tiam,de omnibus ad ſalutem neceſſarijs prouidendo, ità vt de vobis dicatur: Non fecit taliter omni Pſal.147.
nationi.Et,Beatus populus cuius eſt dñs Deus eius.[& ego ero vobis in Deum,] i. me ſuper omnia Pſal.143.
amabitis & coletis.[& vocabo frumentum,& multiplicabo illud,] i. de corporali ſpiritaliq; alimen-
to ſufficientiam condonabo.ideò ſubditur:[& non imponam in vos famem,] i.neceſſariorũ caren-
tiam.Non tamen eſuriem ſitimq; iuſtitiæ auferam vobis. [& multiplicabo fructum ligni,] i. arborũ
fructus & hominum opera bona fructumq; ſapientiæ,quæ,Salomone teſtante,eſt lignum vitę omĩ-
bus appræhendentibus eam. [vt non portetis vltrà opprobrium famis in gentibus,] i. defectum in
neceſſarijs,quoniam nihil deeſt timentibus Deũ. Qui aũt hæc referunt ad reuerſos à Babylone Iu-
dæos,frumentum,lignum & famem corporaliter interpretant̃:& tamen ſicut in Eſdra habet̃, Iudæi 2.Eſd.5.
reuerſi pro tunc quandoq; in magna fuerunt inopia.Propter quod Malachias propheta:In penuria, Malac.3.
inquit,maledicti eſtis.[& recordabimini viarum veſtrarum peſſimarum,] i.conuerſationis prauiſſi-
mæ.[ſtudiorumq; non bonorum.] Hæc eſt recordatio ſalutaris,qua illuminati ſpiritu ſancto, priſti-
na mala ad memoriam reuocamus ſalubriter pœnitendo, vt Deo præcordialiùs regratiemur, noſ-
ipſos profundiùs ſpernamus ac humiliemus,remiſſionem quoq; debitæ pœnæ ſortiamur, ac decæ-
terò cautiores iugiter ſimus. [& diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ & ſcelera veſtra,] quæ tanto
plùs diſplicent nobis,quãto Deum atq; iuſtitiam plùs amamus.Debent autem nobis diſplicere pri-
mò & maximè,quoniam diuinæ ſanctitatis offenſiua, diuinæq; maieſtatis inhonoratiua. Secundò,
propter propriam eorum deformitatem. Tertiò,quoniam nobis nociua.Quartò, quia & proximo-
rum ſunt ſcandalizatiua.Quintò, eõ quòd dæmonem lætificauerunt. [Non propter vos ego facio
vobis tanta bona,ait dñs Deus: notum ſit vobis.] Itaq; nil boni noſtris viribus aſſcribamus, non ꝑ-
ſumamus,nec impiè gloriemur,pręſertim cùm & noſtra merita Dei ſunt dona, ſed dño ſemper re-
gratiemur. [Confundimini] intùs in anima,[& erubeſcite] in exteriore confeſſione.[ſuper vijs ve-
ſtris] i.de veſtris peccatis [domꝰ Iſrael,] immò & vniuerſi fideles. Hæc eſt exhortatio ſalutaris.Cùm
enim erubeſcentia ſit fuga ſeu timor rei turpis,quo peccata noſtra enormiora fuerunt, eo in cõſpe-
ctu Dei ampliùs verecundari debemus caſto pudore,ꝙ coram eius ſapientia tam immenſa ſancti-
tateq; infinita,tam inhoneſtè turpiterq; egimus. [Hæc dicit dñs Deus: In die, qua mundauero vos
ex omnibus iniquitatibus veſtris,] ſecundùm ſeriem iam præſcriptam, [& habitari fecero vrbes, &
inſtaurauero ruinoſa,& terra deſerta fuerit inculta.] Si iſtud referatur ad reuerſos à Babylone, in-
telligendum erit de habitatione ciuitatum Iudææ,& reędificatione habitaculorum eius per Iudęos
à Chaldæis deſtructorum.Porrò ſi ad Saluatoris referantur aduentum,per habitationem vrbiũ de-
ſignatur manſio fidelium in particularibus Chriſti Eccleſijs:per inſtaurationem autem ruinoſorum,
reparatio peccatorum ac reformatio morum. [Dicent: Terra illa inclyta facta eſt vt hortus volu-
ptatis,] id eſt, regio Iudææ nupèr vilificata ac demolita, nunc reparata abundat tot bonis, quaſi ſit
paradiſus. Vel terra illa,id eſt,Eccleſia inclyta facta eſt per excellentiſſima beneficia Chriſti, quæ
ſunt ſpiritales diuitię & ornamenta fidelium. [vt hortus voluptatis & ciuitates deſertæ & deſtitutæ
atq; ſuffoſſę,munitę ſederunt.] quod rurſum intelligi poteſt tam de Iudæorum vrbibus per Chal-
dęos deſtructis,& per Iudęos in priſtinum vigorem reductis,quàm de fidelium collectionibus,gen-
tiliumq; conſortijs,ad Dei gratiam poſt ſpiritualem ruinam conuerſis. [Et ſcient omnes gentes,
quęcunq; derelictę fuerint in circuitu veſtro,quia ego Dominus ędificaui diſſipata, plantauique in-
culta.] Reparatio nanq; Iudęę poſt reditum à Babylone,innotuit gentibus Iudęę vicinis. Conuer-
ſio autem ad fidem,& ędificatio cordium per peccata fractorum, in eſſe virtutum, cunctis in mun-
do eſt declarata.[Hęc dicit Dominus Deus: Adhuc in hoc inuenient me domus Iſrael,] i. per bene-
ficium quod mox ſubditur,bonitatem & gratiam meam experientur. [Multiplicabo eos ſicut gre-
gem hominũ,] id eſt, non numero tantùm augebo fideles,ſed virtute & gratia,nè ſint velut iumen-
ta,ſed ratione fungantur.[vt gregem ſanctum,] i.ſanctitatis gratiam eis infundam. [vt gregem Hie-
ruſalem in ſolennitatibus eius] i. in maximo erunt numero,ſicut ſtatutis diebus, in pręcipuis Iudę-
orum feſtis innumerabiles in Hieruſalẽ homines,tam Iudęi quàm extranei conſcenderunt ad ado-
randum vel immolandum. ¶ Pręterea,iuxta myſticum ſenſum,quę de montibus Iſrael dicta ſunt,
dę particularibus Chriſti Eccleſijs,eiuſq; perſonis pręcipuis,putà apoſtolis ac viris perfectis,intelli-
hhh gun-

guntur.Itaq; montibus iſtis loquitur Deus,[eò ꝙ dixerit inimicus] i.perſequutor ſiue diabolus [de
vobis:Eugè altitudines ſempiternæ,] i.congregationes Eccleſiaſticæ,vel eminẽtes in populo Chri-
ſtiano perſonæ,quantùm ad animam nunquàm morituræ, & tandèm cum corpore reſumpto ſem-
per victuræ.[In hæreditatem datæ ſunt nobis.] i.noſtræ poteſtati omninò ſubiectę ſunt.Hoc nem-
pe frequenter præſumpſerunt tyranni aſſerere, qui Chriſtianitatis cultum nitebantur prorſus ex-
tinguere:quotidiè quoq; nonnulli perſecutores iuſtorum,gloriant̃ ſibi ſubijci virtuoſos, qui nitũ-
Iob 40. tur opprimere ſpiritales.Sed & diabolus habet fidutiam, ꝙ influat Iordanis in os eius, dum & reli-
gioſos conatur atq; confidit ſeducere.Quoniam ergò Chriſtifideles deuoti, tam ſuperiores q̃ infe-
riores,iſta perpeſſi ſunt,& ſuper labia detrahentium aſcenderũt,facti opprobrium impiorum, ideò
Deus in igne zeli ſui teſtatus eſt de aduerſarijs electorum, ꝙ ipſi confuſionem ſuam portabunt, &
quicquid moleſtiæ Dei famulis intulerunt,grauiter luent,iuxta illud Pſal. Redde vicinis noſtris ſe-
Pſal.47. ptuplùm in ſinu eorum,improperium ipſorum quod exprobrauerũt tibi Domine. Hinc Saluator in
Luc.18. euangelio faſſus eſt:Dico vobis,quoniam citò faciet Deus vindictam ſeruorum ſuorum.Quibus in
Apoc.6. Apocalypſi reſpondet: Vt requieſcant tempus adhuc modicum. [Vos autem montes Iſrael] nunc
præfati,[ramos veſtros germinetis,] i.virorem virtutũ proferte. [& fructum veſtrum afferatis po-
pulo meo Iſrael,] i.gregi vobis commiſſo, ſeu plebi communi Deum fideliter intuenti, ſpiritales
alimonias,ſcilicet aquam ſapientiæ ſalutaris, panemq́; vitæ & intellectûs, & exemplarem in omni-
bus conuerſationem proponite.[Et habitabuntur ciuitates] i.congregationes deuotę,clauſtra atq;
collegia,in quibus per gratiam ſpiritûs ſancti eſt fratrũ ſancta concordia. [& ruinoſa inſtaurabun-
Rom.8. tur,] i.lapſi in vitia,pœnitebunt,& cautiores reſurgent.Scimus enim quoniã electis Dei omnia co-
operantur in bonum.[& replebo vos] ô montes & ciuitates Eccleſiæ, [hominibus & iumẽtis] i.de-
Pſal.35. uotis tam idiotis quàm eruditis,de quibus cantamus: Homines & iumenta ſaluabis Dñe.Vndè & Iſa-
Iſaiæ 11. ias pleniùs loquitur:Habitabit,inquiens,lupus cum agno,& pardus cũ hœdo accubabit:vitulus,leo
& ouis ſimul morabuntur: non occídent, neq; nocebunt in omni monte ſancto meo. [& habitare
vos faciam ſicut à principio.] ſæpè enim renouauit & multiplicauit dona gratiæ in populo Chriſtia-
no,ità ꝙ antiqua primitiuę eccleſiæ perfectio,reiterata apparuit.[Boniſq́; donabo maioribus quàm
ab initio habuiſtis.] Hoc potiſſimè ad primitiuam eccleſiam ex Iudæis collectam refertur, quorum
maior fuit in chariſmatibus ſpiritûs ſancti perfectio,vtpotè apoſtolorum,q̃ patriarcharũ ac prophe-
tarum.Deniq; in fine mundi Antichriſto occiſo,maxima erit Chriſtifideliũ gratia,quæ etſi apoſto-
lorũ ac primitiuæ Eccleſiæ gratiam non excedet intenſiuè,& quantùm ad habitum:exceſſiuè tamen
excedet,ſeu quantùm ad numerũ,propter multitudinem tunc crediturorum, q̃a & tunc tota plebs
Iudaica conuertet̃,cuius in primo aduentu Meſſiæ, pars comparatiuè modica, eſt conuerſa.[Et ad-
ducam ſuper vos] ô montes Eccleſię [homines] i.rationabiliter ſe habentes,videlicet [populũ me-
Rom.11. um Iſrael,] illos videlicet,de quibus ait Apoſtolus:Reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factę ſunt.
Porrò in fine ſeculi generaliter conuertent̃.Nunc quoq; vniuerſi fide & opere Chriſtiani,ſup mon-
tes Eccleſię adducunt̃,dum in Eccleſiaſtica manent vnitate,indiuidua charitate,ac obedientiali ſub-
iectione.[Et hæreditate poſſidebunt vos,] i.bonis Eccleſiæ,ſcilicet ſacramẽtis & gratijs eius iugiter
reficient̃.[& non addes vltrà] ô Eccleſia [vt abſq; eis ſis.] Nunq̃ enim in toto deficiet populus Chri-
ſtianus,& q̃uìs iniqui aſſirment ꝙ Eccleſia ſuum deuoret populum per excommunicationem vel
alio modo,tamen ità non erit.Nam gentem tuam quæ veraciter Chriſtiana cenſet̃, ſeu homines hu-
manè & piè viuentes non perdes.[Nec auditam faciam in te ampliùs confuſionem gentium, & op-
probrium populorum nequaq̃ portabis.] Hoc fuit impletum, quandò perſequutorũ ac tyrannorũ
gentilium ceſſauit ferocia,quandò & Chriſti Eccleſiæ pax eſt data. [Factũ eſt verbũ Domini ad me,
dicens:Domus Iſrael] i.fideles [habitauerunt in humo ſua] i.in militante Eccleſia,Chriſtiana ꝓfeſ-
ſione ſe intitulantes.[& polluerunt eam in vijs ſuis,] impiè conuerſando in ipſa. [& effudi indigna-
tionem meam ſuper eos,] tradẽdo eos in manus ſatanæ,aut viſibilium hoſtiũ. [pro ſanguine quem
fuderunt,] iniuſtè corpora occidendo, vel animas ad peccata trahendo. [Diſperſi eos in gentes, &
ventilati ſunt in terras,] i.gentilium impietatibus facti ſunt ſimiles,atq; à corpore Chriſti abciſi in-
ſtàr palearũ,per vitiorũ abrupta vagati ſunt.[& ingreſſæ ſunt ad gentes,] i.gentiliter viuentibus per
vitæ conformitatem coniuncti ſunt.[& polluerunt nomen meum, cùm diceret̃ de eis: Populus Do-
mini iſte eſt,& de terra eius egreſſi ſunt.] Hoc fit,dum religioſi ſeu clerici ſecularib[9] in vanitatibus
ſociant̃:& in eorum præſentia Deum ſine pudore offendunt, ac populum ſcandalizant,ità vt de eis
cum irriſione dicat̃:Populus Domini iſte eſt,& de terra eius,ſcilicet de Eccleſia,egreſſi ſunt.Iſtud re-
uerà nunc meritò dicitur,dum ſacerdotes & clerici nec vita nec habitu à ſecularibus diſiunguntur.
Immò præ eis inaniùs ac ſceleratiùs conuerſantur,ocio & gulæ cæteriſq́; carnalitatibus intendẽtes,
ac per hoc ab arcta via ſalutis remotiſſimè prorſus diſtantes.Veruntñ Deus ex ſua pietate immenſa
ob nominis ſui honorẽ,viciſsìm dat iſtis gratiam emendationis,& ſpiritaliter liberat eos de popu-
lo ſe-

lo ſeculari,ità vt populũ iſtum ædificent,cui antè dederunt occaſionẽ multiplicem offendẽdi Dñm
Deũ:quod faciendo,nomen Dei inter alios polluerunt,ſecundùm ſenſum ꝑ habitum.Nos ergò no-
men Dei noſtri ſemper ſanctificare & magnificare conemur,noſipſos ac proximos ad Dei cultum,
laudem,& gloriam inceſſabiliter prouocando.Quod ad aliorum rectores potiſſimè pertinet. Idcir-
cò Deum clementiſſimum totis deprecemur ꝓcordijs,vt quotidiè ſuper nos dignet̃ effundere aquã
mundã fœcundationis ſupernæ,ſapientiæq́; internæ,mundetq́; nos ab omni inquinamento carnis
ac ſpiritûs,idolis quoq; ſeu imaginibus mentis quietem ac puritatem turbantibus. Det inſupèr no-
bis cor carneum reformatum,vt iniquitatum noſtrarum pœnitentialiter recordemur,atq; de vitio-
rum noſtrorum deformitate,coram Deo ſalubriter intra nos confundamur.

¶ *Declaratio cap.37. Facta eſt ſuper me manus Domini.* *Articulus* 43.

AB hoc loco vſq; in finem voluminis magna eſt difficultas, & grandis valdè obſcuritas. Porrò
principium huius capituli,quidã ad literam exponunt de reſurrectione generali futura, ꝓ ſer-
tim omniũ electorum. Alij verò ſequentes B.Hieronymũ,exponunt de reductione Iudæorũ à Ba-
bylonica captiuitate in terram Iudææ.Quòd aũt expoſitio iſta ampliùs cõſonet literæ,in textûs ex-
poſitione patebit.[Facta eſt ſuper me manus Dñi,] i.gratia illuſtrationis diuinæ atq; prophetice,[&
eduxit me in ſpiritu Dñi.] i.de loco quo fui ſeu manſi,abſtraxit me per operationem ſpiritûs ſancti.
Eductio verò hæc nõ fuit corporalis,nec per realem aĩæ à corpore ſeparationẽ: ſed ſecundùm ima-
ginariam apparitionem, prophetalemq́; viſionẽ,ſicut ſuperiùs dictum eſt de tranſlatione Ezechie- Ezech.3.
lis à Chaldęa in Hieruſalem.Oĩm enim iſtorum q̃ nunc deſcribunt̃, imaginariæ ſimilitudines, an-
gelico miniſterio formabant̃ in interiori aĩæ ſenſu, ſeu vi imaginatiua, & repſentabantur eidem, &
etiam intellectui ad intuendũ & cognoſcendum.[& dimiſit me in medio campi,qui erat plenus oſ-
ſibus mortuorum.] Sic eñ apparebat in viſione,nec erat figmẽtum aut fraus, q̃a diuinitùs aliud ve-
rum & vtile ſignificabat̃. [& circunduxit me per ea in gyro,] vt oĩa diligentiùs conſiderarẽ.[Erant
aũt multa valdè ſuper faciẽ cãpi,ſiccaq́; vehementer,] ſicut ſunt oſſa hoĩm diù defunctorũ.[Et dixit
ad me:Fili hoĩs,putáſne viuent oſſa iſta?] i.an rurſus vitali ſpiritu ſeu anima informabunt̃? [Et dixi:
Dñe Deus,tu nôſti.] de quo ſcriptum eſt Dan.13.Deus æterne,qui abſconditorum es cognitor, qui
nôſti oĩa anteq̃ fiant.[Et dixit ad me:Vaticinare de oſſibus iſtis,& dices eis.] Viſio & alloquutio iſta
fuit interior,per alienatiõem aĩæ ab exteriorum ſenſuum vſu.[Oſſa arida,audite verbum Domini.]
qualiter aũt inanimata pręcipiant̃ ſeu moneantur audire verbum Dñi,in pręcedentis articuli princi-
pio ſcriptum eſt.Poteſt quoq; ſic accipi:Audite verbum Dñi,i.per modum audientis,diuino obedi-
te imperio,cui oĩs obedit creatura.Etenim ſicut Deus vocat ea quæ non ſunt tanq̃ ſint, ſic inanima-
tis imperat,quemadmodùm animatis.Propter quod potentia obedientialis creaturis innata aſſerit̃.
[Hæc dicit Dñs Deus oſſibus his:Eccè ego intromittam in vos ſpiritum,] i.animam rationalem. [&
viuetis] vita humana.quo autẽ modo & ordine fieret,ſubditur:[& dabo ſuper vos neruos,] quorum
nexibus oſſa colligantur in corpore.[& ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes,& ſuperextendã in vo-
bis cutem,] cuius pulchritudine ac tenacitate nudarum carnium fœditas operiat̃,teneritudoq́; con-
tineatur.[Et dabo vobis ſpiritum,& viuetis,] ſicut iam dictum eſt.[& ſcietis quia ego Dñs] i. totum
compoſitum ex carne,oſſibus & anima,me cognoſcet.[Et prophetaui ſicut præceperat mihi.Factus
eſt autem ſonitus,prophetante me.] Nam propheta hæc verba loquente, videbantur oſſa ad ſuas
iuncturas accedere, ex quo acceſſu videbatur fieri ſonus magnus.[& eccè commotio.] i. oſſium
ad oſſa acceſſus.[Et acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodq; ad iuncturam ſuam: & vidi, & eccè ſuper
ea nerui & carnes aſcenderunt.] Nerui nanq; inter oſſa carneſq́; mediant. [& extenſa eſt in eis cu-
tis deſupèr.Et ſpiritum non habebant.] adhuc enim inanimata videbantur.[Et dixit ad me: Vatici-
nare ad ſpiritum.] i.animam rationalem.[Vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum.] Eccè quàm
gratioſè,ſerioſè,& familiariter loquutus eſt Deus beato huic prophetæ.[A quatuor ventis] i. à qua-
tuor terræ plagis ſeu partibus,vndè veniunt quatuor venti principales.[veni ſpiritus] vitalis,[& in-
ſuffla ſuper interfectos iſtos,] i.mortuis iſtis corporibus vitam inſpira. Deniq; etiam qui naturali &
propria morte diſcedunt, à Deo dicuntur interfecti, vt patet 3.Regum 17. de filio viduæ ab He-
lia reſuſcitato. [& reuiuiſcant. Et prophetaui ſicut præceperat mihi. Et ingreſſus eſt in ea ſpiritus,
& vixerunt,ſteteruntq́; ſuper pedes ſuos,exercitus grandis nimìs.] Quod tunc quidem imaginariè
apparebat, ſed in reſurrectione finali realiter fiet, in quo Dei omnipotentia commendatur. Con-
ſequenter Dominus viſionem hanc exponit prophetæ.Intelligentia quippe eſt opùs in viſione. [Et
dixit Dominus ad me:Fili hominis,oſſa hęc vniuerſa,domus Iſrael eſt.] i.filios Iſrael,& quid eis eue- Dan.10.
niet,repręſentant & ſignant per ea, quę ego circa hęc oſſa exerceo.Ex quo ſequi videtur,quòd viſio
iſta non loquatur de reſurrectione futura communi.Sed ad hoc alij dicunt,quòd per domum Iſrael
omnes ſancti exprimuntur.Vndè Apoſtolus diuerſam eſſe reſurrectiõis maneriem in ſanctis & re- 1.Cor.15.
probis innuens:Omnes,inquit,reſurgemus,ſed non oẽs immutabimur.Verùm huic reſponſioni

 repu-

repugnare videtur quod ſubditur:[Ipſi dicunt,aruerunt oſſa noſtra,& perijt ſpes noſtra.] Electi enĩ
& ſancti defuncti,habent ſpem certam reſurgendi feliciter.Quanuìs intereà non loquatur prophe-
ta de reſurrectione communi,tamẽ ex verbis his illa probatur futura:quia,vt ait hoc loco Hierony-
mus,Nunq̃ poneretur ſimilitudo reſurrectionis ad reductionem Iſraelitici populi ſignificandã,niſi
ipſa reſurrectio ſtaret,eſſetq́; futura credẽda.Igitur ad inſinuandum, ꝙ filij Iſrael reducendi eſſent
à Chaldæa in propriam terram,ponitur ſimilitudo reſurrectionis generalis futuræ. Quaſi implicitè
ſic argueretur:Sicut videtur incredulum,ꝙ oſſibus aridis vita præſtetur, & tamen diuina virtute id
fiet:ità reductio Iudæorum à diuerſis captiuitatis ſuæ latibulis in propriam humum, appáret incre-
dula, Dei omnipotentiam non penſanti, nihilominùs Deo agente continget. Eſt itaq; ſenſus: [Ipſi
dicunt,oſſa noſtra aruerũt,] i.mortuis ſimiles facti ſumus,& virtus noſtra defecit, vt illud dicere va-
Pſal.101. leamus:Oſſa mea ſicut cremium aruerunt. [& perijt ſpes noſtra] redeundi in propriam regionem,
[& abciſi ſumus:] i. irreparabiliter à loco natali ablati.[Proptereà vaticinare & dices ad eos:Hęc di-
cit Dñs Deus:Eccè ego aperiam tumulos veſtros,& educam vos de ſepulcris veſtris populus meus.]
Quoniam captiuitas eſt mors ciuilis,idcircò per reuiuificationem mortuorum aptè ſignatur à capti-
uitate eductio ſiue redemptio.Loca quoq; captiuitatis congruenter appellantur ſepulcra, ſicut ſu-
periùs loca infernalia impiorum damnatorumq́; regum Aegypti,& Aſſur,& Elam,&c.ſepulcra vo-
cata ſunt.Promittit igitùr Deus Iudæis in Babylonica captiuitate detentis,quòd tumulos eorũ ape-
riet,i.loca captiuitatis patula eis faciet ad redeundum in propria, ſicq́; de ſepulcris captiuitatis eos
educet. [& inducam vos in terram Iſrael, & ſcietis quia ego Dominus, cùm aperuero ſepulcra ve-
ſtra,] ſecundùm intellectum præhabitum. [& dedero ſpiritum meum,] i. conſolationem,animum
ſiue fidutiam.[& vixeritis] non ſolùm naturali vita,ſed & ciuili.Vel vixeritis,i.vigorem vitæ reſum-
pſeritis.Vndè formidoloſi ac deſolati,quaſi mortui perhibentur:conſolatione autem recepta,reui-
Gen.45. uiſcere aſſeruntur,ſicut in Geneſi de Iacob habetur,quòd reuixit ſpiritus eius,cognito quòd adhuc
uiueret filius eius Ioſeph.[Et requieſcere] i.quietè habitare [vos faciam ſuper humum veſtram,] vi-
delicet terram Iudææ. Prætereà ex his quę iam immediatè ſubduntur, probatur quòd litera præin-
ducta loquatur de reductione populi Iudæorũ in terram ſuam. [Et factus eſt ſermo Dñi ad me, di-
cens:Et tu fili hoĩs, ſume tibi lignum vnum, & ſcribe ſuper illud: Iudæ, & filiorum Iſrael ſociorum
eius.] i.in vno ligno ſcribe nomen Iudæ,& Beniamin ac Leui,quæ duæ tribus adhæſerunt regno &
populo Iudæ,quandò ſub Roboam filio Salomonis decem tribus receſſerũt à domo Dauid, regem
ſibi conſtituentes Ieroboam Ephratęum. Vndè Septuaginta tranſlatio clarior eſt hoc loco, quę ta-
lis eſt:Et tu fili hominis aſſume tibi virgam vnam,& ſcribe ſuper eam, Iudam & filios Iſrael, qui ap-
poſiti ſunt ei.[Et tolle lignum alterũ,& ſcribe ſuper illud,Ioſeph lignum Ephraim,] i.lignum iſtud,
in quo nomen Ioſeph ſcribetur, eſt atq; vocatur lignum Ephraim: qm̃ primus rex decem tribuum,
nomine Ieroboam,erat de tribu Ephraim filij Ioſeph.[& cunctæ domus Iſrael,ſociorumq́; eius,] i.
oẽs tribus Iſrael,quæ ſocialiter adhæſerunt regno Ieroboam,deſcribes in ligno ſecundo.[& adiun-
ge illa,vnum ad alterum,tibi in lignum vnum] i. duo hæc ligna per cõtignationem copula, vt quaſi
vnum lignum appareant.[& erunt in vnionem in manu tua.] i.in vna manu tenebis ea vnita.[Cùm
autem dixerint ad te filij populi tui,loquentes: Nonnè indicas nobis, quid in his tibi velis?] & quid
per iſta deſignes?Nouerant nempe Iudæi, quòd cõſuetudo fuit prophetis, nunc verbis,nunc rebus
ſeu factis aliqua prophetare,quemadmodùm iam antè ſæpiùs dictum eſt.[loquéris ad eos:Hæc di-
cit Dominus Deus:Eccè ego aſſumam lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephraim,&c.] i. ligna iſta
ſeu populos per ea ſignatos,per te coram eis in manu tua coniungam,vel iungendos oſtendam.Vn-
dè expoſitionem Dominus clariſſimè ſubdit: [Eccè ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum,
ad quas abiêrunt:& congregabo eos vndiq;,& adducam eos ad humum ſuam.] Nõ enim ſolùm po-
pulus regni Iudæ,ſed multi quoq; de populo decem tribuum,à locis captiuitatum in Iudęam redu-
cti fuerunt.[& faciam eos gentem vnam in terra in montibus Iſrael,] i. vnius regis populus erunt.
[& rex vnus erit omnibus imperans,] ſcilicet Chriſtus,ſicut mox ſubditur: [& non erunt vltrà duæ
gentes,nec diuidentur ampliùs in duo regna,] quemadmodùm à tempore Ieroboam vſq; Oſee vl-
timum regem decẽ tribuum.[Et ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus] i.locis [in quibus peccaue-
runt,& emundabo eos] à peccatis eorum.[& erunt mihi populus,& ego ero eis Deus.Et ſeruus me-
us Dauid,] id eſt, Chriſtus (vt omnes exponunt) erit [rex ſuper eos,& paſtor vnus erit omnium eo-
Ioan.10. rum,] videlicet Chriſtus,qui loquitur:Ego ſum paſtor bonus,&fiet vnum ouile & vnus paſtor.Vn-
Iere.30. dè & in Ieremia ſcriptum eſt: Non dominabuntur Iacob ampliùs alieni, ſed ſeruient Domino Deo
Luc.1. ſuo & Dauid regi ſuo,quem ſuſcitabo eis.Hoc eſt quod in euangelio legiẽ:Dabit illi Dominus De-
us ſedem Dauid patris ſui,& regnabit in domo Iacob in æternum,& regni eius non erit finis.[In iu-
dicijs meis ambulabunt,& mandata mea cuſtodient,] id eſt, euangelicæ legis teſtimonijs atq; man-
datis obtemperabunt. [& habitabunt ſuper terram, quam dedi ſeruo meo Iacob,] id eſt, in ter-
ra

ra promiſſionis.[Et habitabũt ſuper eam ipſi & filij eorum,& filij filiorũ vſq; in ſempiternũ.] Quòd
in ſcripturis per ſempiternum, frequenter intelligatur duratio multùm longa, non autem ſimplici-
ter ſine fine duratura,iam ſuprà dictum eſt pleniùs, vbì hic ipſe propheta de Tyro prædixit, ꝙ non
reædificaretur in ſempiternum.Iterùm certum eſt,ꝙ habitatio in terra Iudęæ, non poteſt abſolutè
intelligi ſempiterna,cùm ex ſcripturis vtriuſq; teſtamenti euidenter probetur hic mundus inferior,
curſusq́; ſeculi in generatione & corruptione,eſſe finiendus:itemq́; reſurrectio generalis futura, de
qua in Iſaia,Daniele & Iob,alijsq́; ſcripturis multa cõtenta ſunt.Ideò promiſſiones hîc poſitæ, par- Iſaiæ 26.
tìm ſpiritaliter intelligendæ ſunt, & in primo Chriſti aduentu impletæ noſcuntur, quia ex omĩbus Dan.12.
tribubus Iſrael multi crediderunt in Chriſtum,qui in ipſo facti ſunt vnus populus, vnumq́; regnũ. Iob 19.
Vndè Iacobus apoſtolus in ſua Canonica ſcribit duodecim tribubus, vtiq; Chriſtianis, qui oẽs per Iaco.1.
fidẽ & charitatem in Eccleſiaſtica vnitate collecti ſunt, & vſq; in finem mundi habitant in Chri Ec-
cleſia vniuerſi qui credunt.Multo etiam tẽpore cõuerſi ad Chr̃m Iudæi,in terra Iſrael habitauerũt.
Quidam aũt doctores per terram iſtam intelligunt patriam beatorũ, q̃ eſt terra regioq́; viuentium,
quę fuit ſanctis patriarchis principaliter atq; finaliter repromiſſa, quẽadmodùm ad Hebręos docet
Apoſtolus,ꝙ Abraham expectauit manentẽ ciuitatem,cuius artifex & cõditor Deus.[Et Dauid ſer-
uus meus princeps eorũ in perpetuum.] Chr̃s nanq; per fidẽ regnat in cordibus fidelium,in Eccleſia
militante inchoatiuè:deindè regnat in eis per beatificam viſionẽ, in Eccleſia triumphante conſum-
matiuè in ſempiternũ.Ideò Iſaias p̃dixit:Super ſolium Dauid,& ſuper regnum eius ſedebit,vt con- Iſaię 9.
firmet illud,& corroboret in iudicio & iuſtitia,amodò & vſq; in ſempiternũ.[Et percutiam eis fœ-
dus pacis.] quod in Euangelio proponiẽ,atq; in patria perpetuaẽ. Vel fœdus pacis, eſt nouum teſta-
mentum,ſicut in præcedentibus pleniùs dictum eſt. Hinc dixit Saluator diſcipulis, iturus ad patrẽ:
Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis.[pactum ſempiternũ erit eis.] Iſtud enim fœdus ſeu Ioan.14.
pactum perpetuum,eſt quod in via inchoaẽ,atq; in patria conſummaẽ.[Et fundabo eos] i.in Eccleſia
eos ſtabiliã, & corda eorũ roborabo ꝑ gratiam. Optimum enĩ eſt gratia ſtabiliri cor. [& multiplica- Heb.13.
bo eos] numero & merito, p̃ſertim per ſpiritalem generationem,quæ eſt iniquorum conuerſio.De
quo ait Apoſtolus:In Chriſto Ieſu per Euangeliũ ego vos genui.[& dabo ſanctificationem meã,] i. 1. Cor.4.
gratiam ſanctificationis,ac dona ſpiritûs ſancti.[in medio eorum] i.in cordibus vniuerſorũ[in per-
petuum.Et erit tabernaculum meum in eis,] i.habitatio mea erit in corde ipſorum, nunc quidẽ per
fidem & gratiam,in futuro autẽ per ſpeciem. Immò & ipſi tabernaculum meũ erunt.Templum enĩ 1.Cor.3.
Dei ſanctũ eſt,dicit Apoſtolus, quod eſtis vos.Proptereà in Apocalypſi induciẽ: Eccè tabernaculũ Apo.21.
Dei cum hoĩbus,& habitabit cum eis.[Et ero eis Deus] i. deuotè me colent. [& ipſi erunt mihi po-
pulus.] i.in oĩbus regam & dirigam eos.[Et ſcient gentes] ad fidem conuerſæ,[quia ego Dñs ſancti-
ficator Iſrael] i.electorum Iudæorum,p̃ſertim primitiuæ Eccleſiæ, cuius fuit Deus ſanctificator per
eminẽtiam gratiæ,quippe quæ primitias ſpiritûs ſancti accepit.[cùm fuerit ſanctificatio mea in me-
dio eorum,] videlicet electorum Iſraelitarum.[in perpetuum] i.indeſinenter.Hęc nanq; ſanctifica-
tio in via incipiẽ,in patria verò perficiẽ. ¶ Poſtremò iuxta myſticam interpretationẽ, per apertio-
nem tumulorum,& eductionem Iudæorum ex eis,inductionemq́; ipſorum in terram ſuam, intelli-
genda eſt illuminatio peccatorum,per quã de ſepulcris vitiorum eruunẽ,atq; ad Eccleſiaſticã vnita-
tem per charitatis coagulum reducunẽ.Tumuli etenim aĩarum,ſunt habitus vitioſi,& cõſuetudines
prauæ,potiſſimè autẽ obſtinatio in peccato.De quibꝰ ſepulcris ferẽ in Pſal.Eripe me de luto vt non Pſal.68.
infigar,non me demergat tẽpeſtas aquæ,neq; abſorbeat me ꝓfundum,neq; vrgeat ſuper me puteus
os ſuum.Inſupèr per duo ligna p̃memorata,intelligi poſſunt duo populi in Chriſto adunati, vnaq́;
plebs facti,videlicet electi Iudæi,atq; cõuerſa gentilitas,de quibus ſcribit Apoſtolus,ꝙ Chriſtus eſt Ephe.1.
pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum.De quibus in Zacharia habeẽ:Conſiliũ pacis erit inter duos illos. Zach.6.
Itaq; per regnum Iudæ,intelligunẽ oẽs reliquiæ Iſrael in Chr̃m credentes:per regnum aũt decẽ tri-
buum,qui ſtatìm à tempore ſeparationis ſuę de domo Dauid,cœperunt idola colere,intelliguntur
gentiles conuerſi,olim idolorum miniſtri.Porrò & id quod in principio huius capituli de oſſibꝰ ari-
dis dictum eſt,moralizari poteſt:ꝑ oſſa hæc arida plura valdè ac ſicciſſima, intelligendo oẽs pecca-
tores in vitijs habituatos,in q̃bus nihil eſt vitalis humoris gratiarum ſpiritûs ſancti. Oſſa hæc iacent Ephe.6.
in peccatis ſuis proſtrata,inſtàr lapidum ad ea q̃ Dei ſunt,dura,ità vt vomere ſeu gladio ſpiritali, qui
eſt verbum Dei,nequeant ſcindi ſup faciem campi,i.latitudinem orbis terrarum,qui plenus eſt tali-
bus.Fit autẽ manus Dñi ſup Ezechielem,q̃ eum dimittit in campo hoc,circunducitq́; ꝑ gyrum oſſi-
um,dum homo ſpiritalis diuinitùs illuſtratur,ad conſiderandum duritiam impiorũ,per latam mun-
di viam ꝑgentium,qui nec per beneficia nec aduerſa conuertuntur.Dicit p̃tereà Deus homini ſpiri-
tali,putáſne viuent oſſa iſta?Difficile nempe appáret,vt tales ad Dñm conuertanẽ, cùm maius mira-
culum ſit iuſtificatio impij,q̃ creatio mundi. Sed qm̃ apud Deum oĩpotentem oĩa ęquè facilia ſunt,
iubet Dominus,vt homo ſpiritalis peccatoribus iſtis veniæ ſpem promittat, & dicat:Oſſa arida, au-

dite verbum dñi. Hæc dicit dñs Deus: Eccè ego intromittam in vos ſpiritum, i. dona ſpiritûs ſancti, & viuetis per gratiam, ità ꝙ vita veſtra erit Deo accepta, æternæq; vitæ meritoria, & dabo ſuper vos neruos, i. charitatis connexiones, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, i. operum bonorũ pinguedines, & ſuperextendam in vobis cutem, i. in exterioribus debitam honeſtatem, vel operum virtuoſorum decorem ac firmitatem. Factus eſt autem ſonitus prophetãte me: quia frequenter dum impij verba prædicantium audiunt, ſpiritusſanctus corda eorum ad compunctiõem ac fletum inducit. Et acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodq; ad iuncturam ſuam. Hoc fit, dum iſti qui erant per odia cæteraq; peccata ab inuicèm ſeparati, amoris ſancti vinculo connectuntur, atq; in formam vnius myſtici corporis Chriſti compaginantur ſeu redigũtur, ità quòd quilibet id quod ſui extat officij, ordinatè exercet, vnusq; alteri per charitatem deſeruit, quemadmodùm apoſtolus Paulus in ſuis vbertìm docet epiſtolis. Venit inſupèr ſpiritus à quatuor ventis, qui inſufflat ſuper iſtos, olim ꝑ peccata mortalia interfectos: dum ſpiritusſanctus, qui totum vniuerſum implet, nec clauditur, vndiq; pietatis ſuę dona effundit, diſpergit, multiplicat. Ingreſſo ergò in iſtos ſpiritu ſancto, ſteterunt ſupra pedes ſuos, i. in virtutibus erecti, atq; ad Deum recta intentione, contẽplationisq; acie eleuati, ità vt dicere poſſint:
Psal. 39. Statuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos. exercitus grandis valdè nimìs, de quo
Apoc. 7. in Apoc. ſcribit B. Ioannes: Vidi turbam magnã, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gen-
Heb. 10. tibus ſtantibus ante thronum. Ipſi etenim cum fiducia accedunt quotidiè ad thronũ gratiæ, vt miſericordiam cõſequantur, gratiamq; inueniant in auxilio opportuno.

❡ *Expoſitio cap. 38. Et factus eſt ſermo Domini.* *Articulus* 44.

PAulatìm ac pedetentìm àd difficiliora eſt iter. Nunc eñ vaticinia contra Gog & Magog texuntur. [Et factus eſt ſermo dñi ad me, dicens: Fili hoĩs, pone faciem tuam contra Gog & terram Magog, principẽ capitis Moſoch & Tubal, &c.] Quemadmodùm refert hoc loco Hieronymus, Iudæi & iudaizantes putant Gog gentes eſſe Scythicas innumerabiles & immanes, q̃ trans Caucaſum montem ad Indiam vſq; tendant, quas dicunt Iudæi tempore regis Meſſiæ, quem putant venturum, ingreſſuras Iudæam, ad pugnandum cõtra Hieruſalem, adiunctis ſibi multis ac varijs gentibus, quæ infrà nominantur in p̃ſenti capitulo, quas oẽs aſſerunt tunc à rege Meſſia eiusq; populo occidẽdas. Hæc autem opinio falſo innititur fundamento, putà ꝙ Chriſtus nondùm aduenerit. Alij æſtimant per Gog & Magog, intelligendas eſſe decem tribus vltra montes Caſpios clauſas: quas dicunt cum Antichriſto, quem pro Chriſto recipient, venturas cõtra Hieruſalẽ, & expugnaturas Eccleſiam. Alij, ſecundùm quod 20. de Ciuitate Dei recitat Auguſtinus, affirmant, Gog & Magog eſſe Getas & Maſſagetas, quod ibidèm reprobat Auguſtinus. Porrò nonnulli per Gog intelligunt Antichriſtum, per Magog, eius exercitum. Verùm de hac re multùm probabiliter loquiĩ Auguſtinus loco ꝓtacto, in-
Apoc. 20. troducitq; verba Ioannis in Apocalypſi: Sic nanq; inter cætera ibidèm ſcribit Ioannes: Quum cõſummati fuerint mille anni, ſolueĩ ſatanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terrę, Gog & Magog, & congregabit eos in ꝓlium, quorum numerus eſt ſicut arena maris, & aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuiêrunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectam, & deſcendit ignis de cælo, & deuorauit eos. Circa hoc loquiĩ Auguſtinus: Ad hoc diabolus tunc gentes iſtas ſeducet, vt in hoc eas bellum trahat. Hoc enim erit nouiſſima perſequutio, nouiſſimo imminẽte iudicio, quam ſancta Eccleſia toto terrarum orbe patietur, vniuerſa videlicet ciuitas Chriſti, ab vniuerſa ciuitate diaboli. Gentes quippe iſtæ, quas appellat Gog & Magog, non ſic ſunt accipiendæ, quaſi ſint aliqui in aliqua parte terrarum barbari conſtituti. Toto nanq; orbe terrarũ ſignificati ſunt eſſe, cùm dicitur, gẽtes quæ ſunt ſup quatuor angulos terræ. Easq; ſubiecit eſſe Gog & Magog. Quorum interpretationem nominum eſſe comperimus, Gog, tectum: Magog, de tecto: tanquàm domus, & ipſe qui procedit de domo. Gentes ergò ſunt, in quibus diabolus fuit incluſus, & ipſe de illis ſe efferens ac procedens, vt ipſæ gentes ſint tectum, diabolus de tecto. Si autem vtrunque referamus ad gentes, tunc eædem gentes ſunt tectum ſeu Gog, quia in eis nunc includitur, & quaſi tegitur hoſtis antiquus: & ipſæ de tecto ſeu Magog erunt, quandò in apertum odium & perſequutionem erumpent. Quòd autem ait, Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuiêrunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectam, non ad vnum locum venturi ſignificati ſunt, quaſi vno aliquo loco futura ſint caſtra ſanctorum & dilecta ciuitas, quæ ſunt Eccleſia Chriſti. Ideò ſicut illa toto erit orbe terrarum, ità vbiq; perſequutionis illius immanitate cingetur. Hoc eſt, inter anguſtias tribulationis arctabitur, vrgebitur, concludetur. Nec militiam ſuam deſeret, quæ vocabulo eſt appellata caſtrorum. Hæc Auguſtinus. Præterea conſtat, quòd per Gog intelliguntur hypocritæ, ſimulatores & callidi, qui Eccleſiam perſequuntur occultè: per Magog, qui perſequuntur eam manifeſtè. Poſtremò Hieronymus in totius huius atque ſequentis expoſitione cap. Gog & Magog refert ad hæreticos, ità quòd per Gog, intelliguntur principes hæreticorum: per Magog, ſequaces. Vndè ait: Omnis ſuperbia & falſi nominis ſcientia, quæ ſe erigit contra notitiam veritatis, his nominibus demonſtratur.

ritatis, his nominibus demonſtratur. Deniq; (ſecundùm B. Hieronymum) quæ in iſto & ſequenti ſcribuntur capitulo, à principio Eccleſiæ impleri cœperunt, perſequentibus Chriſtianos hæreticis.
Veruntamen expoſitio ſancti Hieronymi videtur ſpiritalis valdè ac myſtica, vt eam intuentibus elu- Ezech. 39.
ceſcit. Alij quoq; expoſitores iſta communiter exponunt pro tempore Antichriſti, ſicut & Auguſtinus, & ipſe Ioannes in Apocalypſi inſinuat. Præterea quanuìs in præinductorum doctorum expoſi- Apoc. 20.
tionibus, de Gog & Magog magna videtur diuerſitas, non tamen eſt magna, & pro maiori parte quę dicunt, in idem redire probantur. Qui enim per Gog & Magog intelligunt decem tribus, concurrunt in idem cum his, qui per Gog & Magog intelligunt vel exercitum Antichriſti, cuius decem tribus pars erũt, (Iudæi enim in principio familiariter cohærebunt Antichriſto, quouſq; per Heliam eius falſitas detegatur) vel Antichriſtum & eius exercitum. Itaq; quod ex omnibus præmemoratis modis loquendi de Gog & Magog rationabiliùs colligi poſſe videtur, eligam, proſequar, & exponam, quantùm paracletus ſpiritus veritatis donauerit. Quoniam ergò Ezechiel ſanctus, hoc loco in principio huius capituli, & ſubſequentibus loquitur de Gog, quaſi de vna quadam perſona, appellans eum principem capitis Moſoch: infraq; ait, Cades tu & omnia agmina tua: hinc per Gog, Antichriſtum intelligendum opinor: per Magog verò, vniuerſos eius miniſtros, fautores, & adiutores, inter quos erunt & inuiſibiles hoſtes, qui tamen in iſtis capitulis per Magog deſignati non ſunt, ſicut ex his quę de congreſſu, morte & ſepultura Magog ſtatìm dicentur, oſtenditur. Dei igitur clemẽtiſſimi illuminatione præoptata & expetita, ad expoſitionem nunc accedendum. [Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog] i. vultu minaci & facie obfirmata loquere contra Antichriſtum, vt ex vultûs tui diſpoſitione detur intelligi, comminationibus plena eſſe quæ ſubſequuntur. [& terram Magog,] i. populum atq; exercitum Antichriſti, qui populus eſt quaſi de tecto, ac domo ſiue familia eius, qui tectum ſiue Gog nominantur, tanquàm operimentum vel tegumentum diaboli, qui Antichriſtum potiſſimè inhabitabit. Porrò quod ſequitur, [principem capitis Moſoch,] non eſt referendum ad id quod immediatè præceſſit, ſcilicet terram Magog, ſed ad Gog. Nam paulopòſt additur: [Eccè ego ad te Gog principem capitis Moſoch.] Iubetur igitur facies dirigi contra Gog principem capitis, i. regis Moſoch, i. Cappadocię ſecundùm Ioſephum. [& Tubal,] i. Iberiæ vel Hiſpanię, ſecundùm eundem. Horum enim reges & capitanei Antichriſto erunt ſubiecti, cum alijs multis qui infrà exprimuntur. [& vaticinare de eo.] putà de Gog. [& dices ad eum: Eccè ego Deus] omnipotens [ad te,] i. contra te, vt iudex & vltor intendo. [ô Gog principem capitis Moſoch & Tubal, & circumagam,] id eſt, peruagari vndiquè ſinam te ad perſequendum fideles. [& ponam frenum in maxillis tuis,] id eſt, domabo te, & ſæuitiam tuam frenabo, ità quòd nõ aliter vel alibì curres, quàm ego permiſero, ſicut freno circunducitur equus ad nutum ſeſſoris. [& educam te] de proprijs locis ſiue latibulis. [& omnem exercitum tuum, equos & equites veſtitos loricis, multitudinem magnam, haſtam & clypeum arripientium & gladium. Perſæ, Aethiopes & Libyes cum eis, omẽs ſcutati & galeati,] id eſt, ſcutis & galeis armati. [Gomer,] id eſt, princeps vel populus ſic vocatus. [& vniuerſa agmina eius, domus Thogorma,] id eſt, gens ità vocata. [latera aquilonis,] id eſt, illic habitantes ſeu habitaturi. [& totum robur eius,] id eſt, fortitudo aquilonarium populorum. [populique multi tecum] erunt ô Gog. [præpara & inſtrue,] id eſt, armando diſpone [te & omnem multitudinem
tuam, quæ coaceruata eſt ad te,] de qua ad Theſſalonicenſes ſcribit Apoſtolus: Mittet illis Deus 2. Theſ. 2.
operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati, qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent. [& eſto eis in præceptum,] id eſt, tam promptè obedient tibi, vt non ſolùm in præceptorem, ſed & in præceptum eis futurus dicaris. Iſtud totum, videlicet, præpara & inſtrue &c. ironicè dicitur, quaſi dicatur, fruſtrà hæc facies. Vel prænunciatiuè, vt ſit ſenſus: Præparabis & inſtrues te &c. [Poſt
dies multos viſitaberis,] id eſt, puniéris & occidéris. Qui dies in Apocalypſi & Daniele determi- Apoc. 20.
nantur. Tribus nanque annis & medio durabit perſecutio Antichriſti. Et licèt dies iſti ſint pauci, Dani. 8.
Chriſtianis tamen atrociſſimam perſecutionis patientibus rabiem, multi ac longi videbuntur.
Propter quod ait ſaluator: Niſi breuiati eſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. [In nouiſſimo Matth. 24.
annorum] id eſt, circa terminum mundi. [venies ad terram quæ reuerſa eſt à gladio,] id eſt, contra Eccleſiam diuerſis tribulationibus perſecutorum afflictam, ſed à Deo auxiliante ab omnibus liberatam. [congregata eſt de populis multis] id eſt, ex omnibus mundi gentibus adunata: ex omni etenim hominum natione ac genere aliqui crediderunt in Chriſtum. Poteſt quoquè per terram iſtam Iudæa intelligi, quæ ab Aſſyriorum, Chaldæorum, aliarumq; gentium erepta eſt gladio, quæ & de populis multis dicitur congregata, eò quòd habitatores eius Iudæi, ibì à captiuitatum prouincijs ſint collecti. Vndè ſubiungiĩ, [ad montes Iſrael.] quanuìs ſatellites Antichriſti per omnia mũdi loca diſcurrent p̃dicando, ſeducendo, & perſequendo, ipſe tamẽ faciem ſuam potiſſimè diriget verſùs Hieruſalem & Iudæam montibus abundantem. [qui fuerunt deſerti iugiter] i. diù atq; frequenter.

Sæpiſſimè enim vaſtata fuit Iudęa, vt patet in libris Iudicum, Regum, & Machabęorum, & nunc vſq; permanet deſolata, Sarracenis eam habentibus. [Hæc] Iudęa, ſeu plebs Iudaica vel Eccleſia. [de populis educta eſt.] i. ab alijs ſeparata, vel in regionem Iudææ reducta. Nam ante Antichriſti aduentum obtinebunt (vt creditur) Chriſtiani Iudęam, & pacificè incolent eam. Ideò ſubditur: [& * habitauerunt in ea confidenter vniuerſi. (* habitabunt.) Aſſcendens autem quaſi tempeſtas venies,] i. impetuoſè cum grandi caterua. [& quaſi nubes vt operias terram] Chriſtianorum, pręſertim Iudęam. [tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum.] Antichriſtus enim quoſdã ſibi alliciet ſimulata ſanctitate, quoſdam miraculorum operatione, quoſdam muneribus, quoſdam pœnis ac minis. [Hęc dicit Dominus: In die illa aſſcendent ſermones ſuper cor tuum,] i. verba mentalia intra te proferes plena blaſphemijs. [& cogitabis cogitationem peſſimam, & dices: Aſſcendam ad terram abſq; muro.] i. auxilio deſtitutam. [Veniam ad quieſcentes, habitanteſq; ſecurè.] Antichriſtus enim primò quaſi improuiſè ac ſubitò prorumpet in medium, & incredibili ſeueritate ac celeritate inualeſcet. [Omnes hi] ad quos aſſcendo. [habitant ſine muro,] i. munitionibus carent, atq; à me faciliter quaſi muris carerẽt, ſuperabuntur. [vectes & portæ non ſunt eis.] i. humanis priuantur ſubſidijs, & fortè multi fidelium ad literam in habitaculis commanebunt, quæ nec muros, nec vectes, nec portas habebunt, quos Antichriſtus deijciet. Hæc itaq; dices, [vt diripias ſpolia, & inuadas prædam,] Chriſtianos ſpoliando, [vt inferas manum tuam ſuper eos qui deſerti fuerũt, & poſteà reſtituti,] i. Chriſtianis manum violentam inijcias, qui ad longum tempus perſecutionibus fuerunt expoſiti, & poſteà ad pacem reducti, vel qui à terra ſancta diù fuerunt repulſi, & pòſt in eam adducti. [& ſuper populum qui eſt congregatus ex gentibus, &] pro, i. populus enim Chriſtianus ex gentibus electis eſt congregatus, atq; à gentibus reprobis ſeparatus merito & virtute, & inſupèr quantùm ad plurimos, etiã loco. [qui poſſidere cœpit & eſſe habitator vmbilici terrę,] i. Iudęę in medio terrę habitabilis ſitę. [Saba & Dedan & negociatores Tharſis, & omnes leones] i. principes [eius dicent tibi: Nunquìd ad ſumenda ſpolia tu venies?] Iſtud dupliciter poteſt intelligi: Primò, de gẽtibus ab Antichriſto auerſis atq; fidelibus, qui iſta increpatoriè dicunt ad Antichriſtum. Secundò, de gentibus ei fauentibus, qui iſta dicent ad eum congratulando ac adulando. Similem ſenſum habet quod ſubditur: [Eccè ad diripiendã prædam congregâſti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas ſupellectilem & ſubſtantiam, & diripias manubias infinitas.] i. omnes Chriſtianorum opes in tuam redigas poteſtatem. [Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog: Hæc dicit Dominus Deus: Nunquìd non in die] i. tempore [iſto cùm habitauerit populus meus Iſrael] i. electi Iudæi & cæteri Chriſtiani Deum per fidem videntes, [confidenter] in terra promiſſionis & cæteris Eccleſiæ locis, [ſcies] eos totaliter habitare, [& venies tu de loco à lateribus aquilonis tu & populi multi tecum, & aſſcendes ſuper populum meum Iſrael,] ſ. Chriſti fideles, qui ſunt veri Iſraelitæ atque Iudæi ſpiritu & virtute, non carne. [quaſi nubes, vt operias terram.] Iſtud iam dictum eſt atq; expoſitum. [In nouiſſimis diebus eris,] inſtante deproximò fine mundi. [Et adducam te] ſaltem permiſſiuè [ſuper terram meam] Iudęam, in qua Chriſtus operatus eſt mundi ſalutem, [vt ſciant gentes meæ] meam potentiam, iuſtitiam, veritatem, tuam quoq; fallaciã. [cùm ſanctificatus fuero in te] i. in tua occiſione iuſtus ac ſanctus apparuero. [in oculis eorũ] i. euidenter, ità vt eis tua ad ſenſum punitio pateat. [ô Gog. Hæc dicit Dominus Deus: Tu ergò ille es, de quo loquutus ſum in diebus antiquis in manu] i. per miniſterium [ſeruorum meorum prophetarum Iſrael.] Sancti nanq; prophetæ, Pſalmiſta, Iſaias, Ieremias, & maximè Daniel, plura de Antichriſto loquuti ſunt. [vt adducerem te ſuper eos,] videlicet populum meum. [Et erit in die illa] aduentûs Gog ſuper terram Iſrael. [ait Dominus Deus, aſſcendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo] contra Antichriſtum & eius exercitum, quia pro electis meis ſecundùm æquitatis rigorem pugnabo. [in igne iræ meæ,] id eſt, diſtrictione iuſtitiæ. [quia in die illa erit commotio magna ſuper terram Iſrael. Erit enim tunc tribulatio, qualis non fuit à principio mundi, quia tot modis ſeducet Antichriſtus fideles, vt in errorem ducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi, quemadmodùm in Matthæo prædictum eſt. (Matth. 24.) Vndè in Daniele legitur: (Dani. 11.) Veniet tempus, quale non fuit ex eo, ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud. [& commouebuntur à facie mea] id eſt, me permittente turbabuntur [piſces maris & volucres cæli, & beſtiæ agri, & omne reptile quod mouetur ſuper humum, cunctique homines qui ſunt ſuper faciem terræ,] id eſt, vniuerſi in Eccleſia exiſtentes, qui propter proprietates diuerſas præfatis nominibus deſignãtur. Poſſunt autem hæc nomina interpretari tam in bono, quàm in malo, vt piſces maris dicantur vel voluptuoſi, qui ſunt in aquis deliciarum: vel laborioſi, qui ſunt in fluctibus aduerſitatum: ſimiliter volucres cæli, contemplatiui, per conſideratioñe ſublimium & amorem cæleſtium, vel ſuperbi per excellentiæ appetitum. Beſtiæ quoq; agri, vel cupidi & terreni, vel ſimplices & indocti. Reptilia autem, qui in imis verſantur: homines verò, qui rationabiliter & humanè ſe habent. Iſti diuerſimodè turbabuntur. Aliqui enĩ in fide nutabũt & cadent, alij vacillabũt, nec tñ deficient. Nihilo minùs aliqui etiam magnę æſtima-

tionis ac dignitatis vincentur, de quibus annectitur: [Et ſubuertentur montes,] i. maiores, videlicet quidam prælati ac principes. [& cadent ſepes,] i. prælati minores & paſtores, quorum eſt alios cuſtodire, quemadmodùm ſepes muniunt hortũ. De talibus ſepibus loquitur Iſaias: (Iſaiæ 58.) Vocaberis ædificator ſepium. [& omnis murus corruet in terram.] Murus quãdoq; in ſcripturis in malo accipitur, ſicut in Pſalmo: (Pſal. 17.) In Deo meo tranſgrediar murum. Quandoq; in bono, vt ſuprà: (Ezech. 13.) Non oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael. Sponſa quoq; in Canticis ait: (Cant. 8.) Ego murus. Muri ergò in malo accepti, ſunt qui à Deo auertunt, & omne obſtaculum boni inferunt. Iſti tunc prorſus ſuccumbent. Muri verò in bono accepti, ſunt qui alios fulciunt, & in bonis ſtabiliti apparent, quorum nonnulli tunc cadent. [Et conuocabo aduerſùs eum in cunctis montibus meis gladium:] quia in montibus ſeu locis Iudææ montanis, diuina virtute miniſtri Antichriſti pro magna parte deijcientur. [Gladius vniuſcuiuſq; in fratrem ſuum dirigetur.] Hoc quidam exponunt, quòd Antichriſto occiſo, inter reſiduos ſui exercitûs erit diſſenſio atque inuaſio. Vel dici poteſt, quòd adhærentes Antichriſto, impugnabunt quoſcunq; proximos ſuos in Chriſti fide conſtantes. [& tunc iudicabo,] id eſt, ad mortem damnabo [eum,] i. exercitum Antichriſti. [peſte & ſanguine & imbre vehemẽti] id eſt, quoſdam de eius miniſtris occídam peſtilentia, quoſdam gladio, quoſdam tempeſtatibus elementorum. [& lapidibus immenſis,] i. valdè atq; inſolito modo magnis, forſitan grandinis, ſecundùm quod in Ioſuæ libro legitur factum Chananæis. (Ioſuæ 10.) [Ignem & ſulfur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius, &] pro, i. [ſuper populos multos qui ſunt cum eo.] Propter quod multi dicunt, Antichriſtum cum magna parte ſui exercitûs fulminandum. [& magnificabor & ſanctificabor,] i. magnus, immò omnipotẽs ac immẽſus apparebo & ſanctus. [& notus ero in oculis multarum gentium,] i. in cordibus hominum, qui poſt Antichriſti punitionem cõuertentur ad fidem, vel ſtabilientur in ea. [& ſcient quia ego Dominus] per euidentiſſimos, præcipuoſq; poteſtatis ac æquitatis meæ effectus. De tropologia pertranſeo, cùm in præhabitis ſæpiùs dictum ſit, quod nunc dicendum occurreret. Hoc autem ſciendum, ꝙ expoſitio hæc literalis, non videtur in aliquibus paſſibus certitudinem magnam habere. Conſonat tamen dictis catholicorum doctorum quorundam.

¶ *Declaratio cap. 39. Tu autem fili hominis vaticinare.* *Articulus* 45.

PRæſens capitulum præcedenti eſt condependens, atq; in multis cum ipſo coincidens. Vndè in ipſo, ſicut in præcedenti, literalem, quãtùm decenter fieri poſſe videtur, proſequar ſenſum. [Tu autem fili hominis vaticinare aduerſùs Gog, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Eccè ego ſuper te Gog, principem capitis Moſoch & Tubal, & circumagam te.] Totum iſtud in principio præcedentis capituli dictum atq; expoſitum eſt. [& ſeducam] i. à diabolo & propria tua ſuperbia ſeduci permittam [te] ô Antichriſte. [Et aſſcendere te faciam de lateribus aquilonis, & adducam te ſuper mõtes Iſrael.] Iſtud quoquè præcedenti capitulo extat elucidatum. [Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua deijciam.] Hoc ad literam accipi poteſt de fraudulentis machinationibus & impijs dolis, callidiſſimiſque vijs, quibus Antichriſtus mundum decipiet, de quibus arcu & ſagittis ait Pſalmiſta: (Pſal. 10.) Quoniam eccè peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Poteſt item intelligi, quòd pugnatores Antichriſti Deus omnipotens taliter debilitabit ac deſtruet, quòd nec arcum nec ſagittam tenere valebunt. [Super montes Iſrael cades tu] ô Antichriſte, [& omnia agmina tua,] id eſt, quidam de quolibet tuo exercitu tecum exiſtenti. [& populi qui tecum ſunt.] Hoc circa finem pręcedentis capituli alijs verbis ſic dicitur: Conuocabo aduerſùs eum in cunctis montibus meis gladium. Deniquè Antichriſtus dicitur in monte Olìueti interficiendus, & in alijs locis montanis Iudææ plurimi de eius cadent phalangis. Veruntamen quidam manebunt ſuperſtites, quibus parcet clementiſſimus Deus, eô quòd ſimplicitate aut timore decepti fuerunt, qui poſt Antichriſti interitum pœnitebunt. Porrò inter agmina Antichriſti & populum, qui ſecũ erit, quos S. Ezechiel ſæpè exprimit ſeparatìm, hoc intereſſe opinor, quòd per agmina, bellatores: per populum, cæteri qui non malitioſè eum ſequentur, intelliguntur. [Feris, auibus, omnique volatili & beſtijs terræ dedi te ad deuorandum.] cadauera enim Antichriſtianorum ad tempus inſepulta iacebunt, & ſic irrationabilibus erunt ad deuorandum expoſita. Hieronymus tamen per nomina iſta brutorum, intelligit dæmones, propter rationem ſæpiùs dictam, à quibus Antichriſtus & ſui ſpiritualiter deuorabuntur. [ſuper faciem agri cades.] Iam dictum eſt, quòd omnes in montibus cadent: quòmodò ergò nunc feruntur ſuper faciẽ agri caſuri, niſi fortè de his agris ſit ſermo, in quibus ſituati ſunt montes? Vel nomen agri extenſè accipitur, etiam pro locis montanis agreſtibus. [& emittam ignem in Magog] id eſt, exercitum Antichriſti. [& in his, qui habitant in inſulis confidenter.] id eſt, in fautoribus eius, qui ſe putant ſub eius dominatione ſecuros. [Et ſcient] per experientiam ſuarum pœnarum, quæ per ignem exprimuntur. Omnis enim grauis afflictio ſolet per ignem intelligi. [quia ego Dominus Deus Iſrael:] id eſt, electorum Iudæorum, immò ante & circa Antichriſti occiſionẽ plurimâ

mi Iudęorum per Heliam conuerſi. Per Iſrael quoq;, vt dictum eſt præcedenti capitulo, plebs Chri-
Rom. 9. ſtiana intelligi poteſt etiam ad literam: quia vt ait Apoſtolus, Non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed filij
promiſſionis, computantur in ſemine. [Et nomen ſanctum meum] i. meipſum, ſancti ſanctorum no
mine ſignificatum. [notum faciam in medio populi mei Iſrael:] illuminando corda eorum ad con-
templandum omnipotentiam, ſanctitatem, atq; immenſam opulentiam meam. [& nō polluam no-
men ſanctum meum ampliùs.] i. illud decæterò ab Antichriſto ac ſuis blaſphemari & inhonorari in
ſeculo iſto non ſinam, immò omnes illos condemnabo. [& ſcient gentes, quia ego Dominus Deus
ſanctus Iſrael.] i. ſanctificator Iſraeliticæ plebis, & ille quem Iſrael colit pro ſancto. Vndè & in Iſaia
Iſaiæ 47. legitur: Redemptor noſter dn̄s exercituum, ſanctus Iſrael nomen eius. [Eccè venit, & factum eſt,] i.
quod prædico, inceſſabiliter appropinquat, & tam certitudinaliter eſt tenēdum, ꝙ veniat, quaſi iam
eſſet impletum. [ait Dn̄s Deus,] de cuius teſtimonio ambiguitas nulla eſt. [Hæc eſt dies de qua lo-
quutus ſum.] i. tempus iſtud deiectionis Antichriſti atq; ſatellitum eius, eſt de quo per prophetas ex
antiquis diebus effatus ſum. [Et egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael, & ſuccendent atque
comburent arma] exercitûs Antichriſti, videlicet [clypeum, haſtam, arcum, ſagittas, baculos, ma-
nus, & contos, & ſuccendent ea igne ſeptem annis. Et non portabunt ligna de regionibus, neq; ſuc-
cídent de ſaltibus, quoniam arma ſuccendent igni.] Totum huius clauſulæ poſui textum, vt textu
priùs inſpecto, expoſitio faciliùs capiatur. Iudæi ergò, vt refert Hieronymus, iſta atq; ſequentia, ſe-
cundùm quod litera prima facie ſonat, intelligūt, aſſerentes ipſum Gog & Magog, à rege Meſſia in-
terficiendos: quo facto, Iudæi arma occiſorum præfata tollent, & ſeptem annis eis ad ignem ſuffici-
et. Iſtud autem, quantùm ad hoc, ſtare non poteſt, ꝙ aſſerunt Meſſiam nondùm veniſſe, atq; in pri-
mo ſuo aduentu temporaliter regnaturum, materialiq; gladio præliaturum. Quidam ergò, quod fal-
ſum eſt, reſecantes, & literam, quantùm fieri poteſt, ſequentes, affirmant ꝙ occiſo Antichriſto ac ei-
us exercitu, fideles in ciuitatibus Iudææ manentes, exibūt ad detrahendum ſpolia occiſorum, quo-
rum arma igni apta comburent quotidiè. Et propter innumerabilem interfectorum multitudinem,
tanta erit armorum combuſtibilium copia, ꝙ multo tempore pro igne faciendo eis ſufficiet. Quod
tempus per ſeptem annos exprimitur, vel quia tantum erit, vel quia numerus determinatus pro in-
determinato hîc ponitur. Sed illi videntur ſupponere, ꝙ poſt Antichriſti interitum erit tempus ad-
huc notabiliter longum vſq; ad diem iudicij, cùm tamen ſecundùm Haymonem, cæteroſq; docto-
res & expoſitores ſuper Danielem, quadragintaquinq; dies dandi ſint deceptis ab Antichriſto, ad
pœnitendum. Ad quod reſpondent, ꝙ quanuìs hoc verum ſit, non tamē ſequitur, ꝙ ſtatìm poſt dies
Matth. 24. illos ſequatur dies iudicij, præſertim cùm Chriſtus teſtetur: Sicut fuit in diebus Noę, ità erit aduen-
tus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, & nuptui tra-
dentes vſq; in diem quo venit diluuium, ità erit aduentus filij hominis. Loquitur autem Chriſtus
pro tempore inter Antichriſti interitum & finale iudicium medio. Tempus enim quo talia exer-
1. Theſ. 5. centur, non tam breue futurum videtur. Deniquè teſte Apoſtolo, cùm dixerint, Pax & ſecuritas, re-
pentinus eis ſuperueniet interitus, & non effugient. Ideò dicunt doctores, ꝙ Antichriſto occiſo,
quidam ſatellitum eius tam indurati erunt, ꝙ in vitijs perſeuerabunt, & dicent: Quanuìs princeps
noſter defunctus eſt, nos tamen pacem & ſecuritatem habemus. Appáret ergò, ꝙ poſt Antichriſti
mortem erit tempus aliquot annorum. Inſupèr de diebus illis quadragintaquinq; aliqui aſſerunt,
certum non eſſe, an erūt vſuales, id eſt, vigintiquatuor horarum, an annuales, ità vt dies contineat
Dani. 9. annum. Sic enim & Daniel loquitur de hebdomadibus annorum, non dierum, ità quòd vna he-
bdomada cōtinet ſeptem annos. Veruntamen iſtud non reor ambiguum. Daniel quippe duodeci-
mo capitulo ait: Beatus qui peruenit vſque ad dies mille trecentos trigintaquinque, qui numerus in
quadragintaquinque excedit numerū dierum regni Antichriſti, à Daniele illic præmemoratū. Vn-
dè clareſcit, prophetam de illis loqui diebus, de quibus & ſuprà. Nihilo minùs verum reor, quod do-
ctores communiter adſtruunt, quòd ſcilicet incertum ſit, quantum futurum ſit tempus, quod inter
Antichriſti interitum & diem iudicij mediabit. Vndè præinductam expoſitionem & omnia quæ in
huius capituli explanatione conſcribo, prouidi committo lectoris iudicio, nil temerè aſſerens, nec
dubia pro certis ſuſcipiens. Alij ergò doctores per habitatores ciuitatum Iſrael, intelligunt ciues
cæleſtes, in diuerſis manſionibus patriæ conſiſtentes. De quibus ciuitatibus etiam ad literam expo-
nunt illud Pſal. 68. Aedificabuntur ciuitates Iudæ. Ciues iſti egredientur de cælo cum Chriſto, vt
per approbationem iudicent ſecum, & præinducta arma ſuccendant igni, id eſt, armatos Antichri-
ſti miniſtros cum ſuo Antichriſto ad ignem gehennæ condemnent. Succendentque ea ſeptem an-
nis, id eſt, duratione completa atque perpetua, quæ per ſeptem ſignificatur. Nam vniuerſitas tem-
poris ſeptenario ſignificatur, quoniam ſeptem diebus omne tempus hoc voluitur. Præterea Apo-
calyp. 1. & Tob. 12. per ſeptem ſpiritus ſeu angelos, vniuerſitas angelorum exprimitur. Ciues autem
iſti non de regionibus ligna portabunt, quoniam arbores fructuoſas, hoc eſt, homines iuſtos non
con-

condemnabunt. Neq; præcídent de ſaltibus, quia nec eos damnabunt, qui in humilitate & ſaltu pœ
nitentiæ reſident. Hieronymus aūt adhuc ſpiritaliùs iſta exponit de ſpiritalibus armis & machinis
hæreticorum, q̄ habitatores ciuitatū Iſrael, i. viri de Chriſti Eccleſijs egredientes, igne verbi Dei de-
ſtruunt & comburunt ſeptem annis, i. numero ſacrato atq; perfecto, quo meritò om̄is hęreticorum
armatura perire aſſeritur. Siquidem annus ſeptimus, eſt annus remiſſionis, in quo ſicut in Exodo ac
Leuitico Deus præcepit, ſeruis Hebræis reddebatur libertas, debita quoq; ſoluuntur, & quies terræ Leuit. 19.
tribuitur, atq; pauperibus oēs fruges donantur ſecundùm legē. [Et deprędabuntur eos quibus prę-
dæ fuerant,] i. præfati fideles Antichriſtianorū arma ac ſpolia tollent modis præmemoratis. [& di-
ripient vaſtatores ſuos] per prædationem prætactam. Poteſt etiā iſtud exponi de direptione ac de-
prædatione ſpiritali & bona, per conuerſionem aduerſariorum ad fidem: Antichriſto nempe per-
empto, qdam de eius collegio conuertent̄ à Chriſtianis, & plenè ſubdent ſe eis. Conſequenter poſt
interitum Gog & Magog fit mentio de ſepultura eorum, quam ſepulturam quidā exponunt de col-
locatione eorum in locis pœnalibus inferorum, ſecundùm quod in Euangelio legitur diues mor- Lucæ 16.
tuus atq; ſepultus in inferno. Alij aūt de corporum ſepultura in terra. Igitur ſecūdùm primum mo-
dum loquendi, iſte eſt ſenſus: [Et erit in die illa, Dabo Gog] i. Antichriſto & eius miniſtris [locum
nominatum ſepulcrum in Iſrael,] i. manſionem famoſam ac omnibus notam, quę erit eorum ſepul-
crum vel pœnale receptaculum inter Iſraelitas, qui periērunt cum ipſo. [Vallem viatorum ad orien-
tem maris,] quia in locum hunc baſſum, ſcilicet in infernum, viatores mundani deſcendunt. Porrò
quod ait, ad orientem maris, referri poteſt ſiue ad vallem, ità vt ipſa verſùs orientē maris ſita dicatur:
ſiue ad viatores, vt ipſi verſùs orientem maris, videlicet ad congregandas mundi diuitias, tendiſſe fe
rantur. [quę obſtupeſcere faciet] i. admirari quàm maximè [prætereuntes,] i. præſentis ſęculi inco-
las & peregrinos, qui cognita Antichriſti & ſuorum ſepultura in tartaris, erunt attoniti. [Et ſepelient
ibì Gog & oēm multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog.] quemadmodùm enim
cæli cæleſteſq; manſiones nomine montium, ità loca gehennæ nomine vallium deſignantur. [Et ſe-
pelient eos domus Iſrael,] i. electi & angeli qui iudicabunt cum Chriſto, & impios in infernum re- Matth. 13.
trudent, quemadmodùm ait ſaluator: Mittet filius hominis angelos ſuos, & eos qui operantur ini-
quitatem, mittet in caminum ignis. Deniquè, ꝙ per domum Iſrael electi, immò & angeli ſancti ſi-
gnentur: hinc innoteſcit, quia in cantico Deuteronomij 32. vbì noſtra tranſlatio habet, Conſtituit
terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael: alia continet, Conſtituit terminos gentium
iuxta numerum angelorum Dei. [vt mundent terram.] quia tunc terræ elementum ab omni impio-
rum ſpurcitia purgabitur intantùm, ꝙ immutatum rutilabit vt aurum. Vel vt mundent terram, i. Ec-
cleſiam, ſegregando reprobos ab electis, vt in Euangelio fert Saluator: In conſummatione, inqui- Matth. 15.
ens, mundi exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum. [ſeptem menſibus,] i. [ſepul-
tura hæc perpetuè permanebit, ità ꝙ reprobi in gehennæ ſepulcris æternaliter erunt. Cur autem ſe-
ptenario perpetuitas exprimatur, iam dictum eſt de ſeptem annis. [Sepeliet autem omnis populus
terræ,] i. cuncti ciues terræ ac patriæ beatorum, quoniam modo prætacto vniuerſi reproborum da-
mnationem approbabunt. Quòd verò etiam angeli ſancti, homines & viri ac populus appellentur,
quoniam in humana ſolent apparére effigie, certum eſt. [Et erit eis] putà electis [nominata] i. famo-
ſa & celebris [dies in qua glorificatus ſum] in impiorum iſtorū tartarea ſepultura. Dies nempe tri-
umphi, celebris recenſetur. In hoc etenim die electi plenam corporis glorificationem ſortientur,
atq; cæleſtem Hieruſalem omnes pariter ingredientur. [Et viros conſtituent iugiter luſtrantes ter-
ram, qui ſepeliant & requirant eos qui remanſerant ſuper faciem terræ.] His verbis datur intelligi,
quòd viri eccleſiaſtici vel ciues ſuperni aliquos deputabunt, qui Antichriſto cum ſuis occiſo, in in-
feriſq; ſepulto, habitatores terræ attendant, & eos quos in Antichriſti perfidia viderint induratos,
damnationi adijciant. [Poſt menſes autem ſeptem] à conſtitutione præmiſſa, i. plenitudine tempo-
ris id agendi inſtante. [& circuibunt peragrantes terram.] Vndè & angelus ſatanæ loquitur: Circui- Iob 1.
ui terram & perambulaui eam. [Cumq; viderint os hominis, ſtatuent iuxta illud titulum, donec ſe-
peliant illud pollinctores] i. mortuorum curatores. [in valle multitudinis Gog] i. cùm aliquem de
obſtinatis Antichriſtianis inuenerint, hunc notabunt, & per excommunicationem ſeu alio modo à
cœtu fidelium ſeparabunt, donec per mortem cum alijs ſepulcrum accipiat in inferno. [Nomen au-
tem ciuitatis, Amona:] id eſt, populoſa. Multi enim vocati, & in ciuitate Babylonis atq; diaboli infi-
nitus eſt numerus. In ciuitate quoq; Dei ſeu grege fidelium electorum, iuxta quos victoria Dei ex-
ercenda eſt de p̄inductis aduerſarijs eius, innumerabiles prorſus conſiſtent. Præterea, quoniam ex-
poſitio iſta myſtica valdè videtur, qdam locū hunc de corporali Antichriſti & eius phalangæ ſepul-
tura exponūt, ità ꝙ eis in Iudęa occiſis, Chriſtiani eorū corpora ob terræ emundationē, nō ob illorū
honorē, in loco nominato ſepeliēt, putà in valle viatorū ſita verſùs orientē maris, quod eſt in parte
orientali Iudææ, ex qua ſepultura p̄tereuntes ſtupebunt, fietq; ſepultura hæc per ſeptem menſes vel
cir-

circiter, propter multitudinem ſepeliendorũ. Erit quoq; dies deiectionis Antichriſti ac eius ſatellitum celebris, iuxta ſenſum præſcriptum. Ordinabunt demùm fideles quoſdam, qui terram Iudææ circũeant, & quicquid cadaueris viderint, humo operiant. Cumq; inuenerint os humanũ, figent circa hoc titulum, i. euidens ſignum, quatenùs oſſa hincindè inuenta, faciliter colligantur, & pariter tumulentur. Nomen verò ciuitatis, iuxta quam fiet hęc ſepultura, vocabitur Amona. Si expoſitio iſta veritatem certitudinemq́; ſortitur, diuino committo iudicio & rerum euentui. Prophetæ aũt quandoq; obſcurè ac myſterialiter ſunt locuti, ità ꝙ abſq; ſpeciali reuelatiõe certus & plenus eorum nequit intellectus haberi. Vndè ſecundùm Hieronymum, in talibus paſſibus plena rerũ ſcientia committenda eſt Deo. Inſupèr, vt tactum eſt ſuprà, quanuìs prædictorum reproborum ſepelienda ſint corpora, quædam tamen vel partìm ſiue totaliter ab irrationalibus vorabuntur. Hinc ſubditur: [Tu autem fili hominis, dic omni volucri & vniuerſis auibus cunctisq́; beſtijs agri.] i. inſpirãdum eis diuino nutu pronuncia. [Conuenite & properate, cõcurrite vndiq; ad victimam meam quam ego immolo vobis,] i. ad manducandum de cadaueribus Antichriſtianorum, quę vobis tribuo corrodenda. [victimam grandem ſuper montes Iſrael,] in quibus (vt dictum eſt) interibunt. [vt comedatis carnes, & bibatis ſanguinem] hominum reproborum iſtorum, diuina plaga cæſorum. [Carnes fortium] temporali & corporali virtute [comedetis, & ſanguinem principum terrę] qui Antichriſto peculiariùs adhæſerunt, [bibetis, arietum, agnorum & hircorum, taurorumq́; & altilium & pinguium ouium,] i. hominum qui per diuerſas proprietates & culpas iſtis irrationabilibus comparantur. Aliqui etiam aſſerunt, ꝙ Deus Antichriſtum eiusq́; cateruam plagando, bruta quoq; eorum pro magna parte occidet, quorum carnes deuorationi patebunt. Hinc ſubditur: [Et ſaturabimini ſuper menſam meam,] i. in montibus memoratis, in quibus vobis iſta alimenta dabuntur. [de equo & equite forti. Et ponam gloriam meam in gentibus,] i. maieſtatem meam reſiduis populis per prędicta notificabo. [& videbunt omnes gentes] i. quædam de omnibus [iudicium meum quod fecerim,] i. iuſtam vltionem Antichriſto & ſuis illatam. [& manum] i. poteſtatem [meam, quam poſuerim ſuper eos,] per debitæ punitionis effectum. [Et ſcient domus Iſrael, quia ego Dominus Deus eorum à die illa & deincèps.] Quidam hoc loco vſq; ad finem cap. per domum Iſrael intelligunt generaliter populum Chriſtianorum, quod licèt non ſit repræhenſibiliter dictum, literaliùs tamen & appropriatiùs per Iacob & domum ſeu populum Iſrael, puto intelligẽdas tribus ac filios Iſrael, de patriarcharum ſemine prodeuntes, qui poſt Antichriſti occaſum Chriſtiani deuotiſſimi erunt, & per maxima beneficia fideliſſimè Deum cognoſcent, nec poſteà à fide recedent. [& ſcient gentes, quoniam in iniquitate ſua capta ſit domus Iſrael,] i. quòd filij Iſrael propter peccata ſua vſque ad tempus Antichriſti, ſeu prædicationem Heliæ, alienis poteſtatibus ſubiecti fuerunt. [eô quòd reliquerint me] per inobedientiam, iuxta illud Oſeę 4. Dereliquerunt Dominum in non cuſtodiendo. [& abſconderim faciem meam ab eis,] i. pietatis ac defenſionis meæ effectum ſeu gratiam eis iuſtè negaui, ſecundùm quod Iſaiæ 59. habetur: Peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, nè exaudiret. [& tradiderim in manus hoſtium, & ceciderunt in gladio vniuerſi.] i. multi de omni genere eorum. [Iuxta immunditiam eorum & ſcelus feci eis,] relinquendo eos in iſta longiſſima atque grauiſſima captiuitate, præſertim propter crimen eorum in Chriſtum, quem non receperunt, ſed occiderunt. De qua re Danielis nono prædictum eſt: Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & finis eius, ſcilicet populi huius, vaſtitas: & vſque in finem perſeuerabit deſolatio. [Propterea hæc dicit Dominus: Nunc] ſcilicet prædicante Helia. [reducam captiuitatem Iacob] id eſt, populum captiuum de Iacob ſemine natum. [& miſerebor omnis domûs Iſrael] quia tunc Iudæi vniuerſaliter conuertentur. [Et aſſumam zelum] id eſt, æquitatis efficiẽtiam ſeu dilectionis effectum. [pro nomine meo ſancto,] id eſt, pro meiipſius honore & gloria præſeruandis. [Et portabunt confuſionem ſuam,] id eſt, pro ſuis peccatis intra ſe ſalubriter erubeſcent. [& omnem pręuaricationem ſuam qua præuaricati ſunt in me,] id eſt, memores erunt pœnitentialiter dolentes tranſgreſſionum ſuarum, cùm habitauerint in terra ſua confidenter, neminem formidantes. Antichriſto quippe ſublato, habitaturi ſunt in Iudæa ſine hoſtili pauore, ſcientes quòd Antichriſti perſecutio ſit nouiſſima. [& reduxero eos de populis] loco & mente ad Iudæam ac fidem. [& congregauero de terris inimicorum ſuorum,] quia de finibus mundi confluent ad Iudæam. [& ſanctificatus fuero in eis,] id eſt, in eorum reductione apparuero verax, iuſtus & ſanctus. [in oculis] interioribus [gentium] plurimarum, quibus hæc innoteſcent. [Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum, eô ꝙ tranſtulerim eos in nationes, & congregauerim eos ſuper terram ſuam,] i. ex hoc ꝙ eos caſtigaui & liberaui, percuſſi & ſanaui, expuli & reduxi,
Iob 5. perpendent ꝙ ſim verè Deus eorum. De quo in Iob aſſeritur: Ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabũt. [& nõ dereliquerim quenquam ex eis ibì.] quia, vt tactũ eſt, tunc oẽs conuertẽt ad Chriſtũ, quẽadmodùm ad Romanos 11. ſcribit Apoſtolus: Cæcitas ex parte cõtigit in Iſrael, donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic om̃is Iſrael ſaluus fieret. Vel Deus nullũ relinquet, quoniam omni-

bus facultatem euadendi viſibilium ac inuiſibilium hoſtium captiuitatem præſtabit. [& non abſcondam vltrà faciem meam ab eis.] i. decæterò clementiſſimus ero, & de viſione viæ per fidem, ad viſionem patriæ per ſpeciem deducentur: in qua tam inceſſabiliter permanebunt, ꝙ omnis temporalis relictio quaſi momentanea ſit illius reſpectu. Propterea Iſaiæ 54. Dominus ait populo huic: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſericordijs magnis congregabo te. In momento indignationis meæ abſcondi parumpèr faciem meam à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tuî. [eô ꝙ effuderim ſpiritum meum] i. gratiam atq; præcipua dona ſpiritûs ſancti. [ſuper omnem domum Iſrael,] omnium corda munificenter illuſtrando, perficiendo, ac roborando. [ait Dominus Deus.] Poſtremò, quæ in iſto cap. de Antichriſto eiusq́; miniſtris dicta ſunt, quidam ſecundùm ſpiritalem rationem de hęreticis & cæteris vitioſis iuſtorum perſecutoribus interpretantur: qui om̃es dæmonibus, nomine auium ac beſtiarum ſignatis, dantur in cibum, & ruunt ſuper mõtes Iſrael: quia authoritate, virtute, & gratia ſublimium eccleſiaſticarum perſonarum vincuntur, atq; in baſſitudine infernali ſepeliuntur.

¶Elucidatio cap. 40. In viceſimoquinto anno. *Articulus* 45.

NVnc caliginem ingredimur. Tanta eſt eñ eorum, quæ nũc de ædificio templi ſancto prophetę per imaginariam viſionem monſtrata dicuntur, difficultas, vt dicat B. Hieronymus, ꝙ ſuper interpretatione eius apud Iudęos & Chriſtianos doctores, grande ſilentium ſit. Rurſusq́; ait, ꝙ eius expoſitionẽ, ipſius ſecula tacuerũt. Sępiùs quoq; fatetur, ꝙ in eius expoſitione quaſi ſuſpicando loquatur. Deniq; qdam Iudęorũ doctores dixerunt, per templum & ciuitatem Ezechieli imaginariè repſentata, ſignificari reædificationem templi & Hieruſalem poſt reditũ à Babylonica captiuitate tempore Eſdræ ac Neemiæ conſtructorũ. Poſteriores aũt Iudæi dicunt, per illa deſignari templũ ac ciuitatem, per regem Meſſiam in ſuo aduentu ædificanda: ad cuius erroris falſitatem ꝓbandam oĩa poſſunt adduci, ex qbus probatur, ꝙ Chriſtus iam venit, q́q́; Ieſus Nazarenus ſit verè Meſſias in lege atq; ꝓphetis ꝓmiſſus. Porrò catholicorũ Doctorũ quidã ꝑcipui, ſ. Hieronymus & Gregorius, totũ exponunt ſpiritaliter de ædificatiõe Eccleſiæ Chriſti in ſacramẽtis, fide ac moribus, imaginariæ deſcriptionis expoſitionem quaſi totaliter relinquentes. Quanuìs aũt cęteri quoq; doctores in hoc eis conſentiant, ꝙ per templũ illud & ciuitatẽ, ſtatus ac regimẽ ſeu ſpiritalis ſtructura Eccleſiæ deſignetur, nihilo minùs imaginariam deſcriptionẽ ꝓphetę exponunt, & qd per eam ſpiritaliter inſinuetur, quidam adijciunt. Gregorius tamen affirmat, ꝙ deſcriptio templi ſeu ciuitatis, iuxta literam nullatenùs accipi poteſt, cuius rationem infrà inducam. Richardus verò de S. Victore & alij multi, ſatìs euidenter oſtendunt, deſcriptionem imaginariam poſſe ad literam exponi. Hos ergò ſequẽdo, ab imaginarię viſionis deſcriptionisq́; templi expoſitione eſt inchoandum. Nec in ea arbitror immorandum. Primò, quoniam ipſa non eſt principaliter intenta, nec finaliter fructuoſa, ſed quod ſignificatur per eam. Secundò, quia nonnulli doctores expoſitionem iſtam ſatis ꝓlixè ꝓſecuti noſcuntur, qui vel parùm vel nihil de ſpiritali ac principali intellectu locuti videntur. Idcircò in huius ꝓſecutione, ſenſui potiùs reor inſtãdùm. Inſupèr, ſicut frequenter ſuperiùs, ità & nunc inprimìs docet ꝓpheta modum, locum ac tempus, quibus reuelata ſunt ei quæ ſcribit. [In viceſimoquinto anno trãſmigrationis noſtræ,] qua ipſe Ezechiel & Mardochęus ac alij multi de Hieruſalem in Chaldæam cum Ioakim rege tranſlati ſunt. [in exordio anni viceſimiquinti,] videlicet 1. menſe ipſius. [10 menſis] huius, [die, 14. anno poſtquàm percuſſa eſt ciuitas,] i. 14. annis euolutis à deſtructione Hieruſalem ſub Sedechia à Chaldæis, qui eam vndecimo anno regni Sedechię ceperunt: ſicq́; à tranſmigratione Ioakim vſq; ad huius viſionis oſtenſionem, fluxerunt anni 24. conſummati. Quibus decurſis, in principio anni 25. oſtenſa ſunt hæc Ezechieli, ſicut ſubiungitur. [in ipſa hac die] decima nunc ꝑtacta. [facta eſt ſuper me manus Domini,] i. virtus diuina circa me ſupernaturaliter operata eſt, mentem meam gratia ꝓphetice reuelationis illuſtrando. [& adduxit me illuc,] videlicet in Iudęam [in viſionibus Dei,] i. per reuelationes prophetales ſpiritaliter, non corporaliter, illuc adductus ſum, ità quòd animæ meæ repſentabantur ſimilitudines, per quas intuebatur quędam ad Iudęam ſpectantia, quaſi ibidèm fuiſſet. Quemadmodùm ergò Ezechiel realiter atq; pſonaliter in Chaldæa pmanſit, ità & locus & ſubiectũ viſionum iſtarum fuit Chaldęa, ſeu ipſe ꝓpheta ibidèm locatus: locus aũt obiectalis, fuit Iudęa. Propter quod ſubditur: [&] pro, i. [adduxit me in terram Iſrael,] ità quòd illam imaginariè intuebar. [& dimiſit] i. ſtatuit ſeu locauit [me ſuper montem excelſum nimìs,] i. altiſſimum, ſecundùm apparentiam ꝓphetalem, quia ſic apparebat ꝓphetæ. Veruntamen nouit ſe eſſe in Chaldæa, & iſta non fieri niſi in ſpiritu: intellexit enim quid iſta ſignificarent. [ſup quem erat quaſi ædificium ciuitatis vergentis ad auſtrum.] Per ædificium ciuitatis, Hieronymus & Gregorius intelligunt ipſum templum, quod ſignificat Eccleſiam, quæ in ſcripturis ciuitas Dei vocatur. Hinc dicit Richardus: Dicitur autem ædificium iſtud rectè habere ſimilitudinem ciuitatis, eô ꝙ eſſet vndiq; cinctũ muris, firmatum portis, multis ſtipatum ædificijs. Alij qdam affirmant oppoſitũ, dicentes

quòd propheta vidit duo,videlicet templum & ciuitatem: & nomine ædificij aſſerunt templum ſi-
gnificari:nomine aũt ciuitatis,ipſam ciuitatem vergentem ad auſtrum.Præterea propheta nõ ait,ſu-
per quem erat ædificium,ſed quaſi ædificium:vt innuat non reales ſe vidiſſe ſtructuras,ſed ſimilitu-
dinem ædificij rep̃ſentatiuam.Reſpiciebat aũt hoc templum verſus plagam auſtralẽ, vndè Septua-
ginta tranſtulerunt,Eregionè,i.exaduerſò aquilonis.[& introduxit me illuc,] ſcilicet,in ipſum tem
plum.Omnia aũt hæc videbantur prophetę ſic fieri per hoc,ꝙ rerum iſtarũ imagines in animo eius
miniſterio angelico formabantur. [Et eccè vir,] i. angelus in forma viri appárens, cuius miniſterio
circa me omnia iſta fiebant. [cuius erat ſpecies] i. ſimilitudo ſeu diſpoſitio apparatûs. [quaſi ſpecies
æris,] vt puto, candentis & quaſi igniti: vt per ferri duritiam, qua om̃ia domantur, angelicę naturæ
fortitudo inſinuaretur:per ferri candorem,eiuſdem naturæ ſimplicitas atq; munditia:per ignitionẽ,
ardor amoris: per ſonoritatem quoq; ferri,efficacia angelorum ad laudandum Deum, & ad reuelã-
dum myſteria eius hominibus.[Et funiculus lineus in manu eius,] venit em̃ ad menſurandum.Vn-
Zach. 2. dè & Zacha.2.angelus qui venit ad metiendam Iudęam atq; Hieruſalem, funiculum menſorum ha-
buiſſe in manu deſcribitur.[& calamus menſuræ,] i.quo menſuratur, [in manu eius.] Calamus aũt,
vt ſtatìm dicetur,eſt genus menſuræ, ſex continens cubitos. [ſtabat autem in porta] muri extremi.
Ibidèm. [Et locutus eſt ad me] locutione interna.[idem vir] ſecũdùm quod Zacharias ꝓpheta teſtatur:An-
gelus loquebať in me.[Fili hominis,vide oculis tuis] interioribus,[& auribus tuis] mentalibus [au-
di.] Hi oculi iſtæq; aures realiter idem ſunt, ſcilicet intellectus, conſideratio,& aduertentia.[& po-
ne cor tuum in omnia, quæ ego oſtendam tibi,] i. fortiter tibi imprime atq; memoriter retine ea.
Nil enim prodeſt vidiſſe & audiſſe, niſi audita ac viſa in memoriæ reponantur theſauris, ſecundùm
Hieronymum.[quia vt oſtendantur tibi,adductus es huc.] quo verbo ſecundùm Hieronymum do-
cet,nil theoria ac ſcientia dulcius. [Annuncia omnia quæ tu vides] prophetali intuitu. [domui] id
eſt,populo [Iſrael.] Gratia enim prophetiæ ad aliorum vtilitatem ac informationem confertur &
1.Cor.12. ordinatur,ſicut & cæteræ gratiæ gratis datæ,iuxta illud Apoſtoli ad Corinthios: Vnicuiq; datur ma
nifeſtatio ſpiritûs ad vtilitatem.[Et eccè murus forinſecùs in circuitu domûs vndiquè.] Templum
enim, ſicut patebit, triplici fuit muro circundatum: & nunc de muro exteriori eſt mentio. At verò
iuxta Richardum,templum hoc nunc ædificium,nunc ſanctuarium,nunc domus vocatur, nunc ci-
uitati aſſimilatur.[Et in manu viri,] i.angeli [calamus menſuræ ſex cubitorum.] His verbis oſtendi-
tur,quòd calamus continebat ſex cubitos. erantq; iſti ſex cubiti in calamo diſtinctè ſignati, vt ali-
qui aſſerunt, ſicut in vlnis videmus medietatem, & tertiam, quartamq; partem, diſtinctè ſignatas.
Hinc angelus ſcribitur interìm ſecundùm vnam partem calami menſurâſſe,hoc eſt, ſecundùm vnũ
cubitum ſolùm,quandoq; ſecundùm duos aut tres. [& palmo.] Secundùm Richardum, ſex cubitis
palmus adijcitur,quoniam in menſurando ex ea parte appræhenditur ac tenetur.Itaq; palmus voca-
tur ea pars calami,qua angelus eum tenebat.Dicuntq; aliqui, quòd ſecũdùm quantitatem palmi an-
gelus non menſurauit.Alij dicunt oppoſitum,p̃ſertim cùm menſurantes per vlnam, cum illa quoq;
parte vlnę,quam tenent in manu,menſurant.Veruntñ ſecundùm Hieronymum,Palmus eſt aliquid
vltra ſex cubitos,eſtq; ſexta pars cubiti.[Et menſus eſt latitudinem ædificij calamo vno,altitudinem
quoq; calamo vno.] Ex hoc loco argumentatur ſanctus Gregorius,deſcriptionem templi ſecũdùm
literam ſtare non poſſe.Nomine em̃ ædificij,ſicut iam patuit, templum exprimitur & infrà porta tẽ-
pli in quatuordecim cubitis dicitur menſurata:ſed portam eſſe templo maiorẽ, eſt impoſſibile. Sed
contra hoc Richardus ſic loquitur:Si ad totum refertur quod hîc de ædificio ſcribitur, totius huius
deſcriptionis veritas atq; authoritas euacuatur.Nonnè melius eſt,inquit, hoc loco nomine ædificij
partem templi,quàm totum templum,intelligi: nè referendo ad totum,euacuetur totum:ſicut & no
mine domûs,interdùm totum templũ,interdùm partem eius ſignificauit?Hinc ſecundùm Richar-
dum,ædificium nunc vocatur ſtructura,ſeu q̃dam domuncula,ſupra portã,in qua angelus fertur ſte
tiſſe,cõſtructa,vel ei cõiuncta: cuius tam latitudo q̃ altitudo, fuit vnius calami, vel ſex ſcilicet cubi-
torum.Porrò Hieronymus hoc loco per ædificiũ intelligit murũ.quod & Hebręi affirmãt. Sed alijs
iſtud non cõplacet,cùm non videať diſpoſitio bona muri,cuius ſpiſſitudo ęqualis eſt altitudini eius.
Prætereà aduertendũ, ꝙ in literę huius expoſitione tanta occurrit doctorũ diuerſitas ſiue aduerſi-
tas, vt totũ cõmemorare ſit tędioſum.Nihilo minùs aduertendũ, ꝙ licèt ꝓpheta non aſſerat niſi de
vna porta muri exterioris,in quolibet tñ triũ murorũ q̃dam adſtruunt tres portas fuiſſe, quod infrà
de muro medio ac muro interiori diffuſè cõſcribiť. Fruſtrà aũt (vt aiunt) duo hi muri tot portas ha
berẽt,niſi & murus exterior portas correſpondentes haberet,per quas ad illas pateret ingreſſus.Hoc
valeat quantùm poteſt.Nonnè per ianuam vnã ingreſſi,poſſunt deincèps per diuerſas ianuas interi-
ora templi ſiue palatiũ ingredi?Non tutũ opinor in huius ædificij expoſitione multa aſſerere,quę ex
textu euidẽter nequeũt cõprobari.Propter quod circa hunc paſſum dicit Hieronymus: Simpliciter
fateor me templum B.Ezechielis non temeritate vellę diſſerere, ſed cum fide & timore Dei conie-
ctu-

turam animi mei legentibus cupio demonſtrare.[Et venit ad portã, quæ reſpicit viam orientalẽ.]
Iſtud de porta ſecundi muri,i.orientali exponitur,ad quã angelus venit de porta oriẽtali primi mu-
ri.[Et aſſcendit per gradus eius.] Quidã affirmant hos gradus extra & ante portã iſtam fuiſſe:alij di-
cunt ꝙ intra portam fuerunt,vel in ſpiſſitudine muri portæ.Rationes autem iſtorum contra ſe inui-
cèm facilimè ſoluerentur: ideò quid verius ſit, certum non arbitror. Communiter verò tenetur, ꝙ
licèt ꝓpheta numerum graduum horum non explicet,ſeptem tamen fuerunt: nam totidem gradus
habuiſſe ſcribuntur duę aliæ portæ atrij exterioris muri iſtius.[Et menſus eſt limẽ portæ] huius [ca-
lamo vno,] putà ſex cubitis. [latitudinem,] ità ꝙ latitudo extitit tanta, vndè expoſitoriè ſubditur:
[id eſt,vnum limen calamo vno in latitudine: Et thalamũ vno calamo in longum, & vno calamo in
latum.] hîc ponitur ſingulare pro plurali,ſiquidem iuxta portam erãt ſex thalami pro portarijs, tres
ab vna parte,tres quoq; ab alia, quorũ om̃ium fuit vna menſura: longitudo etiam eorum latitudini
fuit æqualis, ità ꝙ ſpatium inter parietes fuit quadratum. [Et inter thalamos quinq; cubitos,] ità ꝙ
inter thalamum & thalamum erant quinq; cubiti,ſecundùm Hieronymum. [Et limen portæ iuxta
veſtibulum portæ intrinſecùs,calamo vno.] Iſtud, ſecundùm Hieronymum, intelligitur de limine
portę alterius.Vndè Septuaginta tranſtulerunt,ſecundi veſtibuli.Itaq; menſus eſt limen portę iſti-
us,q̃ fuit iuxta veſtibulum portę huius intrinſecùs,calamo vno,quemadmodùm de priori limine di
ctum eſt.[Et menſus eſt veſtibulum portę,] de qua nunc ſermo. [octo cubitorũ,] ità ꝙ occupabat
ſpatium òcto cubitorum in atrio exteriori.Veſtibulũ quippe eſt, ꝓpriè loquendo, ante portam mu-
ri.Hinc ſecundùm Hieronymũ,interiora veſtibuli octo cubitos continebant.[Et frontẽ eius duo-
bus cubitis.] infrà quoq; fit ſermo de frontibus magnis.Nunc verò eſt mentio de frontibus paruis,
quę vocantur frontellæ ſiue turrellę,erantq; duę,vna ad vnam portę partem,alia ad aliam. Itaq; mẽ-
ſus eſt frontem eius,i.quãlibet duarũ frontium duobus cubitis,ſecundùm ſpiſſitudinem muri.[ve-
ſtibulum autem portæ erat intrinſecùs,] i. intra portam in atrio exteriori. [Porrò thalami portę ad
viam orientalem, tres hinc, & tres indè] i. ſex thalami præmemorati,exiſtentes iuxta portam hanc
orientalem,ſic fuerant ſituati,ꝙ tres fuerunt ab vna parte portę,& tres ab alia.[Menſura vna triũ] i.
tam trium thalamorũ in vno latere portę poſitorũ,q̃ aliorum triũ,fuit eadẽ quantitas in longũ & la-
tum,ſicut iam patuit.[& menſura vna frontiũ] exiſtentiũ [ex vtraq; parte portę.] Hoc quoq; paulo-
antè p̃dictum eſt.[Et menſus eſt latitudinẽ liminis decem cubitorũ.] ſuperiùs dixit,menſus eſt limẽ
portę calamo vno * latitudinẽ:& ibì dictũ eſt, ꝙ latitudo fuit 6.cubitorũ: quomodò ergò nunc di-
citur,decẽ cubitorũ?Et reſpondendũ,ꝙ ibì deſcripta eſt latitudo ſeu ſpiſſitudo,q̃ accipitur ꝓcedẽ-
do ab oriente in occidentẽ: hîc aũt menſuratur latitudo,q̃ eſt ab aquilone in auſtrũ.[& longitudinẽ
portę] i.altitudinẽ oſtij huius portæ,menſus eſt eſſe [tredecim cubitorũ,] ità ꝙ tanta eſt latitudo po
ſtium ianuæ.[Et marginẽ ante thalamos cubiti vnius.] Per marginẽ intelligiť ſedile ꝓ portarijs, fu-
itq; ſedile ſeu margo ex vtraq; oſtij parte,nõ directè ante oſtiũ,nè impediret ingreſſum,cuius men-
ſura fuit cubiti vnius.Hinc ſubditur:[& cubitus vnus,finis vtriuſq;.] nã & ſedilia erãt ęqualis mẽſu-
rę.[Thalami aũt ſex cubitorũ erant hinc & indè.] hoc iam habitũ eſt, ꝙ quilibet thalamus ab vtraq;
parte portæ,fuit ſex cubitorũ,tã in longũ q̃ in latũ.[Et mẽſus eſt portã à tecto thalami, vſq; ad tectũ
eius,latitudinẽ 25.cubitorũ,oſtiũ contra oſtiũ.] i.diſtantia latitudinalis à tecto thalami primi ex vna
parte portę locati,vſq; ad tectum thalami primi ex altera parte portę ſituati, 25. cubitos continebat.
itaq; à tecto cuiuſlibet thalami vſq; ad portã,erant cubiti ſeptem cũ medio, & portę apertura habe-
bat cubitos decẽ,qui ſimul ſunt 25.cubiti.Porrò quod addiť, oſtiũ contra oſtiũ, idcircò adiectũ eſt,
qm̃ ianuæ thalamorũ exaduerſò ſe inuicèm reſpiciebãt ſecundùm lineam rectã: vel,ſecundùm Ri-
chardũ,eſt defectiua locutio,oportetq; aliq̃d ſubaudiri, quaſi dicatur: Menſus eſt partẽ habẽtem in
ipſis thalamis oſtiũ contra oſtiũ,qm̃ oſtia triũ thalamorũ,ex vno latere erãt oppoſita oſtijs triũ tha-
lamorũ ex alio latere.[Et fecit] i.menſurauit [frontes] i.geminã porticûs faciẽ,ſecundùm Richardũ:
vna quippe reſpiciebat ad interiora, alia verò ad exteriora.[per ſexaginta cubitos,] Secũdùm quoſ-
dã,frontes per tantũ ſpatiũ fuerunt eleuatæ à terra, ſiue in altũ erectæ. Alij dicunt, ꝙ menſura ſpa-
tij huius inter parietes ſumiť,vt in eo quod diciť,frontes fecit per 60.cubitos,determineť totius por
ticûs longitudo.[Et ad frontẽ] ſ.interiorẽ ſeu à parte interiori medij muri, [atriũ portæ vndiq; per
circuitũ.] iſtud diciť fuiſſe atriũ exterius,quod fuit platea quadrata ante frontem p̃fatam. fuitq; ſe-
cundùm Richardũ,pauimentũ tria porticûs latera ambiẽs,ſicut via altrinſecùs iacẽs euidenter oſtẽ-
diť.[Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vſq; ad faciem veſtibuli portæ interioris,] extra quam
fuit porta claudens veſtibulum,quę fuit in loco vulgi,menſus eſt [50.cubitos] Vndè Hieronymus:
Egredientibus,inquit,de porta orientali ad faciem veſtibuli, quod reſpiciebat portam exteriorem,
50.cubitos obtinuiſſe locũ,& iuxta Richardũ, faciem portę interiorẽ,muri ſuperficiem vocat.De-
niq; menſus eſt [& feneſtras obliquas] i.interiùs latiores,& exteriùs anguſtiores ſeu ſtrictiores. [in
thalamis] id eſt,pręfatis cubiculis.[& in frontibus eorum,] de quibus prædictum eſt.[quæ erant in-
iii a tra

tra portam] i. porticum vndiq; per circuitum, quia in ſingulis thalamis erant, qui thalami intra porticum conſiſtebant. Porticus aũt etiam ante & vltra thalamos tendebantur, ſecundùm Hieronymũ. [Similiter erant & in veſtibulis feneſtræ,] ſecundùm Hieronymum obliquæ. [per gyrum intrinſecùs & ante frontes] porticuum. [pictura palmarum,] per quam varia ornamenta iſtorum ſecundùm Hieronymum exprimuntur. Cõſequenter aliqua deſcribuntur vltra & *infra* portam ſecundi muri exiſtentia. [Et eduxit me] de porticu muri ſecundi. [ad atrium exterius,] illud videlicet, quod fuit intra murum medium ac interiorem, quod exterius appellatur, reſpectu atrij cuiuſdã interioris pertinentis ad tertium murum: ſed reſpectu ſuperioris primiq; atrij, vocaretur interius. Propter quod Septuaginta tranſtulerunt: Introduxit me in atrium interius. [Et eccè gazophylacia] erant in atrio iſto, quorum numerus ſtatìm ſubdetur. Secundùm Hieronymum gazophylacia hîc dicuntur thalami ſeu exedræ, habitationibus ſacerdotum ac Leuitarum deputatę: propter quod in Hebræo (vt quidam, ſcilicet Lyra, ait) ſcriptum eſt, cameræ. [& pauimẽtum ſtratum] in atrio per circuitum. Spatium nanq; atrij huius fuit * pauatũ. [Triginta gazophylacia in circuitu pauimenti] videlicet quindecim, hinc, & quindecim indè. Porrò ſecũdùm Richardũ, quindecim erãt ab aq̃lone, & quindecim à meridie. Alij tñ aliter ſituant ea. [Et pauimentũ in fronte portarũ] conſiſtens. [ſecundùm longitudinẽ portarum] i. rectam earum diſtantiam ab orientali parte in occidentalem. [erat inferius:] quia iacebat in imo ſub ipſis portis ſiue porticibus, quæ magna proceritate ſeu extenſione protendebantur ſuper illud. Patet ergò, ꝙ non loquatur de pauimento ſuperioris manſionis vel loci ſiue ſolarij. [Et menſus eſt latitudinem] pauimenti [à facie portæ inferioris,] i. portæ atrij exterioris. [vſq; ad frontem atrij interioris extrinſecùs,] i. faciem exteriorem ſuperioris porticûs. [centum cubitos ad orientem & ad aquilonem,] ità quòd tam procedendo ab oriente in occidentem, quàm ab aquilone in auſtrum, erant centum cubiti. ¶ Hucuſquè deſcripta eſt porta orientalis ſecundi muri, nunc aliæ duæ portæ eiuſdem muri deſcribũtur: quę cùm orientali portæ ſint ſimiles, litera ſequens, eas deſcribens, ex prædictis faciliùs liquet. [Portam quoquè quę reſpiciebat viam aquilonis,] i. portam aquilonarem atrij exterioris, quod etiam alio reſpectu vocatur interius, ſicut iam patuit. [menſus eſt tam in longitudine, quàm in latitudine, & thalamos] i. cubicula [eius, tres hinc,] ſcilicet ab vna parte. [& tres indè, & frontem eius & veſtibulum eius ſecundùm menſuram portę prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem vigintiquinq; cubitorum.] Omnia iſta in orientalis portę deſcriptione dicta ſunt atq; expoſita, tamen ſub alijs verbis. Nẽpe quod dicitur hîc de quinquaginta cubitis, ibì ſic ſcribitur: Et ante faciẽ portæ vſq; ad faciem veſtibuli portę interioris, quinquaginta cubitos. Quòd verò hîc legitur de vigintiquinq; cubitis, ſic habetur ibidèm: Menſus eſt portam à tecto thalami vſq; ad tectum eius, latitudinem vigintiquinq; cubitorum. [Feneſtræ autem eius,] videlicet portæ iſtius aquilonaris, [& veſtibulum, & ſculpturæ,] i. palmarum cælaturæ, menſurabantur. [ſecundùm menſuram portæ quæ reſpiciebat ad orientem,] i. portæ orientalis. [& ſeptem graduum erat aſſcenſus eius,] i. portæ aquilonaris, iuxta modum de orientali porta præhabitum. [& veſtibulum ante eam,] ſicut & ante cæteras portas. [Et porta atrij interioris,] videlicet porta hæc aquilonaris, per quam ad interius atrium itur. [contra portam aquilonis & orientalem,] i. ex aduerſò reſpiciebat portam aquilonarem exteriorem. Habuit quoquè dextrum latus ſuum contra portam orientalem præſcriptam. Vel, vt alij dicunt, litera truncata eſt, indigens ſubintellectu: eritq; ſenſus, quòd etiam porta orientalis atrij interioris, ſit eregionẽ contra portam orientalem atrij exterioris. [Et menſus eſt à porta] aquilonari muri ſecundi. [vſque ad portam] auſtralem eiuſdem muri. [centum cubitos.] Iſta eſt latitudo pauimenti, cuius latitudo infrà patebit. Deincèps deſcribitur porta auſtralis. [Et eduxit me ad viam auſtralem, & eccè porta quæ reſpiciebat ad auſtrum,] id eſt, in hac via mihi ſtatìm occurrit porta auſtralis. [& menſus eſt frontem eius & veſtibulum eius iuxta menſuras ſuperiores,] id eſt, eiſdem menſuris, quibus frontes atque veſtibulum aliarum menſurauit portarum. [& feneſtras eius] haud dubium, quin obliquas. [& veſtibula] partialia ex lateribus portæ, quæ erant vnum totale veſtibulum. [in circuitu ſicut feneſtras cæteras.] Deniquè circa illud, iuxta mẽſuras eaſdem, ſcribit Richardus: Si eiuſdem menſurę ſunt omnes, quicquid in vna minùs dicitur, ex alterius deſcriptione ſuppleri videtur. [Et in gradibus ſeptem] id eſt, per ſeptem gradus [aſſcendebatur ad eam,] ſcilicet portam auſtralẽ. [& veſtibulum ante fores eius.] Iſtud omninò de præcedenti explanatum eſt porta. [Et cælatæ palmę erant vna hinc, & altera indè in fronte eius.] i. in frontibus portæ quæ habuit duas frontes, ad quodlibet latus vnam, & in qualibet fuit vna palma cælata, ornata, ac picta. De palmarum cælatura ſeu palmis cælatis dictũ eſt ſuprà: quòd autem vna fuerit hinc, & altera indè, ibì dictum non eſt. [Et porta] planè auſtralis [atrij interioris in via auſtrali] fuit, eratq; portæ auſtrali atrij exterioris oppoſita. [& menſus eſt à porta vſq; ad portam] i. ab vna porta huius atrij vſq; ad aliam, ſcilicet ab auſtrali ad aquilonarem, ſeu econuerſò. [centum cubitos.] hæc fuit longitudo pauimenti inter has portas. Deindè deſcribuntur portæ tertij muri interio-

*pauitum.

riſq; atrij, q̃ portę omninò cõſimiles erãt exterioribus portis, perpaucis (q̃ paulopòſt tangenda ſunt) demptis. [Et introduxit me in atriũ interius] quod fuit inter tertiũ murum ac tẽplum, [ad portã auſtralẽ] interiorẽ tertij muri. [Et mẽſus eſt portã] hãc [iuxta mẽſuras ſuperiores] aliarũ portarũ [thalamũ eius & frontẽ eius,] i. frõtes ac thalamos. Ponit̃ em̃ ſingularis numerus ꝓ plurali. [& veſtibulũ eius eiſdẽ mẽſuris. Et feneſtras eius & veſtibulũ eius in circuitu quinquaginta cubitos lõgitudinis, & latitudinis vigintiquinq; cubitos.] Oĩa iſta de p̃memoratis portis inducta ſunt. [Et veſtibulũ per gyrũ] mẽſus eſt, vtpotè [lõgitudinẽ eius vigintiquinq; cubitorũ, & latitudinẽ quinq; cubitorum.] Iſtud veſtibulũ, ſecundùm Richardũ, inter thalamos fuit, ſiq̃dẽ inter thalamos ſpatiũ ponit̃ quinq; cubitorũ. De iſto quoq; thalamo antè nil dictũ eſt. Et tñ ſecundùm Richardũ, ſicut apud hãc portã, ità & apud alias fuit, cùm iuxta ſcripturã ſit oĩm vna mẽſura. Cõſequenter tãgunt̃, in q̃bus interiores portæ ab exterioribus differũt. [Et veſtibulũ eius ad atriũ exterius.] ſuperiores etem̃ portę reſpiciebãt intrinſecùs, & habebãt porticus ſuas extrinſecùs. Portæ verò tres interiores reſpiciebãt extrinſecùs, & ibidèm porticus ſuas habebãt. [Et palmas eius in frõte.] i. in frõtibus ſuis habuit porta hæc palmas, ſicut & cęteræ. [Et octo gradus erãt q̃bus aſſcendebat̃ per eã.] hoc eſt ſecundũ, in quo tã porta iſta interior, q̃ aliæ duæ ſequẽtes ac interiores ab exterioribus oĩbus differunt, ꝙ harũ ſunt octo gradus in aſſcendẽdo, illarũ ſunt ſeptẽ. Nẽpe cùm ædificia iſta in mõtis fuerint pẽdulo cõſtituta, per grad⁹ ab inferiori exterioriq; loco ad ſuperiora fiebat aſſcẽſus. Inſupèr porta oriẽtalis tertij muri deſcribit̃: [Et introduxit me in atriũ interius p viã orientalẽ,] q̃ duxit ad portã hãc orientalẽ. [& mẽſus eſt portam hãc ſecundùm mẽſuras ſuperiores,] ità ꝙ portis ſuperioribus porta iſta fuit in quãtitate cõſimilis. [thalamum eius & frontẽ eius] i. cubicula & frõtes. [& veſtibula ſicut ſuprà,] i. ſecundùm quod hæc in p̃dictis ſuperiùs mẽſuratis portis erat æqualis. [Et feneſtras eius & veſtibula eius in circuitu lõgitudinẽ quinquaginta cubitorũ, & latitudinẽ vigintiquinq; cubitorũ.] Oĩa iſta de p̃cedenti porta inducta ſunt. [& veſtibulũ eius] ſ. portæ iſtius orientalis mẽſus eſt. [& atrij exterioris] i. veſtibulum iſtud quãuìs eſſet portæ ac atrij interioris, dicit̃ tñ eſſe atrij exterioris, qm̃ extra portam ſuam iacebat, vt dicit Richardus. [Et palmæ cælatæ in frõte ei⁹ hinc & indè,] i. in qualibet frõte huius portæ fuit vna palma cælata. [& in octo gradibus aſſcẽſus eius,] i. p octo gradus aſſcendebat̃ ad eã, ſicut de p̃cedẽti porta innotuit. Dehinc deſcribit̃ porta aquilonaris tertij muri. [Et introduxit me ad portã, q̃ reſpiciebat ad aq̃lonẽ,] i. ad portã aquilonarẽ interiorẽ, cuius mẽſuratio omninò talis deſcribit̃, qualis & portæ p̃cedentis, nec vlla eſt difficultas in textu vſq; ad id, [Et p ſingula gazophylacia oſtiũ in frõtibus portarum.] In atrio em̃ interiori ſunt plura gazophylacia, quorum oſtia reſpiciunt nõ ſolùm frõtes portæ aquilonaris, ſed etiã aliarum, quarũ frõtes ſunt partìm in atrio interiori. Vndè ſecundùm Richardũ, qm̃ oſtia in frõtibus gazophylaciorũ erãt, & ad pauimẽta ante interiores porticus iacentia, oĩa reſpiciebãt, rectè nunc dicit̃, q̃a oſtia gazophylaciorũ in frõtibus porticuũ erãt. [Et ibì lauabãt holocauſtum.] i. carnes in holocauſtorũ altari cremãdas, quod fuit in atrio interiori. [Et in veſtibulo portæ] videlicet aq̃lonaris [duæ mẽſæ hinc,] i. in vno latere. [& duæ mẽſę] i. in alia parte. [vt immolet̃ ſup eas holocauſtũ,] i. ſacrificium totaliter concremandũ. [& ꝓ peccato,] i. ꝓ culpa cõmiſſionis. [& ꝓ delicto,] i. ꝓ culpa omiſſionis. [Et ad latus exterius huius aq̃lonaris portæ, quod aſſcẽdit ad oſtium portę q̃ pgit ad aq̃lonẽ,] q̃a per ipſum aſſcẽdebat̃ ad oſtium portæ aq̃lonaris per octo gradus, vt dictũ eſt. [duæ mẽſæ, & ad latus alterũ] eiuſdẽ portæ [ante veſtibulũ portæ,] i. extra illud, [duæ mẽſæ, quatuor mẽſæ hinc] quatuor em̃ erãt ad latus vnũ, videlicet duæ intra veſtibulũ, & duæ extra illud. [& quatuor mẽſæ indè.] nã ſimili modo ad aliud latus fuerunt duæ mẽſæ interiùs, & duæ exteriùs, ex q̃bus cõcludit̃: [p latera portę, octo mẽſæ erãt.] videlicet quatuor in quolibet latere, ſup quas immolabãt ſacrificia offerentes. [Quatuor aũt mẽſæ] de p̃dictis [ad holocauſtũ] deſeruientes, [de lapidibus quadris extructæ, longitudine cubiti vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius, ſuper quas ponãt vaſa, in q̃bus immolat̃ holocauſtum & victima:] i. aliæ hoſtiæ q̃ nõ incendebant̃ totaliter, quẽadmodùm holocauſtum. [& labia earum] i. mẽſarum erãt [palmæ vnius] in latum, ſumẽdo palmum nõ ſecundùm lõgitudinẽ manûs, ſed latitudinẽ, vt ſit dimẽſio quatuor digitorum ex trãſuerſò. [reflexa intrinſecùs p circuitum,] vt holocauſta cõtinerẽt intrinſecùs, & nõ paſsìm fluere ſinerẽt, ſecundùm Hieronymum, q̃ labia iſta appellat coronas mẽſarum ipſas margines ambiẽtes. [ſup mẽſas autẽ carnes oblationis.] i. oblatæ ponebant̃. [Et extra portã interiorẽ] interioris videlicet atrij. [gazophylacia] i. exedræ ſeu thalami [cantorum templi in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad aquilonem.] i. aquilonaris portę. Circa hunc locum expoſitores diſcordare vident̃. Richardus nanq; & alij multi affirmant, ꝙ in atrio ſimpliciter interiori non erat niſi altare holocauſtorum: vndè gazophylacia iſta conſtituunt extra portam in atrio, quod erat ante templum, iacuitq; in medio. Propter quod diuerſis reſpectibus dici poteſt interius, itemq; exterius. Alij tenent, ꝙ gazophylacia hæc fuerunt in atrio ſimpliciter interiori, & iſti per extra, intelligunt circa. Vndè Hieronymus ſcribit: Ingreditur Ezechiel templum,

hoc eſt,ſancta ſanctorũ,de q̄bus nũc dicit, & intra portã interiorẽ &c. Veruntñ neſcio ãn liber,quẽ
habeo,hoc loco correctus ſit:nã in textu ponit Hieronymus,Extra portã.[& facies] i.oſtia[eorũ cõ-
tra viã auſtralẽ:] i.cõtra auſtrũ reſpiciebãt.[vna] facies gazophylacij ſeu vnũ gazophylaciũ erat [ex
latere portæ orientalis, q̄ reſpiciebat ad viã aquilonis.] Iã dixit, ꝙ duo gazophylacia atrij interioris
erãt pro cãtoribus:cõſequenter oſtẽdit, ꝙ alia eius duo gazophylacia pro ſacerdotib⁹ fuerant. [hoc
gazophylaciũ quod reſpicit viã meridianã] ex trãſuerſo ſecũdùm quoſdã. [ſacerdotũ q̄ excubabant
in cuſtodijs tẽpli] obſeruãtes,vt oĩa ibì debitè peragant.[Porrò gazophylaciũ quod reſpicit viã aq-
lonis,ſacerdotũ erit,q̄ excubãt ad miniſteriũ altaris,] vigilanter intuentes,vt hoc decenter impleat.
Horũ duorũ gazophylaciorũ primũ fuit ſecundùm Richardũ ꝓpinquius tẽplo:ideò eſſe debuit ſa-
cerdotũ,q̄ excubabãt in cuſtodijs tẽpli. nã hi digniores fuerũt ſeruientib⁹ in altari. vtriſq; aũt ſacer-
dotibus quod ſubdit,cõuenit ſecundùm Hieronymũ & Richardũ.[Iſti ſunt filij Sadoch, q̄ accedũt
de filijs Leui ad Dñm,vt miniſtrent ei.] Sunt eñ de tribu Leui per Aaron & Eleazarum filium eius.
Præterea determinat menſura atrij interioris.[Et menſus eſt atriũ,] putà interiùs. [lõgitudinẽ] eius,
[centum cubitorũ,& latitudinẽ centũ cubitorũ per quadrũ.] ità ꝙ lõgitudo & latitudo erãt eiuſdẽ
mẽſuræ.[& altare ante faciẽ tẽpli.] altare quippe in hoc atrio fuit,quod iacuit ante templũ.[Et intro-
duxit me in veſtibulũ tẽpli.Et mẽſus eſt veſtibulũ] iſtud quinq; cubitis hinc,& quinq; cubitis indè,
ità ꝙ quælibet pars veſtibuli huius habuit quinq; cubitos, vna ex vna parte, & altera ex altera: ſic ꝙ
totum habuit cubitos decem. [Et latitudinem portæ interioris,] per quam fuit ingreſſus ad veſtibu
lum templi,[trium cubitorum hinc,& trium cubitorũ indè.] Porta hìc ſumit pro poſtibus eius,qua-
rum q̄libet habuit tres in latitudine cubitos.[longitudinem autẽ veſtibuli] menſus eſt eſſe [viginti
cubitorum,& latitudinem vndecim cubitorum. [Et octo gradibus aſſcendebat ad eã,] ſ. portã præ-
fatã. Vt tãgit Hieronymus,in Hebræo nõ ponit octo,ſed ipſe ponẽdo octo, ſecutus eſt Symmachũ,
quia in p̄dictis interioribus portis determinati ſunt octo gradus in aſſcendẽdo, vndè alij poſuerunt
plures gradus.[Et columnæ erant in frontibus] portæ, ſecundùm Hieronymum,[vna hinc,& alte-
ra indè.] de quibus dicit Richardus: Has columnas credimus ſitas hincindè eregionè cõtra prædi-
ctos tres cubitos portę, vbì menſus eſt latitudinem portę tres cubitos hinc, & tres indè.

¶*Elucidatio literalis eiuſdem cap. quadrageſimi.* *Articulus* 47.

SEnſus literalis ſacræ ſcripturæ non ſemper eſt ille, qui prima facie per terminos ſignificatur,ſed
q principaliter intendit. Quãuìs igit expoſitio p̄ſentis capituli p̄habita,aliquo modo literalis vo-
cet,inquãtùm oſtendit,ꝙ ipſa templi deſcriptio,quãtùm ad primã terminorũ ſignificationẽ,impoſ-
ſibilitatẽ nequaq̄ cõtineat,nõ tñ eſt ꝓpriè literalis,ſed quod p res prima terminorũ illorũ ſignifica-
tiõe deſignatas ſignificat. Deniq; in principio p̄inducti articuli breuiter tactũ eſt,qualiter tã catho-
lici,q̄ Hebræi expoſitores capitulũ iſtud varijs modis exponũt.Quãuìs verò cõmuniter catholici re-
probẽt opinionẽ antiquorũ Hebræorũ,p tẽpli ac ciuitatis Ezechieli imaginariè oſtenſorũ ædifica-
tionẽ,intelligentiũ reparationẽ templi ac vrbis Hieruſalẽ, poſt reditum de Babylonica captiuitate:
(Siq̄dem tẽplum illud,& illa Hieruſalẽ valdè exigua fuerunt,cõparatione tẽpli & vrbis, de q̄bus va-
ticinatur Ezechiel,ſicut patebit lucidiùs,& nũc eatenùs tãgi poteſt,ꝙ circuitus tẽpli Ezechielis qua-
tuor milliaria cõtinebat) nihilo minùs q̄dã noſtrorũ affirmãt, ꝙ per viſionẽ tẽpli & ciuitatis imagi-
nariã,intelligi poteſt ædificatio materialis tẽpli, vrbiſq; poſt reditũ à Chaldęa, quãuìs nõ eo modo
quo poſuerũt Hebręi.Promiſſiones nãq; & cõminationes veteris teſtamẽti, q̄uìs abſolutè ꝓpone-
bant,frequẽter tñ cõditionaliter intelligebant, videlicet niſi Iudęi illud mererent:illa quoq; cõdi-
tio aliquãdò exprimebat.De quo quaſi innumerabiles poſſent authoritates adduci.Dicunt ergò, ꝙ
ſi Iudęi poſt reditũ à Babylone,debitè corã Deo ſe habuiſſent, obtinuiſſent ac cõſtruxiſſent tẽplum
ac ciuitatem, iuxta oẽm formã Ezechieli monſtratã. De hac opinione ptranſeo,tum quia Lyra eam
Iſaiæ 60. ſatìs ꝓſequitur,tũ quia omninò incerta eſt. Veruntñ S.Hieronymus ſup illud Iſaiæ:Surge,illuminare
Hieruſalẽ,aliquid ſimile ponit:ꝙ ſcilicet ꝓmiſſiones illic factę Iudęis,fuiſſent corporaliter impletę,
ſi credidiſſent in Chriſtũ. Sed hoc S.Hieronymus recitando vel opinando,nõ aſſerendo, cõſcribit.
Cęteri ergò ſancti patres ac orthodoxi doctores concorditer adſtruunt,ꝙ per ædificium templi ꝓ-
phetæ oſtenſum,ſignificata eſt ſpiritalis ædificatio Eccleſiæ Chriſti in ſacramentis, fide ac moribus.
Per ciuitatem verò ac terræ diuiſionem,de quibus infrà dicetur, ſtatus ac regimen eius in tempora-
libus ac terrenis. Quòd ergò templum illud Ezechieli oſtenſum,tantæ magnitudinis extitit,(ſiqui-
dem murus exterior in vnoquoq; quatuor laterum ſuorum quingentos habuit calamos, * quæ fa-
ciunt milliare)id deſignauit,ꝙ ſtatus Eccleſię ſub Chriſto ac tempore euangelicę legis,fuit quaſi in-
cõparabiliter in ſpiritualibus bonis ac donis ſpiritûſſancti,in multiplicatione quoq; fideliũ maior,
ditior atq; ſublimior,q̄ vnq̄ antè.Per ea inſupèr, q̄ in noua ſunt lege, multo euidentiùs, q̄ per ea quæ
in veteri fuerant lege,figurata ſunt futura bona patriæ donaq́; gloriæ.Propter quod ad Hebręos di-
Hebr. 10. cit Apoſtolus: Vmbram habens lex futurorum bonorũ, nõ ipſam imaginem rerũ. Vndè diuinus ac
ma-

magnus Dionyſius ſtatum euangelicæ legis ponit inter ſtatũ veteris teſtamenti ſtatumq́; patrię me-
dium.Præterea ædificium templi ſitum fuit in ſpatio plenè quadrato,ad inſinuãdum, ꝙ Chriſti Ec-
cleſia ſpiritaliter conſtruitur ex viuis lapidibus ſpiritaliter circunciſis atq; quadratis.Primò in fonte
baptiſmi,deindè in pœnitentiæ ſacramento,& ipſa Eccleſia per obſeruantiam æquitatis, ad æquali-
tatem ex omni latere tendit.At verò templum hoc in monte fundatum eſt, hoc eſt, in Chriſto, de
quo Dan.2.habet,quòd creuit in montem magnum,& impleuit vniuerſam ſuperficiem terræ. Ipſe
quippe eſt,de quo ſcribit Apoſtolus:Fundamentum aliud nemo ponere poteſt,præter id quod po- 1. Cor. 3.
ſitum eſt,quod eſt Chriſtus Ieſus.Ipſe quoq; eſt petra,de qua ipſemet proteſtat Matt.16.Super hanc
petram ædificabo Eccleſiam meam.Deniq, in hunc montem fuit propheta adductus atq; demiſſus,
qm̃ reuelante ſpiritusſancto, contemplabatur filium Dei incarnandum,omniumq́; fidelium funda-
mentum futurum,& in hac contemplatione ad tempus quieuit.Sed & mons iſte nõ ſolùm latus,ſed
& altus nimìs deſcribitur.Nam q̄uìs per humanitatem aſſumptam,vt verbo vnitam,totq́; chariſma-
tibus decoratam,cunctis q̄tumcunq; ſublimibus perſonis creatis emineat, tamen ſecundùm quod
verus eſt Deus,in infinitum excellit.Deniq; ſecundùm vtranq; naturam competit Chriſto eſſe fun-
damentum Eccleſiæ:nam ſecũdùm diuinitatis maieſtatem, ipſe cum patre & ſpiritusſancto eſt vnum
vniuerſorum fidelium fundamentum primum,principale,ſummum,in nullo fundatum.Secundùm
naturam verò aſſumptam,eſt fundamentum quodammodò inſtrumentale,mediatiuum, alicui in-
nitens atq; fundatum.Etenim quantùm ad hoc,caput Chriſti Deus.Super hunc montem, eſt ædifi- Pſal. 86.
cium quaſi ciuitatis,i.Eccleſiæ,de qua fertur:Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.Et, Fluminis im- Pſal. 45.
petus lætificat ciuitatem Dei.De qua in libris de Ciuitate Dei pulcherrimè loquitur Auguſtinus. In
ea enim eſt fidelium gratioſa vnio animorum.Pręterea ciuitas iſta vergebat ad auſtrum,vbì plenum
eſt lumen gratiarũ,ſol quoq; iuſtitiæ in ſummo cæli vertice poſitus,vndè in Canticis ait:Surge aqui- Cant. 4.
lo,& veni auſter, perfla hortum meum,& fluent aromata illius. Fugatur nempe, ſecundùm Hiero-
nymum,de horto Dñi aquilo ventus duriſſimus,nè infrigidet dilectionis calor, & flores marceſcãt.
Hinc,iuxta Gregorium,Auſter ventus in ſpiritûs ſancti typo poni ſolet,qm̃ in calore mentẽ relaxat
& dilatat,vt in diuino amore viam mãdatorum pcurrat.Per aquilonẽ verò deſignari ſolet diabolus
in torporis frigore cor conſtringens.Ciuitas ergò hæc ad auſtrum vergit,qm̃ electorum Eccleſia co-
gitationes ſuas in afflatu ſpiritûs ſancti aperit, atq; ab omni ſuperbiæ ſuæ vertice atq; timore diſce-
dens,in Deo cui credit,amoris calorem concipit,vt ei nil libeat,niſi diuinę gr̃æ ſubijci,diuino amo-
re ſuccendi,afflatus ſpiritûs ſancti dono ſemp repleri. [Et introduxit me illuc.] Cæleſtis iſtius ciui-
tatis ædificium intrat,cuius fides per dilectionem operat,cuius anima bonorum ſemitas, ſpeculãdo
fortiter imitat.[Et eccè vir,cuius adſpectus erat quaſi adſpectus ęris,] ſecundùm beatiſſimos patres, Ioan. 10.
Hieronymum & Gregorium,qui per montem,etiam per virum ſignat,videlicet Chriſtus,qui vocat Ioan. 14.
ſe paſtorem & oſtium:ipſe nanq; eſt via,veritas & vita, pducitq́; nos ad ſeipſum. De quo loquit Za- Zach. 6.
charias:Eccè vir oriens nomen eius.Et Ieremias:Mulier circũdabit virum,cuius adſpectus eſt,quaſi Iere. 31.
adſpectus æris:quod valdè ſonorũ,forte atq; durabile eſt.Chriſtus aũt non ſolùm eloquentiſſimus Pſal. 101.
fuit,ſed ipſe demùm eſt verbum ac ſermo omnipotentis patris,ipſe quoq; eſt virtus Dei,& domina- & 144.
tio eius in omni generatione & generatione,qui idem ipſe eſt,& anni eius non deficient. Quibuſdã
autem appáret aptius eſſe,vt alius per montem,aliuſq; per virum ſignet.Poteſt ergò per virum qui-
cunq; Chriſti vicarius accipi,putà p̄latus ac paſtor,aut etiam angelus ſanctus,quorum miniſterio ad
Chriſti contemplationẽ,amorẽ & cultum cæteri perducunt.[Et funiculus lineus in manu eius.] per
hunc funiculum lineum iudiciaria Chriſti poteſtas atq; ſciẽtia,qua ſingulorum actus cognoſcit me-
ritaq́; metit,deſignant:qui funiculus ob ſcientiæ ac cenſurę Chriſti ſubtilitatem ac ſynceritatem,re-
ctè lineus appellat. [Et calamus menſuræ in manu eius,] Calamus iſte eſt prouidentia ſempiterna,
qua omnia in numero,pondere & menſura cõſtituit. [ſtabat autem in porta.] Porta Eccleſię dicit fi-
des,per quam primò fidelium ſocietati vnimur. In hac porta ſtat Chriſtus,quia per fidem ipſum ac-
cedimus,& ipſum in ea inuenimus,iuxta illud libri Sapientiæ:Appáret eis qui fidẽ habent in ipſum. Sap. 1.
Vel Chriſtus ſtetit in porta, ad inſinuandum quòd ipſe eſt porta Eccleſiæ, ſecundùm quod ait: Ego Ioan. 10.
ſum oſtium ouium.Et iterùm:Nemo,inquit,venit ad patrem,niſi per me.[Et eccè murus forinſecùs & 14.
in circuitu domûs vndiq;.] Templum iſtud,vt patuit, triplici muro circundatum fuit. Per murum
ergò hunc exteriorem vniuerſa claudentem, diuina protectio intelligit, atq; cuſtodia cuncta com-
plectens,circundans ac muniens,iuxta illud in Pſal.126.Niſi Dominus cuſtodièrit ciuitatem, fruſtrà Pſal. 114.
vigilat qui cuſtodit eam.Et iterùm:Cuſtodiens paruulos Dominus. Iſaias quoq; ait: Vrbs fortitudi- Iſaiæ 25.
nis noſtræ Zion, ſaluator ponetur in ea murus & antemurale. [Et in manu viri calamus menſuræ
ſex cubitorum & palmi.] His verbis,ſecundùm Hieronymum,ſignificatur,notam eſſe Domino cõ-
uerſationem noſtram,quæ in ſex diebus,quibus mundus factus eſt,continetur: notam etiam ei eſſe
rationem operum noſtrorũ:vt cubiti ad opera,palmus ad mentẽ pertineãt.[Et menſus eſt latitudi-

nem ædificij calamo vno,altitudinem quoq; calamo vno.] Secundùm Gregorium,latitudo ædificij
2.Cor.6. ad charitatem,q̃ omnia intra ſe recipit,ꝑtinet.Vndè Apoſtolus ait:Cor noſtrum dilatatum eſt.Alti-
tudo aũt ad contemplationem.Latitudo ergò & altitudo templi æquales ſcribuntur, qm̃ vnaquæq;
anima,quantùm fuerit lata in charitate,tantum eleuat̃ in contemplatione.[Et venit ad portam,quæ
reſpiciebat viam orientalem:] i.ad portam oriẽtalem,ꝑ quam Gregorius intelligit ipſummet Chri-
Ioan.8. ſtum,qui eſt ianua vitæ,& de ſeipſo fatet̃:Ego ſum lux mundi.Verùm vt iuxta diſtinctionẽ literæ,ſit
& diſtinctio expoſitionis,& nè idem ſæpè reiteretur: per portam occidentalem poteſt intelligi fi-
des formata ſeu illuſtrata,vel portio fidelium contemplatiua. [& aſcẽdit per gradus eius.] quia per
diuerſos profectus virtutum moralium aptatur anima contemplatiua, vt ad eam perueniat exube-
rantiùs Chriſtus Dei ſapientia incarnata. [Et menſus eſt limen portæ calamo vno.] Per limen por-
tæ iſtius,intelligit̃ vita actiua ſeu operatio virtuoſa,à qua tanq̃ à limine ſurgit ac incipit vita contem-
platiua,fidei quoq; illuſtratio copioſa atq; theorica:cuius vitæ actiuæ menſura ponitur ſex cubitorũ
ac palmi, prout iam ex verbis ſancti Hieronymi claruit. [Et thalamum vno calamo in longum, &
vno calamo in latum.] Per calamum hîc ſingulariter poſitum,intelliguntur ſex calami,ſicut in præ-
cedenti articulo dictum eſt.Thalamorum ergò,ſecundùm Hieronymum,longitudo & latitudo pa-
ri menſurantur menſura,quoniam in electis opera ratioq; conſentiunt.Porrò,ſecundùm Gregori-
um,in thalamo ſponſus & ſponſa fœderantur,& ſibi inuicèm in amore iungunt̃. Qui ergò ſunt tha-
lami in ſancta Eccleſia,niſi eorum qui per ſpiritualem amorem ſponſo inuiſibili copulantur: quo-
rum longitudo ad longanimitatem expectationis, latitudo ad amplitudinem pertinet dilectionis?
[Et inter thalamos quinq; cubitos.] Sicut per thalamos deſignati ſunt contemplatiui, in quorum
mentibus per ſpeculationes theoricas ſponſus cæleſtis quieſcit: ità per quinq; intermedios cubitos,
exprimuntur actiui adhuc plurimùm imperfecti,quinq; corporis ſenſibus preſſi,qui ſubtilia atq; ſe-
creta penetrare non valentes,tanto minùs in creatoris ſui contemplatiuo amore amoroſaq; cõtem-
platione quieſcunt,quanto plùs ſenſibilibus illigantur.Iſti ergò thalamus non ſunt, ſed inter thala-
mos collocantur,quia per ſpiritales ac contemplatiuos viros ad mentis ꝓfectum ducuntur, inſtru-
untur,ædificijq; cæleſtis fabricæ connectunt̃,nè à myſtico Chriſti corpore ſeparentur. [Et menſus
eſt veſtibulum portę octo cubitorum.] Iſtud de veſtibulo portæ ſecundæ ac muri medij dicit̃, ſub-
ditur enim:[veſtibulum aũt portæ erat intrinſecùs.] huius ergò veſtibuli octo ſunt cubiti, quia ꝓ-
ficientibus atq; interna guſtare incipientibus octo beatitudines competunt. [& frontem eius duo-
bus cubitis,] quæ vel ad duo p̃cepta charitatis,vel ad duo teſtamenta,vel ad literam ac ſpiritum re-
ferunt̃:quibus omnibus tanq̃ frontibus beatitudines,vel illi quibus beatitudines competunt,deco-
rant̃.[Porrò thalami portæ orientalis tres hinc,& tres indè: Menſura vna trium.] Iam dictum eſt, ꝑ
thalamos,contemplatiuos intelligi:Per portam aũt orientalem, fidem illuminatã ſeu radioſam, ſeu
vitam theoricam.Thalami ergò ſex fuiſſe narrant̃,ad innuendum,ꝙ vniuerſi contemplatiui ſex ęta-
tum mũdi,ad fidem catholicam & Eccleſiaſticam ꝑtinent vnitatem:fueruntq; tres hinc, & tres indè,
ad diſtinctionem eorũ qui Chriſti aduentum p̃ceſſerunt atq; ſecuti ſunt.Horũ eſt vna menſura,idẽ
iudicium,ęqualéve meritũ,ſaltem in genere.Rurſus thalami hinc & indè tres fuerunt, qm̃ contem-
plationis gratiã alij in caſtitate coniugali,alij in caſtitate viduali,alij in caſtitate virginali ſortiti ſunt.
[Et menſura vna frontium ex vtraq; parte.] frontes thalamorũ,ſunt virtuoſa exempla contemplati-
uorum,quibus & ipſi ornant̃ ac dinoſcunt̃, & proximi ædificant̃ ac inſtruunt̃. Harum frontium ex
vtraq; parte thalamorũ eſt vna menſura,quemadmodùm & thalamorũ.[Et menſus eſt latitudinem,
liminis portæ decem cubitorũ,] Iam nomine portæ,fidem intelligi dixi. Limen aũt huius portę eſt
timor, qui initium ſapientiæ appellat̃, quia per eum fides ſuccreſcit in altũ ac irradiat̃:qui timor eſt
decem cubitorum,qm̃ per decem cuſtodiã perficitur p̃ceptorum,extenditurq; in obſeruatione eo-
rum.[& longitudinem] i. altitudinẽ [portæ tredecim cubitorũ,] qm̃ decem p̃ceptorum impletio,ꝑ
tres virtutes theologicas ad obtinenda bona ęterna erigitur, finaliterq; refert̃. [Et marginem ante
thalamos cubiti vnius.] Per marginem humilitas ritè accipitur,quæ eſt velut quædam planities an-
te apicem contemplationis,& iter ad eam:in qua planitie ſponſus cæleſtis cum ſponſa deambulat,
atq; per eam ad ipſam ſubintrat:& quia humilitas intra proprios limites manet,modicisq; contenta
*vtrinq; eſt,vnius cubiti eſſe deſcribitur.[Et cubitus vnus,finis * vtrûnq;.]Vtrûnq;, ſecundùm Gregorium
dicitur,quaſi vtrorunq;, videlicet timoris ſeu fidei & humilitatis:quæ tria ſunt baſes virtutũ, & pro-
portionabiliter commenſurantur ac creſcunt. [Thalami autem ſex cubitorum erant hinc & indè.]
Per ſenarium cubitorum, qui eſt numerus perfectus, inſinuatur conſummatio contemplatiuo-
rum tempore legis ac gratiæ.[Et menſus eſt portam à tecto thalami vſque ad tectum eius, latitudi-
nem vigintiquinq; cubitorum.] Quemadmodùm portam fidem, ità tectũ thalami contemplatio-
nis operationem opinor:duoque tecta thalamorum,myſterium ſuperbeatiſſimę Trinitatis & ſacra-
mentum incarnationis verbi queunt intelligi: quæ ſunt duo principalia, fidem hincindè reſpici-
entia.

entia.Horũ latitudinalis inter ſe ꝑ fidem diſtantia,vigintiquinq; cubitorũ aſſerit̃, qm̃ vnum alio in-
compræhenſibilius valdè eſt.[Et fecit frontes per ſexaginta cubitos.]Frontes portæ,ſunt reſpectus
ſeu facies fidei concernentis opera ſex dierum:& qm̃ per decem præceptorum obſeruantiam fides
ornat̃,quo ad quamlibet faciem eius,meritò frontes eius per ſexaginta cubitos menſurantur: ſexiès
enim decem,ſexaginta efficiunt.[Et ad frontem atrium portę vndiq; per circuitum.]Ante has fidei
frontes ſeu facies,eſt atrium fidei,i.amplitudo eorum q̃ cadunt ſub fide,quæ tanq̃ obiecta ipſius,ad
eam vel ante eam in gyro eſſe feruntur.[Et ante faciem portę,quę pertingebat vſq; ad faciem veſti-
buli portæ interioris,quinquaginta cubitos.]His verbis interior ante portam hanc locus deſcribi-
tur,dum vſq; ad faciẽ veſtibuli portæ interioris pertingere perhibetur. In hoc igitur fidei loco ſunt
æterna atq; diuina ſub fide cadentia,in quorum viſione quies æterna & tota noſtra beatitudo con-
ſiſtit.Cumq; quinquagenarius numerus ad iubileum pertineat,requiemq; æternam deſignet, rectè
in hoc loco quinquaginta cubitorum exprimit̃ numerus. [Et feneſtras obliquas in thalamis] Fene-
ſtræ obliquæ in thalamis,ſunt capacitates & habitus contemplatiuorum, per quæ diuinæ illuſtrati-
onis claritatem ſuſcipiunt:quæ capacitates ac habitus ſeu virtutes feneſtris obliquis,i.extrà anguſtis
& intrà latis comparant̃,quia per eas increatæ lucis ſplendorem quaſi tenuiter participamus:per quẽ
tñ intùs non parùm,ſed latè ſecundùm noſtræ paruitatis menſuram ꝑfundimur. Iſtæ feneſtræ fue-
runt in [frontibus] atq; [veſtibulis,] quia nõ ſolùm eorum q in altis Eccleſiæ locis ac gradibus ſunt,
corda ſpirituſſanctus illuſtrat,ſed & eorum q inferioris ſunt ordinis,atq; deſpecti videbantur hoĩ-
bus,vndè per veſtibula denotant̃.[Et ante frontes pictura palmarũ] i.deſcriptio cæleſtiũ triumpho-
rum.Nempe per palmas,q̃ dantur victoribus,iuxta illud Apoc.Palmæ in manibus eorũ, præmia vi- Apoc.7.
ctoriæ deſignantur,quę in templo Dei fidelium oculis quotidiè proponuntur,& quaſi picta mon-
ſtrant̃,immò ſtudioſorum mẽtibus inſtàr picturæ tenaciter imprimunt̃.[& eduxit me ad atrium ex-
terius.] ſicut in p̃cedenti articulo pateſeci,atrium iſtud eſt medium inter extremum & intimũ:Idcir-
cò & interius & exterius appellatur,ꝑ quod ſtatus proficientium intelligi poteſt: ſicut ꝑ atrium ex-
terius,ſtatus incipientium,atq; per atriũ interius,ſtatus ꝑfectorũ.Nihilominùs per tria hæc atria cõ-
gruè deſignant̃ tres virtutes theologicæ,vel vita coniugatorũ & monaſticorũ,itemq; eorum qui in-
ter hos mediam viam incedunt.[Et eccè gazophylacia.] Per gazophylacia (q̃ ſunt loca in quibꝰ cõ-
ſeruantur diuitiæ) intelliguntur ſecundùm Gregorium,corda eorum,qui donis ſpiritûs ſancti ſapi-
entia atq; ſcientia pleni ſunt,iuxta illud in Iſaia:Diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia. [Et pauimẽtum Iſaiæ 33.
ſtratum lapide in atrio per circuitum.] Pauimẽtum iſtud eſt baſis ſpiritalis ſtructuræ virtutum, ſiue
id nominet̃ humilitas,ſiue timor,ſiue fides,ſiue conſtantia mentis in Deo,ſiue pœnitentię ſacramẽ-
tum.Eſtq; pauimentum hoc precioſis ſtratum lapidibus,i. virtuoſis ornatum operibus, nè luto aut
puluere vitiorũ maculent̃ Chriſtifideles ꝑficere ſatagentes. [Triginta gazophylacia in circuitu pa-
uimenti.] quatenùs,iuxta Hieronymũ,perfectam habitantium demonſtrarent ætatem. Vel ſecun-
dùm Gregorium,ad innuendum,ꝙ impletio decem p̃ceptorum, in fide Trinitatis fieri debet. Vel
ideò,qm̃ pręceptorum iſtorum cuſtodia ad tres ꝑtinet ſtatus Eccleſiæ:immò & ad tria tempora eius,
putà ad tẽpus legis naturę,ad tempus legis ſcriptæ,ad tempusq; gratiæ.Denarius aũt numerus ꝑ ter-
narium multiplicatus,ad triceſimũ vſq; ꝑtingit.[Et pauimentũ in fronte portarũ, ſecundùm longi-
tudinem portarũ erat inferius.] Fundamentũ enim humilitatis in fide fundatum ſecundùm fidei
conſiderationes,manet in imo fabricæ ſpiritalis.[Et menſus eſt latitudinẽ] pauimenti [à facie portę
inferioris,vſq; ad frontem atrij interioris,extrinſecùs centũ cubitos ad oriẽtem & ad aquilonẽ.] His
verbis docetur,ꝙ humilitas, timor,ſeu reliqua ſpiritalia pauimenta ſua extenſione ad omnia p̃ten-
duntur:quod ꝑ centum cubitos deſignatur,centum quippe eſt numerus magnę ꝑfectionis. Deſcri-
pta porta orientali muri ſecundi,iam deſcribit̃ eiuſdem muri porta aquilonaris,q̃ portæ ſicut con-
formiter deſcribuntur in textu,ità & conſimiliter exponuntur. Eædem etenim ꝓprietates diuerſis
fidelibus competunt,ſed gradatìm.Hinc & porta auſtralis poſt aquilonarem ſimiliter deſcribitur:
nec quę dicta ſunt,arbitror reſumenda,cùm ad has portas faciliter valeant applicari.Veruntamen ꝑ
portas trium murorum,intelligenda eſt fides ſecundùm triplicem ſuæ ꝑfectionis gradum. Et ſicut
ꝑ portam orientalem intelligitur fides illuminata ac radioſa, q̃ eſt cum rationibus credendorum &
purgatæ mentis intelligentia:ità ꝑ portam aquilonarem accipitur fides,ſecundùm quod reprobo-
rum ſupplicia reſpicit:ꝑ portam verò auſtralem, inquantùm electorum felicitatem concernit. His
nempe tribus modis, quidam ꝑ fidem intrant Eccleſiam ſeu Eccleſiaſticam vitam. Nam aliqui con-
ſideratione ſuppliciorum conuertuntur,aliqui intuitu p̃miorum,aliqui ratione miraculorum,& re-
liquorum quibus fides Chriſtiana à Deo data oſtenditur.In omnibus tñ p̃memoratæ vitutes ne-
ceſſariæ ſunt,ſed alijs & alijs ſublimiori ac ſublimiori modo conueniunt. Deniq; ſicut in litera de-
claratur,ad exteriores portas aſcendebatur ꝑ ſeptẽ gradus,qui intelligunt̃ ſeptem dona ſpũs ſancti,
ab inferioribus,putà à dono timoris,inchoando, quibus donis ad ꝑfectiſſimam fidem pertingitur,
non

non ſolùm in credendo & cognoſcendo,ſed etiã in agendo ac patiẽdo.Porrò ad tres interiores ſeu
tertij muri portas,per octo gradus aſſcendit: ad altiorem ,nanq; virtutum verticem difficiliùs pue-
nitur.Vndè per gradum octauum,p̃dictis adiectum, intelligenda eſt, ſecundùm Gregorium, con-
ſiliorũ adimpletio,q̃ ad Chriſtianæ legis perfectionem deducunt, quemadmodùm ait Saluator: Si
Mat.19. vis perfectus eſſe,vade & vende oĩa quæ habes,&da pauperibus,& veniẽs ſequere me.Inſupèr,ſicut
p̃habitum eſt,ſex exteriores portæ reſpiciebãt intrinſecùs, & habebãt porticus ſuas extrinſecùs:ſed
tres portæ interiores reſpiciebant extrinſecùs,& ibidèm porticus ſuas habebant:cuius ratio eſt, qm̃
incipientes & p̃ficientes,neceſſariò habent ad ſeipſos reſpicere,nè vincant̃, & vt concreſcant: per-
fecti verò,iam bono cõmuni principaliter ſunt intenti,atq; ad alios per cõpaſſionem, ſubuentionẽ
& directionem conſpiciunt:& ibidèm porticus ſuas habent, qa ſub alis ſuæ defenſionis proximos
affectuoſè ſuſcipiunt.Superiores quoq; ſex portæ,porticus ſuas habebant extrinſecùs, quia & inci-
pientes ac proficiẽtes,iuxta modulum ſuũ ſubueniunt proximis.His dictis,patet litera vſq; ibì:[Et p̃
ſingula gazophylacia oſtiũ in frontibus portarũ.] Gazophylacia ſunt corda fidelium,p̃ſertim con-
templatiuorum atq; doctorum,ſpiritualium diuitiarum cõſeruatiua. Frontes autem portarum,ſunt
verba & exempla eorũ.In quibus frontibus ponitur oſtium,qa per verba doctrinalia & opera exẽ-
plaria eorundem alij ad regnum cæleſte ducuntur ac intrant. [Ibì lauabant holocauſtum,] qui ſe-
ipſos Deo totaliter deuouerunt, aut eius ſe cultui integraliter mancipârunt, holocauſta Dei effici-
untur.Veruntamen qa quotidiè venialibus ſaltem peccatis maculantur, multipliciterq́; defectuoſi
reddunt̃,ità vt omnes eorũ iuſtitiæ panno menſtruatæ comparentur: opùs eis eſt, in prætactis por-
tarum frontibus per pœnitentiæ fletus lauari,ac per cæteros virtutũ actus,deuotionis dilectionisq́;
lachrymis expurgari.Quod tunc aptè adimplent,dum ſanctorũ patrum vitam ac mores perpendũt,
ſicq́; comparatione eorũ imperfectionem ſuam deplorant & corrigunt.Deindè in litera octo men-
ſæ deſcribuntur,q̃ qualiter ſitæ ſint,in præcedenti articulo patuit. Itaq; p̃ quatuor mẽſas infra veſti-
bulũ portę contentas, intelligi poteſt quadruplex ſacrę ſcripturę intellectus,mentes fideliũ ſpirita-
liter nutriens,ſ.ſenſus literalis,tropologicus,allegoricus, anagogicus. Super has menſas offert̃ ho-
locauſtum,victimaq́; pro peccato cõmiſſionis,& delicto omiſſionis: q̃ victima eſt quodcunq; opus
ſatisfactionis.Hæ menſę ſunt intra veſtibulũ portæ,per quod perfectorum ordo ſeu numerus deſi-
gnatur:talium enim eſt,multiplices ſcripturarũ intelligentias penetrare.Inſupèr per quatuor men-
ſas extrà locatas,intelligi poteſt quadriforme genus ſcripturæ,videlicet lex & prophetia, euangeliũ
& apoſtolorum doctrina.Vel certè quatuor menſæ iſtę,quatuor ſunt virtutes, in quibus per omnia
ſacrificia noſtra Deo p̃cipuè immolamus,vel obſequia noſtra fundamus: videlicet fides & charitas,
pœnitentia & latria.Quicquid enim non eſt ex fide,peccatum eſt,ſecũdùm Apoſtolum:& ſine cha-
ritate nihil eſt meritorium.Porrò poſt virtutes theologicas, pœnitentia & latria pręcipuè ad Deum
nos ordinant.[Quatuor autem menſæ ad holocauſtum] vt dictum eſt,[de lapidibus quadris] i. ſo-
lidiſſimis patrum ſententijs ſeu actibus virtuoſis extructæ,ſiue ab ipſis viris perfectis ac iuſtis.[lon-
gitudine cubiti vnius & dimidij,& latitudine cubiti vnius & dimidij.] p̃ quod deſignatur, q̃ imper-
1.Cor.13. fecta omninò ſit ſapientia viatorũ,etiam illorũ qui alijs ſapiẽtiores videtur.Ideò dicit Apoſtolus:Ex
Iob 37. parte cognoſcimus.Et in libro Iob legit̃:Nos quippe inuoluimur tenebris.[& altitudine cubiti vni-
us:] qm̃ ſapientia viatorum,per comparationem ſupernorũ ciuium,minor eſt,q̃ ſi ad alios referatur
peregrinantes in terra.[ſup quas ponant vaſa, in quibus immolatur holocauſtum & victima.] vaſa
iſta ſuper p̃fatas menſas ponenda,ſunt exercitia virtuoſa,in p̃dictis virtutibus ac doctrinis fundan-
da,vel animę deuotorum,quę verbũ vitæ ſuſcipiunt,vt ex eorũ mentibus holocauſtum,vitæ ac ora-
tiõis immoletur.[Et labia earum palmi vnius,reflexa intrinſecùs per circuitum.] Labia iſta menſa-
rum,ſunt circunſpectio cordis ſeu ſerioſa cuſtodia mentis,nè quid ſacrificij ſpiritalis excidat men-
ti.q̃ labia ſunt cubiti vnius,qm̃ in altum non erigunt̃ per vanitatem, ſed manent in inferioribus per
humilitatem:q̃ intrinſecùs ſunt reflexa p̃ gyrum,hoc eſt,ad propriæ imperfectionis conſideratiõnẽ
ex omni parte conuerſa.[ſup menſas autem carnes oblationis.] Dum iuxta ſacrę ſcripturę ſapientia-
lem diſcretionem corpora noſtra caſtigamus,carnes oblationis ſuper p̃fatas menſas locamus, im-
Rom.12. plentes illud Apoſtoli ad Rom.Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,ſanctam,Deo placen-
tem,rationabile obſequium veſtrum.[Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum.] Ga-
zophylacia cantorum ſunt deuotiſſima corda,creatorem ſuum die ac nocte laudantia, quibus & di-
Pſal.95. 97. & 149. cit̃:Cantate Dño canticum nouum.[in atrio interiori,]qm̃ ſunt in ſtatu p̃fectorum.[quod erat in la-
tere portæ reſpicientis ad aquilonẽ.] nam iſti adhuc temporaliter ſeculi tentationibus quatiuntur.
[Et facies eorum contra viam auſtralem,] i.plenam diuinæ lucis claritatem, q̃ nomine auſtri expri-
mitur,adſpiciunt ac ſuſpirant, [vna ex latere portæ orientalis.] vnus nanq; cordium horum reſpe-
ctus eſt ex parte fidei radioſæ.[hoc gazophylaciũ,quod reſpicit vitã meridianã.] putà auſtralẽ iam
dictam,[ſacerdotũ qui excubabant in cuſtodijs tẽpli.]i.ſacerdotũ maiorum p̃latorum atq; paſtorũ,
qui

qui Dñicum gregem cuſtodiunt,de quo grege ſcribit Apoſtolus:Templũ Dei ſanctũ eſt, quod eſtis 1.Cor.3.
vos.Qui ergò orando,p̃dicando,benè agendo, ſapienter regendo, alijs præſunt,in templi cuſtodijs
excubant,vndè & corda eorũ ad plenam diuinæ ſanctitatis lucem expanſa ſunt.[Porrò gazophyla-
cium,quod reſpicit ad viam aquilonis,ſacerdotũ erit,q excubant ad miniſteriũ altaris.] Iſti ſunt in-
ferioris dignitatis presbyteri,q alijs in minoribus cooperant̃, & eos qui ab aquilone ſunt, putà car-
nales ac frigidos,reſpicere habent:ſuntq́; ad miniſteriũ altaris intenti, in quo corpus per pœnitẽtiæ
actus affligitur.[Iſti ſunt filij Sadoc,]Per Sadoc(qui iuſtus ſiue iuſtificans interpretatur)intelligitur
Chr̃s,de quo ſcribit Apoſtolus:In hoc omnis q credit iuſtificatur. Cuius ſpiritales filij,ſunt ſacerdo-
tes Euangelicæ legis,[qui accedunt de filijs Leui] i.populi Chriſtiani à Deo aſſumpti.Leui equidem
interpretat̃ aſſumptus.[ad Dñm,vt miniſtrent ei]in Eccleſia militãti. Qui etiam dici poſſunt filij Sa-
doc & Leui veterum patrum,per imitationẽ virtutum,& ſimilitudinem ordinũ.[Et menſus eſt atri-
um,longitudinem centum cubitorũ,& latitudinem centum cubitorũ per quadrum.] Per atriũ iſtud
interius,amplitudo ac numerus perfectorũ ſignat̃,quorum longitudo in longanimitate ſpei,& lati-
tudo in eminentia charitatis eſt centum cubitorum:per quod ſumma perfectionis exprimit̃,quate-
nùs,ſecundùm Hieronymum, in conſummato virtutũ numero commorent̃. [Et altare ante faciẽ
templi.]Altare iſtud,eſt ara charitatis,ſeu mens deuota,in qua Deo ſacrificium laudis offert̃ in con-
ſpectu fidelium.Quidam altare hoc dicunt holocauſtorum,per quod intelligunt euchariſtiæ ſacra-
mentũ,in quo Chriſtus offertur quotidiè:per gazophylacia autem cantorũ ac ſacerdotum, accipiũt
merita celebrantiũ & eis miniſtrantium. Hucuſq; expoſuit ſanctus Gregorius p̃ſens capitulũ, reſi-
duam eius partem,& ſequentia ſeptem capitula,propter grauiſſimam tunc vrbis obſidionem, non
expoſuit.[Et introduxit me in veſtibulũ templi.] per quod intelligunt̃,qui ex ſingulari gratia Deo
p̃ cæteris viciniùs familiariusq́; propinquant,filialem ſemp in ipſo habẽtes fidutiam. [& menſus eſt
veſtibulũ quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis indè,] qm̃ iſti quinq; ſpiritalibus ſenſibus à ſpiritu
ſancto edocti ſunt.[& latitudinem portæ trium cubitorũ hinc,& trium cubitorũ indè,]quod ad ſu-
pergloriosiſſimæ Trinitatis myſteriũ pertinet,ſine cuius fide ex nulla iam parte ad vitam glorię pa-
tet ingreſſus:longitudinem aũt veſtibuli viginti cubitorũ,quia decalogum affectu atq; effectu cu-
ſtodiunt,in aduerſis quoq; & p̃ſperis,ſpei longanimitatẽ obſeruant.[& latitudinem vndecim cubi-
torum,] qm̃ & in operibus charitatis,qa viciſsim deficiunt, pœnitentiæ actibus interdùm inſiſtere
egent.Per vndenarium nanq;,peccata vel opera pro peccatis ſatisfactoria deſignant̃. Vndè in taber- Exo.26.
naculo Moſis iuſſa ſunt fieri vndecim ſaga cilicina,per q̃ pœnitentię opera figurant̃.[Et octo gradi-
bus aſſcendebat̃ ad eam.] hoc iam ſuprà expoſitum eſt.[Et columnæ erant in frontibus,vna hinc &
altera indè.] Columnæ in frontibus portæ templi,ſunt viri perfecti,ſublimes atq; fortiſſimi, aliorũ
imbecillitatem ſuſtentantes ac roborãtes,q ſunt velut robur ac ſtabilimentũ fidelium, ſicut loquit̃
Paulus,ꝙ Cephas & Iacobus & Ioannes videbant̃ columnę eſſe.In Apocalypſi quoq; Dñs proteſta- Gal.2.
tur:Qui vicerit,faciam illum columnam in templo meo.Itaq; ſicut ex oĩbus p̃inductis elicitur, tem- Apoca.3.
plum muro triplici cingebat̃.Per murum ergò exteriorem (vt dictũ eſt)quidam intelligũt protecti-
onem diuinam,per medium murum,cuſtodiam angelicam,iuxta illud:Angelis ſuis mandauit de te,
vt cuſtodiant te in oĩbus vijs tuis.Per murũ interiorem ac minimũ,cuſtodia humana per p̃latos.De- Pſal.90.
niq; intra muros iſtos eſt aditus ex triplici parte,per quod deſignant̃ tres partes terræ,Aſia, Aphrica
& Europa:ex quibꝰ multi ſunt ingreſſi Eccleſiam. Verùm circa hoc meritò dubitat̃,cùm ſint quatuor
plagæ parteſq́; terræ,cur in occidentali muro,ſeu ex parte occidentis, portæ nullæ fuiſſe ſcribant̃,
p̃ſertim cùm ex hac quoq; parte terræ,ſicut ex cęteris, ſint multi Eccleſiam ingreſſi, Chriſto dicẽte:
Multi ab oriente & occidente venient.Huius ſolutionem non facilè cerno,niſi ad ſpiritualia recur- Matth.8.
rendo.Inſupèr ex qualibet triũ partium p̃dictarum ſunt tres portæ, in tribus muris ex oppoſito ſe
reſpicientes,per quas intelligunt tres gradus ſeu ſtatus credentiũ,putà incipientiũ per portam exte-
riorem ac primã,proficientiũ per portam ſecundã,perfectorũ per tertiam. Per veſtibulum aũt por-
tæ,intelligunt gratiam p̃uenientem,vel bonã voluntatẽ.Per porticũ verò, gr̃am ſubſequentem ſeu
virtuoſam operationẽ.Per duas frontes portarũ,intelligunt patientiã in aduerſis,& humilitatem ſeu
modeſtiã in proſperis.Porrò p̃ thalamos,intelligunt pacem,q̃ duplex eſt,interna videlicet & frater-
na.Nam ſicut in thalamo hoĩes dormiunt,ità in pace q̃eſcunt,iuxta quod ſcriptum eſt:Factus eſt in Pſal.75.
pace locus eius.Et rurſus:In pace in idipſum dormiã & requieſcã.Cùm ergò duplex ſit pax,ex vtraq; Pſal.4.
parte ſunt thalami.Tres quoq; ex vna parte,qa pacem internã tria efficiunt:q̃ ſunt,conſcientia mũ-
da,amicitia diuina,ſufficientia moderata.Et tres ex alia parte,qm̃ pacem fraternam tria conſtituũt,
humilitas,iuſtitia,refrenatio linguę.Poſtremò,p̃ octo menſas intelligunt quatuor partes veteris le-
gis,& quatuor nouæ.Vetus etenim lex,diuidit̃ in libros legales,hiſtoriales,prophetales,ac ſapienti-
ales.Pariformiter diuidit̃ lex Euangelica,eò ꝙ libris legalibus correſpondeãt quatuor Euangelia,
hiſtorialibus Actus apoſtolorum,ſapientialibus epiſtolæ Pauli & ſeptem canonicæ, prophetalibus
au-

autem Apocalypſis. De his octo partibus ſcripturarum, quaſi de octo menſis, reficitur plebs fide-
Deu.8. lis, quoniam non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. ¶ Nulli
autem expoſitio iſta de templo prophetæ oſtenſo, inepta, irrationabilis ſeu incredibilis videatur: ſi
tamen modum loquendi ſanctorum prophetarum agnoſcit, quorum conſuetudo eſt, per corpora-
lia ſpiritalia deſignare: nominibus quoq; rerum veteris teſtamenti, ea quæ ad nouum pertinent te-
ſtamentum, inſinuare, eô quòd totus ſtatus ſynagogæ, fuit figura ſtatûs eccleſiæ. Sed & pclarus the-
ologus diuinus Dionyſius ſapientiſſimè docet, cur ſacra ſcriptura ſubindè obſcurè metaphoricéq;
loquatur: quatenùs ſtudioſæ mentes ſalubriter exerceantur, atq; indignis veritas occultetur. Quòd
autem deſcriptio templi huius eo modo non poſſit intelligi, quo ipſam exponunt infideles Iudæi,
ex alijs veteris teſtamenti ſcripturis facilimè atq; copioſiſſimè valet probari: & fortè in fine operis
huius, ſi ſpiritus veritatis ſic ordinauerit, oſtendetur.

¶ *Explanatio cap. 41. Et introduxit me in templum.* *Articulus* 48.

POſt multos progreſſus tandèm ſanctus ppheta Ezechiel in ipſum templum pducitur, cuius nũc
deſcriptiõem pſequitur. [Et introduxit me angelus,] cuius miniſterio oĩa iſta p imaginariam
viſionem mihi oſtendebant. [in templum] infra tres muros, de quibus in pcedenti articulo dicebat,
contentum. [Et menſus eſt frontes ipſius templi,] ſecundùm Hieronymum, i. ſuperficies parietum,
quorum alter fuit ex vna parte aperturæ oſtij, alter ex altera parte, [ſex cubitos longitudinis] quan-
tum ad vnã frontem [hinc,] i. ex vna parte iam dicta [& ſex cubitos latitudinis] in alia fronte [indè.]
i. ex altera parte pfata. Vndè ſecundùm Richardum, primò menſus eſt quãtum latitudinis in latere
portæ fuit vſq; parietem ligneum, qui latera q̃ poſteà deſcribunt, ab interiori parte portauit: ſecun-
dò metitur quid latitudinis ex altera parte fuit. [latitudinẽ tabernaculi.] i. latitudo hæc frontiũ vnà
cum latitudine aperturæ oſtij, fuit latitudo templi: ſiquidem templi latitudo fuit viginti cubitorum,
apertura aũt ſeu explicatio oſtij, fuit octo cubitorum, qui duodecim cubitis latitudinis frontiũ iun-
cti, faciũt viginti cubitos. nec obſtat quod ſubditur: [Et latitudo portæ decem cubitorum erat,] quia
porta hîc ſumitur, vt includit eiecturas illas, ad quas valuæ reuerberabantur quum porta claudere-
tur, & ipſæ eiecturæ continebant hincindè cubitum, i. cubitos duos in toto: hiatus verò portæ inter
has eiecturas fuit, octo cubitorum. Hæc eſt Richardi reſponſio. Alij dicunt, ꝙ porta hoc loco acci-
pitur pro oſtio, cuius latitudo excedit latitudinem aperturæ intantùm, quãta eſt oſtij ſpiſſitudo: per
quod innuitur, quòd ſpiſſitudo oſtij eſt cubiti vnius, ſicq; latitudo eius excedit latitudinem apertu-
ræ vno cubito hinc, alio cubito indè. [Et latera portæ] menſus eſt [quinque cubitis hinc, & quinq;
cubitis indè.] ità quòd ab extremitate latitudinis cuiuſlibet valuæ ſeu oſtij, quod claudebat ac ape-
riebatur, vſq; parietem templi valuæ annexum, ſunt cubiti quinq;: quibus verbis nil aliud deſigna-
tur, niſi quod iam de latitudine portæ prædixit. Porrò, ſecũdùm Hieronymum, quòd latitudo tem-
pli ex vtraq; parte portæ ſex cubitos habuit, ſacramentum omnium creaturarum exprimitur: ſex
nanq; diebus mundus eſt conditus, id eſt, ea quæ in vniuerſo continentur, per quorum notitiã, ra-
tionem cauſaſq; conditionis, intramus ad ſpiritale templum Dei, & ex creaturarum ordine atq; cõ-
ſtãtia intelligimus creatorem. Alij per templum intelligũt vitam perfectorũ ſiue perfectos, quorum
frontes menſurantur, dum eorum perfectio alijs pro ædificatione inſinuatur, habentq; ſex cubitos
latitudinis hinc, & totidem indè, quoniam in dilectione Dei ac proximi perfectè proportionabili-
1. Ioan. 4. ter ſunt extenti, iuxta illud: Si quis dixerit, diligo Deum, & fratrem ſuum odit, mendax eſt. Inſupèr
latitudo portæ decem extitit cubitorum, quia per obſeruantiam decem præceptorum ex charitate,
Matt. 19. ingredimur templũ Dei, videlicet ſocietatem militantis ac triumphantis eccleſiæ, iuxta illud: Si vis
intrare ad vitam, ſerua mandata. Quòd ſi per portam intellexerimus fidem, latitudo portæ, id eſt, di-
latatio charitatis fidem perficiens, eſt decem cubitorum, quia in decem præceptorum obſeruatio-
1. Ioan. 2. nem extenditur. Popter quod ait Ioannes in prima ſua epiſtola: Qui ſeruat verbum Chriſti, in eo
Ioan. 14. charitas Dei perfecta eſt. Et ipſemet Chriſtus teſtatur: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit,
id eſt, præcepta implebit. Prætereà latera portæ hincindè quinq; cubitos habẽt, videlicet quodlibet
quinq;, ad deſignandum, quòd per quinq; ſenſuum exteriorum ac interiorum gubernationem ac
refrenationem, inter fideles veraciter computamur. ¶ Poſt hæc longitudo ac latitudo templi
determinatur. [Et menſus eſt longitudinem eius,] vtpotè templi, quantùm ad partem eius, quæ di-
citur ſanctum vel ſancta. [quadraginta cubitorum, & latitudinem eius viginti cubitorum:] Per qua-
Mat. 4. dragenarium numerum deſignatur tempus pœnitentiæ ac laboris: tot enim diebus Chriſtus &
1. Reg. 19. ante eum Helias ac Moſes ieiunauerunt: tot quoquè annis filij Iſrael in deſerto vexati, probati
Exod. 34. & caſtigati ſunt. Ideò longitudo templi quadraginta habuit cubitos, quia per abſtinentias va-
rioſq; labores ac tribulationes oportet nos introire regnum Dei atq; ſaluari. Cùm autem Chri-
2. Cor. 4. ſto ſic incorporati ac benè exercitati fuerimus, ità vt cum Apoſtolo dicere valeamus: In omni-
bus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: tunc nobis latiſſimus aperitur introitus ad in-

cre-

crementa virtutum, & ambulamus in latitudine charitatis: quatenùs ſuperatis mundi certaminibus
ac terrenis, ingrediamur penetralia templi, audiamuſq; Chriſtum dicentẽ: Confidite, ego vici mun- Ioan. 16.
dum. Hinc latitudo templi deſcribitur cubitorum viginti, quia mente & actu in charitate dilatamur.
Deincèps pars templi, quæ dicitur ſanctum ſanctorum, deſcribitur. [Et introgreſſus intrinſecùs,]
videlicet in ſancta ſanctorum, quæ dicebantur interius templum. [menſus eſt in fronte portæ duos
cubitos.] per frontem portę, quidam intelligunt parietem ex vtraq; parte oſtij ſitum, vndè pro fron-
te portæ, Symmachus tranſtulit, iuxta portam. Per duos verò cubitos, quidam intelligunt ſpiſſitudi-
nem parietis. Alij eam muri ſiue parietis partem, quæ ad portæ pertinebat ornatum, quod verius re-
or. [Et portam ſex cubitorum, & latitudinem portæ ſeptem cubitorum.] per portam ſex cubitorum
in latitudine, intelligitur exterior hiatus, apertura quoq; portæ ſancti ſanctorum. Porrò per portam
ſeptem cubitorũ in latitudine, accipitur oſtium, cuius latitudo latitudinẽ aperturæ exceſſit dimidio
cubito ex vtraq; parte, vt dictũ eſt de integro cubito portæ immediatè præcedentis, quod ex verbis
Richardi pleniùs innoteſcit. [Et mẽſus eſt longitudinem eius,] videlicet ſancti ſanctorum, in quod
iam legitur introgreſſus. [viginti cubitorum, & latitudinem] eius [viginti cubitorũ.] fuit enim ſan-
ctum ſanctorum quadrum æquilaterum. [ante faciem templi,] videlicet ante faciem anterioris par-
tis ipſius. Quòd autem iſta de ſancto ſanctorum dicantur, ſubiecta verba elucidant. [& dixit ad me:
Hoc eſt ſanctum ſanctorum.] Iuxta intellectum principalem & ſpiritalem, immò & literalem, per
ſanctum ſanctorum, intelliguntur fideles in præcipuo perfectionis vertice conſtituti, & Deo pro-
pinquiſſimi facti. Quòd autem de templo eiuſq; loco, qui dicitur ſanctum, in ſanctum ſanctorum
menſor ingreſſus eſt, id deſignat, quòd quantumcunq; proficiamus, ſemper nobis maior profectus
aperitur, reſtat atq; proponitur. Per duos inſupèr cubitos, vtriuſq; teſtamenti ſapientialis doctrina,
vel amor & contemplatio, ſeu vita actiua ac contemplatiua accipitur: quæ ſunt in fronte portæ, i. in
fidei ornamentis: & per dualem hunc numerum ingredimur locum, in quo ſunt ſancta ſanctorum.
Deniq; apertura portæ huius, eſt ſex cubitorum, quia ad perfectionem virtutum ſpectat ſenarius,
quam adeptis patet ad ſecretiora diuina ingreſſus, vt dicere queãt: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ
manifeſtâſti mihi. Latitudo autem oſtij, ſeptem eſt cubitorum, quod ad digniſſimum ſeptenarium Pſal. 50.
ſpiritûs ſancti, purà ad ſeptẽ eius dona refert: quib' latitudo charitatis ornat. Et qui dona iſta ſortiti
ſunt ſecundùm excellentiæ gradum, ad diuiniora introeũt, & alios ſecum adducunt. Nempe per
dona efficimur benè mobiles, faciliterq; dociles ac dirigibiles à ſpiritu ſancto. Idcircò quo dona
ampliùs perficiuntur in mente, eo ſtabiliùs, promptiùs, eminẽtiùs & inceſſabiliùs à ſpiritu ſancto af-
flatur, dirigitur & mouetur, ità vt ſit quaſi in continuo quodam actuali cõtactu ſpiritûs ſancti. Hinc
dicit Apoſtolus: Quicunq; ſpiritu Dei agunt, hi filij ſunt Dei. Poſtremò, quòd ſanctum ſanctorum Rom. 8.
in quadro æquilatero ſituatur, & tam in longitudine, quàm in latitudine æqualitatem, viginti ſcili-
cet cubitos poſſidet, hoc deſignat, quòd viri heroici ac diuini per ſpiritalem circũciſionem, ad præ-
eminentẽ ęqualitatẽ iuſtitiæ peruenerũt, quã in affectuali ſimul & effectuali obſeruatione decalogi
oſtẽdere ſategerunt. [Et menſus eſt parietem domûs] i. templi interioris [ſex cubitorum.] tanta fuit
latitudo parietum ſeu murorum in ſpiſſitudine. [& latitudinem lateris, quatuor cubitorum vndiq;
per circuitum domûs: latera autem, latus ad latus, bis trigintatria.] Non de vno duntaxàt latere acci-
piendum eſt quod dicitur, [Et latitudinem lateris quatuor cubitorum:] ſed de ſexaginta ſex lateri-
bus, iuxta illud: Bis trigintatria. Erant autem taliter ſituata, quòd vnum alteri fuit coniunctum. ideò
textus ait: Latera autem, latus ad latus, i. latera ſic erant diſpoſita, quòd vnum fuit iuxta illud, de qui-
bus ſic ait Richardus: Latera iſta, aliud ad aliud, aliud nihil intelligo, q̃ quædam deambulatoria in-
tùs & extrà in duobus templi lateribus per parietem ordinata, erantq; ab inferioribus vſq; ad ſupe-
riora, vnum poſt vnum ſibi inuicèm immediatè cõiuncta. Erãt autem tria interiùs vſq; ad cœnacu-
lum, & triginta exteriùs ab imo ſeu infimo vſq; ad ſummum. Interiora autem templi, in ſuis ſuperio-
ribus huiuſmodi latera non habebant. Itaq, dicit, bis trigintatria: quoniam trigintatria erant ex par-
te vna, & totidem ex altera, de quorum deſcriptione ſubiungitur: [Et erant eminentia, quæ ingre-
derentur per parietem domûs in lateribus per circuitum, vt continerẽt, & non iungerent parietem
templi.] Trabes itaq; de parietibus prominebant, & latera ſupportabant: ſed idcircò tabulata, quæ
ſuper ipſas fundata erant, non vſquequaq; vſq; ad parietem pertingebant, quatenùs viſum admitte-
rent, & intuentium intuitus ab infimis vſq; ad ſuperiora liberè curreret, totumq; ſub vno adſpectu
comprӕhendens, de toto iudicare poſſet. Alij aſſerunt, latera iſta fuiſſe ſedilia, iuxta interioris tem-
pli latera collocata pro ſacerdotibus laudes diuinas cantantibus. Contra aſſertiones has quidam
multipliciter arguit. Et primò contra Richardum, quia ſecundùm eius poſitionem latera impedi-
rent illuminationem templi per feneſtras, adſpectum quoq; pulchritudinis parietum templi. Rur-
ſus, quia (vt ſibi appáret) Richardus ſibimetipſi contradicit, quantùm ad latera, quæ ponit exteri-
ùs ſeu extra templum: quia inferius latus ſeu deambulatorium diſtat à terra ſex cubitis, ſecundum

 à pri-

à primo alijs ſex:ſicq́; deinceps de alijs in altitudine. Ex quo ſequitur, quòd altitudo hęc triceſiès ſex cubitos habeat, vel ſexiès triginta: quo dato, altitudo murorum templi, erit centum octoginta cubitorum: ipſe autem dicere habet, quòd eſt tantùm centum viginti cubitorum, quemadmodùm templum Salomonis, *cui illud aſſimilat.* Inſupèr arguit contra ſecundam expoſitionem, argumēta quędam inducens, quæ non videntur recitatione condigna: ſed nec argumenta contra Richardum inducta, alicuius ſunt ponderis. Iam enim ex ipſis Richardi verbis innotuit, quòd diſpoſitio laterũ nequaq̃ viſum prohibuit, immò viſus liberè ab imo vſq; ad ſummum percurrebat, totumq́; ſub vno compræhendens intuitu, de toto iudicare valebat. Quòd autem dicit Richardum contradicere ſibi ipſi, nec veritatem nec apparentiam habet. Primò, quia ſecũdùm Richardum, vnum latus ſeu deambulatorium fuit in ipſo pauimēto, & ſecundum diſtabat à primo ſex cubitis, tertium etiã à ſecundo pari diſtantia. Cœnaculũ autē, à tertio deambulatorio, cubitis octo. Nō ergò, ſecũdùm Richardum, primum latus diſtabat ſex cubitis. Prætereà quod de altitudine murorũ obijcit, nihil eſt. Richardus namq; diſtantiã iſtam laterum inter ſe non ponit, niſi in lateribus ſeu deambulatorijs interiùs ſituatis: obiectio aũt procedit, quaſi poneret eam æqualiter inter deambulatoria, exteriùs cõſtituta. Præinductis ergò poſitionibus, ſecundùm ſuã imaginationē deſtructis, adſtruit ꝙ latera iſta ſint appendicia lateribus templi exteriùs adhærentia. Modum huius opinionis, prolixitatem vitans, non proſequor: quanq̃ certum ſit, multa poſſe contra eam induci, ſed res ipſa nō eſt magni ponderis. Prętereà iuxta intelligentiam principalem, ꝙ paries templi habuit ſex cubitos in ſpiſſitudine, id figurat, ꝙ viri perfecti, qui ſunt quaſi paries interior potioris partis Eccleſiæ, ſint in virtutibus intra ſe ſolidati

Heb. 5. ſpiritaliterq́; cõpacti, quemadmodùm ait Apoſtolus ad Hebræos: Perfectorũ eſt ſolidus cibus, eorũ qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus. Iſti etenim aſſimilanꝫ viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, ità ꝙ tempeſtatibꝰ ſubuerti nequit. Per latera verò intelligunꝫ progreſſiones de virtutibus in virtutes, vel animæ iuſtorum quæ ſedes ſunt ſapientiæ, quarum latitudo eſt quatuor cubitorum, per quos virtutes cardinales intelligunꝫ, quibus nihil vtilius eſt hominibus in

Sap. 7. hac vita, ſicut in libro Sapientiæ legiꝫ. Porrò quod ſubdit: [Et erant eminentia &c.] ſecundùm Hieronymum, ſignat ꝙ ſancti viri multitudine credentium erumpant per parietes templi, per omnia ſ. latera in circuitu, & contineant Eccleſiæ fundamenta: & tamen non tangant parietem templi, tan-

1. Cor. 13. tùm vidiſſe contēti, & de longè inenarrabilia adorâſſe myſteria. Nunc enim videmus per ſpeculum & in ænigmate, & pleniſſimam tangere atq; compræhendere non poſſumus veritatem. [Et platea] i. via quædam intra muros [*erat in rotundum* aſſcendens ſurſum per cochleam,] quia in via hac erāt gradus circulariter aſſcendendi. [& in cœnaculum templi deferebat,] i. aſſcendentem ferebat ſiue ducebat hæc via [per gyrum,] i. per circularem aſſcenſum. templum enim crediꝫ habuiſſe tres manſiones, ſcilicet locum inferiorem, & duo cœnacula ſiue ſolaria, ad quæ per cochleam aſſcendebaꝫ, tales ſiquidem vias aſſcendendi per cochleam videmus quotidiè in caſtris ac turribus. [Idcircò latius erat templum in ſuperioribus,] putà in tertia manſione quàm in ſecunda, & in ſecunda ampliùs quàm in prima. Nam immediatè poſt primum tabulatum reſtringunꝫ parietes à pariete inferiori. [Et ſic de inferioribus aſſcendebaꝫ ad ſuperiora & medium,] i. de inferiori manſione per cochleam fuit aſſcenſus ad ambo cœnacula. Quòd autem dicto, ad ſuperiora, *ſubiecit & medium*, innuit quòd ibì fuerunt tres manſiones, & primò veniebaꝫ ad medium, per quod intelligiꝫ primum cœnaculum inter inferiorem locum, & tertium cœnaculum mediè collocatum. At verò per viam hanc circularē in cœnaculum templi ducentem, intelligiꝫ circulatio illa virtuoſa atq; pulcherrima, qua mens creata contemplando ac diligendo redit in ſuum principium, à quo per creationem effluxit. Fit autem aſſcenſus iſte per cochleam. Nam licèt reditio hęc ex ſua natura prompta ac dulcis ſit, multæ tamen difficultates occurrunt aſſcendenti ex propria defectuoſitate, carnis fragilitate, dæmonum impugnatione, mũdi illecebris, varijsq́ue aduerſis atq; obſtaculis. Cœnacula aũt tēpli intelligunꝫ religioſa cœnobia, vel deuotiſſima corda, in quibus Deus cœnat cum anima, iuxta illud Apocalyp. 3. Si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. Vel cœnaculum, eſt de quo Cant. 2. loquitur ſponſa: Introduxit me rex in cellam vinariam. Deniq; primum cœnaculum accipi poteſt locus contemplationis veritatis creatæ, vel ratio inferior. Secundum, locus contemplationis veritatis increatæ, ratioq́; ſuperior. Latius demùm fuit templum in ſuperioribus, quoniam quanto quis proficit, *tanto fit charitate diffuſior*, ad agendumq́ue promptior: ità vt quod antè fecit cum difficultate,

Pſal. 118. iam agat cum iucunditate. ideò ſcriptum eſt: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatâſti cor

Mat. 11. meum. Et Chriſtus inquit: Iugum enim meum ſuaue eſt. Conſequenter, ſecundùm Richardum deſcribitur altitudo laterum, quorum pauloantè latitudo deſcripta eſt. [Et vidi in domo] interiori, putà in templo [altitudinem per circuitum fundata latera, quorum] fuit hæc altitudo [ad menſuram ſex calamorum ſpatio:] ità quòd tantùm diſtat tabulatum primum à terra, à qua latera aſſcendebant gradatìm. [Vidi quoquè & latitudinem per parietem lateris forinſecùs quinque cubito-

rum]

rum.] His verbis exprimitur ſpiſſitudo parietis claudentis latera in parte exteriori ſecundùm quoſdam. [Et interior domus] i. ſanctum ſanctorum erat [in lateribꝰ domûs] i. prædictis lateribus quodammodò cinctum. Per altitudinem ſex calamorum antè dictorum inſinuatur, quòd antequàm ad cœnaculũ contemplationis pertingere valeamus, oporteat nos in inferioribus & paſſionum reformationibus, actiuæq́; vitæ operibus diligentiſſimè exerceri. Spiſſitudo autem parietis, quinq; deſcribitur cubitorum, vt viri perfectioni operam dantes, ſpiritaliter ſtudeãt eſſe compacti per quinq; ſpiritalium ſenſuum adeptionem: ſed & interior domus eſt in lateribus domûs, quandò in vijs virtutum proficientes, ad perfectos vndiq; confluunt, vt pleniùs inſtruantur, & ampliorem perfectionem obtineant: tuncq́; perfectorum eſt, implere illud Apoſtoli 1. ad Theſſalonicenſes 5. Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. [Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domûs vndiq;.] De iſtis gazophylacijs dicetur infrà. Quidam autem per ea intelligunt ædificia aquilonare & auſtrale, de quibus ſequenti dicetur capitulo. Quid autem per gazophylacia intelligatur, præcedenti capitulo dictum eſt ſæpè. [Et oſtium lateris ad orationē] i. oſtium appendicij cuiuſdam vidi, per quod oſtium intratur etiam ad locum orationis. Iam autem eſt ſermo de loco orationis eorum, qui templum ingredi non debebant, fuitq́; locus iſte extra templum. [oſtium vnum] loci vidi [ad viam aquilonis] reſpicere, [& oſtium vnum ad viam auſtralem. Et latitudinem loci ad orationem] deputatum [ſex cubitorum] ſub diuo [in circuitu] i. per tres partes templi in gyro: circuibat enim totum templum, parte orientali excepta. Circuitus autem in ſcripturis non ſemper totalem ambitum exprimit. [Et ædificium quod erat ſeparatum, verſumq́ue ad mare, latitudinis 70. cubitorum.] Iſtud ædificium inter domũ aquilonarem & auſtralem ſecundùm aliquos fuit, & aliqui dicunt ipſum ſitum fuiſſe inter occidentalem partem templi locumq́; vulgi: reſpiciebat autem ad mare occidentale, habuitq́; 70. cubitos in latitudine. [Paries autē ædificij huius] ſeparati, [quinq; cubitorum latitudinis] *fuit* [*in circuitu*,] & hoc quantùm ad ſpiſſitudinem, vt opinor: & longitudo eius fuit nonaginta cubitorum. Spiritaliter oſtium lateris ad orationem, intelligi poteſt quælibet virtus theologica, vel etiam latria. Accedentem enim ad Deum oportet credere, & Heb. 11.

Iacobus ait: Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Oſtium verò vnum eſt ad viam aquilonis, & aliud Iaco. 1.

ad vitam auſtralem: quia non ſolùm feruentibus ac perfectis, qui nomine auſtri ſignantur: ſed imperfectis quoq; & frigidis, per aquilonem expreſſis, patet oſtium inuocandi Dominum Deum. Porrò latitudo loci ad orandum, eſt ſex cubitorum, quo numero (vt multotiès dictum eſt) conſummatio quædam virtutum innuitur, ad demonſtrandum, quòd hi qui in loco orationis conſiſtere debent, ad ſpiritalem conſummationem tendere habent. Inſupèr per ædificium ſeparatum ritè intelliguntur ſolitarij, qui conuerſatione & loco ab alijs ſegregantur, qui dicere poſſunt: Similis factus ſum Pſal. 101.

pelecano ſolitudinis, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Hi quia in luctu pœnitentiæ commorantur, his quoq; qui in ſeculi huius fluctibus periclitanꝫ, compatiunꝫ atq; orando ſubueniunt, ad mare verſi feruntur: quorum latitudo in charitate charitatiſq́; operoſa extenſione eſt ſeptuaginta cubitorum, videlicet vſq; in finem vitæ perdurans. Etenim dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Parietem autem ædificij huius patientiam puto, quæ ſolitarijs valdè præneceſſaria Pſal. 89.

eſt, nè inordinatè triſtentur, ac tædio afficiantur: eritq́; paries quinq; cubitorum, vt ſpiritalibus ſenſibus innitatur ac fulciatur. Longitudo verò, eſt nonaginta cubitorum menſuram complectens, vt per omnia opera quaſi linealiter protrahantur, quouſq; ad nonaginta oues, quæ non periêrunt, per-

ueniatur. [Et menſus eſt domûs longitudinem centum cubitorum.] Per domum hoc loco intelli- Luc. 15.

git Hieronymus domum interiorem ſeu ſanctum ſanctorum. [Et quod ſeparatum erat ædificium & parietes eius] menſus eſt eſſe [longitudinis centum cubitorum.] Ex hoc ſequitur, quòd per ædificium ſeparatum non intelligitur templum, vt quidam exponit, præſertim cùm pro ædificio ſeparato & parietibus eius, LXX. tranſtulerunt, Et reliqua. [Latitudo autem ante faciem domûs,] id eſt, templi fuit [centũ cubitorum, & eius quod erat ſeparatum,] id eſt, latitudo ædificij ſeparati nunc memorati reſpicientis [contra orientem,] fuit centum cubitorum. [Et menſus eſt longitudinem ædificij] aquilonaris, ſecundùm Richardum [contra faciem eius, quod erat ſeparatum] i. contra adſpectum ædificij ſeparati. [ad dorſum templi * hecthecas ex vtraq; parte centum cubitorum.] circa * ecthecas

quod ait Richardus: His verbis ſitum ædificiorum determinat: nam ędificium ſuperiùs deſcriptum, *ethecas

ad dorſum templi ſeparatum erat, & contra faciem ſuam hincindè ex vtraq; parte templi ædificium quoddam habebat, & vtrunq; *hecthecas, i. anteſolaria habuit, & eo ipſo quo *hecthecas menſurauit, etiam domorum menſuras accepit. Inſupèr quæ ſequuntur, per recapitulationem pro parte dicuntur cum additione quorũdam. [Et templum interius] i. ſanctum ſanctorum: vel templum vocatur interius, quoniam inter prædicta ædificia medium teneat locum. [& veſtibula atrij,] i. veſtibula adiacentia atrio, in quo fuit altare holocauſti. Quidam per veſtibula atrij, intelligunt porticus atriorum. [limina & feneſtras obliquas,] i. exteriùs ſtrictas, interiùs latas, [*hecthecas in circuitu per

tres partes,] i.per tria ædificia diſpoſitas,ità quòd tria præfata ædificia habuerunt ⁎ hecthecas [contra vniuſcuiuſq; limen] quia ⁎hecthecæ de ipſis cœnaculis exteriùs prominebant, ideò contra vniuſcuiuſq; limen fuiſſe narrantur.Nè enim altiores vel demiſſiores ipſis cœnaculis putarentur,per limina ſolariorum ſitus anteſolariorum,ſecundùm Richardum,exprimitur.[ſtratumq́; lignũ per gyrum in circuitu.] per quod ſecundùm quoſdam intelligitur tabulatum, quo inferiora hecthecarum ſternebantur.omnia iſta dimenſus eſt.[Terra autẽ vſq; ad feneſtras] i. à pauimento ſeu à terra vſq; feneſtras fuit ſtructura lignorum,omniumq́; iunctura per ligna.Sic exponit Hieronymus ſubintelligendo præpoſitionem à, cùm dicitur terra, i. à terra. Alij nihil ſubintelligendo, dicunt his verbis inſinuari,quanta erat deuexitas,quandò parietes ædificiorum, quæ ex parte templi erant, terrã vſq; feneſtras habebant.Circa hunc locum ſcribit quidam,quòd tranſlatio noſtra, putà Hieronymi, videtur hîc in pluribus defectiua.Quod mihi nequaquàm videtur,tum quia ex textu Hieronymi clarior habetur ſententia, quàm ex his quibus tranſlationẽ Hieronymi corrigit, ſicut ritè penſantibus eluceſcit:tum quia Hieronymus cum doctiſſimis Iudæorum, præſertim in locis obſcuris, vigilantiſſimè contulit,aliorum quoq; tranſlationes diligentiſſimè conſiderauit:ſed & ſpiritusſanctus propter commune bonum Eccleſiæ virum ſanctum direxit,nè in tam breui paſſu tam multipliciter deficeret vel erraret.Præterea,iuxta ſpiritalem principalemq́; intellectum,omnia præinducta illa centenos habuiſſe cubitos, perfectum videlicet numerum decem decadarum, ſcribuntur, quatenùs ⁎quantis⁎ mente & ſermone atq; operibus Domino famulemur, iuxta Pauli Apoſtoli documentum,

Ephe. 3.

ſcire cum omnibus ſanctis poſſimus,quæ ſit longitudo,latitudo,altitudo & profundum.Sed & cætera iam præfata, videlicet templum interius, & veſtibula, limina, feneſtras & hecthecas, angelus menſurauit:ad denotandum,quòd ſine ratione atq; mẽſura nihil à Deo in ſancta Eccleſia fiat.Quid autem in iſtis per longitudinem,latitudinemq́; ſignetur,frequenter nunc patuit: quanquàm ſingulorum in deſcriptione templi poſitorum,certam idoneamq́; rationem ac ſignificationem proferre, vires excedat humanas.

Prou. 3.

Quòd verò inferiora lignis ſtrata fuerunt,ſignificat,quòd in ſapientia (quæ lignum vitæ vocatur) omnia opera noſtra debeant radicari, vt ſine diſcretione nihil agatur. De ſignificatione autem obliquarum feneſtrarum & atriorum ac veſtibulorum, liminum quoq;, ni fallor,in ſuperioribus dicta ſunt plurima,quanuìs non ſatìs condigna.Poſtremò,per hecthecas ſeu anteſolaria,intelligi poſſunt diſpoſitiua ad arcem ſpeculationis,vel qui contemplatiuorum perfectioni iam proximi ſunt. Poſtremò, quòd terra vſq; feneſtras erat, præfigurauit, quòd humilitas vſq; ad contemplationis ingreſſum extenditur atq; ſeruatur, nec vnquàm ſit relinquenda, quantumcunq; profecerit quiſpiam. Vel iuxta aliam expoſitionem,quòd à terra vſq; feneſtras erat ſtatura ſiue iunctura lignorum,expreſſit, quòd noſtri profectus ab infimis inchoantes,per ſapientiæ informationem cohærere continuariq́; debent, quouſq; ad contemplationis introitum admittamur. Et feneſtræ clauſæ fuerunt,quæ tamen ſecundùm tranſlationem Septuaginta tripliciter aperiebantur. Porrò quod ſubditur,ſuper oſtia,referri poteſt ad verba præhabita:eritq́; ſenſus, Feneſtræ exiſtentes ſuper oſtia,in loco ſcilicet altiori,erant clauſæ. Itemq́; ad verba ſequentia, vt ſit ſenſus: [Super oſtia & vſq; in domum interiorem,] i. ſancta ſanctorum. [& forinſecùs] i. in templi parte exteriori, quæ dicitur templũ exterius,[per om̃em parietem in circuitu intrinſecùs & forinſecùs,] ſ. ex vtraq; parte templi, vel ſecundùm quoſdam, ſancti ſanctorũ [ad menſuram,] id eſt, aptè & commenſuratè [& fabrefacta] id eſt, artificioſè formata [Cherubin,] id eſt, tales imagines [& palmæ] de quibꝰ dictum eſt ſæpiùs.Hæc erant pro ornamento in oſtijs,parietibus,exteriori interioriq́; domo. Veruntamen quod ait ſcriptura, Vſq; in domum interiorem, quidam intelligunt excluſiuè: ſed incluſiuè potiùs intelligendum videtur. Nam tranſlatio Septuaginta ſic habet: Et vſq; ad domum interiorem & exteriorem,&c.[Et palma inter Cherub & Cherub,] Septuaginta tranſtulerunt,palmę.Vndè Hieronymus exponendo diſſeruit: Vnum Cherub duarum palmarum lateribus vallabatur, erat ergò Cherub inter duas ſtans palmas.[Duasq́; facies habebant Cherub vterque,faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expreſſam.] Ex hoc patet Cherub inter duas palmas fuiſſe.In principio autem huius libri ſcribitur Cherub quatuor facies habuiſſe: nam ibì per ipſum aliud figuratur. [per omnem domum] id eſt, templum [in circuitu de terra vſque ad ſuperiorem partem] templi [Cherubin,& palmæ cælatæ erant in pariete templi,] ità quòd omnia taliter ornabantur.Quidam tamen aſſerit, quòd iſte ornatus fuerit tantùm in inferiori manſione templi,non in media ac ſuperiori.Cui repugnat,quod ait propheta,Per omnem domum.Et item,De terra vſq; ad ſuperiorem partem. Sed & tranſlatio Septuaginta habet: Cælatus omnis paries per circuitum à pauimento vſque ad laquearia. Argumentum quoquè ipſius, quum nullius ponderis videatur, commemorandum non reor. [Limen] domûs [quadrangulum fuit.] Præterea iuxta intelligentiam principalem feneſtræ clauſæ fuerunt, vt corporis noſtri ſenſus claudere inſtruamur, cuſtodire ac refrenare.Feneſtræ quoq; Eccleſiæ,ſunt viri perfecti,per quorum

rum

rum doctrinam alij gratiæ lumen ſuſcipiunt.Rurſus feneſtræ ſunt virtutes contemplatiuæ. De quibus loquitur Iſaias:Qui ſunt iſti qui vt nubes volant,& quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? (Iſaię 60.) Quæ om̃es cauſa,loco,& tempore ſunt claudendæ & aperiendæ:tempus enim loquendi,& tempus tacendi.Nec perfectionum virtutes manifeſtandæ ſunt alijs,cùm dicat ſcriptura:Secretum meum mihi. (Iſaiæ 42.) Inſupèr ſuper oſtium templi,ſcilicet fidem,& in interiori exterioriq́; domo, i. actiuis & contemplatiuis vel proficientibus ac perfectis,in parietibus quoq;,i.aliorum prælatis ac defenſoribus,intùs & foris eſſe debent Cherubim,i.decor ſcientię,de qua dicit Apoſtolus:Om̃ia arbitror vt ſtercora propter eminentem ſcientiam Chriſti. (Phil. 3.) & rurſus:Semper creſcentes in ſcientia Dei. (Col. 1.) Vndè & Dominus ait:Scientiam Dei plùs volui quàm holocauſta. (Oſeæ 6.) [& palmæ,] i.victoriæ vitiorum, quatenùs fides & reliqua alia iam expreſſa, ſcientia ſalutari ac bonis operibus decorentur,intantùm vt & proximi ædificetur,iuxta illud Apoſtoli: In ſapientia ambulate ad eos qui forìs ſunt. (Col. 4.) Chriſtus quoq; in Euangelio:Luceat lux veſtra coram hominibus,&c. (Matth. 5.) Inſupèr Cherub inter duas fuerat palmas,quo docemur,quòd ſcientia noſtra vallari debet bipertito triumpho,vtpotè viſibilium ac inuiſibilium hoſtium. Quòd autem ornatus huiuſmodi fuit per omnem domum,quid aliud figurauit,niſi quòd om̃es qui in Chriſti Eccleſia verè ac propriè ſunt,ſalutari ſcientia, quæ eſt donum ſpiritûs ſancti, immò ſeptem donis ac bonis operibus ſeu præceptorum cuſtodijs fulciuntur:Poſtremò,per limen quadrangulum intelligi poteſt firma,perfecta,ac fundamẽtalis humilitas,per quam ſe homo vniuerſis ſupponit. Quæ ſæpè præhabita ſunt,non ſunt prolixiùs reſumenda.[Et facies adſpectûs ſanctuarij, cõtra adſpectũ altaris lignei,] i.ſanctuarium,& altare ligneum incenſi,ex oppoſito ſe mutuò reſpiciebant.Iſtud em̃ altare deſcribitur ſitum ante parietem ſancti ſanctorum, vel ſecundùm Richardum in medio templi cõtra portam ſanctuarij.Hoc quoq; altare dicitur fuiſſe ligneum interiùs, aureum autem exteriùs.[Trium cubitorum altitudo eius,] videlicet altaris iſtius. [& lõgitudo eius duorum cubitorum, & anguli,] id eſt,cornua eius [& longitudo eius,& parietes] id eſt,latera [eius lignei] erant. [Et loquutus eſt] angelus menſor [ad me:Hæc eſt menſa coram Domino.] i. altare iſtud incenſi,eſt menſa coram Deo per approbationem ſeu acceptionem ſignificati.

¶ Præterea quòd per ſanctuarium deſignentur viri contemplatiui atq; heroici, per altare incenſi,corda ignita, non dubium arbitror, Hæc ergò ſe inuicèm eregionè reſpectant, quoniam claritas contemplationis & feruor dilectionis proportionabiliter coordinantur: & quanto quis in diuino amore fortiùs inardeſcit, eò in ſapientia,quæ donum eſt,ampliùs creſcit:& vice verſa. Altaris iſtius altitudo trium eſt cubitorum, per quos tres virtutes theologicæ figurantur,per quas corda feruentia in contemplationum ſublimia ſuſtolluntur.Longitudo autem duos continuit cubitos: per quos perſeuerantia & longanimitas accipi poſſunt.Porrò quòd cornua,latera & longitudo altaris,lignea erant,quid innuit,niſi quòd tota ſpiritalis fabricæ noſtræ erectio,in humilitate ſemper figi atq; perſiſtere debet,nè vento elationis,ignis noſtræ deuotionis exuffletur?Præterea,ſecundùm Hieronymum, mirum eſt quòd altare incenſi,in quo ignis ſuccenditur,ligneum appellatur,nec tamen conſumitur.[Et duo oſtia erant in templo] vtiq; exteriori,[& in ſanctuario] i. ſancto ſanctorum.Dicunt quidam,quòd in quolibet horum locorum,fuit tantùm vnum oſtium,ſicut & vna apertura:ſed dicuntur in eis duo oſtia, quia vtrunq; oſtium duas habuit portiones,de quibus exponũt quod ſubditur.[Et in duobus oſtijs] iſtis principalibus ex vtraq; parte templi, videlicet quarum vna vocatur ſanctum, alia ſanctum ſanctorum.[bina erant oſtiola,quæ in ſe inuicèm plicabantur,] i.ità diſpoſita, quòd vnum potuit claudi & aperiri ſine alio,vt apparet in oſtijs quæ diuiſa ſeu fracta dicuntur. Iſta expoſitio non videtur textui conſona.Vndè Richardus exponit ſubtiliùs.Ait enim, quòd oſtia iſta erant in muro,qui fuit in ſpiſſitudine ſex cubitorum,& ipſa ſpiſſitudo tam in templo, quàm in ſanctuario,oſtia duo tenebat, ità quòd vnum fuit in muro ex parte interiori,aliud ex parte exteriori.Pẽdebat quoq; vnum ex his oſtijs à dextris,aliud à ſiniſtris,quemadmodùm fuit in templo Salomonis,teſtante ſcriptura: (1. Reg. 6. 7.) Et duo oſtia de lignis abiegnis altrinſecùs. Vtrunq; verò in gemina fuit diuiſum,quæ ferreis nexibus copulabantur,& quum portæ aperirentur,inuicèm plicabantur, nè ſcilicet oſtium latitudinem muri excederet quum aperiretur. Vndè ſubiungitur:[Bina enim oſtia erant ex vtraq; parte oſtiorum,] id eſt, adituum ſiue hiatuum vel aperturarum,ſecundùm Richardum, ità quòd nomen oſtij hîc æquiuocatur.Nam quod ait [bina oſtia,] de fabrica ſumitur:quod verò ſubditur [oſtiorum,] ad aditum qui in muro patebat,refertur. Huic expoſitioni conſonat quod ait Hieronymus: Iuxta literam, inquit,perſpicuum eſt quod dicitur, bina oſtia erant ex vtraq; parte oſtiorum. Solent enim in maioribus triclinijs bina ſibi hærere oſtia atq; coniungi, vt maior introitus nequaquàm duobus & grandibus, ſed quatuor minoribus claudatur aperiaturve foribus.[Et cælata erant in ipſis oſtijs templi Cherubim & ſculptura palmarum; ſicut in parietibus quoq; expreſſa erant.] Iſtud iam dictum eſt, quòd ſimilis pictura atq; ornatus fuit in oſtijs, itemq́; macerijs.[quam ob rem erant & groſſiora ligna in veſtibuli fronte forinſecùs,] quatenùs & firmitatem haberent, & cælaturam maiorem reci-

pere poſſent. Solent enim circa exteriora templorum in portis ac muro hincindè, magnæ & prominentes atq; notabiles fieri cælaturæ. Deniq;, ſecundùm Richardum, his verbis datur intelligi, parietes ligno fuiſſe opertos, ſicut in templo Salomonis. [ſuper quæ] ligna vel oſtia erant [feneſtræ obliquæ & ſimilitudo palmarum] depicta [hinc atq; indè.] Totum iſtud præhabitum eſt. [in humerulis] i. poſtibus [veſtibuli ſecũdùm latera domûs, latitudinemq́; parietum.] Dictum eſt nanq;, per omnem domum ſeu templum fuiſſe præfatos ornatus imaginum. Prætereà, iuxta intellectum intẽtum, per duo oſtia templi ac ſanctuarij, vtriuſq; teſtamenti ſacramenta deſignantur, ſecundùm Hieronymum. Quòd verò in duobus oſtijs ex vtraq; parte bina erant oſtiola, quæ in ſe inuicèm plicabantur, inſinuat in hiſtoria ſpiritualem intelligentiam, & in tropologia ſeu ſpiritali intelligentia cõtineri hiſtoriæ veritatem: quorum vtrunq; altero indiget. Et ſi vnum defuerit, perfecta caret ſciẽtia. Quid autem per cælaturam Cherubim & palmarum, oſtia & parietes, eorumq́; ornatum, feneſtras quoq; obliquas ſignetur, ſubindè tractatum eſt. Quòd verò in fronte veſtibuli ligna fuerant groſſiora forinſecùs, præfigurauit eccleſię Chriſti in principio firmiſſimam adhibendam cuſtodiam, iuxta illud, Principijs obſta: nè animarum corruptor irrumpat, interioraq́; templi, videlicet corda, vbi per fidem & charitatem habitat Chriſtus, violare præſumat.

¶ *Expoſitio cap. 42. Et eduxit me in atrium exterius.* *Articulus* 49.

POſtquàm quæ intùs & in ſancto ſanctorum erant, propheta diligenter fuerat contemplatus, eduxit eum angelus, ſecundùm modum qui in principio huius capituli explicatur. [Et eduxit me in atrium exterius,] fortè de fronte veſtibuli, de quo iam nouiſſimè egit, eduxit eum in atrium exterius ante templum, quod atrium & iam anteà vidit, antequàm interiora penetrauit. Verùm nunc aliqua ſibi ibidèm monſtrantur, quæ priùs oſtenſa non erant. Eduxit autem prophetam [per viam ducentem ad aquilonem,] id eſt, partem aquilonarem. [& induxit me in gazophylacium, quod erat contra ſeparatum ædificium] de quo præcedenti capitulo pleniùs dictum eſt. [& contra ædem,] id eſt, ædificationem [vergentem ad aquilonem,] id eſt, reſpicientem aquilonis partes, ſed non in aquilone locatum, ſecundùm Hieronymum. [in facie longitudinis] ſupple, habentis [centum cubitos.] Intantùm protendebatur longitudo totius ædificij aquilonaris: ideò ſubditur, [oſtij aquilonis:] ità quòd ab oſtio aquilonari menſuratio poterat inchoari. [& latitudinis quinquaginta cubitos,] id eſt, in facie latitudinis habentis quinquaginta cubitos. Tanta enim extitit ædificij latitudo. Hæc autem itemq́; ſequentia, ſuperiùs ſunt deſcripta. [contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum ſtratum lapide atrij exterioris, vbì erat porticus iuncta porticui triplici.] i. tres manſiones habenti, de quibus prædictum eſt. Itaq; vna pars cubitorum *iuſtorũ centum, ſeu quinquaginta cubitorum, ſita fuit ex oppoſito viginti cubitorum atrij interioris, alia verò pars ex oppoſito pauimenti atrij exterioris. [Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis] id eſt, via ad ambulandum continens in latitudine cubitos decẽ. [ad interiora] i. verſùs templum [reſpiciens viæ cubiti vnius,] i. ad interiora, vbì erat via quædam vnius cubiti in lato, quæ via, ſecundùm Richardum, loco orationis adhærebat: vel vt alij opinantur, fuit quidam anguſtus introitus de atrio interiori ad viam decem cubitorum ex tranſuerſo. Itaq;, ſecundùm Hieronymum, his verbis ſignificatur, quòd ante fores omnium gazophylaciorum ſeu thalamorum fuit deambulationis via pro ſacerdotibus, decem cubitorum latitudinem habens: quæ via, ſecundùm alios, pręcedenti capitulo vocata eſt platea longitudinis centum cubitorum. Id quoq; penſandum, quòd ſuprà ſingulariter dixit gazophylacium, nunc autem pluraliter gazophylacia: quoniam plura gazophylacia erant, & vt aliqui dicunt, duo, ſecundùm quod ædificium aquilonare pręfatum, diuiſum fuit per interiores partes ex tranſuerſo totius ædificij tranſeuntes. [Et oſtia eorum] vel [earũ,] videlicet gazophylaciorum ſeu exedrarum, ſecundùm Hieronymum, quę idem ſignificant ſecundùm eundem. [ad aquilonem] reſpiciebant, [vbì erant gazophylacia in ſuperioribus,] id eſt, cœnaculis ſeu manſionibus ſecundis ac tertijs gradatìm aſcendentibus [humiliora,] id eſt, magìs anguſta ſeu ſtrictiora minusq́; ſpiſſa. [quia ſupportabant porticus, quę ex illis] ſcilicet gazophylacijs [eminebant] exteriùs [de inferioribus & de medijs ędificij] ſcilicet aquilonaris, ità quòd porticus de inferioribus ac medijs manſionibus prędicti ędificij eminebant, id eſt, altiùs ſitę erant. Prima ſiquidem porticus de inferioribus ędificij eminebat, quia ſecundùm Richardum, fuit ſupra inferiorem gazophylacij manſionem locata, & medię eius manſioni correſpondens atque vicina. Secunda porticus de medijs ędificij eminebat, quoniam ſupra primam porticum ſita erat, quę medijs ędificij reſpondebat. Porrò, ſecundùm Richardum, gazophylacia dicuntur in ſuperioribus humiliora, id eſt, minùs alta per reſpectum ad reſponſionem ſitûs arduitatisq́ue montis, in quo templum fertur oſtenſum. [Triſtega enim erant,] id eſt, gazophylacia tres manſiones habebant, videlicet locum inferiorem, & duas manſiones, quarum fuit vna alteri ſuperpoſita. [& non habebant columnas] ſuſ-

ſtentantes. [ſicut erant columnæ atriorum] exteriorum, de quibus in præcedentibus dictum eſt. Igitur iſta gazophylacia, ab exteriorum atriorum gazophylacijs differebant: quia iſta non ſuſtentabantur columnis vt illa: ſed iſta ſecundùm quoſdam, quia illis maiora fuerant, ſuſtentabantur fortè muro cum robuſtis pilarijs. [Propterea eminebant] manſiones gazophylaciorum ſupremæ ſeu tertiæ. [de inferioribus & de medijs] manſionibus. [à terra cubitis quinquaginta.] Nam propter fortitudinem muri, poterant ſublimiter eleuari. Sic quidam exponunt. Richardus verò quædam aliter ſubtiliterq́ue exponit: difficulter tamen atque prolixè, idcircò pertranſeo, cùm & eius expoſitio habeatur in promptu. Verùm circa hæc omnia plurimæ mihi occurrunt dubitationes, quas idcircò non tango, quoniam eas ſoluere nequeo. [Et peribolus exterior ſecundùm gazophylacia.] Peribolus, ſecundùm Hieronymum, murum ſignificat qui cingebat gazophylacia in via atrij exterioris. Iſte peribolus fuit ſecundùm gazophylacia, id eſt, protenſus ſecundùm longitudinem gazophylaciorum, [quæ erant in via.] prope præfatam ſacerdotum viam [atrij exterioris,] in quo fuit hæc via, & prædicta gazophylacia. [ante gazophylacia] hęc ipſa, videlicet ex orientali parte, quæ reſpectu gazophylaciorum iſtorum extat anterior. [longitudo eius,] videlicet huius periboli. [quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum.] Vndè iam dictum eſt, quòd peribolus fuit protenſus ſecundùm longitudinem gazophylaciorum iſtorum. [& longitudo ante faciẽ templi centum cubitorum,] Hoc eſt quod præcedenti capitulo dixit de latitudine ſeu platea quadam centum cubitorum. [Et erat ſubter gazophycia hæc introitus,] id eſt, ianua in procliuiori videlicet parte ſita. [ab oriente ingredientium in ea,] id eſt, in gazophylacia iſta. [de atrio exteriori.] Itaque oſtia gazophylaciorum iſtorum in inferioribus manſionibus erant, atque in parte aquilonari, in qua fuit mons ipſe decliuior iſtis, propter pendulum montis. [in latitudine periboli] id eſt, ſpiſſitudine muri ſiue parietis. [atrij quod erat contra viam orientalem in facie ædificij ſeparati.] de quo ſuprà iam patuit. Conſequenter ædificium auſtrale deſcribitur. [& erãt ante ædificium] id eſt, templum, [gazophylacia,] ſupple auſtralia, ſicut ex ſequentibus datur intelligi, [& via] veniendi ad ea, [ante faciem,] id eſt, orientalem murum [eorum, iuxta ſimilitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via aquilonari,] id eſt, aquilonarium gazophylaciorum, de quibus iam dictum eſt. [ſecundùm longitudinem eorum, ſic & latitudo eorum.] ità quòd vtrorunque gazophylaciorum longitudo ac latitudo fuerunt æquales. Itaque verbis his de latitudine gazophylaciorum, hìc exprimit, quod ſuperiùs tacuit. [Et omnes introitus eorum, & ſimilitudines & oſtia eorum ſecundùm oſtia gazophylaciorum, quæ erant in via
reſpiciente ad * notum,] id eſt, auſtrum. Non dixit, ad aquilonem, ſed ad notum, ad innuendum * noton
quòd ſimilitudo iſtorum ſit mutua. [Oſtium in capite viæ] fuit, [quæ via erat ante veſtibulum ſeparatum per viam orientalem ingredientibus.] in huius ergò viæ principio fuit ianua quædam. Quidam per veſtibulum ſeparatum, intelligunt veſtibulum ædificij ſeparati. Alij porticum templi. At verò ſecundùm Richardum, caput iſtius viæ ad orientem reſpiciebat, quæ ab atrio exteriore iuxta aquilonaris ædificij porticum incipiebat. Hieronymus hanc viam nominat orientalem.

¶ Præterea quæ ſequuntur, faciliorem intelligentiam ſortiuntur. [Et dixit ad me: Gazophylacia aquilonis & gazophylacia auſtri,] i. in parte aquilonari auſtraliq́; ſita. [quæ ſunt ante ædificium ſeparatum,] de quo dictum frequenter eſt, [hæc ſunt gazophylacia ſancta,] id eſt, diuino obſequio deputata. Inanimata nanque ſancta dicuntur, quoniam conſecrata aut diuino cultui ordinata, [in quibus veſtiuntur ſacerdotes] ſacerdotalibus indumentis, [qui appropinquant ad Dominum, in ſancta ſanctorum,] vt illic miniſtrent. Tamen in ſancta ſanctorum ſummus ſacerdos tantùm introijt, alij propinquabant. [Ibì ponent ſancta ſanctorum,] id eſt, in prædictis gazophylacijs ſacerdotes
reponent ea ſacrificiorum, quæ ſancta ſanctorum dicuntur. Vndè in Leuitico Moſes ait vbertìm: Leuit. 1. 2. & 3.
Sanctũ ſanctorum eſt de oblationibus Domini. [& oblationes] exhibitas [pro peccato,] id eſt, culpa commiſſionis, [& pro delicto,] id eſt, vitio omiſſionis, quod intelligitur de oblationibus in vſum ſacerdotum cedentibus, quæ in locis his edebantur. Hinc ſubditur: [Locus enim ſanctus eſt,] id eſt, gazophylacia iſta ſunt ſancta ratione prætacta. vndè & ſancta cibaria in eis ſumenda ſunt. [Cùm autem ingreſſi fuerint ſacerdotes] gazophylacia iſta, [non egredientur de ſanctis] his locis, [in atrium exterius,] id eſt, ad loca vulgi cum ſacerdotalibus ornamentis. [Et ibì] videlicet in gazophylacijs, [reponent veſtimenta ſua in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt,] id eſt, ad Dei cultum conſecrata: idcircò ſicut in loco ſancto induuntur, ſic in eo exuuntur ac dimittuntur. [& ſic procedent ad populum] cum ſolitis indumentis. Cumq́ue compleſſet angelus] menſurator [menſuras domûs interioris,] videlicet templi & ſancti ſanctorum,] eduxit me per viam portæ, quæ reſpicit ad viam orientalem,] id eſt, per portam orientalem, [& menſus eſt eam vndiquè per circuitum,] nec ſolùm menſus eſt portam hanc, verùm & murum eius, ſicut ſubiungitur. Menſus eſt autem [contra ventum orientalem,] id eſt, partem ſeu latus muri, quæ

pars fuit reſpiciens verſùs ventum ſeu plagam orbis orientalem. [calamo menſuræ,] id eſt, cum tali inſtrumento menſurandi, quod continebat ſex cubitos, [per circuitum] ſcilicet totam ipſius extenſionem, ſeu longitudinem, [quingentos calamos,] ità quòd quingentos calamos continebat, qui faciunt tria millia cubitorum, hoc eſt, vnum milliare. [in calamo menſuræ per circuitum.] hoc propter clariorem intellectum repetitur. [Et menſus eſt contra ventum aquilonis quingentos calamos in calamo menſuræ per gyrum.] id eſt, eodem modo menſus eſt aquilonarem partẽ muri iſtius cum calamo menſurante, ità quòd iſta pars muri fuit tanta vt pars orientalis præfata. [Et ad ventum] id eſt, plagam [auſtralem menſus eſt quingentos calamos in calamo menſuræ per circuitum.] Partem muri auſtralem menſus eſt ſicut partes prædictas. Simili ſenſu ſubditur de menſuratione occidentalis partis muri iſtius. [& ad ventum occidentalẽ, menſus eſt quingentos * cubitos, &c.] (*calamos) Conſequenter quaſi recapitulans, aliquid tamen adijciens, ſubdit: [per quatuor ventos,] id eſt, ex quatuor partibus & verſùs quatuor principales ventos plagasq́; terræ, [menſus eſt murum eius,] videlicet portæ orientalis per quam me eduxit. [vndiq; per quatuor latera muri. [& longitudinem quingentorũ calamorum,] ità quòd quælibet pars muri habuit in longitudine quingẽtos calamos, totidem quoquè in latitudine intra parietes, nam murus fuit quadratus. Ideò ſequitur: [& latitudinem quingentorum.] Aliqui textus continent, cubitorum: ſic enim Hieronymus tranſtulit. Sed ipſe in commento tranſlationem ſuam emendat, dicens ſe ſimplicitate & celeritate dictante ex inaduertentia poſuiſſe cubitorum: quod ſecundùm eum in Hebraico non habetur, ſed duntaxàt longitudinem quingentorum, & latitudinem quingentorum: ità quòd ſubaudiẽdum eſt, calamorũ. Hinc miror quoſdam hîc facere grandem quęſtionem ac difficultatem, quomodò murus idem dicatur habere quingentos calamos & quingentos cubitos, cùm calamus contineat ſex cubitos. De quo autem templi muro iſta dicantur, deincèps oſtenditur. [diuidentem inter ſanctuarium & vulgi locum:] ex quo aliqui dicunt, his verbis deſcribi medium murum, inter locum vulgi ac atrium exterius diuidentem. Per ſanctuarium nanq; intelligitur templum, quod fuit intra muros, & vulgi locus fuit immediatè poſt primum extremúmve murum. Alij aſſerunt hîc deſcribi murum exteriorem, qui totum ædificium intra ſe clauſit, adijcientes in Hebræo haberi, diuidentem inter ſanctum & vile, ità vt ſanctum dicatur quicquid intra primum murum locatur, quia diuino cultui deputatum: vile autem, quicquid extra ipſum conſiſtit, quia humanis deputatum eſt vſibus. Quicquid autem horum ampliùs quis approbet, certum reor reprobationes quibus quidam in loco hoc dicta Richardi redarguit, facilimè poſſe diſſolui. Immò venerabilis ille Richardus ſufficienter oſtendit, calamum quandoq; pro integro calamo, quandoq; pro parte calami etiam vt menſura accipi poſſe. Quid verò de hoc loco ſanctus Hieronymus ſenſerit, ex eius commento certitudinaliter conſiderare non queo: quippe cùm aliqua dicat, ex quibus ſentire videtur quòd propheta de exteriori muro loquatur: aliqua quoq;, ex quibus alteri opinioni fauere putatur.

¶ *De principali ſpiritaliq́; intellectu eiuſdem cap. 42.* *Articulus* 50.

ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad aquilonem.] Quemadmodùm in præcedenti articulo patuit, poſtquàm angelus prophétam de exterioribus in interiora templi deduxit, vt interiora ac ſecretiora conſpiceret, rurſum eundem ad exteriora eduxit, vt quæ ibì ſunt videat. Cuius vna hæc ratio eſt, quia ſub perſona prophetæ, prælati & contemplatiui atque perfecti deſignantur: qui primò circa exterioris hominis compoſitionem, paſſionum reformationem, vitam actiuam ac ſenſibilia occupantur. Deindè, gratia duce circa ſecreta cæleſtia, diuinarumq́ue ſpeculationum ſpectacula per contemplatiuæ exercitia vitæ feruntur: quia (vt ait Apoſtolus) (1.Cor. 15.) non prius quod ſpiritale, ſed quod animale, deindè quod ſpiritale. Veruntamen cùm conditionis humanæ fragilitas, humanæq́ue mentis admiranda inſtabilitas, defectuoſitas, ac paupertas non ſinat hominem iugiter, immò nec diù neque ſtabiliter contemplationi actualiter inhærere: quantumcunquè viri præfati profecerint, coguntur poſt contemplatiuam eleuationem deſcendere, rurſusq́ue circa exteriora intendere. Inſupèr, quia in ſuperioribus per exteriora templi, deſignati ſunt ſeculares & imperfecti, ſeu coniugati ſiue actiui: per interiora verò templi ſpiritales, continentes, perfecti & contemplatiui: per præinductam prophetæ inductionem & eductionem figuratur, quòd viri perfecti, paſtores, prælati & contemplatiui, primò circa ſubditorum ſuorum imperfectiorum tanquàm magìs indigentium, reformationem, informationem ac directionem intendere debent. Deindè ad altiora conſcendere, & perfectioribus perfectiora proponere, vt ſapientiam loquantur inter perfectos, & ſolidum cibum miniſtrent capacibus. Sic nempe in ſuis epiſtolis egit Apoſtolus, primò culpabiles increpando & docendo, deindè perfectis ſublimia Chriſti myſteria conſcribendo: & nihilo minùs circa finem epiſtolarum ad inferiora exterioraque redeundo, docens qualiter coniuges pariter viuere & debitum ſoluere debent. Deniquè hæc ipſa exteriora, quæ ante ſuperiorum ſeu inferiorum ſpeculationem obſcuriùs vidimus, poſt contemplationum ſublimia cla-

riùs atque profundiùs penetramus. [Et induxit me in gazophylacium, quod erat contra ſeparatum ædificium, & contra ædem vergentem ad aquilonem.] Iam multotiès dixi, quid per gazophylacium, quid per ædificium ſeparatum, quid per aquilonem ſpiritaliter deſignetur. Dictum eſt nanque, quòd per ſeparatum ædificium exprimantur religioſi, ſolitarij & abſtracti. Porrò per gazophylacium, quod erat cõtra ſeparatum ædificium, intelliguntur fideles in medio ſeculi fluctuantes, tamen Deo placentes. Ideò ſunt contra ædificium ſeparatum, non per voluntatis vitioſam diſcordiam, ſed per conuerſationis diſſimilitudinem magnam atque diſtantiam. Ad horum directionem redit prælatus, prædicator ac doctor, poſtquàm circa interiora fuit intentus, vt claruit. Per ædem autem quę vergit ad aquilonem, ſignantur qui in aduerſitatum frigoribus, aut pœnitentiæ luctibus commorantur, à quorum exercitio ſeculares frequentiùs diſtant. Gazophylacium iſtud eſt [in facie longitudinis cubitos centum habentis,] per quos decem præceptorum obſeruatio, mente, verbo, & factis exhibita figuratur: aliter enim ſaluari non valent, quæ longitudo eſt [oſtij aquilonis,] id eſt, fidei, ſupplicia reproborum adſpicientis, quæ fides atque inſpectio ſeculares ad præceptorum cuſtodiam inducere ſolent. Proficientes verò, ſpe ac deſiderio præmij ſempiterni Deo miniſtrant. Perfecti autem, puro amore eius, quem ſuper omnia ſyncerè irreflexeq́ue diligunt, ex ipſo boni affectu, æquitatisq́ue zelo. [& latitudinis quinquagintà cubitos habentis.] Hoc conuenientiſſimè iunctum eſt, quia per latitudinem, charitatis extenſio: per quinquagenarium numerum, tempus remiſſionis, quietis æternæ, ac pacis internæ accipitur. Quicunque ergò Chriſti fideles Deo per obſeruantiam præceptorum non complacent, niſi hæc ipſa ex charitate obſeruent, ea intentione, vt ad remiſſionem, quietem, pacemq́ue cęleſtem pertingant, quemadmodùm ad Hebręos ſexto ſcribit Apoſtolus: Feſtinemus ingredi in illam requiem. Et Chriſtus in Euangelio: Si fuerit oculus tuus (Matth. 6.) ſimplex, id eſt, intentio recta, totum corpus tuum lucidum erit, id eſt, tota operationum congeries erit Deo accepta. [Et contra viginti cubitos atrij interioris.] Viginti cubiti atrij interioris, ſunt varij habitus & actus & ſpecies ad contemplatiuam animam pertinentes, quæ multiformiter aſſignantur, & re atque myſterio ad viceſimum perueniunt numerum: ad quæ tamen ſecularium conuerſatio nequit attingere. Idcircò eſſe dicuntur ex oppoſito viginti cubitorum atrij interioris. [& contra pauimentum ſtratum lapide atrij exterioris.] Per pauimentum iſtud atrij exterioris lapidibus ſtratum, intelliguntur quorundam coniugatorum vel ſecularium corda humilia, varijs virtutibus decorata: quæ licèt in ſtatu perfectionis ſeu religionis non ſint, nihilo minùs tantis gratiæ donis ornantur, tanta humilitate figuntur in imo, & tanto charitatis ardore demorantur in ſummo, vt multis religioſis præfulgeant: cæterosq́ue ſeculares, quanuìs in ſtatu ſalutis exiſtentes, tanta perfectione tranſcendant, vt illi contra eos, ſeu contra pauimentum hoc propter profectûs diſtantiam conſtituti ſcribantur. [Vbì erat porticus iuncta porticui triplici.] Per porticum intelligitur pœnitentiæ ſacramentum, vel fidei Chriſtianæ vmbraculum, quorum vtrunque in prędictis virtutibus virtutumq́ue actibus ac perſonis fidelibus eſſe debet. Eſtq́ue coniuncta porticui triplici, quæ ſunt tres pœnitentiæ partes, contritio, confeſſio, ſatisfactio. Vel porticus triplex eſt ſuperbeatiſſimæ Trinitatis conſtantiſſima ac ſecuriſſima fides, ab omni aduerſo cuſtodiens: quæ eſſe debent vnita fidei ſimpliciſſimæ Deitatis, quatenùs vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. [Et ante gazophylacia, deambulatio decem cubitorum latitudinis.] Deambulatio iſta eſt ſemita mandatorum decalogi, quorum charitatiua cuſtodia ſemper eſſe debet ante gazophylacia, id eſt, coram oculis deuotorum præcipuè ſacerdotum, vt ambulent inceſſanter in ea. Eſtq́ue deambulatio iſta, [ad interiora reſpiciens,] vt coram Deo ſit recta intentio, & eius honor in omnibus expetatur. Reſpicit ergò ad interiora [viæ cubiti vnius.] Hæc eſt arcta via ſalutis, quam pauci inueniunt. Quanuìs equidem deambulatio memorata ſit lata per charitatem, anguſta tamen & arcta eſt ob noſtram defectuoſitatem ac difficultatem ad bona, ſeu pronitatem ad mala: Difficulter nanque attingimus medium. Verùm quo ampliùs per gratiam adiuuamur, per charitatem feruemus, in virtutibus exercemur ac ſtabilimur, eo leuior atque iucundior nobis fit via ſalutis. [Et oſtia eorum ad aquilonem.] Per oſtium fides, per gazophylacia viri fideles in gratia locupletes, per aquilonem aduerſitas, vel ignauiæ torpor, ſeu charitatis infrigidatio, aut pœna gehennæ (vt ſæpiùs tactum eſt) deſignatur. Oſtia itaque gazophylaciorum ad aquilonem reſpiciunt, dum virtuoſi per fidei ſuæ oculum, ſua aut proximorum aduerſa conſiderant, dum ſecularium ſeu indeuotorum ſpiritali infrigidationi torporiq́ue condolent, dum futura ſupplicia penſant. [Vbì erant gazophylacia in ſuperioribus humiliora.] quia in his conſiderationibus viri virtutum quo ſublimiùs creſcunt, ſeu magìs proficiunt, eo profundiùs ſeipſos humiliant: ſcientes, quòd Deus ſuperbis reſiſtat, humilibus autem det gratiam. [quia ſupportabant porticus quæ ex illis eminebant.] Per porticus ex gazophylacijs eminentes, intelligũtur imperfectiores ac ſubditi, qui adhuc ad motus vanitatis

tis procliues ſunt,& eſſe volunt in aëre.Vndè & vitijs impelluntur.Indigent ergò à perfectis & præ-
latis ſupportari,nè ruant & pereant,ſed ex illis emineant, maiorum ſuorum auxilio in gratia profi-
Rom.15. ciendo. Hinc dicit Apoſtolus: Debemus autem nos firmiores, aliorum imbecillitatem portare, &
non nobis placere.Iuſti quippe ſunt fundamenta, quibus imperfecti debent inniti, figi, & confor-
Prou.10. tari,iuxta illud Prouerbiorum:Iuſtus quaſi fundamentum æternum. Hinc filio ſuo dixit Tobias:
Tob.4. Conſilium ſemper à ſapiente require. Eminebant ergò [de inferioribus & de medijs ædificij.] i. de
doctrinis maiorum minùs aut magìs altis. [Triſtega enim erãt.] Gazophylacia ſunt triſtega ſeu tres
manſiones habentia,quoniam ſciunt qualiter nondùm pœnitentibus, qualiter incipientibus, quo-
modò item proficientibus inſtructionem,opem, atq; vmbraculum impendere debent,vnicuiq; ſe-
1.Cor.3. cundùm ſuam capacitatem loquentes ac prouidentes. Qualis fuit Apoſtolus: Non potui, inquiens,
vobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed quaſi carnalibus.Non enim poteratis accipere. [Et non habebant
columnas, ſicut erant columnæ atriorum.]Hi enim in gratiæ donis ditati & alijs præſidentes,à ſub-
ditis non fulciuntur aut ſuſtentantur, ſed econuerſò. Hinc viri perfecti dicuntur aliorum colu-
Matt.5. mnæ.Propter quod ait Saluator: Si ſal euanuerit,in quo ſalietur?Rurſusq́; ſcriptũ eſt:Quis medebi-
Eccl 12. tur incantatori à ſerpente percuſſo?[Propterea eminebant] porticus [de inferioribus & de medijs]
gazophylaciorum manſionibus, ſicut expoſui. [à terra,] id eſt,conuerſatione terrena, carnaliumq́;
amore,[cubitis quinquaginta,] quo numero annus remiſſionis & gratiæ denotatur, æternaq́ue re-
quies deſignatur.Etenim ad ſalutem requiritur, vt omnis Chriſtianus intantùm à terrena affectio-
ne ac vita ſeiungatur,quòd amore Dei in ipſo prædominante,remiſſionis gratiam conſequatur.[Et
peribolus exterior ſecundùm gazophylacia quæ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia.]
Per peribolum, quo nomine murus ſeu paries gazophylacia ambiens ſignificatur, gratia diuinæ
protectionis,vel maiorum prælatorum authoritas atque cuſtodia ſumitur.Iſte peribolus ſecundùm
extenſionem gazophylaciorum extenditur,quia his quos ambit aut protegit,commenſuratur, dum
eis ſpecialiter applicatur. [Ideò longitudo periboli, eſt quinquaginta cubitorum.] quoniam gra-
tia & poteſtas hæc, ad iubileum felicitatis cæleſtis, quæ quinquagenario denotatur, perducit. [Et
longitudo ante faciem templi centum cubitorum.] Per longitudinem iſtam accipitur proxima
diſpoſitio ingrediendi Eccleſiam, hoc eſt, incorporandi Chriſto per vitam contemplatiuam, quia
per exteriora deſignata eſt vita actiua. Longitudo ergò hæc centum eſt cubitorum, quoniam in
actiua vita atque moralibus virtutibus debet eſſe perfectus, qui ad theoricam admittetur. Cen-
tenarius autem perfectus eſt numerus.[Et erat ſubter gazophylacia hæc introitus ab oriente ingre-
dientium in ea de atrio exteriori.] Introitus iſte ad gazophylacia, eſt humilis imitatio, qua imperfe-
cti ac ſubditi maiorum virtutes ſectantur,atq; per hoc vnum in Chriſto cum eis efficiuntur, eodem
ſpiritu vegetati,vnumq́; myſticum corpus effecti. Ingrediuntur autem ab oriente, id eſt, ab illumi-
natione lucis ſupernæ,quę viam oſtendit.[in latitudine periboli,]id eſt,in ſoliditate diuini ſubſidij.
Periboli inquam,[atrij,quod erat contra viam orientalem,]id eſt,eorum quorum interior oculus ad
ſummæ lucis ſplendorem dirigitur.Hi eñ diuinitùs proteguntur. [in facie ædificij ſeparati,] id eſt,
coram eis per vitæ conformationem,qui ſolitariæ & abſtractæ conuerſationis conſiſtunt.[Et erant
ante ædificium gazophylacia.] Per ædificium hoc loco,templum videlicet, diuiniores intelligũtur,
qui in cordibus ſuis Deo quaſi continuè pſallunt. Antè hos ſunt alij virtuoſi, quanuìs nondùm ità
perfecti,ſed perfectioribus per ſimilitudinem iuncti,eiſq́; perfectiùs cupientes vniri.[Et via ante fa-
ciem eorum.] Via ante faciem gazophylaciorum,eſt ſemita æquitatis, per quam boni ſemper curãt
incedere.[iuxta ſimilitudinem gazophylaciorum,quæ erant in via aquilonis.] i. eorum, qui mundi
aduerſis pulſantur,impijs condolent,inferni ſupplicia intuentur.[ſecundùm longitudinem eorum,
ſic & latitudo eorum,] quia iuſtitiæ æqualitatem in omnibus amant,actio quoq; & cõtemplatio pa-
riformiter in eis concreſcunt,& quo longanimiores ſunt in ſpe,eo latiores fiunt in charitate. Deniq;
ſicut in litera edocetur, gazophylacia auſtralia & aquilonaria, quãtùm ad introitum & figurationes
ac oſtia,erant ſimilia:per quod datur intelligi ſimilitudo meriti eorum,qui in gladio ſpiritali, & qui
in luctu pœnitentiali verſantur.[Oſtium in capite viæ,] id eſt, fides eſſe debet principium operati-
onis bonæ.Fides nanque dirigit operationem ad debitum finem, videlicet vitam beatam, ad quam
omnis operatio noſtra eſt referenda. [quæ] via [erat ante veſtibulum ſeparatum.] quia opera vir-
tuoſa quæ ſunt medium quo imus ad patriam, ſunt coram eorum adſpectu qui merito vitæ & gra-
tia ab impijs ſeparãtur.[per viam orientalem ingredientibus,] id eſt, deſeruiens his qui per iter vir-
tutum ac lucis ingrediuntur, ſeu conuerſantur & ambulant. Illorum nanque operatio eſt veraci-
ter virtuoſa. His verò qui in hypocriſi, calliditate, duplicitateq́ue ſunt, via virtutum non conue-
nit. [Et dixit ad me: Gazophylacia aquilonis &c.] Per gazophylacia aquilonaria atque au-
ſtralia, intelliguntur corda diuerſis gratiarum chariſmatibus opulenta, ſicut frequenter expoſitum
eſt.

eſt.Iſta planè ſunt gazophylacia ſancta formaliter, in quibus ſacerdotes Chriſti veſcuntur, ac ſpiri-
taliter reficiuntur multis effectibus ſacramenti altaris, paneq́ue vitæ & cibo virtutum, de quo ait
Saluator:Meus cibus eſt,vt faciam voluntatem patris mei. [qui appropinquant ad Dominum,] non Ioan. 4.
corporis progreſſione, ſed mentis deuotione. [in ſancta ſanctorum,] id eſt, apice intelligentiæ ac
ſcintilla ſynteresis, vbì per lympidiſſimam contemplationem ardentiſſimumq́ue amorem Deo
omnipotenti immediatè iunguntur,aggreſſi cor altum,& ingreſſi ſanctuarium Dei,vt audiant quid
in ſecretiſſimo ſpiritûs ſinu loquatur in eis Dominus Deus. [ibì ponent ſancta ſanctorum,] id eſt,
ſuperdigniſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, quod propter ſacramentalium ſpecierum diuerſita-
tem pluraliter nominatur ac dicitur ſacramenta. Hoc enim ſacramentum quod verè eſt ſanctum
ſanctorum, in intimo mentis per deuotiſſimam meditationem ſemper eſt recondendum, iuxta il-
lud in Canticis: Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. [Et oblationes pro peccato & delicto,] Cant.8.
id eſt, ſpiritalia ſacrificia, quibus Deus placatur, & vitia remittuntur, quæ ſunt orationes deuotæ,
compunctiones internæ, affectiones feruentes, dolores mentales. Charitas nanque operit multi- Prou.10.
tudinem peccatorum, & ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. [Locus enim ſanctus eſt,] id eſt, 1.Pet. 4. Pſal. 50.
corda hæc ſancta ſunt, quæ ſunt thalami ſponſi cæleſtis, throni ac ſedes ſapientiæ increatæ, & tem- Sap. 7.
plum Dei viuentis, vbì per fidem habitat Chriſtus. [Cùm autem ingreſſi fuerint ſacerdotes] euan- Ephe. 3.
gelicæ legis gazophylacia iſta ac ſancta ſanctotum per contemplationem amoris ardore flammi-
geram intra ſe conuerſi ac eleuati ad Deum. [non egredientur de ſanctis in atrium exterius,] id
eſt, non ſtatìm ab inferioribus, occupationibusq́ue diuinis ad exteriora redibunt, ſed quantùm
virtus ratioq́ue permittunt, Deo manebunt intenti, atque ad dignam Euchariſtię perceptionem ſe
totis viribus præparabunt. Perceptione quoquè peracta, grati eſſe nitentur. [Et ibì] videlicet in
cordibus ſuis. [reponent veſtimenta ſua, in quibus miniſtrant,] id eſt, ſingularia illa deuotionis,
contemplationis, atque amoris exercitia, quæ ſunt ſpecioſiſſima ſacerdotum indumenta,in quibus
tempore celebrationis miniſtrauerunt, ſacrificium tantum patri æterno offerentes,intra ſe abſcon-
dent,dum ab altari recedunt. [quia ſancta ſunt.] id eſt, eminenter virtuoſa. Talia autem ex humi-
litate ſunt occultanda. [veſtienturq́ue veſtimentis alijs,] id eſt, communibus ac ſolitis virtutum
operibus,ad quæ tenentur, ſe induent, nè alij ſcandalizentur. [& ſic procedent ad populum,] quos
verbo & opere ædificare vtiquè obligantur. [Menſus eſt portam] orientalem [per circuitum vn-
diquè.] Per portam orientalem, ſicut ſæpiſſimè patuit, intelligitur fides illuminata, vel ſacramen-
tum baptiſmi, quæ ſunt portæ ad Chriſti Eccleſiam. Hæ portæ vndiquè menſurantur ab eo qui iu-
dex eſt omnium, dum ipſe opera fidei noſtræ ex omni parte conſiderat, & qualiter veſtem inno-
centiæ tenuerimus, inſpicit. Poſtremò, quid per murum iſtum, qui nunc ex quatuor ſuis parti-
bus menſuratus deſcribitur, & inter locum vulgi ac ſanctuarium diuidit, intelligatur, dictum eſt
in quadrageſimi expoſitione capituli. Si enim murus iſte dicatur murus exterior, per ipſum in-
telligitur diuina protectio. Si verò murus medius, angelorum cuſtodia. Quorum vtrunque Chri-
ſtus menſurat, quoniam quicquid beneficiorum à Deo vel angelis participamus, ipſe perpendit ac
iudicat: & ab eo, cui plùs datum eſt, plus requiret. Menſuratur ergò hic murus verſùs quatuor ven-
tos terræ, ad innuendum, quòd omnium in toto orbe terrarum habitantium corda, mores & ope-
ra, Chriſtus infallibiliter iudicat ac menſurat atque remunerat. Deniquè quælibet pars muri iſti-
us, habet quingentos calamos, tam in longitudine quàm in latitudine, ità quòd totius muri ambi-
tus, duo millia continet calamorum. Per quæ omnia diuinæ ſiue angelicæ cuſtodiæ generalitas, ma-
gnitudo, efficaciaq́ue ſignatur. Sed quomodò murus iſte inter ſanctuarium & locum vulgi diui-
dit, cùm vtraque cuſtodia cunctis fidelibus adhibeatur? Et reſpondendum, quòd quanuìs omni-
bus aſſit, non tamen æqualiter: nam & superſapiens vniuerſorum creator, atque omnipotens domi-
nator, cunctis & ſingulis prouidet ſecundùm qualitatem, gradum, virtutem, diſpoſitionem aut ſta-
tum eorum.

¶ *Elucidatio cap. 43. Et eduxit me ad portam.* *Articulus* 51.

NVnc poſt ædificiorũ templi deſcriptã menſuratione͂,deſcribitur reuelatio atq; cõmiſſio diui-
nitùs facta ꝓphetæ.[Et eduxit me] angelus [ad portam q̃ reſpiciebat ad viam orientalem,] i.
ad orientalem portam atrij interioris. Ad hanc portã eductus eſt propheta à porta orientali atrij ex-
terioris ſecundùm quoſdam.[Et eccè gloria Dei Iſrael] i. glorioſa Dei apparitio, ſeu ꝑclara effigies Ezech.1.
Dei repræſentatiua,de qua ſcriptũ eſt primo capitulo, vtpotè ſimilitudo ſuper caput animalium fir-
mamenti,&c. [ingrediebatur per viam orientalem] templum nunc deſcriptum. Omnia aũt intelli- Ibidèm.
genda ſunt accidiſſe non in re,ſed in imaginaria viſione ſeu oſtenſione.[Et vox] gloriæ Dei ingre-
dientis,[erat quaſi vox aquarum multarum,] ad deſignandum diuinæ maieſtatis eminentiam. Tale
quid etiam dictum eſt primo capitulo de quatuor animalibus.[Et terra ſplendebat à maieſtate eius,]
id eſt, diuinæ claritatis fulgore illuſtrabatur,ità quòd radij terram illuſtrantes,videbantur à præfata
pro-

prodire effigie.[Et vidi viſionem]i.imaginariam ſimilitudinem.[ſecundùm ſpeciem]i. iuxta eundẽ
modum ac formam,[quam videram quandò venit]gloria Dei.[vt diſperderet]ciuitatem]Hieruſa-
lem, i. per Chaldæos deſtruendam oſtenderet. Quomodò autem viſio iſta ſit facta, 10. cap. dictum
atq; expoſitum eſt. [Et ſpecies]i.ſimilitudo mihi nunc demonſtrata, fuit [ſecundùm adſpectum,]i.
Ezech. 6. imaginarium intuitum.[quam videram]interioribus oculis[iuxta flumen chobar,de qua re dictum
eſt primo cap. [Et cecidi ſuper faciem meam,] vel in reuerentiam creatoris, vt eum pronus in terra
adorarẽ:vel ex virium defectu,tam ſublimem viſionem ferre non valens ex fragilitate naturæ,ſicut
in præcedentibus pleniùs dictum eſt: & tamen caſus iſte non fuit niſi in viſione. [Et maieſtas Do-
mini ingreſſa eſt templum per viam portæ,quæ reſpiciebat ad orientem,]i. per portam orientalem.
Quemadmodùm autem ſuprà legitur maieſtas ſeu gloria Dei egreſſa templum ac ciuitatem, atque
ſupra montem extrà ſtetiſſe, ad deſignandum, quòd templum ac vrbem Hieruſalem ſolita defen-
ſione ſua priuaret,inimiciſque traderet, ità nunc ſcribitur templum iam deſcriptum ingreſſa, ad in-
nuendum, quòd templum hoc & ciuitatem, paulopòſt deſcribendam, gratioſè protegeret & inha-
bitaret. [Et eleuauit me ſpiritus]angelicus,me confortans ac inſtruens. [& introduxit me] de por-
ta orientali[in atrium interius.]quod fuit prope templum. [Et eccè repleta erat gloria Domini do-
mus.] id eſt, templum impletum videbatur magnificentia & fulgore maieſtatis diuinæ, quemad-
modùm decimo cap. legitur: Atrium repletum eſt ſplendore gloriæ Domini. [Et audiui loquen-
tem ad me de domo.]id eſt,exiſtentẽ in templo,ità quòd loquens iſte fuit in templo.Nec dicit Pro-
pheta,quis ille extiterit,aut quid dixerit. Verùntamen palàm arbitror, quòd fuit angelus aliquis in
Dei loquens perſona.Alijs verò appáret, quòd loquens iſte non fuit in templo, nec alius ab angelo
prophetam docente: ſicq; loquebatur de domo, tanquàm de materia quadam. Sed primum eſt me-
lius,ſicut ex ipſo literæ contextu perpéditur.Nempe de angelo inſtruente prophetam, quaſi de alio
mox iungitur:[Et vir qui ſtabat iuxta me,] ſcilicet angelus in ſpecie viri appárens. [dixit ad me: Fili
hominis,locus ſolij]id eſt, throni [mei, & locus veſtigiorum pedum meorum] eſt templum iſtud.
Hæc verba loquutus eſt angelus non in propria,ſed in Dei perſona.Loquitur autem Deus de ſe mo
do ac more hominis corporaliter reſidentis in throno.Per veſtigia autem pedum Dei,intelliguntur
effectuum eius impreſſiones. [vbì habito]id eſt, habitabo, [in medio filiorum Iſrael in æternum]
3.Reg. 7.8. non ad tempus tantùm, ſicut in templo Salomonis. Iſta de Eccleſia intelliguntur, & per filios Iſrael
& 9. veri Iſraelitæ in Chriſtum credentes exprimuntur. Niſi quis dicat (ſicut in expoſitione 40. cap. ta-
Ezec. 40. ctum eſt) quòd tunc per oſtenſionem templi huius intelligendum ſit templum poſt reditum à Ba-
bylone conſtructum, vel quod conſtructum fuiſſet, ſi Iudæi debitè ad Deũ ſe habuiſſent, ità quòd
tota iſta promiſſio de templo & ciuitate ac terræ diuiſione, intelligenda erat ſub conditione.Quòd
item Deus iſta promiſit per prophetam,vt Iudæi pro tunc incitarentur in Iudęam reuerti & Deo fi-
deliter obſequi.Quod ſi feciſſent,oĩa iſta tunc literaliter impleta fuiſſent. Quanuìs autem talis aſ-
ſertio certa non ſit,tamen ex litera iſta datur non minima occaſio taliter opinandi,ſicut per ſequen-
tia verba conſiderantibus innoteſcere poteſt. Nec iſtud fidei catholicæ obuiat, immò Iudæorum
contra nos cauillationes diſſoluit.[Et non polluent]id eſt,non inhonorabunt.[vltrà domus]id eſt,
tribus ac populi [Iſrael nomen ſanctum meum] id eſt, meipſum nomine deſignatum. [ipſi ac reges
eorum in fornicationibus]id eſt,idololatrijs [ſuis & in ruinis] id eſt, peccatis [regum ſuorum, & in
excelſis ſuis]i.altis idololatriæ locis. [qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meũ, & poſtes ſuos
iuxta poſtes meos.]Quidam eñ impij reges Iuda,limina ac poſtes palatij ſui iuxta limen poſtiũ tẽpli
ædificari fecerunt,& ad hoc iniuſtè vixerunt:ſicq; ex propinquitate ad loca ſacra, peccatum eorum
aggrauabatur,ſecundùm Hieronymum.Vel per limen ſuum intelligitur, ꝙ limina idolorũ ſuorum
iuxta templum poſuerunt,atq; ibidèm idololatriã exercuerũt.[Et murus erat inter eos & me.] i.par-
ua diſtantia inter locum,in quo tam peruerſè egérunt & inter templum vel ſanctum ſanctorum, in
quo habitaui per pręcipua beneficia meæ clementię. [Et polluerunt nomen ſanctum meum in ab-
ominationibus quas fecerũt.Propter quod conſumpſi]i.occídi[eos]pro maxima parte gladio Chal
dęorum,ſame, captiuitate, ac peſte [in ira mea.] i. rigore iuſtitiæ meæ. [Nunc ergò repellant procùl
fornicationem ſuam] corporalem ac ſpiritalem,& omne peccatum mortale.[& ruinam]i.vitia [re-
gum ſuorum] idololatrarum.[à me]i.à meo conſpectu,& de præteritis malis veraciter pœnitendo,
Pſal. 50. eademq; in poſterum deuitãdo. Qui enim cordialiter ait, Quoniam iniquitatem meam ego cogno-
ſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper: etiam efficaciter poteſt orare, Auerte faciem tuam à
Pſal. 31. peccatis meis. Competetq; ei quod ſcriptum eſt: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.
[& habitabo in medio eorum]id eſt,in cordibus ſingulorum. [ſemper]in præſenti per fidem & gra
tiam,in futuro autem per gloriam. [Tu autem fili hominis, oſtende domui Iſrael templum,] id eſt,
formam templi iſtius iam deſcripti propone filijs Iſrael. [& confundantur ab iniquitatibus ſuis,]
id eſt, conſideratione iniquitatum ſuarum ſalubriter erubeſcant, præſertim cùm audiant ſibi tot

bona promitti à me,quem tam grauiter offenderunt.Clementia nanque & beneficentia eius qui of-
fenſus eſt,debet reum ad maiorem culpæ ſuæ ruborem inducere,quia oppoſita iuxta ſe poſita,clari-
ùs innoteſcunt. [& metiantur fabricam,] i. menſuras templi conſiderent [figuram domûs]i. tem-
pli. [& fabricæ eius] ædificiorum ſibi adiunctorum, exitus & introitus, ſcilicet portas ac oſtia. [&
omnem deſcriptionem eius,& vniuerſa præcepta eius]i. præcepta ſeruiendi Deo in templo. [cun-
ctumq; ordinem eius]in ædificijs ac miniſtris,videlicet ſacerdotibus ac Leuitis,[& omnes leges ei-
us,] in cæremonialibus obſeruandis oſtendes eis. [& ſcribes in oculis eorum]i. eorum conſpectui
ſcripta monſtrabis,nè obliuioni tradant audita.[vt cuſtodiant oẽs deſcriptiones eius]tenaci me-
moria.[& præcepta illius] iam dicta,[& faciant ea.]Non enim prodeſt ſcientia aut memoria præce-
ptorum,niſi & opere impleantur,immò & magìs damnabilem reddit, Chriſto teſtante: Seruus qui Lucæ 12.
ſcit voluntatem domini ſui,& non facit, plagis vapulabit multis. Iacoboq; dicente: Scienti bonum Iacob. 4.
& non facienti,peccatum eſt illi.[Iſta lex domûs in ſummitate montis.] i.iſta eſt iuſta ordinatio,vel
cenſura templi in vertice montis ſiti ac demonſtrati. [Omnes fines eius,] i. termini ſeu ædificia ad
templum hincindè ſpectantia. [ſanctum ſanctorum eſt,]i.ad ſanctum ſanctorum ſe habent ac per-
tinent,vel ſecundùm Hieronymum in ſancta ſanctorum reputantur, ad inſinuandum quòd iſta de
Eccleſia proferantur.Siquidem in tabernaculo Moſis Salomoniſq; templo,non niſi interiora,vnaq;
pars,ſancta ſanctorum vocatur. [Hæc eſt ergò lex domûs:] quod tam ad præcedentia, quàm ad ſe-
quentia poteſt referri.Conſequenter itaq; ponitur deſcriptio altaris holocauſti. [Iſtæ autem menſu
ræ altaris] holocauſti ſunt quæ ſequuntur.[in cubito veriſſimo,]quia per cubitum iſtę menſurę ex-
primuntur.[qui habebat cubitum] ad menſurandum, [& palmum] qui eſt ſexta pars cubiti, quo pal
mo in menſurando cubitus tenebatur in manu, ſecundùm Richardum. Alij intelligunt de cubito
ſanctuarij ſecundùm modum Hebręorum,qui cubitus vltra communem cubitum continet vnum
(vt aſſerunt) palmum.[In fine eius]i.in fundamento altaris,[erat cubitus]i.eleuatio ſuper terrã ſpa-
tio vnius cubiti. Tantum equidem fundamentum iſtud à terra eleuabatur. [& cubitus in latitudi-
ne.] i.fundamentum latius fuit vno cubito ædificio altaris ſuperpoſito.In minori quippe crepidine
cœpit ædificium altaris diſcrepare à fundamento,reſtringendo ſeſe à latitudine fundamenti per cu-
bitum vnum.[Et definitio eius]id eſt,terminatio altaris,[vſq; ad labium eius]id eſt, eiecturam ſiue
coronam altaris. [in circuitu] fuit [palmi vnius] quia ſpatio vnius palmi labium aſſcendebat in ſu-
periori extremitate altaris per gyrum ipſius,de quo dicit Hieronymus:In circuitu altaris,hoc eſt,in Hierony.
margine & circulo eius,repandum fuit labium,& quaſi corona in modum labij,habens in adſpectu
plurimam venuſtatem.[Hæc quoq; erit foſſa altaris.]Fouea iſta,ſecundùm Richardum,in ſe rece- Richard.
pit ſanguinem & cineres ab altari defluentes,fuitq; duorum cubitorum profunditatis, atque vnius
cubiti latitudinis. Ideò ſubditur: [Et de ſinu terræ,] videlicet, à fundo foueæ [vſq; ad crepidinem
nouiſſimam,] id eſt,baſim altaris,ſecundùm Richardũ.[duo cubiti,& latitudo] foueæ, [cubiti vni-
us.Et à crepidine minori,vſque ad crepidinem maiorem,quatuor cubiti] in aſſcendendo.Crepido,
ſecũdùm Richardum,vocatur præruptio vel *præſcitio alicuius planitiei vel ſuperficiei.[& latitudo Idem.
vnius cubiti.] qa crepido vno cubito latior fuit ædificio immediatè ſibi ſuperpoſito. Propter quod * præciſio
dicitur, quòd ſitus vnius cubiti ſe in latus deflexit, atque in latum expandit. [Ipſe autem ariel qua- *pſciſſio
tuor cubitorum,]fuit in aſſcendendo ſeu altitudine.Per ariel (quod interpretatur leo fortis) intelli-
gitur corpus ſeu ſuperior pars altaris,in quo carnes oblatæ cremabantur:ſicq; locus ille carnes con-
ſumpſit,quemadmodùm leo beſtiam deuorat. Vel ſecundùm Hieronymum, ariel quoq; interpre- Hierony.
tatur fortis Dei,vel ſecundùm quoſdam,lux mea Deus: ſicq; nomen hoc conuenit altari,in quo eſt
fortitudo & illuminatio Dei. [Et ab ariel vſq; ſurſum cornua quatuor.] Nam ſuper altare in quatu-
or eius angulis,quatuor cornua erant,quæ ab extremitatibus altaris diſtabant. [Et ariel fuit duode-
cim cubitorum in longitudine,per duddecim cubitos latitudinis:]i.locus cremationis in ſuperiori
parte altaris habuit duodecim cubitos,tam in longitudine quàm in latitudine. Siquidem altare hoc
fuit [quadrum æquilaterum.] Hoc eſt quod ſubditur: [quadrangulum æquis lateribus.Et crepido]
huius ariel fuit [quatuordecim cubitorum longitudinis, per quatuordecim cubitos latitudinis in
quatuor angulis eius.]id eſt,tota ſuperficies altaris ſuperior,fuit quatuordecim cubitorum per qua-
drum. Habuit nanq; altare ſurſum eiecturam quandam per quatuor partes, ſeu latera vel angulos.
Habuit quoquè eiectura hęc cubitum vnum altitudinis, & cubitum vnum latitudinis, per quatuor
partes extra menſuram altaris,quoniam vltra cornua protendebatur. Ideò tota ſuperficies fuit mo-
do prædicto quatuordecim cubitorum. [Et corona in circuitu eius] putà altaris, [dimidij cubiti]
altitudinis, quę ſuperiorem partem altaris circundabat. [Et ſinus eius] id eſt, fundamentum alta-
ris fuit, [vnius cubiti per circuitum] ſuper terram,per quod eius altitudo exprimitur. [Gradus au-
tem eius verſi ad orientem,]id eſt,gradus,altaris poſiti erant in parte orientali.Hucuſquè altare de-
ſcriptum eſt, cuius deſcriptionem diuerſi varijs modis exponunt, ſed vnum modum qui planior ac

rationabilior videbatur, ſequutus ſum. ¶Conſequenter deſcribitur altaris conſecratio ſeu dedicatio & expiatio.[Et dixit ad me:Fili hominis,hæc dicit Dñs Deus:Hi ſunt ritus altaris,] i. obſeruationes circa altare hoc cuſtodiendæ ſiue explendæ. [in quacunq; die fuerit fabricatum vt offeratur ſuper illud holocauſtum,& effundatur ſanguis] animalium,quæ in holocauſtum offeruntur. [& dabis] i.dandum prædices [ſacerdotibus & Leuitis, qui ſunt de ſemine Sadoc, qui accedunt ad me, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato.Et aſſumens] i.ſumendum prænuncians, [de ſanguine eius] ſcilicet vituli,[pones] i.ponendum prophetabis.[ſuper quatuor cornua eius,] ſcilicet altaris.[& ſuper quatuor angulos crepidinis & ſuper coronam in circuitu,& mundabis illud & expiabis.] i.altare iſtud hoc modo aptandum expiandumq́; in poſterum denunciabis,vt fiant in ipſo oblationes.Certum eſt autem, ꝙ tempore Ezechielis templum non fuit neq; altare,de quibus iam ſermo,nec ipſe aliquid horum realiter fecit: ſed vel literaliter vel ſpiritaliter fienda prædixit. Idcircò quia & ea quæ conſequenter ad Ezechielem dicuntur,exponenda ſunt ſicut præhabita,ſcilicet, tãquàm prænuncianda per ipſum,ſubditur hoc: [Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato, & combures eum in ſeparato loco domûs extra ſanctuarium.] i.in loco aliquo ad hoc deputato, infra extremum totius ædificij murum contento, non tamen in templo. [Et in die ſecunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato, & expiabunt] ſacerdotes [altare] holocauſti, vt ſacrificia ibì oblata ſint Deo accepta. [ſicut expiauerunt in vitulo.] id eſt, ſicut primo die expiauerunt altare hoc, vitulum offerendo. [Cumq́; compleueris] oblationem hirci, [expians illud] putà altare. [offeres vitulum de armento immaculatum,& arietem de grege immaculatum.] id eſt, ſanum & integrum, non monſtruoſum, maculatum, aut languidum. [& offeres eos in conſpectu Domini] in templo quo Deus ſpiritaliter eſſe atq; videre aſſeritur,quoniam ibì ſpecialiter operatur. [& mittent ſacerdotes ſuper eos] iam oblatos.[ſal] iuxta illud Leuitici 2. In omni oblatione offeres ſal.[& offerent eos in holocauſtum Domino.] ità quòd totaliter comburentur hæc pecora ad reuerentiam maieſtatis diuinæ.[Septem diebus facies] i.offeres, [hircum pro peccato & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent] ſacerdotes, [ſeptem diebus expiabunt altare,& mundabunt illud:] id eſt,prædicta ſacrificia offerendo,conſecrabunt atque aptabũt altare,vt in ipſo decæterò ritè fiat oblatio.[Et implebunt manum eius] id eſt,capacitatem ſeu locum altaris,quo ſacrificia offeruntur & concremantur,dictis oblationibus adimplebunt, nè quid vacuum in conſpectu
Hierony. Dei videatur ſtetiſſe,ſecundùm Hieronymum. [Expletis autem diebus] dedicationis ſeptem,[die octaua & vltrà facient] id eſt,offerent,[ſacerdotes ſuper altare holocauſta,& quę pro pace offerunt] id eſt,pro peccatorum remiſſione atque ſalute, [& placatus ero vobis, ait Dominus Deus:] pro quo Septuaginta tranſtulerunt,[Et ſuſcipiam vos.]

¶*De intelligentia eiuſdem cap.43.principali.* *Articulus* 52.

DVm myſtico ſermone deſcripſiſſet ſanctus propheta templũ, vtpotè Chriſti Eccleſiã, in principio huius capituli,aſſerit ſe ductu angelico ad orientalem portam deductum, per quam (vt ſæpiùs dictum eſt) intelligitur fides catholica illuſtrata. [Et eccè gloria Dei Iſrael] i. vnigenitus fi-
Iſaiæ 40. lius Dei patris,de qua loquitur Iſaias:Reuelabitur gloria Domini,& videbit omnis caro ſalutare Dei
Prouer.12. noſtri.Etenim iuxta ſcripturam,filius ſapiens gloria patris: quanto magìs filius qui eſt ipſa ſapientia prorſus immenſa,eſt gloria genitoris? Ingrediebatur per viam orientalem, quia per fidem catholicam intrat Chriſtus Eccleſiam,hoc eſt,corda fidelium.Deniq; gloria Dei Iſrael, quæ de templo Iudęorum & ciuitate Hieruſalem ſuprà receſſiſſe deſcripta eſt,templum iſtud ſeu primitiuã Eccleſiam introiuit,potiſſimè poſt Chriſti aſſcenſionem miſſo deſupèr ſpirituſancto. Tunc enim Chriſtifidelium animę, prȩſertim beati Apoſtoli, cognouerunt quid viſio iſta glorię Dei Iſrael deſignaret, & quomodò ad Chriſti pertineret Eccleſiam,ſecundùm quod in primi expoſitione capituli eſt tractatum. Intrauit itaq; per viam oriẽtalem,hoc eſt,per fidem & gratiam illuminationẽq́; Chriſti, de quo
Zach. 3. loquitur Zacharias:Oriens nomen eius.Et item euangelicus Zacharias:Viſitauit nos oriens ex alto.
Lucæ 2. Et vox erat ei,quaſi vox aquarum multarum. Hoc & Ioannes in Apocalypſi de ipſo teſtatur. Porrò
Apoc.1. 14. &17. per aquas populi deſignantur.Fuit ergò ei vox quaſi vox aquarũ multarum,ad inſinuandum,ꝙ oĩm populorum Chriſtus voce conſona laudaret̃.Vndè Septuaginta tranſtulerunt: Vox quaſi geminantium multorum.Geminatur em̃ vox cantantium patri & filio & ſpirituiſancto:Sanctus,ſanctus,ſanctus, Dñs Deus Sabaoth. Vna aũt multorum vox eſt,propter vnum in Dei laude conſenſum,quemadmodùm monet Apoſtolus Rom. 15. Vnanimes vno ore honorificetis Deũ.Et terra ſplendebat à maieſtate eius,i.Eccleſia militans in terra peregrinans,à Chriſti ſapiẽtia & virtute magnificè illuſtrabatur.Quod tũc fieri cœpit,cùm ipſe vnigenitus Dei in ꝓpria perſona hominibus ꝑdicauit, doctrina atq; miraculis coruſcauit,& ſuæ ſuperſanctiſſimæ conuerſationis exemplis omnium corda edocuit. Propter quod Iſaiæ 9. prædictum eſt: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem ma-
Ioan. 9. gnam.Et ipſemet Chriſtus in Euangelio proteſtatur:Quandiù in mundo ſum, lux ſum mundi. Erat

nempe lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.Splendor iſte illu- Ioan. 1.
ſtrationis diuinæ,per Apoſtolorum ꝑdicationẽ vbiq; diffuſus eſt,quandò in omnem terram exiuit ſonus eorum, q̃bus & Chriſtus dixit Matth.5. Vos eſtis lux mundi. Hinc nanq; ad Epheſios 5.Paulus ſcribit:Mihi oĩum ſanctorũ minimo data eſt gratia hęc,in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias gratiæ Chriſti, & illuminare oẽs quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in Deo.Et vidi viſionem ſecundùm ſpeciem &c.Poſtq̃ enim Ezechiel reuelante ſpiritu ſancto,intellexit ædificationẽ Eccleſię Chriſti in ſacramentis, fide ac moribus:tunc quoq; ſpiritaliter intuebatur, ꝙ quicquid virtutis,pietatis ac gratiæ Deus ſynagogę ſubtraxit,Eccleſię Chriſti & veris Iſraelitis copioſiſſimè cõmunicaret.Et cecidi ſuper faciem meam,Dei maieſtatem adorans,atq; præ magnitudine gratię myſteriorumq́; Chriſti obſtupeſcens. Itaq; viſa gloria Dei iſte cadit, q̃m iuſtus intellecta Dei maieſtate ſe magìs humiliat. Et maieſtas Dñi ingreſſa eſt templum, quoniam ipſemet Deus incarnatus inter fideles conuerſari dignatus eſt.Eius quoq; maieſtas, i. glorioſa ſuæ poteſtatis cognitio,cordibus electorum innotuit.Et leuauit me ſpiritus,i.ad conſiderandum mirabilia Dei me confortauit ac eleuauit: nam qui ſe humiliat,exaltatur. & introduxit me in atrium interius, i. ſecretiora Eccleſiæ mihi oſtendit. Quid autem intelligatur interius atrium Eccleſię, dictum eſt ſæpè. Et eccè repleta erat gloria Domini domus Domini. Iam enim magnificentia Chriſti, Eccleſia eſt repleta, ſicut in Pſalmo 71. prænunciabatur: Benedictum nomen maieſtatis eius in æternum,& replebitur maie-
ſtate eius omnis terra.Propter quod in Iſaia Cherubim clamant: Plena eſt omnis terra gloria eius. Iſaiæ 6.
Inſupèr de Eccleſia loquitur Deus:Locus ſolij mei,& locus veſtigiorum pedum meorum, vbì habito per fidem & gratiam,in medio filiorum Iſrael in æternum, i. in cordibus credentium, qui Deum
fideliter intuentur,quorum primi atq; præcipui erant de populo Iudęorum. Vndè & Chriſtus præ- Matth.28.
dixit: Ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſque ad cõſummationem ſeculi. In Apocalypſi quoq; ha Apoc.21.
betur: Eccè tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Itemq́; in Pſalmo 131. Introibimus in tabernaculum eius,adorabimus in loco vbì ſteterunt pedes eius. Hinc ad Corinthios ſcri
bit Apoſtolus: Vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Dominus: Quoniam inhabitabo in illis & in- 2.Cor. 6.
ambulabo, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, ait Dominus omnipotens: Et
non polluent vltrà domus Iſrael nomen meum.Hoc aptiſſimè ſumitur de Iudæis in Chriſtum cre- Leuit.26.
dentibus,qui efficaciter orauerunt: Pater noſter qui es in cælis,ſanctificetur nomen tuum.Sicut fe- Matth. 6.
cerunt ipſi & reges eorum, antequàm conuerterentur. Quod etiam de cunctis fidelibus, eorumq́ue regibus Chriſtianis,intelligi poteſt,qui Chriſtianam fidem operibus ornauerunt: qui etſi viciſsìm peccauerunt, DEVM tamen ſtatìm per pœnitentiam honorauerunt. Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum,& poſtes ſuos iuxta poſtes meos,& murus erat inter me & eos.Iſtud non ſolùm ad literam accipitur de regibus Iudęorum, iuxta expoſitionem in præcedenti articulo factam, ſed de plurimis quoq; Chriſtianis,potiſſimè religioſis ac monachis, inter quorum habitationem & templum mediat murus duntaxàt.Propter quod deberẽt Deum ſingulariter reuereri, maximè propter præſentiam ſuperdigniſſimi ſacramenti. Sed heu iam quotidiè contingit oppoſitum, quia frequenter iniuſtiùs viuunt,qui Eccleſię propinquiores conſiſtunt. Eapropter ait Hieronymus: Quid prodeſt habitationis vicinia,& medius inter cellulam noſtrã altareq́; Dñi paries,cùm his quę ſecretè facimus,& quę turpe eſt dicere,nomen Dñi contaminetur? Tales ergò, cęteris paribus, grauiùs peccãt.Propter quod cõſumpſi eos in ira mea,i.ſpiritaliter ad nihil redegi, omneq́; eſſe gratiæ ac virtutum (quod eſt eſſe deiforme,ſpiritale,ac meritorum) eis abſtraxi. Hos inſupèr Dominus miſericorditer exhortatur.Nunc ergò repellant procùl, non loco, ſed deteſtatione ac diſſimilitudine, fornicationem ſuam,i.mentis auerſionem,per quam anima quę Dei ſponſa eſſe deberet,cum diabolo fornicatur,quia cum eo per animi conſenſum miſcetur.Sed & corporalem fornicationem quidam nefarij in talibus locis facere non verentur.[Tu autem fili hominis oſtende domui Iſrael,] i. creden- Ioan. 1.
tibus ſeu Chriſtianis,qui ſunt veri Iſraelitę,iuxta illud ad Galatas:Qui ex fide ſunt,hi filij ſunt Abra- Galat. 3.
hæ. non enim propriè filij Abrahæ erant,quibus Chriſtus dicebat:Si filij Abrahę eſtis,opera Abra- Ioan. 8.
hę facite.Qui verò ſanctorum patriarcharum fidem atq; virtutes ſectantur, eorum ritè filij aſſeruntur.Templum iſtud, tibi in monte oſtenſum. & confundantur ab iniquitatibus ſuis, cognita gratia Chriſti,& metiantur fabricam,i.qualiter ex ipſis credentibus vna conſtruatur Eccleſia,per charitatis coagulum ac fidei vnitatem perpendant.Prætereà circa hunc locum ait Hieronymus: Quanuìs Sa-
lomon peccauit, poſteà tñ egit pœnitentiam, ſcribens Prouerbia, in q̃bus dicit: Nouiſſimè ego egi Prou.24.
pœnitentiam,& reſpexi, vt eligerem diſciplinam. Figuram domûs, i. ſpiritalem circuncìſionem vel decorem Eccleſiæ,ſeu credentium,& fabricæ eius,i.ædificationis in virtutum profectibus, exitus ad opera vitæ actiuę, & introitus ad exercitia vitę contemplatiuæ, & omnem deſcriptionem eius, i. informationem, qualiter fideles tanquàm lapides viui coniungi debent corpori Eccleſiæ, & vniuer-
ſa præcepta eius, de quibus ait Saluator: Docete gentes ſeruare omnia quæ mandaui vobis, quæ Matth. 28

præcepta in Euangelio conſcribuntur: cunctumq; ordinem eius, in modo conuerſandi, vel in eccleſiaſticis officijs, & omnes leges eius, ſecundùm quas miniſtrandum eſt Deo in ſancta eccleſia. Omnes Pſal. 54. fines eius in circuitu, ſanctum ſanctorum eſt. De quibus finibus ait Pſalmiſta: Qui poſuit fines tuos Iſaiæ 147. pacem. Et per Iſaiam Dominus loquitur: Ponam vniuerſos terminos eius in lapides deſiderabiles. Fines iſti, intelligi poſſunt conſummationes virtutum, vel particulares eccleſiæ. Omnia iſta oſtendit Ezechiel cunctis fidelibus, deſcribendo in iſto volumine prophetali reuelationem ſibi de templo diuinitùs factam. Conſequenter huius templi altare deſcribitur. Porrò altare eccleſiæ, in quo holocauſta Domino offeruntur, eſt mens deuota ac feruida, in qua ſpiritûsſancti ignis ſuauiter ardet, & cuncta conſumit, ità vt homo de ſe ac ſuis nihil ſibijpſi relinquat, ſed Deo immolet, ad eius cultum, honorem & gloriam omnia ordinando. Huius autem altaris menſuræ, ſunt informationes ac ornamenta virtutum, quæ accipiuntur in cubito veriſſimo, id eſt, in fide catholica, per quam omnium virtutum opera quodam modo menſurantur. Cubitus iſte veriſſimus, habet cubitum, id eſt, fidem habitualem, & palmum, id eſt, gratiam qua fides tenetur, vel operationem qua viua monſtratur, in ſinu eius, id eſt, in fundo ac ſecreto mentis erit cubitus, id eſt, fidei virtus, quæ animam à terrenis erigere incipit, & cubitus in latitudine. Latitudo iſtius altaris, eſt charitas ſeu eius extenſio, qua latitudine mens dilatatur, & operibus quæ ſuper charitatem fundantur, latior intra ſe comprobatur. Præterea definitio ſeu terminatio huius altaris vſque ad labium eius ſpiritale, quo Deum alloquitur in circuitu affectionum ac meditationum ſanctarum, eſt palmi vnius: quia in aſſcenſu ſuo ad Deum mens anguſtatur ac deficit, quoniam incircunſcriptibilem Deum nec tantum poteſt amare, neque tam clarè cognoſcere, ſicut ipſe ex ſua natura amabilis cognoſcibilisque conſiſtit. Hæc quoquè foſſa erat altaris. Foſſa iſta, eſt propriæ paruitatis ac fragilitatis attentio, ſeu ipſa præamanda humilitas, quæ Deo atque hominibus amabilem facit, ſicut econtrà coram Deo & Sap. 9. hominibus odibilis eſt ſuperbia. Et de ſinu terræ vſque ad crepidinem nouiſſimam duo cubiti. Sinus terræ, qui baſis eſt præfati altaris, eſſe videtur corruptibile corpus quod aggrauat animam, & nihilominùs anima indiget eo ad viuendum ac ſeruiendum Deo in ſeculo iſto. Porrò crepido inferior ſiue nouiſſima, eſt ſenſitiua pars animę, potiſſimè appetitiua, in qua virtus & vitia locum habent. Duo autem intermedij, ſunt ſenſus exteriores ac interiores, qui inter carnem appetitumque ſenſitiuum ſunt medij. Et à crepidine minori vſque ad crepidinem maiorem, quatuor cubiti. Crepido maior, eſt pars animæ intellectiua, quæ multo plùs excedit ſenſitiuam partem, quàm pars ſenſitiua carnem. Ideò quatuor cubiti intermedij conſcribuntur. Et latitudo vnius cubiti. Hoc ideò dicitur, quia ſenſitiuum & intellectiuum in vna animæ eſſentia radicantur. Ipſe autem ariel, quatuor cubitorum fuit in aſſcendendo. Quoniam mens intellectiua, mediantibus donis gratiæ, (quibus fit Dei altare) altior valdè eſt ſemetipſa, quantùm ad ſola dona naturæ. Si autem alicui expoſitio iſta non placet, eô quòd caro & portio ſenſitiua non pertineant ad mentem, inquantùm eſt Dei altare: dicendum, quòd iſta intelligenda ſunt de carne & ſenſibus appetituque ſenſitiuo, ſecundùm quod rationis iudicio per virtutes ſubduntur. Vndè etiam per ſinum terræ intelligi poteſt temperantia, qua vitia carnis frenantur. Per crepidinem minorem, cæteræ quædam virtutes morales. Per crepidinem maiorem, virtutes intellectuales. Per ariel, virtutes theologicæ. Et ab ariel vſque ſurſum cornua quatuor, quæ intelligi poſſunt quatuor ſpecies contemplationis: ſecundùm quoſdam, doctrina euangeliſtarum, vel quatuor prophetarum maiorum. Vel quatuor dona vim intellectiuam ornantia, ſcilicet ſapientia, intellectus, ſcientia, atque conſilium. Et ariel duodecim cubitorum &c. Per duodecim cubitos longitudinis ac latitudinis ariel, intelligitur inſtructio duodecim Apoſtolorum, vel duodecim prophetarum minorum. Et crepido quatuordecim cubitorum &c. Per quatuordecim cubitos longitudinis ac totidem latitudinis crepidinis, deſignantur articuli fidei, qui licèt ponantur duodecim, quantùm ad numerum Apoſtolorum, ſymbolum fidei componentium, nihilo minùs quantùm ad diſtinctionem formalem ac ſpecialem difficultatis credendorum, ſolent quatuordecim aſſignari. Et corona in circuitu eius dimidij cubiti. Corona iſta altare circundans atque perornans, eſt gratia ſingularis itemque præcipuæ deuotionis, vel raptus ſeu ecſtaſis. Quæ eſt dimidij cubiti, quoniam quicquid perfectionis in præſenti vita ſortimur, comparatione perfectionis beatorum in patria, imperfectum ac modicum computatur. Et ſinus eius vnius cubiti per circuitum. Sinus altaris, intelligi poteſt capacitas mentis, qua dona capit cæleſtia, vel quies eius in Deo. Qui ſinus ex corporis pondere multipliciter anguſtatur, ità vt meritò vnius cubiti aſſeratur. Et gradus eius verſi ad orientem, quia aſſcenſiones mentis ad perfectionem per gradus virtutum, diuinæ lucis adiutorio innituntur, atque ad Chriſtum verum ſummumque orientem reſpiciunt. Conſequenter deſcribitur conſecratio huius ſpiritalis altaris. In quacunque die fabricatum fuerit, id eſt, virtutibus ſolidatum, vt offeratur ſuper illud holocauſtum, id eſt, vt homo in ſecreto mentis ſuæ ſeipſum totaliter offerat Deo, & effundatur ſanguis,

guis, id eſt, altare iſtud ſanguine Chriſti per deuotiſſimam meditationem & compaſſionem adſpergatur. Vel effundatur ſanguis per carnis macerationem, atque quotidianam ſuijpſius mortificationem. Tunc ſacerdotes & Leuitæ filij Sadoc, id eſt, miniſtri eccleſiæ, filij Chriſti iuſtiſſimi, (Sadoc enim interpretatur iuſtus) offerent vitulum pro peccato, propriam carnem inſtàr vituli petulantem, Deo hoſtiam viuam, ſanctam atque placentem, in ſacrificium ſecundùm apoſtolicum documentum exhibendo. Rom. 12. Deniquè huius vituli ſanguis ponitur ſuper quatuor cornua altaris, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronam in circuitu, dum caſtigatio, maceratio, ſeu mortificatio præinducta, ſecundùm mentis ſapientiam, deuotionem, cæteraſque præfatas virtutes diſponitur, vt ſit rationabile obſequium noſtrum. Sic quoquè altare mentis expiatur ac purificatur. Ibidèm. Inſupèr vitulus iſte iubetur comburi in ſeparato loco, vt iuſtitiam noſtram in abſcondito faciamus, & cùm abſtinemus, caput noſtrum vngamus. Comburitur autem hic vitulus, dum corpus noſtrum per ignem diuini amoris, à craſſitudine & carnalitate ſua conſumimus, & vſum eius illicitum abdicamus. Iuxta quem modum ait Saluator: Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Matt. 5. Itemq; Apoſtolus: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Col. 3. Fiet autem id extra ſanctuarium, quia non ſolùm agendum eſt ſpiritaliter in abdito mentis, ſed & corporaliter intentione occulta ad gloriam Dei. Conſequenter ſeptem diebus quotidiè offeretur hircus immaculatus pro peccato, videlicet ipſa portio ſenſitiua: & aries, ſcilicet ratio quę ductrix eſt operum animæ, ſicut ouium ductor eſt aries. Hæc erunt per opera pœnitentialia ſeu gratiam innocentię, à mortalibus vitijs aliena cùm Domino immolantur. Deniq; ſuper hæc ſacrificia mittent ſacerdotes ſal, docendo ſeipſos ac alios omnia fieri cum debita diſcretione. Et offerentur hæc in holocauſtum Domino. nam totum quod ſumus, habemus & poſſumus, creatori offerre iuſtum cenſetur. Hæc autem offerenda ſunt ſeptem diebus pro expiatione altaris. Hi ſunt ſeptem dies, quibus ad ſpiritalem circuncisionem pertingimus. Vel ſeptenario dierum, totum tempus pœnitentiæ deſignatur. Mens autem per pœnitentiam dignè purgata, decætero apta eſt, vt in ea Deo omnipotenti iugiter ſpiritales hoſtiæ immolentur.

¶Hæc de loco hoc obſcuriſſimo, quantùm Deo iuuante valui, breuiter tetigi: non ſic, quin alij melius aliquid poterunt Deo inſpirante interpretari.

¶Declaratio cap. 44. Et conuertit me ad viam portæ ſanctuarij. *Articulus* 53.

ET conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem,] i. ad orientalem portam exterioris ſanctuarij angelus me deduxit. [& erat clauſa. Et dixit Dominus] id eſt, angelus in perſona Domini [ad me.] Interdùm autem & ipſi prophetæ angelum eis apparentem, Dominum vocauerunt, vt patet in Daniele & Zacharia. [Porta hęc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſiet per eam.] Hoc totum (ſicut in ſequentibus verbis pandetur) intelligendum eſt, quòd porta hæc non cuicunq; ſeu communitati reſeraretur, ſed principi Iſraeliticæ plebis duntaxàt. Cuius ratio ſubditur: [quoniam Dominus Deus Iſrael] i. effigies Deum repræſentans, [ingreſſus eſt per eam.] ſecundùm quod in principio præcedentis articuli dictum eſt, atq; expoſitum ſuper illud: Eduxit me ad portam quæ reſpiciebat ad viam orientalem, & eccè gloria Dei Iſrael ingrediebatur per viam orientalem. Hinc portæ huic reuerentia ſpecialis debetur, ità quod ſoli principi aperitur. Propter quod ſubditur: [Eritq; clauſa principi.] i. alijs clauſa manebit pro principis reuerentia, immò pro Dei honore, ità quod principi patula erit. Cùm enim princeps ſit Dei vicarius in regimine temporali, iuxta illud Apoſtoli ad Romanos, Dei miniſter eſt: ideò ei prærogatiua impenditur, quod tamen cedit ad Dei honorem, à quo eſt omnis poteſtas. Rom. 13. [Princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem coram Domino.] i. cibum de ſacrificio ſeu hoſtia quam obtulit Domino. Siquidem pars hoſtiæ cedebat viciſsìm in offerentium vſum, videlicet de oblatione pacificorum. Sic quidam exponunt. ſed expoſitio iſta non eſt principalis aut propriè literalis, ſi iuxta ritum veteris teſtamenti intelligatur, niſi quis totum quod de templo & ciuitate, diuiſioneq; terræ in his nouem capitulis ſcriptum eſt, exponat pro tempore Iudęorum poſt reditum de Babylone, iuxta ſenſum ſuperiùs introductum. [Per viam veſtibuli portæ] huius orientalis [ingredietur] templum per portam hanc. [& per viam eius egredietur,] ità quod erit ei eadem via intrandi & exeundi. Præterea iuxta intellectum præcipuum, quo omnia quę de templo ſcribuntur, ad Chriſti eccleſiam referuntur, S. Hieronymus per portam hanc orientalem communitati clauſam, intelligit ſacræ ſcripturæ ſcientiam, de qua loquitur Chriſtus in Euangelio: Væ Lucæ 11. vobis ſcribæ & phariſęi, qui tuliſtis clauem ſcientiæ. Ipſi non intratis, & introëuntes prohibetis. De quo etiam loquitur Iſaias: Erunt vobis verba libri huius, ſicut verba libri ſignati. Iſaiæ 29. Ioannes quoq; in Apocalypſi fleuiſſe ſe recitat, eô quod nullus inueniretur qui poſſet aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Apoc. 5. Et poſteà dictum eſt ei: Eccè vicit leo de tribu Iuda aperire librum. Nam ante ſaluatoris aduentum, clauſa erant myſteria ſcripturarum. Itaq; per hanc portam ſolus Chriſtus propria poteſtate ac ſapientia introiuit: cæteri autem, inquantùm ab ipſo illuſtrabantur. ¶Chriſtus inſupèr, qui eſt rex & pontifex noſter, princeps ac dux, de quo ſuprà dixit per Ezechielem pater æternus omnipotens Do-

minus: Seruus meus Dauid princeps eorum: ſedit in porta iſta, & panem manducauit in ea, quia in
Ioan. 4. plenitudine ſcientię requieuit, & panem illum in ea comedit, de quo teſtatus eſt: Meus cibus eſt, vt
faciam voluntatem patris mei. Comedit etiam panem perfectę & conſummatę ſcientiæ, ſecundùm
Matth. 11. quod dicit: Nemo nouit patrem niſi filius. Et iterùm: Nolite, inquit, vocari rabbi. Vnus eſt enim ma-
Matth. 23. giſter veſter Chriſtus. In hac porta ſedit Chriſtus tempore cœnę nouiſſimæ, quandò altiſſimum il-
lum incomparabilemq́; ſermonem ad Apoſtolos fecit, & panem ſacramentalem cum eis accepit.
Acto. 1. Deniq; per viam veſtibuli portę huius ingreſſus eſt. Veſtibulum nanque portę ſcientiæ, eſt conuer-
Philip. 2. ſatio virtuoſa & humilis, quę ad ſalutarem ſcientiam introducit. Chriſtus autem cœpit facere & do-
cere. Per idem quoquè veſtibulum exijt, factus obediens patri vſque ad mortem. Alij per portam
iſtam orientalem pulchrè & conuenienter intelligunt virginem Chriſtiferam ſanctam Mariam, an-
te partum, in partu, & poſt partum intactam, quoniam Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, de quo lo-
Lucæ 1. quitur Zacharias: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis
ſuæ. Ingreſſus eſt quippe vnigenitus Dei vterum eius, ex puriſſimis eius ſanguinibus corpus aſſu-
mendo humanum, & rurſus per eam ingreſſus eſt mundum & Eccleſiam, hominibus viſibiliter ap-
parendo, & cum eis veraciter conuerſando, iuxta illud Baruch 3. Qui fecit ſtellas, hic Deus noſter
eſt, & poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Fuit ergò hæc porta principi
clauſa, quoniam ſoli patuit Chriſto, qui ſedit in ea, quoniam in eius caſtiſſimo vtero nouem menſi-
bus requieuit, & illic panem coram Deo patre comedit, deſponſans ſibi Eccleſiam, atque humanam
operans ibì ſalutem. Siquidem Chriſtus à primo ſuæ incarnationis momento, pro nobis orare, me-
reri, ac ſatisfacere cœpit. Per viam etiam veſtibuli portæ iſtius intrauit, quia per innocentiam, co-
Lucæ 1. lumbinam ſimplicitatem ac humilitatem virginis benedictæ, in eam deſcendit, cùm diceret: Eccè
Ibidèm. ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Vndè & ipſa fatetur: Quia reſpexit humilitatem
ancillæ ſuæ. [Et adduxit me per viam portę aquilonis in conſpectu domûs.] id eſt, coram facie tem
pli. [Et vidi,] imaginaria viſione, [& eccè impleuit gloria Domini domum] id eſt, templum [Domi-
ni] eo modo, quo in præcedentis articuli exordio ſcriptum eſt. [Et cecidi in faciem meam:] pro-
pter cauſas ibidèm expreſſas. Acies quippe inualida mentis humanæ, dum in excellentem clarita-
tem extenditur, reuerberatur, & obiecti vigore victa, quaſi collabitur. [Et dixit ad me] Dominus: [Fi
li hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis] interioribus, [& auribus tuis] mentalibus, [audi om̃ia
quæ ego loquor ad te, de vniuerſis cæremonijs domûs Domini,] ſcilicet templi, [& de cunctis legi-
bus eius.] id eſt, præceptis, qualiter miniſtri templi in eo habere ſe debent. [Et pones cor tuum in
vijs templi, per omnes exitus ſanctuarij,] id eſt, vias ſeu ingreſſus templi & exitus eius ſagaciter con
ſiderabis, memoriterq́; tenebis. Omnia iſta cap. 40. & cap. immediatè pręcedente, habita ſunt atque
expoſita. [Et dices ad exaſperantem me domum Iſrael:] id eſt, Iudęos me grauiter offendentes, & ad
diram vltionem prouocãtes. [Hęc dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra do-
mus Iſrael,] id eſt, de pręteritis vitijs pœnitentiam agite & ceſſate, nec veteribus peccatis noua adij-
ciatis, iuxta illud Eccleſiaſtici 5. Non adijcias peccatum ſuper peccatum, & nè dicas, miſeratio Dei
magna eſt. Scriptum eſt nanq; Iſaiæ 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vin-
culum plauſtri peccatum. [eò quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde, & incircunciſos car
ne,] id eſt, gentiles, [vt ſint in ſanctuario] id eſt, templo [meo, & polluant] id eſt, inhonorent ac vi-
olent [domũ meam] intrando templum contra legis pręceptum. Iſtud enim quidam regum ac ſa-
cerdotum regni Iudę fecerunt, idololatriam in templo exercẽtes, præſentibus illic gentilibus. Con-
tra hos ergò vno modo exponitur increpatio iſta, quę etiam referri poteſt ad impios Chriſtianos
1. Cor. 5. prælatos ac principes, qui à ſocietate fidelium excommunicatos & abſcindendos nõ ſeparant, cùm
Galat. 5. dicat Apoſtolus: Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Hi nempe incircunciſi ſunt cor-
pore, qm̃ omnibus corporis membris vitioſè vtuntur. In ſcripturis enim circunciſio & incircunciſio
corporis, nõ tantùm ad vnum genitaleq́; membrum refertur, ſed ad ſingula membra, cùm & Moſes
Exod. 6. dixerit Deo: Incircunciſus labijs ego ſum. Et Ieremias: Incircunciſæ, inq̃t, aures veſtrę. Vn-
Iere. 6. dè membrorũ circunciſio, eſt reſecatio vitiorum q̃ fiunt per membra. Inſupèr non obſtante ꝙ tanti
facinoris rei ſitis, [offertis panes meos] ſ. panes propoſitionis, [adipem & ſanguinem] p̃ſumptuoſè
atq; indignè, [& diſſoluitis pactum meum] i. fœdus quod inij & percuſſi cũ patribus veſtris, nè face-
rent hoc. [in oĩbus ſceleribus veſtris.] Hoc quoq; ſacerdotes Chriſti faciunt, qui myſticas oblatio-
nes immolant Deo, corpus & ſanguinẽ ſaluatoris, ac adipẽ, de quo cantatur Pſal. 147. Adipe frumen-
ti ſatiat te: & nihilo minùs vitijs ſubiacent, propter quod corporis & ſanguinis Dñi rei redduntur. Si
aũt corpus Chriſti pluraliter panes vocetur, hoc erit ꝓpter ſacramentaliũ multitudinẽ ſpecierũ. [Et
nõ ſeruâſtis p̃cepta ſanctuarij mei,] i. præcepta q̃ in obſequio tẽpli ſeruanda p̃cepi. [& poſuiſtis cu-
ſtodes obſeruationũ mearum] i. obſeruatores iuſſionũ. [in ſanctuario meo vobiſmetipſis.] i. ad pro-
prium cõmodum & carnale emolumentũ veſtrũ, nõ ad meum honorẽ. Hoc agunt paſtores carnales,
mer-

mercenarij ac torpentes, qui paſcunt ſeipſos. [Hæc dicit Dñs Deus: Omnis alienigena incircunciſus
corde & incircunciſus carne,] i. gentilis, ſpiritalibus ac corporalibus peccatis repletus. [non ingre-
dieẽ ſanctuarium meũ,] videlicet [oĩs filius] à Deo [alienus] per incredulitatẽ, [qui eſt de medio fi-
liorum Iſrael.] i. inter fideles corporaliter viuens. Talis nanq; Chriſto non incorporaẽ, neq; fide-
libus p charitatis iuncturam conſociaẽ. [Sed & Leuitæ] i. ſacerdotes ex ſemine Leui, per quem Chri-
ſtus p̃figurabatur, ſicut per Sadoc, vt patuit. [qui longè] nõ loco, ſed diſſimilitudine [receſſerunt à
me] p inobediẽtiã & mentis auerſionẽ. [in errore filiorũ Iſrael,] illorũ ignorantiã & peccata ſectan-
tes, quos corrigere & docere debuerant. [& errauerunt à me poſt idola ſua,] i. idolorũ culturam ſe-
quentes, [& portauerunt iniquitatem ſuã,] i. pœnam vitiorũ ſuorũ ꝑpeſſi ſunt. [erunt in ſanctuario
meo,] ſ. infra exteriorẽ ædificij templi murũ. [æditui] i. cuſtodes [& ianitores portarum domûs] i.
templi [& miniſtri domûs] i. dignitate priſtina priuabunẽ, ità ꝙ ſolùm in vilioribus officijs atq; in-
ferioribus locis deſeruient. [Ipſi mactabunt holocauſta & victimas populi, & ipſi ſtabunt in cõſpe-
ctu eorũ,] videlicet populi, vel ſacerdotum, ſecundùm quoſdã. [vt miniſtrẽt eis,] ità ꝙ ſacerdotum
more non offerent, ſed offerenda ad immolationẽ parabunt, ac ſacerdotibus maiora faciẽtibus tra-
dent. Ideò diciẽ, vt miniſtrent eis. Porrò, ſecundùm Hieronymũ, litera talis eſt: Ipſi mactabant holo-
cauſta &c. eritq́; ſenſus, ꝙ ſacerdotes iſti errantes atq; idololatræ, occidebãt holocauſta & victimas,
q̃ populus obtulit idolis, & ſtabant in conſpectu populorum, vt ꝓ eis idolis miniſtrarent. Horũ pœ-
na ſubiungiẽ: [Pro eo ꝙ miniſtrauerunt illis in cõſpectu idolorũ ſuorum, & facti ſunt domui Iſrael
in offendiculum iniquitatis,] i. ad iniquitatẽ idololatriæ, qua Deus offendiẽ, alios ſuo traxerunt ex-
emplo. [idcircò leuaui manũ meam ſup eos,] i. poteſtate iuſtitiæ meæ eos ꝑcuſſi. [dicit Dñs Deus, &
portauerunt iniq̃tatẽ ſuã,] debitas pœnas luẽdo. [Et nõ appropinquabunt ad me, vt ſacerdotio fun-
ganẽ mihi,] ſed erunt degradati. [neq; accedent ad om̃e ſanctuarium meũ iuxta ſancta ſanctorum.]
i. interiora templi nõ introibunt, videlicet gazophylacia ſacerdotum, q̃ ſunt à dextris ac ſiniſtris tẽ-
pli. [ſed portabunt confuſionẽ ſuam,] ità ꝙ introẽuntes templũ & exeũtes, immò & vniuerſi vide-
bunt eos, ꝓpter ſcelera ſua forìs ad ianuas ſtare, & viliora peragere. [Et dabo eos ianitores domûs in
omni miniſterio eius, & vniuerſis quæ fiunt in ea,] putà in templo, ità ꝙ animalia excoriabunt, in-
teſtina lauabunt, & domũ purgabunt, q̃ ſunt opera infimi gradûs. [Sacerdotes aũt Leuitæ] videlicet
de tribu Leui, [filij Sadoc, qui cuſtodiẽrunt cæremonias ſanctuarij mei,] i. tẽpli [cùm errâſſent filij
Iſrael à me, ipſi accedent ad me, vt mihi miniſtrent, & ſtabunt in cõſpectu meo, vt offerant mihi adi-
pem & ſanguinẽ, ait Dñs Deus: Ipſi ingredienẽ ſanctuarium meũ, & ipſi accedent ad menſam meã.]
Per ſanctuariũ intelligiẽ templum: p menſam, mẽſa panũ ꝓpoſitionis vel altare. [vt miniſtrent mihi,
& cuſtodiant cæremonias meas.] Prætereà (ſicut frequenter p̃tactum eſt) p ritum & cultũ veteris te-
ſtamenti, myſticè ac figuraliter deſcribiẽ ordo & ſtatus Eccleſiæ. Quemadmodùm ergò per ſacerdo-
tes Leuitas ſuperſtitioſos idololatras & degradationẽ eorum, deſignatur degradatio atq; ſuſpenſio,
immò & in infimum gradum redactio, ac multiformis ſuſpenſio ſacerdotum & clericorum, ac mini-
ſtrorum Eccleſiæ ſecundùm canonicas ſanctiones, ità per ſacerdotes filios Sadoc, fideles ac perſe-
uerantes, & confirmationem eorũ in ſuo officio, figuraliter denotaẽ approbatio deuotorum ſacer-
dotũ, celericorum ac miniſtrorum Eccleſiæ & roboratio eorum in ſuis officijs, p̃ſertim quo ad hoc,
ꝙ eorum miniſteriũ Deo acceptũ, meritoriumq́; cõſiſtit. Nẽpe ſi ſuperficiem textûs ſequamur, quõ
ſacerdotibus legalibus, q̃ erant tẽpore Ezechielis, ꝓmittitur, ꝙ ſtarent in ſanctuario corã Deo, im-
molarentq́; ei: cùm certum ſit, eorũ diebus tẽplum Hieroſolymitanũ nõ fuiſſe reædificatũ? nec iſta
neq; ſequẽtia, in ipſis impleta fuerũt, ſed ſpiritaliter in Chri Eccleſia impleta noſcunẽ, immò quoti-
diè adimplenẽ. [Cumq́; ingredienẽ portas atrij interioris] vt in tẽplo miniſtrẽt, [veſtibꝰ lineis indu-
enẽ] extrinſecùs ſecundùm quoſdã, ſecundùm aliquos aũt intelligiẽ etiam de interioribus veſtimẽ-
tis, q̃a ſubiungiẽ: [nec aſcẽdet ſup eos quicquã laneũ, qñ miniſtrant in portis atrij interioris] in quo
fuit altare holocauſtorũ. [& intrinſecùs] i. in tẽplo & ſanctis ſanctorũ. Vndè ſecundũ Hieronymũ,
in ipſis portis atrij interioris iubenẽ lineis indui, nec vtanẽ laneis veſtimentis, tã in portis atrij interi-
oris, q̃ in ſanctis ſanctorũ. [Vittæ lineæ aũt in capitibus eorũ, & feminalia linea erunt in lumbis eo-
rũ.] Hæc tria, ſ. tunicæ linee, vittę lineę, & feminalia linea, iuſſa ſunt fieri filijs Aaron in Exodo, & de Exod. 28.
feminalibus ſubdiẽ ibì, ꝙ protendenẽ à renibus vſq; ad femora, vt operiant carnẽ turpitudinis ſuæ.
Iuxta intelligentiam ſpiritalẽ, ꝙ ſacerdotes iubenẽ in portis atrij interioris lineis indui, id deſignat,
ꝙ ſacerdotes Chriſti templũ ingreſſuri ad celebrandũ, vel contemplandũ, ſeu alios ſui officij actus
exequendum, mente ſint dealbãdi, & à vitiorũ nigredine, carnalitatiſq́; groſſitie (q̃ per lanea veſti-
menta ſignaẽ) exuendi, & induendi his veſtibus, de q̃bus ſcribit Apoſtolus ad Coloſſ. Induite ſicut Col. 3.
electi Dei viſcera miſericordię, benignitatẽ, humilitatem, modeſtiã, patientiã. Et item: Expoliate vos Epheſ. 4.
veterẽ hominem cum actibus ſuis, & induite nouũ, qui renouaẽ in agnitionem Dei. De talibus ve-
ſtimentis ſcriptum eſt in Iſaia: Gaudens gaudebo in Dño, quia induit me veſtimento ſalutis, & indu- Iſaiæ 61.
lll 4 men-

Apoc. 3. mento iuſtitiæ circundedit me. In Apocalypſi quoq; loquitur Chriſtus: Qui vicerit, veſtietur veſti-
mentis albis. Inſupèr per vittas lineas habendas in capite, ſignificatur candor ſapiẽtiæ in intellectu,
Sap. 3. vel gratiarum corona, ſecundùm Hieronymum. Vndè in libro Sapientiæ habetur: Iuſti accipiẽt di-
adema ſpeciei de manu Dñi. Per feminalia linea figuratur continẽtiæ virtus, ſacerdotibus potiſſimè
opportuna, ad quos puritas maximè pertinet: turpitudo autẽ carnalis incongruẽtiſſima eis eſt. Pro-
pter quod ait Saluator Luc. 12. Sint lumbi veſtri p̄cincti. Et Apoſtolus Eph. 6. State, inquit, ſuccincti
Iſaiæ 52. lumbos veſtros in veritate. Iſaias quoq;: Mundamini qui fertis vaſa Dñi. [Et non accingentur in ſu-
dore.] i. ſtrictè ſeu arctè more vinctorum. Vndè Septuaginta tranſtulerunt: Non accingentur vio-
lenter, nè ſcilicet in exequutione ſui officij impediantur. Per quod ſpiritaliter inſinuatur, ꝙ ſacer-
dotes continentiæ puritatem non inuitè, ſed ſpontè cum animo promptiſſimo debeãt ſemper am-
plecti. [Cumq; egredientur ſacerdotes atrium exterius ad populum, exuent ſe veſtimentis ſuis, in
quibus miniſtrauerant, & reponent ea in gazophylacio ſanctuarij, & veſtient ſe veſtimentis alijs.]
Ezech. 42. Totum hoc ſuprà ſcriptum atq; expoſitum recolo, & in ſacerdotibus Eccleſiæ impleri videmus. [&
non ſanctificabunt populum in veſtimentis ſuis] ſacerdotalibus, ſed communibus & quotidianis
populum in exteriori atrio alloquentur, ad innuendum, ꝙ alia & inferiori doctrina informandum
eſt vulgus, q̃ ſpiritales. Graue nanq; eſt multitudini, grãde onus ſuſcipere. Nam cùm votum fecerit,
ſubrepit pœnitentia, ſecundùm Hieronymum. [Caput autem non radent, neq; comam nutrient,]
i. capillos capitis nec omninò deponent, nec more fœminarum in longum creſcere ſinẽt. [ſed ton-
dentes attondent capita ſua,] ſ. medium inter omnimodam abraſionem & immoderatam prolon-
gationem obſeruantes, quatenùs habitus honeſtus ſacerdotũ prima facie demonſtretur. Vndè Se-
ptuaginta tranſtulerunt: Capita ſua non radent, & comas non ad preſſum tondebunt. [Operientes
operient capita ſua,] quatenùs ſ. nec caluities fiat nouacula, nec ità ad preſſum caput tondeatur, vt
raſis ſimiles videantur: ſed intantùm dimittant dimittendos capillos, vt cutis capitis operiatur. Per
Iudic. 16. quod, ſecundùm Hieronymum edocetur, ꝙ Dñs vult ſacerdotes ſuos, capillos ſanctificatiõis habe-
re p̃petuos, quibus abſciſſis, Samſon robur amiſit, excæcatusq; fuit. Secundùm quoſdam p̃ hæc deſi-
gnatur tonſura clericatûs. [Et vinum non bibet oĩs ſacerdos, quandò ingreſſurus eſt atrium interi-
us,] nè mens obruat̃, & ſenſus craſſior fiat, ſed diſcretio maxima teneat̃. Hinc Leui. 10. Deus legitur
loquutus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui, quandò intrabi-
tis in tabernaculum teſtimonij, nè moriamini, vt habeatis ſciẽtiam diſcernendi inter ſanctum & p̃-
phanum. Quòd ſi ſobrietas ad ſacerdotes legales catenùs pertinebat, nõnè grauiſſima dãnatio im-
minet ſacerdotibus euangelicæ legis, qui vino & cæteris potibus vacant, cùm tanto moderantiùs ac
ſpiritaliùs conuerſari deberent ſacerdotibus veteris legis, quãto ſacerdotium Chriſti p̃ſtantius ſpi-
ritaliusq; ſacerdotio eſt legali? [Et viduam & repudiatam] i. à marito ſuo repulſam, [non accipient
vxores, ſed virgines de ſemine domûs Iſrael.] Hoc & Moſes iuſſit. [Sed & viduam quę fuerit vidua-
ta à ſacerdote, accipient.] Iſtud nonnulli ſacerdotes Eccleſiæ ad literã quodammodò ſeruauerunt,
immò adhuc quidam eorum obſeruare dicunt̃. In primitiua eñ Eccleſia, & poſteà diù licuit ſacerdo-
1. Tim. 3. tibus nubere. Vndè ad Timotheum ſcribit Apoſtolus: Oportet epiſcopum irrepræhenſibilem eſſe,
Matt. 19. vnius vxoris virum. Sicq; per virgines ſeminis domûs Iſrael, intelliguntur virgines Chriſtianę. Ve-
runtamen poſtmodùm ex inſtinctu ſpiritûs ſancti ſtatutum eſt, vt ſacerdotes Chriſti in omnimoda
permaneant caſtitate. Idcircò hic locus ſpiritaliter à B. Hieronymo explanatur, per viduam intelli-
gendo ſynagogam, per repudiatam verò, hæreticorum frequẽtiam. His ſacerdotes Chriſti coniun-
gi non debent. Per virginem autem, Eccleſiam vel ſapientiam, de qua Pro. 7. Salomon loquitur: Dic
Sap. 8. ſapientiæ, ſoror mea es, & prudentiam voca amicam. Ipſa nanq; eſt ſponſa, de qua caſtus ait amator:
Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute mea, & quæſiui ſponſam eam mihi aſſumere, & amator factus
ſum formæ illius. Per viduatam verò à ſacerdote, intelligit ſcientiam, quam alius Dei cultor inuenit
atq; reliquit. [Et populum meum docebunt, quid ſit inter ſanctum & pollutum,] i. differentiam vir-
tutum ac vitiorũ. [& inter mundum & immundum,] i. inter opera veraciter virtuoſa & impia, [oſtẽ-
Leu. 10. dent eis] diſtantiam. Hinc in Leuitico Dñs iubet, vt doceant filios Iſrael omnia legitima ſua. Per quę
inſinuatur, ꝙ in miniſtris Eccleſiæ eſſe debet ſufficiens ſcripturæ cognitio ad erudiendum populũ,
immò etiam ad determinandũ quid in dubijs ſit tenẽdum. Et iſta cognitio eſſe debet maior in his,
qui in altiori conſtituunt̃ Eccleſiæ gradu. Hinc ſacerdotes ſcientiam ſcripturarum nõ exquirentes,
Oſeæ 4. audiant ac formident, quod p̃ Oſee Dñs proteſtat̃: Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ego, nè ſa-
cerdotio fungaris mihi. [Et cùm fuerit controuerſia] i. cauſa diſcutienda, dubium ſiue diſcordia in-
ter quoſcunq;. [ſtabunt in iudicijs meis,] i. iudicia vera & iuſta mihi placentia proferent. [& iudica-
bunt] i. iudicando determinabunt, obſeruabunt, exponent [leges meas] i. iura diuina, [& præcepta
mea, in omnibus ſolennitatibus meis cuſtodient, & ſabbata mea ſanctificabunt.] i. ſanctè expendẽ-
da docebunt, atq; idipſum implebunt. Per quæ inſinuatur, ꝙ ſacerdotes Eccleſiæ ſcire debent, qua-
li-

liter Chriſtus nobis paſcha eſt immolatus, & quomodò feſta legalia ſpiritaliter obſeruare habemus.
His conſonat illud Malac. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de ore eius, Deu. 17.
quia angelus Dñi exercituum eſt. Moſes quoq; in Deuteronomio præcepit, ꝙ ad ſacerdotes in ci-
uitatem ad Dei cultum ſacrificiaq; electam, venire debeant de alijs vrbibus & villis, vt per ſacerdo-
tes dubia determinentur, & eorum ſententiæ firmiter obſeruentur. [Et ad mortuum hominem non
ingredientur, nè polluantur,] contra legem agendo, ſicq; inhabiles fiant ad miniſtrandum in tem-
plo, [niſi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & fratrem & ſororem, quæ virum non habuerit.]
In quibus verbis approbatur, ſecundùm Hieronymum, naturæ affectus, quatenùs ordine charitatis
(iuxta illud, Ordinauit in me charitatem) poſt Deum diligatur pater & mater, filius & filia, frater & Cant. 2.
ſoror. [in quibus contaminabuntur.] i. ſacerdotes viſitando harum perſonarum morticina, incur-
rent maculam quandam, ab ingreſſu templi impedientem. Per quod deſignatur, ꝙ ſacerdotes Chri-
ſti eos per conſenſum tangere non debent neq; accedere, qui peccatis ſunt mortui. De quibus ait
Saluator: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. [Et poſtq̃ fuerit emundatus] per aquam expiati- Mat. 8.
onis ſecundùm Moſis legem. [ſeptem dies numerabuntur ei,] anteq̃ liceat ei ſanctuarium introire.
[& in die introitûs ſui in ſanctuarium] euolutis ſ. p̃ſcriptis diebus, [ad atrium interius, vt miniſtret
mihi, offeret pro peccato ſuo, ait Dñs Deus,] oblationem ſecũdùm legem, q̃ oblatio in Leuitico ex-
plicatur. Per quæ ſignificatur, ꝙ cùm ſacerdos Chriſti fuerit per contritionem à culpa purgatus, ni-
hilo minùs ſatisfactoria pœnitentiæ opera facere debet, perfecto pœnitudinis numero, qui ſepte-
nario denotatur. [Non erit aũt eis hæreditas eorum: & poſſeſſionem non dabitis eis in Iſrael, ego
enim poſſeſſio eorum.] Ex libro Moſis innoteſcit, ꝙ in diuiſione terræ p̃miſſionis, nõ dabatur ſa-
cerdotibus & Leuitis pars terræ in hæreditariam poſſeſſionem, ſicut cæteris tribubus, ſed dabantur
eis loca ad habitandum, & ad iumenta alenda, prout in lib. Ioſuæ diffuſè conſcribit̃. Nam Deus fre-
quenter per Moſen dixit: Ego hæreditas poſſeſſioq; eorum, i. de his quæ mihi offeruntur, ipſi iugiter
ſuſtentabuntur. Ideò ſubditur: [Victimam] i. hoſtiam pacificam [& pro peccato] i. hoſtiam pro cul-
pa commiſſionis oblatam. [& pro delicto,] i. hoſtiam pro omiſſionis culpa immolatam [ipſi come-
dent.] Hoſtiæ nanq; pro peccato ac delicto, erãt totaliter ſacerdotum. Sed pacifica hoſtia ceſſit pro
media parte in vſum ſacerdotum, & pro media in offerentium vſum. [& omne votum in Iſrael ipſo-
rum erit.] i. quæ filij Iſrael Deo promittunt offerre, cedent in vſum ſacerdotum. [Et primitiua oĩm
pecorum primogenitorum,] i. quæ in animalibus prima naſcunt̃. [& oĩa libamenta ex oĩbus q̃ offe-
runtur,] i. oblationes de rebus liquidis, ſ. vino, oleo, atq; ſimilibus, [ſacerdotum erunt. Et primitiua
ciborum veſtrorum,] i. primitias frugum ac terrę naſcentium, de quibus præparantur cibaria. [dabi-
tis ſacerdoti, vt reponat benedictionem domui ſuæ.] i. ſibi ac ſuæ familiæ de neceſſarijs vitæ dignè
prouideat. Per quę ſignificatur, ꝙ ſacerdotes Eccleſiæ de oblationibus Chriſtifidelium viuerent, &
quæ Deo promittuntur, in ſuum vſum conuerterent, quibus videmus hoſtias decimasq; offerri, ità
ꝙ ſatis abundant. [Et omne morticinum] i. ſuffocatum, vel p̃prio languore extinctum. [& captum
à beſtijs] i. à beſtijs ſtrangulatum ſiue occiſum, [de auibus & de pecoribus,] quæ verſantur in terra,
[non comedent ſacerdotes.] Iſta, ſecundùm Hieronymum, omni Chriſtiano conueniunt, vt ſ. ge-
nus regium & genus ſacerdotale talibus non vtatur, quorum non eſt ſanguis effuſus. Vndè in Acti- Act. 15.
bus apoſtolorum leguntur ſcripſiſſe apoſtoli conuerſis ex paganiſmo, vt abſtineant à ſuffocato, &
fornicatione, & immolatis ſimulacrorum, & ſanguine. Spiritaliter ſuffocatum eſt, cuius ſanguis in
ſeipſo emortuus eſt, i. cuius vita ex inordinato timore vel mœrore tabeſcit, ità vt vitam grãæ perdat
ex immoderantia paſſionum. Per captum verò à beſtia, hi qui à dęmonibus ſpiritaliter deuorantur.
Talibus ergò ſacerdotes per conſenſum culpę miſcendi non ſunt. Per quod etiam ſignificatur, ꝙ
miniſtri Eccleſiæ de rapina ac bonis illicitis nequaq̃ viuere debẽt. Circa hunc locum dicit Hierony-
mus: Non tantum gaudendum eſt de oblatione munerum, q̃tum timendum eſt de condemnatione
honoris, ſi eo vtamur indignè. Grandis dignitas ſacerdotum, ſed grauior ruina, ſi peccant. Lætamur
ad aſſcenſum, ſed timeamus ad lapſum. Non eſt tanti gaudij, excelſa tenuiſſe: quãti mœroris, de ſub-
limioribus corruiſſe. Neq; enim ſolùm pro noſtris delictis reddemus ratiõem, ſed pro omniũ quo-
rum abutimur donis, & nequaq̃ ſumus de eorum ſalute ſoliciti.

¶ Elucidatio cap. 45. Cumq; cœperitis terram diuidere. *Articulus* 54.

TEmplo & multis ad ipſum pertinentibus iam deſcriptis, proceditur ad deſcriptionem diuiſi-
onis terræ. [Quumque cœperitis] ô filij Iſrael, [terram] promiſſionis [diuidere ſortitò,] id
eſt, modo præfixo qui infrà deſcribitur, ſcilicet iuſtè & commenſurabiliter. [ſeparate primitias Do-
mino.] i. certam partem terræ offerte Deo, hoc eſt, ſacerdotibus pro manſione eorum ac pecorum
paſcuis. Cùm enim Deus ſit hæreditas eorum atq; poſſeſſio, hoc quod eis deputatur, Deo ſpeciali-
ter immolatur. Has autem primitias vocat, [ſanctificatum de terra,] i. portionem terræ ſanctificatã,
quia ad Dei honorem ſingulariter ordinatam, cuius mẽſura ſubiungitur: [longitudinem 25. millia,]
ſ. ca-

ſcilicet calamorum, ſecundùm Hieronymum, & omnes expoſitores. [& latitudinem decem millia, ſanctificatum erit in omni termino eius.] i. tota hæc pars ſacerdotum, ſancta per gyrum ſuum vocabitur. [Et erit ex hoc] i. ex præfata ſacerdotum portione [ſanctificatum,] i. pars quædam ſanctificata ex tota illa portione accepta. Cuius menſura adijcitur, [quingentos] ſ. calamos [per quingentos] calamos [quadrifariàm per circuitum.] Iſtud eſt ſpatium pro templi ædificio conſtruendo, cõtinens ex omni parte ſeu latere quingentos calamos, hoc eſt, in toto duo millia calamorum. Fuit enĩ quadrum æquilaterum. ideò dicit, quingentos per quingentos quadrifariàm, i. verſùs quatuor partes terræ. Iſta pars terræ pro templo accepta, fuit intra ſpatiũ terræ ſacerdotibus delegatæ. [Et quinquaginta cubitis in ſuburbana eius] i. ſpatium 50. cubitorum, erit extra extremum templi muri. [per gyrum:] i. ex omni latere muri iſtius exterioris: & ſpatium hoc, dicitur ſuburbiũ vel ſuburbana templi, nè ei aliena ædificia nimìs è vicino iungerentur. Vndè propter pulchriorem apparẽtiam & reuerentiam templi, tantum ſpatium vacuum permanebit. Deindè quod ſic obſcurè p̃miſit, clariùs repetit. [& à menſura iſta,] i. ſecundùm formam huius menſurationis, [menſurabitis longitudinem 25. millium,] ſ. calamorum, [& latitudinem 10. millium] calamorũ, [& in ipſo] i. in medio ſpatio huius [erit templum, ſanctumq́; ſanctorum,] quod fuit interior pars templi. Deniq; ꝙ iſta ſit vera expoſitio, patet per verba ſequentia. [ſanctificatum de terra] i. portio iſta ſanctificata, de tota terra pro ſacerdotibus ſeparata, [erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij] i. templi, vtpotè in vſum eorum. [qui accedunt ad miniſterium DOMINI] in templo. [Et erit eis locus in domos, & in ſanctuarium ſanctitatis:] i. ſpatium terræ prędeterminatum, erit ſacerdotibus ad habitandum, & pro templo ſanctitatis ædificando. Inſupèr determinatur portio Leuitarum, quæ tãta eſt vt ſacerdotum. [Vigintiquinq; aũt millia longitudinis, & decem millia latitudinis erũt] ſupple Leuitis, de quibus & ſubditur: [Leuitæ autem qui miniſtrant DOMUI] i. ſacerdotibus in templo, [ipſi poſſidebunt viginti gazophylacia] i. tot habitacula in ſua conſtruent portione. Vel intelligitur de gazophylacijs templi, quorum quædam deputabantur Leuitis, vt dictum eſt ſæpè. [Et poſſeſſionem ciuitatis] i. terram ſeu locum & ſpatium pro ciuitate ædificanda. [dabitis quinq; millia latitudinis, & longitudinis 25. millia ſecundùm ſeparationem ſanctuarij] i. iuxta modum quo pro templo conſtruẽdo dabitis 25. millia longitudinis. Et hoc fiet [omni domui Iſrael.] i. ad vtilitatem totius Iſraelitici populi. Præthereà deſcribitur portio principi danda. [Principi quoq;] dabitis partẽ terræ [hinc & indè,] i. ex vtraq; parte ſanctuarij, ſecundùm Hieronymum, vel ad orientalem occidentalemq́; plagam triũ partium prædictarum, videlicet ſacerdotum, & Leuitarum, ac ciuitatis. [in ſeparationem ſanctuarij,] i. reſpiciẽtem ad locũ ſanctuarij ſeparatum. Vndè alia tranſlatio continet, contra faciem ſeparationis ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciuitatis, vt in vrbe verſetur.. [contra faciem poſſeſſionis vrbis.] i. ex oppoſito ciuitatis ſuperiùs tactæ [à latere maris] i. ab occidẽtali eius parte [vſq; ad mare,] i. vſq; ad alterum eius latus, vel vſq; ad mare, quod eſt terminus terræ diuidendæ. [Et à latere orientis, vſq; ad orientem,] i. à latere oriẽtali trium partium p̃nominatarum, vſq; ad finem orientalẽ totius terrę p̄miſſionis. [Longitudinem aũt] portionis principis dabitis [iuxta vnamquanq; partium,] quam ſ. ſingulæ tribus accipient [à termino occidentali] totius terræ, vel maris, ſecundùm quoſdam. [vſq; terminum orientalem] eiuſdem terræ totius. [De terra erit ei poſſeſſio in Iſrael.] i. de terra promiſſionis dabitur ei pars hæreditaria inter filios Iſrael. [Et non depopulabuntur vltrà populum meum principes,] bona eius diripiendo, & eum p potentiam opprimendo, [ſed terram dabunt domui Iſrael ſecundùm tribus eorum.] i. terram promiſſionis diuident filijs Iſrael iuſtè, ſecundùm duodecim tribuum diuiſionem, vnicuiq; ſuam partem p̃ſtantes. [Hęc dicit DNS: Sufficiat vobis principes Iſrael] i. veſtra portione eſtote contẽti, cùm ſit adeò magna. [iniquitatem & rapinam intermittite.] i. à peccatis in Deũ & proximum, p̃ſertim à violentia in pauperes, ceſſate, vt ſitis principes, non tyranni. [& iudicium & iuſtitiam facite,] iuſtè in omnibus iudicando, & vnicuiq; quod ſuum eſt tribuendo. [Separate confinia veſtra à populo meo,] i. terminos poſſeſſionis veſtrę non tranſcendatis, aliorum bona veſtris iungendo. Deindè iubetur iuſtitia eſſe ſeruanda in menſuris. [Statera iuſta] ſ. in his quæ appenduntur ac ponderantur, [& ephi iuſtum.] Ephi eſt menſura frugum & rerum ſiccarum. [& batus iuſtus erit vobis.] Batus eſt eadem menſura quę ephi: ſed in rebus liquidis, vt vino & oleo. Ideò ſubditur: [Ephi & batus æqualia & vnius menſurę erunt.] i. q̃tum capit ephi in ſiccis, tantum capit batus in liquidis. Quod conſequenter exponitur: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partẽ cori ephi] i. tam batus q̃ ephi, continet decimam partem cori. Corus autem eſt menſura tam aridorum q̃ liquidorum, & continet triginta modios. ideò batus continet tres modios in ſiccis, & decima pars cori in liq̃dis dicitur ephi. [Iuxta menſuram cori erit ęqua libratio eorũ,] videlicet bati & ephi, & habeant decimam partem cori. Deindè agit̃ de moneta, p quam cõmutant̃ venalia. [Siclus] i. moneta ſic dicta, [20. obolos habebit. Porrò viginti ſicli, & 25. ſicli, & 15. ſicli,] pariter computati & ſumpti, qui ſexaginta ſiclos efficiunt, [mnam faciunt,] i. genus monetæ taliter nominatæ, quę melior eſt

eſt q̃ ſiclus. Menſuræ & monetæ hæ, deſcribuntur hîc ſecundùm modum populi Iſrael, vndè & nobis ſatis incertæ ſunt, cùm ſecundùm diuerſitatem terrarum iſta mutent̃. [Et hæ ſunt primitię, quas tolletis.] i. à parte vobis remanente, auferetis ad dandum eas ſacerdoti. [Sextam partem ephi de coro frumenti,] i. de coro frumenti dabitis ſexageſimam partem. Ephi enim eſt decima pars cori, & habet tres modios, ideò ſexta pars ephi eſt medietas modij. Corus verò triginta modios habet. [& ſextam partem ephi de coro hordei.] quæ ſexta pars, ſimili ratione eſt ſexageſima pars cori hordei. [Menſura quoq; hordei, batus olei, decima pars cori eſt.] i. batus quo hordeum mẽſuratur, & olei menſura, q̃ iam vocata eſt ephi, vtrunq; iſtorum eſt decima pars cori, ſicut iam patuit. Ideò ſubditur: [Et decem bati corum faciunt, quia decem bati implent corum.] Cùm enim batus capiat tres modios, palàm ꝙ decem bati faciunt triginta modios, quibus impletur corus. Similiter offerendum eſt de liquidis, ſicut ſubiungitur: [Et ſextam partem ephi, &c.] ſ. de vino, oleo & ſimilibus, ità ꝙ ſexageſima pars cori de iſtis donabitur. [Et arietem vnum de grege ducentorum] i. de ducentis arietibus offerent vnum. [in his quæ nutriunt Iſrael,] i. quæ filij Iſrael alunt. Vel per hoc quod ait, in his quæ nutriunt Iſrael, inſinuatur ꝙ ſimilis pars de alijs animalibus à filijs Iſrael nutritis daretur, ſicut de arietibus. Vndè etiam, ſecundùm Hieronymum, verbum Hebraicũ, pro quo noſtra trãſlatio habet, arietem, ad cuncta animalia eſt commune. Hæc ergò filij Iſrael alunt & dant [in ſacrificium, & in holocauſtum, & in pacifica ad expiandum pro domo Iſrael,] i. ad hoc, vt ſacerdos de his offerat Deo ſacrificium: cuius vna pars ad Dei honorem comburitur, alia autem à ſacerdotibus manducatur: Et holocauſtum, quod totum ad Dei reuerentiam igne conſumitur, & in pacifica. Hoſtię autem pacificorum, pars vna ad honorem Dei comburebatur, alia à ſacerdotibus edebatur, tertia ab offerentibus. Quæ omnia offeruntur pro expiatione populi Iſrael, vt Deo recõcilietur. Prætereà aduertendum, ꝙ ſicut hîc ſcribit Hieronymus, decimam partem oĩm frugum tenebatur populus Iſrael offerre Leuiticæ tribui. Leuitæ aũt, videlicet inferior gradus miniſtrorum, ſoluebant ex ipſis decimis decimas ſacerdotibus. Erant autem & aliæ decimæ, quas vnuſquiſq; de populo Iſrael, in domo ſua ſeparauit, & tulit vt eas comederet, cùm iret ad templum in vrbe Hieruſalem, & in veſtibulo tẽpli, ſacerdotes quoq; & Leuitas ad conuiuium inuitarent. Erant etiam aliæ decimæ, quas pauperibus erogabant. Primitiua aũt quæ de frugibus offerebant, nõ erant ſpeciali numero determinata, ſ. quota pars offerretur, ſed offerentium arbitrio derelicta. Et ſicut Hieronymus recitat ſe ab Hebręis didiciſſe, magiſtrorum traditione fuit inolitum: qui plurimùm, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus: qui minimùm, ſexageſimam partem. Inter hæc duo licuit cuiq; offerre, quod voluit. Quod ergò Moſes non determinauit, proptereà iſte determinat, nè ſacerdotes cupiditate moti, plus petant, vel populus minus perſoluat. [Omnis populus terræ tenebitur primitijs his principi in Iſrael.] i. eas ſoluere obligatur principi ſacerdotum, qui eſt princeps in ſpiritalibus. [Et ſuper principem erunt holocauſta & ſacrificium] i. princeps ſacerdotum ad holocauſtum & ſacrificia [& libamina] offerenda tenebitur [in ſolennitatibus] maioribus, ſ. Paſchæ & Pentecoſtes, [& in kalendis] i. neomenijs, ſeu menſium exordijs. [& in ſabbathis,] quę omni hebdomada ſunt, [& in vniuerſis ſolennitatibus domûs Iſrael,] i. reliquis feſtis [ipſe faciet] i. offeret [pro peccato] relaxando, tam ſuo q̃ populi, [ſacrificium & holocauſtum, & pacifica, ad expiandum pro domo Iſrael.] Inſupèr deſcribitur principis ſacerdotum oblatio in ſpeciali. [Hæc dicit DNS Deus: In primo menſe,] qui Niſan vocatur, [vna menſis] i. prima die huius menſis. [ſumes] i. à pontifice ſumendum denunciabis. [vitulum de armento] i. de multitudine gregis [immaculatum, & expiabis ſanctuarium] i. templum expiandum deſcribes. [Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato] i. animalis pro peccatorum remiſſione oblati, [& ponet in poſtibus domûs] i. templi, [& in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portæ atrij interioris.] Loca iſta, & quid deſignent, ſuprà ſunt deſcripta. [Et ſic facies in ſeptima menſis,] i. ſimili modo agendum p̃dices ſeptimo die præfati menſis. Ezech. 43. Hæ duæ ſolennitates & oblationes, ſecundùm Hieronymum, in lege Moſis non habentur. [pro vnoquoq; qui ignorauit & errore deceptus eſt,] cui faciliùs venia impetratur. [& expiabis pro domo] vel populo. [In primo menſe, quintadecima die menſis, erit vobis phaſe ſolennitas.] Paſchalis nanq; ſolennitas ab huius diei veſpera incipit apud Hebræos. [Septem diebus azyma] id eſt, panes azymi non fermentati. [comedentur. Et faciet] i. offeret [princeps] ſacerdotum [in die illa] qua feſtum hoc incipit, [pro ſe & pro vniuerſo populo terræ vitulum pro peccato. Et in ſeptem dierum ſolennitate] i. celebritate iſta paſchali, quæ ſeptem durat diebus. [faciet holocauſtum DOMINO,] ſcilicet [ſeptem vitulos & ſeptem arietes immaculatos quotidiè ſeptem diebus, & pro peccato] ſuo ac populi [offeret hircum caprarum quotidiè. Et in ſacrificium ephi p vitulum, & ephi p arietem faciet,] i. in ſacrificium offeret menſuram ephi cum vitulo, & menſuram ephi cum ariete. Quid aũt ſit ephi, iam dictũ eſt. [& olei hin] i. menſurã olei quæ dicitur hin, & eſt tertia pars bati. [p ſingula ephi] pariter offeret. [Septimo menſe, quintadecima die mẽſis] in ſolennitate ſcenopegiæ, ſecundũ Hieronymũ, ſeu ta-

tabernaculorum,[faciet ſicut ſuprà dicta ſunt tam pro peccato] dimittendo, [quàm pro holocau-
ſto] diuinæ maieſtati offerendo.[& in ſacrificio & in oleo.] i.menſuram olei hin immolando.Tunc
enim à veſpera præcedentis diei incipiebat ſolennitas iſta ſeptem diebus perdurans, in quibus fie-
bant oblationes conſimiles his,quæ fiebant diebus ſolennitatis paſchalis. ¶ Ampliùs verò iuxta
intelligentiam principalem,omnia in iſto cap.dicta,ad præſens tempus,& ad militantem Eccleſiam,
in mundo nunc laborantem & ad cæleſtia feſtinantem,ſunt referenda.Veris igitur Iſraelitis, prin-
Pſal. 44. cipibus populorum,ſanctis apoſtolis (de quibus propheta loquutus eſt Deo, Cõſtitues eos princi-
pes ſuper omnem terram) ait Ezechiel ex ore Dei omnipotentis: Cùm cœperitis terram diuidere
ſortitò,ſeparate primitias Domino.Terram quippe inter ſe diuiſerunt, quandò toto orbe terrarum
diſperſi,diſtinctis ac varijs gentibus prædicauerunt,& determinatas ſpecialesq; regiones,in quibus
prædicarent,ſibi ſinguli elegerunt,vel potiùs ſecundùm diuinam ordinationem ſortiti ſunt. Tunc
ſeparauerunt primitias Domino,certa loca pro religioſis & ſacerdotibus deputando,in quibus p̄ci-
Apoc.14. puè collocatur Eccleſia.Vel ſeparauerunt primitias Domino, quoſdam credentes diuino cultui ſin-
gulariter mancipando, videlicet religioſos.Vndè de quibuſdam electis in Apocalypſi habetur: Hi
empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & agno.Quæ demùm primitiæ appellantur ſanctificatũ, cùm
Deo ſint conſecratæ,quarum longitudo eſt 25.millium calamorum,& latitudo 10. millium calamo-
rum.Per quæ diuerſitas meritorum,& perfectio contemplationis, dilatatio etiã diuinæ dilectionis,
per decem obſeruantiam præceptorum,& per quinq; ſpiritales ſenſus, quinquiformiter repetitos,
per diuerſos profectus in ſe inuicèm replicatos,ſignatur.Et erit ex hoc ſanctificatum,quingẽtos per
quingentos quadrifariàm,&c.His verbis (ſicut præcedenti articulo patuit) deſcribitur menſura cir-
cuitûs ędificij templi,cuius exterior murus quadratus habebat in quolibet latere calamos quingẽ-
tos,qui faciunt vnum milliare,de qua re & his quæ ędificium templi concernunt,dictum eſt pleni-
Ezech. 40. ùs in expoſitione cap.40.& deincèps.Deniq; per quinquaginta cubitos pro ſuburbanis relictos,ſi-
gnificata eſt requies & libertas eorum,qui templo Dei ſemper vniri & cohærere deſiderant. Iubi-
leus etenim quinquagenario numero deputatur.Et in ipſo erit templum,ſanctumq; ſanctorum.Per
templum,ſicut ſæpiſſimè dictum eſt,deſignantur,in quorum cordibus habitat Deus, & ſpecialiter
hi,qui in virtutibus eminent. Per ſanctum ſanctorum verò,illi qui vitam internam contemplati-
uamq; ducunt,& Deo deuotiſſimè vacant,qui in ſanctuarium Dei ſunt intromiſſi. Hi ergò ſunt in
medio primitiarum,vel ſanctificati de terra,quia ad eos reſpiciunt & confluunt cæteri Deo dicati.
Sanctificatum de terra erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij. Sacerdotibus eorum atq; *epiſcopis* Ec-
cleſię prȩinducti religioſi ac ſpiritales,ſpecialiter ſunt ſubiecti.Et erit eis locus in domos.Nam *inter*
hos habitare conſueuerunt ac reſidere.Leuitæ autem qui miniſtrant domui.Iſti ſunt inferioris gra-
dûs miniſtri,præſertim diaconi,qui templo deſeruiunt,ſacerdotibusq; miniſtrant.Ipſi poſſidebunt
viginti gazophylacia.Iſta ſunt repoſitoria ſpiritalium diuitiarum gratię ac virtutum, in quibus mi-
niſtri Chriſti ſalubriter manent,dormiunt,& quieſcunt. Quæ viginti eſſe dicuntur, quia decalo-
gum mente & opere,ſeu charitate Dei ac proximi, implent. Vel per numerũ iſtum determinatum,
exprimitur indeterminatus numerus clericorum ſeu canonicorũ in collegiorum habitaculis com-
morantium.Et poſſeſſionem ciuitatis dabitis &c.Pro ciuitate ędificanda prȩſtatur ſpatium, habens
quinq; millia calamorum in latitudine,& vigintiquinq; millia calamorum in longitudine. Per ciui-
tatem equidem deſignatur vnio populi Chriſtiani in fide, ſpe, charitate ac ſacramentis.Communi-
tas autem populi Chriſtiani, non eſt tantæ latitudinis in charitate vt religioſi, idcircò latitudo ci-
uitatis eſt quinq; millium calamorum, latitudo verò primitiarum Dei ſeu religioſorum, dicta eſt
* calamorum decem *millium* * cubitorum. Quinario quoq;, *numerus librorum Moſis commendatur*, quorum
tota doctrina ad præceptorum charitatis cuſtodiam ordinatur. Principi quoquè hinc & indè, &c.
Per partem terræ principi deputatam ex vtroque latere templi vel populi, deſignatur quòd Chri-
ſtianis principibus eſſet præ cæteris maxima pars regionum in hæreditatem præſtanda. à latere
maris vſque ad mare. Per mare, amaritudo & inquietudo exprimitur, & certum eſt quòd princi-
patui multæ tribulationes,amaritudines, lites & conturbationes miſcentur.Et à latere orientis vſq;
ad orientem. Principum quippe poſſeſſio ſolet per terræ regionem hincindè diffundi. Si verò de
principe ſuperiore, ſcilicet Imperatore, accipiatur, planus eſt ſenſus. Vel tanta deſcribitur portio
principis, ad innuendum quòd totius populi ſui virtutes & merita in ipſum (ſi iuſtè ſe habet) re-
dundant, & ſibi tanquàm directori, quodammodò aſcribuntur.Et non depopulabuntur vltrà po-
pulum meum, Chriſtianum, verè ac ſpiritaliter Iſraeliticum, principes Chriſtiani, ſed terram
dabunt domui Iſrael,id eſt, congregationi fidelium ſecundùm tribus eorum, iuſtè inter ſubditos
diuidendo.Sufficiat vobis principes Iſrael, id eſt, Eccleſię ſeu populi Chriſtiani. Iniquitatem & ra-
pinas *intermittite, iudicium & iuſtitiam facite, ſeparate confinia veſtra à populo meo.* Vtinàm
☞ principes Chriſtiani iſta aduerterent & implerent, quorum nonnulli non verè principes, ſed
ty-

tyranni,pauperes & ſubiectos per potentiam opprimunt,per violentiam ſpoliant,per auaritiam ex-
actionibus grauant.De talibus Dominus ait per Micheam: Comedũt carnem populi mei, & pellem Mich.3.
eorum deſupèr excoriauerunt.& in Iſaia: Principes tui infideles,ſocij furum. Statera iuſta &c. His Iſaiæ 1.
verbis iubentur Chriſtifideles in ſuis contractibus ſeruare iuſtitiam in ponderando ac menſuran-
do.Iniuſtitia nempe ex ſuo genere eſt peccatum mortale, cùm decem præcepta ſint de actibus iu-
ſtitiæ:& quod contrariatur præcepto,mortale eſt.Hinc contra iniuſtos ait Pſalmiſta: Mendaces fi- Pſal. 61.
lij hominum in ſtateris, vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Et in Leuitico Dominus loquitur: Leu.19.
Nolite facere iniquum aliquid in iudicio,in regula,in pondere, & in menſura. Similiter in monetis
vitanda eſt fraus. Et hæ ſunt primitiæ quas tolletis. Sextam partem ephi de coro *frumenti*,&c. Per
iſta ſimpliciter deſignatur, quòd populus Chriſtianus vulgaris & ſecularis, certas facultatum ſua-
rum partes daret ſacerdotibus ac miniſtris Eccleſiæ ad ſuſtentationem eorum. Propter quod dicit
Apoſtolus:Si nos vobis ſpiritalia ſeminauimus,magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus? Spiritaliùs 1.Cor.9.
autem per frumentum accipitur ſcientia ſpiritalis,per hordeum notitia liberalis. Si ergò de his De-
um honoramus inprimìs, & omne ei bonum aſcribimus, primitias frumenti ac hordei damus.
Omnis populus terræ tenebitur primitijs his principi, quia & ſecularibus Dominis ſpiritalibusq́ue
prælatis iſta ſoluũtur.Et ſuper principem erunt holocauſta &c.Principes equidem & prælati, indi-
gent Deo quotidiè immolare,& varia dona ac ſacrificia offerunt creatori, tam corporalia quàm ſpi-
ritalia,inſupèr & ſeipſos,præſertim in feſtis Eccleſiæ maioribus, mediocribus atq; minoribus, quæ
per legalium feſtorum vocabula myſticè exprimuntur. Nec immoderanter quis admiretur, quòd
in nouem iſtis capitulis Ezechiel tam obſcurè ac myſticè loquitur,quũ Ioannes apoſtolus in Apo-
calypſi obſcuriùs myſterialiusq́ue loquatur.In menſe primo vna menſis,ſumes vitulum de armen-
to *immaculatum*,&c. Per feſta & ſacrificia iſta legalia, intelliguntur *ſpiritales ſolennitates*,ſpirita-
lesq́ue hoſtiæ populi Chriſtiani.Quid autem per vitulum deſignetur,pauloantè innotuit.Porrò per
immolationem vitulorum, arietum & hircorum, intelliguntur diuerſi fideles, qui ſeipſos multi-
formiter offerũt Deo.Poſtremò,omnia iſta ad plenum elucidare, ſine præcipua Dei illuminatio-
ne non reor poſſibile. Quòd autem in primo menſe, & prima eius die, vitulus immolari iubetur,
hoc ſignificare poteſt, quòd principium omnium annorum noſtrorum à Dei obſequio inchoare
debemus,& noſipſos ſeu carnem noſtram mortalem Deo quaſi vitulum immolare. Septimo quo-
què eiuſdem menſis die,idem agi iubetur, vt perſeuerantia commendetur.Quæ autem de obſerua-
tione phaſe & eſu azymorum ſequuntur, non eſt difficile ad paſcha noſtrum, ſcilicet Chriſtum,
conuertere.Sicq́ue epulemur,iuxta Apoſtolum, in azymis ſynceritatis & veritatis. Et faciet prin- 1.Cor.5.
ceps de illa &c.In die qua Chriſtus immolatus eſt paſcha noſtrum, offert quicunque ſacerdos ſeu
princeps pro ſe,& vniuerſo populo ſibi ſubiecto,vitulum pro peccato, videlicet corpus Chriſti vel
Chriſtum,qui inſtàr vituli pro nobis,ſecũdùm Gregorium, eſt occiſus, cuius corpus Deo offertur,
dum Chriſti paſſio deuotè recolitur, & meditator ſe illi conformare conatur, quod die paſſionis
Chriſti præcipuè conſtat agendum.At verò per ſeptem vitulos & ſeptem arietes,qui in huius ſolen-
nitatis ſeptem diebus quotidiè offeruntur, intelligi poſſunt vniuerſi imitatores Chriſti & eius
beatiſſimæ paſſionis. Septenario nanque totalitas vel perfectio deſignatur. *Sed & per ſeptem dies*
quibus hæc agi mandantur,intelligi datur totum hoc tempus indulgentiæ condonatum, vel ſpe-
cialiter ſeptem dies Dominicæ paſſionis ſimul cum die Ramiſpalmarum. Olei quoquè menſura
parua miſcetur,vt omni rigori actus clementiæ ſit admixtus. ¶ Similia ſacrificia fient diebus
feſtiuitatis ſcenopegiæ ſeu tabernaculorum. Nam & feſtum hoc ſpiritaliter agimus, atque præfata
tunc ſpiritaliter immolamus.Sacerdos quoquè hæc offerens, intelligi poteſt Chriſtus, qui gratiam
præſtat hominibus,qua taliter offerunt ſeipſos:vel ſacerdos Chriſti miniſter, ad taliter ſacrificandũ
admonens alios.

¶ Declaratio capituli 46.Hæc dicit Dominus Deus. *Articulus* 55.

CIrca poſteriorem p̄cedentis capituli partem,facta eſt mentio de oblatione principis ſpiritalis,
putà pontificis:nunc de ſecularis principis oblatione tractat̃.[Hæc dicit Dñs Deus:Porta atrij
interioris q̃ reſpicit ad orientem,] i. porta orientalis interioris atrij tẽpli, de qua porta ſpecialiter
dictum eſt copioſè in exordio cap.44. [erit clauſa ſex diebus quibus opus fit] i. ſex primis diebus
hebdomadæ ferialibus,de quibus Moſes loquit̃,Sex dieb' operaberis.[die aũt ſeptima,] ſ.ſabbato,
[aperiet̃] per ſingulas ſeptimanas,qa tunc requies eſt.[Sed & in die kalendarũ] i.in exordio ſeu pri-
mo die cuiuſlibet menſis,hoc eſt,in neomenia.[aperiet̃.Et intrabit princeps] Iſraeliticæ plebis [per
viam veſtibuli portæ deforìs,] i. per veſtibulũ ab extra ducẽs ad portã hanc.[& ſtabit in limine por-
tæ] iſtius orientalis,ſed interius atrium non intrabit.[Et facient] i.offerẽt [ſacerdotes holocauſtũ]
i. id quod princeps adducet offerendum in holocauſtum, quod totum ad Dei honorem comburit̃,
ſacerdotes actualiter pro principe offerent & cremabunt. [& pacifica eius] i. quæ pro ſalute offert,

&pace.[Et adorabit ſuper limen portæ.]i.Deo per oblationes iſtas honorato atq; placato,princeps
ſuper limen præfatæ portæ dñm (cui ſoli latriæ cultus debetur) ſuppliciter adorabit. [& egredie-
tur.] i.facta oratione redibit via qua venit.[Porta autem] hęc orientalis [non claudet vſq; ad veſpe-
ram] diei qua fuit reſerata.Cuius cauſa annectitur:[& adorabit populus terræ] ꝓmiſſionis[ad oſti-
um portæ illius,] ſtando videlicet ante hanc portã,[in ſabbatis & kalendis coram Domino,] in qui-
bus temporibus,ſicut iam patuit,porta hæc aperietur.[Holocauſtum autem hoc] quod ſubdit, [of-
feret] i. per ſacerdotes offerendum præſentabit [princeps Domino in die ſabbati] i. quolibet die
ſabbatiuo [ſex agnos immaculatos,]i.pulchros ac integros, [& arietem immaculatum, & ſacrificiũ
ephi per arietem.] i. ſimul cum ariete immaculato,offeret mẽſuram ſimilæ,quæ eſt exquiſita farina,
quæ menſura dicitur ephi,tenens tres modios in rebus ſiccis, ſicut præcedenti articulo claruit. [In
agnis autem ſacrificium quod dederit manus eius,] i.in oblatione agnorum,quam manus principis
offert.[& olei hin per ſingula ephi.] i.tot offeret hin olei,quot offert ephi ſimilæ.Hin autem eſt ge-
nus menſuræ,vt dictum eſt. Deindè conſcribit oblatio fienda in principio menſiũ ſeu die kalenda-
rum.[In die aũt kalendarum] offeret [vitulũ de armento immaculatũ & ſex agnos,& arietes]vt ali-
qui aſſerunt,duos,immaculatiq́ue erunt qui tunc à principe offerentur. [Et ephi per vitulum, ephi
quoq; per arietem faciet ſacrificium.] i.tam cum vitulo quàm cum ariete offeret in ſacrificium eius
ephi,i.hoc genus menſuræ in ſiccis,ſeu tantum de ſimila.Iſtud ergò ſacrificium,ab eo quod ſabba-
to fit,differt,quòd hîc iubetur offerri vitulus, ibì non:hîc quoq; arietes, ibì aries. [De agnis autem,
ſicut inuenerit manus eius,& olei hin per ſingula ephi.] i.in oblatione agnorum prætaxatorum qui
ſibi offerẽdi occurrunt,offeret tot hin olei,quot ephi de ſiccis vel ſimila. Cumq; ingreſſus eſt prin-
ceps] ædificium templi ad adorandum ac offerendum,[per viam veſtibuli portę] orientalis [ingre-
diatur,] ſicut iam dictum eſt, [& per eandem viam exeat. Et cùm intrabit populus terræ in conſpe-
ctu Domini in ſolennitatibus, qui ingreditur] ædificium templi [per portam aquilonis vt adoret,
egrediatur per viam portæ meridianæ,] i.portæ auſtralis.[Porrò qui ingreditur per viam portę me-
ridianæ,egrediatur per viam portæ aquilonis. Non reuertetur per viam portæ, per quam ingreſſus
eſt,ſed eregionè illius egredietur.] Iſta, quantùm ad ſuperficiem literæ,plana ſunt valdè. Siquidem
verbis his notatur diuerſus modus intrandi & exeundi, inter principem & vulgares. Ratio quoquè
iſtorum,quantùm ad imaginariam pertinet deſcriptionem,talis poteſt proferri.Si ènim populus ea-
dem qua introiuit via,rediret,propter multitudinem fortè ſe inuicèm obuiando impedirent atque
comprimerent. Princeps verò cùm ſolus tranſeat per viam ſpecialem, eadem ſine obſtaculo poteſt
redire.Hoc ruditer dictum eſt.Alia enim infrà aſſignanda eſt ratio. [Princeps autem in medio eo-
rum] ad templum accedens,atq; per viam portæ orientalis, mediam inter viam portæ aquilonaris,
viamq́; portæ auſtralis,quibus populus intrat,ingrediens.[cum ingredientibus ingredietur,& cum
egredientibus egredietur] videlicet ſimul tempore,tamen vijs diſtinctis.[Et in nundinis,& in ſolẽ-
nitatibus,erit ſacrificium ephi per vitulum,& ſacrificium ephi per arietem.]i.ſimul cũ vitulo,itemq́;
cum ariete offeretur in ſacrificium de ſimila vel ſiccis quibuſlibet menſura ephi, quæ tres modios
Ruth 3. continet,qui modij parui ſunt,præſertim cùm in Ruth libro ſcriptum ſit,quòd Booz menſus eſt ſex
modios hordei,in palliolum Ruth eos transfundens. [In agnis erit ſacrificium, ſicut inuenerit ma-
nus eius.] i.ſecundùm vires ſuas offeret de agnis.Vel ſic,in agnis,i.in oblatione agnorum,erit ſacri-
ficium ſicut inuenerit manus eius.[& olei hin per ſingula ephi.] i. pariter de oleo menſura quæ di-
citur hin,per ſingula ephi,ità vt tot offerantur hin olei,quot ephi de ſimila. ¶ Prætereà agitur de
ſpontanea principis oblatione,ad quam ſcilicet nõ tenetur. [Cùm autem fecerit princeps] per ma-
nus ſacerdotum [ſpontaneum holocauſtum,aut pacifica volũtaria] ſcilicet ſacrificia [Domino,ape-
rietur ei porta quæ reſpicit ad orientem,] ſcilicet prædicta porta orientalis. [& faciet] i. Deo offerri
diſponet [holocauſtum ſuum, & pacifica ſua Domino, ſicut fieri ſolet in die ſabbati,] de cuius diei
holocauſto pauloantè dictum eſt.[& egredietur,claudeturq́; porta poſtquàm exièrit.] Vndè in hac
ſpontanea principis oblatione non relinquitur porta aperta,nec populus venit ad adorandum ante
hanc portam:quemadmodùm in oblationibus principis,quæ fiunt in ſabbatis & kalendis. Conſe-
quẽter, ſecundùm beatum Hieronymum,propheta determinat de qua materia debeat fieri ſponta-
neum holocauſtum.Hoc enim præcedenti clauſula non expreſſit.[Et agnum eiuſdem anni,]id eſt,
agnum anniculum ſeu eodem anno natum,[immaculatum faciet holocauſtum quotidiè Domino,
ſemper manè faciet illud,] id eſt,omni manè offeret hoſtiam iſtam.[& faciet ſacrificium ſuper eo,]
i.ſimul cum holocauſto iſto agni anniculi [catà manè] id eſt, per manè, vel de manè offeret in ſa-
*manè criſicium, [*ſextam partem ephi] ſubauditur, ſimilæ, ſecundùm Hieronymum, id eſt,modium ſi-
milæ,& de oleo tertiam partem hin, vt miſceatur ſimilæ,i.oleo ſimila adſpergatur.[ſacrificium] eſt
[Domino] iſtud [legitimum iuge atq; perpetuum:] qm̃ nullo die eſt omittendum. [faciet] i.offeret
[agnũ & ſacrificium & oleum catà manè.Manè holocauſtũ ſempiternum,]His verbis reſumit quod
di-

dixit,vt diligẽtiùs inſtruat.Verùm expoſitio iſta alteri cuidam non placet.Primò,quoniam in obla-
tione ſpontanea non videtur offerenti determinanda certa materia,ſed ſicut in eius libertate eſt of-
ferre,ità & quid offerat,dummodò immolatitium extet.Secundò,quia oblatio ſpontanea poteſt in-
terrumpi atq; omitti:de iſta autem oblatione habetur in textu,ꝙ ſit ſacrificium iuge legitimũ. Pro-
pter quod exponit hunc paſſum de iugi ſacrificio,quod in lege præcipit̃ fieri quolibet die.Huic ve-
rò expoſitioni obuiare primò videtur,ꝙ iuxta ordinem textûs ac literæ ſeriem, propheta loquat̃ de
principe,& non de ſacerdote hebdomadario,de quo exponit quod dicitur,&agnum eiuſdem anni
faciet,&c.Secundò,ꝙ iuge ſacrificium legis,præceptum fuit bis quolibet die offerri,ſemèl in manè,
& ſemèl in veſpere,ſicut in Exodo ſcribitur,& in Leuitico ſæpè repetitur.Iſtud autem, de quo pro- Exo. 29.
pheta nunc agit,ſacrificium non niſi ſemèl in die,videlicet manè, offerendum conſcribitur.Nõ er- Leuit. 14.
gò eſt mentio de iugi ſacrificio legis.Tertiò,quia nec literaliter,nec principaliter nunc tractatur de
oblatione legali,ſed ſpiritali,quæ fit in Eccleſia Chriſti, vt innoteſcit ex præinductis. Hinc propter
myſticam rationem materia & hora oblationis iſtius determinatur.Saluando ergò expoſitionẽ Hi-
eronymi,ad obiecta reſpondere quis poterit,ꝙ ſpontaneæ oblationis materia & tempus determi-
nant̃ hoc loco,non per modum iuſſionis,ſed admonitionis,vel propheticæ denunciationis. Dein-
dè fit mentio de ſucceſſione facultatum principis.[Hęc dicit Dñs Deus:Si dederit princeps domum
alicui de filijs ſuis,hæreditas eius filiorum ſuorum erit.Poſſidebunt aũt eam hæreditariè.] ità ꝙ iſta
poſſeſſio per ſucceſſionem in poſteros erit perpetua. [Si aũt dederit legatum de hæreditate ſua vni
ſeruorum ſuorum,] i.alicui miniſtrorum aliquid de ſua hæreditate legauerit ſiue donauerit,[erit il-
lius vſq; ad annum remiſſionis.] i.vſq; ad annum ſeptimum,qui remiſſionis annus vocatur. Vel vſq;
ad iubileum,quo om̃is emptio atq; donatio ad priores reuertitur dominos. Sic exponit Hierony-
mus.ideò ſubditur:[& reuertetur ad principem:] quod ſeruo erat donatum.[Hæreditas autẽ eius,]
vtpotè principis,[filijs eius erit:] i.poſteris per ſucceſſionem perpetuò remanebit. [& non accipiet
princeps de hæreditate populi per violentiam,& de poſſeſſione eorũ] nil tollet iniuſtè,[ſed de poſ-
ſeſſione ſua hæreditatẽ dabit filijs ſuis, vt nõ diſpergatur populus meus à poſſeſſione ſua.] Iſta ſunt
plana.Poſt hæc quid ſibi acciderit,refert propheta. [Et introduxit me] angelus [per ingreſſum] i.
viam [qui erat ex latere portæ,] cuius portæ non exprimit nomen, ſed quia de orientali porta iam
ſpecialiter eſt loquutus,fortè de illa hæc ſcribit.[in gazophylacia ſanctuarij ad ſacerdotes.] Gazo- Ezec. 40.
phylacia ſanctuarij,i.templi,ſunt exedræ vel thalami ſacerdotum,vt dictum eſt ſuprà.[q̃ reſpiciebãt
ad aquilonem.] i.aquilonarem templi partem.[Et erat ibì locus vergens ad occidentem.] locus hic
fuit ſtructura pro ſacrificiorum coctione parata.Ideò ſequitur:[Et dixit ad me:Iſte eſt locus vbì co-
quent ſacerdotes,& pro peccato & pro delicto,vbì coquent ſacrificium] i.in loco hoc coquent, ſeu
vſui ſuo parabunt ſacerdotes ea quæ Deo oblata ſunt à populo pro culpa cõmiſſionis,& vitio omiſ-
ſionis.[vt non efferant in atrium exterius,] i.ſacrificia iſta non exportent cruda ad vulgi locum,[&
ſacrificetur populus.] i.carnes ſanctas non tangat vel edat, nec ſanctis contra legem communicet.
Sicq́; ſanctificatio iſta fuiſſet eis maculatio potiùs q̃ purificatio animæ. Vndè & ſic intelligi poteſt,
vt ſacerdotes p̃fata nõ efferant,quatenùs populus ſanctificetur,i.à peccati periculo præſeruet̃,dum
illa non efferuntur ad eum.Deincèps tractatur de coquinis pro vulgo. [Et eduxit me in atrium ex-
terius,] ex quo elicitur quòd pauloantè inſinuauit ſe in atrium interius introductum.[& circundu-
xit me per quatuor angulos atrij huius.Et eccè atriolum erat in angulo atrij] nõ vnum duntaxàt,vn-
dè quod ſingulariter dixit,pluraliter repetit.[Atriola ſingula per angulos atrij]i.in quolibet angulo
atrij vnum atriolum.Sicq́; in quatuor angulis atrij,erant quatuor atriola.Hinc ſubditur:[In quatuor
angulis atrij,atriola diſpoſita,quadraginta cubitorum per longum,]i.in longitudine,& triginta per
latum]i.triginta cubitorum in latitudine.Quanuìs igitur iſta atriola erant quadrata,non tamẽ ęqui-
latera, quemadmodùm murus exterior. [Menſuræ vnius per quatuor erant,] i. atriola iſta fuerunt
eiuſdem menſuræ & quantitatis. [& paries per circuitum ambiens quatuor atriola.] Quatuor atrio-
lorũ non fuit vnus paries tantùm,ſed quodlibet ex duobus lateribus claudebatur muro atrij in quo
erant atriola:& alius murus ſeu paries paruus ab intra,alia duo clauſerat latera.[Et culinæ] i.coqui-
næ [fabricatæ erant ſubter porticus] atrij exterioris [per gyrum,] videlicet in quatuor angulis iam
prætactis. Vndè quidam affirmant culinas eſſe in ipſis atriolis, alij autẽ in porticuum lateribus.[Et
dixit ad me:Hęc eſt domus culinarum, in qua coquent miniſtri domûs Domini victimas populi.]In
his nanque coquinis coquent Leuitæ oblatiões populi, ſaltem quantùm ad eam partẽ, quæ in vſum
offerentium vel Leuitarum cedebat.

¶ *De ſpiritali ac principali intelligentia eiuſdem cap. 46.* *Articulus* 56.

PEr portam orientalem atrij interioris, intelligi poſſe fidem illuminatam, vitam contemplati-
uam,ſacrarum ſcripturarum ſcientiam,& ipſum Dominum ſaluatorem,qui ait:Ego ſum oſtium Ioan. 10.
ouium,ex ſuperioribus eluceſcit.Porrò per principem deſignatur,qui aliorum meritò præceſſor &

rector eſt,qui eſſe debet quaſi lex viua,& velut animata iuſtitia. Vel om̃is q̃ carnis propriæ & mundi
atq; diaboli victor eſt.Itaq; porta orientalis clauſa eſt ſex diebus,i.quandiù in exterioribus occupa-
mur,& ſeruilia operamur:tũc enim à cęleſtium contẽplationibus impedimur,nec fidei penetramus
myſteria,nec abdita ſcripturarum,nec per vitam ęternam in Chriſto qeſcimus. Porrò ſeptimo die
aperiet̃,quandò videlicet ad ſabbatum,ſeu quietem mentis venerimus,& ab exterioribus vacantes,
Heb.4. diuinæ luci intendimus. Vndè ait Apoſtolus: Quia relinquit̃ ſabbatiſmus populo Dei. Sed & in die
kalendarum aperit̃.Kalendarũ noĩe,noua lunatio ſeu menſis exordium deſignat̃.Quemadmodùm
Epheſ.5. autem per ſolem Chriſtus,ità per lunam Eccleſia figuratur.Hinc in die kalendarum porta hæc ape-
ritur,quandò videlicet Eccleſia à Chriſto incipit illuſtrari. Ideò dicit Apoſtolus: Surge qui dormis,
Mal.4. & exurge à mortuis,& illuminabit te Chriſtus.Et in Malachia ſcriptum eſt: Orietur vobis timenti-
bus nomen meum,ſol iuſtitię.Et intrabit princeps per viam veſtibuli deforìs,i.per plana itinera hu-
militatis & æquitatis,atq; per opera vitæ actiuæ, & item per actus miſericordiæ, ingredietur ad por-
tam hanc,ad fidei ſecreta rimanda,ad abdita ſcripturarum,contemplationumq́; apicem ac virtutem
theoricam.Et ſtabit in limine portæ.Hoc conuenientiſſimè additum eſt.Quid enim eſt limen por-
tæ iſtius,niſi terminus in contẽplationis exercitio & aſſcenſu nobis præfixus, nè ſcilicet vltrà quàm
decet,& ſupra vires prẹſumptuoſè ac temerè conemur diuinę veritatis profunda diſcutere.Stemus
ergò in liminē portæ,& quod comprẹhendere non valemus,ſpirituiſancto ſapientialiter commit-
tamus,penſantes quod Moſes ait Exod.19.Si beſtia tetigerit montem, lapidabitur. Et item quod in
Prou.25. Prouerbiorum libro Salomon aſſeruit: Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum: ſic qui
1.Cor.13. ſcrutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria.In limine iſto ſtãdum docuit,qui dicebat: Ex parte co-
Ibidèm gnoſcimus.Et,Per fidem ambulamus.Et,Nunc cognoſcimus per ſpeculum in ænigmate. Et facient
ſacerdotes holocauſtum eius & pacifica eius. Holocauſtum principis, eſt oblatio qua ipſe ſeipſum
Exo.29. totaliter Deo offert ſeu exhibet ad parendum.Pacifica verò ipſius,ſunt opera ſatisfactoria,&cuncta
Leu.26. virtutum exercitia, quibus Deus omnipotens delectatur ac reconciliatur. Huiuſmodi holocauſti
Num.18. pacificorumq́; odor,eſt ſuauiſſimus Domino.Deniq; ſacerdotes ſunt ſancti presbyteri,quorum vir-
tute ac precibus cæteri adiuuantur,ità quòd mediatione & interceſſione ipſorum, holocauſtum &
pacifica principis Deo acceptabiliora redduntur. Hi etiam ſacerdotes orando ac prædicando, ex-
emplariterq́; viuendo,holocauſtum noſtrum diuino igne incendunt,qui ad diuinitatis amorẽ cor-
da noſtra inflammant.Et adorabit princeps ſuper limen portæ,i.in ipſo fidei fulgore contemplati-
oniſq́; termino ſibi præfixo,cùm ſe diuina profundiùs intueri non poſſe perpenderit, omnipoten-
tiam maieſtatis Dei ſublimis,& in ſeculum ſeculi benedicti humiliter adorabit:& acta oratione pro
ſe ac populo ſuo,egredietur,id eſt, interioris atrij ingreſſu indignum ſe profitens,atque in contem-
plationis ſtabilitate diù perſiſtere nequiens, ad actiuæ exercitia vitæ redibit. Mentis nempe hu-
manæ inualida acies, in ſuperclariſſimo lumine diuinitatis diù non figitur, immò ex ſua imbe-
cillitate & corporis pondere,potiùs reuerberatur ac premitur. Porta autem non claudetur vſq; ad
veſperam,quoniam fidei fulgor in ſeipſo non deficit,ſed ad eum poteſt eſſe regreſſus, vſq; ad ſeculi
finem, ſeu vitæ præſentis occaſum. Vel porta iſta non clauditur vſq; ad veſperam, quoniam fidei
ſplendor, & contemplationis ſuſpenſio, non interrumpitur nec aufertur ab anima, quouſq; Chri-
ſtus ſol intelligentię illuminationis ſuę ſubtraxerit radios,& veſperam quandam menti induci per-
miſerit,in propriæ defectuoſitatis caliginem eam relabi ſinens. Et adorabit populus terræ ad oſtiũ
portę illius,i.imperfecti & ſeculares diuinorum cęleſtium nõdùm capaces,ante & extra portam hãc
ſtantes,ſcilicet in minori virtutum perfectione locati, in inferioriſq́; deuotionis gradu cõſiſtentes,
Deum pro ſuo modulo adorabunt.In ſabbatis,i. quandò à peccatis ceſſauerit.& in kalendis, i. dum
cęlitùs cœperit illuſtrari.Holocauſtum autem hoc offeret princeps Dño in die ſabbati,ſex agnos im
maculatos.Iſti ſex agni,ſunt ſex animę affectiones ſeu paſſiones in appetitu ſenſitiuo concupiſcibi-
li exiſtentes,q̃ inquantùm ſunt naturales quędam affectiones vel motus,non ſunt vitioſæ:Dum ve-
rò per rationis cenſuram & virtutes morales diuinæ legi ſubijciuntur & refrenant̃,immò quodam-
modò mortificant̃,inſtàr agnorum innocentes conſiſtunt, ac Dño immolant̃ à principe,de quo Sa-
lomon conteſtatur:Melior eſt ſapiens viro forti,& qui dominat̃ animo ſuo,expugnatore vrbiũ. Hoc
Pro.16. modo corrigit adoleſcentior viam ſuam in cuſtodiendo ſermones Dei.Ad quod hortatur Apoſto-
Pſal.118. lus,dicens Gal.5.Spiritu ambulate,& deſideria carnis non perficietis.Et arietem immaculatum.Per
arietem qui ductor eſt ouiũ,intelligitur ratio,q̃ eſt domina virium animę,& ductrix operum paſſio-
2.Cor.10. numq́; eius:q̃ Deo offertur,dum fidei authoritati humiliter ſubdit̃, iuxta illud Apoſtoli:In captiui-
tatem redigentes oẽm intellectum in obſequium Chr̃i. Aries quoq; intelligi poteſt appetitus ſupe-
rior,vel voluntatis affectus ſeu amor,qui poſt ſe trahit appetitum ſenſitiuũ: quemadmodùm ſphę-
ra ſeu orbis cęleſtis ſuperior inferiorem.Si arietis huius oblatio erit Deo accepta, neceſſè eſt eum à
mortali eſſe peccato immunem. Hęc offert princeps prẹſertim in ſabbato memorato, quia tunc
ani-

animæ paſſiones ſunt ſedatæ,reformatæ,immò & virtuoſæ,tanq̃ virtutibus regulatæ.Et ſacrificium
ephi per arietem.Cum ariete iſto ſimila ſimul iubetur offerri. Per ſimilam quippe (quæ eſt delica-
tiſſima farina,& quaſi adeps frumẽti) intelligitur actio virtutis delicioſa, animi refectiua, quæ cibus
eſt cordis, q̃ rectæ rationi,bonæq́; voluntati iungenda eſt,iuxta illud Iacob.3. Quis ſapiens & diſci-
plinatus inter vos?oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.
At verò nomine ephi tres modios continentis,ſupbeatiſſimæ & ſupermundiſſimæ ac ſuperdelicio-
ſiſſimæ Trinitatis commendatur myſterium. Et olei hin per ſingula ephi. In præinducta principis
oblatione,cum agnis & ſimila oleum quoq; eſt offerendum:oleo enim ſpiritalis lętitia & puritas in-
ſinuatur,& cuncta quæ ad Dei reuerentiam agimus atq; offerimus,cum ſpiritali iucunditate ac inti-
ma puritate ſunt exhibenda.Hoc eſt oleum quod prudentes virgines acceperunt in vaſis ſuis cum Mat.25.
lampadibus.De quo canit Pſalmiſta:Impinguâſti in oleo caput meũ.Et Chriſtus in Euangelio:Vn- Pſal.22.
ge caput tuũ.Quo & ipſemet Chriſtus copioſiſſimè vnctus fuit,ſicut cantamus: Vnxit te Deus De- Mat.6.
us tuus oleo lætitię prę conſortibus tuis. In die autem kalendarum, de cuius ſpiritali ſignificatione Pſal.44.
iam dictum eſt,offeret princeps vitulum de armento immaculatum.Quod tunc agimus, dum laſci-
uientem carnem noſtram,freno abſtinentiæ maceramus,virtute continentiæ edomamus,& timore
Dei cõfigimus,exhibentes corpora noſtra hoſtiam ſanctam,viuam, Deo placentem, qualis fuit qui Gal.6.
dixit:Ego ſtigmata Dñi Ieſu in corpore meo porto. Hinc 2.ad Corinthios 4.habetur:Semper morti-
ficationem Ieſu in corpore noſtro circunferentes,vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mor-
tali. Tunc etiam offeret ſex agnos,de quibus nunc dictum eſt.Et arietes,ſcilicet rationem & volun-
tatem,quibus cæterę vires animę reguntur atq; ducuntur:quibus iungenda eſt ſimila, ratione præ-
habita.Cumq́; ingreſſurus eſt princeps &c. His verbis (ſicut iam claruit) dicitur principi, vt eadem,
qua portam acceſſit,redeat via,populus verò per aliam redeat.Princeps nanq; vocatur,qui in virtu-
tibus eſt perfectus:idcircò per eadem virtutum exercitia,quibus ad portam orientalem,i. ad contẽ-
plationem,profectus eſt,poteſt conuenienter reuerti, quaſi nõ indigens in alijs virtutum operibus
exerceri:vel ad alia ſtudia,quibus paſſiones & vitia reformet ac frenet,conuerti.Populus verò, cùm
ſit adhuc plurimùm imperfectus, cùm per vnum aliquod virtutum iter ad Deum proceſſerit, facta
oratione,in alijs virtutum operibus exercere ſe indiget: quatenùs cunctas paſſiones & vitia quibus
adhuc impugnatur,extirpet. Quid autem per portam auſtralem ſeu meridianam, & portam aquilo-
narem exprimitur,& quid ſit per eas intrare, ab expoſitione quadrageſimi capituli vſq; ad præſens,
frequenter tractatum eſt.Quibus id adijci poteſt, ꝙ ſi populus intret Eccleſiam per portam meridi-
anam,conſiderando beneficia Dei in donis gratiæ & glorię: exire debet eregionè per portam aqui-
lonarem,cogitando tormenta gehennę,& mala proprię culpę, pericula quoq; & ærumnas præſen-
tis huius inſtabiliſſimæ vitæ.Quum enim nondùm ſit in virtutibus ſolidatus, nec puro boni amore
benè agat,immò de facili cedat,neceſſè eſt ei nunc de his,nunc de illis cogitare,vt maneat in timo-
re.Princeps autem in medio eorum,cum ingredientibus ingredietur,& cum egredientibus egredi-
etur.His docentur principes Chriſtiani ſubditis ſuis humiliter aſſociari,atq; in bonis virtutibus cõ-
formari,iuxta quod ſcriptum eſt in Deuteronomio: Nõ eleuetur cor regis per ſuperbiam ſuper fra- Deut.17.
tres ſuos, neq; declinet in partem dextram vel ſiniſtram. Eccleſiaſticus quoq; ait:Rectorem te po- Ecci 32.
ſuerunt?noli extolli.Eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorũ habe,& ſic conſidera.Et in nun-
dinis &c.Sunt nundinæ ſpiritales,de quibus ait Saluator: Negociamini dum venio. Cùm autem fe- Luc.19.
cerit princeps ſpontaneum holocauſtum,ſeipſum diuinis obſequijs vltra debitum mancipando,vel
religionem intrando: aut pacifica voluntaria Domino, opera ſupererogationis Deo ardenti amore Pſal.53.
offerendo,iuxta illud,Voluntariè ſacrificabo tibi:aperietur ei porta hæc orientalis. Tunc enim ad
diuinæ lucis illuſtrationem admittitur, & contemplationis ſplendore perfunditur. Quanto enim
quis ad Dei gratiam ampliùs ſe diſponit,tanto plùs ſuſcipit. Quo facto, promptiſſimo animo quod
propoſuit,exequitur.Et egredietur ſecundùm ſenſum inductum,claudeturq́; porta poſtquàm exiê-
rit:quia ad tantam diuinorum participationem, non conſueuit populus paſsim admitti. Et agnum
eiuſdem anni immaculatum faciet holocauſtum Domino quotidiè: ſemper manè faciet illud,&c.
Iſtud ſatìs conuenienter exponitur de ſacrificio iugi,legitimo atq; perpetuo euangelicæ legis, vide-
licet ſacramento altaris,in quo quotidiè Deo patri offertur agnus immaculatus, qui tollit peccata
mundi,non in veſpere,ſed de manè.Eſtq́; agnus hic prorſus immaculatus, & anni eiuſdem ſecun- Ioan.1.
dùm diuinitatem,dicente ipſomet agno: Antequàm Abraham fieret, ego ſum. Iſtud ſuperdigniſſi- Ioan.8.
mum ſacrificium offerri facit omnis idoneus princeps Chriſtifidelis quotidiè manè, addens ſimi-
lam & oleum,de quibus nunc dixi.Siquidem cum opere virtuoſo, ſpiritaliq́; gaudio facit id immo-
lari.Si dederit princeps domum alicui de filijs ſuis &c. His verbis, vt patuit, ordinatur diuinitùs, ꝙ
ea quę filijs dantur de poſſeſſione parentum,iugiter permanent filijs:ſi autem aliquid de hæredita-
te ſeruis fuerit datum,non iugiter erit eorum, ſed ad hæredes redibit. Quibus verbis ſignificatum

Ioan. 8. arbitror, quod deprompſit Saluator: Seruus non manet in domo in æternũ, filius aũt manet in æternum. Qui ergò ſeruus eſt ſolo ſeruili timore, vel qui ad tempus quaſi filius amare videtur, ſi prædeſtinatus non eſt in ſortem filiorum in lumine, diuitiæ gratiarum non iugiter ꝑmanebunt in ipſo: ſed alius accipiet coronam eius, quam vtiq; Deus ſibi dediſſet, ſi quod in ſe fuit, feciſſet. Ideò Chriſtus: Matt. 15. Oĩs, inquit, plantatio quam non plantauit pater meus cæleſtis, eradicabit. Anno ergò remiſſionis ac iubileo, videlicet tempore retributiõis finalis, vel etiã tempore gratioſæ viſitationis in præſenti, redibit donum patris ac principis ſummi ad filios electionis. Et introduxit me per ingreſſum &c. Per locum qui vergit ad occidentem, in quo ſunt coquinæ ſacerdotum carnes oblatas coquentiũ: & per ipſas coquinas intelligunt loca orationum & ſacrificiorum Eccleſiæ, in quibus ſacerdotes deuoti ſuis ſuffragijs, charitate, virtute ac meritis, ſacrificia populi exhibent Deo, & gratiora efficiũt. Et nõ efferent in atrium exterius, i. diuina myſteria pandere vulgo non debent, ſecundùm quod loquitur Matt. 7. Veritas: Nolite ſanctum dare canibus, neq; margaritas veſtras proijciatis ante porcos. Et eduxit me in atrium exterius &c. De atrijs iſtis ſuperiùs dictum eſt abundanter. Et eccè atriolum erat in angulo &c. Per quatuor atriola atrij exterioris, quæ ſunt in quatuor angulis eius, intelliguntur ſpecialia oratoria quæ ſunt in magna Chriſti Eccleſia, toto terrarum orbe diffuſa. *Quæ oratoria his* qui in quatuor mundi partibus degunt, deſeruiunt, in quibus ſunt culinæ ſeu coquinæ, in quibus inferiorum ordinum miniſtri, putà diaconi, ſubdiaconi, &c. populi victimas coquunt, i. pro ipſis deuotè orando, Deo placentiores conſtituunt, ſupplendo ex ſua deuotione, quod defuit vulgo, intantùm, vt populus ſuis ſpiritualibus hoſtijs intimè reficiatur & confortetur, & meritum in præfatos miniſtros redundet. Cætera quæ modò non exponuntur, ex ſuperioribus innoteſcunt.

¶ *Expoſitio cap. 47. Et conuertit me ad portam domûs.* *Articulus* 57.

DEſcriptione templi completa, iam de eius virtute & efficacia, & præſertim de ſacramento baptiſmatis agitur. [Et conuertit me] angelus ducens & inſtruens me [ad portam domûs,] videlicet templi. [Et eccè aquæ egrediebantur ſubter limen domûs] i. templi, [ad orientem,] hoc eſt, ſubter limen iſtud inſtàr fontis eruperunt & emanârunt verſùs orientem fluẽtes. Ait hoc loco quidam, ꝙ expoſitores Latini per limen, ſubter quod aquæ egrediuntur, intelligunt limen porticûs tẽpli: redarguitq́; idipſum, quaſi omnes hoc dicerent & errarẽt, cùm S. Hieronymus inter Latinos expoſitores præcipuus, per limen hoc, limen templi, non porticûs templi, intelligat. Nec repugnat dictis Hieronymi, ſi egredi dicantur ſubter limen ſancti ſanctorum: quoniam ſicut ſæpiùs dictum eſt, per templum & ſanctuarium interdùm ſignificatur interior pars templi, ſcilicet ſanctum ſanctorũ. [Facies enim domûs reſpiciebat ad orientem. Aquæ autem deſcendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris.] i. à prædicto limine deorſum fluxerunt, declinando ad dexterum latus, currentes per templum verſùs orientem. Fuitq́; curſus earum inter altare holocauſti, & meridionale latus atrij. Ideò ait, ad meridiem altaris, i. circa partem eius auſtralem. Deniq; per has aquas, quidã intelligunt fluenta ſcripturæ, & riuos ſalutaris ſcientiæ, hoc eſt, Saluatoris doctrinam, quæ de Eccleſia copioſè profluxit, & ſubter limen domûs effluxit, putà de fundamento Eccleſiæ, quod eſt Chriſtus.
Iſaiæ 12. De quib' aquis, earumq́; origine loquitur Iſaias: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.
Iſaiæ 11. Et item: Repleta eſt, inquit, terra ſcientia Domini, quaſi aquæ maris operientes. Vndè & Chriſtus ait:
Ioan. 4. *ci, non Qui biberit ex aqua quam ego dabo*, non ſitiet in æternum. Aquæ iſtæ deſcendunt, quia ad corda humilium veniunt. Deſcendunt quoq; in latus templi dextrum, ſcilicet ad electos, & eos qui in die iudicij ponentur ad dexteram. Ad meridiem altaris, quod eſt mens deuota, cuius meridies eſt feruor amoris. Alij verò conuenientiùs, vt opinor, per aquas has intelligunt fontem baptiſmi, qui in Chriſti Eccleſia habuit ortum, & ab ipſo Domino Saluatore inſtitutum eſt baptiſmatis ſacramen-
Zach. 14. & 13. Ioel. 3. tum. De quibus aquis loquitur Zacharias: Exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem. Et rurſus: In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Vndè & in Ioele legitur: Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Vtręq; autem aquæ fluunt ad orientem, quia perducunt ad lucem ęternam, veniuntq́; ad eos, quorum corda ad Deum conuerſa ſunt vel conuertenda. [Et eduxit me per viam portæ aquilonis, & conuertit me ad viam foràs] id eſt, extra [portam exteriorem.] Et quę fuerat via illa, ſubiungitur: [viam quę reſpiciebat ad orientem.] i. viam orientalem. Per quod, ſecundùm Hieronymum, occultè oſtendit, quòd ſtatìm ad portam orientalem, videlicet contemplationis ſplendorem, peruenire nequimus, niſi per viam portæ aquilonis, id eſt, tribulationis longo ad eam circuitu pertingamus. Niſi enim frigidiſſimum aduerſitatum ventum fidei calore vicerimus, portas ſapientiæ ingredi nõ valemus. [Et eccè redundantes] i. copioſè defluentes aquæ [à latere dextro] templi [cùm egrederetur vir] id eſt, angelus mihi in ſpecie viri apparens, & de interiori ędificij loco progrediens, ad orientem: quia & vir & aquæ verſùs orientem declinabant. [Qui habebat funiculũ in manu ſua,] quod quadrageſimo capitulo expoſitum recolo. [Et menſuſ eſt mille cubitos] aquarum iſtarum. Siqui-
dem

dem menſus eſt aquas ſecundùm augmentationem earum & proceſſum in longum. Nam circa originem ſuam aquæ iſtæ paruę fuerunt. In exordio eñ quandò Apoſtoli ex Chriſti commiſſione ante eius paſſionem baptizare cœperunt, pauci receperunt baptiſma. [Et transduxit me per aquas vſq; ad talos.] Per hoc ſignificatur, ꝙ aqua baptiſmi ab infima fomitis infectione, vitijsq́; terrenis, & originali peccato emundat. Tali quippe calcaneo ſunt vicini, idcircò per eos terrena & infima mala hęc deſignantur. Vel per tranſductionem iſtam ſignantur, qui non profundè intrant ſapientiæ pura fluenta, ſed modicum quid de eis attingunt atq; participant. Quòd verò hæc de aqua baptiſmi dicantur, ex tranſlatione Septuaginta conijcitur, qui aquas iſtas vocant aquas remiſſionis. [Rurſumq́; mẽſus eſt mille,] ſcilicet cubitos in aquis his ſecundùm progreſſionẽ & exundationem earũ. [& tranſduxit me per aquam vſq; ad genua.] Per quod inſinuatur, ꝙ per fluenta ſapientiæ ac baptiſmi, ad Chriſti humilem cognitionem perducimur, ità vt in nomine Ieſu genua flectentes, confiteamur, ꝙ Philip. 2.
ipſe eſt in gloria Dei patris. [Rurſumq́; menſus eſt mille] ſecundùm ſenſum prætactũ. [& perduxit me per aquam vſq; ad renes.] Quo ſignificatur, ꝙ paulatìm aquas ſapientiæ profundiùs copioſiusq́; intramus: ꝙ item per gratiam baptiſmalem à carnalium immunditia vitiorum purgamur, & corpore ſanctificato ad mentis ſynceritatẽ procedimus. [Et menſus eſt] quartò [mille vtiq; cubitos [torrentem quem non potui tranſire,] i. aquas has iam intantùm auctas, vt torrens dicantur, qm̃ intumuerunt aquæ profundæ torrentis, qui non poteſt tranſuadari.] Iam enim in longum & altum vehemẽter creuerunt: per quæ omnia deſignatur, quemadmodùm baptiſma Chriſti, & euangelicæ legis doctrina, paulatìm ſecundùm diuinæ ſapientię prędordinationem creuerunt, & per mundi partes diffuſa ſunt, & finaliter tantum excreſcent, ꝙ explicari non queat, quandò in fine totum ſeculum conuertetur. Inſinuatur quoq; per hæc, ꝙ abundantiam ſapientię in nouo teſtamento reuelatæ, penetrare nequaquàm valemus. Propter quod dicit Apoſtolus: Noli altum ſapere, ſed time. [Et dixit ad Rom. 11.
me: Certè vidiſti fili hominis. [quaſi dicat: Iſta parua non ſunt, nec obliuioni tradenda, & quantùm ad ſignificatum, realiter implebuntur. [Et duxit me, & conuertit me ad ripam torrentis.] vt quia per medium aquarũ tranſire nequiuit, ſaltem ea q̃ in ripis ſunt, noſcat. A ripis quoq; aquas & quę in eis ſunt, vigilanter perpendat. [Cumque me conuertiſſem, eccè in ripa torrentis ligna multa nimìs ex vtraque parte. Et dixit ad me: Aquę iſtę quę egrediuntur] de templo [ad tumulos ſabuli orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti,] *Pro quo Septuaginta tranſtulerunt: Aqua iſta quę egreditur in* Galilęam, quę vergit ad orientem, & deſcendit ad Arabiam. Vndè per tumulos ſabuli orientalis, quidam intelligunt Iordanem, qui eſſe in parte orientali terræ ſanctæ aſſeritur. Hæc igitur ſecundùm imaginariam repræſentationem ſic viſa ſunt, & aquæ hę ad loca pręfata currere videbantur. Sed ſpiritalis eſt intellectus. Per ripas enim aquę, baptizatorum manſiones intelligo: Per ligna quàm plurima hincindè ſita, perſonas credentium. Vndè de viro iuſto cantamus in Pſalmo: Erit tanquàm Pſal. 1.
lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. Et rurſus: Tunc exultabunt omnia ligna ſyl- Pſal. 95.
uarum à facie Domini quia venit. Porrò, quòd aquę ad loca præfata fluxiſſe ſcribuntur, deſignat, quòd gratia baptiſmalis Chriſtianęque fidei theoria, per apoſtolorum prædicationem, ad loca & plebem gentilium, & primò ad terras Iudęę viciniores ſint deriuatę. Propter quod poſt reſurrecti- Matth. 28.
onem Chriſtus præcepit apoſtolis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eas. In Luca quoquè: Lucæ 24.
Oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis tertia die, & ꝑdicari in noĩe eius pœnitentiã & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem. [Et intrabunt] aquæ hæ [mare,] id eſt, mare mortuum. [& exibunt,] id eſt, per mare illud vltrà procedent. [& ſanabuntur aquæ] maris mortui ab amaritudine ſua atque ſalſedine. Per mare mortuum, in quo nullum animal viuere poteſt, intelligitur ſeculum nequam, vitiorum ſalſedine amaricatum, in quo nil per charitatem & gratiam viuit: ſed ſacramento baptiſmi ad hoc ſeculum, ſeu ad homines mundanos ac impios pertingente, ſpiritaliter viuificantur: nec ſolùm ad tales perueniunt aquę ſapientiæ ac baptiſmi, ſed procedunt quoquè ad bonos. Sananturque aquę maris prędicti, id eſt, corda ſecularium à prauitatum ſuarum eruuntur languore. [Et omnis anima viuens quę ſerpit,] id eſt, omne animal ſine pedibus procedens. Ponitur autem pars pro toto, videlicet anima pro animali. [quocunquè venerit torrens,] id eſt, aqua prænominata. [viuet.] ità quòd non ſtatìm morietur, ſicut ea quę deſcendunt in mare mortuum. [Et erunt piſces multi ſatìs, poſtquàm venerint illuc aquę iſtæ, & ſanabuntur.] id eſt, piſces vel aquę è ſuis inconuenientijs curabuntur. [Et viuent omnia ad quæ venerit torrens.] Iſta ſecundùm ſuperficiẽ literę de irrationabilibus animalibus nõ dicũtur, ſed ſenſus eſt, ꝙ omnis homo terrenus, more ſerpẽtis caducis inhęrens, & terræ per affectũ coniunctus, veniente ad ſe aqua baptiſmatis & doctrinę, liberabitur à morte peccati, & viuet per gratiã. Erunt inſuper piſces multi ſatìs, videlicet piſces boni, qui eliguntur in vaſa, & retibus apoſtolicę ꝑdicationis capiuntur. Hoc eſt, copioſus erit credentiũ numerus. Et viuent omnia ad quæ venerit torrens. Omnium enim corda charitate & gratia innouantur, quorum corpora aquis baptiſmi tinguntur. [Et ſta-

 bunt

bũt ſuper illas] i. in ripis aquarũ hinc & indè. [piſcatores ab Engaddi vſq; in Engallim.] Ripæ aqua-
rũ iſtarũ, ſunt baptizatorũ cõfinia. Piſcatores verò, ſancti Apoſtoli ſunt, ac cæteri p̄dicatores, ſecun-
Matth. 4. dùm quod Chr̄s dixit q̃buſdam: Venite poſt me, faciã vos fieri piſcatores hoĩm. Per Ieremiã quoq;
Iere. 16. Dñs loquit̄: Eccè ego mittã piſcatores multos, & piſcabunt̄ eos. Porrò Engaddi & Engallim ſunt no
mina locorum ꝓpe mare mortuũ. Engallim em̃, ſecundùm Hieronymũ, eſt in principio maris mor-
tui vbì Iordanis ingredit̄: Engaddi verò, vbì finit̄. Per q̃ noĩa deſignant̄ habitacula ſeculariũ hoĩm, q̃
verbo Dei capiunt̄ atq; ſanant̄. Engaddi aũt interpretat̄ fons vel oculus hœdi: Engallim verò, fons
vel oculus vitulorum. [ſiccatio ſagenarum erit.] i. in his locis p̄dicatores Chr̄i retia ſua ſoli æterno
aptanda exponent, & quicq̃d ꝓfecerint, ipſi aſſcribent. [Plurimæ ſpecies erunt piſciũ eius,] ſcilicet
huius torrentis, [ſicut piſces maris magni multitudinis nimiæ.] i. ſicut ſunt plurimæ ſpecies piſciũ
Oceani. Quemadmodùm hoc loco ſcribit Hieronymus, philoſophi q̃dam dixerunt centum quin-
quagintatria eſſe piſcium genera, per q̃ vniuerſa hoĩm genera deſignant̄: q̃ omnia ab Apoſtolis ca-
pta ſunt, dum & nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, docti & ſimplices, & omne genus hoĩm de
Ioan. 21. mari huius ſeculi extrahitur ad ſalutẽ. Vndè cùm ſancti Apoſtoli, Chr̄o iubente, miſiſſent rete in ma
re, aſſcendit Petrus, traxitq; illud in terrã plenum piſcibus cẽtum quinquagintatribus. Quemadmo-
dùm ergò in mari magno, i. in toto mundo multa valdè ſunt hoĩm genera: ità & in militanti Eccle-
ſia, qui in aqua ſapientiæ & gratia baptiſmatis cõmorantur. Propter quod paſſione inſtante Chriſtus
Ioan. 12. p̄dixit: Ego ſi exaltatus fuero à terra, om̃ia traham ad meipſum. [In littoribus autẽ eius,] putà torrẽ-
tis, [& in paluſtribus,] vbì aquæ erumpentes vltra ripas per modum ſtagni aggregantur. [non ſana-
buntur aquæ p̄dictæ à ſua ſalſedine.] Per quod (ſecundùm Hieronymum) inſinuatur, ꝙ ſicut peri-
êrunt qui in arca Noę non erant, ſic quos fluuius iſte ſeu torrens nõ tangit, non ſortiuntur ſalutem.
Vel hoc ideò dictum eſt, qm̃ Chriſti doctrina atq; baptiſma, dum ad eos veniunt qui per verã fidem
☞ intra Eccleſiam non cõſiſtunt, ſcilicet ad hæreticos, eis non prodeſt aliquid horũ, immò in damna-
tionis amaritudinem vertitur. Ideò ſubditur, [quia in ſalinas dabuntur.] Reprobi em̃ dantur electis
in ſalinas, quia exempla peiorum erudiunt bonos, iuxta illud Pro. 19. Peſtilẽte flagellato, ſtultus ſa-
Gene. 19. pientior erit. Vel in ſalinas erunt, ſicut & vxor Loth in ſtatuam ſalis conuerſa eſt, qm̃ fructu virtu-
tum animiq; virore carebunt. Superficialem verò intelligentiam proſequẽdo, in ſalinas dabuntur,
ità ꝙ ibì pro condimento ciborum generabitur ſal. Per quod q̃ dicta ſunt deſignabuntur. Quem-
admodùm enim ſal per ſeipſum non benè ſapit, nec nutrit, ſed alijs cibarijs additum, meliorem fa-
cit ſaporem, ſic reprobi per ſe & in ſe reputantur inutiles, ſed electis ad virtutis exercitium confe-
runt, & per eos boni Deo probatiores virtuoſioresq; fiunt. [Et ſuper torrentem orietur in ripis eius
ex vtraq; parte omne lignum pomiferum.] Hoc iam pauloantè habitum atq; expoſitum eſt, circa
illud: Eccè in ripa torrentis ligna multa nimìs ex vtraq; parte. Siquidem omne lignum pomiferum,
eſt omnis fidelis ac virtuoſus: & nemo in p̄ſenti eſt talis, niſi qui in ripis baptiſmi conſiſtit ſecun-
dùm ſenſum prætactum. [Non defluet folium ex eo.] i. ſermo viri virtuoſi non erit inanis & men-
dax, iuxta illud Pſal. 1. Folium eius non defluet. Et 1. Regum 3. de Samuele habetur: Non cecidit ex
verbis eius in terram. [& non deficiet fructus eius.] i. in bonis operibus perſeuerabit, ſicut Apoſto-
Galat. 6. lus monet: Benefacientes non deficiamus. Tẽpore em̃ ſuo metemus non deficientes. Vndè & S. Iob
Iob 17. profitetur: Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea: Iuſtificationem quam cœpi tenere, nõ
deſeram. [Per ſingulos menſes afferet primitiua,] i. fructus eſui aptos producet. Hoc eſt, omni tem-
Iere. 17. pore opportuno in bonis actibus innouabitur, ac reflorebit, iuxta illud Pſal. 1. Fructum ſuum dabit
in tempore ſuo. Et Ieremias ait: Benedictus vir qui confidit in Dño, & erit tanq̃ lignum quod tranſ-
plantatur ſuper aquas, & erit folium eius viride, nec aliquandò deſinet facere fructum. [quia aquæ
eius de ſanctuario egrediuntur.] i. gratiarum fluenta de ſacramẽtis Eccleſiæ, & de Chriſto capite Ec-
Iere. 17. cleſiæ ſancto ſanctorum, ad huiuſmodi ligni irrigationẽ & fœcundationẽ ꝓcedunt. Idcircò cùm hu
mor & ros gratiæ nõ deficiat, fructificatio permanet. Propter quod loquit̄ Ieremias: In tempore ſic-
citatis nõ erit ſolicitum. [Et fructus eius erunt in cibum.] i. actus virtutum ipſius, & operantẽ in Dño
confortabunt dulciterq; reficient, & alios ædificabunt ſpiritaliterq; fouebunt. Vndè ad Philemonẽ
ſcribit Apoſtolus: Refice ſpiritum meũ, videlicet agendo q̃ mando. [Et folia eius ad medicinam.] i.
per verba eius ſalutaria & prædicationes deuotas, animarum vulnera curabuntur, dum auditores ad
pœnitentiam inducentur. Hinc p̄dicatores ſancti canes vocantur, eò ꝙ canum lingua ſit medicina-
Pſal. 67. lis, iuxta quod ſcriptum eſt: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo. Hinc enim Iſaias, vel in ſua,
Iſaiæ 18. vel potiùs in Chriſti perſona teſtatur: Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare
Eccl 18. eum qui laſſus eſt, verbo. Et in Eccleſiaſt. legitur: Nonnè ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum bo
num melius quàm datum. Prætereà non immoderanter miremur, quòd bona gratiæ Eccleſiæ mi-
litantis, per hæc corporalia deſcribuntur, cùm bona gloriæ Eccleſiæ triumphantis, per eadem
Apoc. 22. & penè ſub verbis eiſdem in Apocalypſi promantur: Oſtendit mihi, inquit, fluuium aquæ viuæ,
ſplen-

ſplendidum tanq̃ cryſtallum, procedentem de ſede Dei & agni. In medio plateæ eius ex vtraq; par-
te fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, &
folia ligni ad ſanitatem gentium. Conſequenter in textu proſequitur propheta deſcriptionem diui-
ſionis terræ, quam 45. cap. inchoauit. [Hæc dicit Dñs: Hic eſt terminus in quo poſſidebitis terram in
duodecim tribubus.] Hoc eſt intelligendũ de termino terrę diuidendę totali, videlicet pleno eius Ezech. 45.
circuitu ſeu integra continentia, extenſione ſeu quantitatę, quam filij Iſrael poſſidebunt ſecundùm
duodecim tribuũ ſuarũ diuiſionem. Et quoniam circa hoc poſſet quis dubitare, qualiter duodecim
tribus ſint terram hanc poſſeſſuræ, cùm in toto non ſint niſi duodecim tribus Iſrael, ſecundùm nu-
merum duodecim patriarcharum filiorum Iacob: quarum vna, vtpotè tribus Leuitica, inter cæteras
tribus hęreditatem non habuit, ſed Dñs fuit eius hæreditas. Ad quod propheta reſpondet, [quia Io-
ſeph duplicem funiculum habet,] i. tribus Ioſeph in duas familias eſt diuiſa, & duas ſortes habet, ſe-
cundùm quod duo fuerũt filij Ioſeph, videlicet Ephraim & Manaſſe, quos patriarcha Iacob adopta-
uit ſibi in filios vt eſſent ſui, ſicut Ruben & Simeon, ſicut in Geneſi habetur. Idcircò facti ſunt dua- Gene. 48.
rum capita tribuum. Vndè & filij Ioſeph ad Ioſue ſunt locuti: Quarè dediſti mihi poſſeſſionem ſor-
tis & funiculi vnius, cùm ſim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dñs? Quibus Ioſue ait: Non ha Ioſuæ 17.
bebitis ſortẽ vnam. [Poſſidebitis aũt eam ſinguli æquè vt frater ſuus.] i. terram iſtam æqualiter in-
ter tribus Iſrael diuidetis. [Super quã leuaui manum meam,] i. poteſtatẽ meam extendi vel demon-
ſtraui, habitatores eius miraculoſè perdendo, [vt darem eam patribus] qui ex deſerto venientes, in-
greſſi ſunt eam ac poſſederunt. [Et cadet hæc terra vobis in poſſeſſionem.] Deindè terra iſta in qua-
tuor partes ſeu plagas diuiditur. Et primò deſcribitur plaga ſeptentrionalis ſeu aquilonaris, cùm di-
citur: [Hic eſt aũt terminus terræ ad plagam ſeptentrionalem. A mari magno,] non ab Oceano, ſed
ſecundùm Hebręos (vt refert Hieronymus) à mari magno, quod littoribus Palęſtinæ & Phœniciæ
ac Syriæ atq; Ciliciæ prætenditur, & per Aegyptum tendit ad Libyã. [via Bethalon venientes Seda-
da Aemath] i. Antiochiam. [Beroth Sabarim, q̃ eſt inter medium Damaſci & cõfinium Aemath, do-
mus Thicon, q̃ eſt iuxta terminos Auran. Et erit terminus à mari vſq; ad atrium Enon, terminus Da-
maſci. Et ab aquilone vſq; ad aquilonem.] Per hoc quod ait, ab aquilone vſq; ad aquilonẽ, intelligi-
tur terminatio lateris aquilonaris terminos duos habentis. [terminus Aemath.] Inſupèr plaga oriẽ-
talis deſcribit̄. [Porrò plaga orientalis de medio Auran, & de medio Damaſci, & de medio Galaad, &
de medio terræ Iſrael,] ſ. ab vna extremitatum ipſius [Iordanis diſterminans] hanc partẽ [ad mare
orientale.] Itaq; plaga orientalis incipit quo aquilonaris finitur. Deincèps plaga auſtralis deſcribit̄.
[Plaga aũt auſtralis meridiana,] quod idem eſt, Auſter em̃ concernit meridiem, erit [à Thamar] vr-
be [vſq; ad aquas contradictionis Cades] qui locus eſt in deſerto. Vndè & ſcriptum eſt: Et iritaue- Pſal. 105.
runt eum ad aquas cõtradictionis. [& torrens vſq; mare magnum,] iam dictum, in quod torrens iſte,
ſecundùm Hieronymum, intrat. [& plaga ad meridiẽ auſtralis,] eſt iſta. De occidentali quoq; ſub-
iungitur: [Et plaga maris] i. pars occidentalis, qm̃ mare mediterraneum claudere dicitur vniuerſum
occidentale latus terrę ꝓmiſſionis. [eſt mare magnũ] de quo dictum eſt nunc, [à confinio] eius, [per
directum donec venias Aemath.] Dicunt aliqui ꝙ Aemath iſta ſit alia à p̄fata. Alij tenent oppoſitũ.
[Et diuidetis terrã iſtam vobis per tribus Iſrael, & mittetis eam in hæreditatem vobis & aduenis qui
acceſſerũt ad vos.] putà neophytis ſeu ad ritum & legẽ veſtram conuerſis, [qui genuerunt filios in
medio veſtrûm, & erunt vobis ſicut indigenæ inter filios Iſrael,] ſcilicet inter vos Iſraelitas. [Vobiſ-
cum diuident poſſeſſionem,] i. hęreditariam partem accipient, [in medio tribuum Iſrael. In tribu
quacunq; fuerit aduena,] ſic conuerſus, [ibì dabitis poſſeſſionem illi, ait Dñs Deus.] Hęc ſecundùm
ſuperficiem literæ ſuperficialiter dicta ſunt, ſed diligentiùs præinducta ſunt intuenda. Et primò re-
miniſcẽdum, ꝙ diuiſio terræ Iſrael in tribus ſcripturæ locis deſcribitur: Primò, à Moſe in libro Nu- Num. 32.
merorum: ſecundò, à Ioſue in libro eius, & tamen filij Iſrael nunquàm poſſederunt vniuerſam ter- Ioſuæ 13. & 18.
ram ibidèm deſcriptam, eiſq; promiſſam, non ex defectu veritatis poteſtatiſq; Dei, ſed propter eo-
rum ignauiam, inobedientiam, & peccata quàm plurima. Tertiò, in loco præſenti. Qualiter autem Ezech. 40. 43. & 46.
deſcriptiones hæ tres inter ſe coincidant, & qualiter differant, diligenti lectori inquirendum relin-
quo. Deniq; ſicut omnia ab exordio quadrageſimi capituli vſque in præſens, expoſita ſunt de Chri
ſti Eccleſia & populo Chriſtiano, ità & hæc pro tempore euangelicæ legis ſunt exponenda: per fili-
os Iſrael, veros Iſraelitas in Chriſtum credentes, & generaliter populum Chriſtianum intelligen-
do: per terram autem promiſſionis, omnem terram Chriſtianorum, quam Deus glorioſus & ſanctus
vbertìm prædixit à fidelibus occupandam, diuinoque cultui mancipandam. Hæc terra in quatuor
partes diuiditur, quia in quatuor principalibus mundi partibus habitauerunt fideles. Per duode-
cim autem tribus Iſrael, intelliguntur tam ipſi Iudæi ad Chriſtum ex omni tribu conuerſi, quàm cæ-
teri Chriſtifideles, patriarcharum per fidei morumque imitationem filij nuncupandi, potiſſimè
Apoſtolorũ, qui ex diuerſis tribubus Iſrael prodiêrunt. Vndè & Iacobus ſcribit duodecim tribubus Iacob. 1.
quæ

quæ ſunt in diſperſione. Paulus quoq; ſcribit Hebræis. Quòd autem totius terræ diuiſio deſcribitur per vrbes & loca Iudææ, eiq; proxima, ideò factum videtur, quia ibidèm Chriſtiana religio ſumpſit exordium, & quia per terram Iudææ vniuerſa credentium & Deo cõfitentium regio figuratur, ſicut frequenter per Hieruſalem ipſa Eccleſia deſignatur. Prætereà tota terra iam deſcripta, à conuerſis Iudęis & cæteris Chriſtianis interdùm, etiam longo tempore eſt poſſeſſa. Et ſi quis Iudęorum aut iudaizantium his explanationibus non contentatur, adijciatur & hoc, quòd vtiq; in fine ſeculi, Antichriſti falſitate detecta, omnes Iudæi conuertentur ad Dominum Ieſum Chriſtum, æterni patris vnicum filium, & terram promiſſionis inhabitabunt. Sed quandiù tunc vitæ præſentis curſus durabit, non conſtat. Hoc ſuprà dictum eſt pleniùs in expoſitione cap. 38. & 39. ¶Poſtremò ſuper illud, & diuidetis terram iſtam, dicit S. Hieronymus: Per hoc capitulum diſcimus & decutitur ſupercilium Iudęorum, nihil inter Iſraelem & gentes eſſe diuiſum. Si enim aduenis & alienigenis, cum his qui ſunt de populo Iſrael, hoc eſt, indigenis, terra diuiditur: nulli dubium, eandem eſſe hæreditatẽ gentium ac Iudęorum, dummodò conuerſi fuerint ad cultum Dei Iſrael, quod propriè nomen poſſidet Chriſtianum, habentibus Iudæis literam legis, & nobis ſpiritum: illis quoq; tenentibus mẽbranas, & nobis eum qui ſcriptus eſt in mẽbranis. Apud Moſen quoq; & Ioſue ſorte diuiditur terra, hîc aũt iudicio Dñi delegatur. Vnaq́; poſſeſſio eſt aduenæ & Iſraeli, & in ſingulis tribubus datur hæreditas gentibus, iubente Domino Deo. Hæc B. Hieronymi verba ſententioſa ſunt valdè, & profundiùs conſideranda. Quæ autem nunc dicta ſunt, ad ſequentis capituli intelligentiam maximè conferunt.

¶*Elucidatio cap. 48. Et hæc nomina tribuum à finibus aquilonis.* *Articulus* 58.

Ecci 47. CIrca præcedentis cap. finem, diuiſa eſt terra promiſſionis in quatuor plagas principales, nunc in plures partes diuiditur, & ſingulis tribubus ꝓprię partes ſeu ſortes aptantur. Deniq; ſortes hæ inchoantur à termino orientali totius Iudææ ſeu terræ ꝓmiſſionis, & ad terminũ occidentalem, videlicet mare mediterraneum finiuntur: atq; inter hos terminos ſumitur longitudo cuiuſlibet ſortis, latitudo quoq;, ab aquilone verſùs auſtrũ tendẽdo. Prima itaq; ſors, ab aquilonari parte inchoãdo, eſt ipſius Dan, i. filiorũ patriarchæ Dan filij Iacob. Secunda Aſer, tertia Neptalim. Vndè in libro
Nume. 2. Numerorũ, Dan, Aſer, & Neptalim, ab aquilone leguntur fixiſſe tentoria. Et iuxta hoc, primò fit mẽtio de tribu Dan. [Et hæc nomina tribuũ] Iſrael [à finibus aquilonis] i. à plaga aquilonari latitudinẽ ſortium inchoando. [iuxta viã Ethalon pergentibus *Aemath atrium Enon, terminus Damaſci ad aquilonem iuxta Aemath.] De his locis ac vrbibus in aquilonari parte Iudææ ſitis, dictum eſt circa p̄cedentis finem capituli. [Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna.] i. ſors ſeu portio familiæ Dan, ſecũdùm longitudinem ſortis, erit inter terminum totius Iudææ orientalem, & mare mediterraneũ, quod eſt terminus occidentalis terrę iſtius. [Et à termino Dan, à plaga orientali, vſq; ad plagam maris, Aſer vna:] i. à termino p̄dictæ terræ orientali, vſq; ad finem eius occidentalem ꝓtendetur, & erit lõgitudo ſortis tribûs ſeu filiorũ Aſer. [Et ſup terminũ Aſer,] i. literaliter iuxta terminũ tribûs Aſer, [à plaga orientali vſq; ad plagam maris, Neptalim vna.] Quod intelligendum eſt, ſicut nunc de tribu Aſer expoſitum eſt. Iuxta eundem quoq; intellectũ, de aliarum quatuor tribuũ ſortibus ſubditur:
*terminũ [Et ſuper * tribum Neptalim, à plaga orientali vſque ad plagam maris, Manaſſę vna. Et ſuper terminum Manaſſę, à plaga orientali vſq; ad plagam maris, Ephraim vna. Et ſuper terminum Ephraim, à plaga orientali vſq; ad plagam maris, Ruben vna. Et ſuper terminum Ruben, à plaga orientali vſque ad plagam maris, Iuda vna.] Diuiſio iſta terræ per tribus Iſrael, diuerſificatur ab illa, quæ tempore
Ioſue 13. Ioſuę facta eſt in quantitate & ſitu: *quia in illa pluribus data eſt pars maior, & paucioribus minor.* In illa quoq; tribus Iudæ accepit ſortem hæreditatis ſuæ in extremitate & termino terræ promiſſionis verſùs auſtrum: quia hæc tribus maior & fortior fuit, ideò pro terræ munimine data eſt ei portio in vno terræ extremo. Tribus verò Ephraim, tanq̃ poſt prædictam progeniem fortior, partem ſortita eſt in alia terræ extremitate ad aquilonem. Hîc aũt cunctis & ſingulis tribubus portio datur æqualis, & tribus Iuda & Ephraim poſt tribũ Dan ordinanẽ. Inſupèr in hac diuiſione non fit de fugitiuorũ vrbibus mentio, de q̄bus Moſes & Ioſue ſcribunt. Ex q̄bus elicitur, ꝙ deſcriptio iſta ſit myſtica. Vndè beatus Hieronymus dicit: Opùs nõ erat in deſcriptione myſtica, & habitatione ſanctorũ, ac conuerſatione perfecta, fugitiuorum deſcribi auxilia. Quòd aũt diuiſio iſta fit per portiones æquales, id ſignat, ꝙ veri Iſraelitæ, videlicet Chriſtiani, qui ſunt Iſrael Dei, non Iſrael ſecundùm carnem, inter ſe vti debent iuſtitia commutatiua, cuius medium conſideratur penès æqualitatem quantitatis. [Et ſuper terminum Iuda,] i. prope partem hæreditatis eius [à plaga orientali vſq; ad plagam maris, erunt primitiæ,] id eſt, partes terræ huius Deo per modum primitiarum deputandæ, [quas ſeparabitis] *id eſt, à cæteris terrę iſtius portionibus ſegregabitis* & tolletis [vigintiquinq; millibus latitudinis,] ſupplẽdum eſt, calamorum. Hæc eſt latitudo earum, longitudo autem indeterminata relinquitur, dum ſubditur: [& longitudinis ſicut ſingulæ partes à plaga orientali, vſq; ad plagã maris,] i. longitudo earũ erit tanta, quantũ tenent ſingulæ tribus in longũ ab oriente vſq; ad mare, cuius lõgi-

gitudinis incertus eſt numerus: neq; enĩ in ſingularũ deſcriptione tribuũ, menſura iſta eſt poſita. Si aũt latitudo eſt vigintiquinq; milliũ calamorũ, concedaẽ longitudinẽ multo eſſe maiorẽ. Iſta eſt expoſitio S. Hieronymi, ſecũdùm quã primitiæ hæ ſunt aliæ ab his, q̃ principio cap. 45. cõſcriptæ ſunt. Ezech. 45.
Illarũ enĩ lõgitudo eſt vigintiquinq; milliũ calamorũ, & latitudo decẽ milliũ calamorũ. Et de eis ſtatim in textu ſubdiẽ: [Et erit ſanctuariũ] i. tẽplum, [in medio eius] quod tẽplum eſt in portione ſacerdotũ, de qua ſequiẽ: [*Primitiæ*, quas ſeparabitis Dño, lõgitudo vigintiquinq; millibus] calamorũ, [& latitudo decẽ millibus] calamorũ. Quę verba cap. 45. ſcripta ſunt atq; expoſita. Cõſequenter deſcribunẽ quatuor plagę ſeu latera primitiarũ ſacerdotũ. [Hæ aũt erũt primitiæ ſanctuarij ſacerdotũ ad aquilonẽ,] i. verſùs plagã aquilonarẽ, [longitudinis vigintiquinq; millia:] i. ſpatiũ iſtud ad latus aquilonis, erit in lõgitudine vigintiquinq; milliũ calamorũ. [& ad mare, latitudinis decẽ millia. Sed & ad orientẽ, latitudinis decẽ millia: & ad meridiẽ, lõgitudinis vigintiquinq; millia.] Deſcriptio iſta ꝓphetica, intricata eſt plurimùm, & dũ breuitati ſtuduit, obſcuritatẽ induxit, & nõ vtiq; ſine rationabiliſſima cauſa: ſiq̄dem quẽ cõſtat directũ ac motũ à ſpiritu ſancto. Itaq; quãtùm ad ſuperficiẽ literę, his verbis p̄dictæ plagę nec plenè nec vniformiter deſcribunẽ: *ſed plaga aquilonaris ac meridiana*, quãtùm ad longitudinẽ, deſcribunẽ per vigintiquinq; millia calamorũ. Plaga aũt orientalis & occidentalis, quãtùm ad latitudinẽ, deſcribunẽ per decẽ millia calamorũ, ità ꝙ de latitudine primarum duarũ plagarũ, & de lõgitudine aliarũ duarũ, nihil hîc diciẽ. Hinc verba hæc diuerſimodè exponunẽ. Nã ſecundùm Hieronymũ, per iſta daẽ intelligi, ꝙ vbiq; ſeu oĩbus plagis, eadẽ longitudinis ac latitudinis mẽſura ſeruaẽ. Alij aũt nõnulli ità exponũt, ꝙ plaga aquilonis & plaga auſtralis ſint vigintiquinq; milliũ calamorũ, aliæ duæ decẽ milliũ. [Et erit ſanctuariũ] i. tẽplum [Dñi in medio eius,] videlicet ſacerdotaliũ harũ plagarũ, ſeu primitiarũ ſacerdotũ, ità ꝙ æquo latere ex oĩni parte vallabiẽ. [Sacerdotibus ſanctuariũ erit de filijs Sadoc.] i. tẽplum erit ad miniſteriũ ſacerdotũ, *vt in ipſo Deo* miniſtrẽt, qui ſacerdotes ſunt filij Sadoc. [qui cuſtodiẽrũt cęremonias meas, & nõ errauerũt, cùm errarẽt filij Iſrael, ſicut errauerũt & Leuitæ.] Oĩa iſta ſuperiùs, p̄ſertim cap. 45. ſecundùm duplicẽ inter- Ezech. 45.
pretationẽ, expoſita ſunt. [Et erũt eis] ſ. ſacerdotibus filijs Sadoc, [primitiæ de primitijs terræ.] Dicunẽ aũt primitiæ de primitijs, ſicut decimæ decimarũ, & de tota terra deputata eſt certa ſacerdotibus portio, q̃ appellatur primitiæ. Erit etiã eis [ſanctũ ſanctorũ] quod eſt dignior pars tẽpli. Inſupèr portio Leuitarũ exprimiẽ, q̃ ſacerdotum æqualis eſt portioni. [Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum] erit ſors terræ atq; primitiæ, [vigintiquinq; millia lõgitudinis, & latitudinis decẽ millia. Oĩs longitudo portionis] tã ſacerdotum q̃ Leuitarũ, [vigintiquinq; milliũ] erit calamorũ, [& latitudo decẽ milliũ. Et non venundabunt ex eo neq; mutabunt, nec transferenẽ primitiæ terræ, quia ſanctificatę ſunt Dño.] Quo deſignaẽ, ꝙ ſpiritalia corporalibus non ſint appreciãda, & q̃ miniſtris Eccleſiæ aſſignanẽ diuinitùs, nõ ſint precio cõmutanda. Oĩa iſta q̃ nunc quaſi trãſilio, ſuprà diligenter ꝓ viribus, quãtùm ſpiritus veritatis dare dignatus eſt, ſunt diſcuſſa. Deindè de portione ciuitatis ſubiungitur: [*Quinq; millia aũt quę ſuperſunt in latitudine,*] *ſubaudiẽ totius ſpatij trium partium* p̄dictarum. [per vigintiquinq; millia,] vtiq; longitudinis, [ꝓphana erunt * vrbis in habitaculum.] i. *vobis
loca ad habitandũ cõmunia oĩbus p̄ter ſacerdotes. Vndè ſecundùm Hieronymum, ꝓphanũ hîc idem eſt quod laicum ſeu vulgare. Quo deſignaẽ, ꝙ vniuerſa, q̃ ad ſenſum & corporis voluptatẽ referimus, eſſe ꝓphana, & templi ſanctimoniam nõ habere, nec ſacerdotalis eſſe priuilegij, ſed laicę vilitatis. [& in ſuburbana,] de q̄bus & dictum eſt, & diceẽ. [Et erit ciuitas in medio eius,] ſ. partis, vel ſpatio eius. De portione hac ciuitatis breuiter dictum eſt cap. 45. [Et hæ menſurę eius,] videlicet ci- Ezech. 45.
uitatis. [Ad plagam ſeptentrionalẽ *quingenti & quatuor millia,] i. latus ciuitatis ad aquilonẽ reſpiciens, cõtinebit in longitudine calamos quingentos & quatuor millia. [Et plagam meridianã,] i. latus verſùs meridiẽ poſitum, [*quingenti & quatuor millia] calamorum erunt in eius lõgitudine. Si- *quingẽta
mili ſenſu de alijs duobus ciuitatis lateribus ſubdiẽ: [& ad plagam orientalẽ * quingenti & quatuor millia, & ad plagã occidentalẽ, * quingenti & quatuor millia.] Itaq; ciuitas iſta (per quã figuratur Eccleſia, de qua legiẽ, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei) deſcribiẽ in quadro æquilatero, ità ꝙ vnũ- Pſal. 86.
quodq; latus eius cõtinet p̄taxatum numerum calamorum. Idem ergò figuraẽ per templum & ciuitatem, & vtrunq; in quadro ſcribiẽ cõſtruendum, ad inſinuãdum æqualitatẽ iuſtitiæ inter Chriſtianos ſeruandam, & ꝓpter quatuor Euãgeliſtarum doctrinã. Item ad innuendum, ꝙ in quatuor virtutibus cardinalibus exercere ſe debeant. Rurſusq́; ad figurandum, ꝙ de quatuor mundi partibus innumerabiles in Chriſtum crediderint, ex q̄bus eius ædificatur Eccleſia. Nihilominùs multo maior deſcribitur mẽſura & ambitus ciuitatis q̃ templi, quia per ciuitatẽ intelligitur vnio Chriſtifidelium quaſi cõmuniter, ſ. ſpiritaliũ & ſeculariũ, in fide & moribus ac ſacramentis Eccleſiæ. Porrò per templũ hæc ipſa Chriſtianę plebis collectio, magìs quãtùm ad ſpiritales, quorũ multo minor eſt numerus. Conſequenter de ſuburbanis ciuitatis ſubijciẽ: [Eruntq́; ſuburbana ciuitatis ad aquilonem ducenti quinquaginta] calami, [& ad meridiẽ ducenti quinquaginta, & ad orientẽ ducẽti quinquaginta, & ad

ad mare] i. ad occidentem.[ducenti quinquaginta.] Itaq; latitudo ſuburbanorum iuxta murum ad
quodlibet latus totius muri, continet calamos ducentos & quinquaginta. Vndè ſecundùm Hiero-
nymum, ſuburbana hæc vacant ab vſu ac opere hominum, vt circummuralia vrbis, habeant virgul-
torum atq; herbarũ ac cæterorum ſpontè de humo naſcentium amœnitatẽ. Hæc ſpatia murũ ambi-
entia, inter ciuitatem & ea quæ reliqua ſunt, diuidunt, in quibus nec ædificia fiunt, nec cultura eſt
vinearum aut ſegetum. Omium horum ſpiritalem intelligentiam ad liquidũ explanare, vires tran-
ſcẽdit humanas. Tamen ex præinductis habetur introitus ad ſpiritalem interpretationem iſtorum.
Etenim ſuburbana Eccleſiæ, dici poſſunt præambula fidei, vel decor morum in exteriori conuerſa-
tione, aut ſimplicitatis ſanctæ planities, quibus omnibus decoratur ciuitas Dei, & magnam intuen-
for. ducẽ- tium oculis ingerit amœnitatem. Quid verò per numerum centenariũ, & × ducentenum ac × quin-
tenariũ ac quaginta, intelligi queat, frequenter prætactum recordor. Proindè deſcribitur portio miniſtrantiũ
quinqua- ciuitati. [Quod autem reliquum fuerit in longitudine] totius portionis ciuitatis. Vndè Cap. 45. ha-
genarium, betur, ꝙ in poſſeſſionem ciuitatis dabuntur quinq; millia latitudinis, & vigintiquinq; millia longi-
tudinis: idcircò nunc ait, quod reliquũ fuerit in longitudine, [ſecundùm primitias ſanctuarij.] Hoc
ideò additur, quia primitiarum ſacerdotalium longitudo fuit vigintiquinq; millium calamorum,
quemadmodùm longitudo portionis ſeu poſſeſſionis ciuitatis. Portio autem ciuitatis in tres partes
diuiditur: putà in ipſam ciuitatem, & in eius ſuburbana, atq; in agros pro ſeruientibus ciuitati. De-
indè exprimitur quantitas huius reſidui de quo præmiſit: Quod autem reliquum fuerit, ſcilicet [de-
cem millia] calamorum, [in orientem] i. verſùs plagam orientalem. [& decem millia in occidentẽ,
erunt ſicut primitiæ ſanctuarij.] i. ſicut primitiæ ſanctuarij cedunt in vſum & commodum ſacerdo-
tum, ſic iſta in vſum ſeruientium ciuitati. Ideò ſubditur: [Et erunt fruges eius] i. terræ naſcentia præ-
fati reſidui [in panes] i. in ſuſtentaculum vitæ. [his qui ſeruiunt ciuitati,] eius mœnia extruendo, vel
Matth. 10. interrupta reparando. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Quo figuratur, ꝙ Eccleſia obſequen-
Lucæ 10. tibus ſibi iuſtam reddit mercedem. [Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus
Iſrael.] i. ex ſingulis tribubus Iſrael erunt qui ciuitatis obſequio occupabũtur, diuerſa circa eam ex-
ercentes officia, vt nullus ſe putet ab opere ciuitatis immunem. Quo datur intelligi, ꝙ ad ædificatio-
nem Eccleſiæ Chriſti ſpiritalem vel corporalem, eiuſq; miniſterium ac obedientiam, vniuerſi cer-
tatìm confluere debent. [Omnes primitiæ vigintiquinq; millium] calamorum. [per vigintiquinq;
millia] calamorum. [in quadrum ſeparabuntur in primitias ſanctuarij & poſſeſſionem ciuitatis.] i.
primitiæ ſacerdotum & Leuitarum ac ciuitatis ſimul acceptæ, continent ſpatium vigintiquinq; mil
lium calamorum per quadrum, ſicut ex dictis elicitur. Longitudo nanq; cuiuſlibet harum triũ por-
tionum, eſt vigintiquinq; calamorum. Latitudo autem portionis ſacerdotum, eſt decem millium ca
lamorum: ſimiliter latitudo portionis Leuiticæ. Porrò latitudo portionis ciuitatis, eſt quinq; mil-
lium calamorum, quæ latitudines pariter ſumptæ, efficiunt ſpatium vigintiquinq; millium calamo-
rum. Sicq; in toto habentur quater vigintiquinq; millia calamorum. Prætereà portio principis ſub-
infertur: [Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum ſanctuarij, & poſ-
ſeſſionis ciuitatis,] i. ea pars terræ quæ ſuprà alijs deputata non eſt, ad principem Iſrael pertinebit,
ex parte orientali & occidentali primitiarum templi ſeu ſacerdotum ac Leuitarum & portionis ciui-
tatis. [eregionè] i. contra faciem [vigintiquinq; millium,] ſcilicet calamorum primitiarum, de qui-
bus iam dictum eſt, quæ tot calamos comprꝑhendunt, & iſtud reliquum ſiue reſiduum ad princi-
pem pertinens, vſq; ad terminum orientalem totius terræ protendetur, ità quòd erit inter ſeptem
tribus & quinq;, de quibus ſtatìm dicetur. [Sed & à mari] i. à latere occidentali. [eregionè viginti-
quinq; millium] primitiarum iam prædictarum. [vſq; ad terminum maris,] videlicet, vſq; ad ipſum
mare ſeu littus eius terminans terrã hanc. [ſimiliter in partibus principis erit.] i. quod ſupereſt, ad ei-
us ſortem ſpectabit. [Et erunt primitiæ ſanctuarij] i. templi vel ſancti ſanctorum. [& ſanctuarium
templi ciuitatis] i. ſanctuarium quod eſt templum, vel ſancti ſanctorum exiſtentis in templo, quod
eſt templum ciuitatis, quia ad ipſum ciues vrbis conueniunt. [in medio eius] i. inter principis por-
tiones. Portiones etenim principis ab orientali, occidentaliq; parte exiſtentes, habent in medio ſui
atq; includunt primitias memoratas ac templum. [De poſſeſſione autem Leuitarum, & de poſſeſſi-
one ciuitatis,] i. id quod poſſeſſionibus Leuitarum & ciuitatis, reliquum eſt, [in medio partium prin
cipis erit,] id eſt, principi deputabitur. [in terminum Iuda,] id eſt, vſq; ad ſortem tribûs Iudæ per-
tinget verſùs aquilonem. [& in terminum Beniamin] id eſt, vſq; ad ſortem ipſius verſùs meridiem.
Hæc expoſitio procedit ſecundùm intentionem Hieronymi, qui ait de ſingularum & omnium tri-
buum poſſeſſione aliquid principi dari. Alij quidam exponunt ſic: De poſſeſſione Leuitarum, id eſt,
quod ad Leuitarum ſortem ſpectat: & ſimiliter de poſſeſſione ciuitatis, id eſt, quod ad eam perti-
net, exiſtens in medio partium principis, erit in terminum ſecundùm modum expoſitum. Alij verò
exponũt, quòd poſſeſſio principis erit de poſſeſſione Leuitarum ac ciuitatis, incipiendo ſeu proce-
den-

do de terminis poſſeſſionum illarum, [& ad principem pertinebit,] ſicut oſtenſum eſt. De hac Iſaiæ 45.
quoq; principis portione dictum eſt pleniùs capit. 45. Idcircò pertranſeo. Conſequenter deſcribi-
tur diſtributio ſortium quinq; reliquarum tribuum, à parte terræ huius auſtrali. [Et reliquis tribu-
bus à plaga orientali vſq; ad plagam occidentalem, Beniamin vna:] id eſt, alijs quinq; tribubus ter-
ram à præfatis plagis partiendo verſùs auſtrum, vna ſeu prima ſors erit tribûs Beniamin, cuius ſortis
longitudo eſt iuxta portionem principis & ciuitatis. Nempe in ſuperioribus & in iſtis, cùm dicitur,
vna, ſubauditur (ſecundùm Hieronymum) ſors, poſſeſſio, ſeu hæreditas. [Et contra terminum Ben-
iamin,] id eſt, prope hæreditatem ipſius lateraliter progrediendo ad auſtrum. [à plaga orientali vſq;
ad plagam occidentalem, Simeon vna:] id eſt, ſecunda portio eſt tribûs Simeonis. [Et ſuper] id eſt,
iuxta [terminum Simeonis à plaga orientali vſq; ad plagam occidentis, Iſachar vna:] Iuxta eundem
ſenſum de alijs duabus tribubus ſubditur: [Et ſuper terminum Iſachar à plaga orientali vſq; ad pla-
gam occidentalem, Zabulon vna: Et ſuper terminum Zabulon à plaga orientali vſq; ad plagam ma-
ris,] id eſt, occidentalem, vt ſuprà in iſto articulo patuit, [Gad vna.] Iuxta hunc modum loquendi
dicimus, Agrippineñ Colonia ſita eſt ſupra Rhenum, id eſt, prope: Ruręmunda conſtructa eſt ſupra
Ruram. [Et ſuper terminum Gad, & plagam auſtri in meridie] id eſt, ad plagam auſtralem aut meri-
dianam, vel in meridie ſitam. [erit hic finis.] Et erit finis ſortis Gad, [de Thamar,] id eſt, ciuitate ſic
dicta, de qua præcedenti articulo dictum eſt, [vſq; ad aquas contradictionis Cades,] quæ dicitur Ca
deſbarne, eſtq; in deſerto, de quo loco & aqua in Numerorum libro habetur. [& hæreditas contra Num. 20.
mare magnum.] id eſt, poſſeſſio Gad, vſq; ad mare hoc mediterraneum (de quo item prædictũ eſt)
protendetur ad occidentem. [Hæc eſt terra quam mittetis in ſortem tribubus Iſrael, & hæ portio-
nes earum,] ſcilicet tribuum, [ait Dominus Deus.] Quod qualiter accipiendum ſit, patet vtcunq; ex
præinductis. Inſupèr quod pauloantè dictum eſt, nunc repetitur, vt aliquid adijciatur. [Et hi ingreſ-
ſus ciuitatis,] id eſt, portæ & latera muri quibus ad vrbem intratur. [à plaga ſeptentrionali] id eſt, à
latere muri reſpiciente ad aquilonem. [quingentos & quatuor millia] calamorum [menſurabis,]
id eſt, metienda prædices. [Et portę ciuitatis in omnibus tribubus Iſrael,] id eſt, ſecundùm nume-
rum duodecim tribuum, erunt duodecim portę. [Portę tres à ſeptentrione:] id eſt, in parte ſeu late-
re muri aquilonem reſpiciente, [porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam ori-
entalem] id eſt, in latere muri contra orientem, [quingentos & quatuor millia] calamorum menſu-
rabis. [Et portę tres] ſunt in latere iſto. [Porta Ioſeph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna. Et ad
plagam meridianam quingentos & quatuor millia metieris,] videlicet in latere muri verſùs auſtrũ
reſpiciente. [Et menſurationes iſtæ ſecundùm longitudinem laterum accipiuntur, [portæ tres] in
latere iſto. [Porta Simeonis vna, porta Iſachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam occidentalẽ,]
videlicet in latere muri ad occidentem reſpiciente, [quingentos & quatuor millia] calamorum me-
tieris. [Portæ eorum] in latere iſto, [tres. Porta Gad vna, porta Aſer vna, porta Neptalim vna, per cir
cuitum,] id eſt, per totum gyrum muri ciuitatis, ſunt [decem & octo millia] calamorum. Quatuor
enim ſunt latera muri, & quodlibet latus habet in longitudine quingentos & quatuor millia cala-
morum. Duo igitur latera continent nouem millia calamorum. Cur ciuitas iſta in quadro æquilate-
ro ſit deſcripta, præhabitum eſt. Deniq; quòd in quolibet latere tres portæ ponuntur, hoc arbitror
deſignare, quòd ex omni parte mundi fideles ciuitatem Dei ingreſſi ſunt, per fidem ſuperbeatiſſi-
mæ Trinitatis. Quòd verò hæ portæ denominantur à patriarchis, inſinuat, quòd credentes & ingre-
di cupientes, patriarcharum fidem & opera debeant imitari. Verùm de ſingulis his appropriatam ac
certam reddere rationem, non eſt in hominis poteſtate. Similia his quæ ſanctus Ezechiel ſcribit de
ciuitate Eccleſiæ militantis, & de eius quadratura & portis alijſq; nonnullis, ſcribit & Euangeliſta
Ioannes de ciuitate Eccleſiæ triumphantis in Apocalypſi ſua. [Et nomen ciuitatis iſtius ex illa die,] Apoc. 21.
qua fuerit conſtructa, erit Dominus ibidèm.] Nomen enim imponitur à proprietate, virtute ſeu gra-
tia rei. ad inſinuandam ergò excellentiſſimam exuberantiam gratię Dei, inceſſabilemq; præſentiam
Chriſti in ciuitate hac, ſeu Eccleſiaſtica vnitate populi Chriſtiani tempore euangelicæ legis, rectè ci
uitas hæc nominatur, Dominus ibidèm: qui etiam per ſacramentalem præſentiam inceſſanter no-
biſcum eſt ſubſtantialiter atq; veraciter in vtraq; natura. Propter quod Chriſtus promiſit diſcipu- Matth. 28.
lis: Eccè ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Et in Iſaia Eccleſiæ di- Iſaiæ 61.
citur: Non vocaberis vltrà derelicta, & terra tua non vocabitur ampliùs deſolata. Hæc enim eſt in-
effabilis munificentia ſaluatoris ab exordio primitiuæ Eccleſiæ vſq; ad finem mundi. Super quo ſit
patri & filio & ſpirituiſancto æternaliter gratiarumactio, omniſq; honor & gloria, qui eſt ſuper omĩa
Deus ſublimis & benedictus. Amen.

ENARRATIONVM IN EZECHIELEM
Prophetam, Finis.

D. DIONYSII CARTHVSIANI, IN DANIELEM PROPHETAM, ENARRATIO.

PROOEMIVM.

NON faciet Dominus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos
ſuos prophetas: Amos 3. Deus altiſſimus rex & princeps incompara-
bilis maieſtatis, cuius ſapientiæ non eſt finis nec numerus, hominum, qui
actus humanos diuinæ prouidentiæ ſubeſſe fuerant negaturi, peruerſita-
tem ignorantiamq́; prænoſcens, vt vniuerſorum ſe curam habere, & præ-
ſertim hominum prouidentiam gerere demonſtraret: futura, & ea quæ
non niſi Deo reuelante queunt præſciri, quibuſdam hominibus præ-
nunciauit, vt venientia ſcirentur diuinitùs præoſtenſa, & iuxta ordinem
prouidentiæ ſummi Dei completa: ſicq́ue ſoli vero Deo homines latriæ
cultum impenderent, totam ſpem ſuam in eo ponentes, eiusq́; iudicium
metuentes: immò & indeſinenter quotidiè coram præſentia creatoris, & intuitu ſapientiæ eius re-
uerenter ac virtuoſè viuentes. Hinc itaque Deus in veteri teſtamento quoſdam à ſe æternaliter ad
hoc electos, ſupernaturaliter illuſtrauit, & ſpiritu decorauit prophetico, ità vt futura tanquàm præ-
ſentia certiſſimè intuerentur, in quibus illud Sapient. 8. impletum eſt: Sapientia in animas ſanctas
ſe transfert, prophetas ac amicos Dei conſtituens. Horum vnus inter præcipuos non immeritò cō-
putandus fuit beatiſſimus Daniel vates præinclytus, æquitatis zelator inuictus, & caſtitatis amator
mirabilis. De quo in Prologo expoſitionis ſcribit S. Hieronymus: Illud commoneo, nullum pro-
phetarum tam apertè dixiſſe de Chriſto. Non enim ſolùm ſcribit eum eſſe venturum, quod eſt com
mune cum cæteris prophetis: ſed quo tempore venturus fuerit, docet, & reges per ordinem dige-
rit, annos enumerat, ac manifeſtiſſima ſigna prænunciat. Hinc Chriſtianæ fidei impijſſimus hoſtis
Porphyrius quidam philoſophus Platonicus, deorum cultor ſacrilegus, de quo in libris de Ciuita-
te Dei, plurima recitat Auguſtinus, contra Danielis librum potiſſimè diſputat. Vndè Hieronymus:
Contra Danielem, inquit, prophetam duodecimum librum ſcribit Porphyrius, aſſerens eum à Da-
niele non eſſe compoſitum: ſed à quodam, qui temporibus Antiochi, qui appellatus eſt Epipha-
nes, fuerit in Iudæa: nec Danielem tam dixiſſe ventura, quàm illum narrâſſe præterita. Inſupèr quic-
quid vſq; Antiochum dixerit, veram continere hiſtoriam: ſi quid autem vltrà opinatus ſit, quia fu-
tura neſciêrit, eſſe mentitum. Cui ſolertiſſimè reſponderunt Euſebius Cæſarienſis tribus volumi-
nibus, & Apollinarius vno grandi libro, & ante hos ex parte Methodius martyr. ¶Porrò He-
bræi Danielem non computant inter prophetas, ſicut nec Dauid, Salomonem, & Iob: ſed inter eos
qui hagiographa conſcripſerunt. Hagiographa autem idem ſonat, quod ſacræ ſcripturæ, ab ἅγιος
quod eſt ſanctus, & γραφὴ quod eſt ſcriptura. Vndè hagiographa nominant ſcripturæ ſanctitate au-
thoritatem habentes: & ſunt tales, quòd de earum authoritate non dubitatur, ſed inter canonicas
numerantur ſcripturas. Hebræi equidem ſcripturas veteris teſtamenti in tres diuidunt partes: putà
in legem, in prophetas, & in libros hagiographos: prout Hieronymus in prologo libri Regum, qui
prologus dicitur Galeatus, pleniùs tractat. Deniquè ſecundùm Albertum Magnum, Daniel in pri-
mis ſex libri huius capitulis, mirabilis oſtenditur in viſionibus aliorum, videlicet regum Babylo-
Dani. 2. nis &c. quas interpretatus eſt, ſiue imaginarias ſibi in ſomno factas, vt in Nabuchodonoſor, qui
ſtatuam auream vidit in ſomno: ſiue ſenſibiles, vtpotè in vigilia præſentatas, ſicut in Balthaſar
Dani. 5. rege, qui vidit ſcribentis articulos: in quarum viſionum expoſitione Daniel ſpiritualiter docet,
qualiter proficiet & ſtabit regnum Chriſti, deficietq́ue ac deſtruetur regnum mundi. In alijs ſex
capitulis per totam longitudinem temporis, decurſum regni Chriſti deſcribit ex proprijs viſio-
nibus ſibi per lucem intellectualem oſtenſis, vſque ad vltimum ſtatum reſurrectionis commu-
nis: & hæc omnia multùm lucidè enarrauit de rege in regem, & de tempore in tempus. Propter
quod in prologo totius ſacræ ſcripturæ, qui in principio Bibliorum ponitur, de Daniele teſta-
tur Hieronymus, quòd ſit totius mundi philohiſtoricus & temporum conſcius, quia totius mun-
di ſtatum deſcribit tam euidenter, quaſi hiſtoriam narret, non prophetiam. Sicq́ue dicere po-
Pſal. 142. tuit illud in Pſalmo: Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis. Il-
Eccl 48. lud quoquè Eccleſiaſtici, quod ad literam fertur de Iſaia, Spiritu magno vidit vltima, & conſola-
tus eſt lugentes Zion, competit Danieli. Præterea ſecundùm Albertum, Daniel dicere habuit il-
Eccl 24. lud Eccleſiaſtici: Doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam in lon-
ginquo. Circa quod pulchrè ſcribit Albertus: Doctrinam, inquiens, quæ eſt quaſi antelucanum,
quod

quod ſcilicet lucem dici præcedit, doctrina eſt prophetalis, præſertim in Daniele. Doctrina nanque
vocatur ſcientia ſub lumine ſeu notitia ſuæ cauſæ propoſita, quoniam res doceri nō poteſt, niſi per
propriam cauſam. Scire enim eſt, rem per cauſam cognoſcere. Hinc prophetia dicitur doctrina, quia
ſub inſpiratione diuina, per quam ſcibilis eſt, docetur. Et quoniā vnus ſolus magiſter eſt, ſecundùm
quod loquitur Chriſtus: Vnus eſt magiſter veſter, qui in cælis eſt: ideò propriè doctrina fertur reue Matth. 23.
latio ſub lumine primæ cauſæ demonſtrata, prout ait ſaluator: Spiritus veritatis docebit vos om̄em Ioan. 16.
veritatem. Et rurſus: Quæ ventura ſunt, annunciabit vobis. Sed docere eſt ſpiritum veritatis in ani-
mam transferre, & intùs in ſpiritu quæ diſcenda ſunt, reuelare. Sic ergò ſcientia prophetalis ſeu pro-
phetia, propriè doctrina dicitur, quia ſub luce primæ veritatis, & eadem luce ſicut cauſa ſeu per cau-
ſam demonſtratur. Hæc doctrina dicitur quaſi antelucanum. Antelucanum enim habet lucem im-
mixtam tenebris, & tenebras tendentes ac terminatas ad lucem: ſic prophetia lucem intellectualis
viſionis immixtam habet obſcuritati imaginariarum aut ſenſibilium formarum ac viſionum: & has
vt tenebras habet, ſub quibus latet lux intellectualis ſignificationis, quæ lux tunc aperitur, quandò
per inſpirationem diuinam aut prophetalem interpretationem docetur, quid per imaginarias ſimi-
litudines deſignatur: ad quod myſticè pertinet illud Pſalmi, Tenebroſa aqua in nubibus aëris: quo- Pſal. 17.
niam aquæ doctrinarum in imaginibus ſunt obſcuræ, ſed modo præfato tranſeunt in fulgorem.
¶Poſtremò de laudibus Danielis aliquid eſt dicendum, qui licèt virtutibus radiauerit cunctis tan-
quàm vir excellenter heroicus, primò tamē ſpecialiter commendatur de caſtitate. Vt enim in Scho-
laſtica fertur hiſtoria, natus fuit in Bethoron ſuperiori, & adeò caſtus fuit, quòd à contribulibus ſuis
ſpado ſeu caſtratus putabatur, quanuìs ità non fuerit. Secundò laudatur de carnis nobilitate, quia
de regio ſemine (ſecundùm Ioſephum & Epiphanium) duxit originem, & hoc infrà in textu innui- Ioſephus
tur. Veruntamen in Scholaſtica hiſtoria dicitur, ſecundùm Septuaginta interpretes fuit de tribu Le- lib. 10. an-
ui, quoniam Septuaginta in titulo fabulæ Belis ſic ponunt: Homo quidā erat ſacerdos nomine Da- ti. iuda. ca.
niel. Verùm, ſecundùm Hieronymum, hoc Septuaginta de iſto Daniele non dicunt, cùm Danielem 12.
& tres pueros de tribu Iuda fuiſſe ſancta ſcriptura teſtetur. Poſſet etiam dici, quòd tribus ſacerdota-
lis ac regia ſeu tribus Iuda, matrimonialiter iunctæ fuerunt frequenter à tempore Aaron, cuius vxor
fuit Eliſabeth filia Aminadab de tribu Iuda. Idcircò non ſequitur, ſi fuit de tribu ſacerdotali, quòd Exod. 4.
non fuerit de tribu regali. Nam & virgo benedicta ſecundùm doctores de vtraq; eſt proſapia orta.
Tertiò commendatur à ſapientiæ ſibi infuſæ eminentia, ſicut de hoc infrà multa dicentur in litera.
Vndè Ezechiel regi Tyri increpatoriè & ſubſannatoriè dicit: Eleuatum eſt cor tuum, & dediſti cor Ezech. 28.
tuum quaſi cor Dei. Eccè ſapientior tu es Daniele. Omne ſecretum non eſt abſconditum à te. Quar-
tò commendatur de mirabili abſtinentia, zeloq́; legis, quòd regios cibos contēpſit, mâlens legumi-
nibus vti & aqua in regis palatio, quàm aliquo lege prohibito veſci. Quintò, à fortitudine qua pro iu
ſtitia & vnius Dei cultu mori paratiſſimus fuit, prout in fine huius libri habetur. Sextò, à feruore cha Dani. 4.
ritatis Dei & proximorum, potiſſimè boni communis, propter quod ab angelo vir deſideriorum vo
catus eſt, & pro reparatione templi ac populi ſui humilimè ac ardentiſſimè exorauit. Septimò, quia
de Chriſto (vt allegatū eſt) cæteris apertiùs prophetauit. Aliæ quoq; variæ excellentiæ conſiderari Dani. 2. 3.
poſſunt in eo, quoniam populi ſui in captiuitate refugium fuit atq; ſolatium, cunctisq́; prouincijs Ba Gene. 37.
bylonis à Nabuchodonoſor rege prælatus. Nec aliquis Iudæorum legitur extra propriam terram Dani. 1.
ſic exaltatus, vt Ioſeph, Daniel, & Mardochæus. Heſter 2.

¶*Explanatio primi capituli, Anno tertio regni Ioachim regis Iudæ.*

Articulus primus.

ANno tertio regni Ioachim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis Hie-
ruſalem, & obſedit.] Quarti Regum vigeſimo ſecundo, & ſecundi Paralipomenon
trigeſimoquarto patet, quēadmodùm Ioſias rex ſanctus tres habuerit filios, qui vi-
tioſè & impiè poſt patrē ſe habuerūt, propter quod capti ſunt. Nā primum eorum
nomine Ioachaz cepit Nechao Pharao rex Aegypti, & fratrem eius Eliachim pro 4. Reg. 23.
eo conſtituit regem, mutans nomen eius, & Ioakim eum appellans. Hic Ioakim fa
uit regi Aegypti, à quo ꝓmotus fuit cōtra Nabuchodonoſor regē, idcircò rex Ba-
bylonis fecit ſibi hunc Ioakim tributarium, qui in hac ſubiectione tribus annis permanſit. Poſteà
rebellauit, tuncq́ue protinùs Nabuchodonoſor venit contra Hieruſalem, obſidens eam & vincens.
Vndè quod dicitur, in anno tertio regni Ioakim, intelligendum eſt de annis, quibus tributarius
fuit regis Babylonis, non de tempore illo, quo in Hieruſalem regnare exorſus eſt. Vndecim quip-
pe annis in Hieruſalem regnauit, & quarto anno regni ſui cœpit Nabuchodonoſor regnare in Ba-
bylone, iuxta illud Ieremiæ vigeſimoquinto: Verbum Domini quod factum eſt ad Ieremiam in
anno quarto Ioakim filij Ioſiæ regis Iuda, ipſe eſt primus annus Nabuchodonoſor regis Babylonis.

Vndè ſecundùm Hieronymum & Albertũ,Ioakim octauo regni ſui anno, tradidit ſe poteſtati Na-
buchodonoſor,qui fuit quartus annus regni Nabuchodonoſor regis. Tertio autem anno poſt hoc,
2.Para. 35. ſcilicet vndecimo anno regni ſui,Ioakim rebellauit,& ſicut ſecũdo Paralipomenon legitur, ductus
Iere. 22. fuit in Babylonem, quod videtur cõtrariari ei, quòd Ieremias prædixit eum proijciendũ extra por-
tas Hieruſalem,& ibi ſepultura aſini ſepeliendum.Ad quod reſpondent doctores,ꝙ rex Babylonis
Iſaiæ 3. eum remiſit,inito fœdere pacis.Eo ergò occiſo,& ſicut Iſaias prędixit, ſepulto,fecit filium eius regẽ
pro eo,qui filius dictus eſt Ioakin:ſed in Hebręo literis ſcribuntur diuerſis,in Latino quoq; primus
Ioakim,vltimam literã habet m,ſecundus n. vterq; inſupèr dictus eſt Iechonias, vt patet Matthæi 1.
quum dicitur:Ioſias genuit Iechoniam,&c.Itaq; primus Ioakim trinomius fuit: nam dictus eſt Elia-
chim,Ioakim,Iechonias: & de iſto iam ſermo eſt,non de filio eius, qui non niſi tribus menſibus re-
gnauit,quibus expletis,à ſeruis Nabuchodonoſor captus, atq; in Babylonem perductus eſt. [& tra-
didit Dominus in manu eius] ſcilicet Nabuchodonoſor regis [Ioakim regem Iuda] primum ſcilicet
Ioakim,[& partem vaſorum domûs Dei] videlicet templi. apteq; dicitur,tradidit Dominus, ad inſi-
nuandum, ꝙ diuina voluntate ac poteſtate, non aduerſariorum proprijs viribus, facta ſit iſta puni-
Iere. 50. tio. Deus quippe per impios ſæpè punit iniqua agentes etiam fideles. vndè loquitur Ieremias: Iſte
Iob 9. nouiſſimus Nabuchodonoſor rex Babylonis exoſſauit eum,ſcilicet populum Iudæ. & in Iob aſſeri-
tur: Terra data eſt in manus impij. Quemadmodùm autem hoc loco ſcribit beatus Hieronymus,
Porphyrius volens Matthæum Euangeliſtam falſitatis arguere, eò quòd vna generatio deſit, vt ap-
páret Porphyrio,in tertia teſſaradecade ſeu quaterdena genealogiæ Chriſti, imperitiam ſuam oſtẽ-
dit, putans vtrunque Iechoniam ſeu Ioakim eſſe eundem. [& abſportauit ea] per ſuos miniſtros,
[in terram Sennaar.] Terra Sennaar eſt Chaldæa ſiue Babylonia, in qua erat campus Duran, vbi fi-
lij Adæ turrim Babel conſtruere inceperunt, qui locus dictus eſt Babel ſeu Babylon, propter lin-
guarum confuſionem ibi peractam, prout Geneſis 11. fertur. Babylon nempe interpretatur confu-
ſio.In eodem quoquè campo poſteà conſtructa eſt ciuitas Babylon,& de turre illa ibi incepta,con-
ſtructum eſt capitolium,ſecundùm Hieronymum. Hîc ait Albertus: Eiuſdem loci nomen eſt Sen-
naar,& Duran,ac Babylon.Itaque abſportauit ea in terram Sennaar,[in domum dei ſui,]id eſt,pha-
num ſeu templum idoli quod colebat,[& vaſa intulit in domum theſauri dei ſui.] Iuxta proprieta-
tem ſeu conſuetudinem idiomatis Hebręorum, vas appellatur quicquid alicuius eſt contentiuum,
ſeu inſtrumentum ad aliquid peragendum: ſicque hoc loco vaſa templi Dei feruntur ea,quibus ſa-
cerdotes legis in Dei obſequio vtebantur.Domus quoquè theſauri dei regis Nabuchodonoſor,di-
citur locus phani, in quo precioſa quæque & quorum vſus fuit in cultu idolorum, reponebantur.
Dicunt demùm hîc aliqui, quòd Nabuchodonoſor iſte fecit aliquam reuerentiam Deo cæli, qui in
Hieruſalem colebatur,quia à templo eius non abſtulit omnia vaſa miniſterij eius,immò quædam
ibidèm ad cultum eius reliquit:& rurſus, quoniam ea quæ abſtulit, non vſibus applicauit humanis,
Dani.5. quemadmodùm Balthazar rex nepos eius, propter quod infrà punitùs deſcribitur, ſed poſuit ea in
loco ſecundùm ſuam æſtimationem ſolenni ac ſacro,vt dictum eſt. ¶Quocircà quæri poſſet,vn-
dè pro tunc Nabuchodonoſor habuerit notitiam DEI Iudæorum. Ad quod poterit reſponderi,
quòd vel ex aliorum relatu, vel ex naturali ratione aliqualiter nouit vnum eſſe Deum altiſſimum,
ſicut & multi gentilium.Etenim plebs Hebræa fuit famoſa, & magnalia Dei eius opera longè ac la-
1.Reg. 5. & 6. tè etiam in gentilibus innotuerunt, vt patet primo Regum,& in libris Heſter ac Iudith. propter
Heſter 8. quod Ieremias ait in Threnis: Non crediderunt reges terræ quòd ingrederetur hoſtis per portas
& 9. Hieruſalem.Deniquè vt habetur quarto Regum, per mirabilia quæ circa Ezechiam regem opera-
Thre.4. tus fuit Deus,notitia eius regi quoquè Babylonis, qui ante hunc Nabuchodonoſor fuit, innotuit.
4.Reg. 20. [Et ait rex] Nabuchodonoſor [Phanez præpoſito eunuchorum.] Secundùm Albertum, eunuchus
dupliciter dicitur:Primò ab accidente corporis,ſcilicet quia exectus ſeu caſtratus.Secundò,ratione
obſequij. Antiquorum nanque mos fuit ſeruos habere eunuchos ſiue caſtratos. propter quod con-
ſuetudo inoleuit, ſeruos vocare eunuchos.Hinc ait Lyra: Antiquitùs qui in domo regis ſeruiebant,
ad interiora domûs caſtrabantur propter ſecuritatem à mulieribus, vt aliqui dicũt. Alij verò affir-
mant,quòd dicebantur eunuchi propter caſtitatem & morum honeſtatem, propter quod ſeruito-
Actu. 8. res generaliter eunuchi vocati ſunt. Vndè in Actibus vocatur eunuchus potens vir ille, qui erat ſu-
per omnes gazas Candaces reginæ Aethiopum.Quomodò autem præſenti loco nomen eunuchi
ſumatur, non penitùs certum eſt, alijs dicentibus quòd primo modo, alijs quòd modo ſecundo.
Horum itaque eunuchorum Phanez fuit præpoſitus ſeu magiſter. [vt introduceret de filijs Iſrael]
aliquos, præclariores videlicet [& de ſemine regio] qui eſſent de genere Dauid famoſiſſimi regis,
de quo & gentilium hiſtoriographi conſcripſerunt, [& tyrannorum pueros.] Tyranni vno modo
dicuntur,qui potentia abutuntur, & voluntatem habent pro ratione. Alio modo, qui in regni ne-

gocijs ſtrenui ſunt: ſicque in libro Heſter & hoc ſumuntur. Propter quod dicit Albertus: Tyranni Heſter 2.
hîc appellantur,non à corruptione regni atque regiminis,ſed potiùs à ſtrenuitate rei militaris. Vn-
dè Hieronymus dicit, quòd tyranni hoc loco ſunt nobiles. Nobiles equidem, ſtrenuitate animi &
rei militaris exercitio,regibus ſunt neceſſarij: propterea Plato in primo Timæi ad rem militarem eli
gi præcipit electam iuuentutem.Electa verò iuuentus vocatur, quæ corporis robore ac mentis præ-
minet ſtrenuitate.Hinc Nabuchodonoſor iuſſit pueros tales in ſuum palatium introduci. Hi enim
faciliùs informantur.Nobiles quoq; induci præcepit,quoniam tales coram regibus ſtare, miniſtra-
req; ſolent, qui etiam ex ſuperbia ignobiles ſpernere conſueuerunt. Inſupèr nobiles interdùm ad
informationem magìs diſpoſiti ſunt:etenim nobilium eſt nobile cor habere,iuxta illud Eſaiæ:Prin Iſaiæ 32.
ceps ea quæ digna ſunt principe, cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit. Boethius quoq; ſecundo de
conſolatione philoſophiæ teſtatur, quòd nobilitas eſt laus quædam proueniens homini de probi-
tate parentum.Idcircò in generis nobilitate hoc bonum eſt,quòd per ipſam quædam neceſſitas no
bilibus imponitur,nè à maiorum ſuorum probitate degenerent.Secundùm hoc homines benè mo
rigerati & originati,ad ſapientiam aſſeruntur diſpoſiti, quia ſedatis paſſionibus anima eruditur, di-
cente philoſopho, Anima quieſcendo fit prudens. [in quibus nulla eſſet macula,] id eſt, defectus
membri ſiue deformitas. Reges enim, pulchros atque adſpectu delectabiles volunt habere mini-
ſtros: ideò ſubditur,[decoros forma,] per venuſtatem coloris, vt ſcilicet eſſent elegantis diſpoſiti-
onis in quantitate membrorum,& proportione eorum adinuicèm, ac ſuperfuſione candidi cuiuſ-
dam coloris.Ex his enim pulchritudo corporis,ſecundùm Auguſtinum in libr.de Ciuitate Dei, re-
ſultat. Tales quoq; ſolent eſſe ad ſapientiam aptiores. Dicit enim Philoſophus: Monſtrum in cor-
pore,frequenter eſt monſtrum in mente.Commentator quoquè ſuper Ethicam ſcribit, indicia vir-
tutum animæ relucent in corpore, ſicut in viuacitate ſenſuum prudentia: in debita proportione
membrorum, menſuræ & quantitates iuſtitiæ: in complexione æquali, temperantia: & in robore
corporis,animi fortitudo.Hinc & de Chriſto fuit prædictum:Specioſus forma præ filijs hominum. Pſal. 44.
Tales etiam decori,frequenter affatu dulciſſimi ſunt.[& eruditos omni ſapientia.] Secundùm Al-
bertum,(per quem in toto hoc opere intelligo Albertum Magnum, ordinis Prædicatorum, Ratiſ-
ponenſem Epiſcopum) Eruditus eſt,extra rude imperitiæ poſitus. Dicitque Boethius, quòd erudi-
ti viri eſt,de quolibet,ſicut eſt,reddere rationem. Sapientia autem eſt de altiſſimis, quæ difficile eſt Eccl. 24.
homini ſcire, & quæ propter ſeipſam potiſſimè volumus noſcere, vt ait Philoſophus. Vndè in Iob Iob 28.
habetur:Trahitur autem ſapientia de occultis. & Philoſophus: Sapientia, inquit, eſt diuina poſſeſ-
ſio.Deniquè reor,quòd Nabuchodonoſor rex voluerit, vt pueri Hebręi coram ſe introducẽdi, eſ-
ſent in lege ſua inſtructi.omnium enim gentium linguas atque ſcientias voluit ſciri ab aliquibus mi
niſtrorum ſuorum,vt tempore opportuno ſibi in his deſeruirent. Hincque hoc loco nomine ſapi-
entiæ,notitiam legis ac prophetarum intelligo.[cautos ſcientia,]id eſt, prudentes in rebus huma-
nis. Cautio quippe ſolet pars poni prudentiæ, per quam homo circunſpectè & conſultè ſe habet,
oculumque mentalem longè ac latè circunducens,vt agat ea quæ non tantùm licent, ſed & expedi-
unt. Circa quod ſcribit Albertus: Scientia eſt effectus demonſtrationis, quæ ſcientia in cautelis
ſyllogiſmorum & probationum conſiſtit: propter quod dicit,cautos ſcientia. Et quia humana ra-
tio de humanis ratiocinatur, aſſerit Auguſtinus, quòd ſcientia eſt de humanis, ſapientia de diuinis.
Tales autem cautelas ad reſpondendum & obuiandum neceſſè eſt habere curiales, qui frequen-
ter ſunt iudices,quibus ad rectè iudicandum neceſſaria extat ſcientia. Nam & de Chriſto omnium
iudice Dominus ait in Iſaia: In ſcientia ſua iuſtificabit ipſa ſeruus meus multos. [& doctos diſci- Iſaiæ 53.
plina.] Quemadmodùm ad Hebræos ſuper illud, Omnis quidem diſciplina, dicitj Gloſſa, duplex Hebr. 12.
eſt diſciplina: Vna eſt morum eruditio,de qua in Prouerbijs ſcribitur: Qui abijcit diſciplinam, de-
ſpicit animam ſuam: qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. Alia eſt demon- Prou. 15.
ſtrabilium,& vtroque modo hîc ſumitur, vt ſcilicet moribus eſſent ornati, & diſciplinis liberali-
bus eruditi. Diſciplina quoquè interdùm accipitur pro iuſta correctione, de qua ad Hebræos ait Hebr. 12.
Apoſtolus: Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, ergò adulteri, & non filij, eſtis: quis enim filius, quem
non corripit pater? Et in Prouerbijs legitur: Diſciplinam Domini fili mi nè abijcias: quem enim Prouer. 15.
diligit Dominus,corripit. ¶Poſtremò, quoniam philoſophia diuiditur in naturalem, rationa-
lem, moralem: quidam per ſapientiam intelligunt philoſophiam naturalem, per ſcientiam au-
tem, rationalem: per diſciplinam verò, moralem. [& qui poſſent ſtare in palatio regis,] id eſt, ido-
nei eſſent manere ac miniſtrare coram Nabuchodonoſor rege. His etenim inſigniti, regali adſpe-
ctu ſunt digni. & id ſpectat ad regum ac principum prælatorumque laudem, vt taliter eruditos cu-
rent ſecum habere,quorum conſilio dirigantur: ſiquidem quo pluribus præſunt,& plura agere ha-
bent,eo plùs peritorum egent ſuffragio. Nam & in Tobia habetur: Conſilium ſemper à ſapiente Tob.4.

perquire. [vt doceret eos] præfatus eunuchorum præpoſitus per ſeipſum, vel per alios ſibi ſubiectos.[literas,] id eſt,ſcientias,[& linguam Chaldęorum.] Literæ autem Chaldęorum maximè erant de ſcientijs diuinatiuis, ſecundùm Albertum. Itaq; Nabuchodonoſor voluit ſecum habere quoſdã de qualibet lingua,qui cum propria lingua, ſcirent linguam Chaldaicam, vt poſſent ſibi legerę atq; exponere literas gentium vniuerſarum: immò regibus qui diuerſarum nationum ſcripta recipiunt, tales ſunt oportuni.Et vt ait Hieronymus,De facili eſſe non potuit, vt eſſent in regis palatio, & linguæ regis eſſent ignari.Prætereà in Scholaſtica hiſtoria dicitur,& ex Hieronymo ſumptũ eſt, quòd lingua Chaldæa eadem eſt cum Syra,propinqua Hebrææ.Philo autem diſertiſſimus Iudæorum,dixit linguam Hebræam & Chaldaicam eſſe eandem, eô quòd Abraham Hebræus, fuit Chaldæus. Cui ſcriptura iſta obuiare videtur: ſi enim eadem eſſet,pueri iſti in Hebręo idiomate prompti,Chaldæum idioma non didiciſſent. Ideò ſoluit Gloſſa, & eſt Gloſſa Hieronymi, quòd fortè ſecundùm quorundam opinionem, Abraham vtranque nouerat linguam, ſed filios ſuos atque familiam non docuit,niſi linguam Hebræam. [Et conſtituit eis rex annonam] id eſt, refectionem,[per ſingulos dies de cibis ſuis,& de vino vndè bibebat ipſe:] vt abundanter de neceſſarijs corporis prouiſi, ſtudio fructuoſiùs liberiusq; vacarent. Solicitudo nanque temporalium, impedit ſtudij integritatem. Voluit quoquè rex eos tam delicatè nutriri,vt pulchriores,gratioſioresq; eſſent, vt ſcilicet regio cibo ſanguis optimus nutriretur,& ſpiritus qui aptus eſſet ad virtutis atque ſcientiæ reformationem: vinum quoquè precioſum moderanter ſumptum,optimum facit ſpiritum, & optimum motum, ſecundùm Albertum. Veruntamen quoniam tam lautè veſcentes, communiter in quantitate & qualitate excedunt,& delectationem exquirunt: frequenter contingit, vt ad ſtudium ſcientiæ ac virtutum ineptiores reddantur,qui eis veſcuntur. [vt enutriti] præfata annona vinoque regio, & etiam lingua ac literis Chaldęorum. [tribus annis, poſteà ſtarent in conſpectu regis] Nabuchodonoſor, ad eius obſequium prompti, & digni adſtare tanto regi. [Fuerunt inter eos de filijs Iuda, Daniel, Ananias,Miſael,& Azarias:] De diuerſis gentibus plures pueri gratioſi fuerunt intra palatium regis inducti, inter quos iſti quatuor præclariores fuerunt: an verò de filijs Iſrael non erant, niſi hi quatuor introducti,non eſt adeò certum.Porrò,vt refert Hieronymus,aiunt Hebræi hos quatuor fuiſ-
Iſaiæ 39. ſe eunuchos ſiue caſtratos, impleta in eis prophetia Iſaiæ ad Ezechiam: Tollent, ſcilicet Babylonij ſeu Chaldæi,de ſemine tuo, & facient eunuchos in domo regis Babylonis. Vndè & Ioſephus adſtruit quòd rex eos caſtrauit: quod & alijs gentibus à ſe vaſtatis feciſſe dinoſcitur, vt in Scholaſtica fertur hiſtoria.Sed iſtud Hieronymus aliqualiter reprobare videtur,quoniam pueri iſti dicuntur ſi-
Deut.23. ne macula extitiſſe,caſtratio autem eſt maxima macularum, propter quod in Deuteronomio legitur: Non intrabit eunuchus amputatis vel attritis teſticulis vel abciſo veretro Eccleſiam Domini. Hinc,ſecundùm Albertum & Lyram, eunuchi dicuntur ratione obſequij, non caſtrationis. Gloſſa quoquè hîc ait: Non videntur * abſciſſi, qui ſine macula ſunt. Quidam enim eunuchizantur aut vi, aut infirmitate:quidam autem ſe caſtrant pro cælesti patria,& hi abſciſſi non ſunt niſi ſua voluntate, & hi ſunt ſine macula. Vndè Matthæi decimonono loquitur Chriſtus: Sunt eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi,qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi,qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. Secundùm hoc igitur ſenſus eſt, ꝙ pueri iſti actu caſtitatis, fideiq; cuſtodia, non corporis ſectione, eunuchi dicuntur. Deniq; regis induſtria pueros corpore ſpecioſos,& mente perfectos elegit: quoniam ſicut virtus mentis ſubſtantialis eſt felicitati, ſic corporis pulchritudo condecorat eandem.Propter quod in 1.Ethicorum habetur:Non dicitur felix, qui ſpecie corporis turpiſſimus eſt.Iuuentus quoq; & pulchritudo ſe mutuò ornant, & amabiliores efficiunt. Iuuenes quippe,cæteris paribus,naturaliter amabiliores conſiſtũt. Vndè Philoſophus aſſerit, ꝙ delectatio ornat felicitatem,quemadmodùm pulchritudo iuuentutẽ.[Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorũ nomina] alia quàm antè habebant,ſcilicet nomina linguæ Chaldææ,quæ ſibi honorabiliora videbantur,quàm nomina linguæ Hebrææ. [Danieli] impoſuit nomen [Balthaſar.] Circa quod in Scholaſtica hiſtoria dicitur:Balthaſar erat nomen regij generis,quod rex Danieli impoſuit, quia de eius adoptione iam cogitauit,vt Epiphanius proteſtatur.Ex quibus etiam conſtat,quòd præpoſitus
Gene.41. de regis præcepto nomina permutauit, ſicut & Pharao in Aegypto aliud nomen impoſuit Ioſeph. [& Ananiæ] impoſuit nomen [Sidrach, Miſaëli Miſach, Azariæ Abdenago.] Secundùm Albertum,Balthaſar interpretatur capillus capitis,vndè propter iudicij ſubtilitatem ſic dictus eſt Daniel. Sidrach interpretatur decorus meus,ſicq; vocatus eſt Ananias pro decore virtutis & corporis. Miſach interpretatur,qui ſcit riſus,vel de gaudio: & ità appellatus eſt Miſael,quoniam bona iucunditate commanentes fecit iucundos,implens illud ad Romanos duodecimo: Qui miniſtrat, in hilaritate. miniſtrantibus nempe hilaritas competit.Abdenago interpretatur ſeruiens ſtatio,ſicq; nuncupatus eſt Azarias,quoniã ſine contradictione & murmure deſeruiuit,quod miniſtrantibꝰ congruit.

[Propoſuit autem Daniel in corde ſuo, nè pollueretur de menſa regis, neq; de vino potûs eius] i. nè regijs alimentis contra legem Dei ſui veſcendo peccaret.Peccatum autem animæ,eſt animę macula atq; pollutio.Potuitq; quatuor modis peccatum iſtud accidere.Primò, ſi comederet prohibitum lege,vt carnes porcinas.Secundò,ſi comederet iniuſtè acquiſita,vt rapta ſiue extorta, iuxta illud Prouerbiorum:Comedunt panem iniquitatis,& vinum impietatis bibunt.Tertiò,ſi comederet Prou.5. 1.Cor.11. de idolothyto,i.idolis immolato,quod in prima ad Corinthios Apoſtolus ꝓhibet,nè ſcandalizentur infirmi.Etenim antiquitùs mos fuit,in menſa magnorum aliquam poni portionem de oblationibus idolorum.Quartò,crapuloſè ſeu ſuperfluè comedendo,quomodò in menſis regum fieri ſolet.Præſertim autem in vino regnat luxuria, ideò ſecretarijs regum abundans vini vſus non competit,prout in Prouerbijs inducitur:Noli vinum dare regibus,quia nullũ ſecretum vbi regnat ebri- Prou.31. etas.Porrò ſobrietas victûs ad ſapientiæ adeptionem diſponit, ſicut in Eccleſiaſtico habetur: Pro- Eccl 2. poſui à vino abſtrahere carnem meam,vt animum meum transferrem ad ſapientiam. Propter quod rurſus Salomon ait:Qui amat vinum & pinguia, non erit ſapiens. Prædictum verò abſtinendi pro- Prou.21. poſitum,non Daniel tantùm, ſed & tres ſocij eius conceperunt, ſecundùm Albertum, Scholaſticamq; hiſtoriam. Solus tamen Daniel tanquàm principalior nominatur. Circa hunc locum ſcribit Hieronymus:Qui de menſa regis & vino eius non vult accipere, nè polluatur, ſi ſapientiam atque doctrinam Babylonis ſciret eſſe peccatum,non acquieſceret diſcere quod non liceret. Diſcunt autem ipſe & tres pueri illam,non vt ſequantur,ſed vt reprobent, iudicent & conuincant, quomodò ſiquiſpiam aduerſùs Mathematicos velit ſcribere imperitus Mathematicorum, riſui pateret, & aduerſùs philoſophos diſputans,ſi neſciat dogmata philoſophorum. Diſcunt ergò ea mente doctrinam Chaldaicam, qua Moſes ſapientiam Aegyptiorum. Veruntamen agnoſcendum, quòd in doctrinis Chaldæorum multa falſa,ſuperſtitioſa ac impia de diuinationibus alijſque vanitatibus continebantur,quæ ſcire,peccatum non fuit:nec diſcere ea ob finem prætactum, fuit illicitum. [Et rogauit] Daniel [eunuchorum præpoſitum,nè contaminaretur.] id eſt,nè cogeret ſe de prædictis comedere contra legem.Ità & Iudith renuit veſci de cibarijs Holofernis.[Dedit autem Danieli Deus gratiam] i.acceptabilitatem & gratioſitatem,[& miſericordiam] i.miſeriæ releuamen ſeu compaſſionem,[in conſpectu] id eſt,in interioribus oculis, [principis eunuchorũ,] ità quòd Deus fecit Danielem acceptabilem principi,mouens cor principis ad complacentiam Danielis, propter virtutes quas vidit in eo. Itemq; ad compatiendum eidem propter malum ſuæ captiuitatis, & quia de regia fuit ſtirpe. Hinc ait Hieronymus:Præpoſuerat Daniel regijs epulis viles ſuos cibos, idcircò gratiam & miſericordiam in conſpectu principis eunuchorum accepit,Domino largiente. Ex quo intelligimus pro neceſſitate rerum,ſi quandò ſancti ab infidelibus diliguntur,Dei eſſe miſericordię,nõ bonitatis hominum peruerſorum.[& ait princeps eunuchorum ad Danielem:]& per eum etiam ad ſocios eius,pro quibus ſicut pro ſeipſo Daniel interceſſit:[Timeo ego Dominum meum regem] Nabuchodonoſor.quaſi dicat:cùm diligam te,quantùm in me eſt,libenter te exaudirem:ſed regẽ meũ formido,quia tranſgredientibus ſua præcepta non parcit. [qui cõſtituit vobis cibum & potum, qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris adoleſcentibus coæuis veſtris,] i. vultibus eorũ, [condemnabitis caput meum regi.] i.occaſio eritis quòd me occidet,tãquàm ſibi rebellem.Nam vt in Prouerbijs ſcribitur, Indignatio regis, nuncij mortis. Rurſusq; Salomon fatetur: Sicut fremitus Pro.16. leonis,ità ira regis:& ſicut ros ſuper herbam,&c.Rectè etiam dixit præpoſitus, coæuis veſtris: quia Prou.19. ſi eſſent ſeniores aut iuniores,fortè non eſſet æqualis vis nutritiua in eis. [Et dixit Daniel ad Malaſſar,quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam,Miſaelem,& Azariam.] Siquidem his quatuor tanquàm notabilioribus præpoſitus ille ſpecialem adhibuit procuratorẽ. Mediæ autem dignitatis eſt,quibuſdã præeſſe,& quibuſdam ſeu cuidam ſubeſſe,ſicut ait Centurio:Ego Matt.8. homo ſum ſub poteſtate conſtitutus,&c.[Tẽta nos,obſecro,ſeruos tuos] i.experimentum ſume de nobis [diebus decem,& dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum.] Hæc enim lege non vetabantur:[& contemplare] i.corporali oculo diligenter adſpice,[vultus noſtros,& vultus puerorum qui veſcũt cibo regio, & ſicut videris] rationabile eſſe & tibi expediens, [ſic facias cum ſeruis tuis.] i.ſi interìm videris nos alijs exiliores, precem noſtram non audias:ſi verò videris nos cæteris æqualiter meliúſve in vultu diſpoſitos,permitte nos in abſtinentia & parſimonia iſta.In hoc ꝙ vicibus repetitis ſe ſuoſq; collegas ſubminiſtri præfati nominat ſeruos, captat beneuolentiã eius,& humilitatem ſuam declarat.Inſupèr legumina poſtulando & aquam,precem ſuam exaudibilem fecit:talia enim facilimè acquiruntur.Itemq; dicendo,decem diebus, oĩa ad decalogum refert, diſcretioneq; vtitur, qm̃ tempus hoc nec nimìs longum eſt, vt rationabiliter denegetur: nec nimìs breue,vt in eo veritas comprobetur.Porrò aqua atq; legumina,alimenta ſunt frigida,in quibus nec gulæ neq; luxuriæ concitetur voluptas.Poſtremò,quod Daniel à prępoſito eunuchorum obtinere nequiuit,à ſubſtituto petiuit:in quo inſtãtia deſiderij ac feruor deuotionis ſuæ pateſcit,& vt ait ſan-

ctus Hieronymus,in verbis his incredibilis magnitudo fidei Danielis oſtenditur, ꝙ nõ ſolùm cor-
pulentiam ſibi eſu vilioris cibi polliceretur,ſed & tempus conſtituere nouit. Non eſt ergò temeri-
tatis,ſed fidei,ob quã regias dapes contempſerat.Hinc dicit Gloſſa,ꝙ non temeritate,ſed fidei ma-
gnitudine, tempus ꝓfixit.Presbyteri verò in libro Iudith temerè ſtatuerunt tẽpus tradendi ſe Ho-
Iudith.7. lopherni, niſi infra quinq; dies eis auxilium darẽt de cælo, idcircò à Iudith ſunt rephenſi. [Qui au-
dito ſermone huiuſcemodi] tam rationabili,[tentauit eos diebus decẽ. Poſt dies aũt decem appa-
ruerunt vultus eorum meliores & corpulentiores ꝑ oĩbus pueris, qui veſcebantur cibo regio.] & id
gratiæ potiùs q̃ naturæ eſt aſcribendum,quanq̃ ſanitas animæ & corporis ſit ſobrius cibus. Vigilia
aũt & tortura,& cholera viro infrunito, vt dicitur Eccĩ 31.Porrò ſancti delectatiõe virtutis etiã cor-
poraliter per redundantiam reficiuntur,atq; interna eis à Deo infuſa iucunditas, in corpus redun-
Pro.17. dat.Propter quod ſcriptum eſt: Animus gaudens ætatem floridam facit,ſpiritus triſtis exiccat oſſa.
[Porrò Malaſſar tollebat] haud dubium quin occultè,nè perciperẽt à rege,[cibaria, & vinum potûs
eorũ,] q̃ ſcilicet eis fuerãt deputata, conuertens ea in ꝓprios vſus,[dabatq; eis legumina.Pueris aũt
his dedit Deus ſcientiam & diſciplinam] de quarũ diſtinctione prædictum eſt, [in omni libro] quẽ
addiſcebant,legebant ſeu exponebant,[& in omni ſapientia:] i.notitia diuinorum:quo enim ſe am-
pliùs diſpoſuerunt ad illuminatiões diuinas,eo copioſiùs ſunt deſupèr illuſtrati:& quo carnalia ob-
lectamenta pleniùs contempſerunt,carnemq; ab illicitis repreſſerunt,eo ad ſpiritales conſolationes
& ſupernaturales inſtructiones,digniores inuenti ſunt. Propter quod ſcriptum eſt Sap.6.Sapientia
inuenitur ab his qui diligunt illam,& inuenitur ab eis qui quęrunt illam, ꝑoccupat eos qui ſe cõcu-
piſcunt.Et Iſaiæ 28.Quem docebit ſcientiã? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte,
auulſos ab vbere.Porrò,ſecundùm Hieronymum,Deus contulit pueris iſtis ſcientiam & diſciplinã
ſecularium literarum,vt cuncta quæ legebantur intelligerent,& ſpiritu Dei de Chaldæorum ſcien-
tia iudicarent.[Danieli autẽ intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum.] i.Danieli tanq̃ ſan-
ctiori præ cæteris,data eſt illuminatio altior, ſcilicet intelligentia, ſeu clara cognitio oĩm viſionum
& ſomniorum,tam ſibi q̃ alijs exhibitorũ,ità ꝙ horum ſignificatiõem intellexit atq; expoſuit.Itaq;
nomine viſionis innuit reuelatio ſeu oſtenſio occultorũ magìs clara & intellectualis,tam in vigilia,
q̃ in raptu & ecſtaſi facta.Per ſomnium verò,reuelatio facta in ſomno per imaginarias formas magìs
obſcurè.Hinc rabbi Moſes dicit, ꝙ ſomnium eſt caſus à prophetia,qm̃ prophetia eſt viſio in lumi-
ne intelligentiæ:Somnium autem,manifeſtatio futurorum in imagine, vbì cadit & quaſi occumbit
lumen intelligẽtiæ.Dicit autem Albertus,ꝙ viſio eſt in qua res vt futuræ ſunt,oſtendunt̃.Hierony-
mus autem hîc ait: Daniel vltra tres pueros hoc habebat inſigne, ꝙ viſiones & ſomnia, quibus per
ſymbola quædam & ænigmata monſtrantur futura,ſagaci mente cernebat,vt quod alij videbant in
phantaſmate,hic oculis cordis adſpiceret.[Completis itaq; diebus] trium annorum, [poſt quos di-
xerat rex vt introducerentur] coram ſe,qui interìm eruditi fuerũt & digni effecti aſſiſtere regi,[in-
*præpo-ſitus troduxit eos *princeps eunuchorum in conſpectu Nabuchodonoſor.] vt eorum eruditionem ex-
periret̃.[Cumq; eis loquutus fuiſſet rex,] eos examinando,quæſtiones atq; ænigmata proponendo,
ſicut regina Saba tentâſſe legitur Salomonem, [non ſunt inuenti tales] i.tam ſapientes, [de vniuer-
3.Reg.10. ſis] coram rege adductis, [vt Daniel,Ananias,Miſael & Azarias.] Gratiæ enim lumen, oĩnò effica-
cius eſt lumine naturali:& qui à ſpiritu ſancto inſtruunt̃,his qui humanitùs informantur, ſapientio-
Pſal 93. res refulgent.Ideò ait Pſalmiſta:Beatus homo quem tu erudiẽris dñe.[& ſteterunt in conſpectu re-
gis,] parati ad reſpondendum & obſequendũ in licitis & honeſtis. [& omne verbum ſapiẽtię] quã-
tùm ad diuina,[& intellectûs,] i.interpretationis ſeu expoſitionis dubiorum ac difficilium, [quod
ſciſcitatꝰ eſt ab eis rex,inuenit in eis decuplũ ſup cũctos ariolos & magos, q erãt in vniuerſo regno
eius.] i.multò plùs q̃ in alijs, ità ꝙ promptiùs,ſapientiùs,euidentiuſq; ad omnia reſponderẽt: & po-
Pſal.104. nitur hîc numerus determinatus pro indeterminato, cùm dicitur, decuplum, ſicut in Pſalmo: Me-
Iob 10. mor fuit verbi ſui,quod mandauit in mille generationes.Et in Iob:En deciès confunditis me. quod
Apoc.2. etiam in Apocalypſi fit ſæpiùs.Porrò arioli nominant̃, qui de occultis vaticinantur, per ſacrificia in
23.& 17. aris idolorum oblata:talis fuit Balaam.Magi verò dicunt̃ aſtrologi,qui per conſtellationes iudicant
de futuris atq; occultis.tñ ſecundùm Hieronymum,magi quaſi magni dicunt̃,qui de omnibus phi-
loſophant̃.Huiuſmodi verò artes diuinãdi inter Chaldæos vigebant,quas pueri iſti ſecuti nõ ſunt,
ſed per inſpirationem diuinam meliùs ſunt loquuti,q̃ per diuinationes Chaldæi. [Fuit autẽ Daniel
vſq; ad annum primum Cyri regis.] Hoc intelligendum non eſt, ꝙ nõ vixerit niſi vſq; ad primum
annum Cyri regis,quoniam infrà capitulo decimo ſcribit ſibi factam deſupèr reuelationem tertio
Cyri anno.Itaque intelligendum eſt,quòd vſq; illud tempus fuit in dignitate,gloria & honore,pri-
mò in Chaldæa, deindè in Media & Perſide, prout in proſequutione libri patebit, ſicque compe-
Sap.10. tit ei illud Sapientiæ:Honeſtauit illum in laboribus ſuis,& propter ſapientiam ſibi diuinitùs datam
fuit ſic exaltatus,iuxta illud Sapientiæ 8.Propter hanc habebo claritatem ad turbas, & honorem ad
ſe-

niores iuuenis,& acutus inueniar in iudicio, & in conſpectu potentum admirabilis ero, & facies
principum mirabunt̃ me. ¶ Præterea aliquid de myſtico intellectu huius capituli inferendo,pen-
ſandum eſt ſuper illud,Partem vaſorum domûs Dei abſportauit in domum dei ſui,ꝙ vaſa deſignãt
animas precioſas,quæ virtutes continent atq; ſcientias, q̃ inſtigante diabolo, viciſsìm de Eccleſia &
corpore Chriſti myſtico,ſeu congregatione electa transferunt̃ in habitatiõem mundi, ità ꝙ relicta
iuſtitia,moribus impiorum conformant̃,& vaſa dæmonum fiunt,iuxta illud Iſaiæ:Auferetur paxil- Iſaiæ 22.
lus de loco fideli,& franget̃,& cadet.quod maximè fit,dum Ioakim, i. impius præſidet, vtpotè præ-
latus aut princeps negligens & iniuſtus,ſub quo pereunt ſubditi,iuxta illud Eccĩ:Secundùm iudicẽ
populi,ſic & miniſtri eius:& qualis eſt rector ciuitatis,tales & habitantes in ea. Frequẽter quoq; cõ- Eccĩ 10.
tingit occaſione præſidẽtium iniuſtorũ, ſubditos temporaliter tribulari, corporaliterq; affligi, ſpo-
liari,capi,transferri,quemadmodùm Daniel eiuſq; ſocij atq; Ezechiel, cum Ioakim rege trãſlati fu-
erunt:ſed hoc ſapientiſſimus,iuſtus,ac pius oĩm dñs ordinauit & conuertit in maius bonum electo-
rum ſuorũ,qui etiam omni peccato non carent,vndè per talia hîc purgant̃,ad gratiam diſponuntur,
ſalubriter exercentur,à vitijs retrahunt̃,conformanturq; Chriſto,& cæleſti appropiant regno,qui ſi
tempore perſecutionis patientes & Deo fideles cum Daniele permanſerint, maximis gratiæ donis
diuinitùs ditabunt̃,dabitq; eis dñs gratiam corã perſequutoribus ſuis. Deniq; ſecundùm Gloſſam,
vaſa ſunt libri philoſophicalium doctrinarum,qui quia nunq̃ in toto falſi ſunt,ſed aliqua continent
vera:omnis autem veritas à Deo,ideò non in toto,ſed in parte Sennaar,quod interpretatur menda-
cium,transferuntur. Hinc ait Hieronymus:Si cunctos philoſophiæ reuoluas libros, neceſſè eſt,vt
in his reperias aliquam partem vaſorum Dei,aliquas ſcilicet veritates, vt apud Platonem fabricato-
rem mundi,& apud Zenonem Stoicorum principẽ inferos,immortaleſq; animas. Sed quia iungunt
mendacium veritati,& bonum naturæ perdunt multis malis,ideò pars vaſorum fertur tranſlata.In-
ſupèr per hoc,ꝙ rex Babylonis iuſſit introduci iuuenes gratioſos, mente & corpore elegantes, ac
eruditos,admonetur vt ad curam animarum,& in Eccleſiam introducantur, qui donis gratiæ deco-
rantur,habituq; mentis & corporis perficiuntur,qui & linguam ſciant eorum, quorũ ſuſcipiunt cu-
ram,vt poſſint eos inſtruere.Propter quod in Exodo habetur:Prouide de omni plebe viros poten- Exo.18.
tes & timentes Deum,& qui oderint auaritiam,& conſtitue eos tribunos & cẽturiones. At verò per
hoc quòd Nabuchodonoſor rex conſtituit pueris inſtruendis annonam,vt liberiùs diſcerent,docẽ-
tur Eccleſiaſtici viri,quibus præbendæ conſtitutæ ſunt, vt ſtudio vacent ſcripturæ ac laudi diuinæ.
Etenim in ſuĩ damnationem,Chriſti ſumit annonam,qui opus,propter quod inſtituta eſt præben-
da,non perficit.Propter quod in Ezechiele indignis paſtoribus, infructuoſiſq; prælatis dñs ait:Lac Ezech.34.
comedebatis,& lana operiebamini,gregem autem meum non pauiſtis,& quod infirmum fuit, non
conſolidâſtis.Poſtremò elucescit ex præinductis,quantùm abſtinentia,refrenatio voluptatis, parſi-
monia victûs,vita quieta,libertaſq; ſpiritûs,ad ſapientiam valeant deſupèr obtinẽdam. Renuat igi- Pſal.76.
tur anima noſtra in carnalibus conſolari,omnibuſq; terrenis dona ſpiritûs ſancti præponat,carnem
cum vitijs & concupiſcentijs quotidiè crucifigens.

¶ *Expoſitio cap.2.In anno ſecundo regni Nabuchodonoſor.* *Articulus* 2.

IN anno ſecundo regni Nabuchodonoſor, vidit Nabuchodonoſor ſomniũ.] ſicut ex præhabitis
innoteſcit,in hoc volumine Danielis decẽ viſiones continent̃,in quibꝰ vel ipſe aliquid vidit, vel
viſa ab alijs explanauit.Prima eſt de ſtatua grandi,quã lapis abciſus de monte ſine manibus, cõmi-
nuit & contriuit:iſta ꝓſenti capitulo recitat̃, viditq; eam Nabuchodonoſor ſecundo regni ſui anno,
non computando à ſui regni inchoatione,ꝓſertim cùm Daniel & cæteri pueri à rege hoc capti,ad eũ Dan.2.
ingreſſi ſunt tribus annis expletis,à tempore quo in palatium regis fuerunt inducti, & ex ꝓcedentis
capituli elucidatiõe iam patuit,ꝙ quartus annus regni Ioakim regis,fuit primus annus regni Nabu-
chodonoſor,qui cepit Ioakim regem vndecimo regni ſui anno,qui fuit 7. annus Nabuchodonoſor
regis:quibus ſi addant̃ tres anni,quibus pueri ꝓfati inſtruebant̃,decem anni habent̃:nec certum vi-
detur,q̃ citò poſt hos vidit hoc ſomniũ.Itaq; annus iſte ſecũdus cõputatur ex eo tẽpore, quo regnũ
ſuum fuit dilatatum,ità ꝙ omnibus penè gentibus non nimìs diſtantibus imperauit,ſ. Aſſyrijs,Mo-
abitis,Ammonitis,Iudęis,Idumęis,Aegyptijs:& ità exponunt Hieronymus, Albertus, Scholaſtica
hiſtoria,cæteriq; cõmuniter.Nam & Ioſephus decimo Antiquitatũ libro,Poſt ſecundum,inquit,an-
num Aegyptiæ vaſtitatis,vidit Nabuchodonoſor rex mirabile ſomniũ.Porrò viſio iſta,qua rex vidit
hoc ſomniũ,nõ fuit in vigilia,nec corporalis exterior,nec propriè intellectualis,quia quid vidit,nõ Gen.41.
intellexit:vndè nec propheta fuit,ſicut nec Pharao,qui boues vidit & ſpicas. Intelligentia nanq; eſt Dan.10.
*opus (i.principale) in viſione propherica.ſed fuit in ſomno,& imaginariè per imaginarias formas, *opùs
ſeu ſimilitudines in interiori ſenſu,videlicet vi imaginatiua formatas,non per ſpũm malignum, ſed
per angelũ ſanctum,ſiue illũ qui fuerat cuſtos regis iſtius,ſiue qui ꝓfuit regno eius,aut per aliũ.Hoc
loco ait Hieronymus:Vidit rex impius ſomnium futurorum,vt interpretante illud ſancto Daniele,
Deus

Deus glorificet̃,& Iudæorum captiuorum,ac Deo in captiuitate ſeruientiũ ſit grande ſolatiũ. Simi-
le de Pharaone legimus,non ꝙ Pharao & Nabuchodonoſor videre meruerũt,ſed ꝙ Ioſeph & Da-
niel digni extiterint,qui interpretatione ſomniorum omnibus præferrentur. Deniq; ſpecialis pro-
uidentia Dei eſt circa principes magnos,inquantùm ab eis depẽdet reſpublica,& ob hoc interdùm
aliqua oſtendunt̃ eis magis q̃ alijs.Inſupèr,ſecũdùm Albertum,ſomnium differt à viſione & oracu-
lo:qm̃ Viſio eſt oſtenſio rerum in veritate,vt futuræ ſunt,clara:Oraculũ aũt eſt,expreſſa rerum ꝓdi-
ctio,& in ſomno percepta.Hoc etiã aduertendum, ꝙ ſomnia non ſemper ſunt repræſentatiua, aut
attendenda:viciſsim em̃ ex cibis,aut hoĩm actibus præuijs,aut dæmonum illuſione,aut aliqua natu-
rali cauſa cauſantur,tuncq́; phantaſiæ vel phãtaſmata appellantur. Hinc ſcriptum eſt in Eccleſiaſti-
Eccl 34. co:Quaſi qui appræhendit vmbram,& perſequitur ventum,ſecundùm hoc viſio ſomniorum. Aliqua
verò ſunt ſomnia ex cauſa ſupernaturali & bona,ſicq́; ſunt reuelationes ſeu oſtenſiones imaginariæ
in ſomno exhibitæ,repræſentatiuæ alicuius ſecreti,q̃ in ſomno fieri ſolent, quia tunc anima exteri-
oribus ſenſibus clauſis & quieſcentibus,habet imaginatiuam magis quietam, & cæleſtium influen-
Nume. 12. tiarum capaciorem.Propter quod in Numeris dñs ait ad Aaron & Mariã:Si fuerit inter vos prophe-
Iob 33. ta,in viſione apparebo ei,vel p ſomnium loquar ad eum.Et in Iob:Per ſomnium in viſiõe nocturna
aperit Deus aures virorum.Poſtremò,ſecundùm Gloſſam,ſex ſunt maneries ſeu genera ſomniorũ.
Primum eſt ex nimia ventris inanitate.Secũdum,ex nimia ingurgitatione. Tertium, ex illuſionibus
inimici.Quartum,ex cogitatione præmiſſa,& illuſione ſecuta.Quintum eſt per reuelationẽ ſpiritûs
ſancti,quod multis agitur modis.Sextum,ex cũris ꝓmiſſis ad Chriſtum vel Eccleſiam pertinentibus,
reuelatione ſubſecuta. [& conterritus eſt ſpiritus] i. animus [eius] ex inconſueta viſione propter
Iob 4. magnitudinem eius, iuxta illud Iob:In horrore viſionis nocturnæ, qñ ſolet ſopor occupare homi-
Iob 7. nes,pauor tenuit me & tremor,& oĩa oſſa mea perterrita ſunt.Et rurſus:Terrebis me per ſomnia, &
per viſiones horrore concuties. Albertus hoc loco p ſpiritum, intelligit ſpiritum corporalẽ, qui eſt
rector formarũ,eſtq́; vel corpus ſubtile vel humor ſubtilis,qui qñ in terrore confundit̃, delent̃ for-
mæ q̃ in eo ſunt,quibus deletis,ſomnium cadit in obliuionẽ.Veruntñ huic ſpiritui non ꝓpriè com-
petit terror.[& ſomnium eius fugit ab eo.] i.per obliuionẽ receſſit.Obliuio quippe cauſat̃ ex magna
motione humorũ,propter quod pueri & multùm antiqui,ſolent eſſe malæ memoriæ, ſicut in libro
de Memoria & Reminiſcentia ſcribit Philoſophus.Terror aũt efficit grandem humorum commo-
tionẽ,idcircò induxit ſomnij obliuionem,quod tñ factum eſt ordinatione diuina,vt huius obliuio-
nis occaſiõe Daniel vocaret̃,ſomniumq́; interpretaret̃ ad Dei gloriam,& populi Iudæorum releua-
tionem per ſomnij expoſitionem. [Præcepit ergò rex, vt conuocarent̃ arioli & magi,] De ſignifica-
tione ac diſtinctione ariolorum & magorum,circa finem ꝓcedentis cap.dictum eſt.Pretereà,ſecun-
dùm Hieronymum,pro ariolis alij tranſtulerunt incantatores, quia arioli animalia interfecta cum
carminibus ſacrificant.[& malefici.] Secundùm Hieronymũ & Gloſſam,malefici ſunt,qui ſangui-
ne vtuntur & victimis,& ſæpè contingunt corpora mortuorũ,qui,ſecundùm Albertum, ꝓpriè dicti
ſunt necromantici,à necros,quod eſt mortuus,quia in mortuis diuinant. Hoc tñ ſecundùm prædi-
cta ad ariolos pertinere videt̃,idcircò maleficos aliqui dicunt eos,qui auertunt ſenſus humanos per
aliquod dictum vel factum circa eos,ſicq́; auerſis ſeu alienatis ſenſibus, aliqua eis occulta à dæmo-
nibus reuelant̃.[& Chaldæi,] i.aſtronomi, ſecundùm Gloſſam,ſeu mathematici, ſecundùm Hiero-
nymum,quod redit in idem:qm̃ in Chaldæis viguit Aſtronomia. Chaldæi aũt per conſiderationem
aſtrorum diuinabant,& circa cæleſtium motus erant intenti.Propter quod viſa Solis retroceſſione
ſub Ezechia,rex Babylonis, quæ eſt in Chaldæa, literas miſit & munera Ezechiæ p nuncios, vt ſci-
Iſaiæ 38. ſcitarent̃ de cauſa & modo retroceſſionis Solis tunc factæ,prout 4.Reg.20. & 2.Par.32. deſcribitur.
& 39. Hieronymus quoq; hîc ait,ꝙ Chaldæi,putà tres Magi,natiuitatem Saluatoris primò intellexerunt,
Mat.2. & venientes in ſanctam Bethlehem,puerum adorauerunt,ſtella deſupèr radiante. Veruntamẽ, ſicut
Albertus hæc verba exponit,nõn eſt hoc ſic intelligendum, quaſi per naturalem curſum ſtellarum
deprehenſus ſit ortus Saluatoris.Huius nanq; oppoſitũ tenet Eccleſia,nec Hieronymus negat nouæ
ſtellæ creationem,ſed dicit ꝙ cùm mathematici ſemp cæleſtia contemplent̃, inter alios primi lucem
creatæ ſtellæ viderunt in Chri natiuitate,quam non vidiſſent,niſi cæleſtia contẽplati fuiſſent.Quòd
Iſaiæ 47. aũt in Chaldæa viguit aſtronomia,conſtat ex eo quod ſcriptũ eſt in Iſaia de Babylone: Stent, & ſal-
uent te augures tui,q contemplabant̃ ſidera,& ſupputabant menſes,vt ex eis annunciarent ventura
tibi.[vt indicarent regi ſomnia ſua.] Pluraliter dicit ſomnia,propter plures ſomnij huius partes.Re-
ges autem & principes terræ illius ad artem ſcientiæ huius, i. ſecundùm aſtronomorum diuinatio-
nem,omnia agunt, ſecundùm Hieronymum. [Qui quum veniſſent,ſteterunt coram rege, & dixit
ad eos: Vidi ſomnium] i. apparitionem quandam in ſomno per viſionem imaginariam habui, [&
mente confuſus] quia terrore turbatus, admiratione oppreſſus, [ignoro] diſtinctè [quid viderim]
quia nec ſomnij reminiſcor in particulari & ſigillatim, nec ſignificationem eius agnoſco. Recorda-
ba-

batur ſe aliquid magni vidiſſe,ſed determinatè quid fuerat, erat oblítus. Vndè ait S. Hieronymus:
Vmbra quædam,& vt ità dicam,aura & veſtigium ſomnij manſit in corde regis, vt referẽtibus alijs,
poſſet reminiſci,q̃ viderit,& nequaq̃ eum deciperent mentientes. [Reſponderuntq́; Chaldæi regi
Syriacè:] i.Chaldaicã lingua.Syra nanq; & Chaldaica lingua, eſt vna & eadem. Dicit quoq; Hiero-
nymus,quòd liber iſte hucuſq; ſcriptus eſt ſermone Hebræo,ab hoc loco vſq; ad viſionem anni
tertij Balthazar regis,quam Daniel vidit in Suſis, Hebraicis quidem literis, ſed lingua ſcribit̃ Chal-
daica,quam hîc Syriacam vocat.Aliqui autem affirmant, ꝙ lingua Syriaca & Chaldaica, quãtùm ad
literatos,ſit eadem:ſed quãtùm ad vulgares,aliquo modo diſcordat.[Rex in æternũ viue.] His ver-
bis regem ſalutant,& beneuolentiam captant ipſius,& ſecundùm Albertum,non audebant alloqui
regem,niſi poſtq̃ primò allocutus eſt eos.Deniq;,quia ponebant hoĩes bonos ad conſortium tranſ-
ferri deorum poſt vitam præſentem,quemadmodùm 2.libro Machabæorum,Antiochus rex adole- 2.Mac.3.
ſcens ait de genitore ſuo defuncto,Patre noſtro inter deos tranſlato:ideò regi dixerũt,Rex in æter-
num viue.[Dic ſomnium ſeruis tuis,& interpretationem] i.ſignificatiõem [eius indicabimus tibi.]
Superiùs dictum eſt,ꝙ non ſolùm Chaldæos,ſed & alios multos rex aduocauit. Chaldæi tamẽ tanq̃
regi familiariores,conciues & magis audaces,primitùs & pro omnibus reſponderũt: principaliores
etiam & rationabiliores fuerunt,quantùm ad hoc,ꝙ ſecundùm conſiderationem curſûs ſtellarum,
alij aũt omninò ſuperſtitioſè conijciebant ſeu diuinabant. [Reſpondens rex ait Chaldæis:Sermo
receſſit à me.] i.præ terrore & confuſione loqui vix poſſum. Exceſſiuæ equidem paſſiones loquelã
impediunt,iuxta illud Iob:Nec enim poſſum metuens reſpondere.Vel ſermo de ſomnio iſto,receſ- Iob 9.
ſit à me,quia oblítus ſum ſomnij.[Niſi indicaueritis mihi ſomnium & coniecturam,] i. ſignificatio-
nem [eius] ꝓbabilem,[peribitis vos,] i.me iubente occidemini.[& domus] i. poſſeſſiones, habita-
cula,familiæ [veſtræ publicabuntur.] i.publicæ direptioni adiudicabunt̃. Vel,ſecundùm Gloſſam,
publicabuntur,i.confiſcabuntur.ſed quomodò publicabuntur,ſi in burſa regis reponent̃?Reſpon-
detur,qm̃ quæ ponebantur in fiſco,pro publicis expendebantur negocijs. [Si autẽ ſomnium & cõ-
iecturam eius narraueritis,ꝓmia] pro labore veſtro [& dona] vltra condignum ex liberalitate rega-
li,[& honorem multum accipietis à me.] qui vos tanq̃ ſapientiſſimos honorabo per meipſum & ali-
os.His verbis efficit eos diligentes atq; ſolicitos, dum ex vna parte maximam minatur aduerſitatẽ,
& ex alia parte maximam pollicetur proſperitatem,vt oppoſita iuxta ſe poſita,clariùs innoteſcant,&
ipſi duplici incitamento prouocentur ad inquiſitionem:ità & Deus omnipotens nobis,ſi ſua ſerua-
uerimus iuſſa,inæſtimabilem promittit felicitatem:ſi verò tranſgreſſi ea fuerimus, ſummam mina-
tur calamitatem,[Somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi. Reſponderunt ſecundò,
atq; dixerunt:Rex ſomniũ dicat ſeruis ſuis,& interpretationẽ eius indicabimus.] In hoc ꝙ petierũt
ſomnium ſibi notificari,rationabiliter ſunt locuti.Præſumptuoſè verò in eo, quod addunt, Inter-
pretationem indicabimus eius.Non enim oĩa poterant ſomnia interpretari,& ſi rex ſomniũ iſtud
eis inſinuàſſet,non valuiſſent ipſum exponere,quia naturalem inquiſitionem tranſcendit. Deniq;
ſomnium alterius interpretari homo nõ poteſt,niſi priùs dicatur. Dicit nanq; Philoſophus in libro
de ſomno & vigilia,illum eſſe artificioſum ſomniorũ iudicem,qui viſas ſimilitudines nouit ꝑpen-
dere,parteſq́; ad inuicèm comparare,comparationẽ quoq; ad diſpoſitionem cæli, & paſſiones ac ſi-
militudines ſomniantis,& ad mores ipſius & complexionem,quæ oĩa attendenda ſunt ibì. [Reſpõ-
dit rex & ait:Certè *ſcio, ꝙ tempus redimitis,] i.infructuoſè expẽditis,& verborũ circuitu illud de- *noui
ducitis,volẽtes voſipſos de manu mea redimere ambage verborũ. [ſciẽtes ꝙ receſſerit à me ſermo]
ſecũdùm ſenſum duplicẽ iam inductũ, ideò nõ deberetis à me ſomniũ inueſtigare.[ſi ergò ſomniũ
non indicaueritis mihi,vna] i.cõmunis & par [ſententia eſt de vobis] apud me, [ꝙ interpretationẽ
quoq; fallacẽ,& deceptionẽ compoſueritis,vt loquamini mihi] incerta, falſa, ac deceptoria pro ve-
ris & certis,tenentes me occupatum,[donec tẽpus pertranſeat.] i.alijs intendere cogar,& iſta dimit-
tam.[Somnium itaq; dicite mihi, vt ſciam ꝙ interpretationẽ quoq; eius verã loquamini.] Cùm em̃
difficilius fuerit,ſomnium alterius ſcire,illo non reuelante,videlicet cogitationes eius, q̃ ſomnium
interpretari:certum regi fuiſſet,interpretationẽ eorum verã conſiſtere,ſi ſomniũ ſibi potuiſſent edi-
cere:nec tñ conſequens fuit,eos non poſſe ſomniũ aliquod interpretari, niſi quiuiſſent illud ꝓfato
modo dignoſcere:verùm reges ex ſua ſuperbia plerunq; ſequuntur volũtates & paſſiones magis q̃
ratiõem. Vndè exactio regis fuit irrationabilis.Poteſt tñ inquiri,cur exegit ab iſtis ſomnia ſua indi-
cari,cùm hoc impoſſibile fuerit.Reſpondet Albertus,ꝙ Chaldæi iſti mathematici exiſtentes, dice-
bant ex aſtris inferiora cauſari,influentijſq́; cæleſtibus hoĩm aĩas ſubiacere.& ideò cùm ſe ꝓfiterent̃
ſcire curſus ſtellarũ,& quas in inferioribꝰ facerẽt impreſſiões, q̃rebat ab eis rex,quas in ſpũ ſuo im-
preſſiones feciſſent. [Reſpondẽtes ergò Chaldæi coram rege,dixerũt:Nõ eſt homo ſup terrã,q ſer- 1.Reg.16.
monẽ tuum,rex, poſſit implere.] & hoc verũ fuit, loquendo de naturali hoĩm poteſtate. Cordium
em̃ ſecreta cognoſcere, non eſt facultatis humanæ. [ſed neq; regum quiſquam magnus & potens]
vt tu

vt tu.[verbum huiuſmodi ſciſcitatur ab omni ariolo,& mago,& Chaldæo.]Verba vltima ſuprà ex-
poſita ſunt,quaſi dicant:Contra laudabilem conſuetudinem,quæ habet vim legis, tu facis, nec tibi
potentiſſimo regi competit,cæteris regibus crudeliùs agere,cùm ad regem ſpectet clementia, ſicut
Pro.20. in Prouerbijs Salomon loquitur:Clementia roboratur thronus regis. [ſermo enim quem tu quæ-
ris rex,grauis eſt.] i. difficilis ad complendum, [nec reperietur quiſquam qui indicet illum in con-
ſpectu regis.] in hoc verũ dicere ſe putabant,ignorantes veri ſummiq; Dei cultoribus,ſcilicet Iſra-
elitis, occultiſſima deſupèr reuelari. [exceptis dijs,quorum non eſt conuerſatio cum hominibus.]
Gentiles ponebant varios ordines deorum:nam & corpora cæleſtia,ac motores eorum deos pone-
bant,animas quoq; hominum quorundam ad conſortium transferri deorum, ac deificari, quibus
occultorum ſcientiam attribuebant,quæ homines ſcire non poſſent,niſi reuelantibus illis.Et dicũt
hîc aliqui,quòd Chaldæi dicebant ſicut Platonici, putà ꝙ dæmones eſſent animalia corpore aërea,
mente rationalia,animo paſſiua,& tempore æterna,quæ ſecundùm eos habitant in aëre,& cum ho-
minibus ſæpè iunguntur,& quodammodò conuerſantur, à quibus per artes magicas aliqua poſſunt
inquiri ac ſciri,ſed non omnia.Deos autem,quorum non eſt cum hominibus conuerſatio,ponebãt
ſubſtantias ſeparatas,quæ ſunt altioris ſcientiæ,ad quas ars diuinatiua ac magica ſe non extendit ad
aliquid inquirendum ab eis.Albertus per deos intelligit homines diuinos,quorum conuerſatio di-
citur non eſſe cum hominibus,quia conuerſatio talium eſt in cælis. Hoc tamen non videtur fuiſſe
intentio Chaldæorum,qui neminem ſe in terris diuiniorem cenſebant. Hieronymus demùm hîc
ait:Confitentur magi,confitentur arioli, & omnis ſcientia ſecularis literaturæ, præſcientiam futu-
rorum,non hominum eſſe,ſed Dei.Ex quo probatur,prophetas ſpiritu Dei loquutos. Hinc nempe
Iſaiæ 41. & Iſaias effatur:Quæ futura ſunt,annunciate, & ſciemus quia dij eſtis vos. [Quo audito,rex in furo-
rem verſus eſt.] & hoc irrationabiliter valdè.Superbi enim non patiuntur ſe informari, nec inſtru-
ctionem,quanuìs charitatiuam rationabilemq;,admittunt. [& in ira magna præcepit vt perirent] i.
interficerent,[omnes ſapientes Babylonis.] quemadmodùm Iaco.2.habetur:Ira viri iuſtitiam Dei
non operatur.Propter quod Pro.27.ſcriptum eſt:Ira non habet miſericordiam, nec erumpẽs furor:
impetum aũt concitati ſpiritûs ferre quis poterit?[Et egreſſa] i.prolata ac publicata [ſententia] oc-
ciſionis,[ſapientes Babylonis interficiebantur.] i. ad occidendum quærebant, & diſponebatur de
morte eorum.Res autem dicit̃ facta ſeu fieri, quandò in proximo eſt vt fiat, vel quaſi facta eſt, ſicut
de agonizante dicimus,ꝙ ſit mortuus homo. Infrà autem patebit,ꝙ ſapientes iſti nõ fuerunt occiſi,
niſi forſitan aliqui.ſed cur tanto furore exarſit in eos?Ad hoc Lyra reſpondet,quòd vacantes philo-
ſophiæ, coniecturiſq; futurorum ac ſimilibus,veſtitum & victum,immò ſumptus magnos habebãt
Dan.1. à rege,ſicut capitulo præcedenti dictum eſt de Daniele & ſocijs eius. Vndè Gene.47. legitur, ꝙ ſa-
cerdotes Aegypti non ſunt tempore famis compulſi vendere terram ſuam,vt alij: quoniam victum
recipiebant ex horreis regis.Quoniam ergò rex Babylonis multa expendit pro ſuſtentatiõe ſapien-
tum ſuorum,iratus fuit intenſè, quandò ad ſuam voluntatem, & ſicut ſperauit, non reſponderunt.
[Quærebanturq; Daniel & ſocij eius] Ananias, Miſael, & Azarias [vt perirent.] i. interficerentur,
quia & ipſi de numero ſapiẽtum fuerunt.Circa hoc ſcribit Hieronymus:Quærunt Hebræi,cur Da-
niel & tres pueri non ſunt cum alijs ſapientibus ad regem ingreſſi,& tamen prolata ſententia,iube-
bantur occidi cum eis?Reſpondet quòd eo tempore quo rex dona, præmia & honorem promitte-
bat,ire noluerunt,nè impudenter diuitias & dignitatem Chaldaicam viderentur appetere. Aut cer-
tè ipſi Chaldæi inuidentes gloriæ & ſcientię eorum,ſoli ingreſſi ſunt,quaſi ſoli præmia recepturi,&
poſteà in periculo voluerunt Chaldęi iſtos habere conſortes,quos in ſpe glorię refutârunt. Sed mi-
rum,quòd rex non vocauit eos ex nomine,quia, vt dictum eſt capitulo præcedenti, iamdudùm rex
*i.decu- inuenit *decuplum in eis ſapientię & intellectûs,quàm in ariolis,Magis atq; Chaldęis.Ad quod di-
plo plus cere quis poteſt,quòd rex mente confuſus,oblitus ſit eos vocare.[Tunc Daniel requiſiuit de lege.]
i.pręcepto occidendi ſapientes,[atq; ſententia] damnationis latę in eos, [ab Arioch principe mili-
tię regis,qui egreſſus fuerat ad interficiendum ſapientes Babylonis:] & tamẽ non feſtinauit in hoc,
quia inuitè exequebatur imperium regis,cuius indiſcretionem benè aduertit. [& interrogauit eum
qui à rege poteſtatem acceperat occidendi,] ſcilicet ab Arioch,[quam ob cauſam tam crudelis ſen-
tentia à facie] id eſt, ore & pręſentia, [regis eſſet egreſſa. Quum ergò rem] id eſt, cauſam hanc [in-
dicâſſet Arioch Danieli, Daniel ingreſſus, rogauit regem vt tempus daretur ei ad ſolutionem in-
dicandam regi.] Non ſolùm ſecundùm ſanctos, ſed & ſecundùm Ariſtotelem, qui benè ſe habent
in diuinis,melioris ſunt ſpei.Ideò Daniel tanquàm vir ſanctus,confidit de miſericordia Dei, quòd
ſibi hęc reuelaturus eſſet. Regem quoquè confidenter acceſſit, tanquàm de eius exiſtens palatio:
& quia iam antè perpendit circa ſe regis fauorem.In hoc autem Daniel non egit contra documen-
Mat.10. tum Chriſti, dicentis: Nolite præmeditari quemadmodùm reſpondeatis. Dabitur enim vobis
in illa hora quid loquamini. Quia, vt ait Albertus, Dominus non prohibet deliberationem ſim-
pli-

pliciter,ſed deliberationem & præmeditationem rationis humanæ:quia ſi huic ſancti inniterentur,
viderentur dubitare de fide.Inducias autem faciendæ orationis,& impetrandæ reuelationis,ac or-
dinandæ reſponſionis ſecundùm fidem,Chriſtus nõ prohibet.Hinc ait Hieronymus:Tempus po-
ſtulat,non quòd tractatione & ſagacitate mentis occulta perquireret,ſed quòd occultorum Domi-
num precaretur.Et iterùm ait Hieronymus:Scientes Chaldæi quòd decuplum ſuper cunctos ario-
los & magos,qui erant in vniuerſa Chaldæa,Daniel & tres pueri ſaperent, celauerunt eos interro-
gationem regis, nè ſibi in interpretatione ſomnij præferrentur.Ideò Daniel ab Arioch de crudeli-
tate ſententiæ interrogauit,quoniam cauſam ſui ignorauit periculi.[Et ingreſſus eſt domum ſuam]
ſibi à rege conceſſam. Principales enim de curia, habitacula certa habent. itaq; ab alijs ſe ſubtraxit,
ingrediens domum,vt Deum quietiùs liberiuſq; oraret,& in ſilentio contemplationi vacaret, au- Pſal.84.
diturus quid loqueretur in ipſo Dominus Deus,iuxta illud:Tu autem cùm oraueris,intra in cubicu- Matt.6.
lum:& clauſo oſtio,ora patrem tuum in abſcondito.Et Sapiens ait:Intrans in domum meam, con- Sap.8.
quieſcam cum ea,ſcilicet cum ſapientia.[Ananiæq; & Miſaeli & Azariæ ſocijs ſuis indicauit nego-
cium,vt quærerent miſericordiam] ſcilicet reuelationem piam, [à facie] i. clementi adſpectu Dei
[cæli ſuper ſacramento iſto.] i.ſacro atq; diuino iſto ſecreto,quod in ſomnio regis continebatur,in
quo aliquid de regno atq; myſterijs Chriſti fuerat deſignatum. Secundùm Hieronymum, Daniel
ſocios ſuos ſibi in oratione coniungit,nè ſolus de ſuo merito præſumere videretur, vt quorum cõ-
mune erat diſcrimẽ, communis eſſet oratio.Deniq;, oratio multorum, pſertim iuſtorũ, multùm eſt
exaudibilis.[& non perirent.]i.nè occiderent̃,[Daniel & ſocij eius]ex quorũ vita dependebat con-
ſolatio omniũ Iudęorum captiuorũ.[cum cæteris ſapientibus Babylonis.]i.vt nec illi perirent,ſicq;
pro inimicis orauit. Vel ſenſus eſt,vt non perirent,quemadmodùm illi perire iuſſi fuerũt.Iuxta pri-
mum ſenſum,in hoc magna Danielis inſinuatur charitas atq; perfectio, quòd pro inſidiantibus in-
uidentibuſq; orauit,euangelicũ illud adimplens:Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui ode- Mat.5.
runt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. [Tunc Danieli myſterium] i.ſecre-
tum ſomnij huius,[per viſiõem nocte reuelatũ eſt] miniſterio angeli ſancti, quia per angelos,ſecũ-
dùm diuinum Dionyſium,propheticæ reuelatiões fiebant. Porrò qualis fuerit reuelatio iſta,an ſci-
licet imaginaria,vel intellectualis tantùm,an etiam facta ſit in ſomno,vel in vigilia,in textu non di-
citur,nec certum videtur.Hieronymus tamen innuit eam fuiſſe in ſomnis, dicendo: Somnium re-
gis ſuo diſcit ſomnio,immò & ſomnium & interpretationem eius Dei reuelatione cognoſcit,quod
dęmones ignorabant.Gloſſa quoq; hîc dicit,& aliqui aſſerunt,ꝙ idem ſomniauit quod rex,moxq;
poſt hoc reuelata ſit ei expoſitio ſomnij.Lyra etiã ſcribit hîc: Probabile videtur, ꝙ vidit in ſomno
conſimilem viſionem viſioni regis,& vltra hoc intellectum ipſius.nam dicitur,nocte:tales enim vi-
ſiões magìs notæ ſunt fieri nocte ſenſibus quietatis,iuxta illud in Iob: Per ſomnium in viſione no- Iob 33.
cturna,quandò irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit Deus aures viro-
rum,& erudiens inſtruit diſciplina.Albertus aliter dicit.ſic enim exponit,per viſionem, non per ſo-
mnum,ſed per apertam rerum demonſtrationem.[& Daniel benedixit] i.laudauit,& bonũ ſibi im-
penſum,Deo dixit atq; aſſcripſit.[Deum cæli.] Deum enim à ſuis effectibus nominamus. Cælum
autem eſt opus Dei præclarum,& nomine cæli intelligendus eſt glorioſus beatorũ exercitus inha-
bitans cęlum,& hic ſolus verus eſt Deus,propter quod ait Ieremias:Dij qui non fecerunt cælum & Iere.10.
terram,pereant.Secundùm Hieronymum,benedixit Deo cæli,ad diſtinctiõem eorum qui verſan-
tur in terra,& dæmoniacis artibus atq; præſtigijs deludunt terrena.[& locutus ait:] gratias referen-
do pro tam ſupernaturali & grandi reuelatione:qui enim de acceptis beneficijs gratias refert,ad ma-
iora ſortienda ſe aptat.[Sit nomen Dñi] ſ.nomen nominatum,quod eſt ipſemet Dñs,nomine nomi-
nante ſignatus. [benedictum] i. laudatum & ſanctum, ità vt omnes Dño benedicant. Deniq; verus
Dei amator & gratus donorum eius ſuſceptor,contentus non eſt per ſe ſolum benedicere Deum,
ſed ab vniuerſis & ſingulis eum appetit benedici.[à ſeculo & vſq; in ſeculum,] i. per ſecula cuncta,
ſeu æternaliter,vel à ſeculo oĩm patrum,in ſecula omnium filiorum,in quibus nunq̃ defecerunt il-
luminationes & miſerationes diuinæ.[quia ſapientia & fortitudo eius ſunt.] Hoc dupliciter intelli-
gi poteſt.Primò,ꝙ ſapientia & fortitudo,ſeu virtus ac poteſtas in Deo ſunt, & ei verè ac plenè con-
ueniunt,immò ſunt ipſemet ſuperſapiens omnipotens Deus, cuius comparatione ſicut nullus bo-
nus,ità nullus eſt ſapiens,iuxta illud ad Rom.16.Soli ſapiẽti Deo honor & gloria. De quo ſcriptum
eſt Iob 9.Sapiens corde eſt,& fortis robore.Iob quoq; 25. Poteſtas & terror apud ipſum eſt. Secun-
dò accipitur, ꝙ omnis ſapientia & fortitudo cuiuſcunq; creaturæ à Deo profluxit, eiuſq; donum
eſt,iuxta illud Ecci1.Omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Et ad Rom. Non eſt poteſtas niſi à Deo. Rom.13.
Sapientia autem hîc dicitur, vel cognitio ſecretorum cæleſtium, vel ſcientia diſpoſitionis vniuer-
ſorum.Sapientis nanque eſt ordinare. Fortitudo verò accipitur pro virtute & efficacia exequendi
diſpoſita:& hæc duo præcipuè ad Dominos ac iudices pertinent. Propter quod Eccleſiaſticus ait:

Eccl 7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.Et alibì: Væ terræ cuius rex puer
Eccl 10. eſt.[& ipſe mutat] i. diſtinguit,[tempora & ætates.] i.rerum periodos, ſicut in hymno cãtamus:Re-
ctor potens verax Deus, qui temperas rerum vices. Deus autem excelſus eſt vniuerſorum creator,
qui per motum cæleſtium corporum efficit dies & noctes,æſtatem & hyemem,menſes & annos,iu-
xta illud Gene.1.Dixit Deus,Fiant luminaria in firmamẽto cæli,& diuidant diem & noctem, & ſint
in ſigna,& tempora,& dies,& annos.De quibus legitur Amos 5. Conuertens tenebras in manè,&
diem nocte mutans. Præterea Deus p omnipotentiã ſuam tempora poteſt mutare,diem ſupernatu-
Ioſue 10. raliter prolongando,vt tempore Ioſuæ & Ezechiæ.Dicit autem Albertus, quòd tempora dicuntur
4.Reg.20. ſecundũ quod ſpatia ſunt in motibus cæleſtibus,ætates verò,ſecundùm quod ſpatia illa relinquun-
tur in inferioribus.ætates autem ſeu periodos rerum corruptibilium Deus immutat,vitam & dura-
tionem entium ad libitum prolongando & abbreuiando. Nam & ante diluuium longior fuit ætas
humana,quàm poſteà.[& transfert regna atq; conſtituit,] i. deſtruit ſecundùm ordinem ſapientiæ
atq; iuſtitiæ ſuæ infallibilis atq; immenſæ,& hoc communiter propter hominum merita & demeri-
Eccl 10. ta,prout Eccleſiaſticus ait:Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.
Ibidèm Et rurſus:Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias,& iniurias,& cõtumelias.Inter-
dùm autem aliqui à Deo conſtituuntur in reges aut regna, nõ propter ſuas iuſtitias, ſed ad punitio-
nem prauorum,quemadmodùm Iſaiæ 3.proteſtatur :Dabo pueros principes eorum, & effœminatĩ
dominabuntur eis.Iob quoq; 34.Deus regnare facit hominem hypocritam propter peccata popu-
li.Deniq; Deute.9. Moſes populo Iſraeli ait: Nè dicas in corde tuo, Propter iuſtitiam meam intro-
duxit me DOMINUS in terram hanc, ſcilicet Chananæorum,cùm duriſſimæ ceruicis ſis populus.Fre-
quenter etiam Deus dat alicui regnum, propter aliquod opus ex genere bonum, quanuìs non me-
ritorium vitæ æternæ,quemadmodùm Cyro, eò quòd liberaturus erat filios Iſrael de Babylonica
Iſaiæ 45. captiuitate, ſicut in Iſaia habetur. Aliquandò demùm impijs regnum conceditur ad correctionem
& exercitium electorum,ſicut & Attila rex Hunorum dixit ſe eſſe flagellum Dei.Et Iſaiæ 10.DOMI-
4.Reg. 17. & 18. nus loquitur:Væ aſſur,virga furoris mei & baculus ipſe eſt: quod ad literam dicitur de Sennache-
rib rege Aſſyriorum. [dat ſapientiam ſapientibus.] ab eo enim eſt omnis notitia veritatis, ſed va-
rijs modis dat & infundit ſapientiam mentibus.Siquidem donum ſapientiæ eſt immediatè per cre-
ationem à Deo,ſapientiam verò prophetalium viſionum infundit per angelos. Aliquandò autem
ſapientiam,quæ eſt donum gratiæ gratìs datæ, & gratiam prophetiæ ac ſcripturarum notitiam im-
mediatè per ſeipſum largitur, ſicut Apoſtolis in die Pentecoſtes, & Paulo in raptu. Sed & ſapientia
tam philoſophica quàm theologica per ſtudium acquiſita,dona ſunt Dei,qui naturale lumen intel-
lectûs contulit & conſeruat,à quo omnium rerum eſſe & poſſe ac agere inceſſanter dependent.Vn-
dè de philoſophis ait Apoſtolus ad Rom.1. Deus illis reuelauit.[& ſcientiam intelligentibus diſci-
plinam.]i. verè moralibus, morigeratis, paſſionum victoribus, qui apti ſunt illuminari à Deo.Di-
ſciplina autem eſt morum correctio,iuſta punitio,ſeu moralis doctrina, cuius paſſionum ſequutor
eſt inanis auditor,ſecundùm philoſophum 1.Ethic.Hinc Prou.2.ſcriptum eſt:Dominus dat ſapien-
tiam,& ex ore illius ſcientia & prudentia.Et Iacobi 1.Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo,& da-
bitur ei.[Ipſe reuelat] i.hominibus manifeſtat, immò & angelis, [profunda] i.alta ſeu difficilia. [&
abſcondita.]i.hoĩbus naturaliter ignota,quæ naturalem capacitatem ſeu facultatem tranſcendunt,
1.Cor. 2. de quibus ait APOSTOLUS:Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum.Et Iob 12.Reuelat profun-
da de tenebris,& producit in lucem vmbrã mortis.[& nouit in tenebris conſtituta]i.in occulto,vel
in tenebris ignorãtiæ,quo ad eos qui ea ignorant:vel in tenebris impietatis,i.peccata quantumlibèt
occulta & parua,ſecundùm illud Iob 11.Ipſe nouit hoĩm vanitatem,& videns iniquitatẽ, nonnè cõ-
ſiderat?Aut certè in tenebris exterioribus ſeu locis caliginoſis,cõtra quoſdam indoctos,qui ea quæ
in tenebris talibus fiunt aut ſunt,Deum latére putabãt, in quorum perſona fertur in Pſal.138. Et di-
Iere.23. xi,forſitan tenebræ conculcabunt me.Hinc per Ieremiam dñs ait: Si occultabitur vir in abſcondi-
tis ſuis,& ego non videbo eum?[& lux cum eo eſt.] In Deo enim eſt ſapientia & veritas, qua nihil
ſplendidius,immò Deus eſt lux,pulchritudo,& claritas ſuperpuriſſima & immenſa. De quo in pri-
1.Ioan.1. ma Ioannis epiſtola habetur:Deus lux eſt,& tenebrę non ſunt in eo vllę:& tãta eſt claritas huius lu-
cis,vt eius reſpectu cuncta ſint tenebroſa,iuxta illud Iob 25. Eccè etiam luna non ſplendet, & ſtellę
1.Tim.6. non ſunt mundę in conſpectu eius.Qui,ſecundùm APOSTOLUM,lucem habitat inacceſſibilem.Circa
Rom.11. prędicta ſcribit Hieronymus:Cui DEUS reuelat profunda,dicere poteſt:O altitudo diuitiarum ſapi-
entiæ & ſcientiæ Dei:& habitante in ſe ſpiritu ſancto,ſcrutatur etiam profunda Dei, & in profundo
animæ ſuæ puteos fodit altiſſimos,omnemq; terram,videlicet terrenas affectiones egerit,quę pro-
fundas aquas ſapientiæ operire conſueuit,ſeruatq; mandatum Salomonis,dicentis Prouerb.5. Bibe
aquas de ciſternis tuis.[Tibi Deus patrum noſtrorum,]ſcilicet Abrahæ,Iſaac & Iacob, [confiteor]
noſtra mala, & tua bona:[teq; laudo]gratias referẽdo,& tuã pietatem ac veritatẽ profitẽdo.Memi-
nit

nit autem patrum ſuorum,quia illorum meritis multa beneficia filijs Iſrael præſtitit Deus. Et item
ſecundùm Hieronymum,nè videatur ſuis tribuere meritis, refert hoc ad patrum iuſtitiam, verita-
temq; Dei,qui ſeminis illorum etiam in captiuitate miſeretur.[quia ſapientiam] ad cognoſcendum
diuina myſteria,[& fortitudinem] & conſtantiam inconcuſſam inter proſpera & aduerſa, [dediſti
mihi,& nunc oſtendiſti mihi] ſignificata per ſomnium regis, ipſumq; ſomnium, [quæ rogauimus
te] ego & tres ſocij mei alicui noſtrûm oſtẽdi,[quia ſermonem regis] de ſomnio ſuo,[aperuiſti no- Amos 3.
bis] ſeu indicâſti mihi,videlicet interpretationem quam cupit audire.In quo illud Amos eſt imple-
tum:Non faciet DOMINUS verbum,niſi ſecretum ſuum reuelauerit ad ſeruos ſuos prophetas. [Poſt
hæc ingreſſus Daniel ad Arioch, quem conſtituerat rex vt perderet ſapientes Babylonis, ſic ei lo-
quutus eſt:Sapientes Babylonis nè perdas.] Circa quod ait Hieronymus:Imitatur Daniel clemen- Luc.23.
tiam Dei,qui pro perſequutoribus deprecatur,& non vult eos perire,propter quos fuerat periturus.
[Introduc me in conſpectum regis,& ſolutionem regi narrabo:] tam ſuper quæſtione de ſomnio,
quàm ſuper interpretatione eius.Et in hoc arrogantiam euitauit: nam ipſe recto itinere poterat ire
ad regem,& tamen poſtulat introduci.[Tunc Arioch feſtinus introduxit Danielem ad regem.] fe-
ſtinauit,ſciens ſe læta regiq; placitiſſima nunciare,& quia ſapientibus Babylonis parcere præoptà-
uit. ¶ Quæritur,quur Arioch tam citò credidit Danieli.Reſpondent aliqui,quòd Arioch aliundè
habuit experimentum,quòd Daniel haberet ſpiritum propheticum:ideò etiam credidit eum vera- Dan.1.
cem,quoniam vidit tam iuſtum,ſtudioſum ac temperatum, vt in exordio patuit.[& dixit ei: Inueni
hominem de filijs tranſmigrationis Iudæ,]id eſt,de numero eorum,qui cum Ioakim de Iudæa trãſ-
lati ſunt huc,[qui ſolutionem regi annunciet.]Arioch loquitur quaſi ſua inquiſitione atq; induſtria
inueniſſet Danielem,volens per hoc regi placere more ſeruorum,qui cùm bona annunciãt, ſua vi-
deri volunt,& ſibi aſſcribi.Quandoq; tamen dicitur aliquis inuenire, non ſolùm quod quærit, ſed
quod ſibi etiam inopinatè,aut à caſu occurrit, ſicut qui improuiſè theſaurum inueniunt. [Reſpon-
dit rex & dixit Danieli, cuius nomen erat Balthazar: Putáſne verè potes mihi indicare ſomnium
quod vidi,& interpretationem eius?] Quæ multùm lęta ſunt,vix creduntur:ſimiliter quæ valdè dif-
ficilia:ideò rex ſomnium & interpretationem eius vehementiſſimè ſcire deſiderans, eaq; ſibi inſi-
nuari difficile eſſe perpendens,prima facie vix credidit Arioch.ob hoc Danielem interrogauit. Et
ſecundùm Hieronymum, ſeruat ordinem quæſtionis, vt primò ſomnium,& poſteà interpretatio-
nem quærat:vt cùm ſomnium audièrit,& quod viderat,recognouit, tunc credat & interpretationi,
quæ variam recipit coniecturam.[Reſpondit Daniel coram rege]imperterritè & conſtanter,loquẽ-
te in ipſo & per ipſum ſpiritu ſancto:[Myſterium] i.occultum ſomnium,& ſecretam interpretatio-
nem eius,[quod rex interrogat,ſapientes,magi,& arioli] verba iſta expoſita ſunt, [& haruſpices ne-
queunt indicare regi:] quaſi dicat,nec humana,nec magica arte poteſt agnoſci. Per haruſpices autẽ
Hieronymus accipit eos,qui exta inſpiciunt,& ex his futura denunciant.Secundùm Albertùm ve-
rò,haruſpices ſunt augures,qui ex his quę in aura vel aëre fiunt,diuinationem promittunt,vt in vo-
latu auium vel garritu,vel auditu tonitruorum,vel occurſu beſtiarum. Porrò, omñe quod occultum
eſt homini,& ab hominibus ignoratur,vocari poteſt myſterium.[ſed eſt Deus in cælo]qui licèt in-
finitus, incircunſcriptibiliſq; ſit,ſpecialiter tamẽ in cælo eſſe & habitare aſſeritur, quia ibidèm eui-
dentiùs ac magnificentiùs operatur,& clariùs ſe illic oſtendit.[reuelans myſteria]id eſt,ſecreta ma-
nifeſtans,quandò,vbì,quibus,quotiès,& quomodò vult. His verbis, ſecundùm Hieronymum,oc-
cultè retrahit regem à multorum cultu deorum,& ad vnius Dei notitiam dirigit.[qui indicauit tibi
rex Nabuchodonoſor,]i.per ſomnium deſignauit,non tamen expoſuit.[quę ventura ſunt in nouiſ-
ſimis temporibus.] ſcilicet in vltima mũdi ætate,& circa ſeculi finem, quoniam viſio iſta decurſum
mundi vſq; in finem ſignificat:immò ſecundùm Hieronymum,vniuerſa ſomnij interpretatio ad fi-
nem mundi pertingit,in quo imago ſtatuæ, quæ cernitur,conterenda eſt.Præterea in hac reuelatio-
ne fit mentio de regno Chriſti,quod vltimum eſt regnorum, & tempus euangelicæ legis vltimum
perhibetur,Paulo dicente:Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt.Et in prima epiſtola Io- 1.Cor.10.
annis de tempore Chriſti inducitur:Nouiſſima hora eſt. Conſequenter accedit ad ſolutionem, in 1.Ioan.2.
qua plùs reſpondet quàm rex interrogauit,quia enunciat quid rex ante ſomnium cogitauit, quod
ſoli Deo cognitum fuit.[Somnium tuum,& viſiones capitis]id eſt,cordis ſeu intellectûs [tui in cu-
bili tuo, huiuſcemodi ſunt.] Somnium & viſiones pro eodem hîc accipiuntur, ſecundùm Alber-
tum, vt ſomnium dicatur, per comparationem ad dormientem: viſiones, quo ad rerum demon-
ſtrationes: vel pluraliter ait viſiones, propter multa quæ continentur in ſomnio iſto. [Tu rex co-
gitare cœpiſti in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt hæc] tempora tua & geſta, videlicet de ſucceſ-
ſione regum ſiue regnorum,& his quæ tuum concernunt imperium,ſecundùm quod homines aui-
di ſunt ſcientiæ futurorum.[& qui reuelat myſteria,] ſcilicet Deus,[oſtendit tibi]quanuìs indigno
ex ſua clementia,[quæ ventura ſunt.] Secundùm Hieronymum, in hoc quòd dicit, Tu rex cogita-

re cœpiſti,oſtendit cauſas ſomnij, ꝙ idcircò ei Deus futurorum myſteria reuelauerit, quia ipſe rex
voluit ſcire ventura.Circa quod Lyra ait:Ex hoc etiam patet, ꝙ ſolicitudo præcedens in vigilia, eſt
benè cauſa ſomniorum ſequentium in dormitione.Sed hoc contingit dupliciter.Vno modo natu-
raliter,quandò phantaſmata quę fuerunt in vigilia,reuertuntur in ſomno, vel ſimilia. Hoc aũt non
fuit hîc,quia talia ſomnia non ſunt ſigna futurorum,ſed magìs præcedentium. Alio modo ſuperna-
turaliter,quãdò ex ſolicitudine circa aliquid futurum diſponitur homo,vt de talibus fiat ſibi aliqua
à Deo oſtenſio in ſequenti ſomno,quoniam talia cõuenientiùs fiunt in ſomno q̃ in vigilia.Inſupèr,
ſecundùm Hieronymum,tanta eſt omnipotentis Dei clementia,vt etiam Nabuchodonoſor impio
regi diſpenſationis ſuæ,qua mundum regit,myſteria reuelârit.[Mihi quoq; non in ſapientia, q̃ eſt
in me plùs q̃ in cunctis viuentibus,] i.non per ſapientiam meam naturalem & ſtudio acquiſitam, in
qua ego non ſum cunctis viuentibus doctior,quanuìs per ſupernaturalem illuminationem excellẽs
ſim:ſicq́; negatio cadit ſuper hoc totum. [ſacramentum hoc] i. ſacrum iſtud ſecretum, [reuelatum
eſt:] quaſi dicat,non humana virtute aut ſapientia iſtud agnoſco, [ſed vt interpretatio] ſomnij tibi
[regi manifeſta fieret,& cogitationes mentis tuæ] in ſomno habitas, obliuioniq́; traditas, [ſcires.]
Reuelatio nempe prophetica, eſt gratia gratìs data, quæ ordinatur ad aliorum vtilitatem, ſicut ait
1.Cor.12. Apoſtolus:Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritûs ad vtilitatem.His verbis Daniel arrogantiam vitat,
humilitatem oſtendit,inuidentiam aliorum fugit,ſapiẽtes Babylonis excuſat,innuendo ꝙ non niſi
ſummi Dei reuelatione iſta potuerunt agnoſci:regem quoq; honorat, dum propter illius certifica-
tionem ſibi fatetur diuina reuelata myſteria.[Tu rex videbas]viſione imaginatiua in ſomno,[& ec-
cè] Hoc aduerbium ſignat notabile eſſe quod dicitur. [quaſi ſtatua vna grandis.] i. imago alicuius
repræſentatiua.Vndè ſtatua dicitur,quia per ſimilitudinem ponit ſeu ſtatuit id,cuius eſt imago.[Sta-
tua illa magna,& ſtatura ſublimis ſtabat contra te:] oĩa iſta per ſimilitudines in interiori ſenſu regis
formatas fiebant:& ſtatua iſta magna & alta apparuit,quia rei magnę fuit indicium:in viſione quoq;
ità apparuit,quaſi ſtaret exoppoſitò regis intuens eum. [& intuitus eius erat terribilis.] Ideò horri-
biliter apparebat,quia horribilia figurabat,videlicet regnorum ſucceſſionem & debellatiõem,quæ
non ſine innumerabilium hominum occiſiõe completæ ſunt.[Huius ſtatuę caput ex auro optimo
erat,]ſecundùm apparentiam non confictam,ſed alicuius veri ſignificatiuam.[Pectus autem & bra-
chia de argento.Porrò venter & femora ex ære,&c.] Omnia iſta ſic ſomnialiter viſa ſunt, nec pro-
phetæ expoſitionẽ anticipare oportet:ipſe enim ſanctus Daniel oĩa iſta conſequenter exponit in
textu,idcircò textum tranſilio vſq; ibi:[Hoc ergò eſt ſomnium.] Deincèps expoſitionem annectit.
[Interpretationem quoq; eius dicemus coram te rex. Tu rex regum es,]Primò,quoniam multos re-
ges deuicit,eiſq́; imperauit.Secundò,qm̃ tempore ſuo non fuit ei in terra æqualis.Hinc etiã in Eze-
Ezech. 26. chiele Nabuchodonoſor vocatur rex regum.[& Deus cæli regnum] iſtud quod habes, ſ.Chaldæo-
rum,[& fortitudinem] qua alijs p̃uales,[& imperium] quo pluribus præſides,[& gloriam]i.famam,
excellentiam,gloriationem quoq; de crebris victorijs,[dedit tibi.] Oĩa enim bona, Dei ſunt do-
na,& ex ſpecialibus cauſis prouidentia Dei promouit eum ad iſta, ſicut & Cyro contulit, monar-
1.Eſd.1. chiam,ſecundùm quod ipſemet Cyrus loquit:Omnia regna terræ dedit mihi Deus cæli.[& omnia]
ſ.loca ſeu habitacula,[in quibus habitant filij hoĩm,& beſtiæ agri,volucres quoq; cæli,dedit in ma-
nu]i.poteſtate [tua,& ſub ditione] i.iuſſione [tua vniuerſa conſtituit.] i.omnem tibi terram cũ ho-
minibus ac brutis ſubiecit:quod totum intelligendum eſt ſynecdochicè ac hyperbolicè, ponendo
partem pro toto, ità ꝙ hîc eſt ſermo per exceſſum dictus ad maiorem expreſſionem faciendam, ad
deſignandum,ꝙ valdè multis nationibus imperauit, & irrationabilia varijs modis poſſedit: non ꝙ
bruta ferocia ſibi miraculosè fuerint manſuefacta,ſicut ſanctis hoĩbus.Hinc frequenter per Ieremiã
Iere.27. dñs loquitur:Quia non ſolùm homines,ſed & beſtias terræ dedi ei,ſ.Nabuchodonoſor regi.[Tu es
ergò caput aureum,] i.tu ô rex,& regnum tuũ Babylonium, deſignat̃ per aureum caput ſtatuæ quã
vidiſti,qui cæteros reges nunc excedis,ſicut aurũ reliqua metalla,&propter diuitias quas in tuo im-
perio congregâſti.Et rurſus quemadmodùm caput primũ eſt inter corporis membra, ſic inter qua-
tuor regna,per ſtatuam ſecundùm diuerſas eius partes ſignata,regnũ tuum Chaldæum eſt primum.
Dan.5. [& poſt te conſurget regnum aliud minus te,argenteũ:]hoc eſt,regnum Medorũ atq; Perſarũ,quod
Dan.8. occiſo Balthazar filio filij Nabuchodonoſor regis inualuit,& poſt mortem Darij vnum regnũ effe-
ctum eſt,Cyro vtrunq; regnũ tenente,cuius tñ regnum minus fuit regno Nabuchodonoſor regis,
habuitq́; ſe ad illud ſicut argentũ ad aurũ.Hoc itaq; regnũ ſignatum eſt per pectus & brachia argẽ-
tea:nam & ideò duo brachia argẽtea viſa ſunt,quia (vt dictũ eſt) regnũ Perſarũ atq; Medorũ primò
fuerunt duo regna diuiſa,ſed qm̃ poſteà vnũ regnũ ſunt facta,hinc brachia iſta in vno pectore argẽ-
æneum teo videbant̃. [& regnũ aliud tertiũ *ęreum, quod imperabit vniuerſę terræ.] hoc fuit regnũ Grę-
corũ ſiue Macedonũ pro tempore Alexandri Magni:tunc eñ Alexander penè toti orienti p̃ualuit,
& vſq; ad fines terrę peruenit:multi quoq; ſolo eius terrore deiecti,ſpontè ſubdiderunt ſe ei: nõ ta-
men

men ſimpliciter cunctis terræ prouincijs imperauit & regnis, ſed in hoc eſt hyperbolica quędã lo-
cutio.Quemadmodùm autem æs durius eſt argento & auro,ſic regnum iſtud præcedẽtibus fuit ro-
buſtius.Quod etiam comparatum eſt æri,quod optimè ſonat,quoniam Gręci ſonoritate eloquẽtiæ
intendebant:eratq́; regnum hoc vbiq; famoſum propter potentiam,ſapientiã,eloquentiamq́; Grę-
corum,quandò & Ariſtoteles dixit:Sumus ergò nos Græci digni vniuerſum mundum gubernare.
Hoc itaq; regnum ſignificatum eſt per vẽtrem & femora ſtatuæ ærea. [& regnum quartum] ſcilicet
Romanorum imperium, [erit velut ferreum] cuius ratio ſubditur: [quomodò ferrum comminuit
& domat omnia] tangibilia,ſibi in materia communicantia, ſeu cuncta metalla, [ſic comminuet &
conteret] i.deſtruet [omnia hæc] regna præfata. Romani enim, præſertim tempore Iulij atq; Pom-
peij & Octauiani, monarchiam ſortiti ſunt, omniumq́; regnorum gentem & gloriam deuicerunt,ac
plurimos occiderunt.Vndè hoc regnum ſignatum eſt per ferreas tibias ſtatuæ huius:& per duas ſta-
tuæ tibias intelligi poteſt,quod regnum hoc poſteà diuiſum eſt in regnum Romanum & Conſtan-
tinopolitanum imperium.[Porrò,quia vidiſti pedum & digitorũ] ꝗ erant in pede, ſecũdùm Alber-
tum,[partem teſteam figuli,& partem ferream,]i.vnam partem terream,vt eſt teſta formata à figulo,
aliam partem de ferro,deſignat videlicet,[quòd regnum diuiſum erit,] i.primò erit fortiſſimũ atq;
duriſſimum tanquàm ferrum,ſed per inteſtina bella,ciuiumq́; diſcordias intra ſe & contra ſe, diui-
detur ac debile fiet:quod Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei clariſſimè docet impletum. Nam &
Iulius cùm viciſſet Occidentem,& Pompeius victo Oriente,contra ſe inuicèm grauiſſimè pręliabã-
tur,immò cauſa quòd Romanum imperium ità deperijt, fuit Romanorum infelix ac deteſtãda am-
bitio.[quòd tamẽ] i.quæ diuiſio,[de plantario oriet̃ ferri.] i.de fortitudine Romani imperij,ex qua
diſſenſio orta eſt,in qua diuiſione, vna pars Romanorum facta eſt debilis, alia fortis ac præualens:
nam & Iulius tandèm fugauit Pompeium.Planta autem ſtatuę ferrea apparebat,ſed digiti de ea pro-
deuntes,partìm teſtei,partìm ferrei viſi ſunt.robur autem & opulentia Romanorum, fuit eis occa-
ſio ambitionis & diſſenſionis.Nam cæteris ſuperatis, contra ſe inuicèm bellare cœperunt, & iſtud
conſequenter in textu ſubiungitur:[ſecundùm quod vidiſti] ô Nabuchodonoſor, [ferrum mixtũ]
i.iunctum [teſtæ & luto,] in pede equidem ſtatuæ tria hæc videbantur,planta exiſtente ferrea,digi-
tis eius terreis ſeu lutoſis.Aliqui autem textum ſic legũt,Ferrum mixtum teſtæ ex luto: vt ſit ſenſus,
quòd teſta fuit ex luto formata.[& digitos pedum] vidiſti [ex parte ferreos, & ex parte fictiles:] i.
teſteos,ſicut expoſitum eſt,ità quòd aliqui digiti erant ferrei,aliqui teſtei. [ex parte regnum erit ſo-
lidum,& ex parte cõtritum.] hoc ſignificatum eſt per prædicta,quòd imperium iſtud pro parte erit
robuſtum,præſertim in ſuo proceſſu nõ longè à principio,& poſteà debile,item quòd vna pars po-
puli eius vincetur ab alia.[Quòd autem vidiſti ferrum mixtum teſtæ,] ex luto formatæ, quæ mixtio
fuit per contactum,non autem mixtio propriè dicta. [commiſcebuntur quidem humano ſemine,]
i.ipſi Romani per connubia prolificabunt, vt contra aduerſarios augeantur. [ſed non adhærebunt
ſibi,]per charitatem & pacem,filijs patrum diſcordiam ſequentibus, [ſicut ferrum miſceri non po-
teſt teſtæ.] mixtione propriè dicta,per quam ex mixtibilibus fit aliquid formaliter vnum: & iſta in-
teſtina diſſenſio eorum,qui corporaliter cohabitabant, figurabatur per coniunctionem ferri & te-
ſtæ,quę non niſi ſuperficialiter miſcebantur,ſeu potiùs iungebantur,quia iam dictum eſt,ꝙ miſce-
ri non queunt.[In diebus autem regnorum illorum]i. decurſis temporibus regnorum, de quibus
iam mentio facta eſt,adhuc durante regno Romano.Vel pluraliter dicit regna, propter partes Ro-
mani regni p̃fatas.[ſuſcitabit] i.promouebit & faciet [Deus cæli regnum quod in æternum nõ diſ-
ſipabitur.]i.regnũ atq; Eccleſiam Chriſti,de quo angelus dixit ad virginem: Regnabit in domo Ia- Lucæ 1.
cob in æternum,& regni eius non erit finis.Et Iſaias:Multiplicabitur,inquit, eius imperium, & pa- Iſaiæ 9.
cis non erit finis.Regnum quippe & ſtatus Eccleſię à tempore Chriſti incepit,& vſq; in finem mun-
di durabit,deindè in cęlis perficietur.Hîc enim inchoatur, & in patria perpetuatur. Duplex autem
eſt regimẽ populi regni Chriſti,putà Eccleſię,ſ.ſpiritale & ſeculare,ſeu diuinum atq; ciuile,& Chri-
ſtus per ſuos vicarios,p̃latos,ac principes regnat in Chriſtianis, in quorum cordibus ſpiritaliter re-
gnat in via per gratiam,in patria verò per gloriam.[& regnum eius populo alteri nõ tradetur.]i.ho-
ſtium manibus non tradet̃.Quanuìs enim Chriſtus plebem fidelem permiſerit &permittit,ac potiſ-
ſimè permiſſurus ſit tempore Antichriſti ab impijs impugnari,partimq́; vinci ac trucidari, nunq̃ ta-
men permittit hanc in toto extingui,immò eidem promiſit:Ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſq; Matt.28.
ad conſummationem ſeculi. Aliqui autem referunt clauſulam iſtam ad populum Chriſti,quantùm
ad ſtatum eius in Eccleſia triumphãte,eô quòd regnum Chriſti potiſſimè ſit in cælo, vbì ciues ſunt
immortales.[Comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hęc.] regna enim pręfata etiam cum
Romano imperio, ſubdita facta ſunt regno Chriſti atq; Eccleſię, conſumptis in eis ritibus pagani-
ſmi,omniq́; priſtino tumore ac ſtatu ſuperbiæ:& in fine Antichriſto occiſo, omnes penè cõuertent̃
ad Chriſtum.Poſtremò in finali iudicio omnis terrena ac inimica poteſtas tolletur,& oĩa Chriſto

Mich.5. pleniſſimè ſubijcientur. Hinc enim Chriſti Eccleſię promiſſum eſt à Michea: Exaltabitur manus tua
ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui peribunt. Et Iſaiæ 60. Gens & regnum quod non ſeruierit
Pſal. 44. tibi, peribit. Deniq; de Chriſti apoſtolis prędictum fuit atq; impletum eſt: Conſtitues eos principes
ſuper omnem terram. [& ipſum ſtabit] in vigore virtutum, & gratia Dei ad diuina erectum. [in ęter-
*Secundum num,] nunc inchoatiuè per dona gratiæ, & in futuro completiuè per dona gloriæ, ſicut & Chriſtus
eis promiſit Ioan. 16. Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. [*ſecundùm quod vidiſti,] i. eo modo
cuncta comminuet & durabit, prout in viſione tibi oſtenſum eſt, ſ. [quòd de monte abſciſſus eſt la-
Pſal. 117. pis ſine manibus.] lapis iſte eſt Chriſtus ob ſuam immobilem firmitatem, de quo ait Pſalmiſta: La-
pidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Et Zachariæ 3. de ipſo habe-
tur: Super lapidem vnum oculi ſeptem ſunt. De quo per Iſaiam Dominus ait: Eccè ego mittam in Si-
Iſaiæ 28. on lapidem angularem precioſum, probatum, in fundamento fundatum. Mons autem intelligitur
ſynagoga, quantùm ad ſanctos patriarchas, reges & prophetas, de quibus natus eſt Chriſtus. Vel
mons eſt virgo Maria, propter altiſſimam eius excellentiam in omni ſanctitate & gratia, de quo mõ-
te abſciſſus eſt, i. prodijt Chriſtus, ſine manibus, i. abſq; operatiõe, ope, ſemine, coituq; humanis, vir-
tute & operatione ſpiritûs ſancti, qui Zach. 3. proteſtatur: Eccè ego cælabo ſtructuram eius, i. corpus
eius in vtero virginali formabo. [& comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argẽtum, & aurum.] i. vni-
uerſa mũdi regna ſibi ſubijciet, aduerſarioſq; proſternet, quemadmodùm Iſa. 45. prædictum eſt: Ad
eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Qui enim modò Chriſto non ſubijciuntur
per fidem & obediẽtiam, in æternum ſunt perituri: ideò ſuprà in deſcriptione ſomnij textus habet:
Sup. eodẽ [Tunc contrita ſunt pariter ferrum & teſta, æs, argentum & aurũ:] videlicet regna oĩa per hæc deſi-
gnata: [& redacta ſunt quaſi in fauillam æſtiuæ areæ.] i. in fauillam ſtipulę, q̃ relinquitur in area ęſti-
uali domo ſuccenſa, iuxta illud Iſa. 1. Erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi
ſcintilla, & ſuccendetur vtrunq; ſimul. [quę rapta ſunt vento,] i. prædicta citò cõcuſſa & mota ſunt,
Pſal. 28. ſicut de impijs dicit Pſalmiſta: Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.
[nulluſq; locus inuentus eſt eis,] i. ipſi de locis ſuis ſublati ſunt, iuxta illud: Quęſiui eum ſ. impium,
& non eſt inuentus locus eius. Et Iob 4. Vidi impios Dño flante perijſſe. [Lapis aũt qui percuſſit ſta-
tuam,] i. Chriſtus, qui mundanam poteſtatem & regnũ terrenũ proſtrauit, factus eſt mõs magnus,]
vniuerſis prælatus, rex regum, & Dñs dominantium factus, quo ad naturam aſſumptam, omni ſancti-
tate excellens. De quo ſcriptum eſt Iſaiæ 2. Erit mons domûs Dñi in vertice montium. [& impleuit
vniuerſam terram] maieſtate ſua & gloria, i. regimen eius totum mundum occupauit, iuxta illud in
Pſal. 71. Pſal. Replebit̃ maieſtate eius oĩs terra. Et Mal. 1. A ſolis ortu vſq; ad occaſum, magnũ eſt nomẽ meũ
in gentibus, dicit Dñs. Rurſuſq; in Pſal. 21. Reminiſcentur & conuertent̃ ad Dñm vniuerſi fines ter-
Pſal. 144. ræ. [Deus magnus] cuius magnitudinis non eſt finis, cuius comparatiõe totum vniuerſum eſt quaſi
Iſaiæ 40. puluis exiguus: & magnitudo Dei quid eſt, niſi infinita perfectio eius, ipſumq; eſſe diuinum, plenũ,
purum, immenſum? [oſtendit regi] tibi ſ. Nabuchodonoſor, [q̃ ventura ſunt poſteà.] i. poſt te, pro-
ut ſcire optâſti. Prætereà ſicut Hieronymus refert, quæ de lapide & potentiſſimo Chrĩ regno iam
dicta ſunt, Iudæi impiuſq; Porphyrius malè exponunt de populo Iſrael, quem in fine ſeculorũ vo-
lunt eſſe fortiſſimum, & omnia regna conterere, & in æternum regnare. Aduertendum quoq;, q̃a vt
Scholaſtica refert hiſtoria, Ioſephus ſuper hæc verba de lapide dicit: Significauit etiam Daniel regi
de lapide, quod mihi non placuit indicare. Ioſephus enim cùm eſſet Iudæus, noluit indicare deſtru-
ctionem Iudæorum factam tempore Chrĩ. [& verum eſt ſomnium] quod vidiſti, i. veri ſignificati-
uum, [& fidelis interpretatio eius.] i. vera expoſitio quam audiſti. [Tunc rex Nabuchodonoſor ce-
cidit in faciem ſuam,] humiliando ſe Deo cæli, cuius maieſtatem ex præinductis penſauit, tantaq;
admiratione repletus eſt ac ſtupore, ꝙ ſe deiecit attonitus. [& Danielẽ adorauit, & hoſtias & incen-
ſa] ſ. holocauſta, [pręcepit vt ſacrificarent ei.] Contra hunc locum Porphyrius, probare volẽs hoc
volumen non à Daniele editum, ſed ab alio quodam confictum, primò ſic arguit: Nunquàm accide-
re poterat, vt rex ſuperbiſſimus hominem à ſe captum adoraret. Secũdò, quod minùs credibile eſt,
quòd diuinum ei cultum impenderet. Tertiò, quia Daniel quum fuerit ſanctus, non permiſiſſet ſibi
adorationem, hoſtias & incenſa impendi. Sed iſta facilimè diſſoluuntur. Primò, quòd gentilium er-
ror fuit, omne quod ſupra hominem aliquid appáret aut agit, Deum putare, ſicut & barbari, viſo ꝙ
Actu. 28 Paulus apoſtolus non læderetur à vipera, dixerunt eum eſſe deum. *Lycaonicenſes quoq; volue-
*Lyſtrenſ runt ei ac Barnabæ ſacrificare, quemadmodùm in Actibus apoſtolorum narratur. Secundò, quòd
Actu. 14. adoratio hîc accipitur pro reuerentia magna ſeu adoratione duliæ, qua in ſcripturis ſæpè aliqui eti-
am ſancti, quoſdam homines vel angelos adorâſſe leguntur, vt Abraham tres angelos. Tertiò, quòd
Gen. 18. rex tanto ſtupore fuit impletus, vt vix ſciret quid faceret. Quartò, quòd Deum adorauit in Daniele,
quemadmodùm Alexãder rex in pontifice Iudæorum adorauit Deum eorum, vt hîc refert Hiero-
nymus: ſecundùm quem etiã dici poteſt, ꝙ Deo in Daniele ſacrificari p̃cepit, ſicut & verba ſequẽtia
inſi-

nuare videntur: ſtatìm nanque maieſtatem Dei profeſſus eſt. Deniquè licèt hîc ſcribitur, quòd
iuſſit ſacrificari Danieli, non tamen quòd illud factum ſit, aut Daniel iſtud permiſerit, immò cre-
dendum eſt, quòd non permiſit ſibi ſacrificari vt Deo. [Loquens ergò rex Danieli, ait: Verè Deus
veſter,] quem colitis vos Iudæi, [Deus deorum eſt, & Dominus regum,] ex ſuo effectu Deum Iſrael
altiſſimum eſſe cognouit, quia illud reuelauit Danieli, quod dij Chaldęorum ac aliorum ſuis non
valuerunt reuelare cultoribus. Hinc ſubditur: [reuelans myſteria,] his qui cum Pſalmiſta dicere Pſal. 50.
poſſunt: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi. [quoniam potuiſti aperire ſacramen-
tum hoc.] id eſt, ſomnium & eius myſterium declarare ex inſtructione diuina. Ipſe quoquè Por-
phyrius falſus eſt, quòd Deus Hebræorum ſit pater & rex deorum, quem & numina perhorreſcunt,
& Iethro auditis à Moſe mirabilibus Dei, ait Exodi 18. Nunc cognoui, quoniam magnus Dominus
ſuper omnes deos. Hæc demùm coniunctio, quoniam &c. ſi referatur ad id quod ait rex: Verè De-
us veſter, Deus deorum eſt: potiùs dicit ſignum cauſæ, quàm cauſam, vel dicit cauſam à poſteriori.
[Tunc rex Danielem in ſublime extulit,] id eſt, magnificè exaltauit verbis, ſignis, factis & donis. [&
munera multa & magna dedit ei.] Et in hoc calumniator Eccleſiæ, inimicuſque Chriſti Porphyri-
us repræhendit libri huius authorem, cur propheta munera iſta accepit. Cui reſpondendum, quòd
Daniel munera iſta non ex cupiditate ſuſcepit, ſed ad conſolationem populi capti ac ſpoliati. ſic
enim & Ioſeph à rege Aegypti, & Mardocheus ab Aſſuero rege dignitatibus atque muneribus ſub- Gene. 41.
limati noſcuntur. [Et conſtituit eum ſuper omnes prouincias Babylonis,] id eſt, Babyloni Chal- Heſter 8.
dææ metropoli ſubditas, [principem] ſecundum poſt regem, ſicut & Pharao poſuit Ioſeph Aegy-
pto præpoſitum: Abſque tui, inquiens, oris imperio nullus manum aut pedem mouebit in oĩ terra
Aegypti. [& præfectũ,] quantùm ad authoritatis ac poteſtatis eminentiã. [& magiſtrũ,] quantùm ad
iudiciorũ diſcretionem ordinationemque legum. [ſuper cunctos ſapientes Babylonis] magos vi-
delicet, arioſos ſiue haruſpices. [Daniel autem poſtulauit à rege] licentiam faciendi, quod ſubdi-
tur: [& conſtituit] authoritate regis, [ſuper opera prouinciæ Babylonis Sidrach, Miſach & Abde-
nago,] id eſt, ſocios ſuos tres viros ſapientes & virtuoſos præfecit publicis prouinciarum Babylo-
nis operibus, vnicuique certas partes terrarum committens, in die bonorum memor malorum, & Eccl. 11.
ſocijs ſuis ſeruans fidelitatem, eos ſuæ proſperitatis conſortes efficiens, qui ſuæ aduerſitatis atque
periculi fuerunt participes: quod item Deo ordinante ac miſerante peractum eſt, ad conſolatio-
nem Iudæorum per Babyloniæ prouincias diſperſorum. [Ipſe autem Daniel manſit in foribus re-
gis:] ab eius latere non diſcedens, vt eum in fauore Iudæorum teneret, & nè quis inter regem & ſe
ſeu populum Iudæorum captum, diſcordias ſeminaret. Legitur autem ſanctus Franciſcus quaſi ſi-
milem habuiſſe viſionem, quam & Deus ei expoſuit. Vidit etenim ſtatuam ſuperiùs auream, in me-
dio argenteam, inferiùs cupream. Iuxta quod quæ de ſtatua Nabuchodonoſor dicta ſunt, ad ſta-
tum Eccleſiæ ſeu cuiuſcunque religionis poſſunt referri, vt per auream ſtatuæ portionem deſigne-
tur ſtatus militãtis Eccleſiæ, quantùm ad eius principium, quandò feruor diuini amoris, deuotioque
interna cum omni virtutum excellentia in plebe viguit Chriſtiana, potiſſimè in religioſis: per par-
tem verò argenteam, ſtatus in quo charitatis ardore tepeſcente, claritas ſcientiæ & ſtudium ſcriptu-
rarum fulſerunt. Porrò, per ferream partem, ſtatus ille miſerrimus, in quo cordis duritia præualet,
ſuntque homines amantes ſeipſos, qui excluſo diuino amore, carnali ac ſeculari affectione reple-
ti ſunt.

¶ *Elucidatio cap. 3. Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream.* *Articulus* 3.

PRæſenti capitulo tertia viſio Danielis, id eſt, à Daniele deſcripta, inducitur: & quanuìs res geſta
hîc recitetur, viſio tamen vocatur propter angeli apparitionem in ea contentã [Nabuchodono
ſor rex fecit] i. per artifices fieri iuſſit, [ſtatuam auream, altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine
cubitorum ſex.] Circa quod dicit Hieronymus: Velox obliuio veritatis, & qui dudùm ſeruum Dei
Danielem quaſi Deum adorauerat, nunc ſtatuam ſibi fieri iubet, vt ipſe adoretur in ſtatua: ex quibus
elicitur, ꝙ rex fecit hanc ſtatuam, vt ipſe repræſentaretur per eam. Ideò quoq; fecit eam tam magnã,
vt intuentibus ſtuporẽ incuteret & terrorẽ, cultuſq; diuinus ſibi in ea reuerentialiùs impenderet̃.
An aũt ſtatua iſta fuerit totaliter aurea aut ſuperficieteníus tantùm, & an fuerit concaua aut plena ſeu
ſolida, nõ eſt adeò certũ, quanuìs aliqui dicant, ꝙ nõ niſi exteriùs fuerat aurea. Deniq; per id quod
dicitur, altitudine ſexaginta cubitorũ, q̃dam affirmant deſcribi altitudinem baſis ſupra quam poſita
erat, nõ ſtatuæ: aliter latitudo nõ correſponderet, q̃ ſex cubitorum fuiſſe conſcribit̃. Iſtud textui cõ-
ſonum non videtur, quia eodẽ modo locutionis, altitudo & latitudo ſtatuæ huius deſcribitur: ideò
ſicut per id quod dicitur, latitudine cubitorum ſex, inſinuatur ſtatuæ latitudo: ità per id quod dici-
tur, altitudine ſexaginta cubitorũ, non baſis, ſed ſtatuæ altitudo exprimitur. Argumentũ quoq; nil
cogit. quemadmodùm eñ p̃fata altitudo, humani corporis altitudinẽ vehemẽter excedit, ità & lati-
tudo illa latitudinem hominis, q̃ duorum palmorũ eſſe debet, ſecundùm Albertum. Prætereà huius

Nabuchodonoſor indicibilem pompam, ſecutus eſt alius eo poſterior Nabuchodonoſor, de quo in
Iudit. 1. libro Iudith habetur, qui iuſſit Holopherni conterere deos populorum, vt ipſe ſolus à gentibus ſu-
peratis haberetur vt Deus. [& ſtatuit eam in campo Duran prouinciæ Babylonis.] Sicut in primi ex-
poſitione capituli patuit, Sennaar, Duran & Babylon, eiuſdem loci ſunt nomina. Campus autẽ hic,
latiſſimus erat, ideò ibì ſtatuit eam, vt plures circa eam congregarentur, & videretur à pluribus.
Cũq; ſtatuam erexiſſet, circunſepiuit campum, vt in Scholaſtica hiſtoria legitur. Vndè pro Duran,
Septuaginta tranſtulerunt, peribolon, quod interpretatur concluſum. Albertus etiam dicit veriſi-
mile eſſe, quòd vallauit eam vallo aqua pleno. [Itaq; Nabuchodonoſor rex miſit ad congregandos
ſatrapas,] qui erant quaſi ſenatores ſeu nobiles barones, [magiſtratus] qui officia curiæ ordinabãt,
ſeu ad conſiliarios [iudices] quorum fuit cauſas audire ac determinare, [duces] exercitûs ſeu mili-
tum, ſcilicet Cerethi & Phelethi. Cerethi autem dicuntur quaſi viuificantes, quoniam ciues viuifi-
cabant, i. in vita ſeruabant. Phelethi verò dicuntur mortificantes, quaſi qui peſſimos trucidabãt. [&
tyrannos] i. ſtrenuos inter milites vel tributorum regalium exactores, [& præfectos] i. prępoſitos,
ſeu eos qui ſingulis præerant villis. [omneſq; principes regionum,] Babyloni ſubditarum, qui prin
cipes erant præſides prouinciarum. [vt conuenirent ad dedicationem] i. conſecrationem [ſtatuæ,]
quæ ſancta ac diuina fuit pronuncianda, [quam erexerat Nabuchodonoſor rex.] Secũdùm Hiero-
nymum, excelſa periculis ſuis ſtant, i. maiori periculo expoſiti ſunt altiores. Vndè Gloſſa apertiùs
ait, Excelſa periculoſiùs ſtant. Inſupèr ſecundùm Hieronymum, citiùs corruunt quæ ſublimia ſunt.
principes & maiores congregati ſunt, vt per eos ſeducantur minores. Qui enim diuites ſunt & po-
tentes, dum timent carere diuitijs atq; potentia, faciliùs ſupplantantur peccatis: & ſeductis magiſtra-
tibus, ſubditi pereunt exemplo maiorum. Deniq; ſecundùm Albertum, hãc ſtatuam ſpiritaliter eri-
Col. 3. gunt auari, qui aurum venerantur vt Deum, quia Apoſtolus auaritiam vocat idolorum ſeruitutem.
Hæretici quoq; & ſchiſmatici, qui fulgore eloquentiæ ſecularis falſum dogma componunt, auream
faciunt ſtatuam, vel potiùs deauratam, & quantùm in ſe eſt, perſuaſione ſua compellunt homines, vt
cadentes adorent idolum falſitatis. [Tunc congregati ſunt ſatrapę] & cæteri iam præfati ad dedica-
tionem ſtatuæ. [ſtabant autem in conſpectu ſtatuæ quam erexerat rex, & præco clamabat valenter,]
grandi ſcilicet voce: [Vobis dicitur] i. ex parte regis præcipitur [populis & tribubus,] in quas di-
uiditur populus, [& linguis] i. diuerſarum linguarum nationibus. [in hora qua audiéritis ſonitũ tu-
bę & fiſtulę.] Fiſtula eſt inſtrumentum muſicum ligneum, multa habens foramina, quę ſonum mo-
dulatum emittit. [& citharę & ſambucę.] Sambuca dicitur quaſi buccina parua, à Sam, quod eſt ſol,
& buca, quia non fit niſi in æſtate. [& pſalterij] i. inſtrumenti muſici, quod decẽ chordis ſuper con-
Pſal. 32. cauum extenſis perficitur, iuxta illud: In pſalterio decem chordarum pſallite ei. [& ſymphonię,]
quę erat in cantibus ſacerdotum, ſecũdùm Albertum. aliqui tamen accipiunt pro inſtrumento ob-
longo, quod digitis tangitur, & à cæcis ſolet portari. communiter verò ſumitur ſymphonia pro me-
lodia in generali. [& vniuerſi generis muſicorum,] quę hîc in ſpeciali non exprimuntur, quæ omĩa
ibì reſonabant, vt ex tantis melodijs cor populi molliretur & accenderetur ad ſtatuę veneratioñẽ.
Diuerſæ ſiquidem melodię diuerſas cauſant in anima affectiones. Vndè & Dauid cùm arcam Dei
2. Reg. 6. transferret, muſicis vſus eſt inſtrumentis, vt legitur ſecundo Regum volumine. [cadentes adorare
ſtatuam auream, quam conſtituit rex Nabuchodonoſor. Si quis autem non proſtratus adorauerit
ſtatuam, eadem hora mittatur in fornacem ignis ardentis.] Dira comminatio, vt terror pœnarum
eos compellat, quos ratio prohibet. [Poſt hæc ergò ſtatìm vt audiêrunt omnes populi ſonitum tu-
bæ &c. cadentes omnes populi, tribus & linguę,] i. in terram ſe proſternentes, in reuerentiam ido-
li, ſeu regis in idolo. [adorauerunt ſtatuam auream:] non quòd vniuerſi populi illic tunc erant, ſed
eſt diſtributio pro generibus ſingulorum, quia cum maioribus aliqui de ſubditis, de ſingulis locis
regi ſubiectis venerunt. [ſtatimque in ipſo tempore accedentes viri Chaldęi, accuſauerunt Iudę-
os,] quibus inuidebant, eô quòd in regni negocijs ſibi erant prælati. Hinc paſſionibus agitati, ce-
leriter aggeſſi ſunt regem. Paſſio nanque rationis iudicium non expectat. [dixeruntque regi Nabu-
chodonoſor:] eius beneuolentiam captando, vt magìs placerent & impetrarent intentum. [Rex in
æternum viue] nunc in ſeculo iſto, & poſteà cum immortalibus dijs. [Tu rex poſuiſti decretum,
vt omnis homo] præter te, [qui audiêrit ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharę &c.] Litera plana eſt. [ſunt
ergò viri Iudæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babyloniæ,] quia de tua licentia Daniel
eos præecit publicis operibus prouinciarum Babylonis, vt dictum eſt in fine capituli præceden
tis. [Sidrach, Miſach & Abdenago: Viri iſti contempſerunt decretum tuum, deos tuos non colunt,
& ſtatuam non adorant.] tanquàm dicant: ô rex, ingrati ſunt tibi, & reddunt mala pro bonis, iniu-
riam & contemptum pro honore eis à te impenſo. Captiuos, principes feciſti populi tui, & tamen
Exod. 32. rebelles ſunt tibi. Quidã hoc loco deos & ſtatuam pro eodem accipiunt, ſicut in Exodo de vitulo
conflatili dixerunt filij Iſrael, Iſti ſunt dij tui. ſed quoniam dictum eſt, quòd rex in ſtatua iuſſit ſe
ado-

adorari, & vltra hoc ipſemet idola adorauit, conuenientiùs pro diuerſis accipiuntur. Nouerũt enim
Chaldęi, quòd viri iſti non niſi Deum Iſrael colerent. [Tunc rex Nabuchodonoſor in furore] id
eſt, impetu furioſo, [& ira,] quæ eſt appetitus vindictæ. [præcepit vt adducerẽtur] corã ſe [Sidrach,
Miſach & Abdenago,] volens eis dare locum reſpondendi & excuſandi, ſicut in Actis ſcribit Apo- Actu. 25.
ſtolorũ: Non eſt conſuetudo Romanis condemnare aliquem, niſi præſentes habeat accuſatores, &
locum accipiat reſpondendi ad abluenda crimina. [Qui confeſtìm adducti ſunt in conſpectu re-
gis.] Accuſatores enim eorum auidiſſimi erant condemnationis ipſorum. Ideò feſtinabant eos ad-
ducere. [pronũcianſq; rex] verba accuſationis audita, ait eis: [Veré ne] id eſt, án ne verè ô [Sidrach,
Miſach & Abdenago, deos meos non colitis, & ſtatuam auream quam conſtitui, non adoratis?] Ex
hoc appáret, quòd dij & ſtatua non accipiuntur hîc pro eodem, præſertim quoniam ſtatuam, in qua
ſeipſum iuſſit adorari, deos ſuos non nominaret. [Nunc ergò ſi eſtis parati, quacunq; hora audieri-
tis ſonitum tubæ &c. proſternite vos] humiliter coram idolo. [& adorate ſtatuam, quòd ſi non ad-
oraueritis] eam, [eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis.] Quamuis in furore iuſſit eos
adduci, tamen his verbis dat ſpatium pœnitendi, & priori offenſæ ignoſcit, dummodò vel ſecunda
vice admoniti acquieſcant: quod ſi noluerint, pœnaliſſimam mortem minatur. Ignis nanque eſt ma-
gìs actiuus, & actiua ſua proprietate, putà calore, magìs affligit. Ex quo patet quòd non libenter, im-
mò valdè inuitè pueros iſtos interemiſſet, quoniam ſibi chariſſimi erant, potiſſimè propter Danie-
lem. Vndè & eis viſis, ad pietatem flexus videtur, licèt cum furore mandauit eos ſibi adduci. [Et quis
eſt Deus qui eripiat] id eſt, eripere poſſit [vos de manu mea?] Mira inſtabilitas & excæcatio regis
huius, quòd de Deo Hebręorum, quem dudùm Deum deorum & Dominum regum confeſſus eſt,
Dani. 2. nunc tam blaſphemanter ac impiè loquitur, quaſi non ſit homine mortali potentior. Simili quoquè
modo Sennacherib rex Aſſyriorum, dixit per nuncios ad Ezechiam: Non te ſeducat Deus tuus, quia
4. Reg. 18. non poterit te liberare de manu hac. [Reſpondentes, Sidrach, Miſach & Abdenago, dixerunt regi]
voce ſecura & corde non territo, non timentes eum qui corpus occídit, ſed eum qui poteſtatem ha-
bet corpus & animam mittere in gehennam. [Non oportet nos de hac re] ſcilicet quis ſit Deus qui
poſſit nos de tuis eripere manibus, [reſpondere tibi] ſermonibus, quoniam factis comprobandum
eſt magìs quàm verbis. Hoc dicunt tanquàm de diuina protectione ſecuri, vel ſecundùm Hierony-
mum, ſenſus eſt: Non debes audire verba noſtra, quorum iam ipſis rebus probabis fortitudinẽ atq;
Math. 10. conſtantiam. Ruriùſq; ſenſus eſt: Quæſtio tua, qua quæris an deos tuos ac ſtatuam adoremus, & quis
ſit Deus qui valeat nos liberare, ità abſurda eſt, vt reſponſione indigna ſit. Quid enim ſtultius, quàm
idola inanimataq; colere, & de ſummi Dei omnipotentia dubitare? [Eccè enim Deus noſter quem
colimus] fide, ſpe, charitate, & actibus latriæ, cuius in ditione cuncta ſunt poſita, [poteſt eripere nos
Iſaiæ 43. de camino ignis ardentis.] immò de omni perſecutione, iuxta illud Iſaiæ: Cùm tranſiêris per aquas,
tecum ero, & flamma non ardebit in te. [& de manibus tuis liberare ô rex.] quemadmodum in ſe-
2. Per 2. cunda Petri epiſtola habetur: Nouit Deus pios de tentatione eripere, de quo omnipotente Domi-
Iob 9. no in libro Iob ſcribitur: Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt: quis reſtitit ei, & habuit pacem? [ꝙ ſi
noluerit] nos à temporali hac occiſione præſeruare, interdùm enim Deus electos ſuos permittit ab
impijs trucidari ad beatitudinis ſuæ augmentum, iuxta illud ad Hebræ. 11. Alij autem diſtenti ſunt,
non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. [Notum ſit tibi rex, quia
deos tuos non colimus, & ſtatuam auream non adoramus.] id eſt, parati ſumus potiùs mori, quàm
cõtra legem patrum noſtrorum idololatrare, iuſtitiamq; relinquere, certi ꝙ ſi Deus permiſerit cor-
pora noſtra occídi, animas non relinquet, iuxta illud ſecundi Machabæorũ ſeptimo: Parati ſumus
magìs mori quàm patrias Dei leges præuaricari. [Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore] repu-
tans ſe contemptum, quod ſuperbia ferre non poteſt, cupiens magnipẽndi. [& adſpectus faciei illius
immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach & Abdenago,] i. cordis ſui turbatio in vultu apparuit, præſer-
tim in oculis, vbì paſſiones animæ magìs citiuſq; reſultant: & viros iſtos quos dudum fauorabiliter
Gene. 31. adſpicere conſueuit, nunc furibundo vultu adſpexit. ſic & Iacob in Geneſi ait coniugibus ſuis: Vi-
deo faciem patris veſtri, quòd non eſt circa me ſicut herì & nudiuſtertiùs. [& præcepit vt ſuccende-
retur fornax] quæ ſecũdùm Albertum in campo parata fuit. [ſeptuplùm,] i. ſeptiès plùs. [quàm ſuc-
cendi conſueuerat.] quaſi & ſimplex & ſolitus ignis nõ ſufficeret ſanctos occídere, & vt eos magìs
terreret. Furor nanq; & ira quæ inſaniæ proxima eſt, modũ neſcit tenere. Propter quod Eccleſiaſti-
Prou. 27. ci ſeptimo legitur: Nè ſis facilis ad iraſcendũ, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et alibì: Ira non habet
miſericordiam, nec erumpens furor. [& viris fortiſſimis] corporali fortitudine [de exercitu ſuo iuſ-
ſit, vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis.] & qd
neceſſè fuit pedes eorum ligari, niſi quòd iræ impetus ratione nõ vtitur? [Et confeſtìm viri illi] tres
[vincti] pedibus [cum braccis] pro quo nomine Aquila & Theodotio ſaraballa dixerunt, quæ hîc
ſumuntur pro tegumınibus crurum ac tibiarum, ſecundùm Hieronymum & Albertum. [& tiaris]
Tia-

Tiara,ſecundùm Hieronymum, Grecùm eſt, & vſu vertitur in Latinum, ſignificatq́; pileolum quo
Exod.29. Chaldæi vtuntur & Perſæ. Quandoq; aũt accipitur pro capitis mitra,iuxta illud Exodi: Tiaram po-
nes in capite eius, ſcilicet Aaron pontificis. Aliquandò verò ſignificat pallium. [& calceamentis &
veſtibus,miſſi ſunt] i.proiecti, [in fornacem ignis ardentis.] Ideò forſitan iuſſit eos mitti in ignem
indutos,vt diutiùs torquerentur.[Nam iuſſio regis vrgebat.] paſſionati em̃,potiſſimè iracundi,cum
impetu in optata feruntur, nec penſant quid imminet. [fornax aũt ſuccenſa erat:] videlicet ſeptu-
plùm plùs ſolito.[Porrò viros illos] fortiſſimos, [qui miſerãt] in fornacem [Sidrach,Miſach & Ab-
denago,interfecit flamma ignis] fornacis. hoc dicitur hîc per anticipationem, quia (vt infrà in iſto
dicetur capitulo.) combuſti ſunt cùm angelus deſcendiſſet in fornacem,flammáq́; excuſſiſſet:quod
factum eſt, vt rex non ſolùm de miraculo formidaret, ſed & exercitûs ſui damna ſentiret. [Viri aũt
hi tres, Sidrach, Miſach & Abdenago, ceciderunt] proiecti [in medio camini ignis ardentis,] vbi
flamma fuit calidior, [colligati,] i. pedibus vincti, vel & ipſi tres ſimul ligati, vt pœnas ſuas mutuò
magis ſentirent. [*Quæ ſequuntur, in Hebraicis voluminibus non reperi.*] Hæc verba non ſunt de textu,
ſed Hieronymus ea inſeruit, quia vt ait in Prologo huius prophetæ, hymnus ſeu canticum trium
puerorum cum verbis ſtatìm ſequentibus, in Hebræo non continentur. Et ſicut in Prologo refert
Hieronymus,quidam inter Hebræos præceptor arguebat iſta non eſſe de textu, eò quòd veriſimi-
le non ſit,pueris iſtis tantum ocium in fornace fuiſſe, vt metro luderent, omneſq́; creaturas ad Dei
inuitarent præconium. Veruntamen quicquid ſit de veritate ſeu concluſione, ratio iſta non valet:
immò valdè credibile eſt, quòd cùm pueri iſti in medio ignis tantam Dei circa ſe pietatem ſenti-
rent,vt non ſolùm non læderentur,ſed velut rore refrigerarentur, aduerſarioſq́; ſentirent combu-
ri,& angelum Dei adeſſe,mirabiliter inflammati ſint ad Dei præconium,& omnia ad eius inuitaue-
rint laudem, ità quòd erant in ocio contemplationis mirabili. [Et ambulabant in medio flammæ,
laudantes Deum & benedicentes Domino.] laudantes eum de ſua bonitate in ſe, & benedicentes
eidem de effectibus pietatis ſuæ & æquitatis: & hoc grande fuit miraculum, quòd eorum vincu-
la ſunt combuſta,ità vt ambularent,corpora autem manſerunt illæſa. [ſtans autem Azarias] qui in-
ter tres fortè ſenior ac principalior fuit,[orauit ſic,] vt ſtatìm ſubdetur. [aperienſq́; os ſuum.] Hoc
dicitur,ad inſinuandum,quòd ſapientiſſimè & cum deliberatione locutus eſt, [in medio ignis,ait:]
ſtetit mente erectus & conſtans, corpore quoquè eleuatus ad Deum, ſuamq́; orationem laudibus
Pſal. 17. Dei cõmiſcuit,vt exaudibilior eſſet,iuxta illud in Pſalmo: Laudans inuocabo Dominum, & ab ini-
Actu. 10. micis meis ſaluus ero.[Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum] Abrahę,Iſaac & Iacob,qui
licèt ſis omnium Deus ac Dominus per creationem,illorum tamen ſpecialiter Deus ac Dominus es
per prædeſtinationem,miſerationem,prouidentiamq́; & gratiam valdè ſpecialem. Vndè cùm Exo-
di 3. Moſes nomen Dei à Deo ſciſcitaretur,reſponſum eſt ei à Deo: Hæc dices filijs Iſrael, Dominus
Deus patrũ veſtrorũ,Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, miſit me ad vos. Hoc nomẽ mihi
eſt in æternũ,& hoc memoriale meũ in generationem & generationẽ.Dicitur aũt Deus benedictus,
tanquàm fons omnis benedictionis, & omni bono dicto dicendus ſeu appellandus, vtpotè omni
præclara nominatione prædignus, cui omne bonum eſt aſſcribendum. [& laudabilis,] tanquàm
virtuoſus & bonus ſimpliciter ac perfectè. laus enim virtuti ac bonitati impenditur ac debetur. [&
glorioſum nomen tuum] nominatum,ſcilicet tu ipſe,[in ſecula.] glorioſum,inquam,id eſt, omni fa
ma & laude digniſſimum ſeu vulgatum, vel cum laude cognitum, ſecundùm quod gloria dicitur
clara cum laude notitia. glorioſum quoquè, i. iucunditate & excellentia plenum. [quoniam iuſtus
es in omnibus quæ feciſti nobis,] i. in perſecutionibus & flagellis nobis à te inflictis, qui das vni-
Pſal. 118. cuiq; quod meretur. ſic & Pſalmiſta decantat: Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Itemq́;
& 10. Quoniam iuſtus Dominus & iuſtitias dilexit,æquitatem vidit vultus eius. [& vniuerſa opera tua ve-
ra,] veritate naturæ ſeu entis,inquantùm conformia ſunt rationibus idealibus,quas habet in men-
te diuina. Vera ſunt quoquè veritate iuſtitiæ,inquantùm primæ & increatæ rectitudini ac ſapientiæ
conſona. [& viæ tuæ rectæ.] id eſt, proceſſus tui in rerum diſpoſitione ſunt ordinati. Viæ quoquè
Dei,ſunt præcepta & conſilia eius,de quibus Prouerb. 3. legitur: Viæ eius viæ pulchrę,& oẽs ſemi-
tæ eius pacificę. Rurſus viæ Dei dicuntur eius veſtigia. [& omnia iudicia tua vera.] id eſt,iuſta ac ſa-
pientialia. Iudicia autem Dei dicuntur dupliciter: Primò, ſecundùm quod ſunt in ipſo Deo omnia
iudicante, in quo non ſunt plura, niſi per relationem ad iudicata, quemadmodùm ideæ multæ di-
cuntur per reſpectum ad ideata. Hæc verò iudicia quid ſunt,niſi cenſurę ſapientię Dei,qua de om̃i-
bus rectiſſimè iudicat, de quibus ait Apoſtolus Rom. 11. Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia ei-
us. Secundò, dicuntur Dei iudicia effectus diuinæ iuſtitiæ, ſcilicet retributiones aut diſpoſitiones in
Pſal. 18. rebus,de quibus ait Pſalmiſta: Iudicia Domini vera, iuſtificata inſemetipſa. Deniquè ponitur iudi-
cium diſcretionis,quo Deus in præſenti inter electos reproboſq́; diſcernit,illos miſericorditer cõ-
Ioan. 12. uertendo,iſtos iuſtè deſerendo,de quo loquitur Chr̃s, Nunc iudiciũ eſt mundi:& iſtud occultũ eſt.

Ali-

Aliud iudicium eſt remunerationis, quod in fine ſeculi, quantùm ad omnes, apertiſſimè fiet, iuxta
illud Pſalmi 97. Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. Porrò, ſecundùm Al-
bertum, per iudicia intelliguntur hoc loco punitiones à Deo inflictæ. ſic nanque exponit: Iudicia
tua vera, ſcilicet quæ contra nos feciſti. Huic Dei præconio conſonat illud Apocalyp. 15. Magna &
mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens, Iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ rex ſanctorum, Do-
mine Deus omnipotens, iuſta & vera iudicia tua. [Iudicia enim vera] veritate iuſtitiæ [feciſti,] id
eſt, ſupplicia noſtris demeritis debita inflixiſti, [iuxta omnia] id eſt, in omnibus, vel ſecundùm vni-
uerſa afflictiua, [quæ induxiſti ſuper nos] per Chaldęos, [& ſuper ciuitatem ſanctam patrum no-
ſtrorum Hieruſalem,] quæ dicitur ſancta, quia diuino cultui fuit ſpecialiter deputata, & diuinis ſa-
cramentis atque obſequijs ſanctificata, in qua multi vatum ac patriarcharum Domino ſeruièrunt in
ſanctitate atque iuſtitia, de qua in Iſaia legitur: Ciuitas tua ſancta, facta eſt deſerta: quæ poſteà per Iſaiæ 63.
Chriſti in ea præſentationem, perſonalem præſentiam, viſitationem, prędicationem, miraculoſam
operationem, nouiſſimam cœnam, Euchariſtię inſtitutionem, paſſionem, Spiritûsſancti miſſionem,
Apoſtolorum doctrinam, primitiuę Eccleſię ſacratiſſimam conuerſationem, multorumq́ue marty-
rum occiſionem, excellentiùs ſanctificata dinoſcitur. propter quod Matthęus dicit: Multa ſancto- Matth. 27.
rum corpora ſurrexerunt, & venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. [quia in verita-
te] iuſtitiæ, quę eſt vera iuſtitia, in vera quoquè verborum tuorum propheticorum impletione atq;
veraciter. [& iudicio] iuſto, quod à veritate & æquitate procedit, [induxiſti omnia hæc] afflictoria
[ſuper nos] per Chaldęos, [propter peccata noſtra,] qui nullum malum relinquis inultum, ſecun-
dùm illud Iob 24. Deus inultum abire non patitur. Quocircà ait Hieronymus: Quandò diuerſis
premimur anguſtijs, ex toto cordis affectu præfata verba loquamur. Et quicquid nobis acciderit,
iuſtè nos ſuſtinere fateamur, vt compleatur in nobis, quod ſcriptum eſt: Exultauerunt filiæ Iudę Pſal. 96.
propter iudicia tua Domine. Vndè & Iudith ſalubriter admonet: Et nos ergò non vlciſcamur nos Iudith 8.
pro his quę patimur, ſed reputantes peccatis noſtris hęc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini,
quaſi ſerui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem, noſtram eueniſſe credamus.
[Peccauimus enim, & iniquè egimus, recedentes à te,] per mentis auerſionem à te ſummo & incom
mutabili infinitoq́uè bono, non per corporis motionem directè, ſcilicet vt eſt motio corporalis, di-
ſtantiamq́uè localem, cùm verè eſſentialiterq́ue vbiquè ſis. [& deliquimus in omnibus] per pecca-
ta omiſſionis, iuxta illud Oſeę: Dereliquerunt Dominum in non cuſtodiendo. [& præcepta tua Oſeæ 4.
non audiuimus] interiori auditu per obedientiam & complacentiam, & quidam ità rebelles fue-
runt, quòd nec corporalibus auribus verba Dei voluerant audire. Tales quoquè fuerunt Iudæi
tempore Chriſti, quibus ait: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo Ioan. 8.
non eſtis. Deniquè interiori aure audire, eſt diligenter aduertere, & verbis Dei complacentiam, ef-
ficientiamq́ue adhibere. [nec obſeruauimus] in memoria. Memorialiter autem verborum obſer-
uatio valet ad repellendum tentationes ac vitia, propter quod ait Pſalmiſta: In corde meo abſcon- Pſal. 118.
di eloquia tua, vt non peccem tibi. Itaque dum aliquid cogitamus, affectamus, effamur aut opera-
mur, penſemus an verbis Dei repugnet. quod ſi ità eſt, mox ab illo ceſſemus. [nec fecimus] in opere
exteriori, [ſicut præceperas nobis,] id eſt, eo modo ac tali fine non impleuimus tua mandata, quo-
modò & cur ea fieri imperâſti. Multi quippe videntur diuinis præceptis obtemperare, quantùm ad
ſubſtantiam facti ſeu operis, non tamen verè obediunt, quia non ad Dei gloriam ex charitate talia
agunt. [vt benè nobis eſſet,] præſertim in ſpiritalibus bonis, vt ſcilicet bonis gratiæ in præſenti, &
bonis gloriæ in futuro ditaremur, ex quo innoteſcit, quòd ad noſtram vtilitatem ac felicitatem,
non ad ſuum profectum aut commodum, Deus iuſſit nos ſibi parére. Ipſe enim noſtrorum bono-
rum non eget, omnia tamen vltimatè finaliterq́ue refert ad ſeipſum, ſuamq́ue gloriam: ſed ad no-
ſtram ipſe ſalutem, quantùm in ſe eſt, ſe deſiderare ſeu velle inſinuat: & filijs Iſrael etiam tempora-
lium abundantiam, ſi ſibi efficaciter deſeruirent, ſpopondit. Hinc in Deuteronomio habetur: Di-
xit Dominus ad Moſen: Quis det talem eos mentem habere, vt timeant me, & cuſtodiant vniuerſa Deut. 5.
mandata mea, & benè ſit eis & filijs eorum poſt eos in ſempiternum? Prætereà, ſecundùm Alber-
tum, duo peccata ſunt, nolle audire, & auditui nolle obedire, contra quod fertur in Pſalmo 94. Ho-
diè ſi vocem eius audièritis, nolite obdurare corda veſtra. Inſupèr aduertendum, quòd præinducta
verba humilimæ confeſſionis tres pueri iſti non in ſua, ſed in ſui populi perſona effati ſunt, quia &
ipſi pars erant Iſraeliticæ plebis. ipſi nanq; innocentes fuerunt, præſertim ab eis ſceleribus propter
quæ tradita fuit Iudęa Chaldæis. Iuxta quem modum etiam Eſdras orauit: Deus meus, confundor 1. Eſd. 9.
leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrũ, & pec-
cata noſtra creuerunt vſque ad cælum. Hinc ait Hieronymus: Certè tres pueri nec peccauerunt,
nec eius ætatis erant, quandò ducti ſunt in captiuitatem, vt propter ſua vitia punirentur: ergò quo-
modò hi ex perſona populi loquũtur, ſic illud Apoſtoli Ro. 7. legendũ eſt: Non em̃ quod volo, hoc

ago:

ago:ſed quod nolo,hoc operor,& cætera quæ in eodem ſcripta ſunt loco. [Omnia ergò quæ indu-
xiſti ſuper nos,& vniuerſa quæ feciſti nobis,in vero] i.iuſto,[iudicio feciſti.Et tradidiſti nos in ma-
nibus inimicorum iniquorum & peſſimorum,] videlicet Chaldęorum,quia inquantùm inimici,vo
luerunt nocere: quia iniqui,nulla virtutis honeſtate reprimebantur: & peſſimi erant, quia quo cæ-
teris gentibus potentiores,eo & crudeliores ac ſuperbiores,& idolis ſeruientes.[præuaricatorũq;,]
i.tranſgreſſorum etiam legis naturalis,naturaliſq; pietatis,de cuius dictamine eſt,vt quod vis fieri ti-
Matth.7. bi,facias alteri: & quod non vis tibi fieri,non facias alij.Vndè in Euangelio loquitur Chriſtus:Quę-
Tob.4. cunq; vultis vt faciant vobis homines,hæc facite illis. Et Tobias:Quod ab alio oderis fieri tibi, vide
nè aliquandò * alijs facias. quod tamen de rationabili velle nolleq; dicitur. [& regi] Nabuchodo-
noſor [iniuſto] contra proximos quos oppreſſit, [& peſſimo]contra Deum,cuius ſibi vſurpauit ho
norem,idola colens,& ſe in ſtatua adorari præcipiens. [vltra omnem terram,]i.præ cunctis habita-
toribus terræ: nam crudeliſſimus fuit,& innumerabiles gentes vndiq; deuaſtauit. Nec obſtat quòd
Iere.25. in Ieremia & Ezechielę Deus eum nominauit ſeruum ſuum, ſic nempe eum appellat, quoniam di-
Ezech.6. uinæ fuit iuſtitiæ inſtrumentum in punitione malorum,quod tamẽ intentionę fecit peruerſa: poſt-
eà verò pœnituit, vt infrà deſcribitur. Veruntamen circa hæc quæſtiò oritur, quomodò Deus iu-
ſtus iuſto iudicio cum iniuſtis Iudæis etiam iuſtos Iudæos manibus tradidit Chaldæorum. Nam &
Ezech.21. Ezechiel ad terram Iſrael ait: Eccè ego ad te,& eijciam gladium meum de vagina ſua, & occídam in
te iuſtũm & impium. Et reſpondendum,quòd Deus ſublimis & benedictus,iuſtus & ſapiens,quan-
doq; etiam iuſtos impijs tradit torquendos abſq; eorum demerito ſeu peccatis,& hoc iuſto iudicio,
vt patet in Iob. non enim pro ſola culpa infligitur pœna à Deo,ſed & ob alias cauſas multiplices,
ſcilicet ad virtutis exercitationem, ad iuſtitiæ iuſtorum oſtenſionem, ad aliorum ædificationem, ad
bonorum profectum & gloriam ampliorem,ad diuinæ poteſtatis declarationẽ, prout ſpiritu ſancto
præſtante,opere iſto completo,ſuper Iob pleniùs declarabo. [& nunc non poſſumus aperire os,] id
eſt, nec aduerſarijs noſtris reſpondere ſeu reſiſtere poſſumus, neq; nos coram te excuſare, & præ
Iob 39. confuſione vix loqui valemus. ſic & ſanctus Iob ait: Quia leuiter loquutus ſum, reſpondere quid
Iſaiæ 38. poſſum? Manum meam ponam ſuper os meum. Et Ezęchias in Iſaiæ libro: Quid dicam, aut quid
*reſpõdebo cùm ipſe fecerim? [confuſio & opprobrium] id eſt, materia confuſionis interioris, ſci-
licet cordis in conſcientia,& exprobrationis exteriùs. [facti ſumus ſeruis tuis,&] pro,id eſt,[his qui
colunt te.] quia ad exprobrandum obijcimur eis. Vndè Gloſſa ait: Bonis infertur opprobrium &
confuſio propter nos.Etenim dum iuſti premuntur ab impijs,malitioſi inſultant cæteris iuſtis qua-
ſi inaniter colant Deum, qui eos in aduerſitatibus non tuetur, ſicque miſeria ſeu afflictio virtuoſi
pro opprobrio infertur colentibus Deum ab impijs. Propter quod Iob 12. legitur: Deridetur iuſti
Prou.29. ſimplicitas. Et in Prouerbijs Salomon ait: Abominantur impij iuſtum, & viri ſanguinum oderunt
Prou.28. ſimplicem.Et item: Qui derelinquunt legem,laudant impium.Hinc & Chriſtus orat in Pſalmo 68.
Non erubeſcant in me qui expectant te Domine. Non confundantur ſuper me qui quærunt te De-
us Iſrael. De huiuſmodi enim euentu dolent viri virtutum, non inquantùm habent rationem pœ-
næ ſeu aduerſitatis quantùm ad eos, hanc nanque per patientiam etiam cum gaudio ferunt: ſed vt
eſt culpa grauiſſima,& velut blaſphemia Dei,quoniam derogat prouidentiæ eius: & item,vt eſt ſcã-
dalizatiuum puſillorum, nociuum quoquè peruerſis ità agentibus. [Nè quæſumus] Secundùm Al-
bertum,poſt & iuxta confeſſionem ponit orationem ſequentem, quæ ex quinq; conficitur, ſcilicet
gloria nominis Dei,ſuffragio paternæ interceſſionis,confeſſione humiliationis,ſacrificio contribu
lati cordis,ſequela perſeuerantiſſimæ voluntatis. Hæc quinq; conſideranti ſequentia innoteſcent.
Quantùm ad primum, orditur loquens in ſua & ſociorum ſuorum perſona: [Nè quæſumus tradas
nos] hoſtibus [in perpetuũ] affligendos.q.d.non vltra vires permittas nos tribulari, nec pœna hæc
captiuitatis nimiùm protrahatur,quanuìs ad tempus duret.Hoc orauit, vt cultus Dei in Hieruſalem
reformaretur,& nè plebs Iſraelitica adhuc imperfecta, aduerſitatibus victa, ad impatientiam verte-
retur,atq; à Dei cultu ad idololatriam declinaret. Deniq; virtuoſi tribulationibus cincti,ad requiem
Pſal.56. beatitudinemq́; licenter adſpirant,ſicut & Dauid in Pſalmo,& verbis libri Regum,à Saule frequen-
Thre.5. ter eripi flagitauit. Vndè & in Iſaia habetur:Nè iraſcaris Domine ſatis. Hinc in fine Threnorũ orans
Dominum Ieremias:Quare,inquit, in perpetuum obliuiſceris noſtrî, derelinquis nos in longitudi-
nem dierum? [propter nomen tuum,]i. propter tuîjpſius bonitatem & pietatem nos audi, & ſi non
propter merita noſtra, ſicut & Pſalmiſta precatur Pſal.24. Propter nomen tuum Domine propicia-
beris peccato meo.Et denuò:Secundùm miſericordiam tuam memento meî tu propter bonitatem
tuam Domine.Vel propter nomen tuum, id eſt, ob tuîjpſius honorem & gloriam, vt in noſtra libe-
ratione tu glorificeris,lauderis, omniumq́; tuorum liberator ab omnibus agnoſcaris. Ad vtrunque
autem ſenſum pertinet illud Ezechielis 36. Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, ſed
propter nomen ſanctum meum. [& nè diſſipes]id eſt, deſtrui ſeu auferri permittas, [teſtamentum
tuum]

tuum.]i.legem per Moſen datam, q̃ diſſipatur dum eius cultores tolluntur. Sic ſumitur teſtamentũ
ad Hebręos 8.quo verba Ieremiæ allegant,& inter cætera dicitur,qm̃ ipſi non permanſerunt in te-
ſtamento meo,ego neglexi eos,dicit Dñs.Vel nè diſſipes teſtamentũ tuũ,i. fœdus ſeu pactum quod
cum noſtris patribus percuſſiſti in datione legis,ꝙ ſcilicet ipſis eorũq; poſteris propicius eſſes, atq;
in tribulatione ad te vociferantes exaudirès, iuxta illud Neemiæ 1. Memento verbi quod mandaſti
Moſi ſeruo tuo, dicens: Cùm tranſgreſſi fueritis, ego * diſperdam vos in populos: & ſi reuertamini
ad me,vt cuſtodiatis præcepta mea, etiam ſi abducti fueritis ad extrema cæli, indè congregabo vos.
[neq; auferas miſericordiam tuã]i.pietatis tuæ effectum,[à nobis,]ſcilicet pacem pectoris,pacemq́;
temporis,qbus ad pacem æternitatis ducamur,da nobis. Albertus prædictum locum ità exponit:Nè
diſſipes teſtamentum tuũ,quo teſtatus es te nobis daturum, ſecundùm illud: Memorari teſtamenti Lucæ 1.
ſui ſancti,Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum,daturum ſe nobis. Neq; auferas
miſericordiam, qua te promiſiſti naſciturum ex nobis. [propter Abraham dilectum tuum] i. valdè
dilectum & ex pluribus prælectum, cui & multa dilectionis indicia oſtendiſti, vt patet in Geneſi.
Quidam dicunt Abraham dilectum Dei vocari,qm̃ primus fuit electus à Deo ex idololatris,& quia
primò factæ ſunt ei promiſſiones apertæ de Chriſto: quæ ſi ità ſe habeant,in fine articuli huius cla-
rebit.[& Iſaac ſeruum tuum,] ſeruitute filialis timoris,cui dicitur:Eugè ſerue bone, intra in gaudiũ Matth.25.
Dñi tui: non ſeruitute timoris ſeruilis,cui dicit̃ in Ioãne: Seruus nõ manet in domo in æternũ,filius Ioan.8.
* aũt manet in æternum.Ideò aũt ſpecialiter ſeruus vocatur,ſecundùm Albertum & alios,quia ſim-
pliciter obediuit, quandò pater eius voluit eum Deo offerre. tunc enim ad virilem peruenit æta-
tem,& tamen à patre ſene ſe permiſit ligari,& ad immolationem acceſſit ſponteanceè, vt Ioſephus pri
mo antiquitatum libro deſcribit, immò ex Geneſi comprobatur. [& Iſrael] i. Iacob patriarcham,
[ſanctum tuum] i.ſanctificatum à te,qui & eximiæ extitit ſanctitatis, ſicut in Geneſi patet,videturq́; Gene.28.
Auguſtinus ſentire,quòd ſanctificatus fuerit in vtero matris, quia adhuc exiſtentem in vtero Deus
dilexit.Primò quoq; ſancto Iacob in ſomno oſtenſa eſt ſanctitas templi ac cultûs diuini,ſecundùm
Albertum,vt in Geneſi inducitur,vbì & legitur,quòd ſpeciali cultu vouit ſe colere Deum. Erit,in-
quiens,mihi Dñs in Deum. illud autem ſanctum vocatur,quod diuino cultui applicatur. [quibus lo
cutus es, pollicens]i promittens, [quòd multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cæli, & ſicut are-
nam quæ eſt in littore maris.] ſic enim in Geneſi Dñs Abrahæ loquitur: Suſpice cælum & numera
ſtellas,ſi potes: ſic erit ſemen tuũ.Inſupèr Iacob ait ad Dñm:Tu loquutus es quòd benefaceres mi-
hi,& dilatares ſemen meum ſicut arenam maris.Sed & Geneſis 26. Dominus ait Iſaac: Multiplicabo
ſemen tuum ſicut ſtellas cæli.Fuit autem cõſuetudo populi Iſraelitici,in precibus ſuis memorari iu-
ſtitiæ patriarcharum iſtorum,& diuinarum promiſſionum eis factarum, vt Deus tam propter illorũ
virtutes ac merita,quàm propter propriam veritatem exaudiret ipſos orantes. [quia Dñe imminuti]
i.numero pauciores effecti,[ſumus plùs quàm omnes gentes.] gladio enim, fame, peſte, & captiui-
tate pro maxima parte fuerunt Iudæi conſumpti tempore iſto,propter quod ſcriptum eſt Baruch 2.
Auertatur Domine ira tua,quia derelicti ſumus pauci. Hoc 4.Regum & in Ezechiele pleniùs edoce-
tur. ſic & Moſes pro tempore ſuo dixit ad populum Iſrael: Te elegit Dominus,vt ſis ei populus pe- Deut.7.
culiaris,non quia cunctas gentes numero vincebatis, cùm ſitis omnibus populis pauciores. [& ſu-
mus humiles]i.deſpecti & viles,[in vniuerſa terra hodiè propter peccata noſtra:] quia vbiq; à gen-
tibus,inter quas erant diſperſi & commorantes,deſpiciebantur,ꝙ propter ſua patiebantur peccata,
ſicut per Ieremiam Deus frequenter eis prædixit: Dabo vos in commotionem & ſibilum & male- Iere.25.
dictionem omnibus regnis terræ.Nam audientes famam calamitatis eorum, ſtupebant. Hinc dicit
Baruch: Facti ſumus ſubtùs & non ſuprà,quia peccauimus Domino Deo noſtro. [& non eſt in tem Baruch 2.
pore hoc princeps]i. rex in populo Iſrael. Zedechias enim tunc captus aſſeritur, [& dux] militiæ,
[& propheta,] qui poſſet dare diuinum reſponſum. ſed videtur contrarium, nam tempore iſto in
Chaldæa fuerunt Daniel atq; Ezechiel,& alibì Ieremias. Ad quod dicendum opinor,quòd prophe-
ta hîc dicitur ab actu prophetandi,& tempore iſto non erat actualiter conſolationem futuram diui-
nitùs nunciãs. [neq; holocauſtum,] i. oblatio quæ ad diuinæ maieſtatis reuerentiam totaliter com-
burebatur, ſignificatq́ue homines ſpiritales & viros perfectos, qui diuino obſequio ſe integraliter
mancipant,ac ſanctæ charitatis igne penitùs inflammantur. [neque ſacrificium,neque oblatio.]Se-
cundùm Albertum, ſacrificium dicitur quod de liquidis vel aridis rebus fiebat: oblatio, quæ par-
tìm incendebatur, & partìm reddebatur offerenti. Alij ſacrificium exponunt eſſe quod partìm in-
cendebatur,partimq́; ad vſum ſacerdotum ſeruabatur: oblationem autem,quæ ex deuotione offe-
rebatur ſpontaneè.[neque incenſum] id eſt,thymiama odoris,quod ſuper altare thymiamatis offe-
rebatur ad ſacrificij conſummationem,vt dicit Apoſtolus ad Hebr. [neque locus primitiarum co-
ram te,] id eſt,in quo primitiæ frugum terræ Domino offerentur, quia Hieruſalem & templum, vbì
hæc ſecundùm legem offerebantur, deſtructa fuerunt vel protinùs deſtruenda. De his primitijs in

Prou. 3. Prouerb. Salomon monet: Honora dñm de tua ſubſtantia, & de primitijs frugũ tuarũ. [vt poſſimus
inuenire miſericordiam tuã,] i. tibi per talia exteriora ſecundùm legem reconciliari, & pietatis tuæ
conſequi opem. Veruntñ talia exteriora non erant per ſe Deo accepta & placita, nec principaliter re-
quiſita, aut ſimpliciter neceſſaria. Sed primitiæ cordis quæ ſunt præcipui fructus virtutum, deuotio
& pœnitentiæ actus, de quibus ſubiungitur: [Sed in anima contrita] contritione pœnitentiali, i. ſe-
ipſam per illicitorum eradicationem & deplorationem conterente. Sicut enim corporaliter aliquid
conteri dicitur, quandò in minutiſſima fruſta confringitur: ſic anima ſpiritaliter conteri fertur, dum
ſeipſam à propria voluntate, concupiſcentia, omniq́; culpa penitùs exuit & confringit. [& ſpiritu hu
militatis,] i. ſpiritu noſtro humiliante ſeipſum, non altè, ſed humiliter de ſe ſentiendo. vel ſpiritu hu
militatis, i. in gratia ſpiritûsſancti humilitatem donantis. Porrò in homine anima & ſpiritus eandem
deſignant frequenter eſſentiam: quæ anima dicitur, inquantùm corpus animat, format, viuificat: &
ſpiritus, quantùm ad vires ſuperiores, vel propter naturæ ſuæ ſimplicitatem: ſpiritus tamen multis
modis in homine & in ſcripturis accipitur. [ſuſcipiamur] ad veniam intra brachia tuæ clementiæ,
Pſal. 50. vt ſcilicet per contritionem & humilitatem tibi reddamur accepti, iuxta illud in Pſalmo: Sacrificiũ
Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Nempe per hæc duo
peccator Deo præcipuè reconciliatur, vt qui in vitijs delectatus eſt impiè, & contra altitudinem Dei
ſe pompoſè erexit, per pœnitentiam ſe affligens, dolens, ac diuinæ ſe maieſtati profundè proſter-
Iſaiæ 66. nens, contraria in ſe contrarijs curet, ſicq́; ſanatus mente Deo ſalubriter viuat. Vndè per Iſaiam Do-
minus proteſtatur: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu, & trementem ſer
mones meos? Et Baruch ſecundo aſſeritur: Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & ince-
dit curua & infirma, & oculi deficientes, dant gloriam & iuſtitiam tibi Domino. Deniquè ſuper il-
Gene. 25. lud Geneſis, Iſaac diligebat Eſau, vt Lyra allegat, Rabbi Moſes dicit: Dilectæ ſunt magis tribula-
tiones quàm ſacrificia. Sacrificia quippe ſunt de diuitijs hominis, tribulationes verò de corpore ei-
us quod eſt charius ſibi, ſecundùm quod dicitur Iob tertio: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet
homo, dabit pro anima ſua. [ſicut in holocauſto arietum & taurorum,] id eſt, de iſtis animalibus
facto. [& ſicut in millibus agnorum pinguium, ſic fiat ſacrificium noſtrum hodiè.] id eſt, ſpiritale
ſacrificium cordis noſtri, quo ſe tibi per contritionem & humilitatem ſacrificat, præſentat & offert,
ſic & in tali fide ac deuotione tibi hoc die atque in luce gratiæ ſeu ſapientiæ atque clementiæ tuæ
complaceat, in quali fide & deuotione ſacrificia illa legalia de agnis pinguibus ac cæteris animan-
tibus facta, tibi complacuerunt, videlicet ex deuotione & fide offerentium, non propria ſua virtu-
te. propter quod dicunt Theologi, quòd ſacrificia illa meritoria erant ex parte operis operantis,
non operis operati. [in conſpectu tuo,] id eſt, coram pietatis tuæ reſpectu, vt nos clementer adſpi-
cias, iuxta illud Pſalmi trigeſimiſecundi: Oculi Domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant
ſuper miſericordia eius. Et in Geneſi, cap. 4. legitur: Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera ei-
us. [vt placeat tibi.] Hoc ſemper permaximè optare debemus, vt opera noſtra placeant Deo. [quo-
niam non eſt confuſio confidentibus in te.] id eſt, optato ſpei ſuæ bono non fruſtrantur, nec fina-
liter erubeſcent. Iuxta hunc ſenſum ait Albertus: Confuſio ſeu confundi, eſt à ſpe cadere, & rem
ſperatã non inuenire. ſic non eſt confuſio ſperanti in Deo, cùm ad Romañ. 5. dicat Apoſtolus: Spes
Pſal. 6. non confundit. Et Pſalmiſta: Sperantem autem in Domino miſericordia circundabit. In Eccleſiaſti-
Eccí 2. co quoquè habetur: Scitote filij, quoniam nullus ſperauit in Domino, & confuſus eſt: permanſit in
mandatis eius, & derelictus eſt: Præter hanc confuſionis acceptionem, adhuc in ſcripturis confu-
ſio duobus modis accipitur. Vno modo pro confuſione bona, quæ eſt ſalubris erubeſcentia de
peccato ad pœnitentiam aut ſalutem, & iſtam habent ad tempus ſperantes in Domino, non tamen
iugiter in mala conſcientia habent eam coram ipſo. Alia eſt confuſio vitioſa, quò quis verecunda-
tur ſua fateri peccata, vel erubeſcit de his quæ non ſunt veraciter inhoneſta aut turpia, quanuis ipſe
ea quaſi inhoneſta aut turpia appræhendat, vt cùm non volumus aliquid pro Deo pati, irrideri, aut
pro noſtris exceſſibus corripi. iſta in virtuoſis locum non habet. Hinc ſcriptum eſt Eccleſiaſtici 4.
Pro anima tua non confundaris dicere verum. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt con-
fuſio adducens gloriam & gratiam. Non confundaris confiteri peccata tua. Interdùm verò confu-
ſio ſumitur pro vituperatione, reprobatione ſeu irriſione alicuius ab alio. & ſic ſancti & virtuoſi di-
cuntur ab hominibus malis confundi. quæ tamen non eſt vera & propriè dicta confuſio, quia nec
perfecti ex talibus intra ſe confunduntur, turbantur nec contriſtantur, ſed potiùs in aduerſis exul-
tant, & bonę conſcientię teſtimonio eriguntur. Eſt aũt confuſio ſecundùm æſtimationẽ & apparen-
Pſal. 68. tiam quandã humanam, & ſecundùm hunc modũ Chriſtus teſtatur in Pſalmo ad patrẽ: Tu ſcis im-
properiũ meum & confuſionẽ meam, & reuerentiam meã. [Et nũc] etiam in aduerſis & tribulatio-
nibus, [ſequimur te] i. tuæ voluntati nos cõformamus, & ſenſum tuũ noſtro pferimus, tibiq́; obtem
peramus. [in toto corde noſtro,] ſ. in vi affectiua, intellectiua, ac memoratiua totum noſtrum velle,
nôſſe

nôſſe & reminiſci, ad tuam gloriam ordinando, in hoc noſtra conſiſtit perfectio. propter quod Ec-
cleſiaſtici 22. legitur: Gloria magna eſt ſequi Dominum. & Chriſtus in Euangelio loquitur: Qui ſe- Ioan. 12.
quitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Iob quoq; dicit: Veſtigia eius ſequutus Iob 23.
eſt pes meus. Hæc ſequela ſpiritalis ac virtuoſa eſt, ad felicitatem æternam tendens: qua nõ poſt con
cupiſcẽtias proprias imus, ſed Dei voluntatem implemus. [& timemus te] filiali timore, qui vitat ma
lum, ſcilicet Dei offenſam, metuens ſeparari ab ipſo. De quo in Eccleſiaſtico fertur: Nihil dulcius Eccí 23.
quàm timere Deum, & timor Domini ſuper omnia ſe poſuit. [& quærimus faciem tuam,] i. gratio-
ſam tuam præſentiam, claram notitiam, beatificam viſionem, implentes illud Pſalmographi: Tibi di Pſal. 26.
xit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Facies autem Dei in ſcriptu-
ris, prætactis modis accipitur, interdùm videlicet pro gratioſa præſentia ſeu pio eius adſpectu, quã-
doq; pro eius ſapientia ſeu notitia, interìm pro beatifico eius intuitu, immò pro ipſomet Domino
Deo, omnia ſapientiſſimè intuente. [nè confundas nos,] id eſt, non nos relinquas cõfuſos, nec ſpe-
rato tuo auxilio nos priues, nec preces noſtras repellas. Sic & Pſalmiſta precatur: Suſcipe me ſecun- Pſal. 118.
dùm eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. [ſed fac nobiſcum iu-
xta manſuetudinem tuam,] id eſt, mititer, non per modum irati, te duriùs vlciſcendo. Porrò paſſio-
nes & virtutes morales earum moderatrices, non propriè Deo conueniunt, vtpotè per affectionis
ſeu eſſentiæ veritatẽ, ſed per operationis ſimilitudinem. Vndè ſicut Deo ira aſcribitur, quia inſtàr
irati ſe habet, ſibi illatam vindicando iniuriam: ſic manſuetudo ei aſcribitur, inquantùm vltionem
longanimiter differt, celeriterq́ue placatur, ità quòd eam non infert. Sicq́ue de eo cãtamus: Quoniã Pſal. 85.
tu Domine ſuauis & mitis. [& ſecundùm multitudinem miſericordiæ.] Miſericordia Dei, prout in
Deo eſt, ſecundùm eſſentiam vna & ſimplex eſt, ſed multiplex in effectu, & propter varias ſuę pieta-
tis operationes, pluraliter deſignatur, cùm dicitur Pſal. 88. Miſericordias Domini in æternum canta-
bo. Propterea Iſaias de ipſo aſſerit: Quoniam multus eſt ad ignoſcendum. [Erue nos] ab aduerſita- Iſaiæ 55.
tibus his, [in mirabilibus tuis,] id eſt, per ſupernaturalia tua opera atque auxilia, de quibus Eccleſi-
aſtici 36. habetur: Innoua ſigna, & immuta mirabilia. Per talia enim Deus ſuos eruere conſueuit.
Vndè in Ieremia deſcribitur, quemadmodùm Sedechias loquutus eſt Ieremiæ: Ora pro nobis, ſi for
tè faciat Dominus nobis iuxta omnia mirabilia ſua. Iſtudq́ue factum eſt tribus pueris iſtis in libera-
tione eorum de fornace ardente. Vndè quantumcunquè magna videatur difficultas euadendi pe-
ricula, ſemper tamen in Deo ſperare debemus, quia per omnipotentiæ ſuæ miracula ſuperfacilimè
poteſt auferre cuncta pericula. [& da gloriam nomini tuo,] id eſt, per mirabilia tua oſtende te glori-
ficandum, & alios induc & excita ad dandum gloriam tibi, vt tibi ſoli latriæ cultum impendant, qui
in Iſaiæ 42. teſtatus eſt: Propter me ego faciam, vt non blaſphemer, & gloriam meam alteri non da-
bo. Et poteſt hîc gloria ſumi pro clara cum laude notitia ſeu fama Dei præinclyta, de quo in princi-
pio libri diffinitionum Iſaac Iſraelita philoſophus ait: Fama Dei ſublimis eſt. [& confundantur oẽs,
qui oſtendunt] id eſt, pœnaliter inferunt, [ſeruis tuis mala] pœnæ, id eſt, aduerſa. Si hoc oràſſe intel-
ligantur ex pietate, pro conuerſione ſcilicet Chaldęorum, ſenſus eſt, ꝙ confundantur confuſione
pœnitẽtiali ſalubri, erubeſcendo de ſuis exceſſibus. Si autem ex zelo iuſtitiæ hoc orauerunt pro ho-
ſtium punitione, conformando ſe diuinæ iuſtitiæ, ſenſus eſt, ꝙ confundantur confuſione reproba-
tionis & damnationis æternæ. [confundantur in omnipotentia tua.] Aliqui habent, in omni poten-
tia ſua: & tunc, omni potentia, duę ſunt dictiones. Quo ad primum, ſenſus eſt, vt per omnipotentiam
tuam eos deijcias & confundas. Quo ad ſecundum, eſt ſenſus, in omni ſua potentia confundantur,
ità vt tua poteſtate deiecti, experiãtur & ſciant, ꝙ eorum potẽtia fuit infirma ac præſumptuoſa, ſitq́;
deuicta. Sic & Eccleſiaſticus orat: Glorifica manum & brachium dextrum, excita furorem & ef- Eccí 36.
funde iram. [& robur eorum conteratur.] vt ipſi ſimul cum ſuæ poteſtatis abuſione vincantur. Hoc
potiſſimè eſt orandum, quandò peruerſi impugnant bonum commune aut fidem catholicam, cul-
tumq́; Dei auferre nituntur. Hinc impijs Iſaias prædicit: Erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppę. Rur-
ſusq́; Iſaias profatur: Contriuit Dominus brachium impiorum virgam dominantium. [Et ſciant] vel Iſaiæ 1.
in futuro per experientiam ſuæ damnationis, vel in præſenti per euidentiam mirabilium operum
tuorum, vel etiam in aduerſitatibus vitæ præſentis. Multi equidem Deum in proſperis nolunt ad-
uertere, ſed tribulationibus inducuntur ad recognitionem ipſius, iuxta illud Iſaiæ: Domine, in Iſaiæ 27.
anguſtia requiſiêrunt te, & in tribulatione murmuris doctrina tua eis. [quia tu es Dominus Deus ſo-
lus:] Dominus per vniuerſale, primum, ac exemplare omnium rerum imperium: Deus, per fonta-
lem cauſalitatem prouidentiamq́ue ſupremam. [& glorioſus ſuper orbem terrarum,] id eſt, maie-
ſtate & gloria plenus, cunctis in terra degentibus omnipotenter ac excellentiſſimè præſidens. Hoc
ipſum Nabuchodonoſor rex, eiuſq́ue miniſtri nouerunt per mirabilem liberationem virorum iſto-
rum de ardore fornacis. Prædictis conſonat illud Pſalmiſtæ: Imple facies eorum ignominia. Pſal. 82.

Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi,& cognoſcant quia nomen tibi Dominus,tu ſolus al-
tiſſimus in omni terra.[Et non ceſſabant,qui miſerant eos,] i.in fornacem proiecerant.[miniſtri re-
Prou.29. gis] regi in malitia ſimiles, prout in Prouerbijs Salomon ſcribit: Rex impius omnes miniſtros ha-
bet impios. [ſuccendere fornacẽ] vt igne in ſe reflexo, eſſet feruentior. [naphtha & ſtuppa & pice
& malleolis.] Naphtha,ſecundùm Hieronymum,quem Scholaſtica hiſtoria & Albertus ſequuntur,
eſt genus fomitis apud Perſas,ignem nutriens, & maximè augens, prout etiam in hiſtoria refert Sa-
luſtius,& ſecundùm Plinium apud Babyloniam per modum bituminis fluit. Alij dicunt,ꝙ ſint oſſa
Baruch 6. oliuarũ areſacta cũ amurca. Vndè Ieremias in epiſtola dicit: Mulieres eorũ colligatæ ſunt, ſuccen-
dentes oſſa oliuarum.Stuppa autem de facili concipit ignem, quemadmodùm vitioſi citò conſen-
tiunt motibus paſſionum. Propter quod Eccleſiaſtici viceſimo legitur: Stuppa colligata, ſynagoga
peccantium. Pice verò ignis fortiter ſibi cohæret. Malleoli autem ſarmenta dicuntur, quibus ignis
fouetur, iuxta illud Actuum vigeſimooctauo:Cùm congregâſſet Paulus ſarmentorum aliquantam
multitudinem, & impoſuiſſet ſuper ignem. Porrò ſecundùm Albertum, per præfata ignium nutri-
menta,intelliguntur concupiſcentiarum incitamenta atque fomenta,& conſuetudo peccandi: qui-
bus incitamentis libidinis & ſi virtuoſi interìm tangantur, ab ardore tamen,conſenſu & actu turpi-
tudinis,præſeruantur,ſicut hi pueri ab igne fornacis.Propterea Gloſſa dicit: Antiquus hoſtis licèt
innumeras ciborum concupiſcentias noſtris opponat obtutibus,quibus ignis creſcat libidinis: bo-
nis tamen mentibus gratia ſpiritûs ſuperni inſibilat,& à carnalis concupiſcentiæ hoſtibus illæſæ
perdurant,vt & ſi vſq; ad tentationem carnis flamma accedat,vſq; ad conſenſum tamen tentatio nõ
exurat.[Et effundebatur flamma ſupra] id eſt,extra [fornacem cubitis quadragintanouem.] quod,
ſecundùm Scholaſticam hiſtoriam,geometrica comprӕhenſum eſt regula. Quocircà moralizando
dicit Albertus: Quinquagenarius numerus,eſt numerus remiſſionis, à quo quadragenarius nume-
rus deficit,& ideò peccati eſt numerus,quoniam flamma concupiſcentiæ eos vorat, qui ad remiſſi-
onis gratiam non pertingunt: incenditq; flamma propinquos fornaci,quoniam concupiſcentię ca-
Gene.19. lor lambit etiam eos qui concupiſcibilibus ſunt propinqui. Vndè Loth in Geneſi dictum eſt: Non
ſtes in omni circà regione,ſed in monte ſaluum te fac,id eſt,in ſublimitate virtutum.Eccleſiaſticus
Ecci 13. etiam monet:Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea.

¶ *Proſecutio expoſitionis huius capituli ab eo loco: Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacem, in quo canticum, Benedicite omnia opera Domini Domino, exponitur.* *Artic.* 4.

QVoniam deficiente electis humano auxilio, adeſſe ſolet diuinum, ſubiungitur: [Angelus aũt
Domini deſcendit] per viſibilem operationem,ſecundùm Albertum, immò & verè realiter
intrauit [cum Azaria] inter hos tres principali, vt dictum eſt, [& ſocijs eius] Anania & Mi-
ſaele,[in fornacem.] angelus quippe eſt diffinitiuè in loco,& ſecundùm Damaſcenum, illic eſt vbi
operatur.[& excuſſit flammam ignis de fornace] vſq; ad ſpatium quadragintanouem cubitorum,vt
pauloantè expoſitum eſt.Angelici quippe ſpiritus plenum habent dominium ſuper materiam infe-
riorum,quantùm ad motum localem, ſecundùm doctores. Deniq; non ità excuſſit flammam ignis
Dani.3. de fornace,ꝙ in fornace ignis non manſerit, cùm infrà in iſto dicatur capitulo: Eccè ego video vi-
ros quatuor ambulantes in medio ignis: ſed partem ignis eiecit. [& fecit mediũ fornacis,] vbì ignis
fortiſſimus fuit,[quaſi ventum roris flantem.] i. dulciter pueros refrigerantem, vt per rorem eſſet
extinctiuus,& per ventum refrigeratiuus,ſecundùm Albertum. Veruntamen non fuit ignis ille nec
ardor eius extinctus,niſi quo ad hoc,ꝙ actio eius ſuſpenſa fuit à corporibus puerorum: ſicq; ange-
lus dicitur medium fornacis feciſſe quaſi ventum roris, quoniam virtute diuina cooperante princi-
paliter,& adminiſtrante angelo, pueri iſti ità ſuauiter ſentiebant ibidèm, àc ſi in vento roris addu-
ctiuo fuiſſent.Aliqui tamen dixerunt,quòd ignis omninò excuſſus fuit,& angelus refrigeratiua ap-
poſuit, ità ꝙ in fornace non manſerit ardor. Sed vt tactũ eſt, illud ſtare non poteſt. [Et non tetigit
eos omninò ignis.] ſi in medio ignis ambulauerunt, quomodò ignis eos non tetigit, à quo vndiq;
circundabantur? Veruntamen non tetigit,id eſt,actionem ſuam in eis non exercuit,nec afflixit. Vn-
dè Albertus exponit,non tetigit tactu phyſico ad nocumentum. Sic nempe habetur in lege, quòd
nouacula Nazaræorum caput non tangeret,id eſt, non raderet. ſolus nanque contactus non erat
Zach. 2. prohibitus.Et per Zachariam Dominus ait electis: Qui tetigerit vos,tanget pupillam oculi mei. Qui
tetigerit,id eſt, tangendo afflixerit. Hinc expoſitoriè ſubditur: [neque contriſtauit, nec quicquam
moleſtiæ intulit.] cùm tamen ignis ſit maximè actiuus & afflictiuus, ſecundùm Philoſophum, ità
quòd pœna ignis dicitur maxima. Circa hoc Lyra prolixam efficit quæſtionem, qualiter factum ſit
illud, ſed faciliter reſpondetur, quòd per omnipotentiam Dei, qui non ſolùm per angelos, ſed &
per homines inſtrumentaliter aliquid miniſterij adhibentes facit miracula: omni enim naturæ
creatæ indita extat diuinitùs obedientialis potentia,per quã Deo creatori in omnibus quæ contra-
dictio-

dictionem non implicant, ad nutũ obedit,vt Scotus declarat. Aegidius quoquè de Roma in libro
de ſacramento altaris, de hoc ſubtiliter ſcribit, præſertim ſexto & ſeptimo capite, inter cætera di-
cens,quòd qualitates duplicem comparationem habent: Vnam ad ſubiectum,ſecũdùm quam dant
ſibi eſſe tale: aliam ad obiectum ſiue ad exteriora, ſecundùm quam ſunt principia actionum, & ra-
tio ſeu cauſa agendi, vtputà calor per comparationem ad ſubiectum, dat eſſe calidum: prout verò
comparatur ad calefactibile,eſt calefaciendi principium. Itaque per diuinam virtutem fieri valet, vt
qualitas primam habeat comparationem habitudinemq́ue abſque ſecunda: ſicq́ue igni erit ratio
quòd calidus ſit ſeipſo,non autem vt per ipſum calefaciat aliud, quemadmodùm in ſacramento al-
taris,corpus Chriſti per propriam quantitatem habet extenſionem, ſitum & ordinem partium ad ſe
inuicèm,& in toto, non autem per comparationem ad locum. Prætereà quoniam ſingularia bene-
ficia Dei,& potiſſimè magna euidentiſſimaq́ue miracula, prouocant beneficiatos, bonos & gratos
ad præcipuam laudem altiſſimi, hinc deuotiſſima gratiarumactio trium virorum iſtorum ſubiun-
gitur:[Tunc hi tres] pari beneficio prouocati,[quaſi ex vno ore] id eſt,conſona concordiq́ue voce
ex interiori voluntatis concordia, charitate, pace, & gratia. Ex quo Auguſtinus oſtendit & admo-
net,quàm concorditer pſallentes in choro,debeant Deum laudare humiliter & modeſtè,non præ-
cipitanter aut feſtinanter. [laudabant, glorificabant & benedicebant Deum in fornace:] quia cor-
pora eorum ſeruauit illæſa,& corda fecit igne amoris flammantia. Porrò laus Deo debetur ratione
ſuæ virtutis ac bonitatis,glorificatio ratione ſuæ claritatis ac celſitudinis,benedictio ratione ſuæ li-
beralitatis. Ideò dicit Albertus: Laudabant præconio virtutis,glorificabant demonſtratione clari-
tatis,benedicebant in gratiarumactione.Ad huiuſcemodi conſonam Dei honorificentiam horta-
tur nos Paulus ad Romanos: Deus ſolatij det vobis idipſum ſapere in alterutrum,ſecundùm Ieſum Rom. 15.
Chriſtum, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et Pe-
trus in ſua Canonica: Vnanimes in oratione omnes eſtote. Nempe vt aſſerit Gloſſa: Os diuiſum nil 1.Pet. 3.
impetrat, nec dubium quin in diſſonantia pſallentium Deo,dæmon tripudiet. [dicentes:Benedi-
ctus es Domine Deus patrum noſtrorum.] Quomodò Deus ſublimis atque omnipotens dicitur
benedictus, ſuperiùs tactum eſt. Etenim benedictus eſt, vtpotè in ſeipſo felix, bonus & ſanctus,
omniq́ue bono nomine ſuperdignus, ac iugiter benedicendus, benè ac reuerentialiter exprimen-
dus,totiuſq́ue boni origo,& omnis doni cauſa fontana.Benedictus in ſe atque in omni ſuo effectu
ac opere, quia in omnibus virtuoſè eſt agens. Porrò per patres ſuos, intelligunt ſpecialiter patriar-
chas ac vates veteris teſtamenti, quorum ſe Deus vniuerſorum ſpecialiter Deum eſſe perhibuit, &
effectu oſtendit per ſingularem ſuam prouidentiam,pietatem, gratiamq́ue ad eos,ex quibus incar-
nari filius Dei elegit, dicente Apoſtolo ad Hebræos: Nuſquàm angelos apprӕhendit, ſed ſemen Hebr. 2.
Abrahæ apprӕhendit. Vndè in Deuteronomio Moſes populo Iſrael ait: En Domini Dei tui cælum Deut. 10.
eſt & cæli cælorum,terra & omnia quæ in eis ſunt: Et tamen patribus tuis conglutinatus eſt Domi-
nus, & elegit eos, amauitq́ue ſemen eorum poſt eos. Vndè propter ſingularia Dei beneficia Iſrae-
litis collata, ex ſingulari eius pietate ac prouidentia circa Iſraeliticum populum procedentia, fer-
tur in Pſalmo: Qui annunciat verbum ſuum Iacob,&c. Etenim circa illos perhibetur omnipotens Pſal. 147.
omnium dominator ſingularem prouidentiam gerere, quos ſingulari gratia in vltimum dirigit fi-
nem. Et quanto circa aliquem gratioſiùs clementiuſq́ue ſe habet, tanto ſingulariorem circa eum
prouidentiam habere cenſetur. [& laudabilis,] ob tuam bonitatem, virtutem & ſanctitatem. Laus
enim debetur virtuti,ſicut & honor: ſed laus conſiſtit in verbis,honor in actibus. Eſt nanquè exhi-
bitio reuerentiæ, in ſignum teſtimoniumq́ue virtutis. Et ſicut virtus & ſanctitas Dei in infinitum
cunctis præeminet,ſic ipſe ſuperbeatiſſimus Deus infinitè laudabilior eſt, quàm eum aliqua poſſit
creatura laudare,iuxta illud Eccleſiaſtici: Glorificantes Dominum quantumcunquè potueritis, ſu- Ecci 43.
perualebit adhuc &c. Itaque & ſi inceſſabiliter laudibus Dei intenti fuerimus etiam mente deuota,
non inaniter gloriemur,nec præſumamus quaſi quid magni egerimus: ſed penſantes om̃e noſtrum
præconium atque obſequium infinitè à dignitate ac laudabilitate altitudinis Dei noſtri deficere,
ipſum humilimè deprecemur,vt per pietatem ſuam immenſam,laudes noſtras acceptare dignetur,
potiſſimè quia & quicquid in eis boni eſt, ipſius eſt donum: quicquid verò defectuoſitatis admi-
xtum,id prorſus eſt noſtrum. [& glorioſus] ſecundùm quod gloria multis modis accipitur, ſic &
Deus multipliciter glorioſus aſſeritur. Eſt enim glorioſus,id eſt,plenus gloria,ſiue per gloriam in-
telligatur iucunditas,ſiue felicitas,ſiue excellentia, ſeu maieſtas, aut clara cum laude notitia, aut fa-
ma præinclyta. Et abſolutè loquendo,ipſe ſolus plenus eſt iſtis, vtpotè plenitudine infinita. Inter-
dùm etiam ſumitur gloria Dei pro magnifico aliquo eius effectu, vt cùm Ezechiel ſcribit: Egreſſa Ezech. 10.
eſt gloria Domini à limine templi &c. Huiuſcemodi quoquè effectibus Deus cauſaliter plenus eſt.
Deniquè Moſes in Deuteronomio Deum eſſe glorioſum proteſtans, diſſeruit: Niſi timueritis no- Deut. 28.
men Domini glorioſum atque terribile,augebit plagas tuas. [& ſuperexaltatus,] quoniam vniuerſis

& ſingulis ſimul acceptis incomparabiliter & immenſè melior altiorq; conſiſtit. Siquidem finiti ad
Pſal. 47. infinitum nulla eſt comparatio. Ideò cantat Pſalmiſta: Magnus Dominus & laudabilis nimìs, & ma-
gnitudinis eius non eſt finis. [in ſecula] vtiq; vniuerſa, i. omnium ſpatio ſeculorum, generationum
ſeu temporum. Seculum autem varijs modis accipitur, prout in libro ſuo Damaſcenus eloquitur. [Et
benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum.] Si nomen pro nomine nominato, i. re ſignificata per no-
men nominans accipiatur, ſicut & in Actis cùm Petrus affirmat: Non eſt aliud nomen ſub cælo da-
tum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et Iſaias: Eccè, inquit, nomen Domini venit de lon
Pſal. 112. ginquo. Et in Pſalmo: Sit nomen Domini benedictum. Sit benedictum nomen gloriæ Dei: nil aliud
eſt, niſi Deus glorioſus ac benedictus, qui propriè Deus & pater atq; rex gloriæ appellatur, propter
incomparabilem ſuam maieſtatem, excellentiam, voluptatem & perfectionem in ſe & in ſuis operi-
Ephe. 1. bus. Apoſtolus enim ait ad Epheſios: Pater gloriæ det vobis ſpiritum ſapientiæ. Et Stephanus Acto-
rum 7. Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahę. Rurſus gloria ſumitur pro obiecto glorię, vel re-
præſentatiuo, vel oſtenſiuo gloriæ. Vt cùm ait ſcriptura Prouerb. 10. Filius ſapiens gloria patris. Et
1. Cor. 11. Paulus: Mulier, inquit, gloria eſt viri, & vir gloria Dei dicitur. Porrò ſi nomen pro nomine nominã-
te ſumatur, iſtud benedictum aſſeritur propter rei ſignificatæ per ipſum, ſanctitatem atq; virtutem,
tunc ſpecialiter de hoc nomine Domini tetragrammaton explanatur. Quod ſecundùm Rabbi Mo-
ſen impoſitum eſt ad ſignificandam diuinam eſſentiam abſolutiſſimè in ſeipſa, videlicet ſecundùm
intrinſecas ſuas proprietates abſq; reſpectu ad creaturas. Alia autem Dei nomina imponuntur à di-
uinis operibus, vt Elohim in Hebræo, ſeu Deus in Latino, quod imponitur à generali Dei prouidẽ-
tia atq; regimine, vndè alijs per participationem quandam communicatur, quemadmodùm in Exo-
do: Si latet fur, dominus domûs applicabitur ad deos, i. iudices. Et multo plùs alia quædam Dei no-
mina alijs communicantur. Nomen autem Domini tetragrammaton, Deo appropriatur, & de eo ſo-
lummodò dicitur: [ſanctũ], quia eſſentialiter purum, virtuoſum, firmum & ſupermundiſſimũ, ſi de
nomine nominato ſumatur. Nomen autem nominans, ſanctum eſt, ſicut & benedictũ & laudabile.
[& ſuperexaltatum in om̃ibus ſeculis:] quia vniuerſis quæ vnquã fuerunt, ſunt aut erunt, incõpara-
biliter & immenſè extat præſtantius atq; ſublimius. Ex quo apparet, ꝙ de nomine nominato hæc
clauſula intelligatur. [Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ.] Quandò hæc verba dicebantur,
templum Hieruſalem fuit deſtructũ. Quidam tamen de ipſo hæc verba exponunt, ꝙ ipſum vocetur
templum ſanctũ gloriæ Dei, quia in eo Deus gloriam & excellentiã gratiæ ſuæ patribus declarauit.
Pſalm. 64. De quo ait Pſalmiſta: Replebimur in bonis domûs tuæ, ſanctũ eſt templum tuũ, mirabile in æquita-
te. De quo & illud Abacuc 2. exponit̃ à quibuſdam: Dñs in templo ſancto ſuo, in quo fuit Deus be-
nedictus, qui om̃i loco & tempore benedictus eſt. Aliqua tamẽ loca ſibi ſpecialiter deputantur pro-
pter ſpecialem ſuam operationem in eis, in q̃bus & benedictus eſt in ſeipſo, & in ſuo effectu, qm̃ in
om̃ibus irrepræhenſibiliter agit, videlicet ſapienter, ſanctè & virtuoſè, immò clementer & iuſtè, di-
Pſal. 144. cente Propheta: Iuſtus Dñs in omnibus vijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Ex quibus ver
bis ſequentia quoq; faciliùs patent. [& ſuperlaudabilis,] quia infinitè laudabilior quàm compræ-
hendere, aut laudibus exequi valeamus, ſicut expoſitum eſt. [& ſupergloriosus in ſecula. Benedictus
es in throno regni tui.] Thronus iſte eſt iudiciaria ſedes incircunſcriptibilis Dei, quæ ſedes intelli-
gi poteſt, vel diuina authoritas, ſeu poteſtas iudicatiua dominatiuaq; omnium, quæ eſt ipſemet De-
us excelſus, qui nullibì veriùs eſt quàm in ſeipſo. Vel thronus hic, eſt cælum empyreum, in quo De-
us ſpecialiter eſſe & reſidere perhibetur, tanquàm in ſumma aula ac ſupremo palatio, vndè cuncta
gubernat. Hinc Apocalyp. 3. loquitur Chriſtus: Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo,
ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Cæterùm Deus ſecundùm ſeipſum nullam
habet limitationem, habitudinem, aut ſpecialitatem ad locum, ſed in ſeipſo ac propria ſuæ ſubſtan-
tiæ puritate, illocalis, intemporalis, interminabiliſq; conſiſtit, nec ab aliquo tangitur, neq; alicui cõ-
miſcetur. Præterea regnum Dei, eſt Eccleſia militans & triumphans, vbì per dona gratiæ & gloriæ in
ſuorum cordibus regnat. Vel totus mundus, ſecundùm Albertum, quem vt rex ſummus diſpenſat,
iuxta illud Iob 34. Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper orbem quem fabri-
Pſal. 144. catus eſt? Et in Pſalmo: Regnum tuum regnum omnium ſeculorum. Sicq; Deo potiſſimè competit
Prou. 22. illud Prouerbiorum: Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Poſtremò
per thronum intelligi poteſt angelicorum ſpirituum ordo, præſertim chorus infimus ſupremæ hie-
rarchiæ angelicæ, cuius ſpiritus throni vocantur, ab inhabitatione ac inſidentia tranquilliſſima Dei,
ſecundùm beatiſſimum Dionyſium angelicæ hierarchię cap. 7. Cui expoſitioni conſonat illud Au-
guſt. 3. de Trinitate: In angelicis ſpiritibus ſumma atq; pleniſſima amicitia copulatis, & in vnam vo-
luntatẽ quodã ſpiritali charitatis igne conflatis, tanq̃ in excelſa & ſancta & ſecreta ſede p̃ſidens De-
us velut in domo ſua & in templo ſuo, indè ſe quibuſdam ordinatiſſimis creaturæ motibus, primò
ſe ſpiritalibus, deindè carnalibus & corporalibus per cuncta diffundit, & vtitur omnibus ad incom-
mu-

mutabile arbitrium ſententiæ ſuæ. De hoc throno legit̃ in Eccleſiaſtico: Vnus eſt altiſſimus creator Eccl. 1.
oĩm, omnipotens rex, potens & metuendus nimìs, ſedens ſuper thronũ. Et in Pſalmo: Sediſti ſuper Pſal. 9.
thronum, qui iudicas iuſtitiam. Sapientię quoq; 8. Mitte illam, putà ſapientiam, de cælis ſanctis tuis,
& à ſede magnitudinis tuę. [Benedictus es qui intueris] luce ſeu oculo ſuperſplendidiſſimę ſapien-
tiæ tuę, vniuerſa & ſingula perfectiſſimè ac diſtinctiſſimè cognoſcentis, ſecundùm illud ad Heb. 4.
Oĩa nuda & aperta ſunt oculis eius. [abyſſos] i. Oceanũ, omniumq; aquarũ profunda, & pelagi ima,
vel abyſſos, i. abſconditas partes terræ, ſecundùm Albertũ, prout Eccl 23. fert̃: Oculi Dñi multo plùs
lucidiores ſuper ſolem, circunſpicientes omnes vias hoĩm, & profundum abyſſi. Quidam per abyſ-
ſos intelligunt angelos reprobos de cælo proiectos, fortè propter caliginem impiamq; profundita-
tem mentis eorũ. [& ſedes ſuper Cherubim.] Secũdùm Gregoriũ, Deus propriè ſuper thronos, qui
ſunt de tertio ordine primæ hierarchię angelicę, reſidet, ſed propter vicinitatẽ eorũ ad Cherubim,
qui ſunt medius ordo hierarchię prefatę, etiam ſuper Cherubim ſedere deſcribitur, iuxta illud Pſal- Pſal. 79.
mi: Qui ſedes ſuper Cherubim, manifeſtare. Aliqui verò ad literam per Cherubim intelligunt ima-
gines Cherubim in tabernaculo Moſis, quæ in Exodo appellantur Cherubim gloriæ obumbrantia Exo. 24.
propiciatorium, de quo Dñs loquebatur ad Moſen. Sicq; ſuper Cherubim illa vndè apparuit, affir-
matur ſediſſe, ſicut in templo dicitur habitâſſe. Itaq; ſuper angelicas mentes de ordine Cherubim
ſedet Deus, præſidens illis: ſuper quos etiam ſedere dicitur, quoniam illorum ſcientiæ, quanuìs al-
tæ, ſupereminet infinitè, ità ꝙ eum compræhendere nequeunt. Propter quod quidam ſanctorũ le-
guntur dixiſſe, ꝙ Cherubim Deum non audent adſpicere, quem tamen auidiſſimè, iucũdiſſimè, in-
auertibiliterq; adſpiciunt. Talis ergò modus loquendi extenſus, piè ſumendus eſt, vt ſit ſenſus: Non
audent Deum adſpicere, i. maieſtatem ipſius plenariè perſcrutari, ſeu compræhendere non præſu-
munt, ſed terminis ac legibus ſibi diuinitùs preſtitutis contenti ſunt, vt diuinꝰ Dionyſius docet. His
demùm expoſitio Alberti concordat, dicẽtis: Sedes, i. quieſcis. ſuper Cherubim, i. plenitudinem ſci-
entiæ. Non enim diſcurris ſuper ſcita vt nos, ſ. ratiocinando: nec ſcientia tua cauſatur à ſcitis, ſed eſt
cauſa ſcitorum, & ſicut pertingis vbiq; faciendo, ſic & viuendo, ſecundùm illud Sap. 8. Attingit à fi-
ne vſq; ad finem fortiter. Et Iob 39. Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. [Benedictus es
in firmamento celi,] i. in firmamento quod dicit̃ cęlum, de quo in Geneſi: Fiat firmamentũ in me- Gen. 1.
dio aquarum, Et item: Vocauit Deus firmamentũ cęlum. Quod dicit̃ firmamentum, quoniam firmat
omnia in ſe contenta, quorũ eſt locus communis. Locus autem eſt conſeruatiuus locati, ſecundùm
philoſophũ, qui etiam dicit, ꝙ motus cæli eſt velut vita quędam, virtus & cõſeruatio inferiorũ. Vn-
dè in firmamento eſt Deus, tanq̃ principalis motor, rector, atq; influxor in inferiora, qui licèt non
ſit proximus motor cęleſtium orbiũ in genere cauſę efficientis, ſeu efficienter mouentis, eſt tamen
motor primus & ſummus in genere cauſæ finalis, qm̃ mouet ſicut deſideratum ſeu bonũ optatum
mouet deſiderium & optantem, ſecundùm meliores philoſophos, tam Peripateticos q̃ Platonicos.
Conſequenter tres viri iſti om̃es creaturas per ordinẽ prouocant & inuitant ad Dei præconiũ. Quo
enim q̃s in Dei amore plùs ardet, eo intenſiùs ipſum ab vniuerſis laudari, amari, ac honorari deſide-
rat. Propterea primo de doctrina Chriſtiana loquit̃ Auguſtinus: Quanto q̃s in amore Dei feruentior
eſt, tantùm agit quibꝰ poteſt modis, vt Deus à pluribus diligat̃: rurſus quo aliquis Deum ſynceriùs
contemplat̃, eo ſeipſum plùs paruipendit atq; humiliat, ac per hoc laudem qua ipſe Deũ laudat, in-
ſufficientiorem exiſtimat, & ideò eum à cunctis magnificè laudari cupit, & vt valet procurat. Sed an-
teq̃ ſequens canticũ exponat̃, ſciendum ꝙ preinducta ab aliquibus aliter elucidant̃. Cùm enim dici-
tur, Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuę: per templũ, Chriſti humanitatem accipiunt, quia vt
ait Apoſtolus ad Col. 2. In Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Propter quod,
vt aiũt, dicit̃ in Apoc. de cęleſti Hieruſalem: Templũ nõ vidi in ea, Dñs enim Deus templũ illius eſt Apoc. 22.
& agnus. Per thronũ verò intelligũt beatam virginem, Deo ratione maternitatis ſpeciali modo cõ-
iunctam, in cuius gremio ſedit Chr̃s, qñ à Magis adorabat̃. Has autẽ expoſitiones non literales, ſed
myſticas reor ſeu ſpiritales, ſicut & per templũ intelligi poteſt Eccleſia, fideliſq; anima, immò & tẽ-
plũ materiale, in quo Chr̃s ſacramẽtaliter ac realiter continet̃, ceu eſt in vtraq; ſuę perſonę natura.
[Benedicite oĩa opera Dñi Dño, laudate & ſupexaltate eũ in ſecula.] Circa hoc ait Gloſſa, & ſunt ver-
ba Hieronymi: Omnis creatura non voce, ſed opere laudat Deum, quia ex creaturis creator intelli-
git̃, & in ſingulis operibus atq; effectibus magnificentia Dei monſtratur. Inſupèr aduertendum, ꝙ
quanuìs hoc verũ ſit de creatura irrationali, ſeu non intellectuali, intellectuales tamen creaturę vo-
cibus mentis & oris Dñm benedicunt. Nam & angeli, q̃uìs in propria natura non niſi mentalibꝰ ver-
bis vtant̃, in corporibus tñ aſſumptis verba ſenſibiliter proferunt. Dæmones quoq; quandoq;, q̃uìs
inuitè, Deũ verbis extollunt, quemadmodùm in Marco legitur: Spiritus immundi cùm Chr̃m vide- Marc. 3.
bant, procidebant ei, dicentes: Tu es filius Dei. Hoc aũt cunctis cõmune eſt creaturis, ꝙ Deum be-
nedicũt, laudant, & ſuperexaltant dupliciter. Primò materialiter, qm̃ ſunt materia laudis ſui creato-

 ris,

ris,inquantùm ſunt bonæ,& diuina in eis relucet perfectio, iuxta illud Gen.1.& 2. Vidit Deus cun-
Sap.13. cta quæ fecerat,& erãt valdè bona.Et in Sapient.libro:A magnitudine ſpeciei creaturæ,poterit cre-
ator horum cognoſcibiliter videri.Quibus cõſentiens Paulus ad Rom.1.fatetur:Inuiſibilia Dei p ea
q̃ facta ſunt,intellecta cõſpiciunt̃,ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas.Secũdò hoc faciunt p ſu-
as operationes naturales,in quarum induſtria ſeu ordinato proceſſu,motu & ordine diuina ſapien-
tia non mediocriter cõmendat̃,ſicut & in naturalibus eorũ proprietatibus,viribus,plumis,pilis,co-
loribus & figũris.Poſtremò quod ait,Opera Domini Domino,dupliciter ſumitur.Primò, de effecti-
bus ſeu creaturis Dei in natura productis:ſic enim omnes creaturæ, etiam naturæ rerum, dicuntur
Pſal.101. opera Dei,quemadmodùm ait ſcriptura:Opera manuum tuarũ ſunt cæli.Et iterùm:Manus Domini
Deu.32. fecit hæc oĩa.Secundò,de operibus virtutum,quæ efficit Deus in bonis,iuxta illud Iſaiæ 26.Omnia
opera noſtra operatus es in nobis.in quibus operibus nobis à Deo collatis, omnipotentia atq; cle-
Pſal.67. mentia eius oſtenditur.Sic nanq; ait Pſalmiſta:Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.Et Apoſtolus 2.Cor.9.
Gratias,inquit,ago Deo ſuper inenarrabili dono eius.Circa hoc oritur quæſtio: (Benedicere enim
videtur eſſe maioris,dicente Apoſtolo ad Heb.7.Sine vlla cõtradictione, quod minus eſt,à maiore
benedicitur) quomodò creaturæ benedicere creatorem monentur? Et reſpondẽdum eſt ꝙ duplex
eſt benedictio,vtpotè conſecrationis aut perfectiuæ collationis, de qua veritatem habet inſtantia,
ſic enim Deus benedicit creatis. Vndè Gregorius ait: Benedictio Dei, eſt collatio munerum eius,
& multiplicatio eorundem.Prælati quoq; tanq̃ medij inter Deum & ſubditos aut ſubiecta,benedi-
cunt eis hoc modo.Alia eſt benedictio laudis,ſeu gratiarum actionis,de qua modò eſt mẽtio, quo-
modò Simeon iuſtus Deum legitur benedixiſſe Luc.2. Et Dauid teſtatur Pſal.33. Benedicam Dñm
in omni tempore.[Laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.] Eiſdem modis Deum laudant & ſuper-
exaltant,quibus & benedicunt.Aſſeritq́; Albertus:Laudant,quia virtus Dei in ipſis monſtratur: ſu-
perexaltant,quia creator ſupereminere proprietatibus creaturæ monſtratur.Omnibus nempe rectè
conſiderantibus dant cauſam,præbent materiam, excitant mentem ad creatoris præconia, atq; ad
agnoſcendum ꝙ ipſe ſit vniuerſis ſine menſura ſublimior.Cauſa equidem in ſuo relucet effectu, &
creatura eſt quaſi radius quidam ſui creatoris.Nam agens producit ſibi ſimile, ſecundùm philoſo-
phos.Ideò in omni creato bonitas, ſapientia, & omnipotentia Dei apparet. Quamuìs aũt laudare &
benedicere accipi ſoleant pro eodem,qm̃ tamẽ in cantico iſto diſtinctè exprimunt̃, poteſt benedi-
ctio ad gratiarum actiõem referri, laus ad ſimplicem cõmendationem: vel vnum iſtorũ ad pręconia
Dei ſine comparatione eius ad creaturas, aliud ad pręconium eius per comparationem ad eas,iuxta
quem modũ laudat eum S.Dionyſius in libro de diuinis nominibus,vbì de Dei tractat noĩbus, ſe-
cundùm proceſſum influentiæ Dei ad creaturas.Generali exhortatione pręmiſſa,viri hi ad particu-
laria deſcendunt creata,& quod dixerũt in ſumma,exequunt̃ per partes, à ſuperioribus inchoantes,
in q̃bus maior eſt ſimilitudo primi opificis,ſecũdùm quod Plato fatet̃: Fluens à primo bonitas,for-
ma eſt in proximis,imago in diſtantib⁹,& velut obſcura reflexio in vltimis.Primò ergò inuitant na-
turam angelicam in rerũ ordinibus propinquiorem,prout 11.Confeſſionũ loquit̃ Auguſtinus: Duo
feciſti ô Dñe,vnum prope te,ſ.angelũ:aliud prope nihil,putà materiam. Inuitant aũt angelicos ſpi-
ritus,non ꝙ ipſi noſtra admonitione indigeant,aut à Dei benedictione, laude & ſuperexaltatione
vnq̃ deſiſtant:ſed verba hæc congratulando, q̃a ſic faciunt, magìs, q̃ exhortando vt ſic faciant, ritè
Pſal.102. ſunt exponenda,ſicut & illud in Pſalmo:Laudate eum oẽs angeli eius.Et,Benedicite Domino angeli
147.& 148. eius,potentes virtute.Et,Lauda Hieruſalem Dñm, ſi de Hieruſalẽ cæleſti explanet̃. [Benedicite an-
geli Dñi Dño.] Angelus,ſecundùm magnũ Dionyſiũ,quandoq; eſt nomen cæleſtis ſpiritûs de infi-
mo choro:interdùm pro oĩ cęleſti ſpiritu ſumit̃,ſicut & nunc.Propter quod ait Albertus:Oẽs cę-
leſtes ſpiritus vocat angelos,propter hoc ꝙ ad minùs p deſcenſum & influentiã illuminationũ mit-
tunt̃, q̃ illuminatiões à ſuperiorib⁹ ad medios,& à medijs ad inferiores deſcendunt. Vndè ad Heb.1.
dicit Apoſtolus:Nõnè oẽs adminiſtratorij ſpiritus ſunt? [Laudate & ſuperexaltate eum] Hos actus
angeli intellectualiter ac iucundiſſimè proſequunt̃ tanto p̃clariùs,affectuoſiùs atq; feliciùs, quo in-
creatam lucem ſeu diuinam eſſentiam lympidiùs ac ſubtiliùs contemplantur,maieſtatis Dei ſui im-
menſitatem profundiùs intuentes, reuerentialiùs admirãtes,perfectiùs honorantes.[in ſecula] i. iu-
giter per omne æuum,iuxta illud Pſal.83.Beati qui habitant in domo tua Dñe,in ſecula ſeculorũ lau-
Apoc.22. dabunt te.Et in Apocal. Serui Dei videbunt faciem eius,& regnabunt in ſecula ſeculorũ. [Benedi-
cite cæli Dño,] omnes ſ.orbes cæleſtes,ex quorum magnitudinis,pulchritudinis,cauſalitatis,ſphæ-
ricitatis,coordinationis,ac multiplicis proprietatis conſideratione, oĩpotentia, ſapientia & boni-
Iob 37. tas Dei admirabiliter collaudant̃.De quibus Iob ait: Tu forſitan cum Deo fabricatus es cælos, qui
Iſaiæ 14. ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.Iſaias quoq; ad contemplationem Dei ex conſideratione eorum ad-
hortans:Leuate,inquit,in excelſum oculos veſtros, & videte quis creauit hæc. [Benedicite aquæ
omnes quæ ſuper cælos ſunt,Dño.] Hoc loco apertiſſimè dicuntur aquæ conſiſtere ſuper cælos, &

con-

conſonat illud Gen.1.Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum,& diuidat aquas ab
aquis.Et fecit Deus firmamentũ,diuiſitq́; aquas q̃ erant ſub firmamento,ab his quę erant ſuper fir-
mamentũ,vocauitq́; Deus firmamentũ cælum.Itemq́; in Pſalmo:Laudate eum cęli cęlorum & aquę Pſal.148.
quæ ſuper cælos ſunt,laudent nomen Dñi.Quæ licèt prima facie videant̃ forſitan naturali rationi &
dictis philoſophorum contraria,tñ vt ſcribit Auguſtinus ſuper Geneſim, maior eſt ſcripturæ illius
Geneſeos authoritas,q̃ oĩs humani intellectûs perſpicacitas ſiue capacitas. Vndè & Thomas in pri-
ma parte quęſt.63.de iſta loquens materia,ait:Certiſſimè ergò ſciamus eſſe aquas ſuper cælos: ſed q̃
vel quales aquæ,non eſt adeò certum.Origenes enim per aquas has intelligit ſpirituales ſubſtãtias,
ſed hoc non placet Baſilio.Sunt ergò ibì corporales aquę,ſed quales,diuerſimodè traditur. Si enim
dicamus firmamentũ eſſe cęlum ſidereũ,tunc illæ aquæ poſſunt dici illius naturæ,cuius eſt hoc cæ-
lum.Vndè qui dicunt cælũ eſſe de natura elementorũ, dicere poſſunt aquas illas eſſe elementares.
Qui aũt aſſerunt cælum eſſe ſpecialis naturę,affirmant has aquas non eſſe elementares, ſed naturæ
cæleſtis:& ſic per aquas intelligit̃ nona ſphęra,q̃ eſt ſine ſtellis: & aqueum dicit̃, propter diaphanei-
tatem,ſicut cęlum beatorum vocat̃ empyreũ,i.igneum propter ſplendorem. Qui aũt ponunt aquas
elementares ſuper cælũ,vt Beda,Caſſiodorus,& alij multi,dicere poſſunt ꝙ nõ ſint graues,ſed ſub-
tiles:nec fluidæ,ſed ad inſtar glaciei firmę ac duræ,vndè à quibuſdam cęlum cryſtallinum dicũtur.
Et aliqui ponunt ibì aquas ad temperandum calorem cęleſtium corporum, q̃ dicunt eſſe de natura
ignis:& vt ait Auguſtinus,huius experimentũ quidam ſumpſerunt,ꝙ Saturnus eſt maximè frigidus
ob vicinitatẽ ad aquas illas.Deniq; Albertus ſcribit hoc loco:Aquę iſtę q̃ ſup cęlos ſunt,vt dicit Au-
guſtinus,in minutiſſimis guttis ibì ſuſpenſę ſunt,& quidam autumant indè rorem deſcendere. Vel
fortè meliùs dicit̃,ait Albertus,ꝙ aquę nomen eſt primũ materiæ, Geneſis 1.Spiritus Dñi ferebatur
ſuper aquas:& ratione perſpicuitatis,ſunt in cælo cryſtallino:ratiõe humiditatis & fluiditatis,in cę-
lo inferiori,putà aëreo.De iſta difficultate tractat Magiſter ſecundo Sentẽtiarum, & doctores mul-
ta ibì conſcribunt.Cõmuniùs aũt tenetur, ꝙ per aquas has intelligat̃ cęlum cryſtallinum ſeu aqueũ,
ſ.nona ſphęra,non propter naturam,ſed ſimilitudinem aquæ in diaphaneitate. Moraliter verò per
aquas,quę ſuper cęlos ſunt,quidam intelligunt perſpicuas ſeu illuminatas mẽtes ſanctorum,in qui-
bus velut in ſpeculo reſplendent diuina.[Benedicite omnes virtutes Dñi Dño.] Per virtutes quidam
intelligunt hìc orbium motores cęleſtium,qui à philoſophis intelligẽtię, à theologis angeli aſſerũ-
tur.Et vt Thomas in Summa contra gentiles opinatur,ſunt de medio ordine mediæ hierarchię,pu-
tà de choro virtutum,idcircò nunc virtutes vocant̃.De quibus fertur in Pſalmo:Laudate eum oẽs Pſal.148.
virtutes eius.Et,Benedicite Dño omnes virtutes eius, miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.De- Pſal.102.
niq;,ſecundùm diuinum Dionyſium,ſicut omnes ſupernę mẽtes angeli, ità & virtutes vocant̃ pro-
pter vigorem, agilitatem, efficaciamq́; agẽdi quicquid eis diuinitùs cõmendatur ſiue pręcipit̃.Itaq;
locus iſte multipliciter poteſt exponi.Primò,de angelicis mentibus, ſicut prætactum eſt. Secundò,
de viribus cauſatiuis cæleſtium corporum,quę ſunt poteſtates cauſales per creationem inſitæ cæle-
ſtibus cunctis corporibus,per quas agunt & influunt in elementa & mixta,ſecundùm quod Ariſto-
teles ait:Sol & homo generant hominem.Sunt enim cęleſtia corpora per virtutes huiuſmodi inſtru-
mentaliter cauſæ motuum & alterationum,generationum & corruptionum in inferioribus iſtis, vt
etiã beatus Dionyſius ait 4.capitulo de diuinis nominibus,præſertim de ſole loquens ibidèm,con-
ſonatq́; verbo Philoſophi,aſſerentis ꝙ acceſſus ſolis in obliquo circulo,putà zodiaco, eſt cauſa ge-
nerationis & renouationis in inferioribus ſeu terręnaſcentibus: receſſus verò eius in circulo iſto,
eſt cauſa corruptionis & arefactionis illorum, ſicut ad oculũ eſt videre. Vndè Peripatetici ponunt
quatuor cauſas vniuerſales,ſummas,primarias:quarum altiſſima Deus eſt, ſecunda eſt intelligentia,
tertia anima nobilis: cęleſtia etenim corpora animata dixerunt, quorum animas nobiles nuncupa-
bant:quarta eſt natura,vis ſeu virtus inſita cæleſtibus corporibus.Hinc ait Albertus: In orbibus cæ-
lorum virtutes ſunt mouentes & inſtaurantes naturam,ſ.inferiorum per indiuiduorum procreatio-
nem,in quorum ſucceſſione continua ſpecies perpetuatur,quas hìc ad Dei laudem inducit. Tertiò
poteſt exponi de virtutibus imperialibus, quas ponit Damaſcenus, ab eis cęlos moueri affirmans.
Quartò, de omniũ naturaliũ ſeu creatarum rerum ac ſpecierum naturalibus viribus ſiue potentijs,
per quas ad operationes ſibi cõnaturales ac debitas extant idonę.Nullũ enim naturalium propria
caret operatione,ſecũdùm Damaſcenũ:alioquì fruſtrà eſſet,cùm ens non queat ſuũ attingere finẽ,
niſi per propriam actionem ſeu motũ.Has virtutes putauit Rabbi Moſes in ſcripturis angelos nun-
cupari,in quo tñ errauit,putans angelicas mentes ſeu ſeparatas ſubſtantias nõ eſſe plures,q̃ ſunt or-
bes cęleſtes,prout Albert⁹ & Thomas ſuis locis de ipſo enarrant. [Benedicite ſol & luna Dño.] Hæc
ſunt duo luminaria cæli illuſtrantia terrã,de q̃bus dicit̃ Gene.1.Fecit Deus duo luminaria magna,in
quorũ,pręſertim in Solis,diligenti conſideratione,diuina maieſtas mirabiliter conſpicit̃ & relucet.
Nẽpe,vt 4.de diuinis nominib⁹ cap.loquit̃ Dionyſi⁹,ſol iſte viſibilis, euidens eſt imago diuinæ bo-

ni-

nitatis,quæ eſt ſol æternus & intellectualis,ſol ſapientiæ atq; iuſtitiæ:immò in magnitudine, velo-
citate,claritate,cauſalitate,influentia & efficientia Solis,diuinæ poteſtatis ac ſapientię eminentiã ſa-
tìs admirari non poſſumus:& dicitur ſol,quaſi ſolus omnibus lucens, quia non ſolùm luna, ſed cæ-
tera quoq; aſtra ac planetæ,ſecundùm plures philoſophos,lumen ſortiuntur ab eo.Hinc & ſignifer
ille ſanctus Franciſcus, conſiderando intuendoq́; fratrem Solem,non mediocriter delectabatur in
Eccĩ 43. creatore altiſſimo.De hac re in Eccleſiaſtico legitur: Species cæli in viſione gloriæ, ſol in adſpectu
vas admirabile,opus excelſi,radios igneos efflans.Magnus Dominus qui fecit illum, & in ſermoni-
bus eius feſtinauit iter.Et luna in omnibus in tempore ſuo,oſtenſio temporis & ſignum æui,menſis
ſecundùm nomen eſt eius,creſcens mirabiliter in conſummationem, vas caſtrorum in excelſis, in
firmamento cæli reſplendens glorioſè.Spiritualiter autem ſol ſignificat intellectum veri & boni,ac
rationis fulgorem ſuper cæteras vires ei ſubiectas, quæ illuminant̃ ab ea nè ruant,errantes in lubri-
co vitiorum.Luna deſignat inferiorem animæ portionem,vt ab animæ ſuprema portione,directio-
ne virtuoſa perfuſam,eiq́; ſubditam:& quia electi horum habent vtrunq;, idcircò in Apocalypſi de
Apoc.12. Eccleſia ſcribitur:Mulier amicta ſole,& luna ſub pedib⁹ eius. [Benedicite ſtellæ cæli Domino.] Ma-
gnificentiam enim ſui creatoris multipliciter repræſentant ſua pulchritudine,motione, cauſalitate,
pluralitate,ſitu, influxu & ordine. Paruæ quidem videntur, ſed minima maior aſſeritur tota terra,
Eccĩ 43. q̃m remotiſſimè diſtant à nobis.Propter quod in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt:Species cæli gloria ſtel-
larum,mundum illuminans in excelſis Dominus.Stellæ autem deſignant virtuoſos ſapientia prędi-
tos,qui verbo,exemplo,fama,ſeu moribus alijs lucent,qui ſunt velut lucerna lucens & ardens,quē-
admodùm ad Phil.2.ſcribit Apoſtolus:Omnia facite ſine murmuratiōibus,vt ſitis ſine querela ſim-
Dan.12. plices filij Dei in medio nationis prauæ atq; peruerſę,inter quos lucetis ſicut luminaria mundi,ver-
bum vitæ continētes.Hinc infrà ſcribitur:Qui multos erudiunt ad iuſtitiam,fulgebunt quaſi ſtellæ
in perpetuas æternitates.[Benedicite imber & ros Dño.] Iſtę ſunt duę impreſſiōes in aëre factę,per-
utiles ad terrænaſcentium fœcunditatem,& vitæ humanæ cōſeruationem:ex quarum diligenti cō-
ſideratione oritur nobis grandis materia gratiarum actionis & laudis diuinę.Imber quippe ſeu plu-
uia terram irrigat & fœcundat,iuxta illud Iſa.55.Deſcendit imber de cęlo,& illuc vltrà non reuerti-
tur,ſed inebriat terram,& infundit eam,& germinare eam facit,& dat ſemen ſerenti,& fructum co-
medenti.In modo quoq; deſcenſûs pluuiæ,quo guttatìm per cohęrentiã riuuliformē,velut per ſub-
tiliſſimos aquæ ductus atq; cannalia defluit ac deſcendit,ſapientiam ac bonitatem prouidentiæ Dei
ſatìs mirari nequaq̃ valemus.Hinc Iob 12.ſcriptum eſt: Si continuerit aquas,oĩa ſiccabuntur:ſi emi-
ſerit eas,ſubuertent terram,videlicet ſi ſimul cum impetu caderent.Ideò rurſus Iob xxvj. habetur:
Pſal.146. Qui ligat aquas in nubibus,vt non erumpant pariter deorſum.Et Pſalmiſta decantat:Qui operit cę-
lum nubibus,& parat terræ pluuiam.Inſupèr ros flores & gramina dulci nutrit humore.Imber autē
doctrinam & prędicationem:ros,ſpiritûs ſancti conſolationem & vnctionē deſignant,ſicut per Iſa-
Iſaiæ 5. iam Dñs loquitur:Mandabo nubibus meis,vt non pluant ſuper eam imbrem:& ibì ad literam ſermo
eſt de ſynagoga Iudęorum,ſecundùm quod vinea Dñi Sabaoth perhibetur.[Benedicite oĩs ſpiri-
tus Dei Dño.] Spiritus hîc pro vento accipitur, qui à diuerſis terræ plagis procedit, atq; ad terræna-
ſcentium pullulationem,hominumq́; conſolationem & refrigeratiōem plurimùm confert: de quo
Ioan.3. ſecundùm vnam expoſitionem,accipit̃ illud Gen.1.Spiritus Dñi ferebatur ſuper aquas.Illudq́; Euã-
Pſal.134. gelij:Spiritus vbì vult ſpirat,& neſcis vndè veniat.Vndè ait Pſalmiſta: Qui producit ventos de the-
ſauris ſuis.Per ventũ verò,ſpiritûs ſancti adſpiratio ac refrigeratio denotatur. Poſſet quoq; per oēm
ſpiritum Dei,quęlibet ſpiritalis & ſubtilis eſſentia inſinuari.[Benedicite ignis & ęſtus Dño.] Si ſub-
tilitatem,actiuitatem & magnitudinem ignis elementaris penſemus,Dei excellentiam in eo perpē-
dere quimus.Cętera enim tria ambit & continet elementa,eſtq́; elementũ magìs formale & actuo-
ſum, immò vt Thomas ait, per ignem proprietates diuinorũ conuenientiſſimè exprimunt̃: nam &
Heb.12. Deus,ignis conſumens ab Apoſtolo dicitur:charitas quoq;, immò & ſpiritusſanctus ob varias cau-
ſas,ignis vocatur.Similiter à ſublimi Dionyſio,proprietates Seraphim à ſimilitudine ignis accipiũ-
tur & deſcribũtur,quemadmodùm ſuper angelicam hierarchiam Hugo & Lincolnienſis exponũt.
Quo demùm aqua ſubtilior eſt terra,& aër aqua,tantũ ignis iſte aëre eſt ſubtilior,vndè in ſua ſphæ-
ra nec viſibilis,nec lucidus fertur.Aeſtus autem ſeu cauma eſt effectus ignis, vel ſecũdùm Albertũ,
regio aëris proxima igni: ignis quoq; qui apud nos eſt compactus atq; viſibilis, & ęſtus cauſatus in
aëre prope nos,dant nobis materiam laudandi benedicendiq́; Deum. Spiritaliter ignis eſt charitas,
ęſtus ardor eſt charitatis,de quo ait Chrs Luc.12.Ignem veni mittere in terram. Et diſcipuli duo di-
Luc.24. cunt:Nonnè cor noſtrum ardēs erat in nobis de Ieſu,dũ loqueretur nobis in via? Canticorũ quoq;
8.de charitate habetur:Lampades eius,lampades ignis atq; flammarũ.Hic ignis diuinus,ſpiritualiſq́;
ęſtus,ſunt p̄clariſſima bona,& p̄ſtantiſſima Dei dona,q̃ dũ nobis collata ſenſerim⁹,æſtuantes,p̄cor-
dialiſſimas,& itē humilimas Deo ſuppijſſimo grates referre debem⁹ ac laudes.[Benedicite frigus &
ęſtas

æſtas Dño.] Frigus pro aëre,vel ipſa temporis illius aſpera qualitate hîc ſumitur. Temporum autem
diſtinctio in hyemem & æſtatem,autumnum & ver,annum,diem & noctē, à motu cæleſtium, præ-
ſertim ipſius Solis,cauſatur, ſecundùm quod Geneſis 1. inducitur: Dixit Deus: Fiant luminaria in
firmamento cæli,& diuidant diem & noctem,& ſint in ſigna,& tempora,& dies,& annos. Prætereà
in ordinatiſſima temporum & qualitatum eorum diſtinctione,ſapientia Dei mirabiliter declaratur,
& humanę vitæ ſapientiſſimè prouidetur,quēadmodùm in hymnis tangit Ambroſius,dicēs:Aeter-
ne rerum conditor,noctem diemq́; qui regis,& temporum das tempora,vt alleues faſtidium.Et ali-
bì:Veſtiens diem decoro lumine,noctem ſoporis gratia. Vndè cùm Pſalmiſta dixiſſet, Fecit lunam
in *tempore,ſol cognouit occaſum ſuum,& cętera quę ſequunt̃,admirando ſubiecit:Quàm magni- * tempora Pſal.103.
ficata ſunt opera tua Dñe?Omnia in ſapientia feciſti. ¶ Myſticè, frigus eſt extinctio flammæ con-
cupiſcentiarum ac vitiorum. Aeſtas, calor maturitaſq́; virtutum, in quibus electi Deum magnificè
laudant,tam receſſum à malo,q̃ acceſſum ad bonum,diuinę pietati humiliter aſcribentes.[Benedi-
cite rores & pruina Dño.] Ros eſt effectus temperati caloris,& frequentiùs fit in vere.Pruina, effe-
ctus eſt frigoris,& fieri ſolet in autumno,iuxta Philoſophum ſecundo libro Meteororum. Quorum
primum deſignat proſperitatem,aliud aduerſitatem,in quibus virtuoſi Deo æqualiter regratiantur,
immò quandoq; ampliùs in aduerſis,qui non proſperis extolluntur,neq; aduerſis deijciuntur, ar-
mati armis iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. [Benedicite gelu & frigus Dño.] Gelu cauſatur à frigore,
atq; à frigore venti ſeu plagę ſeptentrionalis fortiſſimum oritur gelu,iuxta illud Eccĩ 51.Frigidus vē-
tus aquilo flauit,& gelauit cryſtallus ab aqua.Et in Pſalmo: Ante faciem frigoris eius quis ſuſtine- Pſal.147.
bit? Per gelu & frigus, mentis conſtrictio atque puritia ex diſpenſatoria ſubtractione,ſeu ſuſpenſi-
one conſolationis ac ſenſibilis deuotionis intelligi poteſt. in quo euentu benedicendus eſt Deus,
& patientia conſeruanda,orandumq́; longanimiter pro refuſione doni ſubtracti: Et interìm in ex-
terioribus ac indignis renuat conſolari anima noſtra. [Benedicite glacies & niues Domino.] quæ
cauſantur à frigore. Et quidam per glaciem intelligi volunt grandinem. Niues autem ſunt aquæ,
quæ rarę ſeu tenues congelatæ deſcendunt,in quibus ſapientia Dei relucet, dicente Pſalmiſta: Qui Ibidèm
dat niuem ſicut lanam.Et item:Ignis,grando, nix,glacies,ſpiritus procellarum,quę faciunt verbum Pſal.148.
eius.Per hæc duo deſignantur Dei flagella,quibus percutimur, in quibus Deum laudare debemus,
dicentes ſinguli illud Iob 33.Peccaui & verè deliqui,& vt eram dignus non recepi. [Benedicite no-
ctes & dies Domino.] Nox ab opacitate terræ cauſatur, & tribulationem deſignat, dies proſperita-
tem.Quandoq; autem nox veteris teſtamenti obſcuritatem,vel vitiorum caliginem: dies,euangeli-
cæ gratiam veritatis,vel mentis claritatem ſignificat,vt quum ait Apoſtolus:Nox præceſſit,dies au-
tem appropinquauit.[Benedicite lux & tenebræ Domino.] Secundùm Albertum,lux ſpargit vigili- Rom.13.
am,tenebra refouet & continet ſpiritum nè diſſoluat̃.In lucis autem conſideratione,puritate,amœ-
nitate,ſubitanea diffuſione,multiplici fœcũditate ac vtilitate,ortu atq; occaſu,diuina maieſtas ſub-
limiter innoteſcit.Quemadmodùm Eccĩ 11.dicitur:Dulce lumē, & delectabile oculis videre ſolem.
Per lucem etiam ſenſibilem,increata lux Dei multiformiter deſignatur:& myſticè lux eſt illuſtratio
mentis,conſolatio & exhilaratio bona.Tenebra verò defectuoſitas ſeu ignorãtia cordis aut obſcu-
ratio eius.Vndè ad innuendum mirabiles proprietates iſtorum,Dominus ait Iob 38. Indica mihi, ſi
nôſti,in qua via habitat lux,& tenebrarum locus quis ſit,vt ducas vnumquodq; ad terminos ſuos,&
intelligas ſemitas eius.Si autem obijciatur,cùm tenebra ſit ſola lucis priuatio,quomodò ipſa ad be-
nedicendum Dominum inuitatur? Et reſpondendum, quòd oppoſita iuxta ſe poſita clariùs eluce-
ſcunt: ideò in cęcitate, ſurditate,tenebris,cæteriſq́; priuatiuis,poſitiua eis oppoſita euidētiùs agunt
ad Dei præconium.Rurſus in diſtinctione tenebrarum à luce, benedicitur ſapientia Dei, omnium
ordinatrix.ſed & nomine tenebrarum,aliquid poſitiuum inſinuatur, ſcilicet tempus illud aut effe-
ctus,qui tunc magìs accidere ſolet:ſeu vtilitas,quę ex receſſu lucis diurnę euenit homini, vt ſopore
reficiat̃ & conquieſcat.Iterùm quęri poteſt,quomodò homo ſenſatus ad hęc inanimata dirigat ver-
bum,alloquens ea quæ ſenſu carent,ratione ac vita.Et reſpondendum,quòd non ideò vt ipſa audi-
ant atq; intelligant, ſed vt ipſe qui ea affatur,ſeipſum & alios ad Dei præconia inflammet. Sic quip-
pe in pſalmis frequentiſſimè agitur.[Benedicite fulgura & nubes Domino.] Fulgura ſunt incenſio-
nes ſeu ignes,qui micant in nubibus,ſpiritaliterq́; ſignificant miraculorum coruſcationem, vel ter-
ribilem comminationem, de quibus in Iob Dominus loquitur: Nunquìd emittes fulgura, & ibunt, Iob 38.
& reuertentia dicent tibi,aſſumus? Et in Pſalmo:Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terrę, commota Pſal.76.
eſt & contremuit terra. Nubes verò ſunt aquæ vaporabiliter eleuatę, quę iam condenſari incipi-
unt,& deſignant gratiarum fluēta ac prędicatores, immò & angelos,ſecundùm Dionyſium. De nu-
bibus autem in libro Iob multa dicuntur, ad comprobandum, quòd in conſideratione earum & Iob 37.
operationum quas habent,pietas ac prouidentia Dei egregiè declaratur.Itaq; Iob 36.de Deo indu-
citur:Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum,& fulgurare lumine ſuo deſupèr,cardines
quoq;

quoq; maris operiet. Per hoc enim iudicat populos,& dat eſcas multis mortalibus.Et ſequenti ad-
Iob 37. dit capitulo:Frumentum deſiderat nubes,& nubes ſpargunt lumen ſuum, quæ luſtrant cuncta per
circuitum,quôcunq; eas voluntas gubernantis duxerit,ad omne quod præceperit illis ſuper faciem
orbis terrarum,ſiue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordiæ ſuæ iuſſerit
Ibidèm eas inueniri. Et denuò: Nunquìd nôſti ſemitas nubium, magnas & perfectas ſcientias? Præterea
ſcire oportet, quòd niſi in conſideratione naturalium & meteoricarum impreſſionum conſidera-
bilis eſſet perfectio, prouidentia, & maieſtas DEI viuentis, nequaquàm ſcriptura hoc loco, &
in pſalmis ac libris prophetarum tam frequenter horum faceret mentionem. Itaque dum præme-
morata & ſubſcripta creata ad Dei præconia inuitamus, noſipſos ad eius laudes efficaciter inflam-
memus,atq; rerum iſtarum naturas & proprietates,curſum,actum, ordinemq́; penſantes,ex om̃ibus
his ad Dei ſupergloriosiſſimi contemplationem,laudem,admirationem, & feruentem amorem iu-
giter conſcendamus.Hinc enim Iere.10.ſcriptum eſt:Dominus Deus verus eſt, ipſe Deus viuens &
rex ſempiternus. Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum in cęlo,& eleuat nebulas ab extremi-
tatibus terræ.Fulgura enim in pluuiam fecit,& educit ventum de theſauris ſuis, de quo ſcriptum eſt
Amos 5.Faciens arcturum & orionem,conuertens tenebras in manè,& diem nocte mutãs. Qui vo-
Iob 37. cat aquas,& effundit eas ſuper faciem terræ,Dominus nomen eius.In Iob quoq;:Subitò aër cogetur
in nubes,& ventus tranſiens fugabit eas.Et præcedenti illic capitulo:Qui affert ſtillas pluuiæ,& ef-
fundit imbres ad inſtar gurgitum,qui de nubibus pluunt,quæ prætexunt cuncta deſupèr. [Benedi-
cat terra Dominum.] Terra eſt infimum minimumq́; elementum, cuius tamen pars maxima operta
eſt aquis,cuius quantitatem,diſpoſitionem,fœcunditatẽ,ac cęteras proprietates ritè penſantibus,&
quomodò iſta eſt velut centrum vniuerſi,& ſuo loco permanet fixa,immobilis,quanuìs ſit maximæ
grauitatis,occurrit grandis ratio laudis diuinæ.Idcircò ad inſinuandum quomodò maieſtas ac ſapi-
entia diuina in elemento terræ poſſit perpendi,ipſe creator omnipotens ait Iob 38. Vbì eras quan-
dò ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, ſi habes intelligentiam, quis poſuit menſuras eius, ſi
nôſti. Vel quis tetendit ſuper eam lineam?ſuper quo baſes illius ſolidatæ ſunt?Aut quis demiſit la-
pidem angularem eius?Deniq; vt Plato loquitur in Timęo,Partem terrę voluit Deus eſſe aquis diſ-
coopertam, vt eſſet hominibus ac brutis in habitaculum & altricem. Terra itaq; fructum ſuũ pro-
ducendo,& cætera,ad quæ diuinitùs condita eſt,peragendo,Dominum non mediocriter iuxta ſen-
ſus præhabitos laudat,quæ ob ſuam ſtabilitatem & fœcunditatem, hominem virtuoſum ſtabilemq́;
deſignat,quem ſpiritusſanctus cæleſti ſemine, ſcilicet verbo Dei, fœcundat. Vndè Lucæ 8.ait Sal-
uator:Semen eſt verbum Dei.Quod autem in terram bonam cecidit, hi ſunt qui in corde bono &
optimo audientes verbum retinent,& fructum afferunt in patientia. Hinc, ſecundùm Gregorium,
1. Cor. 3. ager eſt mundus,i.habitatores terræ,quibus & Paulus dixit:Dei agricultura eſtis.[Benedicite mon-
tes & colles Domino.] Secundùm Albertum, montes & colles vapore ſubterraneo eleuantur, vel
ab aquis nimiùm cõgeſta mole cauſantur.Et notant maiores ac minores in Eccleſia,præſertim præ-
latos,aut in donis gratiæ prę fulgentes,iuxta illud Ioelis 3.Stillabunt montes dulcedinem,& omnes
colles culti erunt.[Benedicite vniuerſa germinantia in terra Domino.] Si eorum quæ intra terram,
& in ſuperficie eius,atq; ex ea gignuntur,varietatem,valorem,pulchritudinem,ſuauitatem,amœni-
tatem,ac cæteras innumerabiles proprietates ſapienter attendimus, præ admiratione excellentiæ
creatoris altiſſimi deficiemus,nec ſapientiam,dulcedinem, ac decorem eius in his ſatìs mirari pote-
Hine rimus. *Hęc quippe ſunt metalla,flores,fructus,ſpecies, arbores, gemmæ, quorum vires & propri-
etates, tot & tales & tantæ ſunt, vt mortalibus plenè non innoteſcant, & quicquid ſpecioſitatis,
amœnitatis, virtutis & amabilitatis in eis eſt ſparsìm atque finitè, hoc in ſuperpræſtantiſſimo Deo
eſt indiuisìm, ſimpliciſſimè, omninò perfectè ac infinitè. Ex quorum etiam formatione, renoua-
tione, diſpoſitione prouidentia creatoris probatur, & à quibuſdam magnis philoſophis eſt pen-
ſata, quemadmodùm decimo de Trinitate Dei Auguſtinus oſtendit, dicendo: Plotinus Platoni-
cus de prouidentia diſputans,eam à ſummo Deo,cuius eſt *intelligibilis atque ineffabilis pulchri-
tudo,vſque ad hæc terrena & ima pertingere, floſculorum ac foliorum pulchritudine comprobat,
quæ omnia quaſi abiecta & velociſſimè pereuntia , decentiſſimos formarum ſuarum numeros
habere non poſſe confirmat, niſi indè formentur, vbì forma * intelligibilis & incommutabilis ſi-
mul exemplariter habens omnia, perſeuerat. Hoc & Chriſtus in Euangelio Matth.6. pandens:
Conſiderate, inquit, lilia agri quomodò creſcunt. Dico autem vobis, quòd nec Salomon in omni
gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex illis.De hac quoquè materia Hugo & Richardus eius diſci-
pulus pulchrè loquuntur, vno eorum dicente, quod & alius in ſententia ponit: Quid de gemmis
& precioſis lapidibus narrem, quorum non ſolùm efficacia vtilis, ſed adſpectus quoquè mirabi-
lis? Eccè tellus redimita floribus, quàm iucundum præbet ſpectaculum. Videmus rubentes roſas,
candida lilia,purpureas violas,in quibus non ſolùm pulchritudo,ſed origo quoquè mirabilis, quo-
mo-

modo ſcilicet Dei ſapientia de terræ puluere ſpecies tales producit. [Benedicite fontes Domino.]
Fons à fundendo nomen ſortitur, quia aquarum fundit fluenta,& ſua diffuſione, perſpicuitate,ex-
uberantia,claritate,euidens quædam imago ſeu repræſentaculum eſt bonitatis diuinæ, ob eius cõ-
municabilitatem,claritatem,munificentiam,exuberantiamq́; immenſam.Propter quod Deus ęter-
nus frequenter fons nominatur.In origine quoq; fontium,qualiter ſcilicet ex terræ viſceribus pro-
deunt,& multiplicatione ac vtilitate eorum,ſapientia Dei eximiè commendatur, qui taliter homi-
num neceſſitati prouidit,vtilitati conſuluit.De mirabilibus demùm quorundam fontium proprie-
tatibus ac viribus,Auguſtinus &alij tam theologi,quàm philoſophi,varia conſcripſerunt,in quibus
omnibus diuina claret maieſtas.Fons autem doctores,prędicatores ac ſacerdotale deſignat officiũ,
quorum eſt riuos ſapientiæ,aquam ſalutaris ſcientiæ, chariſmata gratiæ, influentiam ſacramentorũ
alijs cõmunicare,propinare,profundere.De quibus in Pſal.67.habetur:In Eccleſijs benedicite Deo
Dño de fontibus Iſrael.Et Iſaias:Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.[Benedicite ma- Iſaiæ 12.
ria & flumina Dño.] Vnum eſt mare totale,dictum oceanum,ſ.aquæ elementum,cingens & ambiẽs
terram.Quod Secundus philoſophus appellauit cingulum terræ,ſcribens Adriano imperatori.Sunt
autem plura particularia maria,velut brachia magni maris. Sed & minora quędam ſunt maria,de
qualibus & in Euangelio legitur.De quibus potiſſimè verum reor quod hîc ait Albertus:Maria,in-
quiens,cauſantur à confluxu fluminum:ſicq́; iuxta proprietatem idiomatis Hebræorum, quælibet
magna congregatio aquæ,mare vocatur,ſecundùm id Gene.1.Congregationes aquarum appellauit
Deus maria.Flumina autem ex fontibus ſcaturire feruntur, quanuìs viciſsìm aliundè cauſenť. Hinc
dicit Albertus,flumina à confluxu fontium generantur.Deniq; in Geneſi habetur, ꝙ fons aſcen- Gen. 2.
debat è terra,irrigãs vniuerſam ſuperficiem terræ.Et denuò:Fluuius egrediebatur de loco volupta- Ibidèm
tis ad irrigandum paradiſum,qui indè diuiditur in quatuor capita,ſ. in quatuor principalia flumina
ex paradiſo manantia,de quib⁹ in Geneſi fit mentio.Itaq; ex fonte illo paradiſi fluuius paradiſi pro-
fluxit,& fluuius ille quadripartiť.Veruntamen ſecundùm Damaſcenũ,Fons præfatus ex mari ocea-
no habet originem,ſicq́; verificať illud Eccleſiaſtæ:Omnia flumina intrant in mare,&mare non re- Eccẽſ 1.
dundat.Ad locum vndè exeunt flumina,reuertunť,vt iterùm fluant.Per mare aũt interdũ exprimi-
tur ſeculi huius,i.ſecularium hominũ inquietudo,amaritudo atq; tumultus. Impij enim quaſi mare
feruens,quod quieſcere non poteſt,vt dicit Iſaias.Interdùm aũt per mare corda pœnitentium,ſe in Iſaiæ 57.
amaritudine & fluctibus internæ compunctionis afficientia,denotantur. Flumina verò nunc grati-
arum copioſa chariſmata,nunc tribulationũ abundantiam ſignant.Quantùm ad primum, ait Chri- Ioan. 7.
ſtus:Qui credit in me,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.Quo ad ſecũdum,ait Pſalmiſta:Ele- Pſal. 92.
uauerunt flumina fluctus ſuos à vocibus aquarum multarũ. [Benedicite cete & omnia quę mouen-
tur in aquis,Dño.] Hæc ſunt elementi aquæ præcipua ornamenta.Porrò ſi ea quæ de cete à philoſo-
phis & theologis ſcripta ſunt,attendanť,magna offertur materia laudandi,admirandi, honorandiq́;
Deum.Nempe de hoc genere piſcis ſecundùm vnam expoſitionem ſumũtur ſaltem pro parte, quæ
Iob 40.de Leuiathan ſcripta ſunt. Hinc inter piſces ſpecialiter nominať & prænominatur, quia eſt
maximus piſcis inter creaturas Dei,opus eius non parùm mirabile.Quemadmodùm enim inter ho-
mines magnitudine eminent ipſi gigantes, inter volucres gryphi, inter beſtias terræ quadrupedes
elephantes:ſic inter piſces ſunt cete,de quibus Genę.1.habetur: Creauit Deus cete grandia, & oẽm
animam viuentem atq; motabilem,quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas.Præterea quanta ſit va-
rietas,decor,vtilitas,robur,vis atq; proprietas piſciũ maris,qs mortaliũ poterit rimari aut exempli-
ficare?Sed quia ad Petrũ & Andream locutus eſt Chriſtus,Faciam vos fieri piſcatores hoĩm, conſtat Mat. 4.
nomine piſciũ intelligi homines,ità ꝙ cete deſignant maiores atq; potentes baptiſmatis vnda rena-
tos:cætera q̃ mouenť in aquis,minores ac ſimplices in aqua baptiſmi,motum virtutum,vitamq́; gra-
tiæ ſortientes.De huiuſcemodi aqua & piſcibus Ezech.47.multa leguntur, vbì inter cætera dicitur:
Omnis anima viuens q̃ ſerpit,quôcunq; venerit torrens,viuet.Et erunt piſces multi ſatìs poſtq̃ ve-
nerint illuc aquę iſtę,& ſanabuntur, & viuent omnia ad q̃ venerit torrens, & ſtabunt piſcatores ſu-
per illas.[Benedicite omnes volucres cęli] ſ.aërei,[Domino,] vbì volucres volant.Et quis in diuer-
ſitate,pulchro colore,cantu ſuaui,multiplici actu,celeri motu, penneo tegumento, multiformi or-
natu,cæteriſq́; auium proprietatibus,ſuperbenedicti & ſupergloriosiſſimi Dei ſapientiam,perfecti-
onem ac maieſtatem dignè mireť?Quanuìs autem per volucres quandoq; ſuperbia in altum vanita-
tis ſe erigentes,quandoq; diaboli in aëre volitantes ſignentur,vt quũ in Matthæo ait Saluator: Vo- Matt. 13.
lucres cæli comederunt illa,i.ſemina verbi Dei abſtulerunt: nunc tamen per volucres intelligendi
ſunt contemplatiui, pennis orationum,meditationum,virtutum atq; donorum in ſublimia eleuati.
Quibus competit dicere illud in Pſalmo 54.Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& volabo & re-
quieſcam?De qualibus loquitur & Iſaias:Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad fe- Iſaiæ 6.
neſtras ſuas?Et item:Qui ſperant in Domino,mutabũt fortitudinem,aſſument pennas vt aqlæ,vola- Iſaiæ 40.

bunt,& non deficient. [Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino.] In his quoq; ſummi artificis
excellentia ineffabiliter commendatur. Vndè ad declarandam ſapientiam ſuam in iſtis ſuis effecti-
Iob 39. bus opifex Deus multa ad ſanctum Iob loquitur. Ariſtoteles quoq; & Albertus Magnus, in libris ſu-
is de animalibus mira & pulchrè ſcripſerunt. Sed & Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei, aliqua de
his tangit. Quinto enim de Ciuitate teſtatur: Deus nec exigui & contemptibilis animantis viſcera,
nec auis pennulam, nec herbæ floſculum, nec arboris folium ſine ſuarum conuenientia partium &
quadam velutì pace reliquit. Et Hugo: In terra, inquit, commorantur animalia tam diuerſimodè fi-
gurata, quorum nõnulla miramur ex corporum magnitudine, quædam ex paruitate, quædam ex ra-
ritate, quędam ex ſpecioſitate, quędam (vt ſic loquar) ex quadam conuenienti ineptitudine & dele-
ctabili deformitate, quæ vocantur ridicula. Inſupèr, ſecundùm Auguſtinum 22. de Ciuitate Dei, ani-
malia quę minimum habent quantitatis, plus habent admirationis. Plùs enim formicularum & api-
cularum opera ſtupemus, quàm immenſa corpora beluarum. Hugo quoq; his conſonãs, ait: Anima-
lia quę ob paruitatẽ miramur, tam artificioſè ac ſapienter ſunt inſtituta, vt vix diſcernere valeamus,
quid magìs debeamus mirari, dẽtes apri vel tineę, alas gryphis vel cyniphis, caput equi vel locuſtæ,
crura elephantis vel culicis, aquilam vel formicam, leonem vel pulicem, tigridem vel teſtudinẽ. His
nempe tam exiguis corporibꝰ ſic omniſariàm lineamẽta ſuę naturæ congrua plenè diſtribuit Deus,
vt nihil deeſſe videatur tam *minimis, eorum quæ natura formauit in magnis.* Itaq; quicquid in cre-
aturis & pulchritudine, proprietate actibuſq; earum, viſui aut cõſiderationi noſtræ occurrerit, pro-
tinùs ad ſuperadorandi ac ſuperdelicioſiſſimi atq; in infinitum ſapientiſſimi creatoris contemplati-
onem, reuerentiam, laudem & gloriam, amorem & ſuperextollẽtiam referamus, cuncta creata pen-
ſantes, vt ſunt creatricis ſapientiæ quidam effectus, non vt ſunt res quędam in ſuis ſpeciebus atq; or-
dinibus conſiſtentes: ſicut dum ædificia pulchra conſpicimus, ſtatìm ex cõſideratione eorum, arti-
ficis collaudamus induſtriam. Hinc etiam naturalis philoſophia, ſi quis ea vtatur legitimè, ad diui-
norum contemplationem confert non modicè. Ad quam & naturaliter ingenioſi, præſertim ad me-
taphyſicalium ſpeculationem benè diſpoſiti, vtpotè in vi cogitatiua apti ac prompti, cæteris pari-
bus, aptiores cenſentur: quanuìs in alijs defectum naturæ ac naturalis ſcientiæ gratia Dei facilimè
queat ſupplere, immò & illis ſublimiores efficere. Per beſtias autem & pecora, homines ſenſualita-
tem ſequentes ſignantur, qui ad benedicendum Dominum inuitantur, eò quòd tam diù eis perper-
cerit, & adhuc ad emendationem eos præſtolatur ac prouocat. Cùm verò conuerſi fuerint, Dominũ
Pſal. 93. grata mente ſolent laudare, dicẽtes: Niſi quia Dominus adiuuit me, paulo minùs habitâſſet in infer-
no anima mea. Verùm cùm beſtię propriè appellentur animalia ſylueſtria atq; indomita, pecora au-
tem, bruta domita ſiue domeſtica: per beſtias, homines carnales, crudeles, intractabiles: per pecora,
homines carnales, manſueti, tractabiles, congruè intelligũtur. [Benedicite filij hominum Domino,
benedicat Iſrael Dominum, laudet &c. Benedicite ſacerdotes Domini Domino, &c.] Rationales &
intellectuales creaturæ dupliciter Dominum benedicunt, videlicet generaliter ac ſpecialiter. Gene-
raliter, dando materiam laudis diuinæ conſiderantibus eas, & exercendo operationes ſibi naturali-
ter conuenientes, eo vtiq; modo, quo vt (vt dictum eſt) cæteræ creaturæ irrationales & inanimatæ
Dominum benedicere aſſeruntur. *Specialiter quoq;* Dominum *benedicunt intellectiuè ac dilecti-*
uè, formaliter atq; vitaliter, corde & ore Dei laudibus inſiſtendo per ſapientiam & amorem. Primo
igitur modo benedicunt Deum, ſiue conſiderentur quo ad bona naturæ, ſiue quo ad dona gratiæ,
ſiue quo ad dona gloriæ. Nam & quantùm ad naturalia, homo eſt mirabilis creatura, Dei ſui imagi-
ne decorata, ex ſpiritali rationali eſſentia, & carne mortali mirabiliter compaginata, membris cor-
poris & viribus animæ artificioſè dotata. Et breuiter, ſi hominem conſideremus, quo ad corpus &
animam, & naturaliter circunſtantia ac concernentia eum, inuenimus tanto copioſiorem, excellẽ-
tioremq; materiam benedicendi creatorem, quo cęteris creaturis pręfatis homo eſt altioris naturę,
eminentioriſq; formaturę, quo ad corpus & animam. Vndè de pulchra humani corporis diſpoſiti-
one loquitur Auguſtinus 22. de Ciuitate Dei: In ipſo hominis corpore quanta Dei bonitas, quanta
tanti creatoris apparet prudentia? Nonnè ità ſunt in eo loca ſenſuũ & cętera membra diſpoſita, ſpe-
ciesq; ipſa ac figura & ſtatura totius corporis ità modificata, vt ad miniſterium animæ rationalis ſe
indicet factum? Non enim vt animalia irrationalia prona in terram eſſe videmus, ità creatus eſt ho-
Col. 3. mo: ſed erecta in cælum corporis forma, admonet eum, quę ſurſum ſunt ſapere atq; adſpicere. Por-
rò mira mobilitas linguæ ac manibus attributa, ad loquendum & ſcribendum, & ad opera artium
plurimarum ac officiorum complenda conueniens: nonnè ſatìs oſtendit, quali, quamq; præclaræ
animę tale corpus ad ſeruiendum conſiſtat vnitum? De diſpoſitione quoquè interiorum corporis,
ſcilicet perplexitate venarum atque neruorum, & ſecretis vitalium viſcerum, loquitur Auguſtinus
ibidèm, oſtendens quòd ſi taliũ harmonia, connexio ac diſpoſitio notæ eſſent, ità delectaret pul-
chritudo rationem in eis, vt omni formę quę oculis placet, ipſius mentis præferretur iudicio. In-
ſupèr,

ſupèr, quis in inſtitutione ſenſuum & modo immutationis eorum à ſuis obiectis, & in mutua ſenſu-
um ac ſenſibilium proportione ac cohabitudine, in diſpoſitione quoq; ſenſuum interiorum, & no-
bilitate virium animæ ſuperiorum intellectiuarum, omnipotentiam ſapientiæ ac ſapientiam omni-
potentiæ Dei authoris primi totius naturæ ſatìs miretur, dignè collaudet? Si verò ſupernaturalia
dona hominibus præſtita intueamur, videlicet dona gratiæ gratum facientis, & etiam dona gratiæ
gratìs datæ, abundantiorem ſublimioremq; materiam benedicendi Dominum inuenimus: & maxi-
mè, ſi bona gloriæ eis promiſſa, & multis iam data, penſemus. Poſtremò, quo alicui plura & potiora
diuinitùs collata ſunt beneficia, eo plùs Dominum benedicere obligatur, & ampliorem præbet ma-
teriam benedicendi illum. Idcircò poſtquàm in generali dixerunt, Benedicite filij hominum Do-
mino, de Iſraelitica plebe ſpecialiter ſubiunxerunt: Benedicat Iſrael Dominum, ſcilicet propter ſpe-
cialia multa & magna beneficia ſibi conceſſa, de qua fertur in Pſalmo: Qui annunciat verbum ſuum Pſal. 147.
Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit Pſal. 77.
eis. Itemq;: Quanta audiuimus & cognouimus, ea & patres noſtri narrauerunt nobis. Numerorum Num. 14.
quoq; liber cõtinet: Quis ſimilis tibi popule, qui ſaluaris in Domino? Et Baruch 4. Beati ſumus nos,
quia quæ Deo placita ſunt, manifeſta ſunt nobis. Verùm quoniam plebs illa per ſuam incredulita- 1. Cor. 10.
tem indigna effecta eſt nomine Iſraelis, de qua ait Apoſtolus, Videte Iſrael ſecundùm carnem: nunc
per Iſrael intelligendus eſt populus fide & opere Chriſtianus, de quo idem Apoſtolus ait: Pax ſuper Gal. 6.
Iſrael Dei. Hic enim populus Deum fide proſpiciens, etiam in prophetis frequenter ad literam no-
minibus Hieruſalem & Zion ac Iſrael deſignatur, præſertim quia primitiua Eccleſia ex populo illo
fuit: ſed & multo maiora data ſunt beneficia ac munera gratiæ populo Chriſtiano, quàm plebi Iu-
dæę, quanuìs de illa dicat Apoſtolus ad Rom. 9. Iſraelitæ, quorum eſt adoptio filiorum Dei, & glo-
ria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa, quorum patres ex quibus Chriſtus ſecũ-
dùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Expreſſo demùm in generali nomine
Iſrael, in ſpeciali ſacerdotes nominantur, quibus maiora dona erant conceſſa, & ratione officij ſui
ſpecialiter ad ſpiritalia exercitia laudeſq; Dei fuerant obligati. De quibus Dñs dixit per Iere. cap. 31.
Inebriabo animas ſacerdotum pinguedine. Quibus & 2. Paralip. 29. ait Ezechias: Filij mei, nolite ne-
gligere. vos elegit Dominus, vt ſtetis coram eo, & miniſtretis ei, colatis eum, & cremetis ei incẽſum.
Leuitici quoq; 10. Dominus præcepit eis: Doceatis filios Iſrael oĩa legitima mea. Et alibì: Sacerdo- Leuit. 21.
tes ſancti erunt Deo ſuo. Si autem tam ſpiritaliter, continenter, & ſobriè viuere tenebant̃ ſacerdotes
illi legales, quorum ſacerdotium typicum erat, putà figura ſacerdotij Chriſti atq; Eccleſiæ: ꝗ̃ ſpirita-
liter, caſtè, ac temperatè viuere obligantur ſacerdotes Eccleſiæ? Nonnè tanto perfectiùs, quo ſpirita-
lius atq; diuinius eorum eſt ſacerdotium, & quo præſtantiorem Deo hoſtiam offerunt, ac pręſtanti-
ora ſacramenta contrectant? Itaq; Deo iugiter benedicant, laudibus vacent diuinis, & ſpiritalibus ſe
prorſus mancipent actibus, vitia gulæ & luxuriæ primò ac vehementiſſimè abhorrentes ac repellẽ-
tes. [Benedicite ſerui Domini Domino.] Quod vel de miniſtris ſacerdotum in cultu diuino, putà Le-
uitis, quibus modò in Eccleſia ſuccedunt diaconi, vel de quibuſcunq; Dei famulis dicitur. Omnes
autem fideles ſunt ſerui Dei, tanquàm creati ac redempti ab ipſo, quibus ſumma ingenuitas & liber-
tas eſt Deo ſeruire. Hoc nanq; eſt vitijs & proprio animo dominari, carnem ac dæmõem ſimul cum
hoc ſeculo nequam ſuperare, quod excellentiſſimum victoriæ genus eſt. [Benedicite ſpiritus & ani-
mæ iuſtorum Domino:] Pręttereà, ſicut refert Hieronymus, quia ſuperiùs dictum eſt, In anima con-
trita & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur: & nunc dicitur, Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Do-
mino: quidam dixerũt, in homine, præter ſpiritum ſanctum, duo diſtincta eſſe, ſpiritum & animam:
quibus, ſecundùm Hieronymum, laborandum eſt, quomodò abſq; carne & gratia, ſpiritûs ſancti
duę ſubſtantiæ, & duo interiores homines in vno homine eſſe dicantur. Hoc quippe ex eorum ſe-
quitur dicto. Itaq; ſpiritus & anima, hoc loco eandem animæ rationalis eſſentiam exprimunt: quæ
anima dicitur, inquantùm informat & animat corpus: ſpiritus, ob ſuam ſimplicitatem, & inquantùm
contemplatur cæleſtia, vt habetur ex libro de ſpiritu & anima. Laus autem iuſtorum Deo gratiſſi-
ma eſſe dinoſcitur, ſicut & laus humilium ac ſanctorum, de quibus mox additur: [Benedicite ſancti
& humiles corde Domino.] non proprię poteſtati aut labori ſiue induſtriæ virtutes & merita veſtra
attribuendo, ſed pietati & gratiæ ſpiritûs ſancti, qui operatur in vobis velle ac perficere. Cor autem Phil. 2.
contritum & humiliatum Deus non ſpernit. Et cùm ipſe ſit eſſentialiter purè infiniteq; ſanctus, ſan- Pſal. 50.
ctitas ſibi maximè placet, humilibus quoq; dat gratiam. Itaq; dum Canticum iſtud deuotum ac fer- Iaco. 4.
uidum pronunciamus, ex ardenti id agamus affectu, & Deum ab omni ſuo effectu honorari cordi-
aliſſimè affectemus. Et ipſi quoq; eum deuotiſſimè benedicamus, laudantes eum in ſeipſo & in ſuis
operibus, iuxta illud Eccleſiaſtici: Benedicite Dñm in operibus ſuis. Et denuò: In omni corde & ore Eccl. 39.
nunc collaudate & benedicite nomen Domini. Oĩa etenim Deus maieſtatis propter ſeipſum crea-
uit, vt ſua perfectione in omnibus relucente, *ipſe in omnibus & ex om̃ibus* laudetur ac veneret̃, iu-

Eccl. 3. xta illud Eccleſiaſtæ:Fecit Deus opera ſua vt timeatur.Ideò Gloſſa dicit: Cùm cernimꝰ aliquid pul-
chrum vel honeſtum,indè Deum laudare,& ei gratias referre debemus.Circa præcedentem quoq;
verſiculum ponit,quòd ſpiritus eſt quo diſcernimus:& anima,qua viuificamur, vt vitam & intenti-
onem ad Dei præconia referamus.Poſtremò benedicere & laudare Deũ excelſum, angelicus actus
eſt & cæleſtis, magiſq; diuinum ac meritorium opus, cæteris paribus, quàm Deum orare. Ob hoc
ait propheta Pſal.103.Cantabo domino in vita mea,pſallam Deo meo quàm diù ſum.Et Pſal.33.Be-
nedicam dominum in omni tempore,ſemper laus eius in ore meo. Tandèm viri iſti ſeipſos ad Dei
prouocant laudem.[Benedicite Anania,Azaria, Miſael domino.] Ex præſenti ſcilicet liberationis
ab igne beneficio atq; miraculo,ſcientes eum omni creaturæ ſupereminere, nec ei ceſſantes decæ-
terò gratias agere.Et aliqui dicunt,quòd terminant laudem iſtam in ſeipſis, cui dicto obuiare vide-
tur,quod paulopòſt generaliter ſubdunt: Benedicite omnes religioſi domino. Cauſam autem qua
inflammantur ad laudes Dei,adijciunt:[Quia eruit nos de inferno.] Quia (vt dicit Gloſſa) ſi mortui
fuiſſent,ad infernum deſcendiſſent.Quod de limbo patrum intelligendum eſt.viri enim hi fuerant
virtuoſi.Quandoq; autem infernus pro limbo hoc ſumitur,vt cùm Gene.37.Iacob ait: Deſcendam
ad filium meum lugens in infernum. Et Iob 9. In profundiſſimum inferni deſcendent omnia mea.
Prætereà,ſicut dupliciter malum vitatur,ità dupliciter aliquis ab inferno eruitur:ſcilicet per antici-
pationem ſeu præuentionem,nè fiat:& per ſubuentionem ſeu meliorationem aut correctionem,vt
factum iam deſinat.Et primò Deus pueros iſtos etiam de inferno damnatorum eripuit,quia niſi per
eius gratiã fuiſſent adiuti,in mortalia vitia corruiſſent,& in eis perijſſent.[& ſaluos nos fecit de ma-
nu] i.inuaſione ſeu poteſtate [mortis] corporalis,ſeu incẽdij mortis illatiui.Mors autem, prout ſo-
lam extinctionem aut priuationem vitæ,ſeu ſeparationem animæ à corpore dicit, non habet pote-
ſtatem realem,ſicut nec cæcitas propriè:ſed per ſimilitudinem quandam, ſecundùm quod interi-
mere dicitur,cùm ipſa formaliter ſit interitus. Si autem ſumatur pro cauſa ſeu præuia diſpoſitione
ad mortem,ità eſt aliquid,poteſtatemq; habet ad corrumpendum. Vndè Oſee 13. dominus loqui-
tur:De manu mortis liberabo eos.[& liberauit nos de medio ignis.] Propter quod Sap.19.ſcribitur:
Vim virtutis ſuæ oblitus eſt ignis,vt pueri tui Deus ſeruarentur illæſi.Et iſtud miraculum in ſanctis
noui teſtamenti,tam viris quàm fœminis, ſæpiſſimè accidit, ſicut in Chronicis & Legendis ſancto-
rum conſcribitur.Ex quo friuola declaratur inſtantia Hebræi, de quo in prologo huius prophetæ
refert Hieronymus,volentis probare,canticum iam præſcriptum,à tribus pueris non eſſe compoſi-
tum.Siquidem ille Hebræus cauillabatur & reprobabat,tantum nõ fuiſſe ocij ſeu quietis tribus his
pueris,vt in camino æſtuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem Dei omnia ele-
menta prouocarent.Immò iſta inſtantia deridenda videtur. iam enim innotuit, quòd angelus fecit
medium fornacis quaſi ventum roris flantem,ità quòd in refrigerio & gaudio erant, & Dei circa ſe
gratioſiſſimam pietatem experientes,angelicam quoq; præſentiam, diuino amore ſuccenſi ſunt &
contemplationis lumine adimpleti,atq; à ſpiritu ſancto edocti.Et nonnè hoc totum omnipotentiæ
Dei ſuperfacilimum fuit,præſertim cũ pueri iſti iam in lege edocti extiterint, vt primo capitulo pa-
Pſal. 115. tuit?[Confitemini domino] duplici confeſſione, ſcilicet laudis diuinæ & propriæ culpæ.[quoniam
bonus] in ſeipſo,idcircò laude prædignus:& pius ad indulgendum, ideò fiducialiter veſtra ei con-
Pſal. 31. fitemini mala,exemplo dicentis: Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino.Et quo
fructu,adiecit:Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.[quoniam in ſeculum miſericordia eius.]Mi-
ſericordia enim Dei in ipſo,eſt ipſemet Deus miſericors,cui coæterna eſt miſericordia ſua.Effectus
Lucæ 1. quoq; miſericordiæ eius per omnes generationes diffunditur, ſicut in Cantico ſuo loquitur virgo
beata:Miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.immò in damnatis ac reprobis ri-
☞ gori iuſtitiæ aliquid miſericordiæ admiſcetur, dum citra condignum puniuntur aut relinquuntur.
Deniq; Gregorius ait:Eſſe Dei,eſt bonitas:natura,dulcedo:proprium, miſereri & parcere. Verun-
tamen,ſecundùm quod miſericordia includit quandam compaſſiõem,ob quam, miſericors (ſecũ-
dùm Damaſcenum,dicitur quaſi cor miſerum habens,videlicet miſeria pœnæ cuiuſdam affectum:
ſic in impaſſibili ac incõmutabili Deo locum non habet,niſi quo ad ſimilitudinẽ actûs, qui eſt mi-
ſeris ſubuenire,quemadmodùm ira & furor aſcribunt̃ eidem.[Benedicite oẽs religioſi dño.] Reli-
gio propriè ſumpta,prout ponitur virtus moralis,eſt idem quod latria:quæ,ſecundùm Tullium, eſt
virtus Deo cultum cæremoniamq; impendens:ſicq; religio à religando nomen ſortitur,quia per eã
rationalis creatura à ſeculi vanitatibus propria voluntate ac vitijs religatur atq; abſtrahitur, & Deo
ſubijcitur ac colligat̃.Sic aũt oẽs fideles Deo efficaciter ſeruientes,& eius cultui mancipati,dici poſ-
ſunt religioſi.Antonomaticè aũt religioſi vocantur,qui votis ſe ligauerunt ad Dei obſequium, ſeq;
Deo totaliter obtulerunt,propriæ voluntati per votũ obedientiæ renũciantes, cuiuſmodi ſunt clau-
ſtrales.De religioſis aũt primo modo,nunc ſermo eſt ad literam.Et ſecundùm Lyram,iſtud vltimũ
addit̃,quia non ſolùm in populo Iſrael,ſed in alijs quoq; populis erãt nonnulli,ꝙ ſpeciali cultu De-

um colebant,vt Iob atq; Melchiſedech & ſimiles,qui hîc religioſi vocant̃. Religioſi autem ſecundo
modo,ſpecialiſſimè diuinis laudibus ſemp debent inſiſtere. [Deo deorũ.] In ſcripturis, virtuoſi &
ſancti,dij vocant̃ per participationem diuinarũ proprietatũ à ſummo Deo, vt ſunt & rectores & iu-
dices,& qui poteſtatem eximiam habent in alios,ſicut ad Moſen dñs ait Exo.7. Conſtitui te deum
Pharaonis. Et Moſes ait Exo.20. Ad deos, i. iudices cauſa perueniet. Et rurſum: Dijs non detrahes.
Contemplatiui quoq;,diuini ac dij participatiuè dicuntur:qm̃ primam veritatem contemplando ac
diligendo,Deo præcipuè aſſimilantur.Inſupèr Ioan.10.Chriſtus illud ex Pſal.81.allegans,Ego dixi,
dij eſtis:Si illos,inquit,deos dixit,ad quos ſermo Dei factus eſt.Alij à gentilibꝰ æſtimati & dicti ſunt
dij hoc modo,qui tñ tales non erant,ſed impij & damnati fuerunt & ſunt. Summũ verò Deum dixit
Porphyrius etiam ab iſtis dijs,quos ſacrilegus coluit,formidari.[Confitemini ei, quia in oĩa ſecu-
la] à principio mundi vſq; in finem,videlicet per omnia temporum interualla, & per vniuerſas ge-
nerationum ſucceſſiones,[miſericordia eius] permanet,& actus ſuos effundit etiam ſuper iniquos,
prout apud Lucam loquit̃ Chriſtus:Diligite inimicos veſtros, & eritis filij altiſſimi, quia ipſe beni- Luc. 6.
gnus eſt ſuper ingratos & malos.Hinc Sap.11.capite ſcriptum eſt:Miſereris omnium,qm̃ omnia po-
tes: & ob id ꝙ omnium dñs es, omnibus te parcere facis.Prætereà, ſicut Hieronymus ait, ſciẽdum
ꝙ hucuſq;, videlicet vſq; ad hæc verba incluſiuè,non in Hebræo habetur, videlicet cãticum iſtud,
& laus ſeu gratiarum actio trium virorum iſtorum,ſed de Theodotionis tranſlatione Hieronymus
iſta inſeruit,qm̃ tempore ſuo per omnes Eccleſias erat vulgata.[Tunc Nabuchodonoſor rex obſtu-
puit] viſis tot mirabilibus,vtpotè excuſſione flammæ de fornace cubitis quadragintanouem,& cõ-
buſtione repentina fortiſſimorum exercitûs ſui virorũ, & ſubſiſtentia trium iſtorũ in medio ignis.
Et vt ait Albertus,Sicut membrum ſtupidum dicitur carens ſenſu & motu,ità cor regis obſtupeſce-
re dicitur, qm̃ tanta agonia admirationis percutitur,ꝙ nec ſenſu nec facultate poteſt in id quod ad-
miratur.Itaq; ſtupor iſte eſt vehemens admiratio, ſeu ex ingenti admiratione quidam cordis defe-
ctus.[Et ſurrexit properè,] i.miraculum iſtud pleniùs videre feſtinauit. Hoc enim naturale eſt ho-
mini admiranti,velle illum adſpicere circa quem factum eſt,vel qui fecit opus rarum atq; mirabile.
Et ſecundùm Albertum,admiranti & amanti nihil eſt ſatìs velox.[& ait optimatibus] i.primis prin-
cipibus [ſuis:] quorum conſilio miſſi fuerunt tres viri in ignem. [Nonnè tres viros miſimus in me-
dio ignis compeditos?] Interrogatio iſta ex ignorantia non proceſſit,ſed ex admiratione, ſicut fre-
quenter contingit.Ideò quoq; eos interrogat,vt illis ſecum ſentientibus,ex confeſſione eorum ve-
ritas mirabilium clariùs eluceſcat,& cæteris credibilior fiat. Vel ſecundùm Hieronymum, vt prin-
cipibus iſtis,quæ ſequũtur,annunciet.[Qui reſpondentes,dixerũt:Verè rex] ſic eſt,vt tu dicis.[Re-
ſpondit rex & ait:Eccè ego video viros quatuor ſolutos,& ambulantes in medio ignis,& nihil cor-
ruptionis in eis eſt.] In quibus verbis tangit tria mirabilia.Primò,ꝙ corpora trium virorũ non ſunt
læſa ab igne.Secundò,ꝙ corporibus illæſis manentibus, vincula ſunt combuſta, ità ꝙ ignis egit in
vnum combuſtibilium,& non in aliud,cùm ambo eſſent æqualiter applicita:ſicut & ſol radios fudit
in terram habitationis filiorum Iſrael, non vbì manebant Aegyptij, à quibus per omnipotentiam
Dei lumen ſuum ſubtraxit,vt patet Exo.10. Tertiò ꝙ cùm tres miſſi fuiſſent in ignem, rex quatuor
vidit.An autem ipſe ſolus viderit angelum,an alij quoq; Chaldæi,ſcriptura iſta non exprimit.Ange-
lus quippe in corpore aſſumpto,quibus vult ſe oſtendit,& quibus vult occultat. Dicitq; rex ſe qua-
tuor viros videre,qm̃ angelus in forma viri apparuit. Vndè & angeli in ſcripturis viri vocant̃,vt Ge-
neſis 32.Vir luctabatur cum Iacob.Et Actu.1. Duo viri ſteterunt iuxta illos. [Et ſpecies quarti ſimi-
lis filio Dei.] Huius verbi expoſitioni immorari oportet.Albertus autem circa hoc modicum dicit,
& idipſum in Hieronymo ſcriptum eſt,qui etiam plura ſuper hoc ſcripſit.In Scholaſtica verò hiſto-
ria breuiter legitur,ꝙ verbum iſtud de angelo intelligi poteſt.Primò itaq; inducenda ſunt verba B.
Hieronymi,ſic dicentis: O q̃ inenarrabilis eſt potentia Dei. vinculis ſtricta ſunt corpora, vruntur
vincula,corpora non vruntur.Speciem autem quarti,quem ſimilem dicit filio Dei,vel angelum de-
bemus intelligere,vt LXX.tranſtulerunt:vel certè,vt pleriq; arbitrantur, dñm Saluatorem. Sed ne-
ſcio quomodò rex impius Dei filium videre mereatur. Ergò iuxta Symmachum, qui interpretatus
eſt,*Speciem autem quarti ſimilitudo filiorum (non Dei,ſed) deorum,angeli ſentiendi ſunt,qui &
dij,& Dei filij ſæpiſſimè nuncupant̃. hoc iuxta hiſtoriam. Cæterùm in typo præfigurat iſte angelus
ſiue filius Dei,dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,qui ad fornacem deſcendit inferni,in quo clau-
ſæ & peccatorum & iuſtorum animæ tenebantur,vt abſq; exuſtione ſua & noxa ſuî,eos qui tenebã-
tur incluſi mortis vinculis,liberaret.Hucuſq; Hieronymus. Ex cuius verbis primò elicitur, ꝙ pro
filio Dei,Septuaginta tranſtulerunt angelum vel angelos.Symmachus verò, vbì Hieronymus trãſ-
tulit, Species quarti ſimilis filio Dei:tranſtulit,Similitudo quarti filiorum deorum, per quos intel-
ligit angelos:vt quod ait,filiorum deorum,ſumatur intranſitiuè, eritq; ſenſus: quòd quartum dixit
ſimilem angelis,qui & dij & filij Dei vocantur. Verùm,quia Hieronymus ſequutus eſt Hebraicã ve-

ritatem, eius tranſlationi inſiſtendum exiſtimo. Inquirendum eſt equidem, quid ſit quod ait, ſpecies quarti ſimilis filio Dei. Nempe in verbis iſtis diſtinctionem inſinuat inter hũc quartum & filium Dei, cui dicit ſimilem eſſe hunc quartum. Nihil enim ſibijpſi propriè ſimile dicitur. Rurſus quærendum, quid intelligat per filium Dei, cui aſſerit ſimilem eſſe quartum præfatum. Quærendum prӕtereà, quid hoc loco nomine Dei intelligat, ſ. an Deum verũ, an aliquem horum quos ipſe deos putauit, & quorum quemlibet deum æſtimauit. Si per filium Dei intelligit verbum æternum, vnigenitũ Dei patris, hoc ſine ſupernaturali reuelatione eſſe non potuit. Si autem aliquam puram creaturam, vt angelum aut aliquid tale, tali filio iſte quartus non ſolùm ſimilis fuit, ſed & angelus extitit. Quod Dan.3. & Nabuchodonoſor rex cognouit, ſecũdùm quod paulopòſt ait: Benedictus Dominus qui miſit angelum ſuum, & eripuit ſeruos ſuos. Vndè ſecundùm hoc magìs dixiſſet: Quartus eſt filius Dei, vel aliquid tale. Inſupèr ſi nomine Dei intelligit verum Deum, ergò agnouit verum Deum habere filium, qui ſpeciali ratione dicatur filius eius, alia ſcilicet quàm angelus, qui non per veram diuinitatis naturam, ſed per excellentem imitationem vocatur filius Dei. Ad iſta reſpondeo, quòd verba inducta videtur mihi tripliciter poſſe exponi. Primò, vt per Deum intelligat Deum verum, quem ſtatìm poſt hæc vocat Deum excelſum & Deum trium virorum iſtorum: & per filium Dei intelligat quendam, qui præcipua ratione vocetur filius Dei, cui filio ſimilem dicit hunc quartum, propter vultûs ſui ſplendorem, & gloriam atq; magnificam operationem, qua ſic mirabiliter in fornacem deſcendit, puerosq; ſeruauit illæſos. Sed tunc oritur quæſtio triplex. Prima, vndè habuerit veri Dei notitiam, cùm miſerit viros hos in fornacem, eô quòd non niſi verum Deum colere voluerunt. Secunda, quomodò nouit verum Deum habere huiuſcemodi filium. Tertia, quid putauit eſſe hunc quartum, an ſcilicet angelum, an hominem glorioſum. Ad primam quæſtionem patet reſponſio ex præcedẽti Dan. 2. capitulo, quo habetur, quòd Nabuchodonoſor interpretatione ſomnij ſui à Daniele audita, in faciem ſuam corruerit: Verè, inquiens, Deus veſter, Deus deorum eſt & reuelãs myſteria, quoniam potuiſti aperire hoc ſacramentum. Et quanuìs poſt modicum fuerit ſummi Dei oblitus, quemadmodùm in principio expoſitionis huius capituli dictum eſt: nunc tamen tot viſis miraculis, ad animum redijt, & Dei dudùm adeptam notitiam in ſe continuò renouauit. Ad ſecundam videtur reſpondere Auguſtinus in quodam ſermone, qui incipit: Vos conuenio ô Iudæi, vbì etiam per dicta gentilium probat Deum habere filium, inter cætera, verba hæc Nabuchodonoſor regis allegans, atq; ad hunc regem admiratiuè exclamans: O alienigena, vndè hoc tibi? Quis tibi DEI filium reuelauit? Ex quibus (vt reor) verbis acceptum eſt, quod Gloſſa hîc ait: Alienigena, quis te docuit filium Dei? in quibis verbis, ſi ritè conſidero, inſinuatur, quòd per reuelationem diuinam rex iſte iſtud cognouit. Impijs enim dona gratiæ gratìs datæ, ſicut electis, donantur. Sed tunc obijci poteſt, quod ſuperiùs Hieronymus dixit: Neſcio, inquiẽs, quomodò rex impius Dei filium mereatur videre. Ad quod reſpondetur, quòd non ſuis meritis ſibi hæc reuelata fuerunt, ſicut etiam ſuis meritis nõ vidit quartum ſimilem filió Dei, nec ea quæ præcedenti capitulo fertur vidiſſe, nec ea quæ ſequenti habentur capitulo, quæ omnia ſola pietate diuina ſibi oſtenſa creduntur. Hæc ergò eſt vna expoſitio huius paſſûs, de qua expoſitione nil temerè iudicare p̃ſumo. Secundò poteſt exponi, vt nomine Dei, ſummus Deus (vt dixi) intelligatur: per filium Dei, angelus: per quartum ſimilem angelo, Deiq; huiuſcemodi filio, homo gloriӕ eminentis: quem quartum rex iſte putauit primo intuitu eſſe *hominem * hoīem, verùm ob ſuam claritatē, angelo verum ob ſuam claritatem angelo ſimilem: Propter quod dixerat, video quatuor viros: Poſteà tamẽ cognouit, quòd angelus fuit: vel ex hoc, quòd egrediẽtibus tribus viris de medio ignis, repentè diſparuit: vel quia tres viri hi hoc regi dixerunt. Fortè enim inquiſiuit ab eis, quis fuerat ille quartus, quanuìs hoc ſcriptum non ſit. Poterat quoq; ex Daniele audiſſe, quòd ſummo Deo angeli deſeruirent, & per eos diuina myſteria reuelarentur hominibus. Daniel enim regi familiariſſimus fuit. Itaq; Iudic. 13. taliter dixit, quòd eſſet ſimilis filio Dei ſeu angelo, quomodò in Iudicum libro mater Samſonis locuta eſt ſuo marito: Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis valdè. Primò ergò putauit mulier illa, quòd ille ſibi appárens, homo exiſteret: ſed poſteà ex ſubita eius diſparitiõe cognouerunt ipſa & eius maritus, quòd angelus fuit. Tertiò poteſt exponi, quòd Nabuchodonoſor nomine Dei intellexit indiſtinctè aliquem ex vniuerſitate eorum, quos deos putauit, loquens iuxta ritum & conſuetudinem ſuæ gentilitatis: & per filium Dei, intellexit quendam ex hominibus deificatum ſecundùm ſuam perfidiam, prout gentiles dixerunt Apollinem eſſe filium Iouis, cuius carnalis filius fuit, & cum Ioue poſuerunt eum in ſorte deorum: quemadmodùm Iouem, Neptunum, Plutonem, & Orcum dixerunt deificatos, qui Saturni fuerant filij: quem Saturnum etiam pro deo colebant, quemadmodùm de his & iſta materia loquitur Auguſtinus in primis libris de Ciuitate Dei. Porrò per quartum ſimilem filio Dei, intellexit hominem quendam tantæ gloriæ ac ſplẽdoris, vt filijs deorum glorificatis poſſet ſimilis perhiberi. Poſtremò Lyra circa hũc locum ait: Propter irradiationẽ vultûs in corpore aſſumpto, benè apparebat q̈ angelus non erat filius hominis, ſed magìs aliqd ſu-

pra

pra hominem, & quid diuinum. Secunda expoſitionum iſtarum rationabilior mihi videtur. [Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtiũ fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Miſach, & Abdenago ſerui Dei excelſi, egredimini & venite.] viſis tot mirabilibus, & terribili illo angelico vultu luciſluo viſo, rex ſuperbiſſimus & infrenis, pauore concuſſus eſt, & pompa abiecta, non nuncios miſit, ſed per ſeipſum, quos damnauit, acceſſit & euocauit, in propria eos volẽs honorare perſona, tanquàm fideliſſimos Dei altiſſimi ſeruos. Compunctus enim fuit, & ad deuotionem quandam inductus. [Statimque egreſſi ſunt.] In quibus impletum eſt illud Eccleſiaſtici: In medio ignis non ſum æſtuatus. Eccl. 51. Illud quoquè ad Hebræos vndecimo: Extinxerunt impetum ignis. Et quod loquitur Iſaias capite 49. Flamma non ardebit in te. [& ſatrapæ congregati & magiſtratus & iudices,] Quibus nominibus quid ſignetur, & de diſtinctione iſtorum, præcedenti capitulo dictum eſt. [contemplabantur viros illos] oculis mentis & carnis, cum maxima admiratione. [quoniam nihil poteſtatis] id eſt, Dani. 2. actiuitatis & impreſſionis pœnalis [habuiſſet ignis] tam æſtuans [in corporibus eorum:] Deo om̃ipotenti ignis naturalem inflammandi poteſtatem reprimente ac ſuſpendente. Tuncque impletum eſt illud Pſalmi 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Super quod dicit Chryſoſtomus: Intercidit, vt ſanctis lumen ſit ad ſolatium, & ardor vrere neſciat ad ſupplicium. [& capillus capitis eorum non eſſet aduſtus,] ità quòd nec vnus pilus de eorum capitibus læſus fuit: quod tanto mirabilius extitit, quo & ignis feruentior, & capillus inflammabilior erat. [& ſaraballa eorum non fuiſſent immutata,] id eſt, *brachæ, quibus propter communem verecundiam, virilia tecta manſerunt, * braccæ quæ non fuerunt immutatæ, quia nec combuſtæ, nec fumo aut aliundè aliquo colore perfuſæ. Non minus miraculum fuit, quod Chriſtus in magiſtris illis oſtendit, quos beatiſſima Catharina conuertit: qui licèt in igne ſpiritum reddiderunt, tamen nec corpora eorum, nec pili, nec veſtes ab igne læſa fuerunt. [& odor ignis non tranſiſſet per eos.] Odor ignis eſt calor ipſius, qui metaphoricè odor vocatur, eô quòd ſicut olfactibilis ſeu ſui obiecti ſentit præſentiam per ipſius odorem: ſic per calorem ignis præſentiam experitur, iuxta quem modum loquendi ſcriptum eſt Iudicum 16. Samſon rupit vincula, quomodò ſi rumpat quis filum, cùm odorem ignis acceperit. [& erumpens] in laudem Dei, ſpiritu eum cogente, [Nabuchodonoſor rex ait:] Ex abundantia enim cordis os loquitur. Matth. 12. Cor autem regis, admiratione, timore, immò & gloriatione quadam fuit repletum, quia de tot mirabilium perpetratione ſibi oſtenſa gaudebat, ſecundùm quod rara, noua, ſupernaturalia atque inſolita cernere, naturaliter iucundum eſt hominibus, qui naturaliter ſcire deſiderant, atque ad talia auidiùs confluunt, quàm eſurientes ac ſitientes ad alimenta. [Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Miſach & Abdenago, qui miſit angelum ſuum.] Iam enim oſtenſum eſt, quomodò ſciuit quòd quartus ille fuerat angelus. Deum quoquè rex ex operibus ſuæ omnipotentiæ atque clementiӕ laudat. [& eruit ſeruos ſuos de igne, quia crediderunt in eum] fide completa, ſecundùm ſtatum eius perfectum. Habuerunt etenim fidem illuminatam rationibus credendorum cum depuratӕ intelligentia mentis, illamq; fidem quam Apoſtolus ad Galatas quinto connumerat fructibus ſpiritûs: quӕ fides, ſecundùm Thomam, non eſt virtus theologica, ſed quædam præcipua illius fidei certitudo. Omnia autem poſſibilia ſunt ità credenti. Hinc Eccleſiaſtici 51. habetur: Laudabit vſque ad mortem anima mea Dominum, quoniam eruis ſuſtinentes te, & liberas eos de omni anguſtia. [& verbum regis] Nabuchodonoſor, ſeipſum enim nominat regem. [immutauerunt:] i. tranſgreſſi ſunt, non ei Acto. 5. obediendo, ſcientes quia obedire oportet Deo magìs quàm hominibus, potiſſimè dũ homines iubent contraria Deo. [& tradiderunt corpora ſua] periculo mortis ac ignibus, malentes comburi, quàm Deum offendere, [nè ſeruirent] idolis aut regi terreno ſuperſtitioſè, illud Deuteronomij ſexto implentes: Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et vt Salomon proteſtatur Prouerbiorum vigeſimonono: Qui timet hominem, citò corruet. Itemq; Eccleſiaſtici trigeſimoquarto: Qui timet Deum, nihil trepidabit. [& nè adorarẽt omnem deum,] i. nullum omninò, [excepto Deo ſolo.] qui per Moſen idololatriam ſummè prohibuit. [A me ergò] rege [poſitum eſt hoc decretum:] id eſt, ego nunc ordino atque præcipio, quod iam mente concepi: & loquitur de præſenti per modum præteriti, propter certitudinem facti, vt ſcilicet ſuæ iuſſioni præſenti ità obediatur, & ſic facta vbiquè credatur, quaſi iamdudùm promulgata fuiſſet. [vt omnis populus] regionum mihi ſubditarum, [& linguæ] quarumlibet gentium. [& tribus quæcunque loquuta fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, &c. diſpereat] per occiſionem, [& domus eius] materialis, ſeu ſoboles ac familia, [vaſtetur,] id eſt, deſtruatur, vt nec reliquiæ maneant. Videtur Nabuchodonoſor iſte ſatìs bonam habuiſſe ſynterеſin. Vndè ſæpè viſis magnalibus Dei, bonam habuit inclinationem ad Dani. 4. Dei honorem, ſicut ſequenti magìs clarebit capitulo. [neque enim eſt deus alius, qui poſſit ità ſaluare,] id eſt, cultoribus ſuis tam ſupernaturaliter ſubuenire. Soli enim vero omnipotentiq; Deo cõpetit agere miraculoſè, propriè de ratione miraculi eloquendo, vt ſcilicet dicit effectum, om̃em na-

tura-

turalem curſum & ordinem, poteſtatem & legem cauſarum ſecundarum ac rerum creatarum tran-
ſcendentem. Propter quod canit Pſalmiſta pſalmo 71. Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui facit mi-
rabilia ſolus. [Tunc rex promouit Sidrach, Miſach, & Abdenago] per ſeipſum, quos antè promouit
per Danielem. [in prouincia Babylonis,] vt eſſent præfecti prouinciarum ac operum, ſecũdùm Al-
bertum, &(vt aliqui dicunt) promouit eos magìs quàm antè: quoniam priùs erant pręfecti operum,
nunc verò conſtituit eos iudices prouinciarum propter fidelitatem eorum, cogitans quòd ſicut Deo
ſuo, ità & ſibi decætero fideliſſimi eſſent: & rurſus, quòd Deus eorum dirigeret eos in negocijs ſi-
bi commiſſis ad totius regni profectum. Deindè epiſtola regis, miſſa ad ſibi ſubiectos, ſubiungitur.
Voluit enim Deum honorari ab omnibus, & ædificare abſentes. Nam & ideò Deus filios Iſrael di-
ſperſit in gentibus, & mirabilia ſua circa eos exercuit, vt per eos notitiam ſuæ maieſtatis cunctis
monſtraret, iuxta illud Tobię decimotertio: Confitemini Domino filij Iſrael, & in conſpectu genti-
um laudate eum: quoniam ideò diſperſit vos inter gentes quę ignorãt eum, vt enarretis mirabilia ei-
us, & faciatis ſcire eas, quia non eſt alius Deus om̃ipotens præter eum. [Nabuchodonoſor rex om̃i-
bus populis, gentibus & linguis, qui habitant in vniuerſa terra.] Per vniuerſam terram, intelligit
omnem terram ſuæ ditioni ſubiectam, vel terram orientalem, ſecundùm Albertum. Sed & tot gen-
tibus præſidebat, quòd ſe omnium regionum ac prouinciarum quaſi Dominum reputauit, eo quòd
nullus ſibi reſiſtere valuit. Iuxta quem modum & Cyrus rex Perſarum loquitur in Eſdra: Omnia
regna terræ dedit mihi Deus cæli. [Pax vobis multiplicętur.] De pace, atque multiplici ſpecie di-
ſtinctioneque eius, & quomodò omnia appetant pacem, Auguſtinus 19. de Ciuitate Dei pertractat.
Eſt autem triplex pax, ſcilicet pectoris, quæ eſt tranquillitas ordinis, & quietatio mentis in Deo.
Pax temporis, quæ exterior appellatur, & cum alijs qui aduerſari poterant, conſeruatur, vtpotè quę-
dam cum illis concordia. Et pax æternitatis, quæ habetur in patria. Omnem hanc pacem optare
debemus. Nam & illi qui pugnant, quid pugnando niſi pacem quandam, quamuis interdùm non
veram, intendunt? Potiſſimè autem prælatorum & principum eſt, pacem quærere ſubditorum, po-
tiſſimè ſpiritalem, veram, internam: immò & temporalem, quantùm fieri poteſt. Ideò 1. Timothei 2.
ait Apoſtolus: Obſecro primùm omnium fieri obſecrationes, &c. pro om̃ibus hominibus, pro regi-
bus & omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus in om̃i
Heſter 13. pietate. In lib. Heſter quoquè rex potentiſſimus Aſſuerus: Volui, inquit, nequaquàm abuti potentiæ
magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubiectos, vt abſque vllo terrore vitam ſilentio
tranſigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. De hoc Aegidius de Roma, in libro de
regimine principum, quem regi Franciæ ad eius ſcripſit inſtantiam, inclytè tractat, philoſophica ac
theologica documenta doctè miſcens. [Signa & mirabilia] iam deſcripta, [fecit apud me Deus ex-
celſus.] Nè nomine Dei, quemlibet deorum ſuorum gentiles iſti acciperent, cum additamento lo-
quutus eſt: Deus excelſus, tantæ videlicet excellentiæ, quòd comparatione ipſius, nullus deorum
poſſit vocari excelſus, ſicut & Proclus Platonicus in Elementatione ſua Theologica perhibet, quòd
*caterua nec tota * catena deorum primo illi autotheo, id eſt, ex ſe & per ſe Deo, comparabilis eſt. Porrò
ſecundùm Albertum, ſigna & mirabilia ſunt idem ſubiecto, id eſt, realiter, ſola ratione diſtincta:
quia inquantùm demonſtrant ſummam operantis potentiam, ſigna dicuntur: inquantùm verò re-
feruntur ad videntes, præter quorum ſpem & facultatem eueniunt, mirabilia appellantur. [Placuit
ergò mihi] zelo diuini honoris, [prædicare] verbo & ſcripto [ſigna eius, quia magna] in ſe, & ma-
gnæ potentiæ oſtenſiua: idcircò relatu prædigna. Magnalia equidem Dei, ad eius honorem, ho-
Tob. 12. minumque profectum ſunt reuelanda, quemadmodùm in Tobia Raphael angelus proteſtatur:
Opera Dei reuelare & confiteri, honorificum eſt. [& mirabilia eius, quia fortia:] omnem creatam
excedentia poteſtatem, iuxta illud Iob nono: Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, quorum
non eſt numerus. Vndè Tobiæ duodecimo angelus dixit: Vos autem benedicite Dominum, &
enarrate omnia mirabilia eius. [& regnum eius regnum ſempiternum.] Si per regnum Dei, intel-
ligatur gubernatio eius actiua, conſtat quòd illa ſit ipſemet Deus gubernator æternus. Si verò per
regnum ipſius accipiatur gubernatio quam efficit in electis, qua regnat in eis, vel ipſi recti Deo
ſubiecti: hoc quoquè regnum æternum eſt à parte pòſt, quo ad Eccleſiam triumphantem. Et item
quo ad Eccleſiam militantem electorum, in quibus nunc regnat per gratiam, regnaturus in eis poſt-
eà in æternum per gloriam. [& poteſtas eius in generatione & generationem.] Vniuerſæ enim ge-
nerationes poteſtati Dei ſubduntur, & ipſe malos potens eſt coërcere, & bonos defendere, ſicut
Pſal. 65. cantamus de ipſo: Qui dominatur in virtute ſua in æternum. Circa principium huius capi-
tuli ſolet inquiri, cur Daniel regi Nabuchodonoſor familiaris atque domeſticus, permiſit eum ſta-
tuam pſcriptam erigere, & alios ad eius adorationẽ inducere? Inſupèr, cur Daniel non fuit tam benè
accuſatus à Chaldęis regi, q̃ non adorauerit ſtatuã, ſicut tres pueri? Et rurſus, cur Daniel regi tã cha-
rus,

rus, non ſatagebat ſocios ſuos apud regem excuſare, atque de igne per anticipationem ſaluare? Ad
iſta quidam, ſecundùm quod rationabiliùs imaginari queunt, reſpondent: quòd Daniel fortè pro
tunc abſens fuit, & aliquò miſſus ad expediẽda regis negocia ſibi à rege commiſſa, aut forſitan ægri-
tudine decumbebat. Vel, quia penſauit ſe apud ſuperbiſſimum regem non poſſe proficere, ideo de
ſtatuæ fabricatione eum non increpauit, nec pro ſociorum ereptione ſtudebat. Quædam aũt Gloſ-
ſa *interlinearis affirmat, quòd de Daniele non fit mentio, quoniam regi adſiſtebat, qui propriam
ſtatuam non adorabat. Sed quòd ſanctus Daniel regi in tali idololatria corporaliter actualiterq; ad-
ſtiterit, non opinor. Præfatæ quoquè ſolutiones certum nil intuentur. Vndè & probabiliter intelli- Dani. 2.
gi poteſt, quòd Daniel in interpretatione ſomnij regis præcedenti capitulo ſcripta, intantùm regi
complacuit, quòd nullam contra eum accuſationem admiſit, nec idolorum ab eo culturam exegit,
eô quòd Deus ſuus tantam ſibi in ſecretiſſimorum ac ſomniorum interpretatione ac reuelatione
ſapientiam dederit, ſecundùm quod rex iſte in ſeipſo fuit expertus. Propter quod indecens æſtima-
uit, vt Danielem ad alterius dei cultum compelleret.

¶ Expoſitio cap. 4. Ego Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea & florens.
Articulus 5.

Hieronymus & Albertus hoc loco incipiunt capitulum quartum, quidam verò pauloantè, vi-
delicet ibi, Nabuchodonoſor rex omnibus populis: & dicunt, quòd epiſtola regis ibì incipi-
at, ad quam totum iſtud capitulum pertinere affirmant. In Scholaſtica quoquè hiſtoria ſcribitur,
quòd iſtud capitulum ſit regis epiſtola. Sic enim habet hiſtoria illa: Sequitur tertia viſio Danielis,
quam non ſcripſit Daniel ſcilicet populo, ſed eſt epiſtola regis, quam ſcripſit vniuerſo regno ſuo,
poſtquàm de beſtia reſtitutus eſt in hominem & in regnum, in quo prædicauit mirabilia, quæ apud
eum fecerat Deus excelſus, quam epiſtolam Daniel inſeruit operi ſuo. Itaque Daniel ſcripſit epi-
ſtolam iſtam in libro iſto, ſed non ſcripſit eam ad populos: immò ſecundùm Hieronymum, epi-
ſtola regis in prophetæ volumine ponitur, vt non fictus ab aliquo iſte liber, ſed Danielis eſſe cre-
datur. Porrò ſecundùm Albertum, habita viſione de regno Chriſti, ſecundùm poteſtatem qua
conterit regna mundi: inducitur hìc viſio de eodem, ſecundùm cognitionem & viam quæ ducit ad
ipſum. Hinc aliqui aſſerunt, quòd hæc tertia viſio ſignificat Chriſti prædicationem contra huma-
nam proſperitatem. Verba autem ſequentia dicunt eſſe narrationem epiſtolæ, ſcilicet. [Ego Nabu-
chodonoſor] monarcha quodammodò orientis, [quietus eram] à prælijs, vel in lecto quieſcens,
[in domo mea] Babylonico ſcilicet palatio: & quia quietus erat, ad viſionis perceptionem aptior
fuit. Anima enim quieſcendo fit prudens. Et de Sapientia legitur in Eccleſiaſtico: Qui minoratur Eccl 38.
actu, percipiet illam. Sapiens quoquè alius: Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa. [& flo- Sap. 8.
rens] poteſtate, honore, diuitijs, gloria, omnique proſperitate terrena, [in palatio meo ſomnium vi-
di, quod perterruit me.] Verbum iſtud in ſuperioribus fuit expoſitum. Inſolita autem, præſertim
tempore noctis viſa, intuentẽ perterrent. [& cogitationes meæ in ſtratu meo] habitæ, & viſiones
capitis mei conturbauerunt me] admiratione atque pauore, ſolicitudine, deſiderioque ſciendi quid
deſignarent. Cur autem pluraliter dicit, viſiones capitis mei, cùm non niſi vna viſio, vnumque ſo-
mnium fuerit, patet ex dictis in ſuperiori expoſitione, vbì ſic legitur: Somnium tuum & viſiones ca-
pitis tui in cubili tuo, huiuſmodi ſunt. Fuit quippe vna viſio integralis, quæ ob ſuas partes, plura-
liter viſiones vocatur. Et cur viſiones dicat capitis ſui, præællegato loco expoſitum eſt. Siquidem
viſio iſta, imaginaria fuit & in vi imaginatiua, quæ ſituatur in capite, in quo etiam ſpiritus anima-
les & naturales, qui veluti formas ſeu ſimilitudines reuelationis, puriores & lucidiores ſunt, ſecun-
dùm Albertum: ſecundùm quem, ſomnium iſtud inſinuatur partìm proueniſſe ex præuijs cogita-
tionibus regis, qui cœpit vigilando in lecto cogitare de ſibi ac regno ſuo futuris, quamuis principa-
liter fuerit ſomnium hoc diuinitùs inditum, ſecũdùm quod in expoſitione primæ viſionis dictũ eſt
clariùs. [& per me] i. à proprio ore meo, [poſitum eſt decretũ,] i. cõmiſſio, ordinatio ſeu pceptum.
[vt introducerẽtur in cõſpectu meo cuncti ſapientes Babyloniorũ.] carentes ſapientia, q̃ deſurſùm
eſt, quę & bonis operibus plena eſt, ſecundùm apoſtolũ Iacobum: ſed ſeculari ſapientia prędidi, de Iſaiæ 19.
quibus Dñs ait: Perdam ſapientiam ſapientũ, & prudentiam prudentũ reprobabo. Deniq;, ſecundùm
Albertum, ſapientes hìc nominantũ peritiſſimi diuinationũ. [& vt ſolutionẽ ſomnij indicarẽt mihi.]
Somniorum nanq; ſignificationibus plurimùm intendebant gentiles, & reges eorum de ſapientum
ſuorum conſilio cuncta agebant, vt dictum eſt in primæ viſionis commento. [Tunc ingrediebann-
tur arioli, magi, Chaldæi, & haruſpices.] Quorum ſignificationes & diſtinctiones diligenter expo-
ſitæ ſunt in elucidatione ſecundi capituli. [& ſomnium narraui in conſpectu eorum.] Nunc huma-
niùs ac rationabiliùs habuit ſe, quàm viſo ſomnio primo, cuius non ſolùm interpretationem, ſed
&

& eſſentiam exegit ſibi à præinductis indicari hominibus. Nunc enim flagellis Dei correptus, hu-
miliatus & emendatus, impoſſibilia ab illis non requiſiuit, ſed ſomnium eis propoſuit, [& ſomniũ]
i. ſomnij ſignificationem [non indicauerunt mihi] quoniam ſicùt ſomnium ſupernaturale diuinũq;
extitit, ſic expoſitio eius non niſi ſupernaturaliter atq; diuinitùs valuit ſciri, iuxta illud 1. Corinthio-
Gene. 40. rum 3. Quæ ſunt Dei, nemo nouit niſi ſpiritus Dei. Et in Geneſi: Nunquid non Dei eſt interpreta-
tio? [donec collega] i. ſocialiter ac familiariter mihi colligatus amicitia ſpeciali. in quo conſtat re-
gem iam humiliatum, quòd captiuum & ſeruum vocat collegam. [ingreſſus eſt in conſpectu meo
Daniel.] Hæc dictio, donec, excludit hîc etiam tempus ſequens, quia præfati ſapientes nec poſt Da-
nielis ingreſſum, ſomnium regis exponere potuerunt, niſi expoſitione Danielis audita. [cui nomen
Balthazar] Chaldaicè [ſecundùm nomen dei mei,] i. eo nomine appellatus, quo deus meus, quoni-
am deus Nabuchodonoſor Balthazar vocabatur, ſecundùm Gloſſam. Et participatione ſpiritûs di-
uini, impoſitum eſt Danieli nomen diuinum, quia præ cæteris diuinior apparebat, prout in expoſi-
tione primi capituli ampliùs dictum eſt. [qui habet ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo] i. il-
luminatus eſt illo ſpiritu, quo ſancti dij ſunt pleni. Vel anima ſeu ſpiritus eius, tantæ ſapientiæ eſt, vt
deorum ſpiritui comparetur, eſtq; talis vt ſpiritus illorum. Loquitur autem more gentilium, & fal-
ſos deos ſuos æſtimat ſanctos, futurorũq; præſcios. Circa quod ait Hieronymus, & habetur in Gloſ-
ſa: Non mirum ſi erret Nabuchodonoſor, * & quicquid ſuper ſe cernit, deos arbitretur. Verùm, vt
refert Albertus, aliqui dicunt, quòd dij dicuntur angeli, à quibus prophetæ illuminationes percepe-
Pſal. 75. runt, iuxta illud Pſal. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Nam ex præcedenti capitulo, ei-
Dani. 3. uſq; expoſitione iam patuit, quòd angelorum aliqualem notitiam rex habebat. Dicit autem, in ſe-
metipſo, ad innuendum, quòd Daniel quaſi ad nutum vel exuberanter habuerit ſpiritum talẽ. Cir-
ca hunc paſſum Lyra ſic ait: Qui habet ſpiritum deorum ſanctorum, ad interpretandum ſomnia.
Propter hoc ars interpretandi ſomnia, dicebatur diuina ſcientia. Vndè Albertus commentator ſu-
per librum de ſomno & vigilia, dicit Socratem Athenienſibus exclamâſſe, laudando ſcientiam di-
uinationis ſomniorum, dicentem: Abſit à me, vt hanc veſtram, quam experti eſtis per ſomnia, di-
cam eſſe falſam ſcientiam. Sed hanc diuinam me ignorare profiteor. Humana me ſcire exiliter pro-
teſtatus ſum: & vt verum fatear, hoc ſolùm me ſcire arbitratus ſum, quod ignoro, eó quòd ſcienti-
am deorum vel ſanctorum non ſum adeptus. Veruntamen iſtis non obſtantibus, gentiles multipli-
citer ſuperſtitioſi fuerunt in cõiecturis ſomniorum. [Et ſomnium coram eo loquutus ſum.] quan-
uìs non dubitauerim, quin ex reuelatione diuina ipſum potuiſſet cognoſcere, ſicut & ſomnium pri-
mum. ¶ Quæritur, cur rex ſciens Danielem omnibus ſapientiorem Chaldæis, eum primò omni-
um non vocauit. Ad quod quidam reſpondent, quòd Daniel abſens fuit, & alibì in negocijs regis
occupatus: cunctis enim prouincijs regis fuit præpoſitus. Alij dicunt, quòd miniſtri regis primò in-
duxerunt Chaldæos magiſtros, vt ipſi ampliùs honorarẽtur à rege, ſi ſomnium explanarent: ſed di-
uina diſpenſatione ſic contigit, vt Deus Iſrael in ſuo famulo exaltaretur, & Daniel ſublimior appa-
reret, magiſq; idoneus apud eum ad loquendum pro filijs Iſrael, atq; vt idololatræ confunderentur,
eorumq; præſumptio falſa comprobaretur, qua de primo ſomnio ſunt loquuti: Rex dicat ſomnium
ſeruis ſuis, & ſolutionem indicabimus ei. [Balthazar princeps ariolorum,] i. incantatorum ſeu diui-
natorum, quorum principem conſtituit eum rex, vt dictum eſt in fine ſecundi capituli, quia ſapien-
tior illis fuit, non quòd ariolando aut impiè diuinando ità vocari meruiſſet. [quoniam ego ſcio] per
experientiam, [quòd ſpiritum deorum ſanctorum habeas in te,] iuxta ſenſum præhabitum. [Et
omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi.] id eſt, nullum ſecretum impoſſibile eſt tibi interpre-
tari ac manifeſtare, propter excellentiam illuminationum tuarum, ità quòd iſtud potes non pro-
pria & humana virtute, ſed diuina & ſupernaturali, ſicut ait Apoſtolus ad Philippenſes 4. Omnia
poſſum in eo qui me confortat. Hoc nempe dicimur poſſe, vt ait Philoſophus, quod poſſumus per
nos aut per noſtros amicos. Hinc viri perfecti & ſancti ea poſſe dicuntur, quæ faciliter valent im-
petrare à Deo. [Viſiones ſomniorum meorum quas vidi,] id eſt, viſiones ſomniales in ſomno fa-
ctas, & imaginarias interiùs appræhenſas. Superiùs ſingulariter dixit rex, Somnium vidi: nunc au-
tem pluraliter loquitur, Viſiones ſomniorum: quoniam ſomnium iſtud figuratiuum, præſagum
futurorum, plurima complectebatur. Ideò propter diſtinctionẽ rerum ad ipſum pertinentium, plu-
raliter explicatur. [Et ſolutionem earum narra] mihi. Pauloantè iam dixit, Somnium coram eo,
ſcilicet Daniele, loquutus ſum, & in verbis ſtatìm ſequentibus rex recitat illud: quomodò ergò
iam petit illud ſibi à Daniele narrari? Et reſpondendum, quòd petit illud ſibi ab eo narrari, id
eſt, narratum reſumi, vt ſingulatìm per particulas exponatur. Itaque ſicut nonnulli benè di-
cunt, petit narrationem per modum expoſitionis, in qua neceſſè eſt ſomnium ab expoſitore
reſumi, parteſque ſingulas viſionis, applicare ſingulis partibus expoſitionis. Quanuìs verò rex
ore-

oretenùs viſionem ſuam Danieli protulerit, nunc tamen recitat eam, redigendo ad formam epiſto-
læ. [Viſio capitis mei in cubili meo.] Triplex eſt viſio, ſcilicet cordis aut mentis, & oculorum, ac
imaginatiuæ virtutis, quæ hîc viſio capitis nominatur, quia vis imaginatiua ſita eſt in capite. Idcir-
cò ad innuendum, quòd erat imaginatiua, nec purè intellectualis neque ſenſibilis, ait: Viſio capi-
tis mei in cubili meo. Quod, ſecundùm Albertum, eſt titulus narrationis ſequentis. Quocircà ait
Hieronymus: Nabuchodonoſor viſiones non oculorum & cordis, ſed capitis nouit: quoniam pro-
pter gloriam ſeruorum Dei, futurorum illi myſteria reuelantur, videlicet vt per expoſitionem ima-
ginariæ viſionis regis, vnus eorum *, & per illum exaltarentur & cæteri ad gloriam Dei, conſola-
tionemque populi. [videbam] ſenſu interiori, imaginaria viſione. [& eccè arbor in medio terræ,
& altitudo eius nimia &c.] Hoc totum, ſicut & cætera quæ ſequuntur in viſione, ſic apparebat, quia
ſpecies ſeu ſimilitudines rerum talium formabantur in vi imaginatiua regis miniſterio angeli ſan-
cti, ſecundùm doctrinam ſancti Dionyſij, quæ ſimilitudines talia repræſentabant. Nam & nobis
frequenter in ſomnis apparet, quòd aliqua exteriora agamus, videamus aut patiamur: ſed ideò fal-
limur, quia ſpecies rerum pro ipſis rebus accipimus. Nabuchodonoſor autem aduertit ſomnium
ſuum aliquid deſignare, quanuìs neſciẽrit quid notaret. Prætereà non decet nos expoſitionem
ſancti Danielis præcurrere, idcircò tranſiliendus eſt textus qui ſequitur, vſque ad id: [Tu ergò Bal-
thazar.] Ibì enim narratio ſomnij terminatur, & quæ nunc tranſiliuntur, in expoſitione verborum
prophetæ reſumentur & exponentur. [interpretationem] ſomnij huius [narra feſtinus.] Arſit enim
deſiderio ſciendi myſterium ſomnij tanti. Ardenter autem optanti & multùm timenti, vix aliquid
ſatìs eſt velox: petitque celerrimè conſequi quod affectat. Putauit etiam rex Danielem tam ſapi-
entem, quòd dilatione, inquiſitione, deliberationéve multa non indigeret. Ideò ſubdit: [Tu au-
tem potes] auxilio ſpiritûs deorum, non viribus proprijs, [quia ſpiritus deorum ſanctorum eſt in
te,] ſicut expoſitum eſt. [Tunc Daniel cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare quaſi vna hora.]
In textu non legitur, quandò Danieli oſtenſa ſit deſupèr interpretatio ſomnij eius: & probabili-
ter dici poteſt, quòd infra hanc horam, ità quòd nunc recollegit ſpiritum ſuum in ſe, & recolle-
ctum eleuauit ad Deum cum oratione interna atque feruenti affectu pro illuminatione huius ſo-
mnij declaratiua: alioquì non videtur, cur tanto tempore conticuiſſet, ſi iam antè fuiſſet ſibi ſo-
mnij expoſitio reuelata: ſicut in primi ſomnij expoſitione ductus ad regem, ſtatìm proceſſit ad
ſomnij ſolutionem. Aliqui tamen affirmant, quòd cœpit intra ſe tacitè cogitare, qualiter * religio * regio
culmini ſeruaret honorem, & tamen non abſconderet veritatem, id eſt, qualiter ipſemet Daniel
religioſus, regiæ dignitati reuerentiam congruam exhiberet, nec tamen veritatem taceret. Et ità
præmeditabatur quaſi vna hora ad ordinandum reſponſum. Nec obſtat quod loquitur Chriſtus:
Nolite præmeditari quid reſpondeatis, &c. Quia vt dicit Albertus, Quanuìs de fide non ſit præ- Lucæ 21.
meditandum, quoniam ſtatìm ſcitur quid ſit tenendum: tamen de ordine ſermonis, qualiter au-
dientibus proponatur, eſt præmeditandum. Et hoc verbum Alberti intelligendum eſt ſanè. [Et
cogitationes eius conturbabant eum:] quia ex reuelatione ſibi interiùs facta, vidit regi grauiſſi-
mam imminere calamitatem, cui condoluit, & contemplatione diuini iudicij æquitatiſq; eius, con-
tremuit. Quod & vultûs eius immutatio patefecit, atque hoc ipſum rex conſiderauit, propter quod
ſubditur: [Reſpondens autem rex, ait: Balthazar, ſomnium & interpretatio eius non conturbent
te] immoderatè, id eſt, non ità deijciant, vt veritati quid detrahas. Vndè Hieronymus aſſerit: Ta-
citus intellexit Daniel ſomnium eſſe contra regem, & timorem cordis, vultûs pallore ſignabat: do-
lebatque pro eo, qui ei honoris plurimùm detulit. Quod totum verum eſt, inquantùm perpen-
dit iſta aduerſa, tanquàm quædam mala pœnalia: inquantùm verò erant diuinæ pietatis remedia,
animæ regis ſalubria, propheta conſolabatur ſeipſum. In hoc quoquè, quòd rex Danielem hor-
tatur & roborat ad denunciandam veritatem, quantumlibèt aduerſa immineant, typum gerit pœ-
nitentis, qui ad omne flagellum debet eſſe paratus, vt hîc ſcribit Albertus. [Reſpondit Baltha-
zar & dixit: Domine mi rex, ſomnium his qui te oderunt,] contingat, [& interpretatio eius ho-
ſtibus tuis ſit.] Blandè & amicabiliter mutuò ſe affantur, ad inſinuandum quòd quicquid dici-
tur in eos, ex dilectione procedit, nec ſe inuicèm velint offendere. Daniel quoquè tam reueren-
ter, temperateque loquitur regi cui duriſſima fuerat relaturus, nè rex vltra modum contriſtare-
tur, quia non eſt afflictio addenda afflicto. Sed mirum videtur, quòd propheta tam ſanctus, pœ-
nam regi diuino iudicio iuſtiſſimè infligendam, optat ab eo auferri, eiuſque hoſtibus imprimi: quo-
rum nonnulli rege hoc ſuperbiſſimo meliores fuerunt. Et reſpondendum, quòd Daniel id opta-
uit, partìm ex pietate, partimque zelo iuſtitiæ. Regi enim piè condoluit propter humanitatem eius
ad ſe, & hoſtibus eius malum imprecabatur, inquantùm peccatores fuerunt, & animabus eorum
expediuiſſet in præſenti puniri. Iterùm Daniel verbum ſuum intelligi voluit, præſuppoſito be-
neplacito Dei, ſeruatoque ordine æquitatis. Ex ſimili zelo loquitur Ieremias in libro ſuo:
Da

Iere. 18. Da filios eorum in famem,& deduc eos in manum gladij. Deincèps expoſitionem orditur: [Arbo-
rem quam vidiſti ſublimem atq; robuſtam,] i.ſimilitudo arboris huiuſmodi, tibi præſentata in ſo-
mno.[cuius altitudo pertingit ad cælum, &c. tu es rex] per ſignificationē, non per eſſentiam: quia
per ſpeciem & rem illam tu deſignaris, ità ꝙ quicquid de diſpoſitione illius arboris dicitur, te con-
cernit.[qui magnificatus es] poteſtate,diuitijs,fama & gloria,omniq́; proſperitate mundana,[& in-
ualuiſti] ſuper terram, hoſtibus præualendo. ideò arbor illa apparuit ſublimis atq; robuſta: ſubli-
mis,regia dignitate: robuſta, poteſtate exercitûs & armorum. [& magnitudo tua] non corporalis,
ſed ſpiritalis, putà maieſtas & excellentia in regnando. [creuit] numero ſubditorum, [& peruenit
vſq; ad cælum,] i. ad valdè magnam exaltationem & eminentiam, vt per hyperbolen dictum iſtud
Pſal. 106. intelligatur,ſicut & illud in Pſalmo: Aſſcendunt vſq; ad cælos, & deſcendunt vſq; ad abyſſos. Itéq;
Pſal. 68. Poſuerunt in cælum os ſuum. Hinc proceritas arboris videbatur contingere cælum. [Et poteſtas
tua in terminos vniuerſæ terræ] orientalis, vbì rex iſte monarchiam ſortitus eſt: vel in vniuerſam
terram,per hyperbolen,ad innuendum multitudinem prouinciarum ſibi ſubiectarum. Sic enim ad
Iſaiæ 13. literam in Iſaia,de ſola Babylone ciuitate Dominus loquitur: Viſitabo ſuper orbis mala, vt ibidèm
exponit Hieronymus. Et Ioannis 12.phariſæi dixerunt de Chriſto: Eccè totus mundus abijt poſt
eum. Talibusq́; modis loquendi ſacra ſcriptura eſt plena. Idcircò de arbore dictum eſt: Adſpectus il-
lius in omnem terram. Et vbì Hieronymus tranſtulit, Adſpectus eius: Theodotio tranſtulit, Domi-
natio eius. Rurſus quod dictum eſt, quòd magnitudo regis huius creuit & peruenit vſq; ad cælum,
intelligi poteſt de magnitudine ſuæ elationis ac præſumptionis: quæ vſq; ad Dei cæli creuit iniuri-
am,cui iſte quodammodò voluit ſimilari, per ſeipſum volens regnare, plenus ambitione ac faſtu,
Iſaiæ 14. quemadmodùm in Iſaia dixiſſe inducitur: In cælum conſcendam, ſupra aſtra cæli exaltabo ſolium
meum. [folia eius] ſcilicet arboris huius [pulcherrima.] Per quæ intelliguntur precioſiſſima regis
huius ornamenta,ac multiplex apparatus,vel decus regni,verba atque edicta. [& fructus eius nimi-
us,] id eſt,diuitiarum copiam maximam rex poſſedit.[& eſca vniuerſorum in ea] id eſt,de facultati-
bus regis cæteri ſuſtentabantur,nec plùs,quàm eis permiſit aut contulit,habuerunt. [ſubter eam ha-
bitabant animalia & beſtiæ] cõmorantes,id eſt,ruſticani,ſimplices & vulgares,ſub eius poteſtate ac
protectione degebant,[& in ramis eius,] id eſt,altioribus officijs,locis ſeu dignitatibus ac delatio-
nibus poteſtatis regis iſtius. [volucres cæli] id eſt,nobiles & potentes inſtàr auium alta petentes,le-
ues,petulantes & garruli,[conuerſabantur] tanquàm regi quotidiè aſſiſtentes. [& ex ea veſcebatur
omnis caro,] i.omnis homo de regis opibus veſcebatur,id ſolùm habendo, quod ipſe dedit cæteris
aut reliquit. Et ipſa diſtributio accommoda eſt,atq; pro generibus ſingulorũ potiùs, quàm pro ſin-
gulis generum ſuſcipienda. Sicq́; [videbam in viſione capitis mei,] ſecundùm ſenſum præhabitum,
[ſuper ſtratum meum] in ſomno,exterioribus ſenſibus quietatis. Et hic breuis eſt dictorum epilo-
gus. Et quod ſubditur,eſt ſecunda pars ſomnij regis.[Eccè vigil & ſanctus de cælo deſcendit, & cla-
mauit fortiter,& ſic ait:] Per vigilem & ſanctum,intelligit angelum nunquàm dormientem,omniq́;
terrena affectione & labe peccati carentem. Siquidem angeli ritè vigiles appellantur, quia ad no-
ſtram cuſtodiam, ad diuini imperij executionem, ad contemplandum altiſſimi vultum, & ad eius
præconia vigilant atque intenti ſunt inceſſanter,de quibus Iſaiæ 62.habetur: Super muros tuos Hie-
ruſalem conſtitui cuſtodes,tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Vigil iſte de cælo de-
ſcendit,miſſus à rege ſuperno,qui loquitur Hiere.1. Vigilabo ego ſuper verbum meum,vt faciam il-
lud. Clamauitq́; fortiter, quia & ipſe fortis eſt miles principis ſummi, & omnipotentis Domini au-
thoritatem ac poteſtatem ſuo valenti inſinuauit clamore. Qui tamen clamor non fuit exterior ne-
que vocalis,ſed interior, interiusq́; auditus per imaginarias repræſentationes, ſicut Apocal.1. & 4.
perhibet ſe audiſſe voces,quaſi tubarum & tonitruorum atque aquarum multarum, quæ omnia ſo-
lo interiori ſuſcepit auditu,ſicut ibidèm expoſui. [ſuccídite arborem,& præcídite ramos eius,& ex-
cutite folia eius &c.] Omnia iſta ipſemet Daniel infrà expoſuit, dicendo: [Quòd autem vidit rex]
Nabuchodonoſor ſcilicet [vigilem & ſanctum,] vtpotè angelum, [deſcendere de cælo, & dicere:]
Omnia iſta per imaginarias ſimilitudines oſtendebantur interiori viſui regis imaginatiuo, per ange-
lum qui ſimilitudines iſtas formauit in interiore ſenſu Nabuchodonoſor regis. [Succídite arbo-
rem] ô Chaldæi,[& diſſipate eam, &c. Hæc eſt interpretatio ſententiæ altiſſimi] Dei, quam per vi-
gilem ſanctum pronunciauit, [quæ peruenit] ex diuina iuſtitia, [ſuper Dominum meum regem]
propter eius demerita,præſertim ob eius ſuperbiam. Auſteritatem interpretationis circunlinit ſua-
Lucæ 10. uitate verborum,vinum infundens & oleum. [Eijcient te ab hominibus, & cum beſtijs feriſq́; erit
habitatio tua.] Quod qualiter factum ſit,infrà habetur in litera. Cùm enim in amẽtiam verſus eſſet,
idq́; ſuis innotuiſſet miniſtris, eum tanquàm inſanum eiecerunt de regno, & ipſe inſtàr furentium
hincindè agitabatur.[& fœnum vt bos comedes.] Ipſe nanq; ſe bouem putauit,& illis ſe iunxit,eo-
rum veſcens edulio, ſicut videmus ad oculum furioſos beſtialibus delectari, ex ſubuerſione ima-
gina-

ginationis quam incurrerunt.[& rore cæli inſundéris] i.humectaberis, quia (ſecundùm Albertum)
nudus erat.[Septem quoq; tempora] i.ſeptem anni, [mutabuntur ſuper te,] i.voluentur & defluẽt,
durante tua amentia,ità ꝙ ſeptem annis ſic eris. Tempora quippe principaliter diſtinguũtur ad mo-
tum ſolis,ideò ſeptem tempora ſunt ſeptem anni. Hinc in ſcripturis vtriuſq; teſtamenti,per tempus
intelligitur annus: per tempora,duo anni,ſicut cùm infrà dicitur: Per tempus & tempora & dimidiũ Dani.12.
temporis. Et idem ordo verborum in Apocalypſi habetur. [donec ſcias] per experientiam debitæ Apoc.12.
caſtigationis: ſcias,inquam, ſtabiliter ac perfectè. [ꝙ dominetur excelſus] i. Deus altiſſimus, cuius
reſpectu cuncta ſunt baſſa. [ſuper regnum hominum] i.cunctis regnis tanq̃ ſummus, primus,om̃i-
potens dominator præſideat, iuxta illud pſalmi: In manu eius ſunt omnes fines terræ. [& cuicunq; Pſal. 49.
voluerit,det illud,] vnum iuſtè deponendo, alterum ad libitum promouendo. [Quòd autem] vigil
& ſanctus [præcepit,vt germen radicum eius, i.arboris,relinqueretur.] ſic enim ſuperiùs dixit: At-
tamen germẽ radicum eius in terra dimittite: Id,inquam,ſignificat,ꝙ [regnum tuum tibi manebit,]
i.te expectabit,& illud recipies. [poſtq̃ cognoueris] vexatione tibi intellectum præſtante, & corde
tuo per humilitatem ad ſupernam illuminationem diſpoſito,[poteſtatem eſſe cęleſtem,]i.eſſe vnam
ſummam ac primam virtutem increatam & independentem,in cęlis regnantem,& terreſtria mode-
rantem,prouidentiam vniuerſorum habentem. Itaq; per germen radicum arboris, deſignatur poſ-
ſibilitas redeundi ad regnum.[& vinciatur ferro & ære in herbis foris.] Sicq́; ſuperiùs dixit: Allige-
tur vinculo ferreo & æreo in herbis q̃ foris ſunt. Ex his verbis videri poteſt alicui,ꝙ Nabuchodono-
ſor tempore ſuę amentię fuerit vinculatus atq; incluſus. Quod & Hieronymus hoc loco ſentire vi-
detᷣ. Nã ait: Quærũt à nobis qui hiſtorię cõtradicunt, quomodò in vinculo ferreo & æreo fuerit Na-
buchodonoſor,aut quis eum vinxerit,& cõpedibus alligauerit. Quorũ inquiſitioni ſatisfaciens,ſub-
dit: Cùm perſpicuum ſit,omnes furioſos,nè ſe pręcipitent & alios inuadant,ferreis catenis ligari. In
quibus verbis innuitur,ꝙ ſaltẽ vinctus extiterat. Albertus quoq; hæc verba, Vinciatur ferro & ære,
exponens: Furioſi,inquit,ferreis catenis ſolent ligari,vt dicit Hieronymus: ſed huic videtur obuia-
re quod ſubditur, In herbis quę foris ſunt. Et quod fertur in textu, [Cum feris ſit habitatio eius,&
rore cæli conſpergatur.] Et quod infrà habetur, Fœnum vt bos comedet. Ex quibus conſequitur,ꝙ
in agris ſeu pratis vel locis ſylueſtribus inter beſtias erat ac diſcurrebat. Quod item ex verbis Hie-
ronymi ſequi videtur, dum ait: Quis amentes homines non cernat inſtàr brutorum in agris viuere
locisq́; ſylueſtribus? Hinc Lyra affirmat, ꝙ non fuit ligatus neq; incluſus tẽpore furię, quia per hoc
infirmitas eius fuiſſet aggrauata. Patet enim ad ſenſum,ꝙ furioſi cùm ligantur, magìs infirmantur,
& ſciebant eius miniſtri ex reuelatione Danielis,ꝙ Nabuchodonoſor in campis nõ moreretur,ſed
finaliter in regnum reſtitueretur. Et iſtud videtur probabile. ſi enim ligatus fuiſſet & clauſus,corpus
eius non fuiſſet nudum & rore perfuſum. Vndè quod dictum eſt, Alligetur vinculo ferreo: Lyra ex-
ponit,i. infirmitate inducta ex diuina ſententia q̃ infrangibilis eſt. In herbis quę foris ſunt. Quia tẽ-
pore amentiæ habitauit in agris cum beſtijs. Albertus quoq; expoſitoriè ait ſuper illud, Alligetᷣ vin-
culo ferreo,i.tentatione duriſſima,q̃ domet ſuperbiã eius. Et iſtę expoſitiones literales poſſunt con
ſiſtere,cùm iuxta ſimilem modum loquendi,Dñs dicat regi Aſſyriorũ: Cùm fureres aduerſùm me, Iſaiæ 37.
ſuperbia tua aſſcendit in aures meas. Ponam ergò circulum in naribus tuis,& frenum in maxillis tu-
is. Quod de corporeis freno ac circulo intelligendũ non eſt, ſed repreſſione ſuę ſuperbię, & refre-
natiõe ſuę blaſphemię,per occiſionẽ ſui exercitûs ab angelo ſancto. Verùm nõ video,cur Albertus 4.Reg. 19.
ꝑmemorata verba de tentatione ſeu punitione regi illata,magìs exponat,q̃ verba ſequentia, ſ. Vin-
ciatᷣ ferro & ære,cùm verba iſta prorſus ad idem ꝑtineãt. Sequẽs em̃ verbũ, eſt reſumptio ꝓcedentis,
vt literã intuenti pateſcit. Inſupèr facile nõ appáret,quomodò verba Hieronymi ſibi inuicèm cõſo-
nẽt,niſi qs dicat,ꝙ Nabuchodonoſor ad tẽpus,& fortè in principio ſuæ inſanię, fuerit vinculat⁹ ſeu
clauſus,& poſteà ad conſiliũ Danielis fuerit ad naturę releuamẽ ſolutus. Aliq quoq; amẽtes partìm
ligantᷣ,& incedere permittuntᷣ: ſicq́; ligantᷣ,nè penitùs liberũ habeant manuũ vſum. Nũc exponenda
ſunt q̃dam ſuperiùs tranſilita.[Succídite arborẽ,& ꝓcídite ramos eius,] i.regẽ Nabuchodonoſor de
regno ꝓpellite,& dilatationẽ ſui imperij tollite.[Et excutite folia eius,]i.verba eius magnifica & or-
natũ,oſtendite vana.[& diſpergite fructus eius,]i.opes ipſius auferte ab eo. Aliqui etiã dicunt,ꝙ di-
uitiæ regni Babylonici,durante regis inſania,à pluribus rapiebantᷣ. [Et fugiant beſtiæ q̃ ſubter eam
ſunt,]i.ſubditi,inferiores,ruſticani & ſimplices,de regis iugo recedant.[& volucres,] i.diuites, po-
tentes,& in dignitatibus cõſtituti,[de ramis eius] ſ.Nabuchodonoſor abeãt,ſub latitudine ſuæ po-
teſtatis non ampliùs ſe tuendo.[Cor eius ab humano cõmutetur,] i. mens ſeu ratio eius ab aliorum
mente varietur, ità ꝙ in amentiã transferatur. Ratione em̃ à brutis ſecernimur: dum ergò vſu rati-
onis priuamur,brutales efficimur.[& cor feræ detur ei:] videlicet iudicio rationis nudato.[In ſen-
tentia vigilum] i. per ſententiam promulgatam per angelos [decretum eſt,] i. diuinitùs ordinatum
eſt ſic fieri,ità ꝙ inſtitutio ſeu ordinatio Dei per ſententiam angelorum, innotuit mundo de regis
 hui-

huius punitione præfata. Et licèt vnus vigil ſeu angelus verba inducta clamauerit, alij tamen cõſen-
ſerunt, aut executioni ſententiæ cooperati ſunt. Porrò qui die ac nocte, quantùm natura permittit,
ſanctis inſtant vigilijs, Dei laudibus aut actibus virtuoſis vacando, cæleſtium vigilum agilitatem ſe-
ctantur. Hinc ait Hieronymus: Nos quoq; crebris pernoctationibus imitamur officia angelorũ. Et
Lucæ 12. Chriſtus in Euangelio: Beatus, inquit, ſeruus ille, quẽ, cùm venerit Dñs eius, & pulſauerit ianuã eius,
Ibidèm. inuenerit vigilantem. Et rurſus: Vigilate itaq;, quia neſcitis qua hora Dñs veſter venturus ſit. [Et ſer-
mo ſanctorum,] i. eorum qui diuinæ æquitati conſentiunt in ſupernis, ſermo & verbũ eſt vt taliter
fiat. [& petitio eorundẽ.] Sancti nanq; expoſtulant vltionem cõtra malignos, & Dei omnipotentiam
in impiorũ iuſta deiectione declarari teſtãt, iuxta illud Apocalyp. 6. Vſq; quò Dñe ſanctus & verus
non iudicas, & nõ vindicas ſanguinem noſtrũ de his qui ſunt in terra? [donec cognoſcant viuentes]
in terra, [ꝙ dominet̃ excelſus] i. Deus ſublimis [in regno hoĩm,] i. cuncta regna eius poteſtati ſub-
Dani. 2. dantur, ſicut pleniùs dictũ eſt ſuper illud: Ipſe transfert regna atq; conſtituit. [Et cuicunq; voluerit,
dabit illud.] Subeſt enim ei, cùm voluerit, poſſe. Ideò ſecundùm Dei voluntatem quiſq; ad præſi-
dentiam eſt vocandus, vt ait Gregorius: nec debet ſe quiſquã ingerere, neq; vulpinis vti cautelis,
ſed rem diſpoſitioni diuinę cõmittere, cùm ad Hebr. 5. dicat Apoſtolus: Nemo ſumit ſibi honorem,
ſed qui vocatur à Deo tanq̃ Aaron. [& humilimũ hominẽ conſtituet ſuper eũ.] i. ſuper regni prin-
Matth. 28. cipatum. Quidam per humilimum hominem intelligunt Chriſtũ, qui proteſtatur: Data eſt mihi oĩs
poteſtas in cælo & in terra. Alij regem Nabuchodonoſor, qui poſt ſuam amentiam profundiſſimè
humiliauit ſe Deo. Generaliùs tamen exponi poteſt indeterminatè, ꝙ Deus quemcunq; hominem
ſibi placentem ad promouendum, promoueat ad regnandum, ſi ità decreuit, quantumcunq; ille ſit
4. Reg. 2. vilis atq; abiectus, iuxta quod dicitur primo Regum libro: Suſcitat de puluere egenũ, & de ſtercore
eleuat pauperem, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Nũc viſio tota expoſita eſt, ſub-
iungiturq; conſilium ſancti prophetæ, qui nil melius vidit pro rege, quàm ad diuinam cõfugere mi-
ſericordiſſimam pietatem. [Quamobrem, rex, conſilium meum tibi placeat.] Cõſilium etenim ſapi-
entum, præſertim in arduis, eſt quærendum atq; ſeruandũ, vt Tobiæ quarto habetur: Conſiliũ ſem-
Prou. 13. per à ſapiente perquire. Et in Prouerbijs: Qui cuncta agunt conſilio, reguntur ſapientia. [& peccata
tua eleemoſynis redime,] nè debitor pœnæ permaneas, neq; peccatis obnoxius. [& iniquitates tuas
miſericordijs pauperũ.] Contraria eñ curantur contrarijs. Ideò decet, vt qui pauperes oppreſſiſti,
eis ſubuenias. Et ad impetrandũ miſericordiam Dei maximè confert, miſericordiã pauperibus, im-
Matth. 5. mò & cunctis, impendere. Propter quod ait ſaluator: Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiam cõ-
ſequentur. Et iterùm ait ſcriptura Ecc̃i 3. Sicut aqua extinguit ignem, ità eleemoſyna extinguit pec-
Tob. 4. catum. Et Prouerb, 15. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata. Sed & in Tobia indè notabi-
liter ſcriptum eſt: Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ità enim fiet, vt nec à te auertatur faci-
es Domini. Eleemoſyna ab omni peccato liberat, & non patitur animas ire in tenebras. [forſitan
Ezech. 18. ignoſcet Deus delictis tuis.] Cùm per Ezechielem Dñs dicat, Si impius egerit pœnitentiam, omniũ
iniquitatum eius non recordabor ampliùs: cur Daniel dubitatiuè locutus eſt, Forſitan ignoſcet De-
us delictis tuis? Et reſpondendum, quòd non dubitauit, quin culpam Deus regi dimitteret, ſi vera-
citer pœniteret: ſed certus non fuit, an pœnam in præſenti comminatam dimitteret. Pœnitenti eñ
dimittitur culpa, non protinùs pœna: niſi fortè feruor charitatis & dolor contritionis eſſet tam ve-
hemens, quòd etiam ad pœnæ deletionem ſufficeret. Rurſus propheta tam ſobriè loquitur, nè quis
alteri temerariè veniam repromittat. Nam & facilitas veniæ præſtat peccandi audaciam. Nec qui-
cunq; dolor aut gemitus ad veritatem pœnitentiæ ſufficit, ſed oportet (ſecundùm Hieronymum)
vt dolor pœnitentialis ſit adæquatus peccato, quatenùs quo maior eſt culpa, eo maior dolor ſit:
quem etiam prouenire oportet non ex ſolo ſeruili timore, ſed ex zelo iuſtitiæ ac diuino amore, ſi
meritorius erit atque idoneus. Hinc Gloſſa hîc dicit, & ſunt quaſi verba Hieronymi: Daniel pręſci-
us futurorum, de Dei ſententia dubitat, in quo appáret eorum intolerabilis temeritas, qui audacter
peccatoribus veniam pollicentur. Nemini tamen deſperandum, quia & Nabuchodonoſor regi, ſi
bona fecerit, indulgentia promittitur. Et hoc eſt quod ait Hieronymus: Sciendum, quòd ſi Nabu-
chodonoſor bona opera facienti venia repromittitur, quanto magìs alijs qui minùs peccauerunt?
Ideò quoq; ait, forſitan, ſecundùm Albertum: quia in voluntate & gratia Dei eſt, ſecundùm illud
Ioel 2. Ioelis: Quis ſcit ſi ignoſcat Deus? Deniq; circa prædicta ſanctus Hieronymus & alij mouent hanc
quæſtionem: Cùm Daniel prædixerit Dei ſententiam, quę non poteſt caſſari & immutari, quomo-
dò hortatur regem ad eleemoſynas, vt Dei ſententia commutetur? Et reſpondetur, ꝙ prophetia ſeu
prænunciatio prædeſtinationis ſemper impletur, quia in ea aliquid dicitur ſecundùm quod eſt in ꝓ-
uidentia Dei, non aũt prophetia aut prænunciatio comminationis, cuius impletio ex meritis noſtris
dependet frequenter. Daniel aũt non ſciuit, vt dicitur, an ꝓnunciatio ſua prophetica, eſſet cõmina-
tionis duntaxàt. Cõminationes verò ꝓpheticæ intelliguntur ſub conditione, vtpotè niſi illi contra
quos

quos dicitur, ſe emendent, aut precibus ſuis ſeu aliorum ſuffragio procurent oppoſitum, vt patet in Ionæ 3.
Niniuitis & Ezechia. Proptereà per Ieremiam Dominus profitetur: Repentè loquar aduerſùm gen- 4. Reg. 20.
tem & regnum, vt eradicem & deſtruam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa, agam & ego pœniten- Iere. 18.
tiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei. [Omnia hæc] mala pœnalia prænunciata, [venerunt
ſuper Nabuchodonoſor regem,] per modum qui ſubditur: [poſt finem menſium duodecim,] vno
ſ. anno completo à prænunciatione iam habita, quo ad pœnitentiam expectabatur à Deo. De quo
in libro Sapientiæ fertur: Miſereris omnium, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Sapien. 11.
[in aula Babylonis deambulabat,] i. in ſuo palatio plenus ſuperbia. Ait quippe Hieronymus: Fecit
Nabuchodonoſor iuxta Danielis conſiliũ miſericordias in pauperes. Idcircò vſq; ad menſem duo-
decimum in eum eſt dilata ſententia. Poſteà verò intumuit, putans non eſſe implendum quod à Da-
niele audiuit. [Reſponditq; rex, & ait:] An ſolus deambulauit vel cum alijs, & vtrùm aliquis eum al-
loquebatur, cui reſponderit, in textu non ſcribitur. Et multi expoſitores teſtantur, ꝙ non alicui ſe
affanti, ſed proprij cordis elationi reſpondit. Et quidam imaginantur, ꝙ tunc cogitauit de abiectio-
ne ſibi à Daniele prædicta, quam falſam putauit, quia iam tranſijt annus, & ipſe tantę potentię ſe prę-
ſumpſit, ꝙ nullus poſſet eum deijcere. Ideò dixit: [Nonnè hæc eſt Babylon ciuitas magna,] de cuius
diſpoſitione & magnitudine infrà, Domino concedente, dicetur. [quam ego ædificaui,] i. auxi, me- Dani. 10.
lioraui & roboraui. Nam & ante eum fuit constructa: ſiquidem in Geneſi ſcriptum eſt, quòd prin- Gene. 10.
cipium regni Nemroth fuit Babylon & Arad & * Talamne. [in domum regni,] i. vt in ea perſonali-
ter reſiderem, palatiumq; haberem. Sicq; (vt dicitur) fecit eam regni ac monarchiæ ſuæ metropo-
lim. [in robore fortitudinis meæ,] i. propria poteſtate & executione ſubditorum meorum. ſicq; to-
tum ſibi, nil Deo, attribuit, quem ſuperbi & præſumptuoſi ſequuntur, ità de Dei donis gloriantes,
quaſi à ſeipſis ea haberent. [& in gloria decoris mei,] i. in gaudio proſperitatis & ornatûs ac excel-
lentiæ meæ, vel ad oſtentationem propriæ maieſtatis. [cùm adhuc ſermo eſſet in ore regis, vox de
cælo ruit,] formata per angelum, Deo iubente, & fortè per illum quem Nabuchodonoſor antè vo-
cauit ſanctum & vigilem, arboremq; præcepit in viſione ſuccidi. Sermo enim obſcurus non ibit in
vacuum, vt dicit Sapiens. Et * Saluſtius dicit: Frangit Deus omne ſuperbum. Ferturq; vox de cælo Sap. 1.
ruiſſe, quia de aëre ſonuit, & prolator eius de cælo deſcendit. An verò ſolus rex eam audiuit, an eti- *Sedulius
am alij, certum non eſt. Quanuìs aliqui dicunt, quòd multitudo obſequentium affuit, vocemq; au-
diuit, vt Dei vindicta intelligeretur à populo, quæ idcircò regi inflicta eſt, vt Dei potentia monſtra-
retur. [Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: Regnum tranſijt à te,] i. tibi nunc auferetur. Vndè, ad in-
nuendum quòd in proximo fiet hoc, dictum eſt: Tranſijt. [& ab hominibus eijcient te &c.] Iſta ex-
poſita ſunt. [Fœnum quaſi bos comedes.] Quod quidam exponunt, Comedes radices herbarum &
fructus ſylueſtres, ſicut bos comedit fœnum. Vel per fœnum omnia hęc intelliguntur. [Eadem ho-
ra ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt.] Mox eñ furere cœ-
pit, & tãquàm inſanus, pulſus eſt regno à ſuis. [& fœnum vt bos comedit, & rore cęli corpus eius in-
fectum eſt,] i. tinctum ac madefactum, quoniam nudum fuit. [donec capilli eius in ſimilitudinem
aquilarum creſcerent.] Crines enim ipſius, intonſi incultiq; manſerant, ſecundùm multitudinem
alarum aquilinarum creſcentes, vt pilis eſſet opertus, ſicut aquila plumis. [& vngues eius quaſi vn-
gues auium.] Quia nemo eas à digitis manuum aut pedum abſcidit. Aquilæ autem propter ſuam ra-
pacitatem comparatur. Vndè in Ezechiele de ipſo habetur: Aquila grandis magnarum alarum, ple- Ezech. 17.
na varietate & plumis, venit ad Libanum. [Igitur poſt finem dierum] caſtigationis meæ, ſeptem ſci-
licet annis expletis, [ego Nabuchodonoſor oculos meos] mentis & corporis [ad cælum leuaui.] vt
cælum intuens, eius creatorem conſiderarem ac venerarer. [& ſenſus] i. intellectus vſuſq; rationis,
[meus redditus eſt mihi] à clementiſſimo Deo, qui peccatis meis punitis, mentem meam illumina-
re dignatus eſt. Simili modo accipitur ſenſus in prima Ioannis epiſtola, vbì legitur: Scimus quoniam 1. Ioan. 5.
filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum. Priùs tamen redditus eſt ei ſenſus, quàm oculos ad Deum
erexit. [& altiſſimo benedixit,] gratias referendo, quòd me paternaliter flagellauit & illuſtrauit, ſe-
quens Tobiam qui ait: Benedico te Domine Deus Iſrael, quoniam tu caſtigâſti me, & tu ſanâſti me. Tob. 11.
Itemq́ue Pſalmiſta: Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliâſti, annis quibus vidimus mala. Pſal. 89.
Proptereà & nos aduerſitatem & diſciplinam perpeſſi, non indignemur, ſed gratias proferamus, ſci-
entes quòd Deo ordinante aut ſaltem permittente, talia nobis ad noſtrum contingant profectum.
[& viuentem in ſempiternum laudaui.] Qui ſolus abſolutè æternus eſt, & actualiſſimè, delicioſiſſi-
mè, ac ſimpliciſſimè viuẽs vita intellectuali, cuius eſſentia eſt ſupperfectiſſima ac ſuperbeatiſſima,
ſupereſſentialiſque vita, fons omnis vitæ. [& glorificaui] id eſt, glorioſum monſtraui verbo & fa-
cto. [quia poteſtas eius, poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generatione & generationem.] Hoc
in fine præcedentis capituli, quantùm ad ſenſum, ſcriptum eſt atque expoſitum. Quoniam ergò ta-
lis ac tantus eſt Deus, dignus & ſuperdignus eſt omni benedictione, glorificatione ac laude. [&

omnes habitatores terræ apud ipſum in nihilum reputati ſuut.] Simile eſt illud Iſaiæ 40. Omnes
gentes quaſi non ſint,ſic ſunt coram eo,& quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei. Scit enim Deus
omnipotens & immenſus,vniuerſa creata,comparatione ipſius,nullius eſſe momenti, & fragile eſſe
genus humanum,miſerijs atque defectibus animæ & corporis plenum. Et item quòd omnis creatu-
ra ex ſe nihil eſt, atque ex nihilo: & laberetur in nihilum, niſi conſeruaretur ab ipſo: præſertim au-
tem homines,inquantùm ſunt peccatores,terrena, non Deũ,amantes: qui propriè habitatores ter-
ræ cenſentur,quorum videlicet conuerſatio non eſt in cælis,contemptibileſque ſunt coram Deo,&
Pſal. 38. pro nihilo reputantur ab ipſo.Hinc fertur pſalmo 143.Homo vanitati ſimilis factus eſt.Et item: Ve-
runtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.Attamen homo,vt eſt ad Dei imaginem factus,be-
atitudinis ſuſceptiuus, atque ad eam plaſmatus, præſertim vt à Chriſto redemptus, & charitate ac
gratia decoratus, non reputatur à Deo pro nihilo abſolutè, neque ab ipſo deſpicitur, immò ſic ait
Pſal. 8. Pſalmiſta : Minuiſti eum paulominùs ab angelis, gloria & honore coronâſti eum, & conſtituiſti
eum ſuper opera manuum tuarum.Et rurſum pſal.88. Nunquìd enim vanè conſtituiſti omnes fili-
os hominum? Immò ſic ipſemet Deus ait Prouerbiorum 8. Deliciæ meæ, eſſe cum filijs hominum.
Et alibì:Eritis mihi in filios & filias. Apocalypſis quoquè 21. Eccè tabernaculum Dei cum homini-
bus,& habitabit cum eis.Itaque vilipendamus noſipſos in nobis, ſed in Deo curemus nos, perpen-
dentes ad quid conditi ſimus, & tranſitoria atque carnalia deteſtemur, Deum iugiter totis viribus,
omni affectu & toto conatu quęrentes,nec labori,difficultati aut tentationi cedentes.[Iuxta volun-
tatem enim ſuam facit tam in virtutibus cæli,] id eſt,angelicis ſpiritibus,ſeu virtutibus cæleſtiũ cor-
porum,eis à principio ſuę creationis inditis,per quas influunt inferioribus, ſecundùm quod ait Phi-
loſophus: Oportet hunc mundum eſſe contiguum lationibus ſuperiorum, vt tota eius virtus indè
gubernetur.Omnes itaque virtutes iſtæ ei obediunt. [quàm in habitatoribus terræ.] Propter quod
ait per Iſaiam capitulo 46.Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. [& non eſt qui re-
ſiſtat] id eſt, reſiſtere vel impedimentum ponere poſſit. [manui] id eſt, omnipotentiæ [eius] ità
quòd ei præualeat,vel eius beneplacitum ab effectu impediat. Nec obſtat quod de impijs ſcriptum
eſt Iob 24.Ipſi fuerunt rebelles lumini. Vitioſi equidem, quantùm in ipſis eſt, Deo reſiſtunt, ſpiri-
tuiſancto obicem ponunt, & dæmones ſalutem, quam Deus facit in ſuis, impedire conantur. Ve-
runtamen Deus,cùm voluerit voluntate beneplaciti, quę eſt ipſemet Deus volens, ad nutum præ-
ualet cunctis aduerſarijs ſuis: immò rebelles voluntates inclinat in omne quod complacet ſibi, eas
Iob 42. ad libitum immutando, & quocunquè voluerit, has vertendo. Ideò ait ad Iob: Quis reſiſtere po-
Iere. 49. teſt vultui meo? Omnia quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt. Per Ieremiam quoquè: Quis ſimilis mei, &
quis ſuſtinebit me? Et quis eſt iſte paſtor qui reſiſtat vultui meo? [& dicat ei, quarè ſic feciſti?] Nul-
lus enim ſapientior,nullus iuſtior,nullus potentior eo: ſed ipſe vniuerſis & ſingulis in infinitum ſa-
pientior,potentior, iuſtiorq́; conſiſtit. Et quanuìs ſecundùm voluntatem ſuam in omnibus agat,
non tamen tyrannicè agit, quanuìs voluntas ſecundùm ſe comparetur tyranno. Quoniam in ſu-
perſimplici ac ſuperſanctiſſimo Deo realiter idem ſunt, ſapientia, iuſtitia atque potentia. Ipſeque
Deus ſublimis & benedictus,eſt omnium prima regula,prima virtus, & totius veritatis, æquitatis &
ſanctitatis fontalis ac ſumma menſura.Idcircò errare,falli, reꝑhendi non poteſt.Propter quod eti-
am in libro de Cauſis habetur:Omnes virtutes quibus eſt finis,pendentes ſunt per primum infini-
tum,quod eſt virtus virtutum.Et Auguſtinus octauo de ciuitate Dei: Celebriores, inquit, philoſo-
phi aliquid tale de Deo ſenſerunt,vt in illo inueniatur & cauſa ſubſiſtendi, & ratio intelligendi, &
ordo viuendi.Deniquè imperſcrutabilia ſunt iudicia.Propter quod ait Apoſtolus ad Romanos 9.
Rom. 11. O homo,tu quis es qui reſpondeas Deo? Et Iob 36. Elihu loquitur: Quis poterit ſcrutari vias ei-
Iob 36. us? Aut quis ei dicere poteſt,Operatus es iniquitatem?Sed & Iſaias dicit: Væ qui contradicit facto-
Iſaiæ 45. ri ſuo. Nunquìd dicit lutum figulo ſuo, quid facis? [In ipſo tempore ſenſus meus reuerſus eſt ad
me.] Hoc, modò expoſitum eſt. [& ad honorem regni mei decoremq́ue perueni.] Secundùm
Hieronymum,Nabuchodonoſor eleemoſynis ſuis regni ſui recuperationem promeruit. [& figu-
ra mea reuerſa eſt ad me.] occaſione huius verbi perhibuit Ioſephus,Nabuchodonoſor regem non
ſolùm in amentiam verſum,ſed & in bouem mutatum, ità quòd exteriorem figuram amiſerit, in-
dueritq́ue bouinam.Quemadmodùm etiam dixit,quòd Adam in ſtatu innocentiæ de nuditate ſua
non erubuit, quia beſtiali vixit ſimplicitate. Quod dici non poteſt, quia ſic ex peccato melioratus
fuiſſet primorum ſtatus parentum, per peccatum vſu rationis adepto. Epiphanius verò & docto-
res catholici communiter tenent oppoſitum. Nam ſuperiùs dictum eſt: Cor eius ab humano com-
mutetur,& fœnum quaſi bos comedet.Non dicit,quòd factus bos comedit fœnum. Albertus ergò
ità exponit,vt intelligatur ratio figuræ conſona, vt ad humanam rationem figuret opera ſua. Qui-
dam enim * figurant ad canes,quidam ad porcos.Verba hæc,intricata videntur,quorum ſenſus ap-
páret,vt per figuram deſignetur figuratio vitæ ſecundùm rationem, Nam & Petrus in prima ſua ait
Cano-

Canonica:Non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ tenebris.Alij clariùs dicunt, ꝙ figura acci- 1. Pet. 1.
pitur hîc pro exteriori cõpoſitione, quia poſt furiã fuit veſtitus & tonſus, ſicq́; in figura ſuo modo
mutatus.Veruntñ reor,ꝙ & de exteriori figura quodammodò accipi poſſit,non ꝙ illam quo ad li-
neamenta amiſerit,ſed quãtùm ad multiplicẽ deordinationẽ, incuruationẽ & deformitatẽ. Herba-
rum em̃ radices rodendo,in terra cũ bobus,feris, beſtijſq́; iacẽdo, & varias amentias exercẽdo, no-
tabilẽ incurrit immutationẽ figurę,quãtùm ad plurimas corporis partes.Vel figura reuerſa eſt ad eũ, Ioſephus
quãtùm ad manifeſtationẽ. Pilis em̃ opertus,in terrã proſtratus, & beſtijs ſe cõformans, nõ videbat lib. 10. ant.
figuram habere humanã. [& optimates mei & magiſtratus requiſiêrũt me.] ad mentẽ reuerſum,re- Iud. cap.
cordati quantùm ꝓmouerim regnũ Chaldææ,& ex Danielis eloquio agnouerũt eum decæterò ra- 13.
tionabiliter regnaturũ.Atq;,vt aliqui dicunt, quia Euilmerodach filius Nabuchodonoſor, regnans
poſt eum,tantæ erat nequitię,ꝙ laſſi de eius imperio,patrẽ ipſius requiſiêrunt.[& in regno meo cõ-
ſtitutus ſum,& magnificentia amplior reddita eſt mihi.] Videntes em̃ Chaldæi mirabilẽ regis mo-
deſtiam, manſuetudinẽ, prudentiam & ꝓbitatem in om̃ibus poſt ſuam ad mentis vſum reuerſionẽ,
magìs q̃ antè venerati ſunt eũ.Et ipſe decæterò plùs profecit & creuit pietate atq; cõſilio, q̃ antè cru-
delitate ac impetu.Quia & Seneca loquit̃: Meliùs vincit homo cõſilio, q̃ iracundia. Et de Romanis
ſcriptum eſt 1.Mach.8.Poſſederunt oẽm locũ conſilia ſuo & patientia. Salomon quoq; in Prouerb.
ſcribit:Roboratur clementia thronus regis. [Nunc ergò ego Nabuchodonoſor laudo & magnifico Prou. 20.
& glorifico,] i. magnum & glorioſum profiteor ac oſtendo [regem cæli,] i. cæleſtis exercitûs,ange-
lorum & orbium ac aſtrorum. [quia omnia opera eius vera] veritate iuſtitię, [& omnes viæ eius] i.
proceſſus in regimine vniuerſi,præcepta atq; conſilia, ſunt [iudicia:] i. recto fiunt iudicio,ſecũdùm
cenſuram increatæ ſapientię Dei,ità ꝙ Deus nil agit ꝑcipitanter,tyrannicè aut iniuſtè, ſed om̃ia ſa-
pienter & iuſtè. Verba iſta cap. præcedenti clariùs ſunt expoſita.[& gradientes] de malo in peius,[in
ſuperbia poteſt humiliare.] Frequenter em̃ differt vindictam non ex impotentia, ſed clementia, vt
impius conuertat̃,iuxta illud Iob:Nunc em̃ Deus nõ infert furorem ſuũ, nec vlciſcitur ſcelus valdè. Iob 35.
Porrò humiliarę ſuperbos & oẽm elatum poſſe deijcere,competit verè ac propriè Deo,qui ait ad S.
Iob:Si habes brachiũ ſicut Deus,& voce ſimili tonas,diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens Iob 40.
oẽm arrogantẽ humilia,& facies eorũ demerge in foueã. In Numeris quoq; ſcriptũ eſt: Anima quæ Num. 15.
per ſuperbiam aliq̃d cõmiſerit, qm̃ aduerſùm Dñm rebellis fuit, peribit de populo ſuo:verbum em̃
Dñi contempſit.Prætereà aduertendũ,ꝙ de facto iſto Nabuchodonoſor regis,multa in Scholaſtica
feruntur hiſtoria,vtpotè ꝙ ablatus eſt ei vſus linguę ad loquendũ, videbaturq́; ei ꝙ bos eſſet in an-
terioribus,& aquila in poſterioribus,ſecundùm myſteriũ,i. iuxta myſticam ſignificationẽ proprie-
tatum tyrannorũ,qui in prima ętate ceruicoſi & voluptatibus dediti,iugo dęmonis ſubijciũtur:in fi-
ne verò interficiunt,diripiunt,& conculcant. Multi quoq; egrediebantur, & videbant eũ.Solus Da-
niel nõ egrediebatur ad videndum eum, qm̃ totò tempore alienationis eius, orationi pro eo vaca-
bat: & ad preces eius,ſeptem anni in ſeptem menſes verſi ſunt,in q̃bus quadraginta diebus in inſa-
niam vertebatur,& per alios quadraginta ad cor hominis reuerſus, fleuit,ſupplicauitq́; Deo,intan-
tùm ꝙ oculi eius ex nimijs fletibus vt caro liuida facti erant. Et iterùm per alios quadraginta dies
vertebatur in inſaniam,donec ſeptem menſes cõplerentur. Poſtq̃ autem reuocatus eſt, non regna-
uit,ſed ſtatuti ſunt pro eo iudices,& vſq; ad finẽ ſeptem annorũ pœnitentiam egit,panem & carnes
nõ comedens, & vinũ non bibens, ſed leguminibus vtebatur & herbis, iuxta conſilium Danielis.
Et cùm iterùm regnâſſet,voluit Danielem facere cohęredẽ filiorum ſuorũ. Et ait Daniel: Abſit à me,
vt patrum relinquẽs hæreditatẽ, incircunciſorum donis inhæream. Hæc in præfata hiſtoria conti-
nentur.Quæ nõ ſunt adeò certa,immò Gloſſa ſuper illud, Septẽ tempora mutent̃ ſuper eũ: dicit, ꝙ
mentiunt̃ qui dicunt ſeptẽ annos oratione Danielis mutatos in ſeptẽ menſes.Hieronymus quoq;,
Albertus,cæteriq́; communiter dicũt,ꝙ inſania eius ſeptẽ annis durauit.Vndè inſufficienter dicere
videntur,volentes Gloſſam & Scholaſticã hiſtoriã cõcordare,dicendo,ꝙ ſeptẽ anni nõ ſunt muta-
ti,quo ad hoc,ꝙ vſq; ad finem ſeptẽ annorũ non eſt reductus ad regnum. Iterùm ſunt mutati, quia
poſt ſeptem menſes recuperauit ſenſum oratione Danielis,quem, niſi Daniel pro eo orâſſet,nõ re-
cepiſſet vſq; ad finem ſeptẽ annorũ.Iam em̃ ex ſuperioribus patuit,ꝙ ſecũdùm Hieronymũ,Gloſ-
ſam & Albertum,ſeptẽ annis priuatus eſt vſu rationis.Nec videtur ꝙ infra ſeptem menſes capilli ei-
us intantùm,vt dictũ eſt,excreuiſſent.Gloſſa etiã magìs conſonat textui, qui ſonare videtur ꝙ non
ſit reuerſus ad mentẽ,niſi toto tẽpore furiæ cõſummato,& ꝙ tunc ſtatìm ad regnũ reductus ſit.Sed
ſi ità dicatur,oriuntur q̃dam inſtantiæ.Impoſſibile em̃ videtur,ꝙ Nabuchodonoſor rex tam delica-
tè nutritus,ſeptem annis fœno veſci quiuit & viuere, ac totidem annis abſq; corporis ſui laceratio-
ne inter feras & beſtias vixerit.Item ꝙ tam potentiſſimum regnum amenti homini per ſeptem an-
nos ſeruatum ſit,& tam diù ſine rege fuit. Aut ſi alius ei ſucceſſit in regnum, nõ videtur vt propter
illum imperio cederet,præſertim cùm Chaldæorum hiſtoriæ nil tale cõtineant. Rurſus nõ videtur,

ꝙ tam diù nudus ac ſub diuo viuere potuiſſet. Propter hæc motiua quidam finxerunt, ꝙ Daniel hîc
ad literam loquatur de diabolo ſub metaphora de Nabuchodonoſor rege, vt refert Hieronymus, aſ-
ſerentes dęmonem tandèm ſaluandũ, & priſtinam beatitudinẽ adepturũ. Quod penitùs falſum eſt
atq; hæreticũ, ex fabulis & hęreſibus Origenis contractũ. Inſtantiæ quoq; facilè diſſoluuntur, quia
vt tangit Hieronymus, furioſis ſunt q̃dam poſſibilia, q̃ ſanis impoſſibilia eſſent. In furioſis eñ, pro-
pter paſſionũ vehementiã, & rationis ſubuerſionem, imaginationiſq́; tenebroſum errorem, corpo-
ralis natura totaliter deordinatur, ac beſtialis efficitur, ità vt crudis delectentur, & ſub diuo morẽtur,
ac beſtijs familiariter copulentur: quemadmodùm cernimus, ꝙ mulieres prægnantes, terra & car-
bonibus veſci deſiderent, ex deordinatione naturæ. Rationabiliter etiam dici poteſt, ꝙ diuina vir-
tute fuit à ferarũ laceratione & morte inter tot incõmoda pſeruatus. Poſtremò q̃dam affirmant, ꝙ
durante furia regis, regnũ eius per principes, & potiſſimè per Danielem, fuerat gubernatum: quia
ex Daniele ſciebant, regem ſanandũ ac reducendum. Alij dicunt, ꝙ filius regis ſucceſſit ei in regno,
& poſteà cedere eſt coactus, oĩbus patrem eius quęrentibus. Præfati etiam erroris intolerabilis fal
ſitas, ex textu clariſſimè demonſtrat̃. Quomodò eñ diabolus ſomniũ habuit, qui incorporeus nun-
quàm dormiuit? Et dato, ꝙ ſomniâſſet, quomodò à Daniele viro ſancto expoſitionẽ ſomnij expe-
tîſſet, pſertim cùm ipſe diabolus tantæ ſit ſubtilitatis? Quomodò etiã Daniel cũ diabolo tantam ha-
buit amicitiam? Et quomodò nominauit eum dñm ſuũ ac regem? Stultiſſimus ergò error hic extitit.
Arguebant quoq; ex hoc, ꝙ poteſtas regis Babylonis nõ ſe extendit per totã terram. Sed dictũ eſt ſa-
tìs, quomodò hoc hyperbolicè exponat̃. ¶ Poſtremò inquirit̃, an Nabuchodonoſor rex ſit ſaluatus.
Et ex dictis videtur, ꝙ immò, pſertim quia & Daniel ſecum permãſit vſq; ad obitũ eius. Idem etiam
in decreto habetur, ꝙ ſcilicet fecerit pœnitentiam ſalutarem. Sed Iſaiæ 14. multa dicuntur quæ in
contrariũ ſonare videntur, videlicet, Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, Infernus conturbatus eſt
Dani. 5. in occurſum aduentûs tui. Quę omnia ſi de iſto Nabuchodonoſor exponãtur ad literam, pertinere
Dani. 14. dicuntur ad prophetiam comminationis, non prædeſtinationis. Quãuis in præallegatis authoribus,
quidam per regem Babylonis, nõ iſtum Nabuchodonoſor, ſed Balthazar eius nepotem (de quo ſe-
quenti dicetur capitulo) intelligendum exponant. De iſta quęſtione nunc tranſeo, quoniam ſuper
Iſaiam, eam latiùs pertractaui. Poſtremò, quæ in iſto capitulo de arbore, quantùm ad Nabuchodo-
noſor regẽ, literaliter dicta ſunt, nõ eſt difficile applicare ad principes & pręlatos, iuxta ſenſum, quo
☞ diſpoſitio arboris de Nabuchodonoſor iam fuit expoſita. Qui principes & prælati, ſi vel de tempo-
ralibus vel de ſpiritalibus bonis Deiq́; donis cœperint ſuperbire, à corpore myſtico electorum ſuc-
ciduntur, ſpiritaliter moriuntur, dæmonibus ſociantur, beſtialiter conuerſantur, veſtimentis virtu-
tum priuantur, aquis concupiſcentiarum inficiuntur, ferreis vinculis, i. peſſimis cõſuetudinibus in-
uoluuntur, & à bonis ſubditis principatu iudicantur indigni, ſubindè quoq; ſpoliantur dominio.
Qui tamen, ſi ſe humiliauerint, gratiam ſortiuntur amiſſam. De hac moralitate, breuitati ſtudens,
pertranſeo, & tantundèm tetigiſſe ſufficiat.

¶ *Expoſitio cap. 5. Balthazar rex fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille.* *Articulus* 6.

BAlthazar rex fecit grande conuiuium.] Quemadmodùm in Scholaſtica hiſtoria edocetur, Da-
niel mutat hîc hiſtoriæ ordinem, ità, ꝙ viſio hîc deſcripta, non contigit immediatè poſt præce-
dentem, nec duas ſequentes præceſſit: immò licèt ſit quarta ſecundùm ordinem libri, tamen ſecun-
dùm ordinem temporis, & iuxta hiſtoriã, ſexta eſt. Vndè Hieronymus in prologo Abacuk prophe-
tæ, ſextam appellat eandẽ. Porrò ſecundùm Albertũ, in iſta parte oſtenditur ruina regni mundi, per
regnũ Chriſti in deſtructione Babylonici regni. Et vt aliqui dicũt, in hac viſione oſtenditur eminẽ-
tia regni Chriſti & iuſtorũ, ad regnũ Antichriſti & malorũ. Veruntñ in iſto cap. nõ eſt ad literam ſer
Dani. 3. mo de Chriſto vel antichriſto. Ideò verba expoſitorũ iſtorũ intelligenda ſunt, quãtùm ad ſpiritalẽ
Dani. 4. ac myſticam deſignationẽ & interpretationẽ. Primò demùm eſt inquirendũ, quis ſit Balthazar iſte,
qui infrà in hoc ipſo capitulo vocatur filius Nabuchodonoſor regis, de quo pcenti capitulo facta eſt
mentio. Propter quod (vt refert Hieronymus) vulgò creditum fuit à pluribus, ꝙ immediatè fuiſ-
ſet filius eius. Sed huius oppoſitum certum eſt. Et B. Hieronymus cum alijs doctoribus tam Hebrę-
is quàm Latinis in hoc concordantibus, probat, quòd fuit filius Euilmerodach filij Nabuchodo-
noſor regis. Nihilo minùs de catalogo regum Babylonis, & ordine ſucceſſionis eorum, magna eſt
inter exponentes diſtantia. Quidam enim, quos ſequitur Lyra, affirmant, quòd Euilmerodach im-
mediatè regnauit poſt Nabuchodonoſor, & quòd poſt Euilmerodach immediatè regnauit Baltha-
zar filius eius, de quo nunc ſermo. Sed dictum iſtorum, ab Hieronymo, quantùm ad hoc, reproba-
tur, quòd dicunt Balthazar ſtatìm poſt Euilmerodach imperâſſe. Ait nanque Hieronymus; Iuxta
Ioſephus lib. 10. ant. Iud. ca. 13. Iere. 52. Beroſum, qui Chaldæam ſcripſit hiſtoriam, & Ioſephum qui ſequitur Beroſum, poſt Nabuchodo-
noſor qui regnauit annis quadragintatribus, ſucceſſit in regnum Euilmerodach. De quo ſcribit Ie-
remias, quòd primo anno regni ſui eduxit Ioakim regẽ Iudæ de carcere. Poſt Euilmerodach, ſecun-
dùm

dùm Ioſephum, regnauit filius eius Negliſar, & poſt hunc filius eius Laboſardach, poſt quem regna-
uit filius eius Balthaſar. Hunc modum Albertus ſecutus eſt, ſed in Scholaſtica hiſtoria longè aliter
dicit̃. Sic eñ dicitur ibì: Et mortuus eſt Nabuchodonoſor magnus, & regnauit pro eo Nabuchodo-
noſor filius eius, qui ſuper lapides grandes inſtàr montis euectos plantauit arbores ac hortum, qui
ſuſpenſilis dicebatur, eô ꝙ vxor eius in finibus Mediæ nutrita, regionẽ ſuam à longè videre deſide-
raret, quem Megaſthenes hiſtoriographus aſſerit fortitudine & actuum magnitudine Herculẽ trã-
ſcendiſſe. Quo mortuo, regnauit pro eo Euilmerodach frater eius, qui Euilmerodach habuit tres fi-
lios, ſ. Negliſar & Laboſardach iam pfatos, & Balthaſar. Ad quem, poſt regna fratrum, deuolutũ eſt
regnum. Quid horũ ſit verius, ſapientiori cõmitto. Conſtat tñ ex his, ꝙ concordãtia aliquorum, di-
centium ꝙ Euilmerodach & Balthaſar fuerunt ijdem numero cum Negliſar & Laboſardach, eô ꝙ
binomij fuerint, non procedat iuxta pdicta, nec ſit concordantia vera, quia ſecundùm eam nõ dice-
ret̃ ꝙ quatuor iſti ſibi inuicèm per temporũ interualla ſucceſſiſſent in regno. Itaq; Balthaſar rex Ba-
bylonis fecit ſuis grande conuiuium. Sed mirum appáret, quarè hoc fecerit, cùm tempore huius cõ-
uiuij ciuitas ſua fuerit à Perſis ac Medis obſeſſa. Ad quod quidam reſpondent, ꝙ quia Ieremias præ- Iere. 50. & 51.
dixit ſeptuaginta annis euolutis finiendum regnum Babylonis, atq; ſoluendam Iudęorum captiui-
tatem de Babylone, Balthaſar putans annos illos fluxiſſe, nec tñ Iudæos à ſua iuriſdictione ſolutos,
æſtimauit vaticinium Ieremiæ caſſatum: atq; exultans, dijs ſuis gratias egit: Iudæorumq́; ſpei inſul-
tans, vaſa templi Dei ad ſuam pcepit menſam portari, ſicut dicet̃ inferiùs. Hoc dictum Hieronymus,
Scholaſtica quoq; hiſtoria, fabulam vocant. immò illa teſtat̃ hiſtoria: Sanè illa annorum ſeptuagena
nondùm fluxerat, ſed ſeptima decas iam currebat, i. ſeptimus denarius. in ſeptuaginta enim ſunt ſe-
ptem denarij, & vltimus denarius illorum annorum tunc erat ſecundùm hiſtoriam iſtam. Prætereà
hiſtoria iſta aliam huius conuiuij rationem aſſignans, ſic ait: Secundùm Ioſephum, ſolennitas in Ba-
bylone fuerat inſtituta ob vrbis defenſionem, ad quam ſolennitatem maiores cõuenerant. Deniq;
in Iudith hiſtoria legit̃ Ozias princeps plebis Iſrael, obſeſſa vrbe ſua Bethulia, feciſſe cunctis pre- Iudit. 6.
sbyteris cœnam magnam. Porrò quod ait, Optimatib9 ſuis mille, dupliciter intelligi poteſt. Primò,
vt ponat̃ ibì certus numerus optimatum. Secundò, vt per numerum determinatũ inſinuetur nume-
rus indeterminatus, ꝙ ſ. multi valdè fuerunt. Dicuntq́; aliqui, oẽs magnos Babylonici imperij prin-
cipes conueniſſe in Babylonem, vt defenderent ciuitatem contra Cyrum & Darium reges eam tũc
obſidentes. [& vnuſquiſq; ſecundùm ſuã bibebat ætatem.] i. ſecundùm quod ſuæ congruebat æta-
ti, ità ꝙ non cogebat̃ bibere vltra vires, quemadmodùm in conuiuio Aſſueri factum ſcribit̃, cùm di-
citur Eſther 1. Non erat qui nolẽtes cogeret ad bibẽdum, ſed ſic rex ſtatuerat, vt ſumeret vnuſquiſq;
quod vellet. Secundò, & meliùs, vt appáret, exponitur ſecundùm Gloſſam: ꝙ ideò vnuſquiſq; ſecũ-
dùm ſuam ætatem bibiſſe dicatur, quia ſecundùm ætates ſuas erant in conuiuio collocati, videlicet
ſeniores in altioribus locis, & vt dicit Albertus, ætas intelligit̃ ibì non vitæ, ſed dignitatis adeptæ, q̃a
ex tunc honor eis debebatur, ità vt qui diutiùs fuerunt in dignitatibus atq; officijs, ſeniores vocent̃,
ſicut in religionibus, qui priùs venerunt, ſeniores dicũtur. In Actis quoq; dicitur Iacobus maior, q̃a Actu. 12.
vocatione ad apoſtolatũ fuit alio Iacobo prior. [Pręcepit aũt iam temulẽtus rex,] i. Balthaſar ebrius
factus, cùm tñ ebrietas regi maximè diſconueniat. Rex eñ à regendo vocatur, & ebrietas regiminis
impedit bonitatem. Ideò in Prouerbiorum libro inducitur: Noli regibus dare vinum, quia nullum Pro. 31.
ſecretum vbì regnat ebrietas. Et Oſee ait: Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. Et alibì: Væ Oſeę 4.
terræ, cuius rex puer eſt. Et mirum, ꝙ in tali obſidione, ſobrietatem reliquerit, cùm tunc potiſſimè Eccẽs 10.
conſilio ſano eguerit, niſi fortè in fortitudine vrbis confidens, putauerit eam inexpugnabilem eſſe.
[vt afferrentur] per ſuos miniſtros [vaſa] cultûs diuini [aurea & argentea quæ abſportauerat Nabu-
chodonoſor, pater eius] non proximus, ſed remotus. Eſt enim conſuetudo ſcripturæ, etiam auos,
proauos & atauos, dicere patres, immò & remotiores, pſertim notabiles & famoſos, ſicut in lib. Regũ 3. Reg. 15. 4. Reg. 17.
Aſa & Ezechias filij Dauid vocant̃. [de templo quod fuit in Hieruſalem.] Poſuitq́; ea in templo Dei Dan. 1.
ſui in Babylone, vt in principio dictum eſt. [vt biberent in eis rex] ipſemet, ſ. Balthaſar [& optima-
tes eius, & vxores & concubinæ.] Quod prorſus ſacrilegum fuit. Vndè Nabuchodonoſor vaſa hæc
aliqualiter ſecundùm ſuam perfidiam honorauit, ea in domo dei ſui ponendo: iſte verò totaliter ea
contempſit, dum ea non ſolùm vſui applicauit humano, quantùm ad ſe, ſed & ſeruis & coniugibus,
immò & ſcortis ea appoſuit ad vtendum. Ideò ſtatìm eum ſecuta eſt vltio Dei, & tñ (vt dicit Alber-
tus) iſtud quotidiè fit, qñ theſauri domûs Dei & eccleſiaſtici reditus in ſcortorũ cõuertunt̃ abuſum. ☞
Quid autem hæc vaſa myſtica ſignent, dictum eſt 1. Cap. [Bibebant vinum] ex vaſis his, [& lauda-
bant deos ſuos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos.] Quod dupliciter accipi po-
teſt. Primò, ꝙ laudabant deos, quorũ imagines erant de auro vel argento, ære, ferro, ligno aut ſaxis.
Secundò, ꝙ idola de his materijs facta laudauerint, putantes aliq̃d numinis eſſe in eis, prout Augu-
ſtinus in lib. de ciuitate Dei cõmemorat Triſmegiſtũ dixiſſe: Statuas dico aĩatas, ſenſu & ſpiritu ple-

 nas.

nas.Nēpe vt Valerius Maximus refert,quidā gentilium nō idola tēplorum, ſed deos per idola p̄ſen-
Baruc.6. tatos,quidā verò idola ipſa colebant.De his dijs ait in epiſtola Ieremias:Videbitis in Babylone de-
os aureos & argenteos,lapideos & ligneos portari in humeris. Secundùm Hieronymum aūt laudāt
deos ſuos,inſultantes Deo Iudęorū, ꝙ dijs ſuis ſibi victoriam tribuentibus, bibant in vaſis Dei.Ad
oſtentationē quoq; magnificentiæ ſuæ,Balthaſar vaſa Dei ità tractauit.Inſupèr ſecūdùm Hierony-
mum & Albertum,aurum ſapientiā ſeculi ſignat,argentum eloquentiam,ęs carmina poëtarum,fer-
rum ligamenta ſyllogiſmorum,lignum & lapides ineptas adinuentiones ac faciles ad ſoluendum,
duras tn̄ propter obſtinationē errantium. Itaq; qui iſta immoderanter honorant, aut iſta habentes
propter ea,quaſi adorant & laudant ac colunt aurū,argentum,æs,ferrum, ligna & ſaxa. [In eadē ho-
ra apparuerūt digiti] i.ſimilitudines digitorum,[quaſi manûs hoīs] Non dicit,manûs,ſed quaſi ma-
nûs:quia nec verè digiti,nec verè manus fuertū,ſed eorum effigies.Aliquid tn̄ reale apparuit in vigi-
lia clarè ad oculum,cuius materia ad formā digitorum ac manûs hoīs fuit redacta, quod totū ange-
Dan.4. lico miniſterio factum eſt. Et ſicut p̄cedenti capitulo dicebat, Cùm adhuc ſermo eſſet in ore regis,
vox de cęlo ruit:ità nunc dicit,In eadem hora:vt vtrobiq; intelligat ob Dei blaſphemiam illata vin-
dicta,ſecundùm Hieronymū.Tn̄ quia pœna Nabuchodonoſor fuit terminanda,&ipſe per pœnitē-
tiam reſtituendus in regnum,idcircò in eius pœnæ denunciatione vox deſupèr ruit.Hîc verò ob p-
petuam rei memoriā ſcribit,quia rex Balthaſar fuit necandus,eiuſq; regnū irreparabiliter diſſipan-
dum, ꝓpter tantum Dei & vaſorū eius contēptum.Ex quo ſequitur, q̄ temerarium ſit, res Deo cō-
1.Cor.16. ſecratas vſibus applicare humanis,cùm & Apoſtolus dicat: Si quis templum Dei violauerit, diſper-
det illum Deus.[ſcribentis contra candelabrum] i. exoppoſitò eius,vt ſcriptura lumine cādelæ di-
rectiùs tacta,clariùs videret à rege ac ſuis. Vndè appáret, ꝙ in cœna id accidit. [in ſuperficie parietis
aulæ regiæ:] vt rex aduerteret ſcripturā pertinere ad ſe, quia & exaduerſò ipſius eſt exarata. [& rex
adſpiciebat articulos manûs ſcribentis.Secundùm Scholaſticā hiſtoriā incertum eſt,an etiā adſtan-
tes viderint manū ſeu digitos.Et quidā ſuper hæc verba ait, hîc non dicit, ꝙ aliqui viderint: ex quo
videt, ꝙ non erat ibì manus ſcribentis ſecundùm exiſtentiā, quia talia cōmuniter vident ab oībus
aſſiſtentibus:ſed erat ibì talis apparitio in oculis regis,&ſententia in pariete ſcribebat,miniſterio tn̄
angelico.Oppoſitum aūt iſtius iam dictum eſt:ideò magìs credendum, ꝙ ibì aliqd reale extra ocu-
lum fuit ac videbat.Nec verum eſt,ꝙ talia cōmuniter à cunctis vident,immò magìs contrarium ac-
cidit,vt ſ. quæ angelico miniſterio p̄ſentantur per corpora ab eis aſſumpta ſiue formata, non æquè
ab oībus videant,ſed ab eis duntaxat,propter quos talia ſpecialiter exhibent:nam & talia viſum im-
mutant,ſecundùm angeli voluntatē.Frequenter etiam defuncti & ſpiritus mali aut boni,realiter vi-
gilanti appárent in corpore quodā aſſumpto,nec tn̄ cunctis qui aſſunt,appárent. [Tunc facies regis
cōmutata eſt,] i. in pallorem verſa prę timore, ex quo ſanguis amicus naturæ, decurrebat ad cor in
eius ſubſidium.Hinc Ecci 13.dicitur: Cor hoīs immutat faciē eius,ſiue in bono,ſiue in malo. Vndè
2.Mac.3. huiuſmodi pallor quandoq; timorē,quandoq; dolorē cordis demonſtrat. Siquidem 2.Machabæo-
rum libro ſcribit:Facies & color immutatus declarabant internum animi dolorē. [& cogitationes
eius conturbabant eum.] Quadam em̄ ratiocinatione ſeu mentis diſcurſu excogitare nitebat, quid
Dan.2. res tam inconſueta ſignaret,& cogitauit ꝙ aliquid mali p̄tenderet:ſicut & patri ſuo Nabuchodono-
ſor contigit.At verò ſecundùm Albertum,cogitationes quaſi coagitationes dicuntur, quandò mēs
hominis multa reuoluit:quod naturale eſt homini conturbato,ſecundùm illud Iob 20. Cogitatio-
nes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur. [& compages renum eius] vbì ſuperiora
inferioribus iunguntur.[ſoluebantur]aliqualiter,nō totaliter ab inuicèm,vtpotè ab habitudine na-
turali,ità ꝙ partìm vires amiſit.Paſſiones enim fiunt cum corporali tranſmutatiōe:& ſi fuerint mul-
tùm intenſæ præfatæ paſſiones timoris ſiue doloris,magnam valdè improportionem harmoniæ in
corpore pariunt,ſicq; compago renum diſſoluit.[& genua eius ad ſe inuicèm collidebantur.] Ti-
mor nanq; intenſus in corde, facit tremorem *in corpore. Sanguine* etenim à membris fugiente ad
cor,membra frigeſcunt ac tremunt.[Exclamauit itaq; rex fortiter]ex ingenti affectu,vt magnitudo
clamoris, magnitudinem interioris turbationis ſignaret.Naturale eſt enim homini anguſtiato ac
Baruc.3. territo,exclamare,iuxta ilud Baruch: Anima in anguſtijs & ſpiritus anxius clamat ad te Domine. [vt
introducerent] miniſtri ſui qui aderant,qui etiam ſcripturam viderūt,ſaltem poſtquàm manus eua-
nuit,ſecundùm Scholaſticam hiſtoriam.[magos, Chaldæos & haruſpices.] Quid iſtis ſignificet no-
minibus, in expoſitione 2.cap.patet.vtque Gloſſa teſtatur,antiquum gentis ſuæ ſectatur errorem,
magos vocans,non Dei prophetam. [& proloquens] id eſt, procùl ac publicè loquens,[rex, ait ſa-
pientibus Babylonis:Quicunq; legerit ſcripturam hanc,& interpretationem eius manifeſtam mi-
hi fecerit,purpura veſtietur,& torquem auream habebit in collo.] Iſtud, ſecundùm Gloſſam,ſum-
mæ fuit dignitatis.Inſupèr Gloſſa dicit:Apud Iudæos vnctio fecit reges, apud gentiles aūt quatuor
inſignia,ſcilicet purpura,fibula,anulus,diadema:vnumq; horum ſine alijs cōceſſum, non dabat ho-
no-

noris regij plenitudinē,ſed participium. ſimul em̄ accepta, regium deſignabant honorem perfectè.
Singula aūt per ſe accepta,vel quędā eorum ſimul, deſignabāt aliquā regij honoris participationē.
Ideò ſubdit:[& tertius in regno meo erit.] Quod dupliciter poſſe intelligi, breuiter innuit Hiero-
nymus,dicens: Vel tertius poſt me,vel vnus de trib' principib'.Quidam ſequunt primum ſenſum,ꝙ
ſ.tertius à rege eſſet in honore.Scholaſtica hiſtoria & Albertus ſecuti ſunt ſenſum ſecundū, dicen-
do:Vnus erit trium principum p̄ſidentium ſatrapis ſeu mille optimatibus. Porrò torques dabat in
ſignum,ꝙ collum non erat ſolutum ad inſipienter loquendū.Aurū em̄ ſapientiam denotat,ſicut in Prou.1.
Prouerbijs iubet:Audi fili mi diſciplinā patris tui,vt addat gr̄a capiti tuo, & torques collo tuo. Pur-
pura aūt regia veſtis eſt,qua vti non licuit niſi regibus,niſi de eorum licentia alij vterent.Inſupèr illa
ſcriptura ſacrā deſignat ſcripturam,hoīes p̄monentem de futuris ſupplicijs.Legit aūt & interpreta-
tur,qui de ſcripturis monita profert ſalutis.Iſte induit purpura,i.deuotionali aīæ ornamento,in de-
uotione paſſionis ac ſanguinis Chriſti.De quo Iſa.63.habet: Quarè rubrum eſt indumētum tuum?
Accipit quoq; & aureā torquem,i. ſapientialem diſcretionē loquendi. Hinc Eccūs 6.cap.ait: Inijce
pedem tuum in cōpedes illius,& in torques illius collum tuum. [Tunc ingreſſi oēs ſapientes regis,
non potuerunt ſcripturā legere.] Scripta em̄ fuit Hebraicè.Etiam q̄uìs verba legere potuiſſent,ſen-
ſum tn̄ exponere ſine reuelatione non valuiſſent.Nā verba exarata,ex humana inſtitutione ſenſum
à Deo intentum non habuerunt. [nec interpretationē eius indicare regi.] Quo figurat ꝙ ſacra ſcri-
ptura nequit intelligi,niſi eodē ſpiritu,quo eſt ſcripta,reuelata ſeu edita. [Vndè rex Balthaſar ſatìs
conturbatus eſt] præ ſolicitudine,[& vultus illius immutatus eſt] p̄ pauore. quocontrà de iuſto lo- Pro.18.
quit Salomon,ꝙ quaſi leo confidens,abſq; terrore erit.Et item:Non cōtriſtabit iuſtum quicquid ei Prou.12.
acciderit.De Anna quoq; matre Samuelis ſcriptum eſt:Vultus eius nō ſunt ampliùs in diuerſa mu- 1. Reg.1.
tati.Ideò dicit Albertus,ꝙ *inconſtantiæ ſignum ſit*,vſq; ad ſuffuſionē vultûs deijci *in triſtitia*. [Sed
& optimates regis turbabant,] regi compatiendo,& de ſuis ſimul periculis formidando.[regina au-
tem,] quā Porphyrius ſomniauit fuiſſe coniūgē Balthaſar,eludens eam viro ſapientiorem, quaſi nō
quotidiè inueniant vxores ſuis ſapientiores maritis:ſed ſecundùm Ioſephum auia eius fuit, ſecun-
dùm Origenē mater.Sicq; ex ſenio recordabat diù p̄teritorū.[pro re q̄ regi acciderat & optimatib'
eius,] ſolicita,[domum coniugij ingreſſa eſt,] in qua vxores concubinæq; regis epulabant ſimul cū
rege.Niſi fortè dicatur,ꝙ mulieres ſeorſum reſederint,ſicut in conuiuio Aſſueri factum eſt. Quod Heſt.1.
tn̄ ex ſuperioribus non appáret. Vndè regina iſta propter ſenium ſuum videt ſe à cōuiuio abſentâſ-
ſe.Et fortè exēplo viri ſui ſe aliqualiter emendauit,ſi tn̄ vxor Nabuchodonoſor fuit. [Et proloquēs,
ait:Rex in æternum viue:] nunc ſ.proſperè, deindè in ſocietate deorum finita hac vita, ſicut 2.cap.
magìs expoſitum eſt. Et conſolatoriè ac magnanimiter loquit regi,vt triſtitiam temperet.[Non te
conturbent cogitationes tuę,neq; facies tua immutet:] ſed tumultuantes cogitationes has abijce,&
eſto ſecurus.[Eſt vir in regno tuo, qui ſpiritum deorum ſanctorum habet in ſe.] Quod præcedenti Dan.4.
capitulo fuit expoſitum.Loquit autem mulier more gētilium, & vnius ſummi ſoliuſq; *veri* Dei do-
num gratuitum,putat eſſe donum deorum,ſecundùm vnam expoſitionē verborum iſtorum. [& in
diebus patris tui,] non proximi,ſed remoti,ſ.Nabuchodonoſor regis, vt in iſto articulo dictum eſt
pleniùs.[ſcientia] in humanis,[& ſapientia] in diuinis,[inuentæ ſunt in eo] abundantiùs, q̄ in omī-
bus ſapientibus Babylonis.[Nam & rex Nabuchodonoſor pater tuus principem magorum & incā-
tatorum,Chaldæorum & haruſpicum.] Quæ ſuprà, præſertim 1.& 2.capitulis, extant expoſita. [po-
ſuit eum.] incantatores autem,ſecundùm Albertum,dicuntur,qui carminibus in herbis aut anima-
libus diuinant.[Pater,inquam, tuus ô rex, quia ſpiritus amplior,] i. copioſior illuſtratio ſpiritûs ſu-
perni,ſeu ſpiritus vel anima,ſeu mens plura compræhendens, ſicq; amplior quo ad multitudinem
ſcitorum.[& prudentia,] i.clarior atq; profundior,quo ad agibilia, præſertim humana, [intelligen-
tiaq;] i.interna ac penetratiua cognitio per rationes cognitorum,[& interpretatio] i. vocalis & eui-
dens expoſitio [ſomniorum,] myſticum aliquid continentium,ac prophetalium, aut naturaliter ſi-
gnificatiuorum.[& oſtenſio ſecretorū,] quę ratione inueſtigari non valent humana,ſeu intellectu-
alium viſionum,atq; eorum quæ non in ſomnijs nec imaginariè reuelant. Talia nanq; oſtenſa ſunt
ei,& ipſe talia alijs declarauit.[& ligatorū] i.obſcurorū quæ ænigmatibus,allegorijs atq; metapho-
ris inuoluta ſunt,qualia potiſſimè ſunt prophetica ſcripta.[ſolutio, inuentæ ſunt in eo] à Nabucho-
donoſor rege,talia ab ipſo quærente.nouerat equidē rationes intricatorum:ſicq; *Philoſophus* loq-
tur,ꝙ ſicut nodū ſoluere neqt,qui eius intricationē non nouit:ſic nec quęſtionē dubitabilē,qui ra-
tionū ex vtraq; parte intricationes ignorat.[hoc eſt,in Daniele, cui rex] Nabuchodonoſor [impo- Dan.1.
ſuit] per principem eunuchorū,vt patuit 1.capitulo.[nomen Balthaſar.] Circa quod ſcribit Hiero-
nymus:Miranda viri & inter barbaros ſancta conuerſatio,vt regina pro virtutum magnitudine tan-
tis eum eleuet laudibus. Vbiq; nanq; virtuti ſua ſunt præmia, dum & barbara fœmina virum Dei
tantis extollit præconijs.[Nunc itaque Daniel vocetur.Igitur introductus eſt Daniel coram rege,
ad

ad quem rex ait:] Eccè ꝙ contemnendus nõ eſt ſexus. Vndè ſi mulier loquat̃ viriliter ac prudenter,
3. Reg. 15. Dan. 1. non abijciendũ eius eloquiũ, nec paruipendendum conſiliũ. [Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iu-
dæ,] i. tribûs Iudę ſeu Iudęorũ, [quẽ adduxit pater meus rex] Nabuchodonoſor [de Iudęa?] cũ Io-
akim rege Iuda. Mirũ, ꝙ virum tã famoſum, ſapientẽ ac ſanctum, rex iſte nõ nouit. Vndè videt̃ totus
fuiſſe ſacrilegus & carnalis, nec quicq̃ de virtuoſis curâſſe hoĩbus. [Audiui de te, qm̃ ſpũm deorũ ha-
beas in te, & ſcientia] humanorũ, [intelligentiaq́;] ſecretorum [ac ſapiẽtia] diuinorum [ampliores]
q̃ in alijs, [inuẽtæ ſint in te. Si ergò vales ſcripturã] hanc in pariete apparentẽ [legere, & interpreta-
tionẽ eius indicare mihi, purpura veſtiéris &c.] Quæ * trãſiliérunt, nulla difficultate tegunt̃, immò &
ſi quã habent, ſuprà iam patuerunt. [Ad quẽ reſpondẽs Daniel coram rege: Munera tua] q̃ promittis
[ſint tibi,] i. remaneant tui iuris. [& dona domûs tuæ alteri da.] In quo conſtantia, iuſtitia atq; perfe-
ctio Danielis emicuit, quia nil veritus eſt, nec ꝓ ſpiritali tẽporale accipere voluit, atq; in oĩbus ordi-
natè proceſſit. Deniq; ſicut & Lyra dicit: Ex pacto non eſt aliqd accipiendum pro reuelatione diui-
☞ ni ſecreti, ſed poſt factum poteſt aliqd accipi ex liberalitate dantis. Et vt Seneca ait, Liber nõ eſt quĩ
munus accipit. Hieronymus hîc loquit̃: Aemulemur Danielẽ, regiam dignitatem & munera conte-
mnentem, qui abſq; precio proferens veritatẽ, iam ipſe legis p̃ceptum euangelicũ ſequebat̃: Gratìs
Mat. 10. accepiſtis, gratìs date. Alioquì & triſtia nunciantẽ, indecẽs erat libenter munera accipere. [Scriptu-
ram autẽ legam tibi rex, & interpretationem eius oſtendam tibi.] Videt̃ ꝙ iam oĩa iſta reuelata fue-
rint Danieli, quõ, cur, & quid ſcriptum eſſet, quid item ſcripta ſignificarent, q̃uìs in ipſa ſcripturę in-
ſpectione quiuerit Deus Danieli expoſitionẽ oſtẽdere. [O rex] Balthaſar. Exclamationẽ pręmittit,
vt dicenda ſerioſiùs aduertant̃, atq; vt notabilia prorſus & magna eſſe pandant̃. [Deus altiſſimus,] à
cuius maieſtate oĩa diſtant in infinitum in perfectione & gloria. [regnũ,] immò & orientis monar-
chiam ac grande imperium, [magnificentiam, gloriã & honorem] Iſta p̃cedenti cap. prolixè expoſi-
ta ſunt. [dedit Nabuchodonoſor patri tuo.] Oĩs enim poteſtas à Deo eſt, & oĩe bonum naturę atq;
Matt. 5. fortunæ, dat̃ ac diſpenſatur ab ipſo, qui bonis & malis, gratis & ingratis iſta cõmunicat, occulto qui-
dem iudicio, diuerſisq́; modis. [& propter magnificentiã quam dederat ei, vniuerſi populi, tribus &
linguæ,] quorum differentia cap. 3. fuit expoſita. [tremebant & metuebant eum,] ità ꝙ præ magni-
tudine pauoris cordis, etiã corpora contremebant. Eſtq́; diſtributio iſta accõmoda & pro generi-
bus ſingulorum. Atq; de his potiſſimè ſermo eſt, qui regi huic ſubiecti fuerũt, vel ab ipſo impugna-
Pro. 19. ri verebant̃. Præcipuè quippe timenda eſt iracundia regum, iuxta illud Prouerbiorum: Sicut fremi-
tus leonis, ità & ira regis. Sicut ros ſuper herbam, ità & hilaritas eius. [quos volebat, interficiebat: &
quos volebat, percutiebat] lędendo ſeu mutilando: [quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humi-
liabat] opprimẽdo. Deus em̃ permittit p̃ſidentes poteſtate ſibi collata abuti, & frequenter ob hoĩm
Oſeæ 13. prauitatẽ dat reges principesq́; crudeles, ſicut per Oſee proteſtat̃: Dabo tibi regem in furore meo, &
principes in indignatione mea. Veruntñ impij hi dominatores nil agunt in ſubditos, niſi Deo volẽ-
te aut iuſtè permittente, ſub cuius prouidentia oĩa cadunt, & qui per ſapiẽtiam atq; iuſtitiã ſuam iu-
dicialiter ordinat, & p̃ſertim in die generalis iudicij, rectiſſimè ordinabit, quicqd interìm obliquũ
impiumq́; videt̃. Sed & feroces ac impij p̃ſidentes, ſæpè ſunt inſtrumentum æquitatis diuinæ contra
iniquos, quorum Deus punit exceſſus per illos. Hanc regis tyrannidem ſequunt̃ tyranni crudelesq́;
dñi, illud Sap. 2. dicentes: Sit fortitudo noſtra lex iuſtitiæ, voluntatem, non rationem, ſequẽtes. De-
niq; iſtud agebat Nabuchodonoſor ante ſuã amentiam, multùm iniuſtè & irrationabili voluntate.
Ad mentem verò reuerſus, qñ & maior virtus ac gloria datæ ſunt ei, ſimilia quidem egit quo ad ſub-
ſtantiam facti, ſed rationabiliter, iudicialiter, ac iuſtè cum Dei timore, Danielis vtens doctrinis. [qñ
Iob 15. verò eleuatum eſt cor eius] elatiõis tumore, iuxta illud in Iob: Cucurrit impius aduerſùs Deũ ere-
cto collo. [& ſpiritus eius] i. anima, quo ad ſuperiorem eius partẽ & voluntatem. [obfirmatus eſt ad
ſuperbiam,] i. induratus in ea, intantùm vt ſe in ſtatua aurea, quam erexit, faceret adorari, & diceret,
Nonnè hæc eſt Babylon ciuitas magna, prout præcedenti dicebatur cap. [depoſitus eſt de ſolio re-
gni ſui &c.] Deo enim ſibi vſum rationis abſtrahente, pulſus eſt regno vt verè inſanus, iuxta modũ
præcedenti ſcriptum cap. in quo, quæ nunc tranſilio, clarè tractata ſunt. [Tu quoq; filius eius Bal-
thaſar, non humiliâſti cor tuum, cùm ſcires hæc oĩa:] fortè ex aliquorum relatu, & quia huiuſmo-
di facta regum ſcribi ſolebant, nec iſtud fuit tam diù pręteritum, quin in memorijs plurimorum re-
center permanſerit, quia & multi qui iſtud viderunt, adhuc viuebant, vt Daniel. Et in hoc aggraua-
batur impietas Balthaſar, ꝙ patris ſui exemplo ſe non correxit, cùm Prouerb. 19. ſcriptum ſit: Peſti-
lente flagellato, ſtultus ſapientior erit. Et * Ptolemæus diſſeruit: Qui exemplo alterius non corrigi-
tur, alij corrigentur ab ipſo. Præterea, felix quem faciunt aliena damna peritum, qui iſtud Eccĩ 38.
ſapienter aduertunt: Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum: Mihi herì, & tibi hodiè. Inno-
teſcit demùm ex his, quòd ſuperiorum ac præſidentium vitia non ſunt palpanda, ſed iuſtè repræ-
hendenda, quandò locus, tempus, cauſa, charitas, diſcretioq́; requirunt. Quod tamen diſcretè agen-
dum

dum eſt, nè exacerbent̃. [ſed aduerſùs dñatorem cæli eleuatus es] i. obtenebrata p̃opoſitate oppo-
ſuiſti te Deo. Superbus aũt præcipuè opponit ſe Deo, iuxta illud Iob: Quid tumet contra Deũ ſpi- Iob 15.
ritus tuus? Superbus qppe gloriam & honorẽ, q̃ Deo debent̃, vſurpat iniquè. [Et vaſa domûs eius al-
lata ſunt corã te,] ſicut in principio huius cap. dictum eſt atq; expoſitum. [deos quoq; argenteos &
aureos &c. laudâſti,] cultum ſoli Deo vero debitum, viliſſimis impendendo. Idola aũt (vt dicit̃) de
diuerſis fiebant metallis, ſecundùm proprietatẽ illorũ quibꝰ fiebant, vt idolũ Martis de ferro, ſimi-
liter aliorũ deorũ quos in bellis poteſtatẽ habere credebãt: idolum Solis de auro, Lunæ de argẽto.
Vel etiã opinandũ, ꝙ idola de materijs precioſis aut vilioribꝰ fabricabant̃, ſecũdùm facultatẽ maio-
rem aut minorẽ facientium fieri ea. [Porrò Deum q̃ habet flatum tuum] i. ſpiritum ſeu aĩam vel re-
ſpirandi virtutẽ, qua vita ſeruat̃, [in manu] i. poteſtate [ſua,] ità vt cùm ei placuerit, tollat eũ à te. Po-
teſt quoq; eum dãnare, & grãm ſaluationis poteſt p̃ſtare. Sic em̃ accipit̃ flatus, cùm per Iſaiã dñs lo-
quit̃: Ego dñs dans flatum populo, qui eſt ſuper terrã, & ſpũm calcantibus eam. & ideò aĩa flatus vo-
cat̃, qm̃ ſcriptum eſt: Inſpirauit dñs in faciẽ eius (ſ. hoĩs) ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in aĩam Iſaiæ 42. Gen. 2.
uiuentẽ. Vndè per Iſaiã dñs conteſtat̃: Flatus ego feci. [& omnes vias tuas] i. cogitatus, affectiones & Iſaiæ 57.
actus, ità vt poſſit ea per lineas æquitatis clementer dirigere, & in abruptis vitiorum iuſtè deſerere,
eaſq́; ad libitum condẽnare. [nõ glorificâſti,] nec verbis nec operibus, immò vtroq; modo blaſphe-
mâſti, quod eſt peſſima apoſtaſia: atq; infeliciſſima calamitas creaturæ rationalis hæc eſt, ꝙ creatorẽ
ſuum relinqt, & vana ac vilia ei p̃ponit. Propter quod in Eccõ legit̃: Initium ſuperbiæ hoĩs eſt, apo- Eccĩ 10.
ſtatare à Deo, qm̃ ab illo qui fecit eum, receſſit cor eius. Flatus quoq; & via regum, fert̃ eſſe in ma-
nu Dei; qa ad nutum inclinat ea quôcunq; voluerit, ꝓut Salomõ dicit: Cor regis in manu Dei. quô- Prou. 21.
cunq; voluerit, vertet illud. [Idcircò] i. pro tantis demeritis [miſſus eſt ab eo articulus manûs,] Deo
em̃ iubente, angelus effigiẽ hanc formauit. [q̃ ſcripſit hoc quod exaratũ eſt,] ex quo ſecundùm Al-
bertum videt̃, ꝙ non colore, ſed in lapide ſcriptum fuit. [Hæc eſt aũt ſcriptura q̃ digeſta eſt] verbis
Hebraicis, vt aliqui dicunt. [Mane, thecel, phares.] i. numerus, appẽſio, diuiſio. Ad quod partìm ap-
plicari poteſt illud Sap. Oĩa in numero, pondere ac mẽſura conſtituiſti. [& hæc eſt interpretatio ſer- Sap. 11.
monis.] i. expoſitio horum trium verborũ, quorum quodlibet ex diuina inſtitutiõe integrum ſen-
ſum ſignificauit, q̃ non niſi p̱ reuelationẽ poterat ſciri. [Mane] ſignificat, [numerauit Deus regnum
tuum,] i. tẽpus durationis Babylonici imperij in certo poſuit numero, vt (iuxta oraculum Ieremiæ,
immò Dei p̱ eum) oẽs gentes 70. annis ſeruirent regibus Babylonis. Vel ſecundùm Albertum, nu- Iere. 25. & 29.
merauit Deus regnum tuum, i. oẽs actus & verba q̃ habuiſti in regno, ſecundùm illud Iob: Nonnè Iob 31.
Deus cõſiderat vias meas, & oẽs greſſus meos dinumerat? [& cõpleuiſti illud.] i. iam in te illud ter-
minabit, ità ꝙ te occiſo, regnum Babyloniæ transferet̃ ad alios. [Thecel] ſignificat, appenſum eſt]
regnum tuum, vel appenſus es tu [in ſtatera,] i. in æqtate ſeu examine diuini iudicij, [& inuentũ eſt]
vel inuentus es à Deo infallibili iudice oĩa intuente, [minus habens] de iuſtitia, quã meritò habe-
ret, vel haberes. Vel minus habens bonitatis, q̃ tu ipſe putabas. De hac ſtatera loquitur Iob: Si ambu- Ibidèm
laui in vanitate, appendat me in ſtatera. Et in Prouerbijs: Põdus & ſtatera iudicia dñi ſunt. [Phares] Prou. 16.
ſignificat, [diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.] i. iam ſtatìm ſeparabit̃ & tolle-
letur à te ac tua progenie, & ad Medos transferet̃ ac Perſas, iuxta illud Iſaiæ: Non eſt ſolium vltrà fi-
liæ Chaldæorũ. Et rurſus: Eccè ego ſuſcitabo ſuper eos Medos & Perſas &c. [Tunc iubente rege, in- Iſaiæ 47. Iſaiæ 14.
dutus eſt Daniel purpura, & circundata eſt torques aurea collo eius, & p̃dicatum eſt de eo, ꝙ habe-
ret poteſtatẽ tertius in regno] ſuo, ſ. Balthaſar regis, i. ꝙ vnus eſſet trium principalium principũ, vel
tertius in poteſtate poſt regem. Et ſecundùm Albertum, fortè vnus iſtorum trium principum præ-
fuit curiæ, alter exercitui, tertius terræ. Oĩa iſta exhibuit Balthaſar Danieli, vt promiſſionem ſuã im-
pleret, * qua interpretanti ſcripturam iſtam promiſit. Et vt Gloſſa Hieronymum ſequens, tangit,
quatenùs Dei hominem venerando, veniam mereret̃: quam idcircò non meruit, quia grauius fuit ſa-
crilegium eius in Deum, q̃ veneratio in ſeruum ipſius. Vel quia non putauit interpretationẽ Danie-
lis tam citò implendam. Daniel quoq;, ſecundùm Hieronymũ, iſta ornamenta accepit, vt per ea Da-
rio in regnum mox ſucceſſuro fieret notior, & per notitiam honoratior. [eadẽ nocte interfectus eſt
Balthaſar Chaldęus.] Circa quod ſcribit Hieronymus: Refert Ioſep. 10. Antiq. Iudaicę lib. ꝙ Baby-
lone à Medis & Perſis obſeſſa, Balthaſar in tantam venit ſuî obliuionẽ ſeu negligentiam, vt celeber-
rimum iniret conuiuium, & vaſis templi Dei allatis, vacaret epulis. Vndè poteſt ſtare hiſtoria, ꝙ ea-
dem nocte ſit captus & iugulatus, omnibus interpretatione ſomnij territis aut ebrietate ſopitis, aut
conuiuio ac celebritati intentis. Aliqui dicunt Balthaſar regẽ à cubicularijs ſuis occiſum, & proditi-
one eorum vrbem hoſtibus traditã. Secũdùm Gloſſam verò, à Medis ac Perſis occiſus eſt. Dicuntq́;
aliqui, ꝙ Perſę ac Medi, audita viſione atq; diuina ſententia contra Balthaſar per exploratores ſuos,
fecerunt contra ciuitatem audacter inſultum: bellatoresq́; vrbis nequibant reſiſtere, qm̃ ex pręducta
viſione & Danielis interpretatione attoniti erant, & in ſtuporem conuerſi, & quoniã vino atq; cõ-
ui-

uiuio fuerant fatigati. Sed mirum appáret, quô tam citò percipere poterant Perſæ ac Medi, q̃ in aula
regia intra vrbẽ acciderant, cùm iſta viſio ac interpretatio in cœna aut poſt eã cõtigerint, vt ex præ-
habitis liquet, eademq́; nocte occiſus eſt Balthaſar, & capta eſt Babylon. Deniq; dato ꝙ ea tam cele-
riter ꝑcepiſſent, nequaq̃ videtur ꝙ tam ſubitò vrbem cepiſſent, cuius muri, vt ſtatìm dicet̃, ducẽto-
rum cubitorũ in altitudine erant. Immò, ſecũdùm Hieronymũ, incredibilius videbat̃ eam poſſe ca-
pi & deſtrui, q̃ ædificari. Rationabilius ergò exiſtimo, quod de hac re in Scholaſtica hiſtoria atq; in
Chronica Martini ſcriptum eſt. Sic quippe in Scholaſtica fert̃ hiſtoria: Cyrus diuiſit Euphraten lõ-
gè à ciuitate ꝑ alueos plures, vt alueũ qui influebat in ciuitatẽ, vadabilẽ faceret: & per ipſum ingreſſi
ſunt hoſtes in ciuitatẽ ſub muro. De qua re in Chronica Martini pleniùs ità narrat̃: Cùm Cyrus ori-
entẽ ſibi pro magna parte ſubieciſſet, ad Babyloniã, quę alijs ciuitatibus opulẽtior fuit, acceſſit. Sed
Euphrates magnus fluuius obſtitit. Cumq́; vnus de ſuis militibus audacior & forma elegãtior trãſi-
tum attentaret, & fluuij rapacitate abſorptus fuiſſet, rex Cyrus dolens pro milite, iratus proteſtatus
eſt, ꝙ fluuiũ, qui tam præclarũ militẽ vorauit, adeò meabilẽ faceret, vt genua fœminarũ tranſeuntiũ
non tangeret. quod & factũ eſt. Nam per campi amplitudinẽ in quadringentos ſexaginta alueos flu-
uium diuiſit. Sicq́; Euphraten validiſſimũ fluuiũ per mediam Babyloniã fluẽtem, à ciuitate auertit,
Abac. 2. & ſic per alueũ in luto aquarum multarũ (ſicut ꝓphetauit Abacuc) ciuitatẽ hoſtiliter introiuit. Ce-
pitq́; vrbẽ, quam (vt dicit Oroſius) vel humano opere extrui, vel humana virtute deſtrui potuiſſe, pe-
nè incredibile apud mortales erat. Nã ciuitas in amplitudine latiſſimi atq; planiſſimi campi ſita, vn-
diq; conſpicua, natura loci lætiſſima, per quadrum fuit diſpoſita, ſ. quadrangularis, nõ rotunda. Mu-
rorum eius latitudo fuit quinquaginta cubitorũ, & in altitudiue quater tantum, ſ. ducentorũ. Murus
eius ex cocto latere atq; interfuſo bitumine fuit cõpactus. A fronte murorũ cẽtum portas æreas ha-
buit. Porrò ſecũdùm Hieronymũ ſuper Iſaiã, quodlibet latus muri quadrati ciuitatis huius, ſedecim
milliaria, i. octo leucas, in longitudine habuit. Nec incredibile eſt hoc, qa (vt aliqui aſſerunt) tunc ſic
ædificabant̃ ciuitates, ſaltẽ aliquę, ꝙ quilibet ſecundùm ſtatũ ſuum habebat iuxta domum ſuã hor-
tũ & vineã, vbì creſcebant terrænaſcentia, de quibus tẽpore obſidionis diù ſimul cũ ſua familia vi-
uere poſſet. Capitolium verò ſeu fortalitiũ vrbis iſtius, fuit turris Babel, poſt diluuiũ à filijs Noę ędi-
Gen. 11. ficata, vt in Geneſi legitur, in altitudine quatuor millia paſſuum habens. In hac ciuitate erant tẽpla
marmorea, ac aureæ ſtatuæ atq; plateæ, auro lapidibusq́; fulgentes. Nunc verò infra mœnia, vaſtiſſi-
ma ſolitudo eſt & beſtiarũ tumultus. Et ſicut Hieronymus ſibi teſtat̃ relatum, ſunt ibì venatiões re-
gales. Vndè & muri coctiles ſubindè inſtaurant̃ propter beſtias includendas, vt faciliùs capiant̃. De
hac deſtructione Babylonis, Iſaias in diuerſis libri ſui capitulis plura prædixit. Siquidem inter alia q̃
plurima de ea legit̃ vaticinatus: Et erit Babylõ illa glorioſa, in regnis inclyta, ſubuerſa, ſicut ſubuer-
Iſaiæ 13. tit Deus Sodomã & Gomorrham: nõ habitabit̃ vſq; in finẽ, ſed requieſcent ibì beſtiæ, & replebunt̃
domus eorũ draconibus, & habitabunt ibì ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibì, & reſpondebunt ibì
Iſaiæ 21. vlulæ in ædibus eius, & Sirenæ in delubris voluptatis. Quòd verò exiſtente conuiuio protinùs cape-
retur, ità prædixit: Pone menſam, contemplare in ſpecula, comedentes & bibentes ſurgite princi-
Iere. 50. & 51. pes, arripite clypeũ. Tanq̃ dicat, Tempus ꝓliandi eſt, non epulandi. De qua etiã re Ieremias ille prę-
clarus tã lucidè vaticinat̃, vt ipſam videat̃ hiſtoriã recitare. [Et Dari9 Medus] i. rex Medorũ. [ſucceſſit
in regnũ] Balthaſar regis, ità ꝙ illud ſuo adiecit imperio, nõ ꝙ Babylonẽ reparauerit atq; poſſederit,
[annos natus ſexagintaduos,] ità ꝙ ſexagintaduorũ tunc erat annorũ. Ideò Cyrus rex cum eo obſi-
dens Babylonẽ, ceſſit ei in regni ſui ſucceſſione, videlicet ratiõe ętatis, & qa Darius auunculus Cyri
fuit. Et rurſus, qm̃ vſq; ad illud tẽpus, regnũ Mediæ maius fuit regno Perſarũ. Has tres rationes tan-
git breuiter Hieronymus. Poſtremò de hoc Dario ſcribit Ioſephus, ꝙ fuit filius Aſtyagis, qui alio
nomine dictus eſt Aſſuerus, & quòd ætate & moribus regno fuerat dignus.

¶ *Expoſitio cap. 6. Placuit Dario, & cõſtituit ſuper regnum ſuum ſatrapas 120.* *Articulus* 78.

PLacuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſuum] i. totale imperium [ſatrapas centumviginti,]
Quid ſatrapæ propriè appellentur, dictum eſt in expoſitiõe cap. 3. [vt eſſent in toto regno ſuo.]
i. per vniuerſum eius imperium ſinguli ſingulis præſiderent prouincijs, ità ꝙ quilibet vni prouincię
præerat ſecundùm Albertum, qui etiam ait, quòd Darij huius imperium continebat centum vigin-
tiſeptem prouincias, ad quod allegat illud Heſter 1. In diebus Aſſueri regis, qui regnauit ab Aethio-
pia vſq; Indiam, ſuper 127. prouincias. Sed quid allegatio iſta ad Dariũ regem pertineat, certum nõ
Heſt. 10. etiam habeo, niſi fortè dicat̃ Aſſuerus natus de ſemine Darij huius: quo tñ conceſſo, non ſequeret̃, ꝙ ſi Aſ-
ſuerus, de quo in Heſter habetur, tot prouincijs pręfuit, & Darius, de quo nũc ſermo, totidẽ quoq;
præfuerit, præſertim quia & Aſſuerus iſte ſuum auxit valdè imperium, ſicut in libro Heſter con-
ſcribitur, quòd inſulas maris fecit tributarias. Dicit demùm Albertus, quòd ſeptem reliquæ prouin-
ciæ Darij, quæ ſuperant præfato numero ſatraparum, deſeruiebant tribus principibus principali-
oribus, de quibus ſtatìm dicetur. Itaque non penitùs certum appáret, quòd Darius iſte tot prouin-
cias

cias habuit, quòd quilibet ſatraparum dictorũ vnam integram ſubiectam ſibi habuerit. Porrò Darius
iſte (vt refert Hieronymus) fuit (ſecundùm Ioſephum) filius Aſtyagis, qui Aſtyages, vt infrà legit̃,
dictus eſt Aſſuerus: ſed iſte fuit alius ab Aſſuero, de quo in libro Heſter habet̃. Prætereà fuit & alius
Darius rex, de quo in principio Aggęi & Zachariæ prophetarum habet̃, quem multi dicunt fuiſſe fi- Dan. 9.
lium Aſſueri regis, de quo hiſtoria Heſter tractat, quem aliqui dicunt illũ Darium quem Alexander Aggęi 9. & 2.
Magnus deuicit. Sed & Aſſuer9, de quo in Heſter, ac Darius, de quo in Aggæo, diù fuerũt poſt Aſty- Zach. 1.
agẽ & Dariũ, de quo nũc loquitur Daniel. [& ſup eos principes tres,] i. ſatrapis illis ꝓfecit tres prin- Heſt. 1.
cipes, [ex quibus Daniel vnus erat, vt ſatrapæ redderent rationẽ,] i. cõputationem de redditib9 pro- Aggæ. 1.
uinciarum & expenſis atq; negocijs. An aũt rationem reddebant oĩbus tribus ſimul, vel eorũ alicui,
in textu non determinat̃. [& rex nõ ſuſtineret] aliquam [moleſtiam] in auditu negociorum & cau-
ſarum ac cõputationum, ꝓſertim quia (vt in fine ꝓcedentis articuli dictum eſt) ſenex iam erat, idcir-
cò quietam ducere vitam optauit. Itaq; ſatrapæ conſtituti fuerunt ad diſcutiendum negocia, ad le-
uandum tributa, ad diſponendum partes imperij ſibi cõmiſſas. De tribus aũt principibus iam repeti
poſſent, q̃ nunc in ꝓcedentibus capitulis de tribus principibus regni Babyloniæ ſunt ꝓdicta, ſed in
ꝓinductis articulis hæc quęrant̃. Dicit verò Albertus, ꝙ pauciores tribus ꝓeſſe non poterant, eô ꝙ
vnus ꝓfuit curiæ, alter militib9 ſeu exercitibus, tertius negocijs ſiue iudicijs. Porrò ex hac gentilis re-
gis induſtria inſtruũtur pręlati principesq́; fideles, vt q̃ per inferiores cõgruè fieri queũt, officialibus
ſuis cõmittant, & in maioribus præſint, quatenùs ab exterioribus occupationibus exonerati, Deo q-
etiùs vacent. Deniq; in Exodo aliquid tale inducit̃. Vt enĩ ibì legitur, Iethro cognatus Moſis, viſo ꝙ
ſolus Moſes ſederet ad populi negocia diſcernenda, dixit ad eum: Nõ bonã rem facis, vltra vires tu-
as eſt iſtud negocium. Sed audi verba mea: Eſto tu populo in his q̃ ad Deum pertinẽt, & prouide de Exod. 18.
omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiã, & conſti-
tue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tem-
pore. Quicquid aũt maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tãtummodò iudicent, leuiusq́; tibi ſit,
partito onere in alios. Inſupèr, ſecundùm Ioſephum & expoſitores cõmuniter, Darius capta deſtru-
ctaq́; Babylone, volens reuerti in Mediam, ſecũ adduxit Danielẽ: quia, vt refert Hieronymus, am-
biguum nõ eſt, quin Darius rex audiuit viſionẽ ſeu ſignum, quod Balthaſar regi Babylonis accide-
rat, expoſitionemq́; Danielis, & qualiter regnum Medorum eleuandum ꝓdixit. Idcircò in illo eum
habebat honore, ad quem & Balthaſar eum propter interpretationẽ ſcripturæ ſeu viſionis promo-
uit. Dicuntq́; aliqui, ꝙ Darius repperit Danielẽ purpura indutũ, & aurea torque circa collum orna-
tum: cuius decoris cauſam inqrens, audiuit q̃ de ſcriptura & eius interpretatione ꝓtacta ſunt. Ideò
Danielẽ tanq̃ ſapientiſſimum virum cum omni honore aſſumpſit, quanq̃ dubium nõ ſit, ex ſpeciali
Dei ordinatione totum hoc contigiſſe, vt per Danielẽ Deus ſuam maieſtatẽ gẽtilibus declararet, &
populus Iſrael hincindè diſperſus, per Danielẽ conſolaret̃. Prætereà aduertendum, ꝙ (vt in hiſtoria
Scholaſtica fertur) q̃uìs viſio iſta ſit quinta ſecundùm ordinẽ libri huius, putà ſecundùm ordinem
quo Daniel viſiones iſtas deſcribit, ſeptima tñ eſt ſecundùm rem geſtã ſeu hiſtoriæ ordinẽ. Nã duæ
ſequentes viſiones, duobus capitulis immediatè ſequentibus ſcriptæ, ante hanc contigerunt, ſ. tem-
pore Balthaſar regis: quo occiſo, quod in iſto cap. legit̃, contigit. Cur verò Daniel in proceſſu huius
voluminis, ordinẽ temporis atq; hiſtoriæ ac viſionum nõ ſeruat, cauſa ſecundùm Hieronymum eſt,
quia hiſtoriã hiſtoriæ copulat, vt quia in fine ꝓcedentis capituli dictum eſt, ꝙ Darius ſuperauit Bal-
thaſar regem, deſcripſit quid ſibi poſt hoc accidit. Quanuìs aũt in libro iſto decem viſiones in decẽ
capitulis deſcribant̃, quarum prima eſt in 1. capitulo, vltima in vndecimo, quædam tñ viſionum iſta-
rum præ cæteris hiſtoriales vocant̃, quia plùs hiſtoria eis miſcet̃. Ideò ait Hieronymus, hîc hiſtoriam
hiſtoriæ copulari, immò in iſto cap. res geſta deſcribit̃, & tñ in eo viſio contineri aſſerit̃: quia vt Lyra
affirmat, hîc fit mentio de angelo in lacum leonum deſcendente, ora leonum claudente, Danieléq́;
liberante. In quibus Chriſti de morte ſurgentis figurabat̃ myſterium. [Igitur Daniel ſuperabat oẽs
principes & ſatrapas] Darij, etiam duos quibus ipſe fuerat ſociatus: hos ſuperauit ſapientia, proui-
dentia, honeſtate, iuſtitia omniq́; virtute, [quia ſpiritus Dei] i. ſpiritusſanctus [amplior] i. maior ſeu
copioſior in cõmunicatione donorum ſuorum [erat in illo.] Quanuìs etenim ſpiritus Dei ſit vnus
& ſimplex in ſe, multiplex tamen eſt in donis. Rurſus quemadmodùm ſpiritusſanctus dicitur dari &
infundi ac eſſe in his, quibus ſua dona præſtantur: ſic dicitur eſſe maior in eis, in quibus dona eius
magìs abundant. Vel hoc loco per ſpiritum Dei intelligitur virtus, gratia, ſeu manifeſtatio ſpiritûs
Dei in donis ſuis. Sicut ergò gratia fortior eſt q̃ ſit natura, ſic Daniel ꝑ dona gratiæ virtute ſpiritus-
ſancti vicit naturalem prouidentiam atq; virtutem ſatraparum ac principum. [Porrò rex] Darius
[cogitabat] cum deliberato conſenſu, [conſtituere eum ſuper omne regnum] i. toti imperio ſuo eũ
præficere propter prouidentiæ ſuę eminentiam, vt eſſet primus poſt regẽ, ſicut Ioſeph fuit in regno
Aegypti primus poſt Pharaonẽ, iuxta illud Gen. 41. & ſunt verba Pharaonis ad eũ: Ad tui oris impe-
ſſſ rium

rium cunctus populus obediet. vno tantùm regni ſolio te præcedam. Sicq́; Daniel præficeretur du-
obus illis magnis principibus. [Vndè principes] hi duo, [& ſatrapæ] centum vginti, ſeu multi eorũ,
[quærebant] inter ſe modum impediendi promiſſionem ipſius, [vt inuenirent occaſionem] accu-
ſationis, [Danieli ex latere regis] exiſtenti, i. Danieli, qui erat regi collateraliter familiariterq́; con-
iunctus, quoniam rex fecit eum ſibi ſpecialiſſimum & quaſi collegam, vel ex latere regis, i. ex parte
reginæ ſeu concubinarum regis ad eius latus cubantium. Obſeruabãt itaq; an Daniel in ſermone,
tactu, nutu ſeu internuncio indecenter ſe haberet ad aliquam harum. Hanc expoſitionem dicit Hi-
eronymus eſſe Hebræorum, ſuſpicationem addens, ꝙ propter occaſionem vnius verbi, lógas ſole-
ant fabulas texere. Vel ſic. quærebant Danieli occaſionem ex latere regis, i. vt ſepararent eum à tan-
ta amicitia regis. [Nullamq́; cauſam & occaſioné reperire potuerũt] contra eum, [eò ꝙ fidelis eſſet]
regi in omnibus fidelitate ad iuſtitiam pertinẽte. [& omnis culpa & ſuſpicio non inueniretur in eo]
i. nulla culpa contra regem, immò nec ſuſpicio. Non tamen fuit ſine oĩ peccato, ſaltem veniali. Sed
de hoc non poterant eum Dario accuſare. In his verbis cómendatur maxima Danielis perfectio, ꝙ
tam irrepræhenſibiliter ſe gerebat, ꝙ nec leuis quidem ſuſpicio cõtra eum inueniretur, ſicut de Iu-
Iudit. 8. dith ſcriptum eſt: Quia in omnibus famoſiſſima erat, quoniam timebat Deum valdè, nec erat qui lo-
queretur de ea verbum malum. Sicq́; Daniel impleuit illud 1. Pet. 3. Benefacientes obmuteſcere fa-
ciatis imprudentium hominum ignorantiam. Deniq; vanitatis non eſt, ꝙ ſanctus Daniel iſta de ſe-
ipſo conſcribit, quoniam zelo veritatis ad Dei honorem & hominum ædificationem hoc fecit. Sic
quippe ſancti viri virtutes laudesq́; ſuas prodere atq; conſcribere cõſueuerunt humiliter, nõ iactan-
ter. Dicit quoq; Albertus, ꝙ occaſio eſt minus, q̃ cauſa per accidens. Cauſa enim per accidens, cau-
ſat per hoc accidens quod eſt in ipſa. Occaſio autem eſt, quod non per ſe, nec per aliquid quod in
ipſo eſt, malum eſt, ſed eſt interpretatum ad malũ. Sicq́; Eccleſiaſtici 6. ſumitur, quo habetur: Occa-
ſionem quærit, qui vult recedere ab amico: omni tempore erit execrabilis. Hinc alij dicunt: Suſpicio
eſt, quandò aliquis incipit dubitare de bonitate alicuius ex aliquo leui ſigno. Nullam ergò ſuſpicio-
nem, i. nil quod alicuius poſſet mouere ſuſpicionem, inuenerunt in Daniele, qui (ſecundùm Ioſe-
phum) ſuper theſauros regis erat, quoniam adeò iuſtus fuit, ꝙ munera ſpreuit oblata. [Dixerunt er-
Iſaiæ 3. gò viri illi] ambitioſi, non ab animi veracitate ſeu vigore viri vocati, ſed vitijs effœminati. Inuidia
quippe eos inceſſanter agitauit & torſit, eò ꝙ virum alienum viderent ſibi in cunctis præferri, ſeq́;
comparatione ipſius non reputari & deprimi. Ambitioſi autẽ ſunt inuidi, & inuidi occaſiones quæ-
runt contra innocentes ac virtuoſos, potiſſimè cõtra eos quos vident aut metuunt ſibi preferri. So-
lentq́; vitia iſta in magnatum curijs abundare. [Non inuenimus Danieli huic aliquam occaſioné,]
deprimendi eum. Viderunt nempe ꝙ ſtabilis erat in bono, nec putabant eum ab æquitate flecten-
dum. [niſi fortè in lege Dei ſui.] i. in obſeruatione legis diuinę contra ordinationé quãcunq; huma-
nam. Conſiderabant enim ꝙ à cultu Dei ſui nequaq̃ recederet. Ideò proponebant inter ſe aliquid
ordinare, & ordinationis ſuæ confirmationem à rege procurare, cuius obſeruatio eſſet contraria le-
gi Dei, atq; per hoc Danielem accuſarent regi, tanq̃ inobedientem eidem. Secundùm Hieronymũ,
felix eſt conuerſatio, in qua aduerſarij nullam inueniunt occaſionem, niſi in legitimis Dei quæ ſer-
uat: i. qui talis eſt, quòd in veritate reprehendi nõ poteſt, nec aliud ei obijci valeat, niſi quod ad verã
2. Cor. 1. ſpectat iuſtitiã. Qui taliter viuit, dicere poteſt illud Apoſtoli ad Corinth. Gloria noſtra hæc eſt, teſti-
monium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate & ſynceritate, & non in ſapientia carnali, ſed in
gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. [Tunc principes & ſatrapæ ſurripuerunt regi,] i. laten-
ter ac deceptoriè impia ſuggeſſerunt, [& locuti ſunt ei: Dari rex, in æternum viue:] nunc ſcilicet in
regia dignitate temporaliter, deindè inter deos perpetuè. Vel in æternum viue, i. quantùm in nobis
eſt, optamus te ſemper manere in vita atq; imperio. Iſte fuit modus honorandi, affandi, ſalutandiq́;
reges: & à blandis inchoant verbis, vt beneuolentiam capiant regis, eumq́; faciliùs ad ſuum trahant
affectum. [Conſilium inierunt cuncti principes regni tui, magiſtratus & ſatrapæ.] Nomina iſta ſuprà
expoſita ſunt. [& ſenatores,] qui amplioris fuerant dignitatis, [& iudices, vt decretum imperatori-
um exeat,] i. à te imperatore inſtituatur lex præceptoria. [& edictum] i. mandatum vndiq; ratum, &
comminatione pœnarum vallatum. [vt omnis] qui in tuo eſt regno, [qui petiérit aliquam petitioné
à quocunq; deo aut homine vſq; ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur in lacum leonum.] Non im-
Iob 36. meritò ſimulatores & callidi prouocant iram Dei, dum mala ſub ſpecie boni, immò & peſſima ſub
optimorum proponunt colore. Sic iſti peruerſi, ſub ſpecie æquitatis & zeli pro rege quærunt, vt in-
fra tantum tempus nullus quid poſtulet niſi à rege, vt ſcilicet homines ad regis reuerentiam induce-
rentur, Rex quoq; interìm ſuam regiam liberalitatem oſtenderet, & cunctis amabilior redderetur,
factus iam recens monarcha. Sicq́; per honorem regi impédendum, moliuntur iuſto inſidias. Mali
nanq; quũ veritate & æquitate nõ queunt, quod cupiunt, obtinere: falſis & impijs medijs, ſub aliquo
boni apparatu, ſe armant: & iſtud apud reges, principes & prelatos ſolet potiſſimè practicari, per eo-
rum

rum miniſtros ac familiares impia perſuadẽtes, quaſi pro honore dñorum ſuorum zelantes, cùm tñ Heſt. 16.
quæ querunt, nociua ſint illis. propter quod ſcriptũ eſt in libro Heſter: Quidam aures principũ ſim-
plices, & ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt. Et iterùm: Quidam in tantum ve-
ſaniæ proruperunt, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ità cuncta agunt, vt omni
laude digni ſint, mendaciorum cuniculis conenẽ ſubuertere. Itemq́;: Malis quorundam ſuggeſtio-
nibus regum ſtudia deprauanẽ. Deniq; triginta dierum tempus inſtituunt, quia infra tot dies Danie-
lem ſperabant ſe poſſe depræhẽdere, cogitantes quoq; ꝙ q̃uis paucis fortè diebus, non tñ tam mul-
tis, à Dei ſui inuocatione ceſſaret. [Nunc itaq; rex confirma ſententiam,] i. ſenſum verborũ iſtorũ,
quem nos rationabilem iudicamus. [& ſcribe decretũ,] i. præfatum edictum iube in ſcriptis ꝓmul-
gari, [vt non immuteẽ,] ſed inuiolabiliter obſeruetur, [quod ſtatutũ eſt à Medis atq; Perſis,] i. à no-
bis tantis ac talibus, præ cæteris in ſapiẽtia potentiaq́; ꝑclaris, ad quos monarchia deuenit. [nec pre-
uaricari cuiq̃] ſubditorum tuorum [liceat] hoc decretũ. Contra hos eiſq́; ſimiles ſcriptum eſt Iſa-
iæ 10. Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt. Ex ꝑhabitis verbis infert
Hieronymus, vnum fuiſſe ſub Dario & Cyro regnum Medorum & Perſarũ. [Porrò rex Darius] cal-
liditate prauorum deceptus, [propoſuit decretum, & ſtatuit.] i. ordinauit iſtud obſeruari, & in ſcri-
ptis illud inſinuauit. [Quod cùm Daniel comperiſſet,] i. conſtitutam legem, i. iuſſionem iſtã iniquã
agnoſceret promulgatam, [ingreſſus eſt in domum ſuam,] vt in ea oraret quietiùs, nec publicè illud
agendo, prauorum inſaniam prouocaret, regiſq́; edictum inordinatè videreẽ cõtemnere. Nec enim
debet ſe quis ſine cauſa exponere mortis periculo, vel alios ad vitium inflãmare. [& feneſtris aper-
tis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalẽ,] i. verſùs eam, [tribus temporibus in die flectebat genua ſua,
& adorabat] Deum, [confitebaturq́;] confeſſione laudis diuinæ ac culpæ ſuæ, vel potiùs populi ſui
Iſrael, ſeu etiam regis ac regni, [coram Deo] ſuo, immenſo, vbiq; præſente, & oĩa intuente. [ſicut cõ-
ſueuerat antè facere.] In quo conſtantia atq; iuſtitia Danielis monſtratur, ꝙ non timens eos q cor-
pus occidunt, maluit mortis ſubire periculum, q̃ Dei tranſgredi legem. Orat aũt in alto loco, vt hinc
indè latiùs circunſpiciens, & Deum in ſuis contẽplans effectibus, ſeipſum ad contemplationẽ ſubli-
miùs erigat. Nam & altior locus, videtur ad eleuationẽ mentis conferre. Et de Petro apoſtolo ſcri-
ptum eſt Act. 10. ꝙ aſſcendit in ſuperiora domûs vt oraret. Porrò cœnacula, ſecundùm Hieronymũ,
alio noĩe appellanẽ ſolaria. Et in Actibus de apoſtolis, eiſq́; aſſociatis habeẽ: Cùm introiſſent in cœ- Acto. 1.
naculum, aſſcenderunt in ſuperiora, & erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. Chriſtus quoq; Luc. 22.
in cœnaculo paſcha legiẽ celebrâſſe, in quo & apoſtoli ſpiritum ſanctũ ſuſceperunt. Orauit autẽ Da- Acto. 2.
niel facie verſa ad templũ Hieruſalem. Sic eñ captiuis filijs Iſrael eſſe orãdum, Salomon ait. Idcircò 3. Reg. 8.
feneſtras aperuit, vt verſùs illã terræ plagã magìs liberè adſpectaret, ſicq́; Dei & beneficiorũ ipſius,
ac patriarcharum & prophetarum profundiùs recordareẽ. Circa ꝓdicta ait Hieronymus: Tria tẽpo-
ra, quibus Deo flectenda ſunt genua, Tertiã horam & Sextam & Nonam euangelica traditio intelli-
git. Deniq; tertia hora deſcendit ſuper apoſtolos ſpũſſanctus. ſexta volens comedere Petrus, aſſcen- Acto. 2.
dit cœnaculũ ad orandũ. nona Petrus & Ioannes ꝑgebant ad tẽplum. Inſupèr de hac re in Scholaſti- 10. & 3.
ca hiſtoria ferẽ: Tribus horis orabant Iudæi in die, ſ. hora tertia, ſexta, nona, In tertia orabãt, quia tũc Exo. 20.
datus eſt eis decalogus legis in mõte Sinai. In eadẽ hora orat Eccleſia, q̃a tunc datus eſt ſpũſſanctus Acto. 2.
apoſtolis. In ſexta orabant Iudæi, q̃a erect⁹ eſt ſerpẽs æneus in deſerto. In eadẽ orat Eccleſia, q̃a tunc Num. 21. Mat. 27.
Chr̃s ſuſpenſus fuit in ligno. In nona orabãt, quia tunc petra dabat aquas in Cades. In eadẽ orat Ec- Exod. 17.
cleſia, quia tunc de Chr̃o lanceato exiuit ſanguis & aqua. Quidã verò tria hæc tẽpora, intelligũt ma- Ioan. 19.
nè, meridiẽ, veſperam, iuxta illud in Pſal. 54. Veſpere & manè & meridie narrabo. Manè nanq; & ve- Nume. 28.
ſpere iuge ſacrificiũ offerebãt. In meridie aũt peccauit Adam. Iſta eſt expoſitio vna Alberti, & ad idẽ Gen. 3.
redit quod Lyra hìc dicit: Orabat tribus tẽporibus in die, i. hora matutinali, q̃a lotis manib⁹ Iudæi
tunc Dño benedicunt, & hora tertia vel ſexta ante comeſtionẽ, & hora veſpertina, prout diciẽ Act. 3.
Petrus & Ioannes aſſcenderunt in templũ ad horã orationis nonam, q̃ accipiẽ circa tempus veſpe-
rarũ, vt patet in Eccleſijs maiorib⁹, vbì tunc diciẽ nona. Hoc ſecundùm Lyrã narratũ ſit. Quòd autẽ
Scholaſtica hiſtoria ꝓhibet Iudęos ter orâſſe in die, forſitan non videẽ prima facie cõſonare ei quod
ſcribit Nehemias, ꝙ Iudæi quater in die, & quater in nocte confitebanẽ & adorabant Dñm Deũ ſuũ. Nehe. 9.
Et alibì legiẽ: Septiès in die laudẽ dixi tibi. [Viri ergò illi curioſiùs inquirẽtes,] in quo eorũ ſuꝑflua Pſal. 118.
occupatio demonſtraẽ. Curioſitas q̃ppe ſecundùm Tulliũ, eſt ſuperflua inueſtigatio rerum ad ſe nõ
pertinentium. [inuenerunt Danielẽ orantem & obſecrantẽ Deum ſuum.] fortè acceſſerunt ſubitò
eũ quaſi pro negocijs regis. Oratio aũt eſt ſimplex petitio, obſecratio verò eſt inuocatio ꝑ aliquod
ſacrũ, per quod oratio fit exaudibilis, vt cùm dicim⁹, Per paſſionẽ tuam libera nos Dñe. Circa ꝓdicta
ait Hieronymus: Ex hoc loco diſcimus, nè incautè nos offeram⁹ periculis: ſed quantùm in nobis eſt,
declinem⁹ inſidias: vndè Daniel nõ in foro, nõ in plateis, ſed in abſcõdito fecit cõtra regis imperiũ,
vt Dei oĩpotentis iuſſa impleret. [Et accedentes, locuti ſunt regi ſuper edicto:] i. de præcepto non
 pe-

petendi aliquid niſi à Dario.[Rex, nunquid non conſtituiſti vt oĩs homo] de ſubditis tuis,[qui rõ-
garet quenq̃ de dijs & hoĩbus vſq; ad dies triginta,niſi à te rex, mitterẽ in lacũ leonum?] Primò in
generali inquirunt,nec Danielẽ in ſpeciali accuſant, quatenùs rege quod iuſſerat, confirmante, nõ
habeat facultatẽ liberandi Danielẽ,quem ſciebant regi chariſſimum.[Ad quos reſpondens rex,ait:
Verus eſt ſermo quem dicitis,] ꝙ ſ.ità conſtitui [iuxta decretum Medorum atq; Perſarum,quod p̃-
Actu.5. uaricari non licet.] quod vtiq; falſum eſt,quia obedire oportet Deo magìs q̃ hoĩbus.Sed tantę æſti-
mationis fuerunt Medi & Perſę apud ſeipſos,ꝙ verba ſua putabant oĩmodè obſeruanda.[Tunc di-
xerunt coram rege:Daniel de filijs captiuitatis ×Iudęæ,] De numero captiuorũ aſſerunt Danielẽ,vt
eius contẽptus,quo regis edictum abiecit,intolerabilior videaẽ,ſecundùm Hieronymum.[non cu-
rauit de lege tua,& de edicto quod conſtituiſti.] Lex & edictũ hîc realiter idem deſignant, putà p̃-
ceptum ſeu ordinationẽ,quæ in quantùm verbis ſeu ſcriptis promulgaẽ,edictum vocaẽ. [Quod ver-
bum cùm audîſſet rex,contriſtatus eſt ſatìs:] ꝙ chariſſimum condẽnaret ad mortẽ, & virum regno
vtiliſſimum perderet.[& pro Daniele appoſuit cor vt liberaret eum,] i. varijs modis q̃rens eum eri-
pere,[& vſq; ad Solis occaſum laborabat vt erueret eum. Viri aũt illi intelligentes regẽ,] i. conſide-
rantes eius intentum,ꝙ ſ. q̃rebat modum vitandi ſeu differendi damnationẽ Danielis,conſiderauit
eñ ſe illorum calliditate circunuentũ,& propria reſponſione arctatum,illos quoq; ex inuidia tetẽ-
diſſe inſidias,[dixerunt ei:Scito rex q̃a lex Medorũ eſt atq; Perſarũ,vt omne decretum quod cõſti-
tuerit rex] eorũ,[non liceat immutari] i.reuocari aut violari.Ideò rex leges & conſuetudines regnĩ
ſui immutare nõ audens,regia poteſtate cõtra ſuos non vtiẽ,ſed ratione atq; cõſilio:Cumq; modum
euaſionis p̃ Daniele non cerneret,cõſenſit petitioni ſuorũ.Vno aũt inconuenienti dato, multa ſe-
quunẽ.Ideò q̃ conſtituit edictum blaſphemũ, & illud irreuocabiliter ſeruãdum putauit,alia quoq;
incidit vitia,ità ꝙ innocentẽ rex humano timore dãnauit. [Tũc rex p̃cepit] adduci Danielẽ de do-
mo ſua,[& adduxerunt Danielẽ,& miſerunt eũ in lacum leonũ,dixitq́; rex Danieli] anteq̃ in lacum
deſcẽderet:[Deus tuus,quẽ tu colis ſemp,] ſ.cultu latriæ,[liberabit te.] Quocircà ſcribit Hierony-
mꝰ:Cedit rex multitudini,& cõſentiẽtibus inter ſe aduerſarijs,mortẽ amici nõ audet negare:quodq́;
ipſe rex obtinere non potuit,ſ.Danielis liberationẽ,Dei tradit potẽtiæ. Nec ambiguè loquiẽ, vt di-
cat,ſi potuerit:ſed audacter & cõfidenter,Deus,inquit,tuus quẽ colis,liberabit te.Audîerat eñ tres
pueros qui inferioris à Daniele meriti erãt,flammas viciſſe Babylonicas in fornace,&Danieli mul-
Dan.3. ta myſteria reuelata.Vndè & diligebat eũ,hoĩemq́; captiuũ in maximo habebat honore. [Allatusq́;
eſt lapis vnus,& poſitus ſup os laci,quẽ obſignauit rex annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum.]
Iuſſit ergò rex os foueæ lapide operiri,cumq́; ſignari,nè q̃s rege ignorante lapidẽ amoueret,aut Da-
nieli nocumẽtum inferret. Ideò ſubdiẽ:[nè quid fieret cõtra Danielẽ] ab aduerſarijs eius.Magìs eñ
timuit rex ſæuitiam hoĩm q̃ leonum.Ideò Gloſſa ſequens Hieronymum,dicit: Qui de leonibus ſe-
curus eſt,hoĩes pertimeſcit.Dicit quoq; Hieronymus:Rex credit eũ Dei potẽtię,& ſignat lapidem
etiã annulo optimatum ſuorũ,nè quid ſuſpiciõis cõtra eos videaẽ habere.[& abijt rex in domum ſu-
am,] quia iam veſpera fuit,[& dormiuit incœnatus.] quõ verum eſt hoc, cùm ſequatur, [cibiq́; non
ſunt allati coram eo] à famulis ſuis,q̃a cibos ſibi afferri p̃hibuit, [inſupèr & ſomnus receſſit ab eo?]
Et reſpondẽdum,ꝙ fortè parùm dormiuit,cùm triſtitia oculos grauet,& ad ſomnum inclinet.Nam
Mar.14. & ſomnus eſt alleuiatiuus triſtitiæ.Hinc in Marco legiẽ:Erant oculi eorum,ſ. apoſtolorũ, grauati p̃
triſtitia.Vel quod diciẽ,dormiuit,exponendum eſt,ad dormiẽdum ſe poſuit,ſeu in lecto q̨euit. Ma-
gnitudo aũt triſtitiæ,ſicut & cæterarum paſſionum, tantã facit in corpore trãſmutationẽ ac dyſcra-
ſiam, vt ſomnum impediat.Similiter ſolicitudo,& ingens cõſideratio rei, abſtinentia quoq; à cibo,
q̃ oĩa in rege fuerunt.Circa hæc ſcribit Hieronymus & Gloſſa:Quanta beneuolentia regis?nec die
cibum capit,nec nocte dormit.cum p̃pheta periclitãte,quaſi vno pendet affectu.quanto magìs nos
pro peccatis proprijs debemus Deum ad miſericordiã flectere, cùm rex Deum neſciens, formata ſ.
notitia,hoc faciat pro eo,quẽ vult de periculo liberare?Sed quęriẽ,ſi rex firmã habuit confidẽtiam,
ꝙ Deus eriperet Danielẽ,cur eatenùs triſtabaẽ?Et reſpondẽdum, ꝙ confidẽtia eius non fuit pfecta
& pura,ſed varijs cogitationibus ac paſſionibus,plenæ confidẽtiæ contrarijs, mixta. Sic quippe im-
Rom.11. perfectè ſperãtibus ſolet cõtingere,p̃ſertim q̃a etſi de Dei potẽtia non dubitent, eius tñ diſpoſitio-
nẽ & voluntatẽ non nôrunt:occulta nanq; ſunt Dei iudicia.[Tunc rex primo diluculo conſurgẽs,
feſtinus ad lacum leonum peruenit] p̃ deſiderio ęſtuanti.[Appropinquansq́; lacui,Danielẽ voce la-
chrymabili inclamauit:] Ex cõpaſſionis eñ magnitudine lachrymas continere non potuit.Forſan
lapidẽ iuſſit deponi,anteq̃ ſic clamauit:[Daniel ſerue Dei viuentis.] Deum Danielis vocat viuentẽ,
tanq̃ verum ſummumq́; Deum,& ad differẽtiam deorum qui manibus fiunt.Porrò ſecundùm Hie-
ronymũ,rex iſte oblîtus regiæ dignitatis,victor ad captiuum,& dñs cucurrit ad ſeruum.[Deus tuus
cui tu ſeruis ſemp,] oñi ſ.tẽpore opportuno,[putáſne valuit te liberare à leonibꝰ?] nõ quaſi de Dei
omnipotentia dubitans,ità rex loquiẽ:ſed ſecundùm Hieronymũ, in ambiguo ſententiam tẽperat,
vt

vt cùm Daniel incolumis apparuerit,quanto res incredibilior videbaẽ, tanto cõtra aduerſarios Da-
nielis indignatio regis iuſtior appareret.[Et Daniel regi reſpondens,ait:Rex in æternũ viue.] Ho-
norantẽ ſe ſalutat,& afflictum ac blandè loquentẽ,dulciter conſolaẽ. [Deus meus miſit angelũ ſuũ
& concluſit] per angelũ [ora leonũ,] eorũ feritatẽ,rictum rabiemq́; refrenãs.Vndè ſecundùm Hie-
ronymũ, non eſt leonũ feritas immutata, ſed rabies refrenata.[& nõ nocuerũt mihi,quia coram eo
iuſtitia inuenta eſt in me.] i.verè corã Deo iuſtus apparui,nõ viribus meis, ſed ope gr̃æ eius.Hoc ad
gloriã Dei propheta adiecit,ad ſatisfaciendum regi,ꝙ eius edictũ præuaricando, non incidit culpã.
Ideò ſubdiẽ:[Sed & coram te rex delictũ non feci:] quia iuſſio regis fuit vitioſa totaliter, ideò eius
tranſgreſſio fuit opus virtutis,non vitiũ.[Tunc rex vehementer gauiſus eſt ſuper eũ,] videlicet quo
eum magìs amauit,& quo eũ ſibi ac ſuo imperio vtiliorẽ agnouit. [& Danielem p̃cepit educi de la-
cu,& nulla læſio inuenta eſt in eo,q̃a credidit Deo ſuo] fide completa, de qua in prima ſua epiſtola
ait Ioannes:Hæc eſt victoria q̃ vincit mundũ,fides noſtra.Et Paulus ad Heb.11.Sancti per fidẽ vice- 1.Ioan.5.
runt regna,obturauerũt ora leonũ. Deniq; Saluator: Oĩa,inq̃t,poſſibilia ſunt credenti. Et rurſus:Si Mar.9. Mat.17.
habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis,dicetis huic mõti,Tollere,& iacta te in mare,&obediet vobis.[Iu Lucæ 17.
bẽte aũt rege,adducti ſunt viri illi,q̃ accuſauerunt Danielẽ,& in lacũ leonũ miſſi ſunt,& filij eorũ &
vxores eorũ,] quos ſecundùm Albertũ,incentores ſcelerũ habuerũt,vel ſaltẽ fautores ſeu coopera-
tores.Rex aũt viſo tanto miraculo,ſumpſit audaciã, & æmuli Danielis timore deiecti ſunt.[& non
peruenerunt vſq; ad pauimentũ laci.] ſecundùm aliquos,per gradus erat introitus foueæ, in fundo
pauimentũ habentis.[donec arriperent eos leones,& oĩa oſſa eorũ cõminuerunt,] fortè ꝙ angelus
auxit tunc leonum ferociã,vt Danielis liberatio miraculoſior monſtrareẽ,& Deus per eam ampliùs
glorificareẽ.Et aliqui dicunt Ioſephũ dicere,ꝙ accuſatores Danielis dixerũt, leones fuiſſe carnibus
ſaturatos,& ideò Danielẽ non deuorâſſent:tunc rex iuſſit,vt ipſi leonibus carnes darent:quod cùm
facere attẽtarẽt, à leonibus (ſicut iã dictum eſt) ſunt diſcerpti. Potiùs aũt videẽ iuxta textũ,ꝙ rex in
pœnam talionis iuſſit eos tradi his feris:quia hoc iuſtũ erat ſecundùm pœnã talionis, quæ in æqua-
les potiſſimè locum habet.Prætereà Gloſſa ait, Nulla lex æquior eſt, q̃ necis artificẽ ſua arte perire.
Propter quod ait Pſalmiſta:Lacum aperuit & effodit eum,& incidit in foueã quam fecit.Et Prou.11. Pſal.7.
In inſidijs ſuis capientur iniqui.Et Eccũs quoq; ait:Facienti nequiſſimũ conſilium,ſuper ipſum de- Eccĩ 27.
uoluetur,& non cognoſcet vndè illi adueniet illuſio. Sic Aman fuit affixus patibulo, quod paraue- Heſt.7. & 8.
rat Mardocheo.[Tunc rex Darius ſcripſit vniuerſis populis,tribubus &linguis habitantibus in vni-
uerſa terra] ſui imperij:[Pax vobis multiplicetur.] Verba iſta in epiſtola Nabuchodonoſor regis ſu- Dan.3.
prà expoſita ſunt.[A me ergò conſtitutũ eſt & decretum,vt in vniuerſo imperio & regno meo] Per
regnũ,intelligi poteſt ſpecialiter regio Medorum, quæ propria fuit Dario: per imperium verò, oĩs
prouincia ſibi ſubiecta: [tremiſcant & paueant Deum Danielis,] qui licèt ſit oĩm Deus per creati-
onẽ,Danielis tñ per tam ſingularem eius in omnibus gubernationem, & ob ſpecialem cultum ei à
Daniele exhibitum.Tremor aũt ad corpus,pauor ad animum pertinet,quandò tantus eſt timor in-
ternus,ꝙ redundat in corpus vſq; ad eius concuſſionẽ. [Ipſe enim eſt Deus viuens] per eſſentiam,
& ipſa actualiſſima,ſuperſubſtantialis,ſuperuoluptuoſiſſima vita, [& æternus in ſecula,] cùm ſit ens
ſimpliciter primum,independens & incõmutabile prorſus. [& regnum eius non diſſipabitur,] qm̃
congregatio electorũ ac beatorum (qui ſunt regnum Dei) manet perpetuò.De horum expoſitione Dan.4.
nunc tranſeo,quia ſuprà verba hæc habita ſunt ac diffuſè expoſita.[& poteſtas eius vſq; in æternũ.]
Ipſe enim eſt ſua poteſtas,de quo ait Pſalmiſta:Qui dñatur in virtute ſua in æternum. [ipſe eſt libe- Pſal. 65.
rator,] ab aduerſitatibus eruendo,[atq; ſaluator,] proſpera beatitudinemq́; præſtando, [faciens ſi-
gna & mirabilia.] Signa,in quãtùm ſunt diuinæ potentiæ ſupernaturaliter oſtenſiua: & mirabilia, q̃a
cernentes in admirationem conuertunt.[in cælo & in terra,] per q̃ duo extrema, intelligẽda eſt oĩs
creatura,quæ creatori ad nutum obedit. quomodò enim non plenum dominiũ ſuper vniuerſa ha-
beret,qui cuncta de nihilo fecit?[qui liberauit Danielem de lacu leonum.] Iſtam tam pulchrã epi-
ſtolam Darius rex,vt reor,Daniele eum pleniùs edocente de Deo,dictauit.[Porrò Daniel perſeue- Dan.1.
rauit vſq; ad regnum Darij & regnum Cyri Perſæ.] Secundùm Hieronymum,non eſt ſenſus,ꝙ ſo-
lùm vixit vſq; ad regnum Cyri, ſ.vſq; ad principium regni eius ſuper Medos &Perſas:Nam infrà ha- Dan.10.
betur,ꝙ anno tertio Cyri regis Perſarum verbum reuelatum eſt Danieli. Sed ſenſus eſt, ꝙ vſq; ad
primum annum monarchiæ atq; imperij Darij regis,Daniel manſit in Chaldæa in potentia & ho-
nore,quouſq; ſcilicet Darius regnum Chaldæorum deſtruxit,& monarchiam adeptus eſt, qui tunc
Danielem duxit in Mediam:quo defuncto,adhuc manſit Daniel ſub Cyro rege per aliquot annos,
qui Cyrus Dario ſucceſſit in regno atq; imperio.

¶ *Expoſitio cap.7. Anno primo Balthaſar regis Babylonis.* *Articulus* 8.

CONſequenter ſcribitur viſio ſexta Danielis. Sexta,inquam,ſecundùm ordinem deſcriptionis Dan.2. & 4.
viſionum in libro iſto:ſed quarta,ſecundùm rem geſtam & temporis ordinem.Cur autẽ Da-

 niel

niel ità mutauit ordinē in ſcribendo, in p̄cedentium capitulorum expoſitione oſtenſum eſt. [Anno
Dan.5. primo] non vitæ, ſed regni [Balthaſar regis Babylonis,] de quo in ſuperioribus dictum eſt pleniùs.
[Daniel ſomnium vidit.] i. imaginariam viſionē ſibi in ſomno oſtēſam, interioribus oculis adſpexit
& intellexit. Cur autē in ſomno fieri ſoleant reuelationes propheticæ ac diuinæ, & cur viſio imagi-
naria ſeu prophetalis ſomnium appellet̄, & de proprietate viſionis imaginariæ, ac diſtinctione inter
ſomnium & viſionē, alijſq; quibuſdam ad horum intelligentiā accōmodis, dictum eſt antè. Loquit̄
Dan.2. autē propheta de ſeipſo quaſi de alio. [Viſio autem capitis eius in cubili ſuo. Et ſomnium ſcribēs] ad
aliorum vtilitatē. Donum ſiquidē prophetiæ, ad g̃ras pertinet gratìs datas: gratię verò gratìs datę, p-
priè ſumptæ, ad aliorum vtilitatē dantur & ordinant̄. Ex prophetalibus autē reuelatiōibus & earum
impletionibus, demonſtrat̄ Deus altiſſimus oīm habere certiſſimam ac diſtinctam ſcientiam, pro-
uidentiamq́; completam, & ſpecialiter probant̄ Chriſti myſteria ſancta eſſe & vera diuinituſq́; p̄di-
cta. [breui ſermone cōpræhendit.] Sermo enim compendioſus, delectabiliter ac fructuoſè auditur.
Iſaiæ 10. Et in Iſaia legit̄: Verbum abbreuiatum faciet dn̄s ſuper terram. Tædioſa ergò prolixitas eſt vitanda.
[ſummatimq́; perſtringens] i. viſa ſibi oſtenſa, in ſumma ſuccinctìm exprimens, [ait] verbis ſcriptis
atq; vocalibus. Somno en̄ completo vigilans factus, tempore opportuno viſa redegit in ſcriptis ad
perpetuam rei memoriam. [Videbam in viſione mea nocte:] nocturno ſiquidē tempore imaginaria
viſione hæc vidit, & mēte viſum, intellexit. Porrò per viſionē intelligitur hîc res in ſomno apparēs,
cuius ſignificationem Daniel (vt infrà habetur) intellexit. Vel ſi per viſiōem intelligere aliquis ve-
lit actum videntis, in hac viſione Daniel vidit formaliter: quoniam viſio, ratio eſt formalis, ob quam
Iſaiæ 24. & per quam vidit, quemadmodùm fertur in Iſaia: Cōmotione cōmouebitur terra, diſſipatione diſ-
ſipabitur terra. [Et eccè] Eccè, aduerbium eſt demonſtrandi, ad deſignandum q̄ magnum ſit quod
narratur. [quatuor venti cæli pugnabant:] vbì ſcribit Hieronymus: Quatuor ventos cæli arbitror
angelicas poteſtates, quibus principalia regna commiſſa ſunt, iuxta illud quod in Deuteronomio
Deu.32. legimus: Quandò diuidebat altiſſimus gentes, quandò ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos
populorum iuxta numerum angelorum Dei. Allegat autem Hieronymus hanc ſcripturam iuxta
tranſlationem Septuaginta interpretum, ſecundùm quam Gregorius eā allegat in ſermone de om̄i-
bus angelis, Anſelmus quoq; in libro, Cur Deus homo. Quanuis verò Scholaſtica hiſtoria & cæte-
ri expoſitores catholici, quantùm ad principale, ſequantur Hieronymum, q̄ ſ. per quatuor ventos
cæli, ſunt intelligendæ angelicæ poteſtates, non tamen id vniformiter agunt. Nam quidam per po-
teſtates has intelligunt angelos bonos, alij angelos malos, ſicut Albertus, qui ſcribit hoc loco: Qua-
tuor venti cæli, i. quatuor angelicæ poteſtates, quæ regnis in quadripartito mundo poſitis præſunt,
ſunt poteſtates contrariæ, quia ſecundùm vniuſcuiuſq; gentis meritū, bona poteſtas vel mala p̄po-
nitur ei. Dicuntur autem venti, quia ſuggeſtionibus ſuis tentant. Et dicuntur venti cæli, quia mali
Apoc.12. ad hoc pugnant, vt à cęlo deijciant, boni verò, vt ad cælum perducant. Pugnabant quoq;, quia quod
boni ſuadent, mali impugnant, ſecundùm illud Apocalyp. Factum eſt prælium in cælo, Michael &
angeli eius præliabantur cum dracone. Inſupèr aliqui aſſerūt, locum hunc dupliciter poſſe exponi,
videlicet de angelis bonis & malis, dicentes q̄ mali angeli pugnant, quandò excitant homines ad
pugnandum: Boni, inquantùm proponunt coram Deo merita regnorum & hominū, quæ ſunt ali-
quandò contraria, ſic tamen, q̄ angeli boni iſta merita contraria coram Deo proponendo, non ha-
bent inter ſe voluntates contrarias, ſed ſuper his requirunt beneplacitū Dei de futuris, vt q̄ tale re-
gnum tali dominetur, vel econtrariò. Et ſcita ſuper hoc voluntate diuina, vtriq; angelo eſt accepta,
Dan.10. ſiue ſit pro exaltatione gētis cui præeſt, ſiue pro eius depreſſione. Itaq; Albertus verba Hieronymi
ad angelos malos retorquet. Similiter quod infrà legitur de principe Perſarum reſiſtente Gabrieli,
quidam affirmant Hieronymum interpretari ac intelligere de angelo malo, immò Thomas in pri-
ma parte & ſuper ſecundum ſententiarum hoc dicit, prout in capitulo illo tangitur. Veruntamen
quantùm capere valeo, Hieronymus iam per quatuor ventos intelligit angelos ſanctos. Primò, q
ad hoc allegat ſcripturam cantici Deuteronomij, ſecundùm interpretationem Septuaginta, qui
ibidèm per angelos Dei, intelligunt angelos bonos. Secundò, quia Hieronymus perhibet his an-
gelicis poteſtatibus eſſe commiſſa ac credita regna mundi. Tertiò, quia quod fertur in textu, qua-
tuor venti pugnabant, ità exponit: Quatuor venti qui pugnabant in mari magno, angeli cęli eſſe di-
cuntur, quia vnuſquiſq; angelus facit pro regno quod ſibi creditum eſt. Poſtremò, quomodò an-
geli ſiue boni ſiue mali, adinuicèm pugnare dicātur, in expoſitione cap. 10. clariùs eſt dicendū. Di-
cere etiam poſſumus, angelos ſiue bonos ſiue malos, nomine venti ſignari, propter ſubtilitatem ac
inuiſibilitatem naturæ eorum: vel propter motûs & operationis eorum velocitatem aut agilitatem.
Nam & alibì in ſcripturis ſpiritus dicitur ventus. Præterea per mare magnum mundus ſignificatur
propter amaritudinem inquietudinemq́; habitatorum ipſius, & propter inſtabilitatem, fluxibilitatē
atq; continuam variationem ſeculi huius inſtàr maris, quod iugiter agitatur & procellis concutitur.
Præ-

Prætereà quantùm ad imaginariam pertinet apparitionem, videbatur prophetę in ſomno per ima-
ginarias ſimilitudines, quòd à quatuor plagis terræ venti conſurgerent, ac inter ſe in Oceano com-
pugnarent: & quid per hoc figurabatur, angelo edocente cognouit. Sicq́; putandū de eo quod ſub-
ditur: [Et quatuor beſtię grandes aſſcendebant de mari,] id eſt, quatuor regna ferocia atq; poten-
tia, de terra ſucceſſiuè exorta ſunt, quę etiam beſtialis vitę fuerunt, prout conſequenter patebit. [di-
uerſæ inter ſe,] quia regna iſta diuerſas habuerunt proprietates, leges & cōſuetudines. [Prima qua-
ſi leæna,] id eſt, primum regnum, ſcilicet Chaldęorum, ſimile eſt leænæ, [& alas habebat aquilę,] ad
deſignandum altitudinem ambitionis & ſuperbię regis ac populi Babylonis, cuius rex ait: In cęlum Iſaiæ 14.
aſſcendam &c. Aquila autem rex auium dicitur, & volat altiſſimè. Aquila quoquè rapax eſt animal,
& ſic per alas eius, rapacitas Chaldęorum exprimitur. Circa hæc ſcribit Hieronymus: Regnum Ba-
bylonicum propter ſæuitiam & crudelitatem, ſiue propter luxuriam & vitam libidini ſeruientem,
non leo, ſed leæna vocatur. Aiunt enim qui de beſtiarū ſcripſere naturis, leænas eſſe ferociores, ma-
ximè dum catulos nutriunt, & ſemper geſtire ad coitum, cuius rationem aſſignat Albertus, quia ex
natura habent calorem mouentem, & ex ſexu humorem materiam miniſtrantem. Quidam autem
non inconuenienter per alas aquilæ, intelligunt abundantiam diuitiarum, peritiamq́; armorum re-
gis & plebis Chaldææ, quibus in altum elationis ſe erexerunt. Albertus verò per alas intelligit ex-
ercitus hincindè ſe extendentes, iuxta illud Iſaiæ: Erit extenſio alarum eius, ſcilicet regis Aſſyriorū, Iſaiæ 8.
implens latitudinem terræ tuę, ô Emanuel. Inſupèr ait Hieronymus: Vt leo inter beſtias, ità aquila
inter aues regnum tenet: & aquila multo tempore viuit. ſic regnum Aſſyriorum, in quo ſcilicet cœ-
pit regnum Chaldęorum, multis ætatibus eſt dominatum. Vndè in Scholaſtica hiſtoria ſcribitur,
quòd in ſecunda ætate mundi inchoans ſub * Baruch proauo Abrahę, deſcendit vſque ad quintam Gen. 11.
ſub Balthazar rege Babylonis. Interdùm enim hæc regna pro eodem ſumuntur. [Adſpiciebam] di- * Sarug
ligenti conſideratione in viſione prophetica, [donec euulſæ ſunt alæ eius] id eſt, regna priùs regi
Babylonis ſubiecta, ab eius dominio receſſerunt, quandò videlicet Nabuchodonoſor in amenti-
am verſus eſt, & quandò nepos eius Balthazar à Medis occiſus eſt. [& ſublata eſt de terra,] quia Na-
buchodonoſor in furiam verſus, ab hominibus eſt eiectus, & Balthazar interfecto, ſubuerſum eſt Dani. 4. & 5.
imperium Chaldęorum, ſicut ſuperiùs pleniùs dictum fuit. [& ſuper pedes quaſi homo ſtetit,] id Ibidèm.
eſt, Nabuchodonoſor poſt amentiam ad priſtinum ſtatum reductus eſt, [& cor eius datum eſt ei] id
eſt, vſus rationis, ità quòd ſe mortalem fragilemq́ue cognouit per pœnas inſtructus, ſicut Anti-
ochus lœtaliter læſus ait: Iuſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Iſtud 2. Mac. 9.
quoquè, ſecundùm Hieronymum, ad totum populum regnumq́ue Babylonicum poteſt referri,
quòd Balthazar interfecto, ad communem redijt hominum humilitatem, nec ampliùs ſe erexit.
Itaque rex Babylonis, qui in prima viſione, ſcilicet in ſtatua quæ Nabuchodonoſor apparuit, ſigni- Dani. 2.
ficabatur per aureum caput, iam per leænam eſt ſignificatus. [Et eccè alia beſtia ſimilis vrſo in par-
te ſtetit.] Gloſſa atque Scholaſtica hiſtoria & Albertus ſequentes Hieronymum, per beſtiam ſe-
cundam ſimilem vrſo, intelligunt regnum Medorum atque Perſarum propter laboris toleranti-
am, victuſq́ue parcitatem, ità quòd more Lacedæmoniorum, pro pulmento vtebantur ſale & car-
damo. Lyra quoquè hîc ſcribit, quòd vrſus ſit potentiſſimus ad labores ac verbera, & paruo cibo
contentus, ità quòd pro magna parte nil accipit: ſic Perſæ infrangibiles erant laboribus, & infran-
gibiles bellis, ſaltem ad tempus, adeoq́ue parci in victu, vt penè ſicco pane vterentur, niſi gratia feſti
aut hoſpitum, vt dicit Trogus Pompeius hiſtoriographus. Rurſus regnum hoc vrſo comparatur,
quia vt vrſus eſt minùs ferox quàm leæna: ſic regnum iſtud fuit Iudæis minùs crudele, quàm re-
gnum Chaldæum. Nam & Cyrus rex Perſarum Iudęos à captiuitate abſoluit, templumq́ue reædi- 1. Eſd. 2.
ficari præcepit. Hincq́ue in Zacharia, per equos albos ſignatur, atque in parte ſtetiſſe aſſeritur, quia Zacha. 1.
non mouit ſe contra Iudæos, ſicut præcedens. [& tres ordines erant in ore eius & in dentibus eius]
id eſt, tria regna in imperio iſto adunata fuerunt, videlicet Perſarum, Medorum & Chaldęorum,
quod Darius vicit & ſuo ſubiugauit imperio. Vel tres ordines iſti ſunt tres principes, qui centum
viginti ſatrapis præfuerunt ſub Dario, vt dictum eſt antè. Os autem beſtiæ huius & dentes, deſignāt Dani. 5.
poteſtatem & bellicoſitatem, quæ per regna iſta ac principes corroſit populos multos. Quidam ta-
men per dentes intelligunt officiatos regni, qui inferiores premebant. [& ſic dicebant ei] conſi-
liarij & amici: [Surge, & comede carnes plurimas,] id eſt, homines multos occide, quod ſecundùm
Hieronymum & alios, refertur ad Aſſuerum regem regni præfati, cui Aman & ſibi conſentientes, Heſter 3.
perſuaſerunt occidere omnes Iudæos in ſuo manentes imperio: quod quia diuina ordinatione
implendum non fuit, Daniel aſſerit dictum, comede, non comedes. [Poſt hęc adſpiciebam,] in ap-
paritione imaginaria, in qua omnia quæ hîc ſcribuntur, videbantur fieri, ſicut in textu narratur. Sed
propheta per angelū docebatur, quid ſingula figurarēt. [Et eccè alia beſtia quaſi pardus,] qua regnū

Macedonum ſeu Græcorum,præſertim pro tempore Alexandri, exprimitur. Pardus enim velociſ-
ſimum animal eſt,& vario colore perfuſum:ſic Alexander mirabili velocitate monarchiam adeptus
eſt.Pluribus quoquè regnis quaſi coloribus eſt ornatus.Dicit autẽ Hieronymus,quòd pardus præ-
ceps fertur ad ſanguinem,& ſaltu ruit in mortem:ſic Alexander & milites eius ad ſanguinis effuſio-
nem ferebantur præcipites, quo facto, Alexander ſubitò in necem collapſus eſt. [& alas habebat
auis quatuor ſuper ſe:] quia Alexander ad victorias potiùs, tanquàm auis, videbatur volare, quàm
ire.Propter quod ait Hieronymus: Nihil Alexandri victoria velocius fuit, qui ab Illyrico & Adria-
tico mari vſque ad Indicum Oceanum & Gangem fluuium, non tam prælijs quàm victorijs percu-
currit,& ſex annis Europæ partem & omnem ſibi Aſiam ſubiugauit. Quidam per quatuor alas intel-
ligunt robur corporis,animoſitatemque cordis,liberalitatem & ingenioſitatem, quæ omnia excel-
lenter in Alexandro fuerunt. [& quatuor capita erant in beſtia,] ſcilicet quatuor duces Alexandri,
quibus ipſe regnum ſuum diuiſit,Ptolemæus qui regnauit in Aegypto, Seleucus qui in Syria, Anti-
gonus qui in Aſia,Philippus qui regnauit in Græcia. [Et poteſtas data eſt ei,]quaſi dicat,non huma-
na & propria poteſtate ità inualuit,ſed virtute & ordinatione diuina,quæ per eum orientales popu-
Rom. 13. los iuſto iudicio caſtigauit.Et vt ait Apoſtolus,Non eſt poteſtas niſi à Deo. Propter quod Chriſtus
Ioan. 18. in paſſione ad præſidem:Non haberes,inquit,in me poteſtatem vllam,niſi datum tibi eſſet deſupèr.
Abuſus verò poteſtatis,ex peruerſitate eſt voluntatis humanæ.[Et poſt hæc adſpiciebam in viſione
noctis,& eccè beſtia quarta terribilis atq; mirabilis] apparatu,ac plurimùm monſtroſa:ſicq; mirabi-
lis,non eminentia bonitatis,ſed feritatis. [& fortis nimis.] Significauit enim Romanum imperium
cæteris regnis multo potentius. Vndè ſecundùm Hieronymum & Scholaſticam hiſtoriam, ſpeciali
nomine non explicatur,vt quicquid in beſtijs ferocius excogitare poterimus,in Romano intelliga-
mus imperio, à quo etiam Chriſti Eccleſia in principio ſui atrociſſimam perſecutionem ſuſtinuit.
Hebræi tamen,vt refert Hieronymus,dicunt beſtiam iſtam ſimilem apro fuiſſe, iuxta illud Pſalmi-
Pſal. 82. ſtæ: Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. [dentes ferreos habebat
magnos,] ad deſignandum quòd Romanus exercitus populos innumerabiles deuaſtaret, princi-
pesq; acutos & duros haberet. [comedens] aliquos totaliter occidendo,[atq; comminuens,]quoſ-
dam debilitando,ſpoliando,ſeu partìm necando,[& reliqua pedibus ſuis conculcans,] i.tributis ac
ſeruituti ſubijciens.[Diſſimilis autem erat cæteris beſtijs quas videram priùs,] i. tribus prædictis, qa
Romanum imperium in pluribus cætera regna exceſſit. [& habebat cornua decem:] per quæ intel-
ligendi ſunt decem reges, non ſibi inuicèm in imperio ſuccedentes, ſed ſimul exiſtentes, quoniam
imminente tempore Antichriſti,Romanum imperium diuidetur in decem reges. Dicit nanq; Hie-
ronymus:Dicamus quod oẽs ſcriptores Eccleſiaſtici tradiderunt.In conſummatione mundi,quan-
*orbẽ Romanum dò regnum deſtruendum eſt Romanorũ,decem futuros eſſe reges qui * vrbem Romanam inter ſe
diuidant.Et in Scholaſtica hiſtoria legitur:Quod ſequitur, Habebat cornua decem, reſpicit ad finẽ
mundi,quia tunc regnum Romanorum diuidetur in decem, quod ſignificatum eſt per decem So-
les in vaticinio Sibyllæ.Cornua autem ſignificant reges,ob ſuam excreſcentiam & robur & defen-
dentiam,quia per ea defendunt ſe beſtiæ. Sic etenim eminent reges dignitate atq; potentia, eſtque
eorum protegere plebem.[Conſiderabam cornua] i.reges iſtos & eorum potentiam. [& eccè cor-
nu aliud paruum ortum eſt de medio eorum] i. Antichriſtus, qui reſpectu decem regum dictorum
erit vndecimus,& de medio alicuius regnorum orietur, eritq; inprimìs paruus in poteſtate, & co-
operante diabolo, omnibus fiet potentior. [& tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius.] i.
tria regna de præfatis decem regnis, ipſe primitùs ſuperabit. Vndè Hieronymus: Dicamus vndeci-
mum ſurrecturum,eſſe paruulum regem, ſcilicet Antichriſtum, qui tres reges de decem ſuperatu-
rus ſit,id eſt,Aegyptiorum, Aphricæ, & Aethiopiæ, quibus interfectis, & alij ſeptem reges victori
Antichriſtꝰ diabolus ne an homo futurus. colla ſubmittẽt.De hoc Scholaſtica narrat hiſtoria: Eccè cornu aliud hic eſt Antichriſtus, de igno-
bili tribu Dan naſciturus,in obſcuro Babyloniæ loco, ex ſeminibus quidem parentum concipie-
tur,ſed poſt conceptum ſpiritus malignus deſcendet in vterum matris, cuius virtute puer deincèps
naſcet,aletur & adoleſcet.[Et eccè oculi quaſi oculi hominis erant in cornu iſto:] quod dupliciter
explanatur.Nam (ſecundùm Hieronymum) iſtud dicitur, nè putemus Antichriſtũ fore diabolum,
ſed veraciter purum hominem,in quo totus ſatanas habitaturus eſt corporaliter. Secundùm alios,
per oculos deſignantur magna prouidentia, ſcientia atque aſtutia Antichriſti, quibus plurimos fal-
let.Qui etiam oculi dicuntur quaſi oculi hominis,ad innuendum quòd ſcientia eius erit non diui-
na,ſed ſecundùm humanam diabolicamq; aſtutiam.[& os loquens ingentia,] id eſt,verba pręſum-
2.Theſ.2. ptuoſa. Extolletur enim, ſecundùm Apoſtolum, ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur,
oſtenſurus ſe tanq̃ ſit Deus. Hinc Scholaſtica refert hiſtoria: Alta & mirabilis ſcientia erit in eo. Et
magicè faciet miracula, inuenietq; theſauros abſconditos dæmone ſibi indicante. Et erit ei os lo-
quens

quens ingentia,quia Deum ſe dicet,circuncidet ſe,& dicet ſe eſſe Meſſiam, confluent ad eum Iudęi,
reædificabit templum,& ſolium ſuum ponet in eo,conuertet ad ſe omnes homines,id eſt,penè oẽs,
Heliam & Enoch interficiet.[Adſpiciebam] indeſinenter intentus viſioni prædictę,[donec] in de-
curſu ac proceſſu huius imaginariæ viſionis [throni poſiti ſunt.] In his verbis atque ſequẽtibus de-
ſcribitur ſecundus Chriſti aduentus,quo ad iudicium eſt venturus,in quo erit ſedes præcipua poſi-
ta iudici Chriſto. Apoſtolis quoquè & Apoſtolicis viris omnibusque perfectis, qui tanquàm aſſeſ-
ſores iudicabunt cum Chriſto,throni ponentur,quibus ipſe ſpopondit: Vos qui reliquiſtis omnia, Lucæ 22.
& ſecuti eſtis me,ſedebitis ſuper ſedes,iudicantes duodecim tribus Iſrael.Et Apoſtolus:Neſcitis,in- 1. Cor.6.
quit,quia ſancti de hoc mundo iudicabunt? Porrò hi throni, iudiciariæ poteſtates ſeu priuilegiatæ
authoritates ſunt perfectorum, qui Chriſto ſpecialiter conformabuntur, aſſeſſoriè coniudicando.
In quibus & requieſcent,tanquàm in tanta excellentia firmiter radicati,quod tunc omnibus oſten-
detur.Ideò pluraliter ait,throni,quoniam ſancti iudicabunt cum Chriſto. [Et antiquus dierum] id
eſt,Deus æternus, ſ.Deus pater, Trinitas Deus,[ſedit] ad iudicandum. In finali em̃ iudicio,ſicut &
nũc,Trinitas Deus eſt iudex principalis per authoritatem fontanam, & interiorũ diſcuſſionẽ, diſ-
cernentiamq; inter bonũ & malum.Chriſtus aũt ſecundùm naturam aſſumptam, eſt iudex per ſen-
tentiæ prolationem,& diuinæ æternæq; diſpoſitionis executionem: & hanc iudicandi dignitatẽ ac
poteſtatem ſua humilitate & paſſione promeruit, quemadmodùm ait loquens de patre & ſe: Pote-
ſtatem dedit ei & iudiciũ facere,quia filius hominis eſt.Porrò Deus æternus vocatur antiquus die- Ioan. 5.
rum,quia æternitas omne tempus includit.Huic autem ſcripturæ dicit Hieronymus, & eum ſequẽs
Albertus,conſonare illud Apocalypſis: Eccè ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens, & in Apoc. 4.
circuitu ſedis ſedilia vigintiquatuor,& ſupra thronos vigintiquatuor ſeniores ſedentes. Sed qa ibi-
dèm ad literam non fit ſermo de finali iudicio,magìs ad hunc locum pertinere cenſetur, quod alio
loco eiuſdem Apocalypſis de iſto iudicio literaliter ſcribitur, dicente de ſe ſancto Ioanne: Vidi Apoc. 20.
thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, & vidi mortuos, puſillos & magnos, ſtantes
in conſpectu throni.[Veſtimentum eius candidum quaſi nix.] Incircunſcriptibilis & ſuperſimpli-
ciſſimus Deus,corporaliter non veſtitur, ſed propria ſibi conſubſtantiali claritate, puritate ac luce
ornatur,ac pulcher monſtratur,ſicut de eo in Pſalmo 103.cantamus: Confeſſionem & decorem in-
duiſti,amictus lumine ſicut veſtimento. Et item: Dominus regnauit, decorem indutus eſt,indutus Pſal. 92.
eſt Dominus fortitudinem.Itaq; per veſtimenti candorem in viſione imaginaria apparentem, diui-
næ naturæ munditia,ſanctitas,lux, ſynceritas inſinuatur. At verò ſecundùm Albertum, Veſtimen-
tum Dei candidum,eſt circundatio ſanctorum,cum quibus veniet ad iudicium. De tali veſtimento
loquitur Iſaias,dicendo:His omnibus velut ornamento veſtiéris,& circundabis eos tibi velut ami- Iſaiæ 49.
ctum.De quibus denuò Iſaias ſcribit:Dominus ad iudicium veniet cũ ſenioribus populi ſui, & prin Iſaiæ 3.
cipibus eius.Zacharias quoq;: Veniet Dominus Deus meus, omneſq; ſancti eius cum eo. [& capilli Zach. 4.
capitis eius tanquàm lana munda.] Per capillorum laniformem mũditiam,quæ ſenectutem præten-
dunt,ſapientia atq; maturitas,ac ſynceritas Dei in iudicando, ſignantur. In antiquis enim eſt ſapi-
entia, & in multo tempore prudentia, vt habetur Iob 7. Circa quod ait Hieronymus, quòd capilli
eius lanæ mundiſſimæ comparantur,purum oſtenditur,ſyncerumq; iudicium,& nullam perſonam
in iudicando reſpiciens.Senex quoq; deſcribitur,vt maturitas ſententiæ comprobetur. Simili mo-
do ſcriptum eſt de iudice Chriſto in Apocalypſi:Caput eius & capilli, erant candidi tanquàm lana Apoc. 1.
alba & tanquàm nix.Secũdùm Albertum,per caput ſignificatur excellentia deitatis, per capillos an-
geli Deo iugiter adhærentes,qui ſunt quaſi lana alba, vt per lanam intelligatur eorum mollities ac
manſuetudo ad bonos: per mũditiam verò,innocentia eorundem,quoniam nunquàm peccati la-
be fœdati ſunt.[Throni eius flammæ ignis:] id eſt,ſedes iudicis ſummi igneæ flammę aſſimilantur,
quia in flamma eſt lumen & ardor. Per lumen ergò claritas veritaſq; iudicij atq; iuſtitiæ Dei oſten-
ditur,iuxta illud Oſeæ:Iudicia tua quaſi lux egredientur.Et in Pſalmo 36.Educet quaſi lumen iudi- Oſeæ 6.
cium tuum,& iuſtitiam tuam tanquàm meridiem.Per ardorem verò innuitur ignea illa punitio, qua
mediocriter boni purgantur,& valdè mali vruntur. Sicq; ait Hieronymus: Thronus eius flammæ 1.Cor. 3.
ignis,vt peccatores tormentorum magnitudine pertimeſcant, & iuſti ſaluentur: ſic tamen quaſi per
ignem.Vel thronus Dei dicitur flammæ ignis,propter zelũ veritatis & æquitatis in Deo, qui Exod.
20.proteſtatur:Ego ſum Dominus Deus zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam &
quartam generationem eorum qui oderunt me. De quo & Ioſue ait: Deus ſanctus & fortis æmula- Ioſuæ 24.
tor eſt,nec ignoſcet ſceleribus veſtris. Hinc ait Apoſtolus Hebr.12.Deus noſter ignis conſumens
eſt.[rotæ eius,ignis accenſus.] Secundùm Albertum,rotæ Dei ſunt iuſtitia & velocitas eius in pec-
catores,per quas in eorum punitionem quaſi feſtinat, & fertur tempore præſtituto. Rota quippe
volubilis eſt; & quantùm in vno arcu erigitur, tantùm in alio deprimitur: ità iudicium quantùm
eleuat ſanctos, tantùm deprimit impios. Iſtæ rotæ dicuntur ignis accenſus, propter ardentem
iuſti-

Soph. 3. iuſtitiæ,iudicijq́; amorem ac igniformem iudicandi zelum in Deo,qui loquitur per Sophoniam: In
Iſaiæ 66. igne zeli mei deuorabitur omnis terra.Et Iſaias:Eccè Dominus in igne veniet reddere in indignati-
one furorem ſuum,& increpationem ſuam in flamma ignis.Hinc in Deuteronomio Moſes ait: Do-
Deut. 7. minus Deus tuus,ipſe eſt Deus fortis & fidelis,reddens odientibus ſe ſtatìm,ità vt diſperdat eos, &
vltrà non differat,protinùs eis reſtituens quod merentur.[Fluuius igneus rapiduſq́;,] i. abundantia
ac impetus atque ſeueritas damnationis ac pœnæ in reprobos.[egrediebatur à facie eius,] i. à præ-
ſentia diuinæ iuſtitiæ impios iudicialiter adſpicientis,iuxta illud Iſaiæ 30.Eccè nomen Domini venit
de longinquo,ardens furor eius & grauis ad portandum,labia eius repleta ſunt indignatione, ſpiri-
Deut. 32. tus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes.Qui in Deuteronomio teſtatur:Ignis ſuccen-
Pſal. 49. ſus eſt in furore meo,& ardebit vſque ad inferni nouiſſima.De quo Pſalmiſta:Ignis,inquit, in con-
Nahũ 1. ſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. de quo ſcriptum eſt per Nahum:In di-
luuio prætereunte faciet conſummationem. [Millia millium miniſtrabant ei,& deciès milliès cen-
tena millia aſſiſtebant ei.] Secundùm Hieronymum,Gregorium,omneſq́; doctores catholicos,po
nitur hîc numerus determinatus,perfectus & maximus, pro numero indeterminato, nobis incom-
præhenſibili & ineffabili angelorum ſanctorum: quorum aliqui dicuntur miniſtrare, alij aſſiſtere:
quanuìs abſolutè omnes Deo miniſtrent laude continua,atque aſſiſtant contemplatione perpetua.
Sed per appropriationem miniſtrare dicuntur,qui ad explenda forìs miniſteria diuinitùs emittun-
tur:aſſiſtere verò,qui ſic intima Dei viſione fruuntur,quòd foràs nequaquàm mittuntur. Verunta-
Hebr. 1. men ſecundùm Apoſtolum,omnes vocantur adminiſtratorij ſpiritus,in miniſterium miſſi propter
electos,quoniam ſuperiorum ordinum angeli,&ſi non ad exteriora,corporalia & terrena,tamen ad
inferiorum ordinum angelos mitti dicuntur,inquantùm eos illuminant.De hoc Thomas in prima
parte,& ſuper ſecundùm ſententiarum, multa pulchra conſcribit, cum beato Dionyſio tenens, ꝙ
ſuperiorum ordinum angeli nunquàm foràs mittuntur, præſertim cùm ad denũciandum ſummum
illud myſterium incarnationis filij Dei, atq; ad explendum miniſterium digniſſimum circa illud,
Lucæ 1. miſſus ſit angelus Gabriel,qui de infima hierarchia conſiſtit. Deniq; Albertus & Thomas diuinum
Dionyſium in omnibus circa iſtam materiam aſſequentes, dicunt ꝙ quatuor ſuperiorum ordinum
angeli,ſ.Seraphim,Cherubim,Throni & Dominationes,foràs nõ mittuntur:ſed alij quinq; ordines
inferiores.Nihilo minùs ſecundùm Dionyſiũ,plures ſunt angeli aſſiſtentes q̃ miniſtrantes: quia (vt
ait) quo ordo angelicus eſt altior,eo plures in eo ſpiritus angelici cõtinentur. Gregorius verò opi-
natur,ꝙ aſſiſtentes ſint miniſtrantibus pauciores.Vndè quod dicit̃,millia milliũ mniſtrabãt ei,Gre
gorius exponit nõ multiplicatiuè,ſed indefinitè,quaſi dicat̃: Innumerabilia ſunt miniſtrantia. Dio-
nyſius aũt exponit hoc multiplicatiuè.Idcircò cùm ſubdit̃,Deciès milliès centena millia aſſiſtebãt
ei,dat̃ intelligi,ꝙ multo plures aſſiſtãt.Et hãc ſententiã Thomas ꝓbat eſſe rationabiliorẽ.Inſupèr ſe-
cundùm Dionyſiũ,angelorũ multitudo oẽm materialẽ multitudinẽ quaſi incõparabiliter excedit,
ità ꝙ (vt multi ſcribunt doctores) quẽadmodùm cæleſtia corpora excedunt in magnitudine quaſi
incõparabiliter corpora inferiora,ità angelici ſpiritus excedunt hæc inferiora in multitudine.Cùm
eñ cuilibet homini ꝑſit vnus angelus bonus,& vniuerſi angeli ſingulorũ hoĩm cuſtodes,eſſe dicant̃
de infimo choro,cõſtat ꝙ ad minus ſint tot angeli de infimo choro,quot vnq̃ ſimul fuerũt,ſunt vel
erunt hoĩes in hoc mundo. Ex q̃bus damnatur grauiſſimus Rabbi Moſis error, qui dixit tot ſolùm
eſſe ſpiritus intellectuales incorporales ſeparatos, quot ſunt orbes cæleſtes, ſequens in hoc quoſdã
philoſophos: angelos verò in ſcripturis dixit vocari effectus & impreſſiones illorum ſpirituum in
Iob 25. inferioribus iſtis,vt dicit Albertus ſuper Iob:vel naturales rerum creatarũ virtutes, quæ agendo ad
quod diuinitùs inſtitutę ſunt,quaſi nuncij Dei videntur,dum ei obediunt ac miniſtrãt. Deniq; cùm
ad hoc creata ſint vniuerſa, vt diuina in eis perfectio ſplendeat ac monſtretur,probabile eſt,ea am-
pliùs eſſe multiplicata, quæ ſunt altioris naturæ ſeu gradûs vel ordinis.Ideò Thomas ait in prima
parte,quæſt.112,Quanto aliquid in rebus creatis eſt dignius,tanto eſt magìs à Deo intentum ac mul
tiplicatum.Quòd autem tam innumerabilis ſit angelicorum multitudo ſpirituum, patet ex eo quod
ſcriptum eſt Iob 25.Nunquìd eſt numerus militum eius?& ſuper quem non ſurget lumen ipſius?Ve
rùm de hac materia poſſent plura pulcherrima introduci, niſi ſtudendum breuitati eſſet: & aptiori
loco talia ſunt ſeruanda.[Iudicium ſedit,] i.Deus ad iudicandum ſe exhibebit,qui ad iudicandum
ſedens deſcribitur,ad inſinuandum,ꝙ ſine commotione cum ſumma quietudine iudicat, iuxta il-
lud Sapientiæ 12. Tu autem dominator Dñe cum tranquillitate iudicas,& cum reuerẽtia magna diſ-
ponis nos.[& libri aperti ſunt.] Sunt libri ſacræ ſcripturæ,videlicet noui ac veteris teſtamenti: qui
in iudicio aperientur,quia ſicut ſcriptura iſta prædixit, iudicabitur mundus, & tunc veritas ſcriptu-
Apoc. 5. rarum cunctis patebit.Ità exponit Beda ſuper Apocalypſim. Sunt autem & libri conſcientiarum,
qui ſunt ipſæ conſcientiæ,ſecundùm quod in eis merita ſiue demerita continentur atque leguntur,
qui tunc aperientur, quia tunc conſcientiæ ſingulorum ſingulis innoteſcent, vt æquitas diuini iu-
dicij

dicij omnibus pateat.Sicq́; Hieronymus ait hîc:Conſcientiæ & opera ſingulorum in vtraque parte
vel bona vel mala omnibus reuelantur.Inſupèr ait:Bonus liber eſt,quem ſæpè legimus, liber viuẽ-
tium.Malus liber, qui in manu tenetur accuſatoris,qui eſt inimicus & vindex,de quo in Apocalypſi
legimus:Accuſator fratrum noſtrorum proiectus eſt. Liber iſte terrenus eſt, de quo Ieremias dicit: Apoc. 12.
Recedentes à te,in terra ſcribentur.Lyra quoq; hîc ait:Liber vitæ aperietur, qui tenebitur in manu Iere. 17.
Dei,& liber mortis in manu accuſatoris.Sed contra hoc videtur,quòd Thomas in prima parte quę-
ſtione viceſimaquarta oſtendit, quòd reprobis non correſpondet liber mortis, ſicut prædeſtinatis
liber vitæ,quoniam non eſt conſuetum, eos qui repudiantur, conſcribi. Ad quod reſpondendum
videtur,quòd ſecundùm Thomam reprobis non correſpondet liber mortis in Deo:nõ autem vult
dicere,quòd in memoria accuſatoris ſcripti non ſint.Præterea,ſecundùm Richardum, libri intelli-
gi poſſunt corda ſanctorum, per contemplationem exemplata ad ſapientiam & iuſtitiam Dei: ad
quod redire ac pertinere videtur, quòd Auguſtinus per libros apertos intelligit ſanctos, in quibus
impij poterunt legere & videre bona,quæ facere debuerunt & neglexerunt. His cõſonat illud Apo-
calypſis:Libri aperti ſunt. Et alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his Apoc. 20.
quæ ſcripta erant in libris.[Adſpiciebam] ſolicitè perpendendo proceſſum ordinemq́; iudicij,[pro-
pter vocem ſermonum grandium,quos cornu illud loquebatur,] i.propter blaſphemias,pręſumpti-
ones,iactantias antichriſti: propter quæ verba optabam videre,quem res ipſa,putà proceſſus iudicij,
exitum ſortiretur,præſertim circa hoc cornu.[Et vidi, quoniã interfecta eſſet beſtia,] ſcilicet quar-
ta,deſignans Romanum imperium,ſub quo antichriſtus naſcetur,quod ante regnum antichriſti di-
ſpergetur:qui etiam antichriſtus ad quartam pertinet beſtiam,vt dictũ eſt, & ſignificatur per ipſam:
ſicq́; in beſtiæ interfectione,antichriſti occiſio deſignatur, qui in Apocalypſi frequenter beſtia di- Apoc. 11.
citur,& à Chriſto creditur occidendus,dicente Apoſtolo 2.Theſ.2.Quem Dñs Ieſus interficiet ſpi- & 13.
ritu oris ſui,& deſtruet illuſtratione aduentûs ſui.[& periſſet corpus eius,] i. oẽs iniqui pertinen- 1.Cor. 6.
tes ad beſtiã iſtam,qui pariter damnabuntur.Sicut aũt electi & iuſti corpus ſunt Chriſti, ſic reprobi
& iniqui corpus ſunt antichriſti atq; diaboli,ſecundùm Gregoriũ.[& traditũ eſſet ad comburendũ
igni] infernali,iuxta illud Apocal.19.Qui adorauerũt imaginẽ beſtię,miſſi ſunt in ſtagnũ ignis ardẽ-
tis & ſulfuris.[Aliarũ quoq; beſtiarũ] trium ꝑdictarum,[ablata eſſet poteſtas,] quia ante ſecundum
Chriſti aduentũ,oẽs terrena ꝑlatio ac poteſtas ceſſabit,ſecundùm illud primæ ad Corinth.15.Cùm
euacuauerit Chriſtus oẽm principatũ & oẽm virtutem.[& tempora vitæ cõſtituta eſſent eis,] i. vni-
cuiq; beſtię,ſcilicet regno per beſtiam deſignato,ꝑfixum eſſet à Deo certũ tempus quouſq; viueret
& duraret,ſeu iuſtos perſequeretur,& cum antichriſto regnaret,iuxta illud Iob:Conſtituiſti termi- Iob 10.
nos eius, qui præteriri non poterunt. Et iſtud clariſſimè cunctis patebit, viſa ſubita occiſione anti-
chriſti & ſatellitum eius,deſtructione quoq; ſui imperij. [vſq; ad tempus & tempus,] i.vſq; ad tem-
pus debitum exterminationi vnius alterius,ſeu cuiuſlibet beſtię.Quia poſt vnam ſurrexit alia,&ſuo
tempore perijt quælibet aut peribit.Vel vſq; ad tempus & tempus,i.vſq; ad tempus primi aduentûs
Chriſti,& vſq; ad tempus aduentûs eius ſecundi. Fuit enim perſecutio quędam iuſtorum ante pri-
mum Chriſti aduentum,cui perſecutioni Deus poſuit finem in tempore primi aduentûs. Alia per-
ſecutio cœpit poſt primum Chriſti aduentum,quæ in ſecundo eius aduentu ceſſabit. Vel tempus &
tempus,nominat duos annos,quibus perſecutio antichriſti feruentior erit: in quo tempore ceſſare
incipiet rabies impiorum: vel vſq; ad tempus mortis corporalis, & vſq; ad tempus mortis perpetuæ
damnationis,quæ eſt mors ſecunda.Hinc in Eccleſiaſte legitur:Omnia tempus habent, & ſuis ſpa- Apoc. 21.
tijs tranſeunt vniuerſa ſub ſole.Et Apocalypſis 11. Venit tempus * iudicare, & reddere mercedem Eccẽs 3.
ſeruis tuis timentibus nomen tuum,& exterminandi eos qui corruperũt terram. [Adſpiciebam er- * mortuo-
gò in viſione noctis] inceſſanter intentus proſecutioni huius viſionis ſomnialis ac prophetalis.[& rũ,iudica-
eccè in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat.] In viſione nanque imaginaria non veritas, ſed ri
ſimilitudo fuit filij hominis,ſcilicet Chriſti,per quam figurabatur,quòd ipſe verè in forma humana
deſcendet in nubibus iudicare viuos ac mortuos,quemadmodùm etiam in nube aſſcendit,iuxta il-
lud Act.1.Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.Et poſt pauca angeli dicunt: Quemadmodùm vidi-
ſtis eum aſſcendentem in cælum,ità veniet. Chriſtus quoq; tempore paſſionis ait Iudæis: A modò Matth. 26.
videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei,& venientem in nubibus cæli.Scriptum eſt
quoq; Apocal.1.Eccè venit cum nubibus,& videbit eum oĩs oculus,& qui eum pupugerũt.Alber-
tus per nubes intelligit lucidos & ſibi inuicèm permixtos ſplendores ſanctorũ, cum Chr̃o ad iudi-
ciũ venientium.[& vſq; ad antiquũ dierũ peruenit] ęqualitate diuinitatis,qua ęqualis eſt patri æter-
no.Sed quomodò ad hoc peruenit,aut in iudicio perueniet,cùm æternaliter ſit patri æqualis? Et re-
ſpondendũ,ꝙ Chr̃s in aſſcenſione venit ad dexteram patris dupliciter. Primò,ſecundùm naturam
diuinam,i.ad patris æqualitatem,& hoc quantùm ad manifeſtationẽ,non omnibus,ſed aliquibus fa-
ctam.Secundò,quo ad naturam aſſumptam,id eſt,ad potiora bona patris, ſeu præcipua dona glori-
fica-

ficationis,etiam eius quam antè non habuit, quantùm ad præmium accidentale. Porrò in ſecundo
aduentu veniet ad patris æqualitatem,quantùm ad manifeſtationem om̃ibus exhibendam. Vniuer-
ſi enim tunc noſcent Chriſtum eſſe Dei filium naturalem.Simili ſenſu ſunt exponenda quę ſequũ-
tur.[& in conſpectu eius] ſcilicet patris æterni,ſeu Dei vnius ac trini,[obtulerunt eum:] i.Chriſtum
ſecundùm formam ſerui,præſentauerunt angeli ac beati. Et hoc rurſus, quantùm ad manifeſtatio-
nem,vel per veritatis confeſſionem.Quia enim vt dictũ eſt,in iudicio Deus trinitas erit iudex prin-
cipalis per authoritatem:Deus autem,quanuìs ſecundùm ſe ſit penitùs illocalis, ibì tamen eſſe aſſe-
ritur vbì euidentiùs operatur,ſuamq́ue oſtendit potentiam:idcircò tunc potiſſimè in loco quo fiet
iudicium,eſſe dicetur & erit.Sicq; Chriſtus ſecundùm naturam aſſumptam,ad locum illum corpo-
raliter veniens,ad Deum patrem ſeu Trinitatem ibì præſidentem perueniet, immò vt homo, ad ſe-
ipſum vt Deus eſt. Tuncq; beati per laudem & gratiarum actionem offerent eum ſecundùm for-
mam aſſumptam antiquo dierum,collaudantes diuinitatis veritatem & æquitatem, quòd om̃ia ſic-
ut prædixit,adimpleat,atq; per Chriſtum hominem cunctos, vt prophetatum eſt,iudicet. [Et dedit
ei] ſcilicet antiquus dierum Chriſto homini [poteſtatem] iudiciariam ac aduerſariorum depreſſi-
Pſal.109. uam,quia tunc omnia erunt plenè ſubiecta,ponenturq́; inimici eius ſcabellum pedum ipſius,quan-
dò implebitur illud Iſaiæ 42.Ad eum venient,& confundentur omnes qui repugnant ei. [& hono-
rem] hyperduliæ,ſecundùm naturam aſſumptam, immò tunc aduerſarij eius, reuerentiam ei exhi-
bebunt timore coacti.Quidam exponit hoc ſic:Et honorem,ſcilicet latriæ,quæ ſibi impendetur nõ
ſolùm ab electis,verùm etiam à damnatis,ſecundùm quod dicit Apoſtolus ad Philippenſes 2.In no-
mine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. [& regnũ,] i. imperatoriam
ac regiam dignitatem,& regimen glorioſum,quo in electis ſine fine regnabit.Deniq; ab inſtanti in-
Matth.28. carnationis,eo ipſo quo Chriſti humanitas vnita eſt hypoſtaticè verbo,data eſt ei poteſtas,honor &
Ioan. 3. regnum ſuper omnem creaturam. Vndè & ante paſſionem Chriſtus teſtatus eſt in Ioannis Euange-
Ioan. 17. lio:Pater diligit filium,& omnia dedit in manu eius. Itemq́; paſſione inſtante: Dediſti ei poteſta-
Matth. 28. tem omnis carnis. Nihilo minùs poſt reſurrectionem loquens Apoſtolis: Data eſt, inquit, mihi
omnis poteſtas in cælo & in terra. Quia tunc cœpit datio iſta manifeſtari magìs quàm antè, & vſus
ipſius tunc magìs inualuit,quandò Chriſtus quotidiè multos conuertit ad ſe, ſubiecitq́; ſibi. Sed in
iudicio iſta dabuntur Chriſto, quantùm ad generaliſſimam atque clariſſimam manifeſtationem,&
quantùm ad vſum completum,quo & bonos ac malos ſibi ſubijciet, illos frenando, incarcerando,
æternaliterq́; torquendo,iſtos ad beatiſſimam ſeruitutem gloriæ perducendo, quæ erit inceſſabilis
Dei laudatio.De qua Apocalypſis 22.legitur: Serui Dei ſeruient illi, & videbunt faciem eius, & re-
gnabunt in ſecula ſeculorum. [& omnes populi,tribus, & linguæ ſeruient ei.] Poſt iudicium ſerui-
ent ei in regno felicitatis æternæ,vt dictum eſt. Quidam prædicta aliter exponentes, quod dicitur,
in conſpectu eius obtulerunt eum, referunt ad oblationem Chriſti in cruce, in templo, in altari: &
quòd in primo aduentu data ſunt Chriſto prædicta, atque extunc ſeruiêrunt ei omnes populi, tri-
bus & linguæ: vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum,ſicut in Pſal-
Pſal. 21. mo:Reminiſcentur,& conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu
Pſal. 71. eius vniuerſæ familiæ gentium. Itemq́ue: Adorabunt eum omnes reges, omnes gentes ſeruient ei.
Ioan. 12. Sic nanque & Chriſtus apud Ioannem prædixit: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-
ipſum. Quanuìs autem iſta ſint vera, tamen non videntur ordini viſionis, in quo de finali iudicio
agitur,conſonare,niſi dicatur quòd prophetia tranſeat de tempore vno ad aliud,ſicut frequenter fit
in prophetis.[Poteſtas eius poteſtas æterna,quæ non auferetur.]Poteſtas Chriſti, ſecundùm natu-
ram diuinitatis,eſt virtus incommutabilis, increata, æternalis, immenſa. Poteſtas autem aſſumptæ
naturæ collata,creata eſt,& æterna eſt,non à parte antè,ſed ſine fine manſura.[& regnum eius quod
Lucæ 1. non corrumpetur.] Sic quippe angelus ſanctę virgini eſt locutus:Regnabit in domo Iacob in æter
num, & regni eius non erit finis. Regnum enim ipſius, in triumphanti Eccleſia nequaquàm ceſſa-
bit.Ex præinductis patet ſtultitia,error,vanitasq́ue Porphyrij,ea quæ nũc de Chriſto expoſita ſunt,
exponentis de Iuda Machabæo & fratribus eius, quorum nulli certum eſt iſta iam dicta congrue-
re. [horruit ſpiritus meus] præ magnitudine viſionis, & propter diſtrictionem diuini iudicij, & ob
mala futura atque blaſphemias Antichriſti.[Ego Daniel territus ſum in his.] Naturale eſt enim fra-
gilitati humanæ,in tam mirabilium & inſolitorum apparitione terreri.Nec humana infirmitas con-
ſueuit talia ſine concuſſione atque anguſtia ferre. [Et viſiones capitis] id eſt, cordis [mei] vel ca-
pitis, quia hæc viſio partìm imaginaria fuit, ſicq́ue in imaginaria erat potentia, quæ eſt ſenſus in-
terior,cuius organum ſituatur in capite. Hæc autem viſio totalis quanuìs extitit vna,pluraliter ta-
men exprimitur propter partes ipſius,& plurima quæ complectebatur. [conturbauerunt me] con-
turbatione bona, non vitioſa, id eſt, multùm attonitum, alteratum, tremefactum, ſolicitumq́ue
fecerunt. [Acceſſi] non corporali proceſſu,ſed intellectuali acceſſu.De quo in pſalmo 33. dicitur:
Acce-

Accedite ad eum,& illuminamini:[ad vnum de aſſiſtentibus] iudici Deo ſedenti in throno. Quod
vno modo intelligitur de aliquo angelo ſuperiori,exiſtenti de numero aſſiſtentium, non miniſtrã-
tium. Illuminationes autem ab aſſiſtentibus in miniſtrantes deſcendunt, ſecundùm Albertum. In
viſione enim hac imaginaria vidit propheta per ſimilitudines corporales,quaſi Deum in throno ſe-
dentem,ſicut & Iſaias fatetur: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Inſupèr angeli ſibi Iſaiæ 6.
apparuerunt Domino aſſiſtentes,quemadmodùm tertio Regum ait Micheas: Vidi Dominum ſeden- 3.Reg.22.
tem ſuper ſolium ſuum,& omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris. Itaque quod
ait,Acceſſi ad vnum de aſſiſtentibus, ſecundò intelligi poteſt de quocunque angelo Deo fruente.
Vel in imaginaria viſione apparuit Danieli, quòd quidam ſanctorum angelorum iuxta ſe eſſent,
quorum vnum ſecundùm apparitionem ſuam acceſſit.Omnia enim hæc per ſimilitudines quaſdam
fiebant. [& veritatem quærebam ab eo de omnibus his] mihi in reuelatione oſtenſis, quid ſcilicet
ſignificarent, & qualiter implerentur.[Qui dixit mihi interpretationem ſermonum,] id eſt, expoſi-
tionem verborum iam deſcriptorũ.[& docuit me:Hæ quatuor beſtiæ magnæ,quatuor regna ſunt,]
id eſt,ſimilitudines quatuor beſtiarum iſtarum,de quibus in principio huius Capituli mentio facta
eſt,ſignant quatuor regna,[quæ conſurgent de terra.] id eſt,terrena erunt, & ex hominibus prodi-
ent,videlicet regnum Chaldęorum & Medorum, Gręcorum quoquè ac Romanorum.Sed cùm re-
gnum Chaldęorum tempore huius prophetię diù durauerit,& prope interitum fuerit:quomodò de
eo angelus dicit, quòd conſurget de terra? niſi fortè quia protunc quotidiè ſe erexit in ſuperbiam
contra Deum. Vel quo ad illud regnum,ponitur futurum pro præterito.[Suſcipient autem regnum
Dei altiſſimi] id eſt, regnum cæleſte, de quo cantamus: Regnum tuum regnum omnium ſeculo- Pſal.144.
rum. Atque oramus:Adueniat regnum tuum. [ſancti,] quibus in iudicio iudex dicturus eſt: Venite Matth.6.
benedicti patris mei,percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi: de quibus Sapi- Matth. 25.
entiæ 5.dicitur:Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum. Ideò accipi-
ent regnum decoris & diadema ſpeciei de manu Domini. [& obtinebunt regnum] iſtud [vſque in
ſeculum, & in ſeculum ſeculi,] id eſt,in æternum. Confundatur ergò error hæreſiſq́ue ponentium
ruinam eſſe in cælo.Hinc Iſaiæ 15.habetur:Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & læti-
tiam obtinebunt, quibus conſonat Chriſti promiſſio:Gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum Ioan. 16.
nemo tollet à vobis.Circa prædicta ait Hieronymus:Quatuor regna præfata,fuerunt terrena:omne
enim quod de terra eſt, reuertetur in terram. Sancti autem nequaquàm habebunt terrenum re-
gnum,ſed cæleſte.Ceſſet ergò mille annorum fabula. [Poſt hæc volui diligenter diſcere] ab ange-
lo [de beſtia quarta] ſignificante Romanum imperium,[quæ erat diſſimilis &c.] Iſtud iam in textu
habitum eſt atque expoſitum. [& de cornibus decem] quæ habebat in capite, per quæ decem re-
ges ſignati ſunt.[& de alio cornu quod ortum fuerat.] de quo dictum eſt in iſto Capitulo:Eccè cor-
nu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum, quo antichriſtus exprimitur. Itaque volui diſcere
[de cornu illo,quod habebat oculos & os loquens grandia:] quod totum expoſitum eſt. Vndè in
Apocalypſi legitur:Datum eſt ei os loquens magna & blaſphemias &c.ad Deum,blaſphemare no- Apoc.13.
men eius, & tabernaculum eius, & eos qui habitant in cælo. [& maius erat cęteris.] quia antichri-
ſtus,quanuìs primò puſillus erit in poteſtate,paulatìm tamen & citò ſic creſcet,quòd poteſtate at-
que diuitijs maior erit cęteris regibus terrę. [Adſpiciebam, & eccè cornu illud] videlicet antichri-
ſtus [faciebat bellum aduerſùs ſanctos.] ità in imaginaria viſione apparuit, ad inſinuandum quòd
antichriſtus ſanctos in terra grauiſſimè impugnabit,ſecundùm quod ait Saluator:Erit tunc tribula- Matth.24.
tio qualis ab initio non fuit.[Et præualebit eis] vel ſpiritaliter ſubuertendo, vel corporaliter occi-
dendo.Nullum tamen ſanctorum electorum in finem ſubuertet, quanuìs multos electorũ ad tem-
pus decipiet,qui eo occiſo pœnitebũt,vel antequàm occidetur, per prædicationem Helię & Enoch
conuertentur,ac martyrium patientur.Hinc in Apocalypſi legitur: Datum eſt illi bellũ facere cum Apoc. 13.
ſanctis,& vincere eos. [donec venit antiquus dierum,] id eſt, quouſquè Deus pater per Chriſtum
ad iudicandum proceſſit, iuxta illud Apoſtoli Act.17. Deus ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt or-
bem in ęquitatę,in viro quem ſtatuit.[& iudicium dedit ſanctis excelſi.] i.iudicialem ſentẽtiam de-
dit pro ſanctis ſuis ſeu Chriſti altiſſimi. Vel iudicium dedit eis,id eſt,poteſtatem iudicandi cũ Chri-
ſto,ſecundùm modum prędictum. Tunc enim vt dicitur Sapient.5.Stabunt iuſti in magna conſtan-
tia aduerſùs eos qui ſe anguſtiauerunt. [& tempus aduenit,] id eſt, tempus plenum iudicij & regni
atque victorię electorum.[& regnum obtinuerunt ſancti] i.finaliter pręualebunt, & regnum ſorti-
entur cęleſte,& perſecutores ſuos damnabunt,quibus per Malachiam Deus promittit: Orietur vo- Malac.3.
bis timentibus nomen meum ſol iuſtitię,& ſanitas in pennis eius. Egrediemini, & ſalietis quaſi vi-
tuli de armento,& calcabitis impios in die qua ego facio. Et apud Lucam: Nolite, inquiens, timere Lucæ 12.
puſillus grex,q̃a cõplacuit patri vr̃o dare vobis regnũ. [Et ſic ait] angelus,quartã beſtiã mihi expo-
nens:[Beſtia quarta,regnũ quartũ erit in terra.] i.ſimilitudo beſtię quartę deſignat quartũ regnum,

putà Romanorũ,[quod maius erit om̃ibus regnis] p̄cedentibus ipſum, quandò videlicet Romani
monarchiam tenebãt,vt tempore Auguſti Cæſaris, ſcilicet Octauiani,quandò (vt dicit Lucas) exijt
Lucæ 2. edictũ ab illo,vt deſcriberẽt vniuerſus orbis.[& deuorabit vniuerſam terrã,]i.oẽs habitantes in ter-
ra occídet aut ſuperabit: quod hyperbolicè accipi debet,quia & multi cõfœderati ac amicitia iuncti
fuerũt Romanis,qbus nil nocuerunt.[Et conculcabit] ſubijciendo tributis ac ſeruituti.[& commi-
nuet eã,] plurimos auferẽdo de ea,ciuitates quoq; & munitiones cõburendo.[Porrò decẽ cornua]
Lucæ 2. deſignãt,ꝙ [ipſius regni] Romani [decẽ reges erunt] ſimul,qui tempore antichriſti regnũ Roma-
nũ inter ſe diuident,ſicut p̄tractum eſt.[Et alius cõſurget poſt eos] ſ.antichriſtus, [& ipſe potentior
erit prioribus]regibus,&plures habebit ſibi ſubiectos.[& tres reges]ſ.Aegypti,Aphricæ,& Aethio-
piæ,ſicut præhabitũ eſt,ſecundùm Hieronymũ.[humiliabit]i.vincet,quo facto, alij ei colla ſua ter-
riti ſubdent.[& ſermones] blaſphemiæ [cõtra excelſum] i.Deũ ſublimem,cuius cõparatione nihil
eſt altũ.[loquetur,& ſanctos altiſſimi cõteret] modis p̄fatis, [& putabit] excæcante eum inæſtima-
bili ſuperbia,[ꝙ poſſit mutare tempora & leges,] i. curſum ac ordinẽ temporis, ſeu feſta Chriſti &
ſanctorũ in ſolennitates ſuas cõuertere,leges quoq; ſeu ceremonias ac præcepta religionis, p̄ſertim
Chriſtianæ,pro poſſe demolietur,& ſuis legibus cõmutare nitetur. In tantũ nempe elationis bara-
thrũ ruet,ꝙ ſicut Chriſtus veriſſimè ſe dixit eſſe Dñm ſabbati, legiſlatorẽq; noſtrũ, & filiũ Dei,per
Ioan. 14. quẽ ſolum venit ad patrẽ,ſic antichriſtus de ſeipſo p̄ſumet ac dicet. Solent aũt dubitare nõnulli, an
intantùm excæcabit,ꝙ putabit ſe eſſe filiũ Dei,regẽ Meſſiã, & ſanctũ ac iuſtũ. [& tradent in manus
eius] i.ſancti permittent diuinitùs tribulari ab antichriſto, ad electorũ ꝓbationẽ, exercitationẽ, &
gloriã ampliorẽ.[vſq; ad tẽpus,& tempora,& dimidiũ tẽporis.] Iuxta idioma Hebræorum,per tẽpus
annũ vnũ,per tempora annos duos,per dimidiũ tẽporis medius annus exprimit. Tam diù eñ dura-
Apoc.13. bit perſecutio antichriſti.Hinc in Apocal.ſcribit,ꝙ mulieri,ſ.Eccleſiæ,pro tẽpore illo datæ ſunt alæ
Apoc.12. duæ magnæ,vt volaret in deſertũ,vbì aletur per tẽpus,& tẽpora, & dimidiũ tẽporis. Ruſuſq;: Data
Apoc. 11. eſt beſtiæ,ſ.antichriſto,poteſtas in oẽm populũ,tribũ,& linguã. Quòd aũt tam diù durabit perſecu-
tio antichriſti,frequẽter in Apocalypſi p̄dicitur.Prædictum eñ tempus triũ annorũ ac dimidij anni,
exprimitur Apoc.12.per dies mille ducentos ſexaginta.Apoc.quoq; 11. refert,ꝙ ciuitatẽ ſanctã, putà
Eccleſiam,calcabunt menſib.42.i. tribus annis cũ dimidio.Præterea ſecundùm Gregoriũ,ſicut p̄ſe-
Matth.24. cutio illa erit grauiſſima,ſic erit breuiſſima:quia vt Chrs in Euangelio faſſus eſt, Niſi breuiati eſſent
dies illi,non fieret ſalua om̃is caro,ſed propter electos breuiabuntur.[Et iudicium ſedebit,] i. Deus
iudicio p̄ſidebit.[vt auferat potentia,]i.poteſtas antichriſti tollat. [& conterat]vnà cũ principe ſuo.
[& diſpereat vſq; in finẽ]ità ꝙ nunquã poterit reparari,iuxta illud Apoc.14. Cruciabit iniquus igne
& ſulfure in cõſpectu angelorum ſanctorũ & agni, & fumus tormẽtorum eius aſſcẽdet in ſecula ſe-
culorũ. [Regnũ aũt & poteſtas & magnitudo regni, q̃ eſt ſubter om̃e cęlum,]i. quicqd poteſtatis &
regni,ſeu regiæ dignitatis excellentiæq; regalis infra cæli empyrei ambitum cõtinet,[detur populo
ſanctorũ altiſſimi]i.ad Dei ſummi electos transferat, eiſq; detur quo ad id quod eſt p̄ſectiõis & glo-
riæ,ſicut etiã(ſecundùm Baſiliũ)quicqd fœtoris,impuritatis & caliditatis fuerit in igne cõflagratiõis,
atq; in elementis terræ & aquæ ac aëris,ſimul cum reprobis in infernũ deſcendet.Om̃ia autẽ ſub cę
lo contẽta,cedẽt ad gloriã electorum,&ipſi regnabunt in Deo,ſecundùm voluntatẽ ipſius imperio-
ſè agentes,cunctiſq; inferioribus iſtis p̄lati, & Deus regnabit in ipſis per dona gloriæ,eos in ſe tanq̃
in vltimo ęternaliter conſeruãdo.Hinc Apoc.11.ſcribit:Nunc facta eſt ſalus & virtus & regnum Dei
Pſal. 8. nři, & poteſtas Chři eius, quia ꝓiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum.[cuius]altiſſimi[regnum,
regnum ſempiternum eſt]in patria beatorum.[& oẽs reges]qui verè ſunt reges,quales ſunt oẽs cæ-
leſtis curię ciues,gloria & honore diuinitùs coronati,oĩbuſq; ſuę ſalutis hoſtibus ſuplocati.[ſeruiẽt
& obedient ei.]ſicut & nunc angeli ſancti Deo obediunt,quia vt ait Dionyſius,nil,p̄terq̃ eis diuina
lege p̄fixum eſt, facere audent nec volunt, & quicquid eis Deus p̄fixit agendum, ꝓmptiſſimè exe-
quuntur.[Hucuſq; finis verbi,]i. hìc terminatur ſermo angeli me de hac viſione docẽtis,quo facto,
[ego Daniel]euigilans[multùm cogitationibus meis conturbabar,]i. ſolicitabar ꝓpter oſtẽſa, ſic-
ut in iſto articulo pleniꝰ dictũ eſt de cauſis cõturbatiõs iſtius laudabilis.Sic & Abacuc ait :Audiui,&
Abac.3. cõturbatus eſt venter meus,à voce contremuerunt labia mea.Et Iere. Contritum eſt,inqt,cor meũ
cõtremuerunt oĩa oſſa mea à facie Dñi,& à facie verborum ſanctorum eiꝰ. Vndè pauloantè Daniel
dixit:Horruit ſpũs meꝰ.Sic & Eliphaz loquit:Cùm ſpũs me p̄ſente trãſiret,horruerũt pili capitis mei,
pauor tenuit me & tremor,& oĩa oſſa mea p̄territa ſunt,& facies mea immutata eſt in me.Ex intenſa
Iob 4. ſiquidem occupatione mentis circa diuina ſecreta,aĩa ab exterioribus ſenſibuſq; corporeis abſtra-
hit,inferiorumq; virium actiones remittunt,& natura debilitatur,ac ſanguis ad cor colligitur: ſicq;
membra frigeſcunt,& vultus præſertim palleſcit ac cõtrahitur.Ideò in Iſaia habet:Conturbatꝰ ſum
cùm viderem,emarcuit cor meum. [Verbum autẽ]i. ſermonem mihi ab angelo dictum de viſione
hac,[in corde meo conſeruaui]per diligentem conſiderationẽ,frequentẽ memoriã, tanq̃ rem me-

mo-

moria dignam, & vt iſta tempore apto ad aliorum doctrinam conſcriberem, ſicut & de beatiſſima
virgine legitur:Maria autem conſeruabat omnia verba hæc,conferens in corde ſuo. Lucæ 2.

¶*Enarratio cap.*8.*Anno tertio regni Balthazar.* *Articulus* 9.

COnſequenter deſcribitur viſio, q̃ ſecundùm ordinem libri huius eſt ſeptima, quinta verò ſe-
cundùm ordinẽ temporis atq; hiſtoriæ,vt in ſcholaſtica hiſtoria edocet.Præcedens quoq; vi-
ſio facta eſt 1.anno Balthazar regis Babylonis,cuius imperij 3.anno facta eſt iſta. Ideò ait Hierony-
mus:Poſt duos annos ſuperioris reuelationis apparuit hæc viſio.Et hoc verum eſt,ſi tamen vtraq; fa
cta eſt eodẽ tempore anni.Itaq; dicit:[Anno 3.regni Balthazar regis Babylonis, de quo dictũ eſt ſu-
prà.Vndè iſta viſio,ſicut & immediatè p̄cedens, p̄ceſſit illam quæ 5.cap.ſcribit. Cauſa verò permu-
tationis ordinis in ſcribendo, aſſignata eſt ſuprà. [viſio apparuit mihi] ſecundùm modũ qui ſequit: Dani.5.
[Ego Daniel poſt id quod videram] viſione imaginaria ac intellectuali,[in principio] i.1.anno Bal-
thazar regis. [vidi in viſione mea] ea quæ ſubſequuntur. [cùm eſſem in Suſis caſtro] Hoc cõmuni-
ter ità exponitur,ꝙ fuit in ciuitate noĩe Suſis,q̃ caſtrũ vocatur ꝓpter fortiſſimã ſuam munitionẽ ac
muros firmiſſimos.Poteſt quoq; exponi,ꝙ fuerit in caſtro aliquo vrbis iſtius:[quod eſt in Elam re-
gione,] i. in regno Elamitarũ. Elam quãdoq; eſt nomẽ regionis,qñq; ciuitatis, à qua regio iſta no-
men ſortita eſt,ſicut à Babylon Babylonia dicit.Et Babylon nũc pro ciuitate,nũc pro regno Chal-
dęorũ accipit in ſcripturis. Fuit aũt regio iſta ſub rege Medorũ, cõtra quã Ieremias ꝓphetat, in qua Iere. 30.
qdam Iudęorũ diſperſi manebãt.Nã & in Actis inter Iudęos q in Hieruſalẽ ex diuerſis partibus erãt, & 26.
& ad p̄dicationẽ Apoſtolorũ,oĩm linguis loquentiũ,ſtupebãt,narrant fuiſſe & Elamitæ.Porrò Suſis Acto. 2.
metropolis fuit Elamitarũ,q̃ (vt in Scholaſtica hiſtoria fert) in lib.Iudith Egbatanis nominat. Circa
quod ſcribit Hierony.In hac ciuitate Daniel ſecundũ hiſtoriã Ioſephi, turrim extruxit excelſam & Ioſephus
quadro marmore ædificatã,tantæ magnitudinis ac pulchritudinis, vt vſq; in p̄ſens noua eſſe videat. lib. 2. ant.
In eaq; regũ Perſarũ atq; Medorũ cõduntur reliquiæ ſeu corpora,& cuſtos ſiue ędituus ac ſacerdos Iud.ca.14.
eiuſdem loci,Iudæus eſt.In Scholaſtica quoq; habet hiſtoria,ꝙ fecit in ea mauſoleum,i. ſepulcrum
regũ.[Vidi aũt in viſione eſſe me ſuper portã Vlai.]i.paludis, qa ante hanc portã Suſis iacuit palus, à
qua porta nomẽ accepit.Vndè Symmachus pro Vlai tranſtulit paludẽ.Hinc ſecũdùm Hieronymũ,
Vlai eſt nomẽ portę vel loci.Porrò viſio iſta imaginaria fuit per alienationẽ ab exterioribus ſenſibꝰ,
ſicq; videbat Danieli,ꝙ eſſet ſup hanc portã,qa in ſpiritu fuit illuc tranſlatus: ſicut Ezechiel p̄hibet Ezech 1.
ſe in Hieruſalem & in montẽ altũ fuiſſe tranſpoſitũ ſeu tranſlatũ. Hæc aũt per corporalium rerũ ſi- & 8.
militudines in interiori ſenſu imaginatiuo formatas,angelico miniſterio fiũt.[Et leuaui oculos me-
os,] interiores ad intuenda,q̃ mihi interiùs obijciebant videnda.[& vidi] imaginariè q̃ ſubdunt. In
tali tñ viſione apparet videnti,quaſi etiã corporaliter exteriùs aliqd cernat,ſicut in ſomno nobis cõ-
tingit.In ꝓphetica aũt viſione nõ eſt illuſio, ſicut in ſomno noſtro cõmuniter: qa ibì vera eſt ſigni-
ficatio,& mentibus ꝓphetarũ,qd per imaginarias formas ſignificet,deſupèr declarat. Circa hoc ſcri
bit Hieronymus:Quãuis in ſomnis vident,quæ vident,in vmbra videlicet & imagine, tñ nè ipſa q-
dem videre poſſumꝰ ſine oculis eleuatis.In qbus verbis inſinuatũ videt,ꝙ nõ ſolùm imaginaria fuit,
ſed in ſomno quoq; oſtenſa ſit viſio iſta,iuxta quod genus viſionis angelus ait ad Iacob:Leua ocu- Gene. 31.
los tuos,& vide maſculos aſſcendentes ſup fœminas.[& ecce aries vnus] i.ſimilitudo arietis[ſtabat]
ſecundùm apparitionẽ.[ante paludẽ]ſitã exaduerſò portę,videbaturq; ſtare inter portã atq; paludẽ.
[habens cornua excelſa.] Per arietem ſignificabat rex ſeu regnũ Medorum,ſicut infrà in textu hui-
us cap.dicitur.immò ſecundùm Hieronymũ,aries dicit Darius filius Aſtyagis,rex Medorũ,auuncu-
lus Cyri.Per duo aũt cornua,duo reges ſignati ſunt,in regno Medorum ac Perſarũ p̄cipui, ſ.Darius
iſte & Cyrus,ità ꝙ Darius fuit vnus in perſona,ſed virtualiter rex bipartitus ſeu duo reges,qm̃ impe
rauit Perſis ac Medis:ſicq; per arietẽ & cornua arietis deſignat. [& vnũ excelſius altero atq; ſuccre-
ſcens.] Per quod figuratus eſt Cyrus,q ſecundùm Hieronymũ,ſimul cũ Dario imperauit Perſis Me-
diſq;,ſed tanq̃ minùs principalis & cedens auunculo: quo defuncto, ſolus Cyrus imperauit his re-
gnis,& ſuũ ſic dilatauit imperiũ,ꝙ multo potentior fuit,q̃ eius auunculus erat.Nã in Eſdra ait:Om̃ia 1.Eſd. 1.
regna terræ (ſ.orientalis ſeu Aſiæ maioris) dedit mihi Deus cæli. Per paludem quæ eſt locus nõ fir-
mus,aliqui putant ſignificatam inſtabilitatem regni Medorũ,quod à Græcis poſt breue tempus fu-
it deſtructum.Et quoniam Cyrus ac Darius non fuerunt Iudæis moleſti, ſed potiùs pij,idcircò per
arietem animal manſuetum expreſſi ſunt. In præcedenti verò viſione regna Medorum atque Græ-
corum,ſeu reges eorũ per alia animalia deſignantur q̃ hîc,vt patet conſideranti: & hoc propter di-
uerſas proprietates ſignificãtium ac ſignificatorũ adinuicèm.Propter quod dicit Auguſtinus,ꝙ co-
gnitio proprietatum naturalium rerum, pandit abdita ſcripturarum. [Poſteà vidi arietem cornibus
ventilantem] i. caput mouentem [contra orientem, contra occidentem, & contra aquilonem, &
contra meridiem,] i.verſùs quatuor plagas terræ. Secundùm Scholaſticam hiſtoriam iſtud refertur
ad regnum Medorum,non ad perſonam,i.determinatum aliquem regem illorum:quia paulatìm re-

 ges

ges regni iſtius verſùs quatuor plagas terræ ſe mouerunt, varias regiones hincindè impugnando ac
ſuperando. Scribiẽ quoq; in Iudith libro, ꝙ Nabuchodonoſor qui fuit alio nomine dictus Camby-
ſes, eratq; filius Cyri regis, miſit Holofernem cũ grandi exercitu ad ſubiugandum ſibi regna om̃ia
orientis, voluitq; eſſe mundi monarcha. Porrò Hieronymus dicit iſtud nõ eſſe referendum ad Cy-
rum vel Darium eius auunculum, ſed ad alium Darium vltimum regẽ Perſidis, quẽ Alexander Ma-
gnus deuicit, quẽ Darium potentiſſimum ditiſſimumq; fuiſſe, tã Græcorum q̃ Latinorũ ac Barba-
rorum narrãt hiſtoriæ. [& oẽs beſtiæ non poterãt reſiſtere ei,] i. nulli reges aut regna potuerunt huic
regno regibusq; Medorum obſiſtere aut reniti ſeu p̃ualere, ſaltẽ ad tẽpus, ſecũdùm quod ſtatim tã-
getur. Cõuenienter autẽ hæc regna & reges populi paganiſmi, noĩbus beſtiarum expreſſi ſunt, quia
creatorẽ ſuum nõ cognoſcẽtes, beſtijs vilius iniuſtiusq; vixerunt. [neq; liberari de manibus ei⁹:] q̃a
oẽs quos regnum Medorum inuaſit, ſibi ſubiecit. [fecitq; ſecundùm voluntatẽ ſuã,] nõ Dei: & inſtar
tyrannorum, non rationẽ, ſed voluntatem ſequutum eſt. Quãuis em̃ regnum hoc fuit ad tẽpus, qua-
ſi flagellum diuinæ iuſtitiæ, per quod Deus multorum puniuit peccata, inquantùm tñ regnum hoc
in aliorum vaſtatione non ad Dei reſpexit honorem; ſed proprium commodum, & ex crudelitate,
ambitione, cupiditate, non ex bono fonte ad bella proceſſit, Dei data ſibi poteſtate abutens, propriã
ſecutum eſt voluntatẽ, nec ſic motum fuit à Deo ad p̃lia. [& magnificatus eſt aries.] i. rex ſeu regnum
Medorum monarchiã acquirens & poſſidens, præſertim tempore Darij vltimi iam p̃fati, cui Græci
erant ſubiecti, atq; Philippus rex pater Alexandri putatiuus, ſoluit Dario illi tributum, prout in vita
Alexandri narraẽ. [Et ego] Daniel [intelligebam] quodammodò in communi quid iſta ſignarent, vi-
delicet mutationẽ p̃ prælia. Nã in p̃cedenti viſione his ſimilia viderat, & ea ad mutationẽ regnorum
pertinere didicerat. Hinc ait Hieronymus: Ex ſuperioribus viſionibus, in quibus ſecundum regnũ
per arietẽ & vrſum ſignificatum eſt, etiã nunc intelligit, ꝙ Medorum atq; Perſarum regnat imperi-
um. Quòd autẽ nondùm plenè intellexit iſta, infrà patebit. [Eccè autẽ hirc⁹ caprarũ veniebat ab oc-
cidente ſuper faciem totius terræ.] Per hircum animal luxurioſum, fœdum ac velox, exprimiẽ rex &
regnum Græcorum, qui lubrici erãt, & p̃ſertim hîc per hircum Alexander rex primus Græcorum ſi-
gnaẽ, qui à Macedonia vbì regnauit pater ſuus Philippus, (quæ eſt in plaga occidentali, quo ad Me-
dos) venit cõtra Darium regẽ Medorũ, oẽmq; eius terrã occupauit celeriter. Ideò ſubdiẽ: [& nõ tan-
gebat terrã.] q̃a tam velociter p̃ualuit, ꝙ triumphis videbaẽ volare potiùs, q̃ incedere, ſicut de hoĩe
velociſſimè currẽte dicimus ꝙ volet. [Porrò hirc⁹ habebat cornu inſigne inter oculos ſuos.] Quod
tripliciter explanatur: Primò, ꝙ hircus (i. regnum Græcorum) habuit vnum inſigniſſimum principẽ,
ſ. Alexandrum. Secundò, ꝙ Alexander habuit regiam poteſtatem præclaram ac fortiorem. Tertiò,
ꝙ Alexander ad vnum potentiſſimum regnum obtinendum oculos ſuos præſertim direxit, videli-
cet ad Darium regem Medorum ac Perſarum. Legiẽ quippe in vita Alexandri, ꝙ legatis Darij veni-
entibus ad Philippum patrẽ Alexandri pro tributo, Alexander ex reſponſione illorum ſit indigna-
tus: tuncq; mẽte cõcepit Darium impugnare. Ideò quoq; Alexander cornu inſigne inter oculos ha-
bere viſus eſt, quia ingenioſus fuit & doctus, ac philoſophorum, præſertim Ariſtotelis, vtens conſi-
lijs. [& venit vſq; ad Arietẽ illum cornutum,] duo ſ. cornua p̃ferentem. [quem videram ſtantẽ ante
portam] Suſis, i. vſq; ad Darium regem p̃fatum, in quo finitum fuit imperium Mediæ. Alexander em̃
primò varijs prælijs duces ac populos Darij ſuperauit. Poſtremò Darius cum exercitu maximo con-
tra Alexandrum perſonaliter venit, & prælium perdidit. [& cucurrit ad eum in impetu fortitudinis
ſuæ.] i. cum animoſitate audaci, velocitate impetuoſa, ac forti exercitu Alexander Darium inuaſit.
[Cumq; propinquâſſet ad arietem, efferatus eſt in eum,] i. atrociter Darium impugnauit. [& percuſ-
ſit arietem,] i. Darium interfecit, non tamen propria manu, immò Darius à duobus ſuis principib⁹
fuit clàm lœtaliter vulneratus, ſicut in vita Alexandri habetur: ſed ideò eum percuſſiſſe aſſeritur,
quia compulit eum in fugam, ex qua fuga Darius mortem incurrit, exercitumq; Darij pro maxima
parte peremit. [& comminuit duo cornua eius,] i. regnum Perſarum ac Medorum vaſtauit & ſub-
iugauit. [& non poterat aries reſiſtere ei. Cumq; eum miſiſſet in terram,] id eſt, proſtrâſſet in fugã,
eum [cõculcauit] id eſt, regno priuauit & humiliauit. [& nemo quibat liberare arietẽ de manu eius:]
quia Dario nullus ſuorum potuit opem ferre aduerſùs Alexandrum. [Hircus autem caprarum] ſ.
Alexander [magnificatus eſt nimìs] poteſtate, diuitijs, fama & gloria. Nam & Indiam ſuperauit, &
Aſiam totam, Africamq; pro parte ſecundùm hiſtorias. Sic itaq; ex ordinatione diuina fortior in-
ſurgit contra fortem, & ſpolians ſpoliaẽ, ſpernensq; ſpernitur. [Cumq; creuiſſet] Alexander poteſta-
te & opibus, & factus eſſet monarcha, [fractum eſt cornu magnum,] id eſt, Alexander rex Græciæ
maximus, ſtatìm defunctus eſt, veneno peremptus 23. ætatis ſuæ anno in Babylone ſecundùm Hie-
ronymũ. In toto aũt regnauit annis duodecim, & poſt triũphos ſtatìm, ſ. poſt paucos annos, ſ. ſex aut
1.Mach. 1. ſeptẽ, vel circiter, eſt mortuus, vt patet 1. Machabæorũ. [& orta ſunt quatuor cornua ſubter illud,] i.
quatuor reges Alexãdro minores ac inferiores, ſucceſſerũt in regnis, q̃bus ipſe adhuc viuẽs ſuũ diui-
ſit

ſit imperium: noluit em̃ parẽ habere, nec voluit ſibi poſt mortẽ ſuã aliquẽ dici parẽ, idcircò imperiũ
ſuum nõ vni dimiſit in toto, ſed quadripartit⁹ eſt illud. Quæ oĩa in vita Alexandri, & 1. Mach. in Scho
laſtica quoq; hiſtoria pleniùs recitanẽ. [p̃ quatuor vẽtos cæli] i. p̃ quatuor plagas terræ, ex q̃bus prin-
cipales quatuor vẽti oriunẽ & flant. Qui aũt fuerint hi quatuor reges, & in quib⁹ regnauerint regnis,
dictum eſt in p̃cedenti articulo. [De vno autẽ ex eis] i. de Seleuco rege Aſiæ, vno ex quatuor ſucceſ-
ſorib⁹ Alexandri. [egreſſum eſt cornu vnum modicum,] i. carnaliter genitus eſt rex vnus, q̃ primò
paruæ extitit poteſtatis, putà Antiochus Epiphanes de Seleuco deſcendens, quanq̃ aliq̃ intermedij
fuerint. Iſte Antiochus paruum cornu vocaẽ, q̃a inprimìs fuerat Romæ obſes, & ignorante Senatu,
à Roma diſcedens, regnum Syriæ occupauit, filiũ fratris ſui primogeniti, regno ſibi debito priuãs,
ſeq; in primo humilians intentione vaniſſima. Eſt em̃ qui nequiter ſe humiliat, & interiora ei⁹ ple- Ecci 19.
na ſunt dolo. [& factum eſt grande contra meridiem,] i. regem Aegypti (quæ reſpectu Syriæ eſt in
parte meridiana) deuicit, videlicet Ptolemæum Philometorẽ, quo fugato, regnũ Aegypti adeptus
eſt. [& cõtra orientem] id eſt, eos qui erant in Perſide, qui reſpectu Syriæ oriẽtales fuerunt. [& con-
tra fortitudinẽ,] i. vrbẽ Hieruſalẽ & populum Iſrael, vbì Deus immenſæ potentiæ colebaẽ. Vaſtauit
em̃ & intrauit Hieruſalem, & filios Iſrael in poteſtatẽ redegit, ſicut in libro Machabæorum cõſcri-
bitur. [& magnificatum eſt vſq; ad fortitudinẽ cæli,] i. contra populum Iſrael, q̃ ad angelicas fortitu-
dines ſpecialiter pertinebat, & vallabaẽ ac roborabaẽ ab eis. Vel ſenſus eſt, ꝙ cõtra angelos ſanctos
Iſraelitarum cuſtodes, magnificatus eſt, non ꝙ eis præualuit, ſed his qui illorum cuſtodiæ erãt com-
miſſi. Nec mirum, ſi contra angelos hoc modo magnificatus dicatur, cùm paulopòſt contra Deum
magnificatus enuncietur. [& deiecit de fortitudine] i. quoſdam de forti populo Dei proſtrauit, ad
idololatriamq; coëgit. [& de ſtellis] i. de viris perfectis, luce ſapientiæ atq; iuſtitiæ decoratis, quorũ
conuerſatio fuit cæleſtis, quoſdã occidit, vt ſeptem fratres, & alios multos, vt patet 2. libro Macha-
bæorum. [& conculcauit] id eſt, irreuerenter tractauit [eas, & vſq; ad principem fortitudinis magni- 2.Mac.7.
ficatus eſt] i. contra Deum per ſuperbiam blaſphemiamq; erectus, ſecundùm Hieronymum. Alij ta-
men per principem fortitudinis, intelligunt pontificem Iudæorum, alij Iudam Machabæum. [& ab
eo tulit iuge ſacrificium,] id eſt, quotidianam immolationem agni, quæ omni die fiebat ſemèl de ma
nè, & ſemèl in veſpere, prout in Leuit. habetur. Figurauit autem hoc ſacrificium immolationem cor- Leuit. 28.
poris Chriſti, quod in altari offertur quotidiè. Prohibuit nanq; Antiochus ſacrificia legalia Deo of-
ferri. [& deiecit locum ſanctificationis eius,] id eſt, templum Dei violauit, ponendo ibidèm idolum
Iouis, ſecundùm quod 1. Mach. habetur: Aedificauit rex Antiochus abominandum idolum deſola-
tionis ſuper altare. Sed & alijs varijs modis templum Hieruſalem prophanauit, vt ſcribitur in lib. 1.Mac.1.
Machab. Templum autem diciẽ locus ſanctificationis Dei, quia in illo præcipuè populum exaudi-
uit, purgauit ac ſanctificauit, & populus ibidèm Dei ſanctitatem profitebatur, monſtrauit ac coluit.
Vel diciẽ locus ſanctificationis, i. Deo conſecratus, & ab eo ſanctificatus. [Robur autẽ datum eſt ei] i.
fortitudo Antiocho diuinitùs data eſt effectiuè, & abuſus poteſtatis conceſſus eſt ei à Deo permiſſi-
uè [contra iuge ſacrificium,] ità ꝙ illud impediuit, quod ſecũdùm Albertum fuit Deo ſacrificijs cun-
ctis acceptius, ſ. propter ſignificatum ipſius, quod eſt immolatio Chriſti in cruce atq; altari. [propter
peccata] quibus filij Iſrael Deum offenderant, ſicq; affligi meruerant, ſicut 2 Machab. frequẽter in- 2.Mac.2.
nuiẽ. [& proſterneẽ veritas in terra.] quia in Iudæa vbì cultus Dei viguit, idololatriã frequentauit, &
veritatẽ vitæ, doctrinæ ac iuſtitiæ ſuppeditauit, multoſq; Iudæorum ad diuinæ legis cõpulit abne-
gationem. [& proſperabiẽ] falſa proſperitate, i. ſecũdùm ſuã afflictionẽ expeditũ habebit ſucceſſum.
De tali p̃ſperitate ait Pſal. Noli æmulari in eo q̃ proſperaẽ in via ſua, in hoĩe faciente iniuſtitiam. [& Pſal. 36.
faciet] opere exequendo quæ vitioſè concepit. Conſequenter induciẽ declaratio viſionis iſtius. [Et
audiui] interiori auditu, quo audiunt ab omni exteriori ſenſu alienati. [vnum de ſanctis] ſ. angelis lo
quentem. [Et dixit vnus ſanctus] angelus [alteri neſcio cui] ſancto angelo, [loquenti] ſibi, i. præfato
angelo, cui tanq̃ inferiori alius ſuperior loquebaẽ. Ex quo patet, ꝙ angeli inferiores à ſuperioribus
quærunt & illuſtranẽ, quemadmodùm etiã loquiẽ Zacha. Angelus qui loquebatur in me, egredieba- Zacha.2.
tur, & alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit: Curre, & loquere ad puerum iſtum. Ex
q̃bus eorum error oſtendiẽ, qui negabant totum proceſſum doctrinæ B. Dionyſij in lib. de angelica
hierarchia, quo ad ea quæ ſcribit de mutua angelorũ purgatione, illuminatione & perfectiõe: dicen-
tes, oẽs angelos & beatos à Deo, & ſolùm ab eo, de om̃ibus illuminari. Deniq; etiã ſecundùm Phi-
loſophos, & vt in lib. de Cauſis doceẽ, intelligentiæ inferiores proijciunt ſuos vultus in lumina ſu-
periorũ intelligentiarũ. At verò ſecũdùm Albertum, angeli loquunẽ ad ſe inuicèm & ad hoĩes. Ad ſe
inuicèm p̃ illuminationẽ, qua inuicèm ſe cõuertunt. Loqui aũt eorũ ad hoĩes, eſt p̃ ſpecies ſenſibiles
vel imaginales aut intellectuales hoĩem erudire. Fluunt aũt illuminatiões à ſuperiorib⁹, ſecundùm
quod dicit diuin⁹ Dionyſi⁹ legẽ eſſe diuinitatis, reducere ad ſe media p̃ prima, & vltima p̃ media: &
q̃a ſupiores vſum nõ habẽt miniſterij exterioris, & angeli ſecũdùm Gregoriũ noĩa ſortiunẽ ab ex-

 teriori

teriori officio,ideò nomen huius angeli ſuperioris manſit Danieli incognitum.[Vſquequò viſio &
iuge ſacrificium,& peccatum deſolationis quæ facta eſt,& ſanctuarium,&fortitudo cõculcabitur?]
Loquitur angelus more dolentis,& quaſi Iudæis compatiens:ideò verba eius truncata ſunt,quibus
ſupplendum eſt aliquid. Doloroſi nanq;,ſermones defectiuos ſolent proferre, quia affectio verba
Lucæ 19. abrumpit,ſicut dum Chriſtus ad Hieruſalem ait in Luca:Qua ſi cognouiſſes & tu.Et quidem in hac
die tua quæ ad pacem tibi,nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Senſus ergò verborum iſtorũ
eſt: Vſquequò viſio,i. lex diuinitùs reuelata, vel prophetalis reuelatio de aduerſariorũ populi Iſra-
el deiectione,conculcabitur ab aduerſarijs legis,ſeu effectu priuabitur? Simili modo quærit, vſque-
quò iuge ſacrificium,& ſanctuarium,id eſt,templum,& fortitudo,id eſt,virtus iuſtorũ in Iſrael con-
1.Mach.1. culcabitur ab Antiocho rege & ſuis? Et vſquequò peccatum deſolationis, id eſt, idolum Iouis ab
Antiocho in templo locatum, faciens deſolationem Iudæis, ſeu idololatria aut deſolatio templi
ob populi ſcelera introducta,ſupple,durabit?[Et dixit ei]angelus ſuperior, de ſecretis diuini conſi-
lij ac operum eius plura cognoſcens. [Vſque ad veſperum & manè,] id eſt, per dierum protractio-
nes ac temporum interualla, per dies quorum numerus ſubinfertur: [dies duo millia trecenti] qui
faciunt annos ſex,tres menſes & viginti dies,ſecundùm Albertum:quibus durauit conculcatio me-
morata. Vndè in Scholaſtica hiſtoria legitur:Ab ingreſſu Antiochi in Hieruſalem, vſque mundatio-
nem templi factam à Iuda Machabæo,per ſucceſſiones diei ac noctis fluxerunt ſex anni, tres mẽſes,
& dies viginti.Hieronymus quoquè hîc ſcribit: Legamus Machabæorum libros & Ioſephi hiſtori-
am,ibiq́; ſcriptum reperimus,quod 143. anno à Seleuco, qui poſt Alexandrum primus regnauit in
Syria,Antiochus ingreſſus eſt Hieroſolymam,& vniuerſa ibì vaſtauit.Reuerſusq́; anno tertio, po-
ſuit in templo ſtatuam Iouis, & vſque ad Iudam Machabæum, id eſt, vſque ad annum centeſimum
quadrageſimumoctauum,per ſex annos vaſtitatis Hieruſalem, contaminationis autem templi tres
annos, eſſe completos dies prædictos. Pro quorum intellectu ſciendum, quòd Antiochus bis in-
trauit Hieruſalem, & in primo ingreſſu vaſtauit vrbem,in ſecundo prophanauit templum, idolum
ibì conſtituens, quod tribus illic annis permanſit. Sicq́; conculcatio ſex annorum, non refertur
ad tempus deſolationis idoli huius, ſed ad deſolationem ciuitatis ac populi Iſrael, immò etiam ad
deſolationem templi, quantùm ad ſpoliationem ipſius ab Antiocho, vt primo Machabæorum li-
1.Mach.1. bro clariſſimè dicitur,quòd Antiochus primo ſuo ingreſſu in Hieruſalem ſpoliauit templum. Por-
1.Mach. 4. rò primo Machabæorum libro habetur, quòd Iudas & fratres eius mundauerunt templum anno
centeſimo quadrageſimooctauo. Et quoniam Daniel iſta tam lucidè prænunciauit, Hieronymus
perhibet eum non tam prophetam, quàm hiſtoriographum extitiſſe, qui eminenter dicere potuit
Pſal.50. Deo:Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi. Hinc impius ſacrilegusq́; Porphyrius ſpe-
cialiter niſus eſt librum hunc reprobare, & eſſe confictum probare.[& mundabitur ſanctuarium.]
id eſt, templum à Iuda & fratribus eius ab immunditijs idololatriarum ac idolo Iouis, prout pri-
1.Mach.5. mo Machabæorum libro diffusè deſcribitur, vbì loquitur Iudas: Eccè contriti ſunt inimici noſtri,
aſſcendamus nunc mundare ſancta & renouare. [Factum eſt autem cùm viderem ego Daniel vi-
ſionem,] id eſt,viſioni huic imaginariæ tota mente intenderem,ſcire æſtuans quid ſingula deſigna-
rent. [& quærerem] ab angelo [intelligentiam eius:] Nondùm enim ſingula diſtinctè cognouit,
ſed parùm quid in communi, prout ſuperiùs dixit, Ego intelligebam. [Eccè ſtetit in conſpectu
meo quaſi ſpecies viri,] id eſt, angelus in ſpecie viri, fuitque Michael,ſecundùm Hebræos, vt ſta-
tìm patebit, qui interiori conſpectui Danielis apparuit per imaginariam formam. [& audiui] inte-
riori auditu, [vocem] in interiori ſenſu formatam,non forìs ſonantem, [viri,] id eſt, angeli huius,
[inter Vlai,] id eſt, inter paludem, & portam à palude adiacente, portam Vlai dictam, ſicut
præhabitum eſt. Daniel enim videbatur ſibi eſſe ſuper hanc portam, & angelus iſte videba-
tur ſtare prope portam inter paludem & eam. [& clamauit]non clamore in aëre reſonante, ſed
in vi imaginatiua per ſimilitudines imaginales ſonoro. [& ait] angelo inferiori, de quo ſubditur:
Gabriel, fac intelligere viſionem iſtum.] id eſt, huic Danieli viſionem iſtam expone. Ex quo
probatur ordo in miniſterijs angelorum, & quoniam Michael princeps extitit ſynagogæ, di-
ligentiam habuit de illuminatione prophetæ, cuius illuminatio erat pro totius ſynagogæ vti-
litate & conſolatione. [Et venit] Gabriel, [& ſtetit iuxtà vbì ego eram:] ſcilicet ante me, ad
docendum me. Circa hæc ait Hieronymus: Virum iſtum qui Gabrieli præcipit vt Danielem faciat
intelligere viſionem,Iudæi Michaelem autumant.Conſequenter autem quia viſio de prælijs erat re-
gumq́; certaminibus,immò ſucceſſionibus regnorum,Gabriel qui præpoſitus prælijs erat, huic of-
ficio interpretationis circa Danielem mancipatur.Gabriel enim,in noſtrã vertitur linguã,fortitudo
vel robuſtus Dei. Vndè eo tempore quo erat Dñs naſciturus, & indicturus bellũ dæmonib', & de
Lucæ 1. mundo triumphaturus, Gabriel ad Zachariam & ad ſanctam Mariam tranſmittitur. Vbicunq; au-

tem

tem medicina & ſanatio neceſſaria eſt,Raphael mittitur,qui medicina ſeu curatio Dei interpretatur.
Porrò vbì populo proſpera promittuntur,& propiciatio vel expiatio neceſſaria eſt,Michael dirigi-
tur,qui interpretatur,quis vt Deus?hoc videlicet nominis interpretatione ſignante, ꝙ vera in Deo
ſit medicina.[Cumq́; veniſſet,pauens corrui in faciem meam] ſecundùm imaginariam apparitio-
nem, ſicut Ezechiel ſubindè cecidiſſe ſe perhibet, quandò ſcilicet adductus erat in Hieruſalem in Ezech.1. & 8.
viſionibus Dei.Angeli autem in apparatu terrifico ſolent apparere igneo vultu,prout in libro Iudi- Iudic.13.
cum ait mater Samſonis:Vir Dei venit ad me,habens vultum angelicum,terribilis nimìs. Præthereà
iuxta Albertum,non timore mali,ſed reuerentiæ, ob viſionis & illuminationis magnitudinem la-
pſus eſt.Natura enim animę eſt,vt intenſa ad vnum,remittatur ſeu debilitetur ad alterum.Vndè to-
ta ad illuminationem intenſa,retrahitur à corpore.Corpus verò ab anima derelictũ,ruit in ſeipſum
ac collabitur.[Et ait ad me]alloquutione interna:[Intellige] quæ vidiſti [fili hominis.] Filium ho-
minis vocat prophetam,vt inter tam ſublimes angelos eſſe ſe videns,memor ſit fragilitatis humanę,
gratiam penſet,neq; ſe efferat.Hinc ait Hieronymus:Ezechiel,Daniel,& Zacharias,quia ſæpè ſe in-
ter angelos eſſe cernunt,nè eleuentur in ſuperbiam, & angelicæ naturę vel dignitatis eſſe ſe credãt,
admonẽtur fragilitatis ſuæ,& filij hominum nuncupantur,vt homines eſſe ſe nouerint.Veruntamẽ
Zacharias in toto libro ſuo ità non appellatur formaliter,ſed æquiualenter. Angelus nanq; ſuperior Zach.2.
dixit ad angelum inferiorem: Curre & loquere ad puerum iſtum. [quoniam in tempore finis com-
plebitur viſio.] i.completa iniquitate malorum,& bonis per eos purgatis,cõſummabitur veritas ſeu
effectus per viſionem hanc ſignificatus.Cùm enim Iudæorum populus fuiſſet per Antiochũ & ſub-
ſequentes emendatus,impletũ eſt quod viſio iſta intendit.Completa quoq; iniquitate Medorũ,per
Græcos puniti ſunt.Finis autem in ſcripturis non ſemper vltimum tempus durationis ſeculi,ſ.tem-
pus proximum finali iudicio ſignat,ſed interdùm ſignificat finem earũ,de quibus ſermo eſt,rerum,
vt cùm Iſa.2. & (quantùm ad ſenſum) Mich.4. conſcribitur: Erit in nouiſſimis diebus præparatus
mons domûs Dñi in vertice montium.Quod ad literã de Chriſti primo aduentu exponitur, ſecun-
dùm oẽs doctores catholicos.Et Ieremias ait: In nouiſſimo dierũ intelligetis conſiliũ eius. Deniq; Iere.23.
quod in Geneſi ſanctiſſimus patriarcha Iacob ſuis loquitur filijs:Congregamini vt annunciem vo- Gen.49.
bis,q̃ in nouiſſimis diebus ventura ſunt,non ad tẽpus proximum finali iudicio poteſt referri:immò
plura illorum ante Chriſti aduentum,& multa illorũ in primo Chriſti aduentu impleta ſunt.Quidã
tñ occaſione verbi iſtius putant iſta ad tẽpus Antichriſti debere referri,inquantùm Antiochus fuit
Antichriſti figura.Cumq́; loqueret̃ ad me,collapſus ſum pronus in terram.] cuius cauſa iam poſita
eſt.Sic & Ezechiel ait in principio libri ſui & poſteà: Vidi, & cecidi in faciem meam. Et Iſaias: Cor- Ezech.1. 2. & 44.
rui,inquit,cùm viderem.Sic & Ioannes in Apocálypſi teſtatur: Cecidi ad pedes eius tanq̃ mortuus. Iſaiæ 21.
Siquidem tantæ lucis ſplendorẽ,tam arduam viſionem,tãtam in diuina abſorptionem, aĩa ſine cor- Apoc.1.
poralium virium deſtitutione ferre non ſolet.[Et tetigit me] tactu virtutis & confortationis. Sic &
Ioannes Apoc.1.Poſuit,ait, dexterã ſuam ſuper me, & dixit:Noli timere. Dictum eſt aũt in iſto arti-
culo,quõ ſecundùm Hieronymum facta videat̃ viſio iſta in ſomno. Quo dato, etiam fortè facta eſt
Danieli in ſtratu quieſcenti:ſicq́; collapſio hæc fuiſſet ſecundùm imaginationem,nõ ſecundùm re-
alem corporis lapſum. [& ſtatuit me in gradu meo,] ità ꝙ more hoĩm ſteti erectus ſuper pedes ſiue
realiter,ſiue in imaginatione:ad inſinuandum,ꝙ ad ſuſceptionem illuſtrationis diuinæ, requiratur
eleuatio mentis ad Deum,dummodò illuſtratio ſit formata. Sic & ad Ezechielem angelus ait:Fili Ezech.2.
hoĩs,ſta ſuper pedes tuos,&loquar tecum.Et ingreſſus eſt,inquit,ſpũs in me,poſtq̃ locutus eſt mihi,
& ſtatuit me ſuper pedes meos.[dixitq́; mihi:Ego oſtendam tibi q̃ ventura ſunt in nouiſſimo male-
dictionis.] Secundùm Albertũ,maledictionem vocat tempus,quo idololatria durauit in tẽplo Hi-
eruſalem.Tunc eñ maledictio abundauit,grã benedictionis Dei iuſtè ſublata ab ipſis idololatris.
[qm̃ habet tempus] i.ſpatiũ durationis ſeu vitæ vel regni, aut tranſgreſſionis cuiuſq; hoĩs.[finẽ ſu-
um,] iuxta illud Iob 14.Breues dies hoĩs ſunt,numerus menſiũ eius apud te eſt. Conſtituiſti termi-
nos eius,qui pteriri non poterunt.Et Act.17.loquit̃ Paulus:Deus fecit ex vno omne genus hoĩm in-
habitare ſuper vniuerſam faciẽ terræ,definiẽs ſtatuta tẽpora & terminos habitationis eorũ. Deniq;
in Geneſi Dñs ait:Nondùm cõpletæ ſunt iniquitates Amorrhæorũ.Conſequẽter explanat viſionem Gen.14.
perlucidè:[Aries,quẽ vidiſti habere cornua duo,rex Medorũ eſt atq; Perſarũ.] Iſta & cætera q̃ tran-
ſilio,ex dictis in iſto cap.atq; articulo clariſſimè patent,nec dicta,denuò ſunt promẽda. [Et poſt re-
gnum eorũ] i. finito dñio quatuor regum ſuccedentiũ Alexãdro,quibus ipſe ſuum diuiſit imperiũ,
[cùm creuerint iniquitates,] tunc eñ ambitio,ꝓlia,inuidia,dolus & plurima vitia ſimul exorta ſunt,
ſicut primo libro Machabæorũ habetur.[conſurget rex impudens facie,] putà Antiochus,nullum 1.Mac,6.
habens pudorem laudabilem, quia de nullo vitio verecundabatur. Fuitq́; ex vno illorum quatuor
natus,videlicet ex Seleuco Aſiæ rege.[& intelligens ꝓpoſitiones:] qa aſtutus fuit & ſapiens ad faci-
endum mala per calliditates vulpinas.[& roborabit̃ fortitudo eius] quã habuit in ſe & ſuo exercitu,

 ad-

aduerſùs aduerſarios ſuos quibus præualuit.[ſed non in viribus ſuis,] i. non ex ipſo erit tanta virtus victoriæ,ſed permiſſiõe diuina,quoniam Deus iuſto iudicio permiſit iniquos ſuperari ab ipſo,quẽadmodùm per Iſaiam dñs ait de rege Aſſyriorum: In manu eius indignatio mea. (Iſaiæ 10.) [& ſuprà q̃ credi poteſt,vniuerſa vaſtabit] in terra Iſrael & Aegypto.[& proſperabitur] in malis,[& faciet] quæ cõcepit. [Et robuſtos & populum ſanctorum interficiet ſecundùm voluntatem ſuam.] multos enim iuſtos in Iudæa fecit occidi,vt in libris ſcribitur Machabæorũ. [& dirigetur dolus in manu eius,] i. fraudulenta cordis ſui machinatio optatum habebit effectum, per opera impia finẽ adpiſcens intẽtum,Deo iuſtè id permittẽte.De hoc 1.Machabæorũ habetur,quomodò ſuos doloſè miſerit in Hieruſalẽ ac Iudæam,& per eos occidit q̃ plures,& incredibile apparebat,ꝙ Antiochus,cùm eſſet Romæ obſes,ad tantam perueniret potentiam.[& cor ſuum magnificabit.] nam ſuperbiſſimus fuit,iuxta illud Machabæorum: (2.Mac.5.) Exiſtimauit Antiochus rex præ ſuperbia terram quidem ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum ſe deducturum propter mẽtis elationem.[& in copia oĩm rerum occidet plurimos.] Ad tempus enim fuit prædiues & pecunioſus,largaq́; manu dedit ſuis ſtipẽdia, per quos occidit q̃ plures,vt patet in libro Machabæorum. (2.Mac.3.) [& contra principem principum cõſurget,] i.contra verum Deum oĩm dominatorem,cuius cultùm prohibuit.[& ſine manu conteretur.] i.lœtaliter plagabitur,non quidem ab homine,ſed à Deo,qui propter ſuperbiam Antiochi eum colliſit. Vndè 1.Mach.6.ipſe vexatione edoctus teſtatur:Nũc reminiſcor malorum quæ feci in Hieruſalem. Cognoui ergò quia propterea inuenerunt me mala iſta,& eccè pereo triſtitia magna in terra aliena. (2.Mac.9.) Secundo autem libro Mach.habetur:Deus percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga. Vt enim finiuit hunc ſermonem,ſ.contra Iudęos,quibus minabatᷣ,appræhendit eum dolor dirus viſcerum,& amara internorũ tormenta,ità vt de corpore impij vermes ſcaturirẽt.[Et viſio veſperè & manè quæ dicta eſt,] i.viſio iſta p̃fata,dierum proceſſu protrahenda,temporumq́; ſucceſſu implenda,[vera eſt. Tu ergò viſionem ſigna,] i.nota ſeu ſcribe,vel ſigilla ſeu ſcriptã claude,vt ad poſterorum vtilitatem permaneat.[quia poſt multos dies erit.] i.implebitur.Multi enim anni ante totalem eius impletionẽ fluxerunt. [Et ego Daniel langui & ægrotaui per dies] plurimos, in quo viſionis magnitudo notatᷣ, ex quo contigit,ꝙ præ ſuſpenſione mẽtis ad conſideranda diuina ſecreta, & ex apparitione præfulgida angelorum ſanctorum,ex pauore quoq; & admiratione,& ex dolore,ꝙ populo Iſrael tot mala imminerent,corporalis natura in Daniele totaliter immutata eſt,& concidit vehementer, ac deſtituta eſt viribus,ità ꝙ citò reparari nequit:& ſecundùm Albertum, neceſſè eſt vt corpus relictum ab anima,concidat.Vndè in hoc caſu (ſecundùm eundem) verum eſt quod ad Corinthios ait Apoſtolus: (2. Cor.11.) Cùm infirmor,tunc fortior ſum.In talibus nanq; delectatur homo & concupiſcit, & nihilominùs deficit,iuxta illud in Pſal.83.Cõcupiſcit & deficit anima mea in atria domini. [Cumq́; ſurrexiſſem] ab infirmitate, [faciebam opera regis] mihi cõmiſſa, vt Deo & homini ſatisfacerem, ac debita ſoluerem,implens quod ait in Euangelio Chriſtus: (Mat.22. Lucę 20.) Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei,Deo.[ſtupebam ad viſionem,] i. de his quæ in ea mihi apparuerunt & dicta ſunt, etiam poſteà diù ex memoria admirabar.[& non erat qui interpretaretur.] i.ſingula mihi exponeret determinatè,videlicet quo ad nomina regum,diſtinctionesq́; temporum,vt Hieronymus & Gloſſa hîc dicũt. Vel non erat qui interpretaretur tam publica interpretatione, vt aliæ viſiones expoſitæ ſunt, vt exponit Albertus. Ex quo patet ſecundùm Lyram, ꝙ ſpiritusſanctus non ſemper reuelat prophetis ſenſum plenarium viſionis,ſed ſolùm quantùm expediens eſt pro loco & tempore ac perſonis,propter quos fit reuelatio. Ideò prophetæ non tam clarè ſcripſerunt Chriſti myſteria de futuro, ſicut Euangeliſtæ ſcribentes hiſtoriam de præterito. Aliqui quoq; literam hanc ab illo loco, [Et poſt regnum eorum cùm creuerint iniquitates,conſurget rex impudens facie,] exponunt de Antichriſto, qui ad omne malum impudentiſſimus erit:& quomodò litera poſſit applicari ad hoc,ex dictis facilimum reor.Porrò cùm aliquid ſcribitur de aliquo,non ſolùm vt eſt perſona ſeu res quędam,ſed vt eſt typus alterius,tunc quod ad literam de illa perſona ſeu re ſcribitur, etiam literaliter, immò literaliùs ac principaliùs de illo exponitur, cuius perſona ſeu res illa extat figura: & ità dicunt iſta ad literam de Antiocho ſcripta,inquantùm fuit Antichriſti figura. Poſtremò circa verbum illud quod Daniel ait,Cumq́; ſurrexiſſem, faciebam opera regis:oritur mihi dubitatio quædam,de quo ſcilicet rege id dicat:an ſcilicet de rege Medorum, an de rege Babylonis. Videtur enim quòd de rege Medorum non poſſit intelligi, quia (vt dictum eſt in expoſitione principij) Daniel fuit in Babylone (Dan.6.) vſq; ad interfectionem Balthaſar regis Babylonis,& Babylone deſtructa, Darius rex Medorũ tulit ſecum Danielem in Mediam.Ergò tempore viſionis iſtius iam ſcriptæ,Daniel nondùm fuit officialis Darij regis Medorũ,cùm viſio iſta ſit facta viuente Balthaſar rege, & tertio anno regni eius,vt in principio huius cap.continetur. Videtur quoq; ꝙ de rege Babylonis, ſcilicet Balthaſar, non queat intelligi:quia (vt dictũ eſt) regio Elam in qua Daniel vidit hæc,fuit ſub rege Medorum.Hanc q̃ſtionem non legi ab aliquo motam neq; ſolutam,nec ex verbis eorũ quos legi, certã video ſolutionẽ

eli-

elici poſſe,nec pro p̃ſenti certa occurrit ſolutio:idcircò reſponſionẽ iam differo, q̃a cordis mei cõiecturas pro firma veritate ꝓmere non p̃ſumo.Verã ſolutionem Deᵒ ſcientiarũ dñs reuelare dignetᷣ.

¶ *Enarratio cap.9.In anno primo Darij filij Aſsueri, de ſemine Medorum.* *Articulus* 10.

NVnc viſio ſcribitᷣ, q̃ ſecundùm rem geſtã & ordinem libri iſtius octaua eſt, vt ex Scholaſtica probatᷣ hiſtoria.[In anno primo Darij filij Aſſueri] Secũdùm Hieronymũ & doctores communiter,iſte non fuit Darius ſub quo ædificatũ eſt templũ,vt in Aggæo Zachariaq́; legitur: nec ille quem Alexander Magnus deiecit,q̃a vterq́; illorum fuit poſt iſtũ:ſed iſte eſt, de quo dictum eſt ſuprà,qui regnum Chaldæorũ vicit,ad Medosq́; trãſtulit,fuitq́; filius Aſſueri, nõ illius ſub quo Heſter hiſtoria contigit,ſed eius,qui alio nomine dictus eſt Aſtyages. (Agga.1. Zach.2. Dan.6. Heſt.1.) [dę ſemine Medorũ] Medus eñ fuit hic Darius natione.[qui imperauit ſuper regnũ Chaldæorũ] ſ.Babyloniæ,quod ſibi ſubiecit,& ſuo iunxit imperio.Fuit quoq; primus q̃ de ſemine regũ Medorum Chaldæis imperauit,cùm Balthaſar regẽ Babylonis ſtrauiſſet.[anno vno] i.primo [regni eius,] Iudæi aũt per vnũ intelligere ſolent primũ.[ego Daniel intellexi in libris numerũ annorũ, de quo] numero [factus eſt ſermo dñi ad Ieremiam prophetã,vt complerentᷣ deſolationis Hieruſalẽ ſeptuaginta anni.] i. hoc ſermo diuinus per Ieremiã prædixit,ꝙ Hieruſalem tot annis maneret templo priuata ac deſolata. Scriptũ eſt enim in Ieremia de hac: (Iere.29.) Cùm cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, ſuſcitabo ſuper vos verbum meũ bonũ,& reducam vos ad terrã veſtrã.Sed cùm Ieremias nõ ſcripſerit niſi vnum librũ,cur pluraliter ait,in libris?Et reſpondendũ,ꝙ in ſanctis ſcripturis,etiã epiſtolæ libri vocantᷣ, vt patet 4.Regum 20.vbi legitᷣ rex Babylonis miſiſſe libros ad Ezechiam.Ieremias aũt de tempore iſto etiã in ſua prophetauit epiſtola,quam miſit Iudæis in Babylonẽ.Si aũt Daniel conſcius cæleſtiũ ſecretorũ, legit ſcripta Ieremiæ, (Baruc.6.) quãto magìs debemus nos puſilli ſacræ ſcripturæ libris ſtudere,tantiq́; vatis exemplo,deſiderio intelligendi ſcripturas accendi? Vndè inducit Eccleſiaſticus: (Eccl 39.) Sapiẽtiam oĩm antiquorũ exquiret ſapiens,& in ꝓphetis vacabit.[Et poſui faciẽ meã ad dñm Deum meũ,] i. mẽtis adſpectum & intellectũ ad Deũ erexi attentè orando,ſed & faciẽ corporalẽ verſùs locũ tẽpli Hieruſalẽ verti,vt dictũ eſt ſuprà.Deniq; Deũ oĩm vocat deum ſuũ,propter ſingularem cultum,dilectionẽ,fiduciamq́;, (Dan.5.) quas habebat in Deo,& ob p̃cipua beneficia ſibi à Deo conceſſa.[rogare] mentaliter cũ feruore,[& deprecari] vocaliter cum vigore,[in ieiunio & ſacco & cinere] i.corpus meũ ieiunijs affligendo,ſacco ſeu cilicio operiendo ac induendo & cinere adſpergendo:vt non ſolùm verbis, ſed & factis orarẽ,interiori quoq; affectui exterior correſponderet effectus:& quia humilitate maximè iuuatᷣ oratio,iuxta illud Eccl 35.Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit. Vſus aũt ſacci & adſperſio cineris,ſigna ſunt humilitatis & arma pœnitentis,immò & incitamenta humiliandi ſeipſum:ideò in ſacco & cinere exorauit.Quantùm verò ieiunium valeat,conſtat ex eo quod Chriſtus in Euangelio nequiſſimũ genus dæmonũ aſſerit non poſſe expelli,niſi in oratione atq; ieiunio. (Mar.9.) Hinc quoq; apud Tob.12.angelus Raphael proteſtatᷣ:Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna. Præterea ità Daniel ſe afflixit,humiliauit & effudit propter populi peccata magìs q̃ ſua.Sed cur Daniel ſciens tempus liberationis diuinitùs promiſſum iam imminere, & quaſi in proximo adeſſe, orauit pro liberatione hac populi ſui?Ad quod reſpondet Hieronymus,ꝙ ſic orauit, nè ſecuritas negligentiam, & negligentia pareret Dei offenſam.Orat ergò, vt quod Deus per ſuam promiſit clementiam, per eius impleat preces.Deniq; in Geneſi legimus centum viginti annos pœnitentię conſtitutos ante diluuiũ, & quia tanto tempore,i. centum annis noluerunt agere pœnitentiam, nequaq̃ expectauit vt viginti alij anni complerentur,ſed intulit antè,quod poſteà fuerat cõminatus inferre.Orauit etiam Daniel, vt per orationem ſuam Deus gratiam ſuam multiplicaret in populo,& rurſus, quia ſciebat ꝙ Deus frequenter ſic aliqua ſpondet ac aſſerit ſe daturum ac facturum,vt nihilominùs velit pro hoc rogari.Sic & Chriſtus,inſtante paſſione,pro corporis ſui glorificatione,& nominis ſui clarificatione per mundum,orauit: (Ioan.17.) Pater,clarifica filium tuũ.[& oraui ad dñm Deum meũ.] Oratio enim,ſecundùm Damaſcenum,eſt petitio decentium à Deo.[& confeſſus ſum] confeſſione laudis diuinæ, & cõfeſſione propriæ (vel potiùs populi Iſrael) culpæ.Iuſtus aũt in principio accuſator eſt ſuĩ,vt ait ſcriptura. (Pro.18.) [Et dixi:Obſecro] i. per ſacrum quid rogo, ſ. propter tuam bonitatem, charitatem, clementiam. [Dñe Deus magne,] cuius magnitudinis (i.perfectionis & glorię) non eſt finis.[& terribilis] in peccatores ingratos,qui pro vno tẽporali ac breui peccato pœnam infligis æternam, cuius incompræhenſibilia ſunt iudicia, (Rom.11. Pſal.65.) qui terribilis es in cõſilijs ſuper filios hominum, in cuius manus incidere eſt horrendum.[cuſtodiens pactum] quod cum patribus noſtris pepegiſti,ſ.fœdus miſerendi pœnitẽtibus ac dandi promiſſum.[& miſericordiam] i.pietatis tuæ gratioſos effectus. [diligẽtibus te] ſicut ait Pſalmiſta:Cuſtodit dominus omnes diligentes ſe. (Pſal.144.) Etenim amatores ſuos Deus amabiliſſimè inſpicit,exaudit,ac gratijs implet, iuxta illud Eccl 34. Oculi domini in diligentes ſe, & cuſtodientes mandata ſua.Tantùm enim Deum diligimus,quantùm eius iuſſionibus obedimus.Signũ nanq; dilectionis,eſt exhibitio operis.Et Saluator Ioan.14.Si quis,inquit, diligit me, ſermonem meũ ſeruabit,

1.Ioan.1. bit.Ideò in prima ſua epiſtola ait Ioannes: Non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate.
Nullus ergò fallat ſeipſum,de Dei dilectione ſibi inaniter blandiẽdo. Amicorum eſt eadem velle &
nolle.[peccauimus] in nos,[iniquitatem fecimus] in proximos, [impiè egimus] contra Deum. Vel
peccauimus per venialia,iniquitatem fecimus per mortalia,impiè egimus per conſuetudinem viti-
oſam & obdurationem in vitijs.[& receſſimus] per mentis auerſionem.[& declinauimus] per ope-
rum obliquitatem,[à mandatis tuis] moralibus,[ac iudicijs,] i.mandatis iudicialibus,per quæ inter
proximos ſeruabatur ordo iuſtitiæ,ſicut per mandata cæremonialia ſeruabatur modus & ordo iu-
ſtitię in cultu diuino,prout Thomas in prima Secundæ oſtendit.[Non obediuimus ſeruis tuis pro-
phetis,] Iſta loquitur Daniel non in ſua, ſed in populi ſui perſona, ſicut de tribus pueris dictum eſt
pleniùs in expoſitione cap.3.[qui locuti ſunt in nomine tuo regibus noſtris omniq; populo terræ]
Iere.7. Iudææ. Vndè per Ieremiam Dñs ait frequenter:Miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas,& nõ au-
diſtis me.[Tibi Dñe iuſtitia] competit,ineſt,& aſcribatur,quoniam iuſtè egiſti,nos puniendo.[no-
bis autem confuſio faciei] interioris in conſcientia ex remorſu eius contra peccata,quibus ſubiecta
eſt.Confuſio quoq; faciei exterioris,quia ab inimicis noſtris confundimur,& coram te verecunda-
1.Eſd.9. ri habemus ob ſcelera noſtra,ſicut loquitur Eſdras:Deus meus,cõfundor & erubeſco leuare faciem
meam,quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt, & peccata noſtra creuerunt vſq; ad cælũ.Sic
2.Par.36. & 2.Paralip.libro dicit Manaſſes:Non ſum dignus videre altitudinem cæli præ multitudine iniqui-
Baruc.1. tatum mearum. Hinc & Baruch ait: Tibi Deo noſtro iuſtitia, nobis autem confuſio faciei noſtræ,
ſicut eſt dies hæc.Diſcamus ergò & nos vitia noſtra nõ excuſare,ſed humilimè recognoſcere ac fa-
teri,grauiter accuſare,& debitè caſtigare,Deumq; in omnibus collaudare.[ſicut eſt hodiè viro Iu-
da] i.natis de tribu Iudæ ſeu exiſtentibus de regno eius.[& habitatoribus Hieruſalem & omni Iſra-
el.] i.qui ibì aliquandò habitauerunt.huius enim orationis tempore fuit Hieruſalem diſſipata. Vn-
dè ſubiungitur:[his qui propè ſunt,& his qui procùl in vniuerſis terris, ad quas eieciſti eos.] Quidã
enim in locis propinquis Danieli ſeu Iudææ,quidam in locis remotis diſperſi fuerunt.[Tibi Domi-
ne miſericordia] competit ex natura,[& propiciatio] in effectu, quia & citra condignum punis, &
omni veraciter pœnitenti ignoſcis.Poſtquàm Deo aſcripſit iuſtitiam tanq̃ iudici ſummo,nũc ei aſ-
ſcribit clementiam,vt tanq̃ patrem ad parcendum inclinet.Porrò, oratio qua Deum feruenter lau-
damus,& noſipſos toto corde humiliter accuſamus,efficaciſſima eſt ad impetrãdum quod petit, di-
Pſal.17. cente Pſalmiſta:Laudans inuocabo Dñm, & ab inimicis meis ſaluus ero. Sicq; Daniel nunc preca-
tur,& eundem ſenſum frequenter reſumit,vt moris eſt loquentibus ex affectu. Talis nanq; oratio
huiuſcemodi repetitione affectum renouat & accendit. [non audiuimus] interiori auditu [vocem
Dei,vt ambularemus in lege eius,quam poſuit nobis per ſeruos ſuos prophetas.] Lex ꝑ Moſen data
eſt originaliter,ſed per prophetas poſita fertur, tanq̃ per hortatores proponentes ſua prædicatione
eam in audientium cordibus hoĩm.Prophetę quoq; nonnulli in libris ſuis ſcripſerunt multa eorum
quæ in libris Moſis ſcripta ſunt.[& ſtillauit] i. inſtàr ſtillicidiorum paulatìm, non in toto ſimul, ve-
nit [ſuper nos maledictio,] i. pœnarum inflictio, & gratiæ ſpoliatio, [& deteſtatio] qua Deus nos
Deu.28. abominatus eſt,[quæ ſcripta eſt in libro] legis [Moſis] i. in Deuteronomio, vbì p̄nunciantur mala
tranſgreſſoribus legis parata,& tranſgredientes legem,maledicuntur:cuſtodienteſq; eam, benedi-
cuntur.Quomodò autem Deus paulatìm puniuit duas tribus cum dimidia ac decem,vt conuerterẽ-
4.Reg.17. 2.Par.36. tur,& tandèm impœnitentes ac obſtinatos prorſus euulſerit, patet in libris Regum & Paralipome-
non.Dicit quoq;,ſtillauit:ad innuendum,ꝙ omnis pœna vitæ præſentis, ad futurã pœnam eſt,ſicut
ſtilla ad mare.[& ſtatuit] i.opere impleuit ac poſuit,[ſuper nos ſermones ſuos] cõminatorios,[quos
locutus eſt ſuper nos,] pœnas noſtras prænunciando per vates, [malum magnum, quale nunq̃ fuit
ſub omni cælo,ſecundùm quod factum eſt in Hieruſalem.] Aliqui putant tantam fuiſſe calamitatẽ
& tribulatiõem Iudæorum in Hieruſalem tempore Sedechiæ, ꝙ nunquàm fuerat antè ſimilis ſuper
4.Reg.25. terram.Aliqui verò putant verbũ iſtud per hyperbolen dictum, ad inſinuandũ incredibilẽ magni-
tudinẽ mali illius.Alij putant iſtud verificari propter templi combuſtionẽ, ità ꝙ ſecũdùm eos antè
Iere.23. non accidit tale malũ.Hinc Thre.3.ait Hieruſalẽ ſeu populus Iudæ: Attendite & videte, ſi eſt dolor
Ezech.20. ſicut dolor meus.Ieremias quoq; atq; Ezechiel idem dicunt,quod nunc Daniel ſcribit,ſ.ꝙ tale ma-
lum nunq̃ acciderit.[& non rogauimus faciem tuam,] i.pietatis tuæ adſpectum.Iſtud dicitur in per-
ſona induratorũ.[vt reuerteremur ab iniquitatibus noſtris,& cogitaremus] i. diligenter attendere-
mus [veritatem & iuſtitiam tuam] ſeu legem & veram tuam doctrinam.[& vigilauit] i.diligenter in-
tentus fuit [Dñs ſuper malitiam] vitiorum noſtrorũ,illa penſando ad vlciſcendum, [& adduxit eam
Ezech.36. ſuper nos.] i.nobis eam imputauit,& nos ꝓpter eam puniuit, ſicut vbertìm ait per Ezechielẽ: Vias
Iere.1. veſtras ponã in caput veſtrum.Et in Ieremia: Vigilabo ſuper verbo meo,vt faciam illud. Vel, vigila-
uit Dñs ſuper malitiam pœnæ,de qua dicitur Ionę 3. Miſertus eſt Dñs ſuper malitiam, quam locutus
eſt vt faceret eis,& non fecit,& adduxit eam ſuper nos,quẽadmodùm Thre.1.Hieruſalem ait: Vigi-
lauit

lauit iugum iniquitatum mearum in manu eius,cõuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo, videlicet per
inflictionem pœnarum. [Iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus quę fecit.] Ità & nos,quantum-
cunq; à Deo caſtigemur,patientes ſimus,gratiaſq; agamus,& Deum ſemper laudemus, confitentes
ꝙ multo grauiora meruimus,& ꝙ infinitæ pietatis ſit eius,quòd in præſenti nos punit,nè æternali-
ter pereamus.Inſupèr poſt confeſſionem humilimam, ponit deuotiſſimam precem. Qui enim pec-
cata ſua humiliter confitetur, veniam orando meretur. [& nũc Domine Deus noſter, qui eduxiſti
populum tuum de terra Aegypti in manu forti] i.omnipotenti tua virtute, & per opera miraculoſa, Exod.14.
vt patet in Exodo, vbì & Dominus ait: Non dimittet populũ niſi in manu forti. Conſuetudo autem Exod.5.
fuit Iudæis,in orationibus ſuis commemorare beneficia patribus præſtita, præſertim liberationem
ex Aegypto, vt ex hoc fiduciã ſibi in Deo augerent, & Deum ad exaudiendum inducerent: quia q
de acceptis beneficijs gratus eſt, maioribus dignum ſe exhibet. Et ſicut beneficij dati obliuio, eſt
ingratitudinis pars maxima, ſecundùm Senecam: ſic eiuſdẽ cognitio,eſt gratitudinis pars præclara. Exo.7.8.
[& feciſti tibi nomen ſecundùm diem hanc,] i.per mirabilia illa in Aegypto peracta, & circa patres 9.10.11.
in mari rubro ac eremo,deindè in terra promiſſionis,feciſti tibi nomen glorioſum & famam præci- & 12.
puam,quia per illa hominibus innotuiſti, & tuam potentiam oſtendiſti. Hinc Iſaias dicit Deo: Sic Ioſue 13.
eduxiſti populum tuum,vt faceres tibi nomen gloriæ. Et Exod.9. Deus loquitur Pharaoni:Idcir- & 18.
cò poſui te,vt oſtenderem in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. [pec- Iſaiæ 64.
cauimus] peccatis omiſſionis, [iniquitatem fecimus in omnem iuſtitiam tuam,] i. contra iuſtitiam
tuam perfectam,vel contra iuſtitiam legis naturalis & diuinæ ſeu ſcriptæ,& contra iuſtitiam præce-
ptorum triplicium,ſcilicet moralium,iudicialium, cæremonialium, quemadmodùm Iſaiæ 24. cap.
habetur: Tranſgreſſi ſunt leges,mutauerunt ius,diſſipauerunt fœdus ſempiternum.[Auertatur,ob-
ſecro,ira tua & furor tuus à ciuitate tua Hieruſalẽ,& à monte ſancto tuo.] Ira Dei & furor eius, non
ſunt paſſiones aut turbationes eius, qui cum inuariabili tranquillitate iudicat cuncta:ſed per ſimi-
litudinem,ira Dei dicitur iuſta punitio minùs aſpera;furor autem,punitio valdè dura, ità quòd De-
us per modum irati & furentis ſe habet in vindicando. Vndè tradendo vrbem ſuam electam Hieru- Sap.12.
ſalem in manus hoſtiles,quaſi iratus apparuit:ſed templum ſuum illis tradendo,per modum furen-
tis ſe habuit.Orat itaq; Daniel has punitiones ceſſare,vrbemq; & templum reædificari. Vel per mõ-
tem intelligit regnum & ſacerdotium,quia in monte Sion erat regis palatium & templum. Petit er- 2.Reg.5.
gò regno ac ſacerdotio miſereri. [Propter peccata enim noſtra & iniquitates patrum noſtrorum,]
quas imitati ſumus,[Hieruſalem & populus tuus in opprobrio ſunt omĩibus per circuitum noſtrũ.]
Filij ſæpè propter peccata parentum ad corporales pœnas affligi dicuntur, quia ſecundùm corpus
ſunt aliquid parentum,& deſcenderunt ab eis.De hoc ſuper Ieremiam,& alibì pleniùs dixi.[exaudi
orationem ſerui tui] mentalem,[& preces eius] vocales,quia ex vno affectu multa verba formãtur.
[Et oſtende faciem tuam] i. pietatis tuæ reſpectum & opem [ſuper ſanctuarium tuum quod deſer-
tum eſt] i.templum à Chaldæis combuſtum,vt reparetur.[propter temetipſum] i. ob tuam bonita-
tem,liberalitatem,dilectionem, miſericordiamq; immenſam,& propter tuijpſius gloriam ac hono-
rem.[Deus meus,inclina aurem tuam,& audi:aperi oculos tuos,& vide deſolationem noſtram.] Lo-
quitur de Deo immateriali & ſimplici,quaſi de homine,qui quandò oratur, applicat aurem, & ape-
rit oculos.In Deo autem aures & oculi ſpiritualiter ſunt,& idem conſiſtunt, videlicet ſcientia eius,
qua omnia intra ſe cernit ac noſcit. Sicq; aurem metaphoricè loquendo inclinat, & oculos aperit,
quandò per effectum miſericordiæ ſuæ oſtendit ſe noſcere vota & preces ac indigẽtias noſtras.Lo-
quitur aũt Daniel blandè & affectuoſè ac deuotiſſimè valdè,eiuſq; modum orandi diſcere ac ſectari
debemus,noſipſos in omnibus humiliando,ardenter optando,fiducialiter vicibus repetitis precan-
do,ac Dei in omnibus gloriam finaliter intendendo.[& ciuitatem ſuper quam inuocatum eſt nomẽ
tuum,] i.Hieruſalem propicius reſpice vt inſtauretur, quam ad tuum cultum ſpecialiter elegiſti, &
pro cuius conſeruatione ſerui tui te ſingulariter inuocauerunt. Neq; enim in iuſtificationibus no-
ſtris] i. non confidẽdo in proprijs meritis,[proſternimus] i.humiliter ſeu proſtrati offerimus,[pre-
ces noſtras ante faciem tuam,] i.tuæ pietatis adſpectui,ſeu præſentiæ tuæ omnia intuenti. Porrò iu-
ſtificationes dicuntur obſeruatiões præceptorum,de quibus in Pſalmo totiès dicitur: Doce me iu- Pſal.118.
ſtificationes tuas.his enĩ formaliter iuſtificamur.Nam & p̄cepta ſunt de actibus iuſtitiæ. [ſed in mi-
ſerationibus tuis multis.] i.fiducialiter innitendo miſericordiæ tuæ immẽſæ. Miſeratio aũt Dei,(ſe-
cundùm quod dicit actum miſerentis,ignoſcentis vel ſubuenientis) in Deo eſt vna ac ſimplex, ſed
pluraliter deſignatur,ob varios eius effectus & modos,quibus Deus ſuis auxiliatur clementer. Hãc
ſanctiſſimi Danielis formam & humilitatem ſectemur orando,& propriam vilitatem,defectuoſitatẽ
ac prauitatem,atq; in omne malum infeliciſſimã procliuitatem ſapienter,profundè, iugiterq; pen-
ſando.Nã & hoc affectu loquit̃ pius rex Ioſaphat 2.Par.20.Cũ ignoremus qd agere debeamꝰ,hoc ſo-
lũ habemꝰ reſidui,vt oculos noſtros dirigamꝰ ad te.Deniq; etſi interdũ iuſtus in ſuis cõfidẽs ſit me-
ritis,

4. Reg. 20. ritis,& oret cum Ezechia, Meméto dñe quomodò ambulauerim coram te in veritate & corde per-
fecto:non tamen hoc agat ſiſtendo in eis,vel quaſi ex ſeipſo habeat ea, ſed merita ſua conſideret,
eſſeq́; fateatur Dei dona,& ſic totum refundat in Deum,& ſperet humiliter,quòd qui gratioſè ac piè
largitus eſt merita iſta,etiam alia bona pro quibus petitur,largietur,per vnum donum dans aliud ei
Iſaiæ 50. qui gratus eſt,non errat,nec præſumptuoſus eſt.Hinc & in Iſaia ſcriptum eſt:Quis ambulat in tene-
bris,& non eſt lumen ei?Speret in nomine Domini,& innitatur ſuper Deum ſuum. [Exaudi Domi-
ne,placare Domine,] i.debitas pœnas dimittendo, & ea quibus te offendimus remittendo, [attéde]
per effectûs exhibitionem,[& fac.] Eccè quàm affectuoſiſſimè deprecatur, & quotiès eundem ſen-
ſum alijs verbis reſumit,vt ardore amoris quaſi Deo præualeat,quem nouerat ſola charitate potiſſi-
Exod. 32. Deu. 9. mè ſuperari,ſecundùm quod dixit ad Moſen:Dimitte me,vt iraſcatur furor meus contra eos.[Nè mo-
reris propter temetipſum Deus meus,] i.ob tuam bonitatem,& propter tuiipſius gloriam, ac hono-
rem feſtina implere quod precor.Beatus,qui ex ſyncera conſcientię bonæ fidutia,feruidoq́; ad De-
um amore,Deum omnium,ſuum poteſt Deum tam ſpecialiter nominare.[quia nomen tuum inuo-
catum eſt] i.tuipſe exoratus es à me,alijsq́; tuis electis. [ſuper ciuitatem Hieruſalem,] vt reædifice-
tur,[& ſuper populum tuum] Iſrael, vt ad propria reducatur. [Cumq́ue adhuc loquerer] verba iam
ſcripta Deo,[& orarem,& confiterer peccata mea,& peccata populi mei Iſrael.] Quo homo viator
perfectior fuerit,eo peccata ſua etiam venialia ampliùs penſat,exaggerat,accuſat,dolet & punit.Da-
niel autem ſine venialibus non vixit peccatis,ideò primo ſeipſum coram Deo humiliat & accuſat.
Aliqui tamen dicunt, quòd dicendo, Confiterer peccata mea, inſinuat peccata populi ſui: quæ di-
cit ſua,quia cum alijs pœnam pro eis luit,ſcilicet captiuitatem:ſed quia ſubiungit, & peccata populi
mei Iſrael,videtur de proprijs quoquè culpis confeſſus. [& proſternerem preces meas in conſpectu
Dei mei,] eas Deo humiliter cum proſtratione corporis offerendo, [pro monte ſancto Dei mei.]
id eſt,pro monte Sion, vt ſcilicet in eo templum rurſus conſtrueretur. [adhuc loquéte me in orati-
one mea,] in quo efficacia orationis iuſtorum innuitur, præſertim quandò ex ardentiſſimo orant
affectu,quòd antequàm finiant verba,Deus preces eorum exaudit, quemadmodùm ait per Iſaiam:
Iſaiæ 58. Adhuc illis loquentibus,dicam:Eccè adſum.[Eccè vir Gabriel] qui in ſpecie viri apparuit,& ratio-
ne virtutis,non ſexûs,vir appellatur. Vndè,vt refert Albertus, ſcriptũ eſt in libro qui dicitur * Phæ-
don:Socrates moriens dixit amicis:Ibimus ad deos,ad illos optimos viros.[quem videram in viſio-
ne] imaginaria [à principio,] ſcilicet viſionis præteritæ præcedenti capitulo ſcriptæ. [citò volans.]
i.celerrimè me accedens:ſicq́; volatus angeli agilitatem virtutis, promptitudinemq́; exequẽdi diui-
na præcepta deſignat.Et fortè vidit eum de cælo deſcendere.Hæc autem viſio in vigilia fuit, atq; ad
oculum exteriorem.Hinc Iſaiæ 6.cap.habetur: Volauit ad me vnus de Seraphim. [tetigit me] tactu
virtutis ac luminis influentia,vel etiam corporali attactu per corpus ab ipſo aſſumptum,in quo mihi
ſenſibiliter adſtitit,loquebatur ac videbatur, quemadmodùm Actuum 12.legitur angelus adſtitiſſe
Petro apoſtolo,percuſſoq́; latere eius,excitâſſe eundem. Tetigit autem prophetam, qui penè totus
ab exterioribus abſtractus iacuerat,& præ feruore deſideriorum ſanctorum, corpore debilitabatur
ac affligebatur,vt eum confortaret,conſolaretur, & ad angelicam præſentiã attẽdendam familiari-
ter admoneret.[in tempore ſacrificij veſpertini:] quia ſecundùm Hieronymum, Danielis oratio à
ſacrificio matutino,vſque ad ſacrificium veſpertinum durauit. Ideò Dei in ſe flexit clementiam,
non propter multitudinem verborum,ſed ob continuationem affectuum.Sic & legitur, quòd ipſe
Ioſuę 7. Ioſue cecidit pronus in terram coram Domino vſque ad veſperam, & tunc angelus ei apparuit. Sic
Iaco. 5. enim ſcripſit Iacobus:Multùm valet oratio iuſti aſſidua.[& docuit me] de his,pro quibus oraui,in-
tùs illuminando.[& loquutus eſt mihi] viuæ vocis oraculo. [dixitque: Daniel, nunc egreſſus ſum]
de loco,in quo,antequàm huc venirem,fui,ſeu de regni cæleſtis palatio, vel ab inuiſibilitate ad hãc
viſibilem apparitionem,vel à contemplationis ſecreto ad publicum iſtud mutuæ collocutionis.Di-
cuntur autem angeli egredi à facie Dei, quandò deſtinantur ad viatores, non quòd à Dei contem-
platione deſcendant, aut elongentur à DEO, ſed quia ad eos qui peregrinantur, & à beatifica
longè ſunt viſione,deſcendunt. [vt docerem te] quæ diſcere concupiſti de pertinentibus ad libe-
rationem populi tui. [& intelligeres] ea per intelligentiam claram, de quibus nunc fluctuas ac va-
riè opinaris. [ab exordio precum tuarum] iſtarum [egreſſus eſt ſermo.] id eſt, ſtatìm ex quo pro
hac re DEVM rogare cœpiſti, ab ipſo Deo proceſſit & mihi reuelatus eſt ſermo,ſeu ſententia de
tua exauditione, inſtructione, populique reductione,& plena eius fienda per Chriſtum liberatio-
ne.An autem angelus Gabriel acceperit illuminationem iſtam immediatè à Deo, vel mediatè per
angelum aliquem ſuperiorem, in textu non explicatur, & de hoc aliqui diuerſimodè opinantur.
[Ego autem veni vt indicarem tibi:] quanuìs DEVS per ſeipſum omnia poſſit agere, implere, ac
gubernare, vt tamen bonitatem ſuam copioſiùs creaturis communicet, & ordinem in cunctis
obſeruet, voluit Eccleſiaſticam hierarchiam per angelicam edocere. [quia vir deſideriorum es,]
i.ex-

i.excellenter affectuoſus ac feruens ad cognoſcendum diuina, ad præſciendum futura Chriſti my-
ſteria,ad Dei promouendum honorem,ad proximorum ſalutem,ad templi & terræ ſanctæ recupe-
ratiõem,& ardor ac copia deſideriorum iſtorum ex ſereniſſima ac fortiſſima Dei atq; proximi cha-
ritate procedit.Aliqui autem ſunt naturaliter valdè affectuoſi,ſicut & ingenioſi. Et ſicut tales ſunt
peſſimi & fiunt prauiſſimi,quandò iuſtè à Deo relicti,afficiuntur ad delicias carnales,ad diuitias tẽ-
porales,honores humanos,tunc enim intentiſſimè afficiuntur ad talia:ſic optimi effici ſolent, quã-
dò miſericorditer charitate ac gratia decorati,ad Deum atq; diuina afficiuntur:tunc enim vehemẽ-
ter ad ea afficiuntur ſeu inflammãtur,zeloq́; charitatis ac æquitatis,& diuini honoris,proximorũq́;
ſalutis deſiderio maximè ſuccenduntur. Vel, vir deſideriorum es tu, i. Deo ac angelis dilectus atq;
amabilis.[Tu ergò animaduerte ſermonem,] quem tibi dico & dicam, [& intellige viſiõem:] quid
ſcilicet viſio qua tibi appareo,prætendat,quid ſignet, quò ordinetur. Et ſubdit de ſumma temporis
vſq; ad conſolationem perfectam per Chriſtum,& primum eius aduẽtum ac paſſionem, infra quam
etiam aſſerit eſſe futurum id quod Daniel poſtulauit, videlicet reædificationem ciuitatis ac templi,
reductionemq́; populi.Itaq; ſubſtantia viſionis ſubiungitur:[Septuaginta hebdomades abbreuiatę
ſunt ſuper populum tuum,& ſuper vrbem ſanctam tuam,vt conſummetur pręuaricatio,& finem ac-
cipiat peccatum,& deleatur iniquitas,& adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophe-
tia, & vngatur ſanctus ſanctorum.] Horum verborum expoſitioni tanto diligentiùs inſiſtendum,
quo difficiliora,altiora,ſententioſioraq́; ſunt,& ad conuincendam Iudæorũ perfidiam fortiora. De
horum autem expoſitione verborum,doctores Eccleſiaſtici ante Hieronymum & interìm diuerſi-
modè conſcripſerunt.Hieronymus autem circa expoſitiõem huius difficilimi paſſûs,nihil aut quaſi
nihil de proprio ſcribit aut aſſerit,ſed eorum,qui ipſum pceſſerunt,recitat poſitiones.Primò Aphri-
cani,ſecundò Euſebij Cęſarienſis,tertiò Apollinaris Laodiceni,quartò Clementis viri excellentiſ-
ſimi atq; presbyteri Eccleſiæ Alexandrinæ,quintò Origenis in quinto Stromatum libro,ſextò Ter-
tulliani,ſeptimò Hebræorum,ſcilicet Iudæorum conuerſorum ad fidem. Hæc beatus Hieronymus
prolixè proſequitur,& verba eius in propria forma decreuerã ſcribere:ſed quia in eis prolixitas ma-
gna eſt,& quaſdam poſitionum iſtarum ipſemet breuiter tollit, poſitionum quoq; probabiliorum
in Scholaſtica hiſtoria multùm compendioſè continetur ſententia,ex verbis Hieronymi ſumpta ac
breuiata:idcircò quò tædium prolixitasq́; vitentur,ad Scholaſticam me conuerto hiſtoriam: aliqua
tamen ſunt præmittenda, in quibus omnes concordant expoſitores præcipui, tam catholici quàm
Hebræi,quòd ſcilicet in ſcripturis veteris teſtamenti,ad quas pertinet liber iſte,hebdomada dupli-
citer ſumitur.Primò,pro hebdomada dierum,quæ continet ſeptem dies,vt cùm in Leuitico iuben-
tur numerari ſeptem hebdomadæ,quæ faciunt dies quadragintanouem, & die quinquageſimo fe- Leuit. 23.
ſtum pentecoſtes præcipitur celebrari. Et ità nullus expoſitorum hîc ſumit hebdomadas. Sic enim
quæ hîc prædicuntur futura, fuiſſent infra annum cum medio adimpleta. Secundò accipitur pro
hebdomada annorum, ità quòd vna hebdomada eſt tempus ſeptem annorum, vt dum in Leuitico Ibidèm
dicuntur numerandę ſeptem hebdomades annorum,quę faciunt annos quadragintanouem,& an-
nus proximè ſequens,ſcilicet quinquageſimus, appellatur iubileus, vtpotè remiſſionis. Et ità om̃es
expoſitores hîc ſumunt. Veruntamen Lyra dicit,quòd quidam acceperint hoc loco hebdomadam
ſeu ſeptenam pro hebdomada iubileorum,quarum quęlibet continet annos quinquaginta, Alij pro
hebdomada centenariorum,quorum quælibet continet centum annos. De his opinionibus alibì
nihil legi,nec aliqui authentici dicunt ſic, ſed fortè quidam ac vani ſcioli, contentione & diſcepta-
tione verborum ac nouitate gaudentes.Lyra quoq; ſatìs reprobat eas,& facilimè reprobantur,quia
ſecundùm eas nondùm eſſet Hieruſalem & templum ædificata,poſt reditum à Babylone,nec ſacri-
ficium eſſet oblatum,nec hoſtiæ defeciſſent legales,eô quòd tempus hebdomadarum talium non-
dùm completum ſit.Nec ſacra ſcriptura alicubì alibì ſic ſumit hebdomadas. Præterea intuendum,
quòd duplex ponitur annus, putà ſolaris & lunaris, qui anno ſolari breuior eſt vndecim diebus.
Quia ergò in litera hebdomades iſtæ abbreuiatæ vocantur, Aphricanus & Beda, Scholaſtica quo-
què hiſtoria & Albertus Magnus ac Gloſſa, & communiter Doctores Eccleſiæ Bedam ſequentes,
hoc loco per hebdomadas annorum intelligunt annos lunares, ità quòd hebdomades ſeptuagin-
ta faciunt annos quadringentos nonaginta lunares, qui faciunt annos ſolares quadringentos ſe-
ptuagintaquinque. Sed contra hæc arguit quidam, quoniam Aphricanus & Beda moti ſunt ex
hoc, quia (vt dicunt) Hebræi computant per annos lunares. Item,quia in textu iſti anni dicun-
tur abbreuiati, & vltrà aſſumit, quòd ſalua reuerentia Bedę, vtrunque dictum eius falſum videtur.
Nam Hebræi,vt dicit & probat,computant per annos ſolares:& in Hebræo non habetur, abbreui-
atæ, prout ſonat in diminutionem: ſed ibì habetur, vt aſſerit, * præſciſæ, prout notat temporis de-
terminationem,nec maius,nec minus.Ipſe ergò exponit de annis ſolaribus. Sed nequaquàm reor

VVV Aphri-

Aphricanum,quem Hieronymus vocat doctiſſimum, & venerabilem Bedam ſine rationabili cauſa
aſſeruiſſe,quòd Hebræi computent per annos lunares: & ſi Hieronymus hoc falſum putâſſet, non
arbitror quòd recitando ſententiam Aphricani,indè conticuiſſet.Nec dubium reor,quin Aphrica-
nus & Beda,ſicut Hieronymus,de hac re cum Hebræis contulerint,& ab eis quæ dixerunt, didice-
rint. Albertus quoq; non mediocriter diligens fuit ſcire facta ac dogmata Iudæorum,tam theologi-
ca q̄ philoſophica,ſicut legentibus ſcripta eius certiſſimè cõſtat.Porrò, quòd Iudæi à luna compu-
tent tempora,probatur per illud quod Eccĩ 43.capite legitur:Luna oſtẽſio temporis, & ſignũ æui:
menſis, ſecundùm nomen eſt eius.Puto ergò verum quod Beda ait,Hebræos computare per annos
lunares,eo ſenſu quo Beda id dicit, quanuis non eo modo fortaſsis, quo prædictus reprobat eum.
Non enim Beda affirmat,ꝙ regulariter in omnibus per iſtos computent annos. ¶Deniq; Alber-
tus apertè hîc ait,ꝙ hoc loco non ſint computandi anni ſolares,vt aliqui putant,ſed lunares quibus
Hebræi vtuntur.Præterea,ſicut aliquandò vtuntur hebdomada dierum,aliquandò hebdomada an-
norum:ſic fortè interdùm vtuntur annis ſolaribus,interdùm lunaribus.Et forſitan Beda dicere vo-
luit,ꝙ expoſitores ſeu conuerſi Hebræi, hoc loco computent per annos lunares. ¶Poſtremò,
quidam etiam tempore iſto legis euangelicæ,vtuntur annis lunaribus in quibuſdam negocijs.Inſu-
pèr ꝙ præfatus dicit ſecundum dictum Bedæ & Aphricani falſum,non videtur conſultè aut cõgruè
dictum:quia (vt dicit) in Hebræo non habetur,abbreuiatæ,vt notat diminutionem,ſed præſciſæ, vt
dicit determinationem ſeu certam taxationem.Primò, quia ſæpiſſimè in expoſitionibus propheta-
rum inueni,ꝙ iſte dixit in Hebræo aliter haberi,quàm in tranſlatione Hieronymi: & tamen expo-
ſitionem Hieronymi diligenter conſiderans, inueni ꝙ ſecundùm Hieronymum dictio Hebraica
ſit æquiuoca, & vtrunq;, interdumq́; plura, ſignificans, ità in præſenti contingere poſſet. Secundò,
nam dato,ꝙ in Hebræo haberetur,*præſciſę,tamen non oportet hoc interpretari,vt dicit determi-
nationem,immò hoc ad vtrunq; poteſt referri.quod enim abbreuiatur,dici poteſt *præſciſſum cõ-
paratione longioris.Tertiò,quia vt dicit iſte præfatus,ſecũdùm Rabbi Salomonem, in Hebręo ha-
betur,ſciſſæ:& nonnè ſciſſio magìs vel tantundèm ad diminutionem,ſicut ad determinationem,eſt
pertinens?Nam & ſecundo Regum cap.10.ſcribitur rex filiorum Ammon p̃ſcidiſſe veſtimenta ſer-
uorum Dauid.ſicq́; veſtes illorum erant præſciſſæ,i.abbreuiatæ,nõ taxatæ ad numerum.Poſtremò,
prędfatus,vt ipſemet recitat hunc locum,quandò primò hunc paſſum expoſuit,incepit computatio-
nem iſtarum hebdomadarum annorum ſolarium à viceſimo anno Artaxerxis regis,qui miſit Nehe-
1.Eſd.1. & 2. miam ad inſtaurationem ciuitatis ac murorum Hieruſalem. Finitq́; eas in anno quarto poſt Chriſti
Heſt.8. paſſionem. Poſteà autem expoſitio iſta ſibi non placuit, quia ſecundùm eam Mardochæus fuiſſet
ducentorum quinquagintanouem annorum,quandò ab Aſſuero rege eſt exaltatus.Ideò poſitionẽ
hanc corrigens,incipit computationem temporis huius,ab eo tẽpore quo egreſſus eſt ſermo à Deo
Iere.1. ad Ieremiam,& deindè ab Ieremia de reditu populi à Babylone, & per conſequens de reædificati-
one Hieruſalem ac templi in ea.Hic autem ſermo habetur Iere.29.cap.vbi legitur Dominus dicere:
Quum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo & reducam vos ad locum iſtum.
Incipit ergò computationem hanc à quinto anno regni Zedechiæ regis, quia præallegatum verbũ
aſſerit dictum circa finem quarti anni Zedechiæ. Verùm iſta computatio videtur minùs apta quàm
prima, præſertim quum dicat quòd computatio hæc debeat inchoari à primo verbo, ex reuelatio-
ne Domini procedente de reditu populi in Hieruſalem, & ciuitatis ac templi reparatione. Nam ſe-
cundùm hoc potiùs inchoanda videretur computatio iſta à tempore Iſaiæ, quo ipſe Iſaias diù ante
Ieremiam de hac re apertiſſimè ac diffuſè prædixit. Frequenter enim loquitur indè.Iſaiæ 42. etiam
Dominus ad literam loquens de Cyro rege prædixit:Ipſe ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatẽ
meam dimittet,non in precio neq; in muneribus.His ergò pręmiſſis,exponenda eſt litera,ſequen-
do Bedam,Gloſſam,Scholaſticam hiſtoriam, & Albertum, alioſq́; doctores authenticos. [Septua-
ginta hebdomades abbreuiatæ] ſcilicet annorum lunarium,qui faciunt annos lunares quadringẽ-
tos nonaginta,vt dictum eſt. Et dicuntur hebdomadæ iſtæ abbreuiatæ non numero, quòd pauci-
ores ſint,ſed quantitate:quia annus lunaris breuior eſt ſolari vndecim diebus.[ſunt] diuinitùs prę-
ordinatæ ac futuræ prænunciatæ,[ſuper populum tuum]Iudaicum,qui tuus eſt ſanguine & affectu,
Exod.32. & propter peccata ſua non meretur dici populus Dei,ſed tuus,ſicut ad Moſen Dominus dixit, cùm
filij Iſrael vitulum adorâſſent:Deſcende,peccauit populus tuus.[& ſuper vrbem ſanctam tuam Hi-
*iſtas eruſalem,] vt ſcilicet infra *iſtud fiant, quæ ſubſequuntur, quæ ad populi tui pertinent liberatio-
nem.Ideò ſubditur:[vt conſummetur præuaricatio] conſummatione conſumptionis,id eſt, termi-
netur ſeu finiatur. quod quantùm ad ſatisfactionem, pro originali peccato accipi poteſt: ſicque
Chriſtus ſua paſſione illud, quantùm in ſe fuit, conſumpſit. [& finem accipiat peccatum] actuale,
Ioan.1. quod merito paſſionis Chriſti deletum eſt. De quo Baptiſta prædixit:Eccè agnus DEI, qui tol-
lit

lit peccata mundi.Et Dominus per Iſaiam:Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.Et:Dominus po- Iſaiæ 53.
ſuit in eo iniquitatem omnium noſtrûm. [& deleatur] per Chriſtum [iniquitas] omnis quæcunq;
ſit illa,quantùm eſt ex ſufficientia meriti Chriſti, cuius virtute dimittuntur peccata in ſacramentis,
& per contritionem ac fidem Saluatoris.Vndè de Chriſto legitur Apocalypſis 1. Dilexit nos, & la-
uit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et Petrus in 1.ſua epiſtola: Peccata noſtra pertulit in cor- 1.Pet.2.
pore ſuo ſuper lignum.[& adducatur] per Chriſtum [iuſtitia ſempiterna] id eſt, perfecta & ſine fi-
ne manſura euangelicæ legis perfectio,cui lex alia non ſuccedat,& cuius iuſtitia inchoatur in via, &
completur in patria,in qua charitatis præceptum plenè impletur.Vel, iuſtitia ſempiterna, quoniam
Chriſtus per viam iuſtitiæ genus humanum redemit,pro culpa luendo pœnam, non per ſolam po-
tentiam.[& impleatur viſio & prophetia,] videlicet quicquid de Chriſto eiuſq́; myſterijs fuit præ-
dictum, vndè Ioan.1.habet:Lex per Moſen data eſt, veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et iterùm
ſcriptum eſt:Ieſus ſciens quia iam conſummata ſunt omnia, vt conſummaretur ſcriptura, dixit: Si- Ioan.19.
tio.Et cùm accepiſſet acetum,dixit:Conſummatum eſt.[& vngatur ſanctus ſanctorum,] i.Chriſtus
ſecundùm aſſumptam humanitatem plenitudine gratiæ ac diuinorum chariſmatum impleatur in
ipſa verbi incarnatione & animæ Chriſti creatione. De qua vnctione ait Pſalmiſta: Vnxit te Deus Pſal.44.
Deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis.Petrus quoq; Actuum 10.Ieſum vnxit Deus ſpiritu ſan-
cto & virtute.Et Chriſtus per Iſaiam 61.cap.Spiritus,inquit,Domini ſuper me,eô quòd vnxerit me.
Porrò Chriſtus ſecundùm diuinitatem eſt ſanctus ſanctorũ,per eſſentiam ſanctus, & ſanctos prin-
cipaliter mundans atq; ſanctificans:ſecundùm humanitatem quoq; antonomaticè ſanctus, & ſolus
ſanctior vniuerſis,per quem & cuius merito,vt ſic,quaſi inſtrumentaliter ſanctificamur. De quo ait
Apoſtolus 1.ad Corinthios 1. cap.Factus eſt nobis à Deo ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio & redẽ-
ptio.Iſta ergò impleta ſunt infra ſeptuaginta hebdomades dictas, videlicet circa finem earum, ſe-
cundùm modum quem angelus conſequenter expreſſit.In verbis nanq; ſequentibus ponitur quaſi
expoſitio reuelationis inductæ.Et in eis angelus per partes exequitur,quod dixit in ſumma, oſten-
dens quòd ipſe Chriſtus fuerat venturus,paſſurus ac prædicaturus.[Scito ergò & animaduerte] di-
ligenter,quod ſubditur de intellectu hebdomadarum & quãdò incipiant,ſcilicet [ab exitu] id eſt,
prolatione [ſermonis,vt iterùm ædificetur Hieruſalẽ,] i.à vigeſimo anno Artaxerxis regis Medorũ,
quandò rex iſte Deo inſpirante dedit Nehemiæ licentiam eundi ac conſtruendi Hieruſalem. [vſq; Nehe.2.
ad Chriſtum] id eſt,regem Meſſiam.De quo Dominus ait Iſa.55. Eccè teſtem populis dedi eum,du-
cem ac præceptorem gentibus.Et Micheę 5.Et tu Bethlehem &c. ex te mihi egredietur qui ſit dñã-
tor in Iſrael.Porrò quod ait,vſq; ad Chriſtum ducem,refert (ſecundùm Albertum & alios) ad illud
tempus,quo Chriſtus cœpit ſe ducem populi declarare,ſcilicet ad tempus baptiſmi,in quo & patris Matt.3. & 7.
voce,& ſpiritusſancti deſcenſu ſuper eum,dux populi eſt oſtẽſus.[Hebdomades ſeptem, & hebdo- Lucę 3.
mades ſexagintaduæ erunt,] i.hebdomades ſexagintanouem,& ſic remanet vna hebdomada de ſe-
ptuaginta,de qua infrà fit mẽtio.Septuaginta enim hebdomades, quas angelus primò ſimul expreſ-
ſit,nunc in tres partes diuiſit,ſcilicet in ſeptem,& ſexagintaduas,& vnam,quia in his partibus ſpeci-
alia facta ſunt opera,vt ſubditur. [Et rurſum ædificabitur platea & muri] ſcilicet Hieruſalem, pro
qua oras, per plateam intelligendo eius plateas,ſicut frequenter ponitur ſingulare pro plurali. Et
iſtud exprimit angelus, ad oſtendendum quòd fiet in primis ſeptem hebdomadibus prædictarum
ſeptuaginta hebdomadarum.Propter quod iam ſeptem à ſexagintaduabus diuiſit. [in anguſtia tẽ-
poris,] i. in magna tribulatione temporis huius:quia, vt patet in Eſdra ſeu Nehemia, Iudæi reædifi- 1.Eſd.3.
cantes Hieruſalem,à nationibus & vicinis plurimùm infeſtabantur, ità quòd vna manu tenebant & 4.
gladios,alia operabantur.[Et poſt hebdomades ſexagintaduas] ſimul & poſt ſeptem,de quibus iam Nehe.4.
dictum eſt,quæ præmittũtur in computo iſtarum ſexagintaduarum,i.poſt hebdomades ſeptuagin-
tanouem,putà in vltima,ſcilicet hebdomada ſeptuageſima.[occidetur Chriſtus,] à Iudæis incredu-
lis.De quibus ait Pſalmo 21.Circundederunt me canes multi,conſilium malignantium obſedit me,
foderunt manus meas & pedes meos.[Et non erit eius populus] per prædeſtinationem & gratiam,
[qui eum negaturus eſt:] i.Iudæi,qui coram Pilato dixerunt:Non habemus regem niſi Cæſarem.Et Ioan.19.
iterùm:Tolle tolle eum,crucifige eum.Itemq́ue, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.Iſtud Ibidèm
tamen non vniuerſaliter de omnibus illis valet intelligi, ſed de induratis ac reprobis qui non pœ- Mat.27.
nituerunt.Aliqui verò pœnituerunt,de quibus & Chriſtus ante paſſionem prædixit Ioannis 8. ca-
pite:Quum exaltaueritis filium hominis,tunc cognoſcetis quia ego ſum. Immò in Actibus apoſto-
lorum 6.capite ſcribitur,quòd etiam multa turba ſacerdotum obediebat fidei. [& ciuitatem] Hie-
ruſalem [& ſanctuarium] id eſt, templum [diſſipabit] id eſt, deſtruet [populus] Romanus [cum
duce] ſecum [venturo:] videlicet Tito ſeu Veſpaſiano.Iſtud fuit poſt præfatas hebdomades,ſed ad-
ditur,quia in vltionem occiſionis Chriſti inflicta eſt pœna iſta Iudæis. [Et finis eius] i. Hieruſalem

& templi ſeu Iudææ ac populi eius, erit [vaſtitas] per Romanos inducta. [Et poſt finem belli] Ro-
manorum contra Iudæos hos, erit [ſtatuta] i. à Deo præfinita, ac in æternum ratificata [deſolatio]
Iudæorum. Deincèps redit ad vltimam hebdomadam prædictarum, ſcilicet ſeptuageſimam: & quid
in ea futurum ſit, pandit. Siquidem occaſione mortis Chriſti, exiérat tempus ſeu durationem ac ter-
minos ſeptuaginta hebdomadarum, prænunciando pœnam pro morte Chriſti inflictam. Ideò re-
uertitur oſtendere, quid in vltima hebdomada fieri ampliùs debeat. [Confirmabit autem] Chriſtus
Ioan.13. [pactum] i. euangelicam legem nouumq; gratiæ teſtamentum [multis] de quibus dixit: Ego ſcio
quos elegerim. Et ritè ait, multis: non, omnibus: quanuìs, quantùm in ſe fuerit, omnibus illud firma-
Ioan.1. uerit, quia non omnes illud recipere voluerunt, ſicut Ioannes inducit: In propria venit, & ſui eum
non receperunt: quotquot autem receperunt eum, illis confirmauit hoc pactum non ſolùm ſuffici-
enter, ſed etiam efficienter ac conſummatè, ad eorum ſalutem. [hebdomada vna,] id eſt, in vltima
ac ſeptuageſima hebdomada, in qua primò per ſeipſum multa & magna, ſolíque Deo poſſibilia egit
miracula, ad noui teſtamenti cófirmationem ſpectantia: deindè per diſcipulos ſuos partìm ante paſ-
ſionem ſuam, pleniùs autem poſt eam, innumerabilia ac potentiſſima fecit miracula. De hoc Chri-
Iere.31. ſti pacto ſcriptum eſt in Ieremia: Eccè dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael & domuī
Iuda pactum nouum. [Et in dimidio hebdomadis] huius vltimæ [deficiet hoſtia & ſacrificium,] id
eſt, legales oblationes ceſſauerunt, quantùm ad obligationem efficaciamq; merendi: nam in Chri-
ſti paſſione ſuam amiſerunt virtutem, & ipſe in cœna nouiſſima ſacramentum euangelicæ legis in-
ſtituendo, finem impoſuit hoſtijs legis, quæ fuerunt figuræ & vmbræ paſſionis myſteriorumque
Chriſti. figura autem & vmbra ceſſant, dum aduenit veritas. Poſt publicationem demùm Euange-
lij, ſacrificia ac cætera cæremonialia legis fuerunt non ſolùm mortua, ſed & mortifera atque illicita,
ſicut ſuper quartum Sententiarum doctores concorditer ſcribunt. Chriſtus autem paſſus eſt in di-
midio huius hebdomadæ vltimæ, id eſt, in quarto anno ipſius. tribus enim annis cum dimidio cir-
citer anno prædicauit: quo peracto, occiſus eſt: tuncque in dimidio hebdomadæ huius defecit ob-
Acto.2. latio legis. Veruntamen quidam dicunt Chriſtum paſſum in dimidio huius hebdomadæ, id eſt, cir-
Mar.16. ca finem primæ medietatis ipſius, ità quòd alia pars huius hebdomadæ, ſcilicet tres anni cum me-
Ioan.20. dio, poſt paſſionem reſidua fuit ac fluxit, in qua miſſus eſt ſpirituſſanctus: & Chriſtus per ſuam re-
Luce 24. ſurrectionem, frequentem apparitionem, aſſcenſionem, paracleti miſſionem, apoſtolorum prædi-
Acto.1. & 2. cationem, euangelicam legem firmauit ac dilatauit. Alij dicunt, quòd paſſus ſit in dimidio huius
hebdomadæ, id eſt, in vltima eius medietate circa finem, ità quòd in paſſione fuit iſta hebdoma-
da terminata. Vndè in Scholaſtica hiſtoria legitur: Tres anni & dimidius huius hebdomadis nouiſ-
ſimæ præteriérant, quandò baptizatus eſt Dominus, & in dimidio eiuſdem hebdomadæ reſiduo,
circa finem huius reſidui deficiet hoſtia & ſacrificium, id eſt, veniente veritate ceſſabunt vmbræ.
[Et erit in templo abominatio deſolationis.] id eſt, in ſacrificijs ac ritibus templi poſt Chriſti oc-
ciſionem erit abominabilis deſolatio, ipſaque ſacrificiorum oblatio erit ſacrilega, deteſtabilis,
abominataque DEO, nec erit in templo poſt Euangelij promulgationem cultus verus DEI, ſed
potiùs ludus diaboli. Aliqui autem per abominationem deſolationis, intelligunt ſtatuam Hadria-
*in ni Imperatoris, quam ipſe iuſſit poni in loco templi, *& quo ſteterat arca. Sed hoc fuit in templo
à Romanis deſtructo, nec infra hebdomades iſtas illud contigit, iuxta computationem præmiſſam.
Deniquè hanc ſcripturam Chriſtus allegat in Matthæo, 24. capite, vbì ait: Quum ergò videritis ab-
ominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, in-
telligat. Quod quidam de ſtatua Hadriani exponunt, alij de imagine Cęſaris, quam Pilatus colloca-
uit in templo, nonnulli de Antichriſto, qui ſecundùm Apoſtolum in templo DEI ſedebit, oſten-
2.Theſ.2. dens ſe tãquàm ſit Deus. [& vſque ad conſummationem] generationis ac ſtatûs vitę pręſentis, [&
finem] ſeculi, id eſt, vſque ad tempus proximum fini mundi, [perſeuerabit deſolatio,] id eſt, capti-
uitas ac derelictio Iudęorum, ſuper quos (vt ait Apoſtolus) peruenit ira DEI vſque in finem. Et
1.Theſ.2. Pſal.68. Pſalmiſta: Effunde ſuper eos iram tuam, & furor irę tuę compręhendat eos. Fiat habitatio eorum
deſerta, quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addide-
Mat.17. runt. Porrò circa finem ſeculi conuertentur ad prędicationem Heliç, quia (vt Chriſtus teſtatur)
Mala.4. Helias cùm venerit, reſtituet om̃ia, prout apud Malachiam pleniùs legitur. Et Apoſtolus ad Roma-
nos 11. capite: Cęcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſ-
rael ſaluus fieret. De hoc demùm clariſſimè legitur Oſeę 3. Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine re-
ge, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine teraphim: & poſt hæc reuer-
tentur filij Iſrael, & quęrent Dominum DEVM ſuum, & Dauid regem ſuum, (id eſt, Meſſiam, ſe-
cundùm omnes expoſitores) & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.
Propterea tempus prędictarum hebdomadarum fuiſſę in Chriſti paſſionę impletum, Beda oſtendit

per

per annos regum & monarcharum, qui à tempore viceſimiſecundi anni Artaxerxis regis vſq; ad
decimumoctauum imperij Tiberij Cęſaris, quandò paſſus eſt Chriſtus, fuerunt, ità quòd ſecundùm
Bedam & eum ſequentes, à prætacto anno Artaxerxis, Perſæ & Medi tenuerunt imperium annis
centum decem & octo, deindè Græci annis trecentis, reliquum temporis ſub Romano computa-
tur imperio. Tertullianus autem in libro quem ſcripſit contra Iudæos, & Hebræi quidam ad fidem
conuerſi, incipiunt numerare iſtas hebdomadas à primo anno Darij, de quo in principio huius ca-
pituli legitur, i. à tempore quo Danieli viſio iſta oſtenſa eſt. ſicq; per exitum ſermonis de reædifica- Dan.9.
tione Hieruſalem, intelligunt horam qua Gabriel Danieli denunciauit ſententiam hanc eſſe à Deo
egreſſam ac reuelatam. Veruntamẽ ſicut Beda & Aphricanus in principio numerationis hebdoma-
darum harum conueniunt, incipiendo à viceſimo anno Artaxerxis, & in fine diſcordant, quoniam
Aphricanus extẽdit ſeptuaginta hebdomadas ſolùm vſq; ad quintumdecimum annum imperij Ti-
berij, quandò baptizatus eſt Dominus: Beda verò vſq; ad tempus paſſionis, vt patuit: Similiter Ter- Matt.3.
tullianus & Hebræi in principio ſuæ numerationis cõueniunt, ſicut iam dictum eſt: ſed in termina- Luc.3.
tione diſcordant, quia Tertullianus extendit ſeptuaginta hebdomadas vſq; ad captiuitatem Iudæ-
orum per Romanos: Hebræi autem vſq; ad vltimam deſtructionem Hieruſalem ab Hadriano Im-
peratore, qui etiam Iudæos de terra promiſſionis penitùs expulit. Fuerunt quoq; qui computationẽ
iſtam à reditu de Babylonica captiuitate exorſi ſunt, quidam verò à tempore deſtructionis primi
templi: ſed quocunq; horum modorum ſumatur, habemus ex his certiſſimum argumẽtum contra
Iudæos, quòd Meſſias iam venit, & impleta ſit viſio ac prophetia: quòd item Chriſtus in primo ſuo
aduentu venit in paupertate, vt iudicaretur & occideretur, & quòd Iudæi ob Chriſti negationem & Zach.9.
occiſionem ſint in hac grauiſſima captiuitate. Sed & Rabbi Samuel in epiſtola ſua ad Rabbi Iſaac, ex Ioan.3.
verbis his Danielis pulcherrimè probat Chriſtum veniſſe, inter cætera dicens: Ampliùs videtur etiã
Domine mi, Danielis prophetia quæ ſcribitur 9. capite, cõpleta eſſe, vbì ſic dicit: Poſtquàm conſum-
matæ fuerint ſexagintaduæ hebdomadæ, occidetur Chriſtus, & veniet populus cum principe ven-
turo, deſtruetq; ciuitatem & domum, & conſummabit eam, & *conſumetur ſacrificium, & erit con-
ſummata deſtructio deſolationis perpetuæ. Et non eſt Domine mi dubium, quin deſtructio perpe-
tuæ deſolationis ſit iſta captiuitas, in qua iam ſumus. Nam iam ſunt mille anni, & apertè dicit Domi-
nus per prophetam, quòd erit deſolatio perpetua propter occiſionẽ Chriſti, ſicut eſt deſolatio no-
ſtra poſt occiſionem Chriſti. Non comminatus eſt deſolationem perpetuam, niſi poſt occiſionem
Chriſti. Et ſi voluerimus dicere, quòd ante occiſionem Chriſti fuerimus in deſolatione, reſpondẽt
nobis Chriſtiani, ꝙ ante illam mortem non fuit deſolatio niſi ſeptuaginta annis, & poſt hoc fuimus
reducti in terram promiſſionis, & fuimus apud Deum in gratia & honore. Certè Domine mi, non vi- Nehe.4.
deo euaſionem contra populum, quia de facto probatur nobis, quòd poſtquàm à reędificatione tẽ-
pli fuerunt completæ ſeptuaginta hebdomadæ, ſupple annorum, quæ ſunt anni abbreuiati, tũc fuit
Ieſus occiſus à patribus noſtris, & poſteà venit dux, ſcilicet Titus, & populus, ſcilicet Romani, & fe- Acto.2.
cerunt nobis ſecundùm prophetiam iſtam. Hodiè ſunt mille anni, & ſic in ira Dei ſumus, & tamen
in ipſo ſperamus. Et ſi dicimus, quòd Chriſtus nondùm venit, ſed citò ſit vtéurus, & habebimus ter-
ram promiſſionis, & reædificabimus ciuitatem, & habebimus gratiam Dei & honorem in terra no-
ſtra, & iſta deſolatio ſit temporalis & non perpetua: reſpondent nobis Chriſtiani, ꝙ adhuc manebit
occiſio Chriſti, & aduẽtus Titi & populi Romani, & deſolatio peior quàm iſta in qua modò ſumus,
quia iam ſunt mille anni. Heu mi Domine, non eſt excuſatio ſeu euaſio conſona. Hęc in præfata epi-
ſtola, in qua per alia plura ex lege & prophetis euidenter probantur Chriſti myſteria. Vndè quia ex
hoc vaticinio Danielis, Iudæi tempore Chriſti, eius aduentum non penſauerunt, increpat eos, dicẽs
phariſęis: Faciem cæli iudicare nôſtis, ſigna autem temporum non poteſtis? Poſtremò, quàm irrati- Mat.16.
onabilis, vana & ſtulta ſit expoſitio quorundam infidelium Iudæorum, euadere quærentium argu-
menta de aduẽtu Chriſti ex iſto capitulo ſumpta, conſtat ex eo, quod Lyra hîc recitat, qualiter Rab-
bi Salomon (quem Hebræi moderni pro præcipuo habent doctore) literam iſtam exponens, per
Chriſtum ducem primò intelligit Cyrum regem: ſecundò per Chriſtum ducem occiſum, intelligit
Agrippam regem *Iudæ: & alia multa hîc dicit, quæ Lyra ſufficienter *repellit.

¶ *Expoſitio capituli decimi: Anno tertio regni Cyri regis Perſarum.*

Articulus vndecimus.

HOc loco deſcribitur nona viſio Danielis, quam Hieronymus ſecundùm Hebraicam verita-
tem dicit diſtinctam ab ea, quæ duobus ſequentibus capitulis ponitur, immò aliter verum Dan.8.
non videtur, quòd in hoc libro ſcriptæ eſſent decem viſiones Danielis, quod tamen do- Dan.9.
ctores Hieronymum ſequentes, communiter dicunt. Veruntamen Lyra dicit, ſibi videri, quòd
non ſit à ſequenti viſione diſtincta, ſed vna cum illa: & tamen in expoſitione 2. capitis aſſerit, in

vvv 3 hoc

Ibidèm hoc volumine decem viſiones Danielis eſſe contentas.[anno tertio regni Cyri regis Perſarum.]
Iſte eſt Cyrus nepos Darij, de quo in præcedentibus dictum eſt, quòd ſimul vicerunt Chaldæos,&
Babylonem ſunt demoliti, ſimul quoquè regnâſſe dicuntur: ſed Cyrus Dario tanquàm ſeniori atq;
auunculo ceſſit,ità quòd anni quibus regnauit Cyrus, ſub ipſo Dario computantur, cui Cyrus ſuc-
ceſſit in regno,& ex tunc, ſcilicet poſt mortem Darij, incipit computari numerus annorum impe-
rij Cyri, cuius tertio anno oſtenſa eſt viſio iſta.& iſtud ex Scholaſtica hiſtoria ſumpſi, qua & qua-
dam gloſſa ipſius multùm adiutus ſum in explanatione huius prophetiæ.Regnum autem Perſarum
ac Medorum pro tempore iſto vnum fuit, vt dictum eſt.Iſte eſt Cyrus, de quo ſcriptum eſt in Iſaia:
Iſaiæ 45. Hæc dicit Dominus chriſto meo Cyro, cuius appræhendi dexteram, vt ſubijciam ei gentes,& dor-
ſa regum vertam. [Verbum reuelatum eſt,] id eſt, ſermo propheticus dictus atque expoſitus eſt,
vel res ſignificata per verbum, declarata eſt [Danieli cognomento Balthaſar.] Primum enim eius
Dan.1. nomen fuerat Daniel, ſed à principe eunuchorũ regis Babylonis, vocatus eſt Balthaſar. [& verum
verbum] eſt hoc, quia diuinum & veritatis expreſſiuum.[& fortitudo magna] id eſt, magna vis latet
Lucæ 24. in verbo hoc prophetali, ipſumque verbum fortè quid fuit eo modo, quo ſermo dicitur potẽs.[In-
tellexitque verbum.] quid ſcilicet ſignificaret, & hoc angelica reuelatione cognouit, non humana
*opùs induſtria.[Intelligentia enim] id eſt, intellectualis notitia [*opus eſt] id eſt, res neceſſaria ac prin-
cipalis in viſione prophetica tam ſenſibili quàm imaginaria, ad hoc quòd debeat dici prophetica,
Gen.41. immò aliter non eſſet ꝓphetica: propter quod Pharao videns in ſomno boues & ſpicas per viſionẽ
miniſterio angelico in ipſo formatam, & ſignificationẽ formarum illarũ non intelligens, propheta
Dan.2. non fuit, ſed Ioſeph, qui viſionem illam expoſuit. Simile eſt de Nabuchodonoſor rege, qui ſtatuam
Dan.5. vidit,& de Balthaſar rege, qui vidit articulos manûs ſcribentis. Caiphas quoquè, qui à Ioanne ſcri-
Ioan.11. bitur prophetâſſe de Chriſto, quia expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens
pereat, propheta non fuit: quoniam ſenſum verborum iſtorum, ſecundùm quem prophetica ſunt,
non intellexit. Deniq; quòd opus, ſecundùm hanc expoſitionem, accipi poſſit, hinc conſtat: q̃a in
Luc.10. Luca, vbì noſtra tranſlatio habet, Porrò vnum eſt neceſſarium: Auguſtinus vtitur litera iſta, Vnum
eſt opùs, id eſt, neceſſarium, vt exponit.[In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarũ
diebus.] Luctus iſte præceſſit viſionem hîc ſcriptam, & diſpoſitiuus fuit ad eam. nam vt ex litera
trahitur, per tria, putà luctum, orationem, ieiunium, diſpoſuit & aptauit ſe ad obtinendam hanc vi-
ſionem. Vt autem Scholaſtica docet hiſtoria, luctus iſte incepit primo die primi menſis tertij anni
imperij Cyri. Hebdomada quoquè non ſumitur hîc pro hebdomada annorum, ſcilicet tempore
ſeptem annorum, vt præcedenti capitulo, ſed pro hebdomada dierum, quæ continet dies ſeptem.
Dan.9. Inſupèr Daniel tot luxit diebus, non penitùs indeſinenter, ſed valdè frequenter: quia vir deſideri-
orum ſeu affectuoſiſſimus fuit: nec dubium quin multo diutiùs in luctu manſiſſet, niſi ſtatim vel ci-
tò poſt dies hos luctus ſuus diuinitùs cõſolatus fuiſſet, ità quòd cauſa lugendi fuit ſibi ablata. Samu-
el luxit Saulem vſque ad diem ſuæ mortis, quoniam cauſa plangendi permanſit. Cur verò Daniel ità
1.Reg.15. & 16. ſeipſum luctu atque ieiunio afflixerit, dicunt expoſitores communiter, quòd populi ſui deplanxit
Dan.9. peccata, captiuitatem atque miſeriam: ſed iſta etiam præcedenti capitulo legitur deplorâſſe, immò
quoniam pręcedenti viſione certificatus fuit ab angelo de relaxatione ac reditu captiuitatis populi
ſui, non appáret quòd modò propter captiuitatem hanc ità ſe afflixiſſet, niſi ſpecialis occurriſſet ra-
tio fletûs. Itaque in Scholaſtica hiſtoria cauſa huius fletûs ac abſtinentiæ Danielis plenariè edocetur,
quum dicitur: Primo anno Darij Daniel intelligens imminere ſeptuageſimum annum captiuitatis
populi ſui tunc liberandi, orauit Dominum, vt Darius & Cyrus tunc liberarent populum ſuum, ſci-
licet populum Iudæorum,& data eſt Danieli diuinitùs ſententia ſeu reſponſio de danda licentia re-
deundi, quam Gabriel Danieli denunciauit viſione præhabita:& extunc Darius diſponebat de li-
beratione ac licentia danda Hebræis: ſed morte præuentus, non impleuit. Cyrus verò primo anno
regni ſui dedit illis eandem libertatem quam habebant indigenæ,& licentiam redeundi ad pro-
pria. Ipſi verò quia ferè omnes nati erant in Chaldæa,& poſſeſſiones ibì habebant, eligebant mane-
re in terra natiuitatis ſuæ. Pauci verò qui aſſcendere diſponebant in Iudæam, pigri erant & moroſi,
etiam vſque ad tertium annum Cyri: quod attendens Daniel, vehementiori affligebatur dolore
quàm priùs, & orauit Dominum, vt qui priùs dederat regibus animum liberandi, daret & populo
animum redeundi. Factum eſt ergò tertio anno Cyri regis, primo menſe, primo die menſis, orſus
eſt ieiunare.[Panem deſiderabilem] id eſt, lauta cibaria [non comedi.] Panis quippe in ſcriptura
quemlibet cibum deſignat.[& caro & vinum nõ introiérunt in os meum.] in quo rigor abſtinentiæ
tam in cibo quàm in potu oſtenditur. Caro autem quia inter cibaria humano corpori eſt ſimilior,
eſt etiam delectabilior, ſecundùm Albertum. Porrò ſecundùm Gloſſam, tribus hebdomadibus
ieiunauit, propter myſterium Trinitatis, & quoniam populus Iſrael contra tria peccauit, videlicet
contra

contra naturam, rationem & gratiam. Iterùm dicit Gloſſa: A cibis delicatis abſtinuit, quod nobis
multo magìs faciendum eſt tempore ieiunij. Qui enim illicitis vſi ſunt, abſtinere debent à licitis.
Hieronymus quoquè: Hoc, inquit, docemur exemplo, tempore ieiunij à cibis delicatioribus abſti-
nere, nec carnes comedere, nec vinum bibere, nec vnguenta quærere. Vndè ſubiungitur: [ſed neq;
vnguento vnctus ſum, donec complerentur trium hebdomadarum dies.] Perſis autem & Medis
conſuetudo fuit, ſecundùm Hieronymum, vnguentis vti pro balneis, ſcilicet pro refrigerio contra
intemperiem caumatis. Aliqui demùm hîc dicunt, quòd eo ipſo quo ſcriptura hæc dicit, quòd Da-
niel ab iſtis, ſcilicet carnibus, vino & balneis, tribus ſeptimanis abſtinuit, inſinuatur, quòd alijs tem-
poribus vtebatur,& quòd in ſenectute non tantam tenuit auſteritatem in victu, ſicut in iuuentute,
quandò bibebat ſolùm aquam & manducauit legumina, vt iam dictum eſt. Daniel nanque tempo- Dani. 1.
re iſto fuit tantæ potentiæ, quòd faciliter habere potuit cibos lege nequaquàm prohibitos: nec tan-
ta auſteritas eſt ſeruanda in ſenectute, quandò corpus eſt debilitatum & paſſiones edomitæ, ſicut
in iuuentute, dum vigent paſſiones.[Die autem viceſimaquarta menſis primi,] id eſt, Aprilis, orati-
one ieiunioque completis, ſub tertio anno imperij Cyri, [erã iuxta fluuium magnũ qui eſt Tigris.]
Sic enim vocatur ob velocitatem & impetum ſui curſûs, à tigride quæ eſt beſtia velociſſimè cur-
rens. Eſtque fluuius iſte, vnus de quatuor fluminibus paradiſi, vadens contra Aſſyrios, vt in Geneſi
habetur: [Et leuaui oculos meos] exteriores & interiores,[& vidi] quod ſequitur. Eleuatione autem Gene. 2.
oculorum opùs eſt, vt myſtica cernere valeamus, ſecundùm Hieronymum, qui etiam ait: Et Eze- Ezech. 1.
chiel iuxta flumen Chobar vidit viſionem magnam,& Chriſto atque Baptiſtæ iuxta fluenta Iorda- Lucæ 3.
nis aperti ſunt cæli: cuius myſtica ratio eſt, quoniam inundantia aquæ, diuinorum copiam cha- Ioan. 1.
riſmatum ſignat. Eis autem reuelantur diuina, ac panduntur cæleſtia, qui plenitudine gratiæ deco-
rantur.[Et eccè vir vnus] id eſt, angelus in forma viri appárens, virtutibus virens, [indutus lineis]
ad monſtrandum puritatem innocentiamque naturæ angelicæ, nunquàm labe peccati fœdatę. Li-
num enim eſt album,& lucis æternæ imago, competitque electis, iuxta illud Apocalypſis 3. Qui vi-
cerit, veſtietur veſtimentis albis.[& renes eius accincti auro obrizo.] id eſt, auream zonam habuit
circa lumbos. Sic Ioannes in Apocalypſi angelum ſibi in perſona Chriſti apparentem, dicit præ- Apoc. 1.
cinctum zona aurea ad mamillas. Aurum autem obrizum, eſt aurum mundiſſimum, & ſecundùm
Albertum dicitur obrizum, quaſi obrude, quia videlicet in ſua prima puritate conſiſtit. Secundùm Alijs obrizum, quaſi
alios verò, obrizon dicitur ab ob, & radio radias: quia propter ſuam radiationem ſic nominatur, Ophirizũ
quo deſignatur feruor amoris, quo angeli Deo, indiſſolubiliter copulantur, vel pura eorum ſapi- dictum vi-
entia, qua Deo adhærent. Per aurum nanque, vtrunque iſtorum exprimitur, vt cùm Apocalypſis detur.
3. dicitur: Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum. Porrò renes ſunt loca delectationum.
Per renes ergò aureo cingulo cinctos, intelliguntur concupiſcentiarum victores, qui omnem de-
lectationem ſuam in Dei ſapientia atque amore conſtituunt. Vndè ad innuendum, quòd tales
mereantur ab angelis viſitari, eoſque contemplari, angelus circa lumbos aureo balteo cinctos ap-
paruit. [Et corpus eius quaſi chryſolithus.] Chryſolithus, ſecundùm Hieronymum, eſt vnus de
duodecim lapidibus precioſis, eſtque marini ſeu cæleſtis coloris, aureas habens ſcintillas. Per tale
itaque corpus datur intelligi, quòd ſicut cęlum, in quo ſunt ſtellæ inſtàr auri micantes, mouetur &
non informatur ab angelico ſpiritu: ſic corpus quod angelus aſſumit, mouetur quidem, ſed non in-
formatur ab eo. Quidam tamen per chryſolithum, propter ſimilitudinem eius cum mari in colore,
intelligunt amaritudinem captiuorum. Nam ſeptuaginta pro chryſolitho interpretati ſunt mare. Sic
& Ezechielis primo habetur de animalibus: adſpectus eorũ quaſi viſio maris. Magìs aũt videtur per
chryſolithum ſeu marinum colorem, ratione claritatis ac diaphaneitatis, oſtendi puritas corporis
ab angelo aſſumpti, quia aërea ſolent aſſumere corpora vtiquè munda: ſed ſi angelus lineis erat in-
dutus, quomodò corporis eius color ſeu diſpoſitio vel materia apparebat, niſi fortè ob linei indu-
menti ſubtiliſſimam tenuitatem?[& facies eius ſicut ſpecies fulguris,] id eſt, flammea apparebat vt
fulgur, in quo terror & ira contra inimicos Dei oſtenditur, vel excellentia gloriæ angelorum, &
quàm terribiles ſint aduerſarijs veritatis. Sic & in Matthæo de angelo legitur: Erat adſpectus eius Matth. 28.
ſicut fulgur, veſtimenta autem eius ſicut nix.[& oculi eius vt lampas ardens.] in quo feruor amoris,
claritaſque notitiæ in beatifica angelorum viſione, inſinuantur, velut ſcintillantibus oculis zeli ſui
ardorem ſignificet. In Apocalypſi quoquè habetur: Oculi eius vt flamma ignis. [& brachia eius & Apoc. 1.
quæ deorſum erant] in corpore iſto.[vſq; ad pedes] incluſiuè, ſcilicet crura.[quaſi ſpecies æris can-
dentis] in diſpoſitione fuerunt. Per brachia fortitudo angelica, adiutoriumq; quod nobis impen-
dunt, innuitur: per ea autem quæ deorſum & pedes, agilitas mobilitatis & efficacia proceſſûs in acti-
bus angelorum exprimitur. Hæc verò in ſimilitudine æris candentis apparuerunt, vt magnitu-
do fortitudinis, mobilitatis,& actiuitatis inſinuetur in angelis, per quæ aduerſarios poſſunt domare

atque terrere, quemadmodùm ferrum omnia domat, & ſuo çandore quandoquè perterret, quemadmodùm in armatis. Hinc & Ezechiel inducit: Scintillæ quaſi adſpectus æris cãdentis. [& vox ſermonum eius, vt vox multitudinis.] Circa quod dicit Albertus: Multi enim angeli venerunt cum eo ad conſolationem Prophetæ, & vnus pro omnibus loquebatur. Sic eñ in circuitu Heliſæi, viſi ſunt angeli multi. Per ſonoritatem autem & multiformitatem vocis angelicæ, ſignificatur efficacia eorũ promptiſſima in loquendo & inſtruendo de diuinis ſecretis, terror quoquè ipſorum in ęmulos Dei. Sic & Apocalypſis 1. conſcriptum eſt: Vox eius ſicut vox aquarum multarum. Ezechiel quoquè ait: Audiui ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei. Cùm ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis, vt ſonus caſtrorum. Deniquè generaliter loquendo, in tam inconſueta nobis manerie angeli ſancti appárent hominibus, vt eis reuerentialem timorem incutiant, humilitatemq́; augeant, & quanta ſit excellentia eorum ſupra nos in donis naturæ, gratię & gloriæ, manifeſtent. Et quoniam angeli appárent hominibus per corpora aſſumpta, vt de occultis eos familiariter inſtruant: idcircò per proprietates corporis aſſumpti, ſpirituales proprietates angeli figurantur. [Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem,] id eſt, rem viſam, ſcilicet angelum taliter apparentem. Viſio autem interdùm ſignificat actum videntis, interdùm rem viſui præſentatam, interdùm reuelationem, quandoquè ipſam ſpecierum apparitionem. Ex hoc inſupèr verbo videtur, quòd ſolus Daniel viderit angelum, ſicut & paulopòſt ſubditur. Vndè Hieronymus dicit hîc: Et Paulus apoſtolus ſimile quid in Actibus apoſtolorum paſſus eſt, vt cęteris non cernentibus, ſolus viſionem adſpiceret, quandò videlicet iuit Damaſcum. Scriptum eſt enim: Viri qui comitabantur eum, ſtabant ſtupefacti, vocem quidem audientes, neminem autem videntes. Vocem vtiquè Pauli audiêrunt, non Chriſti loquentis cum Paulo, ſecundùm quod Paulus poſteà teſtatur: Qui mecum erant, vocem eius non audiêrunt qui loquebatur mecum. Veruntamen quidam ait hoc loco, quòd ſolus Daniel vidit hanc viſionem perfectè, quia non ſolùm vidit angelum apparentem, ſed & loquentem intellexit. Alij qui erant cum Daniele, ſolùm viderunt angelum: ideò dicuntur viſionem hanc non vidiſſe, quoniam angelum loquentem non audiêrunt, nec intellexerunt quæ Danieli reuelabantur. ſed textui atque Hieronymo ampliùs conſonat, quòd angelum non viderunt, & ità Scholaſtica hiſtoria atque Albertus ſentire videntur. In poteſtate autem angelorum eſt, vt corpora quæ aſſumũt, immutent viſum vnius, non alterius, quanuìs aſſit, quemadmodùm erit in poteſtate animarum beatarum poſt reſurrectionem communem: immò & nunc ſic eſt in earum poteſtate, quæ corporibus ſuis iam glorificatis denuò ſunt vnitæ. [Porrò viri qui erant mecum, non viderunt,] Eccè apertè dicit, quòd viſionem hanc, ſcilicet angelicam apparitionem, non viderunt, quia nec digni fuerunt. [Sed terror nimius irruit ſuper eos.] Ex quo appáret, quòd aliqua ſigna angelicæ perceperunt præſentiæ, vt fulgorem, aut aliquid tale. Nam & Paulus fatetur, quòd qui ſecum tendebant, lumen viderunt. Humana autem fragilitas talia ſine ingenti alteratione atque formidine ſuſtinere non ſolet. [& fugerunt in abſconditum.] quia & malè ſibi conſcij erant, ſemper autem præſumit ſæua perturbata conſcientia, vt dicitur in libro Sapientiæ. Timuerunt itaque, aliquid aduerſitatis ſibi eſſe accideréve. Iſtud tamen etiam bonis ſolet accidere, ſicut in Homilia refert Gregorius, moriente quadam fœmina ſancta angelos introijſſe, quos quidam viderunt, alij non viderunt, ſed omnes vno ſimul timore proſtrati ſunt. [Ego autem relictus ſolus,] tanquàm conſtantior cæteris, [vidi viſionem grandem hanc:] quia in ſe erat res magna quæ apparebat, & magnificenter ſe demonſtrabat, magna quoquè ſignificabat hæc viſio, vt patebit. [& non remanſit in me fortitudo] corporalis, corpore videlicet deſtituto ex magnitudine terroris, admirationis & cõtemplationis. [ſed & ſpecies mea immutata eſt in me,] priſtino colore in pallorem conuerſo, & vultu contracto ex ſanguinis refluxu ad cor, ſicut in debilitatis ac territis cernimus. [& emarcui, nec habui quicquam virium:] ità quòd ex prædictis cauſis ſtupidus impotensq́ue effectus ſum. De cauſis autem tantæ alterationis in corpore ex animæ appræhenſione, paſſione & affectione, ſuperiùs plura memini dicta: idcircò pertranſeo. [Et audiui vocem ſermonum eiꝰ,] quos dixit ad me, [& audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam:] quaſi præ debilitate ſtare non valens, & fortè etiã vt angelum adoraret, vt moris erat in veteri teſtamento. [& vultus meus hęrebat terræ.] quia & vox illa angelica auxit timorem, nec tam terribile obiectum audebat, nec ſine timore adhuc valebat adſpicere, ſicut de Moſe ſcriptum eſt: Abſcondit faciem ſuam, & non audebat reſpicere contra Dominum, id eſt, angelum ſibi in perſona Dei in rubo apparentem. Alibì quoq; filij Iſrael dicunt ad Moſen: Non loquať nobis Dñs, nè fortè moriamur. [Et eccè manus tetigit me] i. angelus per manum corporis à ſe aſſumpti, ſuo me tactu confortauit. nam & talis attactus, ſignum fuit familiaritatis atq; amoris. Hinc dicit Hieronymus: In hominis figura videť angelus, & humanam ad prophetã iacentẽ mittit manũ, vt ſui generis corpus adſpiciẽs, nõ formidet. [& erexit me ſup genua

mea

Ezech. 1. — 4. Reg. 8. — Ezech. 1. — Actu. 9. — Acto. 22. — Actu. 22. — Sapien. 17. — Dani. 2. — Exod. 3. — Exod. 20.

mea & ſuper articulos manuum mearum.] ſicq́; paulatìm confortauit prophetam. A diſtanti enim in diſtans tranſitur per medium, ſecundùm Dionyſium, & ex imperfecto ad perfectionem gradatìm, ſecundùm philoſophum: & ſic Daniel quaſi quadrupes ſtetit. In genibus, ſecundùm Albertũ, eſt virtus greſſiua, ſicut in pedibus virtus fulcitiua. [Et dixit ad me: Daniel vir deſideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo,] id eſt, ſuper pedes erectus. Cur autem Daniel vir deſideriorum vocetur, præcedenti articulo dictum eſt. Hieronymus verò hîc dicit: Congruenter vir deſideriorum vocatur, qui inſtantia precum & afflictione corporis, ieiuniorumq́; duritia cupit ſcire ventura, & Dei ſecreta cognoſcere. Pro viro deſideriorũ Symmachus tranſtulit, vir deſiderabilis. Omnis enim ſanctus habens in ſe animæ pulchritudinem, amatur à Domino. [Nunc enim miſſus ſum ad te:] ideò debes confortari atque aduertere, non timere. [Cumq́; dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens:] quia paulatìm vires collegit, & membra adhuc frigida erant ac tremula, quia nondùm ſanguis redijt plenè ad ea. [& ait ad me: Noli metuere Daniel:] quoniam adeſt amicus, non nocitor. [quia ex die primo] trium hebdomadarum quibus ieiunâſti, [quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum] diuina ſecreta atque futura, ad quorum intelligentiam te per exteriora exercitia virtuoſa diſpoſuiſti. Poſuiſti, inquam, cor tuum, [vt te affligeres in conſpectu Dei tui] per abſtinentiam, lachrymas, preces, vigilias, quæ etiam cæteris paribus, ſenioribus laborioſiora noſcuntur. [exaudita ſunt verba tua,] ità quòd ſtatìm Deus decreuit te exaudire, idq́; mihi denunciauit. [& ego véni propter ſermones tuos,] id eſt, quia Deum tam ardenter precatus es, véni vt tibi nunciem, quòd oratio tua ſit exaudita, ità ꝙ Deus dabit iam populo tuo animum redeundi ad terram promiſſionis. [Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus,] ſcilicet tribus hebdomadibus quibus orâſti. Hîc locum ſortitur quæſtio, quam ſuper ſecundũ Senten. & in prima parte Thomas inducit, An inter angelos ſit pugna ratione cuſtodiæ. Et reſpondet, quòd prædictum verbum Danieli dictum, Hieronymus exponit de angelo malo, regno Perſarum prælato, Gregorius de angelo bono. Deniquè iſta ſunt verba Thomæ: Sicut vnicuique homini datur ad exercitium vnus angelus bonus, alius malus, ità ſingulis gentibus duo ſpiritus præponuntur, vnus bonus & alter malus. Sed in hoc non eſt minor dubitatio. Conſtat enim, quòd angelus Danieli loquens, erat bonus: quomodò ergò tam efficaciter ſibi reſtitiſſet angelus malus, niſi cauſam iuſtam habuiſſet? & ſi iuſtam habuit cauſam, multo magìs poſſibile erat reſiſtentiam illam per bonum angelum fieri. Ideò dicendũ cum Gregorio, ait Thomas, quòd vterq; angelus bonus fuit. Hæc autem pugna ſic intelligenda eſt, ſecundùm Gregorium: Cùm iudicia Dei ſint abyſſus multa, profunditatem eorum angeli ſancti nõ Pſal. 35. ſemper intelligunt, niſi inquantùm eis diuinitùs reuelatur. Vndè nec ſemper ſciunt, quid vnicuique genti vel homini debeatur, ſecundùm diſpoſitionem diuinam, niſi per reuelationem diuinam. Contingit autem quandoquè, ꝙ in diuerſis gentibus inueniantur diuerſa merita, ſecundùm quorum diuerſitatem videtur, quòd vna gens alteri ſubeſſe debeat, vel ab eius dominio liberari, ſicut tunc erat in populo Iudæorum, quoniam Danielis oratio quantùm in ſe erat, liberationem eorum promeruit: ſed peccata populi huius, & etiam vtilitas eius quam fecit in regno Perſarum, dum per eos Dei notitia diffundebatur, & aliqui conuertebantur, erant in contrarium: & quia vnuſquiſque angelus ſecundùm ſuum officium ad examen diuinæ iuſtitiæ refert merita ſibi ſubditorum: ideò relatio contrariorum meritorum ſiue cauſarum per angelos facta, expectantes diuinam ſententiam, pugna angelorum vocatur: quorum concordia eſt in perceptione illuminationis diuinæ, qua de diuina voluntate inſtruuntur. Hoc enim concorditer volunt, quod Deum velle percipiunt. Idcircò abſolutè loquendo, eſt inter eos concordia. Itaque Thomas tenet Gregorium. Hieronymus tamen hoc loco loquitur non aſſertiuè, ſed opinatiuè ac ſobriè, dicendo, Videtur, & Forſan. [Et eccè Michael vnus de principibus primis] id eſt, vnus pręcipuorum ſpirituum tertij ordinis angelorum, qui ordo principatus vocatur, eſtq́; ſummus chorus in infima hierarchia angelica. Principum autem (ſecundùm Albertum) eſt, principatum dirigere, vt ſecundùm leges iuſtitiæ populum regant, ac iuſta decernant. [venit in adiutorium meum] ſimul orando mecum pro cauſa tua. Fuit enim princeps totius ſynagogæ, & omnium ſcilicet Iudæorum vbicunquè manentium: ideò omnium commodum procurauit, & ea quæ pro liberatione ac reditu eorum facere poterant, ſimul cum Gabriele coram Deo allegauit. [Et ego remanſi ibì] id eſt, coram Deo, [iuxta principem Perſarum] id eſt, angelum præſidentem regno Perſarum. Angeli autem qui regnis præſunt, ſeu toti alicui populo, ſunt de ordine principatuum, ſecundùm doctores. Et ſi princeps iſte dicatur angelus ſanctus, non eſt difficile quòd Gabriel apud Deum iuxta eum permanſerit: ſi verò dicatur angelus malus, ità apud eum manſit coram Deo, quomodò Iob primo dicitur Satan affuiſſe inter filios Dei coram eo. Omnes enim boni maliq́; ſpiritus, in Dei præſentia ſunt. Manſit autẽ Gabriel apud principem Perſarum tot diebus, nè orationes Danielis priuarentur effectu, & vt cauſas pro liberatione

ne

ne populi Iudæ Deo offerret,& hæc cauſa eſt,quòd Gabriel tam diù diſtulit venire ad Danielem,
quia diuinam expectauit ſententiam,& vt propheta diù rogando,flendo ac abſtinẽdo, ampliùs me-
reretur diuinitùs exaudiri.[véni autem] nunc cognita Dei ſententia de populi tui negocijs. [vt do-
cerem te,quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus,]i.in conſummatione ſeculi, ſecũdùm
Hieronymum.ideò ſequitur:[quoniam adhuc viſio in dies]protelatur,i.impletio eius adhuc diuti-
ùs differtur,quo conſtat ꝙ venit ad inſtruendum Danielem non ſolùm de reditu Iudęorum in ſua
Dani.11. ſub Cyro,& de his quæ ante Chriſti aduentum peracta ſunt,vel in illo:ſed de his quoq;,quæ in An-
tichriſti tempore fient,ſicut ſequentibus patebit capitulis. [Cumq; loqueretur mihi huiuſcemodi
verbis,]tam altiſſimis,arduis & ſecretis,[deieci vultum meum in terram,] tanquàm ad intellectum
angelicorum verborum deficiens,& vultûs eius ſplendorem ferre vix valens,& de populi ſui pecca-
to confuſus,propriam quoq; fragilitatem reſpectu angelicæ ſublimitatis magìs perpendens atque
Lucæ 24. humilians.[& tacui.]Sic quoquè Lucæ vltimo ſcriptum eſt de ſanctis mulieribus ad Chriſti ſepul-
crum pergentibus:Eccè duo viri adſtiterunt iuxta illas in veſte fulgenti. Cùm timerent autem, &
declinarent vultum in terram.Ideò demùm Daniel vultum deiecit in terram,quia verebatur nè for-
tè angelus diceret populo ſuo plura aduerſa poſtmodùm eſſe ventura.[& eccè quaſi ſimilitudo fi-
lij hominis,]id eſt,Gabriel in ſpecie hominis,iuueniliq; forma appárẽs,[tetigit labia mea,]tactu ſuo
Iſaiæ 6. ea perficiens ad loquendum diuina, quemadmodùm angelus loquitur Iſaiæ: Eccè tetigi labia tua,
& auferetur iniquitas tua.[& aperiens os meum,locutus ſum,]ſumpta fidutia ex tam familiari appli
catione angeli ad me.[& dixit ad eum qui ſtabat contra me,]ſcilicet Gabrielem:[Domine, in viſio-
ne tua diſſolutæ ſunt compages meæ,& nihil in me remanſit virium:]id eſt, ex tam glorioſa tua ap-
paritione ſic tremefactus ſum & deiectus,quòd iuncturæ membrorum à priſtina cohęſione ac fir-
mitate defecerũt, ex ſubtractione ſanguinis atque ſpirituũ cõcurrentium ad cor ex paſſione timo-
ris,ſicut ſuperiùs clariùs dixi. [Et quomodò poterit ſeruus Dñi mei,] ſcilicet ego homo infirmus,
Actu. 9. [loqui cum Domino meo?]Sic & Paulus circunfulgente ſe luce cæleſti, cecidit pronus in terram.
Nihil enim in me remanſit virium,]ſicut expoſitum eſt. [Sed & halitus meus intercluditur.] vt præ
anguſtia ſpiritûs ſpirare vix queam,vt accidit his qui in exceſſiuis affectionibus poſiti ſunt. [Rur-
ſum ergò tetigit me quaſi viſio hominis,]id eſt,angelus in ſimilitudine hominis adſtans. ſic ait &
Iere. 1. Ieremias:Miſit Dominus manum ſuam & tetigit os meum.[& confortauit me,& dixit: Noli timere
Ioſue 1. vir deſideriorum,pax tibi,confortare]ſpiritu,[& eſto robuſtus]corpore. Idem dicit Ioſuę. Bonorũ
quippe angelorum,ſecundùm Antonium,eſt timorẽ expellere,& conſolationẽ infundere. [Cumq;
loqueretur mecum]huiuſmodi verba bona ac conſolatoria,[conualui] ceſſante timore, & ſangui-
ne ad propria receptacula reſluente. [& dixi: Loquere Domine mi, quia confortâſti me,] vt iam ad
vſum rationis ſim potens, quem immoderatæ paſſiones impediunt, iuxta illud Iob 9. Neque enim
poſſum metuens reſpondere.anima verò quieſcendo fit prudens.[& dixit: Nunquid ſcis quarè ve-
nerim ad te,] conſolandum & certificandum de exauditione precum tuarum, & inſtruendum de
futuris?Quaſi dicat:Ex pręhabitis verbis meis id ſcire vales.[Et nunc reuertar]ad eum qui me miſit,
à quo,loco non diſto,ſed ad locum reuertar quo ſteti coram eo in alijs actibus pro tua prece ac po-
pulo tuo intentus,quàm ſint actus quibus nunc circa te verſor,& ad illos actus repetendos regre-
dior. Albertus exponit,reuertar ad intima contemplationis. Et alij,reuertar in conſpectu Dei. Sed
à Dei contemplatione & Dei conſpectu angeli nunquàm recedunt, ſed in diuerſis locis diuerſos
efficiunt actus.[vt prælier aduerſùs principem Perſarum.]de quo dictum iam eſt, nè ſuis allegatio-
nibus preces tuas impediat. Quomodò autem hoc prælium ſit intelligendum, nunc patuit. Eſt
enim demonſtratio diuerſorum meritorum gentium quibus angeli præſunt, propter quæ diuerſa
gentibus illis deberi videntur. [Cùm enim egrederer,] deſupèr veniendo ad te. [apparuit prin-
ceps Græcorum veniens,]id eſt,angelus regno Macedonum ſeu Græciæ præſidens, qui & ipſe ve-
nit, vt coram Deo præliaretur contra principem Perſarum atque Medorum,allegando cauſas,ob
quas regnum Medorum eſſet Græcis ſubdendum. [Veruntamen annunciabo tibi,] antequàm re-
cedam à te,ſcilicet interìm quòd princeps Perſarum & princeps Græcorum inter ſe dimicant, ſe-
cundùm Hieronymum.[quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis.]de his quæ concernunt deſide-
rium tuum ac ſtatum populi tui,quæ ſubſequentibus recitantur cap. Prætereà per ſcripturam veri-
tatis,Albertus intelligit præordinationem diuinam,per cuius inſinuationem totum horum princi-
pũ angelorumq; prælium ad cõcordiam reuocatur.Dicit̃ autem ſcriptura veritatis, qa nec fallit nec
fallitur.Similiter Lyra per ſcripturam veritatis,intelligit præſcientiam Dei angelo reuelatam.Reue-
latio autem eſt quędam impreſſio diuinæ ſcientię.Deniq; iſtos ſequendo,dici poteſt,ꝙ ſicut in Deo
ponit̃ liber vitę,qui eſt ipſa prędeſtinatio Dei,ſeu tenax & firma memoria in mẽte diuina eorũ quos
Deus ſaluare decreuit,ità in Deo ponit̃ ſcriptura veritatis. Veruntñ quia ſecundùm doctores, liber
vitę

vitæ in Deo metaphoricè dicitur, ſicut etiam Thomas in prima parte quæſtione 24. oſtendit, vi-
detur,quòd ſcriptura veritatis non propriè dicatur præordinatio ſeu præſcientia Dei,ſed metapho-
ricè potiùs:ideò per ſcripturam veritatis,propriè intelligendam reor ſcripturam canonicam veteris
teſtamenti,potiſſimè prophetarum,in quibus ante hoc tempus collocutionis Gabrielis cum Danie-
le,ſcripta erant de quibus nunc mentio.Siquidem de liberatione ac reditu Iudęorum ad propria,de
finali iudicio,de Antichriſti aduentu, & alijs multis multa in Iſaia, & quædam in Ieremia ac Eze-
chiele habentur,& iſta Danieli per angelum diſtinctè ac clarè oſtenſa,partimq; particulariùs reue-
lata ſunt, quàm in præfatis habeantur prophetis. [Et nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi
Michael princeps veſter.]id eſt,princeps ſynagogæ, ſecundùm Hieronymum, qua repulſa, immò
qua Deum repellente,factus eſt princeps Eccleſiæ.Sed mirum videtur, quòd Gabriel nullum dicit
eſſe ſuum adiutorem in omnibus his, ſynagogæ promotionem concernentibus, niſi Michaelem,
cùm quarto Regum dicat Heliſeus,oſtenſis puero ſuo aciebus angelicis:Plures nobiſcũ ſunt,quàm 4.Reg. 6.
cum illis,ſcilicet Syris. Ampliùs autem, nonnè & angeli ſingulis Iudæis ad cuſtodiam deputati,
pro ſingulorum orabant profectu? ſed & princeps Græcorum eo ipſo quo reſtitit princip̃i Perſa-
rum, contra quem Gabriel præliabatur, nonnè Gabrielem videtur iuuiſſe?Fortè hæc quæſtio ex
verbis Alberti aliqualiter ſoluitur. Ait nempe hoc loco: Multos in acie ſua ducit ſignifer Michael,
qui omnes decertant pro nobis.Hoc ſignificatum eſt in Apocalypſi,vbì habetur: Michael & ange- Apoc.12.
li eius præliabantur cum dracone.Sicq; quod ait,niſi Michael,intelligendum eſſet per incluſionem
agminis ſui,velut ſi princeps terrenus contra aliquem pugnaturus aſſereret: Nemo eſt adiutor me-
us, niſi rex Franciæ. Præterea ſecundùm Dionyſium, nullus angelorum quippiam agere vſquàm
attentat,niſi quod ſibi diuinæ legis præfixione iniungitur. Ideò Gabrielem nemo adiuuit in iſtis
formaliter ac directè,niſi cui ex præſtitutione diuina id fuit iniunctum, vt Michael, iuxta ſenſum à
ſancto Gabriele intentum,in cuius verbi intellectu plenario hebetudinem intelligentiæ meæ fa-
teor caligare.Poſtremò,ex commento Alberti adijcio, quòd Gloſſa ſuper illud huius capituli ver-
bum,Vinum & caro non introiêrunt in os meum,quædam myſtica dicit,quòd ſcilicet caro corpus
eſt Chriſti,& vinum ſanguis ipſius,quibus deſtitutus,deficit homo.Et videtur innuere, quòd tem-
pore luctûs ab his abſtinendum ſit:tempus autem luctûs, eſt tempus pœnitentiæ. Hoc etiam vide-
tur Auguſtinus velle, qui dicit quòd corpus Domini ſumere non debet,niſi confortatus bona con-
ſcientia. De nouo verò pœnitens,non eſt confortatus bona conſcientia. De nouo autem pœni-
tentem vocamus,contritum & non confeſſum,& qui non ſatisfecit. Et hoc videtur velle magiſter
Hugo de ſancto Victore,qui dicit: Audacter dico, quia etſi contritus ſit & non confeſſus, Chriſti
corpus ſumere non debet. Contra hoc videtur eſſe, quòd quandò contritus eſt, culpa tota remiſ-
ſa eſt iuxta Ezechielis cenſuram: Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum Ezech.18.
eius non recordabor: contritus ergò dignus eſt vita æterna, ergò & communione. Dicendum
quòd contritus & non confeſſus, dignus eſt communione, dummodò non contemptus reli-
gionis, ſed neceſſitas impedimenti rationabilis ſit cauſa dilatæ confeſſionis. Et ad verbum Augu-
ſtini dicendum,quòd confortationis cauſam habet & bonam conſcientiã, qui cõſcientiam peccati
mortalis non habet.Et quòd magiſter Hugo de eo intelligitur,qui non habet propoſitũ cõfitendi.
Hæc Albertus.

¶*Elucidatio capituli vndecimi:Ego autem ab anno primo Darij Medi.* *Articulus* 12.

PRæſens capitulum à beato Hieronymo,Scholaſtica hiſtoria,& Alberto, alijſque communiter
Hieronymum aſſecutis,exponitur,tanquàm diſtinctam continens viſionem à præcedenti, ità
vt primum huius capituli verbum,in perſona Danielis ſit dictum,& viſio iſta oſtenſa ſit antè imme
diatè præhabitam,ſcilicet primo anno Darij auunculi Cyri,quẽmadmodùm in ſuperiorum viſionũ
deſcriptione factum eſſe iam patuit.Et de cauſa mutationis ordinis habitum eſt.Hinc ait Hierony-
mus: Porrò iuxta Hebraicam veritatem ſeparata ſunt quæ ſequuntur, ſcilicet duo iſta capita, à ca-
pite duodecimo,& ſcripta ordine præpoſtero.Non enim ſub Cyri anno tertio, ſed ſub Darij anno
primo narrantur hæc. Itaque Daniel in ſua ait perſona: [Ego autem ab anno primo] imperij [Da-
rij Medi,] id eſt, regis Medorum, qui Babylonem deſtruxit, & Balthazar regem eius occidit, ſe-
cundùm opinionem communem. [ſtabam]orationi intentus,[vt confortaretur]ipſe in imperio &
in vita,[& corroboraretur]regnum ipſius. Quidam verò putabant in iſto ac ſequenti capitulo, non
contineri ſpecialem viſionem, ſed prædictę viſionis proſecutionem & explanationem, ità vt Dani. 12.
verbum expoſitum, dicatur in perſona Gabrielis, non Danielis: vt quia Gabriel obtulit preces
Danielis DEO, hinc ſicut Daniel ſtetit orando pro Dario eiuſq; regno, ſic Gabriel idem ſe per-
hibet peregiſſe, quoniam orantis Danielis precem DEO obtulerat. Et hanc opinionem ſequitur
quidam,probans quòd verbum pręfatum non poſſit de Daniele exponi, eò quòd verbum imme-
dia-

diatè præcedens, ſit Gabrielis, videlicet vltimum verbum cap. 10. ſimiliter verba immediatè ſequẽ-
tia, huic verbo per coniunctionem copulatiuã adiecta, ſint Gabrielis, non Danielis. Sed ad iſtud ſuf-
ficienter reſpondet Hieronymus, dicens: Conſuetudinis eſt prophetarum, repentè perſonas intro-
ducere ſeu mutare, ſine vlla præfatione verborum, vt eſt illud in Pſalmo, vbì orat propheta, Tu es re-
Pſal. 31. fugium meum à tribulatione quæ circundedit me: repentè perſona Dei introducitur reſpondentis,
Ibidèm. Intellectum tibi dabo &c. Deniq; huius exemplum euidentius etiã in oratione copulatiuis coniun-
ctionibus continuata, habet̃ in Iſaia, cùm propheta ibidèm alloquit̃ Deum: Cùm feceris iudicia tua
Iſaiæ 26. in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis: moxq; in perſona Dei ſubiungitur, Miſereamur impio,
ad quod in perſona prophetæ vel Eccleſiæ, ex zelo iuſtitiæ reſpondetur immediatè: Et non diſcet
facere iuſtitiam, in terra ſanctorum iniqua geſſit. Ad quod Deus reſpondet, vt iudex: Et non videbit
gloriam Domini. cui ſententiæ applaudens propheta: Domine, inquit, exaltetur manus tua, vt nõ vi-
deant. ad quod Deus ſtatìm ſubiungit: Videant & confundantur zelantes populi. quibus verbis fa-
uens propheta, adiecit: Et ignis hoſtes tuos deuoret. Hìc autẽ modus loquendi, in Zacharia eſt fre-
quens. Idcircò Scholaſtica dicit hiſtoria, ꝙ hìc ſit metaplaſmus, i. mutatio de perſona vna in aliam.
Dani. 6. Itaq; conſequenter Gabriel loquitur Danieli: [Et nunc] tempore huius reuelationis [veritatem an-
nunciabo tibi] de regno ac regibus Perſidis, pro qua re ſolicitè oras, præſertim amore Darij regis,
qui te ſic diligit & ſublimauit, & de lacu leonum eduxit, atq; pro te ſolicitus fuit. [Et eccè adhuc tres
reges ſtabunt] regnando [in Perſide,] poſt Darium & Cyrum, qui nunc pro eodem computant̃, qa
ſimul regnabant, & Cyrus Dario ceſſit, vt dictum eſt ſæpè & pluriès. nec ſolùm tres ſtabunt ibì, ſed
etiam quartus, ſicut mox ſubditur: [Et quartus] rex Perſidis [ditabitur opibus nimijs ſuper omnes,]
qui ante eum in Perſide regnauerunt. Primus iſtorum quatuor, ſecundùm Hieronymum & eum ſe-
Iudit. 16. quentes, fuit Cambyſes filius Cyri, qui Cambyſes in libro Iudith Nabuchodonoſor appellatur. Se-
*Irenci-des cundus fuit * Smerdes magus, qui filiam Cambyſis duxit vxorẽ, quo à ſeptem †magis occiſo, regna-
uit Darius filius Hyſtaſpis, qui Darius præfatam Cambyſis filiam coniugem ſumpſit, genuitq; ex
ea Xerxen filium, qui in Perſide rex potentiſſimus atq; ditiſſimus fuit, & contra Græciam innumera-
bilẽ duxit exercitum, eaq; geſſit quæ Græcorum memorant hiſtoriæ: ſuccendit enim Athenas. Hinc
ſequitur: [Et cùm inualuerit] iſte rex Perſidis quartus [diuitijs ſuis,] per quas auxiliarios aggregauit,
*fauore [concitabit oẽs] ſcilicet ſubiectos, & *fauere paratos [aduerſum regnum Græciæ.] quod & vicit, &
ſuo iunxit imperio ſub tributo. Inſupèr ſecundùm Hieronymum, poſt hunc potentiſſimum Perſi-
dis regem, adhuc nouem fuerunt vſq; ad Alexandrum Magnũ, qui omittunt̃ hoc loco, quia non cu-
rauit ſpiritus prophetalis ſeu ſermo propheticus ordinẽ hiſtoriæ proſequi, ſed præclara quæq; ꝑſtrin
gere. Hinc ſecundùm Albertum, iſti quatuor tanq̃ principaliores ponunt̃: & rurſus, quia præfatus
Xerxes dedit Græcis occaſionem ꝑliandi contrà Perſas, idcircò poſt eum ſtatìm fit mentio de maxi-
mo rege Græcorum, Perſarum victore, ſcilicet Alexandro. Quidam verò dicens ſe ſequi Hebræos,
affirmat ꝙ quatuor regum Perſidis, de quibus nunc ſermo, primus fuit Cyrus, ſecundus Cambyſes
filius eius, tertius Aſſuerus Heſter maritus, quartus Darius Aſſueri iſtius filius, quem dicit ab Alex-
Heſter 1. andro deuictum. Sed contra hoc Hieronymus dicit apertè: Fruſtrà quidam Darium quartum regẽ,
qui ab Alexandro victus eſt, ſcripſit, qui non quartus, ſed quartuſdecimus poſt Cyrum Perſarũ rex
fuit, quem ſeptimo imperij ſui anno ſuperauit & occídit Alexander. Præterea æſtimare non valeo, ꝙ
hiſtoriographi Perſarum atq; Medorum ſeu aliorum Gentilium, ex quibus Hieronymus aſſerit ſe
cepiſſe, quæ ſcribit de regibus iſtis, tantum in deſcriptione rerum geſtarum errauerint, vt ſcriberent
in regno Perſarum quatuordecim reges poſt Danielem ſeu Cyrum regnâſſe vſq; ad Alexandrum, ſi
non niſi quatuor regnauerunt: nec apparentiam habet, ꝙ nouem regnâſſe confinxerint: nec impe-
rium Perſarum tot annis durauit ſub quatuor regibus memoratis, quot annis Chronicæ Perſarum,
quas ſequuntur Hieronymus, Aphricanus, Beda, cæteriq; catholici, illud durâſſe teſtantur. [Surget
verò rex fortis, & dominabitur poteſtate multa, & faciet quod placuerit ei.] Hoc omnes de Alexan-
dro Magno Macedone interpretantur, qui tempore Darij vltimi Imperatoris ac regis Perſarũ atq;
Medorum ſe erigens, ac plurimas terras ſibi ſubijciens, tandèm Darium ſuperauit, & Indiam ſub-
iugauit, mirabilem habens in omnibus bellis proſperitatem, atq; ad libitum præualens. De qua re
ſuprà dicta ſunt multa, quæ reſumenda non reor. [Et cùm ſteterit] Alexander, i. duodecim annis re-
gnauerit: [conteretur regnum eius.] quia trigintaduorum exiſtens annorum, ſecũdùm Hieronymũ,
in Babylone veneno interijt. Iolus enim pincerna ipſius eum * infecit, vino miſcens venenum. [&
diuidetur in quatuor ventos cæli.] moriturus quippe imperium ſuum diuiſit in quatuor partes, qua-
rum vna fuit ad oriẽtem, altera ad occidentẽ, tertia ad auſtrũ, quarta ad aquilonẽ, ex qbus terræ pla-
gis flant vẽti quatuor principales: ideò dicit̃ in quatuor vẽtos cæli aërei. In Aegypto equidẽ, q̃ eſt ad
meridiem, regnauit Ptolemæus Lagi filius: In Macedonia, quæ eſt ád occidentem, frater Alexan-
dri

dri Philippus: In Syria & Babylone ac ſuperioribus locis, quæ ſunt ad orientem, Seleucus, qui & Ni-
canor vocatus eſt: In Aſia & plagis vicinis, quæ ſunt ad ſeptentrionem ſeu * auſtrum, Antigonus.
His verbis addidit Hieronymus: Hoc ſecundùm totius orbis plagas dicimus, vtpotè non habito ad
ſpecialem locum reſpectu. Cæterùm, qui in Iudæa eſt, ad aquilonem Syriam, & ad meridiem habet
Aegyptum. Secundùm Albertum, quatuor plagæ terræ vocantur venti cæli, quia res huius mundi,
quaſi vento huc illucq; iactantur. [ſed non in poſteros eius.] Iſti enim Alexandri ſucceſſores nõ fu-
erunt ex eo progeniti, immò ſecundùm Hieronymum fuerunt alieni ab eo, dempto Philippo fratre
ipſius. Dicit quoq; Hieronymus, ꝙ Alexander non habuit liberos. Veruntamen ſicut in vita Alexã-
dri habetur, habuit prolem vnam ex coniuge ſua filia Darij regis Perſarum, ſed matrem cũ prole oc-
cídit Iolus cũ Caſſandro ſibi in his aſſiſtente, videlicet interfectione Alexandri & interfectione cõ-
iugis ſuæ ac prolis. [neq; ſecundùm potentiam illius,] i. nullus regum iſtorum ſimilis erit Alexandro
in poteſtate, [qua dominatus eſt] Alexander potentiſſimus regum. [lacerabitur em̃] i. diuidetur [re-
gnum eius] ſcilicet Alexandri, [etiã in exteros] ſeu externos, i. inferiores & obſcuriores reges præ-
dictis quatuor regibus. Alexandro quippe defuncto, regibus ab ipſo conſtitutis eorúmve poſteris
inter ſe præliantibus, plures ab Alexandri imperio ſeu monarchia ſe ſubtraxerunt, & reges ſibi con
ſtituerunt, qui diademata ſuis impoſuerũt capitibus. Nã Cappadocia, & Armenia, atq; Bithynia, Boſ-
phorus quoq; ac aliæ prouinciæ, à Macedonũ receſſerũt imperio, Alexandro defuncto. In iſtis atq;
ſequentibus ſequor Hieronymum, Scholaſticam hiſtoriam & Albertũ. Ideò non opùs eſt ad ſingu-
la allegationes inducere. Sic ergò diuiſum eſt Alexandri regnũ in exteros ſiue extraneos reges, ex-
ceptis his regibus præinductis. [Et cõfortabitur rex Auſtri.] Hìc determinatur de proceſſu ac præ-
lijs duorũ regnorũ de ꝑdictis quatuor regnis, vtpotè de regno Aegypti ac Syriæ, & de iſtis Gabriel
loquitur Danieli, alijs duobus regnis omiſſis, qa hæc duo regna erant Iudæis viciniora, & eis frequẽ-
ter moleſta fuerunt: propoſitũ aũt ſcripturæ veteris teſtamenti fuit, nõ exterarũ gentiũ hiſtorias te-
xere, ſed Iudæorũ & aliorũ, ſecundùm quod copulabant̃ Iudæis ſiue in bono, ſiue in malo. Itaq; an-
gelus ait: [Cõfortabit̃ rex Auſtri,] i. Aegypti, q̃ ad meridiem eſt, ſ. Ptolemæus Lagi filius, qui primus
poſt Alexandrũ in Aegypto regnauit, pluresq; inſulas, regiones & vrbes obtinuit, ſubiugauit, & ſuũ
dilatauit dominium, qui ſecundùm Hieronymum prudentiſſimus atq; ditiſſimus fuit. Porrò, ab iſto
Ptolemæo ſequentes reges Aegypti dicti ſunt Ptolemæi, quorum primus fuit Ptolemæus Philadel-
phus filius Ptolemæi præfati, deindè Ptolemæus Euergetes, Ptolemæus Philopator, Ptolemæus Epi-
phanes. [Et de principibus eius,] i. filijs atq; principibus à Ptolemæo Lagi filio deſcẽdentibus, [ꝑua-
lebit ſuper eũ,] i. vnus illorũ eo erit præclarior, poteſtate, opibus, gloria, ſ. Ptolemæus Philadelphus
prædicti filius Ptolemæi, & pòſt imperans in Aegypto. [& dominabitur ditione] i. grandi dominio
fulcietur. Circa hũc locum ſcribit Hieronymus: Sub iſto Philadelpho Septuaginta interpretes Ale-
xandriæ ſcripturam ſanctam in Græcũ dicuntur vertiſſe ſermonem, qui Eleazaro pontifici multa
Hieroſolymam, & in templi donaria vaſa tranſmiſit. tantæ narratur fuiſſe ſcientiæ, vt patrem ſuum
in ea excederet. Narrant hiſtoriæ, habuiſſe eum ducenta millia peditũ, viginti millia equitum, millia
curruum, quadringentos elephantos, quos ex Aethiopia primus adduxit. Naues longas mille quin-
gentas, & alias mille ad cibaria militum deportanda. Inſupèr aliqui aſſerunt, ꝙ tantus ſapientiæ fuit
amator, ꝙ omnium gentium libros in ſua bibliotheca congregauit, vndè libros legis Moſaicæ fecit
transferri, & hoc de conſilio magiſtri ſui Demetrij, vt aliqui dicunt. [Multa enim dominatio eius.]
quia (vt dictum eſt) patre ſuo fuit potentior. [Et poſt finem annorũ] i. aliquibus annis prælij euolu-
tis [fœderabuntur] præfatus Ptolemæus Philadelphus, & Antiochus Theos rex Syriæ. [filiaq; regis
auſtri] ſ. Ptolemæi iam dicti regis Aegypti, quæ eſt verſùs plagam auſtralem, [veniet ad regem aqui-
lonis] i. Antiochum Theos Syriæ, quæ eſt in parte aquilonari. [facere amicitiam.] quia à patre ſuo
data eſt huic Antiocho vxor, vt bellum inter eos ceſſaret. Hinc Theodotio tranſtulit: Poſt annos
illos commiſcebuntur. quod Ptolemæus ideò fecit, vt regnum Syriæ ad ſemẽ filiæ ſuæ, ſuos videli-
cet deuolueretur nepotes. [Et non obtinebit fortitudinem brachij] i. robur ac regnum Syriæ & mi-
litum eius hæc Ptolemæi filia, Antiochi vxor, non adipiſcetur, ſecundùm quod pater eius ſperauit.
[Nec ſtabit ſemen eius,] i. filius quem ex Antiocho iſto genuit, non ſtabit in regno Syriæ, nec diù
in vita. Et quomodò fieret hoc, ſubditur: [Et tradetur ipſa] filia Philadelphi, vxor Antiochi. [& qui
duxerunt eam] de Aegypto [in Syriam adoleſcentes eius] milites ac nobiles, [& qui confortabant
eam in temporibus] id eſt, Antiochus eius maritus, qui eam ad tempus roborauit in reginam, hi
omnes traditi ſunt in mortem. Iſte nanque Antiochus quandò filiam regis Aegypti ſumpſit in con
iugem, priorem ſuam vxorem repudiauit, & quaſi ancillam concubinamque habuit. Poſtcà victus
eius amore, accepit eam ad priorem gratiam atque honorem. Porrò illa viri inſtabilitatem perpen-
dens, metuenſque nè denuò abijceretur ab ipſo, & nè filij quos ex eo habuit, regno Syriæ priua-
rentur, deuolueretúrque regnum hoc ad filium viri ſui, quem ex filia regis Aegypti genuit, per mi-
 ni-

niſtros ſuos virum ſuum occidit veneno, eiusq́; coniugem Aegyptiam cum filio ſuo tradidit qui-
buſdam ſuis principibus occidendam. Poſteà filium ſuum maiorem nomine Seleucum, cognomen-
to Galericum, loco patris ſui conſtituit regem. Sed iſtam occiſionem filiæ regis Aegypti, prolisq́ue
eius, frater ſuus, ſcilicet Ptolemęus Euergetes rex Aegypti, poſt patrem ſuum Ptolomęum Phila-
delphum, vlciſci curauit, ſecundùm quod ſubditur: [Et ſtabit de germine radicum eius] id eſt, de
poſteritate parẽtum filiæ Philadelphi, [plantatio,] id eſt, germen ſeu filius, ſcilicet Ptolemęus Euer-
getes frater ipſius, imperans in Aegypto. [& veniet cum exercitu] valdè ingẽti, [& ingredietur pro-
uinciam regis aquilonis] ſcilicet Syriam, quę eſt in parte aquilonari ſeu ſeptentrionali. [& abutetur
eis,] id eſt, Seleuco Galerico, & matre ipſius cum filio ſuo in Syria tunc regnante, quibus fertur ab-
Iere. 20. uſus, quia opprobria intulit eis, crudeliterq́ue ſubuertit, iuxta quem modum Hieremias dicit, in tem
pore tribulationis abutere eis. [& obtinebit.] id eſt, ſibi ſubiecit: & vt aliqui dicunt, ambos occi-
dit, immò ſecundùm Hieronymum, Syriam cepit atque Ciliciam, ſuperioresq́ue partes trans flu-
men, & propemodùm Aſiam vniuerſam. [Inſupèr deos eorum] putà Syrorum, [& ſculptilia, vaſa
quoquè precioſa auri & argenti captiua ducet in Aegyptum.] Cùm enim (vt tactum eſt) taliter prę-
ualuiſſet, atque audîſſet in Aegypto ſeditionem oriri, ſpoliauit Syriam, tulitq́ue ſecum ex ea vaſa
aurea & argentea precioſa, deorum quoquè ſimulacra duo millia & quingenta, ac quadraginta mil-
lia talentorum argenti. [Ipſe præualebit aduerſùs regem aquilonis,] ſcilicet Ptolemęus Euerge-
tes contra Seleucum Galericum Syriæ regem, vt patuit. [Et intrabit in regnum] Syriæ, illud vndi-
què peruagando, vt dictum eſt, [rex Auſtri] videlicet Ptolemęus præfatus, [& reuertetur ad terram
for. *Euergeten ſuam,] id eſt, Aegyptum Syria ſic vaſtata. [filij autem eius] putà Seleuci Galerici, patre ſuo Gale-
rico interfecto, [prouocabuntur] ad pugnam contra regem Aegypti Ptolemęum *Philopatorem,
præfati Ptolomęi Philadelphi filium ac ſucceſſorem, [& congrebabunt multitudinem exercituum
plurimorum,] vt patris ſui mortem in eum vindicent, à cuius patre pater eorum occiſus eſt. Gale-
ricus quippe filios duos pueros dereliquit, qui adulti, iſta fecerunt. [& veniet] vnus duorum fra-
trum iſtorum, videlicet Antiochus, qui dictus eſt Magnus, [properans] ad reſiſtendum regi Aegy-
pti, [& inundans,] id eſt, impetu numeroq́ue exercitûs ſui abundans, ſicut de rege Aſſyriorum ſcri-
Iſaiæ 8. ptum eſt in Iſaia: Tranſibit per Iudęam, inundans & tranſiens vſque ad collum. [& reuertetur] An-
tiochus iſte. Fuit enim ad tempus in Babylone, & interìm frater eius primogenitus tertio regnĩ
ſui anno in Phrygia doloſè occiſus eſt, quo audito, frater eius iunior, ſcilicet iſte Antiochus, ſum-
pſit regnum, & properè venit de Babylone. [& concitabitur] animo feruens ad pugnam, [& con-
gredietur cum robore] eius, id eſt, cum fortitudine ſui exercitûs, bellum inibit contra duces & po-
pulum Ptolemęi Philopatoris in Syria, quæ pro tunc quaſi hęreditariè tenebatur à rege Aegypti,
hoc eſt, ſicut & pater eius Ptolemęus Euergetes eam in ſuam redegit poteſtatem. [& exaltabitur
cornu eius,] quia præualuit ducibus Ptolemæi, & Syriam recuperauit. [& prouocatus rex auſtri,]
id eſt, Ptolemæus Philopator rex Aegypti, animo inflammatus contra Antiochum Magnum, au-
dita deiectione ſuorum, [egredietur] Aegyptum, [& pugnabit aduerſùs regem aquilonis,] id eſt,
Antiochum iſtum Syriæ regem. [& præparabit multitudinem nimiam,] id eſt, grandem valdè
exercitum. Hoc quippe fecit antequàm iniȷt pugnam. [& dabitur multitudo in manu eius,] id
eſt, magnum Antiochi exercitum ſuperabit. [& capiet multitudinem,] id eſt, multos de parte An-
tiochi in prælio captiuabit. [& exaltabitur cornu eius,] id eſt, regia eius poteſtas obtento trium-
pho contra Antiochum. [& deijciet multa millia] exercitûs Antiochi quæ occidit in bello. [ſed
non præualebit] contra Antiochum totaliter atque finaliter. Antiochum enim fugientem com-
præhendere nequiuit. Hinc ſubditur: [Conuertetur enim rex aquilonis,] id eſt, Antiochus iſte
rex Syriæ poſt fugam rurſus faciem ſuam direxit contra regem Aegypti ad impugnandum. [& prę-
parabit exercitum multo maiorem] quàm priùs contra regem Aegypti non Philopatorem, ſed fi-
lium eius Ptolemęum Epiphanem, patri in imperio ſuccedentem, qui patre ſuo mortuo erat tunc
quatuor annorum. [& in fine temporum annorumq́ue] ad hoc prędefinitorum, videlicet poſt
aliquot annos Philopatore defuncto, [veniet] iſte Antiochus Magnus [properans] contra Aegy-
ptum, [cum exercitu maximo & opibus nimijs.] contraxit enim, ſecundùm Hieronymum, in-
credibilem exercitum à ſuperioribus Babylonis partibus, atque cum rege Macedonum Philip-
po iniȷt pactum, vt ſe contra Aegypti regem iuuaret, hac conditione, quòd vnuſquiſque eorum
vrbes Aegypti ſuperandas, ſuo imperio viciniores haberet, ſuoq́ue regno adiungeret, ſicq́ue cum
multis venit diuitijs. ideò ſubditur: [& in temporibus illis multi conſurgent] cum iſto Antio-
cho [aduerſùs regem auſtri.] id eſt, Aegypti Ptolemęum Epiphanem. Conſequenter inſerit quid-
dam, quod tunc contigit. [Filij quoquè præuaricatorum populi tui,] id eſt, Iudæi tranſgreſſores fi-
lij tranſgreſſorum [extollentur] præſumptuoſè agendo, [vt impleant viſionem] id eſt, implere ſe ia-
Iſaiæ 19. ctent & æſtiment prophetiam Iſaiæ: In die illa erit altare Dñi in medio terræ Aegypti, & titulus ad
ter-

terminum eius, quod ad literam dictum eſt pro tempore Chriſti & Euangelij prædicationis, cõuer-
ſis ad ſaluatorem Aegyptijs. Porrò inter ſe dimicantibus regibus Syriæ & Aegypti, Iudæi inter ſe di
uidebantur, quibuſdam eorum fauentibus regi Syriæ, alijs regi Aegypti. Hac occaſione Onias Iu-
dęorum ſacerdos, aſſumptis multis Iudæis, in Aegyptum fugit, quem rex Aegypti Ptolemęus Epi-
phanes cũ honore ſuſcepit, ſicq́; Onias de regis conſenſu atq; ſubſidio in Aegypto conſtruxit tem-
plum & altare ſimilia templo & altari Hieruſalem, aſſerens ſe præinductum Iſaiæ vaticinium adim- Deut. 16.
plere: & in hoc egit iniquè & contra legem, quæ prohibuit alibì fieri templum hoſtiasq́; offerri, niſi
in vrbe diuinitùs ad hoc præelecta, putà Hieruſalem, durauitq́; templum hoc annis ducentis quin-
quaginta, quouſq; à Veſpaſiano, repugnantibus Iudęis Romano imperio, funditùs eſt deſtructum
vnà cum ciuitate in qua erat, quæ ab Onia ciuitas Oniæ fuit vocata. Onia quoq; in Aegypto manẽ-
te, innumerabiles ad eum confugerunt Iudæi. [& corruent,] quia hoc faciendo peccauerũt, & poſt-
cà templum, vt dictum eſt, fuit deſtructum. [& veniet] Antiochus Magnus [rex aquilonis] videli-
cet Syriæ, [& comportabit aggerem] per ſuos ſatellites implentes foſſas munitionum, quas rex
Aegypti adhibuit vrbibus, quas regi Syriæ abſtulit. [& capiet vrbes munitiſſimas.] Rex nanque
Aegypti plures Syriæ vrbes abſtulit regi eius, quas Antiochus iſte recuperauit. rurſus Antiocho
iſto Magno obtinente ac habente Iudęam, rex Aegypti miſit ducem ſui exercitûs in Iudæam, qui ce
pit eam, & optimates Antiochi indè eiecit. [& brachia auſtri] id eſt, auxilia, militeſq́ue regis Aegy-
pti, quos in vrbibus Syriæ ac Iudææ pro defenſione terrarum illarum reliquit. [non ſuſtinebunt,]
id eſt, ferre non poterunt inuaſionem ac impetum Antiochi Magni, qui prædictum regis Aegypti
ducem expulit de Iudęa. [& conſurgent electi eius] id eſt, elegantiores pugnatores regis Aegyptij.
[ad reſiſtendum] Antiocho Magno, [& non erit fortitudo] eis hoc adimplendi. [& veniens] Anti-
ochus ad vrbes & terras has, [faciet ſuper eum,] i. contra regem Aegypti, [iuxta placitum ſuũ] præua-
lendo, vt dictum eſt. [& non erit qui ſtet contra faciẽ eius,] i. nullus ex parte regis Aegypti tunc po-
terit rebellare Antiocho. [& ſtabit in terra inclyta,] id eſt, Iudęam terrarum omnium (vt in Eze-
chiele dicitur) præcipuam, melle ac lacte manantem, à Deo electam, & ob cultum Dei in ea, inſi- Ezech. 20.
gnem, Antiochus tunc habebit. Nam & Iudęi in Hieruſalem eum honorificè ſuſceperunt. [& con-
ſumetur in manu eius.] Aliqui hoc exponunt, quòd Antiochus multa Iudęis intulit mala ſub Iuda
Machabęo, ſed ille non fuit iſte Antiochus Magnus, ſed filius eius Antiochus Epiphanes. Aliqui ve 1. Mac. 6.
rò exponunt, conſumetur, id eſt, præſidia regis Aegypti demolietur, & expellet ab ea, ſecundùm
quod dictum eſt. Hieronymus autem exponit, cõſummabitur, id eſt, perficietur in manu eius, quo-
niam templum ac populum Iuda tunc honorauit. [& ponet faciem ſuam,] id eſt, Antiochus Ma-
gnus ſe vertet. [vt veniat] ad Aegyptum, [ad tenendum vniuerſum regnum eius.] id eſt, regis Aegy
pti. acquiſitis quippe de manu regis Aegypti Syria, Cilicia, ac Iudęa, totum quoquè Aegypti regnũ
obtinere optauit. Ambitio enim finem ſibi non ſtatuit. [& recta faciet cum eo.] id eſt, ſicut fecit ſibi,
ſic reſtituet ei. Rex nanque Aegypti abſtulit ſibi vrbes, & ſic vicem ei rependit. Sic quidam expo-
nunt. Alij autem intelligunt, quòd faciet ſecum recta, id eſt, fœdera pacis ſecum doloſè inibit. ideò
ſubditur: [& filiam fœminarum] id eſt, filiam ſuam Cleopatram, de numero fœminarum ſexu at-
que laſciuia ſeu moribus vnam, & ſic non eſt hîc verborum ſuperfluitas aliqua. [dabit illi] id eſt,
Antiochus Magnus Ptolemæo Epiphani adhuc adoleſcenti in coniugem, [vt euertat illum] id eſt,
regem Aegypti decipiat. Vel euertat illud, id eſt, regnum Aegypti ſibi ſubiȷciat. Videns equidem ſe
virtute armorum non poſſe de facili ſuperare Aegyptum, filiam ſuam dedit regi Aegypti, vt ſic tem-
pore ſuo quaſi amicus intraret Aegyptum, ac vinceret eam. [& non ſtabit conſilium eius.] id eſt,
non habebit effectum. [nec illius erit] regnũ Aegypti. Rex enim Aegypti & principes dolum per-
ceperunt. Cleopatra demùm marito ſuo magìs quàm machinationibus patris ſui fauebat. [& con-
uertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas:] quia videns ſe fruſtratum ſpe ſua, quo ad Aegy-
ptum, conuertit ſe ad inſulas Aſiæ expugnandas, & multas ibidèm deuicit. [& ceſſare faciet princi-
pem opprobrij ſui.] quod intelligitur de ſeipſo, quia propriæ confuſionis ſuæ extitit princeps, vel
de principe ſuæ militiæ, per quem opprobria intulit atque promeruit. Impugnando autem has in-
ſulas Romanis confœderatas, cauſa fuit propriæ deiectionis. Nam inſulæ iſtæ Romam miſerunt,
tuncq́ue Senatus Romanorum miſit eis in adiutorium duos fratres legatos, videlicet Scipionem
Naſicam, & Scipionem Aphricanum, qui Hannibalem imperatorem Carthaginenſium ſuperauit, à
quibus victus eſt Antiochus iſte. Ideò ſubditur: [& opprobrium eius conuertetur in eum:] quia
quod alijs intulit, paſſus eſt, iuxta illud: Incidit in foueam quam fecit. [& conuertet faciem ſuam ad Pſal. 7.
imperium terræ ſuæ,] id eſt, de Aſia fugiens, ad Syriam conabatur redire. [& impinget] in aduer-
ſarios ſibi reſiſtentes. [& corruet, & non inuenietur.] cùm enim contra Elimæos pugnaret, cum
omni ſuo exercitu deletus eſt, ſecundùm Hieronymum. Quidam autem, ſcilicet Albertus, expo-
nens hũc locum, dicit hîc aliqua quæ de iſto Antiocho verificari non queunt, ſed de Antiocho Epi-

 pha-

2.Mac.9. phane filio eius,qui internorum viſcerum mortuus eſt dolore,vt ſecundo Machabęorum habetur. [& ſtabit in loco eius viliſſimus, & indignus decore regio.] Sed hîc ait Hieronymus, Scholaſtica quoquè eum ſequens hiſtoria:Hucuſq; de hiſtoriæ ordine inter Porphyrium atq; catholicos nulla contentio eſt.Sequentia autem in iſto & ſequenti capitulo, Phorphyrius de Antiocho tantùm expoſuit,catholici verò mixtìm & partìm de Antiocho typo Antichriſti,& de ipſo Antichriſto,ſicut patebit.Itaque ait:Stabit in loco eius,id eſt,Antiocho magno ſuccedet in regno viliſſimus & indignus decore regio,id eſt,Seleucus Philopator primogenitus eius,iners,rudis & pauidus, qui nil dignum actibus patris ſui ac regno Syriæ geſſit,& in [paucis diebus cõteretur,] id eſt, citò morietur,nec diù regnabit. [& non in furore,nec in prælio.] quia non in hoſtium furore aut bello peremptus eſt. [Et ſtabit in loco eius deſpectus,] id eſt,ſibi in regno ſuccedet frater eius Antiochus Epiphanes ſiue illuſtris,quod idem eſt,qui primò fuit modicę reputationis. Romani enim victo Antiocho Magno, horum duorum fratrum patre,ſuſceperunt iſtum Antiochum obſidem,nè pater eius à fidelitate recederet Romanorum,qui patris ſui morte audita,venit à Roma in Syriam ignorante ſenatu, vt aliqui dicunt: quidam tamen affirmant, quòd de eorum venit licentia. [& non tribuetur ei honor regis.] in principio enim vilipendebatur,præſertim in Syria,ab his qui Ptolemęo regi Aegypti fauebant. [& veniet clàm,] id eſt, occultè ſeu fraudulenter de Roma in Syriam. [& obtinebit regnum] Syriæ [in fraudulentia.] id eſt,cum dolo.Nam primò ſe nequiter humiliauit inſtàr Abſalonis, attrahens ſibi plebis fauorem, ſimulans pietatem ac fidelitatem ad ciues, audaciam verò in hoſtes. [& brachia pugnantis] id eſt, robur exercitûs ſeu milites Ptolemęi contra Antiochum hunc pugnantis. [expugnabuntur à facie eius,] id eſt, ab exercitu & præſentia Antiochi ſuperabuntur. [& conterentur:] multi enim eorum ab ipſo ſunt victi. Nunc verò eſt ſermo non de Ptolemęo Epiphane, ſed de filio eius Ptolemęo Philometore, cuius duces contra Antiochum præli ntes, primò ab ipſo ſunt victi. Cùm enim Philometor adhuc puerulus eſſet,& duo ex eius principibus regnum diſponerent,Syriamq́ue repeterent,quam Antiochus iſte occupauit,habuitq́ue doloſè, inter eos & Antiochum ortum eſt prælium,ipſiq́ue victi ſunt. [Inſupèr & dux fœderis] id eſt, Ptolemæus Philometor filius Cleopatræ ſororis Antiochi,cum quo tanquàm nepote Antiochus ſimulauit amicitiæ fœdus,ab Antiocho eſt contritus, id eſt, regno priuatus. Antiochus quoquè regnum Syriæ occupauit iniuſtè,eô quòd filium fratris ſui verum hæredem, regno Syriæ ſpoliauit, qui poſteà contra filium
1.Mac. 6. Antiochi præualuit atque regnauit,vt primo Machabęorum habetur. [& poſt amicitias cum eo] id eſt,Ptolemęo Philometore [faciet dolum.] Finxit enim ſe eſſe ſolicitum pro ſuo nepote tanquàm adoleſcēte, & regnum eius Aegyptium velle commodoſè diſponere, ſicq́ue intrauit Aegyptum, & crediderunt ei Aegyptij. Ideò ſubditur: [Et aſſcendet in modico populo,] id eſt, cum paucis intrabit Aegyptum, [& abundantes & vberes vrbes] Aegypti [ingredietur] ac ſuperabit, quia nil mali ſuſpicabantur de ipſo. [& faciet quę non fecerunt patres eius, nec patres patrum eius:] quia nullus regum Syriæ,à quibus deſcendit, ità, vt ipſe, vaſtauit Aegyptum. [& rapinas & prædam & diuitias] eorum [diſſipabit,] id eſt, Aegypti opes auferet,diſtrahet, ſecumq́ue tollet. [& contra firmiſſimas cogitationes] id eſt, acutas adinuentiones ac conſultationes ſapientum ac conſulum regis Aegypti, [inibit conſilium.] Calidiſſimus enim fuit iſte Antiochus, & ſuis verſutijs multos oppreſſit. [& hoc vſque ad tempus,] id eſt,quàm diù Deus permiſerit,& non diù, quia poſt pauca tempora fuit ab Aegypto per Romanos expulſus: immò nec diù regnauit. Conſequenter inducitur,quomodò Antiochus ſecundò inuaſit Aegyptum. [& concitabitur fortitudo eius & cor eius aduerſùs regem Auſtri,] videlicet Ptolemęũ ſuæ ſororis Cleopatræ filium. [in exercitu magno] quem congregauit. [& rex Auſtri] id eſt, Ptolemęus iſte Philometor [prouocabitur ad bellum multis auxilijs & fortibus nimìs.] Ptolemęus etenim iſte, ducesq́ue eius cum fortiſſimis & plurimis auxiliatoribus ſe contra Antiochum præparauerunt. [& non ſtabunt] id eſt, duces ſeu auxiliatores aliquī non fideliter Ptolemęo aſſiſtent. [quia inibunt aduerſùs eum] id eſt, Ptolemęum Dominum ſuum [conſilia.] Antiochus quippe in omnibus doloſè ſe habens, & à nepotis ſui exercitu maximo opprimi metuens, quoſdam de parte Ptolemęi donis atque blanditijs traxit ad ſe, per quos triumphus Ptolemęi eſt impeditus. ideò ſubditur: [& comedentes panem coram eo,] id eſt,aliqui de domeſticis ſeu commenſalibus vel familiaribus Ptolemæi [conterent eum,] id eſt, fraudulenter impedient, & quoſdam ſuorum occidi procurabunt. [exercitusq́ue eius opprimetur] fraudibus magis quàm viribus Antiochi. [& cadent interfecti eius plurimi:] quia multos de exercitu regis Aegypti occidit Antiochus. [Duorum quoquè regum cor erit vt malefaciant] id eſt, cor Antiochi & Ptolemæi regis Aegypti, erit ad nocendum ſibi inuicèm. [& ad menſam vnam mendacium loquentur.] Antiochus nanque cum Ptolemęo per intermedios quos attraxit, inijt pacem doloſè, & in ſignum amicitiæ pariter comederunt, ſed nullus eorum alteri fauit, nec Ptolemęus auunculo (cuius expertus fuit fraudulentias) credidit: ideò verba mendoſa inuicèm ſunt locuti, quòd ſcilicet vnus alte-

alteri nil vellet nocere. [& non proficient] Antiochus & eius exercitus,quia Ptolemęum ſuperare non potuerunt,ſed à militibus Ptolemęi eiecti ſunt. Vel non proficient reges iſti, id eſt, nullus eorum poterit alterum totaliter vincere. [quia adhuc finis] id eſt, exitus huius rei [in aliud tempus] à Deo ſeruatus eſt,vt quilibet eorum tempus ſibi à Deo præfixum, impleret. [& reuertetur] Antiochus [in terram ſuam] ſcilicet Syriam [cum multis opibus] quas ab Aegyptijs cepit. [& cor eius aduerſùm teſtamentum ſanctum] id eſt,intentio atque propoſitum cordis ſui erit deſtruere cultum legis Moſis,ritumq́ue veteris teſtamenti. [& faciet] quod decreuit,videlicet multa mala in Hieruſalem ac Iudęa,prout in lib. Machabęorum habetur. [& reuertetur in terram ſuam] vaſtata Iudæa. 2.Mach.9.
Porrò ad intelligentiam prædictorum conferunt, quæ ſcripta ſunt primo Machabęorum, quo in- 1.Mach. 6.
ter cætera legitur:Paratum eſt regnum in manu Antiochi, & cœpit regnare in terra Aegypti, vt regnaret ſuper duo regna,& conſtituit bellum aduerſùs Ptolemęum regem Aegypti,& veritus eſt Ptolemęus ab eo,& accepit ſpolia terræ Aegypti. Et conuertit Antiochus, poſtquàm percuſſit Aegyptum,& aſſcendit ad Iſrael.Et aſſcendit Hieroſolymam in multitudine graui, & intrauit in ſanctificationem,id eſt, templum cum ſuperbia, & accepit altare aureum & candelabrum luminis &c. & ſublatis omnibus,abijt in terram ſuam,& fecit cædem magnam hominum. [ſtatuto tempore] quod ſibi præfixit,id eſt,poſt duos annos ſecundùm Hieronymum. [reuertetur] Antiochus à terra ſua. [& veniet ad auſtrum,] id eſt,ad regnum Aegypti. [& non erit priori ſimile nouiſſimum,] id eſt, vltima iſta impugnatio Aegypti ab Antiocho,non erit tam grauis ſicut præcedens, cuius ratio ſubditur: [& venient ſuper eum trieres,] id eſt,naues Italicæ. [& Romani] in eis, [& percutietur] id eſt, ab eis vincetur. Trieres dicuntur quaſi triremes,id eſt,naues tres ordines remorum habentes. Cùm aũt Antiochus Alexandriam Aegypti,in qua tunc duo fratres Ptolemęi Philometoris ac filij Cleopatræ erant,obſideret,aduenerunt Romanorum legati,quibus Aegyptij tunc erant cõfœderati. Publius verò *Marcus legatus Romanorũ,inueniẽs Antiochum in littore ſtantẽ, dixit ad eum: Senatus populusq́; Romanus præcipiunt tibi,ab amicis ſuis recedere,& tuo regno eſſe contentum. dũq́; inducias reſpondendi Antiochus peteret, Marcus circa eum fecit in ſabulo circulum cum virga, & ait:Senatus populusq́; Romanus præcipiunt tibi, nè egrediaris hunc circulum donec reſpondeas. Territus ergò Antiochus, ait: Si ſic viſum eſt ſenatui ac populo Romano, recedendum eſt. & abijt de Aegypto.Sicq́; percuſſus fuit,i.humiliatus,nõ interfectus. [& reuertetur] de Aegypto verſùs Iudæam. [& indignabitur contra teſtamentum ſanctuarij,] i.templum & legem cultumq́; Iudęorum, volens in eos retorquere aduerſitatem ſibi illatam. [& faciet] quæ concepit. [reuertetur q́; & cogitabit aduerſùs eos,qui dereliquerunt teſtamentum ſanctuarij,] i. Iudęos teſtamenti veteris tranſgreſſores,quos etiam dicitur ſpoliâſſe. [& brachia ex eo ſtabunt,] i.duces & auxiliarij eius per quos Iudæam afflixit,& quoſdam ſuorum in arce Hieruſalem poſuit, quæ 1.Mach. 1. clariùs ſcripta ſunt. Vel brachia ex eo ſtabunt, i. aliqui de eius progenie poſt eum regnabunt. Vndè pro brachijs alia Tranſlatio habet, ſemina. [& polluent ſanctuarium fortitudinis,] i. templum forte, in quo Dei virtus apparuit,& quod ſummæ poteſtatis Deo fuerat conſecratum. fecerunt nanq; in templo aras & loca ſcortantium. [& auferent ſacrificium iuge,] quod quotidiè offerebatur manè & veſperè,prout
ſuprà commentum eſt pleniùs. prohibuerunt enim duces Antiochi ſacrificia legis Deo offerri,vt di- Dani.9.
citur 1.Machab.1. [& dabunt abominationem in deſolationem,] i.idolũ Iouis,quod Iudæi velut ab-
ominationem ſpreuerunt,& quod eos in deſolationem perduxit. Hinc 1.Machab. habeť: Aedifica- 1.Mach. 1.
uit Antiochus abominandũ idolum deſolationis ſuper altare. Et 1.Machab. Mathathias pater Iudæ 1.Mach. 2.
Machabæi conqueriť: Sancta noſtra & pulchritudo noſtra & claritas noſtra deſolata eſt,& coinquinauerũt eam gentes. [& impij teſtamentũ ſimulabunt fraudulenter.] i.q̃dam Iudæi fingent ſe legem ſeruare & Dei zelo moueri,& tamen gentibus ſe miſcebũt,& cũ eis contra Iudęos venient, dicẽtes
ſe impiũ nihil his machinari,ſicq́; decipient bonos,ꝓut 1.Machab.de Alcimo legiť. [populus aũt ſci- 1.Mach.9.
ens Deũ ſuũ,] i.affectiuã atq; formatã Dei habens ſcientiã, [legẽ obtinebit,& faciet] opera virtuoſa, aduerſarijsq́; reſiſtet,vt patet de Mathathia,& filijs eius adiutoribusq́; ipſorũ,ꝓut 1.Machab.2.plenè narratur. [& docti in populo docebũt plurimos.] Mathathias nanq; filijs ſuis pulcherrima tradidit documenta de ſeruanda in aduerſis conſtantia & forti pro æquitate præliatione, atq; cuſtodia legis diuinæ,ſicut allegato cap.continetur. Poſteà filij eius populum docuerunt. [& ruent in gladio & in flamma, & in captiuitate & in rapina dierum] tribulationis illius, i. quæ fient in illis diebus: aliqui enim Iudęorum pro legis cuſtodia gladio cæſi ſunt,quidam incenſi,aliqui capti, nonnulliq́; ſpolia-
ti,quæ omnia in libro Machabæorum pleniùs ſunt digeſta. Scribitur equidem 2.Machab. Erant in 2.Mach. 5.
triduo in Hieruſalem octoginta millia ab Antiocho interfecti, quadraginta millia vincti, non minùs venundati. [Cumq́; corruerint] ità Iudæi, [ſubleuabuntur auxilio paruulo,] i. adiutorio Mathathiæ filiorumq́; eius,non quòd ijdem numero qui mortui fuerunt,ſint ſubleuati,ſed quidam de ple
be eadem,ſicut in Pſalmo habetur: Cùm occideret eos,quærebant eũ,& reuertebantur,& diluculo Pſal. 77.

1. Mach. 3. veniebant ad eũ. De hoc auxilio ſcribit̃ 1. libro Machab. Surrexit Iudas Machabęus pro patre ſuo, & adiuuabãt eum oẽs fratres eius, & qui ſe coniunxerãt patri eius, & p̃liabantur prælium Iſrael cum lætitia, & perſecutus eſt iniquos. [& applicabunt̃ eis plurimi fraudulenter.] ſæpè eñ tam infideles Iudæi, q̃ quidam gentiliũ, ſub ſpecie amicitiæ tentauerunt ſe illis miſcere ad decipiendũ. [& de eruditis ruent.] Nã Iudas & fratres eius in lege periti, oẽs occiſi ſunt, multiq́; de amicis eorũ. [vt cõflentur] i. tribulationibus inuoluantur, vt ſolent electi Dei, ſecundùm illud Sapientiæ 3. Tanq̃ aurum in fornace probauit illos Dñs, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit eos. [& eligãtur,] i. à Deo electi mõ-
Apoc. 3. ſtrentur, qui ait: Ego quos amo, arguo & caſtigo. [& dealbentur,] i. per temporales tribulatiões à vitio omni purgentur, quemadmodùm Zachariæ 13. Dñs proteſtatur de ſuis electis: Ducam eos per ignem, & vram eos ſicut vritur argentũ, & probabo eos ſicut probatur aurum. quod in ſeptem fratribus eorumq́; matre pleniſſimè factum eſt, vt ſcribitur 2. Machabęorum 7. [vſq; ad tempus præfinitum,] i. diuinitùs præfixum iſtud durabit, quo finito, Deus finiuit perſecutionẽ Iudęorum à gen-
1. Mac. 14. tibus, prout in lib. Machabęorum deſcribitur, qualiter tempore Simonis fratris Iudę, reges contriti ſint, & pax conceſſa Iudęis. [quia adhuc aliud tempus] erit perfectæ victoriæ in Chriſti aduentu ſecundo, eritq́; aliud tempus grauioris tribulationis iuſtorum ab Antichriſto, cuius figura fuit Antiochus: & tunc ea quæ dicta ſunt, pleniùs complebuntur. Deniq; (ſicut prætactum eſt) ſanctus Hieronymus aſſerit ea quæ ſunt ab illo loco, Et ſtábit in loco eius deſpectus, & non tribuetur ei honor regius: Doctores catholici vſq; ad finem cap. expoſuerunt de Antichriſto, & prælijs eius, perſecuti-
Iſaiæ 14. onibusq́; ſanctorum ſub ipſo, ità ꝙ ſicut Iſaias ſub perſona regis Babylonis loquitur de caſu Luci-
Ezech. 28. feri, ſimiliter Ezechiel de eodem ſub perſona regis Tyri, ità nunc tractat propheta de Antichriſto ſub deſignatione Antiochi, qui fuit Antichriſti figura: & perſecutio Iudęorum ab ipſo, fuit figura futurę perſecutionis Chriſtianorũ ab Antichriſto. Itaq; Antichriſtus de abiecta & modica plebe Iudęorum ſurrecturus, primò deſpectus & impotens apparebit: ſed dęmonis adiutorio varijs ſeductionibus regna mundi adipiſcetur. brachia quoq; Romani Imperatoris ſibi reſiſtentis ſuperabit, & pacem ſimulabit cum multis, ſuisq́; aſtutijs firmiſſimas aliorum cogitationes ad nihilum rediget: & tanta ac talia faciet, qualia nullus prædeceſſorum ipſius: vrbes & regna ſuæ ſubijciet ditioni, atq; inprimìs regem Aegypti victurus aſſeritur, & terras Chriſtianorum depopulaturus. Hæc atq; ſimilia Hieronymus pleniùs tangit. Sed fateor, valdè inuitè ſcribo quicquam de futuris Antichriſti operibus & concernentibus ipſum, niſi quod ex ſcripturis canonicis manifeſtè habetur. idcircò pertrãſeo. Porrò quę ſequuntur, quidam de ſolo Antichriſto putant intelligenda, & verum videtur, quòd multa eorum quę ſequuntur, non poſſunt de Antiocho exponi, niſi multùm impropriè. Porphyrius verò omnia de Antiocho interpretatur, cuius errorem B. Hieronymus clarè multipliciterque oſtendit. & tamen, vt ait Hieronymus, etiam ſi omnia hęc de Antiocho exponerentur, quid ad nos? i. non eſſet noſtrę fidei contrarium. Non enim ex ſingulis capitibus Chriſti aduentum & Antichriſti impietatem probamus. Sicut ergò hucuſq;, ità & conſequenter Hieronymum ſequar. [& faciet rex iuxta voluntatem ſuam:] quia Antichriſtus ad tempus proſperabitur, & quaſi ad libitum perſequetur fideles. Antiochus quoq; ad tempus fecit contra Iudęos quæ voluit. [& eleuabitur] per ſtultam ac infirmam ſuperbiam. [& magnificabitur aduerſùs omnem deum, & aduerſùs Deum deorum
1. Mach. 1. loquetur magnifica.] hoc non videtur Antiocho conuenire, qui Ioui dijsq́; Græciæ deſeruiuit, ad tempus tamen iuſſit omnibus ſibi ſubditis legitima ſua relinquere, & ſuum deum, ſcilicet Iouem
2. Theſ. 2. adorare, ſeu alios quos colebat. Antichriſto aũt hæc conuenire dicuntur, qui (teſte Apoſtolo) extolletur ſupra omne quod dicitur deus aut colitur, oſtenſurus ſe tanquàm ſit Deus. Veruntamen cùm Antichriſtus dicturus ſit ſe eſſe Meſſiam in lege promiſſum, nequaquàm appáret quòd formaliter ac directè verum Deum negabit, vt fecit Antiochus, nec Deum Iſrael coli vetabit verbis apertis. Sed quia Chriſtum Dei vnigenitum verumq́; Deum omninò negabit ac blaſphemabit, verè nunc dicitur, quòd contra Deum deorum, ſcilicet Chriſtum regem regum & omnium creatorem, loquetur magnifica. [& dirigetur] i. optatum ſortietur effectũ, dirigente & adiuuante diabolo. [donec compleatur iracundia] i. iuſta Dei vltio in eum deſcendat, vel iracundia, i. punitio qua Deus in præſenti ſuos per eum purgauerit, quod etiam Antiocho aliqualiter competit. [perpetrata eſt quippe diſſinitio] i. in Dei præſcientia ità decretum eſt fieri. Dicit autem Hieron. quòd ab hoc loco quo dicitur, & faciet rex iuxta voluntatẽ ſuã, Hebræi putant dictũ de Antichriſto, & (vt reor) Hieronymus loquit̃ de Hebręis ad fidẽ cõuerſis. [& Deũ patrũ ſuorũ nõ reputabit.] hoc Antiocho nõ videt̃ cõpetere, qui deos Græciæ coluit, ſed Antichr̃o dupliciter. Primò, ꝙ verũ Deũ nõ reputabit, qa & ſi verbis cũ fatebitur, opere tamen negabit & inhonorabit, quẽadmodùm de impijs dicit Apoſtolus:
Titi 1. Confitentur ſe nõſſe Deum, factis aũt negant. Secundò, quia vnigenitum Dei filium Ieſum Chriſtum Deum prophetarum ac patriarcharum contemnet. [& erit in concupiſcentijs fœminarum.] Circa hoc ex verbis Hieronymi ſcribit Albertus: Iſtud in Hebræo ambiguè poſitum eſt, vndè

Aqui-

Aquila verbũ è verbo exprimens, tranſtulit: Super Deũ patrum ſuorũ nõ intelliget, & ſuper concupiſcentias fœminarum. Quæ locutio dubia eſt, quia intelligi poteſt habere eũ concupiſcentiam fœminarũ, & non habere. Hoc nanq; quod dicit̃, non intelliget, referri poteſt ad vtrunq; vel ad alterũ tantùm. Si ad vtrunq;, ſenſus eſt ꝙ nõ curabit cõcupiſcentias fœminarũ, & hoc Antichriſto (vt fertur) conueniret, q̃ caſtimoniam ſimulabit, vt plures decipiat. Si refert̃ ad alterum tantùm, ſenſus eſt, ꝙ erit in concupiſcẽtijs fœminarũ, quod Antiocho potiſſimè competebat, de quo refert Hieronymus, ꝙ luxurioſiſſimus fuit, & in tãtum dedecus ac corruptelas regiæ dignitatis ꝑ ſtupra ac vitia carnis deuenit, vt mimis quoq; & ſcortis publicè iungeret̃, & libidinẽ ſuã populo p̃ſente cõpleret. Itaq; ſecundùm Hieronymũ & Albertũ, Antichriſtus putatur caſtus futurus. In Scholaſtica quoq; fertur hiſtoria, ꝙ iſtud, ſ. in concupiſcentijs fœminarũ, de ſolo Antiocho ſit ſumendũ. nam Antichriſtus caſtus erit ob ſimulationẽ religionis. Veruntñ iſtud certum non arbitror, p̃ſertim cùm dicat S. Auguſtinus, ꝙ primò ſimulabit caſtitatẽ, & adepta poteſtate, luxurioſus erit. In Apocalypſi quoq; frequenter per beſtiã deſignatur, in qua vita carnalis notatur. ſed & oĩbus vitijs plenus erit. Et dato ꝙ abſtinebit ab opere, mente tñ libidinoſus erit, vt æſtimat̃, ſicq́; concupiſcentia fœminarũ ſibi cõueniet. [nec quenq̃ deorum curabit] veraciter, quia nulli legi erit ſubiectus, ſed dæmonis voluntati in oĩbus, atq; ſeipſum pro Deo ab oĩbus coli iubebit, prout Haymo, Beda, Berẽgarius, Albertus, & alij ſuper Apocalypſin teſtant̃. Præterea quo quis ſuperbior fuerit, eo minùs curat de Deo, Antichriſtus autem ſuperbiſſimus erit. [qa aduerſùm vniuerſa conſurget,] totũ mundũ ſuæ volens ſubijcere ditioni, nec Deũ timebit nec hoĩes. Iſta nõ vident̃ conueniſſe Antiocho Iouis cultori, ac Romanis ſub- 1. Mac. 1.
iecto. [deum aũt Maozim in loco ſuo venerabitur.] Maozim interpretat̃, præſidij ſui. Et ſecundùm Albertũ, non eſt nomen proprium alicuius dei, ſed Hebræũ compoſitum, vt ſit ſenſus, ꝙ illum adorabit, à quo ſe habere putabit p̃ſidium. Antichriſtus aũt habebit diabolum p̃ſidentem quem colet. Et tñ quõ colet eum, an ſ. directè atq; formaliter, an æqualẽter, non ſatìs agnoſco. Antiochus quoq; deũ præſidij ſui, ſecundùm ſuã æſtimationẽ, vtpotè Iouem, venerabat̃. [& deum quẽ ignorauerunt patres eius, colet auro & argento & lapide precioſo rebusq́; precioſis.] Iſtud non cenſet̃ conuenire Antiocho. Antichriſtus aũt præſidem ſuum diabolum ſuo modo honoraturus eſt per externas iſtas diuitias, eis ſecundùm diaboli inſtinctũ vtendo. Patres aũt Antichriſti, ſecundùm hanc expoſitionẽ, intelligunt̃ Iudæi, de quorum ſemine oriet̃, quorum meliores, huiuſcemodi deum non coluerunt. [& faciet vt muniat Maozim,] i. p̃ſidium ſuum, vel locũ quo ſuum p̃ſidentem colet, [cum deo alieno quẽ cognouit] per approbationem, i. cum veneratione dæmonis ſui, cum quo, vt dicit̃, pacta inibit, familiaritatemq́; cõtrahet. [& multiplicabit gloriã] ſibi ac ſuis in diuitijs atq; honoribus, [& dabit eis poteſtatẽ in multis.] Antichriſtus nẽpe ſatellites ſuos cõſtituet principes terræ ac iudices. [& terrã diuidet gratuitò,] i. gratìs dabit ſibi adhærẽtibus terras fideliũ quas rapiet eis. Hinc ait Hieronymus: Antichriſtus multa deceptis munera largiet̃, & terram ſuo exercitui diuidet: quosq́; terrore non quiuerit, ſubiugabit auaritia. [& in tempore p̃finito] i. diſpoſito diuinitusq́; p̃uiſo, [præliabitur aduerſùs eum rex Auſtri,] i. Aegypti, qui inprimìs impugnabit̃ ab Antichriſto, ſecundùm Hieronymũ. [& quaſi tempeſtas veniet contra illũ rex Aquilonis,] i. Antichriſtus rex totius cõfuſionis. Pręterea qa ſuperiùs rex Syriæ dictus eſt rex Aq̃lonis, per regem iſtũ ſeu Antiochũ ſignificatus eſt Antichriſtus: per aquilonẽ quoq;, mali & qui in vitiorũ ſunt frigore, exprimunt̃, quorum Antichriſtus rex erit, qui tanq̃ tempeſtas contra aduerſarios veniet, i. cũ impetu & terrore & grãdi exercitu. Hinc ſequit̃: [in curribus & in equitibus & in claſſe multa:] i. in nauibus pluribus bellicis. Nauali eqdem & equeſtri atq; pedeſtri bello per ſe & ſuos impugnabit fideles, vt credit̃. [& ingrediet̃ terras] diuerſarum regionũ, [& conteret] habitatores earũ, ſpiritualiter auertendo, vel corporaliter occidendo ſeu perſequẽdo. [& pertranſiet] vndiq; inſatiabiliter ſæuiẽdo, tanq̃ auidiſſimus propriæ gloriæ appetitor. quocontrà loquit̃ Chriſtus: Ego non quęro gloriã meam. [& intrabit in terram glorioſam,] Ioan. 8.
i. Iudæam ſiue Eccleſiam, vbì Deus mirabilia perpetrando ſuam gloriam declarauit. Antichriſtus aũt ingrediet̃ Hieruſalem, & in Iudæa ſolium figet, cuius typus in Antiocho olim præceſſit. [& ✱ multę] ✱ multæ
✱ vrbes, gentes ac prouinciæ [corruent. [Hæ autem ſolæ ſaluabũtur de manu eius, Edom & Moab, & principes] ſeu terra [principum filiorum Ammon.] Secundùm Hieronymum, Antichriſtus has terras relinquet intactas, quia illic ſancti ad deſerta confugient. Et Albertus: Hæ, inquit, regiones de Antichriſto eripientur, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecerunt habitatores earum, ſed quia ibì deſerta latiſſima ſunt, montiumq́; cauernæ, ad quæ ſancti multi confugientes, ab Antichriſti perſecutionibus abſcondentur. Porphyrius præinducta de Antiocho interpretatur, ꝙ vndecimo regni ſui anno rurſus contra Ptolemęum regem Aegypti properare curauit: quo audito, Ptolemæus ad reſiſtentiam ſe parauit. Sed non videtur conuenire Antiocho iſtud: Hæ ſolùm ſaluabuntur, Edom &c. Non enim Antiochus vniuerſas terras præter iſtas vaſtauit, quamuìs dicat Porphyrius, quòd contra regem feſtinans Aegypti, præfatas prouincias ex Iudęæ latere ſitas pertranſijt, nè alieno

 bel-

bello intentus,aduerſariũ redderet fortiorẽ. Harum itaq; terrarum ſaluatio ità ex Dei miſericordia
fiet,quia ſancti illuc aliquod habebunt refugiũ,quod(vt dicitur)fiet,ꝑpter minùs fortes, qui nõ au-
derent ſe Antichriſto opponere.[& mittet manum ſuã in terras,] quaſdam per ſe & ſibi coniunctos,
Dan.8. alias per miſſos à ſe,inuadendo. [& terra Aegypti non effugiet:] quia (vt dictum eſt) illud regnum
erit de primis Antichriſto ſubijciendis.Iſta dicuntur probabiliter magìs q̃ aſſertiuè. [& dominabi-
tur theſaurorum auri & argenti,& in omnibus precioſis Aegypti.] Maximas enim colliget opes, vt
eruat theſauris, quos aliter ſubuertere nequiuerit.[Per Libyam quoq; & Aethiopiam trãſibit,] eas
ſibi ſubdendo.Aegyptus nanq; & Aethiopia & Libya deſignantur per tria cornua, quæ primitùs ab
Antichriſto prædicta ſunt euellenda,quod non cõuenit Antiocho, quanuìs Porphyrius multa ex-
cogitet.[& fama turbabit eum ab oriente & aquilone,] cùm audiêrit ſibi ab illis mundi plagis reſi-
ſtentiam præparari,& indè ſibi imminere,qui velint reſiſtere.[& veniet in fortitudine magna] cum
ingenti exercitu,[vt conterat] ſpiritualiter,[& interficiat] corporaliter [plurimos] ſibi non conſen-
* aphedno tientes.[Et figet tabernaculum ſuum *apadno.] Apadno,verbum compoſitum eſt,interpretaturq́;
ſolium ſuum.nec eſt nomen proprium,ſed commune,ſecundùm Albertum,vt ſit ſenſus:Taberna-
culum ſolij ſui,in quo vt rex ſedebit,figet [inter maria,] i.inter mare mortuum ab oriente, & mare
mediterraneum ſeu Tyrrhenum vel magnum,ab occidente.Figet enim in Hieruſalem tabernacu-
lum ſuum,quę inter hæc maria ſita eſt.Deniq; quidã dicit hoc loco,quòd *Apadno ſecundùm Hi-
eronymum, idem eſt quod Emaus.ſed non videtur ſic dicere ſanctus Hieronymus,immò ſic dicit:
Figet tabernaculum ſuum Apadno iuxta Nicopolim,quæ priùs Emaus vocabatur,vbì Iudææ mon-
tana incipiunt conſurgere,vbì (vt dicitur) primò tabernaculum figet. [ſuper montem inclytum &
ſanctum,] i.montem Sion ſeu Olıueti,quorum vterq; eſt mons ſanctus ac inclytus propter præci-
3. Reg. 10. pua opera Dei in eo.Templum enim fuit in monte Sion,vbì & Chriſtus prædicauit, miracula fecit,
Ioan.10. cœnam vltimam celebrauit,paracletum ſpiritũ ſanctum miſit,vbì & euãgelica lex primò ab apoſto-
Matt.26. lis orſa eſt prædicari.Sed & mons Olıueti frequenti Chriſti viſitatione, eiuſq́; prænobili aſſcenſio-
Ioan.13. ne ſanctificatus cognoſcitur.[& veniet vſq; ad ſummitatem eius:] quia ad vtriuſq; montis altitudi-
Acto.2. nem verticemq́; aſſcendet,vt ſcilicet in vertice montis Sion reſideat,oſtendens ſe tanq̃ ſit Deus,&
Acto.3. adoretur. A monte demùm (vt dicitur) Olıueti dicet ſe aſſcenſurum. [& nemo auxiliabitur ei.] i.
Acto.1. nullo ei valente opem præbere,ibidèm diuinitùs occidetur,ſicut ait Apoſtolus 2. Theſ.2. quem Dñs
Luc.24. Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui.Et Iſa.11.Spiritu,inquit,labiorũ ſuorum interficiet impium.Ad quod
allegat Hieronymus illud Iſa.25.Præcipitabit Dominus in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper
omnes populos,& telam quam orditus eſt ſuper vniuerſas nationes.Allegat autem aliam tranſlatio-
nem,videlicet Septuaginta interpretum,vt opinor,quæ ad hoc clariùs ſonat,cùm legitur:Pręcipita-
bit Dominus in monte Sion faciem dominatoris tenebrarum ſuper omnes gentes,& eum qui do-
minatur cunctis populis.Poſtremò,iſta non conuenire Antiocho, Hieronymus & eum ſequentes
efficaciter probant.Exponit autem Hieronymus difficilimum iſtud capitulum valdè prolixè, pul-
chrè ac optimè,multa venuſta commemorans,quæ omiſi. In Scholaſtica verò hiſtoria fertur, quòd
Antichriſto aſſcendente,& veniente ad locum vndè Chriſtus aſſcendit,vox audietur in aëre, dicẽs:
Morere.& ſtatìm fulminabitur.

¶ *Elucidatio cap.12. In tempore autem illo conſurget Michael &c.* *Articulus* 13.

COnſequenter inducitur finis omniũ præhabitorum,in iudicio & gloria reſurgentium, perfe-
cta quoq; electorum victoria cõtra malignos.[In tempore autem illo] regnationis Antichri-
ſti,conſurget Michael princeps magnus,] de quo dicta ſunt multa in expoſitione capit.9. [qui ſtat
pro filijs populi tui,] i.pro populo ſynagogę,de quorum ſanguine Daniel fuit,qui & pro illis ſpeci-
aliter ſolicitus fuit. Huius aũt populi Michael fuerat princeps tẽpore veteris teſtamenti,ſicut nunc
eſt princeps Eccleſiæ,& ſtetit pro eis coram Deo orando,& contra aduerſarios reſiſtendo. Tempo-
re quoq; finalis tribulationis,prædicante atq; Iudæos conuertente Helia, Michael ſtabit pro electis
Iudæis ac omnibus Chriſtianis,eos tuendo per ſe & angelos ſibi ſubminiſtrantes, aduerſarijs etiam
tam dæmonibus quàm Antichriſtianis fortiter reſiſtendo,immò (vt aliqui dicunt)Chriſtus interfi-
ciet Antichriſtum imperatiuè ſeu authoritatiuè,Michael autem miniſterialiter & executiuè. [& ve-
niet tempus] tantę tribulationis, [quale non fuit ab eo tempore, ex quo gentes eſſe cœperunt.] id
eſt,à principio mundi ſeu primorum parentum.[vſq; ad tempus illud.] Hoc idem ait Saluator apud
Matt.24. Matthęum:Erit tunc tribulatio magna,qualis non fuit ab initio vſq; modò,neq; fiet:& niſi breuia-
ti fuiſſent dies illi,non fieret ſalua omnis caro,ſed propter electos breuiabunt̃. Ex quo oſtenditur
error Porphyrij,iſta pro tempore Antiochi & de tribulatiõe per ipſum Iudæis inflicta interpretãtis,
4. Reg. 25. ꝑſertim cùm perſecutio Iudęorum à Nabuchodonoſor rege fuerit maior,quandò & templum & ci-
2. Par. 36. uitas prorſus deſtructa ſunt,totuſq́; populus Iuda trãſlatus eſt, pauciſſimis demptis,nec fuit qui tũc
reſiſtere poſſet.Tempore autem Antiochi nullum contigit horũ, immò tũc Iudas & fratres eius for-
tiſſi-

tiſſimè reſtiterunt,& cum lætitia prælia Iſraelis exercebant, incredibileſq́; triumphos ſortiti ſunt,
quanuìs viciſsìm valdè grauiter affligebantur. Deniq; tribulatio iſta ſub Antiocho,particularis fuit
atq; in modico populo Iudæorum: quomodò ergò de ea diceretur, ꝙ nunquàm fuerit tribulatio
tanta à principio mundi in toto hominum genere? Cõſtat enim ꝙ aliquibus gentibus & vrbibus
grauiora olim acciderint,etiam Chananæis ad ingreſſum filiorum Iſrael,vt appáret. Inſupèr perſe-
cutio Antichriſti erit duriſſima,quia ex omnibus tribulationibus præcedentibus conflabitur & cõ-
ſtabit,eaſq́; virtualiter continebit. Paſſa eſt enim Eccleſia primò à tyrannis corpus necantibus, ſe-
cundò ab hæreticis fidem impugnantibus, tertiò à falſis fratribus mores ſubuertentibus: & tunc
omnia iſta aduerſa ſimul euenient.Antichriſtianorum enim aliqui,erunt principes gladio prælian-
tes:aliqui,prædicatores fidem corrumpentes,perfidiamq́; docentes:alij, hypocritæ maledicti mo-
rum infectores. [Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in
libro,] i.omnes electi Iudæi,quos Deus à ſe viderit prædeſtinatos. De libro autem vitæ dictum eſt Dan.7. & 9.
pleniùs ſuprà in locis diſtinctis.Hinc ait Apoſtolus:Cùm plenitudo gentium intrauerit,tunc omnis Rom.11.
Iſrael ſaluus fiet.Ad prædicationem nanq; Heliæ & Enoch patefacta Antichriſti nequitia, conuer- Mala.1.
tentur Iudæi,quemadmodùm per Malachiam Dominus conteſtatur: Eccè ego mittam vobis He-
liam prophetam,antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis,& conuertet cor patrum ad fi-
lios,& cor filiorum ad patres.[& multi de his qui dormiunt in terræ puluere,] i.defuncti, ſepulti, in
puluerem q́; quo ad corpus redacti.Mortui autem dicuntur dormire, quoniam viuunt vita occulta
vt dormiẽtes,& quoniam ad vitam corporalem ac manifeſtam ſunt ſuſcitandi,& quia mors in mul-
tis dormitioni eſt ſimilis.Ideò ſequitur:[euigilabunt,] i. corporaliter ſuſcitabuntur, & corpore ac
anima viuentes parebunt.Sed quarè non ait, omnes qui dormiunt &c. cùm dicat Saluator in Ioan-
ne: Veniet hora,in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius,ſcilicet filij Dei: Et Ioan.5.
Apoſtolus, Omnes,inquit,reſurgemus:Et, Sicut in Adam omnes moriuntur, ità & in Chriſto omẽs 1. Cor.15.
viuificabuntur? Et reſpondẽdum,quòd in ſcripturis nomine multi, aliquandò totalitas deſignatur,
præſertim dum ad vniuerſitatem pertinentes ſunt plurimi.Aliqui quoq; reſpondent, quòd propter
pueros nòn baptizatos dicitur, multi, qui licèt ſint reſurrecturi, non tamen propriè euigilare di-
cuntur,quia habituri non ſunt ſenſum pœnæ vel gloriæ. Vigilia autem eſt ſenſuum ſolutio. [alij in
vitam æternam,] i.ad obtinendum vitam gloriæ ſempiternam, & plenam in anima ac corpore feli-
citatem,ſeu duplicem ſtolam, ſicut electi.[alij] euigilabunt [in opprobrium,] i.ad ſuſtinendum da-
mnationis ſuæ confuſionem, [vt videant ſemper.] ſui opprobrij amaritudinem per experientiam
doloroſam.Hinc ait Saluator apud Matthæum:Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitã Mat.25.
æternam.Et alibì:Procedent qui bona fecerunt,in reſurrectionem vitæ:qui verò mala egẽrunt, in Ioan.5.
reſurrectionem iudicij. Iſta mendax Porphyrius impiè exponit de Iudæis, qui ſub perſequutione
Antiochi ad eremum confugerunt,ſeque ibidèm in ſpeluncis & cauernis petrarum abſconderunt,
poſtq́; præualente Iuda & fratribus eius, proceſſerunt in publicum. Iſti enim non euigilauerunt ad
vitam æternam,nec in opprobrium ſempiternum,ſed poſteà obiẽrũt.Rurſus, quod dicitur,quoſdã
euigilâſſe ad vitam æternam,refert ad bonos qui legem cuſtodiêrunt. Porrò, ꝙ dicitur,alios euigi-
lâſſe in opprobrium,refert ad legis præuaricatores.Iſlud ex lib. Machabæorum falſum oſtenditur.
nam omnes qui ità fugerunt, atq; ad Iudam Machabæum venerunt, legis fuerunt zelatores boni.
Prætereà,de hac euigilatione futura ſanctus Iob ait in libro ſuo:Homo cùm dormiêrit, non reſur- Iob 14.
get:donec atteratur cælum,non euigilabit.Itaq; cùm cælum atteretur,euigilabit.Et hoc eſſe de mẽ-
te Iob,eluceſcit ex eo quod denuò loquitur:Credo ꝙ redemptor meus viuit,& in nouiſſimo die de Iob 19.
terra ſurrecturus ſum,&c.Hinc Iſaias loquit̃:Viuent mortui tui,interfectiq́; mei reſurgent.Ad quod
& applicari poteſt,quod rurſus loquitur Iſaias: Expergiſcimini & laudate, qui habitatis in puluere. Iſaiæ 26.
Et ſubdit de diſpari claritate ſanctorum,diuerſiſq́; gradibus reſurgentium electorum. [Qui autem
docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos, quaſi
ſtellæ in perpetuas æternitates.] Vniuerſi electi, & qui in charitate ac gratia ſunt, docti ſunt vncti-
one ſpiritûs ſancti, quantùm ad ſalutem requiritur, & ſeptem dona ſpiritusſancti habent ſe-
cundum aliquem gradum, videlicet ſapientiam, intellectum, ſcientiam &c. ſecundùm Thomam
& Bonauenturam,cęteroſq́; doctores communiter.Itaq; docti nunc appellantur,qui ſimplici prę-
diti ſunt doctrina, & non eminent ſcientia: nec prædicando, ſed exemplariter conuerſando alios
inſtruunt: vel ſi eminenter edocti ſunt,nõ tamen alios inſtruunt.Horũ beatitudo, merces,& gloria
comparatur firmamenti ſplendori, qui non eſt lucis condenſatæ,ſed tenuis: qm̃ gloria horum, cæ-
teris paribus,minor eſt felicitate docentium,pręſertim quo ad præmium accidentale,quod aureola
nuncupatur,q̃ non eis,ſed doctoribus datur.Et qui ad iuſtitiam,i.ad iuſtè viuendum erudiunt plu-
rimos verbo & opere, exemplo & prædicatione ſeu ſcripto, quorum cæteris paribus maius eſt præ-
mium:ideò claritati ſtellarum ſeu ſtellis,quarum condenſata eſt claritas, comparantur. Sunt equi-
dem

dem quaſi vaſa luminis,vndiq; profundentia lumen:&de oīm meritis,quos conuertunt & inſtruūt,
coronantur,ſuntq́; ſpecialiter Deiformes,qm̄ (B.Dionyſio teſte) oīm diuinarum perfectionum di-
uiniſſima extat perfectio,Dei cooperatorem eſſe in reductione animarum ad creatorem. Abſolutè
tñ loquendo,qui Deum plùs diligit,melior eſt maiorq́; in gratia:& maior erit in gloria,quantùm ad
præmium eſſentiale,quod charitatis feruori, intentioni, ſeu magnitudini correſpondet, ſecundùm
B.Auguſtini doctrinam.Deniq; hoc loco ſcribit B.Hieronymus:Non ſufficit ſcire ſapientiam, niſi
alios erudias:tacitusq́; ſermo doctrinæ,alium non ædificans,mercedē muto ore recipere nō poteſt.
Eccí 41. Cui concordat illud Eccī:Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus,q̃ vtilitas in vtriſq;?Veruntamē
non ità intelligēdum eſt hoc,quaſi oēs docti ad vocalem teneantur doctrinam ſeu prædicationem,
præſertìm cùm iuxta D.Dionyſium,monachorū non ſit purgare,illuminare & perficere:ſed purga-
ri,illuminari ac perfici.Hieronymus quoq; fatetur,ꝙ officiū monachi ſit lugere,non docere.Quod
itaq; dictum eſt,intelligi debet vel dè his qui ex officio habent docere,vel de alijs in certo caſu,vel
de eruditione per exemplū & formam,& vt oratione apud Deum laborent pro aliorū illuſtratione.
Poſtremò,ꝙ omnes electi in charitate & gratia conſiſtentes,ſint aliquo modo docti,conſtat ex ver-
Ioan.6. bo Chriſti in Ioanne proteſtātis:Erunt oēs docibiles Dei:Oīs qui audiuit à patre & didicit, venit ad
me.Sic ergò fulgebunt electi in perpetuas æternitates,participando ab incōmutabili æternoq́; Deo
perpetuam fixionē in cælo,ad quā præmij perceptione ſeu beatifica viſione pertingent,quia per illā
confirmanī in bono.Sed nonnè videī eſſe nugatio in eo quod ait,perpetuas æternitates?Et reſpon-
dendum,ꝙ non.Fit eñ iſta additio ad diſtinguendū æternitatem creatā ac participatā,ab æternita-
te increata ac diuina,q̃ eſt ipſemet Deus æternus.Eſtq́; æternitas increata per carentiā inceptiōis ac
terminationis ſeu deſitionis,hoc eſt,à parte antè,& in pòſt:æternitas verò creata, dicitur per caren-
tiā deſitionis.Et qm̄ multi ſunt æternitatē participantes,pluraliter ait, in perpetuas æternitates. Ex
quibus etiam verbis clarè confundiī hæreſis Origenis, dicentis in regno cæleſti eſſe ruinam. Huic
1.Cor.15. quoq; cōparationi Danielis concordat cōparatio Pauli apoſtoli, dicentis ad Corinthios: Stella dif-
fert à ſtella in claritate, ſic erit reſurrectio mortuorū.Aliqui verò hoc loco,docentes,q verbo & do-
ctrina ſupereminent alijs,cōparant ſplendori firmamenti: cæteros inferiores, ſplendori ſtellarum.
Sed p̄inducta expoſitio,in qua etiam Albertū ſecutus ſum,aptior mihi videī.[Tu aūt Daniel claude
ſermones,] i.occultos inexpoſitosq́; relinque,& obſcuritatibus ac ænigmatibus inuolue ſermones
iſtos propheticos tibi deſupèr reuelatos.[& ſigna librum] iſtum prophetalē à te deſcriptum,i. my-
ſteria eius deſcribe,ac difficultatum ſignaculis muni ſeu tege. Diuina quippe ſecreta non ſunt omi-
Mat.13. bus reuelanda,nec myſtica ſunt vulgaribus atq; carnalibus p̄ponenda.Hinc Chriſtus turbis in pa-
rabolis loquebaī,diſcipulis verò ſeorſum cuncta expoſuit. Propter quod in Matthæo dixit:Nolite
Matt.7. ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, nè conculcent eas pedibus
ſuis.Vndè ſecundùm Dionyſium,vna ratio huiuſcemodi inuolutionis myſteriorū ſcripturæ,eſt,nè
malitioſi ac imperiti ea derideāt:alia,vt ſtudioſis ac bonis deī materia bonæ exercitatiōis. Propter-
Iſaiæ 29. eà Iſaias de ſui obſcuritate voluminis loquens: Erunt, inquit, vobis ſermones libri iſtius quaſi ver-
ba libri ſignati,quem ſi dederint neſcienti literas, dicentes,lege:reſpondebit, Neſcio literas.Si autē
dederint eum ſcienti literas,& dixerint,lege iſtum,reſpondebit:Non poſſum,ſignatus eſt enim.Io-
Apoc.5. anni quoq; in Apocalypſi oſtendiī liber ſignatus ſigillis ſeptē.Itaq; ſigna librum, & claude ſermo-
nes[vſq; ad tempus ſtatutum,] i.obſcura relinque vſq; ad tempus p̄finitum à Deo,hoc eſt,donec tē-
pore Chriſti & euangelicę prædicationis per illuminationē ſpirituſſancti myſteria ſcripturarū pan-
danī ac impleantur.Hinc Ioan.16.Chriſtus dixit Apoſtolis:Cùm venerit ille ſpiritus veritatis,doce-
bit vos oēm veritatem.Et poſt reſurrectionem aperuit diſcipulis ſenſum,vt intelligerent ſcripturas.
Luc.24. Ad quod deſignandum,ſciſſum eſt velū templi tēpore paſſionis, quia videlicet in Chriſti paſſione
Mat.27. impleta ſunt prophetarū eloquia,& deincèps cœpit potiſſimè velamē prophetalium verborum au-
Mar.15. ferri.[pertranſibunt plurimi,] hunc librum aliquasq́; ſcripturas legendo, ſtudendo, & percurren-
do,[& multiplex erit ſcientia,] i. varia expoſitio & intelligentia ſcripturarum, ac multiplex modus
exponendi ſenſum eundem,vnoquoq; abundante in ſuo ſenſu,in quo ſcripturę ſanctę fœcunditas
declaratur,& ꝙ expoſitiones ſuper eam frequentiùs iterarenī.Deniq; multiplices & diuerſarū pro-
prietatū ſunt viſiones,per quas eſt reuelata ſcriptura,& ſpūs ſanctus qui edidit eam,q̃uìs ſit ſimplex
in eſſentia,multiplex eſt tñ in efficacia,iuxta illud Sap.7.Eſt eñ in illa,ſ.ſapientia,ſpūs intelligentię,
ſanctus,vnicus,multiplex,ſubtilis,diſertus.[Et vidi ego Daniel] viſione ſenſibili in vigilia. Iſta eñ
viſio nō fuit in ſomno,nec imaginaria tātùm,vt patuit.[& eccè quaſi duo alij ſtabant,] i. angeli duo
in forma virorum [vnus hinc,] i. ab vna parte [ſuper ripam fluminis,] Tigris,vbì facta eſt viſio iſta,
vt dictum eſt ſuprà.[& vnus indè ex altera parte fluminis.] & ille fuit princeps Græcorum: qui au-
Dan.10. tem ſtetit ad ripam Danieli propinquam, fuit princeps Perſarum, in quorum terra Daniel fuit. Ali-
us verò ſtetit verſùs terrā cui præſidebat,ſecūdùm expoſitores.Dicit quoq; hoc loco Hieronymus,
ꝙ Da-

ꝙ Daniel iſtos angelos non interrogat,nec putat ſciſcitatione condignos. In quibus verbis rurſum
ſentire probatur,ꝙ princeps Perſarum princepsq́; Græcorum inter ſe præliantes, & quorum vnus
contra Gabrielem prēliabatur,ſint angeli mali,prout ſuperiùs dictum eſt pleniùs,vbì oſtenſum eſt,
quid ſuper hoc communiùs à doctoribus teneatur, videlicet ꝙ fuerunt angeli boni. [& dixi viro
qui erat indutus lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis.] Iſte fuit Gabriel angelus,in ſpecie viri albis
induti,Danieli appárens,& ſtans ſuper Tigrim, ad quem Daniel tanq̃ ad ſibi familiariorem notio-
remq́; loquitur,quia & Michael ei commiſit,vt inſtrueret Danielem.Cur autem Gabriel ſuper flu-
men ſtetit,& alij angeli ſuper ripas?Reſponderi poteſt,quoniam Iudæi pro quibus Gabriel prælia-
batur,in fluctibus tribulationum fuerunt captiui.Perſæ autem & Grēci tunc in proprijs regionibus
commorantes,in ſuis poſſeſſionibus quieſcebant.[vſquequò finis horum mirabilium?] i. q̃diù mi-
rabilia iſta ſub Antichriſti perſecutione futura durabunt,& q̃to tempore complebuntur? Hoc Da-
niel ſcire optauit.patientibus enim & compatientibus magnum ſolet eſſe ſolatium, ſcire ꝙ in breui
aduerſitas finieī.Hinc Apoſtolus,vt omnē vitæ p̄ſentis perſecutionē doceret ęquanimiter ſuſtinen-
dam,momentaneam vocat eandem reſpectu gloriæ,quæ pro ea confertur, dicendo ad Corinthios: 2.Cor.4.
Id quod in præſenti eſt momētaneum & leue tribulationis noſtræ,ſupra modū in ſublimitate ęter-
num gloriæ pódus operatur in nobis.[& audiui virum qui indutus erat lineis, qui ſtetit ſuper aquas Dan.10.
fluminis.] ſ.Gabrielem,qui cur vir vocetur,& lineis indutus extiterit, dictū eſt ſuprà.Huius reſpō-
ſionē audiuit propheta per modum, qui ſubditur:[Cumq́; leuâſſet dexterā & ſiniſtram ſuam in cæ-
lum] eo modo,quo angeli in aſſumptis corporibus membra dicuntur habere humana,non vniuo-
cè,ſicut homo,quia corpora ab eis non informantur:ſed quo ad ſimilitudinem lineamētorum, vel
quantùm ad apparentiam.[& iurâſſet per viuētem in æternū,] i.per Deum,qui ſolus verè,proprieq́;
æternus eſt,& æternaliter viuit,ac actualiſſima vita eſt.Itaq; in corporis geſtu, & vocis oraculo, ac
iuramento dictum ſuum confirmat,eiusq́; veritatem deſignat immobilem. Similiter in Apocalypſi Apo.10.
ait Ioannes: Angelus leuauit manum ad cęlum,& iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum.[quia in
tempus,] i.per annum,[& tempora] i.per annos duos,[& dimidium temporis] i. per medium annū,
hoc eſt,tribus annis ac medio durabit perſecutio Antichriſti.De hoc modo loquēdi Hebræorum,
verbiq́; huius intelligētia,ac temporis tanti menſura,& breuitate vltimæ perſecutionis grauiſſimæ,
dictum eſt pleniùs ſuprà,vbì de Antichriſto habetur: Tradētur ſancti in manu eius vſq; ad tempus,
& tempora,& dimidiū temporis.Imaginatiōes autem Porphyrij,iſta ad Antiochum referentis, do- Dan.9.
ctores catholici,ſequentes Hieronymū,&partìm ex verbis Hieronymi,ſufficientiſſimè falſas oſtē-
dunt.Prætereà,ſecundùm Albertū,dextera ſignificat diſpoſitionem ęternorum:ſiniſtra,diſpoſitio-
nem temporaliū rerū: quæ in cælum eleuantur,qm̄ temporalia ſecūdùm cæleſtia diſponunī.[& cùm
cōpleta fuerit diſperſio manûs] i.fortitudinis,virtuoſæq́; actionis [populi ſancti,] i.fidelium,quę ab
Antichriſto exagitabunī,& ad fugiendum inducenī.[complebuntur vniuerſa hæc] de Antichriſto
prędicta:illius nanq; perſecutionis ac diſperſionis tempore terminato,Antichriſtus ſubitò occide-
tur,eruntq́; præfata cōpleta,& ſanctis pax reddita,qui pauloantè in publico apparere nō auſi fuerūt.
[& ego audiui] verba hæc,[& nō intellexi] cuncta,q̃ dicta ſunt plenè,videlicet quo ad certas & ſin-
gulas circūſtantias p̄ſonarum,tēporum,noīm,locorum & negociorū.[& dixi:Dñe mi,quid erit poſt
hæc?] i.poſt Antichriſti ruinā,& mirabiliū p̄dictorum cōpletionem.Quibus verbis oſtendit,ſe vel-
le ſcire terminū ſeculi ſeu finem mundi determinatè.Fuit eñ vir deſideriorum, & quanto in p̄ſenti
homo plùs diſcit ſeu proficit,tanto plùs inflammaī in eo affectus diſcendi,& amor ſapientiæ ac vir-
tutū:ſi tñ ſit vir deſideriorū,affectuoſæq́; mentis & nobilis animi.[& ait:Vade Daniel,] i. vitā tuam
ſalubriter tranſige,& viam vniuerſæ carnis tēpore ſuo ingredere, atq; ad ſanctos patres in limbum
perge.interìm quoq; quod tibi incūbit,fac.[quia clauſi ſunt,ſignatiq́; ſermōes] i.de iſta materia nō
competit tibi aliquid determinatiùs reuelari:ſed ſermones iam inchoati,obſcuri manebūt,nec ape-
rientur tibi plenariè [vſq; ad p̄finitum tempus,] i. tempus diuinitùs p̄ſtitutum, quo complebuntur,
& per ipſam rei euidētiam ſeu geſtorum effectū patebunt.Sic & Chr̄s apoſtolis,finē mundi ſcire vo-
lentibus,ait in Actibus: Non eſt veſtrū ſcire tempora vel momenta, q̃ pater poſuit in ſua poteſtate. Acto.1.
Quibus verbis (vt aſſerit Auguſtinus 18.libr.de Ciuitate Dei) Chr̄s repreſſit digitos oīm calculanti-
um tempus durationis huius mundi.Conſequenter tangit profectū electorum ex tribulatione pra-
uorum,[eligētur] i.diuinitùs oſtendenī electi per patientiā in aduerſis,& prę alijs acceptabiles Deo
erunt.[& dealbabuntur] i.penitùs mundabuntur in camino aduerſitatis.[& quaſi ignis probabun-
tur] i. per furorem tribulationis examinabuntur, an verè diligant Deum,[multi] prædeſtinati ad
vitam,iuxta illud Eccleſiaſtici 27.Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulatio-
nis.Et in Pſalmo 65.Quoniam probâſti nos Deus,igne nos examinâſti,ſicut examinatur argentum.
Tobiæ quoq; angelus dicit:Quia acceptus eras Deo,neceſſè fuit vt tentatio probaret te.Sic & in Iu- Tob.12.
dicum libro legitur:Dimiſit Dominus gentes,ſ.Chananæos, vt in eis experiretur Iſraelem, an audi- Iudic.3.
ret

ret mandata Dei,an non. Probat autem Deus electos,i. probatos facit, non vt ipſe agnoſcat, ſed vt
ipſi ſibijpſis ac alijs ſalubriter innoteſcant,& per aduerſa diſcant ad Deum confugere, non extolli,
Pſal.25. nec in ſeipſis confidere.Ideò orat Pſalmiſta:Proba me Domine,& tenta me.Et S.Iob faſſus eſt: Pro-
Iob 23. bauit me Dñs quaſi aurum,quod per ignē tranſit.[& impiè agent impij,]ſicut ait Apoſtolus 2.Tim.3.
Eccl 3. Homines mali proficient in peius,errantes,& in errorē mittentes.Et Eccleſiaſticus locutus eſt:Pec-
cator adijciet ad peccandū.Sed & 1.Reg.24.Dauid,in prouerbio,inquit,dicitur: Ab impijs egredie-
Apo.22. tur impietas.Ac in Apocalypſi quoq; ſcriptum eſt:Qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc.[Neq; intel-
ligent omnes impij] intelligentia affectiua ſalubri, quanuis viciſsim intelligentiam nudam habeāt
Iaco.4. & informem,de qua Iacobus ait:Scienti enim bonum,&non facienti,peccatum eſt illi.Scientia au-
tem & ſapientia,prout pertinent ad dona gratiæ gratis datæ,communia ſunt electis ac reprobis:ſed
vt ſunt dona ſpiritusſancti,de numero ſeptem donorum,non inueniuntur niſi in habentibus chari-
1. Cor.2. tatem.Hinc Sap.1.inducitur:In maleuolam animam nō introibit ſapientia. Et Apoſtolus dicit:Ani-
malis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritûs Dei.[Porrò docti] vnctione ſpiritusſancti, nō ſolùm
inſtructione humana,[intelligent] myſtica ac diuina per donum intellectûs, penetrando myſteria
ſcripturarum,quod apoſtolis & euangeliſtis,cæterisq; ſanctis doctoribus potiſſimè competit. De-
incèps angelus explicat,à quo tempore ſit inchoanda computatio durationis perſecutionis Anti-
chriſti,videlicet trium annorum atq; dimidij.[& à tempore cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium,] i.
ab eo tempore quo Antichriſtus,poteſtate iam adepta,& orbe ſibi ſubiecto, interdixerit cultū Dei
& Chriſti filij eius,ſacrificiumq; altaris ceſſauerit publicè celebrari, atq; continua laus Dei in Eccle-
Heb.13. ſia.De quo ſacrificio ait Apoſtolus ad Hebræos:Per ipſum,ſcilicet Chriſtum,offeramus hoſtiā lau-
dis Deo ſemper.[& poſita fuerit abominatio] i.Antichriſti imago ſeu abominabile idolum eius an-
te oculos omnium,vt Antichriſtum in ſua imagine adorent. Vel poſita fuerit abominatio,i. Anti-
chriſtus exhibuerit ſe adorandum.[in deſolationem] fidelium, qui indè permaximè affligentur ex
zelo diuini honoris ac feruore ſancti amoris.[dies mille ducenti nonaginta,]qui faciunt annos tres
cum dimidio.Ex quo ſequi videtur,quòd tres anni ac medius perſecutionis Antichriſti, inchoandi
non ſunt ab eo tempore,quo incipiet quoſdam ſibi attrahere,ſeq; oſtendere: ſed ab illo potiùs tē-
pore,quo tantæ erit potentiæ,quòd ſeſe adorādum præbebit,mundumq; ſubiectum habebit. Ideò
dici ſolet,quòd annis ſit tribus ac medio regnaturus.Et ſubdit de tempore pœnitentiæ, dando de-
ceptis ab Antichriſto:[Beatus qui expectat] Dei clementiam, in vitaq; manet, [& peruenit vſq; ad
dies mille trecentos trigintaquinq;] qui vltra tres annos ac medium continent dies quadraginta-
quinq;,qui lapſis dabuntur ad pœnitendum Antichriſto occiſo, & tunc Chriſti religio maximè vi-
gebit vbiq;.Beatusq; erit,qui cum Antichriſto non perijt,& cui Deus gratiam pœnitendi preſtabit:
qui autem deceptus non fuit in illis diebus,gloriam merebitur ampliorem. Nec intelligendum eſt
iſtud,quaſi omnes ſimpliciter Antichriſto perempto ſint conuertendi, immò aliqui in ſua perſiſtēt
Matt.24. duritia,cùm dicat in Euangelio Chriſtus:Sicut fuit in diebus Noæ:edebant, bibebant,nubebāt,do-
Gen.6. Luc.17. nec venit diluuium,& tulit omnes:ſic erit aduētus filij hominis.Vndè quidam obſtinatiſſimi, prin-
1.Theſ.5. cipe ſuo ſublato,adhuc ad deliciandum ſe dabunt,de quibus ait Apoſtolus:Cùm dixerint,pax & ſe-
curitas,tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, & non effugient.Poſtremò, certum non eſt, an
poſt dies 45.Chriſtus immediatè ad iudicium ſit venturus.Et plures arbitrantur, quòd non ſtatim
poſt illos dies venturus ſit iudicare,quāuis Hieronymus dicat hoc loco: Beatus, qui interfecto An-
tichriſto,dies ſupra numerum præfinitum 45.preſtolatur,quibus eſt Dominus atque Saluator in ſua
maieſtate venturus.Tamen quod ait, quibus, poſſet referri ad beatos illos præſtolantes,non ad di-
es præfixos, ità quòd ad illorum pœnitentium gloriam ſit venturus. [Tu autem Daniel vade ad tē-
pus præfinitum,] id eſt, viue & ambula,de peregrinatione huius exilij tendendo ad beatitudinem
veram, & hoc vſq; terminum vitæ tuæ tibi à Deo præfixum. [& requieſces] quantùm ad corpus in
monumento,quantùm ad animam cum patribus ſanctis in limbo. [& ſtabis in ſorte tua,] id eſt, in
parte, gradu, loco,& ordine beatitudinis tuæ.[in fine dierum.] id eſt, in die nouiſſimo corpore ſu-
Iob 19. ſcitato,& animæ reunito.De quo die S.Iob:Credo,inquit,quòd redemptor meus viuit, & in nouiſ-
ſimo die de terra ſurrecturus ſum. Deniq; Lyra refert hîc, quòd ſecundùm Iudæos in penultima
clauſula vnius cap. ponitur tempus quo debent expectare Meſſiam futurum:& quòd accipiatur hîc
Ezech.4. non dies vſualis,ſed annualis, prout ad Ezechielem Dominus loquitur: Diem pro anno dedi tibi,
ità quòd debent expectare Meſſiam annis mille trecentis trigintaquinque, incipiendo computati-
onem annorum iſtorum à tempore quo poſitum eſt idolum in templo: cuius dicti falſitas facili-
ter reprobatur, quia ſiue computatio hæc inchoëtur à tempore quo Antiochus poſuit idolum Io-
uis in templo, ſiue à tempore, quo Hadrianus Imperator in loco templi ſtatuam collocauit, quod
fuit 50. circiter anno poſt Chriſti paſſionem, tempus iſtud iam expirauit. Nunc etiam currit an-
☞ nus milleſimus quadringenteſimus quadrageſimus. Poſtremò Hieronymus ſcribit hoc loco:
Theo-

Theodotio tranſtulit,Tu autem vade & requieſce,& reſurges in ordine tuo in conſummatione di-
erum.Quo verbo oſtenditur,omnem hanc prophetiam vaticinium eſſe reſurrectionis omniū mor-
tuorum,quandò & propheta reſurrecturus eſt:& fruſtrà Porphyrium,quæ in typo Antiochi de An-
tichriſto prædicta ſunt,ad Antiochum velle referre,cuius ſ.Porphyrij calumnijs pleniùs reſponde-
runt Euſebius Cæſarienſis,& Apollinaris Laodicenus, & ex parte diſertiſſimus vir martyr Metho-
dius ad laudem,honorem,& gloriam Dei ſublimis & benedicti.

¶ *Expoſitio cap.13.Et erat vir in Babylone habitans,& nomen eius Ioakim.* *Artic.* 14.

IN ſequentibus duobus capitulis aliqua deſcribuntur, quæ ſub Danielis tempore contigerunt,
quæ tamen in Hebraico inter ſcripturas canonicas non habentur, ſed de Theodotionis tranſla-
tione accepta ſunt.Theodotio quippe tranſtulit ea de Hebręo (vt dicitur) in Gręcum,& pòſt in La-
tinum tranſlata ſunt.Vt autem in Scholaſtica hiſtoria fertur, Hebræi vocāt iſtam Suſannæ hiſtoriā,
fabulam,non quòd inficientur rem geſtam, ſed quia in ea (vt dicunt) falſum continetur de ſacerdoti-
bus lapidatis,quos Ieremias aduſtos teſtatur,& quia nos fabulamur eam ſcriptam à Daniele, cùm à
quodam Græco ſit ſcripta,quod probant ex alluſione quæ infrà fit ad nomina arborum,quę alluſio
in Hebræo non fit.Tales autē alluſiones in Hebræo non inueniuntur.Sed quia hiſtoria iſta in Ec-
cleſia & in officio Miſſæ ſolenniter legitur,ſicut & ſequens, de veritate non dubitemus,& argumē-
ta hæc Hebræorum faciliter diſſoluuntur.In ſcripturis nanq; quælibet grauis pœna nomine ignis
exprimitur,& ità duo presbyteri, de quibus in iſto capitulo mentio agitur, frixi dicuntur in igne à
rege Babylonis, quod ex Ieremia patefit, cùm ſcribit: Ponat te Dñs ſicut Achab & Sedechiā, quos Iere.29.
frixit rex Babylonis in igne.Illi enim duo ſunt, ſecundùm expoſitores cōcorditer, de quibus nunc
agitur.Inſupèr verborum alluſio etiam quandoq; in Hebræo inuenitur,vt cùm dicit in Ioſue:Tur- Ioſuę 7.
bâſti nos,turbet ſeu exturbet te Dñs in die hac.Et Ieremias:Non phaſſur, inquit, vocauit Dñs nomē Iere.20.
tuum,ſed phaſtor,i. pauorem vndiq;.Primo quoq; Regum legitur,quemadmodùm Saule appręhē- 4. Reg. 15.
dente ſummitatem pallij Samuelis, & ſciſſa eadem, Samuel verò rei geſtæ alludens,adiecit: Scidit
Dñs regnum Iſrael à te hodiè.Præterea de authore hiſtoriæ huius non eſt aliquid certum,vel ab Ec-
cleſia determinatum. Immò Albertus hîc dicit, quòd ſecundùm Hieronymum hiſtoria iſta non ſit à
Daniele conſcripta,ſed ab alio Daniele ſacerdote.Verum eſt autem,quòd hæc duo capitula non perti-
nent ad ſcripturam canonicam, ſicut nec Tobias, nec Iudith, nec libri Machabæorum, quanuis de
veritate non dubitetur. Nunc ergò exponenda eſt litera. [Et erat vir in Babylone habitans,] In-
cipit iſtud capitulum à coniunctione &, vt ad præcedentia connectatur, & ad librum Danielis ali-
quo modo videatur ſpectare. Babylon autem quandoq; eſt nomen vrbis metropolis in Chaldæa,
quandoq; regionis:nunc autem ſumi videtur pro vrbe,qa & ibì Daniel habitauit, qui præſenti ne-
gocio præſens fuiſſe deſcribitur.[& nomen eius Ioakim] nec immeritò: Ioakim enim præparatus
Dño interpretaē,& virtute ad diuina fuiſſe videtur pręcepta paratus, eratq; cum Ioakim rege Iuda à
Iudæa in Babylonem tranſlatus,vt inſinuare videē Scholaſtica hiſtoria, vbì ſic legitur: Appáret hoc
factum adhuc recenti captiuitate,quia Daniel adhuc iuuenis erat, vt infrà habetur. Daniel aūt cum
Ioakim rege fuit abductus & captus,ſeu potiùs tranſmigratus,vt in principio huius libri fertur. Ali- Dan.1.
qui etenim iuſti cum iniuſtis captiui abducti ſunt tam in captiuitate duarum tribuum, vt patet de
Ezechiele,Daniele & ſocijs eius,quàm in captiuitate tribuum decem,vt cōſtat de Tobia ac Gabelo. Tē-
poralis quippe afflictio corporaliſq; pœna,interdùm ſine propria patientis culpa diuinitùs infligū-
tur ad patientiæ exercitationem,gratiæ augmentationem,gloriæ incrementum,ſiue ob alias cauſas
diuino iudicio notas,ac rationabiles.Cum talibus autem Deus ſpecialiter fuit in captiuitate,tuendo
eos in oībus,& frequenter in tēporalibus quoq; ditando,vt cū Daniele & Mardochæo,ac alijs mul-
tis.[& accepit vxorem nomine Suſannam] quæ interpretatur obtentus lilij ſui,ſeu lilium. nec indignè
ità vocata eſt,quoniam corpore pulchra fuit,& pulchrior mente,fuitq; bonus odor Dei in omnibus
ac honeſtiſſimæ famę,vt ſubdiē:[filiam Helkiæ] qui & ipſe cū coniuge ſua à Iudæa captiuus tranſla-
tus eſt in Babylonem.nam infrà habetur,quòd Suſanna venit cum parentibus ſuis. [pulchram nimìs]
in vultu & corpore, magìs autem in corde & moribus per virtutes. Porrò pulchritudo corporis,
ſecundùm Auguſtinum in libro de Ciuitate Dei,donum Dei eſt, & inter dona naturæ non mini-
mum:quod idcircò frequenter reprobis datur,nè ab electis immoderanter optetur ſiue ametur, &
conſiſtit pulchritudo corporalis in tribus. Primò, in congrua membrorum comproportione ſeu
cohabitudine.Secundò,in eleganti quantitate.Ideò ſecundùm Philoſophum, homines paruæ ſta-
turæ,non propriè pulchri dicuntur, ſed decori vel ſpecioſi. Tertiò, in viuaci ac ſplendida coloris
aut lucis ſuperfuſione.Ideò quoq; pulchritudo Suſannæ deſcribitur, vt incentiuum tentationis ſe-
num inſinuetur,& quia electis dona naturæ ſunt inſtrumenta virtutum: & tanto laudabiliores ſunt
ſe iuſtè habendo per gratiam, quanto aptiores ſunt ſeculo per naturam aut naturalem perfectio-
nem. [& timentem DEVM] caſto ac filiali timore, quæ eſt fuga offenſæ ſanctiſſimi Dei, ſeu ab-

Eccl. 1. ominatio refutatioq́; peccati, de quo timore in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Timor dñi corona iuſtitię]
& nihil dulcius q̃ timere Deũ, & timor Dei ſuper oĩa ſe poſuit. Itemq́; plenitudo ſapientiæ, timere
Deum: quæ omnia intelligenda ſunt, inquantùm timor iſte virtualiter in ſe charitatẽ includit, cuius
proprius eſt effectus, ex ea emanans. nam eo ipſo quo quis diligit Deũ ſyncerè, timet eius offenſam,
ac ſeparationem ſ. ab ipſo. Ideò quoq; timor iſte intãtùm extollitur, quoniam oẽs virtutes cuſtodit,
Eccẽs 7. & vniuerſa peccata expellit, ſecundùm quod Salomon proteſtatur: Qui timet Deum, nihil negligit.
[parentes enim eius cùm eſſent iuſti, erudiérunt filiam ſuam ſecundùm legem Moſis: in qua timor
Dei præcipuè edocetur. Nam & Auguſtinus affirmat, ꝙ breuis inter legem euangeliumq́; diſtinctio
eſt, timor & amor. Circa hoc loquitur Origenes quarto Stromatum lib. Hoc vtendum eſt teſtimo-
nio ad exhortationem parentum, vt doceant iuxta legem ſermonemq́; diuinum nõ ſolùm filios, ſed
& filias ſuas. Deniq; parentes debent filijs, haud dubium quin & filiabus, educationem, prouiſionẽ,
diſciplinam, ſeu correctionem & inſtructionem. [Erat aũt Ioakim diues valdè.] dedit enim ei Deus
Tob. 1. coram gentilibus gratiam, ſicut Tobiæ, & propter Iudæorum captiuorum releuamen, ad quos Ioa-
Pſal. 61. kim charitatiuus fuit atq; benignus. Bonis autem diuitiæ ſunt inſtrumenta virtutum, dum eis benè,
liberaliter frugaliterq́; vtuntur, nec ad eas inordinatè afficiunt̃, implentes illud Pſalmiſtę: Diuitiæ ſi
affluant, nolite cor apponere. [& erat ei pomarium vicinum domui ſuæ,] pertinens ſibi, ſicut & do-
mus. In Babylone aũt latiſſima vrbe domus ità diſpoſitæ erant, ꝙ quęlibet (vt dicitur) habuit hortũ
congruè magnum. Deniq; iuxta Philoſophum quarto Ethicorum, Magnificũ habitatio decet pul-
cherrima. Ex exteriore quoq; pulchritudine horti & florum ac arborum, memoria generatur ſpiri-
tualium florum ac arborum, videlicet internalium ornamentorum in exemplis ſanctorum, ſed &
creatoris excellentia in creaturarum venuſtate conſpicitur ac laudatur, & Deus ex ſui effectûs con-
Eccẽs 4. ſideratione timetur ac honoratur. Propter quod Salomon ait: Cuncta fecit Deus vt timeatur. [& ad
ipſum confluebant] gratia conſolationis atq; ſubſidij [Iudæi] in Babylone captiui, [eô ꝙ eſſet ho-
norabilior oĩm] ad ſe confluentium: quanuis abſolutè loquendo, fortè non fuerit honoratior cun-
ctis Iudęis tunc captis, videlicet Daniele & Ezechiele, atq; ſimilibus. Porrò cùm honor ſit exhibitio
reuerentiæ in ſignum virtutis, (vt 1. Ethicorum habetur) ille propriè honorabilior eſt, qui virtuo-
ſior comprobatur. Itaq; Ioakim iſte etiam in præſenti quodammodò felix, & multis felicior fuit: nã
bono triplici abundauit, putà vtili, qm̃ diues: delectabili, quia pulcherrimam ac honeſtiſſimã coniu-
gem habuit: honeſto, quia honorabilior oĩbus fuit. Et hæc omnia ad bona gloriæ ordinauit, vtendo
eis vt oportebat in ordine ad vltimum finem, ad quem etiã virtutes nunc ordinantur. [& conſtituti
ſunt duo ſenes iudices in illo anno.] Secundùm Albertũ, conſuetudo tunc fuit Iudæis, annuos iudi-
ces ponere, nè confirmati in poteſtate, ſuperbirent. Ideò aũt cõſtituerunt ſenes, quia ſunt magìs ex-
perti atq; prudentes: & duos hos tunc ſtatuerunt, quia virtuoſi videbant̃, ſanctitatem ſimulando. [de
quibus locutus eſt dñs, quia egreſſa eſt iniquitas à Babylone,] i. ab inhabitantibus Babylonem Iu-
dæis, de quibus mox ſubditur: [à ſenioribus iudicibus.] ſ. iſtis duobus, quia grauiſſimè tranſgrediẽ-
do, & fœminas ad adulteria pertrahendo, ac tandèm plurimos ſcandalizando, fuerunt quaſi iudices
originesq́; peccati, qui ſenes fuerunt ætate & prauitate prouecti, non ſapientia vera moribusq́; or-
nati. Sed vbì locutus eſt dñs de ſenibus iſtis? Fateor, in ſcripturis veteris teſtamenti nõ inueniuntur
Iere. 29. hæc verba in forma, niſi hoc loco. Aliquid tñ huiuſcemodi in ſcripturis illis canonicis inuenitur. Si-
quidem de duobus his ſenibus in Ieremia habetur, ꝙ fecerunt ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt
Ezech. 23. in vxores proximorum ſuorum, & prophetauerunt mendaciter. In Ezechiele quoq; legitur: A pro-
Nehe. 9. phetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram. Et Nehemias: Manus magiſtratuum in
præuaricatione hac fuit prima. [qui videbant̃ regere populum.] Pulchrè ait, qui regere populũ vi-
debant̃, non qui regebant. Benè etenim p̃ſidentes populo, verè hunc regunt: qui aũt tantùm nomen
habent iudicum, ſeu paſtorum aut p̃ſidentium, atq; iniuſtè populo pręſunt, vidẽtur populum rege-
Zach. 11. re magìs q̃ regant, quibus competit illud Zachariæ: O paſtor & idolũ, derelinquẽs gregem. [Iſti fre-
quentabant domum Ioakim, & veniebant ad eos oẽs] Iudæi illic demorantes, [qui habebant iudi-
cia.] i. cauſas ad iudicãdum. Domus etenĩ illa ſpatioſa fuit atq; amœna, eratq́; ibidèm Iudæorũ con-
fluxus: idcircò ſenes ibì proferebant iudicia, & ad iudicandũ ſedebant, quos tñ concupiſcentia &
auaritia traxit. [Cùm autem populus reuertiſſet meridie,] Vſq; meridiem, ſenſibus exiſtentibus ſo-
brijs, tempus eſt iudiciorum. Facto verò meridie, populus ad propria redijt, & tunc ſolitarium man-
ſit pomarium, eratq́; opportunitas Suſannæ deambulandi in eo. Ideò ſequitur: [ingrediebatur Su-
ſanna, & deambulabat in pomario viri ſui.] Verecunda etenim fuit, ideò populo præſente manſit
in abdito, nec egrediebatur ad plateas vaganter, ſed intra viri ſui clauſuras, ſequens exemplum non
Gen. 34. Dinæ, quę per regionem diſcurrens corrupta eſt, ſed Dei, de quo dicitur in Geneſi: Cùm deambu-
laret dñs in paradiſo ad auram poſt meridiẽ. Deambulatio autẽ excitat calorẽ, & euentat corpuſcu-
lum, ſecundùm Albertũ, & tempore ęſtiuo, ſumpto cibo, expediens eſt. Origenes demùm hîc dicit:
Non

Non incongruum eſt hunc locum aſſumere, ꝙ rectè quis ad vegetãdum corpuſculum deambulat̃.
Sed & cauſa recreationis, & ob loci amœnitatem ibì deambulauit. [& videbant eam ſenes quotidiè
ingredientem & deambulantem.] Populo nanq; abeunte, ſenes iudices aliquantulùm ibì manſe-
runt ad conferendum de cauſis propoſitis, & vt tali occaſione Suſannam adſpicerent. Quod enim
carnaliter amatur, videri optatur. Suſanna quoq; nõ tantùm cauebat à ſenibus propter eorum ſene-
ctutem ſanctitatisq́; apparentiam, quantùm ab alijs. [& exarſerunt in concupiſcentiã eius.] i. arden-
ti ſenſualitatis affectu ferebant̃ in eam, & feruor ac tendentia iſta, eſt ipſa concupiſcentia tam intẽ-
ſa. Ex viſûs itaq; incuſtodia lapſi ſunt in tantum periculũ. Ex appręhenſione etenim, ſenſuum exte-
riorum, ſenſus interiores & ratio ac appetitus inferior atq; ſuperior ſolent moueri, & vitioſè occu- Pſal. 118.
pari, niſi per rationem ſenſus regant̃. Ideò orat Pſalmiſta: Auerte oculos meos, nè videant vanitatẽ.
Recteq́; ait, exarſerunt, qm̃ concupiſcentia fornicationis eſt ignis, iuxta illud Iob: Ignis eſt vſq; ad Iob 31.
conſummationem deuorans, & omnia eradicans genimina. Et Oſeas ait: Omnes adulterantes quaſi Oſeæ 7.
clibanus ſuccenſus à coquente. [& euerterunt] i. à recto ordine peruerterũt [ſenſum ſuum] tã ex-
teriorem q̃ interiorem ac intellectualem, qui eſt ipſemet intellectus, de quo Ioãnes inducit: Scimus
quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus Deum verum. Porrò ſenſum ex-
teriorem euertit, qui eum rationis directioni nõ ſubijcit, ſecũdùm quod debitus ordo requirit par-
tem ſenſitiuam ab intellectiua in omnibus gubernari. Similiter de interiori ſenſu dicendũ. Senſum
autem intellectualem euertit, qui eum legi nõ ſubdit diuinæ, prout ordo requirit iuſtitiæ. Et ſic iſti
fecerunt, ſenſualitatem brutalẽ ſequentes, & carnem ſpiritui præferentes, iuxta illud Baruch: Auerſi Baruc. 3.
ſunt ſenſus noſtri, vt recederemus à te. [& declinauerunt] ad terrena atq; carnalia [oculos ſuos] tam
corporales q̃ mentales, quos ad diuina erigere debuerunt. [vt non viderent cælũ,] i. creatorem cæli
habitantem in cælo, neq; cæleſtia conſiderarent. Et hoc cõcomitanter ſe habuit ad concupiſcentiã
carnis, qm̃ inordinata affectio intellectum excæcat, & carnis deſideria obtenebrant rationem, ſecũ-
dùm quod dicit Oſeas: Fornicatio & ebrietas & vinum auferunt cor. Deniq; etiã corporeos oculos Oſeę 4.
ad intuendum cæleſtium corporum magnitudinem ac decorem debemus erigere, vt ex ipſorũ ſen-
ſitiua appræhenſione mens ad creatoris eorum contemplandam excellentiam exercitetur. Propter
quod Iſaias dicit: Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte qs creauit hæc. Hinc quoq; Ouidius 1. Iſaiæ 40.
Metamorphoſeos ait: Os homini ſublime dedit, cælumq́; videre iuſſit, & erectos ad ſidera tollere
vultus. Refrenandi ergò ſunt oculi, præſertim à moroſo & curioſo intuitu fœminarũ. Propter quod
loquitur Auguſtinus: Oculus veſter etſi iaciatur in aliqua fœminarũ, in nulla figatur. Et Eccũs ſapi- Eccl. 9.
entiſſimè ſcribit: Virginem nè conſpicias, nè ſcandalizeris in decore eius. Noli circũſpicere in vicis
ciuitatis. Auerte oculos tuos à muliere compta. propter ſpeciem mulieris multi periêrunt. [neq; re-
cordarent̃ iudiciorum iuſtorũ,] i. diuinorũ iudiciorum æquitatem non ritè penſarent, nec ipſi re-
ctè, vt ſpectat ad iudices, iudicarent, iudicantes ſecundùm impetum paſſionis, non ſecundùm ſyn-
ceritatem rationis, & legem diuinã, ſcriptam ac naturalem tranſgredientes. Sicq́; de impio fertur in
Pſalmo: Auferunt̃ iudicia tua à facie eius. [erant enim ambo vulnerati amore eius] carnali, impuro, Pſal. 9.
i. vehementer accenſi, & præ paſſionis magnitudine quodammodò languidi. Exceſſus nanq; huiuſ-
modi paſſionũ, innaturalem facit tranſmutationem, & ex conſequenti debilitatem in corpore. Hinc
& Pamphilus ait: Vulneror, & clauſum porto ſub pectore vulnus. Econtrariò ex diuino amore ar-
dentiſſimo atq; puriſſimo languor & vulneratio laudabilis oriuntur, prout in Canticis ſponſa fate- Cant. 2. & 5.
tur: Vulnerata charitate ego ſum, & amore langueo. [nec indicauerũt ſibi viciſſim dolorem ſuum,]
prędictam ſ. vulnerationem & afflictionẽ, quam ſuſtinebant ex hoc, ꝙ optato obiecto frui non po-
terant. Talis quippe dilatio eſt afflictiua, ſicut in Prouerbijs ſcriptum eſt: Spes quę differtur, affligit Prou. 13.
aĩam: lignum vitæ, deſiderium veniẽs. [Erubeſcebãt enim ſibi indicare concupiſcentiam ſuam, vo-
lentes concũbere cum ea.] Talis nanq; concupiſcentia erubeſcibilis eſt & inhoneſta, præſertim in
ſenibus, & circa fœminas reuerendas. Valdè ergò corrupti ſunt mente ac vitioſi, qui expletis cõcu-
piſcentijs carnis, de opere fœtido ſe iactant iam perpetrato, nec id pandere confundunt̃, quibus cõ-
petit illud Ieremiæ: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Et quo amor nefari- Iere. 3.
us plùs creuit, eo diligentiùs quærebant coniungi deſiderato. [Et obſeruabãt quotidiè ſolicitiùs vi-
dere eam.] dilecti enim adſpectus, iucundus eſt, ſi benè ſe habeat. [Dixitq́; alter ad alterum: Eamus
domũ, quia hora prandij eſt.] quilibet enĩ eorum optauit ab alio ſeparari, vt citò reuertẽs, poſſet ſo-
lus cum Suſanna loqui atq; miſceri. [Et regreſſi, receſſerunt à ſe. Cumq́; reuertiſſent] ad priſtinum
locũ, exagitante eos concupiſcentia, q̃ miſerum non ſinit quieſcere. Quilibet aũt eorum per viã pro-
priam feſtinauit reuerti. [venerunt in vnũ locum] ſeu pariter. Sicut enĩ ambo ardenter amabant, ſic
& celeriter remeabant. [& ſciſcitantes ab inuicèm cauſam] reditûs huius, [confeſſi ſunt] non ſacra-
mẽtaliter, ſed libidinaliter [concupiſcentiam ſuã, & tunc in cõmune ſtatuerunt] i. concorditer inter
ſe, vel vt cõmuniter ei iungerent̃, [tempus, qũ eam poſſent inuenire ſolã.] Nouerant enĩ quibus ho-
 ris

ris diei conſueuerat pomarium ingredi. Circa hoc dicit Albertus: Statuerunt in cõmune, vt nõ tan-
tùm adulterã, ſed & cõmunem facerent more Nicolaitarũ, qui cõmunes dicebant eſſe mulieres. [Fa-
ctum eſt aũt cùm obſeruarent diẽ aptum] exequutioni prauæ voluntatis ipſorũ, [ingreſſa eſt aliqñ]
i. quadã vice Suſanna pomarium, [ſicut herì & nudiuſtertiùs,] i. prout ei ſolitũ fuit. Iſte aũt eſt mo-
dus loquendi ſcripturæ, ad inſinuandum frequentiã facti. [cum duabus ſolis puellis] adiuuantibus
ad neceſſaria corporis. Ex quo videt̃, ꝙ multas habebat pediſſequas ſeu ancillas. Vndè excellentia
eius in multis, magìs attraxit atq; ſuccendit impudentium ſenum corda, quorum veſaniã plures ſe-
quunt̃. [voluitq́; lauari in pomario] pro corporis refrigeratione atq; munditia. [æſtus quippe erat.]
& tunc corpora in ſudores laxant̃. Hinc Auguſtinus in regula: Balneũ, inquit, corporis cùm neceſſi-
tas exigit, minimè deneget̃. Et denuò ait: Placet angelis ſanctis munditia corporalis. Pariformiter in
Exod. 2. Exodo habet̃: Eccè aũt deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaret̃ in flumine, & puellæ eius gradiebant̃
ꝑ crepidinẽ aluei. [Et nõ erat ibì quiſquã,] i. nullus virorũ in pomario fuit [ꝓter duos ſenes abſcõ-
ditos] qui ſeipſos in ſecretiori parte horti locauerant, nè ab aliquo cernerent̃. [cõtemplantes eam,]
i. auidè & acutè inſpicientes. nomenq́; contemplationis hîc cõmuniſſimè ſumit̃. Propriè aũt cõtem-
plari, eſt diuina ſynceriter intueri. Vehemẽs verò amor facit amantẽ diligentiſſimè intuentẽ & co-
gitantem, quaſi penetrantẽ oĩa quę ſunt dilecti. Aduertant viſu incuſtoditi, quod loquitur Auguſti-
nus: Non dicatis vos habere aĩos pudicos, cùm habeatis oculos impudicos. Impudicus enim oculus,
impudici cordis eſt nuncius. [Dixit ergò puellis: Afferte mihi oleum.] quod hîc ſumit̃ pro materia
ſeu humore ſubtili & aromatico contra æſtum refrigerationẽ præſtante, vt aliqui dicunt. Vel tenue
quoddã vnguentum, illuminatiuũ exhilaratiuumq́; pellis, vocat̃ hîc oleum. Immò ſecundùm Scho-
laſticam hiſtoriã, lotio pro vnctiõe ponit̃ pauloantè, cùm dicit̃: Voluitq́; lauari. [& ſmigmata] vel vt
aliqui legunt, migmata. Et ſecũdùm Scholaſticã hiſtoriã, Migma ꝓpriè dicit̃ hordeũ cum palea, vn-
Iſaiæ 30. dè mulieres faciũt decoctionẽ, fortè ad vultûs nitorẽ. Sicq́; in Iſaia ſcriptum eſt: Pulli aſinorũ com-
mixtum migma comedent ſicut in area ventilatum eſt. Alij legentes ſmigmata, dicunt ꝙ ſmigma ſit
aqua, de hordeo & palea facta, ad lauandã refrigerandamq́; faciẽ. Albertus verò affirmat, ꝙ ſmigma-
ta ſint vnguenta quibus reſtringunt̃ ſudores. [& oſtia pomarij claudite:] nè quis intret, & me nuda-
tã conſpiciat. [Et fecerũt ſicut ꝓceperat, clauſeruntq́; oſtia, & egreſſæ ſunt ꝑ poſticum, vt afferrent q̃
iuſſerat.] Poſticum, ſecundùm Albertũ, eſt tranſitus paruus, vbì nõ niſi familiares tranſeunt. [Cùm
aũt ingreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam] impetu paſſionis, q̃ fertur
in ꝓceps, ad inſaniamq́; conuertit, prout 7. Ethicorum philoſophus inducit illud Homeri: Doli cõ-
Eccl. 19. plicatrix Venus, furata eſt mentẽ valdè ſapientum. Hinc in Eccõ legit̃: Vinum & mulieres apoſtata-
re faciunt etiã ſapientes. [& dixerunt: Eccè oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, & in concu-
piſcentia tuî ſumus: quamobrem aſſentire nobis, & cõmiſcere nobiſcum:] oſtendentes ſe magìs ti-
Eccl. 23. mere hoĩm adſpectum q̃ Dei, quibus competit illud Eccĩ: Dicit peccator, quis me videt? tenebrę cir-
cundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunſpexit me, quem verebor? Delictorum me-
orum non memorabit̃ altiſſimus. Apud antiquos, conſentior & aſſentior, verba erãt deponentalia:
& ità hîc ſumit̃ ꝓ conſentire, i. conſenſum præbe. [Quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimoniũ,]
ſ. [ꝙ fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam] vt cum illo liberiùs fornicareris, [emiſeris puellas à
te.] Blandiunt̃ inprimis, vt fallant: deindè minas adijciunt, vt ſi adulatione non profecerint, timore
conuincant, ꝑſertim cùm mulieres ſint timidæ, nec ſolùm mortẽ, ſed infamiã quoq; vehemẽter for-
mident, potiſſimè q̃ honeſtæ habent̃. [Ingemuit Suſanna] prę triſtitia & timore, [& ait: Anguſtiæ] i.
afflictiuæ preſſuræ, periculũ & diſcrimen [mihi ſunt vndiq;] in corpore & anima, vel potiùs ex om̃i
parte huius negocij, videlicet ſiue conſenſero, ſiue negauero, ſumq́; perplexa, ſicut & Dauid ait 2.
2. Reg. 24. Regum: Coarctor vndiq; nimìs. Hinc cauſam anguſtiæ pandit: [Si enim egero,] i. cõſenſero, [mors
I. cuir. 20. mihi eſt:] i. corporalẽ mortem ſecundùm legem promereor, quia lex iubet adulterantes lapidibus
Deu. 22. obrui. Mortem quoq; aĩæ, quæ eſt peccatum mortale, incurro, & mors dãnationis æternæ mihi de-
betur. [Si autem non egero, non effugiam manus veſtras.] i. mortem corporalem non euadam per
viam humanam, ob veſtram accuſationem. Et iſta dicendo, mentita non eſt, quanuìs mortem eua-
ſerit, non agendo quod ſenes petebant, quia intentio eius fuit, ꝙ per humanum auxilium non effu-
geret occiſionem. Et quia mors animæ eſt peccatum, hinc ſecundùm Hieronymum, totiès mori-
mur, quotiès peccamus. [Sed melius eſt mihi abſq; opere] vitioſo [incidere in manus hoĩm,] i. mor-
tem innocenter pro iuſtitia pati, [q̃ peccare in conſpectu Dñi] cuncta cernentis. Peccatum quippe
eſt infinitæ fugibilitatis, cùm Deus ſit immẽſæ honorabilitatis, ſanctitatis ac dignitatis, & ratio ma-
li, multo plùs competit malo culpæ, quàm malo pœnæ: immò pœna nõ eſt quid ſimpliciter malum,
ſed culpa. Et quanuìs mors ſit naturaliter horribilis atq; fugibilis, tñ mori pro Deo, pro fide, pro iu-
Mat. 10. ſtitia, non tam horrẽdum eſt, q̃ optandum. Propter quod ait Saluator: Nolite timere eos qui corpus
occidunt. Hieronymus quoq; Origenis verba cõmemorãs, ait: Qui ad ſummitatẽ virtutum venerit,
non

non dicet ſibi imminere diſcrimen, ſi adulterorum manus non effugerit. Humanę quippe fragilita-
tis eſt, mortem timere quæ pro iuſtitià infertur. Hinc ſecundùm iſtos doctores, Suſanna potiùs ſibi
dixit ineſſe anguſtias propter opprobrium & ignominiam, quibus fuerat perfundenda, dicentibus
illis: Fuit cum ea iuuenis, idcircò dimiſit puellas. Rurſus, vt dicunt, in Græco non habetur, Melius
eſt mihi: ſed, bonum eſt mihi, ità quòd non comparatiuè dixit, ſibi melius eſſe incidere in manus
hominum quàm peccare: ſed abſolutè aſſeruit, Bonum eſt mihi non facere malum, & incidere in
manus veſtras, nè peccem in conſpectu Domini. Prætereà fortior fuit iſta Suſanna, quàm Lucretia
nobiliſſima illa Romana, de qua in geſtis legitur Romanorum, & Auguſtinus tangit in libro de ci-
uitate Dei, quia cùm Tarquinius filius regis Romæ vellet eam opprimere, dicens ad appræhenſam
in lecto: Tace Lucretia, ferrum in manibus eſt: ſi vocem emiſeris, morieris: & illa mallet mori, quàm
conſentire, minas adiecit, quòd iuxta occiſam poneret in lecto ſeruum iugulatum, vt ſic in turpi
adulterio probaretur necata: illa timore opprobrij victa, Tarquinium admiſit ferocem. Poſteà ta-
men ex dolore ſeipſam ferro peremit. Suſanna verò nec mortis nec opprobrij timore potuit ſupe-
rari, quia Deum veraciter timuit, cuius offenſam opprobriumq́ue magìs expauit, quàm confuſio-
nem humanam. [Exclamauit voce magna Suſanna.] Et in hoc legem impleuit dupliciter, nè ſcili-
cet per duos opprimeretur, & quia mulieribus intra vrbem oppreſſis, quanuìs per violentiam, non
tamen clamantibus, lapidatio debebatur, eò ꝙ non clamauerint. Clamauit quoquè, vt domeſtici ſui
accurrerent, ſeq́ue iuuarent. Sed & ſecundùm iura, qui tacet, quandò tacendum non eſt, conſenſiſſe
videtur. [Exclamauerunt autem & ſenes aduerſùs eam:] quaſi tranſgreſſionem eius nequaquàm
ferre valentes, & vt eam apparentiùs accuſarent, nec primitùs accuſarentur ab ea. Sic & impudica il- Gene. 39.
la Aegyptia, videns ſe à Ioſeph ſanctiſſimo viro contemptam, clamauit. Contentioſorum quoquè
mos eſt, clamore vincere velle. Vndè ſecundùm Ambroſium ſuper epiſtolam ad Romanos, Con- Rom. 1.
tentio eſt impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Poſtremò, palliata iuſtitia, calliditas atq;
hypocriſis, veſtes induunt æquitatis vt fallant. [Et cucurrit vnus] de duobus his ſenibus, non de
ſeruis Suſannæ, [& aperuit oſtium pomarij.] tanquàm per illud iuuenis effugiſſet. Si enim domeſti-
ci Suſannæ oſtia horti clauſa comperiſſent, nec iuuenem inueniſſent in horto, accuſatio ſenum ap-
parentiæ paruæ fuiſſet. [Cùm ergò audiſſent clamorem] trium clamantium [in pomario famuli do-
mûs, irruerunt] id eſt, celerrimè accurrerunt [per poſticum,] quod fuit verſùs domum, & per illud
tanquàm per propinquius iter, ingreſſum familiares domûs habebant. [vt viderent quidnam eſſet]
negocij in pomario. Inſolita nanque ſciri optantur. [Poſtquàm autem locuti ſunt ſenes] verba ac-
cuſatoria de adulterio Suſannæ cum iuuene, [erubuerunt ſerui vehementer,] dominæ ſuæ oppro-
brium quaſi proprium reputantes. Nam & eis dilecta erat quàm plurimùm, eiuſq́ue infamia re-
dundauit in ſuos domeſticos. Et ideò etiam erubuerunt, quia hucuſquè ſemper bonum de domi-
na ſua teſtimonium præſtiterunt, & eam magnificè laudauerunt: ſicq́ue erubuerunt, quòd tam con-
traria ſuis verbis euenerunt. ideoq́ue ſequitur: [quia nunquàm dictus fuit ſermo huiuſmodi de
Suſanna.] Fuit ergò honeſta conuerſatione ac fama. [Et facta eſt dies craſtina,] in qua eam accuſa-
re publicè voluerunt. [Cumq́ue veniſſet populus] Iudæorum [ad virum eius Ioakim] more ſolito
propter cauſas prædictas, [venerunt & duo presbyteri,] id eſt, ſenes, ſecundùm Albertum. Presby-
ter enim Græcè, Latinè ſenior dicitur. Vndè non videntur fuiſſe ſacerdotes legales, præſertim cùm
eſſent de tribu Iuda, vt dicitur, & ſecundùm Scholaſticam hiſtoriam, dicebant ſe eſſe de ſemine Da-
uid, de qua tribu Iuda nullus præſtò fuit altari, ſecundùm Apoſtolum ad Hebræos. [pleni iniqua co- Hebr. 7.
gitatione aduerſùs Suſannam, vt interficerent eam.] Firmauerunt ſibi ſermonem malignum, & im- Pſal. 63.
piæ cogitationi pertinaciſſimè conſenſerunt. Et dixerunt coram omni populo] ibì præſente, au-
dacter & ſecurè loquentes, quaſi qui bonæ conſcientiæ eſſent. Iuſtitia nanque parit fiduciam, & bo-
na conſcientia ſecuritatem, nequitia verò eſt timida. [Mittite ad Suſannam] vt veniat huc. [& ſta-
tìm miſerunt] adſtricti præcepto Dei in Exodo: Maleficos non patieris viuere. [Et venit cum pa- Exod. 22.
rentibus & filijs & vniuerſis cognatis ſuis] adultis, quos habuit in illo loco. Non dubium, quin Su-
ſanna expoſuerit iſtis totius huius negocij veritatem ac innocentiam ſuam, crediderunt́que ei,
certiſſimè ſcientes ex tempore diuturno virtuoſam conuerſationem ipſius. Ideò ex compaſſio-
ne venerunt cum ea, parati adſtare ei vſque ad mortem, & ſi in quo poſſent iuuare. [Porrò Su-
ſanna erat delicata nimìs, & pulchra ſpecie.] Erat enim optimæ complexionis, & habitudinis bo-
næ atque tenerrimæ, ac formoſa: ideò ex naturali diſpoſitione virtutibus apta, & indolis bo-
næ, ſecundùm quod taliter naturati eſſe conſueuerunt. [Et iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperire-
tur,] quatenùs vultum eius libidinoſè adſpicerent. [erat enim cooperta] ad caput & faciem ex
triſtitia & rubore: eratq́ue mos antiquis, ſecundùm Albertum, vt rei diſcooperirentur, omni-
buſq́ue ſe videndos exponerent propter exprobrationem maiorem. [vt vel ſic ſatiarentur deco-
re eius,] viſu luxuriando, quod corpore non valebant. [Flebant ergò ſui, & omnes qui nouerant

eam] notitia approbationis, id eſt, qui eam innocentem nouerunt, fleuerunt ex compaſſione. Et quo excellentior fuerat atque formoſior, eo de tanto eius opprobrio vicinaque morte ampliùs affligebantur. [Conſurgentes autem,] i. ad malitiam ſimul ſurgentes, [duo presbyteri in medio populi] in malo concordes, & de ſua authoritate, ætate & fama præſumentes, ꝙ ſcilicet eis faciliter propter hæc crederetur. [poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius,] quaſi in teſtimonium veritatis accuſationis proponendæ, vt ſcilicet pœna Suſannæ retorqueretur in eos, ſi mentirentur. [Quę flens] ex præcordiali dolore, [ſuſpexit ad cælum] vt oculos corporales dirigendo ad cælos corporeos, oculum mentis ad creatorem, regemque cælorum ſublimiùs eleuaret, eumque contemplando inuocaret ſpe humili, & quoniam teſtem qui præſidet cælis, ſcilicet Deum, interpellabat: & rurſus, quia deficiente humano auxilio, vidit ſibi non poſſe opem præberi, niſi de cælo: poſtremò, quoniam pro-
Iob 16. prium eſt diuinitatis, ſuccurrere in huiuſmodi caſibus deſperatis. Sic & S. Iob in libro ſuo ait: Eccè in cęlo eſt teſtis meus, & conſcius meus in excelſis, & ad Deum ſtillat oculus meus. Itemque Pſal.
Pſal. 122. Leuaui oculos meos in montes, vndè veniet auxilium mihi. Secundo quoquè Paralip. libro pius rex
2. Para. 26. Ioſaphat loquitur Deo: Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. [Erat enim cor eius fidutiam habens in Domino,] quam ſibi Spiritusſanctus in tanto dedit periculo. Serenitas enim conſcientiæ, parit fidutiam talem mediante gratia Dei. Vndè qui in diuinis benè ſe habent, melioris ſunt ſpei atque maioris conſtantię. [Et dixerunt presbyteri: Cùm deambularemus in pomario] ſoli. Longum præmittunt præambulum, & vera quædam commiſcent, vt accuſatio eorum appareat verior. Sic enim callidi facere ſolent. [ingreſſa
Matth. 27. Marc. 15. eſt hęc,] id eſt, iſta tam impia, vt proprio nomine exprimi ſit indigna. Vndè ex contemptu ità lo-
Lucæ 23. quuntur, ſicut Iudæi de Chriſto tempore paſſionis, Non hunc, ſed Barrabam. Et, Hunc inuenimus
Ioan. 18. ſubuertentem gentem noſtram. [Et dimiſit à ſe puellas,] nè teſtes eſſent facinoris, & propter communem verecundiam. Dicit enim Auguſtinus, quòd parentes in opere carnali etiam eos, quos genuerunt, nolunt habere teſtes. [Venitq́; adoleſcens ad eam qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. Porrò cùm eſſemus nos in angulo pomarij,] tanquàm occultiùs de cauſis conſulentes adinuicèm, [vidimus eos pariter commiſceri &c. Huius rei teſtes ſumus.] Multa callidè impij iſti dixerunt, anticipantes rationabilem reſponſionem Suſannæ, qua potuit eos mendaces oſtendere, & crimen ſuum in adoleſcentem transfundunt, de quo magìs poterat apparére tam ex parte illius, quàm Suſannæ. Iuuenes enim, cęteris paribus, magìs appetuntur quàm ſenes. In innocentem quippe frequenter tranſponitur culpa nocentis, idq́; vocatur impoſtura, dum vnus proprium crimen refert in alium. [Credidit eis multitudo] quę ſecundùm Chryſoſtomum ſtulto fertur conſilio. [quaſi ſenibus & iudicibus populi,] & hoc abſq; diligenti examinatione negocij, ætati & authoritati inordinatiùs deferentes. Ideò poſteà Daniel ait ad eos: Fatui filij Iſrael. In cauſa autem criminali ſine diligenti ac debita examinatione teſtibus credi non debet. [Et condemnauerunt eam ad mortem,] non proferendo ſententiam, ſed approbando à iudicibus ꝓmulgatam. [Exclamauit aũt voce magna,] i. affectuoſa atq; deuota, quã ſecundùm Hieronymũ, cordis affectus, pura cõfeſſio, & bona cõſcientia fecerant clariorẽ. [Suſanna,] nõ ſolùm naturali mortis timore & horrore tanti opprobrij, ſed & zelo iuſtitię tantam falſitatem & æquitatis iacturam ſilenter ferre non valens. Fuit ẽm mendacium calliſſimè coloratum. Nã ſenes iſti in hoc expertiſſimi erant. [& dixit: Deus æterne, qui abſconditorũ] per cõparationem ad notitiam mentis creatæ, præſertim humanę, [es cognitor] * ad quẽ nihil extat
Hebr. 4. abſconditum, iuxta illud Apoſtoli ad Hebręos: Oĩa nuda & aperta ſunt oculis eius. Qui per Iere-
Iere. 23. miam loquitur: Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum? Mens ẽm diuina incommutabilis & æterna, oĩa in propria luce, in ſuíjpſius eſſentia, in ſeipſa tanq̃ in ſuperclariſſimo ſpeculo omnium ſimilitudinem atque ideam continente ac repræſentante, inuariabiliter conſpicit. [qui nôſti omnia anteq̃ fiant,] ſcilicet ab æterno, quia diuina ſcientia non cauſatur à rebus, nec de-
Eccl 23. pendet ab eis, ſed potiùs eſt cauſa earum. Hinc in Eccleſiaſtico legitur: Domino Deo anteq̃ crearentur, omnia ſunt cognita. [tu ſcis,] qui es infallibilis ſuperſapientiſſimus iudex, quẽ nulla latet cogitatio, nulla affectio, nec aliqua fallit cõfictio. [quia falſum contra me tulerunt teſtimonium, & eccè moriar.] i. morti iam proxima ſum, quantùm humano ingenio potuit conſiderari. Vndè de homine mox morituro dicimus, ꝙ ſit mortuus homo, vel ꝙ moriatur. [cùm nihil horum fecerim quę iſti malitioſè compoſuerunt aduerſùm me. Exaudiuit autem Dominus vocem eius:] qui ſperantes in ſe finaliter nõ relinquit, atq; interdùm à temporali tribulatione, hanc tollendo, eripere ſolet. [Cumq́; duceretur ad mortem,] i. ad locum vbì fuerat, niſi Deus ſuccurriſſet, necanda. [ſuſcitauit Dominus ſpiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel.] Quod ait, ſuſcitauit Dominus ſpiritum pueri iunioris, intelligi poteſt dupliciter. Primò, intelligendo per ſpiritum animam eius, quam Deus ſuſcitauit, i. ad agendum ac eloquendum quæ ſubduntur, mouit & inſtigauit. Secundò, intelligendo per ſpiritum, gratiam donumq́; Spiritûsſancti, ei iam antè infuſum, quod nunc ſuſcitauit, i. in actum in-

ſolitum ſupernaturalem ac magnum procedere fecit, & de occulto progredi fecit in publicum, ſicut à dormitione proceditur in vigiliam. Sicque Hieronymus dicit & Gloſſa: Hoc ſermone oſtenditur, quòd nunc ſpiritum non infudit ſeu dedit, quia iam antè erat in Daniele, ſed ſpiritum in eo quieſcentem & propter ætatis infirmitatem opera ſua non demonſtrantem, data occaſione ſuſcitauit pro fœmina ſancta. [Et exclamauit voce magna:] quia ſerioſa ac feruida, vt magnitudo clamoris, demonſtraret magnitudinem deteſtationis peſſimi facti. [Mundus ego ſum à ſanguine huius.] id eſt, iniuſtè eam dico damnatam, nec innocenti eius occiſioni conſentio: Cui ſi conſentirem, homicidij reus eſſem, quia ex reuelatione innocentem agnoſco. [Et conuerſus omnis populus] tranſiens circa Suſannam, [dixit ad eum:] non quòd omnes ſimul in verba prorumperent, ſed quidam de principalioribus pro omnibus loquebantur, ſicut in Euangelio ſancti Ioannis frequenter habetur: Ioan. 7. & 12.
Reſpondit ei, ſcilicet Chriſto, turba. [Quis eſt iſte ſermo quem loquutus es?] id eſt, quid prætendit, & cuius eſt authoritatis? An ex inexperta & imperita pueritia prodit, an ex inſpiratione diuina? Nouerant quippe iſti Iudæi Danielem eſſe de ſemine regio, virtuoſumque atque caſtiſſimum puerum, vt ex prædictis in expoſitione primi capituli elici poteſt. Et fortè Daniel cœpit eſſe in regis palatio. Hinc verba eius populus citò ac multùm aduertit, præſertim quia ad executionem latæ ſententiæ proni non erant ex compaſſione Suſannæ, & quia de negocio ſatìs certi non erant. [Qui cùm ſtaret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Iſrael] id eſt, vera ſapientia in hoc proceſſu carentes, & inconſultè agentes. Vndè non ex contemptu, ſed zelo veritatis ex charitate per amatoriam repræhenſionem nominat eos ſtultos, ſicut Galatis dicit Apoſtolus: O inſenſati Galatæ. Ideò nec peccauerunt Galat. 3.
in hoc, ſed benè egérunt propheta atque Apoſtolus. Porrò quod ait Saluator, Qui dicit fratri ſuo, Fatue, reus erit gehennæ ignis: intelligendum eſt, quandò ex contemptu & ſuperbia hoc procedit, præſertim cùm & Chriſtus poſt paſſionem diſcipulis ſit locutus: O ſtulti & tardi corde ad credendum. Cùm equidem verba oris, ſunt indicia conceptûs mentalis, de bonitate & malitia verborum vocalium iudicandum eſt maximè ex intentione affectioneque mentis. [non iudicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes,] id eſt, ordinem iudicij non ſeruantes, nec verba teſtium examinantes, ſicque illud Deuteronomij non implentes: Iuſtè quod iuſtum eſt exequéris. & ideò falſum re- Deut. 16.
cipientes pro vero, [condemnâſtis filiam Iſrael,] id eſt, hanc Suſannam, quę imitatione virtutum verè digna eſt dici filia Iacob & Iſrael, tanquàm vitiorum ſupplantatrix atque cęleſtium contemplatrix, quorum amore maluit diffamari ac mori quàm tranſgredi. [Reuertimini ad iudicium verum,] id eſt, ordinatum & prouidum. [Et reuerſus eſt omnis populus cum feſtinatione] ad locum vbì ſenes accuſauerunt Suſannam. Celeriter rediјt populus, quia gaudebat de ſubuentione Suſannę. [Et dixerunt ei] ſcilicet Danieli, [ſenes] non duo illi presbyteri, vt patet ex verbis ſequentibus, ſed aliqui de ſenioribus ac principalioribus Iudęorum ibì præſentium. [Veni & ſede in medio noſtrûm,] tanq̃ dignus conſeſſione maiorũ. [& indica nobis] veritatem huius negocij, & quis te ad loquendũ hæc verba induxit. [quia tibi dedit Deus honorem ſenectutis,] i. tanta te gratia decorauit, tanta ſapientia & authoritate iudiciaria, vt honor qui ſenibus pro virtutibus, ætate, & authoritate debetur, tibi quoq; videatur deberi. Ex modo enim loquendi Danielis, & geſtibus atq; conſtantia eius conſiderauerunt eum diuinitùs inſtigari ac roborari. [Et dixit ad eos Daniel,] ſedens inter hos ſenes: [Separate eos] i. duos presbyteros [ab inuicèm procùl,] nè colloquendo nouum cõfingant mendacium, & vnus ſubornetur ab alio. [& dijudicabo illos,] i. iuſto iudicio condemnabo. Sicq́; Apoſto 1. Cor. 11.
lus: Si noſipſos, inquit, dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Qui enim ſeipſum humiliter accuſat & reprobat, veniam Dei meretur. Magna autem conſtantia atque fidutia Danielis fuit in verbis his. [Cùm ergò ſeparati eſſent alter ab altero, vocauit vnum ex eis, & dixit ad eum:] Secundùm Albertum creditur, ꝙ vocauit eum ſicut & alium, non ad ſe ſolum, ſed coram duobus aut pluribus de populo, à quibus conuinceretur paulopòſt, ſi quod dixit, negaret. [Inueterate dierum malorum,] i. qui tempus tuum in vitijs expendiſti. [nunc venerunt peccata tua quæ operabaris priùs,] i. modò completa ſunt & diuinitùs in publicum deducenda, vlciſcenda quoquè, non diutiùs ſuſtinenda. Deus quippe permittit homines peccare vſque ad aliquam certam menſuram, qua completa, non ſuffert diutiùs, ſecundùm Auguſtinum. Hinc in Geneſi Dominus dixit: Nondùm completæ ſunt iniquita- Gene. 15.
tes Amorrhæorum. [iudicans] i. iudicando proferens [iudicia iniuſta, innocentes opprimens] violentia vel fraudulentia. [& dimittens noxios] pro lucro terreno, [dicente Domino,] i. non obſtante quòd Dominus dicat per Moſen: Innocentem & iuſtum non interficies.] In Leuitico Dominus Leuit. 19.
ait: Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. [Nunc ergò ſi vidiſti eam] in crimine tanto, [dic ſub qua arbore víderis eos] ſcilicet iuuenem & Suſannam [colloquentes ſibi.] Caſtiſſimus puer de re turpiſſima vrbanè profatur. Et quia ante huiuſmodi copulam ſolent verba præcedere, amœnioraque & ſecretiora loca requiri, quærit ſub qua arbore factum ſit iſtud piaculum. Nam hortus arboribus plenus fuit. [qui ait: Sub ſchino.] quam arborem Græci nominant ſchinon,

nõ, ſecundùm Albertũ,& Latinè vocamus lentiſcũ. Eſtq; arbor humilis atq; notabilis,deſiderabilẽ
habens vmbrã,vt dicit̃. Ait nanq; Ambroſius,ꝙ ſit arbor humilis,extenſorũ ramorũ in altũ & folio-
rũ ſpiſſorũ,ꝓpter quod latebras ſub ſe quieſcẽtibus facit. Gloſſa etiam dicit, ꝙ ſuccus foliorũ eius
ſciſſuras labiorũ & manuũ ſolidat.[Dixit aũt Daniel:Rectè mentitus es,]i.omninò falſum eſt quod
dixiſti,ità ꝙ ratio mendacij rectè atq; formaliter cõpetit verbo tuo.[in caput tuũ.]i.ad tuĩpſius da-
mnationẽ & occiſionẽ,ſeu capitis tui pœnã.[Eccè enĩ angelus dñi accepta ſententia]tuæ occiſionis
[ab eo]i.à dño qui angelo iuſſit,vt hoĩes ad te interficiendũ iuſtè inſtiget,[ſcindet te medium:]id
eſt,corpus tuũ faciet vulnerari ac diſcontinuari hincindè.Sicq; Daniel à noĩe arboris,ſcilicet à ſchĩ-
no,formauit nomẽ ſupplicij mortis,quod eſt ſciſſio.Quidã per angelũ intelligũt iudicẽ,qui presby-
teros iſtos dãnauit,quia iudices & ſacerdotes aliquãdò angeli nominant̃. Sed prima expoſitio apti-
or eſt.[Et amoto illo, iuſſit venire alterũ, & dixit ei:Semẽ Chanaan & nõ Iuda,]i. ô impie, qui pro-
pter imitationẽ malitiæ potiùs dici mereris filius Chananæorũ,q̃ Iudæ patriarchæ ſeu fideliũ Iudę-
Ioan. 8. orũ,quanuìs ſecundùm carnẽ à tribu Iudæ deſcenderis.Sic & Chriſtus ait Iudæis incredulis: Vos ex
Ibidèm. patre diabolo eius.Et rurſum:Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite.Et Ezechiel quoq; prauo dĩ
Ezech. 12. cit populo Iudæorũ:Radix tua & generatio tua de terra Chanaan.[Species decepit te,]i. pulchritu-
do Suſannæ generauit in te concupiſcentiã,qua victa atq; decepta eſt ratio tua, ità ꝙ bonũ appárẽs,
carnale,caducũ,præpoſuit bono vero ſpiritali incõmutabili.Ideò ſubdit̃:[Et cõcupiſcentia ſuccen-
dit cor]i. rationẽ à Deo,à lege diuina,ab ordine recto auertit: immò concupiſcentia iſta carnalis in
amore,qui à medicis ἔρως appellat̃,parit inſaniã.[Sic faciebatis filiabus Iſrael] ſicut Suſannæ,i. verba
terrentia ac cõminatoria eis propoſuiſtis,niſi vobis præberent conſenſum.[& illæ timentes] mor-
tẽ inordinato & exceſſiuo timore,ità ꝙ magìs timuerunt eos qui corpus occídunt, q̃ Deũ qui cor-
pus & animã impiorũ proijciet in gehennã: ideò magìs vitabant malũ pœnæ q̃ malũ culpæ, cùm ta-
men malũ culpæ ſit incóparabiliter ampliùs abhorrendũ ac fugiendũ q̃ malũ pœnæ,potiusq; debe-
at homo mortẽ corporis pati,q̃ veniale peccatũ incidere. [loquebant̃ vobis] verba carnalis conſen-
Iere. 29. ſûs,& miſcebant̃. Vndè appáret,ꝙ iſti ſint ſenes de qbus Ieremias ſcribit,ꝙ mœchati ſint in vxores
amicorum ſuorũ.Deniq; Gloſſa dicit,ꝙ etiam verbis blandis fœminas deceperunt,dicendo de eo-
rum ſemine Chriſtũ naſciturũ,cùm eſſent de ſemine Iudæ, cuius videlicet Chriſti aduentus maxi-
mè deſiderabat̃.Inſupèr Gloſſa,Scholaſtica quoq; hiſtoria aſſerũt Hebræos hoc dicere.[ſed non fi-
lia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram.]i. Suſanna hæc carnis propagine & virtutum imitatione di-
gna dici filia Iudæ,non acquieuit ſubijci vobis & veſtro cómunicare facinori, ſed reſtitit vobis. De
alijs aũt mulieribus conſentientibus probabile reor, ꝙ quædã earũ de tribu fuerint Iudæ: ſed filiæ
Iſrael,nõ Iuda,vocant̃,quia adulterando ſecutæ ſunt auerſiones decẽ tribuũ,q̃ noĩe Iſrael deſignã-
tur,nõ conſtantiã tribûs Iudæ,q̃ illis idololatrãtibus in Dei cultu permanſit. [Nunc ergò dic mihi,
ſub quã arbore cõpræhenderis eos colloquẽtes ſibi.] Sicut de beatiſſimo legit̃ Nicolao,ꝙ iudicem
vrbis ſuæ cũ innocẽtes damnâſſet,duriſſimè reꝓhendit,ſic Daniel Dei electus teſtes & iudices iſtos
falſarios acerrimè increpauit.Ad quod ex ſpeciali Dei ordinatione ac munere authoritatem ſorti-
tus eſt.Deus ſiquidẽ cõſtituit eũ iudicem iudicũ horũ. [Qui ait: Sub prino.] Circa hoc dicit Alber-
tus,ꝙ ſecũdùm Hieronymũ, prinos Græcè,Latinè dicit̃ ilex,eſtq; arbor ſpiſſæ ac deſiderabilis vm-
bræ his qui latebras quærũt cócupiſcentię.Prinon etiã Græcè,Latinè ſonat ſectionẽ, & ob hoc Da-
niel ſumit verbũ per ſimilitudinẽ,dicens:Secet te mediũ. Has ergò arbores presbyteri nominaue-
runt, vt teſtimoniũ eorũ credibilius videret̃ ſuꝑ fornicatione p̃fata. Dicit quoq; hîc Lyra, ꝙ aliqui
dicunt prinũ eandẽ eſſe arborẽ cũ lentiſco,& malè,vt dicit,quia tunc nõ eſſet diſcordia in teſtimo-
nio presbyterorum.Et in hoc Nicolaus de Lyra rectè locutus eſt.Et fortè notat Scholaſticã hiſto-
riam vbì habet̃,ꝙ Latini dicunt ſchinum ilicem vel lentiſcum.[Dixit aũt ei Daniel:Rectè mentitus
es & tu in caput tuũ.]ſecundùm ſenſum nunc introductũ. [Manet enim angelus Dñi] i. te expectat
ad interficiendũ,[gladiũ habens,]i. mortis ſententiã cõtra te, quẽadmodùm in Apoc. de Chr̃o re-
Apoc. 1. fert̃,ꝙ de ore eius exibat gladius ex vtraq; parte acútus. [vt ſecet te medium.] ſicut expoſitũ eſt. Po-
teſt quoq; exponi,vt ſcindat ſeu ſecet te mediũ,i.animam à corpore diuidat,te in duas partes eſſen-
tiales diuiſo ac ſeparato. [Exclamauit itaq; omnis cœtus] Iudæorum præſentiũ[voce magna,& be-
nedixerunt Deo] voce magna,benedictione gratiarũ actionis & laudis, qua inferior benedicit ſu-
Hebr. 7. periori,nõ cõſecrationis,qua ſuperior benedicit inferiori,iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos:Sine vl
2.Mac. 5. la cõtradictione quod minus eſt,à maiori benedicitur.Hinc 2.lib.Machab. habet̃: Per oĩa bene-
dictus Deus,qui tradidit impios.[qui ſaluos facit ſperantes in ſe.] Semper enim ſaluat eos quantùm
ad animã,à damnatione æterna,ſi perſeueranter ſperauerint: quandoq; etiã à tribulatione tẽporali
& corporali,vt in Suſanna,Tobia,& Iob,& filijs Iſrael tẽpore iudicũ,multisq; alijs. Hoc tñ non egit
in oĩbus,vt de martyribus patet,& in veteri lege de ſeptẽ fratribus ac matre eorum pro lege oc-
ciſis,vt legitur 2.lib.Mach.6.[Et cõſurrexerunt vnanimiter aduerſùs duos presbyteros,] eos apud

ro-

regẽ Babylonis Nabuchodonoſor ſeu officiales eius primitùs accuſando. [Conuicerat enĩ eos Da-
niel ex ore ſuo,]i.proprijs verbis eorũ, [falſum dixiſſe teſtimonium.] vndè multitudo nõ fecit hæc
oĩa,niſi Daniele pandente verba illorũ contraria.[Fecerũtq; eis ſicuti malè egerant aduerſùs pro-
ximũ.]i.pœnam quã Suſannæ voluerunt inferre,intulerũt eis, & vt promeruerũt peccando in pro-
ximũ,reddebant eiſdẽ.Sicq; ſi per proximũ intelligat̃ Suſanna,per proximũ notatur perſona,nõ ſe-
xus,quẽadmodùm etiam cũ iubemur diligere proximos,ſicut noſipſos,vbì per proximos nõ viri tã-
tùm,ſed & fœminæ deſignant̃.[vt facerent ſecundùm legẽ Moſis] in Deutero. ſcriptã: Reddet̃ fal- Deut. 19.
ſo teſti ſicut fratri ſuo facere cogitauit.[& interfecerũt eos.] Vel de licentia regis eos ſecundùm le-
gẽ Moſis lapidando,vel regi occidendos tradendo,ità ꝙ ſecundùm modũ terræ ſuæ fecit eos com-
buri,ꝓut in Ieremia legit̃,ꝙ rex Babylonis frixit eos in igne.Quanuìs per frixionẽ in igne,quęlibet Iere. 29.
grauis pœna poſſit intelligi.[Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius]i.Suſanna innocẽs [in die illa.] Solet
enĩ per ſanguinẽ homo intelligi, & per ſanguinẽ innocentẽ homo iuſtus, ſicut in Pſal.93. Sanguinẽ
innocentẽ condemnabãt.Et Paulus Galat.1. Nõ acquieui, inquit, carni & ſanguini. [Helkias aũt &
vxor eius laudauerunt Deũ pro filia ſua Suſanna,cũ Ioakim viro ſuo & vniuerſis cognatis,qa nõ eſt
inuenta in ea res turpis.] Secũdùm Hieronymũ,iſti tanq̃ ſancti ſeu virtuoſi,nõ de hoc principaliter
Deũ laudabant,ꝙ ſaluata eſt Suſanna à corporis morte,qa hoc magnũ non fuit:immò ad animę glo
riam ꝓfuiſſet pro iuſtitia mori, ſed qa immunis inuenta eſt à tanto facinore, nec turpitudo peccati
huiuſmodi fuit in ea.Maius equidẽ bonũ eſt innocentia,q̃ corporalis naturaliſq; vita.Hoc ergò po-
tiſſimũ Dei beneficiũ eſt,ꝙ hoĩem à peccato p̃ſeruat,nec eũ liberè peccare permittit.[Daniel aũt fa
ctus eſt magnus in cõſpectu populi à die illa & deincèps]i.p̃cipuæ reputationis,qa videbant ſpiri-
tum Dei eſſe in eo,ad faciendũ iudiciũ,ad reuelandũ ſecreta,ad p̃nunciandũ futura, ad zelandũ pro
lege, ad cuſtodiendũ iuſtitiam, ac prouidendũ populo Iudæorũ. [Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad
patres ſuos.]Iſte eſt Aſtyages,alio noĩe dictus Aſſuerus,nõ ille vir Heſter, ſed pater Darij auunculi
Cyri, vt dictum eſt pleniùs in expoſitione cap.9. Hic itaq; Aſtyages appoſitus eſt per mortẽ ad pa-
tres ſuos,& ſecundùm errorẽ gentilium cũ illis inter deos tranſlatus. Secundùm veritatem aũt cum
illis in inferno ſepultus, quantùm ad animam:& in humo, quantùm ad corpus. [& ſuſcepit Cyrus
Perſes]i.rex Perſarum,& de ſemine Aſtyagis regis Perſarũ atq; Medorũ, regnũ eius.] Fuit enĩ fili-
us filiæ Aſtyagis veraciter,prout in Scholaſtica hiſtoria pleniùs recitatur.His aũt verbis determina-
tur tempus ſequentis hiſtoriæ, non tempus liberationis Suſannæ. Quandò enim Cyrus regnum
Aſtyagis ſuſcepit,videlicet Aſtyage defuncto,Daniel pueritiæ annos exceſſit, prout Lyra ſatis hoc
loco oſtendit,& Scholaſtica hiſtoria idem teſtatur.

¶ *Elucidatio cap.14. Erat autem Daniel conuiua regis & honoratus.* *Articulus* 15.

ERat aũt Daniel conuiua regis,& honoratus ſuper oĩes amicos eius.] Quanuìs Daniel poſt de-
ſtructionẽ Babylonis,& occiſionẽ Balthaſar vltimi regis eius, fuerit maximè apud Dariũ regẽ,
deindè apud Cyrum: tamẽ in iſta particula per regẽ cuius Daniel fuit cõuiua, nõ intelligitur Cyrus,
nec Darius:ſed rex Babylonis,ſ.Balthaſar,vel potiùs pater eius.Sequẽs nanq; hiſtoria accidit,durã-
te Babylone,& ſtante rege in ea,ſicut in ꝓſequutione patebit:fit tamẽ hîc mentio de Cyro propter
eius clementiã in Iudæos.Et quia in verbis p̃habitis notatur tempus ſequentis hiſtoriæ,qdam inci-
piunt iſtud capitulum vltimũ in verbo quo dicitur:Et rex Aſtyages &c.Fuit ergò Daniel conuiua re
gis Babylonis,qui propter ſapientiam eius habuit eum in honore præcipuo,ſicut & Nabuchodono-
ſor rex, pater vel auus regis, de quo nunc ſermo, & ſub quo accidit factum iſtud. Communiter aũt
capitulũ hoc inchoari notat̃ in verbo quod ſubdit̃: [Erat quoq; idolũ apud Babylonios:] Per quos
intelligi poſſunt ſpecialiter habitatores vrbis,noĩe Babylonis,vel generaliter habitatores regni Ba-
byloniæ ſeu Chaldææ. [noĩe Bel.] Dicunt aliqui idololatriam ortum habuiſſe à Nemroth rege Ni-
niues,qui legitur hoĩes compuliſſe adorare & colere ignẽ. Alij aſſerunt, ꝙ à Nino rege Aſſyriorum
ſumpſit originem,adſtruentes ꝙ Ninus de morte patris ſui noĩe Beli plurimùm dolens,pro ſua cõ-
ſolatione fecit ſibi patris ſui idolum,ſtatuam ſiue imaginẽ,deferens ei tantùm reuerentiæ ac hono-
ris,ꝙ confugientibus ad ipſam quanuìs rei eſſent,pepercit: & ex hoc exorſi ſunt hoĩes diuinum ho
norem imagini illi impendere. Deniq; ad ſimilitudinem ſtatuæ huius, hoĩes in locis diuerſis fece-
runt ſibi amicorum ſuorum mortuorum,vel etiam longè diſtantium,imagines,impendebantq; eis
honores. Et ſicut idola facta ſunt ad imitationem idoli præfati Beli, ità ex eo ſortita ſunt nomina:
cum aliqua tamen vocabulorum variatione,ſecundùm diuerſitatem gentium atq; linguarum. Pri- Num. 22.
mum ſiquidem idolum dictum eſt Belus,quemadmodùm ille,pro cuius honore inolitum eſt.Alio- Iudic. 6. & 8.
rum autem quidam idolum ſuum vocauerunt Baal,quidam Beelzebub,quidam Beelphegor, qdam 4.Reg. 1.
Baalim,qdam Beel,qdam Belim.Porrò apud Babylonios vocatũ eſt Bel. Inſupèr ſecundùm Alber- Num. 25.
tum,Bel interpretatur vetuſtus.Fuit nanq; idolum Saturni,qui pater deorũ vocatur.Vndè & cætera Deut. 26.
idola ab ipſo denominantur. Saturnus enim quia altior erat, pater & princeps deorum dicebatur: Iſaiæ 46.

 ideò

ideò à gente quæ alijs gentibus fuit dominans, colebatur. Sed & vſque hodiè manet liber Chaldai-
cus de faciendo capite Saturni, quod * nigromantici dicunt dare reſponſa petentibus. Hæc Alber-
tus. Ex cuius verbis elicitur, quòd Albertus per Saturnum intelligit planetam, qui cæteris planetis
eſt altior ſitu, quem quidam coluerunt gentilium. Aliqui verò Saturnum hominem quendam Io-
uisque patrem coluerunt. Rurſus ſecundùm Albertum, idolum dicitur ab εἶδος græcè, quod La-
tinè ſonat forma ſiue figura, quia in imaginibus dæmon colebatur, prout 1. ad Corinthios 10. ait
Apoſtolus: Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non Deo. Prætereà ſicut refert Hie-
ronymus, hiſtoriam iſtam draconis & Belis, Hebræus quidam fabulam appellauit, eò quòd falſum
& impoſſibile continetur in ea, videlicet de tranſlatione Abacuk à Iudæa in Babylonem, & quia ni-
hil propheticum continetur in ea, ſed opus tantùm ex induſtria factum. Sed iſtæ inſtantię nihil con
cludunt. Nunquìd enim omnipotentiæ Dei eſt impoſſibile quicquam? & nonnè angelus ſua virtu-
te eximia ſic potuit portare prophetam? Immò in communi reſurrectione corpora reſuſcitata ſal-
tem, non glorificata, per angelos ad locum iudicij deferentur. Nec ſequitur, ſi in ſcripturis canonicis
tale nil inuenitur, quòd nec in iſto acciderit. Et tamen in nouo teſtamento interim quidam ſancti
leguntur repentè de loco ad locum tranſlati in corpore, angelico planè obſequio. Rurſus non ſe-
quitur, quòd idcircò ſit fabula, quia in ea nihil prophetico ſpiritu geſtum narratur. An tamen verum
ſit, nihil propheticum contineri in ea, infrà dicetur. Multa quippe etiam in propheticis libris haben-
tur purè hiſtorica, de quorum veritate nõ dubitatur. Quoniam ergò Eccleſia in officio Miſſæ vtitur
iſta hiſtoria, legitq; eam loco epiſtolæ, non videtur de veritate dubitandum. [Et impendebantur in
eo] id eſt, idolo huic offerebantur, & proponebantur pro eſu & alimento ipſius. [per dies ſingulos
ſimilæ,] quę eſt optima delicatiſſimaq; farina, [artabę duodecim.] Iuxta Scholaſticam hiſtoriam, ar-
taba apud Chaldęos eadem menſura eſt, quę & ephi apud Hebręos, putà menſura trium modiorũ.
Albertus verò dicit, quòd artaba ſit menſura proportionata ad panis quantitatem, & quòd quotidiè
duodecim panes offerebantur, propter duodecim fortè horas diei, vt ſingulis horis videretur Bel ca
pere cibum. Per ſimilam quoq; intelligit ſimilagineum panem. Sed ſecundùm hoc dicere oporte-
ret, quòd panes illi fuiſſent quantitatis prægrandis. Sequitur enim, quòd quotidiè impendebantur
[quadraginta oues] id eſt, carnes earum. [& ſex amphoræ vini.] quæ magna vaſa fuiſſe feruntur. Iſta
autem alimenta tantæ fuerunt quantitatis, ꝙ ſufficiebant ſeptuaginta ſacerdotibus Belis, domeſti-
ciſq; eorum, vt infrà habetur. Quantum verò apud Babylonios determinatè cõtinuerit modius vel
amphora, certitudinaliter non habetur. Menſurę eñ ſecundùm terras, gentes & tempora, variantur.
Sed conijci poteſt ex hoc, ꝙ panes & carnes oblatæ, tot hoĩm ſuſtẽtationi ſuffeciſſe dicuntur. [Rex
quoq; colebat eum,] rex ſcilicet Babylonis, [& ibat per ſingulos dies adorare eum.] Circa quod di
cit Albertus: Quod neſcio quarè fecerit, niſi nè ei noceret, quia in libris Chaldæorum ſcriptum eſt,
ꝙ Saturnus nulli vnquàm profuit, & multis nocuit. Eſt eñ diſtans altitudine, piger motione, frigi-
ditate mortificans, & ſiccitate diſcontinuatiuus. Ex quo, quòd iam dixi, rurſus pateſcit, ꝙ ſcilicet Al
bertus per Saturnum intelligat hîc planetam, non hominem. Sed iuxta hoc mirum videtur, quomo-
dò rex & populus putauerint Belem comedere, cùm planeta alimentis huiuſmodi non vtatur, vt
omnibus conſtat: nec apparentiam habet, ꝙ putauerint idolum edere, ſi id, cuius eſt idolum, edere
non putarent. Inſupèr rex ſtatuam ipſam viuere æſtimauit, & vt viuum quid adorauit. Fuit quippe
gentilium conſuetudo, error ac cæcitas, omne id deum putare, quod ſupra communem hominum
Act. 28. ſtatum apparuit, vel inſolita atq; magnifica egit, ſicut in Actibus apoſtolorum deſcribitur, quòd Pau
lo nil patiente à vipera ad eius manum pendente, Barbari deum eum eſſe dixerunt. Et cùm clau-
Act. 14. dum ex vtero matris ſanâſſet, dixerunt eum gentiles eſſe Mercurium. Quoniam ergò idolum iſtud
tanta quotidiè videbatur conſumere, rex & populus æſtimauerunt, quòd aliquis eſſet deorum, ſicq;
adorabant Belem, non quaſi planetam in cælo gyrantem, ſed vt rem in ſe viuam atq; diuinam, quæ
poſſet ſuccurrere atq; nocere. [Daniel adorabat Deum ſuum,] qui vniuerſorum Deus eſt per crea-
tionem, & Deus vniuſcuiuſque eum deuotè colentis tanto ſpecialiùs, quanto & ipſe Deus gratioſi-
ùs habet ſe circa ſuum cultorem, & quanto à ſuo cultore cordialiùs amatur ac reuerentialiùs coli-
tur. [Dixitq; ei rex] vel Balthazar, vel pater ipſius. [Quarè non adoras Bel? Qui reſpondens, ait ei:]
Amicus enim quærit amicum habere ſecum, eundem Deum & comparem cultum. [Quia non colo
Sapien. 18. idola manu facta,] cùm nihil numinis ſit in eis. Et in Sapientiæ librò legitur: Infandorum idolo-
rum cultura, omnis mali cauſa eſt & initium & finis. [ſed viuentem Deum,] qui eſt ſuum viuere ac
intelligere, & ſuum velle atque diligere, cùm ſit ſimpliciſſimus purusque actus. [qui creauit cæ-
lum & terram, & habet poteſtatem omnis carnis.] cunctorum ſcilicet mortalium & omnium crea-
turarum, quia poteſtatem habet ſuper hæc diſponendi de eis ad nutum. Communicauitque Chri-
ſto ſecundùm naturam aſſumptam hanc poteſtatem, dãdo ſibi authoritatem iudiciariam, & poteſta-
tem dominatoriam creatam ac dependentem, & quo ad increatam potentiam quaſi inſtrumenta-
lem

lem ſuper hæc omnia, ſecundùm quod Chriſtus in Ioanne loquitur patri de ſeipſo: Sicut dediſti ei Ioan. 17.
poteſtatem omnis carnis. [Et dixit rex: Nonnè videtur tibi Bel eſſe viuens deus? an non vides, quan-
ta bibat & comedat quotidiè?] Bibere autem & comedere non competunt niſi viuentibus. Si in na-
turali philoſophia rex eruditus fuiſſet, faciliter potuiſſet penſare, quòd idolum illud non viueret,
quia non habuit materiam diſpoſitam ad informationem formæ ſubſtantialis vitalis. [Et ait Daniel
arridens:] vt benignitate regem leniret, faceretque attentum, & riſu contemneret idolum: [Nè er-
res rex. Iſte enim] deus tuus, ſcilicet Bel, [intrinſecùs luteus eſt, & forinſecùs æreus:] Ideò membra
non habet & viſcera, ad comeſtionem & potationem requiſita. Circa quod ſcribit Albertus: Super
formam luteam idolum fuſum fuit. Et videtur tunc idolum factum fuiſſe, ſicut nunc fit. In † nigro-
mantia enim docetur fundi caput Saturni. [Et iratus rex] contra eos qui ſibi oppoſitum perſuaſe-
runt, [& magnorum ſumptuum ſibi cauſa in idoli huius cultura fuerunt,] id eſt, contra ſacerdotes
Belis. [vocauit ſacerdotes eius, & ait: Niſi dixeritis mihi, quis eſt qui comedat impenſas has,] id eſt,
oblationes præfatas ad menſam Belis altareque poſitas. [moriemini,] id eſt, ſtatìm faciam vos oc-
cidi. [Si autem oſtenderitis, quòd Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel.] ſe-
cundùm gentilium æſtimationem, quamuis Belem dehonorare ac reprobare, non fuerit blaſphe-
mare ſecundùm veritatem. [Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum.] Territus non fuit Da-
niel ſanctus, quia ex naturali ſcientia & ſupernaturali illuminatione certiſſimè nouerat, idola viua
non eſſe neque comedere. [Erant autem ſacerdotes Bel ſexaginta:] quia (vt dicitur) fuit ibì tem-
plum conuentuale. [exceptis vxoribus & paruulis & filijs] iam adultis, qui cœperant fortè mini-
ſtrare in templo. [Et venit rex cum Daniele in templum Belis, & dixerunt ſacerdotes: Eccè nos
egrediemur omnes] de templo, [& tu rex pone eſcas] ante Belem propria manu, vel per mini-
ſtrum, [& vinum miſce,] lymphando vinum ſex amphorarum. Solet enim, vt dicitur, in terris illis
vinum aqua temperari propter fortitudinem ſuam. Et ſecundùm Albertum, vinum calidarum ter-
rarum nocet, ſi bibatur non mixtum. [& claude oſtium, & ſigna annulo tuo.] Sic enim reges &
principes ſigillare antiquitùs conſueuerunt, vt patet in libro Heſter de Aſſuero. [& cùm ingreſſus Heſter 8.
fueris manè, niſi inueneris omnia comeſta à Bel, morte moriemur,] id eſt, à te occidemur. [vel Da-
niel qui mentitus eſt contra nos. * Deſpiciebant autem] aduerſarium ſuum, ſcilicet Danielem, nec
de huiuſmodi obligatione curauerunt, certi de idolis ſuis, & putantes ſe depræhendi non poſſe à
Daniele. [quia fecerant] ſibi [ſub menſa] ſeu altari Belis [abſconditum introitum, & per illum in-
grediebantur ſemper,] id eſt, opportunis horis in templum occultè. Per viam quoquè ſubterrane-
am de domibus ſuis ad illum vſque introitum, vt fertur, venerunt. [& deuorabant ea,] id eſt, cibaria
poſita ante Bel. [Factum eſt igitur poſtquàm egreſſi ſunt illi, & rex poſuit cibos ante Bel, præceperat
Daniel pueris] id eſt, famulis [ſuis,] vt cineres ſibi afferrent. [& attulerunt cinerem, cribrauitq;] ci-
neres [per totum templum.] id eſt, ſuper pauimentum, vt veſtigia latére non poſſent coram rege. [&
egreſſi] de templo, rex & Daniel cum ſuis miniſtris, [clauſerunt oſtium templi, & ſignantes] illud
[annulo regis, abiêrunt. Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte] &c. [& comederunt omnia & bi-
berunt.] Sacerdotes iſti de illorum fuerunt numero impiorum, de quibus Sapiens ſcribit: Aeſti- Sap. 15.
mauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ ad lucra compoſitam, & oportere vn-
decunquè acquirere. [Surrexit autem rex ſummo diluculo.] Deſiderium nanque ſciendi quod la-
tet, & magnum atque mirabile æſtimatur, inflammat accelerarique facit optantem, & curioſitas
ſciendi incitamentum producit. [& Daniel cum eo. Et rex ait] cùm veniſſet ad oſtium templi: [Sal-
uá ne ſunt ſignacula Daniel?] i. nonnè iam integra ſunt & intacta ſigneta ſeu ſigilla, oſtio templi an-
nulo meo impreſſa?] Qui reſpondit: Salua rex] ſunt ſigna iſta. [Statìm cùm aperuiſſent oſtium] fra-
ctis ſignetis, [intuitus] eſt [rex menſam] Belis, ſuper quã poſita erant cibaria. Vbì affectus, ibì & ocu
lus: atq; in id quod ardentiùs appetitur aut amatur, oculus primò proijcitur. [clamauit voce magna]
ad laudem dei ſui, & ex affectu quo eius excellentiæ congaudebat: [Magnus es Bel,] i. grandis po-
tentiæ, quaſi hoc magnum ſit, tot cibaria deuorare, quod & beſtijs competit. [& non eſt apud te do-
lus quiſquam.] vt Daniel aſſerit, ſed bonus, verus & iuſtus es. Refert Valerius Maximus, ꝙ quidam
gentilium idola coluerunt, non tanꝗ viua aut numinis contentiua, ſed ſolùm vt immortalium deo-
rum repræſentatiua, ſicq; vt adſtruit, antiqui Romani idola venerabantur. Alij colebant ea, vt viua
atq; diuina, quorum princeps fuit Hermes Triſmegiſtus, qui de idolis loquens: Statuas, inquit, ani-
matas dico, ſenſu & ſpiritu plenas, humana proximitate contentas, imbecillitates & ſanitates homi-
nibus facientes, prout * libro de ciuitate Dei diffuſiùs recitat Auguſtinus. De quorum conſortio
rex iſte & ſui fuiſſe videntur. [Et riſit Daniel] non ex vanitate, leuitate aut pompa, ſed ex æquitate
idololatriæ ſtultitiam deridendo. Itaq; non omnis riſus extat culpabilis, ſed qui ex inordinata pro-
cedit origine, ex vana cordis lætitia, aut ſuperbo contemptu cuiuſquam, vel ſimili cauſa. De quo lo-

Lucæ 6. quitur Chriſtus:Væ vobis qui ridetis,quia plorabitis.Et Iacobus:Riſus veſter conuertatur in luctũ.
Iacob.4. Porrò ridere ex cõplacentiæ veri & boni,vel ex contemptu falſitatis & malitię,virtuoſum cenſetur,
Iere. 10. & 51. queãdmodùm de idolis loquitur Ieremias:Vana ſunt & riſu digna.Superfluitas verò & diſſolutio in
ridendo,ſemper vitanda eſt:immò & riſus in ſe non vitioſus,frenandus & moderãdus eſt, nè quiſ-
piam ſcandalizetur. [& tenuit regem,nè ingrederetur intrò.] Ex deuotione nanq; ad Bel, mox vo-
luit eius altare accedere,& idolum adorare:Quod Daniel non permiſit,quia iniquũ,& nè rex ſuis ve
ſtigijs veſtigia cõfunderet aliorum.[Et dixit] regi:[Eccè pauimentũ,animaduerte cuius veſtigia ſint
hæc:] an ſcilicet vnius,an plurium.Veſtigia quippe nõ fallunt.Nam veſtigia dicuntur quaſi peſtigia,
i.ſtigmata pedis.[Et dixit rex:Video veſtigia virorũ & mulierum ac infantum.] Veſtigia aũt infan-
tum ſeu puerorũ,à veſtigijs virorum ac mulierũ diſcreta ſunt quantitate,quia minora. Veſtigia vi-
rorum ac mulierum ab inuicèm diſcreuit figura, qm̃ mulieres calceis aliter in figura diſpoſitis vte-
bantur.Prætereà,ſecundùm Albertũ,viri pedem habent magìs concauum & fortiùs calceatum,fœ-
minæ pedem habent ſubtùs planiorem & delicatiùs calceatum. [Et iratus eſt rex] propter fraudu-
lentiam ſacerdotum, & ſuã ab eis illuſionem. [Tunc appræhendit] i. capi teneriq; iuſſit. [rex ſacer-
dotes & vxores & filios eorum,& oſtenderunt ei abſcondita oſtiola] in templo ſub altari, [per quæ
ingrediebantur,& cõſumebant q̃ erant ſuper mẽſam.] Ad hoc em̃ rex cõpulit eos, & in falſitate de-
præhenſi tam euidenter fuerunt,ꝙ nullus tergiuerſationi manſerat locus: immò ſicut confunditur
fur in furto cõpertus,ſic illi.[Occidit ergò illos rex] per ſuos miniſtros, vel per vnũ eorum. [& Bel
tradidit in poteſtatẽ Danielis,] Vidit em̃, ꝙ Bel non erat niſi res inanimata & fallax. [qui ſubuertit
eum & templũ eius,] cõminuens idolum,& templũ per ſubditos deſtruens. Cõſequenter alia reci-
tatur hiſtoria.[Et erat draco magnus] Draco eſt maximus ſerpens.[in loco illo] Dicũt q̄dam,ꝙ fuit
in quodã templo ciuitatis Babylonis in lacu ſeu ſubterraneo loco.Circa hæc dicit Albertus:Ariſto-
teles vult,ꝙ draco ſit ſerpẽs cubitalis,qui propter hoc ꝙ omne aliud venenoſum comedit,peſſimũ
habet morſum.Hic aũt draco dicitur magnus ſerpens extenſi corporis, magnorumq; dentiũ, ità ꝙ
foſſura dentiũ eius,magna & ꝓfunda infert vulnera,vt dicit Semirion philoſophus.[Et colebant eũ
Babylonij.] Mirum videtur,ꝙ homines ſic poterant excæcari,ꝙ tam turpẽ beſtiã coluerunt.Et nõ-
nè ſciuerunt,ꝙ beſtia eſſet vilior homine,& draco eis prodeſſe non potuit?Et reſpondendũ,ꝙ in-
dicibilis fuit & eſt cæcitas idololatrarũ,& iuſto Dei iudicio ſic excæcari ſinuntur, à dæmonibuſq; il
Sapien. 15. ludi. Nec tãtùm draconem coluerunt gentiles, ſed & volucres & ſerpentes,iuxta illud Sapient.Ani-
Rom. 1. malia miſerrima colunt.De q̄bus ad Romanos ſcribit Apoſtolus: Mutauerunt gloriam incorrupti-
bilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis,& volucrum, & quadrupedum, & ſerpẽ-
Iſaiæ 2. tum. Deniq; quomodò indurati Iudæi quandoq; talpas & veſpertiliones adorauerunt, in Iſaia &
Ezech.20. Ezechiele oſtenditur.Albertus aũt habet hîc aliam conſiderationem,dicendo:Antiqui etiam infer-
nales deos colebant,vt Plutonẽ & Vulcanũ, & in dracone videtur deus infernalis magìs coli quàm
alius.Inſupèr dicit:Cur draconẽ coluerũt neſcitur,niſi fortè vt nõ noceret.Potuit aũt diabolus per-
miſſione diuina draconẽ à nocumento ſolito impedire,vt homines tam inſanis erroribus inuolue-
rentur.[Et dixit rex Danieli:Eccè nunc nõ potes dicere,ꝙ iſte nõ ſit viuens deus.] Rex iſte & popu
lus eius pari amentia laborabãt,deũ & adoratione dignũ putantes,quicq̄d inſolitũ & magnũ ac ſu-
pra hoĩm virtutem apparuit.Aliqui tñ affirmant,ꝙ Babylonij virtutẽ alicuius dei infernalis in dra-
cone eſſe putabãt.[Adora ergò eũ,] nè diſpari cultu diuidamur,qui tãta amicitia nectimur.[Dixitq;
Daniel:Dñm Deum meũ adoro, quia ipſe eſt viuens Deus, iſte aũt non eſt viuens deus,] ſed beſtia
vilis.[Tu aũt rex da mihi poteſtatem,& interficiã draconẽ abſq; gladio & fuſte,] i.adiutorio Dei vi-
uentis,& per rationis induſtriã naturaleſq; cauſas,ſicut patebit.[Et ait rex: Do tibi. Tulit ergò Da-
niel picem & adipẽ & pilos,fecitq; maſſas] i.offas ad modũ maſſarũ. [& dedit in os draconis,] acce-
dendo draconẽ abſq; læſione,virtute diuina, vel vt aliqui putant, maſſam proijciendo draconi. [&
diruptus eſt draco.] Secundùm Albertũ,Daniel tulit picẽ, vt viſcoſitate picis inteſtinum draconis,
quod ſpiſſum eſt,conglutinaretur & cohæreret: adipẽ, vt ob eius dulcedinẽ appeteret offam, & ſu-
meret eam: pilos,vt adeps cum pice continuitate pilorũ contineretur,& maſſæ digeſtio impediret.
Dicit em̃ Auicenna,ꝙ pili ab animalibus non digeruntur,ſed euomuntur.Coxit aũt hæc pariter,vt
quodlibet iſtorum alterum vbiq; penetraret, & dedit in os draconis, vt ex maſſa ſtrictum inteſtinũ
draconis ſcinderetur,pice conglutinaretur,& horrore pilorum ad vomitum eleuaretur, ſicq; draco
ſingultiens rumperetur.Lyra quoq; hîc ait:Propter odorem pinguedinis calefactæ,draco maſſam li
benter accepit: quam cùm momordiſſet,dentes eius inuoluti ſunt propter picem & pilos, ſic quòd
non quiuit os aperire,& maſſam hanc maſticare,& ex conſequenti nec reſpirare. Et quia eſt animal
valdè calidum, vt patet per effectum, quia aliquandò emittit fumum, aliquandò ignem, ex defe-
ctu reſpirationis ruptus eſt venter eius. Ex quibus oſtenditur, quòd draconis occiſio partìm fuit
mi-

miraculoſa,præſertim ſi (vt dicit Albertus)Daniel draconem acceſſit,& dedit in os eius offas vnam
poſt aliam:partimq; naturalis,ex naturalibus ſcilicet cauſis & humana procedẽs induſtria. [Et dixit
Daniel:Eccè quem colebatis,] i.ex hac diruptione & ſordenti materia claret, quòd deus non fuit.
[Quod quum audiſſent Babylonij] qui tunc præſentes non erant, [indignati ſunt vehementer:] in
quo patet mira eorum excæcatio,ingratitudo & prauitas.Nam gratias agere debuerunt,quòd à dia-
bolo,venenatoq; bruto fuerãt liberati.Sed fortè à reſiduis ſacerdotibus, & propinquis ſacerdotum
iam occiſorum incitabantur,immò & ex proprio cæco amore,quo ad deos ſuos inſtigante diabolo
afficiebantur.Fertur autem in Scholaſtica hiſtoria, quòd ſacerdotes draconis habebant hydraulia,
i.vaſa plena aqua,facta de corijs vitulorum,& percutiebant ea virgis *coraulinis, vt facerent ſonum
terribilem quaſi tonitruum,ad quem excitatus draco,quandoq; emittebat fumum,aliquandò ignẽ,
interdùm viſibiliter apparebat.Quibus verbis addit Lyra,quòd vulgares reputabant,quòd apparuit
quaſi ſacrum,decepti à ſacerdotibus draconem colẽtibus propter quæſtum temporalem. Similiter,
inquit,fit in Eccleſia quãdoq; maxima deceptio populi in miraculis fictis à ſacerdotibus,vel eis ad-
hærentibus propter lucrum.Et talia ſunt à bonis extirpanda prælatis, quemadmodùm illa extirpa-
ta ſunt à Daniele.[Et congregati ſunt aduerſùm regem.] Primò inter ſe conuenerunt contra regẽ,
habendo conſilium,quid eſſent acturi. [& dixerunt inter ſe: Iudæus factus eſt rex.] Quod duplici-
ter intelligi poteſt.Primò, quòd dicere voluerunt Danielem Iudæum, eſſe factum regem ipſorum,
quia omnia faceret inter eos quæ vellet. Secundò, quòd rex eorum iudaizaret, & patrias leges
relinqueret,Danielem ſequendo.[Bel deſtruxit,ſacerdotes & draconem interfecit,] vel rex dando
licentiam,vel Daniel de licentia regis.[Et dixerunt,quum veniſſent ad regem:Trade nobis Danie-
lem] ad occidendum. [alioquì interficiemus te & domum] id eſt, familiam & ſobolem [tuam.]
Vehemens paſſio & impatientia ità occupauit & vicit eos,quòd nec regem honorauerunt,nec rati-
onem attenderunt, ſed ſola potentia ac violentia vti decreuerant. [Vidit ergò rex, quòd irruerent
in eum vehementer] animo concitato & impetuoſo, concordes facti in malo. [& neceſſitate com-
pulſus] quia eis reluctari non valuit, [tradidit eis Danielem:] quem etiam rapuiſſent, quanuìs rex
non dediſſet.Furor autem multitudinis, irrationabilis valdè eſt atq; timendus. [Qui miſerunt eum
in lacum leonum] vt eorum dentibus diſcerperetur,quod pœnale eſt valdè.[& erat ibì ſex diebus:]
vt ſi non à leonibus deuoraretur,fame periret. Timebant fortaſſè, nè aliqua arte leones compeſce-
ret, qui draconem tam mirabiliter interfecit.Ideò tot diebus eũ ibì dereliquerunt lacu clauſo ma-
nente,nec aliquo accedere fas habente.[Porrò in lacu erant leones ſeptem.] Conſideranti literam
iſtam & textum ſexti capituli, conſtat quòd iſta miſſio Danielis in lacum leonum, in pluribus dif- Dan.6.
fert ab illa, quæ ſub Dario facta eſt, prout habetur ſuprà. [& dabantur eis duo corpora quotidiè]
hominum damnatorum, qui ad hoc reſeruabantur & colligebãtur. [& duæ oues] de communi,re-
galibúſve impenſis. [Et tunc non data ſunt eis, vt deuorarent Danielem:] ſi non ex naturali fero-
cia, ſaltem ex famis magnitudine facerent hoc. Beſtijs autem clauſis proprium eſt, magìs ſæuire.
[Erat autem Abacuk propheta] vnus duodecim prophetarum minorum [in Iudæa:] fuitque Aba-
cuk de tribu Simeon, ſecundùm Scholaſticam hiſtoriam.[& ipſe coxerat pulmentum,& intriuerat
panes in alueolo.] id eſt, vaſe concauo paruo, dicto ex ſimilitudine alui, id eſt, ventris, in quo cibi
ponuntur.Intriuerat autem panes,ſecundùm Albertum, vt mollificati, faciliùs ſumerentur. [& ibat
in campum,vt ferret meſſoribus] quæ parauit. [Dixitque angelus Domini ad Abacuk.] fortè viſi-
biliter ſibi apparuit.Nam & frequenter ſibi creditur apparuiſſe.[Fer prandium quod habes,] id eſt,
cibum hunc quem defers pro prandio tuis meſſoribus,[in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leo-
num.Et dixit Abacuk] angelum recognoſcens: [Domine, Babylonem non vidi, & lacum neſcio.]
Præuidit enim Hieruſalem capiendam, venientibuſque Chaldæis,fugit in alium locum,ſecundùm
Scholaſticam hiſtoriam.Albertus tamen dicit, quòd videtur fuiſſe de pauperibus terræ, qui relicti
ſunt à principe militiæ Chaldæorum. Sed iſtud faciliter, vt arbitror, concordatur. Quanuìs enim
inſtante obſidione Hieruſalem, Abacuk fugerit, tamen capta vrbe potuit reuerti, præſertim
audito quòd rex Babylonis præfeciſſet Iudææ Godoliam Iudæum, quia tunc multi Iudæorum
diſperſi hincindè, rediêrunt ad eum, & collegerunt meſſem multam, vt quarto Regum & in Ie- 4.Reg.25.
remia de hiſce rebus dicitur. [Et appræhendit eum angelus Domini in vertice eius, & portauit Iere.40.
eum capillo capitis ſui.] Angelus in aſſumpto corpore ſe oſtendens,ſimilitudine manûs appræhen-
dit prophetam in vertice capitis, & ſolos capillos, vel vnum duntaxàt crinem capitis eius tenuit
manu, ad inſinuandum quàm facilimè eum ferre potuerit. Virtus autem angelica tetigit, non pi-
los duntaxàt,ſed totum Abacuk corpus,mouens illud facilimè,cùm & angelici ſpiritus cęleſtia mo-
ueant corpora rapidiſſimo motu,quorum comparatione tota terra eſt tanquàm punctum.Itaq; ap-
præhenſo Abacuk per capillum, ille capillus non tulit corporis grauitatem, ſed virtus angelica in-
fluxit in illud ac tulit.[Poſuitque eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritûs ſui,] id eſt, ce-
 lerri-

lerrima actione ſuæ ſpiritualis potentiæ. Veruntamen ſecundùm Albertum ſenſus eſt, quòd ange-
lus fecit ſpiritum, i. ventum impetuoſum, àc ſi Abacuk vento fuiſſet portatus, vel in impetu ſpiritûs
ſui, i. ſuiſpſius, qui ſpiritus eſt ſeu ſpiritalis ſubſtantia: viſibiliterque appárens, videbatur quaſi quid
conſtans ex corpore & ſpiritu vt homo, in cuius forma apparuiſſe credendus eſt. Et clamauit Aba-
cuk: Daniel ſerue Dei] non ſeruitute ſeruilis, ſed filialis timoris atq; infuſi amoris. Sic enim & Chri-
Iſaiæ 52. ſtus ſecundùm naturam aſſumptam dicitur Dei ſeruus, quum in Iſaia dicitur: Eccè intelliget ſeruus
meus, & ſublimis erit valdè. [Tolle prandiũ quod miſit tibi Deus.] Cur angelus per ſeipſum iſta aut
alia alimenta non attulit, niſi ad declarandam Dei potentiam, & ad conſolationem non tam Danie-
lis quàm Abacuk? Itemq;, vt opera miſericordiæ humana in eſurientes & captos exhibita commẽ-
dentur, ſocialiſq; vita approbetur. Sic & deuoto presbytero iuſſit Chriſtus, vt Benedicto beatiſſimo
cibum afferret. [Et ait Daniel: Recordatus es meî Domine Deus,] i. per hanc prouidentiam ſubuen-
tionemq; tuam, oſtendiſti te memorem eſſe meî, & inſtàr recordantis te habuiſti, cuius ſcientia im-
mutabilis eſt & æterna. [& non dereliquiſti diligentes te] charitate infuſa, de quorum numero Da-
niel per reuelationem, aut certa indicia ſciuit ſe eſſe. [Surgenſq; Daniel comedit.] Primò benedixit
Deo, quo facto, comedit. Si lacus erat magnæ profunditatis, Daniel fortè per gradus aſcendit vſq;
ad Abacuk, vel Abacuk intrauit ad Danielem non timens leones, de angelica certus præſentia, &
fortè quòd angelus lacum aperuit, vel eius virtute propheta. [Porrò angelus Domini reſtituit Aba-
cuk confeſtìm in locum ſuum] apud meſſores, vel in loco quo eum appræhendit. Et puto quòd
nemo in terra vidit Abacuk ſic volantem in aëre, agente hoc virtute diuina, vel ob motûs veloci-
tatem corpus eius videri aut non, aut vix potuit. [Venit ergò rex die ſeptima,] completis ſex die-
bus, ad quos fuit Daniel adiudicatus eſſe in lacu ſine viſitatione. [vt lugeret Danielem] quem cre-
didit mortuum. [& eccè Daniel in medio leonum ſedens. & exclamauit voce magna] ſcilicet ex
magna admiratione & gaudio [rex, dicens: Magnus] potentia, pietate & gloria, immò in omni per-
fectione immenſus, [Dominus DEVS Danielis.] Omnium quidem Deus per creationem, Dani-
elis ſpecialiter per prouiſionem tam ſingularem ac gratioſam. [& extraxit eum de lacu] manibus
miniſtrorum ſuorum. [Porrò illos qui perditionis] i. condemnationis ad mortem, ſeu perditionis,
non quæ fuit, ſed quæ fuiſſet, niſi Deus ſuccurriſſet. [eius cauſa fuerunt, [quãtùm in ipſis fuit. Et iſti
fuerunt aliqui principales, qui communitatem ad ſeditionem & contra Danielem inflammauerũt.
[intromiſit in lacum, & deuorati ſunt in momento] i. valdè velociter [coram eo:] quia leones diù
nil comederunt: & Deus ſic voluit, vt Danielis liberatio miraculoſior appareret, ad gentilium ædi-
ficationem, ac diuinæ potentiæ declarationem. [Tunc rex ait: Paueant habitantes in vniuerſa terrà]
imperij mei, vel per totum orbem terrarum, [Deum Danielis, quia ipſe eſt liberator] ab vniuerſis
eripiendo, [& ſaluator] proſpera conferendo, [faciens ſigna] diuinę potẽtiæ oſtenſiua, [& mirabi-
lia,] mẽtes hominum in ſtuporem & admirationem mouentia, [qui liberauit Danielem de lacu le-
onum.] De horum verborum expoſitione pertranſeo, quia pleniùs expoſita ſunt 6. cap. Poſtremò
circa id, Clamauit rex voce magna, dicens: Magnus es Bel, ſcribit Hieronymus: Iſtud videtur obſer-
uatiõem noſtrã ſubuertere, qua dudùm aſſeruimus vocem magnã in ſanctis tantùm reperiri. Quod
ſoluit Hieronymus, quia iſta hiſtoria non eſt in canone, i. in ſcriptura canonica, nec apud Hebræos
habetur. Vult ergò Hieronymus dicere, quòd in ſcripturis canonicis vox magna non niſi ſanctis
ſeu bonis & virtuoſis attribuatur. Veruntamen obijci poteſt beato Hieronymo illud 4. libri Re-
5. Reg. 16. gum: Stetit itaq; Rabſaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait. Secũdo quoq; Paralipomenon
2. Par. 32. librò ità habetur: Clamore magno lingua Iudaica contra populum perſonabat. Sed & in Luca de
Luc. 23. Iudæis Chriſti crucifixoribus legitur: At illi inſtabant vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigere-
tur. Verùm quoniam iſtud rarò inuenitur, & quod modicum eſt, pro nihilo reputatur, verbum Hie-
ronymi expertiſſimi in ſcripturis, piè poteſt intelligi. Magna autem vox ſanctis propriè aſcribitur,
qui non ſolùm ſonitu oris, ſed & mentis feruore charitatiuo clamant ad creatorem ſuperamabilem
& ſuperdigniſſimum, qui eſt ſuper omnia Deus ſublimis & benedictus. Amen.

COMMENTARIORVM D. DIONYSII CARTHV-
ſiani in Danielem prophetam, FINIS.

Reſtituatur numerus folij 753 & 764. Legaturq; linea 4 à fine folij 768, peremptus 32. ætatis &c.
Reliquorum erratulorum, ſi qua occurrerint, nõ eſt quòd ſingularis mentio fiat. Nam aut leuiora ſunt, quàm vt de his cordatus lector moneri debeat: aut huic Editioni cũ Archetypo & ſuperioribus editionibus cõmuniora, quàm vt hîc ſeorsìm videãtur notanda. Illud ſolũ meminerit Lector, verbula aut ſyllabas aut vnicã ſubindè literã, minutiori typorũ genere ipſi cõtextui non obitèr aut fruſtrà inſeri, verũ vt breuiter diuerſa lectio innueretur, ſimulq; nè margo paſsim varietatis iſtius notatiõe oppleretur, ingenioſo cõmoda breuitate iſta diuerſam lectionem ſic indicari, vt minutioribus typis effigiata, legi aut non legi pro cuiuſq; iudicio poſsint.

IN MAIORES QVATVOR PROPHE-
tas, cõmentarijs D. Dionyſij Carthuſ. illuſtratos, Di-
colon diſtrophon Nicolai Iſchij.

CVm nullum lateat, quanti explanare laboris
Sit prouidos prophetas,
Nemo interpretibus grates non ſoluere pergat
Quàm maximas illorum:
Inter quos facilè obtinuit Dionyſius ille
Carthuſianus palmam,
Qui teſtamenti veteris myſteria ad vnguem
Ediſſerit nouiq;.
Quinetiam innumeros, quos vel formoſus Apollo
Stupet, libros diuulgat.
O rarum ingenium Dionyſi, quo nihil ingens
Pręclarius fert orbis.
Et nunc maiores, quos ſic dixêre vetuſti,
Dilucidat prophetas.
Eloquium verò Demoſthenis aut Ciceronis
Quanquàm arguas abeſſe,
Attámen hîc quiddam precioſius vtiliusq;
Oſtenditur legenti,
Quippe ſalutis iter, ſedesq; beata Tonantis
Summi, quiesq; ęterna.
Pręterea Iſaias pręco natalis IESV,
Cedro docet notanda.
Ruſticitatis habet nil huius ſermo diſertus
Amaritudiniſve.
Nemo futurorum hiſtoriam, ſed præteritorum,
Hunc dixerit referre.
Sic verò ad liquidum Chriſti clariſſima geſta
Eccleſiæq; pingit.
Threnorum huic ſcriptor ſuccedit, ſanctus in aluo
Matris Deo vocatus.
Hic ſolet vſq; Deum rogitare, vt crimina mundi
Miſeratione ſueta
Suſciperet. deindè Ezechiel docet optima quæq;
E fonte veritatis.
Poſtremò Daniel vir vir deſideriorum
Vocatus, en theſaurum
Iucundum ſenibus, pueris gratum exhibet, almæ
Eccleſiæ vtilemq;.
Hinc Hyblæa tibi, hinc & Hymettia mella, deûmq;
Nectar lege ambroſiamq;.
Quiſquis vitæ igitur veræ dulciq; vacare
Deſideres amesq;,
Perpetui nunquàm moritura volumina volue
Dionyſij. valeto.

D. DIONYSII CARTHVSIANI ELO-
gium, authore Franciſco Craneueldio
Nouimageñ.

NVbila mens hominum, multisq; obnoxia curis,
Gaudet, dolet pro qualitate temporum.
Hic triſtem deflet caſum vel funus acerbum,
Et triſtiorem morte vitam deierat.
Ille nimìs Veneri vel turpi deditus aluo,
Curare diuos non putat mortalia.
At quiſquis medio potuit conſiſtere calle,
Diuis amicus & ſuperno numini,
Ille tenet clauum obnixus, & turbida tranat
Pelagi æſtuantis & rapacis æquora:
Nec timet irati ſinuoſa pericula ponti,
Nec quicquid vſquàm diſplicet mortalibus.
Ille Deo fixus hæret, ſolumq; tremiſcit,
Vniq; ſeruit ſempiterno numini.
Talis erat Carthuſiaco Dionyſius albo
Teneris qui ab annis nomen addidit ſacrum,
Vnica cui ſacras chartas tractare voluptas,
Quas & diurna voluit, & ſera manu,
Et cui poſteritas multùm debere fatetur,
Tot eruditis excitata vocibus,
Tot ſacris adiuta libris, quibus inclyta ſentit
Diuini amoris efficax incendium,
Et velut in ſyluas ignis admiſſus adurit,
Flammasq; ſpargit, & vicina corripit,
Sic Dionyſiaco lector pius ardet amore,
Et à caducis ad perennia aduolat.
Salue digna coli, tantoq; inſignis alumno,
Tali ſepulcro Ruremunda nobilis,
Nobilior dicenda tamen, quum viderit orbis
Typis ſacratos exiſſe codices.
Egregiam his operam ſumpſit Theodoricus vrgens,
Athleta fortis ac laboris improbi:
Quem nimiùm perferre graue eſt, ni cælitùs adſit,
Quæ dura mollit numinis benignitas.
Tuq; viro ingentem lunata Colonia debes,
Orbisq; totus pro labore gratiam:
Sed ſacer ille labor non terrea munera poſcit,
Aurumq; vilem exiſtimat terræ ſcobem.
Mercedem expectat, quam ſecula nulla abolebunt,
Et cum beatis florituram gloriam,
Et ſimul eximios fructus, & dona daturam
Vitæ perennis in perenni gloria.

EIVSDEM ALIVD.

SI cupis ô lector ſacros guſtare liquores,
Ignitumq; Dei concipere eloquium,
Phœbeumq; iubar totis traxiſſe medullis,
Quod nunquàm partes nouerit occiduas:
Hunc legito dulcem cunctis Dionyſion horis,
Quem Carthuſiacam ſcis peperiſſe domum
Ille tibi fidei magno feruore iacentem
Scintillam, & ſacros mouerit igniculos:
Excutiet quamuìs duro de pectore flammas,
Ex quibus æternus progeneratur amor.
Lurida contemnes vani ſpectacula mundi,
Et quicquid miſeros ſolicitare poteſt.
Ipſe viam ingreſſus arctam, deducere multos
Nititur, & celſo reſtituiſſe loco.
Ergò alacres tantumq; ducem tantumq; ſequamur
Doctorem, & cupida voluite ſcripta manu.

Aliud Bartholomæi Laurentis, cogno-
mento vulgari Poyn, Nouimageñ.

QVatuor eximios qui vult pernôſſe prophetas,
Eſaiam, Helciadem, Ezechielemq; & Danielem,
Expoſitos doctè, purè, communiter atque
Simplè adeò, quiuis obitèr (modò quantulacunque
Fundamenta habeat Romanæ cognita linguæ)
Percipere vt valeat, quid ſenſa prophetica, ſeu quid
Mens diuina velit, ſub eis quaſi condita velis:
Is ſibi præcedens DIONYSI opus iſtud (alumni
Ruręmonda tuæ clari, dum viueret, olim
Carthuſæ) inprimìs habeat: nec habendo quieſcat,
Sufficere arbitrans inſigne volumen habere:
Immò habitum legat attentè, relegatq; ſecundô,
Si minùs ex voto ſucceſſit lectio prima.
Nec pigeat rurſum tentare: nec æſtimet vnquàm,
Abſque labore aliquid ſinglare obtingere poſſe.
Nam licèt Omnipotens poſſit conferre quibuſuis,
Conferat & raris ſua cęlica dona quibuſdam
Gratuitò, pręter ſtudium, pręterq; laborem:
Haud tamen ignauis paſsìm vel inertibus id fit,
Sed tantùm impigris, validos qui ad aratra lacertos
Mittere non tardant, ſanctiq; chariſmata Flatûs
Gnauiter huc etiam poſcunt ſibi cęlitùs addi.
Profectus ſiquidem ſtudij certiſſimus hic eſt,
Nocte dieq; libris operam dare ſedulò puris,
Sit velut in ſolo ſtudij vis cuncta labore:
Et tamen intereà precibus vehementer eandem
Inſtare ob cauſam, tanquàm labor improbe nullî
Omninò valeas, precibus ſine, proſore quicquam.
Sic igitur pręſens Lector ſtudioſe volumen,
Me ſuaſore, tuis modico vſibus ęre parato,
Speq; fideq; bona legito, beneq; valeto:
CHRISTO, aliàs his de lecturus plura, fauente.
Nam locus hic, vt agam tecum modò pluribus, haud fert.

FINIS, 8. Ianuarij, 1557.